GALENI
LIBRORVM
SECVNDA CLASSIS
MATERIAM SANITATIS

conseruatricem tradit, quę circa aerem, cibum & potum, somnum & vigiliam, motum & quietem, inanitionem & repletionem, animi deniq; affectus versatur.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,

Non paucis sanè exornata castigationibus, ex bonorum græcorum codicum collatione.

Locis etiam nunc primum in margine indicatis, quos Galenus sparsim ex Hippocrate affert.

Librorum Elenchus proximo folio continetur.

Τὸ Ὑγιεινόν.

PATRIS INSOMNIVM

GALENI DOCTORES

HEPATICI COGNITIO

CRISIS PRAECOGNITIO

AMANTIS DIGNOTIO

PALESTRITE CVRATIO

VENETIIS APVD IVNTAS. M D LXV.

DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA

QVÆ IN SECVNDA CLASSE HABENTVR.

Crawford

HIPPOCRATIS
DE AERE AQVIS ET LOCIS LIBELLVS.

IN QVEM GALENI COMMENTARIA DESIDERANTVR.

Iano Cornario interprete.

Nuperrime ab Auguſtino Gadaldino non paucis in locis ad antiquiſſimi exemplaris Græci fidem emendatus.

In noſtro codice grę̨co vetuſtiſſimo, ex quo omnia ferè, quæ in margine huius libri adnotauimus, ex-
cerpta ſunt, titulus eſt, *περί ἀέρων, τόπων, ὑδάτων, καιρῶν, ἀνέμων, ἀστέρων*. id eſt de Aeribus, Locis,
Aquis, Temporibus, Ventis, Stellis. Et totus hoc liber ita eſt diſpoſitus. In capite ſecundo poſt dictio-
nes, *æſtate quidem calidæ, hyeme vero frigidæ*, ſequuntur ſtatim ea verba, quæ ſunt poſt quatuor verſus, vi
delicet, *homines q́; capita humida, ac pituitoſa, &c.* vſq; ad finem capitis. Poſtea ſequitur. *Volo autem & de
Europa, et de Aſia demonſtrare &c.* quod eſt principium capitis ſeptimi vſq; ad verba, *quantũ ſaltem mihi
C in ea re eſt compertum.* Poſtea ſequitur. *De iis uero, qui ad dextrã hyberni, &c.* quod eſt principium octaui ca
pitis vſq; ad verba, *De natura ergo, ac diuerſitate, & forma eorum, qui Aſiam, & Europam incolunt, ita habeat.*
quod eſt principiũ capitis noni. Poſtea ſequitur, *Aſiam plurimũ differre dico ab Europa ſecundũ naturas, et c.*
quod eſt poſitum in capite ſeptimo, nõ procul à principio vſq; ad finem illius capitis. Poſtea ſequitur:
Quod autẽ timidiores, effœminatiores, ac imbelles præ Europæis, &c. quod eſt poſitum in primo verſu cap. 9.
vſq; ad finẽ libri. Deinde ſequitur, *De reliquis autẽ aquis deinceps narrare volo*, quod eſt principiũ cap. 3.
vſq; ad finem quinti capitis. Deinde, *Et quæ quidem urbes bene ſitæ ſunt*, quod eſt in quarto verſu cap. 2.
vſq; ad verba. *Et phagædenas ex omni occaſione oboriri uerisimile eſt, ſi ulcus fiat*, quod eſt in ſeptimo verſu
illius capitis. Deinde. *Et inteſtinorum leuitates, & aqua intercus ferè reliquis morbis, &c.* quod eſt in cap. 6.
paulo poſt medium vſq; ad finẽ illius capitis. Ita vt nihil omittatur, niſi illa verba, quæ ſunt in octauo
verſu ſecũdi capitis, videlicet. *Si uero hyems frigida ſit.* quæ tamen verba re vera ſuperflua ſunt. Quin &
in libro de vulneribus capitis, in quẽ neſcio quo modo magna huius libri pars irrepſit, legi debet, non
τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, ſed *τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχρά*, ideſt hyeme vero frigidæ, ſcilicet aquę, vt indicetur
poſt has tres dictiones, continuari, ac ſequi debere, *homines q́; capita humida, ac pituitoſa, &c.* Sed quic-
quid ſit de reliquis capitibus, ſecundum certe, & ſextũ videntur ſatis confuſa eſſe, ac meliorẽ ordinem
D requirere, aliqua etiã in ſexto ſuperflua eſſe. Nunquid ergo non eſſet mala horũ duorum capitum di-
ſpoſitio, ſi poſt verba, *æſtate quidem calidæ, hyeme uero frigidæ*, quę, vt dixi, ſunt poſita in ſecũdo capite, ſta
tim ſequeretur in eodem capite, *homines q́; capita humida, & pituitoſa, &c.* vſq; ad finẽ capitis, vt etiã eſt
in meo antiquo codice? Si q́; in hoc etiã eodem capite, vel in fine ipſius poſt dictiones, *eo quòd multum
temporis inter matutinũ, ac veſpertinum intercedit*, vel in aliqua alia eiuſdem capitis parte, reponerentur ea
verba, quæ ſunt in quarto verſu capitis, videlicet: *Et quæ quidẽ urbes bene ſitæ ſunt ad Solem, & ad ventos,
& bonis aquis utuntur, hæ minus à talibus mutationibus afficiũtur: quæ uero aquis paluſtribus, ac lacuſtribus utun-
tur, & non bene ſitæ ſunt ad uentos, & ad ſolẽ, hæ minus.* Verba autẽ ſequentia, videlicet: *Et ſi quidẽ æſtas ſicca
fuerit, citius ſedantur morbi: ſi uero pluuioſa, diuturni fiunt: & phagædenas ex omni occaſione oboriri uerisimile eſt,
ſi ulcus fiat*, collocarẽtur in ſexto capite poſt verba, *Quare derepente æſtate accedente, & ardore, ac mutatione
contingente, hi morbi incidunt.* ita vt poſt verba, *ſi ulcus fiat*, ſtatim ſequeretur, *Et inteſtinorum læuitates, &
aqua intercus, &c.* ut eſt in meo codice ueteri? Ea autẽ uerba, quæ ſunt prope finẽ capitis ſexti, uidelicet,
*Si uero hyems borealis ſit, & ſicca: uer autẽ auſtrinum, & pluuioſum, æſtate lippitudines fient ſiccæ: pueris, & mulie
ribus febres*, quamuis in codicibus grę̨cis habeantur, ſuperuacanea tamen eſſe uidentur: noſterq́; etiam
interpres in poſtrema ſua editione conſulto ea omiſit, tanquam eorum ſenſus idem, clarior q́, admo-
dum, in eiuſdem capitis initio habeatur.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quam vim aeris, aquarum, & regionum uarietas ad mores, ac naturam hominum mutandam obtineat.

Non nulla, quæ ad morbos dignoscendos, & ad præsagiendum summe faciunt. CAP. I.

Vicunq; artem medicam integre assequi velit, hæc illi omnino sunt agenda. Primũ quidem temporum anni rationem habere debet, quantum potentia quodlibet eorum valeat: non enim simile quicquam in illis existit, verum multum differunt cum ipsa à seipsis, tum propter varias, quæ in eis fiunt, mutationes. Deinde ventorum & calidorum, & frigidorum, maxime qui ex his, omnibus hominibus sunt communes, & mox, qui in vnaquaque regione sunt indigenæ, & proprij. Neque vero negligentiorem se circa aquarum facultates cognoscendas exhibere conuenit. Quemadmodum enim gustu differunt, & pondere, sic quoque virtute aliæ ab aliis longe differre videntur. Quare, siquis ad vrbem sibi incognitam perueniat, circumspicere oportet eius situm, quo modo, scilicet, ad ventos, & Solis exortus iaceat: Non enim æquales vires sunt, ad Septentrionem sitæ, & vergentis ad Austrum, neque eius, quæ Solem exorientem, & quæ eundem occidentem spectat. Hæc itaque diligenter oportet perscrutari: ac simul quo modo habeant circa eam aquæ: num' ne palustribus vtantur, & mollibus, aut duris, & ex sublimi loco prolabentibus, & scaturientibus ex petris, siue salsis, & crudis. Terra etiam ipsa consideranda, nudá ne sit, & aquis carens, aut densa, & aquosa, & an concaua sit, & æstuosa: vel alta, & frigida. Hominum insuper diæta perquirẽda, qua maxime delectentur: an bibuli sint, & lurcones, & ocio dediti, aut [a]† exercitiis variis vtentes, & tolerantes laborum} [b]† ciborum que plus appetentes, quàm poculorum.} Ex his enim singula sint inuestiganda. Nam, qui hæc omnia probe, quantum fieri potest, cognouerit, aut horum plurima, cum non latere possunt, cum in vrbem etiam ignotam sibi peruenerit, neque morbi regioni peculiares, & patrij, [c]† neq; cōmunis regionis natura, qualis nam ea fuerit, ut non possit [d]† {in cognoscendis morbis} dubius hærere, aut errare, sicubi ad morborum medicationẽ adhibeatur. Quæ ambo illis euenire solent, qui non prius prouidi hæc diligenter cognouerunt. Vniuscuiusque præterea temporis, ac anni futuri constitutionem prædicere poterit, qui videlicet morbi [e]† communi affectione} ciuitatem sint inuasuri, tum æstate, tum hyeme, & quæcunque pericula vnicuique sint timenda ex diætæ immutatione. Cum enim temporum mutationes, & astrorum ortus, ac occasus obseruauerit, quemadmodum singula horum eueniant, prænoscet utique, & de anno, qualis hic sit futurus. Hoc nanque modo siquis rimatus fuerit, ac præcognouerit temporum occasiones, maxime de singulis sciet, vt plurimum q; sanitatem assequetur, & recta via procedet, non minima artis suæ gloria. Quòd sicut hæc sublimiora uideantur, si ab hac sententia discedat, discet non minimam partem conferre ad rem medicam ipsam Astronomiam, sed omnino plurimam, cum vnà cum temporibus, [f]† & ventres in hominibus mutentur. Quo modo autem singula, quæ diximus, scrutari, ac explorare oporteat, deinceps dicam manifeste.

A.l.1.f.2.d.2. c.3.fol.32.a

F A.l.1.f.2.d.2. c.10.fol.35.b

G

A † φιλογυμνασταί,

B † Cod. manuscriptus hēt solū κὶ ἐδωδοί, i. & edaces.

C † οὔτε τῶν κοινῶν ἡ φύσις quæ uerba alias verterat interpres, neq; communiũ natura. cod. tamē antiquissimus habet οὔτε τῶν κοιλιῶν ἡ φύσις, i. neq; ventriculorũ natura, & ita oīno uidetur legendum, ut mox infra in margine apparet.

D † Hæc verba non sunt in cod. græcis.

E† πάγκοινα, quā dictionem ipse īferius vertit, omnibus cō munes.

F† in antiquissimo cod. græco additur καὶ αἱ νόσοι, i. & morbi: & oīno uidetur addenda hæc verba, vt paulo superius visum est.

De ciuitatum natura pro ratione situs, & uentorum, quibus ipsæ perflantur. CAP. 2.

Qvæcunque quidem ciuitas, ad ventos sita est calidos, [g]† puto autem eos tales esse, qui inter brumalem Solis exortum, itidem que brumalem occasum perflant} huic hi venti sunt peculiares. A Septentrionalibus autem ventis tuta, ac protecta ea ciuitas existit. Aquæ vero eius multæ, & subsalsæ sunt, & necessario [h]† non sublimes, æstate quidem calidæ, hyeme frigidæ. Et quæ quidẽ vrbes bene sitæ sunt ad Solem, & ad ventos, & aquis bonis vtuntur, hæ minus à talibus mutationibus afficiuntur. Quæ vero aquis palustribus, ac lacustribus vtuntur, & non bene sitæ sunt ad ventos, & ad Solem, hæ magis. Et si quidem æstas sicca fuerit, citius sedantur morbi. Si vero pluuiosa, diuturni fiunt: & phagedænas ex omni occasione oboriri [i] verisimile est, si vlcus fiat. Si vero hyems frigida sit, [k] hòmines capita humida, ac pituitosa habere par est: & ventres ipsorum frequenter exturbari, pituita à capite influente: & formas ipsorum, vt plurimum, debiliores esse: ipsos que ad edendum, ac bibendum non appositos esse. Nam, qui capita debilia habent, non fuerint boni potores. Crapula enim magis grauat. Morbos vero hos ipsis vernaculos esse: Primum quidem mulieres morbosas, ac fluxionibus obnoxias esse: deinde multas steriles esse ex morbo, non à natura, & frequenter abortire: Pueris vero incidere conuulsiones, ac anhelationes, quæ morbus puerorum, & sacer esse putantur: Viris autem dysenterias, & alui profluuia, & febres lenes, diuturnas, hybernas, & pustulas nocturnas multas, & hæmorrhoidas in sede. Pleuritides autem, & peripneumoniæ, & febres ardentes, & quicunq; acuti morbi putantur, non multum proueniunt. Non enim fieri potest, vt isti morbi vigeant, vbi alui liquidæ existunt. Lippitudines vero oboriuntur humidæ, non graues, nec diuturnæ: si non ex mutatione magna temporum morbus aliquis omnibus communis occupet. Et, vbi quinquagesimum annum transgressi fuerint, defluxiones ex cerebro accedentes, homines [l] semidsyderatos faciunt, vbi caput derepente insolatum, aut frigore correptum fuerit.

Atque

Vide annotationem nostrā huic libro præfixam, in qua indicatur, quo modo, quę ī hoc capite habent, melius disponenda essent.

H A.li.1.f.2.d.2. c.6.fo.32.b

G† ταῦτα δ᾽ ἐστι, vel (vt in antiquo) ἐστὶ μεταξὺ τῆς, & c. i. Hi aūt erūt (vel sunt) inter brumalē Solis exortum, & brumalem occasum.

H* In antiquissimo cod. legit καὶ μετέωρα, id est & sublimes: & ita omnino videtur legendum: vide etiam infra capite vltimo versus finem.

I* Cod. ex Aldinus habet κοινῶς antiquus κίνδυνος, id est periculum est.

K* Vide nostram annotationem libro præfixam.

L* παραπληκτικούς.

A Atque hi quidem morbi ipsis vernaculi sunt: præterquam si morbus aliquis omnibus communis ex temporum mutatione oboriatur, nam & huius participes fiunt. Quæcunque vero ciuitates his ex opposito sitæ sunt, ad ventos frigidos, inter occasum solis æstiuum, & orientem æstiuum: etiam ipsis hi venti vernaculi, ac indigenæ sunt, ab austro vero, & calidis ventis protectæ sunt. Et de his vrbibus sic se res habet. Primum quidem aquæ, & duræ, & frigidæ vt plurimum dulcescunt. Homines autem [a] vegetos, & siccos esse necesse est: & plures ventres infernos crudos, ac duros habere, supernos vero fluidiores: biliosos que magis, quàm pituitosos, esse. Capita vero sana, ac dura habent. & plerunque [b]† vasa ipsis rumpuntur. Morbi autem [c] populares ipsis hi sunt, [d] pleuritides, & quos acutos esse morbos receptum est. Necesse est autē ita habere, cum alui duræ existant. Et suppurati multi ex omni occasione fiunt. Huius autem causa est, corporis [e] extēnsio, ac ventris duritia. Siccitas enim, & aquæ frigiditas facit, vt vasa rumpantur. Edaces autem tales naturas esse necesse est, & nō multum bibaces. [f]† Non enim fieri potest, vt simul multum edant, ac bibant.} Lippitudines que his fieri ex temporis interuallo necesse est, duras autem, ac vehementes, & statim oculos rumpi: Sanguinis item ex naribus fluxiones vehementes æstate fieri iunioribus triginta annis: Morbos etiam sacros appellatos, paucos quidem, verum vehementes. Longæ vero vitæ magis, quàm alios, hos homines esse par est: & vlcera non pituitosa oboriri, neque efferari. Mores vero magis feros, quàm mansuetos. Ac viris quidem hi morbi

A.l.3. f.21. t.1. c.8. fol.382.g

vernaculi sunt: præterquam si quis omnibus communis ex temporum mutatione ingruat. Ex mulieribus vero primum quidem multæ steriles fiunt propter aquas, quæ duræ sunt, ac crudæ, & frigidæ. Purgationes enim mensium nō

B contingunt commodæ, sed paucæ, ac prauæ. Deinde pariunt difficulter, & non valde abortiunt. Vbi vero peperint, pueros nutrire non possunt. Lac enim ab aquarum duritia, ac cruditate extinguitur: & tabes frequētes à partu fiunt. Præ violentia enim ruptiones, ac vulsuras habent. Pueris autem hydropes in testibus fiunt, quandiu parui fuerint: deinde ætatis progressu euanescunt. Pubescunt autem serò in hac ciuitate. Et de calidis quidem ventis, ac frigidis, & vrbibus ad hos sitis hoc modo, velut dictum est, res se habet. Quæcunque vero ciuitates sitæ sunt [g]† inter æstiuos, ac hybernos Solis ortus, & quæcunque ex opposito harum, de his ita habet. Quæ quidem ad orientem Solem sitæ sunt, eas par est esse salubriores his, quæ ad septentrionem conuersæ sunt, & his, quæ ad calidos ventos sitæ sunt, etiamsi stadium solum intersit. Primum enim moderatior est caliditas, ac frigiditas: deinde aquas, quæ ad Solis ortus sunt, omnes splendidas esse necesse est, & odoratas, & molles, & amabiles oriri in hac ciuitate. Sol enim emergens, ac illustrans ipsas castigat. Matutinum enim tempus ipse aer vt plurimum semper occupat. Et hominum formæ boni coloris sunt, [h]† & magis floridæ, si non quis alius morbus prohibeat. Et clara voce prædití sunt homines, & ad iram, ac intelligentiam præstantiores septentrionalibus, siquidem & alia, quæ in ipsa nascuntur meliora existunt. Et ciuitas, quæ hoc modo sita est, veri maxime similis est, iuxta caliditatis, ac frigiditatis moderationem. Et morbi pauciores fiunt, ac debiliores, similes que sunt morbis, qui in ciuitatibus ad ventos calidos conuersis oriuntur. Et fœminæ isthic

C valde fœcundæ sunt, ac facile pariunt. Et de his quidem ita habet. Quæ vero ad occasus sitæ sunt, & ipsæ à ventis ab oriente spirantibus protectæ sunt, & tum calidi venti leuiter afflant, tum frigidi ab Vrsis præterflant: eas vrbes necesse est situ morbosissimo positas esse. Primum enim aquæ non sunt splendidæ. Causa vero est, quòd aer matutinum tempus vt plurimum occupat, qui aquæ immistus claritatem eius disperdit. Sol enim prius, quàm eleuetur, non illustrat. Aestate vero, mane quidem auræ frigidæ spirant, & ros decidit. de cætero vero Sol {ad ipsas} occidens, quàm maxime homines percoquit. Quapropter etiā decolores, ac infirmos ipsos esse par est, & ex omnibus prædictis morbis participare. Nulla enim re ab ipsis separantur. Verisimileque est ipsos graui voce præditos, ac raucosos esse propter aerem, eo, quòd impurus plerunque isthic est, & morbosus. Neque enim ab aquilonaribus valde expurgatur. Non enim perseuerant venti. Qui vero perseuerant, ac ipsis incumbunt, aquosissimi existunt. Nam venti occidentales, similes potissimum sunt autūno. Et huiusmodi ciuitatis situs est ad diei mutationes, eo, quòd multū temporis inter matutinum, ac vespertinum intercedit. Et de ventis quidem, qui commodi sunt, ac incommodi, ita se res habet.

De natura paluſtrium & lacuſtrium aquarum, & earum, quæ è fontibus ſcaturiunt. CAP. 3.

D [i]† Cæterum de aquis deinceps narrare volo, quæ morbosæ sint, & quæ saluberrimæ: & quæ mala ab aqua fieri verisimile est, item que quæ bona. Plurimam enim partem conferunt ad sanitatem. Quæcunque igitur palustres sunt, & stabiles, ac lacustres, eas necesse est æstate esse calidas, ac crassas, et olentes. (Cum enim non defluant, sed aqua pluuia semper noua inferatur, & Sol vrat, necesse est ipsas decolores esse, & prauas, ac biliosas.) hyeme vero glaciatas, & frigidas, ac turbatas præ niue, ac glacie, vt pituitosissimæ, ac raucosissimæ existant: Bibentibus autem splenes semper sint magni, ac pleni: & ventres duri, tenues, ac calidi: Humeri vero, & claviculæ, & facies attenuata. In splenem enim carnes colliquantur, quapropter graciles existunt. Edaces autem esse tales, ac siticulosos par est, ventres que tum supernos, tum infernos calidissimos habere, vt etiam fortioribus medicamentis opus habeant. Atque hic morbus ipsis, & æstate, & hyeme familiaris est. Ad hæc etiam hydropes plurimi, ac letalissimi fiunt. Aestate enim dysenteriæ multæ, ac alui profluuia incidunt, & febres quartanæ diuturnæ. Hi autem morbi prolongati tales naturas ad hydropas deducunt, ac occidunt. Et hi quidem morbi ipsis æstate fiunt. Hyeme vero iunioribus quidem peripneumoniæ, & insaniæ, morbi: Senioribus vero febres ardentes propter ventris duritiem. Mulieribus autem, tumores oboriuntur, & pituita alba, & vix in ventre concipiunt, ac difficulter pariunt, & fœtus magnos, ac tumidos: deinde ex alimentis tabescentes, ac deprauati fiunt. Et purgatio commoda post partum

A* ἐντόνους

B† ῥηγματίαι εἰσίν. quæ dictio paulo ēt inferius habetur & ita ēt ab interprete vertitur. Gal. tamē in explanatiōe linguarū Hippocratis. in dictione ῥωγμέτιης, ait, ῥωγμαλίης, qui aliquid ex internis ruptū habet, quod sane & ῥηγματίαν, nominat.

C* ἐπιδήμιοι.

D pleuritides que multæ

E* ἔντασις.

F† Hæc verba non sunt in antiquo codice græco, & uidētur esse glossema. Vide etiā ca. 3. nō procul à principio.

G† πρὸς τὰ πνεύματα τὰ μεταξὺ &c. id est ad vētos qui sunt inter æstiuos ac hybernos &c.

H† In antiquo cod. græco legitur καὶ ἀνθηρά ἐστι μᾶλλον ἢ ἄλλα, ἢν μή τις νόσος κωλύῃ, i. & floridæ magis quam aliæ, nisi quis morbus prohibeat.

I † περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ὑδάτων. id est De reliquis autem aquis.

mulieribus non contingit. Pueris vero herniæ accedunt, & viris varices, & vlcera in tibiis. Quare fieri non potest, vt tales naturæ longææ sint, sed ante temporis aduentum senescunt. Præterea fœminæ se in vtero habere putant, & vbi partus tempus adest, ventris moles illa, ac plenitudo euanescit. [a]† Hoc autem contingit ex aqua, cum vteri ex aqua concepta laborant. Atque has quidem aquas ad omnem rem improbas esse censeo: secundo vero loco eas, quarum fontes è petris scaturiunt: duras enim esse necesse est: [b]† aut istic, vbi calidæ aquæ existunt: aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum. Hæc enim omnia præ violentia caloris nascuntur. Non itaque ex huiusmodi terra aquæ bonæ prodeunt, sed duræ, & æstuosæ, quæ & difficulter minguntur, & ad alui egestionem contrariæ sunt. Optimæ vero sunt, quæ ex sublimibus locis, ac terreis collibus fluunt. Hæ enim & dulces sunt, & albæ, & vinum modicum ferre possunt. & hyeme calidæ fiunt, æstate vero frigidæ. Tales enim fuerint ex profundissimis" fontibus. Maxime vero [c]† laudare eas oportet, quarũ fluxiones ad Solis exortus erumpunt, & præsertim ad æstiuos. Necesse est enim splendidiores esse, odoratas, ac leues. A.l.1. f.2. d.2. c.16.fo.37.f

Quæcunque vero salsæ, & crudæ, ac duræ sunt, ad hoc quidem, vt eas omnes bibant, non bonæ sunt. Sunt tamen aliquæ naturæ, & morbi, quibus tales aquæ in potu commodæ sunt, de quibus statim dicam. Habet autem & de his hoc modo. Quæ quidem aquæ fontes suos ad orientes habent, hæ præ omnibus optimæ sunt. Secundum ab his locum habent, quæ inter æstiuos Solis exortus, ac occasus emergunt, & magis hæ, quæ ad orientes. Tertio loco sunt, quæ inter occasus æstiuos, ac hybernos scaturiunt. Pessimæ vero, quæ ad austrum, & quæ inter [d]æstiuum ortum, & occasum. Et hæ quidem ad australes partes valde prauæ sunt, ad boreales vero meliores. His autem hoc modo vti conuenit. Quisquis sanus est, ac valet, is nullum discrimen faciat, sed semper eam, quæ præsens est, bibat. Quicunque vero morbi gratia eam, quæ commodissima est, bibere volet, is, si ita fecerit, maxime sanitatem assequi poterit. Quorum quidem ventres duri sunt, & idonei ad hoc, vt amburantur, his dulcissimæ, & leuissimæ, ac splendidissimæ conducunt: quorum vero molles ventres, & humidi ac pituitosi sunt, his durissimæ, & crudissimæ, ac subsalsæ aquæ conferunt: sic enim maxime reficcari poterunt. Quæcunque enim aquæ optimæ coctu sunt, ac facillime liquescunt, eas par est & ventrem maxime exoluere, ac eliquare. Quæ vero crudæ sunt, & duræ, & minime coctu bonæ, hæ magis constringunt ventres, ac resiccant. At enim mentiuntur homines de salsis aquis propter imperitiã, in eo, quòd per aluum secedere, eam quę soluere putantur. Maxime enim contrariæ sunt ad alui egestionem, ac secessum. Sunt enim crudæ, & coqui non possunt. Quare venter magis ab ipsis adstringitur, quàm eliquatur. Et de fontanis quidem aquis hoc modo res se habet.

A † Cod. impressi habent τοῦτο δὲ γίγνεται, ὑπὸ ὕδερος ὁκόταν ὑδρωπιήσωσιν αἱ ὑστέραι, manuscriptus, τοῦτο δὲ γίγνεται ὁκόταν &c. i. hoc ãt cõtingit, cũ uteri hydrope laborarint.

B † ἢ ἔιτε est in ĩpressis, manuscript9 ἢ ἐκ γῆς, aut ex terra, vbi &c.

C † ἐπαινεῖν est in ĩpressis, manuscriptus hẽt ἐπαινέω, id est laudo.

D * θερινῆς est ĩ impressis, ut uertit interpš. manuscriptus habet χειμερινῆς, i. hybernũ

De aquis pluuialibus, & de iis, quæ è niue, aut è glacie factæ sunt. CAP. 4.

DE pluuialibus autem, & quæ à niue fiunt, vt habeat, deinceps dicam. Aquæ igitur pluuiales leuissimæ, & dulcissimæ, & tenuissimæ, ac splendidissimæ sunt. Primum enim Sol, quod tenuissimum, ac leuissimum est in aqua, educit, ac sursum rapit. Clarum autem hoc, ipsum [e]mare facit. Quod enim salsum est, istic relinquitur præ crassitudine, ac grauitate, & fit mare. Quod vero tenuissimum est, Sol sursum rapit præ leuitate. Rapit autem tale non solum ab aquis stagnantibus, sed etiam ex ipso mari, & ex omnibus, in quibus aliquid humoris inest: inest autem in omnibus rebus. Et ex ipsis hominibus tenuissimum, ac leuissimum humorem ducit. Eius rei maximum signum inde sumere licet, vbi homo vestibus indutus in Sole iter fecerit, aut sederit. Quascunque enim corporis partes Sol aspicit, hæ non exudant. Sol enim, quicquid comparet sudoris, sursum rapit. Quæ vero sub veste contectæ sunt, aut sub aliqua alia re, hæ exudant. Educitur enim, ac domatur à Sole sudor. Seruatur autem ex tegmentis, vt ne disperdatur à Sole. Cum vero in vmbram deuenerit, totum corpus similiter sudore perfluit: non enim amplius Sol affulget. Quapropter etiam ex omnibus aquis hæ citissime putrescunt," & odorem malum pluuialis aqua habet, eo, quòd ex plurimis congregata est, ac permista, vt citissime putrescat. A.l.1. f.2. d.2. c.16.fol.38.b *Ad hæc vero, vbi rapta est, & in sublime eleuata, dum circunfertur, & ad aerem permiscetur, &, quod turbidum est in ipsa, noctem refert, id excernitur, ac decedit, & fit aer, & nebula: quod vero [f]tenuissimum est, ac leuissimum in ipsa, hoc relinquitur ac dulcescit, dum à Sole vritur, ac coquitur. Fiunt autem & alia omnia, quæ coquuntur, semper [g]dulcia. Quandiu igitur dispersa fuerit, & nondum congregata, fertur sublimis. Vbi vero coaceruata fuerit, ac simul congregata derepente à ventis inter se aduersarius, tunc deorsum prorumpit, qua parte plurima collecta fuerit. Tunc enim hoc magis fieri verisimile est, cum nebulas à vento stabilitatem non habente concitatas, ac procedentes, derepente ventus contrarius, ac aliæ nebulæ relliserint: atque tunc quidem prima ipsius pars congregatur, quæ vero à posteriore parte sunt, insuper accedunt, & sic crassescunt, & nigrescunt, ac simul congregantur, & præ grauitate deorsum prorumpunt, & pluuiæ fiunt. Atque hæ quidem aquæ optimæ sunt secundum hanc rationem: verum opus habent, vt decoquantur, ac excolentur: sin minus, odorem prauum habent, & raucedines [h]† & vocis grauitatem bibentibus inde accedere par est. At vero aquæ ex niue, ac glacie factæ, omnes malæ sunt. Cum enim semel concretæ fuerint, non amplius in pristinam naturam restituuntur: sed, quod quidem in ipsa clarum, ac leue, & dulce est, excernitur, ac disperditur: quod vero turbidissimum est, ac ponderosissimum, relinquitur. Hoc vero cognoueris hoc modo. Si enim volueris hyemis tempore vasculum certa aqua mensura infusa sub Dio exponere, quo maxime congeletur, deinde postridie in locum calidum deportatum sinere, quo maxime glacies liquescat, & vbi exoluta fuerit, aquam metiri, reperies aquam multo pauciorem. Atque hoc signum est, quòd à congelatione id, quod leuissimum, ac tenuissimum est, disperditur, & non, quod grauissimum, ac crassissimum*

E * Sal.

F * Siue λεπτότατον, i. tenuissimũ, vt est in ĩpressis, siue λαμπρότατον, i. splendidissimũ, vt est in antiquo cod. vtrunq; probari potest.

G * Al. γλυκύτερα, id est dulciora.

H † καὶ βῆχες, id est et tusses, additur in antiquo cod.

A crassissimum existit: non enim hoc disperdi poterit. Hac igitur de causa has aquas, quæ à niue, ac glacie eliquantur, pessimas esse puto ad omnes res: item que eas, quæ ad has sequuntur. Atque sic quidem de pluuialibus, & niualibus, ac glacialibus aquis res se habet.

A * συμπέπρακται cum asterisco, est in Aldino codice: in manuscripto aũt συμπέφρακται, i. obstructum est.

De noxis, quæ ex malarum aquarum potu proueniunt. CAP. 5.

CAlculo vero maxime laborant homines, & ex renum affectionibus, & vrinæ stillicidio, & coxendicum morbo corripiuntur: & herniæ fiunt, vbi aquas omnigenas bibunt, & de magnis fluminibus, in quæ alia deferuntur: & de stagno, in quod fluxiones multæ, ac omnis generis deueniunt: &, qui aquis inuectitijs vtuntur, quæ ex longo, & non breui locorum interuallo afferuntur. Non enim fieri potest, vt alia aqua similis sit alij. Sed aliæ dulces sunt, aliæ salsæ, & aluminosæ, aliæ de calidis fluunt. Vbi vero hæ simul inter se miscentur, dissident: & quæ " fortissima est, semper superat. Præualet autem non semper eadem, sed alias alia. Sed & ex ventis, alij quidem Boreæ robur exhibet, alij vero Auster: & de reliquis eadem ratio existit. Talibus igitur necesse est limum, & arenam in vasis subsidere: & ab his, si potentur, morbi prædicti fiunt. Quod autem non omnibus, consequenter declarabo. Quorum quidem aluus satis fluida est, ac sana, & vesica non ardens, neque stomachus vesicæ valde [a] coardescit, hi facile vrinam eijciunt, & in vesica nihil ipsis congregatur. Quorum vero aluus ardens, ac feruida fuerit, in his necesse est

A.l.2.f.2.d.2. c.16.fo.38.g

B * χολωδέστατον, id est biliosissimum, est in impressis: in manuscripto autem θολωδέστατον, id est, turbidissimũ.

B etiam vesicam idem perpeti. Cum enim magis, quàm pro natura, fuerit calefacta, stomachus ipsius inflammatur. Vbi vero hæc perpetitur, vrinam non dimittit, sed in se ipsa concoquit, & adurit, &, quod quidem tenuissimum in ipsa est, excernitur: &, quod purissimum est, transit, & emingitur. Quod vero crassissimum, ac turbidissimum est, coaceruatur, & concrescit, primum quidem parum, deinde maius fit. Dum enim voluitur ab vrina, quicquid crassum compactum fuerit, ad seipsum adaptat, atque sic augescit, & in tofum concrescit. Et, cum vrinam emittit, ad vesicæ stomachum allabitur ab vrina impulsum, & vrinæ emissionem impedit, & dolorem vehementem exhibet. Quare pueri calculosi, fricant ac trahunt pudenda. Videtur enim ipsis causa mictionis eo loco esse. Signum autem eius, quòd hæc ita se habent, hoc est: vrinam splendidissimam calculosi mingunt ad similitudinem seri, eo quod id, quod crassissimum est, ac [b] biliosissimum, isthic manet, & coaceruatur, ac concrescit. Et pleriq; sanè hoc modo lapidem, & calculum contrahunt. Fit autem pueris etiam ex lacte, si non salubre id fuerit, sed valde calidum, ac biliosum. ventrem enim percalefacit, & vesicam. Quare vrina, dum aduritur, hæc patitur. Et sanè sentio melius esse pueris vinum quàm aquosissimum dare: minus enim venas adurit, ac resiccat. [c] † Mulieribus autem pudendis non similiter contingit. meatus enim vrinæ in vesica breuis est, & amplus, vt facile vrina impellatur. Neque enim manu pudendum fricat, veluti masculus: neq; vrinæ in vesica meatum contingit. [d] † Ad pudenda enim perforatus est. Et, quia meatus sunt ampli, etiam plus bibunt, quàm pueri. Et de his quidem sic res se habet, aut his quàm proxime.

C † Codex manuscriptus habet τοῖσι δὲ θήλεσι λίθοι οὐ γίνονται ὁμοίως, ὁ γὰρ οὐρητὴρ βραχὺς, & c. id est Fœminis autem calculi non similiter fiũt: ureter enim, seu meatus uesicę breuis ē, et latus, etc.

D † Locus hic obscurus sanè est, & in græcis codicib[9] uarie legitur: impressi .n. habent, ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηνται, καὶ διότι οἱ οὐρητῆρες οὐκ εὐρέες: καὶ πίνουσι πλεῖον ἢ οἱ παῖδες. Manuscript[9] aũt: ἐς γὰρ τὰ αἰδοῖα ξυντέτρηται, οἱ δ' ἄνδρες οὐκ εὐθὺ τέτρηνται, καὶ διότι οἱ, & c. i. In pudēda .n. perforatus ē (si de vretere ītelligatur) vel perforata est (si de fœmina) Mares ãt nõ recta perforati sunt: & quia vreteres non sunt lati, et bibunt plus, quam pueri.

C

Vide nostram annotationem libro huic præfixam: in qua melior huius capitis dispositio ostenditur.

De morbis, qui ex mutatione temporum anni oriuntur, ac quæ tempora ad pharmaca exhibenda incommoda sint. CAP. 6.

CAeterum de [e] annis hoc modo consideratione facta quis cognoscere possit, qualis nam annus sit futurus, salubris ne, an morbosus. Si enim secundum rationem fiant signa in astris occidentibus, ac orientibus: & in autumno aquæ fiant: & hyems sit moderata, & neq; valde [f] clemens, neque modum excedens frigiditate: & in vere, ac in æstate tempestiue pluat, sic sanè saluberrimum esse annum par est. Si vero hyems quidem sicca sit, & borealis, ver autem pluuiosum, & australe, necesse est æstatem febriculosam fieri, & lippitudines [g] † inducere. Cum enim æstus derepente accedat, terra humida existente à vernis imbribus, & ab austro, necesse est æstum duplicatum esse, & à terra irrigua, ac calida, & à Sole vrente: cum ventres in hominibus non dum constricti sint, neque cerebrum resiccatum. Non enim fieri potest, cum ver tale existat, vt corpus, & caro non humore fluida fiant adeo, vt febres acutissimæ in omnes irruant, maxime autem in pituitosos. At dysenterias par est fieri & mulieribus, & viris humidioribus. Et si quidem circa canis exortum accedat aqua, ac tempestas, & Etesiæ spirauerint, spes est cessationis, & vt autumnus salubris fiat: Sin minus, periculum est, ne & pueri, & mulieres moriantur, minime vero senes: & ne, qui superstites euadunt, in quartanas desinant, & ex quartanis in hydropas. Si vero hyems australis fiat, & pluuiosa, &

D clemens, ver autem boreale, & siccum, & tempestuosum, primum quidem " mulieres, quæ vterum gestant, & partus ipsis ad ver instat, abortum facturas esse verisimile est: quæ vero etiam pepererint, impotentes, ac morbosos pueros parere ita, vt aut statim pereant, aut tenues, & debiles, ac morbosi viuant. Atque hæc quidem mulieribus. Reliquis vero dysenterias, & lippitudines siccas, & aliquibus defluxiones à capite in pulmonem. Pituitosis igitur dysenterias fieri verisimile est, & mulieribus pituita de cerebro defluente propter naturæ humiditatem. Biliosis vero lippitudines siccas propter carnis caliditatem, ac siccitatem. Valde autem senibus defluxiones, propter raritatem, ac eliquationem venarum, adeo vt aliqui quidem derepente pereant, aliqui vero [h] semisyderati, aut dextra, aut sinistra parte fiant. Cum enim hyems sit australis, & pluuiosa, ac calida, & corpus non astringatur, neque venæ, vere accedente boreali, & sicco, ac frigido [i] † cerebrum, postquam ipsum dissolui, ac purgari contigit, à grauedine, ac raucedine tunc simul cum vere stabilitur, ac constringitur. Quare derepente æstate accedente, & ardore, ac mutatione contingente, hi morbi incidunt. Et intestinorum læuitates, & aqua intercus fere reliquis morbis desinentibus superueniunt, cum non queant facile ventriculi à concepta humiditate exiccari. Si autem æstas pluuiosa sit, & austro multum perfletur, similis que sequatur autumnus, necesse est hyemem morbidam esse, & ijs, qui pituita abundant, & qui quadragesimum

A.li.1.f.2.d.2. c.7.fo.33.d

* E ὡρέων est in manuscripto, i. tēporibus anni.

F * εὔδιος.

† G In manuscripto etiam legitur: & dysenterias. ut ī 3. aph. 11.

H * παραπλῆκτους.

I † Mēdosa sunt exemplaria impressa: habent .n. ὁ ἐγκέφαλος ὁπηνίκα αὐτὸν ἔλη ἅμα τῷ ἦρι, & c. Manuscriptus hēt ὁ ἐγκέφαλος ὁπηνίκα αὐτὸν ἔδει ἅμα τῷ ἦρι. i. cerebrum, cum ipsum vnà cum vere dissolui, ac purgari oportebat a grauedine, & raucedine, tunc concrescit, ac consistit.

mum annum excesserunt, febres ardentes fieri verisimile est: qui vero bile abundant, costarum abscessus, & pulmonis. Si vero æstas sicca existat, & borealis, sequens vero autumnus pluuiosus, ac ventis septentrionalibus agitatus, capitis " dolores ad hyemē expectare conuenit, & cerebri [a] † concussiones, ampliusq; raucedines, grauedines, & tusses, aliquibus etiā tabes. Quòd si borealis sit autumnus, ac siccus, ac neque sub cane, neq; sub Arcturo pluuiosus, confert pituitosis natura, & maxime qui natura sunt humida, & mulieribus: Biliosis autem infestissimum hoc tempus existit: valde enim exiccantur: accidunt que eis lippitudines aridæ, & febres acutæ, ac diuturnæ: non nullis etiam melancholia: siquidem, quod liquidissimum, & aquosissimum in bile est, consumitur, densissimum vero, & acerrimum relinquitur: quod idem accidit secundum eandem rationem, & circa sanguinem, vnde & hi morbi his accidunt: pituitosis autem hæc omnia commoda sunt. Exiccantur enim, & in hyemem perducuntur, minime humecti, sed resiccati. [b] † Si vero hyems Borealis sit, & sicca, ver autem austrinum, & pluuiosum, æstate lippitudines fient [c] fortes, pueris, & mulieribus febres. Hæc igitur si quis mente concipiet, & considerabit, is præcognoscet plurima omnino, quæ ex huiusmodi mutationibus sint futura. Maxime autem obseruare oportet magnas temporum mutationes, vt neque medicinas in illis libenter exhibeamus, neque uramus, quæ circa ventrem, neq; secemus prius, quàm prætereant dies decem, aut plures, & non pauciores. Periculosissima sunt etiam ambo solstitia, maxime vero æstiuum. Periculosum etiam æquinoctium utrunque, magis vero autumnale. Oportet autem, et astrorum exortus considerare, præcipue Canis, deinde Arcturi, & Pleiadum occasum. Morbi enim in his maxime diebus iudicantur, aliq́ue perimunt, aliq vero desinunt, reliqui vero omnes in aliam speciem, aliumq́ue statum transmutantur. Et hæc quidem, sicut dixi, ita se habent.

E ... F

A † Græcus codex hēt σφακέλους, quę vox Galeno teste ī secundo de locis affectis plurima hēt significata: hic fortassis eos significat morbos, qui in cerebro à pituita oriuntur, apoplexia, & huiusmodi.

A. ibidem. c

B † *Hæc verba uidētur superflua, ut etiam in annotatione libro huic præfixa indicatum est.*

C † *Al. ξηραὶ, i. siccæ.*

De Aegypti, & Lybiæ natura, ac eorum, qui eas regiones inhabitant. CAP. 7.

Volo autem, & de Asia, & Europa demonstrare, quantum differant inter se per omnia, & de gentium formis, quid distent, & nihil inuicem simile habeant. Verum de omnibus, si quis dicere velit, in immensum excresceret sermo: quare de maximis, & plurimum differentibus dicam, quantum saltem mihi in ea re est compertum. Asiam plurimum differre dico ab Europa secundum naturas omnium ex terra nascentium, itemq́ue hominum. Longe enim pulchriora, & maiora omnia nascuntur in Asia. Estq́ue regio ipsa, hac nostra multo mansuetior: sunt etiam hominum mores benigniores, & [d] cultiores. Causa vero horum est temporum anni temperatura. Siquidem in " medio Solis exortu sita est ad auroram, à frigiditate omni remota. Incrementum autem, & benignitas inde omnium maxime proficiscitur, cum nihil sit præcellens, & cogens violenter, sed per omnia æqualitas vigeat: quanquam non habeant vbique per omnem Asiam omnia secundum eundem modum. Quæcunque enim in ea regio in medio sita est calidi, & frigidi, ea omnium fertilissima existit, & arboribus refertissima, & maxime [e] serena, aquisq́ue [f] maximē vtitur, & cœlestibus, & ex terra promanantibus. Neq; enim à calore combusta est valde, neq; à squallore, & aquarum inopia exiccatur, neque à frigore obleditur: verum austris perflatur, & irrigua est, tum propter imbres multos, tum propter niues. Fructus autem suo tempore maturos, multos in ea nasci par est, siue ex sparsis seminibus hi proueniant, siue terra ipsa per se sponte producat eorum plantas: quarum fructibus vtuntur homines, eas ex agrestibus cicures, & domesticas facientes, & pro commoditate sua transplantantes. Pecora etiam ipsa pleniora prouenire illic maxime est consentaneum, quæ & pariunt sæpius, & pulcherrime educantur. Quin & homines habitiores esse, ac specie pulcherrimos, & magnitudinis eximiæ, minimeq́ue differentes, quantum ad formam, ac corporum proceritatem attinet, constat. Certumq; est hanc regionē [g] † proxime accedere ad naturam, ac mediocritatem anni temporum: verum virilitatem, ærumnarum ac laboris tolerantiam, ac audaciam non verisimile est huic naturæ innasci, Sicut neque eiusdem, neq; diuersi generis constantes, ac perpetui sunt amatores. Vincit enim in ipsis voluptas: quæ ratio est multiformes generari partus, præcipuē in feris. Atque sic quidem de Aegyptijs, ac Libycis mihi habere videtur.

G

D * ἐνεργότερα, i. magis operosæ. *Ant. codex habet* εὐεργετικότερα, *i. beneficentiores.*

A. li. 1. f. 2. d 2. c. 11. fo. 35. g

E * εὔδιος.

F * *μάλιστα, est in impressis: in manuscripto* καλλίστοις, *i. optimis.*

G † *Cod. impressi corrupti sūt: manuscriptus habet* τοῦ ἦρος ἐγγύτατα εἶναι κατὰ τὴν φύσιν, *i. ad uer proxime accedere natura.*

De cæteris regionibus Asiæ ab hyberno Sole ad Mæotidem paludem, de Macrocephalis, ac de ijs, qui accolunt Phasim. CAP. 8.

H

De ijs vero, qui ad dexteram hyberni ortus Solis vsque ad Mæotidem paludem habitant (Hic est enim Europæ, & Asiæ terminus) sic habet. Multo maior diuersitas est inter illas ipsas gentes, quàm de quibus iam dixi, cum propter varias temporum mutationes, tum ob regionis naturam. Habet autem eodem planè modo, quemadmodum, & circa aliorum hominum terras accidit. Vbi enim tempora magnas mutationes faciunt, & frequentissimas, illic & regio agrestis, & maxime inæqualis existit, inuenias que, & montes plurimos, & densos, itemque campos, & prata. Vbi autem non valde variant tempora, illic æqualissima regio est, quod idem, & de hominibus ipsis est intelligendum. Si quis enim recte consideret, videbit quorundam naturam montibus syluosis, ac [h] † aqua carentibus similem esse, aliorum vero [i] aquosa, ac exilia loca referre, sicut quidam pratorum, ac paludum naturam præ se ferunt, atque alij, quorum planitiebus, nudisque, ac siccis terris constitutio similis existit. Tempora enim, quæ formarum naturam variant, sunt diuersa: cum ergo inter sese sint maxime diuersa, varias, & multiplices formas producunt. Porrò, quæ parum inter se differunt, gentes relinquam, Quæ autem plurimum [k] † non natura solum, sed & legibus discrepant, de illis referam, quo modo habeant. Ac primum omnium de Macrocephalis, cum nulla omnino alia gens sit, quæ similia capita habeat. A principio quidem [l] consuetudo in causa fuit, vt tam longis capitibus essent. Nunc autem natura ipsa cum consuetudine conspirauit. Siquidem generosissimum apud eos putatur caput habere, quam maxime longum: consuetudinis autem hoc initium fuit. Cum recens infans natus est, caput eius adhuc tenerum,

H † *Est quidem* ἀφύδροισι: ī *cod. impressis: manuscriptus tamē hēt* ἐφυδροίσι, *i. aquosis.*

I * *Est in īpressis* ἐνύδροις: *in manuscripto tamen* ἀνύδροις, *i. inaquosis.*

K † ἢ φύσει, ἢ νόμῳ, *i. uel natura, uel lege.*

L * νόμος, *i. lex, & ita semper.*

A tenerum, ac molle existens, quàm celerrime constringunt manibus, coaptantes que cogunt in longitudinem augeri: quin & vinculis connectunt, ac aptis instrumentis colligant, quo rotunditas capitis prohibeatur, ac longitudo augeatur. [a] † Ea consuetudo tantum effecit, vt eiusmodi natura capitum existeret. Temporis vero progressu [b] † natura quoque tales produxit, vt non esset necesse consuetudine priore cogere. Cum enim semen genitale ab omnibus corporis membris procedat, à sanis quidem sanum, à morbidis morbosum, fiat que, vt ex caluis calui gignantur, ex cæsijs cæsij, & vt plurimum distortus distortum generet, eadem que ratio sit circa reliquas formas, Quid prohiberet, vt non ex Macrocephalis Macrocephali gignerentur? Nunc autem non nascuntur ita {magnis capitibus,} quemadmodum prius, cum consuetudo non amplius [c] duret, [d] † per incuriam hominum intercepta. } Et de his quidem hæc mea est sententia. De illis autem, qui Phasim accolunt, adijciam. Regio eorum palustris est, calida, aquosa, & densa: imbres que in eam decidunt omnibus temporibus, & magni, & impetuosi. Homines vero ipsi vitam agunt in paludibus, domos que ligneas, & ex arundinibus in ipsis aquis habent extructas: neque multum inde prodeunt, vt adeant vel emporia, vel vrbes, verum nauiculis ex vno ligno fabrefactis permeant sursum, ac deorsum: habent enim fossas, ac ductus aquarum plurimos. Bibunt autem aquas calidas, & stagnantes, quæ & à Sole sunt putrefactæ, & ab imbrium casu auctæ. Ipse que fluuius Phasis omnium fluuiorum stagnantissimus est, & qui lentissimo cursu profluat. Fructus autem, qui illic nascuntur, om-

B nes insalubres sunt, euirati, imperfecti que præ multitudine aquarum, propterea neque vnquam maturescunt. Atque cum multus aer cum aquis regionem occupet, ob hanc ipsam causam, quod ad formam attinet, Phasiani sunt à reliquis hominibus longe diuersi. Sunt enim magnitudine ingenti, ac corpulentia valde excellenti, neque iuncturæ eorum vllæ, neque venæ comparent, pallidum que præ se ferunt semper colorem, quemadmodum, qui regio tenentur morbo: loquuntur autem, vt siqui alij, omnium hominum grauissime, nimirum aere vtentes non sereno, [e] † sed obscuro, & maxime humectato: } sunt insuper ad laborem à natura ipsa segniores. Anni que tempora non [f] varias habent neque ad æstum neque ad frigus permutationes. Venti autem eis sunt plurimi Austrini, præter vnum eius regionis proprium, & indigenam, qui aliquando violentior, ac molestior calidus existens spirat, quem Cenchrona patrio vocabulo appellant. Verum Boreas non valde ad eos pertransit, quòd si aliquando spiret, debilis tamen existit, ac valde lenis.

Cur Asiani timidi sint, & imbelles. CAP. 9.

De natura ergo, ac diuersitate, & forma eorum, qui Asiam, & Europam incolunt, ita habet. Quòd autem timidiores, effœminatiores, ac imbelles præ Europæis Asiani existant, moribus que mansuetiores, tempora ipsa anni in causa sunt, quæ non magnas permutationes faciunt, neque caloris, neque frigoris, sed semper æqualia per-

C manent: vnde neque mentes stupore percelluntur, neque corpora fortem transmutationem incurrunt. A quibus verisimile est iram exasperari, [g] † cognitionem q; & calorem amplius excitari, quàm si semper in eodem statu quis persistat. Mutationes enim sunt rerum omnium, quæ etiam hominis mentem semper excitant, neque sinunt quiescere. Propter quas sanè causas imbelle vniuersum Asianorum genus existit, atque adhuc amplius propter leges. Multo maxima enim Asiæ pars sub Regibus est. Vbi autem non in sua potestate viuunt homines, neque sui iuris sunt, sed dominis subiecti, ibi non multum curiosi sunt, quo modo se ad bellum apparent, immo magis hoc curant, vt ne bellicosi videantur. Pericula enim eis non æqualia instant: nam hi in militiam proficisci, labores que perferre, ac mortem oppetere pro dominis suis coguntur, relictis interim domi liberis, vxoribus, ac reliquis amicis: atque siquidem viriliter, & fœliciter bellum gesserint, dominis inde cõmoda accedunt, eorum que facultates inde augentur. Verum ipsis præter pericula, & cædes, nihil demetitur. Proinde neque horum hominum regionem frequenter habitatam esse necesse est, immo eam propter inertiam bellicam, ac ocium à plerisque relinqui. [h] † Quo circa, & siquis à natura virilis, & magnanimus est, ita plurimum eius animus leges auersatur: cuius rei magnum inditium, vel inde haberi licet, quòd, quicunque in Asia Græci, item que Barbari dominis non subsunt, sed iure suo degunt, sibi, ipsis que omnes labores lucrifaciunt, illi bellicosissimi omnium existunt. Periclitantur enim ipsi sibi, virilitatis que præmia ipsi reportant, sicut timiditatis, ac ignauiæ pœnam luunt pariter. Inuenias autem & Asianos ipsos inter se

D differentes, generosiores alios, alios degeneres: quorum omnium causa ad temporum mutationes est referenda, quemadmodum & in præcedentibus dixi. Atque sic quidem habet in Asia.

De natura, moribus, uictu, & forma Scytharum. CAP. 10.

IN Europa vero genus hominum est Scythicum, circa paludem habitans Mæotim, quod à reliquis gentibus differt, Sauromatæ appellantur. Horum fœminæ equites sunt, arcubus vtuntur, ac sagittas iaculantur ex equis, cum hostibus congredientes, dum virgines existunt: neque deuirginantur prius, quàm hostium tres confecerint: neque prius maritis cohabitant, quàm sacra Deo patrio more fecerint. Quòd siqua sibi virum acceperit, ab equitatu libera est, nisi necessitas cogat communi expeditione omnes arma sumere. Dexteram autem mammam non habent. Nam puellis adhuc infantibus matres ære o instrumento in hunc vsum parato, igneque candefacto eam auferunt, ac exurunt, ne iterum succrescere contingat, atque vt omnis vis, ac robur in dextrum humerum, & brachium deferatur. Cæterum reliqui Scythæ, quod ad formam attinet, ipsi sibi similes sunt, alijs dissimiles. Sicut quoque Aegyptij ipsi inter se, præterquam quòd hi à vehementi calore, illi ab intenso frigore sunt compressi. Verum solitudo, quæ Scythica dicitur, in planitie sita est, pratis abundans, sublimis, & mediocriter aquosa. Sunt enim fluuij in ea magni, in

gni, in

A.l.3. f.21.t.1. c.8.fol.382.g

A † Cod. impreßi habent, αὐτὸς τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. Manuscriptus οὕτως τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε ὑπὸ βίης τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. i. Ita a principio lex effecit, ut vi talis natura genita sit.

B † ἐν χρόνῳ ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν.

C * ἰσχύει.

D † διὰ τὴν ἀμέλειαν τῶν ἀνθρώπων, est in impreßis cod. manuscriptus. διὰ τὴν ὁμιλίαν τῶν ἀνθρώπων, i. propter cõuersationem hominum: ac si diceret, quia cum hac gente aliæ gentes cõmiscentur.

E † Manuscriptus habet ἀλλὰ νοτώδει καὶ θολερῷ.

F * multum.

G † Cod. manuscriptus habet, καὶ τοῦ ἀγριώματος, καὶ θυμοειδέος μετέχειν μᾶλλον ἤ. i. & de ĩhumanitate, ac iracundia participãt magis, q̃ si, et c.

H † Al. ex antiquo. Ita ut ẽt, si quis a natura virilis, et magnanimus ẽ, eius animus a legibus ĩnertatur: cuius rei &c.

gni, in quos aqua ex campis per riuos deducitur. In hac itaque Scythæ degunt, qui Nomades vocantur, propterea quòd nullus habeant domos, sed in curribus habitant. Sunt autem currus, ex quibus minimi quatuor rotis, reliqui sex circumaguntur, Sunt etiam luto obturati, ac instar domorum fabrefacti, aliqui simplici, aliqui etiam triplici tabulato. Robur autem ipsis inest aduersus omnes iniurias aquarum, niuis, ac ventorum propellendas. Trahunt currus aliquos quidem boum paria duo, aliquos tria, atque hi cornibus carent, cum præ frigore regionis cornua eis non enascantur. In his itaque curribus degunt mulieres. In equis autem vehuntur viri. Sequuntur autem simul oues, boues, & equi. Tandiu deinde in vno subsistunt loco, dum sufficit ipsis pecoribus pabulum, quo deficiente in aliam regionem commigrant. Vescuntur autem ipsi carnibus elixis, bibunt que lac equinum: comedunt etiam hippacem, id autem est caseus equinus. Hactenus ergo de victu, & moribus diximus, temporibus que anni, ac formis, quæ à reliquis hominibus longe sunt Scythiæ genti diuersæ. Ipsa enim sibi inter se gens similis existit, quemadmodum & gens Aegyptiorum. Minime autem fœcunda ea gens est, regio que ipsa minimas feras enutrit, neque numero, neque magnitudine insignes. Sub ipsis enim Vrsis, Rhiphæis que montibus sita est, vnde Boreas spirat: Sol que ipse supremo æstiuo solstitio deficiens proxime accedit, ac tum quidem exiguo tempore calefacit. Neque vero venti à calidis locis spirantes valde ad eam regionem penetrant, nisi parumper, & debiles. Verum ab Vrsis venti procedentes sunt illic perpetui frigidi à niuibus, glacie, ac aquis multis. Qui nunquam à montibus decedunt, vt propterea etiam ægre habitari possint. Aer que ipse totum ferè diem nubilus campos occupat. Ipsi vero † in humidis locis degunt. Et fere perpetua est ipsis hyems, æstas autem paucissimis diebus, atque illis non valde multa. Sunt enim planities eminentiores, & nudæ, neque vllis montibus circumseptæ, sed ferè sub ipsis Vrsis † accliues. Neque feræ nascuntur illic magnæ, sed quales possibile est sub ipsa terra contegi. Prohibet enim hyems, & nuditas terræ, quæ & diuerticulis, & vmbraculis caret, propter temporum anni mutationes, neque multas, neque fortes, sed similes semper, vel parum admodum diuariantes: vnde & formas corporum inter se similes habent, cum eodem vtantur victu, & amictu, æstatis, & hyemis tempore, attrahunt que aerem aquosum, condensatum, aquam insuper bibentes à niuibus, & glacie resolutam, nullo etiam corporis exercitio accedente, cum non verisimile sit corpus, aut animum vllis exercitationibus apta fieri, vbi non mutationes temporum fiunt fortes. Propter quas causas formæ eorum sunt crassæ, & carnosæ. Iuncturæ vero humectæ, & inefficaces: ventriculi que humidi omnes, maxime omnium tamen inferior aluus, nequit enim ipsa exiccari in eiusmodi & regione, & natura, & temporis constitutione. Sed pinguedine, & nuditate carnis formæ inuicem sunt similes, masculorum masculis, & fœminarum fœmellis. Tempora enim cum sint inter se similia, nullas corruptiones, neque malignitates inferunt in seminis genitalis misturam, ac compactionem, nisi quiddam aliud fortuito, vel casu contingat, aut à morbo. Magnum autem argumentum humiditatis corporum Scytharum hoc exhibebo. Multos enim ipsorum, præcipue qui Nomades sunt, reperias exustos humeros, ac brachia habentes, manuum que iuncturas, pectora, coxas, & lumbos, nullam sanè aliam ob causam, nisi ob † humoris, & mollitiei naturæ detractionem. Nam neque arcus intendere, neque telum torquere possunt † præ impotentia humiditatis humerorum: cum autem vruntur, humor ipse à iuncturis exoluitur, fiunt que corpora ipsorum validiora, melius nutriuntur, & magis redduntur articulorum vsu potentia. Fluida vero fiunt, ac lata, primum propterea quòd fascijs non colligantur, quemadmodum fieri solet in Aegypto: deinde quòd non animaduertunt quomodocunque inter equitandum equis insideant: postremum etiam propter desidiam perpetuam. Masculi enim eorum ante, quàm potentes fiant equos conscendere, atque in illis vehi, plurimum temporis desident in curribus, raro que prodeunt, vt inambulent, propter exilia, ac perpetuas circulationes. Muliebrium autem corporum formæ ad miraculum vsque fluxæ existunt. † Porrò Scytharum gens fului valde coloris existit propter frigus ingens. Non enim vehemens accedit ad eos Sol, à frigore vero albedo exuritur, & fit fulua. Neque vero possibile est fœcundam esse eorum naturam, cum viri minime cupidi sint cum fœminis commisceri, ob nimiam corporis humiditatem, ventris que mollitiem, ac frigiditatem, quæ causæ apparent minime viros ad coitum incitari. Accedit his lassitudo ex continua equitatione contracta, quæ eos ad commistionem reddit impotentiores: atque hæ sunt causæ, cur viri infœcundiores putentur. Mulieres autem pinguedo carnis, & humiditas steriles facit, præ quibus vteri earum genitale semen arripere nequeunt. Lunares nanq; purgationes eis non eueniunt, quemadmodum est necesse, sed minus, & per longius tempus. Ipsum que amplius vteri os præ pinguedine concluditur, vt nequeat semen suscipere. Sunt enim ociosæ, & pingues, ventres que earum frigidi, & molles. Vnde necessario sequitur non multum fœcundā Scytharum gentem esse: cuius rei famulæ earum indicium exhibent: statim enim, vbi ad viros accesserint, ac fuerint cum illis commistæ, in ventre concipiunt, propter corporis exercitium frequens, carnis que gracilitatem.

Marginal notes: * νόμας. — † ἐν νότοισι. — † Aliqui legunt ἀνάνθη, i. steriles, ac sine floribus, nō autem ἀνάντη, i. accliues. — † *humiditatē naturæ, et mollitiem.* — † *præ humiditate, ac impotentia.* — † *κ βραδέα, i. et tardæ: addit ī manuscripto.*

Right margin letters: E, F, G, H

Cur multi Scytharum Eunuchi, ac ad concumbendum impotentes. CAP. II.

Amplius autem præterea plurimi Scythæ Eunuchi fiunt, & muliebria officia obeunt, instar que fœminarum omnia faciunt, & loquuntur, vocantur que hi effœminati. Regionis quidem incolæ causam ad Deum referunt, colunt que hos ipsos homines, & adorant, sibi ipsis timentes, nequid tale accidat. Mihi vero hi affectus diuini quidem esse videntur, sicut & reliqui omnes, neque vllum aliquem alio esse diuiniorem, aut humaniorem, † sed diuinos omnes, verum vnusquisque eorum suam propriam habet naturam, neque aliquis citra naturam nascitur.

Quare, quomodo hic affectus contingat, vt mihi videre videor, narrabo. Ab equitatione ipsa diuturni eos corripiunt articulorum dolores, nimirum propendentibus semper ex equis eorum cruribus. Deinde claudi fiunt, contrahuntur que coxendices, cum inualuerit morbus. Medicantur autem sibi ipsis hoc modo. A principio morbi venam

Marginal note: † *Manuscriptus habet, ἀλλὰ πάντα ὅμοια, κ πάντα θεῖα, i. sed oēs similes, & oes diuinos, verum, &c.*

A nam retro utranque aurem incidunt, quo facto, sanguine multo promanante somnus eos corripit præ imbecillitate, sicque obdormiscunt, quorum quidem aliqui depulso somno sani exurgunt, aliqui uero minime. † Atque mihi sanè uidentur ea medicatione se ipsos perdere. Venæ * enim retro aures sunt, quas siquis secet, sterilitatem inferat his, quibus secantur: quare id etiam ipsis ex earum incisione accidere certum est. Quando igitur postea uxores adeunt, impotentes que se factos uident cum illis coire, primum quidem nihil molestius cogitantes quiescunt: cum autem bis, aut ter, aut amplius frustra opus tentarunt, neq; quicquam proficiunt, mox putant se Deum offendisse, in quem culpam reyciunt. Induuntque se ueste muliebri, palam se euiratos esse confitentes, ad mulierum que contubernia transeunt, & cum illis eadem, quæ illæ, agunt. Hoc itaque malo ditissimi Scytharum afficiuntur, minime uero infimi. Immo, qui maxime, & genere, & potentia præualent, ex nulla alia, quàm continuæ equitationis causa, hoc perpetiuntur: Pauperes uero minus, cum non equitent. Vnde, si hæc affectio alijs diuinior censenda esset, non nobilissimis, non ditissimus Scytharum fere solis accideret, sed esset omnibus æqualiter peculiaris. Immo magis inuaderet pauperes circa cultum deorum negligentiores, si saltem gaudent dij in hominum admiratione constitui, & pro hoc beneficia hominibus retribuunt. Diuites enim sæpius dijs sacra facere par est, uictimas offerre, colereque, cùm pecunijs abundent: Pauperes autem minus id facere, cum non habeant. Quin etiam aliquando deos detestantur, qui eis opes non suppeditent, ut uerisimi-
B lius esset, pauperes, ac parum abundantes, hoc malo propter crimina sua puniri, quàm diuites, & qui opibus abundant. Verum, sicut & prius dixi, diuinus quidem hic affectus est, secundumque naturam accidit, similiter, ut alij omnes, neque alia eius causa, quàm ea, quàm dixi, Scythis existit. Simili autem modo, & reliquis hominibus euenit. Vbi enim maxime, & frequentissime homines equitant: ibi plurimi à diuturnis doloribus articulorum, coxendicum que, & maxime pedum corripiuntur, ad coitum que fiunt impotentes: quæ omnia mala Scytharum genti adsunt. Atque propterea Scythæ omnium hominum minime sunt ad coitum ualentes. Et quòd anaxyridas (braccharum, seu fœminalium id genus est) semper habent, & plurimum temporis in equis degunt, ut neque manu tractare pudenda liceat, atque præ frigore, & lassitudine, uoluptatis, ac iucunditatis coeundi obliuiscantur, neque prius aliud sibi faciendum putent, quàm ut euirati fiant.

† Al. ex antiquo cod. græco. Atq; mihi quidē uidetur ea medicatione semē corrumpi: legitur enim διαφθείρεσθαι ὁ γόνος.

* ἀναθήματα.

A.l.3.f.21.t.1. t.8.fol.383.a

De reliquorum Europæ populorum natura, pro mutationis temporum, regionum, & aquarum uarietate. CAP. 12.

HActenus ergo de Scytharum gente recensui. Reliquum autem in Europa hominum genus ualde inter se dissimile est, & diuersum, tum quod ad magnitudinem attinet, tum quod ad formam: atque id pro-
C pter temporum mutationes contingit, apud eos magnas, & frequentes. Sunt enim eis calores uehementes, & hyemes fortes, pluuiæ multæ, rursumq; siccitas diutina, & uenti plurimi, ex quibus multæ, & omnimodæ fiunt transmutationes. Neque à uero discrepat circa generationem has ipsas mutationes sentiri, in q; seminis genitalis coactione aliam, neque ex eodem etiam eandem, æstatis pariter, ut hyemis, pluuioso, ut sicco tempore, progigni. Ea que causa est, cur putem Europæos magis, quàm Asianos, secundum corporum formas inter se discrepare, & magnitudines diuersissimas in singulis adeo urbibus prouenire. Plures enim corruptiones contingunt in seminis coactione, cum tempora frequenter uariant, quàm si eadem sunt, & similia. Eadem autem morum ratio in utrisque existit. Feritas, integritas, & audacia à natura Europæis innascitur. Frequentes enim mentis perculsiones feritatem inducunt, mansuetudinem contra, & benignitatem extirpant. Quare etiam magnanimos magis eos, qui Europam incolunt, Asianis iudico. Siquidem similitudo, & æqualitas perpetua segnitiem parit. Mutatio autem, & animum, & corpus ad exercitationem excitat. Augetur itaque à desidia, & ocio timiditas. Ab exercitio uero, & laboribus crescit uirilitas. Vnde bellicosiores quoque Europæi extant, non ob hanc solum causam, sed & propter leges. Non enim regibus obediunt, quemadmodum Asiani. Vbi enim sub regibus uiuitur, ibi necesse est homines timidissimos esse, quemadmodum & supra ostendi: seruitute nanque animi eorum pressi non libenter, neque uolentes, temere pro aliena potestate se periculis exponunt. Europæi au-
D tem suo iure uiuentes, cum pro se ipsis, non pro alijs, pericula belli subeant, magna cupiditate feruntur, uolentes que, ac alacres difficultates omnes aggrediuntur, ipsi que sibi ex re bene gesta præmia reportant, ut certum sit leges plurimum ad magnanimitatem conferre. Tota itaque, & uniuersa res de Europa, & Asia, sicut retuli, habet. Cæterum Europa ipsa adhuc habet gentes inuicem differentes, non magnitudine, & forma solum, sed & fortitudine. Quæ uero in eis hanc diuersitatem faciant, in præcedentibus dixi, dicam que amplius magis manifeste. Quicunque regionem montanam, asperam, nudam, & aquosam incolunt, & quibus mutationes temporum contingunt magnæ, & diuersæ, hic & hominum formas magnas progigni conuenit, qui & ad laborem, & ad uiriliter agendum à natura præstent, quibus que feritas, & immanitas non mediocriter à natura sint congenita. Qui uero loca concaua, pratensia, & æstuosa habitant, uentos que calidos plus sentiunt, quàm frigidos, & aquis utuntur calidis, hi magni quidem esse non possunt, neque † bene compositi, & longi, sed in amplitudinem à natura producti carnosi sunt, & capillis nigris. Immo & ipsi toti nigri magis, quàm albi, & qui minus de pituita habeant, quàm de bile. Virilitas autem, & tolerantia laboris non æque ipsis à natura inest, nisi consuetudo accedat, & hæc in eis efficiat. Quòd si flumina extent in ea regione, quæ stagnantes, & pluuias

εἴδεαι est in impressis. manuscriptus uero εἴδεα i. formæ, & ita uidetur legendum.

* θυμοειδὲς.

† κανονίαι. ut de Gal. in expl. ling. Hipp. in dictione κανονίαι seu κανονίαι.

& pluuias aquas euehant, homines ipsi incolumes, ac splendidi viuent. Si vero flumina desint, aquas que puteorum, & stagnantes, & [a] olentes bibant, necesse est ab illis ipsis aquis, [b] † & ventrem lædi, & splenem. Quicunque autem altam habitant regionem, planam, ventis expositam, & aquosam, eorum formæ magnæ, ac inuicem similes, [c] † & erectæ. Animi quoque eorum existunt mansuetiores. Qui vero macra, aquis carentia, & nuda loca tenent, & quæ temporum mutationibus [d] † non sunt permista, horum formas necesse est esse duras, & intentas, flauas magis, quàm nigras: iræ et mores etiam eorum rigidi sunt, pertinaces, & contumaces. Vbi enim mutationes temporum contingunt frequentes, & plurimum inter se diuersæ, ibi & formas, & mores, & naturas reperias plurimum differentes. Temporum itaque varietates potissimæ sunt, quæ naturam ipsam permutant: deinde etiam regio, in qua vtique quis enutritur: postremum autem aquæ. Inuenias enim ferè semper, & formas hominum, & mores, regionis naturæ compares. Nam, vbi terra pinguis, et mollis, & aquosa, aquæ autem valde sublimes, ita vt æstate calidæ sint, & hyeme frigidæ, & temporum ratio aliàs probe conueniat: Ibi & homines carnosi, [e] † articulis non apparentibus, humidi, laboris intolerantes, & vt plurimum maligni nascuntur. Segnities que, & somnolentia eis inest multa. Sunt que ad artes tractandas crassi, non acres, aut subtiles. Vbi autem regio est nuda, natura munita, & aspera, quæque & à frigore hyberno prematur, & à Sole æstiuo exuratur: Ibi duros, & [f] gràciles, & articulis probe compositis, intentos que, & hirsutos reperias homines, & in quibus à natura laboris tolerantia, & vigilantia insit, qui que mores, & iras habeant pertinaces, & contumaces, magis que feritate participantes, quàm mansuetudine: insuper ad artes etiam acutiores, & plus solertes, et ad res bellicas gerendas aptiores: Quin & omnia, quæ è terra proueniunt, terræ ipsius naturam resipiunt, & sequuntur. Atque hactenus quidem maxime contrarias corporum naturas, & formas diximus, è quibus coniectura facta, si quoque reliqua consideraueris, nunquam à vero aberrabis.

E

F

*A * Al. ἐλώδεα, i. palustres*

B † Corrupti sunt cod. ĩpressi: manuscriptus habet τὰ τοιάδε εἴδεα προγαστρότερα, καὶ σπληνώδεα εἶναι, id ẽ, eiusmodi formas uentrosas eẽ, et lienosas:

C † Codex manuscriptus hẽt, ἀνανδρώτεραι δὲ, καὶ ἡμερώτεραι αἱ γνῶμαι., i. effœminatiores aũt, & mãsuetiores eorũ animi existunt.

D † οὐ κέκρηνται. manuscriptus. οὐκ εὔκρατα. i. non bene temperata.

E † Græca lectio habet ἄναρθροι, quæ significat etiam articulorum imbecillitatem, & inconstantiam.

*F * Sunt qui legant ἰσχυρούς, id est robustos.*

GALENI
DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS LIBRI TRES

Martino Gregorio interprete.

Ab Augustino Gadaldino plerisq; in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Facultates in Alimentis Ratione ac Experientia compertas enarrat. Ac in primo quidem libro de Seminibus vniuersis agit, quæ venerunt in vsum alimenti.

Cur Cibaria eadem Diuersis hominibus exhibita Varia efficere Videantur: ac de Communi ratione dignoscendorum Alimentorum. CAP. I.

C DE facultatibus, quæ alimentis insunt, pleriq; præstantissimorum medicorũ precipuo studio in eã speculationẽ conuersi conscripserũt, quòd oĩum, q̃ sunt in medicina, ea propemodum sit vtilissima: nã alijs presidijs non omni tẽpore vtimur: sine alimento aũt ne viuere quidẽ, neq; secunda neq; aduersa valetudine, possumus. Merito igitur prestantissimorũ medicorũ plurimi facultates, quæ ei insunt, diligenter magno'q; studio peruestigarũt: & alij quidẽ sola experientia nobis illas innotescere contenderunt: alijs vero rationẽ quoq; vnà placuit adiũgi: alij deniq; vel primas ipsi tribuerũt. Quòd si, vt inter Geometras & Arithmeticos, ita inter eos, qui de alimẽtis scripserunt, omnino conuenisset, nihil nunc oporteret nos denuo hanc de ijsdem, post tot ac tales viros, scribẽdi molestiam subire: verùm, cũ mutuis dissensionibus suspectos sese reddiderint (fieri.n.nequit, vt oẽs vera dixerint,) quæ ab illis sunt tradita, à seueris iudicibus examinari est necesse: iniquũ.n.fuerit vni præ alijs absque demonstratione fidẽ adhibere. Porrò, cũ demonstrationũ duo genere sint principia, aut.n.à sensu, aut à notione euidenti, demonstratio oĩs ac fides proficiscitur, nos quoq; † ad præsentis commentationis conscriptionem necesse est aut altero horũ, aut vtroq; vti. At, cũ ratione iudicare non oĩbus itidem sit promptũ (nã & natura sagaces esse oportet, & à puero ingeniũ in mathematicis D disciplinis excoluisse atq; exercuisse,) satius est ab experientia auspicari, eo q; maxime, q bona pars medicorũ hac sola alimentorũ facultates inuẽtas esse pronunciarint. Ac empiricos quidẽ qui omne studiũ operam'q; eò conferunt, vt, quæ ratione sunt inuenta, ambitiosis contentionibus oppugnẽt, fortasse quis contempserit: verùm Diocles (tametsi ꝓfessione est dogmaticus) hęc ad Plutarchũ in primo de sanitate tuẽda libro scripta reliq̃t. Qui ergo oĩa sapore eodẽ, odore, calore, aut alio

A.l. 2. t. 1. c. 3. fol. 92. f

† Græce [illegible], ad præsentis speculationis collectionem. Vetus interpres videtur legisse [illegible] quod vertat inuentionem.

« id genus prædita, vires easdẽ obtinere existimant, haud rectè opinantur, nã multa ostẽdere qs possit dissimilia fieri ab his, ẽt si, quod ad prædicta attinet, inter se cõueniant. Neq; sanè, si quid aluum
« aut vrinam mouet, aut aliam quamlibet habet facultatem, ideo tale esse quoq; est putandum, q
« vel calidum sit, vel frigidum, vel salsum, quandoquidem non dulcia omnia, aut acria, aut salsa, aut
« cætera id genus, easdem habẽt facultates: sed, si quis actionis cuiusq; ipsorum causam toti naturæ
« retulerit acceptã, is minime à veritate aberrarit. Qui verò singulorũ causas, cur videlicet nutriãt,
« aut aluum aut vrinam cieant, vel aliud quidpiam eiusmodi præstent, reddendas autumant, ignorare videntur, primum, q hęc inquirere, haud frequenter ad vsus sit necesse: deinde, q multa sint
« in rerum natura, quæ principijs quibusdam ex natura sua quodam modo sunt similia, vt nullam
« causæ rationem admittant: ad hæc non nunq̃ hallucinantur, cum incognita & controuersa neque
« admodum verisimilia sumendo, abundè causam ipsam credunt se assignasse. Quo circa neq; ijs,

qui cauſas eiuſmodi afferunt, neq; ijs, qui de omnibus cauſam putant eſſe reddendam, eſt attendē- E »
dum, ſed potius ijs, quæ diuturna experientia fuerunt explorata, credendum: quorum autem poſ- »
ſumus, cauſa eſt inquirenda, quando, quod de ipſis dicimus, ſic ſperamus fore notum magis ac ma- »
gis credibile. Hęc ſunt Dioclis verba, ſola experientia alimentorum facultates nobis notas eſſe ar- »
bitrantis, non ex indicationibus, quæ cum à † temperamento tum à ſaporibus ſumũtur: cum aũt,
quę eſt in partibus plantarum, alia adhuc ineſſet indicatio, eius non meminit. Dico autem parti-
bus plantarum indicationem ineſſe, qua præter alias Mneſitheus eſt vſus: per hanc enim in plan-
tis alias quidem radicibus, alias caulibus, facultates ineſſe oſtendit, quemadmodum certe & folijs
& fructibus & ſeminibus alias. Quod igitur experientia, vt alia pleraq;, ita & qui cibi facile aut ſe-
cus concoquantur, qui q; ſtomachum iuuent aut offendant, denicp qui aluum laxent irritent aut
ſiſtant, nos doceat, nemo eſt, cui vel tantillum eſt mentis, qui ignoret: cæterum in his ipſis nō parũ
fallunt, qui citra limitationem, faciunt de rebus periculum, vt in commentarijs de ſimpliciũ phar-
macorum facultate, atque in tertio de temperamentis, demonſtrauimus: ac ſanè, qui vtrobique
committuntur errores, multum inter ſe ſunt ſimiles. Quapropter hoc quoque loco ad viuum,
vti illic, limitationes ſcribere, quibus quis intentus ſingulorum facultates citra errorem poſſit de-
prehendere, haudquaquam mei eſt inſtituti, qui ſemel duntaxat de quaque re ſcribere ſoleam, non F
eadem in multis commentarijs de ijſdem paſſim inculcare. Vſitatum igitur mihi morem ne nunc
quidem prætermittam, ſummas tantummodo limitationum, id'que ea breuitate, quam orationis
perſpicuitas patietur, complexurus. Incipiam autem ab eo, quod omnibus eſt in ore, quod'que
Eraſiſtratus minus rectè ſcripſit, melicratum videlicet aluum non cuiuis ſubducere, neque lentem
cohibere: ſed quoſdam eſſe, qui præter quàm quòd neutrum experiuntur in contraria etiam inci-
dant, vt ſiſtatur quidem eis aluus à melicrato, laxetur autem à lente: præterea quoſdam inueniri,
qui bubulam minori negocio, q̃ piſces ſaxatiles, conficiant. Equidem ab iſtis ſemper ſoleo ſciſcita-
ri (nam à poſtremis exordiar) quod'nam ipſis ſymptoma accidat, quo iudicent ſe ſaxatiles piſces
non coxiſſe, vtrum'ne pondus quoddam in vẽtriculo, vt inſtar plumbi, aut lapidis, aut luti quid-
dam incumbere ipſis videatur, hoc nempe modo quidam, quem ex huiuſcemodi cruditatibus
ſenſum percipiunt, interpretantur: an mordicationem quandam manifeſto in ipſo, an flatum, an
ructum grauem ſentiãt: tum alij nidorulentum magis ſibi ructum accidere, alij mordicationem,
non nulli vtrunque, reſponderunt. Horum igitur corporis habitum diligenter contemplatus, de-
prehendi bilis flauę copiam in ventriculo, vel ob prauam quampiam temperiem, vel propter pe-
culiarem conſtructionem, eſſe aceruatam: peculiarem autem dico conſtructionem, quoniam ho- G
minibus quibuſdam bilis ex iecore in inteſtina defluẽs, in ventriculum regurgitat: prauam verò
temperiem, cum calor natura ipſis ineſt acris ac mordax, & (vt ſic dicam) febriculoſus. Proinde
par eſt, vt iſti cibaria corruptu difficilia melius, q̃ facilia, coquant: qñ, quæ facile concoquuntur,
facile item alterantur ac corrumpuntur: contra, quæ concoctu ſunt difficilia, non facile quoque
tum alterantur tum corrumpuntur. Hæc certè, ſi in multum calorem inciderint, coquuntur ma-
gis, q̃ ſi moderato occurrerint: atque hac profectò ratione accidit, vt non nulli bubulam facilius, q̃
piſces ſaxatiles, conficiant. Lens autem quibuſdam aluum mouet magis, q̃ inhibeat, non alia ratio-
ne, q̃ vt in commentarijs, quos de ſimplicium pharmacorum facultate conſcripſimus, demonſtra-
uimus. Quemadmodum enim ex ijs, quæ à nobis præparantur, non nulla, quæ facultatem ac ſub-
ſtantiam habent contrariam, componuntur, ita & natura ipſa permulta, quæ ſenſui ſimplicia ap-
parent, commiſcuit: quod in pleriſcp alimentis comperias. Etenim non lens ſola, ſed & braſſica, at-
que adeo marina propemodum omnia, quibus teſta pro cute eſt, quæ Græci ὀϛρακόδερμα appel-
lãt, compoſitam ex pugnantibus facultatibus naturam ſunt ſortita: nam ſolidum cuiuſque corpus
tardè permeat, aluum q; ſiſtit: humor verò ſtimulat ad excretionem. Huius porrò rei ex coctione
manifeſta ſumitur demonſtratio, cum aqua, in qua dictorum quodq; fuerit decoctum, aluum ſub- H
ducat, ipſa verò corpora inhibeant. Hinc non nullos audias, qui dicant, ſi braſſicam leuiter coctã
& vniuerſim ac repente ex lebete in vas aliquod, in quo ſit oleum ac garum, transfuſam, ante alios
cibos ſumpſeris, aluum ſubducet. Alios autem videas braſſicam, quæ græcis dyſeph thos id eſt bis
cocta, nuncupatur, ad ventris cohibitionem hoc modo apparare: Cum ipſam aquæ prius incoxe-
rint, aquam quidem totam ex lebete effundunt, aliam autem adfundunt puram & calidam, in qua
rurſus braſſicam ſecundo coquunt, vt, ſi quid proprij ſucci poſt priorem decoctionem habuit re-
liquum, in hac penitus deponat: omnibus enim, quæ in humore coquuntur, vſu venit, vt quid-
dam ab eius facultate in ſe deriuent, ac de ſua viciſſim portionem aliquam ipſi impartiantur. Id
quod in ijs, quę in iure aliquo elixamus, ſiue legumen, ſiue animantis pars, ſiue olus id fuerit, quo-
tidie tibi licet diſcere: res nanque elixa, tam guſtu q̃ olfactu, ipſius iuris: ipſum autem ius, rei, quæ
in ſe eſt elixa, qualitatem ac facultatem repræſentat. Totius porrò, qui nũc nobis eſt propoſitus,
ſermonis veritatem poteris ſic explorare. Lentem, aut braſſicam, aut aliquod marinorum memo-
ratorũ animalium decoquito, poſtea decoctum oleo garo pipere q; conditum, cui libuerit, propi-
nato: idem facito in braſſica bis cocta: videbis enim potione quidem aluum dilui, ſolidi autem
corporis eſu conſtipari. Quare non eſt, quòd miremur, ſi ab huiuſcemodi cibis, quando cum
ipſorum

† Antiquus & Aldinus legũt, κρῖσιν, i. iudicio, nos κρᾶσιν

A ipſorum ſucco ſolidum corpus ſumptum fuerit, tormina interdum & inflationes oriãtur: pugna enim quædam inter vtrunq; fit, cum ſolidum quidem corpus hęreat ſubinde ac tardet, ſuccus autẽ ad excretionẽ properet: quo caſu, ſi, quod mordicat, excretum fuerit, ceſſat ſymptoma: ſin moretur, ventrem torminibus ac flatibus infeſtari eſt neceſſe, quibus ſola pugnantium excretio finẽ imponet. At, cum nõ nullis venter ad egerẽdum natura ſit propenſus: alijs autem ſit ſiccus & ad egerendum difficilis, vtriq; pro ſua natura ſymptomatis, quę ab huiuſmodi cibis fiunt, afficientur, cũ venter interdũ quidem ſucci, interdũ vero ſolidi corporis facultati opituletur: duabus nanq; contrarijs cauſis ſimul cõmiſſis, vnam ſuperare, alteram ſuccumbere alteri eſt neceſſe. Idipſum autem propter ventris affectus quoſdam accidit, non natiuos quidem illos, ſed aliquo tempore ſubortos.

Al. 1. f. 1. d. 4. c. 1. fol. 7. a b c. Nunc enim pituitoſum in eo humorem, nunc bilioſum, aceruari contingit: atq; ipſius "pituitoſi, alius quidem eſt acidus, alius ſalſus, alius dulcis, alius deniq; ſenſibilis qualitatis eſt expers: rurſum alius eſt liquidus, alius craſſus, alius viſcidus, alius diſſipatu facilis: Ad hæc humoris bilioſi, alius eſt flauus, alius pallidus: in quorum vtroq; maximum eſt pro maioris & minoris ratione diſcrimẽ, vt interim alias eius ſpecies prętermittam, quæ in corporibus ægrotantibus apparent. Singuli igitur memorati humores, cum aut ad alui excretionem, aut eiuſdem cohibitionem, plurimum habeant

B momenti, poſtea, q̃ integra ciborum memoratorũ corpora cũ ſuis ſuccis in ventrem peruenerint, ijs quidem, quæ eiuſdem ſecum ſunt facultatis, ferunt ſuppetias: aduerſantur autem ijs, quæ ſunt cõtrariæ. Supra igitur duas genere cauſas recenſuimus, propter quas ijſdem ſumptis cibis diuerſi in vẽtre effectus ſequerentur: nunc vero præter naturalem conſtitutionem, & liquidas ſolidas q; τῶν ἐσθιομένων id eſt ciborum, partes tertia quoq; adinuenta eſt. Nec verò, ſiue ἐσθιόμενα, ſiue ἐδεστὰ, ſiue τροφὰς appelles, quicq̃ intererit: ſiquidem tum ijs nominibus, tum etiam his nihilominus, cibos σιτία & βρώματα appellant. Cui rei teſtis eſt Hippocrates in opere de morbis popula-

" riter graſſantibus ſcribens ad hũc modum: ‖ Τὰ βρώματα id eſt eſcas ac potus, experiri oportet, 2. Epid. Sect. 2ª. haud longe à principio.

" an æque diu morentur. Ac rurſus alio loco: Labõr, σιτίον, hoc eſt cibus, potus, ſomnus, venus, oĩa mediocria. De nominibus quidem certe (quod ſemper prædicamus) non oportet nos eſſe ſolicitos: nec, quo pacto quis ipſis vtatur, laborare, cum ea præſertim omnia Græcis ſint vſitata: ſed rerũ ipſarum ſcientiam conſectari. 6. Epid. com. 6. t. 3. 3ª. 195. c

Alimenta ergo citi tardi'ue tranſitus eſſe comperiuntur, aliàs ob naturalem noſtram ab initio conſtitutionem, aliàs ob ventris diſpoſitionem acquiſititiam, non nunquam ob peculiarem aliquam eſculentorum ac poculentorum ſubſtantiam: quandoquidem ex ijs quædam humida, quædam ſicca dura'ue ſunt: ceu alia viſcida, alia friabilia ac diuiſu facilia: non

C nulla denique acrimoniam in ſeſe habent, alia acorem, aut amarorem, aut dulcedinem, aut ſalſuginem, aut auſteritatem, aut acerbitatem, aut alias, extra has, facultates medicamentoſas eiuſdem generis cum ijs, quę purgantibus medicamentis inſunt. Siquidem atriplex, blitum, malua, cucurbita, quia ſunt lenta ac perhumida, alijs quæ talia non ſunt, celerius ſubſidunt, potiſſimum ijs, qui ſumptis illis in ſolo leniter obambulant, ſenſim modice cedentia: lubricant enim, ſi quis concutiatur, promptius, quàm ſi quietus iaceat. Eodem in genere ponere quis poſſit mora, dulcia ceraſia, & ex vinis quæ dulcia ſimul ſunt ac craſſa. Pepones quoque, & quos melopepones vocant, quòd humidi ſint ac lenti, ventri ſubducendo ſunt idonei, facultatem q; mediocriter abſtergendi habẽt, & horum maxime pepones: quam facile, ſi ſordidam aliquam partem ijs confricueris, perceperis, protinus nanq; cernes, quicquid in ipſa eſt ſordium, abſtergi: ideo q; inter ea, quæ vrinam mouent, connumerantur. Porrò inter humida corpora & aquoſa, ſunt, quæ præcocia vocitant, & perſica, & omnino quęcunq; nullam guſtantibus ea aut olfacientibus, qualitatem vehementem repræſentant: quæ, ſi quidem venter ad deijciendum eſt propenſus, non ęgre ſubſidunt: ſin minus, hęrent & ipſa ſublimia, nihil ad ipſam excretionem conferentia. Etenim huiuſcemodi ciborum materia medium quodammodo inter aluum ſiſtentia & proritantia locum ſortita, exiguum quid

D in alteram partem affert momenti, ſi in ventrem incidat nec ad excernendum valde ſocordem, nec ad diſtributionem alacrem ac robuſtum: interdum enim hæc quoque aluum cohibent. Quin & melicratum, in quibus celeriter diſtribui occupat, nihil aluo ad excretionem confert: quinimmo cibis ſecum commiſtis, ad diſtributionem præit: quod, ſi diſtribui celeriter non anteuertat, ad excretionem, non ſecus ac flaua bilis ſua acrimonia ac mordacitate, irritat. Hoc ergo cibariorum atque potionum genus dũtaxat mordicatione ſua ventris partes ad expulſionem exuſcitat: perſpicuum autem eſt, q; etiam inteſtinorum ſubſtãtiam nomine ventris complectimur, ſic nempe vulgus προγάστορας & μεγαλοκοίλους, id eſt ventre prominulo & ventricoſos appellat. Alia autem ſunt, quæ ventrem ſubducunt, q; facultates in ſe medicamentoſas habeant commiſtas, ſimiles ei, quę in ſcammonia, colocynthide, helleboro, & id genus alijs conſpicitur: horum enim ſubſtantia ex cibo & pharmaco eſt commiſta, vt ſi ipſe in ptiſanæ cremorem ſucci ſcammonij paululum quid inijcias: qui ſuccus, etiam ſi ſenſum quidem ſic effugerit, ſua tamen actione minime latebit, ſed aluum palàm ſubducet. Atq; hoc eſſe videtur quibuſdam, quod ab Hippocrate [a] ‖ dictum eſt. In cibo medicamentum. Alij verò non ſic modo, ſed de illis quoque [b] † cibarijs intelligi poſſe dictum eius voluerunt, quas neque alendi neq; purgandi animalis vllam habent facultatem: Hæc

* enim inquiunt non modo vt alimenta, verum etiam vt medicamenta, ſæpenumero agere, cũ ma-

A In lib de Alimẽt. ad ini:

B † Al. trãſl. tor non habet illam dictionem cibarijs.

nifeste nos calfaciant,refrigerent,siccent,aut humectent: veluti,dum horum nihil in hominis corpore efficiant,sed ipsum tantummodo alant,tum medicamenti rationem haudquaq; habere. Sunt autem sane paucissima id genus edulia: quotquot vero ea fuerint,alimenti duntaxat rationem plane habent,corpus eius,qui sumplit,in qualitate non immutantia: etenim, quod refrigeratũ est aut calfactũ,humectatum aut siccatum,secundũ qualitatẽ est mutatum: quod vero ex cibo ad molem dissipatę substantiæ farciendam animal sibi assumpsit,ab illo dũtaxat,vt alimento, iuuatur. Quam ob rem,quę medij sunt temperamenti,nulla q; vincenti qualitate sunt prædita, ea solum sunt alimenta,non etiam medicamenta: ventrem q; nec soluunt, nec cohibent: stomacho nec robur, nec imbecillitatem inducunt: sicuti sudores vrinam've nec prouocant,nec coercent: nec aliam quãuis dispositionem calidam,frigidam,humidam,aut siccam in animantis corpore ingenerant, sed, quale animantis,quod nutritur,corpus assumpserant,tale prorsus conseruãt. Verum hoc quoq; loco limitatio quædã est vtilissima,quę ne ipsa quidem à Diocle est posita,vt nec ab alio quouis, quos mihi adhuc perlegere contigit. Si enim hominis corpus medij plane sit tẽperamenti,per alimenta medij temperamenti eo in statu seruabitur: verum,si id frigidius,vel calidius,siccius,aut humidius fuerit,medij temperamenti cibum & potum perperã exhibueris: quippe huiuscemodi corpus quatenus ab exacte media constitutione recessit,eatenus in diuersum statum traducatur, est necesse: fiet autẽ id per pręsentis distemperantiæ cõtraria. Contraria autem pari interuallo in vtraque oppositione à medio in vtranque partem secedunt: vt, si corpus tribus (verbi gratia) numeris à temperata ac media constitutione ad calidiorem secesserit, totidem cibum quoque à medij temperamenti cibo ad frigidiorem secedere erit necesse: sin vero quatuor numeris ad humiditatem discesserit,totidem cibum mediocri sicciorem esse conueniet. Atque in hoc certe permultos est inuenire,qui de ijsdem cibis ex diametro pugnantia pronuncient. Nuper enim duo inter se concertabant,quorum alter salubre,alter insalubre mel esse affirmabat,vterq; ex illato sibi à melle affectu coniectans,non dum illud intelligentes, quòd omnes homines non vnum ab initio habuerunt temperamentum: neque,si habuissent,immutabile ipsum ætatis cursu aut in temporum anni ac locorum commutationibus tueri potuissent: vt nunc omittam,q; ijdem homines vitæ institutis,ac victus ratione natiuum corporis habitum immutant. Ne igitur longe abeam, eorum,qui de melle inter se disceptabant,alter quidem erat ętate senex,& natura pituitosior, vita q; ociosa,& cum ad alias omnes actiones,tùm autem ad eas exercitationes,quę balneum præcedunt, ignauus: ob eam'que causam mel ei erat vtile. alter vero natura erat biliosus, & annos natus triginta, in quotidianis q; operibus multum sese fatigabat: non ab re igitur in eo mel celeriter in bilem vertebatur,ea q; ratione sibi erat nocentius. Noui autem & ipse quendam,qui de ore ventriculi querebat: quod cũ ab aceruata in eo pituita prouenire,ex ipsius sermone cõiectassem,consuluissem q;, vt cum sinapi betam & porrum sumeret,eorum ope incisam pituitam, largiter per aluum excreuit,omnibus q; symptomatibus est liberatus. Idem postea,cum post esum ciborum acriũ non coxisset,mordicationem q; in ventriculo sentiret,sumpto rursus cum beta sinapi, non modo à mordicatione non fuit leuatus,verum etiam longe deterius habuit: tum protinus admiratus,quid esset,q; ab ijs,quę ante summopere iuuissent,nũc grauiter læderetur, causam sciscitaturus ad me accessit. Eos porrò,qui rei medicæ sunt imperiti,in his falli non est absurdum: verum medicos,qui pleraque & eadem vtilissima theoremata prætereunt indistincta,quis ferat? Non enim ipsos simpliciter pronunciare conuenit pisces saxatiles permultis quidem concoctu esse faciles, non nullos vero reperiri,qui bubulam facilius conficiant, sed vtrosque distinguere: quemadmodum de melle non simpliciter pronunciare,sed simul adijcere, quibusnam ętatibus, naturis, anni temporibus,regionibus,ac vitæ rationibus vtile sit,aut noxium: verbi gratia, q; calidis & siccis sit aduersissimum: frigidis vero ac humidis vtilissimum,siue ea temperies eis sit naturalis, siue accesserit propter ætatem,siue propter regionem,aut anni tempus,aut vitæ conditionem. Itaque ad præsentem speculationem summe necessarium esse videtur hominum pariter ac ciborum temperamenta considerasse. Porrò,qualia'nam hominum sint temperamenta,& qua ratione ea dignoscere conueniat,in commentarijs,quos de temperamentis scripsimus, ceu vtiq; & de medicamentorum temperamentis,in ijs,quę de illorum facultatibus prodidimus, abunde diximus: in præsentia vero tempus exposcit, vt alimentorum temperamenta exequamur ea methodo, qua libro de victus ratione sunt scripta,qui est,vt nõ nullis placet, Hippocratis: vt alijs,Philistionis,aut Aristonis,aut Euriphontis,aut Philitę,omnium antiquorum virorum. Initiũ autem ipsius in nõ nullis quidem exemplaribus est: || Ciborum omniũ ac potuum facultates,tum naturales tũ arte accitas,sic dignoscere oportet: in alijs autem hoc. Locorũ autem omnium situm ac naturam sic oportet dignoscere. Cum ergo seorsum libellus hic circumfertur, de ratione victus inscribitur, est q; secunda pars,cum opus totum in partes tres sit diuisum: cum vero totus vnicus & non diuisus, ex tribus conflatus inuenitur, de natura humana & victus ratione inscribitur. Secunda igitur pars, in qua agitur de cibis,non ab re forte Hippocrate digna putabitur: sed prima quàm plurimum ab Hippocratica sententia recedit: verum id quidem pręter institutum obiter q; sit dictum. Cuiuscunq; autem memoratorum virorum fuerit,omnem in cibis victus rationem ad vniuersalem

[Margin: E, F, G, H]

[Margin: A.l.3.f.13.t.1. c.33.fol.291.c]

[Margin: principium secundi libri de Diæta.]

A lem quandam methodum videtur reuocare. Qui enim hordeum natura frigidum, & elixatione humidum esse didicerit, sciuerit q; corporum temperamenta, tum naturalia tum alicuius affectus occasione acquisita, dijudicare, is rite non tantum sanis corporibus, verum etiã ęgrotantibus, hordeum edendum exhibebit: præterea & cataplasmatibus ex hordeacea farina percommode vtetur, qui & corporis & hordei temperamentum tenuerit. Nec vero satis fuerit principalissimam ac primam cuiusque cibi temperiem nouisse, sed (vt in libris de medicamentis mõstratum est) eas quoq;, quæ hanc sequuntur qualitates callere oportet, vtquæ & ipsæ sunt vtilissimę, multæ quidem, si non omnes, in saporibus, quædam autem etiam in odoribus. Quod enim vnumquodque ex tanto calido, frigido, humido, & sicco, quodammodo est temperatum, idcirco hoc dulce, illud amarum, salsum, acerbum, austerum, acre ve apparet: ἁλυκὸν autem nihil aliud est, q̃ ἁλμυρὸν id est salsum: nam vtraq; voce res vna declaratur. Item acerbi & austeri commune genus est, qđ Gręci στῦφον hoc est adstringens, appellamus. Cæterum in quarto libro de simplicium medicamẽtorum facultate, de omni saporum genere copiosissime disseruimus: quem certe librum necesse omnino est eum perlegisse, qui ea, quæ in præsentia à nobis dicuntur, est assecuturus, vt ne, quæ semel de ijs dicta sunt, in hisce libris identidem repetere cogamur. Ergo ciborũ non nulli quidem (quem

B admodum haud ita pridem commemorauimus) si quis eos gustauerit aut olfecerit, nullam insignem ac manifestam qualitatem præ se ferunt, quos sanè ἀποίους καὶ ὑδατώδεις, id est qualitatis expertes & aquosos nominant: alij autem manifestissimam habent astrictionem, aut congenitam dulcedinem, aut acrimoniam: sicut non nulli quoq; salsiores, aut amaritudinis quidpiam habere, perspicue cernuntur. Quare perspicum est cibos eiusmodi eandem cum ijs medicamentis habere facultatem, quibus cum sapore conueniunt. Cęterum in commentarijs de medicamentis, causam explicuimus, quamobrem adstringentia quędam non eadem cum alijs adstringentibus in corporibus agant, vt aloe, æs vstum, atramentum sutorium, flos æris, squama q;, & chalcitis. Etenim, ꝙ in quoque istorum adstringenti facultati ac substantiæ alia quæpiam est admista, euenit, vt opera, quę sigillatim edunt, immutentur: perinde, ac si malo cydonio scammoniam intus miscueris: quod vtiq; interdum facimus, partes mali, quæ circum semen sunt, exculpentes, deinde cauitatem scammonia implentes, deinde circũlinentes ac assantes, atq; ita malum mandendum exhibentes. Quod nanq; hunc in modum pręparatum est, absque stomachi subuersione aluum subducit, facultate nimirum purgatrice, quam malum ipsum à scammonia acquisiuit, in ipso vincente, propria autem ipsius mali manente: alioqui nec iucundum, nec adstringens, nec stomacho esset vti-

C le. Ad eum igitur modum cibaria quædam facultatem quampiam habẽt in se ipsis admistam, cui aut purgare, aut aliud quippiam agere, sit naturale: in quibus non est dubitandum, quin saporum facultates actionem suam, quam à natura habent, efficiant: in quo enim qualitas inest astringens, ipsa, quantum in se ipsa est, vicina corpora cogit, constringit, ac refrigerat, Idem autem corpus non nunq̃ alias sui partes calfacientes, alias refrigerantes, habere potest (vt in libris de simplicium pharmacorum facultatibus demonstrauimus) natura scilicet eas ita permiscente, vt medici quidem frigido cuipiam pyrethrum aut piper interdum commiscent. Hæc certe (vti diximus) in commentarijs de medicamentis copiosissime pertractata, his, quæ nunc à me docentur, sunt vtilissima: nam, qui hæc ante didicerit, modum reperiet, quo cibos omnes sigillatim apparare queat. Nam nos quoq; τευτλοφακῆν, id est ex beta & lente edulium, non nunq̃ damus: atq; ante nos Heraclides Tarentinus multis non tantum inculpata valetudine fruentibus, verum etiam malo aliquo affectis, sæpe exhibebat. Primum ergo betarum copiam, deinde, cum condimus, aut salis plusculum aut dulcem garum ei inijcimus: † [a] sic nempe aluum magis subducit. Sin minus vis subducere, lẽtẽ ex corticatam bis decoquito, aqua videlicet priore effusa: dein salis aut gari portiuncula addita aliquod eorum, quæ aluum modice sistunt, inijcito (puta acetum,) ea mensura, vt gustum non offen-

D dat: ita enim iucundissimum atq; vtilissimum effeceris pharmacum & cibum non paucis eorum, qui diuturna diarrhœa conflictantur. Porrò dixi, non paucis, non omnes complecti volens: nam hic quoq; limitationum est vsus, per quas eorum, qui diarrhœa iampridem laborant, affectus inuenientur. Omnino enim nullius rei vires experientia commode explorabis, nisi prius per rationem ad vnguem compertum habueris affectum, cui applicatur, id quod exploras, siue sit cibus, siue potus, siue medicamentum: † [b] quippe affectuum cognitio, est materia remediorum, non ipsorum remediorum cognitio. At, quoniam fieri non potest, vt, nisi quis materiarum, quibus vtimur, facultates exacte calleat, illarum ope egentibus succurat, necesse est, vt alibi de pharmacorum, ita hoc quoque loco de alimentorum facultatibus disseramus. Cognitio autem horum vix tandem longo tempore recta nobis accedit: quam consequimur cum ex certa definita q; experientia, tum ex halituũ saporum ꝙ natura † [c] quæ duo rebus, quas examinamus, insunt: ad hæc ex consistentia, quam habent secundum lentorem aut friabilitatem, aut laxitatem & densitatem, aut leuitatem & grauitatem: hæc enim omnia ad ipsarum inuentionem adeo conferunt, vt, cum in peregrinam regionem perueneris, si quid esculenti nunq̃ prius tibi conspecti offenderis, permultas sis occasiones atq; adiumenta ad eius facultatem pernoscendam habiturus. Cęterum, quæ Mnesitheus de radicibus, caulibus, folijs, fructibus, seminibus q; prodidit, non certam valde ha-

Secunda Classis. b b iij bent

A.l.3.f.13.t.2. c.9.fol.295.a

A † Ant. interpres. magis. n. subductiuus est iste videtur autẽ legisse ὑπακτικώτερος γὰρ ἐστι. hic .n. garus magis subducit aluum.

B † Locus hic ex vetusto cod. greco restituẽdus est, in quo leg. [illegible] ἐστι [illegible] τούτων γνῶσις ἐκ αὐτῶν τῶν [illegible]. i. materię n. auxiliorũ, non ipsorũ auxiliorũ ẽ taliũ rerũ cognitio. Sensus autẽ ẽ, ꝙ cibi potus & medicamenti notitia nõ ẽ cogni[illegible] remedij, [illegible]

C † Quęs [illegible] bere [illegible] [illegible] nantur.

bent dignotionem,si experientia definita ipsa exploraris: quod ex ijs,quæ sequentur, fiet manife- E
stum: statui enim de cibis singulis seorsum pertractare. Quòd si tractatus ipse longior erit, poteri
mus ipsum postea alio quodam minore libello perstringere, qui ijs, qui artem callent, vtilis erit:
quandoquidem exercitatio sola ac doctrina,quæ per diffusam enarrationem traditur, nos artifi-
ces reddit.Ideo q; nõ inscite illud mihi vulgo dici videtur,optimam esse doctrinam, quæ viua vo-
ce traditur,neq; enim quenquam ex libro nauclerũ,aut alterius artis opificem euadere: libri enim
sunt ijs,qui ante eruditi fuerunt, monimenta, non rudium & indoctorum doctrina perfecta.
* κατὰ διέξοδον. Quòd,si qui sint,qui præceptoribus careant,velint q; ijs,quę plane ac cõpiose sunt scripta,(qui no
bis scribendi mos est) diligenter incumbere,magnum ij fructum capient,potissimum si ea relege
re identidem non grauentur.

De Tritico,& Panis speciebus. CAP. 2.

HAud iniuria medicorum plurimi præsentem doctrinam à tritico mihi videntur auspicati,
quando cum apud Græcos omnes,tum barbarorum plurimos, semen hoc & frequentissi-
me & summa cum vtilitate vsurpatur. Inter "tritica autem plurimum habent alimenti,quæ dẽsa A.l.1.f.3.d.2. c.7.fol.61.g
sunt,totam q; substantiam habent adeo compactam,vt dentibus vix diuidi queant, talia enim exi-
gua mole,corpora plurimum nutriunt: quæ vero ijs sunt contraria,quæ'que dentibus quidem fa- F
cile franguntur,fractaq; rara ac laxa apparent,magna mole exiguum reddunt alimentum. Quòd,
si vtrorũ q; parẽ modum pendere libuerit,quæ densa sunt,multo grauiora esse comperies: hæc au
tem sunt colore etiam laxis flauiora. Explorare autem horum naturam non simpliciter oportet,
superficiem externam duntaxat contemplando,sed diuidendo quoque,vt diximus, ac frangẽdo:
multa enim,quæ extrinsecus flaua ac densa fuerunt visa, rara intus ac laxa alba q; apparuerunt.
Hæc sanè furfuris habent plurimum: &,si quis postea,quàm molita sunt,tenuissima farina excus-
sa,ex reliquo panes,quos πιτυρίας id est furfuraceos appellant, fecerit, parum quidem ipsos alere,
ventrem vero multis excrementis implere experietur, ob eam q; causam facile etiam subsidere:
pręterea,ꝙ furfur non nihil facultatis habet detersorię,merito intestinis irritatis celeris eorum fit
deiectio. His autem contrarij quidem sunt panes purissimi, plurimum ponderis exigua mole ha
bentes: omnium vero panum tardissime deijciuntur. Videbis sanè illorum massam admodũ len
tam,ita,vt ꝗ longissime indiuulsa trahatur: quod corporis lẽti est proprium. Meritò igitur ij qui-
dem & fermento copiosiore indigent: omnium q; maxime subigere eos oportet, nec statim post
fermentum & subactionem assare: furfuraceis vero paucum fermentum, & lenis subactio, bre-
ue q; interuallum sufficit. Pari modo,qui puri sunt,assationem diuturniorem, furfuracei breuio- G
rem postulant. Porrò non pauca est inter purissimos ac sordidissimos, minoris maioris q; ratio-
ne latitudo,cum alios quidem puros,alios sordidos,& vocemus,& re vera sint. Est autem & alia
panum species inter hos planè media,quos αὐτοπύρους appellant: medici autem veteres ipsos no-
minabant συγκομιστούς. Cæterum,ꝙ hi fiant ex farina secretionis experte,furfure scilicet à pura fa
rina non separato,omnibus id est perspicuum: illinc enim nomina ipsis indiderũt, αὐτοπύροις qui-
dem,ꝙ ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς,id est totum ipsum triticum nulla sui parte adempta in panificiũ cedat:
συγκομιστοῖς autẽ,quòd ad ipsos conficiendos tota farina nusquã à furfure seiuncta συγκομίζηται,
hoc est,comportetur. Verum & inter hos ipsos,qui ad vnguem medij inter furfuraceos & ꝗ pu-
rissimos panes esse videntur,non parua est pro tritici natura differentia: siquidem ex denso ac gra
ui tritico præstantiores,ex laxo autem ac leui panes fiunt deteriores. Et apud Romanos quidem,
vt & apud alios propemodum omnes, quibus ipsi imperant, panis quidem purissimus σιλιγνί-
της id est siligineus: qui autem huic est proximus, σεμιδαλίτης id est similaceus, nuncupatur: ve-
rum σεμίδαλις quidẽ gręcũ nomen est & antiquum: σίλιγνις vero neq; græcum est, neq; ipsam
aliter possum exprimere. Inter panes igitur, siligineus plurimum alimentum præstat: post ip-
sum autem similaceus: tertio loco medius, qui & συγκομιστὸς & αὐτόπυρος dicitur: quartum post H
hunc est sordidorum genus,in quibus furfuraceus est postremus,minimum q; omnium nutrit,&
omnium maxime per aluum subsidet. Concoctu autem inter panes sunt facillimi,qui plurimum
sunt fermentati, & pulcherrime subacti, qui'que in clibano igne moderato fuerunt assati: nam
ignis ardentior primo statim occursu superficiem externam circumurens in testæ modum indu-
rat,accidit q; duplici nomine, prauum panem fieri: priori quidem, ꝙ partem internam habeat
crudam atq; illaboratam: posteriori vero,ꝙ externam siccam habeat, ac præassatam, & testaceam,
Porrò ignis moderato remissior panem minus belle elaborat, sed ipsum crudiorem relinquit, &
maxime partem omnem eius internam. Qui autem in igne moderato, longiore spatio per totos
se ipsos æquabiliter assati fuerint,ij tum bellissime in ventriculo cõcoquẽtur,tum ad cæteras actio
nes,quæ coctionẽ consequuntur,erunt accõmodatissimi. Pessimi autẽ panes ij sunt habendi,qui-
bus nihil memoratorum ante,adest. Cũ aũt iam fines ꝓbitatis & prauitatis in panibus cõstitueri-
mus,nemo iam est,qui nõ vel tacentibus nobis facile intelligat alios esse panes, q aut optimis, aut
deterrimis sint propinqui,alios porrò ab illis lõge discedere,tũ alios quosdã inter vtrosq; hos locũ
mediũ obtinere. Proinde,quemadmodũ prius de melle admonuimus nõ simpliciter esse pro-
nunciandum ipsum salubre esse aut insalubre, sed pituitosæ quidem naturæ, hoc est humidiori
ac frigidiori

A ac frigidiori,quàm sit tēperata,ipsum esse salubre: nec minus etiā,si ea natura tantū fuerit frigidior sine multa humiditate,aut humidior sine multa frigiditate: calidis autē tēperamētis, ac his etiā multo magis calidis & siccis haudquaquàm ipsum conuenire: ita panum quoque is athletæ quidem est accommodus,qui neque bellissime est assatus,neque multū habet fermenti: priuato autē & seni, qui bellissime quidem in clibano est assatus,fermenti autem habet multum: porro qui fermento omnino caret,nemini prorsus est accōmodus. Quod,si casei aliquid insuper addatur (vt rustici apud nos festis diebus solent apparare,eos que panes ipsi vocant ἀζύμους, id est fermenti expertes) eiusmodi prompte omnes læduntur,etiam si qui fortissimo sint corporis habitu, cuiusmodi sunt messorum ac fossorum robustissimi: ab his nanque facilius confici videas panes ἀζύμους. vt bubulam etiam ac hircinam,quàm à grauibus athletis: quid.n.iā loquar de ouilla aut caprina? In Alexandria vero asinina quoque vescuntur: sunt,qui & camelina: ad ipsarum enim coctionem non nihil confert tū cōsuetudo,tū vero non minimū earū carniū,quæ sumuntur,parsimonia,ac denique ipsa totius corporis inanitio,quę illis necessario accidit,qui toto die in priuatis operibus sese conficiunt. Carnes enim inanitæ rapiunt ex ventre succum non modo semicoctum,sed non nunquàm etiam omnino crudum atque incoctum,cum cibo sumpto operibus sese reddiderint: ob eam que causam ij grauissimis morB bis postea prehenduntur, & ante senectam intereunt. Quæ cum vulgus ignoret, illos ob corporis robur beatos prædicat,cum ea esse & concoquere ipsos videat, quę nemo nostrum neque edere queat neque coquere.Quod aūt eorum plerique,qui laboribus sese confecerunt,a prauis cibis minus lędantur,in causa est,quòd ijs somni sint profundiores,quę res ad coctiones multum ipsis adfert momenti: quod,si ipsos plures ordine noctes insomnes ducere coegeris,morbo statim corripientur.Illi igitur vnicum hoc ad prauos cibos coquēdos habent cōmodū: athletę vero alimētis quidē vtuntur optimi succi, sed crassi ac viscosi:illi sane qui inter ipsos sunt graues: quo nomine palestritæ potissimum,nunc vero & pancratiastæ & pugiles,ita appellantur. Cum enim id solum eis sit propositum,vt ad certamina sese comparent, in quibus interdum totum diem aut luctari aut παγκρατιάζειν coguntur, idcirco cibo indigent corruptu ac euaporatu difficili: talis autem est, qui succum habet crassum ac viscosum, cuiusmodi potissimum est cibus ex carnibus suillis & panibus (vt diximus) apparatis,quibus soli vere athletæ vescūtur. Quòd,si quis priuatus & ab exercitatione alienus eodem cibo vti voluerit,celerrime in morbum plenitudinis incurret, Græci vocant πληθωρικόν: quemadmodum,si homo vtens exercitationibus,oleribus ac ptisanæ succo aleretur,totum suum corpus celeriter labefactarit ac confecerit. Porro,si quis nostrum panibus illis vta C tur,quibus dixi athletas vti,succus ex eis abūdabit crassus ac frigidus,qualem proprie crudum succum nominare consueuimus. Est sane & pituitæ succus crudus & frigidus,non tamen crassus,vt qui humiditatem multam habeat & spiritum flatulentum: crudus autem succus proprie nuncupatus,talis est,quale id apparet,quod in vrinis subsidet quandoque puri adsimile: verum pus & graueolens est & lentum,crudus vero succus crassitie & colore illi duntaxat est similis, vt qui neque graueolens est neque lentus. Non tamen febricitantibus quidem ex crudorum humorum copia solis in vrinis subsidet,cuiusmodi dixi,sed & sanis, qui post multos exanclatos labores cibos duros ac confectu difficiles elitant. Verum de alijs quidem postea tractabimus: nunc vero, quoniam de panibus primo statuimus disserere,ijs,quę à nobis dicta iam fuerunt, hæc adijciamus.

Omnium quidem optimi sunt clibanitæ,ad eum,quem præscripsi,modū tum assati tum ad assationem pparati.Proximi autem ipsis sunt,qui in minori furno assantur,ἰπνῖται nuncupati,eodem videlicet,quo prædicti,modo præparati: sed,quia in profundo nō similiter assantur,ob id ab ipsis bonitate superantur. At,qui super craticulam,aut cineres calidos,aut foci pauimentū ceu clibanū assant,praui oēs sunt,vt qui inæqualiter se habeant: nam partes ipsorum extimæ supra modum sunt assatæ,intimæ autem crudæ. Ceterum ijs,quos ppterea,quòd cineribus tecti assantur, subcineriD cios nuncupant,cineres ipsi prauitatem aliquam aspergunt: quapropter omnium panum hos (si ipsis cętera omnia ante pariter adfuerint) quod ad assandi saltem modum attinet, propemodum dixerim esse deterrimos.Oportet enim semper ea, de quibus agitur, ita accipere, vt, quæ inter se comparantur,in illis duntaxat,de quibus agitur,mutuo dissideant: quandoquidem, si, quę pluribus inter se modis discrepant,contuleris,quæ de singulis ipsis membratim & seorsum dixeris, ea omnia collecta habebunt. De panum igitur differentia abunde dictum est.

A.l.1.f.3.d.2. c.7.fol.63.d

Au.l.2.t.2.ca. 365.fo.159.d

De Placentis,quæ ex Farina triticea fiunt,Græci Πέμματα vocant. CAP. 3.

DE alijs autē placentis,quæ ex triticea farina parantur,dicere nunc fuerit opportunū. Ergo quos Attici quidem ταγηνίτας, nos autem Græci, qui Asiam colimus, τηγανίτας appellamus,parantur ex solo oleo. Oleum quidem solum in sartaginem igni fumi experti impositam injcitur: quod vbi incaluerit,triticea farina multa aqua imbuta ei adfunditur: quæ celeriter, dum cum ipso oleo coquitur,cogitur ac densatur instar casei teneri in calatho cōcrescentis: tunc autem iam ipsam vertunt,superficiem quidem ipsius superiorem infra constituentes,vt ipsa sartaginem etiam tangat,quod vero prius erat inferius, quod que abunde iam est coctum, sursum in sublime tollentes, vt iam sit in superficie: &, cum iam, quod modo infra est, concreuerit, postea vertunt ipsam bis forte aut ter,quoad tota placenta æqualiter ipsis cocta videatur. Perspicuum sane est,

quòd ipsa quidem "crassi est succi, quodq; ventrem cohibet, & succos crudos gignit: quapropter E A.ibid.f & à quibusdam mellis quidpiam ei admiscetur: sunt, qui & salem marinum miscēt. Fuerit autem iam id quidem placentæ genus quoddam, aut species, aut quocunq; modo appellare libeat: quem admodum & alias quasdam placentarum species tum rustici homines, tum vrbanorum pauperrimi, ex tempore cōponūt. Itaq;, quæ πέμματα ἄζυμα in clibano assant, atq; mox, cū extracta sunt, in mel calidum, vt id in tota sese recipiant, iniiciunt, placentæ etiam sunt genus quoddam: præterea omnia, quę cum melle ex itriis apparantur.

De Varia Itriorum compositione. CAP. 4.

DVplex autem est Itriorum species, pręstantior quidem, quam rhyemata: deterior vero, quā lagana appellant. Igitur omnia, quæ ex his ac similagine componuntur, crassi sunt succi, & tarde permeant, iecoris q; meatus, per quos fertur alimentum, obstruunt, lienis imbecillitatem augent, calculos deniq; in renibus gignunt: quod, si cocta belle fuerint, atq; in sanguinem mutata, admodū nutrient. Quæ vero cū melle parantur, mistam habent facultatem: cū.n. mel ipsum succum habeat tenuem, & ea, quibus'cum miscetur, tenuet, factum merito est, vt, quæ mel copiosius, dū parantur, assumpserint, quæq; diutius cocta fuerint, & minus tarde permeent, succumq; ex tenui & crasso mistū generēt: iecori vero, renibus & lieni, in recte quidem habentibus, magis, q̃ ea F quæ sine melle parata sunt, conducant: in iis vero, qui obstructionis principium habent, aut inflāmatione aut scirrho sunt obsessi, nihil minus, q̃ illa noceāt: nō nunq̃ etiam longe grauius: & multo omnium maxime, quorum farina fuerit admodum lenta: succus nanque, qui ex iis proueniet, non modo propter crassitiem ferri prorsum inhibetur, verū etiam intrinsecus angustis vasorum finibus circūfixus adeo impingitur, vt haud facile solui queat: atq; ita viscus læsum iis, qui ita sunt affecti, sensum ponderis exhibet, ciborum ac potuum tenuantium ope indigens. Scripsimus autem alibi vno libro de victu attenuante. Nihil tamen eorum, quę ita sunt parata, neque thoracem neq; pulmonem offendunt. Verum de eduliis quidem, quæ crassum ac lentum succum generant, alio loco postea differemus: sermo autem, qui nūc in manibus est, postulat, vt cum alia quæ hactenus exposuimus, memoria teneas, tū inter ea oīa potissimū, panum facultatem, q eis assidue vtamur: nec sanè obfuerit, quæ de ipsis diximus, summatim repetere. Optimus certe panis ac saluberrimus fuerit homini neq; iuueni neq; exercitationibus dedito, qui tum salis tum fermenti habet plurimum, quiq; plurimum ab artifice ante, q̃ formetur & assetur, sit subactus, & (vt supra diximus) in clibano mediocriter calido assatus. Modum vero fermenti ac salis gustu iudicato, quod nanque in largiori horum mistura iam offendit, prauum. Quatenus igitur gustus nullum adhuc G sensum tristem ex ea mistura percipit, eatenus ipsorum copiam augere pręstiterit.

De Pane Loto. CAP. 5.

POrrò, qui" panis abluendi rationem excogitarunt, minoris sanè alimēti cibum, sed qui ab ob A.l.2.t.2. cap. structionis noxa absit, quoad licet, longissime, inuenerūt: siquidem panis hic succum habet 565.fol.159.e minimum crassum ac lentum, vt qui ex terrestri aereus sit factus. Eius porrò leuitas apparet, cum per staterā, tum q in aqua non submergat, sed instar suberis supernatet. Cęterū id edulium, quod ruri apud nos coquūt, quod ex multa triticea farina lacti mista cōstat, scito ex iis esse, quæ intus obstruunt. Vt igitur cibi huiusmodi oēs boni sunt succi, & multi alimēti, ita eos, q ipsis assidue vtūtur, lædūt, obstructiones in hepate pariētes, & ī renibus calculos gignētes. Cum.n. humor crudus lentorem assumpsit, & transitus per renes quibusdā natura sunt angusti, ibi, quod crassissimū est ac maxime lētum, diutius moratum, πῶρον, id est tophum, prompte gignit: cuiusmodi in vasis, in quibus aquam calfacimus, accrescit, aut ad saxa affigitur in plerisq; aquis calidis sponte nascentibus: confert aūt ad id maxime renum ipsorum temperamentum, q̃n ipsorum calor acris fuerit ac velut igneus. Ex eo aūt genere sunt & πῶροι, qui in arthriticis generātur: fluit enim semper, quod in corpore redūdat, in partes imbecillimas, pro suaq; ipsius natura in ipsis affectum excitat. Cæte- H rum, cum postea de lacte agemus, de omni ipsius vsu trademus, quemadmodum certe & de cibis incrassantibus: quandoquidem & alia quædam sunt, quæ eam habent facultatem.

De Alica seu chondro. CAP. 6.

ALica "ex genere est tritici,, valenter q; nutrit, succumq; lentum habet, siue in aqua dūtaxat co A.l.2.t.2. cap. ctam, cum mulso, aut vino dulci, aut etiam adstringente (nam his quoque suo proprio tem- 196.fol.122.a pore vtimur) siue cum oleo sale q; frixam sumas. Non nunq̃ autem & acetum illi iniicitur: atque præparatā eo modo alicam, medici ptissanæ cōfectionem fuisse dictitant: quidam autem dicunt ex alicæ ptissana ægrotum fuisse cibatum: veterum vero non nulli, vt Diocles & Philotimus, ptissanam triticeam, alicam hoc modo structam appellitant. Quapropter eius nomē apud antiquos est rarū, queadmodum & nomen sitanii: ipsum enim cōmuni appellatione triticum nūcupāt. Dictū lib.2. de Dięta. porrò est in libro Hippocratis de ratione victus pānes ex alica factos plurimi esse alimenti, sed minus subsidere: præterea similaginem & alicam coctam valentis ac multi esse alimenti: proinde vsum huius multum vitare conuenit, eisq; potissimum, quibus iecur facile obstruitur, aut renes calculis gignendis sunt appositi. Maxime pręterea intentos esse conuenit iis sorbitionibus, quæ ex alica lota nuncupata parantur: succus nanq; ipsius hic est aquæ cōmistus, qui, cum coctionem

postulet

A postulet plurimam, præparantibus quidem ipsum, quasi satis coctus sit, imponit: ægrotos vero quibus ipsum parant, lædit non minimum, celeriter enim, quod instar glutinis sit lentus, cõcrescit ac densatur. Oportet igitur ipsum multa aqua admistum super carbones coquere, plurimum mouendo, quoad exacte coctus fuerit: tum vero salis quidpiã etiam inijcere: oleum autẽ etiã si initio statim immiscueris, nihil fuerit incommodi. Sed id quidem obiter sit dictum: ad medendi.n.rationem, non ad præsens institutum, pertinet. Quòd si quando sani ob vehementem ventris mordicationem, siue ob biliosi humoris multi transitum, siue ob aliud id genus, sorbitione eguerint, ijs alicam plurimum coctam, vsq; dum extabuerit, deinde colatam, atq; ita comparatam, vt ptisanę succo colato sit persimilis, sorbendam tunc exhibeto. Eadem autem lotæ alicæ parandæ est ratio.

De Tritico in aqua elixo. CAP. 7.

NIsi ipse aliquando triticum in aqua elixum comedissem, nunq̃ aliquem eius vsum in cibo esse credidissem: neque enim fame grassante ad hunc vtendi modum quis accesserit, cum suppetente tritico panem ex eo facere possit: in cœna vero, quemadmodum elixum frixum've cicer, & alia quædam semina similiter parata, pro tragematibus, quę vocant, sumuntur, ita triticum elixum à nemine sumitur: ob eas sanè causas nunquam credidissem quempiam triticum elixum esitasse.
B Cum autem & ipse aliquãdo rus procul ab vrbe cum duobus adolescentibus meis ęqualibus profectus rusticos iam cœnatos deprehendissem, & mulieres sese, vt panem facerent, accingere (pane enim carebant,) vnus q; ex ipsis repente triticum in ollam coniectum coxisset, deinde sale mediocri conditum, vt ederemus, esset hortatus (cogebamur autem id facere, vt par est, qui nimirum iter confeceramus atq; esuriebamus,) abunde certe comedimus, pondus tamen in ventriculo sensimus, vt lutum ipsi incumbere videretur. Et, cum postero die nõ coxissemus, totum diem cibum ita fastidiuimus, vt nihil edere potuerimus: præterea flatulento spiritu eramus pleni, caput q; dolebat, & oculi caligabant: neque enim per aluum quidquam excreueramus, quod vnicum in cruditatibus est remedium. Rogabam igitur rusticos, num & ipsi aliquãdo elixum triticum edissent, tum quo'nam pacto fuissent ab illo affecti: illi verò & esitasse se frequenter, eàdem, qua nos, necessitate compulsos responderunt, triticum q; ita præparatum graue "& concoctu difficile esse edulium: quod sanè vel citra experimentum colligi facile poterat. Quando enim ne ipsius quidẽ sumpta farina (vt ante retulimus) concoctu sit facilis, nisi per salem, fermentum, misturam, triturationem, clibanum q; elaborata fuerit, quis non intelligat illaboratum triticum esse contumacissimũ? Vires tamen triticum habet magnas, si sic sumptum concoquatur, nutrit q; valide corpus, ac ro-
C bur insigne ijs, qui ipso vsi fuerint, conciliat.

A.l.3.f.14. t.1. c.19.fol.309.g

De Amylo. CAP. 8.

AMylum ex tritico conficitur, partes exasperatas læuigandi vim obtinens, quæ substãtijs omnibus consistentia siccis est communis, quæ neq; "astrictionem, neq; acrimoniam, neq; aliam quamuis facultatem habent insignem: quas substantias iure ἀποίους i. qualitatis, quæ sensu deprehendi queat, expertes, appellant, qualis inter humidas substantias est aqua. Cæterum amylum similem panibus lotis habet facultatem: minus enim his non lotis corpori præbet alimentũ & non calefaciens, veluti neq; calefaciunt etiã illi, cum cęteri panes calefaciant. Quod vero ad triticum in aqua elixum attinet, cum eo amylum ne cõferendum quidem est, cum palàm id tum calfaciat, tum valenter nutriat, si concoctum fuerit: id quod factu (vt diximus) est difficile.

A.l.2.t.2.cap.59.fol.105.d

De Hordeo, & quomodo optima Ptissana paretur. CAP. 9.

HOc item semen in vsu frequenti apud homines est, quod non eandem cum tritico habet facultatem: siquidem illud palàm calefacit: hoc vero non modo nõ calefacit (quo mõ non nulla, quæ in medio sunt calefacientium & refrigerantium, vt amylũ & panis lotus) sed, quoquo modo ipso vtare, siue panes ex ipso feceris, siue ptissanam coxeris, siue ἄλφιτα i. polentam feceris, vim
D quandã "refrigerandi habere cernitur. Dissidet præterea à tritici natura, succi specie, quã vtrunq; ipsorum gignere consueuit: siquidem triticum, crassum ac lentum: hordeum autem, tenuem & non nihil detersorium succũ in nobis gignit. Quoquo igitur modo hordeũ paraueris, nunquam corpus calfacit, sed varie pro modo præparationis humectat ac siccat: quandoquidem polenta, quæ ex frixo hordeo est facta, siccare perspicue cernitur: ptissana autem humectat, cum saltem, vt decet, fuerit parata, hoc est cum in coctione quàm plurimum intumuerit, postea igne lento per multum ocium in chylum fuerit redacta: acetum autem ei tunc admiscetur, cum planè intumuerit: cum vero cocta exacte fuerit, sub edendi tempus salem tenuem inijcere oportet: oleum autem si initio statim inieceris, coctioni nil nocueris: aliud tamen nihil est miscendum: nisi velis anethi aut porri quidpiam, id q; initio statim, immiscere. Video autem à cocis omnibus ptissanam pessime parari: in mortario nanq; crudam ipsam tundentes, non ad ignem coquentes, dissoluunt: sunt, qui amylum etiam inijciant, vt per coctionem in chylum copiosum videatur esse redacta. Talis certe ptissana merito maxime est flatulenta, & concoctu admodum difficilis. Quæ vero in ptissana recte paranda prætermisi, ea adijcere oportet. Crudam ptissanam aliquandiu in aqua præ maceratam, deinde in mortarium iniectam manibus terere conuenit asperam quampiam rem in se habentibus, cuiusmodi est, quod vocant spartum, ex quo iumentis soleæ nectuntur: vsque

A.l.2.t.2.cap.530.fol.155.b

eo autem

eò autem terendum, dum præpositus ac qui in superficie est, cortex sit abiectus: is enim, quo vestitur ceu tenui tunica, non totus inter pinsendum abijcitur: quapropter & præmaceratur, & in mortario tunditur. Quòd, si nõ quicquid est aceris, deciderit, elixa ptisana magis quidẽ deterget, nullam autem aliam noxam accipit. Pessima autem est ptissanæ præparatio, cum, vbi coci crudam ipsam in mortario cum aqua contuderint, deinde parumper coxerint, ἕψημα ϗ σίρεον id est sapam iniiciunt: quidam autem cum his mel quoq; & cuminum iniiciunt, cinnum quendam verius, q̃ ptissanam, comparantes. Verum, quæ probe parata fuerit, vtilitates, quas memorat Hippocrates, tum sanis tum ægrotis hominibus præstabit: siquidem lentor eius (vt inquit) leuis, & continuus, & blandus est, & lubricus, & humidus moderate, sitim q; arcet: & ad abluendum, siquid opus erit, est idoneus: neq; adstrictionem habet, neq; tormina gignit: deniq; in ventriculo non exturgescit, siquidem inter coquendum intumuit, quãtum plurimum intumescere poterat. Hæc certe nobis in præsentia de ptissanæ facultate suffecerint, nõ medendi rationem tradentibus, sed alimentorum duntaxat vires explicantibus, quanquam in sermonis transcursu ipsorũ vsum quoq; attingimus.

E

* χυκεῶνα.

De Panibus Hordeaceis. *CAP.* 10.

NVnc certe ad hordeaceos panes transire fuerit tempestiuum, quos homines eodem, quo triticeos, modo parant: sunt autem nõ modo triticeis, verum etiam olyrinis, & multo adhuc magis typhinis friabiliores, nihil in se lentoris, vt illi, habentes. Ex quo perspicuum est, q; exiguum corpori præbent alimentum, & potissimum si facti ex peiore hordeo fuerint, ex quo Hippocrates ne ptissanam quidem fieri voluit: neq; enim, dum coquitur, succum copiosum ex se ipso emittit. Laudatissimum autem est, quod candidum, vbi pinsitum est, apparet, non nihil q; densitatis ac ponderis (quantum hordeo datum est) habet. Porrò, quod totum plenum est, & circunscriptionẽ externam habet tẽsam, melius eo est, quod gracile est ac rugosum. Verum hoc quidem seminum omnium commune tibi esto indicium: nisi forte aliquando molẽ multo, q̃ pro sua natura, habeant maiorem, sint q; molliora ac laxiora: scito enim ea humiditatem habere superfluam, prædictis q; esse deteriora. Ob eam q; causam non conuenit ijs post collectionem vti: sed, vbi ea in locis siccis reposueris, diu ab eis abstinere, quò interea pars quidem humoris superflui exhalet, pars aũt etiam coquatur, quoad siccata mediocriter contrahantur. Defluit.n. à plantis, seminibus, & fructibus, post.q̃ collecta fuerint ac reposita, primum quidem quicquid in ipsis aquosum est ac tenue, post aũt & non nihil humidi naturalis. Cum.n. substantiam habent iusto sicciorem, sunt ijs deteriora, quæ ad summum bonę habitudinis peruenerunt, non tamen iam omnino sunt praua: quinimmo ijs affectibus, quos siccando corrigere oportet, sunt vtiliora. Quæ aũt diutissime fuerunt reposita, vires habent imbecilliores. Huius porrò terminus sit, cum ab ipsis diuitiis quasi puluis quidam tenuis excidit. Hæc itaq; semel nunc dicta, in omnibus memoria teneto: non.n. libenter de ijsdem sæpe eadẽ repeto, nisi qñ necesse videtur nudum duntaxat caput memoriæ causa repetere. Ad panes aũt hordeaceos, de quibus dicere institueramus, reuersi dicamus in ijs quoq; quasdam esse differentias, illis, quas paulo ante in triticeis recensuimus, respondentes: omnes nanq; triticeis multo minus alunt: qui tamen ex pręstantissimo hordeo conficiuntur, minus à triticeis in eo superãtur: qui vero ex laxo ac leui, panibus furfuraceis respondent: panes aũt ex hordeo huiusmodi citissime per aluũ subducuntur, quod & reliquis non minimũ accidit, si triticeis eos contuleris. Quæ porrò inter hos mediæ panũ hordeaceorũ sunt ꝑparationes, similes sunt ijs, quas in triticeis retulimus.

F

G

De Polenta, quæ Græce ἄλφιτον *dicitur.* *CAP.* 11.

EX recenti hordeo mediocriter frixo laudatissima fit polenta, cuius si copia non sit, non nunquam & ex alijs ipsam conficimus. Cum autem polenta omnis, quæ recte sit facta, boni sit odoris, ea est suaueolentissima, quæ ex optimo ac recenti hordeo, & quod aristãm non admodum habeat siccam, est confecta. Compluribus autem per sanitatem mos est eam sapa & vino dulci mulso q; commistis, non nunquam sola etiam aqua conspersam, æstate duabus tribus've ante balneum horis bibere: aiunt q; sentire se hoc potu siti liberari. Si tamen cum vino austero fuerit epota, ventrem desiccat. Polenta autem gentes quædam pro pane vtuntur: quod ego rusticos in Cypro facere sum conspicatus, tametsi ij frumenti plurimum metant. Veteres autem militibus etiam polentam præbebant: Romani tamen milites ipsius imbecillitatem damnantes, ea non amplius nunc vtuntur: exiguum enim corpori alimentum dat, priuatis quidem & omni exercitatione abstinentibus, satis multum: ijs autem, qui quoquo modo exercentur, minus, quàm sat est. Porrò ex ijs humidis* frixis fiunt mazæ, de quibus deinceps disseremus: præsertim cum Philotimus in primo libro de alimentis de ipsis copiosius disputans, quod in eis tamen erat vtilissimum, indeterminatum reliquerit.

* ςάχυν.

H

* φυραθέντων

De Maza *CAP.* 12.

CViusque eduliorum vires potes vel ante certam experientiam, ex ipsius natura conijcere. Etenim perspicacis ingenij viro farina, quæ planè tenuis est & alba & ab omni furfurea substantia pura, satis intelligetur in ventriculo quoque citius ac magis alterari, eo q; probius concoqui, & facilius in corpus distribui, promptius q; nutrire, vt quæ tota corporibus alendis assimiletur atque apponatur: quod autem in ipsa furfureum est ac durum, vt extrinsecus in aqua dissolui

non

A non cernitur, eadem ratione ne in ventriculo quidem madefactum dissoluitur, sed totum, vt sumptum fuerat, indiuiduum permanet atq; inconfectũ. Hoc igitur non potest nec probe concoqui, nec distribui propterea, ꝙ venarum orificijs, quæ ad ventriculum & ad intestina pertinent, nihil prorsus cõgruit, neq; illabitur: quas res necessario sequitur, tum vt maior stercoris vis ex ipso aceruetur, tum vt citius subsideat, partim propter ipsius copiæ pondus, partim etiam ꝙ furfureũ omne qualitatem habet detersoriam. Quæ omnia si quis reputet, intelliget tantum mazam in alendo corpore ab hordeaceis panibus relinqui, quantum hi à triticeis relinquuntur: quippe, cum hordeum initio suapte natura furfureum habeat non paucum, frixum iam illud ipsum habet tum siccius, tum fractu ac comminutu difficilius: siccius autem est id, quod in hoc est præstantius, ex quo corpus sumebat alimentum. Quo fit, vt maza panibus hordeaceis ægrius coquatur, magis q; ventriculum flatu impleat: in quo etiam, si diutius manserit, turbationem excitat: citius autem subducitur † si commista diutius fuerit ac subacta: quòd, si mel quoq; addatur, citius etiam ob id ventrem ad excretionem incitabit. Ceterum, quod Philotimus opinatur, succum crassum glutinosum ac frigidum ex omni maza generari (quem ipse cum præceptore suo Praxagora vitreum appellat) secus profecto habet, cum polenta neq; lentorem habeat, quod alicę inest maxime, nec multum nu

† συραθεῖσα ἢ τριφθεῖσα μέχρι πλείονος.

B triat. At illum fefellit maza copiosior, ac diutius in vino dulci & sapa macerata (quam ipse, quemadmodum Athenienses, τριπτὴν i. tritam appellauit,) quod enim in ea triticeæ massæ respõdet, ductile est ac glutinosum cum ob diuturnam macerationẽ, tum ob humoris polentæ cõmmisti crassitiem. Quemadmodum aũt tritura multa cum crasso liquore facit, vt trita farina, lenta appareat, etiã si ea ex milio sit, ad eundem modum succus ptissanæ apparet lentus, tametsi nihil in sese habeat glutinosum neq; emplasticum, sed contra detersoriũ atq; incisoriũ: quod in cute nostra indicat, ipsius sordes eluens. Quòd, si paulo post, q̃ cuipiam sorbendam ipsam exhibueris, vomere ipsum feceris, pituitam, quæ in ventriculo continebatur, detergebit, & omnia vomitu simul cum ea ejciet.

* φυραθεῖσα.
* μεμαλάχθαι.
* μέχθιντος.

De Typha, Olyra, & Zeia. CAP. 13.

MNesitheus quidem typhas tertio loco post triticum & hordeum numerat: Diocles autem de ipsis tradit negligentius, compendiosum scribendi genus diffusæ accuratæq; explanationi præponens: eodem certe compendio de tritico, hordeo, alijsq; multis tradidit. Paulo autem de his Praxagoras, ac Mnesitheus, quàm Diocles, copiosius scripserunt: attamen ne ipsi quidem satisfaciunt. Philotimus vero de quibusdam admodum copiose, de alijs autem egit ieiune: sunt &, quorum ne meminit quidem, quemadmodum nec zeię: perspicuum autem est, quòd nec pręceptor

C eius Praxagoras, quandoquidem Philotimus non modo eorum, quæ ille scripsisset, nihil prætermisit, sed pleraque etiam perpoliuit, atque adiunxit. Ilud vero mirum videri debet, quòd ne is quidem, qui librum de ratione victus composuit, qui Hippocrati est adscriptus (quisquis is vir antiquus fuerit) nominis zeiæ mentionem vnquam fecerit: quòd, si typhas à non nullis putabat appellari zeias, id ipsum significasse oportuit. Verum satius forte fuerit ipsorum verba adscripsisse. Diocles ergo in primo libro de sanitate tuenda ad Plistarchum (in quo ciborum facultates explicat) sic scribit: Post hordeum autem ac triticum facultatibus sequuntur omnium maxime olyrę, typhę, zeię, panicum, milium. In quibusdam autem exemplaribus zeiæ nomen omnino non est: quin & in quibusdam, non facultatibus, sed vtilitatibus, scriptum est hoc modo: Post hordeum ac triticum vtilitatibus sequuntur omnium maxime olyræ, typhę, panicum, & milium. perinde, ac si olyra semen esset à typha diuersum. Mnesitheus autem vno semine duo nomina ait contineri, scribens ad hunc modum: Ex seminibus ad nutritionem sunt appositissima triticum & hordeum: quod autem hæc deinceps sequitur, duplici quidem nomine nuncupatur, cadẽ tamen res est, alij enim typham, alij olyram nominant. Deinceps ista adiungit: Post hæc autem sunt zeia, milium, & panicum. Diocli certe ea de typha & olyra scribere, quæ modo adscripsi, sa-

D tis visum fuit: Mnesitheus vero particulatim quoque de ijs postea tractauit, primum quidem de tritico & hordeo, mox de typhis, scribens his verbis: Reliquorum vero seminum typha quidem est optima, nã & nutrit admodum, neque magno negocio conficitur. Panem autem ex zeia nemo affatim citra sanitatis dispendium mandit: quòd, si quis ei pani non assuerit, etiam si minimum sumpserit, ægrotabit, est enim grauis & concoctu difficilis: qui vero regionem colunt vehementer frigidam, eo semine coguntur nutriri, ipsum'que serere, quòd frigoribus perstrenue resistat: Atq; hi principio quidem paulatim edere assuescunt, tum quia ingrati odoris est cibus, tum quia rarus est in eiusmodi regionibus frugum prouentus: post autem, quòd familiare sit edulium, accidit, vt facillime in corporibus conficiatur. In summa autem statuere oportet zeiam "grauem esse ac concoctu difficilem, firmam ac membranosam. Ex his Mnesitheus apertissime indicauit, cuiusmodi semen vocare velit zeiam, quæ in frigidis regionibus colitur. Equidem nec ipse regiones omnes hybernas peragraui: nec ab alijs audiui, qui eas perlustrassent, semen aliquod esse frumentaceum, quod incolæ zeiam aut zeam appellarent: vtroque enim modo scriptum inuenitur, in alijs priore syllaba in ε & ι, in alijs autem in ε tantum desinente. Credere tamen possum fieri potuisse, vt Græci semen id sic appellarint, barbari autem proprium ipsi nomen indiderint. Conspicatus autem in multis Thraciæ & Macedoniæ agris non aristam modo, sed

A.l.2.t.2.cap. 313.fol.134,c

* στάχυν.

& plantam

& plantam totam noſtræ typhæ in Aſia ſimillimam, interrogaui, quod'nã apud illos homines haberet nomen: qui mihi omnes reſponderunt plantam totam & eius ſemen *βρίζαν* appellari, priore ſyllaba tribus his literis ſcripta, *β ρ ι*, ſequente *ζ* & *α*, in recto ſaltem caſu, in accuſatiuo aũt cum litera *ν*. Ex hoc porrò ſemine panis fit grauis odoris, & ater, mẽbranoſam (vt Mneſitheus ſcripſit) ſubſtantiam habens: quòd ſi nigrum quoqꝫ panem, qui ex zeia fit, eſſe adſcripſiſſet, facilius crederem id eſſe ſemen, quod ab eo zeia nominatur. Eſt itẽ in frigidiſſimis Bithyniæ locis ſemen quoddã, quod zeopyrum nominatur, prima ſyllaba *ι* non habente, vt apud Homerum habet, cum ait: E

Et zeia & triticum cum fœcundo hordeo & albo.

Ex eo autem panis fit præſtantior, q̄ qui in Macedonia aut Thracia ex briza conficitur. Ac ferè, quemadmodum nomẽ ipſum zeopyrum ex vtroqꝫ nomine, zea ſcilicet, & pyro, ideſt tritico cõponitur, ſic & ſubſtantia eius inter vtrunqꝫ media quodãmodo eſt, vt ſi ex vtroqꝫ eſſet cõmiſta: proinde quanto tritico eſt deterius, tanto thracia briza eſt præſtantius. Porrò vrbium nomina, in quibus ſemen id prouenit, ſunt Nicea, Pruſa, Craſſopolis, Claudiopolis, Heliópolis, & Doryle, quod quidem extremum eſt Phrygiæ aſiaticæ oppidum: habet autem & Phrygia ipſa ſemen eiuſmodi in agro proueniens, quemadmodum & aliæ quædam vrbes finitimæ. Videre autem eſt panem, qui ex hoc ſemine conficitur, tanto eo, qui ex briza in Thracia & Macedonia fit, eſſe meliorem, F quanto triticeo eſt deterior. Meminit zeę & Theophraſtus libro ſeptimo de plantis, ſic ſcribens: » Inter ea, quæ tritico hordeo q́ꝫ ſunt ſimilia, vt zeia, olyra, typha, auena, & ægilops, zeia eſt firmiſſima, copioſiſſime q́ꝫ fructificat, multiplicem altam q́ꝫ radicem effundit, culmo multiplici & craſſo aſſurgens, fructus autem eſt leuiſſimus, & cunctis animalibus admodum iucundus. Deinde ſubdit: Typha autem omnium eſt leuiſſima: nam calamum vnicum, eum q́ꝫ tenuem habet: quare ſolum gracilius, nec, vti zeia, pingue ac fertile expoſcit. Poſt hæc ſubiungit: Sunt autem hæc duo, zeia ſcilicet & typha tritico ſimillima. Hęc quidem de zeia Teophraſtus: Herodotus autem libro ſecundo ad verbum hæc ſcribit: Tritico hordeo q́ꝫ pleriqꝫ victitant: apud Ægyptios vero his in » victu vti, ſummum dedecus putatur, vtuntur autem olyris, quas alij zeias cum z nominant. Dioſcorides quoqꝫ in ſecundo de medica materia, hæc ſcribit: Zeiæ duplex eſt genus, quorum alterũ » ſimplex, alterum *δίκοκκον* nominatur, quòd ſemen duabus membranis cõcluſum gerat: nutrit autem hordeo valentius, tum ſtomachum iuuat. Panis ex ea fit, qui minus tritico nutrit. Crimnon » autem, quod ex zeia & tritico fit, eſt q́ꝫ in tritura craſſior farinæ pars, ex qua fit puls, nutrit abunde, » & facile conficitur: quod vero ex zeia fit, ventrem magis cohibet, potiſſimum ſi torrefacta prius » fuerit. Præterea olyra eiuſdem cum zeia eſt generis, ſed minus aliquanto nutrit: panis quoque ex G » hac fit, & crimnon. Athera autem fit ex zeia trita tenuiter ſub mola: ſorbetur autem non ſecus ac » liquida pulticula: pueris q́ꝫ eſt accommoda: in cataplaſmatis q́ꝫ ea vtimur. Tragi ſemen, alicæ eſt » quidem ſimile, nutrit autem multo minus, quàm zeia, quod multum aceris habeat: ob id & con- » coctu eſt difficilior, & aluum magis mollit. De zeia igitur hæc ſufficiant. Mneſitheum profecto iure quis demiretur, quòd diſcrimen inter olyram ac typham non nouerit: vtrunqꝫ enim in Aſia eſt frequens, & potiſſimum in regione, quæ eſt ſupra Pergamum, adeo, vt ruſtici ipſi panibus ex ipſis factis ſemper vtantur propterea, quòd triticum omne in oppida comportent. Olyrini ſanè, ſi modo ex bona olyra fiant, poſt triticeos ſaltem ſunt præſtantiſſimi, ſecundi autem ab his ſunt typhini: quòd, ſi olyrini ex vitioſo ſemine ſint facti, typhini non erunt eis inferiores. Calidi vero panes ex laudatiſſima typha facti, olyrinis longe ſunt præſtantiores, aſſeruati vero deteriores ſeipſis euadunt: cum enim maſſa illorum ſit tenax ac ductilis, denſatur maiorem in modum, & maxime cum negligenter parati fuerint, adeo, vt qui panem huiuſcemodi poſt vnum aut duos dies ac multo magis ſequentes aliquot comederit, putaturus ſit lutum ventriculo ſuo ineſſe: at, calidus adhuc cum eſt, ab ipſis etiam vrbanis expetitur, ipſum'que cum caſeo quodam mandunt, quem vernaculo nomine oxygalactinon appellant: porrò hunc quoque tenerum H eſſe oportet, & ipſum panem calorem clibani adhuc retinere. Qui certe in hunc modum eſt aſſatus, non ruſticis modo, ſed vrbanis quoque hominibus, in delicijs habetur: qui vero trium quatuor've dierum eſt, vel ipſis ruſticis manditur inſuauius: præterea concoctu eſt difficilior, ac tardius per aluum ſubducitur, quæ calido minime accidunt: qui, tametſi hordaceo, quod ad deiectionem pertinet, multum relinquitur, non tamen in eo adeo, vt miliaceus, eſt vituperandus: quin etiam corpus admodum, dum calidus eſt, nutrit, vt penè triticeo ſyncomiſto par ſit. Habet autem typhæ ſemen extrinſecus corticem veluti olyra, & hordeum: verum decorticatum, in panes congeritur, omnino q́ꝫ vſui accommodatur: nam & ex aqua manditur elixum, haud aliter, ac vocatus à ruſticis apothermus, ſapa (quam alij *σίρεον*, nos *ἕψημα* vocamus) iniecta: nonnunquam etiam cum ſale eſitatur, quo modo me triticum ipſum retuli comediſſe. Ex nobiliſſima autem olyra, cum, vt decet, fuerit decorticata, nominatum tragum conficiunt, quo plerique vtuntur primum in aqua decoquentes, deinde ea effuſa, ſapam aut vinum dulce aut mulſum infundentes: ſuperinijciunt & pineas nuces aqua præmaceratas, donec plurimum intumuerint. Quidam autem ſemen hoc, genere quidem, non tamen ſpecie, cum olyris idem eſſe affirmant.

Sunt autem & alia permulta ſemina prædictis quidem adſimilia, non tamen eadem penitus ſpecie, quę

* Alij legũt Iuliopolis.

A ciæ, quæ partim in hordei ac typhæ, partim in typhæ olyræq; , aut olyræ & tritici medio sunt loco: quædã verò ad olyræ, alia ad hordei aut typhę, alia ad tritici: ceu alia ad panici, alia ad milij naturam, proximè accedunt: quę, nomina habent, alia simplicia, vt in Italia ex quo alicã faciunt, alia cõposita, vt in Capadocia quod vocãt gymnocrithon id est hordeũ nudũ ac corticis expers, in Bithynia autem zeopyron. Verum satius fuerit eiusmodi nominum ac seminum disquisitione omissa, de omnibus communi quodam sermone tractare. Quæ igitur parua mole multam reddunt substantiam, eam q; crassam ac viscidam, optimi sunt succi, ac multi alimenti, non tamen facile per aluum secedunt: quę vero his sunt contraria, mollem quidem ac laxam habent substantiam, partes autem ipsorum furfureæ citius quidem subducuntur, sed alunt minus. In his ipsis, quæ graueolẽtia sunt, & gustum quendam habent iniucundum, perspicuũ est, q omnia & praui succi sunt, & coctu difficilia. Quoniã aũt exiguæ moli permultũ inest substantiæ, tũ ex pondere, cũ in statera appendũtur, tum ex farinæ copia cognosces: ea nanque copiosa in ijs seminibus, quæ compacta densa q; sunt substantia, ab exigua mole redditur. Porro caliditatis & frigiditatis discrimen, ante quidem, q̃ edãtur atq; intro in corpus sumantur, cum ex colore et gustu facile tibi erit colligere, tum etiam ex vsu, quem nobis foris applicata adferunt: postea autem, quàm elitata atq; intro in corpus sumpta fuerint, B exactam sui dignotionem ac sensum, dum in ventre sunt, ijs, qui sumpserint, adferunt, q calfaciant aut refrigerent, aut neutrum horum manifeste efficiant. Quòd vero ad colorem naturalem attinet, in hordeis quidem & olyris est albus, in triticis autem subflauus, typhæ autem vel triticis sunt flauiores. Quin & harum corpus coactum est ac densum, quod fortassis ad seminis paruitatem non nihil adfert momenti: est enim id tritico longe exilius: quanquam non desint, qui ipsum quoq; in tritici numero ponant. & quod apud Homerũ equis dicitur, vbi illos Hector ita affatur,

Triticum enim vobis primum prædulce ferebam,

de typhæ semine dictum esse aiunt, esse enim illam equis partium triticum eam q; ipsos sine noxa mandere, verum autem triticum non sine noxa. Nec absurde certe typham quis triticum exile vocauerit, cum ei & colore & densitate & caliditate sit adsimilis.

De Auena, quæ Bromus dicitur. CAP. 14.

HOc semen in Asia est frequentissimum, & potissimum in Mysia, quæ est supra Pergamum, vbi & typhæ & olyræ vberrimus est prouentus. Iumentorum autem est alimentum, non hominum, nisi vtiq; aliquando extrema fame ad panes ex eo quoq; semine conficiendos compellantur: citra famem autem coctum ex aqua manditur cum vino dulci, aut sapa, aut mulso non aliter, C quàm typha. Calidum autem est admodum, non secus ac illa: quanquam non ęque est durum, ex quo minus quoque corpus nutrit: & panis, qui ex eo fit, alioqui est insuauis, nõ tamen aluum aut sistit, aut proritat, sed, quod ad id saltem pertinet, medium locum obtinet.

De Milio & Panico, quod Elymon & Milinen vocant. CAP. 15.

A.l. 2. t. 2. ca. 288. fol. 131. g HIs item in pane non nunquã vtuntur vrgente dictarum frugum penuria: panis tamen, qui ex eis fit, exigui est alimenti, ac frigidus: perspicuum q; est, q præaridus est ac friabilis, nihil enim in se habet neq; lentoris neq; pinguitudinis: iure ergo aluum humentem desiccat. Agricolę autem horum farinam coquentes, deinde adipem suillam aut oleum miscentes, esitant. Porrò miliũ ad omnia panico est præstantius, suauius q; editur, facilius concoquitur, ventrem minus sistit, * facile magis nutrit. Non nunquam autem rustici farinam ipsorum lacti incoctam mandunt non aliter, quàm tritici: & liquet, quod id edulium, ipsum per se sumptum, tanto est præstantius, quanto lac vtriusq; seminis naturam ad boni succi procreationem alia q; omnia excellit: dico autem alia omnia, concoctionem, ventris subductionem, distributionem, & ipsam in edendo dulcedinem ac voluptatem. Nihil enim suauitatis seminibus inest, præsertim panico, quod in nostra Asia nascitur: nam apud alias gentes, vt in Italia, multo melius prouenit.

D

De Legvminibvs CAP. 16.

LEgumina appellant ea cerealia semina, ex quibus panis non fit, vt puta fabas, pisa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruum, cicerculas, aracos, eruilia, phaselos, fœnum græcum, aphacen, & siqua sunt similia. De quorum omnium facultate deinceps tractabimus, vt, cum ea nota fuerint, vsus ipsorum minus sit noxius.

De Oryza. CAP. 17.

A.l. 2. t. 2 ca. 560. fol. 159. g SEmine hoc omnes in sistenda aluo vtuntur, ipsum eodem modo, quo alicam, coquentes: difficilius tamen, quam alica, conficitur, & minus alit, ceu vtiq; & in edendi suauitate ab ea quam plurimum relinquitur.

De Lentibus. CAP. 18.

NEque ex his panem quis facit, aridę enim sunt ac friabiles: corticemq; habent adstringẽtem: &, quæ ipsorum est velut caro, crassi est succi ac terrei, austeram qualitatem habens exiguã, cuius cortex multæ est participes. Succus porrò in ipsis est, vt ante retulimus, adstringenti contrarius: quocirca, siquis in aqua ipsas coxerit, & deinde aquam sale, aut garo, aut cũ ipsis oleo cõdiens * et sumpserit, potus is aluum deijcit. At ex his decoctis lentibus, ad eum modum, quem retulimus,

lens

lens apparata, facultatem habet succo contrariam, vt quę ventris fluxus siccet, stomachum intesti- E
na & totum deniq; ventrem corroboret: quam ob rem cœliacis & dysentericis cibus est accommodus. Lens verò decorticata, vt illam adstringendi vehementiam, & ea, quæ ipsam consequuntur, amittit, ita magis nutrit, q̃ quæ cortice spoliata non est: succum "crassum prauum q; gignit, tarde q; commeat, non tñ alui fluxus desiccat, vti ea, cui cortex non est ademptus. Iure igitur, qui largius hoc edulio vtuntur, elephantiasim, quam vocant, & cancros incurrunt: siquidem crassa sicca q; cibaria succo melancholico generando sunt idonea. Quare ijs duntaxat, quibus aquea in carnibus est cachexia, lens in cibo vtiliter præbetur, sicuti aridis et squallentibus, admodum damnose. Eandem ob causam visum integrum & inculpatum hebetat, ipsum immoderate exiccans: ei verò, qui contrario modo se habet, confert. Menstruis autem purgationibus non est accõmoda, crassum. n. & tardifluum sanguinẽ reddit: at muliebri nuncupato profluuio est vtilissima. Cum autẽ ptisana in eo saltem contrariam ipsi habeat facultatem, ex amborum mistione præstantissimum edulium componitur, quod homines nostrates phacoptissanam nuncupant, vtrunque haud æquali portione miscentes, sed ptissanæ minus injcientes, vt quæ in succum vertatur & in molem magnam attollatur, lens autem cocta exiguum quẽdam tumorem asciscat: hoc tñ edulium eodẽ, quo ptisana, modo paratur, præterq̃ φ satureia aut pulegium adijcitur: quo fit, vt suauius simul & con- F
coctu facilius reddatur, cum ptissana illis minime gaudeat, sed solo anetho porro q; sit contenta. Pessime autem coqui diuitibus lentem sapa adparãt, quandoquidẽ lens haudquaq̃ incrassantiũ mistionem postulat, sed humidorum potius, & quæ suam ipsius crassitiem incidant: cui verò sapa commiscetur, iecoris obstructiones solet gignere visceris q; huius ac lienis inflammationes inauget, nisi melle addito melior fiat: perspicuum autem est, φ et scirrhosos visceris vtriusq; affectus exacerbat. Quòd, si suillã simul libeat coquere, ptissanę quidem recentem: lenti autem sale iam diu cõditam reperies accommodam: veluti sanè, quæ inter eas est media, quam νεαλῆ id est nuper salsam, appellant. phacoptissanæ est accommoda, tum si suauitatem, tum etiam si coctionem species. Magis tamen lens cum salsis carnibus esitata crassos humores augebit: nam hæ quoque sanguinem crassiorem & melancholicum magis generant: quapropter non est his copiosius vtendum, & maxime si cui corpus sit aut melancholicum, aut crasso, aut (vt omnia cõplectar) prauo succo abundet. Hæc eadem & de regionibus, anni temporibus, & aeris constitutionibus, in quoq; edulio intelligere oportet, ac autumno quidem melancholicis cibis ac siccantibus abstinere, hyeme verò eis vti, quemadmodum sanè æstate humectantibus & refrigerantibus, vere autem, quòd medij sit temperamenti, mediæ facultatis cibos edere. Est porrò mediorum nõ vna species, quædam enim G
sunt huiusmodi, quòd extremorum omnino sint expertia: quędam autem, ex amborum ęquè pollentium mistione mediocritatem sunt adepta: quod paulo ante dixi, cum quis ptisanę lentem cõmiscuerit. Sic & teutlophacen (quæ ex beta & lente mistis ita nominatur) Heraclides Tarentinus non sanis modo, verum etiam ægrotantibus exhibebat: est enim id edulium medium, ex pugnantibus compositum, quare beta quidem minus subsidet, lens autem magis subducitur. Perspicuum autem est, quòd succus teutlophaces, qui in corpus distribuitur, ex amborum facultate, lẽtis videlicet ac betæ, est mistus.

De Fabis. *CAP.* 19.

FAbarum quoque vsus est multiplex, quippe ex ijs conficitur puls, Græcis ἔτνος, tum liquida in ollis, tum spissa in patinis. Tertius præterea ipsam præparandi est modus, qui fit cum ptissana: & plurimo sanè hoc edulio gladiatores quotidie apud nos vtuntur, corporis habitum carne non densa nec constricta (cuiusmodi est suilla) implentes, sed quodam modo fungosiore. Flatulentus autẽ est is cibus, etiam si elixatus diutissime fuerit, ac quouis modo paratus, cum tamẽ "ptissana tempore, quo coquitur, flatum omnẽ deponat: qui autem animum attendũt, eos q; affectus, qui cibos singulos manent, animo adsequuntur, sentiunt in toto corpore velut à spiritu flatulen- H
to tensionem quandam, potissimum si quis huic cibo non est assuetus, aut ipsum non belle percoctum sumpserit. Habent autem fabę substantiam non densam nec grauem, sed fungosam ac leuẽ, quę vim quandam, quo modo ptissana, habet detergendi: apparet enim perspicue ipsarum farinã, sordes à cute detergere, quod mangones ac mulieres intelligentes, in balneis quotidie fabarum farina vtuntur, quemadmodum alij nitro, atque aphronitro, & in summa detergentibus: hac præterea & faciem inungunt, quemadmodum ptisana, tollit enim lentes, quæ in summa cute apparent, & quam vocant ἔφηλιν. Ob hanc sanè facultatem ventrem non cunctanter permeat, vt quæ crassi sunt succi ac lenti, quæ q; nullam detergendi habent facultatem, cuiusmodi esse diximus alicam, tragum, similaginem, & amylum. Cum autẽ fabarum puls sit flatulenta, multo adhuc magis erunt flatulentæ, si quis integris ipsis coctis vtatur. Si tamen frixæ fuerint (quidam. n. hoc modo tragematum vice vtuntur) flatum quidem deponunt, sed concoctu sunt difficillimę, tardeq; prætereũt, & crassi succi alimentum corpori exhibent. Quòd si virides, prius, q̃ maturæ sint atque exiccatæ, edantur, idem eis accidet, quod fructibus omnibus, quos ante perfectã maturitatẽ mandimus: humidius. s. alimentum corpori præbebunt, ob id q; excrementosius non in intestinis modo, sed in toto etiã habitu: merito igitur fabę huiusmodi minus quidem nutriunt, sed promptius dejciũtur.

Pleriq;

A. l. 2. tex. 2. ca. 438. fol. 143. h

A. l. 4. f. 1. t. 2. c. 8. fol. 419. g

A Pleriq; aũt hominum non crudas modo fabas virides comedunt, verum ẽt cum suilla eas elixant veluti olera, ruri verò cum caprina & ouilla. Alij fabas inflare sentientes, cæpas admiscent, cum pultem in patinis ex ipsis struunt. Sunt, qui cæpas crudas nec simul elixas cum ipsa mandant: quidquid enim omnibus cibarijs inest flatulentum, id per calfacientia & tenuantia corrigitur.

De Faba Aegyptia. CAP. 20.

A.l.2.t.2. ca. 240.fol.126.d FAba Ægyptia, sicuti nostram magnitudine longè superat, ita & naturam habet "humidiorem magis q; excrementitiam. Quòd, si memoria tenes, quæ de eiusdem quidem generis leguminibus, verum temperamento humidioribus, & ob id magis, quàm prædicta, in coctione excretione distributione & nutritione excrementosis dicta sunt, non est, quòd plura nunc de hac faba audire desideres, cum possis ex ijs, quæ de ea, quæ apud nos est, didicisti, ad illam transire.

De Pisis. CAP. 21.

A.l.2.t.2.ca. 481.fol.149.a PIsa tota "substantia cum fabis quandam habent similitudinem: eodem q; cum fabis modo struuntur. His duabus tñ rebus ab eis discrepant, tum ꝙ non æquè, ac fabę, sunt flatulenta, tum etiam quòd detergendi facultatem non habent: ideo q; segnius, quàm illæ, per aluum secedunt.

De Ciceribus. CAP. 22.

B NOn admodum consuetum est vrbanis hominibus ex ciceribus pultem conficere: à rusticis vero non nunq̃ vidi parari, quemadmodũ & ipsorum farinam cum lacte elixari: non enim vt fabæ & pisa, possunt comminui, vt ex ipso fracto pulmentum, quod ἐρυγμὸς dicitur, fiat. Apud multas aũt gentes mos est cicera in aqua elixa mandere: non nulli verò nuda ipsa sola, alij sale modico condientes elitant: nostrates verò ex siccis caseis quiddã farinæ simile facientes, id ipsis aspergunt.
A.l.2.t.2.ca. 128.fol.114.c Est aũt "cicer edulium non minus, q̃ faba, flatulẽtum, sed valentius nutrit, q̃ illa: ad venerem aũt incitat, creditum q; etiam est semen generare: vnde quidam equis admissarijs ipsum exhibent.
* quædam. Inest præterea ciceribus facultas abstergendi maior, q̃ fabis, adeo, vt quidãm ex ipsis calculos in renibus constantes manifeste comminuant: nigra autem sunt ea atq; exigua, in Bithynia maximè prouenientia, arietina q; ipsa nuncupant: satius autem est succum ipsorum in aqua coctum bibere. Vtuntur autem homines & ciceribus adhuc virentibus, ante, q̃ sint matura, quo modo & fabis: nuper autem, cum de fabis ageremus, sermonem fecimus omnibus immaturis fructibus communem. Eadẽ porrò & de frixis ciceribus audiuisse existima, quæ de fabis frixis diximus: quando quidem frixa omnia flatum quidem deponunt, verum difficilius coquuntur, & ventrem magis sistunt, crassioris q; succi alimentum corpori exhibent.

C *De Lupinis: &, quæ humida consistentia, quæq; dura sunt, quod Alimentum corpori præbeant.* CAP. 23.

HOc quoq; semen πολύχρηστον id est frequentis vsus, esse nouimus, secundum alteram eius vocabuli πολυχρήστου significationem: quandoquidem rem aliquam ita appellãt, tum quæ multis corporis affectibus conuenit, tum quæ omnibus aut plurimis hominibus est in vsu, etiã si vtendi ipsa omnibus vnica sit necessitas. Secundum igitur hanc secundam significationem lupinus legumen est multi vsus: elixus enim deinde in aqua dulci maceratus tantisper, donec in ea omnem sibi ingenitam exuerit insuauitatem, ita demum manditur cum garo ac oxygaro, vel etiam sine hîs, sale mediocri conditus, non quo modo hordeum, & alia, quæ variè apparantur. Est autẽ duræ ac terrestris substantiæ: quocirca, concoctu fit difficilis, succum q; crassum gignat, est necesse, ex quo non probè in venis confecto crudus proprie appellatus succus aceruatur. † Cæterùm, cum inter
A.l.2.t.2.ca. 440.fol.144.c parandũ, quicquid habuit "amaritudinis, deponat, τοῖς ἀποίοις ἐς πρὸς τὴν αἴσθησιν, id est qualitatis, quæ sensu deprehendatur, expertibus, similis euadit. Par igitur est ipsum neq; ad deiectionẽ, neq; vt adstringentia, ad fluentis ventris cohibitionẽ, esse accommodum, sed tardè permeare & difficulter deijci ac pertransire: quandoquidem medici cibos eius generis sic appellant, qui nullã eminentem habent qualitatem, quæ aluum ad excernendum incitet, aut ipsum excernere prohibeat. Illæ
D quidem qualitates alimentis insunt, non tanq̃ alimentis, sed tanq̃ medicamẽtis. Quæ vero nullam eiusmodi qualitatem habent manifestam, à medicis quidem iure ἄποια appellantur: secundum autem differentiam, quæ in humiditate & siccitate, crassitie ac lentore, spectatur, accidit ipsis, vt tardè aut celeriter transeant, aut medio modo inter hæc duo se habeant: humidis quidem ac lubricis, vt celeriter: duris autem & siccis, veluti lupino, tardè transeant: quæ verò in memoratis differentijs medium inter hæc locum obtinent, nec celeritatem insignem nec tarditatem in deijciendo efficiãt. Hæc ergo quemadmodum de omnibus communiter, ita & hęc nosse itẽ oportet, ꝙ omnia scilicet quæ consistentia sunt humidiora, exiguum corpori dant alimentum, quod celeriter in halitus exhauritur ac digeritur, vt rursus alio non multo post sit opus: contra dura & terrestria, perdurabile, copiosum, & quod ægre digeratur, corpori dant alimentum: quòd, si glutinis quoq; non nihil habeant, multo hæc omnia euidentius efficient. Constat item hæc non facile concoqui, ceu vtique nec facile in sanguinem verti, nec solidis animalis partibus assimilari: quod si ita est, nec celeriter nutrient: cum tamen victa fuerint, alimentum corpori dant copiosum.

† Ioachinus Martinius, qui hũc librũ trastulit, totũ hunc ordinem immutauit. ita enim transtulit. Cæterũ quũ inter parandum quicquid habuit amaritudinis, amiserit, τοῖς ἀποίοισι, qualitatis expertibus insipidisue similis euadit. Sic enim edulia quędã medici appellant nulla præpollenti qualitate duntaxat q̃ sensu percipiatur prædita, quæ vel aluum ad excretionem irritare vel ab excretiõe coercere queant. proinde cõsentaneũ est lupinũ nec deiectioni, nec alui fluentis retentioni, vt adstringentia, appositum esse: haud tamen sine ratiõe tardus & egestu transitu q; difficilis efficitur. Illæ quidem &c.

De Fœno Græco. CAP. 24.

A.l.2.t.2. ca. 146.fol.127.e SEmen hoc non τῆλις modo, sed & βούκερας id est bouis cornu: à non nullis autem αἰγόκερας id est capræ cornu, appellatur. Inter manifesto autem calfaciẽtia "censetur, eũdem q; hominibus in cibo

in cibo vsum præstat, quem lupini. Præsumitur enim ipsum cũ garo, alui subducendę gratia: est q; E huic rei multo, quàm lupini, accommodatius, cum nihil ex propria substantia habeat, quod transitum remoretur. Manditur autem & cum aceto & garo, sicut lupini. Multi præterea & fœnum grę cum & lupinos, ex vino garo & oleo sumunt: alij etiam panem addunt, eo q; obsonio sunt contenti, quod quidem ventrem minus subducit, caput tamen (ceu non nullis fœnum græcum ex garo facere solet) nõ ferit, neq; stomachum subuertit, nam hoc quoq; fœnum gręcum in quibusdã efficit. Ad eundem autem modum quidam phaselis & eruilijs in cibo vtuntur, de quibus mox communem omnium eiusmodi sermonem adscribam. Vescuntur autẽ non nulli fœno græco pr us, quàm ipsius planta semen produxerit, aceto ac garo intingentes: quidam autem oleum adfundentes eo obsonij vice cum pane vtuntur: sunt, qui cum aceto quoq; & garo ipsum mandunt. Caput autem, hoc quoq; sumptum copiosius, ferit: quod faciet impensius, si quis ipsum sine pane sumpserit: quibusdam item stomachum subuertit. Succus autem elixi fœni gręci cum melle sumptus, ad omnes prauos humores, qui in intestinis habentur, subducendos est accõmodus, suo quidem lentore leniens, calore autem dolorem mitigans: quòd autẽ abstersoriæ facultatis quoq; sit particeps, intestina etiam ad excretionem instigat: sed parcius mel ei est admiscendum, ne mordacitas exuperet. In diuturnis verò thoracis citra febrem affectibus pingues cum eo palmulas elixare quidem F oportet, vbi autem succum ipsum expressum copioso melli miscueris, ac rursum super carbones ad mediocrem crassitiem coxeris, tum demum longè ante cibum vti.

A.l.3.f.13.t.1. c.36.fol.191 d

De Phaselis & Eruilia, quam ὤχρον appellant. CAP. 25.

HÆc quoq; semina homines, quo modo & fœnum græcum, prius in aqua, quoad radicẽ produxerint, macerantes, ventris subducendi gratia mandunt ante alios cibos, garo intingentes. Succum autem, cùm coctus est, atq; in corpus distributus, habent copiosioris alimenti, q̃ fœnum græcum. Atq; in Alexandria iuuenem quendam noui arti medicæ deditum, qui per annos quatuor singulis diebus, solis his pro obsonio vtebatur, phaselos dico, fœnum græcum, eruiliam, & lupinos: attigit aũt interdum & oliuas ex Memphide, & olera, & paucos fructus, eos, qui citra coctionem manduntur, propositum.n. ei erat ignem nunq̃ accendere: omnibus certè illis annis sanus fuit, nec vlla in re habitu corporis fuit deteriore, q̃ ab initio. Mandebat aũt fructus huiuscemodi cum garo scilicet oleum aliq̃n solum ei adijciens, non nunq̃ etiam vinum, aliàs acetum, interdum verò salem tantùm, sicut & lupinos. At de salubris quidem victus ratione in libris de tuenda sanitate copiose tractauimus: tractabimus autem rursus & in hoc opere summatim. Nunc autẽ ijs, quæ de eruilijs ac phaselis dicta sunt, id quoque addatur, hęc edulia medium quodammodo lo- G cum obtinere inter ea, quæ succum bonum & prauum generant inter concoctu facilia & difficilia, tardè & celeriter transeuntia, flatulenta & flatus expertia, parum & multum nutrientia: nullam enim efficacem habent qualitatem instar quorundam, quæ acres, aut austeros, aut acerbos, aut salsos, aut amaros, aut dulces habent sapores.

De Cicercula. CAP. 26.

CIcercula substantia quidem eruilijs & phaselis est adsimilis. Vtuntur autem his plurimùm in nostra Asia rustici, & potissimum in Mysia & Phrygia, non modo quemadmodum in Alexandria & alijs plerisq; vrbibus, eruilijs & phaselis, sed etiam vt phacoptissanam parãtes. Succum autem habent phaselis & eruilijs, facultatibus quidem consimilem, sed consistentia crassiorem: ob eam q; ipsam causam plus aliquanto, quàm illa, nutriunt.

De Aracis. CAP. 27.

POstremam nominis aracorum syllabam scriptam per c in Aristophanis holcadibus inuenimus, vbi inquit: Aracos, triticum, ptissanam, alicam, zeiam, lolium, similaginem. Semen hoc cicerculæ semini est adsimile: fuerunt q; non nulli, qui putarunt ipsum non esse generis à cicercula diuersi, quãdoquidem & vsus ipsius omnis & facultas cicerculæ facultati est adsimilis, nisi quòd H araci sunt duriores, minus q; facilè elixantur: quæ causa etiam est, cur cicerculis concoctu sint difficiliores. Apud nos autem syluestre quoddam rotundum ac durum, eruo q; exilius, in fructibus cerealibus repertum, quod arachum nominant, non per c, sed per ch vltimam syllabam proferentes, abijciunt, ipsum, vti & semen securidacę, seligentes.

De Dolichis. CAP. 28.

DOlichorum nomen à Diocle quidem scriptum est, vnà cum aliorũ quoq; seminum nos alentium nominibus: scriptum autem etiam est in libro Hippocratis de rõne victus, cuius etiã libri antea abundè memini Existimo aũt ipsos sic appellare semen plantæ hortensis, quam nunc vulgo numero multitudinis bifariã nominãt, quidam.n. λοβοὺς id est siliquas: alij φασιόλους nuncupãt, vocem ipsam quatuor syllabis proferentes, eo q; modo nomen diuersum ab eo, quod tribus syllabis pronunciatur, φασήλους scilicet efficientes. Sunt, qui phaselum eundẽ cum cicercula esse dicant: alij ipsius speciem. Quòd tñ ad dolichos attinet, coniectare quis possit eos nominari plantas has hortenses vel ex ijs, quæ Theophrastus in octauo de plantarum historia scripsit ad hunc modum: »
Et alijs quidem caulis est erectus, vt tritico, hordeo, & omnino frumentaceis, atque æstiuis: alijs au- »
tem tẽdens in latus potius, vt ciceri, eruo, lenti: alijs humi procidens, vt eruilię, piso, cicerculæ: do- »
lichus

A lichus vero, si ligna longa affixeris, ascendet, & frugifer fiet, alioqui vitiosus atq; rubiginosus reddetur. Ex eo aūt, quod ligna lōga iubet affigi, affirmat q; nisi id fiat, rubiginosos ipsos reddi, posset quis coniectare ipsum verba facere de ijs, quos nunc phaseolos seu siliquas appellant: ipse autē siliquas ea appellat, quę semen eorum leguminum, cuiusmodi est lens, eruum, pisum, faba, ac lupinus, continent. Quemadmodum.n. frumentacea semina spicis, ita memorata iam siliquis continentur: atq; ipsos quidem dolichos siliquę cōtinent: ob eam q; opinor, causam fructum totum vulgo nunc siliquas nominant, quo modo totos frumentaceos fructus, spicas. Non me aūt fugit alia quoq; multa esse, qbus homines multū vtuntur, quæ generis totius nomen sibi assumpserint, vt calamus, quo scribimus, & atramentum. In libro aūt de ratione victus Hippocrates scriptū sic
" reliquit: ‖ Pisa minus qdem inflant, sed magis per aluum secedūt: eruiliæ aūt & dolichi his quidē
" secedunt celerius, verum minus sunt flatulenti, & nutriunt affluentius. Cum enim Hippocrates his verbis pisa fabis cōparet, quarū prius, vt cibi flatulenti, meminerat, deinde eruilias & dolichos adscribat, in eo significat dolichon eiusdem esse generis cum prædictis seminibus, & potissimum cum eruilijs. Verum, cum nullam prorsus cicerculæ aut phaseli mentionem fecerit, suspicari quodammodo possumus illorum seminum quoddā licere appellare dolichon. Quòd, siquis phaselos

Lib. 2. de Diæta, post initia non longe.

B quoq; in cicercularum genere reponat, negare saltē non poterit, quin cicerculæ in prædicta oratione dolichi appellari queant. Nam & Diocles in leguminum catalogo, vt fabas primas recen-
" suit, mox ipsa, deinceps ad verbum sic scribit. Dolichi vero non minus, q̄ pisa, nutriunt: præterea
" flatu similiter carent: quod vero ad suauitatem pertinet ac deiectionem, vincūtur. Verū is quoq; deinceps eruilię quidem, & lentis, & ciceris, & orobi mentionem faciens, cicerculæ autem nomen pretermittens, eandem præbet dubitationem. Dicere tamen quis possit omnia hæc, eruilias, cicerculas, phaselos, vnum esse genus, verū pluribus nomibus appellari, vt κίωνα καὶ στῦλον {nam vtrunq; nomen columnam significat:} fortasse autem propter quasdam differentias, quæ in ipsis apparent. Verūtamen, q dolichi non minus pisis nutriant, tum q ęque, ac pisa, flatu careant, indicio esse debet, Dioclem dolichos appellasse, quos nunc phaseolos nominant: siquidem circercula non magis, quàm pisa, flatu carent, quemadmodum nec eruilia, nec phaselus, siue hęc (vt dixi) vnum genus, siue vnius generis sint differentiæ. Philotimus autem & Praxagoras nullius ciborum huiusmodi meminerūt, nisi fabarum dūtaxat, & pisorum: quamobrem nihil ex illis, quid'nā dolichorum nomīe significetur, possumus colligere. Itaq; vocet quisq;, quo libeat, nomine, quos nunc vulgo phaseolos & siliquas appellant, dum sciat ea talem obtinere facultatem, cuiusmodi
C Diocles dolichis attribuit. Ad cuius sententiam Hippocrates in libro de ratione victus propè accedit, cū inquit ‖ Eruilias & dolichos facilius deijci, quàm pisa, ac minus inflare: præterea alere ipsos testatur: nam ita res habet, nisi quòd integros & etiamnum virides vnà cū suis siliquis ex oleo & garo vt plurimum homines mandunt: non nulli autem vinum etiam adijciunt. Sed eos, vt pisa, non reponunt propter humiditatem copiosiorem, cuius occasione solent corrumpi: quòd, si qs eos quoque secure velit reponere, sicuti pater meus factitabat, siccare ipsos penitus oportet: sic enim hyeme tota manent imputres & incorrupti, eundem nobis vsum, quem pisa, præstantes. Quidam meorum amicorum Romæ agens mihi narrauit in Caria in patria sua, quam Ceramum appellabat, in agris dolichos non aliter, quàm alia legumina, seri, figuram q; eos habere cicerculis longiorem.

Ibidem.

De Orobo, id est Eruo. CAP. 29.

A.l. 2. t. 2. ca. 342. fol. 135.e

BOues "tum apud nos, tum apud alias plerasque gentes eruum prius in aqua dulcoratum pascuntur: homines vero ab hoc semine prorsus abstinent, est enim insuauissimum, & praui succi: in magna tamen fame (quēadmodum Hippocrates quoque ‖ scripsit) necessitate coacti ad ipsum non nunq̄ accedunt. Nos vero ad eundem modum, quo lupinos, præparantes, orobis cum
D melle vtimur, ceu medicamentis, crassos thoracis ac pulmonis humores expurgantibus. Porrò inter orobos albi minus sunt medicamentosi ijs, qui ad flauitiem aut pallorem recedunt. Qui vero cocti bis fuerint, & in aqua identidem dulcorati, insuauitatem quidem deponunt, sed vnà etiam cum ea abstergendi & incidendi facultatem, vt sola in eis relinquatur terrestris substātia: quæ substantia alimentum fit, quod citra insignem amarorem desiccandi vim vabet.

2. Epid. sect. 4[a]. prope ad finē. Et 6. Epid. com. 4. t. 13. 3[a]. 183. c

De Sesamo & Erysimo. CAP. 30.

SEsami semen pingue est, ideo q; repositum celerrime fit oleosum: quam obrem eos, qui ipso vescuntur, celeriter implet, stomachum q; subuertit, ac tarde concoquitur, pingue q; corpori præbet alimentum. Liquet ergo, q ventriculi partibus vigorem ac robur addere nequit, quemadmodum neq; aliud quoduis "pingue. Est autem crassi succi, ideo q; non propere peruadit. Ipso autem solo non admodum vescuntur, sed cum melle crudo, quas vulgo σησαμίδας vocant, effingentes. Panibus etiam inspergitur. Porrò, quemadmodum milio panicum (quod etiam μελίνην diximus appellari) adsimile quidem quodammodo est, verum vndequaque deterius: ad eundem modum & sesamo erysimum corporis substantia quodam pacto est affine, sed in cibo est insuauius, corpori q; alimentum parcius exhibet, prędicto q; omnino est deterius. Cęterum vtrunq; temperamento est calidum, ob eam q; causam sitim etiam excitat.

A.l. 3. f. 13. t. 2. c. 9. fo. 295. d

De Papaueris Semine. CAP. 31. E

SAtiui papaueris semen panibus vtiliter, ceu condimentum, inspergitur non secus, ac sesamũ: verum album nigro pręstat. Refrigerandi *autem habet facultatem, ideo q; somniferum etiam est: quod, si sumptum liberalius fuerit, non somnum modo, sed soporem etiam (quem Græci cataphoran nominãt) inducet, ęgre q; concoquetur. Inhibet præterea, quæ ex thorace ac pulmone tussi expuuntur. Confert vero ijs, qui catarrhis fluxu tenui à capite defluentibus infestantur. Corpori autem nullum commemorabile præstat alimentum. A.l. 2. t. 2. cap. 563. fol. 159. a

De Lini Semine, quod etiam composito nomine Linospermon dicitur. CAP. 32.

NOn nulli frixo quidẽ ipso, vt obsonio, cũ garo non secus, ac factitio sale, vtuntur: vtuntur autem & melli permiscentes: quidam panibus quoque ipsum aspergunt. Stomacho "autẽ noxium est & coctu difficile, exiguum q; alimentum corpori exhibet. Quod vero ad ventris deiectionem pertinet, ipsum nec probaueris, nec vituperaris: exiguam tamen mouendæ vrinæ habet facultatem, quæ magis apparet, cum frixum sumitur: tunc autem aluum quoque magis sistit. Rustici autem homines eo vtuntur sæpenumero, frixo tuso q; mel admiscentes. A.l. 2. t. 2. ca. 598. fol. 163. d

De Ormino. CAP. 33.

HOc quoq; frixo vtuntur, deinde eatenus lęuigant, vt farina euadat: mel quoq; ei admiscent. Parum in se ipso habet alimenti, vt quod mediæ inter erysimum & cuminum sit naturæ. F

De Cannabis Semine. CAP. 34.

NOn, quẽadmodum planta ipsa cannabis vitici quodãmodo est similis, ita semen semini facultate est simile, sed plurimũ ab eo dissidet, vt quod "concoctu sit difficile, stomacho q; ac capiti noceat, praui q; sit succi. Sunt tamen, qui eo quoq; frixo cum alijs tragematibus vescantur: tragemata autem voco ea, quæ post cœnam, voluptatis inter bibendum excitandæ gratia manduntur. Multum autem calefacit, ideo q; sumptum paulo largius, caput ferit, vaporem sursum ad ipsum mittens calidum simul ac medicamentosum. A.l. 2. t. 2. cap. 656. fo. 169. a. b

De Agni, idest Viticis Semine. CAP. 35.

ID semen etiam ipsum per se frixum manditur, creditur q; appetitus "venereos inhibere: alimentum autem corpori prębet exiguum, id q; siccans ac refrigerãs: flatus autem valde dissipat: quorum omnium occasione ijs, qui castos se seruare volunt, est accommodum, vnde & nomen agni idest casti aiunt ipsi fuisse impositum. Cæterum caput non ferit, quo modo cannabis. A.l. 2. t. 2. c. 43. fol. 102. b

† Aetius legit calefaciens.

De Aphace & Vicia. CAP. 36.

HOrum seminum figura non est rotunda, veluti fabarum, sed aliquanto latior, quo modo lentium. Hæc quoq; cum ipsis siliquis atq; integra planta rustici reponunt, vt brutis pecudibus sint pabulo: per famem tamen quosdam noui, qui hæc quoq; comederint, potissimum vere, cum etiamnum virent, quemadmodum fabas & cicera esitare consueuerunt. Sunt autem non insuauia modo, sed concoctu etiam difficilia, aluum q; inhibent. Perspicuũ ergo est, q, cũ natura sint eiusmodi, alimentum, quod ex ipsis distribuitur, habent haudquaq; boni succi, & crassum, ad succum melancholicum gignendum idoneum, ceu prius de lente diximus: verum illi quidem multa bona insunt, his autem nihil bonorum illius adest. Cæterum viciæ nomen apud nos quidem est tritum, eo q; solo nominatur: Attici vero σάρακον aut fabam appellant. G

De Seminibus Alienigenis, quæ in quoq; genere permista reperiuntur. CAP. 37.

IN tritico quidẽ frequens loliũ sæpe inuenitur: in hordeis vero nascitur quidẽ, sed paucũ: quã autem ęgilopem appellant, ea in hordeis freques inuenitur, cum prima generatio vel incrementum ipsis non recte successerit. Porrò pater meus, ætate iam declinante agriculturæ studiosus factus, triticum ac hordeum aliqñ seminauit, omnibus diuersi generis seminibus quæ ipsis erant admista, diligenter selectis, quò certo cognosceret, num ex ipsorum mutatione lolium & ægilops nascerent, an propriã hæc quoq; semina naturã haberent. Cũ autẽ forte vnà cũ puris seminibus in tritico quidẽ frequens lolium, in hordeo aũt parum, sed magnam ægilopis vim enatam conspiceret, in alijs quoq; seminibus itidẽ experiri est aggressus. Reperit igit in lente quoq; ex mutatione ipsius durum rotũdum q; aracum, & securinum, semina non vesca enata: præterea aparinen, quæ non modo non esculenta est, sed plantę lentis, dum assurgit, vndique implexa ipsam strangulat, ac suffocat, & detrahit nõ aliter, q̃ eruangina eruũ. Atq; hæc quidẽ praua admodũ sunt semina. Melãpyron aũt idest nigrũ triticũ nuncupatũ, ex tritici quoq; mutatione generat, sed prauitate q̃ plurimũ à lolio relinquit. Deprehendit aũt alia quoq; semina similiter immutari: proinde ijs, q seminibus ijs salubriter vti vellent, pręcepit, omne, quod prauũ esset, seligerent: neq; id pro nihilo ducerent, vt pistores, qui populo publice inseruiunt. Etenim, cũ anni constitutio praua aliqñ fuisset, loliũ affatim tritico innasci contigit: quod cũ neq; agricolę accõmodatis ad eã rẽ cribris exacte purgassent, neq; pistores, quod paucus esset tritici prouentus, statim quidem multis caput dolere cœpit: ineunte vero ęstate in cute multorũ, qui comederãt, vlcera aut aliud quoddã symptoma, quod succorum prauitatem indicaret, est subnatum. Non igitur oportet nos in purgandis seminibus, quæ ad esum comparantur, esse negligentes, persuasos, etiam si noxã, quæ quotidie fit, ob exiguitatem sensu non percipimus, quod tamen longo tempore ex ipsa aceruatur, tandem erupturum. H

Galeni

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS
LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

De Fructibus agit, qui vel ex Arboribus, vel ex Oleribus proueniunt: de ipsis quoque Oleribus, quæ ad Alendum corpus sumuntur.

Quid Actum superiore libro, quid Deinceps agendum: ac de differentia Seminis & Fructus. CAP. I.

Vm à plantis & animalibus sumamus alimẽta, qui autẽ ante me fuerũt oẽs, in ijs, quæ de alimentis scripserũt, à cerealibus nuncupatis seminibus initiũ sumpserit propterea, ꝙ panũ esus inter ipsa est vtilissimus, ob eã causam ego quoq; de tritico, hordeo, typha, olyra, ad hæc de ijs, q̃ legumina ac chedropa
B appellant, primo libro tractaui. Deinceps aũt hoc libro ad alia alimenta, quę à plantis: post aũt ad ea, quæ ab animalibus sumuntur, quæcunque hominibus sunt vtiliora, est transeũdum, nam id æquum mihi esse videtur: fuerũt q; nõ nulli, qui haudquaq̃ oĩbus cõgeneribus prius explicatis, neque alimẽtis oĩbus, q̃ à plantis sumuntur, post cerealia semina subditis, de illis prius semper tractarunt, q̃ maiorẽ hominibus afferũt vtilitatem. Suilla certe, & hœdina, & caprina, & vitulina, & bubula, & ouilla, & his nihilominus, quæ venatores in montibus aucupantur, magnum vsum prestare hominibus cernuntur, quemadmodum certe & volucria pleraque & aquatilia. Verum, cum reputassem genera oĩa vno libro comprehendi non posse, nihil magnopere interesse sum arbitratus ex ijs alimẽtis, quę prædictis supersunt, in secundo quidem volumine ea, quę à plantis: in tertio aũt ea, q̃ ab animalibus sumũtur, persequi. Licebit. n. cuiuis, qui opusculum, in quo alimentorum facultates, qbus maxime vti velit, sunt traditæ, ad manus habebit, nunc primum, nunc secundum, tertium ve librũ euoluere. Vt igitur sermo oĩs de plãtis primis duobus libris absoluat̃, ad ea, quæ dictis ante supersunt, aggrediens, hinc auspicabor. Omnia edulia, q̃ primo libro fuerunt memorata, plantarum erant semina: nunc verò à fructibus exordiens, in primis à seminibus eos distinguã, eo q; ma
C gis, ꝙ pleriq; crediderunt nihil interesse, siue semen dicas, siue fructum. Quæ igitur semina modo retulimus, exiguum quiddam à fructibus discrepant: ab ijs vero, quæ nunc memorabimus, non mediocriter dissident. Etenim fici fructus, sunt ipsæ ficus. quod vero in ipso est, κεγχραμίς Græcis dictum, semen est fici: sicut & acinus, totius vitis est fructus, solũ autem γίγαρτον, vitis est semen: pari modo & piri & mali fructus est pirum ac malum, semen autem tria aut quatuor grana, quæ in ipsis medijs habent. Quid iam loquar de cucurbitis, & cucumeribus, & ijs ipsis [a] † maturis, aut immaturis? aut quid reliqua huiuscemodi omnia cõmemorem? quamplurimum enim totus fructus à semine discrepat. Cęterum in fabis, lupinis, dolichis, lente, & alijs id genus seminibus, quæ siliquis obuoluuntur, quod qdẽ ex siliqua semine q; est cõpositum, est fructus: plurima tñ substantię pars in seminibus inest. Porrò aliorum propemodum omnium, quę primo libro memoraui, mus, semen solum mandit̃: solius aũt dolichi, dum adhuc virescit, fructus integer estur, vbi. n. exaruerunt siliquæ, quæ semina ipsa cõtinent, hominibus sunt inutiles: fabarum aũt viridium siliqua non est esculenta, quemadmodũ neq; ciceris, neq; aliorum, quę Theophrastus vocare solet elloba, id est siliquata. Iure igitur dixi vulgo lobos, id est siliquas nominari, quos nõ nulli phaseolos nuncupant, ꝙ sola ipsorum siliqua sit vesca: verum de horum quidem facultate prius diximus: veluti
D etiam, ꝙ veterum nõ nullos existimo phaseolorum nomine dolichos comprehendisse. Cæterũ plantarum fructus ab arboribus sumuntur & oleribus hortensibus, inter quæ quidam medicorum pepones, melopepones, & cucurbitas recensent: à quibus hoc libro docere incipiam.

De Fructibus Fugacibus, quos Græci ὡραίους nuncupant. CAP. 2.

HOram anni, Græci id tempus appellant, in cuius medio caniculam exoriri contingit: tempus aũt id dierum est quadraginta. Hoc quidẽ tempore oẽs horarij, quos vocant, fructus cõtãt, non nulli iam declinantes, alij incipientes, alij in suo vigore, aut vltra vigorem, aut citra consistentes. Vocant autem ipsos ὡραίους, non ꝙ id solum temporis sint, sed (vt mea fert opinio) quò ipsos ab ijs, qui ad reponendum sunt idonei, distinguant: qñ & triticum, & hordeũ, & omnia, quæ primo libro explicui, anniuersariam atq; æstiuam habent generationem, sed non cito corrumpũtur, quo modo cucurbitæ, mora, pepones, melopepones, persica, & alia id genus: quæ si quis in hyemem seruare volens, exiccata reposuerit, eo modo veterem naturam in contrarium immutabit. Non nulli certe e cucurbitis semen vacuantes, deinde ipsarum velut carnem siccantes, in hyemem quidem reponunt: † [b] vtũtur autẽ omnes ipso magis, q̃ alio quouis fructuũ esculentorum. quòd cæteris fructibus sint aridiores ac decliores. Non tamen tritici, neq; hordei, neq; aliorum eiusmodi cerealium seminum, cum sunt reposita, natura in contrarium cedit: manent enim suis substan-

A † Interps videtur se vsus esse tralationem veterẽ quæ habet. quicunque maturi ipsorũ sunt, et quicũq; nõ. Cod. græcus. quicũque ipsorum sunt pepones, aut nõ: & quicunque melopepones. Ioachinus Martinus Quid itẽ de peponibus & melopeponibus.

B † Cod. græci manuscripti habent χρῶνται δ' αὐτῷ πάντες μᾶλλον ἢ ὡς κολοκύνθαις αὐταῖς. ξηροί τε γὰρ γίνονται καὶ ξηραί, καττύμασι παραπλήσιαι μᾶλλον ἤ τινες τῶν ἐδωδίμων, i. Vetus interpres. vtunt autẽ ipso oẽs magis quã vt cucurbitis ipsis: aridæ enim fiũt. & siccæ, & cõdituris cõn[illegible] m les. magis q̃ aliqui edibilium fructuum. Ioachin. q[illegible] oẽs magis q̃ ipsis cucurbitis vtũtur. fiun[illegible] dæ exuctæ [illegible] gnescę. & falge matus valde [illegible] lis similes, [illegible] pra [illegible] aliqui [illegible] lẽtorũ fructuũ

tijs talia, qualia erant, cum iam inde ab initio æstate fuerunt perfecta. Illud autem perspicuum est, E
quæ corpus habent compactum, quemadmodum habitum ipsius habent perdurantem, ita solidum ac terreum, & obid multum nutrientem. Quæ vero consistentia sunt humida, corrumpuntur, exiguum q; habent alimentum, & quod facile è corpore excernatur: quę causa etiã ẽ, cur eiusmodi promptius, q̃ solida, per aluum deijciãtur: & potissimũ, cum nitrosum quippiam ipsis inest, ac abstersorium: sicuti quædam ex fugacibus hanc ipsam facultatem habere ostendimus cõmemorabilem: quæ prauioris ẽt succi esse perhibemus ijs, quæ nullam saporis qualitatem habent sensibilem, quomodo aqua optima nullam habet. Hęc igitur omnia, & ijs multo magis, quæ ante exactam maturitatem mandimus, flatulenta quidẽ sunt, verum subducũtur celerius: queãdmodum ẽt, quæ succum habent tenuem, citius distribuunt. Sunt aũt omnia hęc praui succi: solus q; is vtiliter ipsis vtetur, qui æstu vehementiore & longiore itinere sese confecerit: tũc.n. iuuãt, corporis squallorem humectantia: &, si frigida sumantur, moderate refrigerantia. Ac humectandi quidem semper habent facultatem, refrigerandi vero haudquaq̃ habebunt, si calida, sic, vt dixi, affectis fuerint esitata: non.n. proprio temperamento adeo sunt frigida, vt, etiam si calida sumpta fuerint, ventriculum refrigerent: quare adscititia egent refrigeratione, quæ partium, quę tum ad ventriculum, tum ad hepar pertinent (quibus primis occurrũt) calori aduersetur. His itaq; de omnibus eiusmo F di edulijs, prius in vniuersum constitutis, nunc ad proprias cuiusq; facultates transibimus.

De Cucurbita. CAP. 3.

CRuda "quidem insuauis est, stomachum q; lædit, & concoctu est difficillima, adeo, vt, si quis alterius cibi inopia cucurbitam mandere coactus fuerit (vt quidam iam est ausus) pondus frigidum ventriculo incumbere sentiat, stomachum q; habeat euersum, ac vomituriat: quo solo vomitu à prementibus symptomatibus poterit vindicari. Hanc igitur, & alia fugacium pleraq;, postq̃ elixa fuerint, aut statim certe, aut in sartagine frixa, aut assa, omnes homines esse consueuerunt. Atq; sermonem hũc perpetuo memoria teneto: est enim omnibus communis, quę per ignẽ alterare est necesse. Cucurbita autem (de qua dicere institueram) elixa nullam euidentem saporis habet qualitatem: nisi quis dicat quẽdam etiã hũc esse saporẽ, qui neq; acris est, neq; salsus, neque acerbus, neq; amarus, neq; aliud quidquam eiusmodi manifeste repręsentat, veluti nec ipsa aqua. Verum huiusmodi omnia cõmuni nomine vocare consueuerunt ἄποια id est qualitatis expertia, vocentur q; nobis sic, clarioris doctrinę gratia. Cum ergo talis sit cucurbita, nõ immerito multos apparandi modos admittit, vt quæ in medio sit omnis excessus, ob id q; ad quemuis excessum ex æquo duci queat: quandoquidem nihil eorum, quæ congenitum quempiam habẽt excessum, in G contrariam excessui parandi rationem facile ducitur. Proinde cucurbita, quantum in se est, humidum frigidum q;, & ob id exiguum, corpori prębet alimentum, vt paulo ante de ijs omnibus, quę succum habent aqueum ac tenuem, præcepimus. Facile autem subsidet, cum ob suę substantiæ lubricitatem, tum ob cõmunem omnium ciborum humidorum rationẽ, qui scilicet citra adstrictionem sunt humidi. Ad hæc coquitur non ægre, si modo prius corrupta non fuerit: id verò illi accidit, cum parata vitiose fuerit, aut succus prauus in ventriculo fuerit aceruatus: interdum autem, quod in ipso cessauerit. Quod alijs quoq; omnibus fugacibus, quæ humido sunt temperamẽto, solet accidere: corrumpuntur enim in ventriculo, ni celeriter occupent subsidere. Quemadmodũ igitur cucurbita, quantum in se ipsa est, succum, qui in totũ corpus alendi gratia distribuitur, habet qualitatis, ad sensum, expertem, ita, cum alicui eorum, quæ vehementem habent facultatem, mista fuerit, facile illi assimilatur. Vt, si cum sinapi sumpta fuerit, succus, qui ex vtroq; in corpus distribuet, acris cum manifesta caliditate erit. Eadem ratione, si cum salso quopiam mansa fuerit (vt quidam in patinis cum salsamento struunt) succum in corpore salsum generabit: est autem sic apparata, cibus suauissimus, si salsamentum ex ponticis illis fuerit, quæ μῆλα appellant. Quòd si cum malis cydonijs elixa, condita q;, vt decet, fuerit, succum austerum in distributione habebit præpollentẽ. H
Assa autem, vel frixa in sartagine quàm plurimum quidem de propria humiditate deponit, reliquum autem ipsius nullam insignem obtinet facultatem: vti nec cum in iure simplici parata fuerit. Ceterum ob aqueam qualitatem sibi innatam merito gaudet origano: omnia.n. eiusmodi succis acribus, vel acidis, vel austeris, vel salsis admisceri postulant, si modo in cibo suauia sunt futura, & ijs, qui vsi fuerint, nauseam non sunt paritura.

A.l.2.t.2.c.175. fol.110.d

De Peponibus. CAP. 4.

VNiuersa "peponum natura frigidior est cum humiditate copiosa: habent autem quid abstersorium, propter quod vrinã cient, & deorsum expeditius, quàm cucurbita, melopepones q;, permeant. Quòd porrò abstergeant, intelliges, si sordidam cutem ipsis fricueris. Quam ob rem, si quis ἔφηλιν aut lentes in facie habeat, aut ἀλφοὺς extimos & in superficie, hos quoque detergent: semen tamen potentius, q̃ ipsorum velut caro, deterget, adeo, vt vel aduersus renes calculo infestatos conueniat. Succum autem in corpore gignit vitiosum, id q; potissimum, cum cõcoctus probe non fuerit: quo casu choleræ morbo obnoxios efficere consueuit: nam & prius, quam corruptus fuerit, ad vomitum quoque est idoneus: largius'que sumptus (nisi quis post ipsum aliquid eorum, quæ probi sunt succi, supermandat) omnino vomitum excitabit. Illud porrò perspicuum

A.l.2 t.2.c. 89. fol.109.f

A spicuum est homines in hoc quoque fructu appellationem fecisse, quo modo in atramento, quo scribitur, quod μέλαν, appellant: nam vox hæc πέπων, velut τὸ πέπανον hoc est maturum, significat: quod alijs quoque, quæ maturescũt, conuenit. Nam & racemus, cum exacte est maturus, dici potest πέπων: quemadmodum certe, & cum non dum maturuit, nõ potest nominari πέπων, nimirum qui crudus est & immaturus. Ad eundem modum & fructus omnes autumnales, & pira, & cucurbitę πέπειρα id est matura, vocari consueuerunt, quemadmodum & melopepon, qui in seipso πέπονα id est maturum, continet: vnde medici quidam non simpliciter nominare voluerunt peponas, sed totum id, σικυοπέπονα, id est cucumerem maturum, aut peponem cucumeralem nominari oportere contenderunt. Nos vero in præsenti sermone de eiusmodi non laboramus, vt quæ ad medicinam nihil conferant: multo enim satius est rem dilucide interpretari, quam huiusmodi anxia disquisitione doctrinã obscurare. Tum porrò clarissime explicabimus, cum vocabula vulgo maxime vsitata eligentes, ipsorum significationes seruauerimus.

De Melopeponibus. CAP. 5.

A.ibi. g MElopepones minus, q̃ pepones, sunt humidi, nec adeo praui sunt succi, minus item vrinas mouent, tardius q́ꝫ deorsum descendunt. Ad vomitum prӕterea excitandum, non tantum, B quantum pepones, habent momenti: sicut nec celeriter adeo, vt illi, in ventriculo corrumpuntur, cum prauus humor in eo collectus fuerit, aut alia quæpiam corruptionis causa ipsum prehenderit. Cæterum, tametsi in iuuando stomacho autumnalibus fructibus longe sunt inferiores, haudquaquam tamen ei, vt pepones, sunt noxij: neq; enim vomitum, vt illi, excitãt. Huc accedit, quod in peponibus homines à carne intima, in qua semen habetur, abstinẽt: in melopeponibus autem mandunt, id q́ꝫ ipsis ad deiectionem confert. Qui vero eorum quasi carne tantum vescuntur, non tam cito eam, ac peponum, excernunt.

De Cucumeribus. CAP. 6.

VRinam quidem & ipsi, quo modo pepones, cient, sed minus, q̃ illi, ꝙ ipsorum substantia minus est humida: ideo q́ꝫ non facile, vt illi, in ventriculo corrumpuntur. Inuenias autem, qui ipsos (ceu alia multa, quæ homines pleriq; coquere nequeunt) concoquãt, ob naturæ scilicet cum eis familiaritatem, quam nos tum in cõmentarijs de temperamentis, tum autem in libris de medicamentorum facultatibus, copiosissime exposuimus, demonstrantes à totius substantię proprietate, suum cuiq; animantium generi cibum esse familiarem. Asinis quidẽ & equis paleam, fęnum, hordeum, ac id genus alia: Leoni autem crudas animalium carnes. Homini tũ has omnes coctas, C tum panes ex frumentaceis seminibus, vt diximus, confectos: atqui & elleboro Coturnices: & cicuta Sturni citra noxam vescuntur: ceu vtiq; eruo Boues. Quę igitur cuiq; coctu facilia, aut difficilia sint alimenta, aut ex substantiæ proprietate, aut aliquo symptomate, per experientiam sunt discernenda. Quid aũt sibi velit, quod dico, ex aliquo symptomate, primo libro id exposui. Quando quidem, quibus biliosus humor, aut omnino prauum excrementum quoduis in ventriculo sæpe congeritur, in ijs, quæ natura coctu sunt facilia, celeriter corrumpũtur. Veluti hominibus qbusdã, qui calorem natiuum habẽt non humidum neq; bene temperatum, sed squallidum atq; igneũ: hi enim, quæ alij facillime concoquunt, facile alterata ea corrumpunt, ructus q́ꝫ eis accidunt omnino nidorulenti. Cæterum illud perpetuo memoria teneto, ꝙ ẽt, si quis eorũ quiduis, q̃ alijs concoctu sunt difficilia, coxerit, succus tñ, qui ex eo in corpus distribuitur, eandẽ retinet naturam. Nã fieri non potest, vt succus, qui ex pepone distribuitur, crassus ac terreus fiat, etiã si is coctus pulcherrime fuerit: queadmodum nec qui ex lente aut bubula distribuitur, euadet vnq̃ aquosus ac humidus, quem sanè & consistentia tenuem appellant. Id autem plurimum habet momenti nõ modo ad sanitatis custodiam, sed etiam ad morbi declinationem, vt alibi demonstratum nobis est, & nunc rursus summatim procedente sermone repetemus. Ergo, qui cucumeres belle concoquũt, D cum eo ipso fisi affatim ijs se impleuerint, ijs tandem longo temporis tractu accidit, vt succus frigidus ac mediocriter crassus in venis coaceruetur, qui in ea coctione, quæ fit in venis, haud facile mutationem in probum sanguinem recipiat. Ob eam igitur causam omnibus praui succi edulijs censeo abstinendum, etiam si ea quibusdam concoctu sint facilia: nobis enim non aduertentibus prauus succus ex ipsis post longum tempus in venis colligitur, qui postea exiguam ad putrendũ occasionem nactus, febres malignas accendit.

De Fructibus, qui ex Arboribus colliguntur. CAP. 7.

A.l.2.t.2.cap. 176.fol.110.c.f PIra sanè, & Poma, & Ficus, Persica, Punica, & id genus alia, fructus sunt arborum, quibus homines {vtiliter} vescuntur: cum & alij præter hoc sint, quibus homines nõ vescunt, de quibus in præsentia dicere, non est institutũ. In vniuersum autem ac communi ratione, de fructibus, quibus homines vescuntur, scire oportet, humidos quidem tenue humidum q́ꝫ ex se distributum alimentum corpori præbere. Quam rem omnino consequitur, vt eiusmodi alimentum celeriter corpus totum permeet ac peruadat, excernatur q́ꝫ tum per cutim, tum per vrinas. Proinde omnia eiusmodi cibaria medici rite affirmant pauci esse alimenti. Contra autem habet in solidis fructibus consistentia: ex ipsis enim alimentum copiosius corpori apponitur, tardius q́ꝫ permeat, maxime cum succum in seipsis habent crassum, aut lentum, aut adstringentem.

De Ficubus. CAP. 8. E

QVod "omnibus quidem non modo autumnalibus fructibus,sed & ijs,quos fugaces appellant,est commune, id ficus quoque habent: non enim potuerunt succi prauitatem effugere,tametsi minus,quàm cæteri fugaces omnes, ipsius sunt participes. Verum hæc ipsis insunt bona,quòd ventrem prompte permeent,& quòd facile totum corpus peruadant: nam & abstergendi quoq; insignem habent facultatem: quo fit, vt post ipsarum esum Nephretici multas arenulas excernant. Preterea, cum omnes autumnales fructus exiguum corpori præbeant alimentum,id omnium minimum ficubus vsu venit: carnem tamen non compactam neque firmam generant,ceu panis & suilla,sed sublaxam ac subinanem, vt fabæ. Flatibus tamen hæ quoq; ventrem implent,essent q; eo nomine admodū dolorificæ,ni etiam celerem descensum essent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus,flatus,quē excitant,non diu manet: atq; in eo minus ceteris fructibus autumnalibus lædere consueuerunt. Ceterum maturæ ficus immaturas nō mediocriter antecellunt: quod & in alijs quidem omnibus fructibus cernitur,non tantū tamen in eis est discrimen: nam,quæ ficus prorsus sunt maturę,nihil propemodum omnino lædunt. Quo modo nec Caricæ: quæ multiplicem quidem habēt vtilitatem,si quis tn̄ largius elitauerit,ab eis offendetur,quandoquidem sanguinem non admodum probum gignunt: quo fit,vt ex ipsarū vsu Pediculorū multitudo proueniat. Habent etiā tenuandi facultatem & incidendi, qua ventrem quoq; ad excretionem iritant,renes q; expurgāt. Iecori autem lieni q; inflammatione obsessis sunt noxię, quemadmodum & ficus,non peculiari quadam & eximia facultate,sed communi ratione dulcium omnium ciborum ac potuum: obstructis autem illis,aut scirrho affectis,ipsæ ex sese non magnopere commodant,aut officiunt: sed medicamentis incidentibus ac extenuantibus & abstergentibus mistæ,non mediocriter iuuant. Proinde nō nulli medicorum in dictis Lienis ac Hepatis affectibus exhibent ipsas longe ante cibum cum thymo,aut pipere,aut zingibere,aut pulegio,aut saturcia,aut calaminthe,aut origano,aut hyssopo. Ad eūdem autem modū,si Caricæ cum alio quopiam eorum,quæ facultatem habent acrem,aut omnino incidendi ac extenuandi,assumantur,iuuabunt non solum sic affectos,sed etiam sanos: si quidem iecoris meatus, per quos fertur alimētum, apertos esse,non ęgrotis modo,sed sanis etiam,est tutissimum. Ad eum igitur modum vulgo ficubus cum sale tenuato,aceto,& garo præparatis,vescuntur,q; ipsas vtiles esse experiētia didicerint. Verisimile autem est ipsorum non nullos medici cuiusdam consilio impulsos,ad edendas ipsas accessisse,deinde eam notitiam ad vulgus dimanasse. Qui vero cum cibo aliquo crassi succi caricas ficus've mandunt,non mediocriter offenduntur. F G

Aui.l. 2. t. 2. ca. 276. fo. 130. a

*Al. tenuāte.

De Vuis. CAP. 9.

FIcus & "vuæ, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimum q; praui succi habent, pręsertim cum exactam maturitatem fuerint adepta. Porrò,quòd ipsa nutriant, maximo argumento sunt ij, qui vinearum fructum custodiunt: qui,cum duos menses solis vuis ac ficubus, quorum custodiæ præsunt, vescantur (nisi forte panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt: at caro, quæ ex ipsis gignitur, haudquaquam est firma ac densa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit, sed laxa est ac flaccida: ob id celeriter etiam,cum vesci ipsis desierint, constringitur ac considet. Verum "vuæ minus alunt,quàm ficus: maximum q; id ipsis inest commodum, quòd velociter subsideant. Quocirca,si quando hæserint,grauiter lædunt,cum id maturis ficubus non insit: hæ enim, etiam si non magnopere deorsum concedant,modo probe in vētriculo coctæ fuerint, alimentum corpori dant innoxium. Quorum neutrum vuis adest,neque enim retentæ belle coquuntur: &, dum in iecur ac venas distribuuntur,succum crudum generant, qui non facile in probum sanguinem mutetur. Nam acinorum substantia composita est ex ipsarum velut carne: & humore, qui per carnem est dispersus, ex quo fit vinum: præterea,ex seminibus,atque ex membranoso tegumento,quod omnia hæc extrinsecus circumambit. Cæterum seminum quidem substantia sicca est,& quodammodo adstringens: omnia'que intestina peruadit, nihil, quod sensu deprehendi queat,à sese mutata,non secus ac in ficubus κεγχραμίδες: hæc enim in vtroque fructu proportione inter se respondent,cum vtrunq; totius plantæ sit semen, permeet q; non alteratum, nō in chylum versum,nulla deniq; in re immutatum. Est & proportio quędam in tegumentis vtrunq; fructum continentibus,quæ ipsis eum vsum præstant, quem cutis animalibus. Exiguam autem tegumētum id recipit in ventriculo mutationem: quo fit,vt quidam,cum ipsum & omne id,quod intus habetur,suxerint,vnà cum seminibus expuant: quæ & ipsa non nulli conantur expuere, potissimum cum acini grandes fuerint, nam in exilibus id factu est difficile. Liquet porrò,quòd aluus magis laxatur,si sola acinorum caro cum succo fuerit transglutita sine seminibus ac membrana extrinsecus ambiente. Laxatur autem impensius, cum solus ipse Succus expressus (Mustū vulgo appellant) fuerit transglutitus: qui ventrem,ni velociter pertranseat,flatibus non nihil implet. Ex hoc sanè alimenti non nihil corpori accedit, copiosius tamen ex carnea substantia: eo q; accidit vuas quasdam nutrire magis,quàm deijci: contra,alias promptius deijci, q̄ nutrire. Ergo, quibus,exiguus est succus,magis nutriunt: quibus vero est vberior,minus quidem nutriunt, sed H

A.l. 1. f. 3. d. 2. c. 7. fol. 61. g

A.l. 2. t. 2. cap. 726. fol. 175. a

promptius

A promptius subsident. Vocant autem vuas eiusmodi, generosas, in quibus acini humidam quidē substantiam habent exiguam, solidiorem autem non paucam, quam ceu carnem acini esse diximus. Atq; ijs vtunť, eas varijs modis autumno reponentes: etenim in mustum ipsas conijciunt, impletas q; ijs nouas ollas in vinaceis recondunt. Voco autem vinaceos, solidas vuę reliquias, cū in torculari succus ipsius omnis prorsus expressus fuerit: quas etiam homines in dolijs componunt, stipantes ipsas valide ac constringentes: appellant q; idipsum τρύγα id est fęcem, quod ego vinaceos appellaui: nomine autem σεμφύλου id est vinaceorum, acinorum radicem, quæ ex palmite enascitur, appellant, quam nos βότρυχον nominamus, vnde acini ipsi pendent. in hanc igitur τρύγα ollas nouas vuis refertas condūt, operculis exacte obturantes, ne alicunde diffluentur, &, quà operculum cum olla committitur, pice illinunt, perspiratus omnes obstruentes. Ipsam autem ollam esse oportet ex luto suaueolente & perfecte assato. Huiuscemodi certe vua ventriculum dissolutum roborans hominibus cibū fastidientibus appetentiam excitat, non tñ per aluum subsidet: &, si sumpta largius fuerit, caput ferit: quæ in musto cōditur, magis adhuc, quàm hæc, caput infestat: pensilis vero nihil prorsus caput lædit, ventrem autem nec sistit, nec ad deiectionem irritat: eodem autem modo se habet & ad appetentiam, vt quæ nec imbecillam excitat, nec fortem B dissoluit. Porrò aliarum vuarum ea concoctu est facillima, quam dixi homines in musto & vinacijs in totum sequentem annum vsque ad secundam vindemiam reponere. Quæ autem ex ipsis suspenduntur, cum inaruerint, sunt inutiles, alię quidem statim ipso vere, aliæ vero omnino saltem æstate. Non parua autem est inter vuas differentia, quòd aliæ sint dulces, aliæ acidæ, aliæ austeræ, alię denique quæ nullam vehementem habeant qualitatem: vocant autem ipsas vinosas. Cæterum, quæ Dulces sunt, succum habent calidiorem, ob id sunt sitibundæ. Austeræ vero & acidę frigidiorem: Vinosæ autem locum inter calidum ac frigidum medium obtinent. Dulces item aluum subducunt, & maxime si sint humidæ: acidę austerę q; non huic modo rei, verumetiam concoctioni in ventriculo, distributioni, ac nutritioni, sunt noxiæ. Acidæ certe, etiamsi exactam in ipsa vite maturitatem adeptæ, suspendantur, ne sic quidem dulcescunt: austerarum autem quædam, si suspensæ diutius fuerint, dulciores redduntur: acerbę vero, vt, acidę, etiam si supensæ fuerint diutius mutationem in dulcius nunq; poterunt assequi: quocirca ipsarum esus perpetuo est cauendus. † Omnium quidem certe vsus (si quis moderate sumat) est tutissimus, cū vuæ natura fuerint carnosæ, ac maturę: quæ vero nullam austeram qualitatem, vel acidam præ se ferunt, siue in vite summam maturitatem obtinuerunt, siue quod maturitati deerat, ex consequenti suspensione sint C adeptæ, eas humidas, affatim ventris deijciendi gratia licet ingerere. Quidam autem in eundem vsum, mustum quoq;, id q; dulcissimum, bibunt, id enim maxime subducit: quod vero ab vuis austeris aut acidis est expressum, ad omnia est pessimū. Equidem nominibus sic sum vsus, quemadmodum homines huius seculi vtuntur, satius esse ratus, res dilucide docere, quàm vetere lingua Atticorum vti. Quibus vero antiquius id, doctrinæ perspicuitate fuerit, vuarum partes solidas, quæ musto expresso supersunt, βρύτια appellant: σέμφυλα autem, oliuarum, cum oleum fuerit expressum: quod vero crassum in vuis subsidet, vulgus Atticorum τρύγα id est fæcem, nominat: proinde nulla apud eos in vocibus est homonymia, vt apud alios homines, qui βρύτια etiam τρύγα nuncupant. Quin & tertia quædam huius nominis τρυγός, est significatio, Græcis huius memoriæ vsitata: nam vinaceorum dilutum, τρύγα vocitant: quod rursus ab Atticis δευτερία, à nostratibus σεμφυλίτις id est Lora, appellatur. Coniectis nanque in parua dolia vinaceis tantum aquæ superaffundunt, quoad omnia permadeant. Quod vbi satis factum videtur, in dolij fundo foramen aperiunt, vt dilutum effluat: id q; pro vino bibunt. Perspicuum autem est, quòd pro vinaceorum copia aquam, experientia docti, affundunt: quo videlicet lora neque aquosior sit, neq; meracior. Deinde rursum aliam aquam, parciorem tamen priori, vinaceis affundunt ita, vt id D quoque in potu sit tolerabile: quod quidam Attici proprie, non vt prius, δευτερίαν nominari volūt. Vtraq; lora capiti dolorem affert, nisi quis dilutiores ipsas bibat, sed prior magis caput ferit. Commodum autem huic potui id inest, quòd ocyus per vrinas reddatur: qua in re magnum est pro varia vuarum (ex quibus sunt vinacei) specie discrimen. Quandoquidem, si dulces fuerint, potus multo erit suauior citius q; per vrinas reddetur: sin vero acerbæ aut acidæ fuerint, insuauior longe ac minus ciens vrinas. Id autem dilutum valentius multo fit ac vinosius, cum τρύξ id est vinaceus, ad ver aut æstatem fuerit asseruatus. Hyeme vero si quis vtatur, vt caput minus ferit, sic & per vrinas minus secedit.

† Omniū quidē certe vsus (si quis moderate sumat) ē tutissimus, cū vuæ natura fuerint carnosæ ac maturæ, siue in vite sūmā maturitatē obtinuerīt, siue quod maturitati deerat, ex suspensione sint adeptæ. Post pēsiles autē, eas q̄ nullā austerā vel acidam qualitatem præ se ferunt, affatim ventris deijciēdi gratia licet ingerere.

De Vuis Passis. CAP. 10.

VVæ passæ cum alijs vuis eandem habent rationem, quam caricæ cum ficubus. Multæ enim fiunt dulces, acerbæ autem omnino paucæ: plurimæ vero ex dulci & austera qualitate sunt mistæ: quanq̄ dulces non nihil quoq; austeræ qualitatis habent: & austeræ, dulcedinis. Cæterum, vt dulces temperamento sunt calidiore, ita austerę frigidiore. Ad hoc austeræ stomachum roborant, & ventrem constipant, & his multo magis acerbæ: mediam autem quodammodo inter ipsas constitutionem dulces obtinent, vt quę nec stomachum dissoluant, nec aluum subducant. Dulcibus tamen vt vis quædam semper inest contemperandi, ita & mediocriter detergendi:

quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infestant (quod & stomachum appellamus) obtundunt. Perspicuum enim est, quod mordicationes maiores valentiora postulant remedia: inter passas autem præstantiores sunt, quæ tum pingues sunt, tum corticem habent tenuem. Nō nulli autem, & recte sane, è dulcibus grandibus q; (quales sunt Scybelitides) prius, quàm mandant, semina eximunt: quę & ipsę inueteratæ, cutim duram crassam q; habent: eas q; prius in aqua coguntur macerare, nam & semen ipsum facilius sic eximitur. Aliæ quædam sunt his cōtrariæ, solidæ & crassæ, quæ nullum prorsus semen habent: crescūt hę in Cilicia, colore subflauo: In Pamphylia autem Scybeliticæ, & colore nigrę, quæ, vt dixi, sunt maximę: minimæ autem in Cilicia, fuluę proueniunt. Alię præter has in Cilicia nascuntur, colore nigro, magnitudine mediæ: quemadmodum & apud alias plerasq; gentes, potissimum in Lybia. In Asia autē variæ passarum species, mediocri magnitudine proueniunt: etenim quædam subflauæ, aliæ nigræ, aliæ dulces, & aliæ subausterę, cernuntur. Porrò in frigidis regionibus ne vuę quidem ipsę maturari exquisite queunt, nedum passarum quæpiam: quapropter resinam vinis immittunt, ne celeriter acescant. Porrò, quemadmodum passarum differētia, quæ à colore sumitur, nihil ad passarum facultatem confert, ita nec magnitudo: sola autē qualitatis, quæ gustui inest, differentia potest oīa: cui soli intentus, inuenies (vt ante diximus) & in quibus, & quo tempore vti conueniat. Alimentū ex passis tale qualitate in corpus distribuitur, qualis ipsarum natura fuerit: dulce ex dulcibus, austerum ex austeris, mistum ex ijs, quæ vtriusque qualitatis sunt participes: quantitate vero copiosius ex pinguibus ac dulcibus: parcius ex austeris & macris. Quòd si passarum pinguium ac dulcium, à quibus semina fuerint exempta, parem molem cum pari vuarum mole contuleris, passas valentius nutrire deprehendes. Huiusmodi sane, vt minus, quàm caricę, subducant abstergeant q; magis tamen, quàm illæ, stomachum "iuuant. A.l.2.t.2. cap. 726.fol.175.b

De Sycaminis, quæ & Mora appellant. CAP. 11.

NOn hæc Attici sermonis affectatoribus scribimus (fortasse enim ne legere quidem ipsa dignarentur, corporis simul & animi sanitatem pro nihilo ducentes) {sed medicis quidem, qui de Atticismo non magnopere laborant: tum autem & alijs, qui, vt animalia ratione prædita, honorem gloriam diuitias & authoritatem inter ciues, corporis & animi valetudini postponunt.} Certo enim scio hos linguam Atticorum nihilo pluris, quàm cęterorum hominum, æstimare: corporis vero sanitatem præstantius quiddam ducere ac dignius ei homini, qui viuere secundum naturam studuerit. Cum igitur intelligam sermonem simpliciorem ijs esse vtiliorem, nominibus vtar, quæ ipsi intelligant, etiam si vetustis Græcis non sint consueta. Mororum igitur nomen vulgo est cognitum, si non alia de causa, saltem ob medicamentum στομωτικὸν id est ori gratum, quod διὰ μόρων appellatur, quod eorum succum recipit. Quosdam autem ex fructibus autumnalibus, quos deinceps recensebimus, pleriq; homines ignorant, quo nomine ante annos sexcentos ab Atheniensibus fuerint appellati. Animaduertunt enim huius tempestatis Athenienses, fructus omnes non alio nomine appellare, quàm quo reliqui Græci appellant: sed & mora ipsa sycamina nihilo minus, quàm mora, nominare, item persica, nuces, præcocia, ac in summa, reliqua omnia pro aliorum Græcorum consuetudine. Neq; enim detrimenti quidquam ipsis ex vetustarum appellationū ignoratione accidet, si facultates ipsorum exploratas habuerint. Satius enim fuerit scire, ex ijs cibis, qui ad excretionē incitant, posteriores quidem sumendos, qui tarde permeant: omnium autem primos, qui celeriter quidem peruadunt, corrumpuntur tamen, si in ventriculo morentur diutius: quàm ipsorū nomenclaturas nosse. Non tamen omnino ignorare homines mihi videntur, qui ordo in ijs, quæ mandunt, sibi sit seruandus: quandoquidem ipsos videas in plurimis cibarijs eum seruare. Præsumunt enim radiculas, oliuas, & fœnum grę cum ex garo: post hæc, maluas, betam, & alia id genus olera cum oleo & garo. Etenim, si vel tantillum mentis habeant, diuturna experientia docet eos facultates eorum, quæ quotidie cibi gratia sibi pręparant: quorum vero multo interuallo vsus atque experientia incidit, ea soli homines solertes obseruant, ac memoriæ mandant. Sycamina igitur celerrime pertranseunt, cibis q; alijs præeunt, si in ventriculum purum inciderint, & sumpta primis epulis fuerint. Quòd si sumpta post alios cibos fuerint, aut etiam prauum succum in ventriculo offenderint, celerrime vnà cum alijs cibis corrumpuntur nouo quodam corruptionis genere, & quod verbis explicari nequeat, vt in cucurbitis accidit. Omnia enim hæc, si modo celeriter incorrupta subsederint, cibis fugacibus minus sunt noxia: sin minus, corrumpuntur non aliter, quàm pepones: quanquam hi quoq;, si celeriter subducantur, nullam magnam noxam afferunt. Tempus autem vtendi, vt peponibus, ita & moris est, cum corpus ventriculi squallore ęstuat, quo tempore necesse quodammodo est hepati quoq; idem accidere. Cucurbitæ quidem & cucumeri tum maturo, tum ante maturitatem, ad hæc & melopeponi, nulla adstringens qualitas inest: sycaminis vero, & potissimum cum non dum admodum maturuerint, qualitas eiusmodi conspicue inest: immaturioribus autem inest simul & acida. Proinde non nulli ab arbore ipsa detrahentes ac siccantes reponunt, medicamentū "ad dysenteriæ, ac diuturnæ diarrhϾ curationem, vtile sibi futurū. At nunc nobis non est propositū medicamentorum facultates exponere. Rursus igitur ea repetamus, quę sycamina A.l.2.t.2. cap. 491.fol.150.b

A mina ipsa, vt alimentum, possunt agere. Quod quidem celeriter subducantur, dictum nobis prius fuit: quod eis accidit forte propter solam substantiæ humiditatem ac lubricitatem: forte etiam propter admistam qualitatem quandam acriorem, quæ deiectioni excitandæ satis esse possit: quandoquidem qualitas adstringens, non modo ad subductionem nihil confert, verum etiam suapte natura ventrem constipat. Didicisti autem ex commentarijs de simplicium medicamentorum facultate pleraq; esse corpora, quæ facultates habeant contrarias. Coniector igitur mora exiguam in seipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest: cuius beneficio non modo facile secedunt, sed corrumpuntur etiam, si diu in ventre manserint. Quod si corrupta (vt dixi) non fuerint, omnino quidem humectant, non tamen omnino refrigerant, nisi sumpta fuerint frigida. Alimentum autem corpori præbent minimum, quo modo pepones: non tamen, vt ij, vomitum excitant, neq; stomachum lædunt.

De Cerasis. CAP. 12.

EX Cerasiis quædam sunt, quæ moris sunt similia, cuiusmodi sunt ea, quæ minimam habent adstrictionem: alia ruborum fructui, vt ea, quæ euidentius adstringunt: quædã autem sunt, quę vel valentius ijs adstringant. Proinde memoratæ cuiusq; speciei facultatem, ex ijs, quæ de sycami-B nis & rubi fructibus diximus, potes colligere.

De Rubi Fructibus. CAP. 13.

RVborum fructum homines apud nos βάτινον appellãt, quemadmodum mora & sycamina: vtroq; enim modo ipsa nominant. Sunt autẽ βάτινα, q̃ mora, magis adstringẽtia: &, siquis largius ijs vescatur, capitis dolorem sentiet: alij vero & stomacho anguntur. Proinde fructũ hunc abluamus, oportet, prius, q̃ mãdere ipsum aggrediamur: qd' maxime in sycaminis quoq; est faciẽdum. Non tamen ventrem subducunt, sed potius cohibent: &, siquis immatura ipsa prius siccata reposuerit, multo etiam magis cohibebunt. Omnia tamen medicamenta, quæ ex mororum succo parantur, si facta ex ijs quoq; fuerint, facultatem habebunt efficaciorem.

De Fructibus Canirubi. CAP. 14.

FRuctus canirubi multo magis, quàm ruborum, adstringit: ob eam q; causam ventrem magis cohibet. Vescuntur autem ipso frequenter rustici, exiguum alimentum corpori suggerente: vocant q; κυνόσβατον id est canirubum.

De Fructibus Iuniperi. CAP. 15.

A.l.2. t.2. cap. 159. fol. 137.c C FRuctus "iuniperi, qui ἀρκευθὶς dicitur, acris est admodum cũ exigua dulcedine, & minori prętere a adstrictione: habet autẽ & aromaticõ quiddam. Perspicuum igitur est, q calefacit quidem tum propter acrimoniam (demonstratum enim est acria omnia calefacere) tum autẽ maxime propter odorem ac gustum aromatibus adsimiles: omne enim ἄρωμα, calidum. Hepar autem & Renes purgat, & succos crassos ac lentos videlicet tenuat: vnde medicamẽtis salubribus admiscetur. Alimentum autem ex ipso exiguum corpori hominũ accedit. Quod siquis ipsum largius sumpserit, stomachum mordet, & caput calfacit, ob id q; ipsum nõ nunquam replet, doloribus q; infestat. Ventrem, nec proritat, nec cohibet: vrinas tamen mediocriter ciet.

De Fructibus Cedri. CAP. 16.

FRuctus cedri, qui κεδρὶς dicitur, colore quidem & figura fructui iuniperi est similis, subflauus enim est ac rotundus: dissidet autem ab eo acrimonia. Nec multum abest, quin fructus hic ex genere sit medicamentorum, cum nullum præbeat corpori alimentum, nisi quis aqua ipsum macerarit. Omnibus enim Acribus id est commune, vt soluta ipsorum acrimonia exiguum alimentũ corpori præbeant. Quin etiam cedrorum fructus, vt fructu iuniperi durior est ac siccior, ita profecto exilior, nihil, vt ille, habens aromaticon. Perspicuum autem est, q & stomachum "valde mordicat, & capiti dolorem infert, nisi quis ipsum parcissime sumpserit.

A.l.2. t.2. cap. 160. fol. 119.b

D *De Nuce Pinea.* CAP. 17.

A.l.2. t.2. cap. 301. fol. 132.d NVx "pinea boni ac crassi est succi, multum q; nutrit, non tamen facile coquitur. Appellant autem nunc Græci ipsum non κῶνον, sed στρόβιλον.

De Fructu Myrti. CAP. 18.

A.l.2. t.2. ca. 446. fol. 145.d GRæci "fructum hunc μύρτα nominant. Nutrit q; tenuiter æque, ac fructus iuniperi: facultatẽ tamen habet contrariam, quandoquidem valenter adstringit, & ob id ipsum aluum sistit. Nõ tamen pro ratione adstrictionis, frigidus facultate est, propterea, quod adstrictionem habet non solam, sed acrimonia etiam quadam admistam. Porrò Cibis omnibus, qui qualitatem medicamentosam habent vehementem, est commune, vt, cum eam qualitatem elixatione aut assatione, aut maceratione deposuerint, exiguum corpori dent alimentum, prius autem prorsus non nutriant: Id enim ipsum & Cępis & Porris accidit.

De Persicis. CAP. 19.

FRuctum hunc, siue mala persica, siue (vt Græcis nunc mos est) simpliciter persica appellare velis, siue aliud quoddam vetus nomen præter hæc vestigare, potes id per magnum ocium facere. Nunc autem discas (quod nominibus ipsis erit vtilius) quòd scilicet ipsorum "succus & veluti caro facile corrumpitur, praua q; omnino est. Quocirca (quod quidam facere solent) non sunt

A.l.2. t.2. ca. 56?. fol. 159.d

post

post alios cibos mandenda, corrumpuntur enim in superficie natantia: sed in omnibus, quæ pra- E
ui quidem sunt succi, verum humida sunt ac lubrica, & quæ subduci facile queant, id communiter tenendum, ea ob id ipsum ante alios cibos esse sumenda. Ita. n. fiet, vt & citius subducantur, & alijs cibis viam muniant: quæ, si sumpta postrema fuerint, vna secum alia quoq; corrumpent.

De Armeniacis ac Præcocibus. CAP. 20.

HÆc quoq; ex genere sunt persicorum, bonitate non nihil illa superantia: neq; enim "in ventriculo, vt illa, corrumpuntur, neq; acescunt. Vulgo autem suauiora apparent: vnde etiã stomacho sunt gratiora (cætera enim illis sunt similia) suauibus autem omnibus id inest: quemadmodum insuauibus, vt ventriculum resupinent ac subuertant, & ad vomendum incitent, cupientem quàm celerrime, quod infestat, abijcere: id quod facit pro momẽto eorum, quæ infestãt: quæ enim vergunt deorsum, ea ipsa expellit: quæ vero supernatant, per vomitus eijcit. Idem facit, & cũ succi praui ex toto corpore in sese defluunt: etenim, qui ex ijs in partem ventriculi superiorem confluunt, vomitu vacuantur: qui vero in inferiorem, pariunt diarrhœam. Porrò, ꝙ fructus omnes autumnales exigui sint alimenti, dictum id nobis prius fuit. Præcocia tamen, quæ vocant, armeniacis sunt præstantiora. Qui tamen præcocium nomen fugitant, vtraq; mala armeniaca appellant: alij vero armenia, per quatuor syllabas, non quinque. A.l. 2. t. 2. cap. 143. fol. 116. h F

De Malis, & Saporibus, qui in eis insunt. CAP. 21.

GEnus horum non est simplex, quo modo neq; pirorum, neque punicorum. Quædam enim sunt, quæ saporem habent austerum: alia acidum, aut dulcem: non nulla etiam ex ijs mistum, apparent q; & dulcia simul & adstringentia. Præterea alia quædã cum dulcedine manifestum habent acorem. Ad hæc, alia cum acore acerbitatem. Inuenias aũt interdum, & quæ hos tres sapores simul habeãt euidentes adeo, vt acida appareant & dulcia, acerbitatis q; habeant non nihil. Perspicuum autem est ꝙ adstringens, austerum, & acerbum, tria hæc nomina saporis, qualitatem vnicã significant. Quòd vero acerba quidem in eo ab austeris differant, ꝙ valentius adstringant, (cõmune autem ipsorum genus est adstringens) ex quarto libro de simplicium pharmacorum facultate didicisti, in quo de saporum substantia ac facultate tractauimus. Memor igitur illorũ scito mala "quidem, quæ adstringunt, succum habere frigidum ac terreum: quæ vero acida apparent, frigidum quidem, verum tenuium esse partium: mediç autem temperaturæ esse dulcia, quç tamen ad calidius vergunt: quemadmodum, quæ omnis qualitatis sunt expertia, ac veluti aquosa, ad frigidius inclinant. His igitur vteris pro vincenti in saporibus facultate, austeris quidem pomis, cũ ventriculus vel propter calidam intemperiem, vel multam humiditatem fuerit imbecillus: acerbis autem, cum duo hæc aucta admodum fuerint: acidis, quando succum crassum, qui non magno perc frigidus sit, suspicaberis in ipso esse collectum: quandoquidem succus frigidus non acida, sed acria postulat. Vtraque certe & acida & acria succos crassos incidunt: in eo tamen differunt, ꝙ hæc quidem cum calfactione: illa autem cum refrigeratione id prçstent. Perspicuum porrò ex ijs, quç sæpe iam diximus, est, ꝙ adstringẽntia quidem, quantum in ipsis est, alui deiectiones semper cohibent: acida vero, cum succum crassum in ventre inuenerint, ipsum incidũt, ac deorsum subducunt, ob id q; deiectiones humectant: quòd si ventrem purum inuenerint, ipsum magis sistunt. Porrò succus dulcis, cum sine acrimonia & crassitie, hoc est, cum solus planè fuerit, aptius, quantum in ipso est, distribuitur: ꝙ si acrimoniam, aut crassitiem habuerit, facilius subducitur. Est autẽ & aliud succi genus, non in pomis modo, verumetiã in alijs omnibus, quod aqueũ & qualitatis expers appellant, vt antea quoq; diximus: quod stomachum quidem minimum iuuat, in medio autem est memoratarum facultatum, quemadmodum & aqua ipsa. Inest autem pomo eiusmodi id vitium, ꝙ, cum ad mandendum ipsum aut voluptate aut vtilitate adducantur, quando neq; gustu iucundum ipsum, neq;, quemadmodum adstringẽtia, robur ventri inducere, neq; fluentem ipsum sistere comperiunt, merito contemnunt: quemadmodum & apud nos quidem in multis Asiæ locis, H suibus ipsum proijcimus, πλατανίσιον appellantes, ꝙ tenera platanorum folia gustu quodammodo repræsentet. Cęterum ab optimis etiã in toto genere malis, priusq̃ in arboribus maturuerint, cauendum est: concoctu enim sunt difficilia, & frigida, tarde q; permeant, & praui sunt succi vt interim omittam, ꝙ succum etiam habẽt frigidum, ac leuiter crassum. Quæ vero belle matura in hyemem & ver proximum asseruãt, ea sæpe in morbis maximum afferunt præsidium, vel cataplasmatis modo cum farina admota, aut in calidis cineribus mediocriter assata, aut pulchre in aquæ bulliẽtis vaporibus percocta. Cæterum post cibum statim dare ipsa conueniet: non nunquam autem et cum pane ad ventriculum & stomachum roborandum ijs, qui deiecta sunt appetẽtia, tarde q; concoquunt: quiq; vomitu, diarrhœa, ac dysenteria infestantur. In hunc vsum acerba sunt apta: parata enim, vt iamiam præcepi, mediocrem retinent adstrictionẽ, cum, si mediocriter austera fuissent, in eiusmodi apparatu adstrictionem omnem deposuissent: ob id q; similia ijs euadunt, quæ ab initio sunt aquea. A.l. 2. t. 2. cap. 562. fol... 159. h G

Qui Fiat, Vt Esus Pomorum aut pirorum Adstringentium, Ventrem quibusdam deijciat. CAP. 22.

CVm autem quosdam audiuissem, qui dicerent ventrem sibi ab esu adstringentium subduci, satius esse putaui, quæ de eo ratione atque experientia sæpe cognouissem, hoc loco semel

fusius

A fusius explicare. Cum Protas rhetor quidam, ciuis noster narraret ventrem sibi post esum pomorum ac pirorum austerorum deijci, re intellecta atq; in ipso per experientiam comprobata, audacius postea in alijs id ipsum sum expertus. Rogaui.n. hominem, vt mecũ vel vnum diem viueret, vt scirem, quo tempore, & quàm multis vesceretur adstringentibus: ac primum hominem statim sum hortatus, vt more suo viueret, ne've vlla in re consuetam sibi victus rationem immutaret. Ipse autem, cum post balneum, paucula aqua præbibita, fœnum græcum, radiculã, & id genus alia (quæ ante alios cibos omnes ferè sumere cõsueuerunt) similiter & ipse sumpsisset, vinum q; dulce, quantitate mediocri, adbibisset, comedit deinceps maluas cum oleo & garo & pauco vini: & post illa piscis quidpiam, suillæ, & auis. Deinde, cum secundo bibisset, pauco tempore intermisso sumpsit pira austera: postea deambulatum progressi, non multum deambulauimus, cum venter illi maiorem in modum est solutus. Quæ cum essem conspicatus, pactus sum amico, vt postridie, quæ ad suam victus rationem pertinerent, mihi committeret. Qui cum mihi prompte esset assensus, prima omnium, post balneum, pira exhibui: deinde alia deinceps, vt consueuerat: quibus peractis, non modo non vehementer, sed ne mediocriter quidem aluum deiecit. Mirabatur sanè (vt par est) rei euentum, causam q; eius à me sciscitabatur: cui ego hęc, quę nunc referam, exposui. Nam cum
B garum, inquam, vnà cum ijs, quæ cum eo sumpseras, aluum suapte natura subducat, id q; iam ante fecerit, adstringentia postremo loco sumpta ijs potissimum, qui stomachum habẽt imbecillum, deiectionis sunt causa, ventriculum roborantia, & ad expellendum deorsum, quæ in sese continet, incitantia: quod magis (inquam) fatebere, si cras prima omnium adstringentia sumpseris: secunda autem post illa, carnosa: omnium postrema, quæ cum oleo & garo mãduntur. Minime, inquit, repente enim vomerem, si maluas vltimas cum oleo & garo mãderem. Optime, inquam, respondisti: illa enim ventriculum subuertunt, & potissimum os ipsius, quod iam omnes stomachum vocare consueuerunt: adstringentia vero roborant, ac firmant: quo fit, vt, siquis alius succus ventriculum subuerterit (quod solet bilis pallida efficere, in quibus copiosior est aceruata) qui sic est affectus, siquod adstringentium gustarit, succum infestantẽ repente deorsum excernet. Deinde ostendi ei iuuenem quendam, qui narrabat, cum paucis diebus ante, purgandi gratia, succum scammoniæ sumpsisset, & horis quinq; post sumptum medicamentum iam præterlapsis nulla secuta esset excretio, stomachum quidem sibi premi, ventriculum autem intumescere ac grauari cœpisse, quas ob res pallidum se attonitum q;, atq; animi incertum, symptomata, quibus infestabatur, mihi communicasse. Quo'nam igitur modo hominem sanauerim, audi, inquam, iuuenẽ ipsum. Tum pro-
C tinus præsentem ei exhibui, ac narrantem, vt ego imperarim sibi, exiguum quiddam mali adstringentis, aut punici, aut piri manderet: ipse autem simul atq; comedisset, malis statim fuerit liberatus copiosissima ac conserta ex ipsius ventre facta excretione. Scito igitur (dixi rhetori) tibi quoque idem contingere, cum propter ventriculi totius ac stomachi imbecillitatem, adstringentia postremo loco sumpseris. Tum ille, verissimum, inquit, est, quod dixisti: talis enim mihi natura est stomachus, facile q; à quibusuis subuertitur: ego vero post cibum studiosius austerum quidpiam esito, tunc, cum ipsum supinum admodum esse sentio, adeo, vt propè iam nauseet. Ex hac de rhetore narratione satis intelligere poteris ijs, qui stomachum habent imbecillum, ventrem deijci, cum postremis epulis adstringentium quidpiam sumpserint.

De Cydonijs & Struthiomelis. CAP. 23.

HIs pomis eximium quiddam, quod in alijs non inuenitur, inest. Nam præter q̃, q adstrictionem habent copiosiorem, succus etiã eorum diu durat ac permanet, siquis ipsum cum melle coctum asseruare velit: cum aliorum pomorum succus, si reponatur, acescat propterea, q multam habet humiditatem frigidã. Nos aũt & medicamentum, quod ex succo struthiomelorũ conficitur, quod q; ijs, qui deiectam habent appetentiam, est accommodatissimum, cum forte in loco conspi-
D cuo non esset positum, tandem post annos septem inuenimus, nihil in qualitate immutatum: crustam.n. in ore vasculi densam fecerat, cuiusmodi in melle sæpenumero & alijs quibusdã adcrescit: quam seruare incumbentem conueniet, si velis pharmacum aut mel diutissime citra mutationem seruare. Atq; id mihi obiter sit dictum: cuius autem rei gratia, medicamenti, quod longiore tempore mansit incorruptum, memini, denuo id resumam. Permanens est struthiorum malorum succus, quando paratus recte fuerit, quemadmodum & cydoniorum: verum hic minus est suauis, & maxime adstringens: quocirca ad ventriculi admodum exoluti robur vti eo aliquando possumus. In Iberia autem edulium componunt, quod μηλοπλακοῦντα appellant, quod adeo durat, vt patinę recentes ipso refertæ Romam afferantur. Componitur autem ex melle & carne lęuigata, cocta cũ melle. Nostrum vero medicamentum, quod ijs, qui deiectam habent appetentiam, comparatur, non ex melle solo & malorum succo, sed piperis albi habet quidpiam & zingiberis & aceti, Non tamen iam plura de eo verba facere conuenit, cum alibi de eo, absolute tractauerimus.

De Piris & Punicis. CAP. 24.

QVæ de malis diximus, si ad pira & punica trãstuleris, nihil erit, quod nos de ipsis nouum dicere oporteat. Etenim in his quoque alia sunt austera tantum, vel acerba: alia acida: alia dulcia: alia ex horum mistione composita: & alia, quæ nullã penitus huiuscemodi qualitatem

litatem habent exuperantem: quo fit, vt, cum aquea sint ac hebetia, omnis facultatis roborãdi sint E
expertia. Pirorum igitur vsus pomorum vsui omnino est similis. Punica vero cætera quidem sunt similia, in eo tamen discrepant, quod nunquam cum farina macerata assentur, neque in aqua aut vapore elixentur. Succum autem habent piris et pomis copiosiorem, & præterea gustu suauiorem eo, qui est in illis, succo. Sunt autem interdũ prædictis duobus fructibus vtiliora, tum ad alios affectus, tum ad eum, cuius Hippocrates libro secundo de morbis popularitet grassantibus meminit, his verbis: Mulier cardialgia torquebatur, nec prius malum est sedatum, quàm polenta "succo punici aspersa, semel in die vteretur, reliquis cibis abstinens: neque amplius vomitu rejiciebat, qualia Cherion Charitonis filius. Perspicuum certe est, quod vitioso humore partes ad os ventriculi (quod certe καρδίαν etiam appellant) attinentes imbuente, mulier erat nauseabunda, cardialgia q; torquebatur. Nam verbum καρδιώσσειν nil aliud significat, quàm symptoma, quod mordicationi stomachi succedit. Hunc certe humorem polenta quidem exiccauit: succus autem punici cum ea sumptus ventriculum roborauit adeo, vt humorem in tunicis ipsis contentum expellere potuerit. Punica quidem quàm minimum corpori præbent alimentum, vt ipsis nunquam ceu alimento, sed tantum vt medicamento, egeamus: Pira vero, & potissimum, quæ magna sunt (vocant autem ipsa apud nos fœminino genere μύνατας) aliquantum nutriunt. Proinde in tenues orbes ipsa secantes, & postea exiccantes reponunt: quę elixa, vice ciborum parum nutrientium, hyeme & vere, cum fames est, mandunt. Attici quidem priorem syllabam ῥοιῶν scribunt sine ἰῶτα, Iones vero cum ἰῶτα: verum id nihil ad hominum vitam affert commodi: quemadmodum neq; in ὄων id est sorbis, quæ Græci quidem omnes huius nostrę memorię sic nominant: Attici autem cũ υ pronunciare ipsa non permittunt. Speculationem igitur de nominibus, illis relinquentes, de facultate ipsius fructus disputabimus.

2 Epid. sect. 2ª principium.

A.l.3.f.13. t.5. c.16.fol.306.a

De Mespilis, & Sorbis. C AP. 25.

QVæ de prædictis diximus, eadem de his quoq; sunt dicenda. Ambo "enim adstringunt: verum mespila multo valentius, q̃ sorba: proinde ventri fluenti cibus est vtilissimus. Sorba tamen in cibo ipsis sunt suauiora: omnino enim nihil habẽt adstringens ęque, ac mespila, sed ipsorum succus est austerus sine vlla acerbitate. Liquet autẽ, q omnibus huiuscemodi parce est vescendum, non autem affluenter, vt vuis ac ficubus: nullo enim ipsorum, vt alimento, sed vt medicamento potius, indigemus. Hæc tibi sunt vtiliora, q̃ scire priorem syllabam nominis ὄων à veteribus Atheniensibus per literam ο tantum scribi & pronunciari.

A.l.2. t.2. cap. 315.fol. 133.f

De Fructu Palmæ. C AP. 26. G

FRuctum palmæ siuẽ glandes appellare velis, siue palmas, eodem cum tota arbore nomine (vt iam Græcis omnibus mos est) neutro modo aut incommodaueris, aut ipsius facultatis cognitionem promoueris. Non parua autem in ipsis est differentia: quædã enim sunt siccæ & adstringentes, vt Ægyptiæ: aliæ molles & humidæ & dulces, vt quæ καρυωταί appellantur: prestãtissimę autem hæ in Syria palestina nascuntur in Hierichonte. Reliquę omnes palmę inter dicta duo genera sunt mediæ. Difficiles autem sunt cõcoctu, capiti q; dolorem inferunt: quarum alię quidem magis, alię minus sunt humidę ac dulces, siccę atque adstringentes. Verum constitutis extremis iam omne, quod in medio est, facillime deprehendes. Nulla certe ex ipsis est, quæ non dulcedinem quandam & adstrictionem habeat: siquidem καρυωταί, exiguę adstrinctionis: Thebaicæ, obscurę dulcedinis sunt participes: At succum quidem dulcem, nutrire: austerum autem, gratum esse stomacho, & ventrem sistere ostendimus. Palmę autem, si largius sumantur, omnes concoctu sunt difficiles, & capiti dolorem afferunt: quædam autem & morsus cuiusdam sensum ori ventriculi inducunt, quod medici stomachum appellant. Succus autem, qui ab ipsis in corpus distribuitur, crassus quidem omnino est: habet aũt & lẽtoris quidpiã, cũ palma ipsa pinguis fuerit, sicuti καρυωτὴ: cũ aũt dulcedo tali succo mista fuerit, celerrime quidem hepar ab ipsa obstruitur: læditur aũt maxime ab ipsorum esu, quando aut inflammatione, aut scirrho obsidetur: post hepar autem, et lien obstruitur ac læditur. Multo autem maxime palmæ virides, si paulo largius sumantur, ad omnia sunt noxię. Perspicuum porrò est, quod dulces quidem succum habent calidiorem: astringentes autem frigidiorem. Quin & palmæ virides, quemadmodum & ficus, flatus gignũt: nam palmæ virides eandem habent ad alias palmas proportionem, quam ficus habent ad caricas. In regionibus autem non admodum calidis palmæ non perfecte maturescunt adeo, vt reponi queant: quo fit, vt, cũ homines cogantur ipsis viridibus vesci, crudis succis impleantur, rigoribus q;, qui ægre calefiant, & hepatis obstructionibus prehendantur. H

De Oliuis. C AP. 27.

PErexiguum quidem & ipsæ corpori prębent alimentum, & potissimum caducæ, quas vulgo fere cum pane: sine pane autem mandunt cum garo ante alios cibos, ventris subducendi gratia, quas ἀλμάδας & κολυμβάδας appellant. Porrò, quemadmodum caducæ pinguedinis habent plurimum, ita hæ succum adstringentem: proinde stomachum "roborant, & appetentiã excitant. Aptę autem ad hanc rem sunt, quæ cum aceto reponuntur: quas artis obsonatricis periti varie prępatant: Cuius artis nolim medicum omnino esse ignarũ, nam, quod suauius est, facilius ijs,

A.l.3.f.13.t.5. c.8.fol.294.g

quę

A quæ ex æquo sunt salubria, concoquitur: verum non est nunc dicendi locus, neque de obsonatri-
cis speculationis peritia, neque de arte ipsa: alius enim locus ipsis est proprius.

De Nucibus. CAP. 28.

QVidam nuces regias appellant eas, quæ nunc nuces ab omnibus nominantur. Sunt & aliæ
quædam, quæ λεπτοκάρυα appellantur, prædictis multo minores, quas nō nulli ποντικὰ i. pō-
ticas, seu auellanas vocitant. Multus autem ambarum est vsus. Alimentum corpori præ-
bent exiguum, copiosius tamen pontica nuncupata, q̃ nux regia, ꝙ ipsius substantia sit coactior ac
minus oleosa: regiæ autem laxior est, continet q; in se ipsa plus pinguitudinis. Habet tamen & ad-
stringentis qualitatis non exiguum, quæ tandem procedente tp̄e marcescit, tota ipsius substantia
in succum pinguem transmutata adeo, vt cibo prorsus sit inepta, ꝙ sua pinguitudine, oleo veteri
A.l. 2. t. 2. cap. 494. fol. 150. d — assimilis appareat. Cæterum, quæ "viridis adhuc est ac humida, neq; adstringentis qualitatis neq;
oleosæ cōspicue est particeps, sed magis quodammodo est ἄποια i. qualitatis expers: quod saporis
genus aqueū (vt dixi) vocare consueuimus. Coquitur tñ hæc nux facilius, q̃ pontica: stomacho q;
est gratior, & multo magis, quando cum caricis manditur. Traditum autem à plerisque medicis
est hominem à pharmacis lethalibus nihil magnopere læsum iri, si vtrasq; has ante alios cibos cū
B ruta sumpserit. Liquet præterea, ꝙ humida quidem apta ad deiectionem est: sicca vero minus. Ple-
rique autem ventris subducendi gratia cum garo etiam ipsam præsumunt: in quem vsum viridis
est accommodatior, vt quę adstringentis qualitatis minus sit particeps. Quin & siccarum quoq;,
si prius (quod non nulli faciunt) in aqua fuerint maceratæ, facultas viridibus est assimilis.

De Amygdalis. CAP. 29.

A.l. 2. t. 2. cap. 57. fol. 104. g. h — AMygdalę "nihil prorsus habent facultatis adstringentis: sola enim tenuandi facultas ac deter-
gendi in eis præpollet, qua tum viscera purgāt, tum humores è pulmonibus ac thorace, spu-
tis expectorant. Quædam autem ipsarum facultatem habent succos crassos ac lentos incidendi
adeo exuperantem, vt mandi præ amarore nequeant: oleosæ tamen ac pinguis qualitatis, vt nuces,
sunt participes: cuius causa & ipsæ procedente tempore fiunt, vt illæ, oleosæ: minor tamen eis in-
est hæc qualitas, q̃ in nucibus, quo fit, vt tardius q̃ nuces, oleosæ fieri cernātur. Ex his sanè intelligi
potest, ꝙ neque ventri subducendo conferunt, neque corpus multum nutriunt. Quæ vero qualita-
tem amaram habent præpollētem, eæ ad pus & succos crassos ac lentos ex thorace & pulmonibus
expuendos plurimum conferunt. Eorum vero, qui nullam artem ad vitam vtilem excoluerunt,
sed se ipsos appellant Atticos, alij fructum hunc genere fœminino amygdalas enunciari oportere
C contendunt: alij neutro amygdala: ne id ipsum quidem, de quo tantopere contendunt, intelligen-
tes, vtroque nomine apud viros Atticos scriptum esse.

De Pistacijs. CAP. 30.

A.l. 2. t. 2. cap. 269. fol. 129. c — HÆc quidem ad magnam Alexandriā proueniunt, sed multo vberiora in Berrhœa vrbe Sy-
riæ: parum quidem nutrientia, verum ad "hepar roborandum, & succos in ipsius vijs infar-
ctos purgandos vtilia: qualitatem enim habent aromaticam, subamarā, & subastringentem. Scio
autem & alia huiuscemodi pleraque hepati esse vtilissima, quemadmodum in opere de simplici-
bus medicamentis est demonstratum. Porrò non ausim affirmare vllam ex ipsis stomacho accede-
re vtilitatem aut lęsionem insignem: quemadmodum neq; quòd aluum deijciant, aut sistant.

De Prunis. CAP. 31.

RArò inuenias hunc fructum austerum, aut acidum, aut in summa insuauitatem aliquam ha-
bere, cum maturus exactè fuerit: prius enim, quā pruna eò maturitatis peruenerint, omnia
A.l. 2. t. 2. cap. 532. fol. 155. d — propemodum aut acorem, aut acerbitatem, alia amarorem repręsentant. Corpori "itaque ex hoc
fructu minimum alimenti accedit: vtilis tamen est ijs, quibus propositum est ventrem mediocri-
ter humectare ac refrigerare: ipsum autem non aliter, q̃ prędictorum quędam, subducit tum humi-
D ditate sua, tum lentore. Siccatus vero & ipse potest esse vsui, quemadmodum & ficus. Fama est ea
pruna omnium esse præstantissima, quę in Damasco vrbe Syrię nascuntur: secunda autem post
illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam ac Hispaniam nominant, proueniunt: verum hęc qui-
dem nihil adstrictionis prę se ferunt, non nulla verò Damascenorum vel plurimum. Optima autē
inter ipsa sunt, quæ cum mediocri adstrictione magna sunt & laxa: quę autem exigua sunt & du-
ra & acerba, praua sunt, tum si esum spectes, tum si alui deiectionem, quę maxime sequitur ea, quę
ex Iberia afferuntur. Cocta autem in melicrato, in quo plusculum sit mellis, aluum admodum deij-
ciunt, etiam si quis sola ipsa sumpserit, & multo magis, si post ipsa melicratum sorpserit. Perspi-
cuum autem est, quòd ad aluum deijciendam confert post sumpta ipsa vinum dulce adhibere, tem-
poris q; aliquid interponere, non autem statim post prandere. Atque etiam id omnibus, quę al-
uum deijciunt, commune memoria est tenendum, quemadmodum & alia, quę pluribus speciebus
sunt communia, ne de ijsdem sępe audire postules.

De Fructu, quem Serica appellant. CAP. 32.

NE hęc quidem ausim affirmare, quidquam ad sanitatis tutelam, aut morborum profligatio-
A.l. 2. t. 2. cap. 360. fol. 137. d — nem, pertinere. Mulierum .n. atq; infantium effrenatorum est edulium. Quod exigui "est ali-
menti ac concoctu difficilis: &, pręter q̃ ꝙ stomachum non iuuat, paucū ēt alimēti corpi exhibet.

De Cerasijs

De Cerat ijs, id est Siliquis. CAP. 33. E

CEratia, quorum tertia syllaba per litteram t & scribitur & pronunciatur, nihil habet cum cerasijs per s scriptis, similitudinis. Est autem praui succi edulium ac lignosum: quam rem necessario sequitur, vt concoctu sit difficile: nihil enim, quod lignosum est, facile coquitur. Quin etiam incommodum id ipsis inest haudquaquam aspernandum, quod non celeriter deijciantur. Proinde "satius est à regionibus orientalibus, in quibus nascitur, ad nos non importari. A.l. 2. t. 1. ca. 193. fol. 111. e

De Cappare. CAP. 34.

CApparis planta est fruticosa, plurima in Cypro proueniens. Facultas aũt ipsi inest tenuium admodum partium: quo fit, vt, quemadmodum & alia omnia, quæ tenuiũ sunt partiũ, "minimũ alimenti in corpus eorũ, qui ipsis vescuntur, distribuat. Vtimur aũt fructu huius plantę magis vt medicamento, q̃ vt alimento. Sale ẽt conspersus ad nos importatur propterea, ꝙ putrescit, si solus reponatur. Perspicuũ sanè est, ꝙ capparis adhuc viridis quidem prius q̃ saliatur, plus habet alimenti, ex salitura aũt amittit q̃plurimum, omniq; alimento, nisi sal eluatur, prorsus quidem destituitur: aluũ tñ subducit. Quòd si abluatur, & quoad facultatẽ oẽm ex sale deposuerit, maceretur, mi nimi quidem alimenti fiet edulium: erit tñ ceu obsonium ac medicamentum ad appetentiam, quæ collapsa fuerit, excitandam accõmodatum: præterea ad pituitam, quæ in ventre habetur, detergendam ac subducendam, expurgãdasq; lienis & hepatis obstructiones. Vti aũt ad eas res oportet ante alios oẽs cibos ex oxymelite vel oxelæo. Huius etiam plantæ teneros surculos non aliter, q̃ terebinthi, mandunt, virides adhuc, vt huius, in aceto simul & muria aut aceto solo condentes. A.l. 2. t. 1. ca. 138. fol. 115. e F

De Sycomoris. CAP. 35.

PLantam sycomori vidi in Alexãdria vnà cum fructu, paruæ ficui albæ adsimilẽ. Is fructus nullam habet acrimoniam: exiguæ tñ dulcedinis est particeps, estq; facultate, vt mora, humidior quodãmodo, ac frigidior. Quin potius in medio mororum ac ficuũ iure quis ipsum collocarit, indeq; nomen ipsi arbitror esse positũ: ridiculi.n. sunt, qui fructũ hunc ob id aiunt sycomora fuisse nominatum, ꝙ paruis ficubus sit adsimilis. Ipsius autem generatio ab alijs arborum fructibus quodammodo est diuersa: non.n. ex surculis ac germinibus, sed ex ipsis ramis ac stipitibus enascitur.

De Persio. CAP. 36.

HAnc "etiam plantam vidi in Alexandria, ex magnisq; & ipsa est arboribus. Narrãt autem fructum huius apud Persas adeo esse noxium, vt, qui ipsum comederint, interimat: qui tamen, si in Ægyptum transferatur, fit esculentus, manditurq; non aliter, quàm pira & mala: quibus etiam magnitudine conuenit. A.l. 1. t. 1. ca. 22. fol. 101. b G

De Citrio. CAP. 37.

ID quoq; malum Medicum appellant, qui id agunt, vt quæ loquuntur, nemo intelligat, quãuis inter virtutes orationis perspicuitatem numerent. Satius autem fuisset, quam'nam partes citrij habeant facultatem, & quod'nam commodum ex ipso hominibus accedat, inuestigasse, quã anxie huiuscemodi inquirere. Quam ego nũc vestigationem ingrediar, dicamq; huius fructus "tres esse partes, acidam, quæ in medio ipsius sita est: tum autem fructus ipsius velut carnẽ, quæ medium ipsum ambit: & tertiam, quæ est tegumentum extrinsecus circundatum, quod suaueolens est & aromaticum, non odore modo, verum etiam gustu. Iure igitur concoctu est difficile, vt quod durum est ac callosum. Quòd si quis ipso, vt medicamento, vtatur, coctioni non nihil conferet, quo modo & alia omnia, quæ acrem habent qualitatem. Eadem autem ratione, si sumptum parce fuerit, stomacho robur inducit: proinde ipsum comminuentes, succumq; {totum} exprimentes, solent medicamentis immiscere, † quæ per os sumuntur, } quæq; ventrem deijciunt, aut totum corpus purgant. Parte autem fructus acida & non vesca, qua semen continetur, cum ad alia quędam vtuntur: tum sæpe, in acetum imbecillum conijciunt quò ipsum reddant acrius. Pars autem inter duas iam dictas media, quę sanè corpus etiam nutrit, quæq; neq; acidam, neq; acrem habet qualitatem, propter duritiem concoctu est difficilis. Ob eam causam omnes ipsam mandunt cum aceto & garo, vt saporis hebetudinem acuant: fortasse autem, quòd experientia didicerunt, aut à medicis acceperunt, ipsam coqui facilius, si mansa eo modo fuerit. A.l. 2. t. 1. ca. 116. g. h † καταποτοῖς. H

De Fructibus Plantarum Agrestium, inter quos sunt Quercuum Glandes. CAP. 38.

OMnibus hominibus mos est eas plantas vocare agrestes, quæ sine vlla agricolæ industria in agro proueniunt. Siquidem & vites appellant agrestes, quas nullus vinitor procurat, ipsas ablaqueans, aut circunfodiens, aut pullulantia germina extirpans, aut eiusmodi aliquid satagens. Ex quo plantarum genere est fagus, quercus, ilex, cornus, comarus, & aliæ id genus arbores: quemadmodum & frutices quidam, vt rubus, canirubus, acherdus, pirus, & prunus syluestris, quam πρῦμνον apud nos appellant, & qui frutex ἐτιμηλίδας fert. Appellatur autem is fructus in Italia vnedo, stomachoq; nocet, & capiti dolorẽ affert, acerbusq; est admodum cum exigua quadam dulcedine. Cornis quidem, & caniubi fructu, & glandibus, & μεμηκύλοις (sic autem comari fructus appellatur) rustici passim vescuntur: reliquarum vero arborum aut fruticũ fructibus non admodum vtuntur. Cum tamen fames regionem nostram aliquando inuasisset, esset q; magnus glandium ac mespilorum prouentus, rustici in fossis ipsa condentes, hyeme tota & vere primo,

pro

A pro frumentaceis edulijs sunt vsi. Prius autem glandes huiuscemodi, suibus erãt pabulum: Tunc vero, cum eos hyeme nutrire, vt ante consueuerant, non possent, initio quidem mactantes ipsis in cibo sunt vsi: post autem apertis fossis, glandibus vesci cœperunt, varie ipsas ad esum comparantes. Interdum enim in aqua elixabant: & in calidis cineribus celantes, mediocriter assabant: post autem non nunquam comminuentes, pultarium ex ipsis conficiebant: aliàs aqua sola conspergẽtes, sed condimentum aliquod immittentes: aliàs mel affundentes, aut lacti incoquentes. Ab his autem copiosum est nutrimentum, neq; quicquam est eorum, quæ hactenus hoc secundo libro ex
A.l.2. t.2. cap. 279.fol.130.h posui, ei simile: quandoquidem glandes "æque nutriunt, ac frumentaceorum eduliorum pleraq;. Atq; olim quidem (vt aiunt) homines ex ipsis dũtaxat viuebant: Arcades autem, cum reliqui Grę ci fructibus cerealibus vterentur, eas diu in cibo retinuerunt. Alimentum autem, quod ex glandibus corpori accidit, tardi est transitus, ac crassi succi: quas res consequitur, vt ipsæ concoctu sint difficiles. Cæterum μεμήκυλος glande querna ad omnia est deterior, queamodum hæc glande castanearum, quas vocant: Omnium enim glandium hæ sunt præstantissimæ. Sunt, qui hos fructus λοπίμες appellent: hi nanq; inter fructus agrestes & soli alimentũ corpori dant memorabile. Corna enim, & iligna glans, & rubi, & canirubi fructus, brabyla, μεμήκυλα, xinzypha, diosphyra, aly
B cacaba, terebinthi & acherdi fructus, & quæ eiusdem sunt generis, exiguum quidem habent alimẽtum, verum praui succi sunt omnia: præterea non nulla ex ipsis sunt, quæ & stomachum lædant, & cibo sunt iniucunda: Ob id, suum sunt pabulum, & eorum quidem non domesticorum, sed qui vitam in montibus degunt: his enim nutrimentum ab ijs fructibus plurimum accedit.

De Alimento, quod à Plantis ipsis sumitur. CAP. 39.

NOn modo plantarum semina ac fructus, sed etiam integras ipsas sæpenumero mandimus: sæpe autẽ, cum interdum vrget necessitas, radices tãtum, aut surculos, aut nouella germina. Nostrates certe homines, quanquam raparum (quas & buniadas nominant) folia & caulẽ abijcere sunt soliti, non nũquam tamen penuria melioris cibarij ipsa quoq; mandũt. Pari modo in radiculis, & ijs, quæ apud nos nomine vernaculo rhapia appellant: est autem hæc planta (vt sic dicã) agrestis radicula. Ad hæc pyrethron, sion, equapium, fœniculum, scandicen, cichorion, chondrillam, gingidion, daucon, & plurimarum arborũ ac fruticum tenera germina cocta, homines fame adacti sæpe mandunt: quædam etiam nulla vrgente fame, vt qui palmæ verticem mandunt, quem ipsius cerebrum appellant. Quid iam loquar de teneris spinis? manduntur. n. & ipsæ cum aceto
C & garo, nulla cogente fame, est q; cibus hic tolerabilis. Sunt, qui oleum etiã ipsis adijciant, præsertim cum prius in aqua ferbuerint. Vtuntur. n. ipsis bifariam, sæpe quidem crudis, interdum autem & elixis. Porro spinosas plãtas appello, scolimon, atractylida, eringion, cnicon, atragida, & quam spinam albam nominant, præterea speciem alteram chamęleontis: quorum non nulla rustici qdã in acetum muriam've immittentes reponunt, eodem modo, quo rapas, cępas, & quæ vocant ampelopraſa, pyrethron, & alia eiusmodi. Huius autẽ generis sunt cibària, colocasia, & quod abaton nuncupatur. Manifestissimũ autem est, q omnia hæc, præter q; q exiguum corpori dant alimentum, succum ẽt prauum generant. Ad hæc quędam ex ipsis noxam stomacho adferunt, præter (vt dixi) spinas, quæ nunc nuper è terra emerserint. Quæ verò ex ipsis in muriam acetum've inijcientes reponunt, & in totum annum sequentem asseruant, ab ipsa præparatione vim quandam prouocandæ appetentiæ acquirunt, si quis ipsis moderate vtatur: cuiusmodi sunt viticis turiones, & terebinthi. Hæc itaq; in plantis agrestibus numerant: de quibus id communiter nosse sufficiat, quòd omnes praui sunt succi. Quod vero ad domesticas attinet, non communiter, sed priuatim cuiusq; facultatem nosse longe præstantissimum fuerit, & earum potissimum, quibus assidue vtimur: quæ etiam ob id ipsum à nobis expetuntur, quòd ea longa experientia comprobata sunt cæ-
D teris esse pręstantiora. De ijs igitur deinceps verba faciemus, sumpto ab oleribus initio.

*Græcorũ codicum hoc ĩ loco aliq habent κιχόρια, aliqui vero κιβώρια. ex secũdo tamẽ Dioscoridis libro, capite de faba ægyptia videtur legẽdũ esse κιβώτια, idest arculę.

De Lactuca. CAP. 40.

A.l.2. t.2. cap. 441. fol. 144.e MVlti medici, quemadmodũ fructibus autũnalibus ficus, ita hoc olus alijs omnibus antepo-suerunt: succi. n. "est, q̃ alia omnia, laudabilioris. Quod aũt in eo non nulli reprehẽdunt, id maxime est laudandũ: quod si re vera ei inesset, nulli non olerum modo, sed ne optimi quidem ac nutrientissimi succi eduliorum, esset secũdum. Sanguinem. n. aiunt lactucam generare. Alij vero non simpliciter sanguinẽ dicunt, sed multum adiungunt, lactucam sanguinem multum generare affirmãtes. At hi, ẽt si prędictis prudentius ipsam accusant, magis tñ mentiũtur: tametsi id ipsum, quod multum sanguinem generat, nemo potest in ea iure reprehendere: perspicuum. n. est, q cibus is succum haberet omnium ciborum pręstantissimum, si quidẽ suapte natura sanguinem quidem plurimum, aliorum autẽ succorum nullum generaret. Quòd si dixerint ex lactuca plurimum sanguinis aceruari, in eo q; ipsam accusent, facillimum erit, quod obijciunt, emẽdare: cum possint, qui lactucis vescuntur, laborem quidem augere, ipsarum autem esum minuere. Verũ hæc dixisse sufficiat aduersus eos, qui olus hoc non recte vituperant. Scire autem conuenit, quòd, cum olera omnia sanguinem gignant paucissimum ac praui succi, lactuca non multum quidem generat, neque mali succi, non tamen omnino laudabilis. Mandunt autem ipsam, vt plurimum quidem crudam.

crudam: cum aūt æſtatis tempore accingere ſeſe ad ſemen producendū cœperit, in aqua dulci præ E
coctam ſumunt cum oleo, garo, & aceto, † aut cum aliquo ſalſamentorum, cōdimentorum've, * & eorum potiſſimum, quæ cum caſeo parantur. Pleriq; autem prius, q̄ in caulem aſſurgat, ipſa vtuntur, aquæ incoquentes: quod ego nunc, ex quo dentes mihi male habent, cœpi facere. Quidam.n. meorum ſodalium conſpicatus olus id iam olim quidem mihi eſſe conſuetum, nunc vero difficilem habere manducationem, author mihi fuit, vt ipſum coquerem. Ætate autē iuuenili, cum mihi ventriculus bili aſſidue infeſtaretur, lactuca, quò ipſum refrigerarem, vtebar: cum vero ad ætatem declinantem perueni, hoc olus fuit mihi aduerſus vigilias remedio: tunc.n. contra, ac in iuuētute, ſomnum mihi dedita opera conciliabam: graue.n. mihi erat præter voluntatem vigilare, quod mihi accidebat, partim, ꝙ in iuuentute meapte ſponte vigilijs aſſueueram, partim, ꝙ declinantium ætas ad inſomniam admodum eſt propēſa. Itaq; lactuca veſpere commanſa vnicum mihi inſomniæ erat ἀλεξιφάρμακον. Cæterum θριδακίνην nil aliud voco, q̄ quod nunc homines θρίδακα appellāt: quandoquidem apud nos aliud quoddā eſt olus agreſte, quod θριδακίνη nūcupatur, quod in vijs ipſis naſcitur, & locis foſſarum eminentioribus, & præterea herboſis aquoſis've (quę λιβάδας appellant) ac pleriſq; incultis. Exiguum autē eſt id olus, inſtar lactucę hortenſis nunc nuper enatæ, amaroris q; quidpiam præ ſe fert, & multo adhuc magis, dum adoleſcit: vbi autem caulem F iam produxerit, ſaporem amarum habet vel manifeſtiſſimum. Porrò huic lactucæ aliud præterea olus eſt ſimile, quam Chondrillam appellant, quæ citius in caulem aſſurgit, amaritudinem q; habet magis perſpicuam, & lentum quendam ſuccum album q;, cuiuſmodi eſt tithymallorum ſuccus, non tamen acer perinde, vt ille: vtimur q; interdum ipſo ad pilos in palpebris reglutinandos. Hæc igitur olera, quò ab hortenſibus ſecernantur, agreſtia nuncupantur: de quibus paulo ante cōmuniter tradidimus. De lactuca autem hortenſi, quam omnes mandere, & θρίδακα nominare, cōſueuerunt, ſummatim rurſum memorię cauſa repetens, dicam ipſam ſuccum quidem habere frigidū & humidū, non tamen praui eſſe ſucci: quo fit, vt neq; coctione penitus excidat, quo modo reliqua olera: neq; ventrem ſiſtat, quemadmodum etiam non proritat: quæ ipſi iure accidunt, vt quę nihil habeat neq; auſteri, neq; acerbi, à quibus in vniuerſum venter ſiſtitur: quemadmodum à ſalſis & acribus, & omnino ab ijs, quæ vim quandam habent detergendi, ad excretionem incitatur: quorum etiam nihil lactucę ineſt.

† ἢ διά τινος τῶν ὑποτριμμάτων.

* ἡ ἄνω γαστὴρ

De Seri. CAP. 41.

NVm, "quos Romani intybos appellāt, veteres Athenieñſes Seres dūtaxat nominarint, an & alia quędā olera agreſtia, nequeo certò affirmare. Cęterū intybi facultatē habēt lactucis adſi G milem: ſuauitate tn̄, & alijs, quæ ſupra de lactucis fuerunt comprehenſa, ab ipſis relinquuntur.

A.l.2.t.2.cap. 229.fol.124.d

De Malua. CAP. 42.

QVemadmodum θριδακίνη, quę eſt lactuca agreſtis, ab hortenſi, ita malua "agreſtis à ſatiua, eſt diuerſa. Plantę enim congeneres in eo inter ſe diſſident, quòd agreſtis quidem ſiccitate, ſatiua vero humiditate, ſuperat. Porrò ſucco maluæ lentor quidem ineſt, quod lactucæ non ineſt, à refrigerandoq; abeſt perſpicue: id quod etiam ante, quàm edas, intelliges, ſi vtrunq; olus viciſſim calido cuipiam affectui, vt eryſipelati, cataplaſmatis modo applicueris: quod etiam vulgo faciunt, tenera folia diligenter ad exactum læuorem conterentes. Senties enim in hoc cataplaſmate lactucam quidem manifeſte refrigerare: maluam autem calorem quendam habere moderatum ac veluti tepidum. Cæterum hoc olus facile ſubducitur, non modo propter humiditatem, verum etiam propter lētorem, & potisſimum quando quis cum oleo & garo copioſam ipſam ſumpſerit.

Nutrit autem & ipſa mediocriter. Verum ſi trium horum olerum ſuccum comparaueris, betæ quidem, tenuium eſt partium, tergendi q; facultate eſt prẹditus: malue autem, craſſus magis eſt & lentus: lactucæ, inter vtrunq; eſt medius.

A.l.2.t.2.ca. 194.fol.121.e

De Beta. CAP. 43. H

MAluam quidem, vt lactucam, diximus nō modo eſſe ſatiuam, ſed aliam etiam quandam eſſe agreſtem: nulla autem beta eſt agreſtis, niſi quis lapathon ita nominare velit. "Succus autem betarum tergendi vim habet manifeſtam adeo, vt ventrem ad excernendum excitet: & ſtomachum interdum mordicet, pręſertim quibus natura ſenſu exactiore eſt præditus: ob id q; edulium id ſtomacho eſt noxium, ſi largius ſumatur. Corpori autem ab ipſa, vt ab alijs oleribus, paucum alimentum accedit. Verum obſtructum hepar beta magis, quàm malua, aperit, & multo magis, ſi cū ſinapi, aut omnino ſaltem cum aceto, mandatur. Lienoſis item eodem modo ſumpta vtile eſt medicamentum. Iure enim quis ipſam ita manſam medicamentum potius, quàm alimentum dixerit. Videmus q; homines ferè omnia eiuſmodi, obſoniorum non alimentorum vice eſitare: quemadmodum etiam interdum porrum mandunt, & pulegium, thymum, origanum, cępam, pręterea & allium, & cardamum, & alia id genus.

A.l.2.t.2.ca. 636.fol.1672.

De Braſsica. CAP. 44.

HAnc quoq; plerique, vt obſonium, mandunt: medici autem, vt ſiccante medicamento, vtuntur. Dicta autem iam quędam de hac fuerunt in libris de medicamentorum facultatibus, tum etiam libro ſuperiore. Nunc autem ſummatim dicemus ipſius quidem ſuccum facultatem habere

A habere purgatricem: corpus autem ipſum, cōmuni ſiccantium ratione ſiſtere magis, q̃ ad deijciendum incitare. Cum igitur, quæ in ventre continentur, excernere voluerimus, è propinquo caccabo, in quo cocta cum aqua fuerit, extractam ipſam protinus in vaſa, in quibus oleum cum garo paratum fuerit, conijcere conueniet: nihil autem retulerit, ſi ſalem loco gari ſumpſeris. Quod ſi humentem aluum ſiccare voluerimus, priorem aquam, vbi braſſica mediocriter cocta videbitur, effundentes, aliam calidam mox inijciemus, ac deinde rurſum braſſicam, quoad contabuerit, ei incoquemus: quod non facimus, cum ventris deijciendi gratia ſumitur: volumus enim hoc caſu proprium ipſius ſuccum omnem non deponere, ſed, quoad fieri maxime licet, retinere. Porrò nihil, quod coquitur, proprium ſuccū ſeruare omnino poteſt: quin potius omnem abijciat, ſi coctū diutius fuerit. Quin & lēticulam diximus eodem, quo braſſicam, modo oportere parare, vt quæ vtrūq; poſſit efficere, ventris ſubductionē ſcilicet, & cohibitionem. Vocatur aūt, quę ſic paratur, bis cocta & lens & braſſica. Sed & cæpā & porrum, & multo magis ampeloprasum, & allium, & ſi quid aliud à veteri natura ad contrariam velis traducere, ſic parabis, huius ante omnia memor, nihil, quod bis coquitur, oportere neq; aerem, neq; aquam frigidam, contingere: non enim poterit amplius, etiam ſi diutiſſime coxeris, planè tabeſcere: ſed oportet, vt paulo ante diximus, aquam B calidam habere paratā, vt, cum ex priore extraxeris, in illā protinus conijcias. Lens itaq; & braſſica æquali inter ſe menſura ſiccant, ob id q; "viſum hebetant, niſi forte totus oculus humidior fuerit, q̃ naturalis habitus poſtulet. At lens quidē non exiguum corpori dat alimentum, idq; craſſum ac melancholicum, braſſica vero paucum habet alimentum, id q; q̃ lens, humidius, vt quę edulium eſt non firmum, ſed laxum: ſuccum tn̄ habet non probum vt lactuca, ſed prauum & graueolentē. Quòd vero ad vrinas attinet, nihil ipſas (quod ſciam) inſigniter neq; prouocant, neque morātur, Qui perditiſſimā ac falſam doctrinā cōſectantur, olus hoc ῥάφανον contendunt appellari: perinde ac ſi iam cum ijs Athenienſibus, qui ante ſexcentos annos fuerunt, nobis eſſet ſermo, non cum Græcis, qui nunc ſunt, quibus omnibus mos eſt in nulla alia planta braſſicæ nomine vti.

A.l 2.t.2.c.139 fol.115.g

De Atriplice & Blito. CAP. 45.

A.l.2.t.2.cap. 518.fol.152.c

HÆc "ſunt alijs oleribus aquoſiora, &, vt ſic dicam, ἄποια, id eſt qualitatis expertia, magis, q̃ cucurbita, aut ſaltem non minus, cum cocta videlicet fuerint. Sola.n.inter eiuſmodi olera, lactuca vtroq; modo manditur. Quòd ſi quis atriplicis & bliti qualitatem guſtu aſſecutus, braſſicę deinde recordetur, fatebitur lactucam eſſe in medio horum olerum & braſſicæ, qn̄ hæc quidē ſiccat admodum, illa autem omnino ſunt aquea: quo fit, vt non ex ſolo oleo & garo ipſa mandant, C ſed acetum etiam inijciāt: alioquin enim ſtomacho ſunt noxia. Dictum autem nobis fuit, q; olera huiuſcemodi ad facilem deiectionem quodāmodo ſunt propenſa, & potiſſimum, ſi cum humiditate lubricum quiddam habeant: propenſionem tn̄, ac momentum ad inferiorem excretionem habent nō forte, ſed exiguum, propterea, q; nulla qualitas ipſis ineſt acris aut nitroſa, quę ventrem ad excernendum excitet. Manifeſtum porrò eſt, q; alimentum à ſe ipſis corpori præbent exiguum.

De Portulaca. CAP. 46.

A.l.2 t.2.cap. 534.fol.105.f

QVidam portulaca vtūtur, vt cibo: Nutrimentum "autem habet exile, id q; humidum & frigidum & lentum: Vt medicamentum autem, ſtuporem dentium ſanat ſuo lentore morſus experte: De qua fuſius in opere de medicamentis paratu facilibus tradimus.

De Lapatho. CAP. 47.

A.l.2.t.2.cap. 53.fol.104.a

LIcet cuiuis, vt ante diximus, lapathum "appellare betam agreſtem, vt quod non guſtu modo, ſed viribus etiam betæ hortenſi eſt adſimile. Verum cùm beta lapatho ſit ſuauior, idcirco nemo eſt, qui non ipſa libentius veſcatur. Proinde nihil eſt, q; ego plura de lapatho commemorem, cum omnia, quę opus erant, in beta expoſuerim.

De Oxylapatho. CAP. 48.

D VEl nomen ipſum, plantæ huius qualitatem ac vires indicat: eſt enim lapathum acidū. Quòd autem ad lapathum attinet, nemo eſt, qui crudum ipſum mandat, quemadmodum neq; betam: oxylapathum tamē mulieres ruſticæ pica laborantes, interdum & pueri quidam guloſi crudum manducant. Perſpicuum autem eſt, q; olus hoc ex eorum eſt genere, quæ non nutriunt, multo magis, quàm lapathum.

De Solano. CAP. 49.

A.l.2.t.2.cap. 646.fol.168.c

INter "ea olera, quibus veſcimur, nullum noui, quod tātam habeat adſtrictionem, quantam ſolanum. Merito igitur raro quidem ipſo vtimur, vt alimēto, vt medicamento autē, aſſidue. Efficax enim eſt in ijs, in quibus refrigerationis adſtringentis vſus incidit. Minimi autem eſt alimenti.

De Plantis Spinoſis. CAP. 50.

PLeriq; ruſticorum plantis huiuſcemodi è terra nunc nuper emerſis, prius, q̃ ipſarum folia in ſpinas deſinant, veſcuntur, nō crudis modo, ſed in aqua etiam elixis: crudas quidem aceto & garo intingentes, coctis vero p̄ter hęc oleum affundētes. Quòd aūt olera omnia nutrimentum habeant pauciſſimū, & ipſum quidē tenue & aquoſum, dictū ſupra nobis fuit. Spinoſa vero ſtomachum mediocriter iuuant. Inter has plantas ſunt ſcolimos, atractylis, & quam ſpinam albā appellant, dipſacus, cnicus, tragacantha, atragis, & quam pluris, q̃ conueniat, æſtimant, cinara.

De Cinara. CAP. 51. E

OMnes, qui vulgarem consuetudinem fugitant, plantam hanc κύναραν appellant, non per κ & ι, & sed per κ & υ, primam syllabam pronunciantes. Praui aūt succi est edulium, & maxime cum plusculum iam obduruerit: Etenim tunc succum biliosum in se ipsa continet copiosiorē, totam q; substantiam habet lignosiorem: adeo, vt ex ea quidem succus melancholicus: ex ipso autem succo tenuis ac biliosissimus gignatur. Satius igitur fuerit ipsam elixam mandere, sic, vt, si qs cum oleo, garo, & vino ipsam sumat, coriandrum inijciat: sin vero in patina paret, aut frigat in sartagine, hęc semoueat. Multi enim eo modo ipsarum velut capita, quæ spondylos nominant, mandunt.

De Apio, Equapio, Sio, & Smyrnio. CAP. 52.

† Al. insuauiora.

HÆc "omnia vrinas cient: inter quę apium est vsitatissimum & suauius, & stomacho gratius. Equapium autē, & sion, † minus in vsu. Smyrniū vero nō est insolitatum, siquidem Romæ maxima copia vēditur, acrius q; multo est, q̃ apium, & calidius, præterea aromaticon etiam habet quidpiam. Proinde vrinas prouocat valentius, quàm apium, equapium, & sion, menses q; mulieribus mouet. Vere autem caulem producit, qui crudus vescus est non aliter, q̃ folia, quæ hyeme solæ plantę inerant caulem non dum habenti, vt neque tum apium habet. Postea vero accedēte caule, tota planta iucundior redditur, siue quis crudam ipsam, siue elixam mandat, siue cum oleo & garo, siue vinum velit adijcere, siue acetum. Sunt, qui cum aceto solo & garo mandant, quo modo & apium: alij autem olei non nihil ijs adijciunt. Cæterum equapiū & sion cocta mādūcant: vtrūque enim ipsorum crudum, est insuaue. Sunt, qui apium & smyrnium folijs lactucæ mista manducent: nam, cum lactuca olus sit insipidum, succum q; præterea habeat frigidum, non modo suauior sed vtilior etiam redditur, si acrium olerum quoddam assumpserit: ob eam certe causam non nulli erucę ac porri folia, alij ocimi, ipsis admiscent. Romæ autem vulgo iam omnes homines olus id non smyrnium, sed olus atrum nominant: quod forte aliquis omnino ne inter alimenta quidem numerare dignabitur, quemadmodum neq; sion, neq; equapium: sed omnia huiuscemodi statuet ciborum esse opsonia, quemadmodum & cępas, & allia, & porra, & ampeloprasa, & (vt in summa dicam) omnia acria. Huius autem generis est ruta, hyssopus, origanum, fœniculus, coriandrum, de quibus in commentarijs de opsonijs disputatur, qui medicis quidem & coquis quodammodo sunt communes, finis tamen vtrorunq; ac scopus est peculiaris: quandoquidem nos vtilitatem, quæ ex cibis prouenit, spectamus, non voluptatem, quibusdam tamen cibi insuauitas, magna ex parte causa est, quò minus ipsum conficiant: ob eam igitur causam satius fuerit cibos mediocriter condire. Coquorum autem suauitas condimentis vt plurimum vti consueuit adeo prauis, vt ipsa coctioni plus noceant, quàm commodent. G

A.l. 2. t. 2. cap. 55. fol. 104. d F

De Eruca. CAP. 53.

HOc olus manifestissime calfacit: proinde solum ipsum "mandere, nisi lactucę folijs misceatur non est facile. Semen autem generare creditur, & coeundi appetitum excitare. Capiti etiā dolorem infert, pręsertim si quis ipso solo vescatur.

A.l. 2. t. 2. cap. 227. fol. 124.

De Acaliphe, id est Vrtica, quam & Cniden nominant. CAP. 54.

HErbarum "agrestium vna hæc est. Tenuium q; est partium ac virium, vnde nemo ipsa, vt alimento, iure vtitur, nisi fame maxima prematur. Vtilis autem est, vt obsonium ac medicamentum, quod aluum deijcit.

A.l. 2. t. 2. cap. 714. fol. 174. f

De Gingidio, & Scandice. CAP. 55.

† Simile scandici, q est apud nos.

GIngidij maximus est in Syria prouentus: māditur q; † non aliter, q̃ scandix apud nos: stomachum q; admodum iuuat, siue crudum, siue elixum ipsum mādere velis: elixationem autem diuturniorem non tolerat. Sunt, qui ipsum mandant cum oleo & garo, alij autem vinum etiā vel acetum inijciunt, multo q; magis ita stomachum iuuat: collapsam q; appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat. Perspicuum porrò est, q̧ hæc herba medicamentum potius est, quam alimentum: habet enim perspicue adstrictionem, & amarorem non mediocrem. H

De Ocimo. CAP. 56.

Al. καινὴν, i. nouam, vt vertit etiam Ioachimus Gandauus.

PLeriq; hoc quoq; vtūtur, vt obsonio, cū oleo & garo ipsum mandentes. prauioris autē est succi: quæ res impulit quosdam, vt falsa de eo 'prodiderint, affirmantes ipsum celerrime paucis diebus scorpiones generare, si tritum in ollam inanem immitteretur, & potissimum, si quis quotidie ollam ad Solem calfecerit. Verum id quidem falsum est: vere autem ipsum dixeris olus "stomacho esse noxium, praui q; succi, & concoctu difficile.

A.l. 2. t. 2. cap. 10. fol. 160. a

De Fœniculo. CAP. 57.

QVemadmodum anethum, ita "fœniculus interdum sua sponte nascitur: serunt tamen & ipsum in hortis. Vtuntur q; assidue anetho quidem in condimētis, fœniculo autem etiam, vt obsonio: nam apud nos reponunt ipsum eodem modo, quo pyrethrum & terebinthū, componentes, adeo, vt in totum annum sit vtilis: quemadmodum cæpas componunt, & rapas, & alia id genus quorum alia quidem cum aceto solo, alia cum aceto & muria simul componunt.

A. l. 2. t. 2. cap. 274. fol. 129. g

De Asparagis.

A *De Asparagis.* CAP. 58.

VTrum syllaba secunda nominis asparagi per ph sit pronuncianda, an per p, vt omnes nunc proferunt, disquirere nunc non est propositum: hæc. n. scribimus ijs, quibus sanitatē tueri est propositum, non sermonis Attici affectatoribus: qui sanè in eo videntur neq; Platonis scripta, neq; ipsius mentem intelligere. Cum igitur Græci propemodum omnes, teneros caules, quo tempore ad fructus ac seminis productionem augescunt, asparagos per p appellent, ipsorum facultatem exponemus, ijs, qui ipsis vtūtur, quo lubet nomine, appellare permittētes. Multa sanè olera, & in summa plantæ multæ suapte natura huiuscemodi germina producunt quidem, non omnia tamē mādūtur: ob eam causam (vt in alijs antea fecimus) de visitatioribus verba faciemus. Brassicæ igitur germen (quod non nulli κῦμα etiam nominant, arbitror, per contractionem nominis trisyllabi κυήματος) minus, q; brassica ipsa, siccat, tametsi aliorum olerum caulis tēperatura est vt plurimum, q̄ folia, sicciore, potissimum cum iam propè est, vt semen profundant. Dico autē alia olera esse hæc, lactucam, atriplicem, blitum, betam, maluam. Cōtra vero accidit, vt radiculæ asparagus, & rapę, sinapi, cardami, pyrethri, & omnium propemodum acrium & calidorum, sit humidior. Bulbus aūt, & apium, sion, eruca, ocimum, oxylapathum, lapathū, & oēs oleracei generis herbæ
B ante, quàm semen effundant, eiusmodi caulem quendam producunt, qui post semen effusum siccatur, fit q; ad cibum hominibus inutilis. Hęc autem omnia aquæ incocta mandunt cum oleo & garo, pauco aceto adiecto, ita enim iucundiora sunt, stomachum q; magis iuuant. Alimentum tamen paucum dant corpori, & id non boni succi.

De Alio Genere Asparagorum. CAP. 59.

ALiud autem asparagorum est genus, quod in plantis fruticosis prouenit; oxymyrsine, chamędaphne, & oxyacantha. Ab his pręterea alij sunt diuersi, quorū alius regius, alius ἕλειος, i. palustris, nominatur: queādmodū & alius est bryoniæ, ab his diuersus. Omnes autem stomachū iuuant, vrinas q; cient, & parum nutriunt. Si tamen ij belle conficiantur, tanto firmius alunt, quā olerum asparagi, quo ipsi sunt ficciores. Porrò arborum ac fruticum germina inter se quodammodo sunt similia, non tamen omnino eadem: arborum. n. germina sunt lignosiora. Proinde de ipsis quoq; seorsum nobis deinceps est dicendum.

De Germinibus. CAP. 60.

ARborum ac fruticum germina, olerum asparagis proportione respondent. Sunt enim hæc quoq; productiones quædam, cum planta ipsa fructum parat producere: in eo tamen differunt, q arborum quidem stipes (qui cauli oleraceorum & herbaceorum proportione respondet) perpetuo manet: in illis autem caulis est annuus. Omnia igitur arborum ac fruticum germina, aquæ incocta, mandi possunt, præter insuauia quædam ac medicamentosa: cum tamen vulgo alijs cibis præstantioribus affluunt, illis abstinent: vescuntur tamen vrgente fame, nam nutriunt & ipsa aliquantum, si confecta probe fuerint. Omnium autem præstantissima sunt, terebinthi, & viticis, vitis, iunci, rubi, & canirubi, germina. Nostrates autem terebinthi germina in aceto vel muria condentes reponunt.

C

De Discrimine, quod Partibus Plantarum Esculentarum inest. CAP. 61.

OPtarem vera esse, quæ Mnesitheus in ope de alimentis conscripsit. Vniuersalia enim præcepta, si vera sunt, multa paucis verbis docent: quemadmodum, si falsa sunt, multum sunt nocua. Quæ igitur Mnesitheus de partibus plantarum in vniuersum præcipit, hæc sunt: Primum igitur radices omnes concoctu sunt difficiles, turbam q; inferūt: verbi gratia, radiculæ, allia, cæpæ, rapa, & reliqua eiusdem generis. Quorum enim radix, seu quod intra terram prouenit, est esculentū, omnia hęc inter ea, quæ concoctu sunt difficilia, numerantur. Nam, cum radices, sursum omnibus plantarū partibus mittant alimentum, accidit, vt humorem multum in se ipsis colligant, eū q;
D crudum habeant plurimū: neq; enim fieri potest, vt ipse totus sit concoctus, qn, quod coctum est, id perfectum esse videtur. Atqui humor, qui radicibus inest, alibi in partes plantæ distributus coctionem perfectam acquirat, necesse est: partes enim omnes à radicibus alimētū recipiunt: necesse igitur est ibidem humores crudos aceruari: quo loco collecti, coctionē absolutā, q̄ fit in partibus supernis, expectant. Non ab re igitur in radicibus plurimū humoris inconfecti cōtinet. Merito sane & corporibus nostris alimētum ab ijs relinqtur humidū ac turbationis plenū. Hæc tibi Mnesithei est sententia, quæ verbis qdem videtur ꝓbabilis, experientia aūt falsa esse conuincitur. Siquidem radiculæ radicem habent caule ipso ac folijs multo acriorem, similiter & cæpa, ampeloprasum, porrum, & allium. Quòd si betæ quoq;, & maluæ, & rapę, radicem cōparare ad folia volueris, plus virium in ea inuenies: Quemadmodū & in althęæ, quæ agrestis quædam malua esse videtur: nam radix ipsius, vt & betæ, cū tumores multos inflammatos discutiat, facultatem suam indicat: id quod ipsorum folia nequeunt efficere. Quin & plantarū medicamentosarū, quibus radices prædictis sunt similes, folia sunt imbecilliora, vt cyclamini, scillę, ari, dracontij, ac compluriū aliorum: vt enim in alijs plantis substantiæ pars maxima in caule est ac stipite, ita in his in radice: quam radicem ipsarum natura auget maxime, ac nutrit, &, quod in ea probe confectum non fuerit, in folia & caulem excernit. Hæc igitur hyeme radicem habent magnam: vere autem, cum semen parant

producere,caulem proferunt. Videtur aũt natura in animalibus quoq; interdũ totius ſubſtantiæ E
animalis excremento (quemadmodum & Ariſtoteles prodidit) ad partiũ quarundam non neceſ-
ſariarum procreationem abuti: vt in ceruis quidem ad cornua, in alijs aũt animalibus ad pilos ac
ſpinas multas & magnas producẽdas. Tutius itaq; eſt guſtãtem prius atq; olfacientem, ſingulas
plantarũ partes,ipſas per ſe explorare,poſt autem mandentẽ experiri: quandoquidem olfactus ac
guſtus,cuiuſmodi ſaporem ac odorem pars plantę habeat, edocentes, cũ ijs etiam temperamentũ
omne ſtatim oſtendũt. Experientia aũt,ſi modo quis ipſam cũ proprijs limitationibus fecerit, fa-
cultas ipſa plane inuenitur.Interdũ etiam cũ ijs, ipſius plantæ conſiſtentia cũ ſucco, qui ipſi ineſt,
indicat: quædam enim ſuccũ habent humidũ quendam & aqueũ,aliæ craſſum vel lentũ. Quos ẽt
ſuccos priuatim rurſum guſtare conueniet: quidam enim ex ipſis ſunt acres,aut acidi, aut amari,
alij ſalſi: quemadmodum & quidã ipſorũ ſunt auſteri,alij acerbi,alij aquei,aut dulces. Non eſt igi
tur audiendus Mneſitheus, tanquam verum in vninerſum dicat, ſed potius ſingulæ plantarum
partes,ipſæ per ſe experientia examinandæ.

De Rapis. CAP. 62.

HVius plantę (quam γογγυλίδα aut βουνιάδα appelles,licet) oleraceum quidem eſt,quod ter
ra extat: Radix autem,quæ terra continetur,dura quidęm eſt,niſi coquatur, & non eſculẽta: F
aquæ aũt incocta,nulla plantarũ congenerũ minus nutrit. Hãc quoq; varie vulgo apparãt, adeo,
vt in muria vel aceto condentes,in totum annum ipſa vtantur. Succũ aũt in corpus diſtribuit me
diocri craſſiorẽ: proinde,ſi quis ipſa liberalius veſcatur,ſuccũ crudũ,quẽ vocãt, aceruabit, potiſſi
mũ ſi ipſam minus iuſto in ventriculo confecerit. Quod vero ad ventrẽ attinet,nemo ipſam neq;
deijcere,neq; ſiſtere dixerit,præſertim cũ cocta belle fuerit. Coctionem enim diuturniorem poſtu
lat: ea q; eſt laudatiſſima,quæ cocta bis fuerit,quemadmodum prius de eiuſmodi præparatione do
cuimus.Quòd ſi ſumpta crudior fuerit,concoctu eſt difficilior ac flatulenta, ſtomacho q; noxia:
non nunquam autem & ventrem mordicat.

De Aro. CAP. 63.

MAnditur & huius plantę radix eodem modo,quo rapi. In quibuſdã aũt regionibus acrior
quodammodo prouenit,vt propè ad dracontij radicem accedat. Et dũ ipſam coquis, prio-
re aqua effuſa,in aliam calidam conuenit conijcere: quẽadmodũ in braſſica ac lẽte diximus: ad Cy
renen aũt plãta hęc à noſtrate eſt diuerſa.Nã in illis locis Arum minime eſt medicamentoſum &
acre,vt rapis etiam ſit vtilius: idcirco hanc quoq; radicem in Italiam aduehũt, vt quæ longiori tem
pore imputris & ſine germine poſſit ꝑdurare. Perſpicuũ aũt eſt,ꝙ talis in cibo quidẽ eſt præſtan- G
tior: ſiquis tñ humores craſſos vel lentos in thorace & pulmonibus collectos tuſſi velit eijcere,
acrior ac medicamentoſa magis,eſt præferenda. Manditur autẽ & aquę cum ſinapi vel aceto in-
cocta,cum oleo & garo,atq; etiam cũ condimentis,quæ Gręci ὑποτρίμματα nominant, ſale q; &
ijs,quæ ex caſeo parantur. Non obſcurum etiam eſt,ꝙ ſuccus, qui ex ipſa in hepar & totum cor-
pus diſtribuitur,ex quo animalia aluntur,craſſior quodammodo eſt,quemadmodum de rapis di-
ximus: potiſſimum cum radices ipſæ qualitatis medicamentoſæ fuerint expertes: cuiuſmodi ſunt,
quæ Cyrenis afferunt. Quandoquidem apud nos in Aſia Arum magna ex parte eſt acrius,facul-
tatem q; habet iam medicamentoſam.

De Dracontio. CAP. 64.

HVius quoq; radicem bis ter've elixantes,quoad medicamentoſum omne depoſuerit,nõ nun
quam exhibemus mandendam,quẽadmodum & ari,quãdo humores "craſſi & lenti, qui in A.l.2.t.2.cap.
thorace ac pulmonibus habentur,vi maiore indigent. Commune autem id in omnibus cibarijs 43 2.fo.147.c
memoria eſt tenendum,ꝙ acria quidem & amara,ſi edantur,corpus parcius nutriunt: inſipida au-
tem & ijs adhuc magis dulcia,multum: & multo magis,ſi compactam habeant ſubſtantiam, vt ne
que humida ſint conſiſtentia,neq; craſſa,neq; laxa. Hęc certe ſi perpetuo memoria tenueris: & prę H
terea attenderis,num ſingula quæ explorantur,dum elixantur,aut aſſantur,aut in ſartagine paran
tur,ſuæ qualitatis vehementiam deponant: nihil erit,quod à me de omnibus ſpeciatim audire de-
ſideres: ſed (quod in alijs feci) ea potiſſimum exponam,quibus aſſidue veſcimur.

De Aſphodelo. CAP. 65.

RAdix "aſphodeli & magnitudine & figura & amarore ſcillę radici quodãmodo eſt ſimilis. Si A.l.2.t.2.cap.
tñ,vt lupini,paretur,maximã partẽ ſui amaroris deponit: in eo q; à ſcilla diſcrepat.nam ſcillæ 73.fo.107.d
qualitas difficillime eluitur. Heſiodus certe aſphodelũ laudat,cũ ſic ait. Nec quanta in malua atq; »
aſphodelo ſint bona,norunt. Equidem noui quoſdam ruſticos, qui graſſante fame vix tandem »
compluribus elixationibus lotionibus macerationibusq; in aqua dulci eſculentam ipſam reddide-
rint. Porro hęc quoq; radix,quemadmodum & dracontij,facultatem habet tenuandi atq; aperien
di. Proinde quidam pro ſummo remedio ipſius aſparagum ictero laborantibus exhibent.

De Bulbis. CAP. 66.

BVlbi quoque eiuſdem cum prædictis ſunt generis. Manditur enim ipſorum radix ſine fo-
lijs,vere autem interdum & aſparagus. Facultatem autem habet in ſe amaram & auſteram, A.l.2.t.2.c.85.
eam q; inſignem: vnde etiam "ſtomachum exolutum, ad appetendum quodammodo excitat. Et fol.109.d.
quanq;

A quanq̃ corporis substantiam habeat crassiorem ac lentam magis, nõ tñ aduersatur ne ijs quidem, quibus ex thorace ac pulmonibus aliquid conuenit expuere: sed, cum amaritudo ipsa suapte natura, crassa ac lẽta incidat, crassitiei aduersatur, queadmodum in commentarijs de medicamentis docuimus. Quapropter, si elixi bis fuerint, magis quidẽ nutrient: verum, cum amarorem omnem iã deposuerint, aduersabuntur ijs, quæ sputo sunt ejcienda. Melius autem tunc fuerit ipsos ex aceto oleo, & garo mistis, mandere: suauiores enim sic quidẽ fiunt, & magis nutriẽtes, flatus q; magis expertes, ac concoctu faciliores. Quidam autem ex ipsorum esu liberaliore semen sibi inauctum, se q; ad venerem alacriores redditos manifeste senserunt. Varie autem ipsos vulgo apparant: nã non modo in aqua elixos, vt dixi, mandunt, verum etiam patinas ex ipsis varie condiunt. Sunt, qui & frixos, alij assos super prunas, mandunt. Verum hi quidem diuturnam elixationem non sustinent, sed exigua admodum sunt contenti. Quidam autem austeritate ipsorum atq; amarore seruatis delectati, omnino non elixant: incitant enim ipsos magis ad cibum capessendum: iuuabuntur tamen, si duos aut tres dies ipsis, vt appetentiam excitantibus, vsi fuerint: quod si ijs ita paratis largius vtantur, & potissimum, si (vt solent) crudiores sumant, in cruditatem rursus incident. Sunt, qui flatus etiam & tormina, nisi belle fuerint concocti, inferant. Cæterum alimẽtum, quod
B ex ijs ita mansis fit, non boni est succi: ex ijs autem, qui plurimum, aut, vt diximus, bis elixi fuerint, succus gignitur crassior quidem, verum præstantior alioqui, & qui valentius nutriat.

De Pastinaca, Dauco, & Caro. CAP. 67.

HOrum quoq; radices manduntur: minus tamen, q̃ rapæ & arum Cyrenaicum, nutriunt. Calfaciunt autẽ insigniter, & aromaticon quiddam ostentant: cæterum, quo modo & alijs
A.l. 2. t. 2. ca. 287.fol.131.f radicibus, conficiendi difficultas ipsis inest. Vrinam autem "cient: &, si quis ipsis copiosius vtatur, vitiosum succum, mediocriter gignent. Cari tamen radix melioris est succi, quàm pastinacę. Quidam autem pastinacam agrestem, vocant daucum: qui vrinam quidem mouet potentius, medicamentosior tamen iam est, multum q;, si quis eo vesci velit, est elixandus.

De Tuberibus. CAP. 68.

A.l. 2. t. 2. cap. 688.fol.171.f HÆc "quoq; radicibus aut bulbis sunt annumeranda, vt quæ nullam qualitatem habeant insignem. Proinde, qui ipsis vtuntur, vtũtur ad condimẽta excipiẽda, quemadmodum & alijs quæ vocant insipida, & innoxia, & ad gustum aquosa. Quibus omnibus est commune, vt alimentum, quod ab ipsis in corpus distribuitur, nullam insignem habeat facultatem, sed subfrigidũ quidem * sit, crassitie vero quale id ipsum est, quod sumptum fuerit. Crassius quidem est, quod ex tube
C ribus: humidius autem ac tenuius, quod ex cucurbita: atq; in alijs proportione.

* *Oribasius 2 collect. 24, habet, μὴ θερμαίνειν, i. non calfaciat.*

De Fungis. CAP. 69.

A.l. 2. t. 2. ca. 268.fol.129.b EX fungis "boleti, si belle in aqua elixi fuerint, propè accedunt ad cibos insipidos: non tñ sic solis ipsis vt vulgo vtuntur, sed apparant varie, & cõdiunt, vt alia omnia, quæ nulla insigni qualitate sunt pręd ita. Alimẽtum autem ex ipsis est pituitosum, & frigidum videlicet, praui q; est succi, si quis ipsis largius vtatur. Omnium igitur fungorum hi minimum sunt noxij. Secũdi aũt post hos sunt amanitæ. Reliquos vero tutius est omnino ne attingere quidem, multi enim ex ipsorum esu interierunt. Equidem noui quendam, cui post boletorum non satis elixorum (qui innocẽtissimi esse putantur) vsum largiorem, os ventriculi "pressum ac grauatum coarctatumq; fuit, diffici
A.l. 4. f.6. t. 1. c.10.fol. 494.f lem q; habuit respirationem, & in animi deliquiũ incidit, sudorem q; frigidum sudauit: ac demũ seruari ægre, sumptis ijs, quæ humores crassos incidunt, potuit: cuius generis est oxymeli ipsum per se, & cum hyssopo & origano ipsi mediocriter incoctis. Is enim, tum hoc à quodam accepit, tum nitri spumam ipsis inspersam: post quæ fungos, quos comederat, vomuit, qui iam quodammodo in succum pituitosum frigidum q; admodum ac crassum erant mutati.

De Radicula. CAP. 70.

D VRbani quidem homines solam ipsam crudam vt plurimum, ante alios sanè cibos, cum garo alui dejciendæ gratia mandunt: quidam autem aceti quidpiam admiscẽt. Rustici vero cum pane sępenumero vescuntur, vt alijs obsonijs, quæ sua sponte proueniunt: in quibus est origanũ viride, & cardamũ, thymus, satureia, pulegium, serpyllum, menta, calaminthe, pyrethrum, & eruca. Omnia enim hæc viridia, obsonia sunt esculenta, manduntur q; cum alimentis, sunt q; ex genere plantarum herbacearum. Radiculę autem caulem etiam ac folia mandunt, sed coacti potius, q̃
A.l.2 t.2.c.574 fol.160.g.h. voluntarij. Radix "tamen ex ijs est, quibus assidue vescimur, est q; obsonium magis, q̃ alimẽtum: nimirum quę & ipsa cum manifesta calfactione attenuandi habet facultatem: nam qualitas acris in ipsa superat. Vere autem caulem quendam, qui in altum assurgit, gignere consueuit, quemadmodum & alia omnia, quę caulem sunt productura. Quem caulem elixantes mandunt cum oleo & garo & aceto, vt rapæ caulẽ, ac sinapi, & lactucæ: nutrit q; magis caulis iste, q̃ cruda radicula, vt qui in aqua acrimoniam omnem deponat: paucissimum tamen & ipse habet alimentum. Quidam autem non caulem modo, sed & radiculas ipsas, elixantes mandunt non aliter, ac rapas. Mirari q; subit eos medicos, atq; idiotas, qui post cœnam, coctionis iuuandę gratia, crudas ipsas elitant: ipsi quidem hanc rem experientia satis sibi exploratam esse affirmant, qui tamen ipsos sunt imitati, omnes læsi fuerunt.

De Cæpis, Allijs, Porris, & Ampeloprasis. CAP. 71. E

HArum quoq; plantarum radices quidem vulgo frequentissime esitant, caulem autem raro & folia, quę & ipsa proportione radicum acrem "admodum habent facultatem. Corpus calfaciunt: &, qui in ipso sunt, humores crassos tenuant, lętos q; incidunt. Si tamen bis ter've fuerint elixa, acrimoniam quidem deponunt, tenuant tamen adhuc, & alimentum corpori dant paucissimum, quod certe prius, q̃ elixa essent, omnino non dabant. Cæterum allium quidē mandunt, non vt obsonium, sed vt salubre medicamentum, quod digerendi, & obstructiones aperiendi habet facultatem. Quod si elixum paulū fuerit, adeo vt acrimoniam deposuerit, vires quidem habet imbecilliores, succi autem prauitatem nō amplius retinet. Quemadmodum nec porra quidem, nec cæpæ, cum elixa bis fuerint. Ampeloprasa vero tantum à porris dissident, quantum in alijs omnibus cōgeneribus agrestia à domesticis differunt. Quidam autem in totum annum sequentem, vt cæpas aceto condientes, sic & ampeloprasa reponunt: fiuntq; in cibo præstantiora, ac minus habēt vitiosi succi. Abstinendum tamen ab assiduo vsu omnium acrium: & potissimum cum is, qui ipsis vescitur, natura fuerit biliosus. Solis enim, qui vel succum pituitosum, vel crudum & crassum ac lentum aceruarint, cibi eiusmodi sunt accommodati. A.l.2.t.2.c. 119 fol. 112.cd

GALENI DE ALIMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER TERTIVS F

ARGVMENTVM LIBRI

De Alimentis, quæ ex Animalibus parantur: Ac postremo de Melle, de Vino, de Sale condiendis, ad Medijs edulijs, pertractat.

Propositum Libri. CAP. 1.

REliquum autē fuerit, de alimento, quod ab animalibus sumitur, pertractare: Quod non paucas habet facultatum differētias, tum in partibus: tum in quibusdam, quæ in partibus ipsis continentur, aut generantur: cuius generis sunt oua, lac, caseus, butyrum, & sanguis.

De Alimento, quod à Gressilibus Animalibus sumitur. CAP. 2. G

PArtes animaliū omnes non eadem facultate sunt præditæ: sed Carnes quidē, cū probe cōcoctæ fuerint, optimū gignunt sanguinem, & potissimū, si eæ animaliū boni succi fuerint, cuiusmodi est suū genus: nam Partes neruosæ iusto sunt pituitosiores. Oīum itaq; ciborū, suū caro "potētissime nutrit. Cuius rei athletę certissimū tibi præbent indiciū. Si.n. paribus exercitationibus parē molē alterius cibi diē vnā comederint, postero die statim sentiēt sese redditos imbecilliores: quod si pluribus deinceps diebus id fecerint, nō imbecilliores modo, verū ēt alimenti penuria macilētiores palàm conspiciunt. Idem etiam de eo, quod dicimus, potes in pueris, qui in palęstra sese exercent experiri: & in alijs, qui quālibet actionē fortem ac vehementē (cuiusmodi est fodientium) obeūt. Porrò "carnes Bubulæ alimentum quidem & ipsæ corpori suggerunt non mediocre, neq; dissipatu facile: sanguinem tū generant, q̃ conueniat, crassiorem. Quod si quis temperamēto naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholico prehendetur, si largius his vescatur. Affectus autem melācholici sunt, cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine, melācholia nominatur. Lien aūt quibusdam à tali succo intumuit: quam rem καχεξία id est prauus habitus, & hydropes sæpenumero sunt consecuti. Cæterū, quantum carnes bubulæ totius suæ substantię crassitie suillam superant, tanto suillę bubulas lentore antecedunt. Cæterū ex suum carnibus, hominibus quidem ætate florentibus, fortibus, & q sese multū exercent, suū ętate florentiū carnes ad coquendum sunt præstantiores, q̃ bubulæ: alijs vero suū adhuc increscētiū. Porrò, quemadmodum ex suibus, qui ætate sunt florenti, ijs iuuenibus, qui bono corporis sunt habitu, conueniūt, sic & boum, qui nōdum florentē ætatē attigerunt: Bos.n. temperamento est, q̃ sus, multo sicciore: quemadmodum & vir ætate florens, q̃ puer. Iure igitur ijs animalibus, quæ natura temperamento sunt siccio re, adolescens ętas ad mediocritatē ipsam confert: humidiorū vero natura, quod sibi ad probam ac conuenientē temperiem deest, ab ætate florenti assumit. Nō modo itaq; Vituli carnes habent ad conficiendū perfectis bobus præstantiores, sed ēt Hœdi capris. Capra nanq; temperamento minus, q̃ bos, est sicca: si tū {homini &} sui cōparet, multum superat. Suillę aūt carnis similitudinē cū humana ex eo poteris intelligere, q quidā carnes humanas pro suillis sine vlla in gustu vel olfactu suspicione comederūt: id enim ab improbis hospitibus, & alijs quibusdam factum fuisse iam compertum est. Merito igitur porcelli alimentum nobis prębent tanto magnis suibus excrementosius, quanto ipsis sunt humidiores: merito minus etiam nutriunt: nam alimentum humidius, vt distribuitur, ita etiam discutitur celerius. Cæterū Agni carnem habent humidissimam, ac pituitosam: A.l.2. t. 2. cap. 145. fol. 116. d A.ibidem. H

*Non sunt in græcis exemplaribus nec ī alijs interpretibus. & omnino tollenda hæc verba.

*Cod. quidam græcus vetustius non habet hæc verba.

A.ibidem.c A ac pituitosam: Ouium vero excrementosior est, ac succi deterioris. Caprarum quoq; caro præter succum vitiosum, acrimoniam etiam habet. Hircorum autem tum ad coquendum, tum ad succũ bonum generãdum est deterrima: hanc sequitur, Arietum: post, Taurorum. Porrò in his oĩbus
A.ibidem. carnes castratorũ sunt præstãtiores: Senum autem pessimæ tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum, tum ad nutriendum: quemadmodum & sues ipsi, qui, quanq̃ temperamento sunt humidi, cũ tñ iam senuerint, carnem habent, non nunq̃ siccam, ac concoctu difficilem. Ad hæc caro leporum sanguinem quidem gignit crassiorem, sed melioris succi, quã bubula & ouilla. Ceruina autem non minus ijs succum vitiosum generat, ac cõcoctu difficilem. His agrestium Asinorum bene habitorum ac iuuenum caro est propinqua. Sunt tñ, qui & asinorũ domesticorum, vbi senuerint, carnes mandant: quæ pessimi sunt succi, ac concoctu difficillimæ, stomachum q; lædunt: & præterea inter edendum sunt insuaues, quemadmodum Equorum ac Camelorũ carnes, quibus & ipsis homines animo & corpore asinini ac camelini vescuntur. Sunt, qui & Vrsis, & ijs adhuc deterioribus, Leonibus, ac Pardis vescantur, semel aut bis elixantes. Quid autem sit bis elixare, dictum nobis ante fuit. Quid iam loquar de Canibus (quos & ipsos iuuenes, ac pingues, & potissimum cum fuerint castrati, apud quasdam gentes frequentissime mandunt) cum multi sint,
B qui Pantheris, vt & Asinis bene habitis, cuiusmodi sunt agrestes, vescãtur? Hæc quidem non manduntur modo, sed à quibusdam etiam medicis laudantur. Vulpium autem carnibus autumno venatores apud nos vescuntur, tunc enim vuarũ esu pinguescũt. Porrò animalia omnia, quibus alimenta propria affatim suppetunt, longe seipsis in cibo euadunt pręstantiora: quemadmodum deteriora fiunt, quibus ea minus adsunt. Proinde, quæ herbas è terra emergentes, aut arborum surculos, aut germina depascunt, ea omnia, cum his abundant, habitiora sunt, ac pinguia, nobis q; alendis accommodatiora. Eaque de causa, quibus herbas altiores pasci est naturale, hyeme, vere primo ac medio fiunt gracilia, ac praui succi. Vt boues, qui procedente tempore manifesto fiunt obesiores succi q; melioris, cum herbæ augentur, ac densescunt, & ad semen producendum festinant. Quæ vero animalia humili herba nutriri queunt, ea primo ac medio vere sunt præstantiora, vt oues: æstate autem prima ac media capræ, cum scilicet fruticum germina (quibus capræ vesci solent) sunt frequentissima. Cum igitur me animalium species inter se comparantem audiueris, dictum meum experientia examina ac diiudica atq; expende, non animal quod bene nutritum fuerit ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparans, neq; adolescens seni, iniquũ enim ac malum est id iudicium: sed, quod in vnaquaq; specie ac genere, aut quocunq; modo appellare
C velis, optime est dispositum, alteri, quod sit eiusmodi, cõferens. Nõ igitur amplius opus erit pluribus exequi animalia omnia, quæ apud singulas gentes proprie nascuntur. Cuius generis est in Iberia animalculum, quod lepori est simile, quod q̃ Cuniculum nominant. In Lucania autem Italię regione, quod inter vrsum ac suem quodammodo est medium. Ceu aliud quoddam inter agrestes mures, & quos glires nominant, est medium, quod in eadem Italiæ regione, & alijs plerisque locis manditur. Quæ.n. ex eiusmodi animalibus bene sunt nutrita, ac plane pinguia, ea, experientia explora, præparandorum ipsorum rationem, quã incolæ experientia didicerunt, ab ipsis audiens ac discens. Qualis autem singularum præparationum sit facultas, iam à nobis discas, licet. Quæ nanque assantes, aut in sartagine frigentes mandunt, ea corpori siccius dant alimentũ. Quę vero in aqua præcoquũt, humidius. Quæ in patinis condiuntur, inter hæc media sunt, quanquã & illa ipsa pro modo conDituræ, inter se multum discrepant. Siquidem, quę vinum, aut garũ habent copiosum, ea sunt alijs, quæ ea non habent, ficciora. Rursus, quæ exiguam quidem illorum portionem, aut sapæ (quam hepsema quidam nuncupant) ampliorem habent: aut in simplici, ac plebeio albo q; appellato iure elixa sunt: ea prædictis longe sunt humidiora. Quæ aũt in sola aqua coquuntur, ijs quoq; adhuc sunt humidiora. Maximum præterea in præparatione discrimen accidit pro
D eorum, quæ inijciuntur, facultate, vt cum omnia siccant quidem, sed alia magis, alia minus. Sunt porrò hęc, ex seminibus quidem anethum, apium, carum, lybisticum, cuminum, & alia quędam id genus. Ex plantis vero ipsis porrum, cæpa, anethũ, thymus, satureia, pulegium, mẽtha odorata, origanum, & alia huiusmodi ad obsonatricem commentationem pertinẽtia, de qua nũc disserere nõ est propositum. Quemadmodum autem modo pręcepimus, cum animalium differentia inquiritur, quæ optimo sunt habitu, esse comparanda, ita nunc quoq;, quæ pulcherrime sunt præparata, conferantur. Hęc itaq; de pedestrium animalium carne audiuisse sufficiat: de aliarum autem partium facultate deinceps, cum sermonem de limacibus absoluerimus, sumus tractaturi.

De Limacibus. CAP. 3.

PErspicuum quidem est, q; neq; inter volatilia, neque inter aquatilia hoc animal est numerandum. Quòd si inter pedestria ipsius non meminerimus, nihil prorsus de limacium alimento dicturi sumus: quod iniquum fuerit silentio prætermittere, quemadmodum vermes, qui in lignis nascuntur, viperas alios q; serpentes, quibus in Ægypto & apud alias quasdam gentes vescuntur: neq; enim illorum quisquam hæc nostra lecturus est: neq; nos, quæ apud illos sunt esculenta, vnq̃ comedemus. Limaces vero Græci omnes quotidie mandunt, carnem quidem duram habentes, eo q; concoctu difficilem, sed quæ confecta, potentissime nutriat. Succus autem ipsis inest, qui

ventrem subducit, quemadmodum & ijs, quibus testa pro cute est: Quapropter quidam oleo, garo vino q; ipsas condientes, eo iusculo ad aluum deijciendam vtũtur. Quòd si huius animalis carne, vt cibo solo esculento, vti velis, vbi prius in aqua elixaris, in aliam aquã transferas, in qua rursus elixabis: tum demum condies, ac tertio elixabis, vsq; dum caro tota intabescat. Hoc enim modo præparata aluum quidem sistet, sed alimentum corpori dabit non contemnendum. E

De Animalium Pedestrium Partibus Excarnibus. CAP. 4.

PEdestrium animalium partes excarnes homines mandũt, pedes, rostra, & aures: Eas q; vt plurimum in aqua elixas mandunt cum aceto & garo: nõ nunq̃ autem & sinapi: quidam autem ex oleo & garo, vinum affundentes: sunt, qui cum oleribus, aut in aqua elixis, aut in patinis conditis. Porcellorum autem pedes ptissanæ elixæ iniecti, aptissimi sunt, tum vt illam meliorem efficiant: tum vt ipsi molliores reddantur, & ob id ad elaborationem, quæ in ore fit ac ventriculo, meliores. Nõ parua tamen est & in præparationis modo differentia, non modo in partibus animalium excarnibus, sed in alijs etiam omnibus: quam fusius in opere de Arte Obsonandi explicabimus. In hoc autem opere, tantum vniuersales partium ipsarum differentias exponimus, ipsas inter se (vt diximus) ita comparantes, vt si omnes ad eundem modum paratæ essent: iusta enim est hæc comparatio. Partes igitur corporis extremæ, vt pinguedinis, ita substantiæ carnosæ, habent minimum: neruosa enim ac cutacea natura in ipsis prępollet: non tamen tales hi nerui cutis've sunt, quales in reliquo sunt corpore, nam in excarnibus magis sunt exercitata, eo q; etiam magis lenta. Etenim neruus omnis ac cutis, dum elixantur, ad huiuscemodi naturam deueniunt. Quare merito corpus quidem minus alunt, ob lentorem tamen per aluum facilius deijciuntur. Meliores autem sunt suum pedes, q̃ rostrum: quemadmodum hoc auribus est præstantius, hę enim constãt sola cute ac chartilagine. Chartilago porrò in perfectis quidem animalibus omnino confici non potest: in ijs vero, quæ adhuc augescunt, si in ore bene læuigata, & in ventriculo confecta fuerit, paucum alimentum corpori dabit. Eadem autem est eius, quod dicimus, in alijs animalibus proportio. Quanto enim eorum carnes alimenti bonitate, suilla sunt inferiores, tanto illorum partes excãrnes partibus suum excãrnibus sunt deteriores. Cæterum illud nequaquã arbitror quenquã latere, quòd partes neruosas voco eas, quæ pedibus insunt, ad similitudinem eius, qui proprie neruus nominatur, qui q; ex cerebro ac spinali medulla originẽ ducit. Quæ autem in partibus excãrnibus neruosa sunt corpora, ad similitudinem quidem ita nominantur: sunt autem ossium ligamenta, sensus expertia, & præterea tendones quidam. F

De Animalium Pedestrium Lingua. CAP. 5. G

PEculiaris "quędam huic parti inest substãtia: carnem enim habet fungosiorem, ac sanguineã magis. Musculi.n. carnes sunt exactę, & potissimum ipsorum partes mediæ: nã multi in suis ipsorum finibus in magnos tendones desinunt, quos pleriq; medicorum aponeuroses musculorum nominant: quos longe maximos musculi generant, qui ad artuum fines pertinent: quin & musculi quidam capita habent neruosa. Et ipsius linguæ, quam coci è suibus eximentes elixant, corpus quidem proprium caro quædam est fungosa, vti diximus: nõ tñ eam eximunt solam, neq; elixant, sed simul cum musculis, qui in ipsam inserunt: vt plurimum vero etiam cum epiglottide, & larynge, & glandulis quę illic sunt, tum ijs quæ linguæ sunt propriæ saliuam q; generant, tum ijs quæ sunt ad paristhmia ac laryngem. Præterea venę & arteriæ & nerui, linguæ cum alijs carnibus sunt communia: illa enim vnà cum carnibus manduntur, nisi q; in hac particula tria hæc vasorum genera plura sunt ac maiora, q̃ pro portione magnitudinis. Quæ porrò facultas sit alimenti, quod à glandulosis corporibus sumitur, deinceps audito.

A.l. 3. f.6. c. 1. fol. 244. e

De Glandulis. CAP. 6.

QVantum lingua à carnis substantia, tantum glandulæ à linguę substantia, recesserunt: non tamen omnes ęquali omnino ab ea distant interuallo. Sed, quę illi adiacent ac contingunt, ijs quadãtenus sunt similes, quæ in mammis habentur, quando saltem eæ lacte non dum refertæ fuerint. Non enim glandulæ mammillares perpetuo suo munere funguntur, vt cùm aliæ propemodum omnes, tum autem eæ quæ sunt ad linguam: natura enim eas linguæ comparauit ad saliuam generandã: mãmillares vero post fœtum conceptum fiunt raræ ac laxæ, & lacte plenæ. At, quo tempore lacte carent, contrahuntur ac densantur, tm̃ à se ipsis differentes, quantum permadidæ spongiæ ἀπὸ τῶν σκελετευομένων: sic enim spongias appellãt, à quibus cũ humorẽ omnẽ expresserint, circũdatis vinculis ipsas constringunt, totum q; ipsarum corpus cogunt. Sunt autẽ & circa larynga ac pharynga huiusmodi quædam glandulæ, sicut & in mesenterio: verum hæ quidem sunt exiles, eo q; vulgus ipsum latent: Quę vero sunt ad paristhmia ac larynga, magnę sunt ac conspicuæ. Sunt & aliæ exiguæ in multis corporis partibus, vasorum diuisiones firmantes ac fulcientes. At glandula illa, cui thymo nomen est, haudquaq̃ est exigua, sed in nuper natis animãtibus est quàm maxima, increscentibus autem illis ipsa decrescit. Omnibus autem ipsis illud est commune, vt suaues in cibo ac friabiles appareant. Mammillares vero, cum lac habent, de ipsius etiam dulcedine quidpiam prę se ferunt: quapropter hæ glandulæ, cum lacte sunt plenæ, summopere à gulosis expetuntur, præcipue suillæ. Alimentum autem, quod ex ijs probe quidem in H

ventriculo

A ventriculo concoctis, prouenit, prope sanè ad carnium alimentū accedit: Quòd si minus, q̄ sat est, sint cōfectæ, succum crudum aut pituitosum generant: humidiores quidem pituitosum, duriores vero crudum: de quo ante diximus. Testes autem, cum ex genere sint glandularum, non perinde tamen laudabilis sunt succi, vt mammillares: sed habent virosum quiddam, seminis quod generāt, naturam referentes, ceu renes, vrinæ. Atq; etiā animalium gressilium testes ad coquēdum longe sunt difficiliores. Nam gallorum gallinaceorum altiliū testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori præbent alimentum. Glandulæ item collo vesicæ adiacentes, propè ad testium naturam accedunt. Sunt, qui renes quoq; inter glandulas annumerent: hi nanq; glandulosum quiddam habere ipsis videntur. Verum prauí admodū sunt succi, & concoctu difficiles, vt adultiorū animaliū testes, cum exectos ipsos mandunt: iuniorum.n. sunt præstantiores. Taurorum autem, & hircorū, & arietum, insuaues sunt, ac ad coquendum difficiles, & mali succi.

A. l. 2. f. 2. ca. 9. fol. 160. c

De Testibus. CAP. 7.

IVuenibus suibus ac bubus apud nos testes execant, sed propter vsum diuersum. Nam Suum quidem testes cibi causa secantur: suum enim castratorum caro suauior fit, & plenioris alimenti, & ad coquendum facilior: Boum vero, vt ad agriculturam sint meliores: tauri enim nō facile ab B hominibus domantur. Capræ autem & oues propter vtrunque vsum castrantur. Porrò omnes memoratorum animalium testes ad coquendum sunt difficiles, ac mali succi: nutriūt tamen, si belle conficiantur, alij magis, alij minus, pro ea proportione, quam in carnibus inesse diximus. Nam, quanto suum caro alijs est præstantior, tanto horum quoque testes aliorum animantium testibus sunt meliores. Soli autem gallorum gallinaceorum vndequaque sunt præstantissimi, & potissimum eorum, qui saginati fuerint.

A. l. 2. t. 2 ca. 284. fol. 131. h

De Cerebro. CAP. 8.

A. l. 2. t. 2. cap. 125. fol. 113. f

CErebrum omne cibus est pituitosior, crassi q; succi, & tarde permeans, ac ad coquendū difficilis. Non minimum etiam cerebrum omne stomacho nocet. Quidam autem ipsius mollitie decepti ipsum ægrotis exhibent, cum præter alia nauseam etiam conciter. Quinimmo, cum cuipiam à cibo vomitum mouere vis, huius partem pinguiter conditam, postremis epulis edendam exhibe. Illis vero, caue, exhibeas, qui non appetunt, quos veteres ἀποσίτους appellabant. Merito igitur nemo cerebrum summis epulis mandit, cum omnes ipsa experiētia docti sciant ipsum nauseam excitare. Iure etiam plerique cum origano mandunt, vti non nulli cum sale varijs modis apparato: quippe cum crassi sit succi & excrementitium, omnino vomitioni fit accōmodatius, quan C do cum incidentibus & calfacientibus fuerit paratum. Si tamen recte confici possit, alimentum corpori præstabit non contemnendum.

De Ossium Medulla. CAP. 9.

MEdulla, quæ in ossibus inuenitur, cerebro est dulcior iucundior ac pinguior, adeo, vt, si ea inter se comparando gustes, putaturus sis cerebrum austerum etiā aliquid in se habere. Porrò medulla nauseam prouocat, si liberalius sumatur, quemadmodum & cerebrum: Nutrit tamen & ipsa, si probe conficiatur.

De Spinali Medulla. CAP. 10.

SPinalis medulla eiusdem quidem cum cerebro est generis: eam tamen perperam medullam appellarunt, cum medulla ipsa non modo spinali hac, verum etiam cerebro ipso, sit humidior ac mollior & pinguior. Quòd vero in spinæ ossibus contineatur, colorem q; habeat medullæ assimilem, ob id ipsam medullam nominant: quo nomine quidam ipsum quoque cerebrum vocitarūt. Est porrò spinalis medulla cerebro continua, ac eiusdem cum eo naturæ, nisi quòd ipso multo est durior, potissimum in infernis spinæ finibus: quantum enim à cerebro abscedit, tanto magis durescit. Pinguitudinis sanè habet minimum: quo fit, vt nauseam non prouocet: Et, si probe conficia D tur, non exiguum corpori dat alimentum.

De Pinguedine & Adipe. CAP. 11.

A. l. 2. t. 2. cap. 145. fol. 116. d

VTrunq; quidem est oleosum, humiditate tñ & siccitate inter se differunt. Pinguedo nanque humida quæpiam res est, oleo longa vetustate incrassato assimilis. Adeps vero pinguedine multo est siccior: ideo q;, si calfactum ipsum fundas, coit facile ac concrescit. Pauci vtraq; est nutrimenti: potius q; carnium nos alentium sunt condimenta, quàm alimenta.

De Pedestrium Animalium Visceribus. CAP. 12.

A. ibidem c.

OMnium quidem animalium Iecur crassi est succi, ac ad coquendum difficile, tarde q; permeat. Omnium autem est præstantissimum, nō modo ad voluptatem, sed ad alia etiam omnia, quod συκωτὸν idest ficatum appellatur: quam appellationem inde habuit, quod animalis mactandi iecur multarum ficuum siccarū esu sic præparent. Quod maxime faciunt in suibus propterea, q̄ huius animalis viscera, aliorum animalium visceribus natura multo sunt suauiora: euadunt tamen & illa se ipsis meliora, cū animal ipsum caricas affatim comederit: verum minime cōsentaneū hominibus videtur, præteritis, quæ natura cæteris præstant, deteriora consectari. Reliquorū autem viscerum Lien quidem gustu est non exacte suauis, est.n. in eo perspicua quædam acerbitas. Merito aūt praui quoq; succi esse creditur, vt qui sanguinem melancholicum generet. Vtroq;

vero

vero tanto Pulmo est ad coquendum facilior, quanto est rarior: multo tamen, quod ad nutriendũ E
attinet, hepate est inferior. Pituitosius autem longe est id alimentũ, quod corpori prębet. Cor, sub
stantia quidẽ caro est fibrosa ac dura, ideo q́ʒ ad coquendum est difficile, & tarde permeat: Si tamen
probe conficiatur, alimentum corpori exhibet non paucũ, neq́ʒ mali succi. De renibus autẽ (nam
hos quoq́ʒ quidam inter viscera connumerant) prius diximus.

De Quadrupedum Animalium Ventriculo, Vtero, & Intestinis. CAP. 13.

DVriores carnibus sunt hæ partes: ob id, etiam si rite conficiantur, succũ tñ gignent nõ planẽ
sanguineum neque inculpatum, sed frigidiorem ac crudiorem. Proinde multum temporis
requirunt prius, quàm satis confici & in probum sanguinem mutari queant.

De Agrestium ac Domesticorum Animalium Differentia. CAP. 14.

DOmestica animalia temperie humidiora sunt, q̃ agrestia, tum ob aeris, in quo degũt, humidi-
tatem, tũ vero ẽt ob vitæ ignauiam. Quæ vero in montibus degũt, multũ exercentur ac fati-
gantur, præterea in aere sicciore viuunt: quapropter eorum caro est durior, nullius q́ʒ prorsus pin-
guedinis aut paucissimæ particeps: quæ causa est, cur pluribus diebus, q̃ domesticorũ & ociose de-
gentium animalium, seruetur imputris. Liquet item, quòd alimentum, quod ab iis prouenit, mi-
nus habet excrementi: contra, excrementitium est, quod à domesticis atq́ʒ ociosis sumitur. Necesse F
igitur est alimentum eiusmodi nutrire valentius, quàm alterũ, succum q́ʒ gignere multo meliorẽ.

De Lacte. CAP. 15.

LAc quoq́ʒ inter cibos, q ab animalibus sumuntur, est numerandum: in quo haud parua est pro
anni temporibus differentia, & ea adhuc maior pro ipsorum animalium specie. Siquidem
vaccarum lac, ″crassissimum est ac pinguissimũ: liquidissimum autẽ ac minime pingue, camelarũ: A.l. 3 f. 10 t. 5. c. 5. fol 275. b
mox, equarum: deinde, asinarum: mediæ aũt consistentiæ, est caprarũ: hoc crassius, ouium. Secun
dum autẽ anni tempora, † lac post partum} est liquidissimum: tẽporis vero progressu, magis sem
per ac magis incrassescit: Æstate vero media, ipsum etiam in medio suæ naturæ consistit: post id au
tem tempus, sensim iam crassescit, quoad penitus deficiat. Vere aũt vt liquidissimũ, ita etiã copio-
sissimum. Quòd aũt lac, vt prius diximus, pro animalium specie differat, id vel intuenti quidem
protinus apparet: manifestius autem fiet, si ex vnoquoq́ʒ lactis genere caseus paretur. Etenim li-
quidissimum lac, serum: crassissimum, caseum habet plurimum. Merito igitur liquidius quidem
lac, magis: crassius aũt, minus aluum subducit. Contra aũt, crassius quidem valentius nutrit: tenu-
ius autem, minus. Quòd si quis lac prius elixando serum omne cõsumpserit, nihil prorsus subdu-
cet. Iniectis ″vero lapillis ignitis tantisper, dum serum omne consumatur, præterq̃ q́ sic paratum, G A.l. 2. t. 2. ca. 434. fol. 143. d
aluum non subducit, contrarium etiã efficit, ipsum q́ʒ iis exhibemus, quibus venter acrium excre-
mentorum demorsu infestatur: id ipsum autem efficiunt non minus, q̃ lapilli, aut etiam efficacius,
ferrei orbiculi igniti. Facile tamen lac sic paratum, in ventriculo in caseum cogitur: ob id mel illi
& salem admiscemus. Quin & aquam etiam affundere securius fuerit, vt pleriq́ʒ medicorum facti-
tant. Neque mirum tibi videatur, quòd sero consumpto, rursus aquam infundant: non enim seri
humiditas est, quam fugiunt, sed acrimoniam: cuius occasione lac omne aluum subducit, ex sub-
stantiis contrariis mistum, sero scilicet, & caseo. Ad hæc tertium etiam pinguem succum habet &
ipsum quidem lac vaccarum, vt dictum est, plurimum: ideo q́ʒ Butyrum (quod vocant) ex eo con
ficiunt: quod gustu solo visu q́ʒ, quantũ in se pinguitudinis habeat, facile cognoscas. Quòd si par-
tem aliquam corporis eo inunxeris ac fricueris, cernes cutim pinguem non aliter, ac si oleo fricuis-
ses: Præterea, si mortui animalis corium aridum eo inunxeris, eundem cernes effectum: Quinim-
mo homines in plerisq́ʒ frigidis regionibus, in quibus oleo carent, in balneo butyro vtuntur: Cer
nitur præterea, si ignitis carbonibus ipsum infundas, non aliter, ac pinguedo, flammã excitare: De
niq́ʒ vtimur, ipso in illis, in quibus vtimur adipe, cataplasmatibus aliis q́ʒ medicamentis ipsum per-
miscentes. Pinguissimum itaq́ʒ, vt diximus, est lac Bubulum: Ouillum vero ac Caprinum habẽt H
quidem & ipsa pinguedinis quidpiam, sed multo minus: Asininum vero huius succi habet mini-
mum: quocirca raro in ventriculo cuiusquam coagulatur, si statim, vt mammis excidit, calidum
fuerit epotum: quòd si sal & mel adiiciantur, fieri non potest, vt ipsum in ventriculo concrescat,
ac coaguletur. Eandem ob causam magis per aluum deiicitur, vt q́ serum multum habeat, à quo
lac omne facultatem accipit deiiciendi: vti à caseosa substantia, sistendi. Quantum vero serum ab
alia lactis natura succi bonitate superatur, tanto alia omnia, quæ ventrem deiiciunt, superat: ob id
veteres ad aluum subducendam hoc potu plurimo vsi videntur. Tantum autem mellis optimi ei
est iniiciendum, quantum suaue citra stomachi euersionem sentietur. Pari modo & salem ea men-
sura iniicies, quoad gustum non offendat: quòd si ipsum magis subducere velis, salis quàm pluri
mum iniicies. Hæc certe diffusius explicuimus, q̃ præsens institutum postulet. Propositum enim
fuerat ea commoda exponere, quæ lacti insunt, vt alimento: quibus cum id commodum, quod no
bis præstat in aluo deiicienda, esset admistum, fecit rei affinitas, vt in hanc digressionem sermo no-
ster deflexerit. Rursus igitur ad propositũ reuersi, quæ de lactis facultate supersunt, exequamur:
quorum id omnium est maximum, quòd Omnium ferè, quæ mandimus, lac optimum, optimi est
succi: verũ caue, male accipias, quod iam pronunciauimus. Non. n. simpliciter diximus lac omne
optimi

† τὸ μετὰ τὴν ἀποκύησιν. quod Ioachinus vertit. Lac quod in vere statim à partu editur.

A optimi esse succi, sed præterea optimum adiunximus. Nam lac quidem, quod vitiosi est succi, tantum abest vt ad succũ probum gignendũ cõferat, vt qui eo vtũtur, cacochymos reddat. Cui rei argumẽto fuit is infans, qui, cum priore nutrice mortua, alterius praui succi lac suxisset, totũ corpus multis vlceribus habuit refertũ. Vtebatur aũt secũda hæc nutrix in agro syluestribus oleribus propter annonæ caritatẽ, q̃ veris tpe acciderat: vnde & ipsa huiuscemodi vlceribus scatuit, & alij quidã, qui in eodem agro simili victu sunt vsi. Vidimus & alijs permultis mulieribus infantes nutriẽtibus id temporis idem accidere. Atq; etiã, si capræ aut alterius cuiuspiam animalis scammoniã aut tithymallum depastu lac cibi loco quis sumpserit, omnino aluus illi fluet. Quemadmodum igitur de alijs omnibus, ita & de lactis facultatibus intelligere oportet, non tanq̃ simpliciter de quouis dicantur, sed de optimo duntaxat: quãtum autẽ in singulis generibus vnumquodq; ab optimo deficit, tanto commodis, quæ optimum id nobis præstat, est inferius. Lac igitur, quod seri habet plurimum, etiã si semper eo vtare, nihil penitus afferet periculi: quod vero huiuscemodi humiditatem habet exiguam, caseosam autem crassitiem multam, omnibus, qui ipso multum vtuntur, est periculosum. Nam eos quidẽ renes offendet, qui calculis generandis sunt appositi: Iecur itẽ obstruet
A.ibidem.b
ijs, qui hoc affectu facile prehendi possunt: tales aũt sunt, quibus fines eorum vasorum, quæ cibum B ex simis visceris in gibba trãssumũt, sunt angusti. Thoracis autem ac pulmonis partibus lac omne est vtile: Capiti vero, nisi quis ipsum habeat admodum firmum, non est accommodũ, vt nec hypochondrijs, quæ leui de causa inflantur: in plurimis.n. in ventriculo vertitur in flatus, sunt q; paucissimi, quibus id non accidat. Si vero cum aliquo eorum cibariorum, quæ crassi sunt succi, diutius elixum fuerit, flatuosam quidem naturam deponit, sed iecur magis obstruit, & calculos in renibus promptius gignit. Huiusmodi autem edulia libro primo esse diximus, amylum, similaginem, alicam, tragum, oryzam, lagana, rhyemata, & panes non bene in clibano assos nec multa trituratione præelaboratos, nec multo sale ac fermento mediocri saturatos. Cæterũ, vt in ijs, ita in alijs, quæ non nulli lacti admiscentes mandunt, mistorum facultas aliquam ex lactis facultatibus augebit, aut imminuet. Nunc autem ipsius facultatem definiamus, illud boni esse succi & multi alimenti statuentes, quod ex contrarijs substantijs ac facultatibus est conflatum, subducendi scilicet ac sistendi, obstruendi q; ac tenuandi. Quod nanque eius serosum est, succos crassos tenuat, & aluum subducit: quod vero caseosum est, aluum sistit, & succos crassos gignit, ex quibus, vt diximus, in hepate ob-
A.ibidem.a
structiones, & in renibus calculi oriuntur. Nocet autem ipsius vsus assiduus dentibus, & circundatis carnibus, quas gingiuas nominant: has enim, flaccidas: dentes vero putrefactioni & erosioni C admodum obnoxios reddit. Sumpto igitur lacte, os vino diluto colluere conueniet: satius autẽ fuerit, si mellis etiam quidpiam ipsi inieceris: ita nanq; omne caseosum, quod ex lacte dentibus ac gingiuis circunfixum fuerit, abstergetur. Quod si etiam cuipiam tam robustũ sit caput, vt vini meri collutione non offendatur, melius is dentibus & gingiuis consuluerit: veruntamen & mel vino permistum, misturam ex vtroq; reddit meliorem. Illud vero dentium incolumitati tutissimum aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, si quis post sumptum ipsum primo, melicrato deinde vino adstringente, os colluat.

De Oxygalacte, id est Acido Lacte. CAP. 16.

OXygala aũt, quod vocant, dentes quidem, qui saltem secundũ naturam habẽt, nihil offendit: qui vero aut ob naturalem intemperiem, aut adscititium quempiam affectũ, iusto sunt frigidiores, hi soli, vt ab aliorum frigidorum occursu, ita ab hoc quoq; offenduntur: accidit q; ijs non nunq̃ symptoma, quod αἱμωδίαν i. stuporem nominant, quale post esum mororũ immaturorũ, & aliorũ omnium acerborum & acidorũ euenire consueuit. Illud item perspicuum est, ꝙ ventriculus, q quauis de causa est frigidior, oxygala non belle conficit: temperatus vero, quamuis ęgre, conficit tamen aliquantum. Contra ventriculi iusto calidiores, siue ab initio tales fuerint, siue à qua-
A.l.2. t.2. cap. 434. fol. 143.c
D piã causa postea in eam temperiem sint adducti, præterq̃ ꝙ nihil ab huiuscemodi edulijs læduntur, commodo etiam aliquo fruuntur. Quin hi quoque oxygala ipsum circundata niue prius refrigeratum, indolenter ferunt, quemadmodum & alia pleraque id genus edulia, atque adeo aquam ipsam niue sic præparatam. Quocirca admirari subit plerosque medicos, qui de singulis edulijs pronunciarunt, hoc quidem nobis esse vtile, aliud vero noxium: præterea ad coquendum facile, aut difficile: mali succi esse, aut boni: multi, aut pauci esse alimẽti: stomacho conuenire, aut aduersari: aluum ducere, aut sistere: aut aliam q̃uis virtutem, vitium ve obtinere. De quibusdam certe licet pronunciare, hoc quoddam edulium omnibus hominibus praui esse succi, aut ad coquendum difficile, aut stomacho noxium: de plurimis tamen fieri non potest, vt vnico edicto citra vllam distinctionem vere pronuncies. Cæterum, cum necessario longa futura esset oratio, si in singulis edulijs, tam naturalium temperamentorum, q̃ acquisititiorum affectuum, distinctiones adscripsissemus, satius fore existimauimus (quemadmodum in primo horum commentariorum fecimus) ab initio vniuersalem quidem totius doctrinæ methodum ostendere: post autem in particularibus non nunq̃ eam ad memoriam reuocare, præsertim in ijs, quæ nõ simplicis sunt naturæ, quale vtiq; est lac, de quo nunc agimus: quod, tametsi sensui quidem similare apparet, ex diuersis tamẽ substantijs ac facultatibus est compositum. Huic nanq; etiam si optimum fuerit, pro diuersa tamen ven-

triculorum

triculorum natura accidit, vt interdum quidem {in hoc} acescat: aliàs vero fumosum ac nidorulētum ructū in altero sursum emittat. Etenim contrarij sunt affectus, secundum quos, quod in ventriculo non fuit coctum, acidum aut fumosum euadit: siquidem caloris inopia in acorem: eiusdē aūt excessus, in nidorem ac fumum vertit: quæ duo lacti eueniunt, quia in se non modo serosam naturam, verum etiam pinguem & caseosam cōtineat. Hac certe de causa oxygala quidem, si in ventriculo non coquatur, nunq̄ in nidorem vertitur, potissimum, si in biliosissimum ac feruētissimū ventriculum inciderit. Neque.n. amplius calidam acrem q; qualitatem ac facultatem retinet, quam lac à sero habet: neque pinguē & mediocriter calidam, quā lac à pinguedine, quæ sibi inest, possidebat. In huiuscemodi.n. præparatione, sola relinquitur caseosa substātia, eaq; ipsa non eiusdē naturæ, cuius ab initio fuit, sed ad frigidius conuersa. Itaq; de oxygalacte dixisse suffecerit, q frigidum est, ac crassi succi: hæc enim sequitur, vt ipsum non facile à corpore mediæ temperaturæ conficiatur: ad eā enim in omnibus meis operibus, cū aliquid simpliciter pronuncio, sæpe iam monui id esse referendum. Quin etiam succum crudum, quem vocant (cuius naturam tum prius alibi exposui, tum etiam in libro superiore de eo disserui) consentaneum est ab istiusmodi cibis abunde generari. Non ab re autem edulium hoc calidissimis ventriculis est vtile, quemadmodum frigidioribus aduersissimum. Id tñ in singulis cibarijs non conuenit adscribere: sed in quibusdam meminisse suffecerit, q succus eiusmodi, qualis ex oxygalacte, caseo, & omnibus crassi succi edulijs, prouenit, calculos in renibus solet gignere, cum hi calidiores iusto fuerint siue ob naturalem intemperiem, siue ob alium quendam affectum ipsis postea innatum, non tñ pro caloris modo meatuum transitus latos habeant. Corporum.n. constructiones, quæ morbis maxime sunt obnoxiæ, ex partibus contrarij temperamēti componuntur: vt verbi gratia, si ventriculus "admodum sit calidus, cerebrum autem frigidum: pari modo & pulmo aliquando, ac totus thorax frigidus est, ventriculus autem calidus. Frequenter vero contra euenit, vt omnia alia scilicet æquo sint calidiora: solus aūt ventriculus frigidior sit, † hepar vero calidius: atq; in alijs partibus similiter. Quapropter initio etiam monuimus vtilissimam esse doctrinam, quæ de facultatibus, quæ alimentis insunt, tradit, cū eas differentias explicat, quæ in humiditate spectātur, & siccitate, & caliditate, & frigiditate: preterea substantiæ ipsorum lentore, aut crassitie: ad hæc, quod aut similare est, de quo agetur, vel ex partibus temperamento contrarijs compositum, cuius generis est lac. Ad horum porrò dignotionem dixi nos manu duci, cum per olfactum ac gustum, tum per alia symptomata, de quibus in operis huius initio disserui: vti nunc quoq; in lacte, eius naturam ostendi ex ijs symptomatibus, quæ ei accidunt, cum aut calefit, aut coagulo cogitur, aut alio quouis modo partes ipsius secernuntur: etenim vel citra coagulum scissio, quam vocant, id efficit, cum lacti abunde calido oxymel frigidum instillamus. Idem etiam mulso efficimus. Interdum etiā citra vllam liquoris instillationē, vase frigidissimā aquam continente in lac demisso, ipsum scindimus. Præterea sine coagulo id lac, quod post editum fœtum emulsum fuerit, protinus cōcrescit, si super cineres calidos parumper calefiat: videnturq; veteres Comici lac ita coactum, Pyriasten appellasse. In Asia aūt apud nos Pyriephthum ipsum nominant. Id quidem lac omnino ab alia substantia est purum: cum aūt melle ipsi admisto per coagulum cogunt, hoc quidem opere, quod in eo est tenue & aquosum, separatur. Quidam aūt ex ipso duntaxat, quod coactū est, mandunt: quod partim ex caseosa lactis substātia, partim ex calida atq; ignea coaguli facultate, partim ex melle ipsis admisto, est compositū. Alij vero vnà cum eo, quod concreuit, serum quoq; transglutiūt, id q; aut pariter totum cum toto, aut alterum altero copiosius: accidet q;, vt alijs quidem largius, alijs vero minus, aluus subducatur, pro portione quantitatis serosi humoris. Perspicuum præterea est, q eorum corpus, qui solū id quod concretum est, comederint, amplius nutritur: minus vero eorum, qui vnà cum ipso serosi humoris quidpiam transglutierint: & multo adhuc minus eorum, qui eius quidem, quod coactum est, parum, serosi autem humoris plurimum, hauserint. Simili modo & in eo, quod à partu, siue cū melle, siue absq; eo coijt, non paruam differentiam inuenies. Cum enim mel non accepit, ad coquendū est difficilius, & succi crassioris: præterea per aluum tardius secedit: vtrunq; tamē, corpus abunde nutrit. Hæc de lactis facultate nouisse in præsenti opere suffecerit: eius nanq; vtilitates, quas in morbis præstat, ijs, qui quauis ex causa tabe laborant, aut vlcus habent in pulmone, propriè ad medendi rationem pertinent.

Margin letters (right): E, F, G, H.

Margin note (left): † *Additur in tralatiōe Vet. et Rabbi Mose prima particula aphorismorum 17. & quādoque quidem totū corpus frigidius.*

Margin note (right): A. l. 3. f. 13. t. 1. c. 16. fol. 287. a

De Caseo. CAP. 17.

DE casei quidem facultate iam diximus, cum de lacte sermonem faceremus: satius tñ fuerit nunc rursum particulatim de eo tractare. Nam "dū paratur, assumit ab iniecto coagulo acrimoniam, humiditatem q; oēm deponit, & potissimū, si inueterarit. Tum.n. q̄ prius, acrior euadit, & manifeste calidior redditur, atq; ardentior: ob id ipsum siticulosior, & ad coquendum difficilior, & peioris succi efficitur. Qua de causa nec id ipsum, quod crassis cibis acres ac tenuantes facultates admistas habentibus inest commodi, caseus citra noxam possidet. Maior enim noxa ex succi ipsius prauitate, & ardenti calore accidit, quàm crassorum tenuatio conferre queat: quando ad calculorum in renibus procreationem hic succus non minus est noxius. Ostendimus enim calculos in illis corporibus nasci, in quibus succorum crassities cum igneo calore est coniuncta.

Margin note (right): A. l. 2. t. 2. cap. 123. fol. 113. a

Fugiendus

A Fugiendus igitur est eiusmodi caseus, vt qui nihil conferat neq; ad coctionem, neq; ad distributionem, neq; ad mouendam vrinam, neq; ad ventris deiectionem, ceu vtique nec ad succi probitatẽ. Deinceps autem malus quidem, sed prædicto minus est putandus, qui neq; est vetus, neque acris. Omnium autem caseorum recentium is est præstantissimus: qualis apud nos Pergami, & in Mysia, quæ est supra Pergamum, fit, qui ab incolis oxygalactinus appellatur, suauissimus quidem in cibo, stomacho autem minimum noxius, alijs q; omnibus caseis concoctu transitu q; facilior, succũ habens non vitiosum, neq; vsq; adeo crassum: quod vitium omnium caseorum est commune. Præstantissimus etiam est is, qui Romæ apud diuites celebratur, βαθὺν appellant: & præterea alij quidam in alijs regionibus. Cum autem singulatim permagna sit in ipsis differentia, tum pro animalium natura, tum pro præparandi modis, & præterea ipsorum caseorum ætate, conabimur hoc in loco ipsorum facultatem paucis scopis circũscribere, quibus quis intentus meliorem à deteriore facillime discernet. Scopi quidem in genere sunt duo, quorum Alter in certa substantiæ casei consistentia versatur, secũdum quam mollior est aut durior, densior aut laxior, glutinosior aut friabilior: Alter in gustabili qualitate consistit, secundum quam in quibusdam ipsorum acor superat, in alijs acrimonia, aut pinguitudo, aut dulcedo, aut aliud quidpiam id genus, aut omnium est velut æqua-
B bilitas. Porrò secundum speciales differentias prædictorum generum, mollior quidem duriore est præstantior: rarus vero ac laxus, denso admodum ac compacto. Iam vero cum glutinosus valde, & is qui ad asperitatem vsq; est friabilis, sint vitiosi, præstantior est, qui inter hos duos est medius. Quod autem ad eam dignotionem, quæ fit gustu, pertinet, is omnium est præstantissimus, qui nullam vehementem habet qualitatem, sed dulcem habet supra alias parum eminentem. Suauis item insuaui est præstantior: & mediocriter salitus, eo qui est permultum, & eo qui omnino salis est expers. Postea tamen, quàm caseum sic examinatum sumpseris, licebit etiam ex ructu cognoscere, qualis inter caseos sit melior, aut deterior. Cuius nanq; qualitas paulatim marcescit, præstantior: cuius contra perdurat, non bonus: iste enim perspicue ægre mutatur, atque alteratur, & ob id ipsum ægre conficitur. Omnium enim qualitatum, quarum ante meminimus, alteratio necessario sequitur alimentorum coctionem.

De Pedestrium Animalium Sanguine. CAP. 18.

SAnguis {omnis} ad coquendum est difficilis, præcipue crassus, et melancholicus, qualis est bubulus: Leporinus autẽ, vt suauissimus, celebratur, multi q; ipsum cũ iecore solent elixare: quidam autem cum alijs etiam visceribus. Sunt, qui Suum quoque iuniorum sanguinẽ edant, ceu alij
C etiam grandiorum, cum castrati fuerint. Aprorum vero nemo ne gustare quidem tentauerit propterea, quòd insuauis est, & ad coquendum difficilis. Homerus quoq; Caprarum sanguinem in cibo iucundum esse non ignorauit.

De Alimento, quod à Volucribus Animalibus sumitur. CAP. 19.

VEteres oẽs animalia volucria ac bipeda ὄρνιθας nominabant: Nunc aũt apud Græcos consuetudo inualuit, vt, quas illi ἀλεκτορίδας i. gallinas vocabãt, nunc solas eas ὄρνιθας appellẽt, quẽadmodum & masculos ipsos ἀλεκτρυόνας. Auium porrò omnium volucrium genus, paucissimũ præstat alimentum, si ad genus gressilium conferatur, potissimum si ad suillam, qua non aliud inuenias, quod copiosioris sit nutrimẽti: Volucrium tñ caro ad coquendũ est facilior, præcipue perdicis, atagenis, columbæ, galli gallinacei, & gallinæ: Turdorum vero, & merularũ, paruorũ q; passerum (inter quos ẽt sunt, quos turricolas vocant) caro, q̃ prædictorum, est durior: His aũt ipsis turturis, palumbi, anatis q; caro est durior: Phasianorum, quod ad concoctionem, & nutrimentũ attinet, gallinis est similis, voluptate tñ in edendo superat: His durior est pauonis caro, & fibrosior, &
A.l. 2.t.2. cap. 145.fol.116.b ad coquendum difficilior. Porrò in "omnibus volucribus animalibus, vt & in quadrupedibus, scire in vniuersum oportet, q̀ augescentium caro multo est præstantior, q̃ ætate declinãtium: media
D aũt est inter vtranq;, florentium. Praua autem admodum est valde nouellorũ, sed diuersa ratione ac senum: Siquidem horum caro dura est, & sicca, ac neruosa, ideo q; praua ad coquendum, & exigui nutrimenti: Contra animalium nuperrime editorũ corpora mucosa sunt ac humida, eo q; excrementis plena, facilius tñ per aluum secedunt. Hæc in cũctis animalibus memoria teneto: id.n. omnibus ipsis ex æquo inest secundum differentias, quæ ab ætate sumuntur. Communis etiã est, si sanitatem spectes, præparationis modus, quem antea exposuimus, & nunc rursum summatim repetemus, facultates duntaxat in memoriam reuocãtes, q̀, quæ assa sunt, & frixa in sartagine, ea sunt siciora: Quæ vero in aqua dulci sunt elixa, alimentum corpori præbent humidius. De ijs porrò, quæ ex albo iure, varijs q; patinarũ condimentis esitantur, antea abunde disseruimus, ceu de domesticis quoque, & agrestibus. Non mediocris vero est differentia eorum quæ in stagnis, aut paludibus,
A.l. 2 t. 2. cap. 147.fol.116. d aut lacustribus locis viuunt, cum ijs, quæ in montibus, aut locis siccis degunt. Nam "pro locorũ natura ac proportione, animalium carnes fiunt siccæ, & excrementis vacuæ, & ad coquendum faciliores: aut humidæ, & excrementitiæ, & concoctu difficiliores.

De Anseribus & Struthocamelis. CAP. 20.

XHνῶν nomen veteribus etiam est consuetum, στρουθοκαμήλων vero insolens: nominant.n. eas μεγάλας στρουθούς. Ego vero etiamnum adolescentulus audiui sophistam quendam ex eorum numero,

numero, qui de eiusmodi problematibus differunt, in vtranq; partem disceptantem, ac probantem E
huiuscemodi animalia nunc aues esse, nunc vero non esse. Longe autem præstiterit nō id, sed qualem'nam alimentum, quod ab ipsis sumitur, habeat facultatem, inquirere: id autem vbi ex me audieris, per ocium ab alio disces, vtrum oporteat animalia hæc aues nominare, nec'ne. Ipsorum igitur caro est excrementitia, multo q; ad *coquendum est difficilior, q̃ prædictorum volucrium animalium: ipsorum tamen alæ non sunt cæterorum alis deteriores: quandoquidem in multis volatilibus, potissimum quæ parua sunt, & carne dura prædita, alarum substantia est fibrosa, ac dura. Quarundam autem caro tota est eiusmodi, cuiusmodi Gruum: quas tamen & ipsas mandunt, plurimis ante diebus macerantes, & (vt sic dicam) mortificantes. Inter grues autē & anseres caro Tardarum, quas vocant, quodammodo est media, quæ ὀτίδες vel ὠτίδες appellantur: vtroq; enim modo prima syllaba profertur & scribitur, per ο scilicet, & per ω.

A.l.2. t. 2. ca. 515. fol. 152. a

De Differentia, quæ est in Partibus Animalium Volucrium. CAP. 21.

VIscera quidem in volucribus animalibus eandem habēt ad carnes proportionem, quā in pedestribus habere memorauimus. Intestina vero horum omnium omnino non manduntur: in eorum tamen Ventriculis non ita habet, vesci enim sunt, & nutriunt: quidam autem ipsorum valde etiam sunt iucundi, ceu anserum, post quos sunt altilium gallinarum. Quemadmodum autem in suibus, dum adhuc viuunt, Hepar ex caricarum pastu ad voluptatem præparatur, ita in anseribus video ipsorum alimenta lacte imbui, vt non modo eorum iecur sit iucundissimum, sed potenter etiam nutriat, ac optimi sit succi, & deiectu minime difficile, probe q; similiter in ventriculo conficiatur. Ad hæc Alæ anserum ad concoquendum ac nutriendum sunt accommodæ, & ijs adhuc magis gallinarum. Cæterum, cum iuniorum animaliū carnes ab annosorum multū diffideāt, alarum quoq; natura multo euidentius diffidet. Pari modo gracilia ab obesis discrepant: nam iuniorum ac probe nutritorum prestantissimę, pessimę autem gracilium & annosorum. Pedes autem paulo minus omnium, cibo sunt inepti. Gallorum autem gallinaceorum Cristas ac palearia nemo nec probarit, nec etiam damnarit: horum vero Testes sunt prestātissimi, præcipue altilium, & multo magis, si cibus eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbutus: nam & boni sunt succi, & valide nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi: deiectionem tamen nec iuuant, nec morantur. Cæterum animalia volucria exiguum quidem habent Cerebrum, sed ipsum tamen tanto pedestrium cerebro est prestantius, quanto est durius: volucrium autem ipsorum, montana cerebrū habent, q̃ palustria, præstantius, pro aliarum omnium partium proportione. Quidam autem falso struthocameli Ventriculum laudant, ceu medicamētum quoddam, quod coctionem iuuat: alij vero longe magis mergi ventriculum laudant. Verum hæc neq; ipsa facile concoquuntur, neq; alijs in eo ipso, ceu medicamenta, auxiliantur, veluti zingiber & piper: & præterea alia ratione vinum & acetum. Quod si de volucrium animalium lingua ac rostro dicere aggrediar, cū ea nemo ignoret, garrire merito existimabor.

F

G

De Ouis. CAP. 22.

OVa quoq; inter alimenta, quę ab animantibus sumuntur, sunt numeranda: quorum Tres inter se sunt differentiæ: Prima quidem penes propriam substantiam: gallinarum.n. ac *phasianarum sunt præstantiora, deteriora vero anserum ac struthocamelorū: Secunda autem penes tēpus: aut enim longo ante tempore, aut breui sunt edita: Tertia penes cocturæ ratione: nā quædam diutius cocta fuerunt, alia ad mediocrem vsq; consistentiam, alia duntaxat excalfacta fuerunt. Secundum quas differentias, alia quidem cōcta vocantur, alia tremula, alia sorbilia. Tremula igitur ad nutriendum omnium sunt præstantissima. Sorbilia aūt minus quidē nutriunt, sed facilius subducūtur, & faucium asperitates lęuigant. Elixā vero & ad coquendum sunt difficilia, & tardi transitus, crassius q; alimentum corpori tribuunt. His vero adhuc tardius permeāt, ac peioris sunt succi, quæ in calidis cineribus assantur. Quæ vero ἐπὶ τῶν ταγήνων i. in sartagine, sunt inspissata, atq; ob id ipsum ταγηνιστὰ nuncupantur, pessimum habent omnibus modis alimētum: nam interim, dum coquuntur, in nidorem vertūtur: &, præterq; q; succum crassum gignunt, ipsum ēt prauum gignunt, atq; excrementitium. Porrò quę πνικτὰ i. suffocata, appellant, elixis et assis sunt meliora: parātur aūt ad hunc modum: Vbi ipsa oleo & garo & pauco vini conspersa fuerint, vas, quo continentur, caccabo aquā calidā habēti indunt: deinde, vbi ipsum totū superne obturarint, ignē substruūt, quoad oua mediocrē habeant consistentiā. Quę.n. supra modū sunt incrassata, elixis & assis fiunt similia: quæ vero ad mediocrē crassitiem peruenerunt, & melius q̄ dura, concoquuntur, & alimentū corpori dant præstantius. Eidē etiam consistentiæ mediocritati intentos nos esse oportet in ijs ouis, quæ superne caldarijs infunduntur, non permittentes neq; ipsa omnino incrassari, sed, cum adhuc succum suum retinent, vas ab igne submouentes. Oua autem recentia veteribus plurimum præstant: quippe optima sunt recentissima, vetustissima aūt pessima. Quæ vero in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut prauitate inter se differunt.

A. l. 2. t. 2 ca. 520. fol. 152. f

* ἑφθά.

* ἑφθά.

H

De Volucrium Animalium Sanguine. CAP. 23.

GAllinarum ac columbarum sanguine non nulli vescuntur, maxime altilium, qui suum sanguine haudquaquam est inferior, neq; voluptate neque concoctionis facultate: plurimum tamen

A tamen relinquitur à leporino. Sanguis autem omnis, quocunque modo ipsum paraueris, ad coquendum est difficilis, & excrementitius.

De Nutrimento, quod ab aquatilibus Animantibus sumitur. CAP. 24.

ANimalium in aquis degentium permulta sunt genera: differentiæq; in ijs sunt, ac species. Nunc vero similitudines inter ipsa, quæ ad vsum medicinę pertinēt, vt in prioribus fecimus, referemus: medicinam aūt, aut artem sanitatis tuendæ dicere, nihil ad præsens propositū interfuerit. De omnibus igitur dicemus, quemadmodū in alijs ante fecimus, q̄bus vulgo assidue vescūtur.

De Mugile. CAP. 25.

MVgil ex squamatorum piscium est genere: nascitur q; non in mari modo, verum etiam in stagnis ac fluuijs. Proinde particulares mugiles magnum inter se habent discrimen, adeo, vt pelagici mugilis genus diuersum esse videatur ab eo, quod in fluminibus, stagnis, lacubus, aut
A.l.2.t.2.cap. 546.fol.157.c riuulis vrbium latrinas purgantibus prouenit. Eorum sane caro, qui in aquis limosis ac sordidis degunt, excrementitia est admodum ac mucosa: optima autem eorum est, qui in puro mari viuūt, præcipue cum ventorum procellis agitatur: nam in quieto, nullisq; agitato fluctibus, tanto pisciū caro fit deterior, quanto minus exercitatur. In stagnis autem maritimis (quæ λιμνοθαλάττας appellant) adhuc est deterior: & hac adhuc magis in stagnis: quæ si parua sint, nec magnos fluuios
B recipiant, neque fontes habeant, nec largum effluuium, multo profecto est deterior. Pessima autē sunt stagna, ex quibus nihil aquę omnino effluit, sed stabilis est ac plane immota. De ijs porro, qui in paludibus, lacubusq;, atq; id genus locis degunt, initio diximus: pessimam enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt. Eorum autem, qui in fluuijs gignuntur, prę̄stantiores sunt, qui in ijs gignuntur, in quibus aqua rapide fluit, ac copiosa est: qui vero in stagnantibus, non boni. Præterea penes alimenta pisces meliores peioresve euadunt. Nam quibusdam herbarum ac bonarum radicum copia suppetit, ijq; eam ob causam sunt præstantiores. Alij herbas pascuntur limosas, & radices mali succi. Præterea, qui in fluminibus vrbem magnam præterfluentibus, hominum stercoribus & prauis id genus escis victitant, omnium, vt diximus, sunt deterrimi, adeo, vt, si paulo diutius mortui permanserint, statim putrescant, & pessime oleant: illi autem in cibo sunt prorsus iniucundi, & ad coquendum difficiles, exiguumq; boni quidem alimenti, excrementi autem plurimum reddunt. Quare mirum non est, si prauum succum in eorum corporibus, qui quotidie illis vescuntur, congerant. Qui cum sint deterrimi, omnium contra sunt prę̄stantissimi, qui (vt diximus) in purissimo mari degunt, maxime vbi littora, quæ aquam in orbem ambiunt, terra non
C abundant: nec leuia, sed aut arenosa sunt, aut aspera. Quod si præterea ad boream spectent, longe erunt meliores. Cum enim exercitationes propriæ non parum ad succi probitatem omni animanti conferant, puritas adhuc eius venti, qui aquæ miscetur, substantiæq; ipsorum bonitatem auget. Perspicuum igitur ex ijs, quæ diximus, est mare alterum alteri in eo præstare, quod aut purum plane est, aut fluuios multos & magnos excipit, vt Pontus. Pisces enim qui in eiusmodi degunt, quanto stagnales antecellunt, tanto ijs, qui in puro mari degunt, sunt inferiores. Sunt autem & stagna quædam huiusmodi, quorum quædam λιμνοθαλάττας appellant, vbi videlicet fluuius magnus stagnum efficit, quod mari coniungitur. Et, vt fluuius non stagnet, vbi primum mari commiscetur, aqua ex salsa ac dulci est mista, & piscium caro, qui in ea aqua degunt, media est inter fluuialiū & marinorum piscium carnem. Communis autem tibi sit hæc oratio alijs quoq; piscibus, qui in fluminibus, & stagnis, & mari gignuntur: nam bona eorum pars non ambigit: cum marini fluuialem aquam fugiant, fluuiales autem ac stagnales marinam. Mugilis vero omnium maxime aquis vtrisq; vtitur: ea q; ipsius natura est, vt à mari longissime discedēs, aduerso flumine natet. Hic quidem mugilis numerosas ac paruas spinas non habet, vti nec alius quisq̄ marinorum: qui vero è fluuijs, aut stagnis mare ingreditur, non secus ac cōgeneres, plenus est huiusmodi spinarum: nam
D omnium fere piscium caro, qui in stagnis aut fluminibus gignuntur, tenuibus spinis plena inuenitur, quas nullus marinorum habet. Nam, quo loco magni fluuij ostium mari cōmittitur, non nulli quidem piscium fluuialium in mari: quemadmodum et marini quidam in flumine capiūtur: quos discernas eo, q̄ prædictas spinas, aut numerosas, aut prorsus nullas habeant. Pauci sane fluuialium mare ingrediuntur: at marini omnes fluuijs gaudent. Continuo autem & gustus mandenti tibi, præstantiorem mugilē indicabit. Iucundior nanq; ipsius est caro, & acrior, pinguedinisq; expers: pingues contra, & soluti saporis, tum cibo, tum ad concoquendum sunt deteriores: præterea stomacho sunt noxij, & vitiosi succi: quapropter cū origano ipsos parant. Quidā vero nostrates, pisces quosdam in fluuijs genitos λευκίσκους nominant, rati diuersos esse à mugilū genere: cętera tū omnino animal animali est simile, nisi q̄ λευκίσκος paulo est cādidior, caputq; habet minus, & [a] † saporem acidiorem: Alimenti aūt, quod ab eo sumitur, facultas est, qualē prius fluuiali mugili inesse diximus: proinde de nomine, non de re est cōtrouersia. Quod aūt nouisse magis retulerit, id iam dicam. Hic piscis vnus eorum est, qui sale conditi asseruantur. Atq; stagnalis sic conditus multo, q̄ ante, præstantior euadit: quicquid.n. muscosum aut virosum gustu refert, id totum deponit: verū recens salitus, iamdiu salito est melior. Sed de salitis quidem piscibus paulo post sermo communis habebitur, [b] † sicut de ijs, qui hyeme (vt sic dicam) mortificantur.

A † Gulielmus Rondelletius medicus egregius recte meo iudicio arbitratur hoc in loco esse mendum, ac per γεῦσιν ὀξυτέραν, legendū esse ex Athenæo ὀξυγλυκυτέραν. i. gustu acutiore.

B † Græci cod. habent. καθάπερ καὶ περὶ τῶν ἐφωλευομένων ἐν χειμῶνι. Vetus interpres habet sicuti de conseruatis in niue quem sequutus est Ioachinus. Non video tamen quo in loco inferius Galenus erupte et de piscibus vel alijs cibis, qui vel mortificētur in hyeme, vel cōseruetur in niue. Scio quidem ipsum dicere in cap. quadragesimo primo se disseruisse in fine libri secundi de cibis, sale conditis & de medijs.

De Lupo seu Laurace. CAP. 26. E

HVnc piscem in aquis dulcibus natum non vidimus, sed è mari in flumina aut stagna ascendisse conspeximus. Ideo q; paruus, raro, quemadmodum mugilis sæpe, inuenitur. Et q̄q̄ pelagius sit, stagna tñ maritima non fugit, nec fluuiorum ostia: Pelagij.n.vocantur, qui in mare profundum secedunt. Alimentum sane, quod tum ex hoc, tum ex alijs piscibus prouenit, sanguinem gignit consistentia tenuiorem, q̄ quod ex pedestribus animalibus sumitur, adeo, vt non affluenter nutriat, & celerius discutiatur. Cum aūt nomen hoc tenuius, nunc in duabus rebus inter se collatis, nunc citra collationem enunciemus, sciendum nos, cum ipsum simpliciter pronunciamus, ad sanguinem medium inter extrema comparare. Extremæ autem prauitatis, secundum consistentiam, sanguis est tum crassus, vt pix liquida: tum serosus adeo, vt postea, q̄ è vena effusus concreuerit, plurimū habeat aquosæ humiditatis supernatātis. Laudatissimus vero est, qui inter hos exacte est medius, qui fit ex pane optime præparato (de quo primo libro egimus) & animalibus volucribus, de q̄bus diximus, perdice. ſ. alijs q; id genus: quibus ex marinis piscibus pelagij sunt ꝓpinqui.

De Mullo seu Trigla. CAP. 27.

HIc quoq; pelagicis piscibus annumeratur. Celebratur autē apud homines, tanq̄ voluptate cibos reliquos superet. Omnium fermè aliorum carnem habet durissimam, & valde friabilē: F quod idem significat, ac si dicas nihil in eo esse lentoris, neq; pinguedinis. Nutrit certe, cum probe confectus fuerit, omnibus alijs piscibus copiosius. Diximus autē antea, ꝙ cibus durior, ac crassiorum partium, & (vt sic dicam) terrestris magis, alimentum corpori præstat copiosius, quàm humidior ac mollior, præsertim quando præter id substantiam habet corpori alendo accōmodatam ac familiarem: quæ substantia voluptate iudicatur. Nam alimenta, quæ tota substantia ab alendis animalibus sunt aliena, ea aut non prorsus, aut insuauiter manduntur: ex familiaribus vero, quemadmodū humidius minus nutrit, ita coquitur facilius ac distribuitur. Ergo mulli caro iucunda quidem est, vt quę alimentum est hominum naturæ accōmodum: &, quamuis alijs piscibus sit durior, mandi tamen quotidie potest, propterea, ꝙ friabilis est, & pinguedinis expers cū quadam acrimonia. Nam pinguia & lenta cibaria statim, vt sumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiam euertunt: præterea, quod maius est, compluribus deinceps diebus ipsorum esum non sustinemus. Verum mulli hepar propter voluptatē à gulosis summopere expetitur. Quidā vero ne ipsum quidē per se mandere volunt, sed garelæum, quod vocant, in vase cum pauxillo vini præparantes, in eo viscus ipsum tantisper comminuunt, quoad totum simul ex ipso & humidis ꝓparatis succus vnus fiat simplex ad sensum ac similaris, in quo mulli carnes intinctas mandunt. At mihi profecto ne- G quaq; tantæ suauitatis esse videtur, neq; tantam corpori vtilitatem afferre, vt tantopere sit concupiscendum, vti nec ipsum caput: q̄q̄ gulosi hoc quoq; laudant, ac secundas post iecur ferre prędicāt. Cæterum neq; id intelligere queo, cur permulti grandissimos mullos emptitent, cum nec adeo suaui sint carne, vt minores, nec ad coquendum facili, vt quæ dura admodum est. Ob eam igitur causam, cum quendā aliquando interrogassem, qui ingenti pecunia prægrandes mullos emerat, quid esset, ꝙ illos tantopere expeteret, respondit se primum propter hepar illos tanti emisse, tum autem & propter caput. Verum hactenus de mullis hæc dixisse huic sermoni, in quo vtilitatem inquirere instituimus, satis fuerit. Porrò optimi mulli fiunt, vt alij etiam omnes pisces, tum penes mare purum, tum maxime propter alimenta. Nam, qui cancellos vorant, & grauiter olent, & insuaues sunt, ac ad coquendum difficiles, & mali succi. Hos porrò dignosces, si prius quidem, quàm vescare, ventrem reseraris: inter vescendum vero ipse statim gustus ac olfactus iudicium afferet.

De Piscibus Saxatilibus. CAP. 28.

SCarum, merulam, turdum, iuliam, fucam, percam, à locis, in quibus versari comperiuntur, pisces saxatiles appellant. Non enim in læuibus, aut arenosis, aut terreis littoribus, sed in petrosis promontorijs, & vbi saxa sunt, delitescunt, ac pariunt. Inter hos autem scarus excellere suauitate H creditur: secundum hunc, merulæ, ac turdi: tertio loco, iuliæ, fucæ, ac percæ. Porrò alimentū, quod ex eis sumitur, non modo ad coquendum est facile, sed hominum etiam corporibus est saluberrimum, vt quod sanguinem medium consistentia generet. Medium autem voco, qui neq; admodū tenuis est, neq; aquosus, neq; vehementer crassus. At cum magna huius medij sit latitudo, de ipsius differentijs procedente sermone differemus.

De Gobione. CAP. 29.

GObio littoralis est piscis, ex eorum etiam numero, qui parui perpetuo manent. Præstantissimus autem ad voluptatem, coctionem simul, ac distributionem, & succi bonitatem est is, qui in arenosis littoribus, aut saxosis promontorijs viuit. Non autem æque est iucundus, neque boni succi, neq; ad coquendum facilis, qui in fluminum ostijs aut stagnis, aut stagnis maritimis versatur. Quòd si aqua limosa quoq; fuerit, aut fluuius vrbem expurget, gobio, qui in eis gignetur, erit deterrimus, ceu alij omnes pisces, qui in aquis huiuscemodi versantur. Merito igitur in saxatilibus piscibus nullum est inter cōgeneres discrimen manifestum, vt qui perpetuo in purissimo mari degant, aquam q; dulcissimam, & eam, quæ ex eiusmodi & marina est mista, fugitent. Secundis autem post hos pelagicis idem accidit: neq; enim hi tantum inter se dissident, quantum qui in

vtrisq;

A vtrisque aquis versantur. Horum nanq;,qui in purissimo mari degunt, suorum congenerũ sunt præstantissimi: contra,omnium sunt pessimi,qui in fluminibus vrbes expurgantibus victitant: medij vero inter hos sunt,qui in mediis locis versantur. Diximus autem hæc supra, cum de mugile agebamus. Cęterum gobionum caro,vt carne saxatilium est durior,ita mollior, ꝙ muliorũ. Ipsa igitur pro portione vescentium corpus nutrit.

De Piscibus Molli carne præditis: & quo modo Ius Album conficiatur. CAP. 30.

« PHilotimus in tertio de alimentis, de piscibus carne molli præditis ad verbũ sic scripsit. Go« biones autẽ,& fucę,iulię,percę,muręnę,turdi,merulę,lacerti,ad hęc asini,hamyę, palleres,ie« corarij,cithari,vmbræ,atq; molliũ carnium genus vniuersum,facilius,ꝙ alij pisces, conficiuntur. Ipsum sanè iure quis demiretur,quo nã pacto Scarũ pręterierit, cũ is inter pisces saxatiles primas teneat,quibus oĩbus caro inest,ꝙ aliis piscibus, mollior ac friabilior. Quidam enim ipsorũ molli quidẽ sunt carne,sed nullã habent friabilitatẽ, ut quibus succus quidã lentus ac pinguis innatet: Alij nihil lentoris,nec pinguedinis habẽtes,in eo quidẽ saxatilibus sunt similes, carnis tñ duritie ab eis discrepãt,cuiusmodi sunt pelagici propemodũ oẽs, nisi siqui ipsorũ prauo alimẽto propriã carnẽ corrũpant,ut mulli,qui cancellos mandunt. Cancelli aũt parua sunt animalia flauo colore, B minimis cancris similia. Saxatiles uero nec alimẽta,nec loca mutant, nec dulcibus aquis utuntur, ob eam q; causam oẽs perpetuo sunt inculpati. Quos Philotimus quidẽ Asinos nominauit, alij autẽ asellos nominãt,si quidẽ probo utantur alimẽto,& mari puro,carnis bonitate cũ saxatilibus cõtendent: qui uero prauo alimento utunt̃,aut in aquis mistis,& potissimũ si eæ uitiosæ fuerint, degũt,carnis quidẽ mollitiem non abiiciunt,sed pinguitudinẽ ac lentorẽ acquirunt,propter quã neq; suaues amplius,ut ante,manẽt,sed alimentũ ex se ipsis excrementitiũ reddũt. In oĩbus porrò piscibus id cõiter,ut diximus,memoria tenere oportet,pessimos gigni in eorũ fluuiorũ ostiis, qui latrinas expurgãt,aut culinas,aut balneas, aut uestiũ ac linteorũ sordes, aut si qua sunt alia in urbibus,ꝑ quas medias fluunt,expurgãda: & potissimũ, si populosa urbs fuerit. Quin & ipsius Muręnę,quę in eiusmodi aqua degit,caro deterrima inuenitur: quanꝗ certe neq; flumina ipsam subire inuenias, aut in stagnis gigni: pessima tñ in huiusmodi fluuiorũ ostiis, qualis est Tyberis Romã pręterfluens,gignitur: eo q; in ea urbe omniũ ferè marinorũ pisciũ minimo emitur, quẽadmodũ & qui pisces eodẽ in flumine nascunt̃,quos non nulli Tyberinos appellant, tanꝗ speciẽ habeãt propriã,nulli marinorũ similẽ. Quòd aũt mistione eorũ,quę ex urbe in fluuium influunt, fiant deterrimi,ex eo intelligere poteris,ꝙ meliores sunt,qui in eodẽ fluuio nascunt̃ prius,ꝙ is ad C urbẽ perueniat. Quin & alius quidam est fluuius in Tyberim trecẽtis & quinquaginta stadiis ab urbe prorũpens,quẽ Nar appellant,qui piscẽ habet ante,ꝙ ad Tyberim perueniat, longe pręstantiorẽ. Nam & ab ipsis statim fontibus magnus oritur,& purus perpetuo decliui rapido q; fluxu, in ipsum usq; Tyberim profluit,nusꝗ prorsus ne tantillum quidẽ restagnans. Porrò,qui propter cõsuetudinẽ uernaculos pisces experientia habẽt exploratos,iis memoratis paulo ante indiciis ad ipsos dignoscendos nihil opus fuerit: quibus vero eorũ usus est insolitus, siue ex alia ciuitate cõmigrarint,siue sint incolæ,hęc omnia statim initio expendat prius, ꝙ à propria experientia ad cognitionẽ naturę singulorum pisciũ adducantur. Non igitur oportebat Philotimũ simpliciter de omnibus tenera carne præditis piscibus simul tractare,neq; saxatiles aliis indiscriminatim permiscere. Hi nanq; semper sunt optimi,quod asellis minime cõtingit,nec murenis,ut ne gobionibus quidẽ. Etenim quidã ex his in fluuiis & stagnis: alij autẽ in mari nascuntur: alij in stagnis maritimis,quę uocãt,aut omnino in aquis permistis, ubi magni fluuij ostiũ mari cõmittitur. Plurimũ certe particulatim inter se dissident,ut mugilis & murena: Aselli uero his quidem minus,uerũtamen hi quoq; inter se nõ mediocriter discrepãt. Cęterũ Gobiones non perinde mollẽ,ac isti & saxatiles pisces,carnẽ habent,ueluti nec Vmbrę,quæ σκινίδες aut σκιαῖναι duplici noĩe appellant̃.
D Quod uero ad Citharos attinet,Philotimũ uehemẽter miror: quibus cũ rhombus sit adsimilis, carnem tñ habet ipsis molliorẽ,cum interim asellis longe sit inferior. Et hos igitur,et alios,quos uocant iecorarios: atq; alios,quos Philotimus saxatilibus & asellis permiscuit: scito in medio esse pisciũ duræ carnis ac mollis: nam non dum duræ quidẽ carnis sunt, & ab iis,qui exacte sunt molles,relinquuntur: quibus & Soleam Philotimus non annumerauit: ut nec saxatilibus Scarũ,nisi sanè Passeris nomine soleam intelligat. Similes enim quodammodo inter se sunt passer & solea, non tñ omnino eiusdem sunt speciei: solea enim mollior est,& cibo suauior,ac in totum præstantior,ꝙ passer. Quin & Lacerti medij quodammodo sunt inter pisces carnis mollis ac duræ. Nullus tñ memoratorum piscium aceto,aut sinapi,aut origano indiget,ueluti pingues, lenti,ac duri.
A.lib.2.t.2.c. 546.fol.157.d Quidã "etiã frixis iis in sartagine uescuntur: alij assant,aut in patinis cõdiunt, ut Rhombos & Citharos. Verum hi coquorum in patinis apparatus,cruditatis in totũ sunt causę. Ad coquendum autem sunt præstantissimi,qui ex albo iure fiunt,quod ad hunc modũ fit. Copiosam aquã primũ iniice: deinde olei,quod satis sit,adfundito,cum pauco anethi & porri: deinde cũ pisces semicocti fuerint,salis tantum inspergito,quoad totum ius salsum non dum appareat. Hęc pręparatio uel ægrotis ipsis est accommoda. Quibus uero inculpata est sanitas, iis piscium in sartagine frixorũ, " τηγανιζομένοις secundo loco super craticula assorum,pręparatio est accommoda: uerum hęc sanè oleũ garum q;

cum pauco vino exposcit: frixis vero plus vini gari q; addere conuenit, minus olei. Quod siquibus id stomachum subuertat, paratum habeant acetum, modicum in se gari piperis q; continens. Qui enim ad id condimentum transeunt, melius concoquunt, & deiectio nihil eis deterius procedit: cuius potissimum gratia ex vino & garo quidam frixos pisces mandunt, plerisq; piper immittentibus, paucis oleum. Non nulli autem ex memoratis piscibus, cum frixi fuerint, pauco sale insperli, in cibo simul sunt suauissimi: præterea ad coquendum fiunt meliores, ac stomacho vtiliores, q̃ si alio quouis modo essent apparati. Omnium autem memoratorum piscium alimentum hominibus ociosis, senibus, imbecillibus, & ęgrotis, est accommodatissimũ: qui vero corpus exercent, cibos postulant firmiores, de quibus supra disseruimus. Diximus autem sępenumero molles & friabiles cibos ad sanitatem maxime conferre, ꝙ ij omniũ optimi sint succi: nihil enim est, quod ad firmam valetudinem tutandam adeo conferat, q̃ succus bonus. E

* νωθηλευομένοις.

De Piscibus Duræ Carnis. CAP. 31.

DE his quoq; in secundo de alimentis Philotimus ad verbum sic scripsit: Dracones, cuculi, » musteli, scorpij, pagri, ad hęc trachuri, & mulli, ac rursum cernuæ, glauci, scari, canes, cōgri, » hāmię, libellę, omnes q; durę carnis pisces, ęgre cōficiuntur, succos q; crassos et salsos in corpus di- » stribuūt. Hęc quidē Philotimi sunt verba: nos vero singula eius dicta ab ipso initio expēdamus. F »

* Superius tamen hac eadē pag. A, dixerat ex Philotimo esse carne molli piscas. & ob id Gulielmus Rondeletius & Hippolytus Saluianus medici celeberrimi arbitrantur & hic & paulo inferius pro hamiæ legendum esse Lamiæ.

Dracones quidē ac Cuculi omnibus iis, qui ipsis vescūtur, durā habere carnem manifeste apparent. Mustelorũ vero non vna est species. Nam, qui piscis apud Romanos in maximo est pretio, quē Galexiam appellant, ex genere est mustelorũ: qui ne in Greco quidē mari vsquā nasci videt̃: quæ causa est, cur Philotimus ipsum ignorasse videatur: id tñ nomen in exemplaribus dupliciter scriptũ inuenitur, in quibusdam enim γαλεοὶ per tres syllabas, in aliis γαλεώνυμοι per quinq;. Et liquet sane celebrem illũ apud Romanos galexiā, in eorũ numero, qui molli carne cōstant, esse habendũ: reliqui vero musteli dura magis carne sunt prędití. Deinceps aũt Philotimus Scorpium, Trachurũ, Mullum, Cernuā, Glaucũ, inter durę carnis pisces recte connumerat: in eo aũt peccat, ꝙ scarũ (qui piscis est saxatilis) illis accenset. Post hęc autem Canem adscribit, quē in cetaceorũ genere numerare oportebat, vt qui carnē duram habeat, atq; excrementitiam. Quapropter ipso in partes secto ac sallito vulgares hoīes vescūtur. Ingrati enim est saporis, ac muccosus: ideo q; cũ sinapi & oxelęo, atq; id genus acribus condimentis eũ mandunt. Ex hoc item genere sunt Balenę, & Delphini, & Phocę. Ad quos proxime magni Thunni accedũt: quanq̃ non ęque, ac prędicti, in cibo sunt iucundi: insuaues enim sunt hi, & pręsertim recentes, nam salsi euadũt meliores. Thunnorum aũt caro, qui & ętate & corporis mole sunt minores, non perinde dura est, eo q; hi G facilius quoq; concoquuntur: & iis adhuc magis Pelamides, quę sale conditę laudatissimis salsamentis nō cedunt. Plurimę hę ex Ponto aduehuntur, iis dũtaxat, quę ex Sardinia atq; Iberia importantur, inferiores. Hoc nanq; salsamentum iure in summo precio habetur tũ propter voluptatem, tũ propter carnis mollitiē: vocatur autē passim vsitato nomine salsamentũ Sardicũ. Post sardas aũt ac pelamides Myli, qui ex Ponto afferunt̃, pręcipue cōmendant̃. Post ipsos sunt Graculi.

Hęc itaq; velut obiter, de sallitis piscibus sint dicta. Libellarũ porrò haud perperā Philotimus inter pisces durę carnis meminit: verũ vnà etiam earum insuauitatis mentionē facere oportebat, ceu aliorũ quoq;, quos oīno prætermisit. Congrum vero, Pagrũ, Hāmiam, & Aquilā, recte durā carnē habentibus annumerauit. Sunt q; alij quidam pisces, vt ipse inquit, durę carnis, quorũ nomina suppressit, ꝙ eis hoīes raro vtantur. Quare satius est nos quoq; omissis nominibus, ipsorũ facultates inquirere. Haud ergo male censuit Philotimus duræ carnis pisces ęgrius, q̃ mollis, cōfici. Siquidē tum concoctio, quę in vētriculo fit, tum in singulis corporis partibus alendis assimilatio, in mollioribus quidē, facilius: in durioribus vero, ęgrius fit. Illa nanq; fiunt, cũ hæc alterant̃: porrò, quæ molliora sunt, ea facilius alterantur, ꝙ facilius etiam patiantur: eorũ autem, quæ alterantur, passio est alteratio. Proinde recte dixit pisces duræ carnis ægre cōfici: recte etiam crassum H succũ gignere: durior nanq; cibus crassiorem habet substantiam, vt mollior tenuiorem. An vero salsum quoq; succũ dura cibaria procreent, deinceps erit considerandum. Philotimus nanq;, vt & eius præceptor Praxagoras, salsum succum ex iis, quæ supra modum calefiunt, generari tradit. Mihi vero non simpliciter, sed cum limitatione id pronũciandum videtur. Quoniā vero sermo hic ad omnia dura cibaria cōiter pertinet, proprio illum capite seorsum deinceps discutiemus.

An Dura omnia per decoctionem Salsos Succos gignant. CAP. 32.

NOn solum in piscibus duræ carnis, sed in aliis etiam omnibus duris cibis, Praxagoras & Philotimus salsum humorē ex diuturniori decoctione gigni arbitrantur: quē non salsum modo, sed etiam nitrosum appellant. Equidem comperio plurimorũ, aut, si vis, etiam omniũ decoctum, quādiu coquitur, salsius semper euadere: post autem aliqñ (vt & ipsi volunt) amarũ. Nam corpus ipsum solidum, quod in aqua elixatur, qualitates, quę initio sibi inerant, in ea deponit ita, vt tandem ἄποιον, quod vocant, & aquosum euadat, neq; quidquam salsedinis, aut amaritudinis, aut acrimoniæ, aut adstrictionis habeat. Clarius autem huiusce rei veritatem intelliges, siquando, quod elixas, in aliam aquam transfusum, rursus elixaris. Inuenies nanque id, quod decoquitur, propriam amisisse qualitatem, aquam autem eam in se recepisse. Quamobrem lupini, qui

A ex cerealibus sunt cibis, aquam amaram efficiunt, quod & ipsi qualitatem amaram habeant congenitam: sic & eruum, & absinthium, abrotonum, polium, & alia omnia amara: At solidum corpus, quod decoquitur, minus amarum apparet. Quod si in aliam aquam transfundens, rursus (vt paulo ante dixi) decoxeris, magis etiam, q̃ ante, amarorem abiecisse deprehendes. Quod si tertio, aut quarto in aliam aquam transfuderis, magis adhuc id accidet, q̃ prius, adeo, vt tandem omni prorsus amaritudine sit cariturum. Ad eundem modum, quę acria sunt, vt allium, cępa, porrum, aquam, in qua elixa fuerint, manifeste acrem efficiunt, suum autem proprium corpus minus acre habent. Quod si subinde in aliam aquam transmutaris, omnem prorsus acrimoniam deponent. Quin etiam mala acerba, mespila, & pira syluestria, quanto magis coquas, tanto dulciora ipsa efficias, ipsum vero decoctum, acerbum efficitur. Si vero succos ipsos solos per se coxeris, primum quidem salsiores, postea autem amari etiam fient. Quamobrem, quod ad succos attinet, Praxagoram ac Philotimum recte sensisse (vt diximus) est concedendum: de solidis vero corporibus res aliter habent, ac censuerunt. Nam si, vt paulo ante diximus, ex prima aqua in secundam ipsa transferas, & post illam rursus in tertiam, aut etiam quartam, comperies ea prorsus priorem succum deposuisse adeo, vt degustantibus aquea insipida q; appareant. Quod si aquam non mutes, primo
B quidem decoctum necessario salsius apparebit, postea vero amarum. Verum ius ipsum in primis Praxagoram fefellisse videtur, quod per elixationem salsius redditur, non intelligentem, quod sale aut garo statim initio conditurae in aquam iniecto, necessario procedente coctione succus salsior, q̃ ante, efficitur: Quemadmodum etiam si nulla alia re immissa, purae ac dulcissimae aquae salis minimum permisceas: nam ea quoque feruefacta salsior redditur: nec mirum, cum ipsa aqua optima diutius decocta salsam qualitatem tandem assumat.

De Animalibus, Quibus Testa pro Cute est. CAP. 33.

CVm id, quod totum corpus, ceu vestimentum quoddam cuiq; natiuum, ambit, cutis appelletur, ei q; buccinarum, purpurarum, ostreorum, hiatularum, & aliorū id genus, tegumentum proportione respondeat, idcirco hęc animalia ostracoderma appellant. Tegumentum enim, quod extrinsecus ipsis est circundatū, testę aut lapidi palam est simile. Omnibus porro eiusmodi est cōmune, vt salsum in carne succum cōtineant, qui aluum subducit: quod seorsum vnicuiq; magis minus'ue inest, pro qualitatis ac quantitatis ratione. Siquidē Ostrea inter alia testacea carnem habent mollissimā: paruae autē Hiatulae, Vertebrae, Vngues, Purpureae, Buccinae, omnia'q; huiusmodi, duram. Non ab re igitur ostrea quidē aluum valentius subducunt, corpus autē imbe-
C cillius nutriunt: duriora vero difficilius quidē concoquuntur, sed firmioris sunt nutrimēti. Verū hęc quidē omnia elixantur: ostrea vero citra elixationē mandunt: quidam autē etiam in sartagine frigunt. Quemadmodum autē ex testaceis animalibus, quę dura carne sunt, carnem ad coquendum, ita etiā ad corrumpendum habent difficilem: Ob eam'q; causam ea sępe iis exhibemus, quibus cibi in ventriculo ob prauos succos corrūpuntur, siue ex iecore in eū confluant, siue in ipsius tunicis contineantur. Habent autē omnia, vt diximus, succum salsum ventri deiiciendo idoneū: sed minus, quę dura carne sunt, q̃ ostrea. Proinde cibū corrumpentibus ea exhibemus, bis ter'ue in optima aqua elixantes, &, cum prior salsa iam apparuerit, in aliam purā transferentes. Gignitur autem ex ipsis succus crudus, quem vocant, plurimus: vt ex iis, quę molli sunt carne, pituita. Quemadmodum igitur (cum succum salsum exuerint) caro ipsorum corruptu est difficilis, & aluum sistit, ita, si quis ipsa sale aut garo condierit (quo modo hiatulas solent) & succum ex ipsis genitum ebiberit, venter quidem ei abunde deiicietur, corpus tamen nihil ex eo sumet alimenti.

* χήμας. qui dictionem aliy vertunt chamas ad differentiā chamarū quas & hiatulas vertunt, quæ maxime differūt a chamis.

* χήμαι

* χήμας

De Crustatis. CAP. 34.

AStaci, Paguri, Cancri, Locustae, Carides, Gammari, ac id genus alia, tenui testa concludunt, duritie'q; testaceis sunt similia, sed minus, q̃ illa salsi humoris continent, quanquam eum
D habent satis multum. Dura in totum carne constant: ideo q; & ad coquendum sunt difficilia, & firmi alimenti, cum scilicet in aqua potulenta praecocta fuerint. Horum quoque caro, vt ostreorum, cum praecocta, vt dictum est, succum salsum in aqua deposuerit, aluum sistit. Aegre etiā corrumpuntur, non secus ac testacea, quae duram habent carnem.

De Mollibus. CAP. 35.

MOllia vocantur, quae neque squamas, neque asperam cutim, aut testaceam habent, sed mollem, instar humanae: cuius generis sunt Polypi, Sepiae, Loligines, & alia, quae his sunt similia. Haec certe, quoniam neq; squameum, neq; asperum, neq; testaceum, tegmen gerunt, mollia tangenti apparent: durae tamen sunt carnis, & ad coquendum difficilia, exiguum'que in se succū salsum continentia. Si tamen concoquantur, alimentum non paucum corpori exhibebunt. Cęterum haec quoque succi crudi plurimum gignunt.

De Chartilagineis. CAP. 36.

HOrum animaliū cutis est aspera, ac noctu splendicans, ideo'q; non nulli ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, hoc est quia splendorem habeant, σελάχια ipsa aiunt fuisse nominata. Inter ipsa autē Torpedo & Pastinaca carnem habent mollem, ac iucundam, ceu & mediocriter per uentrem subeuntem, nec concoctu difficilem. Nutriunt item mediocriter, ceu alia quoq; omnia, quae carne molli *Al. testa.

ſunt prædita. Cunctis porrò id eſt commune, vt, quæ partes ad caudam ſunt, mediis partibus ſint E corpulentiores: id quod in torpedinibus præcipue ineſt. Nam horũ animaliũ partes mediæ videntur in ſeipſis habere velut chartilaginẽ quandam tabidã. Raia autẽ, Leuiraia, Squatina, omnia q; huiuſmodi duriora ſunt, & concoctu difficiliora, alimenti q; copioſioris, quàm torpedo & paſtinaca.

De Cetaceis Animalibus. CAP. 37.

DIximus quidẽ iam ante de cetaceis animalibus, quæ marina ſunt: In quo numero ſunt Phocæ, Balenæ, Delphini, & Libellæ, ac grandiores Thunni, & præter illa Canes, quæ'que his ſunt ſimilia: Nunc autem de ipſis quoque in ſumma dicendum, quòd omnia eiuſmodi duram, & praui ſucci, atque excrementitiam habent carnem. Quapropter ſale prius condientes, ipſis vt plurimum vtuntur, alimentũ, quod ex ipſis in corpus diſtribuitur, ea ſalitura tenuius efficientes, eo q; coctioni, & ſanguini faciendo accommodatius. Nam recens horum caro, ni valde probe concoquatur, crudorum ſuccorum copiam magnam in venis congerit.

De Echinis Marinis. CAP. 38.

EX mulſo eduntur hi & garo, aluí ſubducendæ gratia. Parantur q; in patinis, ouis, pipere, melle q; iniectis. Imbecillis ſunt alimenti, ac medij inter ea, quæ humores extenuant ac denſant.

De Melle. CAP. 39. F

OMnis alimentorum materia hactenus duobus generibus eſt comprehenſa: quorum alterum quidem ipſorum à plantis: alterum vero ab animalibus ſumebatur: ab vtroque vero ipſorum mel eſt ſecretum. Oritur enim in plantarum foliis: eſt autem neque ſuccus earum, neque fructus, neque pars, ſed eiuſdem eſt cum rore generis: non tamen aſſidue, nec copioſe, vt ille, prouenit. Memini aliquando, cum æſtate ſuper arborum, ac fruticum, herbarum q; folia mel quàm plurimum fuiſſet repertum, agricolas velut ludentes cecin iſſe, Iuppiter "melle pluit. Præceſſerat autem nox, ut per æſtatem, bene frigida (nam tum tempus anni æſtiuum erat) pridie'que calida & ſicca fuerat aeris temperies. Peritis quidem naturæ interpretibus videbatur halitus è terra & aquis à Solis calore ſublatos: ac deinde exacte tenuatos ac coctos, à frigore ſecutæ noctis concretos coaluiſſe. Apud nos vero raro id accidit, in monte autem Libano quotannis perſæpe. Itaque coria ſuper terram extendentes, & arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, & ollas ac fictilia melle implent: vocant'que id droſomeli & acromeli, id eſt Mel Roſcidum & aerium. Proinde conſtat materiam, ex qua mel generatur, rori eſſe congenerem. Videtur autem & ex plantis, in quarum foliis colligitur, boni mali'ue quidpiam ipſi accedere. Ideoq; laudatiſſimum in locis mel gignitur, in quibus thymus, & aliæ quædam herbæ ac frutices temperamẽto calidæ & ſiccæ affatim proueniunt: tenuiorum enim eſt partium id mel, quod in huiuſmodi plantis generatur: Ideo'que in calidis corporibus prompte in bilem vertitur: frigidis vero, ſiue per ætatem, ſiue per morbum, ſiue natura talia fuerint, eſt accommodatiſſimum: ob id in ſanguinẽ mutatum nutrire ipſa poteſt: in calidis vero prius in bilem, quàm in ſanguinem, mutatur. Cum autẽ tenuium ſit partium, acrimoniæ quiddam habeat, eſt neceſſe, qua aluum ad excretionẽ proritet: quam certe adimẽtes, ipſum efficimus ad diſtributionem & coctionem accommodatius. Commodiſſime autem ipſam adimemus, ſi primum multum illi aquæ admiſcuerimus: ac deinde tantiſper coxerimus, quoad ſpumare deſinat: oportet autem ſpumam ſtatim, vt emerſerit, continenter ab ipſo tollere. Cum enim hac parandi ratione acrimoniam depoſuerit, neque amplius aluum ad excretionem irritet, haud cunctanter in corpus diſtribuetur. Melicratum vero, quod paulisper, aut nihil omnino coctum fuerit, prius deiicitur, quàm concoqui, & in corpus diſtribui, & nutrire poſſit. Preterea in eo differunt, quòd mel non plenè coctum, in ventriculo atque inteſtinis flatus quoſdam gignat: contra, quod in decoctione ſpumam omnem abiecerit, flatus eſt expers, & vrinam mouet. Quòd ſi quis citra aquę admiſtionem mel ſolum delingat, nutriet quidem infirmius, ſed aluum promptius deiiciet. Largius vero ſumptum, ventrem ſuperiorem ad vomitum ſolet con- H citare. Elixum autem ſine aqua, neque vomitum ſimiliter mouet, neque aluum ſubducit, verum diſtribuitur, & nutrit magis: vrinam autem minus eo, quod cum aqua eſt elixum, ciet. Quanquã ne tum quidem, cum nutrit, alimenti multum corpori exhibet, adeo, vt non defuerint, quibus nihil prorſus alere videretur: qui abunde confutantur in tertio de victus ratione in morbis acutis, qui Hippocratis eſt liber, à non nullis quidem Contra Cnidias ſententias inſcriptus, ab aliis De ptiſana: vtriſque in hoc delinquentibus, vt in commentariis in eum librum ſcriptis oſtendimus: In præſentia vero ſatius erat ea de melle dixiſſe, quæ diximus, quorum ſumma eſt: Senibus quidem ac in vniuerſum frigidi temperamenti corporibus mel eſſe accommodum: Ætate autem florentibus & calidis in bilem verti. Præterea exiguum nobis alimentum ex ipſo accedere, niſi verti in bilem occupet: quod ſi ei id accidat, tunc nihil prorſus nutrire poſſe. Clarum autem eſt, quòd pallidam & flauam bilem ex eo gigni dicimus, non atram. Diximus enim iam ſæpe numero medicos ſolere bilem eiuſmodi ſimpliciter citra coloris adiectionem nominare: reliquas vero biles omnes, cum coloris ſui nomine explicare. Alias autem omnes, porracea excepta, cum corpus grauiter ægrotat, excerni videmus. Flaua vero, & pallida, & porracea etiam ſine morbis euomuntur ſępenumero, ac deiiciuntur.

A.l.2.t.2.c.482 fol.149.b

De Vict. rat. in mo. b. acut. cõ. 3. t. 17. & deinceps. 7ª. 128. e

De

A *De Vino.* CAP. 40.

VInum quidem ex eorum esse numero, quæ nostrum corpus alunt, omnes fatentur: modo si, quicquid alit, cibus est, vinũ etiam in genere ciborum est ponendum. Quidam tñ medici negant id cibum esse appellandũ, quòd potus in sermone quotidiano, cibo sit oppositus, qui potio etiam appellatur, vt cibus esca & edulium. Ob eam q̃3 causam vinum nolunt vocare alimentum, quanq̃ alere ipsum non diffiteantur: quod vnum in præsentia requirimus. Quod si alias quasdã materias alere quidẽ concederent, alimenta tñ nominare vetarent, omnium earum doctrinam in vnũ volumen conferremus: Cum autẽ solum vinum nolint appellare alimentum, tametsi ipsum nutriat, permittant nobis tractatui de alimentis breuẽ de vino sermonem adiungere: quas enim vires Hippocrates in libro de victus ratione in morbis acutis enumerat, non vt alimenti sunt, sed magis vt medicamenti. Illas quidẽ & in tertio commentariorũ in illum librũ, & in methodo medendi, ac sanitatis tuendæ libris exposuimus: in pręsentia vero ipsius differẽtias in alendo sumus tradituri, sumpto hinc initio. Vinorũ omniũ rubra simul & crassa sanguini generãdo sunt accõmodatissima, vt quę minima egeãt mutatione, vt sanguis fiãt. Post ipsa sunt nigra crassa q̃3 & dulcia: Tum quę colore quidẽ rubra sunt & nigra, consistentia aũt crassa vnà cum adstringẽdi quali-
B tate. His aũt minus sua natura alunt, quæ alba sunt simul ac crassa & acerba. Omniũ autem minimũ nutriunt, quę colore quidẽ sunt alba: consistentia autẽ tenuia, & aquis hydromeliti faciendo appositis quodammodo similia. Quòd uero vina crassa magis, q̃ tenuia, alant, declarat ipsorum natura: pręterea experientia id ipsum cõprobat. Dulcia vero conficiuntur in ventriculo, ac distribuuntur facilius, q̃ austera, vt quæ facultate sunt calidiora. Quæ autẽ admodũ sunt crassa, tardius quidẽ perficiuntur, ac distribuuntur: si tñ in ventriculum adeo robustum incidant, vt confici recte ab eo possint, alimentum copiosius corpori exhibebunt. Constat præterea, q, quemadmodũ hæc corpori alendo tenuioribus sunt præstantiora, ita ad vrinam ciendam sunt deteriora.

De Victus rat. in morb. acut. cõ. 3. t. 1. & decept. 7. 125. d

De Cibis Sale conditis. CAP. 41.

DE cibis sale conditis, & mediis, ad finẽ operis scribere distulimus. Ne hæc igitur desiderentur, tempestiuum iam fuerit vtrorũq3 vires explicare. Animalium corpora, quorũ carnes duræ simul sunt ac excremẽtitię, ad saliendum sunt accõmoda: voco aũt excrementitias (vt superiori sermone) quæ per totas sese diffusum habent humorem pituitosiorẽ: qui quanto copiosior fuerit ac crassior, tanto caro si saliatur, melior euadet. Quæ vero aut admodum mollem, aut valde siccum, & minime excrementosum, habent corporis habitũ, ad saliendum sunt inepta. Salis nãq3
C facultas (vt in opere de simplicibus medicamentis demonstrauimus) est cõposita: nã corporum, quibus admouetur, humores superfluos tenuat ac digerit, & pręterea corpora ipsa cogit in sese ac condensat: cum nitri spuma & laxum aphonitrũ tenuare quidẽ & discutere possint, cogere vero & cõdensare nõ possint. Corpora igiť, quæ natura sunt sicca, salis cõspersu exarefacta, cibo fiunt inepta. Quidã autẽ Leporẽ salire aggressus, mustelis exiccatis similem reddidit. Suum vero obesorũ ac ætate florentium carnes ad saliendũ sunt appositæ, vt quę vtriusq3 excessus sint expertes, annosorum videlicet siccitatis, & nouellorũ porcellorum immodicæ humiditatis. Quemadmodũ enim corpora sicca, salita, coriis euadũt similia: sic contra, quę immodica humiditate diffluũt, salis cõmercio liquantur. Ob eam causam nec pisces mollis carnis, & excrementis vacui, vt quos saxatiles vocant, & aselli, qui in puro mari degunt, ad saliendum sunt accõmodi. Graculi vero, & pelamides, & myli, sardæ, & sardenæ, quę q̃3 saxatina vocant, & salsamenta, ad saliendum sunt appositi: præterea ex marinis belluis cetacea, salita, euadunt meliora: habent enim & ipsa carnem excrementosam. Mulli vero, q sicca eorum caro sit, & ab excrementis pura, non sunt ad saliendum accommodi. Ex his autem perspicuum est ea ad coquendum esse difficillima, quæ sale condita, dura euadunt ac neruosa, & veluti cutacea ac coriacea: Quæ vero contra habent, tenuia quidem
D ipsa redduntur: mansa autem humores crassos ac glutinosos tenuant. Præstantissima autem omnium, quæ mihi experientia cognoscere licuit, sunt, quæ à veteribus medicis Sardica salsamenta nuncupantur, hodie Sardas vocant: & Myli, qui ex Ponto aduehuntur. Secundum autẽ post illa locum habent Graculi, & Pelamides, & quæ Saxatina appellant.

De Mediis Edulijs. CAP. 42.

IN singulis differentiis, eorum, quæ alimentis inesse diximus, quędam sunt media. Etenim inter ea, quæ molli sunt carne, & quæ dura, medium quiddam reperias, quod nec molli nec dura sit carne: similiter inter tenuantia & incrassantia, calfacientia & refrigerantia, siccantia & humectantia. Atq3 animalibus naturalem temperiem inculpatam quidem seruantibus, similia suis naturis cibaria conueniunt: iis vero, quæ prauam temperiem aut ab initio sunt sortita, aut post acquisiuerunt, non similium sibi ipsis esus, sed contrariorũ est vtilis. Seruatur enim similibus, quod probe secundum naturam est temperatum: quemadmodum, quod male est temperatum, à contrariis ad proprium temperamentum adducitur. Itaque singulæ animalium naturæ suum proprium medium habebunt, vt homo quidem tale, canis autem tale, atque ita in aliis omnibus: Præterea huic homini sigillatim tale secundum hanc & illam ętatem: ad hæc etiam secundum vitę cõditionem: atque institutorum, & regionum in quibus iamdiu habitant, differentias.

GALENI DE SVCCORVM BONITATE ET VITIO

A Iulio Alexandrino medico Tridentino olim translatus, & nunc ab eodem diligenter recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Quo quis pacto Bonos Succos procreare, & Malos ac vitiosos deuitare possit.

Historia Morborum quorundam ob Mali succi Alimenta, tum De se argumentum rei eiusdem. CAP. I.

Vantum sit in mali succi cibis virium ad procreandos morbos, facile non omnino mẽte captis declarauit fames, quæ per plurimas Romano imperio subditas gentes sęuiit multis deinceps annis continue. Quum enim ciues pro more suo (quo ęstate q́ primũ solent frumẽti, quod satis sit in reliquũ anni tempus, parare) quicquid in agris tritici fuerat, abstulissent vnà cum hordeis, fabis q́; ac lentibus, reliquos agrestibus fecere cereales fructus, ὄσπρια & χέδρωπα gręci vocant, i. legumina, simul etiã non sanè paucis ex his in vrbẽ asportatis. Cõsumptis itaq; hyeme iis, quæ facta reliqua fuerant, agrestes necessariò vere toto succi praui alimentis vescebantur, adhibitis ad cibi vsum, arborum fruticum q́; germinibus ac turionibus, bulbis q́;, & stirpium succo malo præditarum radicibus: pleraq; preterea, agrestia quę vocant olera, prout cuiq; horum se copia suggerebat, abunde ad saturitatem vsq; ingurgitantes, simul herbas virentes totas edebant elixas, quas antea nunq̃, ne periculi quidem faciundi gratia, degustauerant. Itaq; videre erat ex his quosdam desinente vere, plerosq; certe omnes ineunte æstate, vlceribus in cute q́ plurimis correptos, quorũ non vnica esset in omnibus facies: siquidem erysipelas alia, phlegmonen alia referebant, atq; alia herpetem, sicuti impetiginem alia, & psoram & lepram alia. Atq; hęc quidem fuere ea quę per cutim efflorescentia, placidissime vitiosum succum è visceribus profundo q́; corporis euacuarent: aliis vero quibusdam carbunculi & phagedenæ, specie, quum apparuissent cum febri, plurimos interfecere, paucissimis ægre post multum temporis seruatis. At sine cutaneis affectibus febres plurimæ viguere. Quas ipsas tum alui recrementa sequebantur graueolentia, & mordacia, intestinorum q́; difficultates & tenasmos postremo afferentia, tum acres vrinas, atque eas grauiter olentes, quæ quorundam vesicam exulcerarunt. Iam non nulli diiudicati sudoribus sunt, iis'que ipsis male olentibus, abscessibus'ue putredinosis. Quibus nihil horum accidit, interiere omnes aut cum manifesta visceris vnius alicuius phlegmone, aut ob vehementem et malignam febrem. Quum q́; medici nõ nulli paucis omnino quibusdam sanguinem mittere auderent morbi initio (siquidem non iniuria remedij huiusce vsum reformidabant ob virium iam tum antea imbecillitatem) nulli eorum animaduerti sanguinem profluxisse probum, qualem videmus de sanorũ corporibus profluere, sed aut plus iusto ruffum, aut nigriorem, aut serosum nimis, aut acrem, ac venam dissectam ipsam inter fluendum vellicantem mordicus, sic, vt ægre inde ad cicatricem duci vulnus posset. Quosdã vero, pręsertim moribundos, etiam cum febribus symptomata inuaserunt mentem affligentia, cũ vigiliis vnà alto q́; sopore, quem cataphoram nominãt. Atq; nil sanè mirum videri debet, si quidem contrariis inter se cum morbis tum symptomatis correpti fuere, qui tunc ægrotarunt, vt qui non solum natura inuicem, aut ętate, sed etiam anteacta victus ratione differrent, alimentis q́; vsi essent in fame, pugnãtibus inter se facultatibus pręditis. Sanè vnusquisq;, vt cuiq; se quid suggereret, edebat. In diuersa porrò rerum copia alij cibos adhibuere succi acidi, acris'ue, aut salsi, aut amari: sicuti austeris alij, aut acerbis vsi sunt, aut qui euidenter refrigerarent, aut ĩmodice humidi essent,

A essent, aut viscidi, aut medicamentosi. Ipse quosdam noui, ex fungorum esu periisse statim: quos-
dam ex cicutę aut ferulę: nec sanè paucos ex his vix seruatos. Ac cęteris quidē omnibus, qui ra-
tione niterentur, facile fieri posse videbatur, vt, quemadmodum forinsecus exulcerationes ac va-
riæ apparebant tumorum facies, phlegmonosorum, & œdematosorum, eorum q; ad hæc, qui ery
sipelas & scirrhum referrent, sic partibus intimis, quęcunq; principales magis essent, totidem ac-
cidere affectus potuisse. Soli sunt, qui quiduis aliud potius, quàm succos, cauent, quicunq; ratio-
nis expertes ab hippocratica de succis doctrina desciuere: quorum apud me non nulli clam con-
fessi sunt, manifesto se quidem contendendi cernere cupiditatem aduersus Hippocratem, existi-
mantium nihil esse in succis ad sanitatem aut morbum vsus aut detrimenti, pudore tamen inte-
rim affici, si post quinquagesimum demum ætatis annum ad Hippocratem deficiant: sic enim vi
deri poterimus (dicebāt) nō solum discipulis, sed etiam iis, qui præterito assidue tempore nobis
vsi essent, obfuisse. Quin in honore se quoq; apud mortaliū multos esse aiebant, quo nomine pla-
cita sequi crederent vera: quę si ipsa quoq; praua esse faterentur, cū indoctiores alijs visum iri se, tū
vero futurum, vt eorū, qui antea ipsorum opera vtebātur, nullus in posterū esset vsurus. His itaq;
multum veniæ cōdonemus, par est, non quidem culpato eorum instituto, sed de illorum vna in-
B fortunio miserti, qui ante, q̄ iudiciū ferre de doctrinis possent, magistros nacti sint improbos: illi
contrà odio meritò habendi sunt, qui ob honoris contentionem primi placitorum sectas erigūt,
quippe qui volentes scientes q; imposturam facere hominibus velle videantur, non autē per im-
prudentiam labantur: quum nullus ad tantum vnq̄ dementiæ veniat, vt ignoret, quantū insit in
eo mali, si contenti in corpore humores in medicamentosas qualitates degenerent. Isti ipsi, qui-
bus cū institutus nobis est sermo, haud sanè facile vel etiam neutiq̄ fieri posse rentur, vt inter eos,
qui ex lethalis medicamēti assumptione, & morboso corporis ipsius affectu, periclitant, interstin
guatur. Neq; vero illud non apertissime videmus, vt negare nemo audeat, animalium venenum
eiaculantium succos, quos in morsu reponūt, alios demorsam partem celeriter mortificare, alios
putrefacere, aut phlegmonen aut dolores vehementissimos ciere: veluti & scorpionem, si quis in
eū bis ter'ue ieiunus conspuat, statim perire: nam, sicuti naturæ affines alię aliis sunt, sic quędā ini-
micantur quibusdā, eas q; perimunt. Vsu porrò venit, vt affinibus nutriamur, cōtrariis vero per-
damur: est q; de his tractatum fusius in commentariis de naturalibus facultatibus, tum de simpli-
cibus medicamentis: in pręsentiarum autem satis sit enarrasse etiam, quę comperta vidimus in fa-
me. Quòd si fidem mihi adhibueris (cui, quamobrē mentiri debeam, causæ nihil sit, contra q; per
C moleste feram, quòd auctores multi suis in libris egregie mentiti sint) explicabo, quæ in vniuersa
vita mea experientia longa didici, id q; diis ipsis testibus inuocatis. Ego sanè patrē habui, qui ad
summū geometriæ, architecturæ, logistices, arithmetices, atq; astronomiæ peruenit: fuit q; ab iis,
qui illum norant, æquitate, probitate, & temperantia supra philosophos omnes commendatus.
Is me puerū etiamnum morbis intactum seruauerat præscripta victus rōne. Adolescens deinde
factus quum essem, secessu q; in agrum vteretur genitor, agricolationis studiosus, vrgebam ego
quidem studia supra condiscipulos omnes, non interdiu solum, sed etiam noctu: toto vero canicu
læ tempore, quæ græcis ὀπώρα est, quum omnibus fugacibus fructibus me explessem cū æquali-
bus vnà meis, autumno in morbū incidi acutum, sic, vt sanguinem mittere necesse habuerim. Re
uerso deinde in vrbē patre, me q; increpito, tum reuocata in memoriā priore victus ratione, qua
sub ipso vsus essem, præcepit, vti de cętero hanc seruarē, æqualium meorum intemperantiæ nun-
cio remisso. Quin in sequenti quoq; anno studiose egit, vt viuendi rationem meam obseruaret,
ne quid de fugacibus fructibus, nisi modice, attingerem. Agebam tunc temporis ætatis annum
vndeuigesimū: quo anno quum incolumis euasissem, sequenti q; deinde mortem obiisset pater,
liberaliter cū æqualibus vnà in victu fructibus vsus, qui sub caniculæ tempus proueniunt, mor-
D bum incurri priori non dissimilem, vti tunc quoq; vena mihi necessario secanda fuerit. Ex eo tē
pore aliquando singulo quoq; deinceps anno semper ægrotaui, aliquando intermisso vno, ad an
num vsq; vigesimumoctauum: quo tēpore, quum periculum adiissem, ne, qua parte septo trans-
uerso iecur adhęret, abscessus esset, mihi ipsi vsum interdixi fugacium omnium, præterq̄ ficuum
vuarum q; exacte maturarū, his q; ipsis non immodice, sicuti antea, sed moderate, adhibitis: habe
bam q; alium quēdam biennio maiorē sodalem eiusdem mecum instituti. Adhibita itaq; diligēti
de exercitatione cura, tum ne quid cruditate laboraremus, immunes hactenus à morbis perseue-
rauimus annorum multorum spacio. Iam, quoscunq; ex amicis aliis persuasos habui, vt se exerce
rent, viuendi q; seruarent ordinem, animaduerti ad hanc vsq; diem incolumes perstitisse, quosdā
annorum vigintiquinque interuallo, quosdam non totidem quidem annis, sed satis tamen mul-
tis, prout persuasus quisque fuerat, vti sese à fugacibus fructibus abstineret reliquis'que prætereà
vitiosi succi eduliis: de quibus propositum nobis sit hoc libro pertractare.

Varia Hominum Conditio: tum de Boni Glutinosi que Succi Cibis quibusdam: & de Attenuantium Medicamentorum Vsu. *CAP. 2.*

ERgo, qui exercitatione vti ante cibum possunt, iis exquisita prorsus vitæ ratio ne fuerit qui-
dem necessaria: aliis vero, qui ob negociorum molem hoc facere prohibentur, non solum

diligentiore victu, verum etiam medicamentis salubribus opus fuerit. Plurimi quoq; eo rerum E statu degunt mortales, vt his neque ante cibum recte exercere se liceat, neque opportune satis cibum capere, neque vero probe alimoniam conficere: hosce intactos morbis perdurare diutius impossibile fuerit, nisi consulant subducta sibi aluo per interualla, interdum purgatione etiam validiore, ac tempestiua sanguinis missione, salubribus'que quibusdam ad hæc medicamentis opportuno tempore epotis. Quicunq; vero quietioris vitæ institutũ ingressi sunt, nec coguntur prius, quàm lucescat, visitare potentium limina: nec post, quàm crebro sudarint operibus necessariis factitandis, refrigescere: neque aliquibus, dum lauantur, assistere: neque alios, quum se domum iterum conferunt, reducere, ipsi postea ingenti festinatione loti cœnatum properare, hisce nos prius victus rationem præscribemus, vnde sanguinem in primis probum obtineant: aliis'que deinde consulere conabimur, qui negociosam vitam ducunt: fuerit'que necesse, vt in memoriam reuocentur, quæ in tribus commentariis disseruimus, de alimentorum facultatibus cõscriptis. Igitur inter frumentacea cibum exhibent succi boni panes "puri rite confecti, quorum & in textu coctura sit, & ante id subactio, tum fermento constent modico, salis'que mistura: secundas ab his obtinent furnacei. Nec sane minus alica inter ea, quæ optimi succi sunt, censetur, sicuti suilla quoque caro, si quidem ista ventriculus exquisite concoquat, & in sanguinem vertat iecur: viscidi nihilo F minus, nescio quid, retinent, quod'que ideo iecoris, renum'que meatus obducat, quibus adstrictiores hi natura fuerint. Si quis igitur crebrius his vtatur, grauitatis secundum prędictas iam partes sensum quendam, aut dolorem etiam non nunquam persentiet. Iecinoris porrò obstructionem comitatur distributionis impedimentum, ac plenitudinis collectio in mesarçi, simarum'que visceris partium venis. Quo casu periculum rursus sit, ne aut phlegmone insequatur partium, in quibus facta collectio fuerit: aut redundantium humorum ipsorum putredo: quandoquidem alterutrum sequi necesse sit crudos, crassos'que humores, vt aut in sanguinem conuertantur concocti, aut putrescant, sicuti reliquis quoque omnibus accidit, quæcunq; locis calentibus diutius moram trahunt. Proinde inuenta medicamenta sunt, sic à medicis salubria appellata, quæ attenuandi omnia facultate constant: horum siquidem officium est angustiores vias expedire, tum abstergere, siquid ex humoribus glutinosi vasis adheserit, humorum'q; crassitiem incidere, & extenuare.

A.l.2.t.2.c.565 fol.159.d

Cęterum frequens horum vsus sanguinem serosum, aut biliosum, aut atrabilarium temporis tractu reddiderit: siquidem solita sint medicamenta hæc vniuersa propè, præter id, quòd attenuent & incidant, etiam vehementius excalfacere: à sic autem excalfacietibus solidiores partes exiccantur, humores'que redduntur crassi, vnde renum calculi existant tophacei. Ergo, quum corporis G constitutio probatissima ea habeatur, quæ simul & attemperatissima sit, simul humorum transitum expeditum teneat, hac natura præditum possibile sit, si quidem se ante cibos, quod satis sit, exerceat, incolumen assidue perstare, etiam aliquãdo succi crassioris cibis plusculum vsum: quod genus, sicuti diximus, alica est, & suilla caro, panes'que furnacei, & textuacei, quibus quidem nec exacta adhibita fuerit præparatio, qualem paulo supra retulimus, & imperfecte sub textu decocti sint. Eiusdem cum alica naturæ est tragus quoque, quem vocant, qui ipse quoque inter frumentacea alimenta connumeratur, atque is tamen alica ipsa ęgrius in ventriculo concoquitur. Nec dissimilem ab his planè facultatem obtinet ouorum natura: de quibus distinguendum tamen plenius sit, quemadmodum de lacte quoq;: docebũtur hęc ad amussim in sermonis progressu haud ita multo post. Prius nanque, quemadmodum horum ipsorum memini, vt alimentorum veluti formulam quandam exprimerem, in quibus cum visciditate vnà succorum bonitas, & crassities inest, ad eundem modum de iis quoque mentionem faciam, quæ mediocriter se habent, & natura cõstant inter incrassantes cibos, & attenuantes, media: de quibus alibi vnico libro disserui, qui est de attenuante victus ratione. Huiusmodi tamen plurima medicamenti potius, quàm alimenti, nomine vocentur: at, quæ crassos, glutinosos'que succos progignunt, edulia, hæc fuerint, quæ H cum valentissime alant, tum bonum procreare sanguinem consueuerint, si quidem ea ventriculus ac iecur probe conficiat.

De Cibis Inter Attenuantes, atque Incrassantes mediis: tum quibus Innoxius esse Glutinosus succus possit, quibus item non conueniat. CAP. 3.

OMnium tñ minime improbãtur edulia, quæ tenuantium, crassum q; facientium, in cõfinio sunt, vt quę in excessuum meditullio, & attemperantia quadã locentur. Huiusce generis panes optimi sunt, qui quõ parentur, fusius dictũ à nobis est in primo de alimentorũ facultatibus libro: gallinarũ q; pręterea carnes, gallorũ q; gallinaceorũ, tum phasianarũ auium, perdicũ, columbarũ, attagenum, turturũ, turdorum, merularũ, & passerculorum omniũ, piscium q; ad hęc saxatilium, littoraliũ q;, et pelagiorum, & gobiorũ, & murenę, & buglossę, et asellorũ, breuiter q; pisciũ omniũ, quicunq; nullam inter edendum nec visciditatẽ, nec saporis fœditatẽ, nec insuauitatem reprẹsentant. Nec sanè paucas distinctiones requirit horum omnium natura: quam tractaturus deinceps sim, quum de mali succi cibis dicemus, additis prius hoc loco, quæ desunt. Etenim, quicunq; plurimum exercere se possunt, somnum q; pro eo, ac lubet, producere, vitam q; delegerunt à ciuilibus negociis ,pcul, possint sanè hi crassi, glutinosi q; succi cibos capere, pₛertim si cui post

largum

A largum horum esum nullus vnq̃ in dextro hypochondrio, aut ponderis, aut tensionis sensus oboriatur: quibus vero non licet aut per ætatem, aut ob consuetudinem aliq̃, exercere se ante cibum, abstineant ab edulijs id genus omnibus. Omnino vero vrbani, ne ipsi quidem admittere alimenta huiusmodi debuerint, sed vel gestationibus, vel deambulationibus vtantur validioris exercitationis vice: sicuti nanq; quies corporis deses prorsus, maximum est ad tuẽdam sanitatem incommodum, sic plane maximus fuerit in mediocri motione vsus: quando ne ægrotaturus quidẽ omnino aliquis sit, qui, ne quando cruditate laboret, curam gesserit, nec commotionem a cibo vehementiorem aliq̃ aggrediatur. Quemadmodum enim omnium maxime commendatur ad sanitatem exercitatio ante cibos, sic à cibis motus vnusquisq; vel in primis damnatur eo, q̃ a ventre alimentum ante concoctionem distribuatur, crudiorum q́; ita humorum vis colligatur in venis, vnde morborum genus omne progigni soleat, nisi prius aut laboribus pluribus dissipentur ipsi, aut cõcoquantur, in q́; sanguinem vertantur à iecoris, venarum q́; facultate. Itaq; securissimum fuerit cibos cauisse crassi, glutinosi q́ue succi, quibus quidem valetudinis solius bonæ cura sit, non autem bene habiti corpore esse student, quod gymnastici faciunt. *Al. ocios.

De Crassi Succi Cibis, Pane, Caseo, Lacte, Placentis, Laganis, Cochleis, Ouis, Mollibus piscibus, Cetaceis, Ostreis,
B *Testaceis, Brassica, Lente, Fungis, Tubere, Amylo, Pineo nucleo, Animalium Partibus quibusdam, Glandibus, Palmulis, de q́ue Horum Differentijs, & Dulcis, Crassi q; Succi Edulijs.* CAP. 4.

CIbos igitur crassi succi enumerabo deinceps, quos hactenus sermone non retulimus, initio à pane sumpto: Ex quibus, qui neq; fermẽti, quod satis sit, neq; salis accepere, neq; subacti ad plenum, sed nec in textu probe cocti fuerunt, crasso supra omnes succo constant, preter id, q̃ visci di etiam non nihil participant: quod succi genus Praxagoras, & Philotimus κολλώδη appellãt, i. glutinosum. Crassi preterea succi est caseus omnis, sed recens succum vitiosum nõ obtinet, qui inueteratis adest: glutinositas in eorum quibusdã crassitiei accedit, non tñ in omnibus, id q́; ob lactis, vnde conficiuntur, naturam: cuius non pauca sunt discrimina pro aĩantium diuersitate, & alimẽtorum, quæ alibi alia capiunt. Ac plurimus quidem apud nos est caprini lactis vsus, sicuti bubuli apud alias nationes: quin & frequenter ouillo vtuntur, crassum tñ hoc est, asinarum lacti ex aduerso, hoc nomine: pingue bubulum: omnium in medio caprinũ, quippe quod nec immodice pingue, neq; vero crassum sit, ideo q́; etiam operibus mediocre habetur, quæ in humano corpore edit: quum tenue, serosum q́; lac, sicuti minus alit, ita vẽtrem subducat magis: crassum contra, mi
C nus quidẽ aluum emolliat, at magis interim nutriat. Ex tribus nanq; substãtijs cõstat lac quodq;, dissimilium inter se partium: quarũ vna serosa est, tenuis q́;, crassa altera, ac caseosa, tertia vero pinguis, atq; oleosa. Neq; in omnibus tamen animantibus æqua harum portio est, sed in camelarum, atque asinarum lacte serosæ humiditatis plurimum, caseosæ in ouillo, pinguis in bubulo. Capræ pro reliquis animalium generibus intra excessum oẽm mediocriter se habẽt: illæ.n. ipsæ, si quidẽ inuicem rursus conferantur, in iam dictas differentias cadunt: qñ non sane parua ea sit, quæ ab ętate sumitur, sicuti nec, quę ex pascuis ducitur, atq; anni tẽpore, interuallo q́; insuper à partu: de quibus ipsis plenius in tertio de alimentorum facultate libro tractauimus. Illud hoc loco dixisse satis sit minime tuto sumi caprarum lac absq; melle: multis nanq;, qui solũ id sumpsissent, in caseũ coactum fuit in ventre: quod quũ contingit, mirum, q̃ hominem degrauet, ac suffocet. Hoc ipso admiratione dignius, quod in concreto in grumos sanguine fit, si vel in vulnus defluat, vel vẽtrem, vel intestinorum aliquod: inde.n. & exoluuntur, & refrigescunt, pulsus q́ue tum parui, tum mali euadunt. Quin etiam concretus ad hunc modũ in vulneribus sanguis causa est, vt putredo celeriter vicinas partes sanas corripiat. Vnde igitur fiat, vt humorum nostrorum omniũ maxime proprius, postq̃ refrixerit, affectus afferat ingentes adeo, disquirendum sane non parum fuerit: inde
D tñ aperte colligas, quanta sit prauorum humorum qualitatis facultas, quorũ rationem nullam ducunt, vt rei vilis, medici quidã hoc tẽpore, illos sequuti, qui se primum ad ita arbitrãdum finxere. Lac certe, ne coaguletur in ventre, epotant non nulli addito melle, & aqua, tertio q́ue ad hæc sale.

Optimi succi est lac, quod bene habitorum animalium sit, ac post emulsionẽ statim bibatur: at, quod decoctum plus iusto fuerit, succi nimis crassi euadit, potissimum, si triticeam farinam, milium ue, aut amylum vnà decoquas. Caseus crasso succo omnis constat, inueteratus ẽt malo: possis tñ subducendæ alui gratia ante cibum recẽs coagulatos esse cum melle: nam & vetustis hi crassum minus succum obtinent, ac nequaq̃ prauum: quod ex coactis defluit serum, satis quidem aluum emollit. Cibus ẽt fuerit crassus, qui q́; eam ob rem iecoris meatus infarciat, placẽta, quam ex lacte & caseo, quam q́; ex simila & lacte parant, aut si qua lagana, aut rhyemata addantur. Nec minus crassi succi sunt, quęcunq; ex musto, & simila parantur, aut in vniuersum triticea farina. Ipsa quin etiam per se lagana, & rhyemata, omnia q; ex tritico bellaria sine fermento, quoties casei etiã aliquid adijcitur, crassi valde succi sunt: videntur q́; mihi veteres, quæ nũc lagana, & rhyemata vocamus, cõi itriorum nomine appellasse. Crasso succo constant cochleæ etiã, oua q́; elixatione, aut assatione ad summũ durata: nã, quę sartagine friguntur, etiam mali succi fiunt, ac ventriculi concoctionem sortiuntur nidorosam, & quæ reliquos secum cibos in corruptelam trahat, proinde

inter

inter ea,quę concoctionem fugiunt,omnium pessima sunt: quę mediocriter elixa fuerint,eo'que E vocantur tremula,pręstabiliora sunt & ad concoquendum,& ad distributionem in corpus,& ad nutritionem,& ad succi bonitatem: quemadmodum sane & quæ sorbilia vocantur, mediocriter elixa, eam ob rem gutturis asperitates lenientia, ꝙ non dum spissatus eorum humor concreuerit.

Ex aquatilibus etiam mollia,quæ vocant, loligines,sepię,polypodes,alia'q; id genus, crasso glutinoso'q; succo constant,sicuti & cetacei pisces, de quorum genere habentur thunni: his ipsis moderatiores pelamides. Crassi valde succi sunt ostrea quoq;,buccinæ,& purpuræ, ac breuiter quæcunq; Aristoteles ὀστρακόδερμα, i. testacea appellat,hiatulæ, lopades, pectines,pinæ, & id genus. Inter hæc purpuræ & buccinę carnem habēt duriorem cæteris,ac succi crassioris: reliqua vero humidiorem,& viscidiorem,omnium'que maxime ostrea. Illud expedit scire, horum omnium succo ventrem subduci, vt & lactis sero: solido autē eorum corpore, ꝙ & difficilius concoquatur,& crassi succi sit,crudum progigni succum,crassum'que,ac frigidum. Brassicę ac lenti idē contingit manifesto,sicuti permultis alijs obscure: de quibus prolixius disseruimus cōmentarijs tribus, de alimentorum facultate inscriptis. Atq; alia quidem, quorū crassum esse succum ꝓnunciauimus, glutinosa omnia & viscida sunt exceptis testaceis, quæ diximus. Brassica ac lens non eandē succi naturam sortitæ sunt,sed nitrosum,&, quo aluus subducatur,sicuti dracūculus,acrem & insigni- F ter amarum: arum aūt vtrūq; quidem, sed obscurius: austerum & amarum bulbi,quos si elixatione plurima eluas,solidum relinquitur,quod crassi succi sit. Ex edulijs his omnibus, fungis frigidissimus & glutinosissimus crassus'q; simul succus inest: atq; inter hos ex solis boletis nullus fert interijsse,qui tñ ipsi choleram ēt non nullis attulerunt inconcocti: at reliquorum fungorum esus quibusdam mortem intulit: non nulli mortis inde adiere discrimen diarrhoeis correpti aut choleris, aut strangulatu periclitantes. Tuber, quod vocant, crasso modice succo præditum est, non tñ malo: eiusdem modi est amylum quoq;. His ipsis crassioris succi plus habet nucleus pineus, quē κῶνον vocant: qui tñ ne ipse quidē malus sit: veteres hunc etiam στρόβιλον appellant. Inter ea,quę crassi succi sunt, iecur quoq;, & renes, & testes censentur: iecur tñ mali succi non est: renes, ac testes non sane boni, nisi gallinaceorum, præsertim altilium: quod genus suillum quoq; iecur est, quum caricas ederint: ficatum vocant. Animalium aliorum lieni satis malus succus inest & melancholicus,in suibus non perinde talis. Cor certe substantia cōstat, visceribus cæteris, & duriore & fibrosiore: in illis nanq;,vasorum in medio, substantia quędam cernitur concreti sanguinis, at in corde fibræ visuntur solidæ,multę,longæ,quēadmodum in musculis,circa quas carnosa substantia concreuit: proinde sunt,qui cor in musculorum genere reponant: quorum substantia mo G lem constituit corporis nostri vniuersam,eam'que,quæ proprie caro vocatur, quā in victimis edimus. Ceterum musculorum principia,quæ capita quoque vocāt, quadamtenus neruorum plus habent, dispersis per hæc ligamentis, ex ossibus,vnde initium sumunt, ortis: sub extremum tendines exoriuntur, quos vocant: eam'que ob rem extreme musculorum partes vtrinq; neruosiores sunt,sicuti carnosum, quod medium est,totum,quod & nutrientissimum est: vocatur'que ab hominibus caro, qui fibras pre tenuitate inspicere nequeunt ex ligamentis neruis'que per hāc dispersis enatas: sic'que attributo iam antea huic carnis nomine, iure musculum vocāt principium huius extremum'que tantum. Atqui non ita se habet res: verum musculus quidem totus,circunscriptione propria quadam separatus cernitur ab alijs, ipse tñ suam quādam actionem obit ex motionibus voluntarijs (sic.n.vocāt has,à naturalibus & inuoluntarijs diuisas:) partes autem ipsius predictas differentias sortiuntur. Porro extremis animalium partibus minimum inest carnis,ossei vero ac neruosi plurimum: neq; id tñ ob neruum volūtarij motus auctorē (paruus enim is est) sed ob eum,qui colligat,tendinem'que præterea, sic à veteribus medicis vocatum, à recētioribus autem ἀπονευρώσεως nomine. Viscida hæc immodice & glutinosa sunt, vbi elixa fuerint, atque ideo horum etiā alimentum: neq; absimilis naturæ sunt pedestrium animalium labra,atq; his pro H pinqua,vt quæ viscidum,minus licet crassum, succum generēt: id quod vel elixatio ipsa declaret, qua huiuscemodi corpora plurimū intumescunt & dissoluuntur. Concoctioni tamen hæc quoque accommoda sunt,animalium'que,quę volatu fidunt,alę,cōi exercitatorum corporum ratione: quippe quę excrementis vacent omnia,sicuti his abundāt,quę ociosa sunt. Pinguium tñ porcellorum cutis probe elixa, habet illa quidem glutinosum pinguem'que succum, at nō valde crassum, nec qui, vt extremę partes,similiter concoquatur,quemadmodū plane nec ęque bonum,atque harum,sed excrementitium magis. Pars est in animali crassi succi cerebrum quoque, & spinalis medulla: tales mediocriter sunt glandulę,atque ob idem victimarum quoq; nouellarum testes. Illud.n.in cōe de vniuersis animantiū partibus meminisse cōuenit, duras siccas'q; euadere ac concoctioni rebelles,ętate confectorum: humidas contra ac molles, eo'que concoctibiles magis, iuniorum, nisi ab edito statim partu edantur: vt quę mucosę oēs sint, pręsertim animalium, quę humidiore carne prędita sunt natura, cuiusmodi agnorum caro est ac porcellorum: nam hœdorum & vitulorum, ꝙ animalia hęc sicciora natura sint, longe magis & concoctioni accommoda est,& alimento exhibendo. Ad eundem modum se res habet in testibus & glandulis, nec minus in lingua: nam & huius natura aliquo pacto glandulosa est. Māmarum vero glandulę, quum lac

in se

A in se continent, οὔθατα vocantur, cibum aūt præstāt crassum: & si quidem bene habitum animal fuerit, multum inde ac boni succi alimentum existit: etenim hoc quoque, quum ex ijs sit, quæ in vniuersum pronūciātur, prestat semel auditum, promptum habere memoria. Lac quidem optimi esse succi ab omnibus medicis scriptum reperitur: atq; ideo sunt, qui existiment, quibus vlcus in pulmone fuerit, posse solo huius vsu sanari, duntaxat ante, q̄ magnū id & callosum fiat. Muliebre porrò lac, vt familiare eiusdem q; nobiscum naturę, ceteris præferunt ad tabidicos affectus cum alij quidā medici, tum vero Euryphon in primis, & Herodotus: atq; ita affectos pręcipiunt, mulieris māmam infantium ritu exugant, qm̄, vt mammis primū excidit, propriæ facultatis non nihil deperdat. Est itaq; manifestum lac cibis reliquis, vt optimi omniū succi, prælatum fuisse horum quidem pręcipue, nec minus tamen aliorum quoq; medicorum iudicio. Cęterum, quod dicebamus sciri oportere non de his solum, sed etiam de edulijs alijs multis, in vniuersum, iam accipe. Animalium bene quidem habitorum lac boni succi est: at male habitorum non aliter, atq; animalis sanguis, mali: neq; n. fieri potest, vt, quum mali succi corpus totū fuerit, boni succi reperiatur lac: eā ob rem diximus in bene habitis animalibus optimum esse ad succi bonitatem lac: Eodem q; modo glandulas succi boni esse, cum eas ipsas, quę lac continent, tum alias, quæ animaliū

A. l. 3. f. 10. c. 5. c. 5. fol. 275. b

B sanorum sunt. Eadem ratione se habent iecur, ac testes: nam ne hęc quidem in mali succi animalibus bono constant succo, ideo q; nec in ętate prouectis, quorum nullum boni succi sit: animalia autē, quæcunq; etiamnum lactentia, siquidem boni succi parentis lac sit, ipsa, cum alias partes oēs si qn̄ aliàs, affectas optime habent, tum vero iecur boni succi. Animalium porrò partes reliquæ cuiusmodi succum progignāt, paulo post dicetur: nunc. n. postq̄ cœpi de crassi succi cibis disserere, satius fuerit imposito prius orationi huic fine sic demum alia aggredi. Pauca igitur quum reliqua sint huiusmodi, iam me ad ea conferam: atq; ea hic segregabo, quæ mali succi sunt, ab ijs, quæ boni: siquidem is sit orationis, quam nunc molimur, vsus proposito sibi hoc scopo, vt succi bonitatem inuehat, vitet malitiam. Qm̄ autem, sicuti initio dixi, esculentorū substantia, quę crassi succi sunt, corpus ægre transpirabile reddit, & obstructiones aliquas facit, potissimum iecinoris ac renum, iccirco consulebam, ne assiduus esset eorum vsus, etiam si bono essent succo prędita: nam, quę mali succi sunt, fugienda prorsus, crassos ea tenues'ue succos nostros faciant. Iam illud quoq; diximus, his, qui se vehementer exercent, licere citra noxam, si viscera p̄terea habuerint bene natura constituta, crassis viscidis q; cibis frequēter vti, cæterorum autem nulli. Igitur inter crassi succi cibos glandium genus vtrunq; est, tam quas robur producit, q̄ quæ palmarum fructus sunt: vo

C cant q; palmarum glandes eodem, quo arborem, nomine palmas: quas vero robur fert, cibum hominibus suauem prębentes, castaneas: quidam castanea neutro genere, vt vocant: ciues tn̄, sicut alij quoq; Asię incolæ sardianas eas appellant, & leucenas, à regionibus, in quibus multę illę proueniunt. Atq; alterum quidem vocabulorum, non obscurum est, vnde profectum sit: at leucenæ à loco quodam montis Idę nomenclaturam sortitę sunt, quē multitudinis numero vocāt, vt Thebę. Ergo glandes, sicuti diximus, huiusmodi nunc crudas edūt homines, nunc assas, interdū elixas: alię vero, quę figura, vt in palmulis, oblonga cernuntur, cibus sunt suibus magis, q̄ hominibus, accommodus, nisi si qn̄ harum vsus ingruat necessarius valde: id quod in maxima fame vsu venit. Ilicum porrò glandes (Gręci ἀκύλους vocāt) quę austerę ac durę, ideo q; insuaues sunt, vitare expedit, vt cōcoctioni aduersantes ac crassi succi, etiam siquis elixas sumat. Quòd autem adstringentis succi differentię quædam sint austerus & acerbus, maioris minoris q; ratione, perspicuū est, adstringente qualitate remissiore in austero, sicuti in acerbo intensiore inuenta. Sed quanto glandibus acerbæ magis sunt acyli, tanto sanè magis glandes castaneis: hæ nanq; adstringentē qualitatem imbecillam valde possident, quum inter crassi succi cibos sint non aliter, atq; aliæ glādes: ventrem tn̄ minus adstringunt, & q̄ alteræ illæ, facilius concoquuntur, nec mali succi quicq̄

D obtinent: atq; harum tn̄ quoq; fugienda copia, non eo solum, q̄ æque, ac dictorum pleraq;, crassi succi sint, sed etiam, q̄ ventrem supprimant & ægre concoquantur, flatum q; procreent. Cæterū palmarum fructus, quem oēs (vti diximus) ducto ex arbore nomine palmulas vocant, adstringētis dulcis q; succi particeps est. Sunt ex recētioribus medicis, qui eas græce φοινικοβαλάνους appellent, voce composita: neq; tamen veteres Græcos ita nominasse inuenio, illi. n. fructum hunc palmarum glandes vocarunt, non φοίνικας, aut φοινικοβαλάνους. Verum proposita nobis hoc tēpore non est nominum distinctio, quæ hominibus in otio degentibus studio sit, neq; his omnibus, sed quibus statutum est, vt veteribus Atticorum vocabulis vtantur: incolumitate vero omnes quidē opus habent, neq; tamen omnes, qualem deberent, seruare victus rationem possunt ob intemperantiam, aut negocia, aut eorum, quæ peragenda essent, ignorantiam: quicunque vero salubrem victus rationem intelligere queunt, huius q; legibus viuendum sibi esse statuerunt, his liber hic componitur. In acylis igitur, & roborum glādibus, & castaneis, priuatim pro arborum diuersitate non multū inest in fructu discriminis: at in palmulis inest, quod merito notetur. Nam, si Ægyptias palmulas, quæ duræ austeræ ac siccæ habentur, ijs, quas patetas vocant, contuleris, quæ præ dulces sunt, ac modice præterea adstringunt, videri possint contraria inter se esse natura præditæ: aliæ autem harum in medio locantur, quæ maiorem minorem'ue austeritatem aut dul-

cedinem

cedinem participent, harumq; ſuccus craſſus eſt, & qui facile iecur obſtruat. Illud.n.de dulcibus E ac craſſi ſucci cibis ſciendum, ac memoria ſeruandum, horũ ſcilicet ſucco iecoris ac lienis vias impediri: ꝙ ſi viſcera phlegmone præterea laborare paululum cœperint, hanc ipſam valde adaugẽt, ſicuti ſane flatuoſitates affectus q; ſcirrhoſos & abſceſſuum exortus irritant. Atq; hæc longius fortaſſe à ſalubri victu receſſerint, cuius partem inſtitutus nobis ſermo edocet. Rurſus igitur ea aggrediamur, addamus'que reliquos craſſi dulcis'que ſucci cibos. Sunt enim quidam ex ijs, quibus craſſus tantũmodo ſuccus inſit, vt lenti: quidam autem viſcidi ſunt, vt malua: quibuſdam vtrunque ineſt, quod genus ſunt, quæ Ariſtoteles ὀςρακόδερμα appellat, id eſt teſtacea, & mollia.

Cibi Nec craſſi nec glutinoſi neq; etiam tenues ſint: tum de Friabilium Vſu, ac multorum Maceratione & præparatione: & Fructibus, qui reponi poſſint. *CAP. 5.*

Optimum conciliatur alimentum corpori noſtro ex ijs, quæ neque craſſi neq; vero glutinoſi ſucci ſunt, vnde ſanguis generetur ſtatus mediocris: nam, qui tenuis valde ſit, vitioſus certe fuerit: quum.n.exiguum ex hoc alimentum conſtet, imbecilla ac macilẽta fiunt corpora, quæ ſic nutriuntur. Optime igitur ad incolumitatem faciunt cibi, qui mediam inter prædictos naturã ſortiti ſunt, vt nihil in ijs viſcidi valde aut glutinoſi exuperet: ſed & ſumme friabile, ſic, vt nihil retineat glutinoſi ſucci, prauũ fuerit. Panes certe, qui ex panico et milio conficiũtur, quũ edit quis, F harenam propemodum aut cinerem mandere ſibi videtur: quamobrẽ neceſſario confectæ ex his pulticulæ (ſiue ea ἔτνος ſiue λέκυθος ſit) additur, pingue quicquid eſt & viſcidum. Ruſtici ſane adiecta ſuis pinguedine, & caprarum adipe, edunt hæc, tum ouillo bubulo'ue lacte. Ἔτνος appello, quod ex deglubitis freſis q; leguminibus paratur: λέκυθον molitorum farinam aqua elixã addito pingui aliquo. Porrò cibos quoſdam ſi conſideres, anteq̃ legitimam præparationẽ acquirant, ſiue ea, elixando, ſiue aſſando, ſiue frigendo, ſiue ſola maceratione contingat, terrei illi ac duri apparent: ſi vero macerentur aut decoquantur, molles: cuiuſmodi inter frumẽtaceas fruges hordeũ eſt, & triticũ: inter arboreos vero fructus nuclei pinei. Eſt igitur animus tibi rei quoq; huic adhibendus, non ſolum quum in alienam regionem delatus cibum inſuetum aliquem ſumpturus es, verũ etiam apud nos ipſos, vt rei cuiuſq; naturam prius tentes aquæ ſolius maceratione citra decoctionem, aut cum decoctione etiam vnà & aſſatione. Semina.n.quę intumeſcunt fructus q;, ſi quidem priſtinam duritiem & ſiccitatem cito exuant, ac mollitudinem & humiditatẽ acquirant, meliora omnia habentur: deteriora vero, quæ tumorem ſuum & duritiem retinent, vt quæ difficulter concoquantur, & ſubſtantia terrea conſtent, ſic, vt ægre in ſanguinem vertantur, viribus q; egeant præualidis, vt in corpore conficiãtur, dum ea venter concoquit, & à iecore venis q; in ſan- G guinem vertuntur. Opere itaq; vtroq; fruſtrantur in imbecillo corpore: ſuccus.n.ex huiuſmodi cibis prouenit, crudum quem vocant, vnde morbi genus omne exiſtant. Quoniam itaq; in vnaquaq; fructus ſpecie multiplex ineſt diſcrimen, prius macerentur quædam, & interdũ decoquantur, conſulo, eorum, quæ edenda ſint, vt certum fiat de ipſorum natura periculum. Pater quidem meus rerum harum ſtudioſus, hoc pacto amygdalas quoq; probabat, nuces q; tum magnas, tum paruas, ponticas ſcilicet, quas λεπτοκάρυα vocant. Idem adhibebat oleribus quoque experimen tum, fabis, piſis, cicerculis, lupinis, ochris, dolichis, & reliquis id genus omnibus, maceratis prius illis, aut elixis: deinde, quantum tumeſcerent, inſpecto. Iam quorſum attinet ptiſſanę meminiſſe? id enim ne pueri quidem ignorant, omnium maxime commendari, quæ ſtatim intumeſcit: cõtra improbari, quæ longo tempore exiguum tumorem acquirit: prior.n.illa liqueſcit, & in ſuccum abit: altera vix colliquabilis eſt, &, quum in duritie perſtet, pauxillulum omnino quid ſucci remittit. Sunt tñ in ſeminibus cerealibus quædam, quæ natura minime intumeſcunt: Græci ex veteribus quidã vocarunt hæc ἀτέραμνα, quaſi indomita. Ad hunc planè modũ triticum quoq; explorabat genitor, farinę q; ad hæc copia: bonum.n.quod eſt, farinę vim multam edit: quod vero malum, paucam. Quamobrem diligenter ipſe quoq;, quæ dicimus, auſculta: cõiter.n.ad ſemina oïa H ratio hæc pertinet, fructus q;, quoſcũq; tandem reponere poſſis: quam ego pater q; tẽpore multo ac diutina experientia exploratã habuimus & ſtatutam. Porrò clarum eſt fructus, vt reponi poſſint, idoneos me eos eſſe dicere, qui ante, q̃ putreſcant, ſiccantur: ſunt nanq;, qui hoc ferre non poſſint, vt mora, & qui pepones & melopepones vocantur, tum perſica, & quæcunq; eiuſdem farinæ ſunt, quæ prius, q̃ ſicceſcãt, putreſcunt. Sunt tamen, qui cucurbitas in minuta fruſta conciſas exiccent, ſicut alij ventres. Fungos quidem malos eſſe indicium inde ſumi maximum cenſent, ꝙ ſiccari nequeant. Nam de prunis quid attinet dicere? quæ non modo Damaſci, aut in Hiſpania, verũ etiam apud nos reponi, nullus eſt, qui ignoret, ſic, vt in fructibus pauciſſimi ſint, qui ſiccari non poſſint, exceptis peponibus (vti diximus) & melopeponibus, & armeniacis, & perſicis, & ijs, quæ Romani præcocia vocant. Ficus nanq; ipſæ quoque ſiccatæ perdurãt, & cucumeres non aliter, ac cucurbitæ. Cæterum hæc quoque hyeme, quum vſui adhibentur, ad eundem modũ exploranda veniunt: quæ.n.cito ex aqua macerationem capiunt, ſiue ea elixes, ſiue minime, bonitate eiuſdem ſpeciei cætera vincunt: vitioſa vero ſunt, quibus longo tempore id cõtingit, tum tumoris minimum acquirunt. Scito igiť cibos, qui cito intumeſcunt, non ſolũ ad concoquendum, potiores eſſe, ſed ad ſucci etiã bonitatem, cuius gratia ſingula tractantur hoc libro: eſt.n.eorum, quæ

*Al. glãdibus

A quæ statim in tumorem assurgunt, natura melior, quod & facilius concoquantur, & laudatiores succos procreent. Nihil enim æque ad succi bonitatem facit in cibis omnibus, quam si probe in ventriculo concoquantur, vt qui secundam & tertiam concoctionem facilius admittant. Nosti autẽ secundam concoctionem in iecore ac venis absolui: tertiam vero in partibus singulis, quæ nutriuntur, cuius causa duabus illis prioribus egemus. Quæcunq; enim nutriuntur, ita demum nutriẽtur, si, quæ illa nutriunt, qualitate ĩmutentur, & ijs, quæ nutriuntur, assimilentur: porrò, quæ præparata atq; ante concocta fuerint, crudis promptius immutantur: etenim mutuo se concoctiones excipiunt, eam, quę ventriculi est, iecur: atq; huius ipsius concoctionem partes, quę nutriuntur. Atq; ita "corporis quidem partibus omnibus alimentum prę parat iecur: huic ventriculus: ventriculo os: ori quædam assatio, quędam elixatio, quædam frictio in sartagine, aut simplex aliqua maceratio: omnibus autem his natura gubernatrix plantas fructus ferentes præparat: sunt q; eorum aliqua, quę ipsa profert, quibus nec elixatione, nec assatione, nec maceratione, neq; vero pręparatione alia opus sit. Atq; hæc in vniuersum meminisse expedit cibis omnibus communia.

Animalium Partes quædam Quo Succo constent, Intestina, Ventriculus, Vterus, Caudæ, Colla, Alæ, Auriculæ, Oculi, Suilla caro, Hœdina, Agnina. CAP. 6.

B IAm ad alia priuatim transeundum, siqua dicendo prętermisimus. Sunt hęc in animalium quidem partibus intestina, ventriculus, vterus, auriculæ, oculi, caudæ: in seminibus cerealibus, maxima horum ipsorum pars, sicuti sanè olerum quoq;, ac stirpium, quas fugaces vocant. Itaq; intestina, & ventriculus, & vterus duriore substantia constat, quam caro: & quo duriore, eo etiã concoctu difficiliore: minus præterea, quam carnes, alunt, minus q; succi boni sunt. Caudæ his etiã ipsis duriores habentur: tum reliqua in his pro duritia proportione respondent in concoctione & nutritione, nisi quod excrementis vacant ob cõmotionem. Sunt his non dissimilia volucrium colla. Auium & pedestrium animalium ventri nihil conuenit: est enim auium vẽter crassus, durus, & qui ob id ægre concoquatur, qui q; concoctus multum præstet alimenti: optimus habetur gallinarum atq; anserum, quum tñ reliquæ anseris partes duræ sint, & cõcoctioni aduersentur, & excrementis redundent præter alas. In magnis vero struthis, quas nunc struthocamelos appellant, singulæ sunt partes duræ, ęgre concoctibiles, & excrementitiæ. In auribus chartilago pars est, quæ neq; alat, & sicca sit: obducta his cutis tenuis est & sicca, tum quæ haud facile concoquatur, & alimenti parum subministret. Oculos pauci edunt: constant hi ex substãtijs inæqualibus, siquidem alia sunt natura præditæ tunicæ, alia musculi, atq; alia crystallinus humor & vitreus: ex his musculi soli concoC ctioni maxime accommodi sunt in aĩalibus, quibus natura sit succi bonitati idonea: quod genus sunt porcelli ętate conuẽienti. Fuerint autem hi hominibus, qui quidem ętate vigent atq; exercentur, adulti: ętate autem inclinantibus, ij, qui etiamnum crescunt: nã tenellorum adhuc porcellorũ caro excremẽtitia est.[a] † Quum autem inter animalia pedestria optimi sint succi sues, proxima ab his habentur hœdi, deinde vituli: agnina vero caro humida, glutinosa, mucosa que est. A cęterorum vero animalium, quę pedestria sunt, esu abstineant, censeo, qui succi bonitatis curam gerunt: speciatim horum differentias tractauimus tertio de alimentorum facultatibus libro.

A † Hæc addunt ĩ antiquo ĩterprete. praua et præ duritie & siccitate ẽ caro senũ.

Seminum Cerealium enumeratio, Ptissanæ, Fabæ, Lentis, Ochrorum, Dolichorum, Cicercularum, Olyræ, Typhæ, Panici, Milij, Ciceris, Lupini. CAP. 7.

IN seminibus cerealibus optimi succi cibus ptissana est, pbè decocta: intelligimus sanè sermone hoc vnà optimum quoq; debere esse hordeũ: quod nisi tale sit, bene decoqui ptissana nõ poterit ideo, quod nec maceratione plurimum intumescat, nec cremorem reddat colliquatione. Verum de ptissana prolixius diximus in libris de alimẽtorum facultatibus,[b] †de q; curandi ratione, iã vero in cõmentarijs, in Hippocratis librum de victu acutorum cõscriptis: nunc aũt rei totius caput indicasse satis sit pręsenti orationi necessarium, Ptissanam s. bene pręparatam cibum esse oĩum mi D nime improbandum tum ad succi bonitatem, tum ad sanitatis tutelam: ipsa tñ, etiam optima quæ sit, minus alit, quam panis: de quo libro primo de alimentorum facultatibus diximus. Et fœnum grę cum quidem, siquis frequẽter eo vtatur, succi boni non fit: ptissanam vero, etiam si ad saturitatem vsq; quotidie ea vtaris, nihil succorum bonitati offeceris. Affirmarẽ idem de faba, nisi flatuosa esset: nam nec succum malum procreat, nec meatus infarcit, in quibus salubrium ciborum summa versatur: inest hoc illi propterea, quod qualitate, ac facultate prędita sit abstersoria, vt hordeũ. Pisum flatuositate quidem caret: non æque tamen, vt faba, abstergit. De lente, quod & malum & melancholicum succum gignat, nemo ferè nescit: ea, vt medicamento, vtimur plerunq; in affectibus plurimis: sed non est nunc tractandi ista locus. Ochri, & dolichi, sicuti iam dictis bonitate inferiores sunt, sic cicerculis pręstant. Olyra proxime ab hordeo locaẽ: ab hac aũt typha. Panicũ vitare perpetuo debes, μελίνην vocant veterum nõ nulli. Milium est quidem semini huic affine, at minus tamen prauum. Cicer, vt alat satis, mali certe succi est, & nihilo secius, quam faba, inflat, coeundi desyderium auget, seminis que vnà multum gignit, Lupinus succi bene crassi est: idem, quod satis alat, liquet, siquidem crasso constat succo, neq; tñ succi mali habetur. Leguminum aliorũ ne meminisse quidem conuenit in succorum bonitatis censu, vt quæ mortales, nisi annone caritas vrgeat, ne ad cibi quidem vsum adhibeant. Satis que de leguminibus dictum: deinceps de fructibus dicamus.

B † Hæc etiã adsunt ĩ veteri interprete. vbi de ptissana et de alphitis amplius pertransiui: sed nõ eadem habẽt alphita ptissanæ bonitate ad euchymia vel sanitatis custodiam, neq; maza. compassata enim est in alphitis hordeũ, & propterea siccat ptissana humiditatem. est aũt & viscosus humor ei, sicut et fœnugræci, nõ habẽs obstruere, sicut & collosi pprie à Praxagora et Philotimo vocati humores.

Fructuum

Fructuum Natura In ciborum censu, Castanearum, Fugacium, Mororum, Ficuum, Vuarum, Caricarum, Cotoneorum, Punicorum, Pyrorum, Mespilorum, Cucumerum, Peponum, Melopeponum, Cucurbitæ, ad hæc Olerum quorundam, ac Radicum. CAP. 8. E

SVnt autē ex ijs, quos quercus ferunt, omnes ferè succi mali exceptis castaneis glandibus, quas vocant: quæ, si rectè eas conficiat ventriculus, alibiles fiunt, ac crassi succi, minimè tamen mali. In cæteris fructibus ij, qui fugaces vocantur, mali omnes succi sunt: quòd si in ventriculo præterea corrumpantur, non longè à venenosa materia absunt, quemadmodum mora quoq;: quę ipsa, etiam si persicis ac prunis minus mala sint, corruptelam tamen nihilo minus ijs malam experiuntur. Opora, sic priuatim à græcis vocata, qua ficus & vuæ cōtinentur, his quidem melior est: non parum tamē discriminis sortitur, ꝙ vel exactè maturus fructus sit, vel non dum talis. Exactè enim maturæ ficus propè innoxiæ sunt, deinceps q; ab his matura vua: hæc porrò, si suspēdatur, flatuositatem omnem abijcit, prorsus q; inculpabilis euadit. De caricis siquis cōtraria pronūciet, vera dixisse videri possit, esse eas tum mali tū boni vnà succi, morbificas & salubres: salubres quidem & boni succi, si ventriculum pertranseant, distributum q; inde alimentum iecur permeet, ac renes: mali vero succi, si diutius morentur, & quæ pediculorum vim gignant. Eædem, si cum nucibus, aut eodem etiam modo cum amygdalis, mandātur, cibum optimum exhibent: & cū amygdalis quidem, quasi quę deobstruendi & abstergendi vi polleant: at non perinde tamen, ac nuces, succi boni sint, nec æque alāt: cum nucibus autem vnà omnino meliores sunt. Atq; ex ijs, qui venenorum compositionem tractarunt, non nulli omnibus alexeterium esse affirmarunt, siquis caricas prius cum nucibus vnà ac ruta assumat. Reliqua fructuum genera, quæ grę ci ἀκρόδρυα vocāt, succi mali sunt, maximè q;, si fructus sint agrestium arborum, fruticum'que: de quibus copiosius tractauimus in secundo de facultatibus alimentorum libro. In "pomis autem, & punicis, pyris'que, & mespilis, vsus vt medicamenti est potius, ꝙ alimenti, stomacho ventri'q; corroborandis. Inter fructus cēsentur cucumeres quoq;, & pepones, & melopepones, quorum nulli succus bonus insit, eo, ꝙ, nisi aluum statim subeant, corrumpantur ibi, humorem'q; ex corruptela hac faciant qui non longe à mortiferis venenis absit. In fructibus huiusmodi sola est cucurbita, quæ culpa vacet: eiusdem tamē, si in ventre corrumpatur, succus valde malus est: quod in moris quoq; euenit, quæ ipsa etiam, si quidem ante, ꝙ corrumpantur, statim descenderint, nihil incommodi afferunt, nisi quis assidue ijs vtatur: quod in vniuersum de fugacibus omnibus scire, ac meminisse conuenit. Olerum nullum quidem boni succi est, boni tamen mali'q; succi in medio lactuca fuerit, deinde malua, ab hac deinceps atriplex, & portulaca, & blitum, & rumex. Succi summè omnino mali sunt olera omnia, agrestia quæ vocant: lactucę id genus, chondrilla, scādix, gingidium, seris, cichorium. Stirpium radices, quæ oleraceæ sunt, si quæ acres fuerint, vt cæparum, porri, allij, radiculę, dauci, malæ omnes: boni mali'que in confinio ari radices sunt & raporum, quę βουνιάδας etiam vocant, eius'que, quod caron appellant. F G

A.li.4. f.1.t.2. c.1. fol 416.c.

Differentiæ Auium Piscium q; ex Pastu, ad succi bonitatem & vitium. CAP. 9.

AVium piscium'que vniuersorum propemodū succus bonus est, præterꝙ eorum, qui ex stagnis, & paludibus, cœnosis'que ac turbulentis fluminibus victū capiunt: aere enim vtūtur deteriore, minore'que natatione, & alimento peiore, maximè'que, si ex magna vrbe pfluat aqua, qua cloacę, balnea, ac culinæ repurgentur, vestes'que ac lintea eluentiū sordes. Caro nāq; animalium in aquis eiusmodi degentium deterrima omnium fit, potissimum quidem quum in aqua ea tantum victitant: quę si meliori etiam admisceatur, sic quoq; tamen deteriores sunt piscibus in puro mari degētibus. Culpa enim propè omni vacant, quicunque in mari versantur dulcis aquę experti, cuiusmodi sunt, quos pelagios vocamus, & saxatiles, qui cæteros succi bonitate, ac cibi suauitate longe antecellunt: tales igitur sumpsisse perpetuo tutissimum fuerit. Quòd si aliquis ex illis sit, qui ex aquis vtrisq; victum capiunt, vt capito, lupus, gobius, murena, cancri, anguillæ, quęrendum prius, vbi nam captus sit: tum iudicādum de hoc ex odoratu & gustu. Nam, qui in aqua degunt vitiosa, grauiter olent, insuaues'que sunt, ac mucosi, pinguis'que ad hęc plus alijs habent, ac cito putrescunt: at, qui in mari versantur puro, cum odore inculpato sunt, tum gustu suaues, pinguedine'que aut minima, aut nulla, ac longissime perdurant citra putrefactionem, pręcipue, siquis eos niue circundet. Hoc planè nomine commendantur etiam magis, qui duriores habentur, vt qui carne constent friabili magis, æque ac saxatiles & aselli: quod enim natura his adest, id dura carne pręditis conciliat nix. Atque hoc causæ est, cur contrarijssimam carnis substantiam habeant capitones, qui ex puro mari petuntur, & qui in vitiosa aqua diuersantur. Nec dissimiliter se habent gobij, lupi'que, his'que adhuc etiā magis reliqui. Quin murenę quoq; ipsæ in huiusmodi aquis deterrimæ. Anguilla porrò, etiam si ex aqua sit pura, nedum ex ea, quæ ciuitatem, vti diximus, expurgat, nequaquam succi boni edulium fuerit. Pro alimenti etiam diuersorum locorū differentia ipsi se ipsis pisces meliores deteriores'que reddūtur, qui gustu facile atque odore deprehenduntur, sicuti mulli: in his enim peiores sunt, qui carcinade vescuntur. Reliquorum caro materia constat duriore non modo quàm saxatilium & asellorum caro, sed etiam capitonum, luporum'que, & aliorū pelagiorum: ideo'que, quū & ęgrius concoquat, & alimenti plus pręstet, succi H

mali

A mali nihil interim obtinet. Tractatum'q; à nobis est prolixius de alimentis omnibus, commẽtarijs tribus, de alimẽtorum facultatibus, inscriptis: & oportet sanè eum, cui salubris victus cura sit, tum illa in memoriam diligenter reuocare, tum omnino opus de tuenda sanitate non negligere, cuius pars est de alimentorum facultate liber: Verum de attenuante quoq; victus ratione, quæ crassum facienti contraria sit, conscriptus est liber alius, sanitatis studiosis in primis vtilis.

Communis Alendi Corpora Methodus pro horum ipsorum diuersitate. CAP. 10.

CÆterum illud de operibus his memineris, velim ante omnia, Qui alimentorum materiæ facultates exacte teneat, nisi idem corporũ naturas cognitas habeat, quibus adhibenda ea sint, eum non dum neq; auxiliorum, neq; vero salubris victus rationis, sciẽtiam assecutum: sunt enim corporum quædam densa nec perspirabilia: quædam rara, & quę facile difflentur. Ac prima quidem alimento opus habent humidiore, altera vero sicciore: & hęc quidẽ glutinosiore, illa tenuiore: hæc minore, illa vberiore. Ad eundem planè modum, quicunq; sanguinem habent plus iusto
A.li.1.f.3.c.7. fol.62.c " melancholicum, his alimentis opus est temperamẽto calidis & humidis: sicuti frigidis & humidis, ijs, qui biliosiorem: qui pituitosum, calidis & siccis. Quibuscunq; vero sanguis bonus multitudine excedit, ijs alimẽta ex vsu fuerint pauciora illa quidem, sed quæ facultate nulla prædita sint
B manifesta, quę'que medium teneant, vt nec euidenter calefaciãt nec frigefaciant, neq; vero humectent aut exiccent: eodem'que modo crassitiei ac tenuitatis in medio consistant, nec nõ glutinositatis, qualitatum'q; huic ipsi contrariarum, fragilitatis scilicet & friabilitatis. Inest fragilitas, græce κραυρότης, siccis & duris valde: friabilitas, grece ψαθυρότης, mollibus, & inter humiditatẽ & siccitatem medijs: vtrisq; commune, vt nihil habeant glutinosi. Cui igitur rectus alimẽtorum constare vsus debet, is dignoscat, oportet, principio raræ densæ'q; hominum cutis differentias, deinceps'q; ab his vniuersam corporis temperaturam, postremo num partes corporis singulæ tempe-
A.li.3.f.13.t.1. c.16.fol.287.a raturam propriam seruent. Contingit enim aliquãdo, vt caput " iusto calidius sit, ventriculus autem frigidior: atq; ẽt ẽ diuerso sæpenumero vt calidior vẽtriculus, caput frigidius reperiat̃: idẽ'q; in partibus alijs accidit. At curandi quidem, & incolumitatis tuendę reliqua ratio omnis scopum æque in omnia dirigit: quæ vero alimenta tractat, peculiarem hunc habet, quem primo intueatur, vt optime ea concoquantur: proxime'q;, vt diductus concocti alimenti succus, cęterarum partium temperaturę accommodus sit. Videri itaq; ob hæc necessarium possit opus de temperamentis, ijs, qui rectè vsuri sint alimentis: tibi igitur, vt in opere hoc exercitato, addam, quęcunq; restãt de succorum bonitate & vitio necessario scienda, sumpto à vinis exordio.

C *Vini Discrimina ex Colore, Aetate, Sapore, eorum'q; Natalibus, & reliquis id genus: tum Quæ cuiq; Temperaturæ conueniant.* CAP. 11.

ERgo, quæcunq; in his aquosa sunt, ac substantia tenui, vrinam'q; cient, corpori alimentũ suggerunt paucissimum: crassa vero, vt theręum, & scybelites, valde nutriunt: distãt tamen inuicem maioris minoris'q; ratione, pro crassitatis modo: tale reperitur apud nos vinũ Ægis, & Perperine, illis Myrinę finitimis, hac Pergamo. Summe igitur dulcia sunt theræum, & scybelites: austerum vnà ac dulce cilicium abates, sic ex loco vocatum: medium inter hęc locum tenet, quod ex Ægis est, & Perperine, vt quod neq; exquisite dulce sit, neq; vero euidenti vsq; adeo, vt cilicium, adstringendi vi polleat. Nullum est horum nõ nigrum: neq; enim vinum reperias crassum vnà, ac dulce, quod non idẽ nigrum quoq; sit. Certe, si mustum ex omnium maxime albo vino decoquas, vsq; eò, vt sapa inde existat, quod nos ἕψημα, i. defrutum, vocamus, colorem nigrum acquirit ad theræi instar. Color est caryino etiam, quod ipsum quoq; dulce, niger: niger & therino, sed non vsq; eò, vt caryino, à quo dulcedine quoq; degenerat. Inter alba vina dulce nullũ, sed sunt ex his quædam austera & crassa, quædam aquosa & tenuia. Fulua flaua'q;, alia mediocriter dulcia, vt hippodamantium est, & phaustianum phalernum: alia neutiq̃ dulcia sunt. His crassiora habent
D rubra: rubris alia, quę iam colore proxime ad nigra accedant. Inest alimẽtum oĩbus pro crassitiei ratione, ideo'q; ijs, qui recreatione opus habent, concedendus est vini dulcis vsus, præcipue vero si nihil his vitij fuerit in iecore, liene ac renibus: quibus vero crassus in venis humor redundat, ijs substantia tenue ex vsu est: acre quidem, ac vetustum, si frigidus collectus in venis humor fuerit: qui si frigidus non sit, tum, cui neutrum horum adest, conuenit. Ac odorum quidẽ ad succi bonitatem præstat, cæterum caput ferit: tenue ciundæ vrinæ melius, nec quicq̃ caput tentat. Vitanda sunt, quę crassa simul & graueolẽtia, insuauia'q; & austera fuerint, cuiusmodi habetur vile bicyũ, quod in magnis lagenis adseruatur: in paruis enim seruatum neq; insuaue neq; graueodorũ est, nec crassum valde: sed nec adstringendi facultate præditum est acerba: verum ne ipsum quidẽ boni succi fuerit, sicuti sanè nec mali, sed inter ea, quæ malo bono'que succo constant, medium. Ex ijs, quæ optimi succi sunt, phalernum est, dulce præsertim: eiusdem generis est fuluum tmolites, quod dulce sit: nam alterum huius genus reperitur austeri, quod succi non perinde boni sit, quẽadmodum ne aliud quidẽ vllum fuerit, quod supra modũ austerum sit, ẽt si stomacho resoluto robur addat ventri'q;, maxime calida intemperatura laborantibus. Hac.n.gratia vinis vtimur austeris, vt citam aluum sistamus, alioqui non vsuri, q̃ ea neq; alimento diducendo conferant, nec gignendo sanguini, nec succi bonitati, nec ciundis vrinis, nec sudoribus promouendis, neque vero

subducendæ aluo. Sed non est præsentis instituti vini virtutes aut vitia omnia exequi, præsertim E quæ ad morbos faciũt: quod igitur proposueră, breuibus summis cõprehensum explicabitur. Corporibus biliosioribus, siue naturalis intẽperatura ea fuerit, siue qualitercunq; tandẽ acquisita, nec phalernũ, nec tmolites fuluum dulce q;, neq; ariusiũ, nec lesbiũ fuluum illud & odorũ, prædictis haud absimile, vtiliter bibuntur, sunt enim hmõi calida omnia. Nec biliosis igitur vinũ tale concedendũ est, nec perustis, neq; in labore multo, aut inedia, aut mœrore, aut anni tẽpore, regionibus, vel cœli statu calido. Idẽ ẽ diuerso in ijs probatur, qui excalfactione opus habẽt, ac pituitosis frigidis q; intẽperaturis, crudiorũ q; humorum copiã colligẽtibus, vitã ducentibus otiosam, in regione frigida, hyemis tpe, cœli statu frigido atq; humido: his oĩbus fuluum vinũ dulce q; bonũ est, malũ vero ijs, q contrario mõ se habent, non quatenus succos vitiosos creet, sed ꝙ calefaciat, quos refrigerare cõueniebat: facile nãq; hi, si tale biberint, & caput dolent, & febricitãt, & neruis aliquo pacto tentantur. In fuluis vero, ac mediocriter dulcibus (qñ fuluum nullum ad summũ dulce sit) q ad nigredinẽ magis ac dulcedinem vergũt, perinde calida non sunt, atq; fulua: ergo merito nec capiti nocumentũ inferũt nec neruis, neq;, vt fulua, febres accendunt. Dulcia autẽ vina crassa q; ꝙ aluũ subducant, nullus ferè est, q ignoret: sicuti mustũ quoq; ꝙ s. & flatuosum sit, & concoctu difficile, & crassi succi, id vnũ in se boni cõtinens, ꝙ aluum emolliat: quo si frustretur interdum, noxiũ adhuc magis euadit. Vinis oĩbus (quæ quidem nec crassa valde nec dulcia nimium sint, vt theræum F est & scybelites) cõe id est, vt tpis tractu colorem flauũ acquirãt, et splendescẽtis non nihil habeãt, ignis instar: nam nigra quoq; (cuiusmodi est apud nos, quod Perperine prouenit) veterascẽtia, in rubram prius aut fuluã qualitatẽ, deinde in flauũ quoq; colorẽ abeunt: sic albũ quoq;, quale est bithynum aminæũ. Inueteratum ita vinum, cecubũ Romani vocant, cuius tu deinde genus non facile deprehendas. iam hmõi vinum amarũ quoq; fuerit, ideo q; non perinde potui accõmodum. Vina huiuscemodi eorũ mangones nouellis admixtis, vt vetusta, diuendũt, ĩpostura facta ex amaritudine ijs, qui vini gustum non exacte assequuntur. Ergo adeo vetustorũ potus fugiendus, sicuti nouellorũ nimiũ: hęc. n. plus iusto, ista neutiq̃ excalfaciunt {maxime aũt à vinis natura crassis abstinere conuenit,} donec nouella sint: siquidẽ tm̃ abest, vt ad ciborum cõcoctionẽ conducant, vt vel ipsa ægre concoquantur: præterea nec aluũ subeunt, nec facile distribuuntur, neq; vrinas mouent, nec sanguificationi nec nutricationi conferunt: tum in ventre diutius morã trahunt suspensa, vt aqua: si q; de his paululũ quis biberit, prompte id acescit. Sola ea bona esse possunt, si bibantur, nouella, quæ substãtia tenuia sunt, quod genus in Italia est, quod gaurium vocãt, & albanũ, eorũ q;, quæ in Sabinis & Thuscis nascuntur, quædam, neq;. n. cũcta hmõi sunt: sed circa Neapolim quoq; G in imminenti huic colle natũ Aminæũ, q primum bibi põt: tale est in Asia apud nos tibenum, & arsyinum, deinde ẽt titacazenum. Atq; hęc ego exẽpli causa retuli. Cæterum hmõi vina vbiq; ferè gentium repperi, sed quæ aduenæ ignorent duplici de causa, cum ꝙ paucissima omnino proueniunt: tum vero ꝙ longã nauigationẽ non sustineãt, nec possint propterea à mercatoribus in alienas regiones transuehi. Promptum tñ fuerit talia vina dignouisse, oĩum quidem in primis ꝙ ea tenuitate ad aquã proxime accedant: deinde albedine quoq;: quin gustata videri etiã aquosa possint, quę q; adstringendi vim euidentẽ nullam obtineãt, inter q; diluendũ, aquę multę mixturam non ferant: vnde ea veteres medici paucifera vocarunt. Quin immo quẽadmodũ fulua, quę potẽtia calida sunt, statim caput replẽt, sic hęc pręter id, ꝙ nihil vnq̃ noxę afferunt, ẽt iuuant sedatis interdum doloribus paruis quibusdã, quos contenti in vẽtre humores procreare solent. Nã, quum caput non solum tunc doleat, quũ ipsum affectu proprio laborat, sed ẽt ob ventriculũ, qui humorum vitiosorũ vapores transmittat, hmõi dolor vini pauciferi potione sanatur, cui pauca insit adstringendi vis: nã, quę oĩno exolutione languent, vt tibenum apud nos, in Italia aũt non nulla ex sabinis, tanto sunt ijs, quæ modice adstringunt deteriora, quanto aquam bonitate vincunt. Inuenias certe quosdam, quibus ex aquæ potu dolore caput corripiatur, præsertim vero, quum ea vitiosa fuerit, quippe quæ cum ipsa corrũpatur, tum natiuũ ventriculi robur exoluat: qui quum H imbecillus fuerit, solent eò ex corpore deferri humores ex bile tenues quidam, id quod ieiunantibus etiã vsu venit: à quibus noxis malis q; vinum, quale modo diximus, hoĩem liberum facit, primũ quidem statim q; contemperamẽti ratione, tum paulo post ꝙ addito robore ventriculo nocumẽtum is à se deorsum propellat. Nihilo tñ secius homini temperatura calidissima prædito, vel naturali, vel ex ætate, vtilius aqua bibitur, q̃ vinum: ꝙ si quando vino indigeat, dãdum, quod tenue sit & mediocriter austerum. Ad eundem planè modum in cibo omni ac potu pręstiterit, non simpliciter ita vnoquoq; vti, nisi distinctis vtentium prius naturis. Maxima porrò vini discrimina sunt, si quidem speciatim, sicuti distinximus, consyderentur, pauca in alijs: neq; enim lentem aut brassicam reperias, quæ humectet, sed aliam quidem alia siccãtem minus, quæ vero humectet, nullam: longe q; adhuc minus cęparum genus aliquod, aut porri, aut allij reperias, quod refrigeret, sed magis minus q; cuncta calefaciunt: neq; etiam lactucam, quæ calefaciat, aut atriplicem, aut blitum, aut maluã. Neq; tamen magis minus q; in his permagno discrimine distant: at in vinis vetustissimum, quod Romani, sicuti diximus, cecubum vocãt, ab albo & austero, & nouello crasso q; vino, tantum distat, vt alterum vehementissime calefaciat, alterum sensibiliter refrigeret.

Hæc erant in antiquis codi.

De Melle

A *De Melle, & Aceto mulso, huius q; in quibusdam vsu.* CAP. 12.

NEc parua sanè est in melle differentia. Prauũ certe, quod aut male olet, aut gustatũ extraneæ cuiusdam qualitatis admixtionẽ detegit, nec mel quidẽ censendũ. Inculpati vero mellis differentiæ in eo versant, ꝙ magis minus q; aliud alio dulce atq; acre sit: in quo, quod dulcissimum simul atq; acerrimũ fuerit, primas virtutis partes obtinet. Mel quidẽ omne, eo ꝙ potentia calidum sit, id cõmune habet, vt facile in bilẽ vertat in corporibus calidis: ideo q; naturis, quæ pituitosiores sunt, cibus est in primis accõmodus, senili q; ętati, sicuti frigidis quoq; morbis. Acetũ mulsum ætati qdem oĩ & naturæ vtilissimum ad incolumitatẽ tutò seruandam: quo vię oẽs angustæ expediuntur, vt nusq̃ crassus glutinosus q; humor hæreat. Eam itidẽ ob rem, quę medici salubria medicamenta vocant, ea sunt oĩa attenuandi vi prædita: atq; hæc, vti ad sanitatis tutelam tutior est ea, quę crassum facit, sic certè habitum bonum robur q; præstare non potest. Sunt aũt, qui malint nõ admodum tuta valetudine frui, dum bene habiti sint, q̃ integram sanitatem possidere, ipsi interim tenues perpetuo atq; imbecilles. Ex ĳs, qui cum bona vnà habitudine ac robore sani esse student, alĳ sibi ipsis viuunt: alĳ militarẽ aut ciuilẽ vitã ingressi, noctu surgere coguntur, totam q; diẽ necessarĳs negocĳs obeundis defatigari: qui, si modo possint, ante balneũ exercere se debent, tunc q;
B exercitationis parte ea vti, quam gymnastici ἀποθεραπευτικὴν nominant: multis tñ ob negotia ne hanc quidem adhibuisse vacat, qui, vt perpetuo incolumes persistent, fieri non potest, quantumuis frugali victu vtatur. Qui vero, quę debẽt, quoad eius fieri potest, exequuntur, rarenter ægrotant: hi planè cibos attingant, necesse est, alimento multo p̃ditos, qui humores crassos gignũt: id quod moderate certe faciendum, eo q; tempore opportune, quum manifesto inediam sentiunt, reliquo tempore vniuerso cibis vtendum inter eos, qui valenter parum'que nutriunt, medĳs.

Quomodo in corporis squallore diuersis refrigeratio quærenda, de q; niuis ad rem hanc vsu. CAP. 13.

SEmper tñ ab ĳs abstinendum, qui succi mali sunt, nisi si qñ tamen necesse sit ęstatis tempore laborãtibus corporis totius squallorem calorem q; curare. Quo planè tpe cõmode sumi prius poma possunt, & pruna, & mora, & cerasa: quin & cucumeris tunc, & peponis, & melopeponis; paululum assumi potest: de q; precocĳs, quæ vocãt, aut persicis: tum ex melca, quam sic Romani vocant, refrigerata, & aphrogalacte, lactarĳs q; edulĳs, cuiusmodi est, quod ἀργυροτρόφημα vocãt: eodẽ'que modo ficus frigidæ & cucurbitæ accõmodæ sic affectis. Atqui temperatus homo aliter oĩno possit contractum ex prædictis laboribus corporis squallorem refrigerare atq; humectare: is enim à balneo epota prius aqua, deinde etiã vino mediocriter aquoso, tum potione hac omni
D vomitione reiecta, assumere prius lactucam poterit, olus innoxium iuxta ac refrigerans: tum deinde suillum pedem ex aceto & garo bene elixum, gallinarumq; alas aut anseris, huius'que etiam ventrem, piscium'que molli carne præditorũ frictũ aliquẽ. Possit idem, si velit, ex oleraceis quoq; non nulla attingere, quæ succi non mali sint, qualis est malua, & cucurbita: mox vinum bibere frigida valde dilutũ: atq; etiam antea salsamentum degustare, oua'que tremula, q̃ vocant, ac pisces, ex oleo & garo qui sumuntur: præstat enim (sicuti diximus) aridam corporis caliditatẽ frigida aqua curare vitatis subinde cibis succo malo p̃ditis. Etiam frigida alica ex mulso & frigido vino eidem corporis affectui remedio ẽ, absq; mali succi nota. Mihi certe ipsi satis plerũq; fecit in affectu huiusmodi, ptissanæ cremoris bene refrigerati vsus: quo tempore paulo ante dicebam frigidam potari cõmode posse. Neq; vnus tñ sit vnicuiq; refrigerãtis cibi potus'que modus: qui quidẽ niue vti cõsueuerunt, hac ipsa refrigerant ante: qui vero fontana, eadem hac recẽti aqua vtuntur, nulla niuis necessitate. Sit porrò dilutum quoq; vinum ad hunc modũ ante refrigeratũ, sic nanq; vocare medici solent vina antea gelidissima aqua refrigerata, vase videlicet, quo vinum cõtinetur, aquæ indito. Atq; hæc ego ĳs consulo, qui vitã negocĳs plenam degunt, cuiusmodi sunt, qui gentibus ac ciuitatibus regẽdis p̃sunt, horum q; in primis ministri: nec sanè minus, qui militiã exercẽt, aut iter
C longinquũ ingrediunt. At, quicũq; negocĳs his soluti degunt, ĳs, si qdẽ, vt soliti sunt, se exerceant, per q̃ raro frigidę vsus necessarius fuerit: quòd si nõ exerceant, ac caloris multum p̃sentiant æstate vigẽte, tutò ĳ fontanã biberint repudiata niue. Nã, tametsi ipsa statim nix noxa sensibili nõ videat iuuenũ corporibus officere, increscente tñ tpis processu occulto paulatim noxa, vergente nempe ętate, articuli his nerui q; ac viscera morbis corripiunt, vix aut nunq̃ sanãdis: ac verisimile certè fit, vt vnicuiq; ea potissimum corporis pars afficiatur, quæ natura omnium maxime infirma fuerit.

Cruditatis Incommoda: Qui q; ex varĳs succis Affectus gignantur. CAP 14.

MAxime aũt ad succi mali morborũ'que gñationẽ facit cruditas assidua, siue ea boni, siue mali succi cibos sequat: liquet tñ deteriorẽ esse in mali succi cibis. Qui, quũ bipartiti sint, in ĳs, q succũ gignũt tenuẽ, morbi fiũt acuti cũ malignis vnà febribus: si ꝙ ĩ partẽ vnã aliquã decũbat succus malus, tũ erysipelata, tũ herpetes, & si qs alius p̃terea ẽ calidus ita affectus: in ĳs vero, qui crassum succũ creãt, articulares morbi, podagræ, nephritides, asthmata, lienis q; ac iecoris scirrhosi affectus. At, quorũ succus malus melancholicus fuerit, cancri his, & lepræ, & psoræ, & quartanæ febres, & melacholiæ, & decoloratiões accidunt nigræ cũ lienis vnà tumore nõ dissimili: quin & nigras plerisq; varices, & hæmorrhoidas, attulit huiuscemodi succus. Affectus vero ex succorum variorum commixtione herpetas faciunt, vlcera q;, quæ φαγεδαινικὰ vocant, maligna q; omnia, & acutas febres, quæ ab intermissione reuertuntur, sic, vt iterum tempore producantur.

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE SALVBRI DIAETA COMMENTARIVS

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Rationem Victus ijs, Qui sibi viuunt, Instituit, Pro temporis, habitus, ætatis, affectuum, sexus, & consuetudinis ratione.

VNus est hic liber peculiarem habēs pollicitationem, vt totius præcedentis libri pars prima, vbi de natura humana sermo habetur. Nam in illo, quod receperat, præstitit, omnibusq; numeris absoluit: Et hic q̃ instituit, toto opere tradit. Vnde vniuersus liber, exceptis illis, quę his duobus libris interposita sunt, cōuenietem sibi inscriptionem sortitus est, quam quidam de Natura humana, & Diæta fecerunt. Atq; vt est prorsus liber de humana natura inculpatus, omnino autem, quę inter duo hęc volumina irrepserunt, culpata, ita liber de salubri dięta, ferè caret vitio, vbiq; cum Hippocratica elementorum institutione coniunctus. Sunt tamen eius loca, cęterum admodum pauca, quæ non absunt à vitio. At esto, quod multis probatum est, Polybi. G

1 *Idiotæ Hac debent Diæta viuere.*

Ecquos idiotas appellat, huius libri interpretes, in quorum quidem incidi commentaria, prætermiserunt: nec vnq̃ ex præceptoribus meis, cum librum prelegerent, quæsiui. Nunc, quando commentarium in ipsum statui scribere, male prætermissum à meis preceptoribus iuxta atq; interpretibus, quos nam dicit idiotas, animaduerti. Nempe hoc in confesso est, quam infra diætam tradit, hanc Polybum nō omnibus hominibus, sed solis præscripsisse idiotis. Atqui hoc libro si solis idiotis consuluit, parum recte interpretes libri indistincte acceperunt, quasi ad omnes in communi homines sit habitus sermo. Inuenimus enim ἰδιώτας à Græcis appellari non simpliciter, sed in relatione ad aliquid. Nam hunc esse huius idiotam artis aiunt, illum illius exercitij. Est, cum hos opponant illis, qui genti aut oppido presunt, aut omnino publicum aliquod munus obeunt: itaq; qui veluti priuatam vitam agunt, idiotas hos, id est priuatos, appellant. Equidē, cum mecum considerarem, ecquos de his Polybus vocet hoc loco idiotas, Athletas illum existimaui à cęteris hominibus aperte separare: quandoquidem vnam illi diætam in pane constitutam & carnium esu habent. Post istos vero, qui militant, aut peregrinantur, aut etiam pugnant, his enim non est delectus habendus, quibus cibis vesci aut non vesci oporteat: his enim vti cogitur quisque, quorum datur facultas. Forte autem, qui quoquo modo festinanter faciunt iter, nequeunt vllo modo, vt dictat Polybus, rationem habere victus. Et omnino, quicunque negocijs publicis distinentur, aut vitam degunt, quam vocāt περισπαστικὸν, id est afflictum & calamitosum vitæ genus. Quare ad hos solos, qui propria priuataq; negocia agunt, quos græci ἰδιοπραγοῦντας vocant, dięta, quam tradet, spectat. H

2 *Hyeme Plurimum Comedendum, Bibendum quàm parcißime. Et potus esse Vinum debet quàm meracißimum, Cibus panis, Obsonia assa omnia. Oleribus hac tempestate Paucißimis vtendum. Nam hac potißimum ratione Corpus Calidum & Siccum fuerit.*

Summa totius diætę commemorata, recte ad finem orationis adscripsit, qua de causa singula quæ dicta

A quæ dicta sunt, præscribat: etenim calfacere corpus & siccare instituit, adductus temporis immoderato temperamento. Quòd si moderatum fuisset, vt vere est, moderatam seruare diætam mandasset: conseruanda siquidem moderata sunt: quę modum excedunt, immutanda. Iā mutatio non nisi ex contrarijs fiat immoderatis: nam, quod vltra modum corpus, aut iam est calfactum, aut calfit, refrigerari quærit: quod vero est refrigeratū, vel refrigeratur, calfieri. Simili ratione in immoderata humiditate & siccitate morbiferas excellentias contrarijs admotis repellere oportet. Ac contrariam immoderationem applicare debemus, quæ hactenus à tergo medium & mediocre relinquat, quatenus ab illo recessit morbifera. Quocirca bruma, quia temperamento est frigido & humido, conducit, quàm plurimum cibi sumere: bibere autem q̄ parcissime. Plurimum hic non ad facultatem referes, sed ad cætera tempora: itidem bibere q̄ parcissime, compones cum reliquis temporibus. Eodem est modo dictum, esse vinum meracissimum debere, præ eius alijs temporibus mistione. Verūtamen ad virium modum, præsentem q; vsum adhibens mentem, semper moderaberis vinum & cibum offerendum: sic etiam somnum, gymnasia, & in summa, quæcunque à medicis exercitia appellātur. Nam vinum quidem meracissimum & assas carnes calfacere simul & exiccare, si cum maza & oleribus conferantur, quis est qui ignorat? Et panem item præ maza B calfacere dixeris & siccare. Atq; hæc quidem auctorem attulisse veluti exempla duces. Tu porrò legumina deliges, quæ calfaciunt & exiccant, vt lenticulam: præterea de oleribus, quæ hac sunt facultate prędita, vt brassicam: sic ex carnibus, quæ syluestrium sunt animantium, & quæ sale conditæ. Sed & mihi quoq; hæc sunt pro exemplis dicta: nam tota singulatim alimentorum sylua tribus commentarijs, qui de facultate alimentorum inscripti sunt, constat. Itaq; quemadmodum rectè sunt hęc de cibis in qualitatibus deligendis & vitandis dicta, sic quæ de quantitate tradidit. Nam cibi, præ alijs temporibus, plurimum hyeme concedemus, memores probe in Aphorismis « esse dictum, Æstate & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, secundum locum ver- « tenet. Quòd sicui, qua de re hæc fiant, cognoscere cordi sit, docuit & hoc in Aphorismis, his verbis: Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura. quòd aer id temporis frigidus intrò arceat densando, & in penetralibus corporis concludat naturalem calorem: qui æstate perspiratione digeritur: at respiratione aer attrahitur calidus. Respirationem voco, cum spiritus intrò & foras per os fertur. Perspirationem, quæ per totum corpus similiter fit.

3 *At Vere ineunte Amplius Potandum & dilutius est, ac paulatim. Sunt præterea sumendi molliores Cibi, pauciores q;, atq; Panis subtrahendus, Mazaq; exhibenda, tum Obsonia eadem ratione subtrahēda, et Assa elixis cōmutanda: ac Oleribus iam in Vere paucis Vtendum. Dum Aestatem homo attigerit, tum Cibis omnibus Vtendū mollibus, Obsonijs elixis, Oleribus iuxta & crudis & elixis, Poculis multo dilutissimis, & plurimis, & Vt Ne magna mutatio sit, paulatim fiet non subito Vtenti.* C

Ampliorem dixit & dilutiorem, non plurimum & dilutissimum, vere potum esse offerendum. Nam plurimum & dilutissimum æstate iubet, quæ contrarium hyemi temperamentum habet, bibere. At ver, vt medio est inter extrema temperamento, ita mediam requirit dįetam, frigidiorem illam quidem & humidiorem, vt ad hyemem: calidiorem & sicciorem, vt ad æstatem. Proinde ex his planū est, quomodo, quam tradidit seruandam æstate & autumno diætam, interpretari debeamus. Quare id quidem mihi prętereundum est: & legentibus sæpius sedulo q; attendentibus dicta omnia clara sunt, vt, hactenus quæ habita sunt, nullum desiderent interpretem.

4 *Aestate Maza molli nutriri, & Potu diluto simul q; multo, tū Obsonijs omnibus elixis oportet. Atq; His ita, Vbi sit Aestas, Vti debemus, quo frigidū sit & molle corpus. Siquidē tēpestas calida ē & sicca, Corpora q; reddit & adusta & squallida. Quare his rationibus obuiādū est. Eodē modo, Vt ex hyeme in Ver, Ita ex Vere in æstatē cum deuenitur, Cibum deducere, Potum autē augmentare oportet, atq; in eum modum annum cōplendo, ex æstate in hyemem peruenire. In Autumno contra, Cibi maiori copia & sicciores exhibendi, & Obsonia eadē ratione, Pocula pauciora, ita, Vt meraciora. Vt, cū Hyems cōmoda sit, homo perpetuò Potu Vtetur meraciori & pauciori, et Cibo quā plurimo & siccissimo. Nam ita in primis Valebit, minime q; rigebit: tempus enim hoc magnopere frigidū & humidum est.* D

Quæ in pręsentia tractantur, ita sunt dissecta, nec vllum desiderant, qui ipsa interpretetur: ꝙ omnibus plana fecit Polybus, nec vllam quæsiuerit puram methodum: cęterum, vt sunt scripta, ipsa sola ac per se manifesta sunt.

5 *Habitibus Corpulentis & multum Mollibus & Rubicundis, toto ferè anni tempore Vti Victu Licciori ex Vsu est: humida enim est illorum natura.*

Quemadmodū tēporū differentiæ aliā atq; aliam rationē victus denunciant, sic habitus corporis: ad quos nunc, absoluto de tēporibus sermone, descendit. Et, vt accōmodatā diætā demonstrauit in tēporibus, sic in corporū formis. Nam corpulēti, molles, & rubicūdi, tales ex tēperamēti humiditate euaserūt: qui cōtra, ac hi, cōstituti sunt, de quibus mox aget, ex siccitate. Quāobrē conuenit humidis siccior victus, siccis humidior. Quæ si rectè sunt dicta, neminē latet, tēperatos decere diætā tēperatā. Atq; tēperatos voco, quos nec corpulentos, nec graciles, sed appellant quadratos.

6 *Duri, Graciles, Rufi, & Nigri, ferè ſemper Victu debent vti Humidiori: Siquidem Corpora horum Sicca ſunt.* E

Temperamentorum notas in cōmentarijs de temperamentis oēs ſcripſi, vbi τοὺς ϛρυφνοὺς id eſt duros, & τοὺς προσεϛαλμένους hoc ē graciles, eſſe temperamēti ſiccioris docuimus, ſic nigros quoque. At rufos non diximus ſicco temperamento eſſe, cæterum hos, qui illis ſunt colore finitimi, quos flauos nuncupant, qn̄ & flaua bilis eſt temperamento ſicco. Verum quidam ſcriptores minorem in vocabulis vſurpandis diligentiam adhibentes, committunt, vt rerum doctrinam confundant. Atq; ſic non nulli Germanos flauos vocant, qui flaui tn̄ non ſunt, ſi de nomine exactam rationem ineas, ſed rufi. Quod eſt huius reliquum orationis, tum vere, tum clare eſt dictum.

7 *Corporibus Iunioribus vtilis Victus eſt mollior & humidior, Nam Hæc Aetas ſicca eſt, & Corpora etiamnum ſunt concreta. Senes vero ſiccior Victus maiore temporis parte decet, quod Id ætatis Corpora humida ſint, mollia, & frigida.*

Hic ad ætates tranſit, vbi diuiſionem non plenam fecit, qui eas non in quatuor differentias ſecauerit, ſed in duas tantum. Cum deceret, ſi quidem ætatum temperamenta rationis victus ſtudebat indices habere, ſicut temperamenta quatuor ſunt, ſic diſſecare ætates in quatuor: ac humidam F & calidam ſtatuere puerorum, ſiccam & calidam adultorum, ſiccam & frigidam eorum, qui ætate inclinante ſunt, humidam & frigidam ſenum. Sed puerorum ętatem merito eſt par eſſe humidā, quòd incrementum incidere in aliud temperamentum poſſit nullum. At ętati adultorum, quandoquidem plus iuſto calida eſt & ſicca, vtilis eſt contrariæ diętæ vſus: id quod etiam ad ætatem ſpectat inclinantem & vergētem. Verum de ętate ſenum magna eſt quæſtio, quam neglexerunt propè omnes: de qua paulo inferius, poſteaquam ætates præcedentes ſatis expoſuero, verba, faciam. Si nanque pueri plus habent citra controuerſiam, vt humiditatis, quàm eſt ex vſu inculpate valentibus, ita caloris (neque enim ſimpliciter ſunt, vt adulti, calidi, ſed natiuo calore, qui temperatus eſt, qui i bono ſanguine cōſiſtit) ætas, quę inter pueros intercedit & adultos, quæ epheborum eſt adoleſcentulorum q; optimo fuerit temperamento. Atqui optimum quando medium eſt, victus etiam medio eſſe temperamento debet, vt neque humidius eorum corpus, neq; ſiccius, neque calidius, vel frigidius reddamus. Verumtamen corpus puerorū, quanquam habeat plus humiditatis, quàm ſalubris habitus poſtulat, nihilo magis eſt ſiccandum: alioqui ĩncremento prohibeas illos. Sed iam, quia ſenes non nulli eſſe humidos volunt, alij ſiccos, atq; id vtrique indefinite, faciendum nobis eſt, vt partim illos eſſe ſiccos, partim humidos declaremus: quod in commentarijs oſtendi- G mus de temperamentis, vbi ſolidis corporis partibus eſſe declarauimus ſiccos, ſed, quia excrementorum temperamenti frigiditate copia abundant, hactenus dicuntur humidi. Vnde, ſi ſpectes vtrunque, contraria & duplex ab hac ætate indicatio exiſtit medicis, quòd ob ſolidarum partium ſiccum temperamentum humectari deſiderent, rurſus propter affluentiam humidi excrementi deſiccari. Itaque, quo nam modo vtriuſque poſſis rationem habere, abunde in opere de tuenda ſanitate diximus. Hoc loco ſatis ſit ſummam illorum, quæ illic ſcripſimus, retuliſſe. Cibus, potus, & quæ reliqua ſunt, ſpectent humidum & calidum, quaſi ſenum ſolidę partes corporis, quæ ſolæ recte partes vocantur, humectandæ & calfaciendæ ſint. Rurſus reſpicienda eſt vacuatio pituitoſorum excrementorum. Quare, ſi ex opere de temperamētis colligas, & via ſcientię diſcas, propriū ſenum temperamentum eſſe frigidum & ſiccum: acquiſititia autem humiditate eſſe pręditos eos, quòd multa illis excrementa pituitoſa generantur: deinde illinc profectus ad commentarios de ſanitate tuenda, diſcas quoque, qua ſint victus ratione nutriendi ſenes: clare perſpicies, quod hoc loco eſt obſcurum. Neque enim in duo erat humana vita diuidunda, neq; ſenum dicenda corpora humida & mollia, neque victus eis ſicco temperamento imperandus. At vero iuuenes cum dicat corpore eſſe concreto, & temperamento ſicco, conſtat ſolos adultos eum dicere, hos q; appellare H iuuenes. Proinde puerorum præterijt, & inclinantem ętatem: atque, vt equidem dico, pręterea temperatiſſimam, quæ media eſt inter pueros & adultos. Atque adeo deprehendimus ſuum ſibi ipſi eſſe ſuſpectum ſermonem: neq; enim vno verbo dixit, eſſe ſenes ſicco victu nutriendos, ſed addidit, plerunq;, quod eſt perinde, ac non ſemper: id, quod nec habitui corporis nec alteri adiecit ętati. nam ſuus cuiq; corpori eſt victus ſemper deligendus.

8 *Quare pro Aetate, Tempore, & Habitu eſt Victus nobis ineūda ratio: Obuiandum q; Conſtitutionibus, Aeſtibus, & Hyemibus: Nam Ita demum optima Sanitate degemus.*

Hæc in ſumma dixit auctor cum clare, tum vere: quæ ſępe nos, & multis locis explicauimus.

9 *Et Iter facere Hyeme velociter debemus: Aeſtate lento gradu, niſi ſub Sole Iter faciendum eſt.*

Quo pacto iter faciendum ſit ſingulis temporibus, docet. Nam eſſe hyeme eligendam ambulationem ſiccantem & calfacientem: æſtate contrariam ſpectandam, niſi ſub Sole, inquit, iter faciendum eſt. Tum enim feſtinato opus eſt, quò liberemur ocyus ſiccitate & calore, quæ corpori in itinere eiuſmodi comparantur.

Corpulentus

10 A *Corpulentis ocyus est Iter faciendum, Gracilibus lentius: {multis Lauacris æstate vtendum, hyeme minus multis. Gracilibus conuenit plus Balneum, quàm Corpulentis.}*

Celer motus augendo plurimùm calorem corpus colliquat. In motibus vero remissioribus calor mediocris sanguificationi & nutritioni prodest: quamobrem animantibus, vt bene nutriantur, adiumento est.

11 *Vestes Hyeme Mundæ sunt induendæ, Aestate Oleo infectæ.*

Quid scriptor magis congruum, quàm quod omnes attulerũt intepretes, intellexerit, ipse viderit. Quòd si mundas, quia magis calfaciunt, aut halitus non interpellãt, ideo vult hyeme indui: & infectas oleo in æstate, quòd aut refrigerant, aut halitum obstruunt: non probo orationem. Nam mundę vestes, quæ denso contextu sunt, maxime si lacernæ sint, refrigerant: quo est harum cõmodior vsus: nam oleo quidem infectæ, planè sordidæ sunt. Neque est quisquam hominum elegantium, qui vestiri tam spurce sustineat, id q; ęstate: cum etiam temporis diuturnitate plus calfaciant oleo infectæ, quam mundæ, licet primo occursu sint frigidissimæ.

12 B *Crassi, Qui tenues esse volunt, Ieiuni Exercitationes cunctas subire debent: & Cibum adhuc anhelantes sumere, haud dum refrigerati, & prius Vinum bibere dilutum, non admodum frigidum: præterea Obsonia sesamis parare, & condimentis, alijs q; id genus. Ac Obsonia maiori copia sumantur: nam ita paucissimis saturabuntur.*

Quod postremo loco orationis est dictum/nam ita paucissimis saturabuntur/quidam de omnibus prædictis pronunciari volunt: quidam de obsonijs tantum, quę sesamis, & similibus vult cõdiri, alijs q; multis. At, quæ prędicta sunt, hæc sunt, ieiunum exercitari: quod quidem aperte vacuat, vt replet à cibo exercitatio: Ad hæc ab exercitationibus anhelantes cibum sumere, non dum per halitum eorum calore digesto, aut refrigerato corpore: quam causam esse, quò quis celeriter impleatur, liquet. Si vero alia ratione id huius libri auctor vult extenuare, nos pręterit. Hoc certe noui, istud in causa fuisse, cur multis viscera sint oppilata, in primis iecur: vt etiam à cibo vehementes exercitationes. Præterea ijs, qui habent in iecinore arctos transitus alimenti, lauacra obstructiones creant. Sed hæc omnia vnà cum distinctis priuatim explicationibus in opere de sanitate tuenda sum persecutus. Restat, vt dictionem ipsam consideremus, in qua ait/& prius vinum bibere non admodum frigidum/atq; ita orationem instituit, quasi frigidum esse illud, non admodũ
C tamen frigidum, iubeat. Cæterum non ita statim vult ab exercitationibus bibi vinum, sed prius aquam, quemadmodum athletæ docti experientia faciunt: quippe vinum caput tentat, si vel mox à balneo prę omnibus alijs cibis & potibus bibatur. Non tamen frigidæ post exercitationes potio, nisi calidam prębibas, noxa vacat: offendit enim & hæc non obscure ventrem ac iecur: nõ nullis etiam neruos. Iam corpus etiam roborat frigidum vinum, sed auctor id resoluere vult. Nisi forte aliter erat scriptum, & sit lapsus, qui descripsit (nam talia etiam hodie multa cernuntur) qui pro, non omnino calidum, scripserit, non admodum frigidum. Etenim, qui anhelantibus adhuc præbere alimentum vult, corpore multis vaporibus oppleto, cum vini potione calidi magis illos replere vult: quòd magnopere calidum non secus ac frigidum cogendo ventri atq; roborando comparatum sit: non committet, vt istud faciat.

13 *Et Semel tãtum Cibum sumere, Supersedere balneis, Duriter cubare, Nudus q; obambulare, quoad eius fieri potest.*

Rectius diceret parum cibi sumere, q̃ semel tantum cibum sumere: sunt enim, qui semel dunxat cibum sumunt, & longe plus comedunt ijs, qui bis. At vero vt balneum corpus calfaciendo, maxime foris, ad digestionem refert, & digestorum appositionem: sic, si non laues, contrarijs com
D modes. Iam durum cubile solicitat corpus, comprimit, constringit q;: itaq; eius in omnem partem incrementum interpellat. Eadem ratione nudum deambulare omnes ad cutem attinentes partes refrigerat, tum vero in altum & viscera calorem impellit, vt probe quidem coquantur, cibi: cæterũ quò minus quoquouersum permeent, obstat.

14 *Ediuerso, Qui ex tenuibus Crassiores volunt euadere, Omnia hi contra, ac illi, instituere debent, Nec ieiuni quenquam laborem subire.*

Contraria ijs, quæ obesis prescribebantur, hæc sunt: Anhelantes non sumere cibum, sed vbi iam naturaliter respirauerint. Neq; semel tantũ cibum sumere, verum iterum aut ter comedere. Qui vero contra facit, ac illi qui balneis abstinent, lauabit bis: vt tamen semper in primis tempus à cibo, secundo balneo tribuat, interim etiam primo. Ita exercitationes quoque breues & remissas obibit, eas q; à cibo. Eadem ratione molliter cubare, nec nudos in aere versari, his conducit. Quę causa est, cur athletę quasdam statuunt exercitationes, quę consistunt in hoc, vbi complexibus, vel toto corpore pugnatur, προσάπτεσθαι & σωματομαχεῖν ipsi vocant, in ijs, quibus parare carnem student, vitantes, ne nudo eos corpore exercitẽt, nec complexu: Contra, quos extenuatos volunt, celeri exercitatione, ac citra primum complexum exercitant.

15 *Vomitus oportet & ventris Cataclyſmata in hūc modū vſurpare. Sex Brumalibus menſibus Vomere: quia id tēpus aſſiduo ſit pituitoſius, & morbi caput tentat, & regionē ſupra ſeptū tranſuerſum. At, Aeſtus vbi vigeat, vti Cataclyſmatis: quippe hoc tēpus torridū eſt, & corpus biliōſius, & grauitates lūbos & genua afficiunt, calorq́; vrget, præterea fiūt in vētre tormina. Quare corpus oportet refrigerare, &, quæ eleuatur, deorſum ab his locis ſubducere.* E

Ecquę vocet cataclyſmata, ex ijs, quæ ſequunt̄, auctor oſtēdit: hęc enim dicit, quæ lacte conſtāt, & ex cicenibus elixam aquam, falſuginem, & aquam marinam. Nam alia ab his ſunt purgantia medicamenta, quæ totum corpus vacuant. Quare, vt balneatores purgare ſe balnea dicunt, cum ab illorum lapidibus cœnum abſtergunt & ſordes, ita ventris, & inteſtinorum cataclyſmata pituitam eis & bilem abluunt. Quando igitur hyeme generatur in ventre pituita, auctor nobis eſt, vt pituitam vomitibus expurgemus, & bilem æſtate innatantem retrahamus deorſum. Verūtamen vniuerſum corpus ſi purgare inſtituas, Æſtate per ventrem ſuperiorem, Hyeme per inferiorem purgabis, vt eſt in Aphoriſmis relatum. Nam, quę in præſenti abundant, his medeberis purgatione, vt tamen per loca, quò vergunt purgationem inſtituas: ſiquidem ducenda ſunt, quo tendunt, per loca accommodata: at quibus, ne augeantur, velis obſiſtere, per contraria loca retrahere debes.

16 *Adminiſtrentur Cataclyſmata Corpulētioribus, & humidioribus ſalſiora, et tenuiora: Succioribus, gracilioribus, & imbecillioribus pinguiora, & craſſiora. Cataclyſmata Pinguia & craſſa ſunt, quæ lacte conficiuntur, & ex ciceribus aqua elixa, & id genus alijs: Tenuia vero, & ſalſa, ſalſugine, & aqua marina, & quæ eiuſmodi ſunt.* F

Quę magis incidunt corpulentioribus iubet pręberi, ꝙ pituitoſiores hi ſint: leniora vero gracilibus, nam ſunt hi biliōſiores. At vero, quæ ſint materię vtrorunq;, ipſe ſubijcit. Qua quia interpretem non requirunt, ideo his pręteritis ad proxima me conuerto.

17 *Vomitus autem hoc modo irritare oportet. homines obeſi, ieiuni vomant, currendo, aut celeriter eundo meridie.*

Vult craſſis, qui vomituri ſunt, corpus excalfactū, quo ſucci pituitoſi, quo plurimo craſſi abundant, liqueſcant. Quinetiam omnium apertio vaſorū, & anguſtorum meatuum raritas hac maxime ratione paretur. Faciunt autem hæc omnia ad facilem, & minime moleſtum vomitum.

18 *Sit hiſſopi quadrans contriti in congio aquæ, quē ebibat, acetū affundens, & ſal aſpergens, quo ſit iucundiſſimum.*

* Græce ἡμικοτύλιον, i. ſemicotyle, & capit vncias quatuor cum dimidia.

Incidentem eſſe potionem velle illum, & qua de cauſa, non eſt obſcurum. Nanq; homines craſſi, quandoquidem humoribus ſunt præditi prorſus craſſis, & frigidis, ac non nulli etiā lentis, ideo potionem eorum incidētem vult eſſe. Cæterum, quantam potionis, quam præſcribit, copiam porrigat, non habeo exacte dicere, quòd menſura, quem congium vocant, non ſit apud omnes eiuſdē capacitatis. Si atticum congium imperat bibere, non mihi ille mos placet, multum enim eſſe videtur mihi. Erat tamen maioribus in vſu, ſiquando vel lactis ſero, vel eiuſmodi aliqua ablutione, vtēdum ſtatuiſſent, magna copia offerre. G

19 *Bibat tardius primum, deinde velocius.*

Nam, à principio ſi affatim bibiſſet, cōtinuo vomeret, prius, q̄ omne ebibiſſet, atq; ſuccos in vētre contentos abſterſiſſet, quęis cum vnà effunderentur, quos primæ venæ habent. Sin autem primo lentius, poſtea omnino bibat largius, ea ratione fiet, vt mediocri tempore cōtinere poſſit, atq; in tempore impetum ad vomitum capiet, quòd tandem magis affatim bibat.

20 *Graciliores, & imbecilliores à cibo vomitum prouocent hunc in modum. Calida loti præbibant meri heminam, mox omnis generis cibos ingerant, nec in comedendo bibant, nec à cibo, ſed contineant ſe, dum quatuor ſtadia quis progrediatur. Deinde illis in potum triplex vinum miſceabis, auſterum, dulce, & acidum: primum meracius, & paulatim longoq́; temporis interuallo, deinde dilutius, celerius, & affatim.* H

Calida lotum, præbibere mandat poculum meracius, hac, vt conijcimus, inductus ratione. Calido balneo totum corpus calfit, humores colliquantur, vaſa euadunt laxa: quę & ipſa vinum meracius præſtat, eademq; opera viribus robur conciliat, cuius habere maximam rationem in gracilibus videtur. Mox, inquit, omnis generis cibos ingerant: cuius non eandem omnes rationem, qui hunc librum enarrauerunt, ſcripſerunt. Nam quibuſdam de illis varios cibos offerre videtur, quòd inter ſeſe mutuo diſſidentes minori negocio vomitum cieant. Alijs, quo plus ingerant: quippe ſimplices, & vnius ſpeciei, mox ſaturant. Pręterea non illis concedit ſtatim bibere, vt cibi ſtatim non ſupernatent, quod cauet. Et ne iſtud accidat, tempus etiam conſtituit interea, quod commorentur, nutritioni ſufficiens. Ipſum'que adeo tempus pronunciauit, dum quatuor ſtadia quis progrediatur. Quę poſtquam ita præceſſerint, dat bibere vina tria, quæ inter ſe ſunt diuerſis qualitatibus. Nam ex his vinis hoc eſſe auſterum vult, illud dulce, aliud acidum. Sed hoc etiam loco cauſam reticuit, quamobrem id pręſcribat. Qui vero ad eius ſenſum diuinationibus aſpirant, dicunt auſterum ipſum adminiſtrare ob inſtrumentorum, per quæ vometur, robur: dulce, vt vomitum concitet, ad hęc, quòd fundat humores dulce vinum: acidum, vt abſtergat, quę

ventri

A ventri ſunt infixa. Forte vero & cibos illis præſcripſit diuerſis qualitatibus, vt hi ventrem confirment, illi vomitum irritent, alij ſuccos abſtergant impactos. Verum, quod frequenter in ſodalium meorum & amicorum cæterorum congreſſibus dico, non tacebo in præſenti. Nō parum eſſe iſtorum delictum cenſeo, qui rationalem ſectam venditant, qui ea, quæ dictant, pronūciant, tanq̃ edicta regia, omiſſa eorum ratione. Nam multo erat ſatius ipſum libri ſcriptorē, ſingulorū præceptorum vim exprimere: vt fecit Hippocrates in libro de ratione victus in morbis acutis, vbi de ptiſſana refert. Nā viſcōſitas eius lenis, continua, iucunda, lubrica, & modice laxa eſt, ſitim arcet, & vbi ablutione opus eſt, facile deſcendit, non aſtringit, non vellicat grauiter, neq; in ventre intumeſcit. Similiter de aqua mulſa, vino, oxymelle, & lauacris ſcribit: vt initium habeamus viæ, qua nō nulla ab ſcriptore omiſſa, quæ cum eius ſententia ſunt coniuncta, adijciamus. Et nunc quidem cum alia protulit non addita cauſæ ratione, tum q̀ bibendum eſt vinum primum quidem meracius, & paulatim, & tractim, deinde dilutius, celerius, atq; affatim, cogimur nos mentem coniectare, qua ſcripſit. Eſt vero cum omnis alioqui ambigua coniectura, tum ſanè maxime, vbi hominis ſententia etiamnum ignoratur. Proinde dilutius bibere vinum, celerius, & affatim de his, qui cupiūt vomitum, non abſonum videatur dictum eſſe, quandoquidem his, qui retinere volunt, & concoque-
B re alimentum, contraria conferunt, meracius, paulatim, ac tractim. Quare autē, quæ omnino retentioni ſunt congrua, hæc offerat prima iamiam vomituris, nō habeo, quod probabile afferam. Fortaſſis horum auctori non alienum videbatur, quod interpretibus nō nullis probatur: quādo hoc illi propoſitum eſt, vt vires hominum gracilium, quibus hæc dictat, ne proſternat: ideo primū eas confirmat, ac mox ad cientia vomitum progreditur. Verūtamen ad vires conſtituendas tempus, quod à cibo ſumpto dabatur, ſatis erat. Alijs item aliud, vt dixi, videtur, non tamen numerandum vt neceſſarium, quod demonſtrationibus ſtabilitur ex ſcientia profectis.

de Victus rat. in morb. acut. com. 1. t. 18. 7. 110. b

21 *Qui conſueuit bis menſibus ſingulis vomere, rectius ille duobus deinceps diebus vomat, quā quintodecimo quoque die: alij planè contra faciunt.*

Et huius quoq; oportebat rationem ſcriptorem cum primis apponere, quando præter diſtinctam vllam declarationem dixit de vomentibus bis quoq; menſe. Video enim eſſe, qui vacuationis gratia vomunt: vt alios, qui vnum diem in menſe ieiunant: & quoſdam, qui humorem hunc ventri impactum, aut viſcidum, aut craſſum expurgant, Sed nihil tamen cauſæ eſt, quin per interualla iſta faciamus, non continuis duobus diebus.

22 C *Quibus vtile eſt cibos reuomere, aut quibus ſunt alui aſtrictæ, omnibus conuenit his crebro in die cibum ſumere, & eſculentis vti varijs, ac obſonijs varie paratis, vina item bina bibere, vel terna. At, qui cibos non reijciunt vomitu, vel aluis ſunt præditi ſanis, his ex vſu eſt, vt faciant illi modo contraria.*

** In aliquibus græcis codicibus legitur nō ὑγιέας, i. ſanis ſed ὑγρὰς, i. humidis. ac fortaſſis melius, vt opponat aſtrictæ aluo, cuius paulo ante meminit.*

Qui ventrem purgare, aut corpus vacuare modice volunt, his confert ciborum vomitus. Atq; hos ſæpius vult cibum ſumere, eum q; variū, & diuerſa vina bibere. Cōtra, eos, q nolunt vomere, ventres q̀ habent plus æquo humidos, vt querant ſiſti, hos nec frequenter comedere, & varijs cibis & vinis abſtinere. Nam ſemel cibum capere, & eum vnicum, vinum item vnū bibere, intereſt ad hoc, vt venter illa & retineat, & coquat. Contraria vero ęgrius tum concoquuntur, tum in ventre commorantur. Et pro ciborum qualitate, & ordine ſumptionis, aut innatare illos, aut excerni per aluum contingit.

23 *Pueri infantes diu ſunt calida rigandi, ijsq; vinum dilutum exhibēdum, quod prorſus tamē frigidum non ſit, idq; offerendum, quod minime ventrem attollit, & flatum creat. Atq; hæc facienda ſunt, quo minus tentent conuulſiones, ipſiq; creſcant, & melioris coloris fiant.*

D Quò hęc dicta diæta ſpectet, ipſe enarrauit, nempe enim, vt minus tentent cōuulſiones, ipſi q; creſcant, & melioris coloris fiant. Nam calida qui multo pueri tempore rigantur, molles permanent: id quod conuulſionibus reſiſtit. Nam conuulſiones ipſę Hippocrates frequentiores eſſe dicit corporibus contentis, q̃ remiſſis & laxis: tum mollia corpora facilius augētur, q̀ in omnē partem facilius intendātur. Atqui, quæ à conuulſionibus libera ſunt, probeq; creſcunt, his totum eſſe habitum ſalubrem id latet neminem. Ergo id ipſe vno inſigni prodidit non cōtemnēdo, boni coloris. Et vero etiam vinum hos dilutum iubet bibere, nolens eos nimium caleſcere, id q; , q̀ non raro laborent conuulſione, quod quidem neruorum imbecillitati, & voracitati acceptum referunt. Ideo q; vinum eos non frigidum bibere imperat. Atq; vinum, quod eſſe eiuſmodi debet, vt minime ſit flatuoſum, omnibus iuxta, nedum ſolis infantibus commodat.

24 *Mulieribus ratio victus eſſe ſiccior debet, commodiores enim ſunt cibi ſicci mollitiei carnis: vt item pocula meraciora referunt plus ad ſecundas, & fœtus nutriendos.*

Mulieribus ſicciorem rationem victus præſcripſit, quæ qualis eſt, ipſe ſubijcit. Cæterum hæc opinio auctoris controuerſa eſt. Etenim, ſi mulieribus eſſe humidis præter naturam ſit, vt in intēperatis naturis, & ægrotantibus humido morbo, recte illas ſiccaret. Iā, cum eis hoc ſit naturale,

tuendum est: nisi salubrem mediocritatem excedat. Sed illud nos etiam in viris spectamus. Nanq; E & his natura comparatum est mulieribus esse siccioribus: qui vbi iustam siccitatem superent, ibi eorum intemperiem contrarijs corrigimus.

25 *Qui exercitantur, his hyeme conuenit currere, & luctari: æstate luctari quidem parum, currere vero haudquaquam: sed deambulare multum in frigore.*

Exercitationum differentias, quæ anni temporibus sunt peculiares, docet, quæ hyeme calfacere valent & exiccare: æstate contra.

26 *Qui cursu defatigantur, hos oportet luctari. Qui vero defatigantur luctando, currendum his est. Nam ita laborans partem corporis defatigationi obnoxiam, calidam conseruet, roboret, simulq; maxime recreet.*

Si ita omnia medici rationales conscripsissent, non fuisset verborum fundendorum locus interpretibus relictus. Id autem dico, vt addatur causa, cur ita nos agere iubet: id quod fecit hoc loco Polybus.

27 *Si hos, qui exercitantur, maxime alui profluuia arripiunt, ac excrementa cibum referunt, suntq; cruda, de exercitationibus detrahere debent, non minus tertiam partem, & de cibis dimidiam. Constat enim non valere ventriculum aceruum ingestorum ciborum omnem calfacere. Sit his cibus panis, quàm potest fieri maxime, coctus, in vino intritus, potus quàm paucissimus & temperatissimus, caueantq; à cibo deambulare. Hoc autē tempore semel tantum oportet illos cibum sumere: nam hoc modo ventriculus maxime calfiat, ciboſq; vincat. Porrò modus hic alui profluuij corpora, quæ carne sunt densiore, frequentior exercitat, vbi compellatur homo, quando ita est natura comparatum, vesci carnibus. Venæ siquidem constipatæ, cibos non suscipiunt comesos.* F

Non videtur hic de exercitantibus sese gratia sanitatis loqui, sed de his, qui munus aliquod obeunt gymnasticum, vt non detur illis eius omnino dimittendi facultas, aut admodum multum remittendi. Propterea de illis detrahit, de exercitio tertiam partem, de cibis dimidiam. Nam hactenus sperat cibum superaturos, vt non iam aut cruditate laborent, aut alui profluuio. Cæterum hic quoque suo officio functus est, quòd eorum adscripserit rationem, qua adductus, hæc ipsa, & quę hic sunt dicta, prescripserit. Nam modus, inquit, hic alui profluuij hos, qui carne sunt compactiore, capit, vbi carnes comedere cogantur. Vbi de gymnasticis verba sefacere significauit: hos etenim comedere carnes cogunt. Ac subiungit. Venę constipatæ cibos non suscipiunt comesos. Quod obscure dixit, quare interpretes putare compulsi sunt, constipatas eum dicere pro induratis, & quæ ægre intenduntur, vt non excipiant alimentum: quod denotari aiunt ex hoc, Cibos non suscipiunt. Sed istud digestionem citius, quàm lędere concoctionem consueuit, vt excernant illi humida quidem, at non cruda tamen. Atqui dixit ante, cruda hos, & quæ cibum referent, deijcere. Verum, quando adscripserit rationem, qua fretus ea consuluit, quæ consuluit, & etiam num tenemur implicati, quid in his orationibus fieri existimabimus, quibus causam, quare facere illa nos iubeat, non adscripsit? Equidem nisi de his, Carne qui sunt compacta, adscripsisset, hærere me ingenue faterer, vt in multis alijs: in quibus cum nihil eiusmodi apposuerit autor, audacissimi isti interpretes, quod in mentem venit, pronunciant. Iam, quia preditorum compacta carne meminit, quo commentarentur illi quoque, quod vtile esset de his naturis, ansam prębuit. Hi enim citissime plenitudinem aceruant, quòd non satis perspirationis habēt. Vnde fit, vt, cum cohibeatur distributio, prorsus humida euadant excrementa: interdum non humida solum, sed & tenuia, & præter ceteros voracibus. Nam, cum ex deglutitis aliquid in corpus digeritur, residua promptius venter concoquit. At vero, cum ciborum in eo permaneat aceruus, siquando cum deg rauent, semel deijcit prius vniuersos, quàm sint concocti. Potuit etiam per venarum duritiem, quia intendi multum non poterant, digestio impediri alimenti. Verum talium naturarum quo H pacto haberi potuit ratio, scribere ipsum oportebat, instituto contrario. Siquidem totius habitus sunt scopi raritas & mollities, quæ molli frictione, & multa pinguedine † in solijs fiunt. Hic vero symptomatibus immoratur, ac eorum negligit interim veluti radicem resecare. Iam in præsenti oratione istud quoque dicit: constat enim non valere vētriculum aceruum ingestorum ciborum omnem calfacere. Atqui, si vere incusauit habitus densitatem, & venas cibum non suspicientes, iniuste de ventriculo conqueritur. Quòd si hic eum quis vera dicere admittat, sequentem etiam diætam recte esse dictam concedet, Panem percoctum, potum temperatum & pauciorem, semel cibum sumendum, nec à cibo deambulandum.

† Ex antiquis contra legendū. Ἐν σιτίοις; in solijs mora fiunt.

28 *Est hæc quidem præceps natura, & ad partem vertitur vtranque, parumq; viget bonus habitus in eiusmodi corporibus.*

Bonum habitum appellauit, compacta carne præditorum naturā, æque, ac si dixisset, celeriter facientem mutationes. Itaq; subnectit. Et ad partem vertitur vtranq;, hoc est, ad bonum habitum, & cōtrarium. Præterea addidit: Parum q; viget bonus habitus in eiusmodi corporibus. Nam in cōmentarijs in Aphorismos ostendimus bonum exercitatorum habitum præter sanguinis repletionem

A tionem & carnis, robur conseruare naturalium facultatum. Sed, vt illic summam habitus bonitatem esse periculo ostendimus obnoxiam, quam non cito rara corpora consequuntur, ita vsu venit his, qui corpore sunt compacto, postea quàm velocissime propter difficilem per halitum digestionem his generatur, cogitur q; scilicet euestigio euerti, celerem obtinent generationem, & dissolutionem.

29 *Habitus vero rariores, & hirsutiores, carnium esum magis admittunt, & labores. Suntque his boni habitus diuturniores.*

Quòd corpora hirsutiora cutem obtinent rariorem, item q; genus carnosum, in libris de temperamentis didicimus. Quare hæc merito sanè commodius ait esum carnium ferre, nempe, quæ transpirantur: & labores, quòd minus sint lassitudinibus obnoxia, id quod etiam in libris de tuenda sanitate traditum est. Quòd si hæc, & bonos habitus habent constantiores, vt quæ non attingant continuo extremum.

30 *Ac, qui cibos postridie eructant, & si præcordia eleuantur, his tanquam cibis non percoctis diuturnior somnus*
B *prodest, nihilominus horum corpora ad alium laborem sunt adigenda. Vinum bibant meracius, & largius, cibi vero minus sumant hoc tempore. Liquet enim præ imbecillitate, & frigiditate ventrem non esse ciborum multitudini parem concoquendæ.*

Laudo hic eum, quòd fini adiecerit: Liquet enim præ imbecillitate, & frigiditate ventrem nō esse ciborum multitudini parem concoquendæ. Nam quasi ad id respiciens, eum studet calfacere, ea q; gratia longiorem somnum eis consulit, item exercitationem, atq; vinum bibere & meracius, & copiosius, præterea id temporis minus comedere, quo ipsis contigit cruditate laborare. Nam reliquo tempore exercitantes sese, & mouentes, vinum q;, vt diximus, bibentes, nihil est, quòd ciborum mediocrem copiam imminuant.

31 *Quos sitis infestat, cibos hi & labores minuant, ac vinum dilutum bibant, id q; quàm frigidissimum.*

Hic expressa est eo modo calidarum naturarum nota. In sexto libro Epidemiωn his verbis: Calido naturaliter frigidæ potio conuenit, & quiescere. Vt enim appellauit corporis temperamentum, subiunxit diætam, quam, qui ita sunt affecti, requirunt. Caput autem eius est, refrigeratio. Potissima in hac diætæ summa sunt, aquæ potio, & vacatio exercitationis. Hoc loco quiescere aliter
C expressit, nempe. Labores minuāt. Et pro frigidæ potione scripsit: Ac vinum dilutum bibant, & quam frigidissimum. Mihi vero rectius hic præcipere videtur, quòd potio diluta, & frigida cum refrigerat, tum præterea vini obtinet commoditates.

6. Epid. com 4. t. 15. 3. 163.

32 *Quibus viscera ab exercitatione, vel alio itinere dolent, his requiescere ieiunis cōfert. Potus sit parcissimus, qui corpus ingressus multam cieat vrinam: vt ne venæ, quæ visceribus sunt innatæ, contendantur plenæ. Quippe * inflationes hinc, & febres generantur.*

Omnia hæc præcepta in lucubratione de sanitate tuenda abunde tradidimus: & nunc memorię causa, vt in superioribus, ita hoc loco exponemus. Multis enim, tametsi febri liberis, dolores in visceribus oboriuntur, potissimū in iecinore, vbi à cibo se exercitauerint, vel lauerint. Cuius quidem causa angustia est visceris transitus, ascendentium q; crassitudo humorum. Etenim occlusi, & resistentes in venarum strictis finibus, qua sanguis ex simis iecinoris partibus transsumitur in curuas, tum transitum obsepiunt, tum venas intendunt, quæ in sima sunt iecinoris regione. Quas ita affectas dolores citra febrem excipiunt. Hos sopire eo tempore oportet, quo infestant, ac potare aliquid, vrinam quod moueat, & iecur referet. Qui nisi minxerint, his occasionibus succedunt
D flatūs, & febres.

* Græcus codex habet οἰδήματα i. tumidi abscessus: interpres fortassis habuit φύσηματα.

33 *Quem morbi corripiunt à cerebro profecti, huius primum torpedo caput tenet, meijt q; frequenter, ac alia patitur, quæ in vrinæ stillicidio solent euenire. Hunc illud dies † viginti molestat. Et de naribus si fluat, aut auribus aqua vel muccus, à morbo vendicatur, & vrinæ quiescit stillicidium. Meijt autem absque dolore multum, & album, dum diem vigesimum transierit, & capitis dolor relinquit hominem, cæterum oculos intendentem splendor illum fugit. At viri est, qui facultate est præditus ratiocinandi (quia homini tanti nihil, atque sanitas est) nosse de suo consilio in morbis esse præsto.*

† Græc. ἐννέα i. nouem.

Merito habuerunt hanc orationem suspectam: non nulli etiam semel damnarunt, non esse Polybi, & multo minus Hippocratis. Nam orationis omnino non constat initium, cum velit cerebri morbos torpedinem inducere, & vrinæ stillicidium. Quæ tamen oratio, vel si putet quis non cunctos eum cerebri tales esse morbos constituere, sed eos solos, quos fluens de naribus, & auribus muccus & aqua depellit, haud est vera. Neque enim semper ita rem se habere, neque frequenter apparet.

Galeni

GAL. DE ATTENVANTE VICTVS RATIONE LIBER VNVS

Martino Gregorio interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de edulijs quibus tenues ac salubres humores in corpore redduntur.

Quæ sit rationis victus attenuantis vtilitas. CAP. I.

Cum victus ratio attenuans plerisq; diuturnis morbis adeo conferat, vt sola ea, sine vllo alio medicamento, sublati sæpe fuerint, operæpretium fuerit aliquid de ea distinctius perscribere. Sunt.n.quos præstiterit sola victus ratione, sine medicamẽtis persanare. Vidi equidem nõ paucas arthritidas, quæ iam articulorum ossa nudarant, alias quidẽ hac victus ratione in totum persanatas, alias mitiores fuisse redditas. Vidi præterea & eorum plerosq;, qui spirandi difficultate (quam δύσπνοιαν vocant) sæpe prehenduntur, adeo leuatos, vt aut prorsus reualerent, aut longo saltem interuallo leuiter affligerentur. Eadem etiam hæc tenuãs G victus ratio magnos lienis tumores, & hepatis scirrhum colliquat. Ad hæc epilepsias paruas quidem & etiamnum incipientes penitus sanat: inueteratas vero ac cõsummatas iuuat non mediocriter. Hanc victus rationem medici tenuantem appellarunt, quemadmodum aliam ei cõtrariam, incrassantem, pro eo humore.s.quem in corporibus nostris gignit: Nota autem longa experientia nobis est, & ratione explorata: nam olfactus ac gustus mentem nostram ad oẽs eiusmodi cibos discernendos satis instruunt. Quæ.n. sensus nostros pungunt, ac mordicant, ea omnia palàm est acria esse, & quæ succos crassos tenuare queant: quæ etiã, si largius æquo sumpta fuerint, ventriculum mordicant, ciborum q; nauseam magnam inducunt, & halitus acres emittunt, non modo dum manduntur, sed etiã postq; è corpore fuerint egesta. Plurima autem eorũ vrinas & sudores graue olentes & acres promouent: phymatibus præterea, ac furunculis sunt accommoda: quædam aũt ex ipsis cutim diuellunt facile, atq; erodunt: alia vero pertundunt: alia ipsius partem aliquam in pus vertunt: vlcera'q; magna, & quas vocant escharas, efficiunt. Hęc omnia satis probant ea acrem quandam, atq; incidentem habere facultatem: cui rei euidentissimo ẽt sunt argumento humores in corpore nostro ab eis extenuati. Quin & experientia ipsa rationem confirmat: videmus enim corpora omnia, in quibus humores frigidi, crassi, ac lenti abundant, huiusmodi ciborum vsu maiorem in modum alleuari. H

Quæ sint oleracea attenuantia, ac de diligentia in eorum vsu adhibenda. CAP. 2.

VT in alijs, ita in his quoq; oportet medicum tpi ac mensuræ vsus diligenter esse attentum: periculum enim est, si quis non recte ijs vtatur, ne tandem prauo succo impleatur. Verum de omnibus in præsentia tradere non est institutum, sed de edulijs duntaxat pertractare. Nemo igitur est, qui "allium, cæpam, nasturtium, porrum, & sinapi propter facultatis ipsorum vehementiã ignoret in genere esse tenuantium: post illa autem smyrnium, pyrethrum, origanum, calaminthen, sisymbrium, pulegium, satureiam, thymum: quæ omnia viridia quidem, & prius, q̃ exiccentur, manduntur: exiccata vero, iam non amplius sunt cibi, sed medicamenta. In summa omne, quod siccũ est, viridi est valentius: eorum vero, quę sicca non sunt, maturiora minus maturis: & quæ in montibus ac locis siccis proueniunt, ijs, quæ in campestribus ac planis & hortis, ac paludibus crescunt, sunt fortiora: hæc sanè sunt, quę de ijs cõiter scire conuenit. Prædictis aũt ordine proxima est capparis, & terebinthi fructus: his aũt eruca, sium, apium, petroselinum, orminũm, rhaphanis, brassica, & beta. Malua vero, & blitũ, & atriplex, tametsi ijs specie sunt proxima, facultatibustñ dissident:

A.l.3.f.13.t.1.c.3.fol.291.e

* ozimum.

A dent,aquea.n.sunt,minimum'q; acris facultatis habent.quo modo cucurbitæ,& citrulli, melones, melopepones,& pruna: humida.n.sunt hæc omnia,ac frigida,& pituitosa,potissimum si cruda, & non elixa mandantur. Atq; hinc adeo fit, vt quidam citrullos,ac cucurbitas duriores elixent. Ex pomis preterea,ac piris ea minus nocebunt,quę cocta fuerint. Ad hæc ex ijs,quæ cruda mādũtur, ea predictis minus sunt noxia,q̄ ad reponendum sunt apta. Sed de his non est nunc dicendi locus.

De differentia attenuantium olerat eorum ex ætate,ac communis ratio ipsorum dignoscendorum. CAP. 3.

RVrsus igitur ad eos cibos,qui succos crassos in corpore tenuant,reuertamur, ab ijs vnde sumus digresli,auspicantes: exactius.n.de ipsis determinare est necesse. Omnia igitur tenera, & increscentia propter humiditatē,qua adhuc toto incremēti tpe affluunt,facultatibus (vt paulo ante diximus) sunt moderata. Quo fit,vt pleraq; medicamenta,dum oriuntur, & adolescunt, non aliter,ac cibi, mandātur,vt silphij, ac sinapis stolones, pyrethri, iringij,& multorum aliorum,quæ olera syluestria vocare consueuerunt: quæ haud ita multo post spinis adeo horrescunt,vt ne pecoribus quidem sint vesca. Hæc aūt omnia,vbi cōmaturuerint,magnam quidem habent incidendi facultatem: tenuant vero admodū,dum oriuntur adhuc,atq; adolescunt. Pari modo & vrtica,prius, B quàm exiccetur,est esculenta: preterea fœniculus,ruta,coriandrum,anethum eiusdem cū illis sunt speciei,euidenter'q; etiam calfaciunt. Aliud autem est olerum agrestium genus,quę memoratis minus incidunt,vt mediocris non secundę sint naturę,quippe quę neq; incidant manifeste, neq; densent. Olera aūt cōi nomine hmōi omnia {serides} nominantur,singulis tñ speciebus singula noīa à rusticicis fuerunt imposita,vt lactucę,condrillæ,tum ijs,quę Syrij gingidia vocāt,tum alijs id genus plerisq; apud singulas gentes: Athenienses tñ omnia cōi nomine appellāt: veteres aūt ipsorū speciebus nullum nomen indiderunt. Cum igitur plures horum sint species,& earum plereq; propterea q̄ non vbiq; proueniunt,multis sint ignotæ,vbi eorum facultatem in genere didiceris, nihil erit,q̄ ea oculis singulatim inspicere,ac dignoscere desideres,sed ipsorum duntaxat enarratio tibi satisfecerit. Siquid igitur olfactui,aut gustui,aut vtriq; simul,acre,& mordicans, & calidum apparebit,scito id facultatem habere tenuandi,atq; incidendi. Ad hæc siquid olfactui odorem bonū inferens,aromatis speciem gustui repręsentet,id quoq; viribus calidum esse oportet,sed non ęque, ac mordicantia,& rodentia,& insigniter calfacientia. Incidunt preterea & quę saporem quendā habent nitrosum,aut salsum,quorum etiam plurima aluum dejciunt: nec minus ijs amara tenuandi facultate sunt prędita: atq; hinc adeo fit,vt plurimis huiusmodi vulgo vescantur: differunt tamē C in eo plurimum,si vnà cum eis oxymel,aut acetum,aut sal,aut oleum, aut aliud id genus sumatur: eorum enim facultas aceto,& melle intenditur,oleo aūt minuitur. Siquidem oleum ipsum, preter quàm q̄ succos crassos non incidit,eorum etiam omnium, quæ id præstare possunt, robur imminuit. Huius ēt generis sunt cibi oēs aquei ac mucosi,preterea olera plurima,potissimum hortensia propter superfluam humiditatem: quibus omnibus cum aceto vescuntur, eis quidem, quę cruda libenter mandunt,id non permiscentes,his vero,quę elixant,oleum infundentes. Quidam autem pro delitijs acetum omnibus permiscent, sed cum melle, vel sinapi, vel libystico, vel cumino,vel apio,vel id genus aliquo commiscentes. Natura.n.ipsa suggerit,quid sit faciendum,ac docet non eos modo,qui hoc apertius norunt,sed etiam imperitos, atq; idiotas. Quin & ipse ijs, quibus victus ratione tenuante opus erat,delitijs eiusmodi vti iubebam,preter q̄; carne dactylorum, quam multam pulmentis plurimis commiscebant. In summa autem de ijs delitijs est habendum,omnes eas tenuantibus esse accensendas,quę tum cum multis acribus,& calidis (cuiusmodi sunt ea, quę nuper memorauimus) tum cum cępis,allijs, & coriandro preparantur: quibus vero ea parcius fuerint permista,substantiam incrassantem habent copiosiorem.

De olerum,& arborum germinibus attenuantibus. CAP. 4.

D QVoniam aūt ab initio de cibis oleraceis disserui (in eo.n.genera plurima sunt,quę tenuant) proximum sane fuerit de asparagis,quos vocant,disserere, elijs,mixācantho,chamędaphne, *μυακανθίνω. vite alba,vitice,spina,& alijs eiusmodi. Eodem in genere sunt vitium germina,& rubi,et omnia denique arborum germina,quibus vesci consueuerunt. Mixacānthus igitur,quem vocāt, *μυακάνθινος medię quodammodo est facultatis,ab eo autem elij,& camædaphne vtrinq; non multum differūt. i. loricatus spina. Stomacho autem non minus prædictis commodant vitis albæ, & viticis,& spinæ asparagi omniū autē maxime austeri, atq; adstringentes, quales sunt vitis, ac rubi. Spinę vero asparagus aluum dejcit. Sed,quæ purgant quidem,non poslis ante experientiam cognoscere,quæ vero ventriculū roborant,coniectura poslis assequi. Omnia enim stomachum iuuant,facultatis'q; sunt mediocris, quo in genere est palmę cerebrum: sic enim nominatur tenerum germen, quod è summa ipsa planta producitur,vt elate in oleribus. Qui autem amaroris quidpiam preferunt,quanto amariores,tanto ijs sunt sicciores,& incidentes magis. Quod si linguam euidenter mordeant,ac calfaciāt, in tenuantibus erunt numerandi. Verum de oleraceis quidem edulijs hæc sufficiant.

De seminibus olerum. CAP. 5.

DE seminibus aūt deinceps tractabo. Vt aūt de his in vniuersum dicam,facultate plantæ suæ sunt similia,nisi q̄ illis prorsus sunt sicciora,eo'q; magis tenuātia: non omnia tñ sunt vesca, vt ne

vt ne herbæ quidem ipsæ, quarum semina manduntur, omnes sunt esculentæ. Omnia tñ semina, E
quibus vescuntur, sua natura ad siccius & calidius magis, q̄ herbæ ipsæ, semper sunt propensa. Proinde & papaueris semen herba ipsa est melius, adeo, vt tanq̄ innoxiũ panibus ipsum misceant, & placentis. Quod tñ & ipsum palam refrigerat, ex eo intelliges, ꝙ caput grauat, & soporiferum est, non tñ æque, ac eius succus: sed, quanto is magis refrigerat, tanto est semine magis soporifer. Soporiferum est & lactucæ semen: qñquidem & olus ipsum frigidum est & humidũ. Ab his igitur frigidis & humidis seminibus ei est cauendũ, qui tenuante diæta vti volet. Nam sisami semen succum crassum ac lentum in corpore gignit: apij vero, & petroselini, cumini, carui, anisi, præterea libystici, sinapis, ameos, dauci, seseleos, & omnium deniq; odoratorũ, & acrium, & euidenter calfacientium semen tenuante diæta vtentibus conuenit. Quorum quædam adeo sunt fortia, vt nihil à fortissimis medicamentis dissideant: cuiusmodi est rutæ semen, quod validum admodum est ac tenuans. Pari modo & lini & cãnabis semina: hæc.n. non modo sunt medicamentosa, sed caput etiã tentant. Quocirca vnicum est tps, quo quis recte ijs vtatur, cum s. sanguinem per vrinas purgare volet. Verum de medicamentis dicere nunc non est propositum, vt quorum vis & actio est magna, eo q; non est eis insistendum.

De Frumentaceis, ac Edulijs, quæ ex eis parantur. CAP. 6. F

AD aliud seminum genus est transeundum, quæ cerealia appellant: hæc aũt appellatio in toto eorum genere Græcis est vsitatior, q̄ leguminum nomen, quæ non nulli chedropa etiam nuncupat. Omnia autẽ generaliter vocantur legumina: speciatim vero ea sola ex eis appellantur chedropa, quæ manu carpuntur: alia cuncta, quæ falce putantur, frumenta: quidam aũt solum triticum, frumentum vocant: alij hordeum quoq; ei adiungunt. Sed vocet quisq;, quo libeat, nomine: ipse vero de eorum omnium facultatibus deinceps pertractabo. Triticum ergo firmissimi est alimenti, succumq; crassum admodum gignit ac lentum. Proinde, nisi quis ipsum, quo modo nunc præparatur, exhibeat præparatum, succus ex eo succrescet vehementer crassus ac lentus. Tritico igitur simpliciter elixo non est vescendum, vt in Asia plerosq; rusticos esitare obseruaui. Nam condiunt id pauco sale, nec ipsum in farinam redactum, vt ἔτνος i. pulticulam, aqua vel lacte perfundentes, elixant. Cæterum quod eo modo est paratum, ad coquendum est difficile, & crassi succi: sola autem ea præparatio est probanda, quæ fermento constat, sale, & clibano: paulo deterior, quæ minore furno: ex reliquis vero nulla est, de qua verba facere sit necesse. Est & in tritico non parua speciatim differentia: quippe quod graue est ac densum & in profundo flauum, copiosissimi id alimenti est, crassi q; succi ac lenti: cõtra quod leue est & rarum & album, minus nutrit, succum q; gignit crassum minus ac lentum. G Similago autem & alica multum alunt, crassi q; sunt succi ac lenti. Verum similaginem quidem non conuenit eos attingere, qui extenuante victu vtuntur: Alica vero possunt vesci moderate, tum sola aquæ incocta, tum vero cum mulso, aut vino, & eo quidem dulci, sed flauo ac tenui, & quod viribus falerno sit proximũ. Possunt & alijs multis cibarijs permiscere, & maxime betis tritis, & iusculis accommodatis. Quod si quis pultem aut sorbitionem ex alica parare volet, conueniet nõ anethi modo, sed & porri quidpiam, vel pulegij, vel calaminthes, vel hyssopi immittere. Piper præterea si misceatur, non solum elixationibus eiusmodi, sed alijs etiam propemodum omnibus, quæ ad tenuantem diætam conferuntur, non mediocriter iuuabit. Ptisana autem ipsa quidem per se non nihil absterget, vt hyssopo non magnopere egeat. Siqñ tñ ipsius vim inaugere velis, piperis aliquid ei permiscuisse suffecerit. Mel vero ptisanæ immiscere non est opus, nisi quis ea, quæ thorace ac pulmonibus continentur, studeat expectorare. In hepatis vero ac lienis affectibus ipsum admiscere non conuenit: nam horum viscerum tumores à sorbitionibus ipsis solis ex alica adaugentur, & multo magis, si cum melle eas paraueris: at de mellis quidem vsu omni paulo post dicemus. Nunc autem ad hordeum redeundum: non.n. in ptisana tm̃ eo vescimur, sed & panes hordeaceos conficimus, & eius farinam cum lacte elixamus: præterea ex eo frixo H
polentam conficimus: deniq; non secus, ac alicam, coctum ipsum in aqua cum vino dulci aut sapa exhibemus. Verum, quod ad panes quidem pertinet, scire oportet omnes, quoquo modo parentur, exigui esse alimenti, succum q; crassum, ac flatus minimum generare: Polentam vero omnem similiter, ac panes, nutrire, nisi ꝙ siccat magis, propterea ꝙ frixa est: farinam ipsam vtrisq; esse humidiorem, excrementosam q; magis ac flatulentam, & potissimum si cum lacte coquatur. Quod vero hordeum, vt alica, ex dulcibus quibusdam sumitur, propositę victus rationi multo minus confert: succum.n. crassum ac lentum, vt alica, gignit. Sumenda igitur hæc sunt non cum sapa, neque cum vino aliquo vehementer crasso, sed cum mulso, aut vino quopiam falerno simili. Eodem aũt modo & typha vti licet & auena: sunt tñ hæc, q̄ ptisana & alica, concoctu faciliora, & excrementosiora. Porrò horum seminum pleraque in Asia ac Mysia proueniunt, adeo, vt panes ex eis conficiant, qui vtiq; & ipsi ad coquendum sunt difficiles & succi non boni. Olyra etiã, quam vocãt, frequens in Asia visitur, medium q; inter hæc & triticum, locum obtinet: siquidem tritico tanto est deterior, quanto his melior: vtuntur aũt & ipsa eodem modo, quo prædictis. Quod vero ad zeam attinet, nulla alia est inuestiganda præter olyras & typhas, quæ sunt esculentæ: &, vt ingenue fatear, non mihi constat, de vtris harum antiqui nomen zeæ enunciarint. Tertium.n. præter illas

genus

A genus nõ viſitur,quod eis ſit ſimile,ſed typhas & olyras ſic vocitabant. Cum autẽ Mneſitheus de ijſdem ſeminibus vtrunq; nomen enunciet, typhas & olyras nominans, in eo declarat ſe ſuſpicari zeam quoddam aliud eſſe prauum edulium: ipſum'que exiſtimo zeam appellare, quod nos typhas nominamus,aut aliquid his deterius. Cæterum ſemen id, vt hordeum,& olyra, & auena, eſt mundandum,ac cortice ſpoliandum.Quod cum factum fuerit,tritico,hordeo,& olyra longe eſt tenuius atq; exilius: flauum præterea eſt,vt triticum,non album,vt hordeum.Porrò hordeum apud quaſdam gentes nudum prouenit,vt in Cappadocia,vocatur q; ita,vt iamiam dixi. Quod ſi aquæ incoctum,vt alica,cum aliquo vino dulci ſumatur,nullis alijs bonitate cedet.

De reliquis Leguminibus. *CAP.* 7.

FAbæ aũt minus quidẽ,q̃ hordeum, tergent: verum & ad coquendum ſunt difficiles, & multum flatulentæ. Proinde ſatius fuerit piſis veſci, fabis.n.ad oĩa ſunt præſtantiora.Eruilię vero, & dolichi,& phaſeoli, multo fabis ſunt deteriores. Lentes aũt,tametſi ſuccum craſſum generent, non tamen omnino ſunt aſpernandæ, ſed, cum aliorum meliorum ciborum copia non ſuppetit, eis eſt vtendum.Lupini ſimiles ſunt lentibus,niſi quòd minus ſiccant. Cicer autem cibus eſt flatulentus,& concoctu difficilis,atq; excrementitius: ad mouendas tñ vrinas eſt accommodus, terget
B præterea non nihil. Eruum vero, boum magis,q̃ hominum, eſt alimentum: incidendi tñ facultate pollet,vnde & ex eo medicamentum paratur,quod in ijs,quæ thorace continentur expectorandis nulli eſt ſecundum.Βούκερας aũt ſeu fœnumgræcum (vtroq;.n.modo appellant) non incommode alui deijciendæ gratia ante alios cibos ſumitur: cum melle quoq; eius ſuccum exhibent,(vt qui calfaciendi vim habeat ac detergendi: eſt q; ad vtrunq; hoc valde accõmodum: ꝙ tñ caput tẽtet, vſus eius multus eſt cauendus,vt & aliorum omnium,quæ alui ſubducẽdæ gratia, prima menſa ſumuntur. Nam bona pars eorum flatulenta eſt,& ad coquendum difficilis, in quibus eſt lupinus, eruilia,& phaſeolus.Pruna etiam Damaſcena hydromeliti incocta præmandunt ij,quibus extenuante diæta eſt vtendum: verum his aluum magis deijciunt,quæ ex Iberia importantur. Ventrẽ præterea ſubducunt echini marini,& concharum omnium,atq; annoſorum gallinaceorum iuſcula, neque quidq̃ ijs officiunt,quibus tenuante victu vti eſt propoſitum. Meline vero ſeu panicum, & milium, praui ſunt ſucci, & flatulenta,ac concoctu difficilia: nam alui fluxum vehemẽter ſiccant. Lobi ẽt hortenſes cibo adaptantur, craſſi tñ ſunt ſucci, & pituitoſi, cæterum fabis minus inflant, nec,vt hæ,detergendi facultate ſunt præditi. Quid iam loquar de alijs prauis ſeminibus, quæ oẽs, ẽt ſi non moneam,fugitãt? de ipſis tm̃ dixiſſe ſufficerit ſolum hordeum ex cibis frumentaceis, te-
C nuanti victui eſſe innoxium. Secundum hoc ſunt panes clibanitæ,qui ex tritico fiunt. A reliquis vero eſt abſtinendũ,niſi quis forte piſum,vel lentẽ,aut alicam,per magna interualla guſtare velit.

De Auibus,Piſcibus,ac Pedeſtribus animalibus. *CAP.* 8.

EX piſcibus ſaxatilibus,montanis q; auiculis multum, ac copioſum potes alimentũ ad tenuantem victum accommodare. Animalia.n.quæ in ſtagnis, ac locis aquoſis, & campeſtribus degunt,humidiora ſunt,atq; excrementoſa: quę vero in montibus viuũt,oĩa temperatura ſunt ſicciora,ac calidiora,eorum q; caro minimum eſt pituitoſa, ac lenta. Ex quibus intelligi poteſt animalia omnia,quæ in montibus naſcuntur,multo ijs,quæ in locis planis oriuntur, eſſe præſtantiora. Et,vt ego iudico, aues monticolæ, † non modo ꝙ aeris ſed ẽt alimenti,quod nobis præſtant, tenuitate antecedant,alijs auibus,quæ in locis aquoſis ac campeſtribus degunt, ſunt præferendæ. Paſſeres igitur,turdos, merulas,perdices,& reliquas id genus aues monticolas,mandas, licet. Abſtinendum aũt ei,qui tenuante victu vti volet, alijs auibus,q̃ in locis aquoſis viuunt, vt tardis, quas ὠτίδας vocant,anſeribus, & magnis auibus,quas ſanè & ſtruthocamelos nominant,& alijs id genus: nam oĩa hæc carnem habent excrementitiam. Mandendæ ẽt ſunt aues eæ, quæ tum in turribus,tum in vineis,vitam agũt. Ad hæc columbæ turricolæ domeſticis ſunt meliores: tũ etiam pari

† *non modo aeris tenuitate,ſed etiam ciborum, quibus veſcũtur, bonitate, alijs auibus &c.*

D modo & apri ſuibus domeſticis in cibo ſunt anteponendi: ac,vt in ſumma dicam,oĩa,quæ exercentur,ijs,quæ ſunt ocioſa: & quæ cibis ſiccioribus,ijs,quæ humidioribus vtuntur: deniq;, q̃ purum ac tenuem aerem inſpirant,ijs,quæ contrarium, ſunt præferenda. Siquidem ſuum domeſticorum caro,oĩum aliorum ciborum firmiſſime nutrit: multum.n.in ſe ipſa habet lentorem, tum propter vitam deſidioſam,tum propter cibi humidioris affluentiam. Verum ab his prorſus abſtinebit, cui propoſitum erit victu extenuante vti. Quod vero ad reliquas carnes attinet,non quibuſuis ſimpliciter veſcetur,ſed,ſi multum ſeſe exerceat,licebit ei & auribus,& roſtris,& pedibus ſuillis veſci, ventre præterea,& matrice,ſi modo ea elixa belle fuerint. Qui autẽ vitam in maiore ocio ac quiete degunt,ijs non modo eiuſmodi ſuum eſu eſt temperandum, verum etiam ſylueſtribus. Abunde enim fuerit eis auibus montanis veſci,& piſcibus ſaxatilibus, vtputa iulide, fuca, merula, turdo, ſcaro,& in ſumma, omnibus,quæ carnem habent mollem ſimul ac friabilem: ab ijs vero, quæ duram habent vel lentam,omnino eis eſt abſtinendum. Aſellorum aũt caro mollis quidem, ſed non æque ac ſaxatilium eſt friabilis: Mullorum aũt friabilis quidem eſt, non tñ mollis. Hæ itaq; duæ tibi ſint notæ, de cuiuſuis animalis carne,mollities ſ. & friabilitas: quibus attentus eam animalis carnem,cui vtrunq; adeſt,quantum vis,mandas,licet: cui aũt neutrum ineſt,abijcias: cui alterutrũ, interdum,cum alijs cares,mandas, modo ea ad ſaturitatem vſq; non vtare. Cum igitur ſaxatiles

deſunt,

desunt, asellos, mullos, & alios eiusdem generis pelagicos possumus exhibere, & eos potissimum, E qui cum sinapi manduntur, cuius generis est scorpius. Sunt & alia quidē animalium genera, quibus altera memoratarum notarum inest: verum propter alterius exuperantiam, in cibo sunt fugienda. Nam anguillę, & * mullium pars maxima, tametsi carnem habent mollem, quod tñ succo lento ac pituitoso abundat, ijs, qui tenuante diæta vti volunt, plurimum est noxia: idem accidit & plurimis ostreorum. Hirci autē, & boues, carnem quidem habent minimum humidam, pituitosam, ac lentam: nocent tñ admodum ob duritiem, & in alterando difficultatem. Ad hæc plurima ostracoderma & crustata vel propter vtrunq;, vel propter carnis duritiem, sunt vitanda. Sola autem chartilagineorum torpedo & turtur laudantur, possis q; non nunq̄ in saxatiliū penuria ijs vti. Satius tñ fuerit pisces eos præparari cum beta trita, aut albo iure, porrum prolixius miscendo, & piperis portiunculam. Dictis piscibus, viribus propinquum est † buglossum, & saxatiles pisces. ⁆ Ex terrestribus vero animalibus hirci, & arietes, & genus omne ouium, ac caprarum, non vndequaq; laudabilis sunt alimenti. Solis aūt hœdis innoxie vtare. Agnorum esus propter insignem humiditatem est fugiendus. Equorum & asinorum esum hoībus asininis, vt pardorum vrsorum & leonū hominibus feris, permitto. Proximi asinis sunt cerui, eo q; ab eorum esu est abstinendum. Caro aūt leporum ad aliam victus rationem siccantem est accommoda, ad propositam vero non admodum F confert: sanguinem.n. vehementer crassum gignit. Ad hæc sanguis omnium aīalium in cibo est vitandus, & multo adhuc magis in tenuante diæta. Pari modo & visceribus est abstinendum: sunt enim excrementitia, & ad coquendum difficilia, & crassi succi. Canum vero & vulpium carnem nunq̄ equidem gustaui, nec sane gustare vnq̄ fui adactus, neq; in Asia, neq; in Græcia, neq; in Italia: aiunt tñ hanc quoq; mandi: coniectare tñ possum vim ei inesse carni leporum similem. Nam canis, & vulpes, vt summatim dicam, temperamento sunt sicco. Porrò, quemadmodum partibus porcorum extremis vesci concessimus, ita & gallinarum alis vti concedimus, testes tamen, & viscera tenuanti diętæ non competunt. Corporum aūt gallinarum esum, siquis exerceatur, non veto, & potissimum earum, quæ in montibus fuerunt enutritæ: qui vero non exercetur, mandendæ ei erunt modice, non modo gallinæ, sed columbę etiam, ac turtures, tametsi turtur temperamento est sicca, & potissimum quæ in montibus degit: itaq; vesci quis poterit ijs innoxie: recens tñ non turtur modo non est mandēda, sed nec perdix, nec alia oīa, quæ carnem habent moderate siccam, sed, vbi vnum diem ad minus suspenderis, ita demum mandas, licet. Porrò palumbes, præterquam quod carnem habent columbis, & perdicibus, & turturibus duriorem, difficilem etiam ad coquendum & excrementitiam habent. Perdices vero, ac turtures, neq; durissimas habent carnes, neq; concoctu difficiles, neq; prauo succo vitiosas: sed & ipsarū durities, si mortuæ vno die asseruentur, facile G vincitur, fiunt q; friabiles omnino atque inculpatæ: alimentum enim corpori dant laudabile, sanguinem'que minimum viscosum generant, & crassi ac tenuis medium. Proinde, quibus salubris cibus curæ est, eos, vt arbitror, vti his conueniet.

* Al. σαλαχίων.

† Al. Buglossō & pitta i. solea & passer.

De Radicibus. CAP. 9.

VErum de ijs quidem dictum abunde est: ad ea, quæ restant, est transeundum. Olerum omniū radices (vt generatim dicam) excrementitiæ sunt, & concoctu difficiles. Solius autem dauci ac pastinacæ radix propositæ diætæ vt nihil incōmodat, ita nihil confert. Aduersissimæ autem sunt rapæ. His paulo minus aduersi sunt bulbi. Omnium autem pessimi sunt fungi. Itaq; eorum omnium quæ gustu nullum morsum, nec acrimoniam, nec calorem referunt, radices suspectas habere oportet: vnde & bliti radix vitanda, tametsi olus hoc minime sit pituitosum. Quid iam olera memorem, quorum non solum radices, sed germina etiam, & stipites, ac folia succum gignunt pituitosum? Vt autem paucis rem omnem finiam, omnes quidem radices, tanq̄ ad coquendum difficiles, habere suspectas oportet: solæ autē acres ac calidæ gustandæ, vt sunt allij, cæpę, & radiculæ, eę q; pro pharmacis potius, quàm pro alimentis, sunt habendæ. H

De Fructibus arborum. CAP. 10.

ATq; de radicibus hæc dixisse sufficiat: tempestiuum.n. iam fuerit ad fructus arborum transire, quorum pleriq; sunt humidi sine vlla siccitate, & potissimum qui non reponuntur. In quibus ij minus sunt noxij, qui ventrem lubricant, cuiusmodi sunt mora, & post ea, pruna, & cerasia, ac ficus. Deteriores aūt sunt, qui tarde permeant, & maxime si consistentia sint duri: ab eis enim prorsus est temperandum. Mandendi autem, qui ad reponendum sunt apti, qualia sunt pira, cydonia, & pleraq; vuarum genera, in quibus molliora potius, q̄ duriora, sunt edenda: nemo tamen vllo horum ad saturitatem vtetur, quemadmodum neq; pomis, neq; persicis, neq; armeniacis, quę Latini præcocia appellant: & ijs multo adhuc minus sericis, quæ vocant, & myrtis, & alijs eiusmodi: pari modo nec mespilis, nec sorbis: quibus tñ rectè quis ad alia vtetur, ad victum autem extenuantem non sunt accōmoda, & potissimum mespila. Vt aūt summatim perstringam, quæ vehementer sunt austera ac pontica, huic victus rationi sunt aduersa. Soli aūt ventris fluxui, aut ventriculo stomacho've imbecillis, conferunt. Porrò inter ea, quæ in hyemem seruari possunt, caricæ ac nuces tum ad id sunt accōmodatissimæ, tum etiā nihilo minus ad propositam nobis victus rationem. Pistacia præterea, & amarę amygdalæ haudquaq; sunt improbanda: his duriores sunt nuces ponticæ,

A ticæ, nullam'q; abstergendi ex visceribus excrementa habent facultatem. Castaneæ vero, siue elixentur, siue assentur, siue denique frigantur, semper sunt prauæ, & multo magis, si crudæ mandantur. Oliuæ aũt, quod ad propositam diætam attinet, medium quodammodo sunt edulium. Proinde neq; eas magnopere commendare possim, neq; damnare, quemadmodum nec vuas pensiles. Quæ vero in vinaceis seu βρυτίοις reponuntur, vẽtriculi quidẽ imbecillitati conferũt, præsenti aũt scopo haud quaq̃, & his adhuc minus, quæ in vinis ponuntur. Vuæ passæ, si non sint adstringẽtes, lieni quidẽ & hepati tumentibus non conducũt, thoracis tñ ac pulmonis affectibus conducunt: noxia ẽt sunt mala punica, si fuerint pontica, imbecillum tñ ventriculũ iuuant. Atq; ẽt de alijs arborum fructibus, si ad memoratos iam contuleris, licebit similiter pronunciare, siquidem duri oẽs ac pontici, sunt praui, reliquis vero moderate vti poteris. Quòd si quis existat, qui in varijs sui partibus sapores habeat diuersos, partes quidem acidæ & acres sumendæ, alijs autem temperandum. Multos sanè eiusmodi reperias, vt malum medicum, quod etiam citrium nominamus: quippe cuius cortex est acris, acida autem pars intima, eius caro pituitosa ac crassi succi.

De ijs, quæ aceto & muria conduntur. CAP. 11.

B QVæ in aceto & muria conduntur, ea tantum à pristinis viribus esse immutata sunt putanda, quantum à conditura fuerint alterata. Quo fit, vt, cum acetum & muria ex eorum numero palàm sint, quæ incidunt ac tenuant, pisces aridi atque exucci, humores crassos ac lentos vehementer attenuent. Eligendi tamen sunt, qui natura carnem habent mollem: fugiendi vero cetacei, & eis adhuc magis ipsa cete. Quòd siquis penuria melioris vesci his velit, vel alioqui appetat, ἀποθέρμῳ i. condimento aliquo acri (cuiusmodi est, quod ex sinapi, vel oleo & aceto solo fit) erit vtendum. In summa autem ciborum omnium id est commune, vt, qui in memoratorum quopiam conduntur, aut parantur, extenuanti victui maxime conferant. Proinde, qui hoc victu vti volet, licebit ei ijs omnibus vesci, si ex aceto aut oxymelite fuerint preparata, tum alijs etiam plurimis eorum, quæ succo omni exhauriri queunt. Quin & suilla ipsa exucca tuto vescetur, quæ vtiq; alioqui esset vitanda, vt quæ succum crassum ac lentum generet.

De melle & vino. CAP. 12.

CVm de ijs abunde tractauerimus, reliquum est, vt de melle ac vino disseramus, & prius de melle, quod vtiq; non modo reuera ciborum est dulcissimum, sed succum etiam consistentia tenuissimum gignit. Quod vero ad vina pertinet, quæ dulcia admodum sunt, omnia sanguinem crassum gignunt, nigra nanque hæc sunt, & consistentia crassa, & ijs adhuc magis sireon quod vo-
C cant. i. sapa: est autem id mustum plurimum coctum. Sunt, qui & ficuum siccarum decoctũ ita nominent. Est aũt decoctum id prauo melli adsimile, habet'q; & ipsum incidendi vim quandam, in eo tñ à melle plurimum superatur, vt parum absit, quin tenuantium specie excludatur. Porro ficus exactè maturæ ex medio ciborum sunt genere, quod genus succos neq; condensat euidenter, neq; tenuat. Aliæ vero omnes hoc genere sunt inferiores, quippe quæ nondum satis maturuerint, vt vinum musteum, crassi sunt succi ac frigidæ, præterea ad concoquendum difficiles & flatulentæ. Id tamen eis inest commodi, vt celeriter permeent, ob id'q; ipsum haud multum officiãt. Eiusdem sunt naturæ vuæ dulces, & his adhuc magis palmulæ, quarum q̃ in Alexandria, Cypro, Lycia, & Cilicia proueniunt, reponi omnino nequeunt, sed, vt sunt, manduntur, quòd propter superfluã humiditatem celeriter putrescant. Aliæ vero, quæ reponi possunt, minus sunt noxiæ, crassum tamen & ipsæ succum gignunt. Proinde ipsarum esus in proposita victus specie est fugiẽdus. Quòd vero ad vina attinet, quæ clara sunt ac pellucida, colore'q; pallida ac flaua, ea forte minimum dulcia inuenias. Præterea nullum album dulce comperies, quemadmodum nec flauum quoduis admodum est dulce. Cæterum eiusmodi omnia sanguinem cõsistentia gignunt mediocrem. Quæ vero crassa simul sunt & nigra & dulcia, crasso sanguine venas refercuint: at alba simul & tenuia humores
D crassos incidunt, & sanguinem per renes purgant. Quæ vero inter hæc consistentia sunt media, vt sunt flaua simul ac dulcia & splendida, viribus etiam quodammodo sunt similia, vt quæ neque, vt crassa, sanguinẽ crassum generent, neq;, vt alba, per vrinas secedãt. Sunt autẽ vina apud omnes gentes plurima, celebrantur tamen in primis Ariusium, Lesbium, Falernum, & Tmolites: quibus semper intentus, media deliges, quòd omnia sanguinem bonum & consistentia mediocrem generent. At, quæ odora sunt, & alijs vinis calidiora, ea merito caput tentant. Quocirca vitanda eiusmodi ijs erunt, qui cephalæa, aut hemicrania, aut alia cephalalgia laborant, vt epilepticis, & maniacis, &, vt in summa dicam, omnibus, quibus caput infestatur, sunt fugienda. Affectus vero omnes thoracis ac pulmonis, qui diuturni sunt & sine febre, à vinis eiusmodi multum iuuantur, & potissimum, qui humoris per sputa expectoratione purgantur. Non enim incidenda tantum sunt aut calefacienda, quæ belle sputis sunt expectoranda, sed moderate etiam humectanda, ne tandem siccata sputa, ac lenta reddita tusses excitent, exitus'q; violentia vas aliquod in ruptionis discrimen adducatur. Quamobrem, q̃ vina sunt crassa & dulcia, propterea, q̃ humiditatem habent crassam, & ob id ipsum perdurantem, in thoracis ac pulmonũ affectibus, si cũ tenuantibus medicamentis adhibeantur, multum afferent commodi: verum nec acerbã, nec austerã, nec oino adstringentẽ vim eis inesse, sed ad melleã magis odore ac gustu & viribus oĩbus spectarę ipsa cõueniet. Eius generis est,

neris est, quod in Pamphilia prouenit, tum quod Tmolites appellant (abunde enim fuerit eorũ, E quæ dicimus, velut normam & scopum subiecisse, in quem intentus omnia similia ex eo inuenias ac dijudices) optimum sanè suorum congenerum id est: cuius tamen si copia nõ sit, vti licebit Thereo, & Protropo, & Thyrino, & Caryino. Nigri autem dulcis simul & austeri exemplum petes ab eo vino, quod fert Cilicia: quippe quod Ægeates nominant, omnibus vtiq; thoracis affectibus, de quibus nunc agimus, est noxium, & eo etiam magis, q̃ vehementer sunt acerba. Porrò nõ omnia dulcia, nec ea, quæ exiguam habent dulcedinem, sunt aspernanda, quæ, tametsi multis in locis proueniunt, plerisq; tamen sunt incognita adeo, vt neq; mercatores ipsa studiose coemant, nec apud professores magno in pretio sint. Solum autem vinum ponticum in conuiuijs, aut nuptijs, aut sacrificijs, aut alijs celebritatibus adhibebant: multum enim implent: & tarde permeant, ambasq; excretiones morãtur, tum eam, quæ fit per anum, tum quæ per vesicam: hærentq; in hypochondrijs diutissime, & facile acescunt, nauseamq; prouocãt. Soli autem ventri fluenti conferunt, id'que, si moderate sumantur. Eiusmodi vini in locis Ægisoliæ campestribus magnus est prouentus, cui simile aliud est, quod iuxta vrbem quandam Pergamo vicinam habetur, quo vtique omnes eius regionis incolæ propter cõsuetudinem citra molestiam vtuntur: nam debito modo sumptum sitim extinguit: lędit autem omnes, qui ei non assueuerint: corpora tamen bibentium euidenter nutrit: F cui rei argumento sunt incolæ iuuenes, qui in palæstra, bonæ habitudinis comparandæ gratia, sese exercent: vtuntur enim hoc vino in potu non aliter, quàm suilla in cibo.

GALENI DE PTISSANA LIBER

Ex antiquissimi græci exemplaris fide, ab Hieronymo Donzellino Medico Veronensi in latinum versus, ac ad pristinam integritatem restitutus: cum prius in græcis etiam codicibus mutilus haberetur.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet, quì optime ptissana conficiatur: ac de viribus, mensura, & idoneo eius vsu.

Qua de causa hic conscriptus sit liber: & quod in eo propositum. CAP. I.

Voniam paulo ante quosdam ex medicis inueni, qui in ęgrotantis cuiusdam curatione ptissanæ quidem cremore vtebantur, nullam tamen abhibebãt prius distinctã explicationẽ, quibus'nã morbis vtilis illa aut H inutilis existat: preterea neq; de exhibitionis modo & quantitate, neq; de tempore sorbitioni assumendæ opportuno quicquam determinabant: verum (vt videtur) quãdo ipsi voluerint, vsum ptissanæ accõmodaturum arbitrabantur, operæprecium fore putaui, si de illius vsu quæcunq; sunt ab Hippocrate obscurius explicata, hoc in loco enarrarem, † ob multorum notitiam, quæ in exacta huiusce rei tractatione, per ordinẽ a nobis sunt recensenda, } videlicet coctionis modus, vires ipsius, actio, tempus opportunum, exhibitionis quantitas & modus: quot præterea emolumenta ægrotantium corporibus afferat, si rite propinetur: & rursum quot inde incõmoda proueniant, si fuerit importune administrata: ad hæc quibus'nam corporibus illius vsus expediat, & quibus etiam minime conducat, simul erit a nobis explicandum. Sed, quoniam composita quædam res est ptissana, & eius cremor: paratur enim ex hordeo, quod pinsendo fuerit probe purgatum, & expolitum, cui scilicet cortex detractus est, ex aqua præterea, ac tali quapiam coctione, primum illius partes per capita tractare decreui: quæ nisi fuerint prius determinatæ, totam sermonis seriem plurimum lædent, & si reliqua deinceps omnia exactissime absoluantur.

† Gręcus codex hoc in loco videt habere sensum ambiguũ, gręca enim verba ita se habẽt, διὰ τὴν τῶν πολλῶν παρακολούθησιν quæ melius fortassis ita verti possunt: vt multi assequerentur.

De optima

A *De optima aqua eligenda.* CAP. 2.

A.li.1.f.2.d.2. c.16.fol.37.f.g

QVod igitur optimam aquam eligere oporteat ad ptiſſanæ præparationem, neminem eſſe puto, qui audeat dubitare. Optima " autem aqua, ſubſtãtia, & guſtu, & olfactu, & etiam colore probatur: guſtu quidem, & olfactu, vt alienam qualitatem nullam præ ſe ferat, ſcilicet, vt neq; dulcis, non ſalſa, non acida, non acris, non male olens, aut putrida exiſtat, vel omnino aliam aliquam adſcititiam qualitatẽ poſſideat: ſed omnis penitus expers ſit qualitatis, quod græci ἄποιον dicunt: atq; omni prorſus aduentitia careat qualitate, nec non cuiuſcunq; rei miſtione, quæ guſtu, aut olfactu, deprehendi poſſit. Oportet quin etiam, vt pellucida ſit, ac pura, minime q; cœnoſa, ſed veluti diligentiſſime colata, & ab omnibus, quæ ipſam innatare ſolent, ramentis liberata. Huiuſcemodi igitur aqua vſui quidem valde eſt accommodata, natura tñ non eſt ita ſyncera: quemadmodum ne vllum quidem aliud ex ſenſilibus hiſce elemẽtis. Cum itaq; talis fuerit aqua, qualem iam deſcripſi, ſtatim etiam erit partium valde tenuium, & facile coquetur, ac in vniuerſum corpus diſtribuetur, hypochondria' que celerrime pertranſibit: & non modo naturali calori admota cito alterabitur, verum etiam igni extrinſecus propinquior facta, compendio calefiet. Cuius rei teſtis nobis erit Hippocrates, ‖ aquam enim, quę cito calefit, & rurſum cito refrigeratur, pu — 5.Aph.26.Ext. ord.30.h.Et 2. Epi. ſect.2ª. nõ lõge ab initio.
B tat eſſe leuiſſimam: leuitatem certe non pondere æſtimans, ſed partium potius tenuitate, et etiam, ꝙ in ſe ipſam cõtrarias qualitates facile recipiat. Talem igitur aquam, frigidam, & humidam, ac proprie aquam, merito nuncuparis: quę vero mixtione alicuius alterius extrinſecę, aut ſubſtantię aut qualitatis fuerint adulteratæ, quales ſunt bituminoſæ, & ſulfureæ, atq; aluminoſæ, tantum à propria aquæ natura recedunt, quantum fuerint adulteratæ. Quòd ſi demõſtrationem quæris, ꝙ aqua refrigeret & humectet, à noſtro inſtituto alienum hoc eſſe dicimus, qui de ptiſſana diſputare dudum decreuimus. Antiquorum tamẽ omnium authoritas, atq; conſenſus indubiam nobis faciet fidem, frigidam, & humidam eſſe aquam, quum apertiſſimis demõſtrationibus id comprobarint: id quod etiam experientia teſtatur. Propterea nos id tanquam conceſſum ab omnibus accipientes, ad hordei diſputationem diuertemus.

Hordei vis atque electio. CAP. 3.

A.lib.2.f.2.c. 530.fol.155.b

HOrdeum igitur, ſi in vniuerſum de eo loqui velimus, frigefacit " & exiccat: habet quin etiã non nihil abſtergentis, & flatuoſi: ꝙ ſi ad illius partes examinandas deſcendamus, exterior illius cortex, qui furfuraceus eſt, ſiccior exiſtit, & efficacius abſtergit: quæ vero intus pars eſt veluti eius caro, & quæ nutritioni eſt accommoda, abſtergit quidem & ipſa, verum furfure minus:
C habet autem in ſe ipſa, vnde poſſit flatum excitare. Cæterum altera membrana, quę tenuis eſt, ſub furfure quidem poſita, ipſum vero hordeum amplectens, vt ſitum, ita etiam vires habet inter hæc medias: ideo abſtergit furfure quidem minus, hordeo autem magis. Illud porrò nequaquàm hoc in loco prætermittendum duximus, non de quocunq;, ſed optimo tantum hordeo hæc omnia à nobis enarrari, quod ſcilicet nullam ſibi ex putredine prauã qualitatem adſciuerit, aut excrementitiam humiditatem, quod' que nec nimis ſit recens, aut nimis vetuſtum. Siquidem, quod fuerit recens, excrementitia plenum eſt humiditate, quam à regione contraxit, vt tum humore refertum, tum flatu diſtẽtum ſit: quod vero vetuſtum eſt, longo tempore exhauſtum, ac imbecillum eſt redditum, proprias' q; vires iam amiſit. Cuius rei indicium eſt corrugatio, quæ huic ineſt, & magnitudinis imminutio: illud' que præterea, ꝙ, dum contunditur, tenuem quendam ex ſe puluerem emittit. Plenum itaq; hordeum eliges in ptiſſana conficienda, non admodum recẽs, aut vetuſtum nimis: nec non aduentitiæ omnis qualitatis expers. Sed ne iſta quidem ſatis eſſe videtur, verum hoc etiam experimento à nobis probandum erit. Si nanque præter iam enarrata hoc etiam habuerit, vt inter coquendum in magnam molem attollatur, illud certe ad parandam ptiſſanam merito aſſumetur: ſiquidem recta ratione, vt par eſt, decreuerit aliquis illam cõficere. Iam igitur, quæ
D optima ſit aqua, & quomodo probetur, quod etiam optimum ſit hordeum, & quibus indicijs cognoſcatur, per capita recenſuimus.

Ratio ptiſſanæ conficiendæ. CAP. 4.

A.lib.4.f.1.t.1. c.9.fol.410.e

REliquum modo eſt, vt tertio loco coctionem exponamus. Hunc enim in modum quidam hanc parant. Primum " in mortario cum hordeum in minutas partes confregerint, illud' q; celeriter elixarint, hi quidem ſapam, alij aũt amylum, non nulli etiam cyminum, & mel inijciunt: ſed talis praua eſt omnino confectio. Optima vero, probe' q; apparata, huiuſcemodi certe fuerit. Hordeum adhuc crudum oportet primum in aqua macerare, deinde manibus ipſum conterere, donec tenuis eius membrana excutiatur, poſtea validius rurſum manibus confricare, quouſq; totum id, quod paleaceum eſt, auferatur: niſi quis ptiſſanam ipſam voluerit magis abſtergentem efficere, tunc enim melius eſt hordeum cum ipſa membrana coquere. Porrò ipſa coctio hunc in modum fieri debet, vt primum quidem multum ebulliat, poſtea vero molli igni, quouſq; in cremorem vertatur.

De Ptiſſanæ Viribus. CAP. 5.

A.ibidem.

HAc " enim ratione ptiſſana decocta totum id, quod inerat, flatulentum amittit: omnia vero, — de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 1.
" quæ illi adſcribit Hippocrates, bona adipiſcitur. ‖ Illius enim viſcidum (inquit) lęue, & cõ — t.18.7 .110.h

tinuum,& blandum,& lubricum,& humidum moderate: sitim q; arcet,et ad abluendum siquid opus est,idoneum: neq; adstrictionem habet,neq; vllam,dum in vētriculo coquitur, perturbationem facit: deniq; non exturgescit: si quidem in coctione intumuit, quantū plurimū intumescere poterat. Quod igitur ptissana nihil habeat glutinosi, aut emplastici, queadmodum reliqua ferè oia viscida,manifestum est. Neq;.n.corporis tantūmodo sordem abstergit, verum etiam pituitosum humorē in vētriculo existentem exhibita quadātenus expurgat. Plurima vero decoctio, eorū q;,quæ miscentur,exacta vnio,apparentē hunc lentorem efficiunt,qui certe nullā habet asperitatē,sed vndequaq; leuis est, æqualis, permanens, atq; continuus. Cum.n.nullius aut adstrictionis,aut acrimoniæ particeps sit, ex quibus ortū habet asperitas,læuis necessario non ad tactū modo,verum etiam viribus existet. Quippe viscida alia,vt oleū,mel,reliqua'q; huiusmodi, tangenti tibi leuia quidem æqualia'q; apparent,cum nihil in se ipsis habeant inæqualitatis,s. vt vna pars tenuis,altera crassior,diuulsa,aut distracta sit: propterea'q; tactui leuorem suum ostēdunt: in actionibus aūt suis,ac facultatibus, quorundam aliorum respectu nequaq̄. Non.n.equaliter,atq; continue madefaciunt oēs partes corporis,cui admouentur, sed in hoc dissident à se inuicē viscidorum oīum partes,ptissana excepta: hęc enim ad tactū leuis existēs,& continua,atq; indiuulsa,similem etiā habet facultatem. Quin illa quidē gustui nullam præ se ferunt voluptatem: at hęc pręter alias sui dotes,gustum suauitate,ac iucunditate delectat: id q; potissimum ægrotātibus præstat. Porrò, licet panis,virtute reliquis cibarijs antecellat,tn̄ multam ipse ēt habet insuauitatem,ꝙ,quamuis in aqua sit maceratus, dentibus nihilo minus à nobis sit conficiendus. Vt rursum hac in re ptissana reliquis superior existat,ꝙ nullam, dum manditur, parit insuauitatem. Habet quin etiam lubricitatem,eius præcipue cremor,sed quæ in transitu non adhęreat mēbris: id quod reliquis ferè omnibus viscidis solet contingere,vna ptissana excepta: ipsa enim in partes thoraci adiacentes facile descendit ob eius vim detersoriam. Deiectioni præterea valde est idonea,quemadmodū etiam facilem habet distributionem,in his'q; potissimum,quibus in hepatis conuexa cibi haud facile submittuntur. Est etiam moderate flaccida, i. humida, ac sitim sedans: humiditatem quoq; nanciscitur ab aqua, licet refractam ob hordei naturam mediocriter exiccantem: quod enim ex contrarijs facultatibus constat,aliā quandā aduentitiam naturā acquirens,ipsa fugit extrema. Sitim aūt ideo abigit,quod humida existit: magis etiam, q̄ aqua,sitim arcet,quamuis ab ea vincatur humiditate, qm̄ velocius distribuitur,quod'q; humorē habet ob viscida visciditatem magis permanentē, & quia pollet etiā frigiditate: quarū certe qualitatū nomine ardentibus febribus est accōmodatissima: nimirum ꝙ in omnibus,his opponatur, nō modo refrigerans,& humectās,verum etiam putridos humores abstergens,corpori'q; non paruū afferens alimentum, humores vero iam semiputres cōcoquens & in bonum succum trāsmutans. Hæc igitur oīa commoda secum fert ptissana,cum interim nullam habeat aut adstrictionē,aut stomachi subuersionē: † nam quātum ventriculo roborādo confert adstrictio,tm̄ addit humorū crassefactioni: is vero humor,qui crassescere nō potest,stomachum subuertendo conturbat: quorum oīum incommodorum expers est ptissana, quod oēm effugiat excessum, qui saltē aliqua dignus sit animaduersione. Sed neq; tumultu aliquo, aut perturbatione ventriculum percellit,quod acrimonię,aut flatuosi halitus minimū in se cōtineat: qm̄ inter coquendum amittitur. Hęc itaq; omnia sunt commoda,quæ ptissana,dum probe decoquitur,acquirit: ea cū nuper à nobis sint enarrata,rursum summatim non grauabimur recensere. Nēpe hunc in modum parata ptissana læues habebit quaslibet sui particulas,æquales,cōtinuas,ac sibi coniunctas,vt nullius aut tenuitatis, aut crassitudinis ratione partes inter se dissideāt: quin omni prorsus carebunt inæqualitate: } id'que non ipsius solum tactus iudicio illi inest: verum etiam viribus,& actione,oīno se talem esse declarat. Gustui quoq; nec minus erit iucunda,nullam scilicet habens insuauitatem,et humida,sitim q; ob illi inexistētem lentorem extinguens. Quoniam vero læuis est, & humida,atque suauis,non modo adstrictione,sed alia quacunq; potentiori caret qualitate. Habet præterea ab optima coctione, vnde † sitim sedare possit. Cum igitur talis existat, merito acutis febribus conuenire illam existimamus: non tantum quod illis in omnibus aduersetur,verum etiam quod facillimæ sit concoctionis,suas'que omnes qualitates habeat imbecillimas, & in vniuersum corpus promptissime digeratur, & putrefactos humores ob detersoriam qualitatem expurget, eos vero concoquat, qui semiputres iam euaserunt.

[Margin: * κολλῶδες.]

[Margin: † Quæ duabus his notis sunt intercepta, oīa ex antiquissimo græco exēplari à nobis restituta sunt.]

[Margin: † Ex proxime pcedēti textu apparet in græco legēdū esse, nō ἄδιψον, sed ἄφυσον: vt sensus sit ptissanā ex optima coctione omnem inflationē deposuisse.]

Quando, & qua mensura ptissana vtendum. CAP. 6.

CÆterum in morbis non temere est exhibenda: nam multis opus est distinctionibus ante, q̄ porrigatur. Neq; enim illis est administranda,qui cum periculo laborant: aut sanguinis missione, purgatione'ue indigent, aut aliquo clysteri: minus etiam his, qui ventriculum habent excrementosis humoribus refertum, aut à magno aliquo dolore vexantur, atque omnium minime his,qui aut medicis fomentis,aut venæ sectione, aut purgationibus egent. Sed neq; siccissimis illam morbis conuenit exhibere: præter hæc etiam opportunum exhibitionis tempus,eius q; mensuram, † & ægrotantis consuetudinem considerare oportet: adde etiam, illius'ne cremorem solūm,an ptissanam integram,vel potius vtraque, an etiam neutra propinare conueniat. Ea igitur sorbitioni hora fuerit opportuna, (iam enim sine distinctione illam administrare vetauimus) cum

[Margin: † Quę iterū his notis clauduntur,ex eodē veteri græco cód. à nobis hucsūt desumpta.]

A cum vniuerſum corpus æqualiter diſpoſitum fuerit, vt nullius aut caloris, aut frigoris ratione inter ſe corporis partes diſſentiant: quæ certe occaſio tunc prȩſto nobis aderit, cum iam morbum videbimus inclinare, in reliquis vero morbi temporibus nequaquam: poſt illa enim, quicquid habet corpus in ſe caloris, in omnes ȩqualiter ſui partes diffundit. Sed neque multa adſit plenitudo, aut humorum craſſitudo: || periculoſum enim, vel Hippocrate teſte, ſubito confertim'que repleri. Præſtat igitur paulatim aliquid cibo adijcere } qui certe iuxta ægrotantis conſuetudinem nobis ſemper eſt metiendus. Si quidem cibum aſſumere ſemel tantum aſſueuerat, tu quoq; potionem illi ſemel tantum offerendam curabis: verum, ſi bis in die antea veſcebatur, bis itidem cibum tu ei propinabis. Porrò augmentum ſorbitionis huius, & additionem in ſiccioribus quidem morbis fieri nequaquam oportet: validioribus enim tales morbi potionibus egere videntur, q̃ ptiſſana exiſtat, quo magis poſſint humectari. Sicci autem morbi ſunt pleuritis, & peripneumonia, omnes q; alij, qui in pectore conſiſtunt, morbi: cum ſcilicet nulla adhuc ab eis ſputa proueniunt. Illi quin etiam morbi, qui iecur, ventriculum, & inteſtina occupant, ſicci dicuntur, quãdo nihil excernitur: aut, ſiquid exit, id durum eſt, non quantum par eſt, aut alicuius etiam momenti. Cæterum ſiccitates, quæ in arterijs, ac venis oriuntur, ex lingua, & extima cute deprehenduntur: quemad-B modum capitis affectus, cum per palatum, aut nares nihil expurgatur. Qua etiam ratione inflãmationes, & vlcera, ſicca eſſe pronunciamus, à quibus nihil per ſaniem exire animaduertimus. *1 Aph. 51. Ext. ord. 19. c*

Quippe talibus morbis ptiſſanam parare opus non fuerit, q̃ illos ſatis nequaquam poſſit humectare: vt quæ non admodum humectet ea, quæ magna, ac validiori egent virtute humectante, nec non repletionis noxam corporibus prȩbeat. Quòd ſi corpus humidius fuerit, aliquid q; iam è pulmone expuatur, tunc eius potionem augere ſemper, atq; addere oportet: humectans enim, ſimul & incidens eos, qui in corpore, humores, & in membris per nutritionem robur efficiens, ab ea, quæ animalis corpus infeſtat, cacochymia cito liberum reddit. Cum enim duo hȩc in vnum conuenerint, praua omnia excrementa facile expurgantur. Atqui præter hanc aliorum nullum eſt ex his, quæ ſiue vt medicamenta, ſiue vt alimenta offeruntur, quod vtraque hæc poſſideat: ſed aut parum incidens, abunde humectabit, & nutriet, quemadmodum panis, & alica, & oua, & piſces: aut incidendi vires habens, humectare ac nutrire non admodum poterit, vt oxymel, & ſiquid huiuſmodi alterum eſt: quæ tamen omnia bona vni adſunt ptiſſanæ, ita nihilo minus, vt nullam vtilitatem ſit allatura, ſi abſque conuenienti determinatione adminiſtretur, cum aliquando exhibita mortis potius eſſe poſſit occaſio. Quum enim laboranti opus fuerit clyſteri ad C expurganda excrementa, aut venæ ſectione ob ſanguinis abundantiam, aut etiam doloris vehementiam, dolore ſcilicet plenitudinis cauſam minime tolerante, porrecta tunc ptiſſana mortis cauſa effecta eſt, plenitudinem duplo maiorem forte tum reddens. Propterea, quum febris infeſtat, illam propinare minime expediet, ſiue cum dolore, ſiue etiam citra dolorem ea exiſtat, aut ſi paulo poſt cibum febrire homo inceperit, necdum ille deiectus fuerit. Porrò eædem hæ diſtinctiones non ſolum in cremore, verum in ipſa etiam ptiſſana ſunt adhibendæ, in his ſcilicet, quibus vtilis illa futura eſt: quam tamen non ſtatim illis miniſtrare conueniet, ſed primum quidem cremorem ſolum, aut ſaltem cremoris portionem maiorem, ptiſſanæ autem minorem: deinde ȩquales vtriuſque partes: tandem etiam ſolam ipſam ptiſſanam. Illud enim omnino ſciendum eſt, ad corporis tum robur, tum nutritionem ptiſſanam ipſam valere quàm plurimum: ad facilem vero confectionem, concoctionem, ac in corpus digeſtionem, cremorem eſſe magis accommodatum.
De ptiſſana igitur ſummatim à nobis hæc dicta ſint, vt cum temperatum illius vſum, tum in ea exhibenda neceſſarias diſtinctiones perſpectas habere poſſis.

D

GALENI DE PARVAE PILAE EXERCITIO

Valeriano Centannio Vicentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Paruæ Pilæ exercitationem cæterarum omnium saluberrimam ac præstantisimam esse.

Optimam esse exercitationem corporis, quæ animi oblectationem coniunctam habet. CAP. I.

QVàm quidem ad bonam valetudinem conferāt exercitia, ò Epigenes, quam que ipsa opus sit cibaria antecedere, ab antiquis præstātissimis, tum philosophis, tum medicis sufficienter traditum est: quàm vero illa, quæ ex parua pila habetur, exercitatio alias omnes excellat, hoc nondum satis priorum quispiam explicauit. Æquum igitur est, vt, quod hac in re sentimus, id nos in medium afferamus: tu autē dictorum eris iudex, quippe qui omnium optime eius artem exercueris: at vero ijs sanè vtilia dicta esse videbuntur, quibus vel tu cōmentariorum hunc fueris impertitus. Ea nanq; (vt arbitror) omnium conducētissima est exercitatio, quæ non modo corpus fatigare, verum etiā animam oblectare possit: & profectò, qui leporum, ceruorum, aprorum, cæterorū q; id genus insectationem, nec non aliam quamlibet venationis formam adinuenerunt, voluptate, oblectamento, & cupiditate laudis, horum laborem temperantes, illi sapientes, & humanę naturæ peritissimi extitere: tm enim in ipsa potest motio animæ, vt & multi præ sola lætitia morbos euaserint, multi etiam præ mœrore ægrotauerint. Neq; vlla est tam vehemens corporis passio, vt affectiones animæ vincat: non igitur paruipendere oportet huius motiones, quales nam sint: immo vero longe magis, q corporis motus obseruare, tum alijs de causis, tum q corpore dignior sit anima. Hoc igitur omnium, quæ cum voluptate coniunctæ sunt, exercitationum commune: alia vero earum sunt propria, quas nobis ex parua pila comparamus: quæ nos nunc exponemus.

G

A.li.3.f.11.t.2. c.10.fol.282.e

Pilæ exercitationem apparatus facilitate, ac motuum varietate cæteris omnibus præstare. CAP. 2.

H

PRincipio quidem adest facilitas: si igitur consideraueris, quanto egeant apparatu, & ocio, tum cætera omnia venandi exercitia, tum quæ lepores, ceruos, apros, atque id genus alia, canibus insectando fiunt, tibi manifeste constabit neq; ciuilibus addictos negocijs, neq; artifices ipsos ad huiuscemodi exercitia accedere posse. Multa enim hæc, atque admodum liberum hominem exposcunt: hoc autem solum adeo familiare est, vt ne quidem infimus eius indigeat apparatu: non enim retibus, non armis, non æquis, non venatorijs canibus, sed pila sola, & quidem parua opus est. Adeo vero actionum aliarum rationem habet, vt earum nullam sua causa nos deserere cogat: quid vero vnquam commodius esse possit, quàm quod & humanam fortunam omnem, atque actionem admittat? Vti nanque venandi exercitijs nobis non adest facilitas: diuitias enim instrumentorum apparatum suppeditantes, ocium q; liberum opportunitatem attendens exigunt: paruæ autem pilæ exercitationis instrumentorum apparatus vel infimis (vt dictum est) facilis existit: atq; vtendi occasio vel plurimum negocijs addictos expectat. Commodum igitur, quod in huiuscemodi exercitationis facilitate consistit, tale est. Eam vero aliarum omnium q integerrimam esse, hinc potissimum cognoueris, si quidem ipsarum vniuscuiusque vim, & naturam intueberis: alias enim singulas inuenies, vel vehementes, vel mites, vel corporis inferiora

magis,

A magis, vel superiora, vel præter cæteras partem aliquam, vt lumbos, caput, manus, aut thoracem mouentes. Quæ autem omnes corporis partes æqualiter moueat, possit q; & in summam vehementiam tolli, & in minimam motionem deprimi, aliarum nullam inuenies, illa excepta, quæ ex parua pila habetur exercitatio. Hęc inquam concitatissima vicissim et tardissima, & ad placitum, vt'que corpus tolerare visum fuerit, vehementissima, & remississima fieri consueuit: sic vero & simul omnes corporis partes, cum hoc præstare visum sit, & quasdam præter cæteras, cum hoc iti dem videatur, mouere licet. Cum enim inuicem congredientes, se'que, ne constitutus in medio pilam excipiat, mutuo vetantes laborauerint, maximum id, vehementissimum'que est, multis vtpote colli obuersionibus, multis'que palæstricis complexibus commistum, adeo, vt & caput, & ceruix, colli obuersionibus: latera vero, thorax'que, & venter, faciei elationibus, ac depressionibus, expulsionibus'que, ac obnixibus, alijs'que palæstricis prehensionibus fatigentur. † Eodem autem exercitationis genere, lumbi'que vehementer, ac incessus fundamenta crura tenduntur: } progressus vero, & in obliquum saltitatio non paruum est crurum exercitium.

† Antiqua versio vt nō pauū ab eo varia e, qđ nunc habet in græca lectione, ita. n hēt. Huic aūt & coxa tendit fortiter & crura firmantur huius cemodi iabi se. Vbi apparet io co eius, qđ nūc habet in g̃ræco ὀσφύς, i. lumbus, antiquū interpretē habuisse ἰσχίον, i. coxa.

Pilæ ludum omnes corporis partes exercere, imperatoriæ'que arti maxime assimilari. CAP. 3.

B IMmo re vera id solum est, quod omnes eorum particulas summa cum iustitia moueat: dum enim procedimus, aut recedimus, aut nos in obliquum transferimus, alij, atq; alij nerui, ac musculi plus fatigantur. Quicūq; etiam vno motionis genere crura mouet, quemadmodum qui sine ratione cursitant, sic quoq; non secus, quàm qui crebro se se in obliquum transferunt, partes in æqualiter exercet: verum quemadmodum cruribus, sic & brachijs, exercitatio hæc summa cū iustitia proprium partitur opus: siquidem in omni figura pilam excipere consueuerunt. Hic enim necesse est figurarum varietatem alios atq; alios musculos vehemētius tendere, adeo, vt omnes vicissim laborantes, intermissionem his habeant æqualem, qui, dum alij operantur, quiescunt: atq; ita vicissim omnes operantes, et quiescentes, neq; segnes omnino relinquantur, neq; soli laborantes lassitudine corripiantur. Quòd autem & oculos exercere oporteat, hinc videre licet, si animaduertimus, q, nisi quis, quò vergat pila, diligenter præuiderit, quo minus eam attingat, ipsum aberrare necesse est. In hoc autem & consilium æquale solicitudini paret, opus est tum illam ne humi incassum deijciat, tum vt versantem in medio eandem assequi prohibeat, vel ipse transmissam rursus excipiat. Atqui solicitudo corpus sola quidem extenuat, cuipiam vero exercitio, ac laudis desi
C derio commissa, vtpote in lętitiam desinens, ad bonam corporis valetudinem, atq; ...ani prudentiam plurimum confert. Illud autem exercitium non modicum pręstiterit vsum, quod ambo, corpus videlicet, atq; animum, pro sua vtriusq; virtute iuuare possit. Quòd autem maximis ambo exercitijs afficere possit, ad quæ militum imperatores potissimum accedere ciuitatis reginæ leges iubent, videre non est difficile. Hostem etenim opportune inuadere, atq; inuadendo latere, † nauiter q; prouinciam suscipere, aduersariorum'que res, vel vi, vel extemporario aggressu sibi suas facere, ac parta tueri optimi est imperatoris: atq;, vt simpliciter dicam, exercitus imperator, & custos & fur egregius esse debet: artis enim illius vniuersæ hæc est summa. Nunquid igitur aliud quodpiam exercitium æque idoneum sit, hominem vt instituat aut parta defendere, † aut præcipitantia restituere, aut propositum aduersarij præuidere? mirum profectò, si quis dixerit aliud quodpiā inueniri. Multa nanq; ipsorum contrarium efficiunt: ignauos siquidem, & somnolentos, ac sensu hebetes reddunt: etenim, quicunq; in palęstra laborant, ad crassitudinem potius, q̃ ad virtutis studium excitantur: multi siquidem crassitiem adeo contraxerunt, vt vix respirare possint. Huiusmodi sanè homines nec militiæ, nec regijs negocijs, aut ciuilibus vtiliter præfici possent: suibus potius, quàm illis, rem quamlibet mandare quis possit. Forsitan autem existimauerunt
D ris me cursum, & quæcunque corpus extenuant, exercitia probare: verum hoc secus habet: ego enim, quod immodicum est, vbiq; damno, artem'que omnem modice tractandam censeo: quòd siquid mensura caruerit, pulchrum illud haudquaquam fatebor. Cursus igitur minime laudauerim: quippe qui corporis habitum extenuent, hominem'que ad fortitudinem nullatenus assuefaciant: non enim celeriter fugientibus victoria debetur, † sed ijs, qui comminus valeant obdurare: neq;, quòd celerrime currerent, Lacedæmonij plurimum potuerunt, sed quòd hostes persistendo trucidarent. Quòd si cursus, quàm bonæ profit valetudini, quæsieris: quatenus corporis partes inæqualiter exercet, eatenus salubris non est censendus. Necesse est enim in hoc alia quidem nimis fatigari, alia vero penitus torpere, quorum neutrum conducit: immo vero ambo morborum gignunt semina, vires'que imbecillas reddunt.

† Græca lectio habet καὶ ἐξυλαβῆσθαι ἐν πράξει, q̃ ita meli⁹ verti posse vr. Et datam occasionē momēto arripere.

† Græca verba q̃ sunt ἢ ἀνασώζειν τὰ μεθιστάμενον, clarius redduntur si dicamus. Erepta recuperare.

† Galeni verba, q̃ græce ita se habent, ἀλλὰ τῶν συστάδην κρατεῖν δυναμένων, melius ita verti posset. Sed his, q stando fortiter pugnant.

Pilæ ludum temperatam reddere naturam, ac de varia ludendi ratione. CAP. 4.

EXercitium igitur id potissimum commendauerim, quod bonam corporis valetudinem, ac partium concinnitatem, vna'que animi virtutem præstare possit: quale illud est, quod in parua pila cōsistit. Animum etenim vndiq; iuuare potest, omnes'q; corporis partes pari modo ma-

xime exercet: id quod & ad bonam valetudinem plurimum confert, & corporei habitus cōmensurationem efficit: vtpote quod crassitiem nullam immodicam, aut gracilitatem afferat, quin potius actionibus robore, aut celeritate indigentibus sufficiens sit, atq; idoneum. Quantum igitur ad vehementiam attinet, nullo omnium est inferius. Molliciem autem deinceps videamus: hac enim aliquando indigemus aut propter ætatem, quę maximos labores, vel iunior non dum ferre, vel antiquior iam facta non etiam sustinere valeat: aut quod lassitudini consulere velimus: aut quod à morbo cōualescamus: in ea quoq; (vt mihi quidem videtur) reliqua cuncta excellit: nullum est enim adeo lene, modo leniter ipsum tractaueris. Oportet autem ipso medium te locum obtinentem, nulla q; ex parte ab eo, quod modicum sit, declinantem, nunc quidem sensim procedendo, nunc vero loco stando, ac deniq; membra non admodum agitando vti: mollibus postea ex oleo frictionibus, calidis q; balneis vteris. Hoc equidem omnium est remississimum, adeo, vt & quiete indigentibus vtilissimum, atq; ad imbecillas vires reuocandas valentissimum, seni q; ac puero sit conducentissimum. Quæ vero hoc quidem laboriosius, mitius vero, quàm quod vehementissimum sit, in paruæ pilæ exercitio fieri solent, ea quoq; cognoscat, opus est, quicunque ipsa recte semper tractare voluerit. Etenim, siquando ob necessaria negocia, quibus persæpe detinemur, aut supernas partes omnes, aut infernas, aut manus duntaxat, aut pedes immodice fatigaueris, tibi licet exercitatione huiuscemodi partim quidem sistere, quæ prius laborarunt, partim vero, quæ antea penitus torpuerunt, ad parem illis motionem ducere. Si quis enim è multo interuallo crurum opus, aut nihil, aut omnino parum admittens, magno cum conatu proijciat, inferna quidem sistit, superna vero vehementius mouet. Quod si plerunq; ac celeriter cursitans, è multo interuallo perraro pilam proiecerit, inferna magis fatigabit: festinatio insuper, ac celeritas in ea reperta absque graui conatu, anhelitum magis exercet: † alterum vero, receptio videlicet, ac trāsmissio, exceptio que absque celeritate, corpus magis intendit, ac roborat: at, si vehemens conatus, vna que festinatio fuerit, hoc & corpus, & anhelitum magnopere fatigabit, erit q; omnium exercitiorum vehementissimum. Quousque autem pro singulo quoq; vsu intēdenda, aut remittenda sit exercitatio, scribere quidem impossibile: neque enim fieri potest, vt vniuscuiusq; quantitas explicetur, in opere tamen ipso adinuenire, atq; ostendere possumus: in qua sane vis tota maxime consistit: nihil enim prodest qualitas, vbi quantitate labefactetur: hoc igitur sit curæ pædotribæ, qui exercitationi sit præfuturus.

† Al. ex ant. græcis. fortitudo aūt in receptione ac transmissione exceptione q; absq; celeritate.

Pilæ ludum periculo maxime vacare. CAP. 5.

Reliquum autem sermonis nostri absoluatur. Animo est enim præter bona, quæ mihi dicta sunt, huic exercitio non nihil etiam addere, neq; vllo pacto, quod citra pericula sit, quibus aliorum plurima sunt obnoxia, missum facere. Cursus enim celeres rupto vase præcipuo multos iamdudum perdidere: itidem & voces magnæ pariter, ac vehementes, vno tempore affatim emissæ maxima detrimenta non paucis attulere: violenti quin etiam equitatus circa renes, sępe quoq; circa thoracem aliquid fregere: non nunquam etiam seminarijs meatibus noxam intulere: taceo equorum delicta: quibus sæpe à sella delapsi equites ilico sunt pernecati: eodem pacto & saltus, & discus, & quæ per flexiones fiunt, exercitia se se habent. Quid autem de ijs dicendum, qui in palæstra versantur? quàm omni ex parte, non minus quam Liti illi apud Homerum, læsi sint. Quemadmodum enim ille inquit poeta, claudas, rugosas, atq; oculos distortas esse, sic eos, qui in palæstra versantur, vel claudos, vel distortos, vel fractos, vel omnino mutilos videris. Cum igitur præter bona, quæ dixi, id quoque accedat paruæ pilæ exercitio, vt scilicet neque periculo sit obnoxium, aliorum omnium ad vsum optime patebit.

GALENI LIBELLVS DE DIGNOSCENDIS CVRADISQVE ANIMI MORBIS,

(QVAS PERTVRBATIONES LATINI APPELLANT)

Benardino Donato Veronensi interprete.

Nunc diligenter recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Quo quis pacto sua ipsius & aliorum vitia cognoscat, & emendet.

Quæ sunt peccata, qui que de ipsis corrigendis scripserint. CAP. I.

C Ostquam etiam in cōmentarium redacta tibi habere vis ea, quę olim tibi respondi, cum interrogasses nos de libello, quem Antonius Epicureus scripsit de subsidio aduersus proprios affectus, hinc iā hoc ipsum agam, hincq; initiū sumam. Optimum quidē factu fuisset, si ipse Antonius aperte explicasset, quid tādem subsidij nomine vellet significari: vt vero ex ijs coniecturam facere licet, quæ in ipso libro memorat, videtur mihi eo verbo aut obseruationem, aut dijudicationem intelligere, aut etiam correctionem. Siquidē ille, vt nosti, pleraq; eorum, quę dixit, ita obscure elocutus est, vt conijcere longe facilius sit, quid dicat, q̄ planè percipere: modo enim nos hortari videbit, vt cogitemus nos quoq; ipsos similiter ac cæteros peccare: modo autem, quo pacto singula, quæ ab vnoquoq; peccentur, vnusquisque dijudicet ac dignoscat: modo qua ratione quis se ipsum à peccatis abducat. Quod quidem mihi eiusmodi orationis vniuersæ caput esse videtur: cętera enim oīa inutilia planè ac superuacanea sint, nisi ad hoc ipsum referātur: oportet autem in ijs maxime infortunijs, quę propter peccata eueniunt, se ipsum corrigere. Nam illius interdum quasi de solis affectibus oratio est: plerūq; tanquam de peccatis: non nunq̄ de vtrisq; tibi disputare videbitur. Ego vero hoc ipsum primum, vt nosti, iampridem distinxi, cum peccata quidem ex falsa opinione cōmitti affirmaui: affectum vero seu perturbationem ex quadam expertę rationis vi fieri, quæ ipsi rationi minime obtemperans sit: cōmuni autem vocabulo (quod quidem ad significatum ampliorem pertineat, qui genus ipsum magis attingit) vtraq; peccata appellari. Dico autem illū peccare, & qui, exempli gratia, aut immodestius, aut animo concitatiore aliquid agat, aut calumniæ credat. Scripsere igitur & alij ex philosophis pleriq;, & Chrysippus præterea, quæ ad remedia pertinerēt animi perturbationum: tractauit etiam Aristoteles eandem materiam, & eiusdem philosophi sectatores: ante hos vero etiam Plato. Et satius forsitan fuisset ita ab illis viris hæc discere, quemadmodum ipse quoq; didici: verūtamen hoc priore libro capita tibi omnia, quoniam ita iubes, breuiter exponam, eo plane ordine, quo me respondentem audiuisti, cum de Antonij libello interrogasti.

(margin: D)

Peccare nos plurimum, tametsi nos errare non putemus. CAP. 2.

QVod igitur peccare nos probabile sit, tametsi nihil prorsus ipsi nosmet aberrare existimemus, ex ijs, quæ dicam, argumentari facile fuerit. Certissimus cunctos homines existimare se ipsos aut esse omnino sine omni peccato, aut in paucis exiguis que rebus rectam rationem offendere: hoc que ipsum illis maxime accidere solere, quos alij plurimum peccare arbitrantur: quam sanè rem ego, si quam aliam præterea, plurimis notam habeo experimentis. Ergo, quicunque alijs permiserunt, vt de se ipsis ferrent sententiam ac iudicarent, quales nam sint, hos in paucissimis aberrare solitos animaduerti: at, quicunq; se ipsos esse optimos existimarunt,

runt,nec aliјs iudicium sui ipsorum facere permiserunt,hos contra,& in maximis rebus,& in plu E
rimis offendentes inspexi. Quocirca,quod ipse quondam adhuc puer temere laudari putabã, (id aũt erat Pythium illud,quo iubetur vnusquisq; se ipsum cognoscere) propterea ꝙ magnum non esset præceptum,hoc postea deprehendi merito admodum cõmendari solere. Nam is solus,qui sapientissimus est, perfecte se ipsum cognoscit: reliquorum autem oĩum, perfectequidem nullus: alius autem alio & magis,& minus. Quod enim in vita vniuersa,& in artibus oĩbus videmus,vt magnas quidem,atq; insignes rerum eminentias,differentias'que quiuis vnus è multis facile possit discernere,exiguas autem, ac tenues ij dũtaxat,qui & prudentes sint, & ipsarum artium periti, idem in peccatis quoq; atq; affectibus vsu solet venire. Si quis enim,exempli gratia, minima de causa vehementer iratus mordeat, ac vexet seruos domesticos,tum is tibi planè videbit' malo quodam affectu teneri: itẽ,siquis ebrius inter scorta, & lasciuos cœtus diuersetur. At mediocriter animo commoueri ob magnam amissam pecuniam,aut ob repulsam,atq; ignominiam, quamuis in genere affectuum contineatur,non tamen ęque,vt illud superius,perspicuum est: sicut ne placentam quidem exedere auidius. Verum tamen hæc quoq; emendationis indigere, ei, qui animum suum exercuerit, & à cunctis affectibus vindicauerit, haud dubium est, quamuis eadem euitare, propterea, ꝙ parua sunt,magis arduum sit. Quisquis igitur volet se & honestum,& probum fie- F
ri,is necesse esse cogitabit multa à se peccata sua ignorari, quæ vt cuncta deprehẽdat, cum possim ego dicere, quo pacto ipse deprehenderim, non dum tamen id dico, propterea, ꝙ fieri potest,vt hic libellus etiam in aliorum manus aliquando perueniat: quos ipsos quoq; exerceri volo,quoad rationem inueniant,qua peccata sua agnoscant: quemadmodum olim,cum eadem de re loqueremur,te itidem mihi dicere postulaui, & quam diu illa ipsa tibi videri significasti, conticui. Quare etiam nunc eodem modo agam: & exhortabor eum,qui hoc scriptum nostrũ legerit,vt,quod ipsi permissum, sit ac relictum, id quærat: quomodo videlicet vnusquisq; possit se ipsum peccantem agnoscere. Duplicem enim,vt Æsopus aiebat,manticam è collo suspensam gerimus,alteram quidem ante pectus alienorum,alteram vero à tergo nostrorũ. Ex quo fit,vt aliena spectemus semper,propria autem nunquam intueri possimus. Quam quidem narrationem cũ omnes probent, vt veram, Plato etiam causam,cur id fiat,nobis exponit: Quidquid enim amat, inquit, cæcum est »
erga eam rẽ,quam amat. Itaq;,si nostrum quiuis se ipsum maxime omnium diligit, vnusquisq; »
nostrum ad se ipsum maxime cęcus sit, necesse est. Quomodo igitur propria mala inspiciet? aut quomodo se peccantem intelliget? Multo enim magis etiam nunc,ꝗ res ipsa fert, tam Æsopi apologus, ꝗ̃ Platonis ratio videtur nobis nostrorum peccatorum inuentionem desperabilem consti G
tuere: siquidem neque quis facere potest,quin se ipsum amet,& quod amat,erga eam rem, quam amat,cæcum sit, necesse est. Nec vero ipse postulassem,vt,qui hunc librum legere instituerit, curet per se,vt sibi viam inueniat,qua peccatorum suorum cognitionem accipiat,nisi res ipsa difficilis admodum foret,quamuis quis vel ꝗplurimum eam rẽ apud se ipsum tractauerit. Proinde ego hic meam enuncio sententiam,vt,si quam aliam quisq; prӕterea rationem per se ipsum inuenerit, mea quoq; sibi assumpta liberalius adiuuetur, quippe qui duas salutis vias pro vna sit nactus: sin minus,at hac nostra saltẽ vti possit,donec aliam meliorem offenderit. Sed iam videtur esse tempus,vt quæ'nam hæc sit mea,in medium proferam, hinc sumpto initio.

Qui vir sit aptus nostra nos peccata perdocere: quando,& quo modo, calumnijs respondendum, & præclara Zenonis sententia. CAP. 3.

QVoniam peccata ob falsam opinionem cõmitti solẽt, affectus aũt seu perturbationes ob expertem rationis appetitum, placuit mihi prius ipsum liberare ab affectibus. Par enim est nos ab his detẽtos falsa opinari. Sunt aũt animi vel affectus,vel perturbationes,quæ oẽs nouimus,impetus,ira,timor,mœror, inuidia,vehemẽs cupiditas: mea vero sentẽtia etiam nimio alicuius rei,qualiscunq; ea sit,vel amore vel odio occupari,in genere affectuum est habendũ. Pro- H
be.n.dictum esse videtur,mẽsuram esse optimam: tanꝗ nihil bene, egregie'ue fieri possit sine mẽsura. Quo modo igit' quis ista vnꝗ eijciet, nisi prius ea se habere cognouerit? At vero, vt quis cognoscat,fieri non potest,quemadmodum iam dictum est,quãdoquidem nos ipsos amamus vehementer. Cæterum,& si ratio hæc tibi non permittit, vt de te ipso iudices, at saltem, vt de alio,quẽ neq; ames,neq; oderis,iudicium feras,tibi nõ adimit potestatem. Cum igitur audieris in vrbe quẽpiam ex ijs,quos tibi neq; amore vllo,neq; odio prosequẽdos intelligis, laudari à multis, ꝙ nullis hominibus aduletur,tum tu,vbi ad illum propius accesseris, ꝙ de illo possis ferre iudicium, num sit talis,qualis esse perhibetur,huiusmodi periculum fac. Primum,si videas ab homine et diuitum & apprime potentum,aut etiam principum, ac tyrannorũ ædes frequentari, pro comperto habete frustra audiuisse hominem omnia vera dicere solere(obsequia quippe istiusmodi mendaciũ sequi consueuit:) deinde siue id genus hominum salutantem,siue illis se ipsum comitem exhibentem,conuiuijs'ue illorum,ac cœnis inferentem conspicias. Quisquis enim huiusce generis vitam sibi ipsi sequendam proposuit, non solum non verax esse consueuit, sed etiam omnem malitiam habere necessario: quippe qui aut pecuniarum,aut principatus,aut gloriæ,aut honorum sit cupidus, & vel aliquibus horum seorsum,vel omnibus simul insidietur. Quẽ vero neq; salutare, neq;

comitari

A comitari id genus hominum, neq; cum valde potentibus ac diuitibus cœnitare, sed frugi ac temperato victu vti solitum compereris, sperauerisq; veridicum, conare hunc quoq; profundius altius q; cognoscere, vt scias, cuiusmodi tandem sit vita. Talem porrò cognitionem singulorum ex longiore cū singulis consuetudine comparare solemus. Quòd si talem offenderis, qualē sperasti, seuoca aliquādo hominem, & cum solo sermonem confer, roga'que, vt, si quem tibi ex illis animi affectibus turbulentis inhærere notauerit, eum continuo indicare ne grauetur, te q; illi maximam habiturum gratiam pollicere, existimaturum q; te ab ipso magis seruatum, quā si corpore ęgrotantem sanasset. Quòd si ille recipiat se facturum, cum primum te aliquo tali vitio laborantē inspexerit, deinde longo dierum interuallo interiecto nihil dixerit, interim videlicet tecum assidue versans, accusa hominem, roga q; iterum aliquāto blandius, q; prius, vt, quidquid talium perturbationum in te residere animaduerterit, ilico tibi significet. Qui si tibi respondeat propterea se nihil tibi dixisse, quòd tali tempore nihil in te istiusmodi deprehenderit, ne continuo illi fidem adhibeas, ne'ue existimes te repente omnino inculpabilem euasisse, sed duorum alterum in causa esse, aut propter negligentiam incōsideratiorem amicum fuisse, nec animaduertisse: aut redarguendi verecundia impeditum tacere: aut etiam nolle tibi in odium venire, cum haud ignarus
B sit omnibus, vt ita dicam, hominibus hunc morem esse, vt eos oderint, qui vera loquantur: aut si nihil horum est, scito hominem propterea tacere, quòd nolit ipse tibi prodesse: aut etiam propter aliud quidpiam, quod à nobis neutiquàm probatur. Nam, si mihi hoc credideris nunc, fortasse fieri non posse, vt tu nihil peccaueris, laudabis post, vbi videris omnes homines singulis diebus innumerabilia peccata committere, & affectibus ductos agere, quæ agant, neque tamen agnoscere se ipsos tales. Quare neque tu quidem arbitrare te ipsum aliud potius esse, quàm hominem. Id porrò arbitraberis, si persuasum habeas perpulchre à te acta omnia, quæcunque non vno tantum mense, sed etiā vno die egeris. Verum forsitan dices, siquidem litigiosus propterea es, quòd vel ex animi proposito, vel ex prauo quodam more talis euaseris, vel etiam rixarum amator sis natura, quātum ex iis verbis, quibus ego nuper vsus sum, conijcere licet, viros sapientes aliud esse potius, quàm homines. At tu isti rationi, quæ vna est, nostram, quæ est duplex, opponito: vnam quidem, quod omnino sine peccato sit sapiens: alteram vero (quod ad eum, qui illam priorem concesserit, spectet) siquidem sine peccato sit sapiens, eum ne hominem quidem esse: quod vero ad ea pertinet, quæ de hac ipsa & propter hoc ipsum dicta ab antiquissimis philosophis audiuiti, sanè Deo similem esse sapientem: at te tamen Deo similem repente fieri nunquam potuisse. Quan
C do enim, qui totam vitam exercuerunt, vt se ab affectibus liberarent, non credunt id se perfecte atque omni ex parte consecutos, nimirum tu id multo minus, qui nunquam exercuisti. Ne credito igitur illi, qui dicit nihil à se animaduersum, quod à te ex perturbatione sit gestum: verum, aut quòd tibi nolit prodesse, idcirco sic locutum existima: aut quòd non sibi obseruanda putauerit, quæ à te perperam agantur: aut quòd odium tuum timuerit, ac vitauerit. Fortasse etiam vidit te aliquando ęgre tulisse eum, qui tua peccata tuos q; affectus malos reprehenderit: quamobrem sibi tum tacendum putauerit: aut non credit, cum dicis te velle singula peccata tua inspicere, te id ipsum agere re vera. Quòd si tu cum præcedentium actionū mutatione silentio abeas, haud ita multo post inuenies non paucos, qui te non simulate, sed vere corrigant, longe q; etiam magis, si ei, qui te reprehenderit, egeris gratias, quando hac ratione fieri potest, vt à te tuum malū recedat. Post autē, si diligenter cōsideraueris, vere'ne te ille, an falsò increpauerit, ex ea re senties te magnā percipere vtilitatē: si vero idem assidue egeris, propositum q; tibi sit in virum euadere honestum & probū, facile talis fies. Nam in priore quidem tēpore, ne si omnem quidem considerandi diligentiam adhibeas, poteris deprehēdere te per calumniam & mendacium iudicare, tibi q; ipsi per imperitiam persuadere, nihil à te esse omnino peccatū. Ceterum hoc ipsum potius tibi sit studiū,
D hæc exercitatio, vt calumnias & conuitia æquo animo feras. Quod vbi feceris, & satis moratus satis'q; sedatus fueris, iam'q; tuas ipsius perturbationes animo perspectas habueris, tū aggreditor respondere calumniantibus: sed neq; acerbe vnquam id facias, neq; redarguendi conuincendi'ue aut etiā altercandi studio, nec vero te illum alterū velle deiicere ac prosternere significes, sed omne id tuæ ipsius vtilitatis causa moliri. Vt, si ille quoq;, dum contradicit, probabile quidpiam obijciat, credas illum melius nosse, si modo illum, vbi satis longa inquisitione exploraueris, extra culpam crimen'q; reperias. Hac rōne volebat Zeno omnia nos agere, ita'q; tutos nos dicebat fore, si ageremus, tanq; paulo post pędagogis rationē reddituri. Sic enim ille vir appellabat istos, quorum non paruus est numerus: qui licet à nemine vsquā inuitentur, ad increpandos tñ amicos & propinquos suos promptissimi sunt. Oportet aūt eum, qui talia ab amico sit auditurus, neq; diuitem esse, neq; cultu & reuerentia quadā apud ciues suos conspicuum. Nam, si istiusmodi reuerentia insignis fuerit, nemo planè illi volet vera dicere ob timorem, quēadmodum ne locupletibus quidē solent adulatores lucri gratia. Quin etiā, si quem istis veridicum aliquis casus obtulerit, ad se hunc ilico suos'que mores distrahere cōsueuerunt. Siquis igitur sit vel apprime potēs, vel opulentus, qui velit in virū egregium ac frugi euadere, ab hoc deponi se ipsum necesse erit, atque his pręsertim tpibus, in quibus nullus sit inueniēdus Diogenes, qui vel opulentissimo ac monarchæ

cuipiam sit dicturus veritatẽ. Illi igit, quid sibi facto opus sit, viderint: tu vero, qui neq; ex poten- F tibus ciuitatis, neq; ex opulentis es vnus, permitte oĩbus, vt quicquid damnant in te, libere aduersum te dicãt, neq; ipse aduersus quẽpiã indignare: sic vero tibi sint oẽs, vt Zeno dicebat, pędagogi videlicet. Neq; tñ par esse arbitrare oẽs ęque, atq; indifferenter attendere, quid dicant, sed eos tm̃, quos & optime vitã egisse, & prouectiori ętate iam esse perspexeris. Qui aũt sint, qui optime viuãt, paulo ante à nobis dictũ est. Progressu vero temporis ipse per te facile assequeris, atq; intelliges, quanta, & qualia essent, quę à te peccabantur: tibi q; tunc scilicet ego maxime videbor veridicus, qui nego quempiam sine affectibus, aut sine peccatis inueniri, ẽt si optima quis natura sit pręditus, aut ẽt si apud gentes vixerit, quę optimis educationibus vtãtur, omnino autem necesse esse vnumquenque labi, & errare in aliquibus, eo' que etiam magis, quo quispiam iunior fuerit.

Neque ætatem, neque si nos optimos euasuros non speremus, correctioni nostræ obesse debere, ac de ratione iræ, & furoris coercendi. CAP. 4.

EXercitationis enim vnusquisq; nostrũ per totam fermè indiget vitam, vt in virum perfectũ euadat: neq; tñ deterreri quẽpiã oportet, ne se ipsum conetur meliorẽ efficere, ẽt si iã factus quinquagenarius sentiat sibi animũ vitio nec insanabili, nec irreparabili deformatũ. Nam ne corpore quidẽ male quispiam habens, malæ itẽ habitudini se vt victum dediderit, ẽt si quinquagena F rius sit: quin potius omni ratione conabitur ipsum corpus in melius restituere, quãuis compertũ habeat se nunq̃ Herculeam valetudinẽ consecuturũ. Ne igitur nos quoq; deterreamur, ne meliores nos ipsos animo reddamus, quamuis compertum nobis sit animum nos non posse cõsequi sapientis: verũ maxime quidem etiã illum speremus nos habituros, si à teneris vsq; ipsum hunc nostrum curare cœperimus: sin minus hoc obtinere possumus, at saltẽ ne totum omnino deformẽ illum geramus, vt Thersites corpus, solicite curemus. Etenim, si ante, q̃ existeremus, fuisset in nostra potestate cõuenire illũ, qui prouidebat, vt nasceremur, & primo quidem orantibus nobis, vt corpus strenuissimũ, generosissimumq; ab illo liceret accipere, ille denegasset, tum profecto precati essemus, vt secundo saltẽ gradu, aut tertio, aut etiã quarto proximũ primo bonæ habitudinis corpus nobis cõcederet. Itaq; si Herculis non potuissemus, at Achillis accipere præclarum quiddam nobis visum esset: quod si non huius, at Aiacis, at Diomedis, at Agamemnonis, at Patrocli: sin ne horũ quidem, at saltẽ aliorum quorumpiam heroum præstantium. Eadem, vt arbitror, ratione, siquis supremã nequeat animi excellentiam obtinere, at saltem post supremos illos sapientes in secundis, aut tertiis, aut etiã quartis se haberi non recuset: hoc autẽ, quod dico, non eiusmodi est, vt fieri non possit, si modo quis exercere se ipsum velit, & longiori tempore assidua exerci- G tatione periculum facere. Ego aũt, cum adhuc puer hæc audiuissem, & quodam tẽpore hominẽ vidissem, cui nimia festinatione conanti aperire hostiũ, res ex sententia non successerat, & ob eam rem iratus clauem mordebat, calcibus q; fores percutiebat, atq; in Deos conuicia iactabat, oculis instar eorũ efferatis, qui in furias euaserunt, ac propemodum ex ore spumam emittebat, vt apri solent, tum eiusmodi odium aduersus iracundiam concepi, vt nunq̃ postea quisquã me ob talẽ affectum tristiorẽ viderit. Et sanè hoc ipsum primo quoq; tempore erit satis, si neq; in Deos maledicta iactabis, neq; calcibus feries, aut dentibus aggrediendis lapides ac ligna, neque efferato vultu intueberis, sed intra te ipsum cõtinebis, atq; occultabis iracundiam. Nam ab ira prorsus liberari simul, ac quis velit, non cõtinuo quis potest: comprimere autem illius perturbationis intemperantiam, atq; insolentiam potest. Quod remedium si sępius vsurpauerit, agnoscet tandem aliquando ipse se ipsum minus nũc propensum ad iram, quàm ante, vsq; adeo, vt neq; ob paruas, neq; ob magnas causas in furorem se agi animaduertat, sed magnis tantummodo irasci sceleribus. Quin etiã ne hoc ipsum quidem, quod dico, irasci magnis sceleribus, post eidem vltra eueniet, si id obseruabit, quod ego, cum mihi ipsi adhuc puer imperassem, in omni reliqua vita obseruaui. Id porrò est, nunq̃ à me seruum mea manu verberatũ fuisse: quod ipsum patri quoq; meo vsurpatũ memini. H Qui etiam complures amicos increpare solitus erat, quos, in percutiendo, famulis dentes confringere deprehendebat, eos dignos esse affirmans, quibus serui illi in ipsa vulneris inflammatione, conuulsione tentarentur, ac sic interirent. Quid' ni enim? quando eis licitum fuerat paulo post & ferula, & loris, quotquot libuisset, verbera infligere, & consilio, quod ad illos negocium pertinebat, absoluere? Porrò alij sunt, qui non pugnis solum, sed etiam calcibus feriant, & oculos effodiant, & stylo vulnerent, si quando stylum manu teneant. Vidi etiam quendam, qui ira percitus, calamum, quo scribimus, in oculum serui infixerit. Adrianus quidem imperator, vt aiunt, cum stylo serui cuiusdam sui oculum vulnerasset, atque eruisset, ac post illum vidisset ex eo vulnere factum vnoculum, ad se vocauit, fecit' que ei potestatem, vt pro illa calamitate munus à se peteret. Cum autem ille miser taceret, rursus hortatus est Adrianus, vt quidquid vellet peteret. At ille negauit se aliud quidquam petere, optare vero se oculum quem amisisset. Enim uero quod tandem munus inueniri possit, quo oculus amissus rependatur? Cæterum, quæ mihi quoque olim acciderint, hic tibi narrare volo, quamuis eadem de re me sæpius tibi dixisse meminerim. Roma redeunti mihi factus est itineris comes amicus quidam patria Gortinensis ex Creta, vir cæteris quidem rebus non contemnendus, quippe qui & simplex moribus, & in amicitiam propensus,

A pensus,& frugi,& in iis,quę ad quotidianos sumptus pertinent,liberalis esset, sed vsq; adeo iracũdus,vt suis ipsius manibus aduersus seruos vteretur,interdum q; etiã cruribus, loro aũt, ac ligno, quodcunq; irascenti occurrisset,multo libentius. Cum ergo iam essemus Corinthi,omnia,quę secum vehebat,supellectilia vnà cum ipsis seruis naui tradidit vehenda à Cenchreis Athenas vsq;, ipse mercede conducto vehiculo terrestre iter Megaris facere instituit. Itaq; cum iam Eleusinem pręteriissemus,ac Thriasium attingeremus,seruos,quos secum habebat,interrogauit de quadam supellectili. At illi casu,quid responderent,non habuerunt. Furore ergo percitus,vbi nihil aliud habuit,quo adolescentulos percuteret, gladiũ magnum qui intra vaginã conditus erat, vnà cum ipsa vagina arreptũ in caput inflígit,non illum quidẽ, qua latior planior q; est, inferens,(sic enim nihil grauius accidisset,) sed qua secandi vim gladius habet. Vagina igitur ilico dissecta est, atq; ingens vulnus in capite vtriusq; effectũ est duplex: bis enim vtrunq; percussit. Vbi vero plurimum sanguinis effluere de vulneribus animaduertit, nobis eo in loco relictis, ipse Athenas ilico pedibus iter ingressus est,ne ipso adhuc præsente aliquis seruorum interiret. Nos tñ postea seruatos illos Athenas pduximus. Amicus aũt ille Cretensis,cũ ipsum facti pœnituisset,me manu arreptum Megara introducit in domum quandã: deinde lorũ porrigẽs,vbi se ipsum exuit,iubet ver-
B berare pro iis,quæ furore nefario coactus patrauerat. Sic enim ipse vocabat. Cum aũt ego, vt par est,in risum prorumperem,ille ad genua procumbẽs instabat, obsecrabat q;, vt ne aliter facerem. Hic porrò haud obscurum est,me tanto maiore risu commotum fuisse, quãto illum diutius in eo perseuerantem viderim,vt cęderetur. Cęterum, postq̃ satis diu in hoc ipso perstitimus,recepi me illi facturũ quod petebat,hoc est,verbera illaturũ, si ipse quoq; valde exiguũ quiddam, quod ego peterẽ,mihi vicissim pręstaret. Qui vbi recepit,tum ego rogaui hominẽ, vt mihi sermonẽ quendam recẽsenti aures accommodaret: hoc q; esse illud ipsum,quod ego peterem. Quod ille cũ se facturum recepisset,longiori sermone illum docui,quemadmodum id,quod in nobis est iracundię ac furoris,coercere erudire q; oporteat, ratione videlicet. Quod enim non verberibus, sed alio quodã modo sit corrigendũ,illi latius exposui. At ille cũ ad se ipsum redisset, sibi q; prouidisset, lõge posthac se ipso melior effectus est. Tu vero quãuis non multo has melior,at satis fuerit anno vno in melius saltẽ paululo esse prouectũ. Nam, si perges cõstanter resistere affectui, iracundiã q; mitigare,tum altero anno te multo euidentius profecisse animaduertes. Quòd si in eo diutius perseueraueris,vt tibi ipsi pуideas,longe propius tertio,& post hũc quarto,atq; itẽ quinto ad honestius grauius q; vitæ genus accessisse te senties. Turpe enim est quempiã multos annos continen
C ter laborare atq; exerceri,vt vel bonus medicus,vel grãmaticus,vel rhetor fiat,vel geometra,vt autem in virũ bonum euadat,in tanto spatio temporis nunquam sibi quidquam laboris assumere.

De corrigendis seruis,qui peccant,ac de perturbationibus deuitandis. CAP. 5.

QVod'nã igitur sit huiusce exercitationis initiũ,rursus repetamus. Pro rebus enim maximi momenti nihil incõmodi fuerit bis ter q; eadẽ cõmemorare. Nunq̃ igitur quẽpiam seruorum tuorum peccantẽ tuis ipsius manibus corriges: sed,quemadmodũ ego, quod olim Platonẽ audiuissem aduersus quẽdam seruum maluisse agere, id in tota vita vsurpaui, pulchrum esse genus officij ratus. Ita tu quoq; tibi ipsi pręcipito,neq; te tuis ipsius manibus seruum cędere, neq;,quandiu iratus sis,alij imperare,sed in posterũ differre. Postq̃ enim furor abierit,prudentius tẽperatius q; dispicies,quot verbera infligere ei,qui puniẽdus sit,oporteat,{nec tñ illud dixerim, melius esse} initio statim cõcessa venia rẽ transigere, & vbi lorum tibi afferri iusseris, tum verbis dũtaxat corrigere,ac minitari te nõ amplius idẽ concessurũ,si iterũ ille idem peccatum cõmiserit. Multo enim pręstat te facere ea,quę facis,sed postq̃ impetus ille animi deferbuerit, tu q; iam furorem illum omni rationi inimicũ depofueris: quo tempore videlicet iam ratione opitulante inuenturus sis,cuiusmodi ille pugno sit feriendus. Nam,ꝙ impetus irascentis nihil ab insania et furore † Alias,nisi melius sit.
D differat,ex iis,quæ faciunt,q eo genere affectus perciti sunt,facile intelligere licet: pulsantes enim & ferientes calcibus,& vestimenta scindentes, & toruum quiddã intuentes omnia peragũt, vsq; adeo,vt,quemadmodum dictum est,& foribus,& saxis, & clauibus irascantur: & alia quidẽ lacerent,alia mordeãt,alia calcibus petãt. Sed forsitan dicturi sunt hæc fieri solere ab iis duntaxat, qui re vera insaniunt,quæ autem tu facis,etiã à prudentibus. Ego vero, ꝙ minus peccent, qui suis ipsorũ manibus seruos cędunt,ꝗ ij,qui lapides,& ianuas,& claues morsu petunt,calcibus q; feriũt, planè fateor: sed illud itẽ persuasum habeo,aduersus hominem,simul atq; aliquid deliquerit,sæuire,exigui cuiusdam furoris indicium efficaciam q; esse,aut animalis ratione carentis atq; agrestis. Quid enim? an nõ solus homo hanc habet excellentiã præter cętera animalia, vt rõne vtatur? ꝙ si illa furorẽ iracundiam q; abiecerint,vt vitã condonẽt, non'ne hominis ritu id faciẽt? Noli igit existimare hominẽ illum prudentẽ esse,qui vnum hoc dũtaxat cauerit, ne calcibus feriat, ne mordeat,ne stimulis configat proximos. Qui enim iã talis euasit, non est ille quidem amplius fera, nõ tamen protinus ẽt homo prudẽs: sed inter vtranq; naturam medius,hominis videlicet prudentis ac ferę. Nunquid igitur meditaberis te desinere ferã esse, si nõ curabis, vt in virum & honestum & probum euadas? an satius fuerit vt non amplius inter feras,sic ne inter imprudentes quidẽ aut rationis expertes manere? Eris vero talis,si nunq̃ irę inseruiẽs, sed semper rationi obtemperans.

omnia

omnia ages: nam si cuncta nulla cũ perturbatione aut affectu animi consideraueris, profecto cun E
cta tibi optima videbunt. Qui igitur hoc tandẽ fiet? nẽpe si tu ipse te ipsum maximi precij homi nem declaraueris: quo videlicet precio nullũ aliud ne cogitatione quidem fieri potest, vt quis asse quatur maius. Nam, dum oẽs omnino homines iræ obnoxij sunt, te interim omnis iræ expertem esse, quid aliud tandẽ est, q̃ seipsum omnibus hominibus præstantiorẽ ostendere? Quod si forte tu ipse te ipsum existimes, quid aliud quã te ipsum ostendis velle quidẽ haberi prestantiorem, esse autem prestantiorem nolle non secus, ac siquis cupiat putari se quidem corpore valentem esse, re autem vera egrotet? An nõ putas animi esse vel ægritudinem vel morbum excandescentiã, quæ & furor dici potest? An temere arbitraris veteribus hasce animi perturbationes quinq; appellari solitas, mœrorem, iram, excandescentiã, cupiditatem, metum? Enimuero longe mihi melius videtur esse, primum quidem in longius spatium perturbationes eiusmodi cohibere, ac, dum surgis de lectulo, singillatim, quęcunq; acturus sis, inspicere, considerantem, num prestet eiusmodi affectibus inseruiendo viuere, an ratione & cõsilio vti in omnibus, quæ agas: deinde vnicuiq; volẽti se virũ fieri egregium ac frugi, aduocandum esse aliquem, qui sibi ea, quæ non recte à se agantur, singula indicet: tum singulis diebus singulis q; horis habere hanc opinionem in promptu, q̄ præ stet quidem se ipsum dignum exhibere, qui egregius ac frugi appelletur: hoc autẽ fieri nõ posse, F
vt nobis contingat, nisi eum, qui singula errata nostra nobis indicet, habuerimus. Quin etiã illum ipsum nostrorum peccatorum indicem, & seruatorem nostrum, & amicum maximum putare. Deinde, quamuis tibi ille visus fuerit falsa crimina obiicere, te tamen iratum videri minime opor tere: primũ quidem idcirco, quod facile fieri potest, vt ille ita melius, quàm tu, singula peccata tua perspiciat, quemadmodum vicissim tu quoq; eorum, quæ ab illo peccantur, non nihil: deinde q̄, licet falsum quandoque tibi crimen obiecerit, at in eo tamen tibi vtilis fuit, quod te ad eorum, quę agis, diligentiorem inspectionem excitauit. Quod autem in hoc ipso maximũ est, id præter cętera custodi semper, vt q̃ dignus sis, quanti q; faciendus, à te ipso nõ ab alio accipias. Id porrò ipsum est, promptum semper habere in memoria, quanta sit eorum, qui irascuntur, animi deformitas, quantus q; rursus eorum, qui sine ira viuunt, decor, quãta gratia. Quemadmodum enim, qui longiore temporis spatio peccare consueuit, cum magna difficultate affectuum suorum clauẽ ob tinet, ita conuenit te multo tempore vnumquodq; eorum præceptorum exercere, quibus si pareas, vir egregius ac frugi efficiaris. Nam eius rei facile obliuiscimur, dum animus noster decidit, propterea, q̄ ante hac totus sit impletus affectibus. Consequens ergo illud fuerit, vt, quicunq; seruari velit, nullam omnino horam cesset: omnibus q; accusandi seipsum faciat potestatẽ, omnes q; G
æquo animo audiat accusantes: gratiã q; non adulantibus habeat, sed obiurgantibus: pateant sem per domicilij tui fores: liceat notis ac familiaribus omni tempore ingredi, si quando teipsum ita comparaueris. Itaq; etiam confidere oportet vsq; adeo, vt ab ingredientibus deprehendaris nulli maiori peccato vehementer obnoxius. Porrò, queãdmodum omnia prorsus excindere atq; euellere inuito difficile est, ita volenti, quæ maiora sunt, facile. Si tuæ ergo semper fores, vt dixi, patebunt, licebit sanè familiaribus omni tempore ingredi: vt q; alij oẽs, si quando in publicũ processe re, oĩa conantur facere, vt decet, sic tu domi tuę omnia facies. Atqui illi quidem, cum reliquos om nes vereantur, ne se in aliquo peccantes deprehendant, vnos seipsos non verentur: tu vero teipsum in primis verere, atque illi ausculta, qui dixit, Omnium autem maxime tui ipsius te pudeat.

De concupiscentia & libidine frenanda. CAP. 6.

QVod quidem si feceris, poteris quandoq; expertem illam rationis vim, qua excandescimus, quasi feram quandam mitigare ac mansuefacere. Alioqui absurdum admodum sit viros equitandi peritos, vbi equos acceperint, breui eos ad parendum idoneos reddere, te autem, qui nõ aliquod extrinsecus animal acceperis, sed rationis illam expertem vim, quę in tuo ipsius animo est, & cum qua semper meditans ratio simul habitat, non posse itidem mitiorẽ redde- H
re, &, quãuis non ita continuo, at longiori saltem spatio. Latius autem de iisdem rebus differitur in iis commentariis, in quibus mores tractantur, quo pacto videlicet eam vim quis optimam sibi & commodissimam reddat: item quemadmodum vires ac robur illius non oportet prosternere, sicut ne equorum quidem, aut canum, quibus vtimur, sed illud ipsum potius robur exercere, sicut & in illis, ad obedientiam. Tibi vero in iisdem commentariis maxime ostensum est, quo pacto rursus ea ipsa irascendi excandescendi q; vi opitulatrice vtaris aduersus alteram, quam libidinis nomine philosophi veteres appellarunt, quæ temere & seorsum à ratione, fertur ad corporis voluptates. Vt igitur turpe est hominem iracundia percitum, intemperanter aliquid agere, sic item ob amorem, ventrem, vini appetentiam, edacitatem, quæ omnia concupiscendi illa vis, de qua dictum est, & facit simul & patitur. Ob quæ homo non iam equo aut cani similis sit, veluti ob illa priora, sed vel petulanti apro, vel hirco, vel cuipiam agresti belluæ, quæ mansuefieri non possit. Quo circa huius quidem nulla talis inuenitur correctio, qualis alterius, ea, quam obedien tiam diximus. Sed quod veteres castigare dicebant, huic ipsi quadam proportione respondet. fit autem hæc ipsa libidinis castigatio, dum rebus potiri ac frui prohibetur, quarum appetens est. Nam, si potiatur, crescit, maior q; ac vehemẽtior fit: sin castigetur, tenuis fit atq; imbecilla, vt hoc pacto

A pacto imbecillitate coacta sequatur rationem, non autem quòd obsequens siue obediens facta sit,
sanè quemadmodum in ipsis quoque hominibus videmus contingere: nam in iis plerunque ij,
qui deteriores sunt, sequuntur eos, qui sunt præstantiores, vel inuiti & coacti, vt pueri ac manci-
pia, vel volentes & persuasi, vt ij, qui suapte natura boni sunt. Etenim, si quis erat apud antiquos,
quem obiurgationes ac verba castigare non possent, de eo ita loqui consueuerant: quàm incasti-
gatus nescio quis iste homo est? in quo videlicet libidinem ratio non castigauerat. Duplex enim
in nobis est animi vis rationis expers: vna, cuius & cito excãdescere & irasci iis, qui aduersum nos
peccare visi sint, officium est: cuius ipsius etiam est in longius ampliusʹque implacabilem se præ-
stare: quod quidem tanto est amplius excandescentis animi vitium, quanto magis diuturnum: al
tera est, quæ ad id, quod ipsi iucundum suaueʹque visum sit, præceps fertur ante, quàm vtile ne sit
atque honestum, an noxium & turpe, cognouerit. Hanc igitur, quæ vehementissima est, cohi-
bere prius oportet, quàm, vbi incrementum acceperit, viribus inuictam inexpugnabilemʹque se
præbeat: tunc enim, etiam si volueris, eam vltra compescere non poteris. Ac tum demum id di-
ces, quod olim quendam amantẽ audiui dicere, velle te quidem desinere, sed non posse: frustra q;
nos aduocabis, (quemadmodum & ille quondam,) vt tibi supplicanti opem feramus, vitium q;
B eiusmodi excindamus. Nam corporis etiam non nulla vitia propter magnitudinem insanabilia
sunt: quod ipsum fortasse tu ne cogitasti quidem vnquam ante hac. Multo autem satius fuerit te
nunc saltem id cogitare, atque inspicere, vtrum ego veridicus sim, cum dico vim animæ illam, cu-
ius est munus temere concupiscere, si quid placeat, plerunque in amorem euadere insanabilem,
non corporum modo, quę formosa sint, siue rerum, quæ ad venerem pertineant, sed etiam edaci-
tatis, explendi q; ventris, ac vinolentię, item q; obscœnitatũ, quę pręter naturam patrantur: an &
hęc & alia multa ex iis, quę hactenus à me dicta sunt, mẽtiar: etenim, quę adhuc de ira atq; excan-
descentia dixi, eadem puta & de aliis affectibus me dixisse. Primum quidem alij cuipiam permit
tendũ esse, vt de iis cognoscat & iudicet, non aũt nobis ipsis: deinde non quoslibet eidem rei esse
pręficiendos, sed seniores quospiã, quos vniuersi planè egregios ac frugi esse fateantur: qui etiam
propterea, quòd ab affectibus liberi sint, & interpretãdi iuris & iudicandi munus ante nos ipsos
diutius, illis videlicet temporibus, quibus ipsi non dũ eramus, obtinuerint: deinde non oportere
nos aduersus eiusmodi homines, quoties aliquod nostrũ peccatũ protulerint, ĩdignationis quidq̃
prę nobis ferre, sed contra, agere potius gratias: postremo singulis diebus ea, quæ superius dicta
sunt, tibi ipsi reuocare in memoriam: atq; hoc quidem pręstabit te sępius facere: quod si nõ possis
C tam sępe, at saltem matutinis horis semper ante, q̃ quidq̃ eorum, quę acturus sis, aggrediaris, &
vespertinis ante, quàm cubitũ eas. Ego sanè olim monita hęc, quę quasi Pythagora authore circũ
ferebantur, consueui primum quidem legere bis singulis diebus, post vero etiam ore enunciare.
neq; enim satis est ab vna ira dũtaxat liberum se præstare, nisi etiam sine omni edacitate, & nequi
tia, & vinolentia, & curiositate, & inuidia purũ te conseruaueris. Alius igitur erat, qui nostri pe-
riculum faceret ac percontaretur, nuncubi, vt canes solent, visi essemus immoderatissime imple-
ri cibis, vel more eorũ, qui perpetuũ febris ardorem patiuntur, frigidam potionem insatiabili aui-
ditate exhaurire: an vero quemadmodum viros & graues & cultu ac reuerentia dignos deceat.
Nam neq; propter famem decet vehemẽter insatiabiliter q; impleri, neq; propter sitim instar sor-
bentium exhaurire totum calicem, multo q; minus ob edacitatem in conspectu omnium auidius
vel placentam, vel aliud quidpiam ex delicatioribus obsoniis deuorare. Sed in omnibus iis item
alij sunt aduocandi, qui opẽ ferant, &, quidquid peccamus, obseruent atq; indicent: deinde vero
etiam sine pædagogis ipsi nos seruemus, demus q; operam, vt omnibus vnà cœnantibus obsonij
minus adsumamus, & à cibis gulam nimiũ irritantibus abstineamus, moderate interim vescẽtes
iis, quæ salubria sunt. Progressu vero temporis ne respicere quidem te ad conuiuantes velim,
D quippe magnum non fuerit temperantius, quàm illos, comedere ac bibere: sed, si te ipsum hoc
honore afficere decreuisti, prospice & cura, vt aliquando continentius hodie viuas, quàm heri.
Hoc enim si feceris, senties te in dies ab iis, quæ dixi, facilius abstinere, senties etiã magnas animi
tui lætitias, si quando re vera amator modestiæ temperantiæʹque extiteris: sic enim gaudet, qui-
cunq; in ea re proficit, cuius est amator. Ex quo fit, vt eos, qui compotationibus delectãtur, tum
ingenti voluptate affici videamus, cum suos bibendo superant compotores, & eos, qui ventri stu
dent, multitudine ferculorum gaudere, quicunq; autem edaces sunt ac palatum explere cupiunt,
hos placentis, & eduliis, tum quæ ad sartaginem, tum quæ ad ollas pertinent, aliisʹque item condi
mentis suauioribus lętari. Noui etiam quosdam, qui rei venereæ copia exultarent, superbiusʹque
se extollerent. Vt ergo illi & exercent & sectantur id, quod in iis rebus summum est, quibus stu
dent, sic nos item id studere oportet, quod in modestia sit summũ. Porrò autem, si hoc faciemus,
non incastigatos quospiam ac dissolutos nobis conferemus: nec satis esse putabimus, si plus, quã
illi, & continentiæ & modestiæ adepti simus: sed primum quidem eos, qui iisdem rebus studeant
superare conabimur, (pulcherrima enim hæc est concertatio atque æmulatio) post vero etiam
nos ipsos: vt videlicet ex diuturna consuetudine ad hæc ipsa, quæ & saluberrima sunt, & adie-
ctu facillima, cum voluptate feramur, memores semper pulcherrimorum dictorum, quorum
vel

vel hoc est in primis vnum: delige optimum vitæ genus: id iucundum efficiet consuetudo: quē E admodum ergo, cum te aduersus iracundiā exerceri iubebam, tum argumento vti poteras te profecisse, quòd non amplius te excandescentem cerneres, ita in iis, quæ ad modestiam pertinēt, hoc indicio intellige, quātum profeceris, quòd ne cupiditate quidem amplius rerum suauissimarum tangaris: ad modestiam autem vna est via per continentiam: hoc enim modestus superat continentem, quòd ille ne cupit quidem amplius titillantes palatum cibos siue ob longam consuetudinem, siue ob continentiam: veluti ipsum quoque rei nomen indicat: quod deductum esse videtur à continendis in seipso, nec permittendis longius abire cupiditatibus. Laboriosa autem ab initio via hęc est atque aspera, quemadmodum cęteræ item omnes honestorum studiorum exercitationes. Itaque, siue pro vitio virtutem vis habere, siue pro titillationibus corporis, animi tranquillitatem, hac ratione teipsum exercere oportebit, vt per continentiam ad modestiam contendas: sin autem vel virtutem despicere, vel titillari uis toto corpore, ratio tibi erit deserenda: quæ, quamuis ad uirtutem non hortetur, est tamen dux itineris iis, qui aliqua exhortatione commoti ire ad illam cœperint, quo uidelicet itinere quis consequi illam possit. Cum autē ratio hæc nostra sit duplex, una, qua se ipsum quisque possit cognoscere, altera, qua peccata, quæ cognouerimus, corrigamus, nobis, ut de hac posteriore diceremus, minime ab initio propositum est, sed de priore, qua possimus nostra peccata cognoscere. Quoniam uero, qui illam ingrediuntur, ipsi dignoscere non possunt, incipientibus quidē alios adhibemus inspectores: eos uero ipsos, qui hanc rationem exerceant, quamuis iam possint cognoscere, à quibus & uitiis & affectibus liberati sint, ignorare temen non oportet procul adhuc ab extremo illo ac fine, quem petunt, abesse. Siquidē, quod in uniuerso dicere consueui, etiam hic dicam, cognitionem uidelicet sui ipsius uno quidem modo esse omnium rerum difficillimam, altero autem facillimam: nam, si quis intus uelit cognoscere, difficillimum id sanè est, at si foris, non item. F

De morum in pueris differentia, ac de bona ipsorum educatione. *CAP. 7.*

CÆterum ego omnia hæc, & quæcunque hactenus dicta sunt, & quæcunque posthac diceda, uolentibus non grauatim impertio: &, cum alia quædam fortasse sit uia, qua quis insistens & honestus & probus euadere queat, ego tamen, ubi nam illa sit, ignorans, hac ipsa, ex quo & uiuo & sapio, sum usus, eandem'que aliis abunde indicare non destiti, hortari q; ut cōtra ipsi quoq; aliquid afferrent ac reponerēt, uicissim'que si quam aliā honestatis probitatis'que uiā nossent, docerent: nos autē, dum aliam illam desideramus, per hanc ipsam incedimus, 'quę cōmunis cunctis affectibus est, & ad cognoscendum & ad medendum: etenim & contentionis, & glorię, & principatus appetitio, animi planè est affectus illis quidē minor, attamen ipse quoq; affectus. De inuidia autem quid attinet dicere, cum omnium vitiorum sit fœdissimum? dico autē inuidiā, cum quis ex alienis bonis tristitia afficitur: et est omnis quidē tristitia affectus, pessima aūt omnium inuidia, siue ea sit inter affectus numeranda, siue tristitię species suo generi proxima: cōmune autē omnium remedium fuerit id, quod dictum est. Quod enim & mala sint, & fugienda, perspicere operęprecium est in iis hominibus, qui vehementer ab illis detinentur. In talibus enim turpitudo ipsa admodum perspicua est: cur aūt ipsi in nobis ipsis nihil tale prorsus cernamus, causam putare oportet eam cęcitatem, qua afficimur vel ad id, quod nos amat, vel ad id, quod ipsi amamus: non nulla ēt esse, quę nos fugiant propterea, ꝗ exigua sint, & à nobis negligantur, quę tn̄ propter magnitudinem in aliis negligi non possint. Inuenire ergo oportebit senem quempiam, qui illa possit inspicere, rogare q; hunc, vt omnia nobis summa cum libertate indicet: deinde, vbi ille nobis aliquid dixerit, tum continuo illi magnas agere gratias: vbi vero ab illo abierimus, tum dispicere & considerare diligenter, quid sit, nos q; ipsos tum, cū soli sumus, increpare, conari q; affectū euellere, non vsq; adeo solum, vt ab aliis duntaxat videamur, sed vt ne radicem quidē illius vllam in nostro animo prorsus relinquamus: nam ex iis, quæ sic relinquuntur, solet aliquid rursus pullulare, dum id ipsum ab ipsa nequitia & prauitate irrigatur. Idcirco in nobis ipsis omnes singillatim affectus diligenter attendere scrutari q; oportet, quoscūq; in amicis necessariis q; nostris cernimus, num aliquid tale in nostro item animo deprehēdi queat: excidendū quippe est, dū adhuc pullulat, nec expectādum, dum crescat, & fiat insanabile: nam cęteros quidem oēs animi affectus pleriq; despiciunt, tametsi, cum alios vident ab iisdem teneri, contēnunt: tristitia vero ac mœror omnibus planè esse malum videtur, veluti labor in corpore. Cęterū olim quidā ex iis adolescentibus, qui mihi familiarissimi erant, cum se in paruis cōmoueri negasset, post q; tn̄ id sibi accidere animaduertisset, summo mane ad me venit, dicens se super ea re totam illam noctem insomnem duxisse, interim q; sibi venisse in mentem se ne in maximis quidem rebus vnquam æque turbatum fuisse, ac in paruis esset. Itaq; voluisse discere, quo id sibi pacto euenisset, vtrum ne ab aliquarum disciplinarum vsu, an vero ab ipsa natura talis extitisset: cui ego id respōdi, quod verum est, scilicet naturam quidem ipsam in puerili ętate ad vitam perficiendam in cunctis plurimū posse, secūdo autem loco studia exercitationes q; disciplinarum: nam quòd naturę nostrę, siue ingenia plurimum inter se differant, ex passim lusitāntibus pueris facile intueri licet. Nam eorū alios semper hilares, alios semper tristes inspicimus: & alios quidem omnibus de rebus ad ridendū promptissimos, G H

* παραφερομένων, i. in mediū adductis, aut comparatis inuicem.

A ptiſſimos,alios vero ex qualibet vel leuiſſima occaſione plorantes: ſunt item, quibus æqua omnia
& cõmunia placeant: ſunt,quos contra, rapere ac prædari delectet: alij etiam minimis quibus q́3
de cauſis vehementiſſime excandeſcunt, vt & mordeant, & calcibus feriant tum lapides, tum li-
gna,ſic q́3 proximos ſe vlciſci putent,ſi qñ ab illis iniuriam accepiſſe arbitrētur: alij † ad ignoſcen-
dum faciles ac mites,neq3 iraſcentes,neq3 plorantes niſi poſt magnam aliquã acceptam iniuriam.
Hac de cauſa Eupolis Ariſtidem illum,qui dictus eſt iuſtus,Niciæ interroganti,quo nã modo iu
ſtus euaſiſſet,probe grauiter q́3 reſpondentẽ inducit,naturæ quidem primum maximum q́3 mu-
nus fuiſſe,deinde vero ſe quoq3 prompto animo naturam ſuam adiuuiſſe. Nõ ſolũ igit̃ ad mœro-
rẽ atq3 triſtitiã qualibet de cauſa propẽſę ſunt adoleſcentiũ naturæ,ſed ẽt ad excandeſcentiam atq3
ad ſuauiſſimorũ ciborum appetentiã: de quo quidẽ vitij genere, quod ad illos pertineat, ad hunc
vſq3 locũ,maxime ſum locutus.Cęterũ,præter illa, quę iã dicta ſunt, licet aliquos puerorũ impu-
dentes intueri,aliquos aũt verecundos: itẽ alios memori natura præditos, alios immemores,alios
pręterea obliuioſos: nec nõ alij ſunt,qui prõpte ac libenter diſcẽdi cauſa laborem ferant: alij negli
gentes atq3 ignaui: porrò ex illis ipſis,qui labores facile tolerant, alij ſunt, qui cito efferant̃ lętitia,
ſi qñ laudent̃: alij qui afficiãtur pudore,ſimul atq3 à pręceptore contẽni ſe videãt: alij vero qui ter
B reant̃ verberibus: idẽ aũt,ſed contraria rõne,de ignauis intellige.Itaq3 ex illis, quæ pueris vidẽt ac
cidere hoĩes vniuerſi,alios ſolent appellare pudentes,alios impudentes: & eadẽ rõne alios ambi-
tioſos & ꝓbos,alios improbos & honoris negligẽtes,alios timidos,& alios verberũ contẽptores:
alias q́3 itẽ illis appellationes,quę naturis ipſorũ conueniant, imponunt: ſic etiã ex iiſdem pueris
alios intuemur natura mẽdaces,alios veritatis amatores: multis q́3 pręterea morũ differẽtiis inter
ſe diſtinctos: de quibus nunc dicendi locus non eſt, quod huic duntaxat inſtituto noſtro conue-
niat: nam eorum alij quidem bonã facillime diſciplinam recipiunt,in aliis ea nullius momẽti eſſe
ſolet: neq3 tñ ob hanc cauſam negligendi ſunt pueri,ſed in optimis moribus nutriendi: nam,ſi na
tura illorum curationis ac diligentiæ bonitatem recipiet, in viros bonos opera noſtra euaſerint:
ſin aũt contra,noſtrę ſedulitatis vtilitatẽ nullam perceperint,quod tñ ad nos attinet, culpa in hoc
noſtra nulla fuerit.Nã puerorũ educatio ſimilis quodã modo eſt curę ac ſedulitati, qua in plantis
arboribus q́ue alendis vtimur: ſiquidẽ quãuis bonus arborum ac plantarũ ſator & cultor, nunq̃
tñ efficiet,vt rubus vuã ferat: neque enim natura illius talẽ à principio ſuo perfectionẽ capere po
teſt: rurſus vites,quæ,quod ad ipſas attinet,fructum ferre paratæ ſunt, ſi neglexeris, ſoli q́ue natu
ræ curandas reliqueris,aut multo deteriorẽ,aut planè nullum edere fructũ animaduertes: idem in
C animalibus vſu ſolet venire: equum quippe ſi erudieris,ad multas res vtilem habebis: vrſum vero
quãuis olim manſuefeceris,non tñ perpetuo habitu talem poſſidebis: vipera autẽ & ſcorpius ne
eò quidem vſq3 progredientur,vt manſueſcere videantur.Ego igitur,cuiuſmodi ſim natura,non
facile dixerim,nam ſe ipſum cognoſcere vel ętatis maturæ viris difficile eſt,nedum pueris.

De Galeni educatione ac documentis,quæ illi à patre tradita ſunt. CAP. 8.

MIhi vero quadam ingenti fœlicitate contigit,vt patrem ab omni iracundia alienum,iuſtiſſi
mum,frugaliſſimum,humaniſſimum haberem: at matrem vſq3 adeo iracundam,vt etiam
morderet interdum ancillas, ſemper autem & vociferaretur & contenderet cum patre, & longe
quidem odioſius,quàm Xanthippe illa cum Socrate. Mihi itaque intuenti bonitatem honeſta-
tem q́ue paternorũ officiorum,quę vitioſitatem maternorum affectuum in proximo collocatam
quaſi è regione reſpiceret,venit in mentem cum illam amplecti & amare, tum vero hanc alteram
fugere odio q́ue proſequi. Vt autẽ in his ipſis maximam cernebam parentum meorum diſſimi-
litudinem,ſic item in hoc agnoſcebam patrem meum quidem ex nullo damno dolorem concipe
re,matrem vero etiam ob res minimas oppido q̃ mœſtam euadere: porrò noſti tu quoq3 pueros,
quæ vehementer attenderint,ea imitari ſolitos: quæ aũt iniucundę & cum moleſtia inſpexerint,
D ab his longe fugere conſueuiſſe.Diſciplina igitur,quæ mihi ſub patre contigit, huiuſmodi fuit ſe
rè: ubi uero ętatis meę annum quartum decimum compleui, tum philoſophos audire cœpi ciues
noſtros: è quibus Philopatoris Stoici diſcipulũ quendam ſatis diu, Caium autem, qui diſciplinã
Platonicam complexus fuerat,cum is ocio à ſuis ciuibus priuaretur,à quibus ad negocia ciuitatis
trahebatur,per exiguum quoddã tempus: unus enim is putabatur in ciuitate & iuſtus, & qui nul
lis pecuniis uinceretur,præterea oĩbus & aditu facilis & manſuetus: eodem uero tempore alius
quidã è ciuibus noſtris poſt longam peregrinationẽ domum rediit, Aſpaſij peripatetici diſcipu-
lus: & poſt hunc alius ab Athenis Epicureus: quorum omnium mea cauſa & uitã & diſciplinas
explorabat pater,unà mecum ad illos aſſidue uentitãs.Porrò autem, quòd is plurimum ſe ipſum
exercuerat in Geometria,& Arithmetica,& Architectura,& Aſtronomia,uolebat q́ue doctorẽ
ſimiliter linearibus illis uti demonſtrationibus,& per eas,quidquid doceret,oſtẽdere, idcirco in-
quit,oportet in tuis iſtis honeſtatis ſapientię q́ue præceptis ne minimã quidem diſcrepantiam in
ueniri,qua ipſa à ſe ipſis diſcordent: quẽadmodum ueteres quoq3 omnes in hiſce artibus ſeruaue
re,quarum Geometria Arithmetica q́ue principẽ obtinẽt locum. Vt igitur non procacẽ aut prę
cipitem eſſe oportet,ut te ipſum ab aliqua ſecta denomines, ſed longiſſimi temporis ſpatio & di-
ſcere illas & de illis ferre iudicium,ſic oẽs homines comprobant,confitentur q́ue etiã philoſophi
magno

† ἀνεξίκακα, id eſt patientes aut tolerantes malorum, vel æquo animo ferentes mala.

magno studio quærenda esse hæc. Quare nunc iam tibi ea sunt petenda æmulatione quadam,& F dilcẽda,& digna,quę à te augeantur,existimanda,vt & iustitiam,& modestiam,& animi magnitudinem,& prudentiã ex illis consequare: laudant enim has virtutes cuncti, tametsi sibi ipsis conscij sunt nullam se earũ habere: dant etiã operã pro viribus,vt aliis videantur & fortes,& modesti, & iusti,& prudentes: vnũ illud est,quod,& si aliis nõ videantur,tñ re vera esse ipsi magno studio cõtendunt,vt mœroris videlicet oĩs ac tristitiæ expertes sint: quare huic à te rei in primis studendum est,cui oẽs vtiq; homines studẽt,prę q; omnibus aliis virtutibus vnũ hoc quærendum. Hęc igitur ego,quæ à patre documenta accepi,in hunc vsq; diem seruaui, neq; meipsum ab vlla secta denominare adhuc volui: quæ sanè cum omni studio omni q; diligentia explorata habeã,imperterritus atq; immotus ad ea omnia,quę quotidie in vita accidũt,maneo,queadmodũ patrẽ quoq; manere tum intuebar: ita neq; iactura neq; interitus rei cuiuspiã, perturbatione me vlla afficiet. nisi forte id eueniat,vt oĩa,quæcũq; possideo,amittã: hoc enim nondũ expertus sum. Assuefecit porrò me pater ẽt gloriam atq; honorem contẽnere,vt vnã nudam q; veritatẽ haberem in precio maximi q; facerẽ: video aũt quosdã,cũ se ab aliquo sperni arbitrãtur,aut cũ pecunias aliquas amiserunt,magno solere confici dolore: qua sanè de causa,inquibat ille,nullo tu me vnq̃ mœrore affectum vidisti: porrò non dũ mihi talis pecuniarũ amissio euenit,vt ex eo,quod relictum foret,cor F poris bonã valetudinẽ curare non possem: neq; ignominia aut contẽptio, vt quispiã viderit me de loco,qui mihi in meo senatu attributus est,deturbatũ: sin vero alios, qui vituperent, alios rursus,qui laudent,mihi contingit,vt audiam,his obiicere soleo,me putare eos,qui cupiunt oẽs homines habere,qui laudent,illis esse similes,qui volunt oĩa, quęcunq; sunt,possidere. Itaq; videor, inquibat,mihi ipsi,forte q; tibi itẽ videbor nihil ad hunc vsq; diẽ esse perpessus,quod magni ęstimandũ sit,atq; ad hoc extremũ sine omni mœrore ac tristitia peruenisse: nam nec oĩbus vnq̃ spoliatus sum fortunis,nec vlla ignominia sum notatus: ꝙ si aut bos, aut equus, aut mãcipiũ interiit, nõ tanti sunt hæc,vt ad me perturbandũ idonea sint,vtpote cũ egregie sim memor eorũ, quæ me pater monere solitus erat: qui videlicet suadebat,ne ob vllã pecunię amissionẽ mœrore afficerer, q̃diu,quę reliqua essent,ad corpus curandum suppeterẽt: hunc enim primũ finẽ illis,quę possiderent,statuebat,non esurire,nõ algere,non sitim pati: ꝙ si cui plura, q̃ horũ vsus postulat, fuerint, iis sanè vtatur ad eas res agendas,quæ honestæ sint: mihi igitur adhuc tantus pecuniarũ superest vsus,vt eę ẽt ad eiusmodi actiones suppetãt. Porrò haud me latet, inquibat ille, te fortunarũ plus duplo,q̃ me,possidere,& ĩ nostra ciuitate nõ mediocri honore prędítũ,vsq; adeo,vt, quę'nã mœroris tibi causa futura sit,nullam videam prẹter cupiditatem inexplebilem. Ad hoc igitur vnum G exercitationis genus spectabã,id ipsum in memoria habens,semper q; meditans, & considerans, donec ita mihi persuasum est,quemadmodum ex duplicato binario confici quaternarium.

De vitanda insatiabilitate,quæ omnis mæstitiæ,& mœroris est causa. CAP. 9.

ET enim consideremus,inquit,per ociũ,cuiusmodi vitiũ sit insatiabilitas: huiusce aũt considerationis initiũ prębeat ea,quæ in cibis sumẽdis versat̃. Ipsum ergo hoc, quod est vltra, q̃ satis sit,progredi vescendo,insatiabilitatẽ appellari aiunt: Id aũt,quod sit satis, ipsa cibi indigentia metiunt̃: cibo aũt nulla alia de causa indigemus,nisi vt alamus corpus: nutriet vero corpus,si bene cõcoctus fuerit: bene aũt concoquetur si modicus: nã eũ,qui nimius sit, crudum manere haud ignoramus: quod ipsum si vel semel eueniat,vsum eius corrũpi necesse est: nã, si ciborũ crudorũ mordacitate aluus cita vniuersum excreuerit,profusio vocari id genus vitij solet: ex quo sanè ipsius cibi vsus corrũpitur: nõ enim ita illũ sumimus,vt per intestina deferatur,sed vt ad oẽs corporis partes applicet̃: sin aũt eius distributio fiat,nec tñ sit bene concoctus, malũ intra venas humorẽ creare solet. Qñ igitur in corpore nostro didicisti,cuiusmodi res sit insatiabilitas, iã hoc relicto, ad animum ipsum te cõfer,ibi q; illius naturã inspice diligenter,atq; in vnoquoq; rerum genere cõtemplare,sumpto ab iis,quæ possidentur,initio. In his igitur multa sunt, quæ non recte tanto cũ studio appetũtur,cuiusmodi sunt Vniones,& Sardonyches, item'q; lapides alij omnes: cuiusmodi item est ornatus,quem fœminæ,vt magnum quiddam,gestãt, iis ancillis quæ ab ipsis dum incedunt pendent: huius generis sunt vestimenta aut ex auro contexta,aut superuacuũ aliquod opus habentia,aut quæ,vt confici possint,materia indigent ex longinquis regionibus importata,qualia sunt,quæ Serica vocãtur. Porrò alia sunt ex iis,quæ possidentur,quæ ad seruandã bonam corporis valetudinem maxime conducunt: & hæc quidem satis decenter appetere parare'que possumus: horũ prima sunt ea,quibus & alimur, & vestimur, & calceamur: quibus adde illud, in quo habitamus: in eodẽ genere habent̃,quę ęgrotantibus vtilia sunt: verum non nulla ẽt vtrisq; conducunt,& bene videlicet valentibus,& ęgrotãtibus,cuiusmodi est oleũ: horum'que alia sunt eiusmodi,vt maiorẽ,alia,vt minorem corporibus hominũ afferant vtilitatem: itaq; iam nunc & multitudinis & possessionis eorũ finem seu modum te planissime inspexisse arbitror: nã,quemadmodum vnius cubiti calceamentũ, quatenus ad ipsum finem spectat, inutile est, ita & plura duobus habere calceamẽta,vt quinq; aut decem alienum ab vsu: alia enim illa omnino supersunt: vsu autem duorum cõtenti esse debemus: sic duplicem quoq; vestem habere sit satis, & mancipia,& supellectilem. Apud nos autem,inquibat ille,nõ solum vestis est amplior, q̃ duplex, sed & famuli,

* διάρροια

& vasa:

A & vasa: & omnia omnino, quæ possidemus, ampliora duplicibus. Prouentum enim ex rebus nostris multo maiorem capimus, q̃ vt vni corporis valetudini inseruiatur. At enim ex istis, qui voluptarium vitæ genus, quod sequerentur, elegerunt, non nullos video non duplo modo, aut triplo, q̃ nos, amplius impendentes, sed & quinque, & decem, & triginta partibus ampliorem sumptum facientes. Est porro alius quidam, quem tali victu vtentem intueor, quali ego vtor, rursusq; mœrentem ac dolentẽ, vt ego: cui tñ non singulis annis similiter res familiaris augetur. Nam, quod ad nos attinet, decima fortasse prouentuum nostrorum pars impenditur, reliquæ vero partes nouem substantiæ ipsi adijciũtur: attamen video te ne in res quidem egregias insumere, quidq̃ audere, nõ in coemptionem, comparationem q; librorum, non in eos, qui scribant, exercendos, siue notis, & signis id faciant, vt citius, siue exquisitis figuris, vt pulchrius: sicut ne in eos quidem, qui emendate, recteq; legant. Ac ne impertientem quidem alijs quidquam te video, vti tu me videre potes, nunc seruis in vestimenta, nũc alijs quibuspiam ad alimoniam, aut ad valetudinis curationem: sunt etiã, qui me viderint quorundam æs alienum dissoluere. Ego igitur, quencunq; mihi pater prouẽtum reliquit, eum omnem relinquo: qui ex eo neq; quidq̃, quod superuacuum visum sit, reposui, neq; thesaurũ vllum congessi, neq; multis partibus amplius, q̃ impenderim, quidq̃ recondidi: tamen re B mittentem me, ac relaxantem curas sæpius haud negaueris, sicut ipse fateris nunq̃ me tibi visum mœrore vllo affectũ. Nunquid igitur potes tristitiæ, tuæ causam inspicere, an & illius nomẽ audire à me cupis? iam'ne istud quoq; tibi fieri vis? Scito igitur omnis tristitiæ, ac mœroris vnam esse causam eam, quam modo insatiabilitatem nostri, modo auiditatem inexplebilem vocant ex eo, q̃ cupiditates habeãt homines, quę neq; satiari, neq; expleri possint. Semper enim cõcupiscunt ij, qui rerum præsentium inexplebiles sunt. Proinde, si duplum quidpiam habent, triplum ilico student acquirere: sin triplum habeant, quadruplum appetere incipiunt. Atque hoc pacto nunq̃ ad eos spectant, qui pauciora possident, semper autem ad eos, qui plura, & hos ipsos superare conantur, hisq; ipsis plura habere cupiunt. Tu igitur, inquibat ille, si hoc modo ciues omnes nostros consideraueris, nõ multos te ipso ditiores inuenies: quare facile cæteris, qui super sunt, omnibus eris opulentior, enim vero, q̃ seruis ipsis, haud dubiũ est: porrò his adde tam multas mulieres. Si igitur hi ciues nobis sint numero quadraginta millia, atq; ita tu additis illorum mulieribus, & seruis, summam feceris, inuenies te ipsum haud inficiãtem, centum & viginti millibus hominum ditiorem, attamen hos quoq; omnino oẽs volentem superare, studentem q; in ipsis diuitijs fieri omni ratione ditissimũ. Atqui multo satius est ciues in eo cæteris antecellere, q̃ ijs, quę nunc habeat, sit con C tentus: quæ quidem res in te est. Diuitijs vero præstare non virtutis, sed fortunæ est munus, quæ & seruos, & libertos facit plerunque nobis, qui generosi, & nobiles appellamur, ditiores. At vero tu etiã, si, quantum optas, assequare, hoc est, vt plus vniuersis ciuibus possideas, nõ tñ satis sis habiturus: sed ilico circunspicies, num quis in alia ciuitate sit ditior. Quòd si etiam in hoc fortunam tibi propitiam, obsequentem q; habueris, tum tu ad alias progredieris nationes, & ijs, quos apud illas opulentos offenderis, fieri studebis opulentior. Quare nunq̃ tu sane omnibus ditior, sed propter immensas cupiditates semper futurus es pauper. Quòd si ipso vsu rerum metieris id, quod mensuræ, modulo'q; tuo respondeat, iam te ipsum vnum ex diuitibus numeraueris, aut saltem ex ijs, qui eo, quod opus est, abundẽt. Ego igitur in numero horum meipsum colloco, licet, q̃ tu, pauciora possideã. Quocirca, si tibi ipsi ad hunc modum persuaseris, nulla te vnq̃ tristitia afficiet, si qd ex tuis rebus perierit: erisq;, quatenus ad rationẽ pecuniariam spectat, beatus, vtpote cum ob pecunias tristior futurus non sis. Quòd si etiam illam, quæ ad honores appetendos pertinet, insatiabilitatem eieceris, hac quoq; in parte iucunde, ac sine molestia vitam deges: sin autem tibi non satis fuerit honorari ab ijs, qui tua consuetudine vtantur, sed velis ab omnibus omnino, q sunt in ciuitate, laudari, etiã ab ijs scilicet, à quibus ignoraris prorsus, fortasse primum quidẽ ab ijs ipsis cogno D sci voles, tum aũt, vbi cognitus fueris, honorari: at hoc quidem velle cognosci ab oĩbus, ab immẽsa quadã gloriæ cupiditate proficiscitur: illud autẽ, quod est velle honorari, ab inani plane, stulta'q; ambitione. Quocirca tibi necesse erit, vt nunc pecunijs quærendis inuigilanti, ita tunc ad gloriæ, honoris'q; studium cupidinem intendẽti, ob illos, qui, cum plures sint, te neq; cognoscẽt, neque honorabunt, maiore, q̃ nunc, affici tristitia. Si igitur hæc comperta habebimus, & in his nos ipsos assidue exercebimus, sine omni molestia viuemus. At quo pacto exercebimus? nempe si cognitum habuerimus, vtrum recte sit dictum insatiabilitatem vitium esse animi pessimum. Fundamentum enim quoddam hoc est omnium cupiditatum, pecuniæ, gloriæ, honorum, principatus, contentionis. Primum igitur semper in promptu habere oportet præceptum illud, atque institutum, quo iubemur eo, quod adest, contenti esse, annexum ei videlicet, atque adhærens, quod de insatiabilitate dictum est. Quicunq; enim odio prosequetur animum insatiabilem, is eum protinus diliget, atque amplexabitur, qui sit paruo contentus. Si igitur hoc solo constat ipsum omni mœrore, ac tristitia carere, iam'q; hoc ipsum vniuersum penes nos ipsos habetur, illud consequens fuerit, vt penes nos sit viuere sine mœrore, si modo in promptu habeamus, quod de animo tum insatiabili, tum frugi præceptum est, ac per hoc ipsum præceptum singulis diebus in singulis huiusce operis partibus nos ipsos exerceamus: quod quidem cum cæteris ex puerili disciplina con-

tingat alijs,illis,quibus in hoc fortuna non fauerit,serò tandem ea ratione,quam exposui, contin- E
get.Quis enim est qui nolit omnem ætatem ducere sine tristitia? aut quis non hoc omnibus diui-
tijs præposuerit quæ & facile auferri possunt,& sceleribus non nunquam redundant?

De comparanda animi libertate, ac de gratia obiurgatoribus habenda. CAP. 10.

EGo igitur & hæc,& alia multa tum illi,tũ alijs deinceps multis recensebam: quibus omnibus
ilico etiam persuadebam. Vtilitatem tñ eã,quæ ex posterioribus capitur,serò capiẽtes paucis-
simos quosdam vidi. Pleriq; enim vsq; adeo animi sui affectus auxerunt, vt iam inde insanabiles
existant. At siquis modicis adhuc perturbationibus inseruit,potest q; aliquid eorum,quæ prius di-
cta sunt,intelligere,vbi sibi inspectorem quendam ac pædagogum apposuerit,qui se, vt antea di-
xi,in singulis rebus aliàs moneat,aliàs obiurget,aliàs etiam adhortetur & compellat ad ea, quæ præ
clariora sunt,capessenda,ac seipsum eorum,quæ & dicit & monet,præbeat exemplum,is sanè pote
rit & liberum & egregium sibi animum ratione comparare. Etenim turpe est libertatem eam,quæ
humanis legibus accepta refertur, maximi facere,eam autem,quę & vere,& natura ipsa est libertas,
non omni studio petere,sed inhonestis atq; impuris ac tyrannicis dominis seruire,lucris videlicet,
ac minutissimis quibusq; pecuniarijs rationibus, & cupiditatibus tum principatus, tum gloriæ,
tum honoris. Quorum sanè omnium matrem ego haud dubitauerim dicere insatiabilitatem ha- F
bendi.Quis igitur talem in animo pestem habẽs possit vnquam aut honestus aut probus euadere?
Aut cur non mille mortibus sit dignus,qui non toto animo oderit talem turpitudinem? Porrò au
tem hanc ipsam multo magis & odisse & fugere debent adolescentes, qui se saluos esse velint: qui
si forte initio assueuerint pecuniam insatiabiliter cupere, fieri iam vltra non poterit,vt,cum ad an-
num quadragesimum peruenerint,seipsos recuperent: sed pone,si magis placet, quinquagesimũ,
nequis nos, vt inhumanos,redarguat,sicuti quendam audiui dicere,qui aiebat hoies quidem non
paucos vinci solere gula,venere,gloria,honore,se vero,qui diues esset,vna re tantum,q; nullius sui
voti compos fieret.Nam is,cum satis diu me singulis diebus lætum hilaremq; vidisset,ipse interim
male animo affectus,rogauit,vt docerem,quid sibi esset faciendum, ne tangeretur tristitia. Cui cũ
ego respondissem longiore annorum spatio esse opus ad eorum vitiorum correctionem,quæ ipse
in animo suo adhunc vsq; diem aluisset,vociferãs,nihil te,inquit, vnq̃ vidi inhumanius: quasi ego
videlicet,qui possem,si modo eniti vellem,ipsum q̃ citissime ab omni tristitia liberare,hoc sic illi be
neficium inuiderem. Cum tñ huic vni ex oibus disciplinis nemo ex ijs, ad quos ipsa pertineat, in-
uidere possit.Nobis quippe expedit omnes hoies,quibus cũ consuescimus,omni animi perturba-
cione vacare: neq; aut gloriæ,aut,siqua alia res est glorię similis,eius cupiditate animum gerere de- G
formatum.Quanto.n.hi meliores fuerint, tanto nobis amici vtiliores existent. Rursus igitur ad
eum reuersus,qui se in verum studeat virum euadere,viam quãdam communem ad omnia animi
nostri bona monstrabo. Oportet.n.eum,qui alteri præsit ad corrigendum,initio quidem intento
esse animo ad singula,quæ ab illo gerentur,cui sit indicaturus,quid ab ipso negligatur. Est enim in
terdum definitu difficile in ipsis actionibus id,quod in re familiari ex minutissima quadam ratio-
ne geritur. Quare hoc ipsum nullo modo præfiniri potest ei, qui nunc primum incipiat auaritiæ
morbum excidere. Porrò,quemadmodum in hoc virtus vitio proxima est,ita, dum ambitionem
excidere volumus,virtuti ilico finitimum vitium offendimus. Cæterum, quorum animi suapte
natura ad honestatem probitatem q; feruntur,hi neutiquam pudore affici solent, si,cum ipsi iuue-
nes sint,seruari q; possint,alios habeant,qui sua ipsorum peccata inspiciant,atque obseruent,ætate
scilicet prouectos homines, qui in omni vita sua clarissimum liberę mentis specimen dederint:
quibus quidem increpãtibus neq; resistere,neq; infensos esse par est,sed habere gratiam: quin etiã
eosdem rogare oportet semper,vt vera dicant: & id ipsum vbi cognitum habuerint,tum conari, si
non ingentes illas portiones,at saltem minutas atq; exiguas de grandi illa summa affectuum ac vi
tiorum excidere: tametsi initio per quàm arduum hoc,& cum magno labore magna q; infœlicita- H
te fieri videbitur. Scire.n.eos oportet progressu temporis non similiter idem habituros difficile.
Quo.n.maius rationalis nostri animi pars in huiuscemodi exercitationibus ac studijs incrementũ
accipiet,(quatenus videlicet superabuntur minuentur q; vitia) eo facilius obsequium ac perfectio
rem obedientiam obtinebit.Nam, cum ea, quæ maxima sunt,ratio nondũ exercitata superauerit,
haud dubium est,quin,vbi duplicem excellentiam spatio temporis adepta sit,facilius sit superatu-
ra: etenim ex ijs,in quibus ipsa se exercuerit,multo existet generosior,quàm prius,sic q; etiam illis,
quæ minora aliquanto euaserint,abunde sufficiet.Porrò ad futuri temporis spem vel alterum ho-
rum duntaxat satis esse poterat. Quocirca ipsius exercitationis initio terreri non oportebat eum,
qui in ipsa affectuum curatione parum se proficere sentiret. Progrediente enim tempore magis
proficiet,si modo æquo animo pergat audire eum,à quo vere ametur,dicentem sibi,quæ sint ea, in
quibus peccet,velit q; non videri tantum,sed etiam re ipsa existere & egregius & frugi. Hacte-
nus igitur de ratione & cognoscendorum & curandorum animi affectuum dictum sit: deinceps
autem sequitur,vt de peccatis ipsis dicatur.

Galeni

GALENI DE CVIVSQVE ANIMI PECCATORVM COGNITIONE ATQVE MEDELA LIBELLVS

Quem olim Iunius Paulus Craſſus Patauinus interpretatus eſt, & nunc denuo accuratiſſime recognouit.

Quid ſit & quotuplex peccatum, & quòd via aliqua, ac ratione corrigi peccata debeant, & emendari. CAP. 1.

C Viuſq; animi perturbationũ cognitio, ac medicina ſecundũ traditam ſuperiori cõmentario rationẽ comprehenſa eſt: deinceps de peccatis ſermo inſtituendus eſt. Igitur optimũ & in præſentia initium ſumo, quod oẽs, et ſi operibus non confirmant, ore tamen cõfitentur, ac illud, quid'nam ſit, quod peccatũ vocant, vt nobis procedẽti oratione ambiguitas nulla relinquatur, ſermone explanabo, docebo q; vocabulũ hoc ἁμάρτημα, {quod latinis peccatũ ſignificat,} ab omnibus gręcis ita accipi, vt modo ea, quæ ſecundũ iudicium non rectè tamen committantur, declaret, atq; ita ad ſolam rationabilem animæ partem pertineat: modo cõmunius latius q;, vt etiam, quæ ad irrationabilem facultatem ſpectent, complectatur.

Multa deſunt in codice græco.

quid'nã ſit peccati cõſenſus, oĩbus in aperto eſt: qd imbecillus cõſenſus, nõ itẽ: ſiquidẽ nõ nullis titubantẽ hũc aſſenſum inter virtutẽ vitiũ q; mediũ ponere ſatius eſſe viſum eſt: titubantẽ vero ſiue imbecillũ eſſe cõſenſum prædicant, qñ nobis ipſis nondũ ita verã eſſe opinionẽ aliquã pſuaſerimus, ſicuti illa eſt, exẽpli cauſa, in vtraq; manu, quinos eſſe digitos, aut bis duo quatuor cõſtituere: forſan vtiq; ſenẽ quẽpiã offenderis, qui in omni vita veris peccatis operã dederit, alicui ſcientificã oſtenſionẽ habenti infirme aſſentiri: ſcientia porrò geometræ de his, q̃ per Euclidis elemẽta oſtenſa ſunt, talis eſt, qualis partium eſt, bis duo quatuor eſſe: eandẽ quoq; ſcientiã & deinceps traditorum de globis præceptorum habet, quemadmodum & omniũ ſecundũ hæc reſolutorum de linearum figuris atq; gnomonicis. Quamobrẽ, ſi vel parum quis ambigat, neq; proprium ipſis conſenſum præbeat, quem cõprehenſionẽ nõ nulli appellant, hoc eſſe peccatum, vt hominis videlicet geometræ, quiſpiã iure conceſſerit. At eius, qui in vita peccet, bonis maliſq; cognoſcẽdis, poſſidẽdis aut euitandis improbę opiniones falſæq; cõſiſtunt: aſſenſus videlicet aut ꝓcliuis, aut titubãs & incertus. Hic iã igitur diſcrimen

D impẽdet, ne paruũ iuxta & maximũ peccatũ cõmittatur, ſi falſæ de bonis ac malis opinioni aſſentiamur. Secundũ Academicos planè ac Pyronæos vocatos philoſophos, eorũ, q̃ à nobis inquiruntur, ſcientificã oſtenſionem haberi negantes, oẽs, qui nunc habentur de re aliqua conſenſus, neceſſario inconſiderati ſunt ac temerarij, quin etiã & falſi eſſe poſſunt. Aiunt præterea, philoſophorũ de bonis malis q; diſcordes inter ſe pugnantes' q; ſententiæ, vt veræ omnes ſint, neutiquam fieri poteſt: at oẽs forſan mendaces eſſe nihil prohibet, vt neq; voluptas bonum ſit, neq; perturbationum vacuitas, neq; virtus, neq; ab ipſa prodiens actio, neq; aliud oĩno quicquã eorũ, quæ à philoſophis enumerata ſunt. In primis itaq; eũ, qui à peccatis mundus eſſe cupiat, rei illius ignotæ, quã inuenire ſatagit, demõſtratio ſit, nec'ne, cõſiderare oportet: id' q; non obiter modo, ſed longo etiã tempore inter veraciſſimos hoĩes verſantẽ, qui naturali quadã prudentia præditi ſint, atq; in rationalibus diſciplinis exercitati, qualis eſt demõſtratiua methodus, ſpeculari cõueniet. Deinde, cũ quis ipſam ſe inueniſſe ſibi perſuaſerit, poſtea longo tẽporis interuallo iterum ſe ſe exercere debet ante, quàm ad maximarum rerũ inquiſitionem accedat: vt, exempli cauſa, quod'nam ſit illud bonum, (id ſanè & vitæ finem nuncupant) quod comparatum fœlices nos, aut beatos, aut quod quis aliter nominare velit, efficiat.

In quot abſurda incidere illos contingat, qui de vitæ bonis & malis nulla vera methodo ratiocinantur. CAP. 2.

NOn'ne igitur per deos illi, qui prius, q̃ demonſtratiuam methodũ ſe ſe inueniſſe credant, ad maximarum rerum indagationem tranſeunt, euidenter temerarij ſunt? mihi quidem vel maxime

hmõi esse videntur: perinde.n.isti affecti sunt,atq; illi,qui ante,q̃ satis se in numerorũ sciẽtia exercuis E se sibi psuaserint,aliqd de supputatorijs pceptis,atq; arithmeticis enũciare audẽt.Igit̃,vt hos plerunq; falli necesse est,ita & quicunq; prius aliqua demõstrare conãtur,q̃ in demonstratoria methodo versa ti sint,quin errores cõmittant,fieri nequit. Porrò,q̃ nõ nulli ex his,qui falsa edocẽt,quibusdã persuadeant,sectarũ multitudo testat: sed neq; illos hæc,nisi aliqua similitudo intercederet, persuadere potuisse,cuiq; palàm est: neq; paruã hãc esse similudinẽ ,pfectò existimare cõuenit: nã alioqui facillime deprehẽsa foret,nec lõgo tẽporis decursu nedũ à clarissimis viris,sed ẽt à vulgaribus eã argui,cõuin ciq; opus fuisset. Illud itaq;,quod in re medicinali Hippocrates vsuuenire aiebat,& in philosophia ac cidere videtur: dicebat aũt Hippocrates ‖ similitudines vel bonos medicos in errores,difficultatesq; conijcere,vtpote nõ vulgaribus dũtaxat medicis,verũ etiã nobilissimis ob similitudines in errorẽ labentibus. Quare neq; alienũ est & in philosophia similitudines pclaris philosophis dubitationes,errores q; facessere. Gemellorũ similitudines illi,qui cũ ipsis versari cõsueuerũt,facile dignoscũt, nõ assueti minime id facere queũt. Eadẽ rõne & illæ,quæ in rationibus sunt,similitudines, eos,qui sese nõ diu,neq; quotidie in struendis rationibus attriuerũt,ptereunt,queadmodũ & gemini fratres eos,qui nõ vna degãt,atq; versentur,delitescere solent. Hoc vtiq; vnũ primũ est eorũ peccatũ maximũ,qui ali quid de humanæ vitæ bonis,malis q; temere pronunciant,id q; aut ex amore sui,aut apparentis sapiẽ F tiæ,aut iactantię,aut ambitionis causa exoritur: siquidẽ nõ nulli rectè sese opinari sibi persuasẽrũt,nõ nulli honoris,aut simulationis causa ea proximis ,pbare conantur,de quibus ipsi dubitãt,atq; animi pendẽt: peccãt sane vtriq;,secundi scientes ac volẽtes,quorũ vitiũ ex perturbatione animi proficiscitur: primi vero nesciẽtes,ipsorũ q; error peccatũ ,pprie dici merebit̃. Rectè igit̃ isti fecerint, si Æsopi mãticarũ meminerint,suas q; ipsorũ opiniones alijs examinandas cõcesserint, haud per Ioue talibus, quales ipsi sunt,nõ solũ in ostensorijs methodis minime versati,sed etiã aliarũ disciplinarũ, quæ Græci mathemata nominant, imperiti,quibus imbutus animus acuitur,ac delimatur,vtpote geometria, arithmetica supputatoria,ædificatoria,& astronomia. Ex his porrò non nulli neq; rhetoris, neq; id, quod maxime prestò est,grammatici doctrina eruditi,sed adeo in sermonibus inexercitati,sunt,vt ne que ea,q̃ à me dicantur audientes intelligentia assequi valeant. Quę profectò ego animaduertens,cũ aliquem sermonẽ feci,ipsis,vt dicta mea repetant,iubeo: tunc.n.re vera,queadmodũ asini lyrã, ita & isti ea,q̃ à me dicta sunt,neutiq̃ percepisse deprehendũtur: nihilominus tñ in tam audaces,vel temerarios potius euaserũt,vt ab ijs,qui prima elemẽta didicerint,eò ludibrio habiti,q̃,q̃ audiuerint, recitare nequeant,nihil propterea erubescant,se ipsos tm̃ veritatem agnoscere, alios disciplinis instructos tps frustra perdidisse opinentur: verum non illis quicq̃ me profuturũ sperans in hunc sermonem di- G uerti. Plures.n.ipsorũ,etiã si velint,nihil iuuamenti capere,poterũt,cum neq; ætatẽ ipsam amplius di sciplinis percipiendis idoneam habeãt. Quisquis vero natura prudẽs est,& eatenus primis rudimen tis operam dedit,vt,quæ audiuerit, maxime quidem ore proferre statim, sin id minus, at saltẽ scriptis mandare valeat,sermonẽ hunc nostrum,sibi subsidio futurũ scito,modo sit ex toto veritatis amator. In hoc enim præter illum vis tota consistit,& primum quidẽ aptum ad veritatem natum esse: deinde optima ac liberali educatione vsum fuisse: at qui in veritatẽ explorandã minime natura feratur, & in flagitiosis,inhonestisq; studijs altus fuerit,nequaq̃ iste aut sponte cõmotus,aut ab alio concitatus veri tatem vnquam appetere valebit. Quocirca neq; ego vnquam id genus homini opẽ ferre pollicitus sum. Sed,vt modo retuli,veritatis amico iter illud ostendere pro viribus conabor,quod in omni vita perquisiui: illudq; solum esse, quod proxime subijciam,mihi persuasi.

De adhibendo experimento in vera methodo dignoscenda quid intersit inter eos,qui ea vtuntur, & inexercitatos,& falsis sectis addictos. CAP. 3.

NAm dignum puto,vt dixi,illa edoctos,quæ de ostensoria methodo à maioribus nostris tradita sunt,in alijs rebus ante periculum facere,nunquid re vera aliquod quæsitorũ inueniant: esse q; huiusmodi rerum naturã idoneam,vt suis inuentoribus testimonium perhibeat: vt exẽpli causa, in H hoc,datã rectã,aut † præceptas partes diuidere, fortassis penitus rudes, quid'nam dicatur,non intelligũt. Ego vero perinde,atq; si oẽs ipsi adessent,clarius dicere incipiam. Rectam datam sermo noster intelligit,lineã aliquã rectam in superficie exactè læui propositã,præceptas autem partes ,p præsumẽtis arbitrio,si quis propositã rectã in quinq; ęquales partes,aut septem,aut viginti, aut centum diuidi iubeat: nam,si tu per te methodũ vnam nactus fueris,aut ab alio edoctus vsus fueris, in quot velis * partes propositã rectã,partiri res ipsa tibi testis erit,oẽs'q; particulę ita diuidentibus exquisite cernentur æquales,atq; id genus oĩa problemata firme reperta sunt per ipsa euidẽtia: vt,cum dato quadrangulo circulum circumscribere,aut pariter & dato circulo quadrangulũ circum,intus've scribere iubemur: item,cũ dato quinquangulo æquilatero,& æquiangulo circulum vt exterius circumscribamus, quis pcipit: si quis etenim singula hæc ea,quam didicit,methodo statim circũscribere poterit, res ipsa quæsitũ iam inuenisse testabitur. At nõ itidem,genitus'ne,an ingenitus sit mundus, res ipsa testabitur,quemadmodũ neq;,finitum'ne sit,an infinitũ vniuersum,aut quãtus sit maris fluctuum nume rus: nullũ enim hmõi quæsitorum ex ipsa re,quæ inuenta esse videatur,dijudicari potest,quemadmo dum si circulo figurã duodecim laterum æqualium,rectorum'q; angulorũ circum,intus'q; designare iussus id statim feceris: intus nanq;,& circũscripta figura euidenter conspicitur, sicut & circulus huic multiangulæ figuræ intus,circum q; designatus agnoscitur. Itaq;,cũ demonstratoriã methodũ inuenerimus,ad id,quod q̃rimus,nos ducit,ac testimoniũ ex ipsamet re haud obscurũ accipimus: & exin

de

6. Epid. sect. 8. circa finem.

† Al. impositas

A de probationes haud paruas ipsius veritatis habebimus, vt aliquando & in his, q̃ id euidenter testari
queāt, ea vti audeamus. Neq; statim in rebus maximis à quoq; periculū faciendū esse existimo: si vero
ad felicitatē ducentia maxima sunt, in aliqua prius materia exerceri conuenit, quæ illorū errorē, qui se
quęsitū falso inuenisse autumant, redarguat, & veri inuentoribus suo testimonio faueat. Huiusmodi
methodus in geometria reperitur, arithmetica, supputatoria, astronomia, & architectonica: nomine
autē architectonicæ, horologiorū, clepsydrarum, hydroscopiarū, & machinamentorū omniū descri-
ptiones amplector, inter q̃ & pneumatica, hoc est spiritualia q̃ vocantur, existunt. Hæc profectò oīa
inuentoribus suis testimoniū perhibent haud secus, q̃ astronomiæ inuenta, q̃ & ipsa ex euidentibus
dijudicātur, examinantur, & testimonio cōfirmantur. Solis nanq; & Lunæ defectus, & quæcunq; cir
ca fixas, errantes q; stellas conspiciuntur, inter ea, q̃ manifeste apparent, reponūtur. Manifestū p̃terea
est sermones nostros omniū illorū animos percellere, quibus iā prouecta ætate non amplius occasio
superest, vt in rebus illis demonstratoriā methodū longo tēpore exerceāt, q̃ ipsius veritatē perspicue
testari valeāt: aut enim, vt ꝓxime dicebā, proprio amore decepti, aut sapiētes videri volentes, aut ho
noris inanis q; gloriæ cupiditate, aut arroganti iactantia, aut auaritia perciti, non nulli sibi ipsis, non
nulli verò alijs se aliquid firmi scire persuadent. Quocirca nihil mirū fuerit in ꝓprio vnumquenq; au
B ditorio suis hæc discipulis probare: quorū aliqui asinino ingenio sunt, aliqui vero acri, sed in primis
disciplinis nequaquā exercitato: nam id genus ventosis, atq; ineruditis præceptoribus expedit, arbi-
tror, tales habere discipulos: quicunq; .n. natura prudens, & in disciplinis antea versatus fuerit, ipsos
ilico floccifecerit, sicuti & ego, adhuc adolescentiæ annos nō egressus multos doctores cōtempsi, qui
nō nulla demōstratis scientifice in geometria repugnantia ostendere audebant, neq; demōstrationis
simulachrū, quod esset, vnquā cognouerant. Siquis igitur veritatē exploraturus prius arrogantē ia-
ctantiā, nimiū sui amorē, honorū, & gloriæ immoderatā libidinē, apparentis sapientiæ cupiditatē, atq;
auaritiā ex animo suo extirpauerit, iste planè ad ipsam perueniet nō mēsibus modo, sed annis multis
postea, cū ante sese exercuerit, atq; placita ad beatitudinē, & ad miseriā ducere valētia indagauerit: il-
lis vero, quas dixi, perturbationibus furentē, ac debacchantē ad tam longū iter pigrū, atq; impeditū vi
deo: at illos quidē odio prosequor, qui insidiatorē, calumniatorem q; efficiūt: hmōi enim vitijs suos
ipsorū discipulos præoccupare, ac inficere solent, vt neq; id genus sermonibus, quales nos hactenus
fecimus, aures vnquā præbere æquo animo possint. Sanè oppido facile est præceptorē graui, ac seue
ra facie dicentē imperitis adolescentibus persuadere se præeunte expeditissimū esse ad sapientiā iter
ſm Cynicos vocatos philosophos: siquidē & isti placita sua breuē esse ad virtutē viā contendunt: at
C ipsorū non nulli sententiā hanc damnantes non ad virtutē, sed per virtutē ad beatā vitā cynicā philo
sophiā iter esse confirmant: cæterū non nulli verius ipsam declarātes imperitā istorū hominū temeri
tatē ad inanē iactantiā breuē esse viā testantur. Itaq; vt Cynici oēs, quos vitæ nostre tempore conspe
ximus, ita & eorum quidā, qui se philosophos ꝓfitentur, euitare se in rationali contēplatione exerci-
tationē nō eūt inficias: deinde, cū à nobis discesserint, cū vulgaribus hoībus, caprarū videlicet, boūq;
pastoribus, fossoribus, atq; messoribus congredi indignū putant, ꝙ scilicet ea, q̃ à se dicantur, isti, vt-
pote in ratione disserendi nunquā versati, minime assequantur: id q; nimirū insolenter faciunt, perin
de atq; si ipsi vnquā in primis se disciplinis exercuissent, ac non repente de vitæ fine, de bona atq; ad-
uersa fortuna à præceptore demonstratorios, vt ipse credebat, sermones audiuissent, ipsis q; eo, ꝙ nō
essent exercitati, fidē adhibuissent: q̃ planè ijs, vt dixi, ob falsarū, verarum q; rationū similitudinē cau-
sæ falsorū decretorū extiterūt. Similitudines aūt exacte illi dignoscunt, qui singulas integras, cōmen-
tationes diligentissime tractauerunt: at, qui repente materiā aliquā nō exercitata ratione dijudicare
aggreditur, nullo pacto falsas à veris argumentationibus distinguere, separare q; valebit. Huiusce rei
manifesto indicio sunt vocata sophismata, quæ rōnes quædam falsæ sunt ad verarum imaginē dolose
constructæ. Harū mendaciū ex conclusione, quę vera non est, aperte deprehenditur. Quoniā vero fal
D sæ rationes, aut sumptū aliquod falsum, aut conclusionē haud recte illatā habeant, necesse est, & hæc
in sophismatibus haud ita facile cōspicua sunt, ab illis, qui in disserēdo se nō exercuerūt, vix vtiq; de-
prehendi poterunt. Igitur cū rationē mendacē esse concedamus, ꝙ oībus conclusionis mendaciū eui
denter pateat, nihilominus inexercitatos nodi solutio preterit: quocirca tutius isti, cautius q; egerint,
si rationes oēs suspectas habuerint, nulli q; prius assenserint, q̃ se falsarum, verarum q; rationū simili-
tudines exq̄site distinguere posse sibi persuaserint, alios q; sibi q̄stiones ꝓponere patiant, volentibus
ipsorū eruditionis periculū facere permittentes. Num aliud igitur cōsulunt, q̃ ꝙ discipulis, vt se in so
phismatū dissolutione exerceāt, ꝑcipiunt? Quæ nihil aliud, vt antea dicebā, prorsus fuerit, q̃ inter ve
rā, falsam q; rōnē similitudinis agnitio. Necessum itaq; sit verarū prius argumentationū naturā didi-
cisse: in ijs nanq; versatus, ipsarū q; spēm exacte iuxta, celeriter q; ꝑcipere assuetus, haud ægre ēt falsas
cognouerit. Ego nēpe id re cōmōstraui, cū adolescētes in disciplinis versatos veras rōnes cognoscere
edocui, & alicui ex p̄sentibus, cui libuisset, vt aliq̄d ipsis sophisma ꝓponeret, iussi. Ipsi .n. sophismatū
absurditatē deprehēderūt, q̃ aut in figuræ nō syllogisticę incōcinnitate, aut in sumptionū falsitate po
sita esset: atq; ita istis inanis sapiētiæ noīe p̄ditis, istis, inq̄, senioribus sophismata explicare nequeunti
bus euidēter patuit id ipsis incōmodi ex verarū rōnū ignoratiōe ꝓuenire. Quo fit, vt summopere dā
nari mereant, eo, ꝙ ex temerario assensu miserā degant vitā: falsam .n. de vitæ fine opinionē ad mise-
rias, calamitates q; ducere oēs testant: isti vero hoīes quidē sunt in discernendis veris, falsis q; rationi- † Al. ig- re.
bus nunq̄ exercitati, interdum non nulli opinionis alicuius veritatem † intelligere se credentes, con-

tingentẽ quidẽ rationẽ se dixisse ignorant, ac tanq̃ sensibus, quæ opinantur, euidenter appareant, nos E
sequi, & absq; demonstrationibus credere iubent: interdũ vero, cũ sola indicatione oratio egeat, demonstratione ipsam cõfirmare nituntur, atq; ita sane, quo differat demõstratione egens ab eo, quod primario, atq; ex se notũ est, ignorantes, nihilominus tñ de rebus, quibus magna cõtẽplatione opus est, temere loqui aggrediũtur. Atqui in his erroribus multi, qui iamdiu in philosophia cõsenuerunt, inuoluti sunt. Quid igitur, proh Iuppiter, istorũ ne inscitia, apparens q; sapiẽtia tibi facile curari posse vr? An & ille etiã, qui trienniũ, aut quadrienniũ pduro tumore doloris sensu carẽte laborauerit, vnq̃ sanabitur? Nunq̃ profectò senũ istorũ animũ inscitiæ, apparentisq; sapientiæ scirrho triginta iã, & quadraginta annos occupatũ ad sanitatẽ redire posse crediderim: at, si velis, fac id posse fieri: deinde, dierum'ne spatio, an mẽsiũ, an annorũ hmõi scirrhi curatio egeat, æstimato. Itaq; neq; amplius admirator, quã ob rẽ multos istorũ, qui se philosophari pdicant, neq; alloq, neq; cũ ipsis disputare dignũ existimo: oẽs.n. priuatos hoĩes, natura prudẽtes, ea q; disciplina institutos, q̃ iampridẽ à Græcis probata est, istis meliores, præstãtiores q; cognoui. Facile enim, quæcunq; se euidẽter cõsequuntur, agnoscũt: istos vero altercãtes, aut, q̃ placitis ipsorũ aduersentur, percipere dissimulãtes plerunq; expertus sum. Porrò, cũ millies olim cũ plerisq; philosophorũ, quæ quenq; propositũ finem vita cõsequatur, disputauerim, alij quidem oẽs, qp primis rudimentis optime instituti sint, acutum ingenium habent, F
ipsi q; viuendi modum concordem suis placitis dicebãt, sermonẽ q; nostrũ recte intelligebant, at reliqui in quadam inani sapientiæ opinione (vt supra posui) ad senectam vsq; versati soli contraria sentiebant: deinde, cum ab oĩbus præsentibus deriderentur, ad conuitia, iurgia q; se conuertebant.

Quid inter peccatum, ac perturbationem intersit. CAP. 4.

VErũ, q̃ à nobis sæpius vnà cum multis viris de quoq; pro singulis finibus, vitæ genere explicata sunt, in alijs habes cõmentarijs tradita: multa q; errorũ, quos isti committunt, exẽpla in illis scripta sunt. Nam, quæcunq; isti diuersis sectis addicti † vitã corrumpentes inter se cõtraria faciunt, ac dicunt, ex falso iudicio proueniunt, perspicuũ q; est oĩa & male fieri, & peccata esse, quæcunq; in qualibet secta errata cõmittuntur: siquidem veridica secta non finẽ solũ, verũ ẽt genus vitæ fini illi consentaneũ adinuenit. Quamobrẽ, quid inter peccatũ, perturbationem q; intersit, hinc apertissime discere liceat. Aliqs, exẽpli causa placitũ hoc instituerit, hoĩes iuuare tanq̃ verũ, ac perfectũ, aliqbus bene facere, cæterũ iste aut somno, aut socordia, aut voluptatibus, aut aliquo id genus alio impeditus, subuenire afflictis neglexerit, ex quadã perturbatione errauit. Alius vero quispiã sibi tm̃ voluptates, curarumq; vacuitatem cõparare statuẽs, ac propterea ciuibus suis, aut domesticis iniurijs affectis auxilium denegans, ex praua opinione profectò, non ex aliqua perturbatione peccauit. † Multorũ sanè peccatorũ G
falsa de cuiusq; vitæ fine opinio fons, & origo est: ex ea.n. tanq̃ ab radice quadã singula peccata exoriuntur: potest tñ aliquis de vitæ fine recte sentiens in aliquo particulari consecutionẽ haud intelligens aberrare: cæterũ tibi, (vt proxime dicebã) actiones vitæ singulis finibus cõgruentes in alijs commentarijs latius enumeraui: in pręsentia peccatorum sola capita perstringam, quæ & repetere satius esse duco, vt propositorũ cõpendium quoddam facile memoriæ mandandum cõficiam: quandoquidem.n. in finis contẽplatione fœlicitatis humanę pręcipuũ firmamẽtũ ponitur, haud ab re in ipsum inuestigãdum oẽs incubuerũt: de quo, qui se ipsos magni fecerũt, prompte sententiã suam tulerunt: prompte autẽ sententiã tulerunt, aut oẽs, aut vno tm̃ excepto: quem ipsum neq; in confesso est id fecisse, ante, q̃ de demõstrationibus iudicatum sit, sint'ne re vera demõstrationes, an illi ita esse viderentur. Hominẽ igitur ꝓpria peccata obseruantẽ, atq; animaduertentẽ illud ipm̃ in primis cogitare oportet, iustũ esse oĩno, eos curiose, diligẽter q; audientẽ, q sese quæsita ostensione probauisse arbitrantur, postea ipsa dijudicare conari: atq; iterum hoc loco cũ ab ipsis acceperit, quẽ in orationibus iudicem veritatis statuant, deinde iterum hæc ipsa secum, vt sese habere oporteat, reputans, considerans q;, nunquid ipsi rursum iudicandi instrumentum altero egens instrumẽto intelligant: deinde post illud rursum alio, id q; ne in infinitum protrahatur, suspicatus valde caute longo temporis spatio vnà cũ H
viris, qui ipsi maxime veridici videantur, ita primum omnium iudicandi instrumentũ contẽpletur, quod scilicet altero instrumento non egens inuenire opus est, inuentum q; omnibus hoĩbus ostendere: id vero & absq; dijudicatione indicare posse palã est, eandem q;, quã oĩs demonstratio, vim possidet: atq; ita, quod superest, in ipsum respicientem oĩa ad id particularia redigere conuenit, quod sanè resolutionẽ non nulli philosophi vocauerunt, veluti ascensum quẽdam ab his, quę media sunt, ad primariũ iudicationis instrumentũ: vtpote autẽ in re valde difficili, quemadmodũ opere plerunq; didicisti in istis vano sapientiæ nomine præditis, petulantibus, ac ludibrio habitis propterea, qp neq; vulgaria quęsita ad primum illud instrumẽtum iudicandi redigere valeant. Sibi ipsi eum constare oportet, qui scientiæ capax esse velit, atq; in multis singularibus, quæ ipsam inuentam esse testari possint, vt antea dictum fuit, sese exerceat: huiusmodi sunt autem ea, quæ in arithmetica, linearum q; scientia habentur, quibus veluti fundamentis astronomia, & ars architecturę nituntur.

Declaratio veræ methodi per exempla mathematica, ac aduersus eos, qui ab ea deficiebant. CAP. 5.

AGe enim, vt declarãdi causa ex architectura exemplũ aliquod promam cũ vrbs cõditur ipsam habitaturis ꝓpositũ sit non per coniecturas, sed exacte quotidie scire velle, quantũ diei tẽporis iam elapsum sit, quantum' q; vsq; ad solis occasum supersit: id problema sanè in resolutoria methodo ad princeps illud iudicatoriũ redigi opus est, si quis ipsum, quo dixi, modo in gnomonica tractatione inuenire debeat, rursum q; ex illo per eandem viam, sed contrario modo proficiscendo compo-

nere:

† Al. per totam vitam.

† Quod de vitæ fine falsa opinio multorum peccatorum initiũ sit.

A nere: queadmodũ & hoc in eadẽ tractatione didicimus. Porrò in hũc modũ cõmuni generali q; via cõperta, nobis ꝙ cognoscẽtibus ex huiusmodi lineis tpis partiũ dimensionem fieri necessum esse, ad corpora deinde trãsire cõuenit, linearũ descriptionẽ, vocatumq; gnomonẽ suscepturã, ac primũ vestigare, quæ corporũ figuræ ad inuentam descriptionẽ idoneę sint: deinde in illis singulis, qualis nã hęc descriptio fieri possit, ex resolutiõe cõpositione q; inuenire. Ac postea, q̃ rõnalis methodus euidentẽ nobis ꝓpositorũ inuentionis confirmationẽ præstiterit, mox ad ea exequẽda, quæ per ipsam inuenta sunt, accedentes, iterũ considerabimus, quo modo depingendi corporis superficiẽ planã, æquabilẽ q; reddemus: hoc deinde per resolutionẽ, & cõpositionẽ adinuento aliquod hmõi corpus fabricari per instrumenta ipsum lineis designare tentabimus: iterũ q; ex resolutione ac cõpositione eo comperto eiusdẽ speciei corpora, qualia nos methodus edocuit, construere enitemur: cum q; postea in multis deinceps figuris delineatio facta, hominibusq;, vt re experiantur, diuulgata fuerit, iam id, quod à principio ꝓpositum fuerat, factum est. Quãdo enim prima linea primũ solis radium excipit, itidem & postremũ vltima, atq; hoc in oĩbus solaribus horologijs depictis apparet, iam ꝑfectò vnum quoddam euidens indicium, ꝙ res ꝓposita inuenta sit, habebimus: item verũ alterũ, cum oĩa delineata corpora inter se cõcordant, nec nõ & tertiũ inueniemus cũ æqualis aquæ fluxus ipsis respondet. Hoc etenim B depictorũ horologiorũ veritatis iudicatoriũ futurum ratio adinuenit: quod dico aũt huiusmodi est. Vasculũ ex quauis materia cõflatum perforato, primum q; solis radiũ intuitus aquæ mundæ imponito, deinde, tibi cũ pictum horologiũ primã horã præterijsse nunciauerit, tu, quãta vasculi portio aqua impleta fuerit, adnotato, ea q; effusa iterũ vasculũ eidem aquæ statim imponito. &, cũ secundam horã solare horologiũ significauerit, vasculũ aspicito: postea, cũ aquã in ipso ad eandẽ partẽ peruenisse, ad quã & prima hora peruenit, inueneris, adnotato celeriter, & exhaustum vasculũ iterũ in eandẽ aquã immittito, ac rursum obseruato, num, quoad tertiã horã horologiũ indicauerit, ad eundẽ vasculi locũ aqua perueniat, ad quem prima aut secunda hora peruenerat: quod ita factũ esse inueniens, exhaurito vasculũ, & iterũ ad quartã vsq; horã in aquã demittito, item q; ad eandẽ vasis partẽ aquam ascẽdisse cõspicatus, ipsam statim effundito, denuo q; in aquã demisso vasculo quintã similiter horã exploraro, cum q; & in hac ad eundẽ locum aquã peruenisse cõpereris, deinde in sexta & reliquis deinceps vsq; ad duodecimã, si prorsum ita fieri cognoueris, rectè depictũ esse horologium tibi persuaseris, qñquidem propositũ demõstrauit: ꝓpositũ erat aũt, in duodecim æquas portiones totius diei tp̃s esse distributum. Porrò numerũ hunc tanq̃ oĩum vtilissimũ delegerunt, dimidium. n. continet, & duplum. & quartũ, & sextũ, & duodecimũ, quæ nullus alius post ipsum numerus vsq; ad vigesimumquartũ con C tinere videtur. Hunc sanè tanq̃ † exiguũ repudiarunt, & duodenariũ numerũ veluti cõmoderatũ iudicantes in tot particulas totius diei tp̃s diuiserunt. Hanc aũt partitionẽ ex vsu esse alij multi et Romani ipsi experientia cõprobantes, atq; vtentes ostendunt: siquidẽ hæreditatem oẽm, cum testamentum condunt, in duodecim portiones distribuunt: & ponderũ ac mensurarũ, quibus in vita opus est, plurimas in duodecim partes diuidũt. Tu vero, si iubeas, tibi per methodũ horologiũ depinxero, ac deinde, siue in duodecim partes, siue in aliũ quempiã sequentẽ numerũ integrũ diem partiri volueris, in illo profectò id, quod proposueras, itidem factum esse cõperies, qñ & perforatorũ vasculorũ mẽsuræ respondeat, & oĩno inter se depicta horologia cõsentiãt eo, ꝙ vltimæ in ipsis lineæ diei fines concludant. Ad hunc sanè modũ & vasculi, quod græci clepsydrã vocãt, fabricã ratio methodo resolutoria vestigans inuenit, cuius iterũ experimentũ vel plebeijs hoĩbus euidens est. Summa. n. eius linea duodecimã horã significãs excelsissimũ locũ hẽt, qua parte clepsydra lõgissimum diẽ dimetitur: breuissimũ vero, vbi linea breuissima est: inter vtranq; media est, æquinoctialẽ diem q̃ declarat: ac deinceps quartã pertransiens perinde oẽs anni dies metieris: quod in medio interest vsq; ad æquinoctialia foramina in clepsydræ labro, tibi p̃dictos quatuor dies significabit: à quibus foraminibus post id, quod lõgissimũ diẽ significat, inuenire scilicet incipiã, vsq; ad quã partẽ altioris in clepsydra lineę hora duo D decima transacta, aqua perueniat: post illa vero itẽ tertia à duodecima cõuersione dies tibi declarabit, deinceps et quartã percurrens eodẽ modo oẽs anni dies vnã illã in clepsydra lineã, quam celsissimam esse dixi, dimetientẽ reperies: quinetiã & alias lineas, quæcunq; excelsissima inferiores sunt, alias horas metiẽtes inuenies, quartã quidẽ à duodecima: omnibus anni diebus vndecimã horã significant ſm eius differentes partes, vt de suprema antedictũ est: sequentẽ aũt quintam, aut sextã horam ſm diuersas partes significantẽ, atq; itẽ sequentẽ septimam, octauã, aut nonã, ac reliquas vsq; ad imã lineã, horã primã te inuenisse in solaribus horologijs clepsydra iam aquæ plena tibi patefit: quemadmodũ & quarta, & reliquæ vsq; ad duodecimã inter se quidẽ æquales singulis quibusq; diebus apparent, ad alias aũt aut præteritas, aut futuras relatæ inæquales: deinde methodum hanc inueniens nõ cupiuisti, heus tu, quid sit, cognoscere? non'ne tuam inanẽ scientiæ persuasionẽ percepisti, qui, proposita hęc cũ nescias, non per anni spatiũ, aut, rectius vt dixerim, nõ in omni vita inuenire valeas? Neq;. n. hæc vnius hominis vita adinuenit, sed paulatim linearũ sciẽtia prouecta est: primo quidem elemẽtaribus in ipsa speculamentis ab aliquo vestigatis: postea, cũ hæc inuenta sunt, posteris hominibus deinceps contemplationẽ illam summopere admirabilem, quã resolutoriã nominari dixi ad illa adijciẽtibus, se se q; in ipsa & alios, qui voluerint, q; diutissime exercentibus: neq; tñ aliquod huiusmodi manuariũ opus, qualia hactenus de solaribus horologijs, atq; clepsydris declarauimus, ostendere potuerunt. At neque temerarij erant, neq; arrogantes, qui huiuscemodi res indagabant, quales isti, qui sapientiam se quærere, aut inuenisse gloriantur: illi aũt verissimo sese honore decorantes, facultatem, quam

† Al. long
*

in anima optimam habebant,exercere,& ad finem perducere cupiebant, rationabilem scilicet dico, E qua exercitata,& bonum habitum sibi congruentem adepta lōge maiores voluptates,ꝙ illi,qui cor poris voluptatibus obstricti sunt,accipiunt.Nulla etenim alia facultate ab hircis,vermibus,porcis,pe cudibus,atq; asinis distamus: neq; vlla alia contemplatio ingenui viri animum vehementius, ꝗ hęc resolutoria facultas,oblectat,cū præsertim in ipsa quispiā magnos progressus fecerit: inter initia vero,quemadmodū & alię ferè oēs disciplinę,laboriosa est.Quòd si nihil etiam delectationis afferret,cū tñ in rebus maximis nobis vsui futura sit,in ipsa exerceri optimum fuerit: cum illud præcipuū(vt modo diximus) habeat,vt,quantam voluptatē afferat, res per ipsam inuentæ declarēt: quod in his, quæ à philosophia indagata sunt,neutiquam repertum est.Quocirca eis,qui in ipsa temere nugant,impu dentes esse licet: neq;.n.vt qui horologium,clepsydram've haud rectè delignauerit,à re ipsa euidēter coarguitur,sic & philosophiæ præcepta euidenti argumento refutantur, verum, vt quis voluerit, ei dicere licet,cum semel impudens absq; rationali methodo ab ipsis rebus sese edoceri affirmat. Quòd si eos solos res vocē adeptæ allocutæ forent,haud ab re sese iactarent,ac gloriarentur: at,cū res sileant, neq; nos,neq; illos alloquantur,iam satis patet solam,quę in nobis est,rationabilē facultatē rerum na turam exploratū ire. Res igitur inuenire potens,id prius in rebus euidenter hoc testantibus demon strato,& methodum nobis dicito,cui omne problema resolutorie subijciatur,ac verarum,falsarum q; F rationum similitudines prius distinguens ostendito,vbi vitium deprehendere liceat,in rebus autem obscuris non amplius fide dignus fuerit. Omnia hæc homines rectè dicta esse consentiunt, præter istos temerarios,& falsa doctrinæ persuasione inflatos,quibus ad veritatē via neq; longa admodū est, neq; eiusmodi,qualem Hesiodus ad virtutē esse cecinit,sed breuis ac plana,aut potius nulla est. Nem pe,si res ipsæ naturam suam oēs homines edocent,nō opus est in rationalibus methodis sese exercentes frustra operam,& oleum perdere. Non'ne igitur ò maxime cunctos sapientia excellere vobis ipsi persuadentes,hoc saltem nobis alijs,qui nondum sapientiā vestram assecuti sumus,esse perspicuum concesseritis,omnes homines oportere omnium rerum veritatem cognoscere,quandoquidem ipsarum natura se ipsam patefacere abunde valet? Tergiuersantur iterū,cum ita fuerint interrogati: non omnes q; aiunt à rebus edoceri.Qui'nam igitur sint isti,quos res ipsæ edoceant,nobis iterum percon tantibus,se ipsos solos aiunt: quid.n.aliud respondere queant,iactantiam scilicet, quam initio profes si sunt,tueri constituentes? At profectò nos istis de se,quicquid velint,pronunciantibus nequaquā credimus: cur.n.proh dij immortales, solis his res ipsæ naturam propriam declarauerint? Num id circo,quia nihil ex primis disciplinis perceperunt? Sed hoc merum mendacium est: alij etenim ple-
* riq; ne illas quidem vlla ex parte delibarunt.Quòd si rationabilem animæ vim in disciplinis exercuissent,effectus id eos posse facere testaretur: atqui nondum eiusmodi contemplationem attigerunt. G Di cent autem forsan solos se perspicaces à natura creatos,atq; res cōgruenter cernere,quemadmodum Lynceus subterranea intuebatur. Quid igitur,si adeo acri,admirabili q; ingenio sunt,in id genus ꝓ positis excutiendis,quorum inuentio veridicos esse inuentores manifestat,planè ridiculi conspiciun tur? Nullum.n.eorum quisquā ipsorum vnq; inuenire potuit: quin & eorum inuentoribus declaran tibus,ac edocētibus alij sanè discunt,isti vero soli,& inexercitati,& ingenio tardi percipere nequeūt:
* deinde me prouocāt,atq; aliquis ex ipsis forte me intellexit,nō tñ,quod dixi,recitare valet. Quę'nam itaque cæcitas in proprijs dignoscendis vitijs hac istorū ignoratione maior est,ꝙ vulgaribus homini bus sese rudiores cum videant ad ea percipienda,memoriæ q; mandanda,quæ ab arithmetica, geome tria,architectonica, astronomia q; reperta sunt,postea philosophiæ locos adeo facile exploratos sese habere censeant,vt res ipsas sese ostendere absq; demonstratione,rationali q; methodo cōtendere audeant? Porrò,ꝙ sponte inter se adulentur,neq; veritati inueniendæ operam nauent,ex eo scire licet, quòd de re aliqua singuli inter suos tantum discipulos disserunt,omnes q; alios tanquam aberrantes calumniantur,atque vituperant.Ego vero,si in vnum eos locum cogere velim,id non ferunt,sed statim verecundiam prætexunt,neque se coram hominum multitudine sermonem facere posse confir- H mant: nihilominus singulis diebus ipsorum alius viginti auditores habet,alius triginta, & non nunquam plures,neque inter illos dicere erubescunt. Verum ego,si tres aut quatuor eorum collegio interesse voluerim,exempli causa Platonicos quatuor,tres aut quatuor Epicureos, totidē numero alios Stoicos,& Peripateticos,ad hos,tres Academicos,aut vocatos Scepticos, hoc est, consideratiuos, vt omnes ex philosophia viri vicenarium numerum expleant,præterea vltra enumeratos,si totidem ad sint,qui rationalem potentiam in mathematicis exercuerint,sed philosophicos sermones ignorent, tunc nullus istorum eiuscemodi virorum conspectum sustineat.Quòd si non nunquam ab hominibus nulli sectæ addictis,in dicendo autem exercitatis coacti eiusmodi hominum cœtibus interesse nō recusent,dū isti inter illos altercantur,suas q; rationes conglomerant,multoties aliquis geometra superuenit,accesserunt & medicorum non nulli,& alij quidam dicēdi studiosi,et mathematicis discipli nis instructi,eas quidem,vt quæstū facerent,exercentes,& nulli in philosophia sectę inseruientes : at que tunc,vt mihi moris erat, ab ijs petij,vt istorum philosophorum rationes dijudicarent: tum eorū quidā optime controuersiā sedari posse,inquit,si in id,quod mundum continere isti aiunt, vacuū pro fecti experiantur,nunquid in eo positum corpus vna in sede manere, an & ad alium quoque locum transferri aptum sit. Alijs quidem omnibus hæc dicta placuere, soli ipsi inter se nobiscum q; rixari non destiterunt,probabiles rationes à necessarijs distinguere nequeuntes. Potest enim corpus in vacuo vno loco manere,potest & non manere,neutra secta necessariam ostensionem habente.

In

A *In eos, qui temere, & inconsiderate, nulla que adhibita methodo aliquid pronunciant.* CAP. 6.

SEd iã mihi tempus aduenisse videtur, vt & ego aliquid in medium afferam, parum sane sperãs ab istis suam inanẽ scientiæ persuasionem relictum iri: neq; tñ id ipsum exiguum esse duxi, ipsam videlicet non intẽtatam relinquere. Id igitur ab oĩbus conceditur, oẽm demonstrationem ab euidentissimis inchoari, sed ilico primus ab ipsis ad ignota transitus ab Academicis, & Cõsideratiuis appellatis philosophis non conceditur: inter nos vero id conuenit, ꝙ aliud inuenimus, quod illorum ambiguitatem auget. Cum.n. ex euidentibus aliqua intelligentię, aliqua sensui euidentia sint, inter se non nunquã hæc pugnare videntur, atq; in primis hoc ipsum hoĩe exercitato eget, hæc neutiquã inter se diffidere ostensuro. Secundũ ab hoc maximũ est, quę euidenter clara sunt, a non euidẽtibus internosse, quidã enim temere, non dũ clare apparentibus perinde, ac talia sint, assentientes, falluntur. Sed quid mireris, inquies, id in rebus intellectui claris temerarijs hoĩbus accidere, id ipsum cernens & in singulorum sensuum actionibus quosdam cõmittere, cum ex longiore, s. interuallo, ꝗ̃ videndi requirat potentia, aliquem accedentẽ intuiti: Exempli causa, Dionem esse, qui accedat, tanquã exacte cõspicati affirmant: atqui iste propius accedẽs interdũ non Dion, sed Theon esse visus est. Itaq; si procul, & prope visorum imago non differret, minime de his, quæ procul aspiciuntur, inter se dissidentes, neq; redarB guerent vnquã, neq; redarguerentur: sin alia vero est prope visorum, alia non prope visorũ actio, vt illis, qui propius intuentur, notum est, haud iniuria non nunquã decipiũtur. Hoc igitur ante oĩa memoriæ mandato, ante, ꝗ̃ ad intellectui manifesta pertranseas: ne & tu incõsiderate qñq; pronũcies, & aliquod visibile procul accedens equũ esse, verbi causa, dicas, quod, propius cum fuerit, Theodorus esse cognoscatur: aut potius te in omni vita ab hmõi tam facili assensu abstineto, quem procidẽtiam, & temeritatem noĩant. Mihi sanè id tñ de me tibi dicere liceat, nullus me vnquam ita deceptum esse ostendere poterit. Ab adolescẽtię nanq; temporibus ita me semp assuefeci, vt tam in his, quæ sensui, ꝗ̃ in his, quæ rationi manifesta videntur, ab inconsulto & præcipiti assensu cauerẽ: ad quæ trãsiens iam tibi iterum in memoriã reuocare, hortari q; decreui, vt nulli falso fidẽ habeas, vt quotidie permultos amicorum alicui, quęuis loquenti assentiri, video: ꝙ si duo, tres, aut quatuor idem dixerint, non renituntur: sed, cum vni assensi planè fuerint, idem tribus, aut quatuor dicẽtibus temere assentiuntur: neq; illud perpendunt, vtrum istos oẽs ex vna cõi causa verum dicere, aut contra ex vna cõmuni causa mẽtiri liceat. Satius igitur fuerit hic cunctari, quẽadmodum & ego facere soleo, & si ꝗ̃ maxime derisorem me, & incredulum amici mei temere assentientes noĩant. Igitur non nulli sunt, qui, cum aliquem peregre aduenisse de quopiam audiuerint, statim mihi venisse hoĩem renunciant: sed paulo post menC dacij conuicti, & à me reprehensi, tñ abest, vt in posterum sese cautiores præstent, vt etiã ægre ferentes mihi irascantur, dicant q; se non esse mendacij authores, sed cuidam illud dicenti credidisse, eius q; peccatum esse non suum, propriã in assentiendo inconsultam temeritatem considerare nolẽtes. Nẽpe si, vt ego dicere consueui hoĩem hunc mihi hac de re hoc dixisse, hunc in modum, & ipsi sermonẽ facerent, haud profectò mentirentur. Nunc vero, dum mendacium referenti credẽtes falluntur, non illum modo, verum ẽt se ipsos mendaces esse demõstrant: cum amicum peregre in patriam redijsse ipsis non asserere, sed ab alio id se audijsse, dicere liceret. Qñquidem igitur huiusmodi rebus ipsorum haud multo post mendacium declarãtibus, non desistunt tñ propensè nimis fidem adhibere, quid in abstrusis, atq; reconditis ipsis accidere putandum sit, quas percipere sanè, ꝗ̃ difficile est: Facilius quidem fuerit vnius rei semp meminisse, ꝗ̃ in eius exacta cognitione euidenter persistere: difficillimum aũt iccirco fuerit, qm̃ id ipsum facere pleriq; recusant. Mihi vero huiusce præcipitis audaciæ causam quærenti, oĩa hæc ipsi agere, vt reliquos ingenio præcellere censerentur, visi sunt. Celeriter.n. quoduis aut sensu, aut intelligentia cõsequi laudabile est: quod solum isti hoĩes intuẽtes sese vicino apprehensionis celeritate meliores, probaturos esse confidunt, cum tñ ignorantiæ potius celeritatem ostendant. Hæc itaq; à me generatim aduersus oẽs temere aliquid pronunciantes inuenta dicere volui.

D *Refelluntur rursus, qui de ignotis rebus apertas se rationes habere existimant, & in his labuntur, quorum clara, & euidens est comprobatio.* CAP. 7.

CÆterum ad istos rursum philosophos reuertamur, qui incõsiderate de corporibus in vacuo stãtibus, aut descendentibus sermocinãtur. Architectus nãq; ita non affirmasset prius, ꝗ̃ in ipsum vacuum è mundo egressus rem experientia cõprobasset, atq; vnumquodq; in vacuo positum corpus aut eundẽ locum obtinere, aut in aliũ transmutari apertissime cõspexisset. Eiusmodi nanq; ad ostensiones constituendas principijs euidentibus, ac sine controuersia ab oĩbus cõcessis ipsos vti cognouimus: at vos de ijs philosophantes, quorum nullam certam notitiam habetis, ea, ꝗ̃ clarissime dignosci posse contenditis. Proxime duos altercantes philosophos audiui: alteri.n. eorum aqua lignis grauior esse videbatur: cõtra, alter ligna grauiora esse defendebat: vterq; aũt sursum ac deorsum intuẽs lõgas rõnes afferebat. Caput, præcipuum q; alterius philosophi argumẽtum erat, constrictã, densam q; substantiã grauiorem esse, quocirca ligna, ꝗ̃ aqua, grauiora esse: Alterius ratio potissima fuit, aquæ minus vacui, ꝗ̃ lignis, inesse, ideo ipsam quoq; grauiorem esse debere. Hæc vero dicebãt prolixis sermonibus, non demõstratiuis rationibus sententiam suam roborantes, tanquam ipsis rem sensui dijudicare (quẽadmodum & nos facere nouisti) non liceret. Sed ipsum philosophi adhuc dicere volẽtes interrogauerunt, quis nam esset modus, per quem euidenter apprehendi posset, vtrum ipsorum grauius esset, neq;.n. in lancibus id fieri posse dicebant, quemadmodum neq; ex vase pleno: etenim expendere lignum possumus, non tñ vas aliquod ipso replere, quod rursum aqua implere valemus.

Hæc

Hęc igitur istis (vt soliti sunt) garrientibus ridens architectus inquit, Nimirũ vos oẽs sapientes vide- E
ri uolentes eiusmodi semp estis,quæ extra mundum sunt,de quibus coniectura notitiã accipere solũ contingit,sciẽtifice aũt comprehẽdi nequeunt, cognoscere vobis persuadẽtes,hęcaũt, quæ ad manũ sunt,vel imperitis hoĩbus interdum patentia,penitus ignorantes,quẽadmodum & id ipsum in p̃sentia propositum,aquę, s. ac ligni ponderis exquisitio. Oĩbus igitur,qui ibi aderãt,architectũ rogantibus,vt,quo pacto ligni & aquæ grauitas iter se cõparari,dijudicari q́ firma,ac certa sciẽtia posset,edoceret,ipse quidem breui,& aperte, vt oẽs qui aderãt p̃ter solos philosophos,intelligerẽt, explanauit: ab illis vero bis,& ter eundẽ sermonẽ repetere coactus est,vix q́ tandẽ sic rem apprehendere potuerunt. Quocirca iure,inquit architectus,permulti nihil istis p̃ter inanẽ sciẽtiæ persuasionẽ inesse prædicant: stulti nãq;,& ingenio hebetes in rebus oĩbus obscuris,& recõditis conuincunt: at isti vano sapientiæ noĩe prediti in notis & aptissimis hęrẽt,atq; hallucinant. Tunc ego hæc eius sermoni subijciens haud iniuria ab ipsis accidere dixi,q̃nquidem, vt à p se notis ad ignota trãseundũ sit, nunquam discere laborarunt,neq; in illis sese rebus exercere, q̃ recte inuenientiũ veritatẽ comprobare, non inuenientium aũt errorem coarguere queãt. Cæterũ,vt rideatis,inquit,istorum q́ fastus, quãtus sit,cognoscatis,vnum aut duo ex ijs,quæ hmõi hoĩes supercilia cõtrahentes inconsiderate proferunt,recitare decreui,primum q́ illud p̃cipue dixero. Posteaquam Peripateticus quidã philosophus accessit, F vnicum esse mundũ asserens,eum q́ plenũ,extra quem nullum esset vacuum,quẽadmodum neq; intus: duplici d̃ria,dixi,ab hoc philosopho vterq; istorum discrepat,ostẽdi aũt Stoicum philosophũ,& Epicureum: Stoicus.n.in mũdo quidẽ nihil vacui,sed extra mundũ vacuum esse locũ asserebat: ambo hęc Epicureus cõcedens in alio quodã ab ipso dissentiebat: neq;.n.vnũ esse mundũ, quẽadmodũ Stoicus,in hoc sanè Peripateticis assentiens,opinat,sed,quẽadmodũ vacuum magnitudine infinitũ, ita & mundos in ipso multitudine infinitos esse contẽdit. Ego vero, q̃ isti tres suis somnijs patrocinari volẽtes dicerent,audiui,ipsos q́ nulla rõne ostẽsoria,sed probabili & coniectrice muniri exactissime cognoui: interdũ vero,neq; sese,ꝙ mentiantur,aĩaduertere,cũ eos singulos,vt in hoc idẽ propositum aliquã demõstrationẽ afferrent, prouocaremus. Hoc mõ itaq; ea,q̃ in libris ipsorum scripta esse nouimus,disserebant: oĩbus aũt presentibus clarissime nullus ipsorũ rõnem necessariã,aut linearũ demrõni consimilem,sed ex argumẽtatiunculis,quibus rhetores vti solent,cõpositã afferre visus est. Sed hactenus de diuitibus sermo habitus est. Ad nos igitur ipsos, quicunque diuites non sumus, reuertamur,iterum q́ aliquem ex sapientibus percunctemur,num æquum sit seipsos solos veritatẽ cognoscentes prædicare ab omnibus alijs tum imperitis,tũ philosophis cognitam. Illud nanq; grauissimũ est (dicebam) singulos videlicet philosophos extra proprium gregẽ à nullo alio laudari. Quẽ igi G tur alium decet omnes philosophos iudicem, quam ipsa sensibus euidentia expectare, atq; ex omnibus rationalibus artibus arithmeticos,ratiocinatores,geometras,astronomos, architectos,iuriscõsultos,rhetoras,grãmaticos,musicos? etenim,qui se ipsum iudicat,atq; coronat,aliorũ iudicũ si expectet sententiam,omnibus suffragijs condẽnabitur. Hæc in præsentia de peccatis abunde dicta sunto.

GALENI DE CONSVETVDINIBVS LIBER

ab Augustino Gadaldino è Græco,ad verbumfer, è latine expressus.

ARGVMENTVM LIBRI

Consuetudinum vires, & causæ explicantur.

Improbatur eorum opinio, qui scopum à consuetudine sumptum abrogare conabantur: probatur q́; quantum consuetudo possit, addito etiam Hippocratis,& Erasistrati testimonio. CAP. I.

*A * βοείων. de carnibus autẽ bubulis semper loquitur. vide cap.2.*

*B * Al.mensem.*

*C * Al.quàm ante. vide infra ca. 2. nõ lõge à principio.*

Vm ex curatiuis scopis vnum,& eum esse, qui à consuetudinibus sumitur,non optimi solum medici, sed omnes etiam homines censeant: non nulli tamen ex ijs,qui bona omnia corrumpunt,deijcere eum conantur: interrogantes nos, cur lęsus quis, verbi gratia, in primo vsu à [a] bubularũ carnium esu,ac deinde coactus singulis diebus p totum [b] annum eas comedere, vel nihil amplius lędatur, vel [c] insuẽtis minus: postea, quicquid nos dixerimus, verbis illi euertentes, existimant vnà cum ipso, rei quoq; essentiam sustulisse: nõ secus,ac,si quis,vbi omnibus opinionibus de modo,quo videmus,contradixerit,minime etiã videre nos concedat. Quòd igitur maxima portio ad remediorum inuentionem sit ea, quæ à consuetudinibus capitur, euidenter apparet. ob id q́ etiam Hippocrates in Aphorismis scripsit. [d] ‖ Assueti solitos labores ferre,quamuis imbecilles sint,vel senes,insuetis fortibus, & iuuenibus facilius ferunt:

D ‖ 2. Aph.49. Ext.ord.19.a

Fusius q́

A [1] ‖ Fusius q; etiam in libro De diæta acutorum exposuit, tum læsiones, quæ ex insolita fiunt diæta, b † tum vtilitates, quę ex solita. Erasistratus item in secundo De paralysi libro, de oĩbus consuetudinibus eo, quo Hippocrates, modo, sentire videtur. Ac præter hos, antiquorũ medicorũ nullus est, qui causam cõfessam, indubitatã q;, tum horũ, tum aliorum dixisse nõ videat. Nam qui probabilẽ causam existimant inuenisse, c † in vna sane materia, alij aliã inuenere, nõ nulli quidẽ in cibarijs solis, nõ nulli vero in exercitationibus, vel vitę institutis: in oĩbus aũt materijs nullus. Enimuero de frigidæ quoq; exhibitione, quã in acute ægrotantibus sępe numero facimus, non nulli nobis aduersant, prohibẽtes ipsam dari febrientibus, ac iubẽtes nos illis indicationibus esse contẽtos, quæ ab alijs scopis sumunt, quas & à locis affectis, & ab eorũ affectione, ętate q;, & regione, & anni tempore, & ab ipsius laborantis tẽperamento, et facultate vsurpare consueuimus: ridiculũ esse asserentes, si, dũ phlegmone laborat iecur, vel pulmo, vel ventriculus, vel aliqua alia ex ita præcipuis particulis: ei qui frigidæ potator est, frigidum offerri potũ nullã aliam ob causam, nisi ob consuetudinem, permiserimus. Æque enim hoc esse aiunt, ac si concedat, aqua frigida lauari eos, qui ita assueti sunt, licet febricitent: Quasi oĩbus quocunq; modo ægrotãtibus, oĩa, quæ ipsis cõsueta sunt, facere permittamus, nec vna cum alijs omnibus scopis, eum quoq;, qui à cõsuetudinibus est, admittamus. Aristoteles igitur Mitylenęus, vir, in specu-

A ‖ Vide infra uerba Hippocr. citata.

B † In codi. græco est [illegible] ... & oĩo debet hæc uerba adesse.

C † [illegible] est in græco.

B latione peripatetica primatum tenens, cũ in morbum quẽdam incidisset, qui à frigidæ sane potione iuuari poterat, quia tñ talem potum nunq̃ ingessisset, medicis eum bibere consulẽtibus repugnabat, manifesto se scire affirmãs, se, frigida gustata, spasmo correptum iri: nam & hoc ipsum asserebat se vidisse in alio, qui sibi, & corporis habitu, & temperamento erat similis, calidæ q; potioni erat assuetus. Quod si tali potui, sicuti non nulli, assueuisset, maxime quidem nec ipse illius oblationem timuisset. tandem tñ medicis eum oĩno compellentibus, frigidam potauit. Ac ille quidem ita obijt, vt audiui. Cum aũt me interrogarent, qui illi morienti aderant, vtrum, sicut in alijs, aliqñ quidem per totũ morbum, aliqñ autem in aliquo tempore, frigidam dare ausus sum, quis ceteri medici eam dare vererent: ita quoq; & in illo ausus fuissem: et an recte suam ipsius naturam vir ille coniectasset: Respondi, eum sane exquisite coniectasse. gracilis enim admodum erat, os q; ventriculi frigidissimum ab initio habebat, ita vt singultu statim corriperetur, si qñ vel leuiter refrigeraretur. Verum, sicuti hic frigidũ potum non sustinuit, tum propter consuetudinẽ, tum propter corporis naturam, licet morbus indicaret: ita alijs valde audẽs dedi, si febris causus exquisitus esset, nullum q; viscus phlegmone tentari conspiceret. nec solum valde audens dedi, sed vnà etiam familiaribus laborantis prædicens, nisi frigidam biberit, moriturum oĩno esse hoĩem: sin biberit, multam spem salutis habiturum. & oẽs (quod cum

C Deo dictum sit) superstites euasere. Quare, postq̃ hoc remedium diuturno experimento comprobatum est, ad causæ inquisitionẽ accedamus, in memoriã prius reuocantes, tum quæ Hippocrates in libro De diæta acutorum, tum quæ Erasistratus in secundo De paralysi scripsit. Ac series quidẽ Hippocratis ita se habet. ‖ Atqui facile addisci potest, q vitiosa dięta comestionis, & potionis, ipsa sibi ipsi semper similis, tutior vt plurimum est ad sanitatem, q̃, si quis repente magnam mutationem faciat ad aliud melius. qñquidem & ijs, qui bis cibum capiunt in die, & ijs, qui semel cibum capiunt, repentinæ mutationes noxas, infirmitatem q; inferunt. Et ij sane, qui prandere non consueuerunt, si pransi fuerint, statim infirmi fiunt, & toto corpore graues, & imbecilli, & tardi: si vero etiã supercęnauerint, acidum ructantes: quibusdam aũt etiam spatile (hoc est humida deiectio) aduenit, qñ præter consuetudinem onere grauatus est ventriculus, solitus superficcari, & non bis intumescere, neq; bis elixare cibaria. Deinceps, cum interim modũ tradidisset quo quis horum noxam sanet, sermonem rursus de ijs, qui consuetudinem trãsgrediunt copulans, ita scribit. ‖ Adhuc vero magis is laborauerit, si ter in die cibum capiat ad saturitatem: & adhuc etiam magis, si pluries. quãquam sane multi sunt, qui facile ferunt, ter in die cibum capiẽtes ad satietatem, si sane ita fuerint assueti. Quin, & qui bis cibum in die capere consueuerunt, nisi pransi fuerint, imbecilli, & infirmi fiunt, & ad omne opus timidi, & cardial-

Cõm 2 t. 21. 7 129, c

* [illegible]. vide Gal. ibi in fine commenti.

Ibidem t. 23.

D gici. pendere enim videntur ipsis viscera, & mingunt calidum, & viride, & stercus cõburitur. sunt & quibus os amarescit, & oculi cauantur, & tempora saliunt, & extrema refrigescunt. & plurimi quidẽ eorum, qui pransi non sunt, cænã comedere non possunt: si vero cænauerint, ventriculũ grauant, ac multo magis ęgre cubant, q̃ si pransi fuissent. Cum ergo talia sanis eueniant ob dimidij diei mutationem diætæ præter consuetudinẽ, neq; addere cõmodum videtur, neq; detrahere. Si igitur hic, q pręter consuetudinem semel cibum capit, tota die exinanitis vasis, cænauerit quantum solebat, verisimile est ipsum (si cùm impransus esset, laborauit, & infirmus redditus est, cum aũt cænasset, grauis effectus est) multo magis grauari. Si vero lõgiori adhuc tẽpore, exinanitis vasis, derepente postcænauerit, magis vtiq; grauabitur. Post hæc aũt rursus Hippocrates (quemadmodum etiam superius) correctiones quasdam genitæ lęsionis in ijs, qui præter consuetudinem vasa exinanita habẽt, scribens, deinceps rursus ita inquit. ‖ Multa vero etiã alia his germana de vẽtriculo quis vtiq; dicat, q facile ferũt esculenta, quibus assueti sunt, etiam si non sint bona natura: similiter autem & poculenta. Et quæcũque sane multus carnium esus præter consuetudinẽ comesus facit, vel allia, vel silphium, vel succus ipsius, aut caulis, vel alia quęcunq; huiuscemodi, magnas vires peculiares habentia, minus vtiq; quis mirabitur, si talia labores ventriculis, magis q̃ alia, faciant. At {iuste mirabitur} si didicerit, quãtam maza turbationẽ, & tumores, & flatum, & tortionem ventriculo inferat præter consuetudinẽ comesta ei, qui panem comedere sit solitus, vel qualem panis grauitatem, & tensionem vẽtriculi ei, qui mazam comedere sit solitus: vel ipse quoq; panis calidus comestus qualem sitim inferat, & repentinam plethoram,

* Quidem cod. habet [illegible], i. copiose cænauerit.

Ibidem. t. 33. 131. a

Hæc erant in antiquis græcis

plethoram, propterea ꝙ tum exiccatorius, tum tardi gradus sit: & panes valde puri, & qui cõfusanei E sunt, (syncomistus appellant) præter consuetudinẽ comesti, q̃ diuersa inter se faciant: & maza etiam sicca præter consuetudinẽ, aut humida, aut viscida: & polentæ quale quid faciant recentes ijs, qui nõ sint assueti, & aliæ ijs, qui recentibus sint assueti: & vini potus, & aquæ potus præter consuetudinem in alterum repente permutatã: & aquosum vinum, & meracũ præter consuetudinem repente potatum: illud.n. pladon (id est humiditatem) in superiori ventre infert, & flatum in inferiori: hoc autẽ venarum palpitationẽ, & capitis grauitatem, & sitim. albũ item vinum, & nigrum ei, qui præter consuetudinem ꝑmutat, licet ambo vinosa sint, multa tñ in corpore alterarint: vt minus mirum quis vtique dixerit, dulce, vinosum q́ȝ vinum non idẽ posse, repẽte permutata. Ex Hippocrate quidem satis sint, quę hucusq́ȝ scripta sunt exempla de cõsuetudinum facultate. Erasistratus autem in secũdo De paralysi in hunc modum scripsit. Oportet autem vt, qui ex ratione curaturus est, multam admodũ considerationem de consuetudine, & insuetudine faciat. dico sanè hoc modo. Qui assueti sunt laboribus, etiam si multum laborauerint, non lassantur: qui vero insueti sunt, etiam si parũ laborauerint, sublassantur. Edulia q́ȝ consueta, licet concoctu difficilia sint, non nulli facilius concoquunt, q̃ insueta, licet faciliora sint concoctu. Excretiones q́ȝ consuetas, licet eæ incõmodæ sint, quia tñ in consuetudinem venerũt, requirit corpus, atq́ȝ his priuatum, in morbos incidit. Quale euenit & circa hęmor F rhoidum fluores, & purgationes, quas non nulli sibi ipsis consuetas faciunt. Quale etiam & ijs, quibus vlcera ꝑ tempus erumpunt, ichorem q́ȝ fundunt. Quale item ijs, quibus per quędã tempora cholerę fiunt. Omnes.n. tales excretiones, licet incommodę sint, requirit corpus: & vbi ipsę consuetis tẽporibus non fiant, in affectus non exiguos incidunt ij, q̃bus talia erant consueta. Conspiciuntur etiã & talia quædam euenire per consuetudines in versibus iambicis, quos sciamus. si quis enim nos iusserit ex medio versu duos, vel tres versus recitare, nos q́ȝ huic rei insueti simus, id haud prõpte facere possumus: per continuatam aũt numerationem, vbi ad eosdem versus peruenerimus, ex parato facile q́ȝ recitamus: assuescentes autem, tandem etiã id prompte facimus, quod prius difficulter præstabamus. Accidit etiam & tale quicpiam. Nam qui ad discendum sunt insueti, tarde & pauca discunt: qui autem sunt assueti, multo plura discunt, facilius q́ȝ. Simile etiam & circa inquisitiones euenit. qui.n. prorsus insueti sunt inquirere, in primis motionibus cogitatione occæcantur, obtenebrãtur q́ȝ, ac statim ab inquirendo desistunt, cogitatione nimirum fatigati, ac pręimpotentes redditi: non secus, ac illi, qui cùm cursui sint insueti: ad curandum tñ accedunt. Qui vero inquirere est assuetus, cogitatione per totum penetrans, inquirens q́ȝ, ac eam multos in locos transferens, ab inquisitione nõ desistit, nedum in vna die, sed neq́ȝ in tota vita ab inquirendo quiescens: ac ad alias notiones a re, quę inqui- G ritur non alienas, cogitationem transferens, progreditur quo vsq́ȝ ad rem propositam perueniat. Ita sanè videntur hucusq́ȝ ea, quæ in cõsuetudine sunt, pollere in omnibus nostris affectibus, tam animalibus, q̃ corporalibus. Ac de his quidem in præsenti satis sit dictum. In vniuersalibus autem sermonibus de medicina habitis copiosius enumerata sunt, quę certe necessariã considerationem ab eo expostulant, qui nolit in multis, quæ ad medicinam spectant, claudicare. Hęc quidem celeberrimi medicorum Hippocrates, & Erasistratus dixerunt de facultate consuetudinum, non rationi inuentionẽ eorum attribuentes, sed ex ijs, quæ manifeste apparent, edocti: quemadmodum profectò, & alij homines, quicunq́ȝ nõ suum, aut asinorum more viuunt, sed mente assequuntur à quibus rebus ipsi, vel iuuantur, vel lęduntur. Licet enim ipsos quotidie audire dicentes, huic edulio, & huic potui assuetos esse: ideo q́ȝ non posse ipsa relinquere, propterea ꝙ in mutationibus læduntur. Eodem quoq́ȝ modo, & de vitæ institutis dicunt, verbi gratia, lotione, illotione, equitatione, venatione, cursu, lucta, vigilijs, insolatione, refrigeratione, & quæcunque sunt eiusmodi.

Causa cur multum possit consuetudo in ijs, quæ comeduntur, & bibuntur, vbi pulcherrima de concoctione ciborum, & de familiaritate corporis nutriendi cum nutriente traduntur. CAP. 2.

IGitur, & nos quoq́ȝ eos aspernati, qui vel nihil, vel parum existimant ad curationem conferre sco- H pum, qui à consuetudinibus sumitur, consideremus quæ nam sit causa, cur multum possit consuetudo: & an vna quædam sit {in omnibus,} an secundum vnamquaq́ȝ materiam alia {atq́ȝ alia.} dico autem materiam, ex qua constitit cõsuetudo, verbi gratia (vt dixi) cibaria, vel potiones, vel exercitationes, vel aliud quicpiam tale. Etenim initium ab ijs, quæ comeduntur, & bibuntur, faciemus. Cur igitur qui bubularum carnium esu assuete vtuntur, aliqui quidem nullo modo lęduntur, aliqui autem minus q̃ ante? Aut propter quid secundum naturam aliqui à principio (vt ipse Erasistratus scripsit) facilius bubulas carnes concoquunt, * q̃ saxatiles pisces? Sed huius quidem causa dicta est in tractatione de Naturalibus facultatibus: dicetur tñ & hoc in libro paulo inferius, in sermonis cõmunitate. Nunc autem ab ijs, quæ propter consuetudinem, melius concoquunt quodcunq́ȝ ex cibarijs, initium doctrinæ faciam, cõmunem hypothesim sumens, tum ad alia oĩa, tum ad ea, quæ naturaliter quibusdam familiaria sunt, & non familiaria. Ac dictum quidẽ est fusius de his in omnibus tractatione de Naturalibus facultatibus: de ijsdem tñ & nunc sermonem habebimus: concoctionis notione prius ob oculos posita: Quemadmodum.n. pistores panem coquere dicunt, non q̃n triticum cribrauerint, aut molentes in minimas particulas contriuerint, sed q̃n, his peractis, & affusa aqua, fermento q́ȝ admixto, pinserint: {& panes effecerint} ac deinceps aliquo fouente cõtectos siuerint, donec (vt ipsi vocant) fermentati fuerint, ac postea in clibano vel furno assauerint. Ita & ijs, quę in vẽtrem deglutita sunt, non postq̃ in ipso contrita ac soluta fuerint, concocta esse dicimus: sed quando

** φυσικῶν est in græco codi. sed arbitror legẽdũ τροφῶν, i. Alimentorum. Nam nõ in libris de facultatibus Naturalibus hoc tradit q̃d sciã, sed in primo de Aliment. facult. cap. 1. & ta etiam paulo inferius*

A (veluti frumenta, quæ coquuntur) mutationem secundum qualitates adepta fuerint. Quemadmodũ autem in pane frumentum quod coquitur, in qualitatem nobis vescentibus familiarem redigi oportet: ita & in vẽtriculo, immo adhuc etiam magis, in familiariorem. nomino autem οἰκειοτέραν, id est familiariorem, alteram altera, secundum similitudinem corporis, quod ex ipsa nutriri debet: aliud enim nutriens, alij corpori nutriendo familiare est: ideo q; animãtes ad familiaria nutrimenta à nullo doctæ, sed à natura impulsæ, accedunt: iumenta quidem ad herbas, paleam, fœnum, & hordeum: leones autem ad carnes, sicuti etiam pardales, & lupi. Quemadmodum igitur in animalibus secundum genus non parua differentia familiarium vnicuique nutrimentorum est: sic etiam & secundum speciem in generibus inueniuntur differentiæ magnæ. cum alij ne gustare quidem vinum possint, alij autem quamplurimum etiam innoxie bibant, & alij quidem, (vt dictum est) bouum, & hircorum, & arietum carnes cum delectatione comedant, innoxie'que concoquant, alij nec odorem ipsorum sustineant, nec esum. si q; per alterius escę penuriam (vt in fame fit) eiusmodi carnes ingerere cogantur, concoquere ipsas nequeunt citra nocumentum, ac appetitum ex oblatione subuertunt, grauantur q; de repente: si q; ructus aliquis ipsis superueniat, nec ipsum quoque innoxie tolerant. Quoniam autem hæc ita se habere conspiciuntur, primum quidem illius meminisse oportet, homi-
B nes assumere, quæ suauiora sunt, alios alia secundum naturę familiaritatẽ, accedere q; ad talium esum libentius, tanquam ea sibi ipsis concoctu faciliora visa sint esse: auersari autem, & fugere, quæ insuauia sunt, concoctu q; difficilia: Ita vt consuetudo signum sit familiaritatis naturalis. Quòd autem & vt causa sæpe numero fiat, constat ex ijs, qui in principio quidem insuauitate vel nocumento à quibusdam ingestis afficiuntur: si autem ipsis paulatim assuescere sustinuerint, insuauitate aut nocumẽto non amplius afficiuntur. Causa autem & huius rei talis est. Sicuti vnumquodq; eorum, quæ comeduntur & bibuntur, secundum aliquam qualitatem alteratur, ita & ipsum quodam modo afficit id quod alterat. Licet autem huic rei euidens capere argumẽtum ex humorum ab vnoquoq; cibario genitorum differentia. Nam alia quidem melancholicum gignunt sanguinem, alia pituitosum, vel qui pallidam flauam q; nominatam bilem non paucam habeat, sicuti non nulla purum sanguinem: Differentiam ergo aliquam particulis quæ nutriuntur inter se necesse est fieri secundum nutrientis sanguinis ideam. Euidens autem argumentum assimilationis nutrientium ad id quod nutritur, est ipsa plantarum, & seminum trãsmutatio, eousq; sæpenumero facta, vt quæ maxime nocua in alia terra erat, si in aliam trasplantata fuerit, non solum innocua, sed etiam vtilis fiat. Frequens enim, & horum est experientia apud eos, qui & de agricultura, & de plantis cõmentarios composuerunt: quem
C admodum & trãsmutationis secundum regiones factæ, apud eos, qui de animalium historijs scripserunt. Quoniã ergo non solum alteratur id quod nutrit ab eo quod nutritur, sed & ipsum aliquo modo exigua quadam alteratione alterat, necesse est exiguam hanc alterationem, tractu temporis, notabilem fieri: ita vt ad æqualem vim cum familiaritate naturali veniat ea, quæ ex diuturnis consuetudinibus fit. Ac in ijs quidem, quæ comeduntur, & bibuntur, inuenta mihi esse videtur causa facultatis consuetudinum.

De vi consuetudinis ex alteratione externa. CAP. 3.

IN ijs autem quæ extrinsecus nobis occurrunt, deinceps inspiciamus. videntur enim, & hæc eandem secundum genus habere causam cum prædictis. Alterationem igitur quandam efficiunt in corpore præcipue quidem earum particularum, quæ in superficie sunt, iam vero & earum, quæ sunt in profundo. Etenim primum quidem cutis stipatur, & contrahitur, & stringitur, & densatur à refrigerantibus: deinde vero, & quæ illi proxima sunt. Si q; longiori tempore eandem alterationem patiatur corpus: eis etiam, quę in profundo sunt, communicatio fit trãsmutationis. †At per initia statim, per accidens, non primo, mutatio alteratio q;, non minime ijs, quę in profundo sita sunt, ab efficienti causa contingit: densata enim cute, caliditas in profundo corporis colligitur. Sicuti autem re-
D frigerans causa prædictas alterationes efficit, eadem etiam ratione contrarias istis, calefaciẽs. Etenim natura comparatum est, vt à contrarijs contraria fiant, hæc quidem primo, hęc autem per accidens. In qua sanè re etiam, potissimum falluntur multi, videntes aliqua per accidens similiter effici à contrarijs: sicuti sanè rursus contraria sæpenumero ab eisdem causis fieri. Enim vero, & in calefacientibus similiter decipi contingit. calida enim causa, verbi gratia, Sol, cum alicui corpori diutius inhæserit, contrariam affectionem ei, quę à principio fuerat inducta, circa ipsum efficit. In principio enim nos tepefaciens, humida fundit, cutim laxat, ac molliores efficit carnes. Si vero pluribus diebus æstatis tempore in ipso quis nudus versatus fuerit, squallida certe huic dura q; fit cutis, siccæ itẽ carnes. Sed hoc in talibus non solius diuturnæ caliditatis est opus, sed & siccitatis ipsi coniunctæ. Ac sæpenumero sanè in ratiocinationibus, quæ de causis habentur, hoc nos fallit, q; causa complicata despecta sit. oportebat enim nos animaduertere, aliud quidem agere humidam caliditatem, aliud autem siccam: quod certe interdum non facimus. ideo'que fallimur, dum familiarem actionem vtrarumq; non perspicimus. Si vero quis animum adhibuerit, vtramque sciet discernere. Quemadmodum enim humiditas sola sine caliditate vel frigiditate insigni, humectat corpus, caliditate calefaciente: ita vtrarumq; coitus vtraq; facere conspicitur. Ac in dulcium quidem aquarum lauacris hoc accidit: in solaribus autem æstibus siccans causa calefacienti complicatur. talis enim est æstiuus Sol: ita vt æquum sit, vt, qui nudi diutissime in ipso versantur, veluti messores & nautę, dura illis, & sicca fiat cutis, qualis est animalium, quæ in latibulis degunt. Sicuti igitur naturales corporum, & totius substãtiæ proprietates,

† Calaber videtur habuisse aliam lectionẽ cũ habeat: Et secundum principia, vel per se consistim, vel secundũ accidens non primo &c.

prietates, diuersitates q; cutis in duritie, & mollitie, densitate, & raritate, diuersis quidem tum cibarijs, tum potibus indigent, non æque autem inter se mutuo omnes afficiuntur incalescentes, & frigescentes: eodem modo, quæ propter consuetudinem fiunt naturalibus similes, idem cum illis habent tum iuuamentum tum nocumentum ex comestorum & bibitorum refrigerantium & calefacientium alteratione. Rarum etenim & molle corpus facile patitur, incalescens & frigescens: densum autem & durum tolerat, spernitq; omnia, quæ ipsi extrinsecus occurrunt, non solum si calefaciant vel refrigerent, sed etiam si durum quicpiam sit & asperum. Ideo q; eiusmodi corpora cubationes humi factas tolerant: cum quæ contrario modo sunt affecta, has non ferant: facile enim, & contunduntur, & refrigerantur, & quodcunque aliud patiuntur. E

De vi consuetudinis exercitationum corporis, & animi, ex Platone, & Hippocrate. CAP. 4.

TAlis quidem est & qui de his habitus est sermo: de exercitationibus autem, talis. Particulæ corporis, quæ exercentur, robustiores simul ac solidiores fiunt: & ob id familiares motiones ferre possunt magis, quàm aliæ, quæcunq; ob inexercitationem molliores sunt, & imbecilliores. Cõmunis autem est hic sermo & ad animi exercitationes. Exercemur enim primum quidem in grãmaticis, cum adhuc pueri sumus: deinde vero in rhetoricis, & arithmeticis, & geometricis, & logisticis disciplinis. Cum enim sint facultates in principe animæ vi ad omnes artes necessariæ: altera, per quã consequẽs & repugnans cognoscimus: altera, per quam meminimus: sapientiores quidem per priorẽ {si excolatur:} memores aũt magis, per posteriorem reddimur. q̃nquidem eam vniuersę facultates naturam habent, vt ab exercitationibus augeãtur roboretur q;, ab ocio aũt lædantur: sicuti & Plato in Timęo per hanc seriẽ ostendit nominibus, ita inquiẽs. Sicuti diximus multoties, q̃ tres animę species [a] trifariam in nobis inhabitãt, ac vnaqueq; proprias motiones habet: ita & ẽm eadem nunc breuissimis dicẽdum est. q̃ quæ ex ipsis in ocio degit, ac suarũ ipsius motionũ quietem agit, imbecillissimã necesse est fieri: quæ vero in exercitationibus, robustissimam. Quare curandũ est, vt habeant motiones inter se cõmoderatas. Hæc cũ dixisset, deinceps inquit: Enim vero de principalissima apud nos aię specie cogitare oportet hoc modo: q̃ videlicet [b] ipsam Dęmonem} Deus vnicuiq; dedit hãc, quam certe dicimus habitare in summo nostro corpore, ac ad cognationẽ in cœlo à terra nos attollere, tanq̃ simus planta nõ terrestris, sed cœlestis, rectissime dicẽtes. Illinc.n. vnde prima animæ generatio prodijt, diuinum numẽ, caput et radicem nostrã suspendẽs, erigit totum corpus. Ac ei quidẽ, qui circa concupiscentias, & cõtentiones incubuerit, & in his elaborat [c] vehementer, oĩa dogmata mortalia necesse est inserta esse, ac oĩno (quantũ maxime ipsi possibile est mortale fieri) huius ne exiguũ deesse, vt potequi [d] tale auxerit. Ei vero, qui circa amorẽ disciplinarũ, ac veritatis sapientias studuerit, & in his præcipue præ oĩbus, quæ in ipso sunt, se exercuerit, sapere quidẽ immortalia & diuina, si sanẽ veritatẽ attingat, necesse oĩno est: quatenus aũt rursus particeps fieri humana natura immortalitatis potest, huius nullam partẽ deesse: vt qui aũt semper colat diuinum numẽ, habeat q; valde admodum ornatũ ipsum Dæmonem cohabitatorem in se ipso, insigniter eudæmonem esse. Cultura autem cuiusq; oĩno vna est, proprias vnicuiq; escas, & motiones attribuere. In his verbis Plato de tribus animę speciebus nos docuit nõ solum ad philosophiã quid vtile, sed & ad corporis sanitatẽ, Hippocratem & in hoc sequutus, q vniuersaliter quidem dixerat, [e] ‖ [f] Mõtus roborat, ocium tabefacit: secundũ speciem vero in exercitationibus rursus, [g] ‖ Labores cibos pręcedant: de oĩbus aũt particularibus speciebus: [h] ‖ Labores, cibi, potus, somnus, venerea, oĩa moderata. Quare & hoc loco accurate animaduertere ea, quę dicuntur, oportet: obauditionem enim quandam habẽt, ęque ac aliæ oẽs orationes, siquis negligẽter (quemadmodum non nulli faciunt) audiuerit. Exerceri enim vnũcunq; volumus, non vtiq; sine terminis, mensuris q; congruis, exercitationibus eousq; extensis, vt facultatem dissoluãt: ita quoq; & cibis, & potibus, & somnis, & venereis in cõgrua mensura vti, hoc est, quæ nec deficiat, nec superflua sit. Excessus enim facultates dissoluit, defectus autẽ in vnaquaq; re, tantum perfectã vtilitatem impedit, quantum ipse à mediocritate abest. Enunciatum aũt & hoc ab Hippocrate est in vno tanq̃ in exemplo, vbi inquit. [i] ‖ [k] In exercitationibus, q̃n quis laborare cęperit, si statim requiescat, lassitudo tollit. Et sanẽ sermo quodam modo iam ex rerum affinitate, aliquid etiam docuit de animæ consuetudinibus, quæ fiunt in memorijs, & meditationibus, & inquisitionibus logicis, de quibus & ipse Erasistratus in [l] sermõne de cõsuetudinibus meminit, causam non addens: quãuis non solum Hippocrates, sed etiam Plato ipsam dixerint. Nam vbi in congruis cõmoderatis q; exercitationibus singulę facultates agunt, εὐρρωστία, id est bonum robur ipsis comparatur.

F

G

H

Quod corpus euacuationibus assuetum euacuationes non requirat ob consuetudinem, vt volebat Erasistratus, sed ob multitudinem, vel cacochymiam in corpore aceruatam. Et quo modo consuetudo illi innoxie mutari possit. CAP. 5.

AC hæ quidem sunt differẽtię consuetudinum ẽm materiarum, in quibus consistunt, & ẽm causarum, à q̃bus fiunt, facultatem. [m] Q̃m autem Erasistratus dixit, corpus etiã euacuationes requirere, vbi quis ipsis assuetus fuerit, de his quoq; est considerandum. Scimus.n. quosdam sanguinis eruptione per nares, vel per hæmorrhoidas tentatos, id q; vel circuitibus quibusdam tpe æqualibus, vel inordinate: alios vomitibus, aut diarrhæis, aut choleris captos: aliquos aũt dedita opera sanguinẽ sibi effundentes, vel per venæ sectionem, vel per scarificationem in malleolis factam, vel ẽt per nares: sicuti etiam alios purgantibus medicamentis, tum vomitorijs, tum deiectorijs vsos. de quibus ipsis aliquid scrutari est vtile. Mihi.n. non videntur corpora propter cõsuetudinẽ talibus euacuationibus indigere.

A * τρίχη. quæ tamen dictio nec in manuscripto cod. græco, quẽ habemus, nec in Calabri versione reperitur.

B * αὐτὸ δαίμονα est in impressis: in manuscrip. tamen legitur αὐτοδαίμονα, i. per se dæmonem.

C * σφόδρα, est in impressis, et in manuscripto. Calaber videtur legisse σφαλερά, ac cum sequentibus verbis dictionẽ hac cõnexuisse hoc mõ, σφαλερὰ πάντα τὰ δόγματα ἀνάγκη θνητὰ γεγονέναι, quod uertit. fallacia omnia dogmata necesse est, et mortalia fieri. quã lectionẽ nõ improbo.

D * τοιοῦτον est in ipressis, hoc ẽ, hoc mortale, seu mortale hac natura. manuscrip. tamẽ cod. habet. τοσοῦτον. ut q tantopere hac mortalem naturã auxerit.

E ‖ De ijs q in Med fiunt cõ. 3. t. 28. 7[a]. 219. a

F * Al. vsus.

G ‖ 6. Epi. cõ. 4. t. 31. 3[a]. 187. e

H ‖ 6. Epide. cõm. 6. t. 3. 3[a]. 195. e

I ‖ 2. Aph. 48. Ext. ord. 19. a

K * Al. in omni corporis motu.

L * Supra in cap. primo.

M * Vide uerba Erasistrati supius a Galeno posita cap. 1.

A indigere. Sed propter quã causam prima indiguerũt: euacuatione, vel natura moliente ipsam, vel aliquo hoīe per syllogismum medicum: ita rursus ẽt pluries eisdem ob eadẽ indigere. Non nulli. n. ob prauas diętas, non nulli ob prauã corporis constructionẽ, aceruãtes sanguinis copiam, vel caco chymiã, à prædictis vacuationibus iuuant, natura, vel medico aliquo id, quod supfluum est, ante q̃ ęgrotet homo effundente. Aliquibus ẽt, dum ægrotarẽt, tum crisis p eiusmodi excretiones, tũ mor bi sanatio facta est. Quidam autẽ à medico curati sunt, similibus remedijs vso: deinde rursus simili morbo correpti, eisdem q; remedijs curati, si qñ rursus ipsis vel totius corporis grauitas, vel capitis solius inæqualitas aliqua, vel qd aliud pter naturã supappareat, de ipsis medicos cõsulunt, se vereri asserentes, ne eisdẽ morbis corripiant, quibus antea correpti fuerũt, vbi similia sympromata pcessis sent. Deinde vbi, pmissa vel purgatione aliqua, vel sanguinis detractione, imminentẽ morbũ cui tarint, prõptius ad idem remediũ accedũt, quotiescunq; aliquod simile symptoma deinceps sibi ip sis euenire sentiãt. Quidam ẽt anteq̃ sentiãt, pfinitionem puidẽtes tpis, in quo in determinato cir∴ cuitu tale qppiam passi sunt, euacuatione pueniunt. eam q; euacuationẽ, prophylacticẽ. i. præserua* tiuam noĩant: in cõsuetudine ipsis factã, nullã imutationẽ corpore ex hmõi euacuationibus susci piẽte, qualẽ ostensum est suscipere post pdicta, sed ab eadẽ causa eadẽ patiẽte. Si ergo diætã immu B tarint, paucioribus cibis vtẽtes, exercitationibus q; addẽtes, morborũ expertes pmanẽt, ex consue tudinum imutatione adiuti: non, sicut superiores, lęsi. Non. n. consuetudinis rõne eueniebat, vt per euacuationes adiuuarẽtur, sed quia ex praua diçta & cacochymiam, & multitudinem cõgessissent.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBRI SEX

Thoma Linacro Anglo interprete.

Post diligentissimam Hieronymi Donzellini recognitionem, Ab Augustino Gadaldino, aliquot in locis, veterum exemplarium græcorum ope, emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Instituit rationem tuendę sanitatis in tota hominis vita, ac in primo libro summam quandam proponit earum rerum, quibus hæc ipsa ars tuendæ valetudinis continetur, & vitæ rationem vsq; ad tertium septennium aliqua ex parte perscribit.

Quæ præcipuæ medicinæ partes, quid sanitas. CAP. I.

D [a]† Vm vna sit ars, q̃ corpori hoīs tuendo dicata sit, vt alibi à nobis osten sum est, eius primę ac maximę partes sunt duę: quarũ alterã [b] † sanitatis tuẽdæ, alterã [c] † morbi profligandi facultatẽ appelles. Earum cõtraria inter se officia sunt: siqdem illi tueri, huic imutare statũ corporis est pposití. Qm autem & dignitate, & tpe sanitas morbũ præcedit, vtiq; & nobis, queadmodum hęc seruãda sit, prius tractare cõueniet: post autẽ quo pacto cõmodissime morbus sit abigẽdus. Vtriusq; facultatis inue niendę cõis [d] ratio est, vt, quid nã ea corporis affectio sit, q̃ sanitas dr, li qdo constet: qñquidem nec pręsentẽ seruare, nec amissam restituere, si, q̃ nã ea sit, penitus ignores, licet. Scripsimus de hoc alibi, ostẽdimus q; similarium, quas vocant, partiũ sanitatẽ, calidi, frigidi, humidi, & sicci symmetriã, i. cõuenientiã inter se quãdam esse: instrũalium vero, ex similariũ ipsarũ compõne, numero, magnitudine, figura q; constare. Quare, quisqs hęc cõmode tueri possit, is optimus sanitatis custos fuerit. Tuebit hęc, qui modos oẽs, qbus vitiant, cõpertos prius habuerit. Sicuti. n. si impatibile nobis, nec vlli affectioi ob noxiũ corpus esset, nullã desideraret artẽ, q̃ eius tutelę præesset, ita nunc, cũ numerosissimis affecti bus expositũ sit, certã sibi deposcit artẽ, q̃ et oĩa eius incõmoda pspicere, et ipsum ab ijs tueri possit.

A † τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης μιᾶς οὔσης vide pag. 63. a
B † ὑγιεινὸν.
C † θεραπευτικόν.
D * ὁδὸς.

De nutrimenti necessitate ex duplici causa nostræ corruptionis. CAP. 2.

SAnè, quæ corpus nostrũ lędunt, corrũpunt q;, ea sunt genere duplicia: altera nobiscũ cõgenita, & quę vitare nequeas, quę q; ex ipsis generationis principijs veluti radice oriuntur: altera, quæ

quæ & declinare possis, & orta à nobis nō sunt: quæ tñ non minus, q̄ illa, corpus nostrū conficiūt: E quorum vtraq; iam seorsum distinguemus. Sanguis, semen q; genitale, generationis nostræ primordia sunt: ille, ceu materies quædam apta, concinna q;, & opifici ad quiduis sequax: hoc, opificis rationem obtinens. Constat horum vtrunq; ex eisdem genere elementis, humido, sicco, calido, & frigido: aut, si mauis ab essentia sumptis nominibus, quàm à qualitate, nominasse, aqua, terra, igni, & aere. Sic enim demonstratum nobis est in eo libro, quem de elemētis ex Hippocratis sententia scripsimus. Dissident hæc inter se ipsa tēperamenti* mensura. Siquidem in semine plus est igneæ substantiæ, atq; aereæ: in sanguine, aqueæ, terreæ q;: quāquam præpollet in hoc quoq;, & calidum frigido, & humidum sicco, & ob eam exuperantiam fit, vt non siccus, sicut ossa, vnguis, pilus'ue, sed humidus merito dicatur. At semen sanguine siccius quidem est: cæterum ipsum quoq; humidum fluxile q; est. Atq; ita nobis vtrinq; ex humida substantia genituræ origo proficiscitur. Hanc tamen humidam seruari conueniens non erat, si modo ex ea nerui, arteriæ, venæ, ossa, cartilagines, membranulæ, & alia id genus fieri deberent. Ergo statim in generationis initio coniectum cōpiosius* oportuit elementum id, quod siccandi vim haberet. Est vero id natura, quidem maxime ignis, sed tamen & terra: est.n.ea quoq; res sicca. Verum huius plus immisceri principijs commodum non erat, quod hæc magis humida erant futura. Ignis certe quo minus plus sit admi- F stum, nec obstat quicq̄: & sane admistum est tanto plane plus in vtroque principio, quantum nec iam torreat, vrat'ue, & tñ abunde siccet. Quippe etiā tantus calor adhibitus agilitatem pręstare ad motiones sat erat. Ab hoc igitur primum cogitur, paulum q; concrescit, quod in vtero cōceptum est: mox siccius redditum, veluti lineamenta quædam, & rudimenta cuiusq; membri obtinet. Vlterius vero ēt siccescens, non lineamenta, rudimenta'ue modo, sed etiam exactam vniuscuiusq; speciem ostēdit. Iam vero in lucē editum, [a] † & magnitudine proficit, } & tum siccius, tum valētius se ipso semp efficitur, donec ad summum incrementum (ἀκμὴν Gręci vocant) sit peruentum. Tum vero & incrementum omne sistitur, ossibus nimirū ipsis per siccitatē non vltra sequacibus: [b] † & sanguinis spiritus q; vasa, spiritus ipsius flatu in latum aguntur:) cuncta deniq; mēbra non solum robusta fiunt, sed ēt vires suas summas obtinent. In eo vero, quod sequitur, tempore omnibus iam [c] partibus supra iustum siccescentibus, nō solum cuiusq; officium minus probe administratur, sed ēt corpus ipsum macilentius, gracilius q;, q̄ ante, redditur. Ergo vltra siccatum, non macilētius modo, verū etiam rugosum efficitur. Artus quoq; ipsi inualidi, atq; ad motus suos incerti, inconstantes q; probantur. Affectio hæc {in aīalibus} senium appellatur, ei, quæ in stirpibus αὔανσις græce dicitur, proportione respondens. Est enim & illa stirpis senium, siccitatis excessu proueniens. G Vna igitur hæc est omni genito corpori corruptelæ, interitus q; cōnata necessitas. Altera est, quæ etiā in animalibus pręcipue cernitur, totius substantiæ fluor, quem insitus calor excitat. Hęc itaq; incommoda nullum, quod genitum sit, corpus effugere potest: reliqua, quæ hęc sequuntur, prouidentia, consilio q; certe potest. Porrò his quoq; non aliunde origo est, q̄ ex ipsis iam dictis, necessarijs incōmodis corrigendis, atq; farciendis. Nam, cum tota moles aīalium in perpetuo fluore sit, ni similis altera substantia pro ea, quę defluxit, restituta sit, euaporabitur certe, atq; dissipabitur vniuersum corpus. Quo factum arbitror, vt natura non aīalibus modo, verum etiam stirpibus insitas quasdam vires deficiētis, ac desiderati semper appetentes, ab initio statim dederit. Non enim vesci, bibere, aut respirare, à quoquam vsquam discimus, sed statim à principio facultates in nobis habemus, quæ hæc omnia citra docentem perficiant. Cibo igitur, quicquid siccioris substantiæ effluxit, restituimus: potione, quicquid humidioris: atq; ad pristinam ita symmetriam ambo reducimus. Ita vero & aereæ, igneæ q; substantiæ modum respiratu, arteriarum pulsu tuemur. De quibus omnibus etiam singulatim dictum nobis in alijs voluminibus est: nec à pręsenti disputatione alienum censemus, vt, quæ ibi demonstrata sunt, ad sanitatis tuendæ artem hypotheseos loco positis, sic, quæ deinceps sunt, aggrediamur. H

*μίξεως.

*ἰσχυρότερον ἐν τῇ κράσει, i. validi[v] aut efficacius in temperamento.

A † Tria hæc verba in gręcis codicibus non reperiuntur.

B † καὶ τῶν ἀγγείων δὲ ἕκαστον εἰς εὖρος διαστᾶται, i. & vas vnumquodq; in latū extenditur.

C * ὀργάνων, i. instrumētis.

De necessitate generationis excrementorum. *CAP. 3.*

CVm enim, quotidie propter insitum ipsis calorem, cunctis animalibus multa substantiæ portio defluat, nec sit aliter huius iustum seruasse modum, quàm cibi, potionis, respirationis, & arteriarum motus ope, necesse est ex ijs contrahi excrementorum prouentum. Nam, si, quale erat ipsum, quod effluxit, tale prorsus adiungere agglutinare q; ei per totum liceret: optimum id, saluberrimum q; plane esset. Verū, vbi, quod singulis particulis defluit, tale natura est, qualis ipsa est particula, nihil autem eorum, quæ eduntur bibuntur've, eiusmodi prorsus est, necessarium naturæ fuit prius ea mutare, & concoquere, &, quàm fieri maxime potuit, efficere corpori alendo, restituendo q; similia. In quo opere siquid nec confectum, nec prorsus assimilatum est, id corpori nec adnascitur, accrescit've, & per ipsius laxiora intus spatia tanquam superuacaneum errat: vnde nomen quoq; recte à maioribus ei rei περίττωμα grece est inditum. Cum igitur esse, bibere q; necessaria animantibus sint, has autem res subsequatur excrementorum generatio, natura nō solum ipsis excernendis, excludendis q; instrumenta instituit, verū etiam instrumētis ipsis facultates inseruit, quibus incitata, quædam ad se trahunt, quædam alijs transmittunt, quædam excrementa expellunt. Porrò, hæc, quò corpus semper mundum, atq; excrementis vacuum seruetur, nec obstrui aliquatenus, nec ad proprias functiones imbecilla esse oportet. Atque ita geminum iam scopum

salubris

A salubris victus sermo noster exposuit: alterum, eius, quod exhaustum est, reficiendi: alterum, excrementa expellēdi. Tertius nanq; qui huc spectat, ne animal præpropere senescat, duos iam dictos necessario comitatur. Si enim in neutro sit erratum, nec, quod exhaustum est, restituēdo, nec excrementis expellendis, & sanitate interim corpus fruetur, & vigoris tenorem q̄ longissime seruabit. Verum de hoc postea procedente sermone dicetur.

Fundamenta & hypotheses pro constituenda Arte sanitatis tuendæ. CAP. 4.

NVnc, quod reliquum est eorum, quæ ab initio disserere proposuimus, adijciam, quo sanitatis tuendæ scopos, quot, quales q; sint, clarius distinguam. Illud (arbitror) iam diximus. Si corpus nostrum impatibile, omnis q; affectionis expers esset, sicut adamas, aut quiduis id genus, minime artem vllā requireret, quæ ei tuendo præsideret: sed, q̄m duplices corruptionis causas, alteras internas & à se, alteras extrinsecus incidētes habet, necesse est, curā ꝓuidentiam q; nō paruā desideret. Et ex se q̄dē duplici primo modo consumi corpus indicauimus: vno, ꝙ vel ætatis cursu, vel assiduo substantiæ fluore, ad interitum tendat: altero, qui vtiq; esum potionem q; consequitur, ipso excrementorum prouentu. Atq; ex se quidē ita corrumpitur. Eorum vero, quæ extrinsecus incidūt, vnum certe est, quod separari ab eo non potest, quod q; illi ꝑpetuo, & (vt ita dicam) veluti connatum adhæret, aer ipse ambiens. Alia nec necessario, & incertis temporibus, nobis accedunt. Ille, nempe, qui circunfunditur, aer nos lædit, vel ꝙ calidos immodice, vel ꝙ frigidos, vel ꝙ siccos, vel ꝙ humidos efficit. Hæc, ꝙ contundunt, ꝙ diuellunt, ꝙ vulnerant, vel ꝙ articulum aliquem loco mouent. Oritur hoc loco logica quædam disputatio, quæ in vtranq; partem rationes habet, alijs horum oīum curam † ad sanitatis tuendæ artē ꝑtinere affirmantibus, alijs eorū tantū, quæ calfaciant, refrigerent, humectent, aut siccent: non .n. si quid collisu, vulnere, aut simili quopiam affectu, à naturali habitu sit emotū, id aut nosse, aut declinasse, vllius esse artis munus. Ego vero de problematis id genus agendum mihi non statui: sed, quod vtraq; pars vltro concedit, eo accepto, ad propositum reuertar. Illud ergo confessum vtriq; arbitror, quę vulnere, vel illisu, vel simili aliqua ratione, lędunt aut corrumpunt sanitatē, oībus hominibus esse nota, quę calfaciendo, vel refrigerando, vel madefaciendo, vel siccādo, non oībus. Ergo ne nos quidē quicq̄ ab officio alienum fecisse videbimur, si, quę oībus nota sunt, ꝑtermissis, ad ea, quæ parum nota sunt, potius vertamur: q̄n minime propositum est, hoc saltē opere, sophisticos cauillos diluere, sed potius quo pacto quis in inualetudinē minime incidat, docere. Rursus igitur ad propriū initium sermonem reuocemus, ac diligētius adhuc, quæ pro hypothesi sunt habenda, cōmemoremus. Primum C ergo ad ꝑsentium cōtemplationem pro hypothesi præsumptum esto, sanitatem non esse absolute elementorū, ex q̄bus constamus, aut medium tēperamentū (quam eucrasian vocāt,) aut debitam conuenientiā (quā symmetrian appellāt,) queadmodū oībus ferè, qui ante nos scripserunt, visum est: sed eam dūtaxat, quæ similariū est partiū, vt alibi demonstrauimus. Secundo loco illud quoq;, quod alibi non minus demonstrauimus, prȩsumptum pro hypothesi esto, nēpe instrumentalium sanitatē in figura, numero, magnitudine, ac cōpositione similariū cōsistere. Tertio, functionibus secundum naturā obeundis, sanitatis habitū discerni: Postremo sanitatem quādam optimam esse, & (vt sic dicam) consummatā atq; summam: quandam ceu deficientē ab hac, nec planè absolutam perfectam ve: atq; hanc etiam latitudinē habere non paruam: hæc quoq; pro hypothesi hoc loco sint, quæ alibi nobis certissimis rationibus iam firmata, nunc quoq; nihilo secius sunt demonstranda. Maxime vero velim, qui his studere voluerit, eū librū legat, in quo illud inuestigamus, cuius artis pars sit ea, quæ sanitatis tuēdæ curā ꝓfitetur: is liber īscriptus Thrasybulus est: Prȩterea eum, quē de optimo corporis nostri statu scripsimus: Item, quē de euexia, id est bono corporis habitu. Sunt hi breues ambo libelli: quos si perlegerit, qui ad hæc accedet, facillime cōsequetur, quæ mox dicentur. Dictum iam antea nobis est etiam eum librum, qui de elementis secundum Hippocra-D tem scriptus est, necessarium ad præsentem disputationem esse. Quod opus sequuntur, tum id, quod de optima corporis constitutione, tum id, quod de euexia conscripsimus.

† τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης. vide pag. 61. c

Sanitatem magnam habere Latitudinem: ac Vnde ipsa & morbus dignoscatur. CAP. 5.

AB his hypothesibus veluti fundamentis operis iactis, hinc alicunde sanitatis tuendę tractatio incipiēda erit. Cum sanitas symmetria quædam sit, symmetria vero omnis duplici ratione nō solum perficiatur, sed etiam dicatur, aliàs quæ ad summum peruenit, & vere prorsus q; symmetria est: aliàs quæ ab huius absolutione ꝑfectione q; paulum deficit: Vtiq; & sanitatis symmetria duplex quædam fuerit, hæc quidem exacta, optima, absoluta, & summa: illa paulo ab hac deficiens, non t̄n eatenus, vt animali sit grauis. Existit & hoc loco logica potius, q̄ ex vsu artis dubitatio quædam, negantibus quibusdā alium alio magis esse sanū, aut esse eius affectus corporis, quam sanitatē dicimus, notabilem vllam latitudinē, sed vnicā esse eā affirmantibus, & quæ ad vnguē sit exacta, nec maioris minoris q; ratione diuidua. Mihi vero, sicuti albū corpus aliud magis, aliud minus album cernitur, ita & quod sanum dicimus, magis minus q; tale esse videtur. Cuius rei duplex demonstratio est, Vna, quæ ex ea mutatione accipitur, quæ per ætatum vices cernitur. Postea nanq;, q̄ editum animal in lucē est, perpetuo mutari eius temperamentum (vt ante proposuimus) est necesse. Quare, si in temperamenti qualitate sanitas constituitur, qualitas autem ipsa non per-

manet eadem, nec ipsam sanitatem eandem seruari est possibile. Altera non minus euidens demonstratio ab ipsa sumitur actionis differentia. Siquidē nec, qui sani sunt omnes oculis, æque cernunt, sed alij perspicacius, alij obtusius: nec auribus pari modo audiūt, immo hic quoq; magna est in excessu defectu q; diuersitas. Sed nec pedibus similiter currunt: nec manibus apprehendunt: nec reliquorū deniq; instrumentorū munia similiter obeunt, sed hic probius, ille deterius. Si itaq; actionum diuersitas pro temperamenti modo respondet, cogit planè ratio, vt totidē sint temperamentorum diuersitates, quot sunt functionum differentiæ. Quòd si quis κατασκευῶν, id est constitutionum vel statuum potius, q̄ temperamētorum, dicendū putat, quò vtiq; in omnē sectam ratio quadret, ita nimirum colligat, licet. Sanitas omni sectæ symmetria quædā est: Nobis, calidi, frigidi, humidi, sicci: Alijs, corpusculorū, & meatuum, quos ὄγκους καὶ πόρους græce vocant: Alijs, insectilium, vel incompactilium, vel minimorū, similarium've, vel deniq; primorum elementorum cuiuscūq;. Sed secundū cuiusq; sectæ opinionē, pro ipsorum modo, membrorū nostrorum actiones reddimus. Si itaq; varia eduntur opera, vtiq; varia est & elementorum in singulis symmetria, quā esse sanitatē supra proposuimus. Quin & citra omnē elementi mentionē hoc pacto colligas, licet. Si mēbrorum constitutioni functiones suæ respondent, quotquot harū varietates dabuntur, totidem nimirum & constitutiones erunt: atqui respondent constitutionibus opera: erunt ergo, necesse est, tot constitutionū discrimina, quot sunt functionum differētiæ. Sunt vero hæ numerosæ: quare erunt & constitutiones {æque multæ.} Si ergo omniū, qui sani sunt, mēbrorum cōstitutio in symmetria consistit: constitutiones autē ipsæ variæ sunt, quādoquidem functiones sunt variæ: vtiq; multę varię q; ipsarū constitutionum symmetriæ erūt. † Quare etiā sanitates multæ, varię q; non ipsa communi omniū forma, vnde dictę sanitates sunt, sed maioris minoris q; ratione inter se diffidentes. Sicuti. n. niuis candor ab eo, q in lacte visitur, quatenus candor est, nō diffidet, sed maioris minoris q; ratiōe diffidet, ita & Achillis, verbi gratia, sanitas ab ipsa quę in Thersite est, quatenus sanitas, non differt, sed est cum ipsa eadē: at altero quopiam ab ea differt, id vero alterū aliud planè nihil est, q̄ maioris minoris q; ratio. Neq;. n. est quod quisq̄ dicat nō edi ab omnibus hominibus varias actiones, neq; aliūde dissimilitudinē hanc nasci, q̄ ex ipsa cōstitutione, vnde actio proficiscitur. Quòd si quis eos dūtaxat sanos esse contēdat, quorum singula membra functiones suas obeunt absolutissime: nos vero cæteros, q minus pbe sumus affecti, non esse sanos: sciatis se vniuersę tractationis, quæ de sanitate tuēda instituitur, fundamētū subuertere. Si. n. huic propositum est seruare tueri q; eam, quam ab initio accepit sanitatem: nemo aūt nostrum sanus est: luce clarius fit inutilem irritam q; fore, quā nunc de sanitate tuenda artem instituimus. Itaq; nec quęrenda nobis talis vlla est, sed planè silentio prætereunda, sermo q; iamiam finiendus. Omnes ergo eiusmodi difficultates submouet ipsius veritatis cognitio. Nō. n. absoluta ipsa tm̄, quę īsectilis est, simul est & dicitur sanitas, verū etiam quę ab hac deficit, modo tamen vsibus nostris adhuc non sit inepta. Quippe sanitatem oēs requirimus, tum ad vitæ functiones, quas planè morbi impediunt, aut interrumpunt, atq; auferunt: tū vero vt molestia careamus. Vexamur enim in doloribus non leuiter: eam vero corporis constitutionē, in qua nec doloribus cruciamur, nec in vitæ actionibus impedimur, sanitatem appellamus. Quā si quis alio nomine appellare malit, nihilo plus ex ea re cōsequetur: sicut nec qui ἀπάθειαν, id est perpetuā inualetudinē, inuehunt. Quippe si hāc propterea inueherēt, q̄ omne genitū corpus, sicuti geniture, sic etiam interitus, causas ab initio secum natas habet, sicuti à nobis ante demōstratū est, vtiq; laudati à nobis essent, tanq̄ & vera simul & antiqua dogmata professi: nunc, cū iuxta sanorū ęgrotantium q; corporū constitutiones easdē esse speciè decernunt, nec authores laudo, nec placitum probo: cum longe melius existimē satis amplam latitudinē sanitati tribuere, q̄ nos oēs homines perpetuo vrgētibus morbis premi. Qui, etsi esse in nobis omniū morborum semina dicant, tn̄ fatentur ipsi ea tam esse parua, vt sensum nostrū omnino effugiāt. Esto igitur (si velint) doloris quispiā in nobis affectus, verū tā exiguus, insensibilis q;, vt minime officiat ei, quē corripuit hominē. Sunto, si libet, & febres, sed adeo leues, vt neq; sensum sui vllū afferāt, liceat q; per eas & negocijs publicis priuatis q; perfungi, & balneo vti, esse q; & bibere, ac reliqua, q̄ opus sunt, peragere. Quippe facultas ad necessarios vsus minime impedita sanitatē potius determinat. Nō. n. functionum imbecillitas, morbi statim nota est, absolute ita citra q̄ exceptionem loquenti, nisi adiectum sit, quæ præter naturam cuiusq; sit. Siquidem oēs (arbitror) & cernimus male, si cū aquilis & lynce comparemur: & confuse oblese q; audimus, si cum Melampode: & pedibus parum valemus, si cū Iphiclo: & manibus, si cum Milone conferamur. Quouis deniq; membro propè mutili videamur, si cū ijs, qui hoc ipso maxime valent, comparemur. Quis igitur nostrum se non probe oculatum existimet, si formicas duum stadiorum interuallo non cernat? Aut quis auritum se parum recte putet, si quod sexaginta stadijs abest, non exaudiat? At, si qs literas hac pagella descriptas recte non cernat, is iam oculos merito accuset: non tamen, si quatuor has ipsas cubitis abiunctas non peruideat: nisi forte ea prius oculorum acie fuit, qua vel has cerneret. Sic enim (arbitror) accuset, dicat q; merito, quod omnibus hominibus dici assolet, nempe hoc prius fecisse, nunc idem facere non posse. Hunc enim morbo aliquo teneri dicemus, siquidem senectutis vitio imbecillitas ea nō incidit: quamuis sunt, qui senectutem quoq; ipsam morbum esse velint

† Cod. manuscript⁹ vetustissimus hoc in loco habet, καὶ μὴν εἰ διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ κατὰ μέρος ὑγίειαι ἤτοι κατὰ τὸ κοινὸν ἐν ἁπάσαις εἶδος, ἀφ' οὗπερ ὑγίειαι λέγονται, διοίσουσιν, ἢ κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν, ἀλλὰ μὴν οὐ κατὰ τὸ κοινόν, ἀδιάφοροι γὰρ εἰσὶν αἱ ὑγίειαι κατὰ τὸ μᾶλλον ἄρα καὶ ἧττον ἀλλήλων διαφέρουσιν. i. & sanè, si īter se differunt particulares sanitates, vel secū dum cōem in oībus formam differūt, à qua sanè sanitates dicūtur: vel secundum magis & minus inter se different: at non secūdum cōem formam, idifferentes. n. sunt ipsæ sanitates: secūdum ergo magis & minus inter se differunt.

A velint. Cæteros,quibus natura non dedit,vt acute videant aut audiant,aut celeriter currant, aut alia id genus valide strenue q; obeant, neq; morbo teneri, neq; in totum pręter naturam se habere censebimus. Omnis siquidem morbus præter naturam est,hi se præter naturam plane non habent,sicuti nec senes. Non igitur absolute citra q; exceptionem sanos,ægros q; functionum firmitate infirmitate q; iudicandum: sed sanis verba illa,secundum naturam: ægris illa, pręter naturam, A. l. 1. f. 1. d. 2. c. 1. fol. 3. adijci oportebit: vt sit nimirū *sanitas, affectio naturalis actionem perficiens: contra,morbus,affectio præter naturam actionem impediens. Neque enim, si affectus secundum naturam se habeat, continuo etiam sanitas existit. Est enim affectus secundum naturam tum Ægyptiorum nigritia, tum Gallorum candor,tum Scytharum ruffus color, quorum tamen nullum est sanitas, cum ea omnino in colore non consistat. Neque, si præter naturam se habeat, protinus morbus est: quando ita vel ex Sole nigritia,vel diutina vmbratili consuetudine contractus candor, morbus sit. Sed adiecisse oportet sanitatis notioni,quòd causæ rationem ad opus edendum obtineat: morbi vero notioni,quòd actioni incommodet. Verum de his alibi dictum à nobis locupletius est. Ad præsentem disputationem illud solum sumpsisse sufficiat, permagnam sanitatis latitudinem esse, nec eam in omnibus nobis æqualiter prorsus inesse. Quòd sicut violentum appareat εὐκρασίας,id est B medij temperamenti nomine censeri,quod medio ad vnguem temperamento non sit, is, quæso, reliquorum in vita nominum vsum ad memoriam reuocet: vbi & potionē, & balneum εὔκρατον, hoc est,temperatum dicimus,non solum cum alterum huic,alterum illi tale est, sed etiam cum ad eundem hominem in latitudine tale est. Nam si auerso paululum qui biberit,iniecerit quis in calicem calidæ frigidæ've exiguum, nullam mediocris temperamenti mutationem deprehendet. Atqui,si,quod tēperatum est,ita exigis ad vnguem, vt omnino indiuisibile insectile q; sit, haudquaquam iniecto vel calidæ vel gelidæ minimo temperatum adhuc esse videbitur. Ad eundem modum neque,siquis in natationē temperatam, frigidæ pusillum iniecerit, *vtilitatem eius protinus corruperit. Quin ambientem quoq; nos aerem temperatum dicimus, etiam si in alterutram partem paululum sit propensus. Deniq; quid miri,si eucrasian in satis amplam latitudinem extendunt vniuersi,quando & in lyris consonantiam ipsam,quę summa exactissima q; sit, vnicam, atq; insectilem esse probabile sit: quę in vsus hominum veniat,certe latitudinem habeat? Sæpe nanq;, quam percommode temperasse videaris lyram,alter superueniens musicus exactius temperauit. Siquidem nobis ad omnia vitæ munera sensus vbique iudex est. Quare ipso etiam eucrasian dyscrasi an q; iudicabimus. Pari modo actionis vitium cuiusque præter naturam suam male habētis C membri,non ante morbum decernemus,q̄ ad sensibilem magnitudinem peruenerit. Nec quicq̄, vt ad rem propositam,ne hic quidem referat, ipsam'ne læsam actionem,an affectum, cuius vitio læditur,morbum dixeris: sicuti nec, siue quis affectionem, siue constitutionem appellasse malit. Dictum à nobis alibi & de his est, & simul euidentibus rationibus confirmatum tum morbum, tum sanitatē in corporis affectione constitutione q; consistere, minime in actione, actionis've læsione. Cæterum ex horum morosa perpensione discussione q; parum vel ad valetudinem tuendam,vel ad morbum summouendum iuuamur: cum illud modo nouisse satis sit, corporis constitutionem,quæ causę rationem respectu actionis obtinet,vtriusque facultatis scopum esse,& eius, quę sanitatem tuendam,& eius,quæ morbum profligandum profitetur,quippe cum hanc & præsentem seruare,& amissam restituere propositum nobis sit: actiones vero constitutionem corporis necessario sequuntur: eam,quę proba est,inculpatæ probæ q;: quæ contra est, culpabiles ac vitiosæ. Quare,quoniam id,quod ope nostra seruatur restituitur q;,affectio quædam corporis constitutio q; est,eam vero ex necessitate functionum sequitur {bonitas,} ad præsentem certe disputationem parum attinet,functionum'ne,an constitutionum in genere morbus sanitas q; collocanda sit,inquiras: id potius attinet,vt illud pro hypotesi sumentes, quod in naturali corporis nostri D constitutione illa seruanda maxime sunt,quorum beneficio functiones obeamus: ac illud memoria repetentes,q; similarium quidem partium eucrasia,† {instrumentalium} forma, positura, numerus,& magnitudo, functionum sunt causæ: preterea q; hęc omnia in latitudine quadam spectantur etiam in singulis hominibus seorsum: quę reliqua sunt, persequamur. Ad quę sane non paruam cōmoditatem affert latitudo horū perspecta. Nā, cum eucrasia duplex omnino sit altera, quæ in animantium saltem corpore cogitatione potius vsurpetur,q̄ solide subsistat: altera, quæ in sanis omnibus subsistit atq; apparet, hanc rursus conspicuam à nobis diuidi par est,quippe in qua nō parua diuersitas inuenietur. Id q̄ sit verū,vel ex ipsis ætatibus maxime deprehendas. Cū.n. ad omnem voluntate susceptā actionē adolescentiū ætas sit aptissima,infantiū certe,senum q; minus ad hanc est apta propterea, q; illis humor,his siccitas frigiditas q; nimis abundat. In alijs tñ functionibus,quas naturales appellamus,veluti auctione,cōcoctione,distributione,& nutritione, infantes plane cæteris ætatibus longe præstant. Neq; tñ eo secius omnibus per omnes ętates licet esse sanis. Ergo, quemadmodum in ętatibus se habet,ita etiam in naturis immensum esse temperamentorum discrimen inuenies: vt duorum,exempli gratia,similis ętatis puerorum, hunc altero longe humidiorem,illum sicciorem: pari modo hunc calidiorem, illum frigidiorem. Quibuscunque igitur corporibus multo supra iustum calidis,frigidis,humidis, aut siccis esse contingit, ijs plane

* Aliqui legūt non χρείαν, i. vsū, sed εὐκρασίαν, i. tēperiē seu mediocritatem.

† Videtur hęc vox temere hoc in loco addita fuisse, repetere .n. se dicit. quę iā superius sunt explicata, videlicet circa finē quarti capitis, vbi dicit, instrumētaliū sanitatē in figura, nūero, magnitudine, & cōpositione similariū cōsistere. vbi apparet [illegible] instrumentis [illegible] simplicib' partibus [illegible] quo ex illis per [illegible] organa [illegible] poni.

optima temperies non eſt. In quibus autem ab eo, quod abſolutiſſime temperatum eſt, diuerſitas quędam intelligitur, minor tamen, q̃ quæ ſenſu diſcerni poſſit, hæc certe, quod ad vſum pertinet, pro abſolutiſſimis accipimus: ita, vt ſanitatis, quam in latitudine contemplamur, hęc quidem medij ſit temperamenti, nec vlli vitio obnoxia, quod ſaltem ſenſu percipiatur: hęc, ceu intemperata, vitio q́ꝫ expoſita. Huius ſententię euidentiſſima indicia ſunt diſcrimina, quæ in gracilibus corpulentis q́ꝫ notantur: quippe quorum contrarias habitudines ex contrarijs temperamentis ortas eſſe neceſſe eſt. Sicuti igitur nec nimiū gracile corpus probamus, nec quod valde eſt obeſum, ita nec temperamēta eorum planè laudabimus, tametſi vtrunq́ꝫ q̃ maxime ſanum eſſe conſpicimus. Sed, quę in medio horum habitudines ſunt, εὔσαρκοι græcis dictæ, ſicuti ipſæ debitam partium cōuenientiam,* ſpeciem q́ꝫ inculpatam habent, ita ſequuntur mediocria & nulli vitio obnoxia temperamenta. Tales ergo corporum habitus, ſi veritatem ipſam ad vnguem exigas, abſoluta ſaltem exacta q́ꝫ temperie ne ipſos quidem temperatos dixeris: verum, quod ſenſu iudicetur, atq́ꝫ ad vſum ſit ſatis, non inculpabiles ſolum, ſed etiam optimos cenſueris. Sanè indicium euidentiſſimum eſt ne ipſos quidem exactiſſimum temperamētum conſecutos, ex eo, ꝙ nunq̃ eodem ſtatu permaneant, ſed primum ætatum ipſarum mutationem recipiunt, nulla harum eundem perpetuo tenorem ſeruante, ſed ſemper ad ſicciùs tendente. Deinde eā, quæ ſomni ac vigiliarum, quietis & motus, tum motus ipſius differentiarum, ad hæc bibendi ſitiendi, edendi eſuriendi, ciborum potionis q́ꝫ copiæ aut inopię, pręterea balnei, iracundię, ſtudij, dòloris, omnium q́ꝫ talium occaſione prouenit, quę tantum non omni momento temperamentum immutant. Quis igitur in tanta mutatione optimum vndecunq́ꝫ temperamentum inuenire ſperet? quippe quod, ſicui vnq̃ optima natura prędito cōtigit, certe ne momento quidem durauit. Adeo mihi ſanè admirari ſubit eorum opinionem, qui ſanitatem eucraſiam q́ꝫ citra omnem latitudinem, vnicam q́ꝫ, eſſe contendunt, nec, ſi quid ab hac paulo diſceſſit, vtiq́ꝫ ſanitatem eſſe. Qua nimirum ſententia ἀεπάθειαν obiter imprudentes inuehunt: diſputant q́ꝫ de re aut nunquam planè viſa in animalis corpore: aut, ſi quando viſa eſt, ne minimum quidem tempus durante.

*συμμετρίαν.

*γηραίτερον, hoc eſt ſ nilē magis ętatem.
φροντίδες, i. curarum.
*λῦπαι, i. triſtitię aut moleſtiæ.

Quæ ſit Optima corporis Conſtitutio. CAP. 6.

HIs ergo quam ſomniant ſanitatem, ipſis ſeruandā linquimus: nos interim ad eas, quę in aperto ſunt, reuertimur. Quarum cum duplicem ſtatuamus ſubſtantiā, {vnā, de qua planè queri nō ſit, alteram de qua queri liceat} de qua modo verba fecimus, ſuum vtriq́ꝫ ſcopum reddamus: nempe ei, quam inculpatam diximus, exactam abſolutam q́ꝫ planè, quod vtiq́ꝫ ſenſu aduerti poſſit, cuſtodiam: alteri, de qua conquerare, non exactam. Quippe intemperies, quæ intra ſanitatis ſunt terminos, corrigere oportebit ita, vt, quæ iuſto ſicciores naturę ſunt, humidiores reddas: quæ humidiores ſunt, ſicciores: pari modo quæ frigidiores ſunt, vt harum exceſſum caſtiges: quę calidiores, earum ſuperantiam ad moderatius reuoces. Hæc qua ſalubris victus ratione fiant, procedente ſermone docebimus. Prius.n. tradendū arbitror, quemadmodū optimæ naturæ conſeruanda ſit ſanitas. Ante id vero, quę'nā ſit optima corporis conſtitutio, exponemus. Eſt igitur ea ſecūdum ſubſtantiam ipſam rei enarrātibus, & quę optimo temperamēto ſit, & quæ figuram partiū egregie ad functiones comparatam habet: ad hęc, quę omnem tum numerū, tum magnitudinem, tum omnium earū inter ſe cōtextum ad actiones idoneū exhibet: ſi vero indicia notas q́ꝫ reſpicias, cuius corpus carnis exquiſitā mediocritatē prefert: tale eſt, quod inter gracile & obeſum, medium eſſe docuimus. Nec refert, ſi pro obeſo corpulento'ue craſſum dixeris. Idem reliquorū quoq́ꝫ exceſſuū in medio planè eſt ſitum ita, vt nec hirſutum id merito dixeris, nec glabrum: ſed nec molle, nec durum: nec nigrum, nec cādidum: adde ēt nec venis amplis, nec obſcuris: nec iracūdum, nec ignauū: nec ſomnolētum, nec peruigilē: nec hebetem, nec calidū: nec in venerē pronū, nec à venere alienum. Quòd ſi omnibus quoq́ꝫ corporis partibus planè mediū omnis exceſſus teneat, pulcherrimū id viſu nimirum fuerit, vtpote ſymmetron. Erit nō minus ad labores omnes planè idoneum, nec reliquis eucraſię, id eſt boni temperamenti, cuiuſque membri notis, quas in ſecūdo de temperamentis retulimus, deſtitutum. Nam multos videas, verbi gratia, q̄bus caput attemperatū cōmode ſit: thorax, venter've, & quæ gignendo tributæ partes ſunt, parum proſpera tēperie ſint. Quorundā vero in artubus intēperies eſt. Non deſunt &, quorū vnum aliquod viſcerum, aut alia quępiam particula vna, plures've, interim vero plura aliqua viſcera, parū ſalubri ſint temperamento.* Ego vero in vnica inſtrumentaliū partium intēperiem, id q́ꝫ in non paucis notaui ita, vt, verbi gratia, reliqua omnis ventriculi cōcauitas vno temperamento cōmodo incōmodo've eſſet, alio ipſum dūtaxat vētriculi os. Cæterū de his, vbi de vitioſis corporū ſtatibus diſceptabimus, agetur.

*πολύσαρκον i. multa carne prædito.

*Multi codices gręci habēt δύο κράσεις, i. duo temperamenta.

Ratio Tuendæ Valetudinis Infantis temperati: ac aduerſus eos, qui infantes ſiccandos aſſerebant. CAP. 7.

DE optima vero, cuius ſingulę particulę vniuerſam ſubſtantiam inculpatam habent, nunc dicetur. Huius ergo fortis homo, cum arti ſanitatis tuendæ traditur educandus, fortunatus vtiq́ꝫ ſit, ſi ſtatim editus in lucem ei committatur. Ita nanq́ꝫ ad animi quoq́ꝫ affectus non nihil lucri faciet, ipſa nimirum recta victus ratione mores quoque probos reddente. Cæterum, ſi qua etiam ſequentium ætatum eius ſe moderationi ſummittat, ſic quoque commoda ſentiet non mediocria.

Sanè

A Sanè primum dicetur, quemadmodum, si huiuscemodi hominem ab initio susceperis, eũdem per omnem vitæ cursum sanum custodias: modo nequid violentum extrinsecus illi incidat: id quod vtiq; ad sanitatis tuendę artificem nihil attinet. Secundo loco, quemadmodum, si non recens natum puellum acceperis, sed qui iã pręceptoribus dari sit habilis, eius quoq; curã agas. Postremo, quemadmodum reliquarum ætatum cuiuslibet. Ergo recens is natus infantulus, cuius corporis

A.l.1.f.5. d.1. c.1.fol.56.h constitutio omni nota vacat, primum quidem fascijs deligetur, sed corpori prius toti sale modice insperso, quo cutis eius dẽsior solidior q; ijs, quę intus sunt partibus, reddatur. In vtero enim ęque cum reliquis mollis erat, cum nec durius vllum externũ corpus inibi contigerit, nec aer illi vsquã frigidus inciderit, quorum commercio contracta densata q; & quàm ipsamet prius, & quàm reliqua membra, dẽsior durior q; fieret. At, quoniam iam editus infans, in frigore, calore, atq; inter corpora multo se duriora versetur, necesse est, ob hæc ipsa nimirum naturale eius tegmẽ pręparari quodammodo à nobis, reddi q; ad indolentiam & tolerantiam quàm aptissimum par est. Ita vero qui secũdum naturam se habent infantes, vel solo sale pręparati muniti q; abunde fuerint: quando, qui sic corum myrti foliorum, aut aliorum id genus inspersione egent, ijs planè vitiosus status sit. Nobis vero ad pręsens de ijs, qui optimo statu sunt, disserere propositum est. Ergo hi fascijs (vt dictum

A.l.1.f.5.d.1. c.2.fol.58.c B est) inuoluti, lacte pro alimento vtantur, & balneis salubrium aquarum. Vniuersam nãq; victus rationem humidam sibi adhiberi postulant, vt qui cæteris ętatibus temperamento sint humidiore. Atq; ex ijs, quæ ad sanorum victus rationem sunt necessaria, primum hoc se ad disquisitionem statim offert. Nam sunt, qui humidiores naturas siccandas semper putent: sicuti è diuerso, quę frigidiores sũt, calefieri debere: madefieri, quę sicciores: frigefieri, quæ calidiores. Quippe similibus quemlibet excessum augescere, contrarijs remitti ac minui: vno q; verbo, contraria contrariorum esse remedia. Oportuit vero nõ id modo Hippocratis legisse eos, meminisseq; quòd contraria sint contrariorum remedia, sed & illa quoq; in quibus ait humidam omnem victus rationem febricitantibus esse vtilem, præcipue vero puellis, & ijs, qui tali refici victu sunt assueti. Videtur enim in his tria deinceps pari inter se iure posuisse, morbum, ętatem, cõsuetudinem. Atq; à morbo quidem contrarij adhibendi indicationem accipit, ab ætate & consuetudine similium. Febri nanque, ceu morbo calido & sicco, humida conueniunt. Puellis, vt quibus ea ætas non morbus, sed secundum naturam sit, id maxime est vtile, quod planè est simillimum. Pari modo consuetudini, vtpote quæ adscititiam acquisititiam q; naturam in corporibus gignit, contraria dedisse in primis est noxium: atq; hęc merito. Quę enim corpora secundum naturam se habent, ijs seruari custodiri q;

In lib. de Flatibus nõ lõge a principio. 1. Aph. 16. Ext. ord. 8.h

C suum habitum decet: quę morbo aliquo premuntur, ijs contra alterari, & ad contrarium habitum trahi expedit. Ac seruatur quidem similibus vnumquodq;: alteratur cõtrarijs. Haudquaq̃ itaque siccandi pueri sunt, si modo in his nulla pręter naturam humiditas subest, qualis in raucedine, grauedine, catarrho q; conspicitur, sed pro naturę ratione alendi, ac dulcium aquarum balneis humectandi: (quę enim medicam vim aliquam præ se ferunt, omnes planè siccant, veluti quæ sulphuris aliquid, bituminis, aluminis've repręsentant) tum cibo eo potione q; nutriendi, qui humidæ quàm maxime naturæ sint. Ad hũc modum & natura ipsa pueris cõsuluit, & lac matris in humẽtis alimenti vsum præparauit. Atq; optimum quidem est etiam reliquis fortasse omnibus infanti-

A.l.1.f.5.d.1.c. 2.fol.57.c bus ipsum lac matris, modo nullo morbo sit corruptum: maxime vero ei, qui optimo est tempera mento, de quo nunc sermo instituitur, quippe cuius maternum non corpus modo totum, sed etiã lac à vitio esse alienum non sit absimile. Ac sanguine quidem, dũ adhuc in vtero gestamur, alimur cõstat: ex sanguine vero lac gignitur, exiguam in mammillis mũtationem adepto. Quare, qui matris lacte pueri aluntur, ij iam non solum consueto, verumetiam maxime proprio vtuntur alimento. Videtur autem non modo nutrimentum id natura infantibus præparasse, verumetiam facultates quasdam naturales, quibus eo vtantur, ab initio protinus contulisse: quando, si modo natis

D papillam statim in os inseras, & sugunt lac ipsum, & deglutiunt promptissime. Quin, sicubi forte offenduntur plorant've, non minimum ijs doloris lenimen est nutricis papilla ori indita: quippe tria hęc doloris infantium remedia nutricibus ipso vsu edoctis inuenta videmus: vnum quod modo retulimus: & altera duo, motum mediocrem, & vocis modulationem. Quibus perpetuo vsæ non solum mitigant, sed etiam somnum cõciliant, vel hoc ipso testificante natura, ad musicam eos & exercitia suopte ingenio esse propensos. Adeo, quisquis his artibus probe vti sciet, is nimirum

E & corpus & animum optime instituet.

De infantum exercitatione, ac de cura, quæ circa eorum mores, ac animi motus adhibenda est. CAP. 8.

NVtricibus igitur triplex puellis excogitata dimotio est in cunis, in lectulis pendentibus, in suis ipsarum vlnis: vbi iam hoc aliud quoq; nobis ęstimandum oritur, ad sanitatis tutelam vel in primis necessariũ: cũ Asclepiades planè aperte q; exercitationes damnet: Erasistratus vere cundius timidius q; decernat, cęterum idem cum Asclepiade sentiat: reliqui fere medici nõ solum ad euexian, id est bonam corporis habitudinẽ, sed etiam ad sanitatem eas prędicent. Porrò exercitationum tria saltem prima notantur genera, vtiq; quot motionum differẽtiæ: quippe aut à nobis ipsis mouemur, aut ab alijs, aut medicamento. Horum tamen tertia species ad sanos nequaq̃ per

tinet. Sed, qui ab altero prꝗſtatur motus, nauigando, equitando, vehendo, atq;, vt paulo ante di- E
ctum eſt, in cunis, lectulis, vlnis q; obitur. Recens tamen nati puelli tam valentem motum, q̃ eſt, q
vehiculis, nauigijs, equis'ue pręſtatur, adhuc non deſiderant. Atqui iam tertium aut quartum an
num à natali agunt, his vehiculo nauigio q; modice agitari licet. Septēnes vero etiam valentio-
res motus tolerant, ita vt equitare iam aſſueſcant. Per ſe vero moueri tum primum pueris licet,
cum iam repere cœperūt, magis q; etiam, cum ingredi. Immature vero cogēdi omnino non ſunt,
ne eorū artus diſtorqueātur. Sane vel hac ætate facile declaratur, quāta ſit naturæ noſtræ cū exerci
tijs ſocietas, cum pueros, nec ſi concluſeris loco aliquo, prohibeas, quo minus diſcurrant, ac pul-
lorum vitulorum q; ritu laſciuiant. Quippe ſua cuiq; animanti natura ſatis eſt ad proprias conue-
nientes q; excitādas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutem q; tueatur. Verum Aſclepiades nihil
horum cogitans, per magnum ocium captiunculas texit, quibus docere conetur nihil ad bonam
valetudinem exercitia conferre. Verum huic poſtea, quod par eſt, reſpondebitur, ceu garrulitate
ad finem potiſſimum taxanda. Eſt enim nobis hoc loco propoſitum non ſophiſtarū nugas refel-
lere, ſed, quod ad ſanitatem tuendam cōducat, præcipere. Itaq; ad infantes redeo, qui optimo cor-
poris habitu ſunt. Porrò his animi quoq; mores citra vitium eſſe par eſt. † Qui enim iuſto ſunt ad
irā magis *procliues, aut animo plane demiſſo, aut ſenſiles magis, aut inſenſiles, aut pręter modum F A. l. 1. f. 3 d. 1. c. 4. fol. 59. c.
guloſi, hos parum idoneo temperamento eſſe ijs partibus, quibus prędictorum ſingula admini-
ſtrant, neceſſe eſt. Proditum vero de his fuſius eſt in ijs libris, quos de Hippocratis Platonis q; pla
citis ſcripſimus. Verum, qui nunc in noſtra diſputatione, propoſitus infans eſt, vndecunq; abſo-
lutus eſt. Huius ergo ſicut nullum ex animi moribus corrigere, ſic eoſdem ſeruare, ne quo vitien-
tur, oportet. Seruatur vero quidq; iiſdem plane generibus, quibus corrumpitur. Corrumpuntur * genere.
autem animi mores praua cōſuetudine cuiuſq; horum, cibi, potionis, exercitationis, videndi, au-
diendi, totius deniq; muſices. Itaq; peritum horum omnium eſſe eum medicum oportet, qui ſa-
nitatis tuēdæ curā ſuſcipiet, nec ea opinione eſſe, quaſi ad ſolum ſpectet philoſophum animi mo-
res effingere. Quippe huic ob aliud omnino maius id muneris tribuitur, nempe animi ſanitatē:
medico vero, ne corpus facilius in morbos dilabatur, q̄n iracūdia, fletus, ira, triſtitia, cura immodi-
ca, & multę ſuper his vigiliæ, febres accendunt, ac grauiſſimis valetudinibus initia prabent: ve-
luti ediuerſo cogitationis mentis q; ſegnitia, ac animus omnino deſes, decoloratos, ac ſæpe ex atro-
phia, id eſt nutriēdi defectu, graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem reddunt. Hunc enim ca-
lorem præter cætera intra ſanitatis fines cuſtodire oportet: cuſtoditur autem modicis tum corpo-
ris, tum animi exercitijs. Qui nanq; motus modum non ſeruant, ſiue ij ex rationali, ſiue ex appe- G
titoria, ſiue ex animoſa animi parte cientur, ſi modum nimiū exceſſerunt, bilioſum animans red-
dunt: Si intra modum nimium ſubſiſtunt, pituitoſum frigidum q; efficiunt. Quinetiam priorem
habitudinem febres, & qui calidiores *affectus ſunt: poſteriorē iecinoris & viſcerum obſtructio-
nes, comitiales morbi, apoplexiæ, in ſumma, deſtillationū fluxionum q; morbi plerunq; excipiūt.
Et nos ob animi mores ęgros quotānis non paucos perſanauimus, ſolis animi motibus ad debi-
tum modum reuocatis. Eſt vero non ſpernēdus huius ſentētiæ teſtis, ipſum patrium nobis numen
Æſculapius, qui multas ſcribi cantilenas, mimos q; ridicularū rerum fieri, & melodias quaſdam in
ſtituit ijs, qbus vehementiores aïoſæ partis motus, corporis temperamentum iuſto calidius effi-
cerent. Alijs qbuſdam, neq; ijs paucis, venari, equitare, atq; armatos exercitari iuſſit, iiſdem q; ſta
tim tum motuum ipſorū ſpeciem, vtiq; quibus motus iniunxit: tū armorum, quibus armatis exer-
ceri præcepit, definiuit. Non. n. quo pacto excitetur erigatur q; animoſa pars, cum imbecilla ſit,
præcipere ſat habuit, niſi etiam mēſurā eius ab exercitationum idea definiret. Non. n. pari modo
excitatur ea animi portio, vbi cum apris, vrſis, tauris, & alijs id genus prævalentibus robore bel-
luis agitandis ſumus attenti: & cū leporem, capream, & id genus fugacia ac timida ſectamur: Nec
ſimiliter, cū in leui armatura, & graui exercemur: Nec pariter, cū citato curſu dimouemur, & cum H
mediocri motu agimur: Nec, vbi cū alijs cōtendimus, & vbi ſoli agimus: Iam, clamore, an tacitus
ad labores inhorteris irrites q;, non parum ſane intereſt. Verum de his latius dicetur in ſequenti-
bus. Sed infantes, qui optimum ſortiti ſunt temperamentū, (de his enim ſermo erat) non leui cu-
ra egent, ne quos animi motus immodicos incurrant. Quippe loquelæ adhuc expertes, ploratu,
clamore, iracundia, & inordinato ſui motu dolorem indicant. Noſtrum igitur officium ſit, con-
iectantes, quid deſiderēt, aſſidue *id ſuppeditare prius, q̃ auctus dolor in nimium atq; inordinatū A. ibidem.
motum vnà cum corpore etiam animum ipſum vniuerſum conijciat: ſiquidem dentientes, aut ab
externo quopiam offenſi, aut aluum exonerare, aut meiere, aut eſſe bibere've cupientes perinde,
ac diſcruciati, plorant, atq; enormiter mouentur. Fieri etiam poteſt, vt frigore offenſi teporem de-
ſiderent: ſicuti contra æſtu immodico afflicti refrigerationem. Eſt, quando multitudinem inſtra-
tarum veſtium non tolerant. Quippe múltos offendit id quoq; non minimū, maxime vero cum
aut totū corpus vertere, aut etiā artus mouere cupiunt. Quinetiā ipſa quies, ſi ſit diuturnior, non
parum moleſta eſſe ſolet: q̄n nulla animans immodico vllo delectatur, ſed ſemper medium mo-
dum expetit. Porrò medius ipſe modus non vnus omnibus eſt, ſed omnis mediocritas ex eorum
ſemper eſt numero, quæ in collatione ad aliud ſpectantur. Quocirca, qui curam infantis educan-
di ſuſcipiet,

† Cū hoc in loco triū animaliū, quæ in corde, cerebro, & hepate locant, Galenus afferat exēpla, nō inepte quidam putāt voces illas ſenſiles, & īſenſiles, & guloſi, aliter vertendas eſſe, vt dicatur, ītelligētes, & ſtupidi, & cupidi, quæ ad animā, non ad corpus referūtur: huic aūt verſioni græca etiam lectio ſubſcribit, & Galeni verba inferius circa medium iſtius capitis id palā oſtendunt.

* παθήματα.

* In Aldino codice legitur πολλά. in manuſcriptis πολλάκις, i. multoties.

A di suscipiet, hunc planè vt acrem mediocritatis conuenientisq; coniectorem esse, ita hæc semper præbere oportet prius, quàm ex desiderio cuiusuis auctus dolor simul cum corpore animũ quoq; in motus immodicos conijciat. Quòd siqñ, quod infestat, imprudẽtibus insciẽtibus q; nobis auctũ esse contigerit, corrigere molestiam tẽtabimus ilico vel præbito, quod expetit, vel sublato, quod offendit, etiã "motu per vlnas nutricis adhibito, ac vocis modulamine, quibus vti prudentiores nutricum cõsueuerũt. Ego nanq; puello quodam totum diẽ irato, plorante q;, ac immodice se inordinate q; iactante, nutrice ipsa omnis cõsilij inope, deprehendi quod offendit. Quippe vt neq; papilla ĩ os immissa, neq; à nutrice prolatus, si forte meiere, aut aluũ exonerare vellet lenitus est, sed nec cũ ab vlnarũ agitatu reclinari est cœptus. aduerti aũt tum lectũ, tũ inuolucra, tum vestes ipsas sordidiores, pterea puellum ipsum immundum, atq; illotum. lauare detergere q; iussi, tum lectulũ mutare, ac vestẽ omnem tersam mundam q; pbere. Quibus peractis, protinus ab immodico agitatu cõquieuit, ilico q; dormiuit nõ suauissimũ modo verumetiam lõgissimum somnũ. Vt vero recte conijcias, q̃ puello officiãt, nõ mõ solertia est opus, sed ẽt assidua de ipso, q nutrit, experientia.

A.l.1.f.3. d. 1. c.2.fol. 57. d

Quales oporteat Nutrices esse. CAP. 9.

B HÆc igitur omnia vsq; in tertium à natali annũ circa puellum peragenda censeo. In primisq; de nutrice ipsa non minimã habendam esse curã, quid edat, quid bibat, quo pacto in somno, venere, exercitatione se habeat: vt videlicet lac eius egregie sit tẽperatũ, quale certe erit, si sanguis eius quã optimus sit: porrò is talis est, qui nec flaua abundat bile, nec atra, nec pituitosus est, nec serosus, nec aquoso liquore permistus. Nascitur aũt eiusmodi sanguis ab exercitatione moderata, & cibis tum boni succi, tum iusto tempore modo q; assumptis, prẹterea potione tẽpestiua modice q; sumpta. De quibus omnibus in ijs, quẹ post dicẽtur, diligẽter agẽ. A venere "omnino abstinẽdã esse, quæcũq; lac præbebit, moneo. Nã & menses viri consuetudine prouocãtur, & lac odoris gratiã in deterius mutat. Quinetiam aliquẹ in vtero cõcipiunt, quo nocẽtius puello adhuc lactẽti nihil est. Interim enim, quicquid sanguinis est optimum, in fœtum absumitur. Quippe is, cum proprium in se vitẹ principium contineat & huius moderamine agitur, & assidue conueniens sibi alimentum trahit, † vtero ipsi veluti radici adhærens, nec vsquam ab eo nocte die've discedens. Interim vero nõ minor modo, verumetiam deterior rationabiliter redditur ipsius grauidæ sanguis. Quo fit vt lac ipsum tum peius, tum vero exiguũ in mammillas colligatur. Quare si, quæ infantẽ lactat, vterum gerit, ego magnopere suaserim aliam inueniẽdam nutricem. Cuius etiam lac gustu, odoratu, visu considerandum explorandum'que diligẽter sit. Siquidem, quod optimum est, id gustãti olfaciẽti'que planè suaue, intuẽti cãdidum, ẹquabile, ac liquidi crassi'que medium apparebit.

A.l. 1. f.3.d. 1. c.2.fo.58.a

† ἐρριζωμένον τε τῇ μήτρᾳ infertis in vtero radicib' adnexum.

C Quod vitiosum est, ediuerso aut crassum & caseosum, aut liquidum & serosum, ac liuidum, tum consistẽtia ipsa colore q; inæquabile videbitur. Idem gustantibus amarorem, aut salsedinem, aut qualitatem quampiam extraneam exhibebit: tale vero nec olfacienti suaue erit. Atq; lactis probi improbiq; hæc sunto indicia, quæ coniectans, cum mater aut iam concepit, aut morbo aliquo est affecta, ad aliam q; nutricẽ transire est necessariũ, lactis iudicium atq; electionẽ facere quis posset.

De Cibo, frictione, & balneis, quæ puello post lactis vsum conueniunt. CAP. 10.

A.ibidem. g

TVm vero puellum, quoad "primores dentes emiserit, solo lacte alẽdum. Quo tempore eum solidiori quodammodo iam cibo assuefacere conueniet, quod etiam experientia planè doctæ mulieres faciunt: primum panem, mox legumina, ac carnem, & similia, omnia prius commansa puellorum osculis immittentes. Corpus autem infantium confricare oportet oleo dulci: sicuti idipsum recte peragunt nutrices plerẹque, statim ipsas corporis partes modulantes atque fingentes. Verum in eo, quem proposuimus, puero, qui corporis statu est optimo, quod ad membrorum modulum saltem attinet, nihil est, q̃ curiosa nutrix sit, sed tñ fricet quotidie mediocriter, ac lauet: idq;, quàm fieri maxime potest, lacte in ventriculo minime adhuc hærente crudo, quippe q̃ periculum est, ne prius, quàm probe sit concoctum, in totum corpus infantis digeratur. Multo vero maxime siquis ventriculum ipsum adhuc lactis plenum infricet, tum corpus crudo alimento implebit, tum caput onerabit. Quo magis prospiciendũ in primis est, nequid nutrimenti neq; ante balneum, neq; ante frictionem puerulo prẹbeatur. Id fiet, si ad hæc administranda nutrix post longissimum somnum diligenter tp̃s obseruet. Id enim maxime temporis est, in quo vel inanẽ planè ventriculum inuenias, vel certe cõcoctum iam alimentũ in se continentẽ. Quæ autẽ, vt hodie fit, faciunt, sanè lẹdunt, aliæ vnum & certum diei tp̃s prẹscribentes, aliẹ, cum ipsæ à negocijs vacent, tum demum curantes. Quo fit, vt sæpius lædi, q̃ iuuari, puellos necesse sit: Quippe quod à nobis præscriptum tp̃s est, aliàs in aliud diei noctis've tempus incidit. Maiorum tamen puerorum, qui videlicet plagis, minis, obiurgationi, monitis parere norunt, ijs duplex cum fricandi, tum lauandi temporis occasio est: prior ac cõmodissima, cum "à matutino somno surrexerint, deinde luserint, ac iam cibum petant. Tum enim maxime vocãdi ad hæc sunt, ac corpus quidem ad sanitatem pariter & bonam habitudinem, animus ad obsequelam & temperantiam exercendus. Interminandum q; non aliter nos cibum prẹbituros, nisi, quantum ipsi velimus, frictioni balneo q; se permiserint. Atq; optimum quidem tẽpus hoc fuerit. Quòd siqua occupatione, qui puellum alit, auocetur, modico pane præbito ludere permittat, quantum velit: dein, cum rursus cibum petierit, tum

"εὐρυθμίαν.i. cõcinnitatem.

D

A.l.1.f.3. d. 1. c.4.fol.51.f

fricet, lauet q́3. Minime tamen bibere ei permittendum post cibum est, quem balneum excipit: qm̄ E ita precipitatior eorum, quæ ventriculus continet, distributio in corpus fiet. Id vero in corporibus prorsus sanis cauere oportet. Quippe quibus vtilius sit ante balneum cibum dedisse, horum planè improbandi tum affectus sunt, tum corporum status. De his vero in sequentibus dicemus. nunc premendum nobis propositū est: nempe vt puellum, cui optime affectū corpus sit, sic educemus, vt talis ꝑpetuo seruetur: huic expedit, vt cibus balneū sequatur. Quòd si, quo loco puellus alitur, balnei copia non sit, (fortasse vero nec ista vnq̄ legēt, qui ibi habitant) in concha pueros lauant, donec alterum iam tertium'ue ætatis annū attigerint. Qui vero hos annos excesserint, eos, si non quotidie, at certe tertio quoq; die quarto've vngūt atq; infricant. Quòd si anni tempus non prohibeat, stagna amnesq́3 his lauacra sunt, veluti nobis balneum. Apud Germanos enim planè nè nutriri quidē infantes contenderim. Verū nos neque Germanis, neq́3 alijs agrestibus aut Barbaris hominibus hæc ꝓdimus, non magis equidem q̄ vrsis, apris, leonibus, aut alijs id genus feris, sed Græcis, & ijs, qui, tametsi genere sunt Barbari, Græcorum tamē ęmulantur studia. Nam quis, quæso, eorum hominum, qui apud nos degunt, tulerit modo editum infantulum, etiam ab vtero calentem, ad flumen deferre, ibi q́3 (sicuti Germanos aiunt) ceu candens sit ferrum, in frigidum humorem mergendo, simul de naturę vigore periculū facere, simul corpus ipsum roborare? Quippe, si citra noxam id tolerauit, &, q̄ propriæ naturæ robur ostendit, & nouū præterea robur ex frigidæ commercio comparauit, nulli non patet. Cæterum, si ab externo frigore naturalis calor sit victus, q̄ protinus interire necesse sit, id quoq; neminem latet. Quis igitur mentis cōpos, nec oīno ferus, Scytha'ue proprium pignus in id agere discrimē sustineat, in quo errorem mors sequitur, potissimum cum ex eo periculo non magnū sit futurum, quod lucrifaciet? Asino enim fortassis, aut id genus experti rationis animanti vtilissimum fuerit densum ita tergus durum q́3 effici, vt citra dolorem frigus toleret, homini vero ratione prædito, cuinam, quæso, tam magno sit vsui? Non enim, si quis absolute, citra q́3 exceptionem pronūciet cutē densissimam durissimam q́3 vtilem ad sanitatem esse, is rectè dicat. Cum nanq́3 animalis corpori duplex instet incōmodum, alterum ab externis, alterum ab internis occasionibus, quorum certe rara mollis q̄ cutis est, ij ab extrinsecus imminentibus malis facile tentantur: quorū densa ac dura, ab internis. Itaq; etiam Hippocrates, vbi de ijs præcipit, quæ in nobis ab alimento ad cōmodum incōmodum'ue cedunt, post alia multa, hęc scripsit: ‖ Raritas corporis ad transpiratum ijs, q̄bus plurimum aufertur, salubrius: q̄bus minus, insalubrius. Prestat ergo vtrunq́3 declinasse excessum, nec adeo aut densam reddidisse cutē, vt corporis trāspiratum prohibeat: aut raram, vt facile à qualibet extrinsecus incidenti occasione G lædatur. Tale porrò natura est propositi nobis hoc loco puelli corpus, cum sit medium omnis excessus. Est ergo id ea ratione alendū, vt status sui grātiam perpetuo seruet. Seruabit aūt, si primis quidem annis solo lacte nutrias, ac balneo dulcis aquæ & calentis vtare: quo videlicet corpus eius molle, q̄ diutissime seruatum, ad plurimū augmēti ꝑueniat. Ab his annis, cū iam mitti "in ludū est habilis, nō necesse erit assiduis præterea balneis vti, sed interim, dū luctari condiscit, mediocriter inibi ante cibū exercitari sat erit, ac balneo plerūq́3 abstinere. Modū vero ī labore excessisse, quod non nulli pædotribæ pueros cogunt, prorsus alienum est: siquidem intempestiua duritie corporis inhibetur auctio, etiam si natura sit ad auctum quàm maxime comparatum.

De Vino puellis vitando, ac de aqua & aere optimo comparando. CAP. II.

SAnè vinum * q̄ diutissime, qui ea natura puer est, ne gustare quidē suaserim: quippe quod haustum & humectat nimiū, & calfacit corpus, tum caput halitu replet ijs, qui humido calido q́3 temperamēto sunt, quale est eiusmodi puerorum. Atqui nec repleri his caput est vtile, nec ipsos supra, q̄ par est, humidos calidos q́3 fieri: qm̄ eò iam caloris humoris q́3 peruenerūt, vt, si paululum vtrāuis qualitatem auxeris, iam modum excesserint. Cum aūt sit oīs excessus fugiendus, maxime hunc fugere expedit, ex quo non corpori modo, verūetiam animo damnum accedit. Quare neq́3 H iam adultis vinum, nisi modice sumptum, existimandū est vtile esse: q̄ videlicet ad iram ꝓcipites, & ad iniuriam incontinentes facit, & partē animi rationalem hebetem turbidam q́3 reddit. Cæterum his ipsis ad bilis excrementa vel mitiganda, vel expellenda est sanè non inutile: non minime vero ad eā siccitatem, quę in solidis partibus aut ex immodicis laboribus, aut ex ꝓprio ętatis temperamento prouenit, idoneū est vinū. Humectat nanq́3 ac nutrit, quicquid immodice siccatū est: tum bilis amaræ acrimoniā mitigat ac frangit: ꝓterea ꝑ sudores vrinas q́3 vacuat. Pueri vero, ceu q talem succum minime colligūt, quiq́3 naturalem humiditatē plurimā obtinent, vt commodorum, quę vini potio largitur, planè non egent, ita incōmoda, q̄ affert, tm̄ sentiunt. Nemo itaq́3 rationis cōpos ea vti potione pueros sinet, quam, præterq̄ q̄ nullum affert commodum, immensum etiam sequitur incommodū. A frigidæ potione oīno prohibēdos huiusmodi pueros non censeo, quod tn̄ aliqui faciunt: verum à cibo plerunq;, & per calores, † cum ipsis cordi erit, vti permitto, potissimum vero (si copia eius sit) fontanæ recētis, cui nulla qualitas vitiosa aliunde sit cōtracta: ea si nō ęst, reliquarum. Cauendę vero sunt, quę ex stagnis hauriuntur, & quę turbidæ, & quæ male olentes, & quę salsæ, deniq́3 in quibus qualitas aliqua gustu deprehenditur: qm̄ quę optima est, ea penitus non gustui modo horum, verumetiam olfactui omnis qualitatis expers videbitur. Eadem quoq;

* Aliqui legunt nō οὐδαμῶς, i. nequaq̄, sed οὐ καλῶς, i. nō bene.

* πεῖραν, i. experientiam.

In lib. de Aliment. ad med.

* ἀρετήν.

A. l. 1. f. 3. d. 1. c 4 fol. 59. f

A. ibidem.

† Aliqui in codice græco legūt nō ἔξουσιν αὐτοὶ πρὸς τὸ ψυχρὸν, i. affecti fuerint ipsi erga frigidā, sed νέζωσιν &c. id est venerint ipsi ad aquā frigidam.

A quoq; tũ potui iucundiſſima erit,tum planè pura. Quòd ſi præcordia* quoq; celeriter tranſit,nihil eſt,ꝙ magis idoneam requiras: quando,ſiqua pura lympidaq́; eſt,nec potu inſuauis, nihilo ſecius tamen circa præcordia hæret,hæc † vitio non caret: atq; abſtinendum ab ea cenſeo vtiq;,cũ prorſus eſt frigida: cæterum à calefacta non deterreo. Ac tutiſſimum quidem ſit experientia ipſa de huiuſmodi aqua iudicium fieri. Quòd ſiquis eſt,qui ex notis potius vim eius prænoſſe malit: Cuius fons è petra ſcaturiens,contra Septentriones fluit,Solem q́; auerſum habet,hanc ægre concoctum iri,tardi q́; tranſitus eſſe putandum eſt: eadem nimirum calefiet frigefiet q́; tardè. Contra, cuius ad orientem Solem fons erumpit,quæq; per meatum aliquem mundum,aut puram colatur terram, eadem q́; calefit ac refrigeratur ocyſsime,hanc omni ætati vtiliſsimam eſſe exiſtimandum eſt. Nõ enim,ſicuti vino,eſcis,exercitatione,vigilijs,ſomno,ac venere,alijs aliàs vti pro ratione ætatis expedit,ita de aqua quoq; ſtatuendum eſt,ſed quam nunc optimam indicauimus,hac vti puero,iuueni,ſeni,conducet. Idem de aere iudicandum,quem optimum in pulmones trahere omnibus iuxta ſalubre eſt. Optimum aerem cenſeo,qui prorſus ſit purus. Eiuſmodi vero fuerit,qui nec ſtagni, nec paludis halitu ſit perturbatus,nec ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpirante infectus,quales circa Sardeis,& Hierapolin,aliubi q́; terrarum ſæpenumero viſitur. Nec,qui ex cloacis,quæ magnam aliquam

B vrbem aut numeroſum exercitum purgent,vitium contraxit. Nec, qui ex animalium,olerum, aut leguminum putredine,aut fimo coinquinatur. Nec,qui ob ſtagnum vel flumen vicinum nebuloſus eſt. Nec,qui editis vndiq; montibus in cauo loco clauſus nullum recipit perflatum. Suffocans.n.putris q́; eſt,ſimilis ei,qui in domibus quibuſdam eſt incluſus, in quibus ob putredinem,& perflatus defectum plurimus aceruatur ſitus. Huiuſcemodi ergo aer omni planè ætati eſt noxius: ſicut ediuerſo,qui purus omnino eſt,nulli non ętati eſt vtilis. At vero,quę ex calore, frigore,ſiccitate,humiditate diuerſitas aeris contingit,non perinde ſe ad omnes homines habet. Sed corporibus,quę optimo temperamento ſunt, etiam optime temperatus aer eſt ſaluberrimus. In quibus vero aliqua exuperans qualitas dominatur,ijs vtiliſsimus aer eſt, qui ei qualitati maxime eſt aduerſus,frigidus calidę,calidus frigidæ,humidiori ſiccus,ſicciori,q̃ par eſt, tanto humidior, quanto ſiccitas ipſa modum exceſsit. Atq; hæc quidem hoc loco intellexiſſe ſat eſt. Quemadmodũ vero incommoda,quę ex vitioſis aere aquis q́; proueniunt,corrigas,alio volumine dicetur. Nunc enim optimum corporis ſtatum,ſimul cum optima victus ratione,ceu ſcopum ac regulam quandam tractare conſtitui. Quæ enim vitioſa in aliquo corpora ſunt, horum varietates omnes vnà cum idonei ipſis victus ratione in ſequentibus libris proſequemur.

C *Ratio tuendæ ſanitatis ſecundi & tertij ſeptenarij,ac de vijs ſingulorum corporis excrementorum.* CAP. 12.

QVare rurſus ad optimi ſtatus puerum reuerſi,ſecundum ſeptennium eius explicemus, & cuius temperamenti ſit,& quod'nam poſtulet victus genus. Ergo temperamentum eius (vt in libris,quos de temperamentis ſcripſimus, euidenter oſtendimus) calidum eſt eodem gradu,quo prius,humidum vero non eodem. Qñquidem omne animans ab ipſo ſtatim ortu ſiccius in dies efficitur: minime tñ per oẽs ætates aut calidius aut frigidius euadit. Sed,quorum optime ſe habent corpora,ijs calor ſimilis quodammodo vſq; ad ſummum incrementum manet: quorum vero humida frigida q́; ſupra optimæ cõditionis corpus ſunt,horum calor augetur. Sed non

A.l.1.f.5. d.1. c.4.fol.59.g eſt nunc de his ſermo. Cui vero optimi ſtatus corpus cõtigit,is ad "quartumdecimum vſq; annum iam traditam victus rationem obſeruet,illo tñ in exercitatione ſeruato modo,vt neq; immodice ſe, neq; violenter exercitet: ne corporis id incremento ſit in mora. Lauetur aũt calida potius, quàm gelida: vt qui nondum hanc citra noxam tolerauerit. Hoc ætatis, animum quoq; finxiſſe aptiſsimum eſt,id'q; potiſsimũ probis conſuetudinibus,& grauibus,& diſciplinis,quæ animo modeſtiã pariant. Quippe ad ea,quæ ſequente ætate circa corpus eius moliri oportebit, maximo compen-

D dio ſit animi modeſtia,& ad parendum facilitas. A ſecundo vero ſeptennio vſq; ad expletum tertium,ſi quidem ad robuſtiſsimum corporis habitum prouehere hominem cupis, aut militem cũ ſtrenuum,aut luctatorem,aut aliàs viribus inſignem deſtinans,vtiq; de ijs animi dotibus, quæ ad ſcientiam ſapientiam q́; pertinent,minus laborabis. Quę.n.ad mores ſpectant, hac maxime ætate perfici abſolui'q; conuenit. Sin corporis membra roborare hactenus cupis,dum ſanum quendam habitum & incrementum ijs compares, animi vero rationalem partem ornare adoleſcentis ſtudes,non eſt vtrobiq; eadẽ victus ratio ex vſu. Quanq̃ etiam tertiam quartam'q; vitę formulam licet inuenire: alijs ſordidarum cuilibet artium deditis, id'q; vel ei,quæ corpus exerceat, vel alienũ ab exercitio id teneat: alijs ad agriculturam,vel mercaturam, vel tale quippiam ſe conferentibus: quæ genera tot numero ſunt,vt difficile certe videatur omnes vitæ ſpecies certo numero complecti. Ac ars quidem, quæ ſanitatem tuendam profitetur, omnibus profecto hominibus ſanitatis tuendæ documenta pollicetur, aut ſingulorum propria, aut omnium communia: aut hæc quidem propria,illa vero communia. Veruntamen fieri nequit,vt de omnibus ſimul diſſeratur, ſed vt primo loco quemadmodum quis *ad longiſsimum prolata vita,ẽt bona valetudine perpetuo vtatur. (Sanè hanc vitam ab omni,quod neceſsitate ſe ingerit, negocio liberam eſſe oportet, ac ſoli corpori vacare.) Secundo loco,vt de ijs quæ cum arte aliqua, aut opere, aut exercitio, aut miniſterio

* ὑποχονδρίου.

† ἡμιμοχθηρόν i. ſemiuitioſam.

* ἐπιτηδεύματος i. vitę inſtituto, aut viuendi ratione.

rio priuato publico've, in summa, quæ cum premente aliquo negocio coniunctæ sunt. Sic vtique E fieri potest, vt de omnibus disseratur. Neq;.n. aliter aut dilucidus, aut memoratu facilis, aut certa methodo traditus sermo noster videatur, nisi hūc ordinem sequatur. Sed ad id, quod primo loco propositum est, reuertendum, docendum q; quemadmodum, qui optimum corporis habitum est nactus, ab omnibus, quæ ad publicum in vita spectant, secedens, ac sibi soli viuens, nec morbo vllo, quoad fieri potest, vnquam tentetur, nec ante longissimum vitæ tps morte occupetur. Immortale nanque fieri, quod genitum est, planè non potest: tametsi nostri temporis philosophus quidam in egregio.s. opere illo, in quo immortalitatis viam docet, id ostēdere sit aggressus. † Vt vero corpus in plurimum perduret tempus, id vero fieri posse profectò conuenit, }præsertim eius, qui optima sit natura. Sunt enim, qui ab ipso ortu adeo improspero corporis sint statu, vt, ne si Æsculapium quidem ipsum ijs præfeceris, vel sexagesimum annum videant. Sed non est nunc de his locus. Quare ad illum hominem potius, qui optimo est habitu, reuerli, repetamus ea, quæ inter initia pemonstrauimus: nempe q̄ comesse bibere q; nobis necesse est propterea, q̄ è corpore nostro aliquid semper defluit. Cum vero edendum nobis bibendum q; sit, necesse rursus est excrementorum excernendorum curam rationem q; haberi. Horum vero cum variæ sint species, aliæ eorum, quæ in ventriculo perficiuntur, aliæ eorum, quæ in iecinore, arterijs & venis aliæ, eius, quod per F singula membra distribuitur, alimenti, sanè cuiusq; suam esse vacuationem oportet: sicuti idipsum ab initio instituisse natura videtur, quæ instrumenta animalibus contulit, alia, quæ excrementa ipsa expurgent ac separent, alia, quæ deducant, alia, quæ in vnum colligant, alia, quæ excernant. De quibus omnibus tractatatum nobis fusius est in ijs commentarijs, quos de naturalibus facultatibus, & quos de particularum animalis vsu inscripsimus. Nunc hypotheseos loco hæc præsumenda sunt ad ea, quæ paramus. Primum "nanque excrementum & à syncero separatur, & paulatim impellitur per omnia intestina vsq; ad satis capax spatium, quod in eo intestino visitur quod ab argumento rectum vocant: ad cuius exitum musculi quidam sunt inserti, qui ipsum coerceant, intus q; detineant ac ne immature effluat, vetent. Postea vero, quàm plurimum congestum iam graue animali fuerit, tum foras agi sinunt, ad celeritatē emissionis etiā abdominis musculis vnà cum trāsuerso septo adiuuantibus. Iecinoris excrementorum aliud est, quale quod florem in vino appellant, aliud, quale quod fex dicitur. Attrahitur alterum à vesicula, quæ iecinori subijcitur, alterū à liene. In his collecta, excernuntur, alterum in priorem tenuis intestini partem, alterum in ventriculum: ab his q; iam per omnia intestina vna q; cum sicciori alimenti excremento permeāt. Quod aūt in venis & arterijs excrementum aceruatur, eiusmodi planè est, quale in lacte concreto serum. G Hoc renes à sanguine secernentes, ad vesicam transmittunt. Ea porro id colligit, seruat q; ad eūdē fermè modum, quem de sicco excremento supra retulimus. Quippe adnāscitur hic quoq; ad exitum ipsum musculus quidam transuersus, qui osculum vesicæ ita ad vnguem comprimit, vt inde nihil effluat. Postq̄ vero huius quoq; collecta iam copia animal vrget, ilico se remittens laxans q; statione cedit. Vesica vero omne excrementum excernit, rursus hic quoq;, vt ad celeritatem exitus siccorum excrementorum, auxiliantibus musculis ijs, qui in abdomine sunt siti. Reliquum excrementorum genus in singulis animalis nascitur particulis ex ipso vnde aluntur succo: aliud qdē ceu semicoctę quępiam reliquiæ, quę assimilari nutriendæ parti nequiuerunt: aliud quod prius transmittendi alimenti fuit vehiculū, nūc functum officio humidū tenue q; superest: quale nimirum serosum illud iam dictū, quod ex vasis (i. venis & arterijs) in vesicam defluit. Huic excremēto nullus certus à natura pręscriptus meatus est: expellitur tñ partim actū per ipsa molliora corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potissimum cum à spiritu maiore impetu irruente impellitur: partim ēt per exiguos oēs corporeę molis meatus, πόρους Gręci vocant: quorum non mō reliquū corpus vniuersum, sed, etiā tota cutis plena est. Dictum aūt nobis de generatione horum est in libris, quos de temperamentis edidimus. Ergo tenuissimum huius generis excrementum facile sa- H nè eijcitur, partim in speciem halitus ab insito calore solutum, partim violento motu confertim erumpens. Appellant vero, quod ita excernitur, sudorem. Alterum vero, cui nullum publice nomen est, quod videlicet nec vulgo est cognitum, vt quod conspectum prę tenuitate effugiat, ab ijs, qui id ratione contemplati sunt, ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοὴ Græce, id est trāspiratio, vel perspiratio, vel perflatus sensum latens vocatur. In hoc insensibili perflatu ēt crassioris excrementi non nihil excernitur. Huic autē & vehementiore deducente calore, & impetu impellente maiore opus est: cum alioqui periculum sit, ne ante itineris finem sistatur, saltem ad cutim. Ab hoc excremento tū pilis originem esse ostensum nobis est: tum vero ijs, quę circa oīum cutim semper aceruāt, sordibus. Ac dicta fermè nobis vniuersa sunt tum generationis, tum etiā expulsionis excrementorum necessaria capita: q̄ in alijs nostris operibus, quorum proxime meminimus, euidenti demonstratione asserta, hypotheses opportunæ sunt ijs, quę nunc molimur. Nam, qm̄ eijci hęc oportet, vtpote q̄ vitiosa qualitate sint, tametsi Asclepiades reclamet, conuenit (arbitror) primum nouisse, quibus maxime causis remorentur: dein rōnem inire, qua nec in ipsas incidatur: ac, siqn̄ inciditur, q̄ primū error corrigatur. Atq;, ne incidatur quidē, hinc, licet, assequamur, vtiq; si, excreta abūde sint nec'ne, compertum habuerimus: vt vero erratū iam corrigatur, alia quadam methodo est opus.

Causæ

† *Al. clarius ex antiquis. id vero fieri pro fecto potest.*

* ἐπικεῖγαι.

A. 1 r f. 1 d. 4. c. 2. fol. 8. f

A *Causæ retentionis singulorum corporis excrementorum.* CAP. 13.

DIcamus itaq; primum, à quibus maxime remorentur memoratorum excrementorum singula: mox quo pacto, quod retentum est, expediatur. Ergo ijs, quæ in ventriculo continentur, excrementis mora contingit, aut ipsius cibi potionisq; culpa, aut ipsius ventriculi vna cum intestinis. Et cibi quidem potionisq; vitio, aut propter qualitatem eorum, aut quantitatem: ad hæc ordinem, vtendiq; modum. Et propter qualitatem quidem, si acerba, austera aut siccæ naturæ fuerunt. Propter quantitatem, si iusto plura aut pauciora sunt assumpta. Ordinis culpa, si, quæ sicca adstringentia've sunt, primo: quæ humida, pinguia, & dulcia, secūdo loco sunt sumpta. Modi vsus ratione, si, cum bis fuit edendum, totum semel sumpserit alimentum. Quæ vero ventriculi intestinorum've vitium sequitur excrementi mora, vel ob naturalem eorum affectum accidit, vel certe acquisititium. Ac, quæ quidem naturæ eorum vitio causæ proueniunt, ex prauis corporis habitibus sunt: sicuti, vbi de his agemus, dicetur. De acquisititijs hoc loco agemus. Recentium ventris affectionum octo sunt differētiæ, singulæ ipso genere intemperies: & quatuor quidem simplices, calor, frigiditas, siccitas, humiditas: quatuor compositæ, calor vnà cum siccitate, idem cum humiditate: frigus adiunctum siccitati, idem cum humiditate. Sanè eò creuisse magnitudinis harum
B quamlibet oportet, vt iam inualidam reddiderit impultricem vim, aut ventriculi tantum, aut gracilium intestinorum, aut crassiorum, aut etiam omnium simul, aut ex his quorundam. Creantur porrò eiusmodi intemperies modo ab ijs, quæ intrò in corpus sumuntur: modo ab ijs, quæ foris incidunt. Et ab ijs, quæ in corpus sumūtur, cum in cibo vel potione vis quæpiā medicinalis est immista ex earum genere, quæ vel calfaciunt, vel refrigerant, vel siccant, vel humectant, vel vna calfaciūt & siccant, alia've quapiam connexione harum qualitatum afficiunt. Ab ijs, quæ foris incidunt, vel ambientis nos aeris vitio, (cum is immodice calfacit, aut refrigerat: aut siccat, aut humectat: aut copula quauis harum qualitatum afficit) vel aquæ, qua lauerimus, vel vnctionis, qua vncti simus, vel denique alterius cuiusquam, quod, cum foris ventriculo adhæserit, aut calfaciendi immodice hunc, aut refrigerandi, aut siccandi, aut humectandi vim habuit. His igitur de causis supprimitur excrementum ventris. At flauæ bilis excrementū moratur, aut propter attrahentis expellentis've facultatis infirmitatem, aut propter vasorum, quibus deducitur atque excernitur, angustiam. Porrò infirmitas tum vesiculæ totius, quæ iecinori subijcitur, tum eorum meatuum, qui ab ea in iecur subeunt, tum eorum quibus in intestinum bilis euomitur, ex recenti intemperantia prouenire potest, tali vtique, quali intestinorum ventrisq; impultricem vim lædi diximus. Angustia vero vaso
C rum aut phlegmones vitio fit, aut propter scirrhos (hi sunt durities quædam non sensiles) aut obstructionem, aut circumiacentium partium innixum, aut osculorum conniuētiam. Iam ipsa à proximis partibus compressio, aut propter immodicam copiam eorum, quæ in se continent, aut propter phlegmonē, aut scirrhū accidit. Æque & oscillorum conniuentia, aut propter horū quippiā, aut etiā siccitatem. Porrò siccitatem accidere faciunt, & quæ valenter astringunt & quæ pariter calfaciunt & siccant. Illa nanq; humorē exprimendo, & quæ patebant, contrahendo constringendoq; ac densando: hæc eliciendo per halitum humore siccitatem inducunt. Phlegmone nanq; & scirrhus, quoniam morbi plane sunt, ad præsentem disputationem non pertinent, & alioqui de ipsis commodius agetur in sequentibus. Pari ratione atræ bilis excrementum aliquando sistetur, si lienis ad amaræ bilis vesicam: vena vero, quæ ad illum à porta iecinoris pertinet, ad vascula illa, quæ amarum excrementum attrahunt: quæ vero ex liene in vētriculum fertur, ad meatum illum, qui amaram egerit, proportione sit affecta. At excrementum, quod per singulas animalis, quæ nutriuntur, particulas congeritur, & copia sua, & crassitudine, & præterea lentore remoratur: ad hæc, ob imbecillitatem caloris, qui id dissecet soluatq;: preterea transitus angustiam. Ac copia quidem, crassitudo, & lētor vel ex cibi potionisq; natura prouenit, vel ex recenti quapiam alteratricis facultatis in ea parte, quæ
D nutritur, infirmitate. Imbecillitas vero caloris, non qui id excremētum resoluat ac tenuet, ab exercitandi defectu prouenit. Angustia transitus aut ob scirrhum, aut phlegmonē, aut obstructionē, aut compressum alicuius, aut conniuentiam euenit. Quorum cuiusque originis rationem paulo ante retulimus. Sunt tamen partes, quæ præter latentes hos meatus, alios quosdam apertos & conspicuos obtinent, sicuti cerebrum, & oculus. Id autē institutum à natura est, aut propter ēminentiam * particulæ, aut propter actionem exquisitius obeundam, aut propter continentiū corporum spissitudinem. Est nāq; cerebrum rationalis animæ ceu domiciliū: quod, cum osse solido vndiq; sit septum, plurimis maximisq; canalibus expurgatur: primū per nares, & palatū: secundo per vtranque aurem: tertio per caluæ commissuras. Nec absimile est etiam aliquid ab eo confluere ad oculos. Oculus vero ipse non tanquam primatum aliquem inter partes obtinens, sed velut qui purus esse * omnino postulet, quò videlicet probe munus suum obeat, per euidētes meatus eijcit, quicquid in eo excrementi gignitur, nempe per nares gēnasq;. *

* κύριον.

* κύριον.

* βλέφαρα i. palpebras.

Quo pacto educenda sint singula corporis excrementa. CAP. 14.

ERgo excrementorum tum causas, tum instrumenta iam diximus. Quę quemadmodum quis retenta expediat atq; euocet, deinceps docendū, initio rursus à ventre sumpto. Ergo illud cōe omniū excremētorum documentum sit, vt retentionis causæ contrariam causam semper admoueas.

moueas. Speciale vero per singulas, hoc, si comestorum paucitate & siccitate restricta aluus sit, vt tum plura, tum humidiora exhibeas. Si siccitate, plura quidem non offeras, sed humidiora. Si austeritate & acerbitate, dulcibus & pinguibus cibes. Quòd si in ordine sumptorũ erratũ sit, vt eum errorem corrigas. Si cum bis edendum erat, semel comedit, vt nõ bis modo, sed etiã sæpius pascas. Eodem plane modo & recens contractas intemperies contrarijs remedijs sarcias: nempe, quod siccatum est, humectans, quod refrigeratũ est, calfaciens, ac reliquos affectus simili ratione corrigens. Quibus vero hæc fiant, in ijs, quæ de medicamentis scripsimus, proditæ materiæ sunt. At flaua bile retenta, si quidem obstructionis culpa id accidat, eo qui extenuet victu vtendum: cuius materia singulari volumine à nobis est tradita. Sin ex compressu id eueniat corporũ, quæ & eius bilis meatibus vicina sunt, & immodice sunt referta: siquidem ex crassitudine succi id incidit, extenuante victu est vtendum: Sin ex multitudine, præsidijs, quæ vacuent. Quòd si ob phlegmonẽ scirrhum've id contigit, iam res sanitatis tuendæ professionem excessit. Sin propter recens contractam intemperiem, quæcunque victa qualitas est, hanc restituere tentandum. Ad eandem formulam, & conniuentiam oscillorum aperire conueniet. Si ab austeris facta est, pinguibus & dulcibus assumi iussis. Sin ijs, quæ calfaciunt & siccant, successit, adhibitis, quæ refrigerent & humectent. Dicetur & talium materia in sequentibus libris. Idem expurgandi modus etiam tertio excrementorum genere retento, quod per singulas animalis partes colligi diximus, conueniat. Nam si cõtracta sint, & tanquam conniueant meatuum ora, per aduersa ijs, quæ sic affecerunt, succurrendum est: nempe quæ ex frigidis causis ortæ coarctationes constipationesq; carneæ molis sunt, veluti quæ ex ambientis frigore corporibus nostris inciderunt, eas calfaciendo. Rursus eas, quæ calori siccitatiq; superuenerunt, veluti quæ feruoribus solis euenerunt, refrigerando & humectando. Pari modo, & quæ astringentium vitio prouenere, cuius generis sunt aluminosæ aquæ, has pingui ac molli frictione vnà cum dulcis aquæ balneo reparando. Quòd si vel crassitudinis, vel abundantiæ, vel lentoris excrementorum vitio obstructi meatus sunt, tenuatoria victus ratio his apta erit, præterea medicamenta, quæ calfaciunt ac dissecant, quædam intro deuorata, quædam foris admota: ante q; hæc omnia exercitatio. Nam ea quoque tum soluere excrementa potest, tum per sudoris meatus eijcere, tanto q; tam cibis, quàm medicamentis tenuantibus præstat, quanto satius est nullo corporis nostri habitus incommodo exigi, quæ redundant, q̃ pariter & carne liquanda, & solidis extenuandis. Hęc nanq; incommoda calidis attenuantibusq; medicamentis succedunt. Exercitationibus vero adeo nihil tale succedit, vt etiam firmitas quædam membris accedat, cum & naturalis ipse calor accẽditur, & ex partium inter se attritu duritia quædam indolentiaq; comparatur. Quemadmodum vero se aliquis debito tempore mensuraq; exercitet, ac singularum actionum ordine decenti qualitateq; vtatur, nunc equidem exequi non statui: sicut nec de alimenti ipsius tempore, modo, ordine, qualitate sed nec de tenuantibus cibis ac potionibus, nec de ijs medicamentis, quæ qualitate immutant. Nullius enim horum hactenus particularem vsum diximus, contenti summatim & per capita tantum attigisse. Verum in sequentibus libris de omnibus fusius agetur.

(Margin: E … F … G)

(Margin: * συμπαθείας — * μέτρω.)

Compendium primorum generum, quibus ars sanitatis tuendæ continetur. CAP. 15.

NVnc enim in compendium redigere totum opus placuit, quatenus nulla materia lateret, cuius esse peritum deceat, qui omnem sanitatis tuendæ artem profitetur: hunc ὑγιεινὸν Græcè voces, sicuti gymnasten, qui tantum, quæ ad exercitationes pertinent, callet: quin Erasistratus quoque ita eum appellauit. In sequentibus vero voluminibus dictarum iam materiarum cuiusque tum tempus quo exhibebitur, tum qualitatem, † tum vsus rationem trademus, ita vt non iam materia tantum sit, sed sanitatis conseruandæ causa. Etenim in tribus hisce primis generibus consistit sanitatis tuendæ studium æque, ac medendi methodus, nempe corporibus, causis, signis. Corporibus quidem ijs, quæ & sana iam sunt, & eo statu seruari debent. Signis vero, quæ ipsis accidunt, ex quibus corpora ipsa dignoscuntur. Causis autem, ex quibus custodia sanitatis perficitur. Harum materiã quatuor generibus iuniorum probatissimi sunt complexi, admouendis, educendis, faciendis, extrinsecus incidentibus. Et admouendorum quidem nomine, cibus, potio, † & siquid medicamentorum intrò sumitur, etiam aer attractus intelligitur. Faciendorum vero, frictio, ambulatio, vectio, equitatio, deniq; omnis motus. Quòd si non quiuis motus exercitatio est, sed solum, qui valentior est, adijciatur motui exercitatio, vt sint facienda tum motus, tum exercitatio. Referuntur ad hoc causæ genus, somnus, vigilia, & venus. Ex foris incidentibus primus est circundatus nobis aer, deinde quæcunq; lauantiũ vngentium've † cuti propinquant, etiam siquod medicamentum sanitatis tuendæ fines non excesſit, veluti sal, myrta, nitrum, aphronitrum, & aquarum aliquæ sponte natarum, & calentium. Educendorum vero materia prædicta paulo supra est. An vero rectè tribus prædictis causarum generibus simul diuisa sit, non facile dixerim: cum melius fortasse sit admouendis, faciendis, & foris incidentibus alterari immutariq; corpus dicere: mutationem vero aut in qualitate fieri, aut quantitate. In qualitate, dum aut incalescit, aut refrigeratur, aut siccescit, aut humectum redditur. In quantitate, dum alitur, aut inanitur. Iam inanitionem ipsam duplicem quoque esse, alteram excrementorum, de quibus paulo ante diximus: alteram naturalis substantiæ nostræ assidue defluentis, quæ nutritioni ex aduerso opponitur.

(Margin: H)

† Addẽdum ex antiquis cod. tũ quantitatẽ.

† ἢ εἴδη τινὰ τῶν φαρμάκων i. et aliqua genera medicamentorũ. intelligit aũt ea, q̃ cibi simul rõnẽ habent.

† Quidã Græci codices addũt ἢ διαπαλαίουσιν κόνει i. aut exercentiũ se in puluere.

A ponitur. Notasse hoc loco operæpretium fuerit homonymiā, quam Hippocrates in opusculo de alimento distinxit his verbis: ‖ Alimentum aliud est, quod nutrit: aliud, quod quasi est nutriens: aliud, quod nutriturum est. Quippe ei, quod prima significatione alimentū siue nutritio est, substantiæ ipsius fluorem recte opponas: ei vero, quod in secunda significatione accipitur, tum hæmorrhagian i. sanguinis profluuium, tum vno verbo omnem sanguinis inanitionem: ei vero, quod tertio significato dicitur, vomitum, & lienteriam i. intestinorum læuitatem. Verum de talibus diuisionibus statuere pro arbitrio cuiuis liceat. Quisquis aūt propositam artem rite administrabit, hunc omnis materiæ, quæ ad salubrem victus rationem pertinet, vires habere compertas est necesse: qn̄ hinc demum dexter eius oritur vsus. Contingit autē dexter eius vsus, vbi opportunum cuiusq; tempus ac modum quis inuenerit. Quare huc potius censeo properandum, q̄ prauis opinionibus refellendis immorandum. Sed, qm̄ satis verborum primum hoc volumen continet, claudetur hoc loco. Quod reliquum operis est, in cæteris exequemur.

in lib. de Alimento haud longe à principio.

* μέτρον

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Differentias omnes ac vires Frictionis, & Exercitationis explicat, ac docet, quo pacto Sanitatem in tertio Septennio tueamur.

Præscribi hæc præcepta homini, qui animo & optione sit liber. CAP. 1.

ARtis, quæ de sanitate tuenda instituitur, summas scopos q; proximū volumē edocuit. Nunc singula membratim distinguere tentandum, initio rursus ab ijs sumpto, in quibus proximus liber est finitus. Proponatur itaq; nobis in hoc libro saluberrimę naturæ puer, qui iam tertium ętatis suę septenniū ingreditur: cuius corpus effingere cōponere q;, quoad fieri potest, q̄ optime, propositū sit. Ac primū hoc ipsum definiendū, quid sibi velit, q adiecimus, optime: vult autē nimirum illud. Veluti corporū ipsorū numerosa sanè diuersitas tradita est, ita vitæ rationum, quibus viuimus, species sunt diuersæ. C Ergo fieri nequit, vt in qualibet proposita vita optimam corporis nostri curā administres: sed, q̄ cuiq; optima sit, hanc vtiq; licet. Quę absoluto sermone optima sit, in omni exequi vita nō est: nā maxima hominū pars implicitā negocijs vitam agit, quos etiā lędi ab ijs, quæ tractant, est necesse: nec tamen mutare conditionē licet. Alij enim per inopiam in eiusmodi vitę sortem incidunt: alij seruitute, quā aut à parentibus hæreditariam acceperunt, aut aliàs per vim aliquam capti rapti ve: quas etiā solas seruitutes vulgus existimat. Mihi vero, & qui ambitionis, aut cuiusuis cupiditatis gratia negocijs impeditam vitam delegerunt, quo minus corpori curando vacare queant, ij quoq; seruire vltro dominis, & quidem pessimis, videtur. Quare his optimam prorsus corporis curam scripsisse superuacuū sit. Verum, si quis planè tum animō, tum vero optione, sit liber, huic præcepisse fas est, quemadmodum & sanitate plurimum fruatur, & morbis minime tentetur, & commodissime citra q; molestiam senescat. Quin etiā sanitatis tuendæ methodus, sicut alia planè quelibet ratio via q;, eiusmodi docendi initium postulat. Siquidem, quod simplex inculpatum q; est in omni genere, id cæteris omnibus, quæ nec simplicia sunt, nec culpa vacāt, ceu regula quędā, prępomi postulat. Sanè simplex inculpatum q; in corporibus quidē est, quod optimo est habitu: in vitę generibus, quod omnino liberum est. D Primum igitur hoc libro duo hæc cōiuncta tractemus. Deinde cuiq; vitioso corporis statui vita libera sit adiuncta. Mox optimę corporis constitutioni, singulæ seruilis vitę species copulentur. Postremo vitiosos corporum habitus cum seruilibus viuendi generibus maritabimus: siquidem plenus nobis absolutus q; sermo futurus est.

*Interpš videt legisse ψυχῇ, verū emēdatiora exemplaria hn̄t τύχῃ i. casu, fortuna, forte, aut euentu. opponit autē Galenus duplicē hanc libertatem duplici seruituti paulo ante positę.

* μοχθηροῖς i prauis.

Qui differat à labore & motu Exercitatio, tum de eius vsu & tempore, ac præparatoria Frictione. CAP. 2.

QVod nam igitur propositæ artis initium cœperimus ad eius tutelam corporis, quod & optimę sit notæ, & tertium ætatis septennium iam ingressum, & cæteris posthabitis omnibus vni corporis curæ vacet? Mihi sanè videtur id, quod ab Hippocrate traditum est tum in Aphorismis, cum ait: ‖ Labor cibum precedat. tum in popularium morborum sexto volumine, vbi ita ad verbum pręcipit: ‖ Labor, cibus, potio, somnus, venus, omnia mediocria. Nam & modum ipsum singulorum definiuit addito ad finem dictionis epitheto, mediocria: & tempus ęque signauit ipso sermonis ordine. Quippe sanitatis tutelam à labore est auspicandum, quem excipere debent cibus, potio, deinde somnus, mox venus, in ijs videlicet, quibus venere est vtendum. Nam reliqua certe omnia cuiusque ætatis sunt communia: Venus ętate tantum florentium est, vtique quo tempore etiam eius vsus est. Quę enim hanc vel pręcedunt ętates, vel sequuntur, aut plane

Hanc sententiam non legi in lib. Aph. sed 6. Epid. cō. 4. t. 31. 3ª. 187. c

6. Epid. com. 6. t. 3. 3ª. 195. e

plane ᷣemen non effundunt,aut certe infœcundum aut male fœcundum effundunt. Verum disceptatio de venere in suum locum differatur. A laboribus vero ordiendum, illo ante omnia discusso,an idem sint labor,motus,& exercitatio:an labor & motus idem, aliud vero ab his exercitatio:an motus res diuersa,labor & exercitatio neutiquam differant. Ac mihi quidem non quiuis motus exercitatio videtur, sed tantum, siquis vehementior est. Quoniam autem eorum,quæ ad aliquid dicuntur,est,quod vehementius dicitur,fieri potest,vt idem motus alteri sit exercitatio,alteri non sit. Terminus igitur vehementiæ esto anhelitus alteratio: quando, in quibus motibus nulla fit anhelitus mutatio,hos nondum exercitationes vocamus. Quòd siquis maius minus've, celerius aut crebrius iam ex motu aliquo respirare cogitur,huic certe tantus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio vocatur. Proprie vero à loco Græce denominatur, quem gymnasion ipsi appellant. Is locus est in publica aliqua vrbis regione extructus, quo vngendi,fricandi,luctaturi,discum iacturi,aut tale quippiam facturi confluunt. Laboris appellatio idem mihi significare videtur cum priore significatione nominis gymnasii: siue exercitationis, nempe communi illo,quod prædiximus: quippe cum,& qui fodiunt,& qui metunt,& qui equitant,non laborent modo,sed etiam exercitentur,communi saltem exercitationis appellatione. Et de nominibus quidem ita nobis determinatum sit: atque ad hæc significata omnis mihi deinceps sermo in- F audiatur. Nec tamen,si quis est,qui aliter vti velit,prohibeo: quando non huc de recto nominum vsu disputaturus accessi,sed,quemadmodum sanitas custodiri maxime possit. Ad id vero,cum per commodum erat de exercitatione, labore, omni deniq; motu distinguere, nominum significatus definire sum coactus. Atq; exercitationis commoda & si in priore volumine tradita sunt, non inutile tamen sit hic quoq; paucis ea denuo repetere: quando ea non solum scopus, sed etiam veluti iudices sunt omnium, quæ singillatim in exercitationis arte geruntur. Fuere autem (arbitror) genere duplicia, hæc quidem ad excrementorum inanitionem, illa vero ad euexian, id est commodam † corporis habitudinem efficacia. Nam,quoniam vehementior motus exercitatio est, necesse quidem est tria hæc ab ea perfici in corpore exercitando, membrorum duritiem ex mutuo ipsorum attritu, genuini caloris augmentum, & spiritus citatiorem motum. Sequi vero hæc reliqua omnia priuatim commoda,quæ corpus exercitijs accepta refert: Vtiq; ex membrorum duritia,tum vt minus ex labore afficiantur,tum ad actiones robur: Ex calore,tum deducendorum in corpus validum attractum, tum immutationem magis expeditam, tum nutritionem magis fœlicem, tum vt singulæ corporis partes sint (vt ita dicam) perfusæ. Cuius fusionis beneficio & solida mollescere,& humida tenuari,& exiguos corporeæ molis meatus laxiores fieri accidit. At ex G spiritus valentiore impetu & purgari hos omnes meatus necesse est,& excrementa expelli. Atqui,si exercitatio ᷣhæc præstat,haud difficile sane sit tempus vtendæ eius statuisse. Nam,quoniam digestionem in corpus adiuuat,non debet,cum administratur,crudi incocti q; cibi aut succi multitudo vel in ventriculo vel in vasis contineri, vnde periculum sit,ne prius, quàm per maturam concoctionem vtilis sit,in omnes animalis partes rapiatur. Quoniam vero & exiguos meatus expurgat,& excrementa expellit,vtilius est ante comedendum eam adhiberi. Siquidem, quæ impura corpora sunt, atq; ab excrementis parum purgata,hæc quo magis nutries,magis lædes. Ex his itaq; patere arbitror tum esse ad exercitationem commodissimum tempus, cum hesternus cibus duplici concoctione iam prorsus sit confectus,& ea,quæ in ventriculo, & ea,quæ in vasis sanguinis agitur,ac iam denuo cibandi tempus instet. Quòd si aut prius aut posterius exercitatione vtere,aut crudis humoribus hominem impleueris,aut pallidæ bilis prouentum auxeris. Sane huiusce temporis nota, color est vrinæ. Quæ enim aquæ speciem præfert, crudum adhuc in venis esse indicat succum eum, qui à ventriculo submittitur: Quæ vero rufa biliosa q; est, iam dudum concoctum esse huiusmodi succum: Quæ modice pallet,peractæ modo secundæ concoctionis est signum. Cum nanque bili infecta vrina nondum est, aquæ speciem alborem q; præfert. Cum vero plus iusto eius bilis acceperit, ruffa cernitur. Ergo, cum mediocriter est ruffa, mediocriter've pallens, tum est exercitatio adeunda, sed expulsis prius excrementis, quæ vel in vesica vel inferioribus intestinis continentur. Verendum enim, ne quid ex his in habitum corporis rapiatur,correptum videlicet caloris vi, qui per exercitationem accenditur. Ergo siquis posita iam veste protinus ad valentiores motus accedat prius, quàm totum corpus molliatur, & excrementa extenuentur, & exigui carnis meatus laxentur, timor est solidarum partium quampiam ruptum aut conuulsum iri. Timendum præterea est, ne excrementa spiritus impetu impulsa prædictos meatus obturent. Sin sensim prius calefaciendo & solidas ipsas præmollieris, & humores tenuaueris,& exiguos meatus laxaueris, nullum periculum nec rūpendi alicuius,nec obstruendi, exercitato impendebit. Vt ergo hæc fiant, oportet linteolo totum corpus mediocriter fricando prius calfacere,mox oleo fricare. Neq; enim protinus accedendum ad pingue censeo, ante videlicet, q̄ cutis incaluerit, & meatus laxentur,&,vt semel dicam,quàm præparatum aptum q; corpus sit ad oleum capiendum. Ei rei satis omnino sunt pauci manuum circumactus,qui nullo compressu sint graues,& modice celeres, huc demum veluti ad metam directi,vt corpus citra compressum calefaciant. Siquidem peractis his cernere licebit floridum ruborem per totam diffundi cutem. Tum igitur

† Al. solidarū partium.

A. l. 1. f. 3. d. 1. c. 3. fol. 60. g

E F G H (margin letters)

A igitur pingue inducẽdum, & nudis manibus, quæ medium inter molle durumq́ modum ſeruet, infricandum, quatenus neq; coactum cõſtrictumq́ corpus ſit, neq; vltra, quàm par eſt, laxum reſolutumq́ fiat, ſed legitimum naturæ modum ſeruet. Infricandum vero primo contrectatu blandius, inde ſenſim paulo fortius, eatenus aucta ſemper ad valentius frictione, quoad iam carnem manifeſte premat, citra tamen læſionem: haudquaquam tamen tam valida frictione diu vtẽdum, ſed ſemel aut bis in quaq; parte: quandoquidem nõ eò ad hunc modum fricatur huius pueri corpus, vt iam duretur, cum id iam ad exercitationem producimus, ſed potius quò tum promptitudo ad actiones excitetur, tum robur colligatur, ac raritas laxitasq́; quæ mollem frictionẽ conſecuta eſt, conſtringatur ac cogatur. Quippe medio temperamento ſeruari huius pueri corpus oportet, nec* vſquam durum mollève effici, necubi naturale eius incrementum inhibeatur. At procedente tempore, quando iam nobis fit adoleſcens, tum vero duriore frictione vtemur, præterea frigida ab exercitando lauatione. Verum de his poſt agendum.

* *impreßi habent ξηρὸν id eſt ſiccum.*

De Proprijs frictionum differentijs & viribus, ac longe melius de his tractatum fuiſſe ab Hippocrate, quam à Theone Alexandrino. *CAP. 3.*

B IN præparatoria vero ante exercendum frictione, quæ huc ſpectat, vt corpus molliat, mollis duræq́; mediam qualitatem dominari oportet, ac pro eiuſdem qualitatis ratione, quicquid reliquum eſt, exigi. Variæ autem quàm maxime ex manuum iniectu circumactuq́; frictiones eſſe debebunt: nec ſuperne modo deorſum, aut inferne ſurſum adhibitæ, ſed etiam tũ in ſubrectũ, tum in obliquum, tum in tranſuerſum, tum in ſubtranſuerſum. Voco tranſuerſum, quod recto eſt contrarium. Id græce ἐγκάρσιον appello. Subtranſuerſum vero, quod paululum ab hoc in vtranque partem declinat, quod σιμὸν dico. Rurſus ſubrectum, quod à recto paululum vtroque verſus recedit. Obliquum, quod recti trãſuerſiq́; plane eſt mediũ. Illud πλάγιον, hoc λοξὸν græce nomino.

C

D Quinetiam τρῖψιν aut ἀνάτριψιν græce dicere, nullum diſcrimen faciet, modo ne lateat ἀνατρίψεως nomen veteribus vſitatius, τρίψεως recentioribus magis vſurpari. {Nos latine frictione, frictu, perfrictione, promiſcue legentium venia vtemur.} Varium autem fieri manuum tum iniectum, tum circumactum velim, quò videlicet vniuerſæ, quoad fieri poteſt, muſculorum fibræ omni ex parte fricentur. Siquidem eius ſententiæ eſſe, quaſi tranſuerſa frictio (quam etiam rotundam aliqui vocant) duret, denſet, contrahat, & conſtringat: recta contra rarefaciat, laxet, molliat, & reſoluat corpora, eiuſdem plane inſcitiæ eſt, cuius cætera, quæ pleriſque gymnaſtarum de frictione traduntur. Nam, qui plus de frictionum virtute afferat, quàm quæ Hippocrates in eo libro prodidit, quem κατ' ἰητρεῖον inſcripſit, nemo plane eſt. Ait enim || dura frictione ligari corpus, molli ſolui, multa extenuari, mediocri craſſeſcere. Habent vero ſe eius verba ad hunc modum: Frictio vim habet ſoluendi, ligandi, carnem augendi, minuendi. Nempe dura ligandi, mollis ſoluendi, multa minuendi, mediocris carnem augendi. Quatuor enim hæ genere differentiæ in quadruplici omnis frictionis tum virtute, tum vſu ſunt. Quòd ſi medias quoque harum, quæ vnà cum his intelligendas ſe exhibent, annumeres, ſex in vniuerſum differentiæ exiſtent. Vnde nam igitur plurimis neotericorum gymnaſtarum ſuccurrit tam numeroſas frictionum differentias prodere, quas vel numero comprehendere facile non eſt? Non aliunde certe, quàm quòd logicæ contemplationis plane expertes, cum proprijs frictionum differentijs externa alienaq́ imprudentes nonnunquam

de lis quæ in … com. 3. t. 25. 7[a]. 218d.

nunquam confundunt. Interim ēt quod causas frictiones singulas efficientes, adijciunt. Interim E tū iustas ipsas inter se frictionū differētias connectunt, tum vero cum his ēt, quas ipsi perperam ex cogitarunt. Cum.n. dicant frictiones inter se distare, ꝙ aliæ sub dio fiant, aliæ sub tecto, aliæ in admista vmbra: rursus aliȩ in perflato loco, aliæ in tranquillo: item aliæ in calido, aliæ in frigido, aliæ in Sole, aliæ in balneo, aliæ ante balneum, aliæ in palestra, talemq́ꝫ catalogum faciant: sane non proprias frictionum differentias afferunt, † sed ea sine quibus, qui fricatur, esse non potest, inculcant: quippe quē necesse omnino est in aliquo terrarum loco esse: præter q́ꝫ locū, vel æstate, vel hyeme, vel alio anni tempore. Cū vero ita diffidere dicāt inter se frictiones, ꝙ aliæ cum copioso oleo, aliæ exiguo fiant: aut prorsus sine oleo, idq́ꝫ vel manibus tm̄, vel etiā cum puluere: vel per linteum, atqꝫ hoc vel asperum, vel lene: causarū plane, quibus frictio dura mollis've efficitur, enumerationem faciunt. Ex quo nimirū causarum est genere, & ꝙ ipsæ fricantium manus duræ aut molles sint: item valide premant, blande've sint admotæ. Tertia species, quā afferunt ij, qui multas frictionū differentias autumant, inde nascitur, ꝙ omnia iam dicta inter se per coniugationes quasdam copulant. Qui itaqꝫ ex his aut externas rerum circunstantias, aut verarum differentiarum causas, inter se copulant, facile deprehenduntur parum recte sentire. Qui vero ex proprijs & synceris differentijs coniugationes nectunt, horum non adeo facile deprehenditur error: immo non nulli sapientiæ F quoque laudem retulerunt, Hippocrate ipso plus aliquid inuenisse crediti: quorum est Theon gymnastes, qui rectius, quàm Hippocrates, sensisse de frictione est visus. Nam, cum is in modo comprehensis verbis in ea differentia, quæ ex qualitate spectatur, mollem & duram: in ea vero, quæ ex quantitate, multam & mediocrem collocet: Theon qualitatis quantitatis've minime faciēdam mentionem seorsum censet, scribens cum alibi, tum vero in tertio Gymnasticorum, hunc in modum: De frictione præcipientes placet quantitates semper cum qualitatibus coaptandas esse: per se nanque imperfectiores sunt, quàm vt aliquis successus ex ipsis proueniat. Quippe mollis frictio pro quantitatis modo triplex opus efficit. Pauca enim leuiter carnem remittit, ac facile contrectabilem siue tactu mollem reddit: multa euaporat, & liquat: mediocris laxa & fluida carne implet. Simili modo dura pro quantitatis ratione totidem numero effectus reddit. Multa nanque adhibita contrahit constringit'que corpora, & phlegmonæ persimile quippiam relinquit: mediocris implet imminuta, & euidenter circunscripta, expressa'que carne: exigua vero in summa cute ruborem ad tempus excitat. Non censet autem de dura per se & seorsum quicquam gymnastæ præcipiendum, sed ei quantitatem adiungi debere, si quis paulo commodior ex artis opere successus sit futurus. Pari modo nec de molli per se & seorsum quicquam nunc tradendum G existimat: neque enim adhiberi vsquam posse mollem frictionem tantum, & quæ nec multa, nec exigua, nec mediocris sit. Deinde memorat, quæcunqꝫ per coniugationem in corporibus nostris naturaliter efficiunt: vtique paucam cum molli carnem remittere leuiter, & tactu mollem reddere pronuncians. Vbi aliud planè nihil, quàm quod Hippocrates verbo soluere significauit, alijs verbis interpretatur. Quippe laxare carnem, & mollem tactu reddere, quid aliud est, quàm, soluere, quæ colligata & coacta fuere? Adiecit vero sermoni, leuiter, siue quodammodo, non genus actionis immutans, sed quantitatem eius definiēs. Mollit enim exigue, cum adhibetur, eiusmodi frictio: quandoquidem, si amplius sit adhibita, mollit quidem & tunc, cæterum largius, q̄ antea. Quòd ergo nec magnopere nec mediocriter, sed exigue, remittit mollit q́ꝫ corpora exigua ac mollis frictio, per verbum illud, leuiter, quod adiecit, declarat: ne hic quidem per hoc saltem, ijs, quæ Hippocrates prȩcipit, quicquam tradens magis amplum: ȩque nec, cum mediocrem & mollem addere corpori inquit laxam & fluidam carnem. Nam, quoniam mediocris, idcirco carnem augebit: quoniam mollis, soluet, hoc est molliet. Id quod tantundem est, ac laxam & fluidam carnem efficere. Erat autē huius officium, sicuti de his recte præcipit, & sic cum de multa simul & molli disputat, non id modo dicere, ꝙ halitu digerere ac liquare potest, sed qualem etiam carnem relin- H quat, apponere. Non enim ritu ignis vniuersam substantiam exhaurit liquat q́ꝫ, sed aliquid omnino relinquit. Id igitur, quod relictum est, quale'nam demum specie sit, adiectum (arbitror) sermoni oportuit, neque tantum multæ frictionis proprio effectu posito, mollis opus omissum. Quòd igitur ‖ multa euaporat, etiam ab Hippocrate prius dictum est. Verum non absolute de multa Theon sermonem instituit, sed per coniungationem docendum esse censuit, vtique à prima auspicatus, nempe exigua & molli: post secundam aggressus, mollem & multam: inde tertiam memorans, mollem scilicet & mediocrem. Sicuti igitur in prima coniugatione & tertia proprium qualitatis effectum non dissimulauit, ita nec in secunda suppressisse eum decuit: quin hic quoque docuisset multam simul & mollem frictionem non modo euaporare, sed etiam mollem carnem reddere: nisi forte id, quod liquare dixit, pro mollire audiendum est. Atque ita quidem verum sit, quod dicit. Cȩterum sic non modo Hippocratis doctrinam non accusat, sed multo maxime confirmat. Etenim, si mollis frictio semper molle tenerum'que corpus reddit, siue ea exigua, siue multa, siue mediocris sit, † tum illi ex quantitate aliquid accedit diuersum, ⁊ inseparabilis plane à molli frictione erit molliēdi facultas: sicuti à dura certe vis durandi, cogendi, cōstringendi, ligandi, densandi, aut tactu duram carnem reddendi, aut quomodocunqꝫ aliter eandem rem interpretari

* γνησίας, i. legitimas aut veras.

† sed eas sine quarū aliqua.

* πολλῶς.

‖ de Iis quæ in medicatt. fiunt com. 3. t. 25. 7ª. 218d.

† Locū hūc deprauatum esse oportet, q tn̄ facile restituitur, si οὐδὲν dictio addat' in cū qdē modū, προσέρχεται δὲ αὐτῇ οὐδὲν τὶ παρὰ τῆς ποσότητος ἕτερον, i. accedit vero illi ex quātitate nihil diuersum.

A interpretari malis. Quippe primum & proprium nomen ita affectę carnis est duritia, vt eius quę diuersæ afficitur, mollities: quanq̃ etiam reliquorum, quæ dixi, nominum quolibet vti licet. Et rationem quidem, cur tam varijs nominibus vnam interpretari rem liceat, paulo post apponemus. Nunc, q̃m controuersa res non est, causam eius ad præsens saltem differamus. Quòd aũt mollem frictionem necessario consequitur, vt corpora molliat, id planè clarum ex iã dictis est. Nam, si nec qui multa ea, nec qui exigua, nec qui mediocri vsus fuerit, durum vnq̃ corpus reddiderit, perspicuum est molliendi vim nusq̃ ab ea seiungi: sicuti nec à dura colligandi & durandi. quippe cum hanc quoq; siue paucam, siue multam, siue mediocrem adhibeas, nunq̃ quantitatis vllius ratione corpus mollias, sed semper duritati plus minus've adijcias: scilicet vberius perfricans, plus: parcius vero, minus. Quòd si paucis omnino duris q; manuũ iniectionibus contentus fueris, duritia quoq; proportione respondebit. Sicuti enim, qui igni se admouit, semper calefit, siue exiguo tpe id facit, siue diu, sed magis, qui diutius appropinquat, minus q breui spatio, minime vero, qui tm̃ accessit, ita in frictione quoq; corpus semper pro ratione afficitur, à molli emollitum, à dura duratum, non tñ pari semper mensura, sed à plusicula magis: à parciore minus: à plurima maxime: à minima minime. Theon ergo, cũ de molli simul & copiosa frictione disputans, euaporare, liquare B q; eam dixit, si quidem per liquare verbũ, inanire intelligit, aliud planè nihil significauerit, q̃ euaporare: quare bis idem dixerit, prætermiserit autẽ, quod necessario fuerat addendum, nempe eum affectum, qui ex molli frictione in corpore relinquitur. Sin mollire, soluere, remittere, aut aliud quippiam eiusmodi dicere velit, sic sanè reliquerit quidẽ nihil. cæterum, cum ea, quę Hippocratis sunt, dicit, ob minus idoneã docendi rationẽ in furto deprehendetur. Quòd itaq; eiusmodi docendi modus deterior sit eo, quo vsus Hippocrates est, paulo post ostendam. Quòd vero, si liquare pro eo, quod est mollire, accipit, nihil ijs, quæ Hippocrates ante prædixit, amplius prodidit, planè manifestum est. Nam, cum ille dicat mollem soluere, multam extenuare, quis non facile colligat, qui præsertim mentis sit cõpos, eam, quæ ex molli multa q; pariter composita sit, extenuare simul ac mollire? Verum non videtur ita sensisse Theon: sed quod in primo Gymnasticorum vnico verbo extenuare dixit, id in tertio duobus extulit, nempe euaporare, ac liquare. Habent vero se eius verba in primo ad hũc modum: Contrariarum vero mollem quidem, si multa sit, extenuare corpora: sin mediocris, carne implere, vtiq; delicata & fluida. Aperte enim hoc loco mollẽ simul & multam frictionem extenuare corpora confirmat. Quòd autem necesse fuerat non solũ multæ frictionis proprium effectum, sed etiam mollis tradere, ipse quoque Theon per ea, quæ subiecit, C ostendit: in quibus, cum de dura præcipit, cõstringere multam, coarctare q;, & phlegmone simile quippiam parere ait. Quippe quod moderata quantitate adhibita possedit, id copiosius adaucta, magis obtinuit. Oẽs ergo durã mediocriter adhibitam, dura carne implere fatẽtur ita, vt ediuerso mollẽ mediocriter adhibitam, ipsam quoq; carne implere, sed ea molli. *Accidit vero Theoni, cũ de molli simul & multa frictione sermonẽ faceret, nullum mollis effectũ prodidisse: rursus, cũ de multa simul & dura, nullũ durę exposuisse. Nam, si liquare pro eodem, quod est inanire, & digerere, acceperimus, de multa quidem aliquid dixerit, de molli planè nihil. quemadmodum etiã in eo, quod de dura multa q; scribit, duram quidẽ constringere, ligare, & phlegmone aliquid persimile facere affirmat, quantitatis vero planè nihil meminit: tametsi par fuerat de hac quoq; aliquid dixisse. nam illud confessus est, si mediocriter sit adhibita, obesitatẽ facere. Quid igitur efficiet multa, si supra mediocrem sit adhibita? prorsus, enim aut illius effectum tuebitur, aut alterabit. Sed, si quidem seruabit, certe multa frictio supra mediocritatem adhibita nihil plus adijciet. Sin plus aliquid efficiet, aut minuet carnem, aut adijciet. Verum, si minuet, extenuabit. Si adijciet, carne implebit. Atqui non adijcit carnem: extenuet ergo, necesse est. Verum Theon de hac differentia nihil meminit, sed omnino subticuit, minime planè definiens, extenuet'ne dura copiose adhibita, an D carnem augeat, an seruet eundem, quem ex mediocri accepit, carnis modum, sed tantum, q; constringit coarctat q;, & phlegmone simile quid faciat, confirmans. Conueniebat autem non hoc modo dicere, sed etiam q; emaciat.

* κινδυνεύουσι δεῖ θέων.

* Ἀπ. τῆς πολλῆς, i. multæ, & melius, vt sequentia mox verba indicant.

Quo pacto Hippocrates, nihil omiserit in recensendis differentijs, & viribus frictionum, quas Theon & reliqui gymnastici imperfectè tradiderunt. CAP. 4.

APparet ergo Theonem aut Hippocratis artem hoc loco non intellexisse, aut hoiem laudare noluisse, qui tam breui sermone oẽs non solũ differentias frictionum dixerit, sed etiam vniuscuiusq; opus & vires. Nam, q transeunter (veluti canis Nilum) verba eius delibat, quatuor eũ duntaxat meminisse arbitretur. Verũ nõ ita se res habet: immo alias duas necessario in ijs, quas dixit, *subauditas insinuauit: in qualitatis differẽtia, duræ mollis q; mediam, quæ nimirũ mediocris est: in ea vero, quæ à quãtitate accipitur, exiguã: q̃n exiguã aliquã necesse est copiosæ esse cõtrariã. Porrò antiquæ interpretationis formula ita est breuis, vt non pauca sæpe ipsa saltem dictione prætermittere videatur, quæ tñ necessario dicta ipsa sequuntur. Quamobrem (arbitror) etiam enarrationes scribimus, quæ veluti præeant ijs, qui parum exercitati antiquę dictionis celeritatem assequi non valent: veluti in hoc ipso loco facimus. Si nanq; dura ligandi, mollis soluendi vim habet, quæ supra modum soluta corpora sunt, ea duriter planè fricanda sunt: contra quæ constricta sunt, molliter:

* Verba hęc nõ sunt in codic. græcis. sed ab interprete addita.

* earum.

ter: quę modice se habent, nec molliter nec duriter, sed, quatenus fieri potest, vtroq; declinato extremo. E Egregius vero videlicet Theon primum i eo fallitur, quod neque mediocris qualitate frictionis vires tradidit, neque vsum: sed semper ita præterit, tanquam nulla sit. verum de hoc paulo post agemus. Sicuti vero in ijs differentijs, quę in qualitate spectantur, non solum dura mollis q; consistunt, sed etiam media, ita & in ijs, quæ ex quantitate dicuntur, nō solum multa & pauca, sed etiam media noscitur. Cur igitur in ijs, quę ex qualitate trahuntur, mediam omisit Hippocrates: in ijs, quę ex quantitate, exiguam? Temere id fecisse videri fortasse cuipiam potest: oportere .n. in ijs, quæ compendio tradantur, summis inter se contrarijs res definire: quod horum medium sit atque mediocre, transire: vtpote quod ex summis ipsis vltro sit noscendum. Ipse igitur tum hoc docere, tum senis sententiam clariorem reddere conabor, rem planè hoc loco non necessariam: cū quęstiones id genus in enarratorijs libris soluere soleam. Sed, quoniam semel huc descēdi, vt pro Hippocrate imperitis istis respondeam, in quibus ipsi falsi rectè pręcipientem calumniantur, non pigebit hoc quoque adiecisse. Cum igitur duo sint toto genere inter se diuersa atque disiuncta, si modo id, quod facit, ab eo, quod fit, genere dispescitur, frictiones quidē ex eorum numero sunt, quę faciunt, qui vero ab his in corpore relinquuntur affectus, ex ijs, quæ fiunt. Quare contrarietates quoque alias in frictionum genere, alias in affectuum, qui ab his proueniunt, necesse est statui. F In frictionum genere tum duram & mollem, tum multam & paucam. In affectibus vero & eam, quæ veluti colligatio & solutio corporum est, & gracilitatem ac crassitudinem. Ac prior quidem affectuum contrarietas ex priore frictionum contrarietate nascitur, secunda non item. Euenit enim in hac, vt gracilitas proueniat ex multa, carnis incrementum ex mediocri: quippe pauca augendę carni nondum sufficit, quod videlicet id, quod carnis incrementum accipiet, & sanguinis moderato accessu, & valida virtute eget. Quorum vtrunque mediocris frictio commode præstat: pauca neutrum, nec abunde, nec satis. Quoniam igitur non in idem coibant frictionum affectionum q; contrarietates, coegit vero eum compendiaria docendi ratio per contrarietates positas sermonem absoluere, vtiliore contrarietate accepta, minus vtilem consulto omisit. Porrò vtilior ea est, quę in affectibus, quàm quę in frictionibus spectatur. Id q; duplici ratione asseritur, vna quidem & prima, quæ ab artis fine sumitur. quippe frictiones ad corporis affectum ceu finem diriguntur: finis enim ijs, quæ præ se, semper est præstantior: quanto nimirum id, cuius gratia, ijs, quę ipsius gratia fiunt. Altera, quæ à claritatis ratione accipitur. intellectis nanque multæ & mediocris effectibus facillimum est exiguę opus contueri: non perinde tamen mediocris frictionis perspicua vis est. Quinetiam tertium hoc ipso de frictionibus sermone bellissime docuisse Hippocratem inuenias. G Pręcedere nanque eorum doctrinam oportet, quæ liquido peragi cernuntur, sequi vero eum, quæ minus liquido & obscure: id q; siue de his expressis verbis scripseris, siue lecturis ea intelligenda relinquas. Est vero euidens atque in aperto mediocris frictionis opus, ipsum scilicet carnis incrementum: obscurum vero paucæ, quippe quę nec auget, nec minuit: carnem, nec omnino euidens aliquid videtur efficere, † nisi quod parū calfacit: at id omnis frictionis commune opus est. Quare, cum neq; euidēs aliquid efficit, & quod facere videtur, proprium eius non est, sed omnis frictionis commune, non sine causa est (vt arbitror) omissa. Quod igitur omnis frictionis calorem accendere commune opus sit, non satis, quod ab Hippocrate prodatur, dignum præceptum est. Quid vero quęq; frictio proprium efficiat, id vt Hippocrati necesse tradere, ita nobis certe vtile erat discere. Reductis enim, veluti in elementa, simplicibus differentijs vniuersam frictionum rationem absoluit, quemadmodum carnem adijcias, quemadmodum detrahas, quemadmodum corpus mollias, quemadmodum constringas. Cum his vnà protinus se promunt tum media earum opera, tum ea, quæ per coniugationem faciunt. Media quidem, cū neque ligare corpus, nec soluere, nec carnem augere, nec minuere studemus: quę vero per coniugationem, cum, verbi gratia, pariter colligare, & carnem addere. Quis enim non videat, H cum duram carnem adijcere corpori volumus, frictionem duram vnà cum mediocri modo esse petendam: veluti cum mollem addere studemus, frictionem mollem & quantitate mediocrem adhibendam, & per alias coniugationes ad proportionem? Quas non nulli gymnastarum, tanq̄ sua ipsorum inuenta, tradentes, dum Hippocratem accusant, ipsi vehementer delinquunt, & ꝙ eum, qui de his primum præcepit, merita laude fraudant: & ꝙ cum eius inuenta sibi tribuāt, etiam (quod atrocius multo est) calumniari hominem non dubitant. Accedit, ꝙ nec simplices differentias apte inter se alternant. Decuerat enim (arbitror) eū, qui rectè ad particulares complexiones descendere voluit, nec vniuersas senario numero comprehendere, veluti Theon facit, nec aliquod earum proprium vel quantitatis vel qualitatis opus omittere, quemadmodum in mollis simul & multæ, opus mollis: in durę simul & multę, effectum multæ prętermisisse eum offendimus: sed has quoque adiecisse, & particulares coniugationes nouem fecisse. Quippe tres, quæ à qualitate frictionum sumuntur differentię, si eas tribus, quæ à quantitate ducuntur, iunxeris, nouem coniugationes effeceris, sex, quæ à Theone sunt positæ in ijs, quæ paulo supra memoraui, verbis, & tres, quæ ab eo sunt prætermissæ, dum mediam mollis duræ q; omisit: quanquam ne intelligere quidem neque mollem frictionem neque duram fas est, vt non simul intelligatur & mediocris.

* augere.
* minuere.
† Nisi parum calefacere.

Cui

A Cui si tres quantitatis differentias iunxisset, nouem ita vniuersas frictionum differentias effecisset, non sex. Eas ipse nunc in descriptione exponam, in qua duorum versuum, qui superne deorsum pinguntur, priorem qualitatum intelligi volo: secundum quantitatum.

Qualitates.	Quantitates.
Dura	Pauca Multa Mediocris.
Mollis	Pauca Multa Mediocris.
Mediocris.	Pauca Multa Mediocris.

Nouem harũ, quas descriptio cõplectitur, coniugationum, cum Theon sex primas tradidisset, reliquarum trium certe non meminit, ipse secum manifestissime pugnans. Si.n. exiguæ ac multæ B media quædam est, quam mediocrẽ vocamus, etiã mollis duræ q; altera certe media erit, quam mediocrem moderatam q; appelles. Sane meminisse per omnem sermonem conuenit, hæc oĩa in respectu collatioẽ q; dici: qñ, q̃ huic dura est, alteri pro molli sit: &, quæ mediocris, immodica: &, quę pauca, multa: &, quæ alij multa est, aliter quodammodo affecto sit pauca. Hoc vero & Theon fatetur: nec fieri sane potest, vt, qui mediocrẽ in qualitate frictionem præterit, non longe aberret. Ac mihi quidem videtur Theon inde adeo in hunc errorem lapsus, ꝙ Hippocrates de ea frictiõe subticuit: adeo vt hinc deprehendatur nihil proprium & suum de frictione Theon protulisse, sed perperam Hippocratis inuenta tractasse. Non.n. à pueris statim orsus, & sub præceptore, senis scripta perlegit: cum fateatur ipse primum athleta fuisse, deinde hoc exercitio deposito ad Gymnasticen se contulisse. Atq; hæc medius fidius non, quò hoĩem vituperem, apposui, quem alioqui inter primos gymnastas censeo, sed quò ista lecturos doceam haud facile esse veterum libros intelligentia consequi, si desint, qui ea curiose enarrent. Nam, ꝙ ex priscę breuitatis dignitate fuerit durę mollis que frictionis mediã silentio præterire in ipsa enarrationis serie, id ante à nobis iam dictum est. Quòd aũt talia à nobis præteriri non debeant, id quoq; & ostensum prius est, & nunc nihilo secius ostẽdetur. Si.n. tam mollis frictio, q̃ dura, in respectu collatione que nõ solũ subsistẽ C tiam, sed etiam intelligentiam sui habet, etiam mediocrem in simili respectu collatione que constitui necesse est. Finge ergo tale esse corpus, quale ꝓpositi nobis in hoc libro pueri esse præsumpsimus, sanum prorsus, & oĩs excessus medium, ita vt neq; molliorem hunc effectum velimus, neque duriorem, sed nec carnis eius modo adiectum quicq̃ detractum ve: num igitur ita se habenti corpori aut duram aut mollem frictionem admouebimus, aut etiam multam aut mediocrem? Ego plane quãlibet harum inutilem censeo: quippe cum à dura durius, à molli mollius, à multa gracilius, à mediocri crassius reddetur: quorũ nullo ei est opus, immo pristinam potius mediocritatem ad vnguẽ seruari. [a] † Quare neq; duriter id, neq; molliter (neq; multis frictionibus, neq; quãtitate mediocribus, sed paucis & qualitate mediocribus) infricabimus, nihil vltra moliti, q̃ vt ad exercitandum præparemus, ac rursus, cum iam satis exercitatum sit, apotherapia curemus. Vocetur, aũt nobis, sicuti recentioribus gymnastarum, Apotherapia, ea frictionum portio, quæ post exercitationem adhibetur. Sane Theon nullã ex ijs, quas protulit, coniugationibus, eiusmodi corporis naturę accõmodare potest, cũ sex in vniuersum nominarit, priores tres, mollis: reliquas, duræ: & neq; mollium cuiusq; eiusmodi corpus egeat, neq; durarum, sed eius, quæ harum media sit, quam scilicet mediocrem in qualitate dixisse par est. Liquido que patere iã arbitror, quantopere lapsus D Theon sit, mediam, duræ mollis que pteriens. Siquidem ad optimum statum corporis nullam harum, quas protulit, cõiugationum, accõmodare fas est, nec cum integra plane valetudine corpus fruitur, nec etiam, sicubi corrigi postulat. Quippe, vbi plane valet, sola præparatoria frictiõe eget: quam exiguam, ac mollis duræ que mediã esse ostendimus. Vbi iusto gracilius crassius ve effectũ est, non tñ in qualitate alterata caro quicq; est, sed plane mollis ac duræ medium modum seruat, si quidem emaciare studemus, & multã & qualitate mediocrem adhibebimus: [b] † sin reficere, tum qualitatis tum quantitatis ratione mediocrẽ. Has tres coniugationes vltimo loco post sex in descriptione exposui, hoc cõsilio, vt oẽs eas à Theone ptermissas, indicarẽ. Qñ igitur nõ solũ prætermissas ab eo, sed etiã vtilissimas easdem prætermissas, disputatio nostra docuit, deinceps tempestiuum arbitror ad ea, quę paulo ante distulimus, reuerti: ac primum illud, ꝙ doctrina ea, quę per rerum elementa traditur, ceteris sit vtilior: quippe quæ & sub cõpendium rem oẽm cogit, & memorię affigit, & reminiscẽtiæ facile suggerit, ac oĩum, quæ singulatim agentur, rectũ vsum prõpte suppeditat, ceu ad pauca & certa elementa referens. Quis.n. non facile membratim frictionum differentias, vsum, ac vires inueniat, si semel intellecta senis sententia, postea dictionem eius memoriter teneat, qua videlicet docet constringere quidẽ frictionẽ duram, soluere mollem, corpus adimere multam, augere mediocrem posse? Ex horum nanq; notitia ac memoria, primum sane,

* ἐπὶ διαγράμματος, i. in tabella.

A † Ex Græcis codicibus, quos viderim, legendũ, Quare neque duriter id neq; molliter, neq; multis neq; paucis, sed mediocrib[us] frictionibus infricabimus. Linacer tamen videtur consulto ita vertisse.

B † Additur in manuscriptis quibusdam exemplaribus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], i. si carnẽ augere, paucã simul & mediocre, in qualitate. [illegible] verba [illegible] debe[illegible] [illegible] tres coniugationes [illegible] duæ duntaxat.

quę omissæ in verborum contextu sunt, differetias inuenies: mox omnibus inter se cōplicatis, nouem coniugationes efficies, quas paulo supra descriptione sumus complexi: quas neq; inuenisse, neq; memoria tenuisse promptum sit, nisi, quam Hippocrates tradidit, elementaris doctrina præcesserit, omnium frictionum ratione in prima principia reducta. Ex quibus prorsus inuentis nō ea modo, quę nunc sunt inuenta, nobis suppeterent, sed etiam omnem corruptam doctrinam iudicandi facultas superesset. Quippe id methodi, id est (sicuti veteres interpretantur) vię & rationis proprium maxime est, vt ex paruo elementari principio ad singula membratim peruenire possis: tum, quicquid perperam est dictum, scientificis id theorematis, veluti regula quapiam, possis iudicare, peruersas opiniones examinans. Quòd igitur neq; alius quisquam recte de frictione sensit, neq; Theon ipse gymnastes, tametsi eruditius cæteris de ea locutus, sed Hippocrates, & qui eum sunt secuti, satis hæc sunto. E

De Nominum significatione, quibus Frictionum differentiæ & affectus, qui ab eis fiunt, explicantur. CAP. 5.

SVperest ex ijs, quæ ad hunc locū distulimus, vt de nominibus ipsis differamus, nequis eorū numero deceptus pares numero affectus cū ipsis appellationibus existimet. Duri .n. vocabulum de quadam corporis affectione proprie dicitur, quam nec interpretari quidem, qualis sit, pluribus est opus, nemine vel ex voce ipsa non ad rei notitiam perducto. Ad eūdem modū & mollis vocabulum. At rari & densi vocabula non perinde euideter ipsos corporis affectus significant proptea, q duplex eorū nominum vsus obseruatur, alter eorū qui proprie loquūtur, alter abutentium. Ac proprie quidem rarū accipimus, quod meatus, quos græci πόρους vocāt, magnos per totū obtinet: sicuti ediuerso densum, quod eosdem paruos. At per metaphorā, siue abusum, siue quocunq; alio genere appellasse libet, de laxo coacto q; hæc ipsa vocabula dici audias: hac enim ratiōe & aerem & ignem aliquando raros dicimus, aquam & terrā densas, scilicet ad elementa ipsa translatis appellationibus: quæ tn̄ & vnita sunt, & ex similaribus natura partibus cōstant, nec vllos eiusmodi meatus obtinent. Multo his longius à proprietate recesserunt illa, quæ per metaphoram ambo sunt dicta, nēpe constrictū, & colligatū. Illud de denso & duro, modo quidem vtroq; seorsum existente, modo in idem conueniente: hoc rursus de ijsdem dicimus, non tn̄ eadem metaphora. Nam qm̄ omnia, quæ colligata sunt, eadem ad motum impedita sunt: ita nimirū nominarunt & quę ob siccitatē aliquam, frigus, phlegmonē, scirrhum, tensionē, repletionē, aut pondus, ægre mouentur. Eandē ob causam & cōtrarijs nominibus in contrarijs affectibus vtūtur, remitti, aut resolui, aut laxari dicentes. Oportet aūt non nominū inspicere numerū, sed affectuum genera duplicia in totū esse existimare, alterum, quod in similaribus ipsis obseruatur, de quo molle durum've dicitur: alterum, quod in instrumentalibus meatuū ratione consistit, quod densum esse vel rarū dicitur. Hi nāq; corporum ipsorū proprij affectus sunt: accersiti vero, & (vt ita dicam) tēporarij, q aliàs meatus ipsi superuacuo humore impleant, aliàs sint mundi: & modo patentes, modo conniuentes. F G

*Quidā volunt τῶν ὀργάνων falso additum fuisse.

Qualis debeat esse Frictio pueri temperati. CAP. 6.

VErum de his affectibus in sequētibus libris agemus. Nunc ad propositum redeundū: ac primum clarius adhuc de frictione ipsa disserendū: nēpe q hęc ipsa interdū per se corporibus nostris cōmodum affert: interdū ijs, quæ cōmodū afferūt, ad eū sanè modum subministrat, quem Hippocrates de deligando tradidit his verbis: Deligatio partim ipsa sanat, partim sanantibus subseruit. Ipsius igit" frictionis effectus sunt, & q rara densat, & mollia durat, dura vero hæc esse oīno postulat: præterea, q dura mollit, & densa laxat. hæc contra mollis fit oportet. Pari modo, & quæ carnis augendæ minuendæ've causa suscepta est, vtraq; per se vtile aliquid corpori cōfert. Quæ tn̄ ad exercendum corpora præparat, item quæ post exercitationem adhibetur, hæ exercitationibus subseruiunt. Illa modice calfaciendo tenues meatus recludit, simul excrementa, quæ caro continet, fluxilia reddens, & solidas emolliens: appellātaūt hi huiusmodi frictionem, præparatoriam: Altera ἀποθεραπευτική græce dicitur, {latine recuratoriā ad verbū appelles: } hęc cū plusculo oleo administrata, simul pinguitudine humectat, & solidas emollit, † &, quæ in halitus meatibus continentur, euaporat. Verum de hac post dicemus, cū de exercitatione egerimus. Sed pparatoria frictio in optimi status natura calfaciēdi corporis causa suscepta, prout supra traditum est, fiat mollis primū, mox vero exercitationē aggressuro, dura: ita nāq; maxime & mollire poterit, & ad exercitationes excitare, & corporis naturā, qualē ab initio accepit, seruare. Quòd si quid aberratū sit, ad durū id potius spectet. Nā, qui breues à modo recessus sunt, ij cute tenus finiētur, nullo interiorū alterato. Minus vero lædetur ipsa cutis, si ad durū simul & densum recessus à modo sint propensi: quippe ita iniuriæ minus opportuna fiet. Adeo, si trāspiratio p huiusmodi cutim facilis esset, densissimam eā durissimam q; efficeremus: nūc, qm̄ ad vtrūq; munus probe esse cōparatā oportet, & excrementa, q̄ intus cōdunt, p halitū emittēda, & foris propinquantiū violentiā tolerandā, vtilissimus sanè fuerit medius iter vtrūq; excessum modus. Qui si qn̄ fortasse nō seruabitur, melior vtiq; fuerit, qui ad durius densius q; pertinebit, q̄ qui ad mollius laxius q;. Nam transpirandi defectum exercitio sarcire licebit: alrerius vero affectus vitium, quod est ad externorū iniuriam opportunitas, neq; aliàs corrigi facile potest: affertq; ptérea coniunctū incommodum nō paruum, euaporato subinde H

De ijs, quæ in Medicatr. fiūt, com. 2 .t. 4. 7a. 206. f

» A.l. 1. f 3.d.1 c. 4 .fol. 61.a

† In aliquibus cod. manuscriptis legitur καὶ τι τῶν ἐν τοῖς ... idest & aliquid eorum quæ &c.

A to subinde non excremento modo, verumetiam ipsius corporis nutrimento. Ergo in ijs differen-
tijs, quæ à qualitate sumuntur, aberrare satius est versus eam, quę durior est, q̃ eam quæ mollior.
In ijs tamen quæ à quantitate ducuntur, in proposita saltem natura & ætate si quid delinquitur,
versus id, quod minus est, id esto. Semper enim eius in præsenti disputatione meminisse oportet,
augendi eiusmodi corpus, haudquaq̃ siccandi studium esse propositum. Quas vero corporum na
turas, & quomodo affectas amplius fricandum sit, postea dicemus.

De regione & tempore, fricando & exercitando puero accommodatis, ac de mensura frictionis & exercitij. CAP. 7.

NVnc ad propositam materiam reuersi, de mensura ipsa frictionum agamus ad eundem mo-
dum, quo pauloante de qualitate egimus. Conuenit autem hoc loco, vt prius, q̃ mensuram
definio, alterius cuiusdam æstimandi mentionem faciam, sine cuius notitia mensuram ipsam nec
definiuisse recte licet, nec nouisse. Est vero quod æstimandum censeo, aeris, qui fricandum cor-
pus continebit, tęperies: quam vtiq; in re ipsa monstrare licet, explicare oratione aperte, ita vt in-
terpretationis euidentiæ nihil desit, planè non licet, sed est prorsus inexplicabilis. Verum, si non
adeo multum orationi de rei euidentia desit, abunde fuerit. Præcedit vero hanc & alia quędam
B consideratio: nempe quo anni tempore, & in quo nam orbis loco exercitandum statuemus. Duo
enim hactenus de eo tm̃ definita sunt, corporis status, & ętas. In qua vero terræ parte aut altus ha-
ctenus fuerit, aut exercitandus nunc sit, aut quo anni diei ve tempore, nihil sanè constitutum est:
quanq̃ pro harum certe cuiusq; ratione, mediocritas frictionis est varianda. Ergo ad ea, quæ ha-
ctenus statuta sunt, hæc quoq; deficienda sunt, vtiq; potestate inter initia operis iam tradita, non
tñ interpretationis luce clare explicata. Dicens enim veluti regulam quandam omniũ, quæ post
dicenda erant, posíturum me hoĩem eo corporis statu, de quo queri non possit, obiter nimirum
etiam regionem hoĩs potestate definiui: cum nec optimo temperamento, nec irreprehẽsibili om-
nino membrorum modulo corpus vllum in ijs regionibus, quę à temperamenti modo recesse-
runt, gigni possit: sicuti tum ratio docet, tum experientia commonstrat. Quippe sicci, graciles, &
veluti torrefacti in ęstuosis tractibus homines fiunt. Rursus frigidioris plagę incolæ, inæquali
temperamento visuntur, vt quibus exteriora frigeant: interiora, atq; in his viscera, immodice ca-
leant. Sanè optimũ corpus, de quo nunc sermo proponitur, veluti Polycleti regula est: cui in no
stro sitũ, vtpote probe temperato, non pauca similia videas. Apud Gallos vero, Scythas, Ægy-
ptios, Arabas, ne per somnium quidem tale vsquam est vidisse. Nostræ aũt regionis, quæ in latitu
C dinem non paruam extenditur, id quod in medio habetur, optime sanè temperatũ est: cuiusmodi
patria Hippocratis est. Etenim ea tum hyeme tum æstate mediocrem temperiem exhibet: vere
aũt & autũno multo magis. Eiusmodi igitur locum cum corpori proposito dederis, anni quoque
A.l.r.f.3.d.2.c. 3.fol. 60.h tempus "veris medium ipsi dabis. Esto vero & diei, in qua nobis exercitandus primum est, maxi-
me, quoad fieri potest, ipse meridies: quò videlicet naturalis temperamenti eius vis ab ambiente
nullo pacto mutetur. Eadem exigit ratio, vt ne domus quidẽ, in qua exercitandus est, ipso præser-
tim die calidior frigidior ve sit, q̃ publicus totius vrbis aer. At æstate atq; hyeme talis vel arte præ-
parandus est, nempe hyeme calidior, ęstate frigidior: quò videlicet exacta temperie corpus frictio-
nis tempore fruatur: quãdo, si iusto calidior frigidior ve domus fuerit, ĩ calidiore quidem sudabit
prius, q̃ abunde molliatur, in frigidiore neq; calefiet prorsus, nec mollietur vnq̃, nec floridum ru-
borem ostendet, nec in tumorem attolletur. Sunt nanq; duo hæc, rubor & tumor, in aeris tempe-
rie, & corporis statu temperato, medię frictionis notæ. Veluti enim, si calidam infundas, primum
quidem corpus intumescit: si largius infundas, dẽcumbit, (ideo q; & Hippocrates de his aiebat:
Pri*mum quidem attollitur, deinde fit gracile:) ita frictio quoque attollit quidem primum, postea
contrahit, ac molem deponit. Iis ergo, qui carnis augendæ causa fricantur, tunc planè finienda fri-
D ctio est, cum corpus & intumuit, & prope est, vt contrahatur submittatur ve. Qui autem ad exer-
citandum iam præparantur, ijs minime id tempus opperiendum, sed longe prius desistendum à
frictione est, potissimum cum optimi temperamenti sunt, & ętate adhuc pueri: horum nanque
tum humidum corpus est, tum tenerum, ac paucis frictionibus mollescens. Præparatoriæ vero
frictionis meta finis q; est, vt solidę partes molliantur, humida soluantur, & corporis exigui mea-
tus laxentur. Quis vero frictionum esse debeat numerus, definire sanè oratione non est: cęterum
qui his preficitur harum rerum peritus, hic primo quidem die minus exacta exquisita q; conie-
ctura vtetur: sequenti vero die, vbi iam experientiam aliquam naturæ illius corporis est ade-
ptus, magis exactam certam q; habebit.) Quinetiam de exercitatione ipsa primo certe die men-
suram ad vnguem definire non potest, sequentibus deinceps omnino potest. Sunto igitur hic
quoq; notæ: Primo quidem die cum adhortanti incitanti q; ad exercitandum, non perinde ob-
sequitur, sed segniores, & minus tum frequentes, tum decentes, ac (vt semel dicam) minus va-
lentes tum colluctatoris sui apprehensus, tum motus obit. Porrò expedit neq; paulo animosio-
rem esse, qui exercitatur, vt lassis iam viribus etiam exercitari aueat: neque ignauum, qui integris
adhuc viribus laborem tamen detrectet. Est vero profecto talis non corpore modo, sed etiam
animo, quem nunc educandum suscepimus: quandoquidẽ quibus frigidus succus in ventre, aut

* σκέμματος, id est conside-rationis.

* μέτρον quod est in impressis, æstimandi pro μετρίων, i. mensura.

* χώραν, i. regione.

* καθίσταται i. cõtrahitur aut submittitur, id quod paulo post effert per hanc vocẽ συστέλλει.

De ijs, quæ in medicatr. fiunt com. 3. t. 16. 7. 215. h

in toto corporis habitu collectus est, ij segniores ad motionem sunt. Pari modo & qui plethorici, E id est, qui succis æquabiliter se habentibus nimium abundant, & quos recens frigus afflixit, ij & ignaui sunt, & ad mouendum pigri. Iam his etiam magis ita sunt affecti, quicunq; natura frigidiores sunt: sicuti etiam his ipsis longe magis, quorũ frigiditati etiam humor est adiunctus, hi nanq; mensuræ exercitandi notas corrumpunt. Sicuti ediuerso, qui calidiori temperamento sunt, siue id ꝓpriæ naturæ sponte eueniat, siue ab accersito quopiam affectu, hi & animosi sunt, & certaminis auidi, & ad actionem plus, q̃ expedit, prompti. At, quibus nec corpus calidius frigidius've est, nec animus oĩno iacens ac demissus, aut contentionis gloriæ've præcupidus, & ad actionem præceps ijs modi exercitationum indicia integra manent, illæsa q; seruantur & primo statim die, & multo magis procedente tempore. Si.n. quid inter initia suffugit, id experiẽtia ipsa edoctũ, ad exactam, notitiam ꝑueniet. Non aliter & cibi modus ad certam coniecturam perducit: qui tñ ab initio definiri nullo pacto potest: verum quotidiana experientia, cum recordatione quantitatis tum cibi, tum exercitationum, eo etiam, qui huic præficitur, nihil non solicite obseruante, sed semper vt tm̃ ciborum post tantam exercitationem concoxit, recordante, propemodum ad exactam scientiam intellectum tẽpore ꝑducit. Hæc igitur oĩa etiam deficientibus ab optimo statibus cõmunia sunt: de quibus agere nõdum statuimus. Cæterum optima natura, quæ hic nobis est proposita, mensuras oĩum manifestas obtinet: vt quæ nec animi moribus, nec corporis intemperie, dictorũ quicq̃ obturbet immutet've, sed frictionis, exercitationis, ciborum, ac somni mensuras aperte indicet, ac tum primum quodlibet horum respuat, cum eius vltra non egeat. Quare fuerit hoc quoque ei, qui tali corpori præficitur, non minimus mõdi index: dico autem ipsam ad singula, quæ agi debẽt, alacritatem, ipsa nimirũ natura in optimo corporis statu mõdum sibimet præscribente. Etenim, q optima natura sunt, & iam ad exercitationem frictione præparantur, tum demum ad exercitandum prodibunt, cum toto iam corpore abunde emolliti excalfacti q; sunt. Exercitando quoq; tum primum grauatius mouebũtur, cum satis exercitati iam fuerint. Iam a cibo & potu tum primum abſistent, cũ satis se impleuerint. Quare nullus in hoc homine metus est, nequando aut iusto plus laboret, aut iusto plus cibis se ingurgitet, si naturæ suæ impetus sequatur: quo fit, vt neq; prorsus peritissimum sibi præfici is postulet, sicuti oẽs, de quibus postea sermo erit, deterioris notæ homines: quippe sanũ corpus ipsum sibi ipsi omnia inuenit proprio naturæ suæ impetu directum: maxime si in ijs, quæ ad animũ pertinent, recte sit educatum. Nam multi in malis moribus a pueris educati, in desidia & intemperantia viuentes, bonitatem naturæ corrumpunt, sicuti contra nonnulli vitiosam corporis naturam sortiti, temperantia vitæ & appositis exercitijs naturæ vitia mutarunt in melius. Sed de horum quidem {siue exercitationibus} siue etiam operibus sequens liber totus componitur. De ijs aũt, qui optimo corporis statu sunt, & qui sanitatis tutori auscultabunt, in hoc libro agere statuimus. Ac præcedens quidem de his sermo ad exercitationum memsuram vsq; est progressus. Superest ergo, vt de generibus eius disseramus. G

(margin: μέτρον)

De generibus exercitationum. CAP. 8.

Genera "exercitationum voco luctam, pancration, pugillatũ, cursum, & alia id genus: quorũ alia tm̃ exercitationes sunt, alia non exercitationes solum, sed etiam opera. Exercitationes sunt tum hæc ipsa, quæ dicta modo sunt, tum præter hæc quæ græce dicuntur τὸ πιτυλίζειν, τὸ ἐκπλεθρίζειν, τὸ σκιομαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι. {Atq; hæc mox descriptione exponentur.} Præterea saltus, disci iactus, tum coryco, id est folle, pila vel parua vel magna, & per alteres corpus fatigare. Exercitia simul & opera sunt, cũ fodit quis, cum remigat, cum arat, cum vites putat, cum onus gestat, cũ metit, cum equitat, cum armatus pugnat, cũ iter facit, cum venatur, cum piscatur, cum alia, quæcunque hoĩes vel opifices vel non opifices in vita vsus causa exercent, facit, seu domos ædificent, seu naues, seu ferrariam ærariam've factitẽt, seu aratra pangant, seu tale aliquid pacis belli've instrumentum fabricent. Horum aũt plerisq; est, qñ veluti pro exercitatione tm̃ vtare. Quippe triplex in vniuersum ipsorũ vsus est, cum interim operis tm̃ causa vsurpenť: interim meditationis, sed quæ ad vsum futuri sit operis: interim pro exercitatione tm̃. Quippe ipse aliqñ hyeme deprehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeum in pila cõtundere ac deglubere: exercendi corporis causa sum coactus: quæ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. De horum igitur ceu operum vsu, in sequẽtibus: ceu eercitationũ, nunc tractabimus. Nullum nanq; id genus exercitium aut perpetuum diẽ obitur, aut alio tempore, q̃ ante cibum. Seruari vero tum modum exercitationum in his oportet, tum vocatã apotherapian. Quòd si etiam idonea frictione vsus ad ea quis accedet, iam oẽs exercitationis numeros impleuerit. De his igitur oĩbus scientem esse conuenit eum, q sanitatis tuendæ officio vtetur, quem ὑγιεινὸν græce vocant. Licet enim eum (vt ante dictum est) aut sic græce, aut gymnasten, aut medicũ voces: prima tñ appellatio maxime propria est, reliquæ per abusum. Nam, si artifex quisq; ab arte, quam tractat, deflexum sortitur nomen, patet eum, qui ὑγίειαν, id est sanitatem tuendã profitetur, merito ὑγιεινὸν appellandum: ita nimirũ, vt qui γυμνασίοις, id est exercitationi tãtum præest, gymnasten: & qui morbis medetur, medicum. Quòd siquis hunc ipsum vel gymnasten vel medicũ pro ὑγιεινῷ appellasse volet, tũ a parte totũ, tum vero nec proprie noĩabit, sed abusiue, vel ambigue, vel quõcunq; aliter dixisse velis, appellationem H

(margin: A. l. 1. f. 3. d. 2. c. 2. fol. 60. b)

A latíonem faciet. Huius reí caufa eft, ꝙ cum vna fit ars, quæ corpori tuendo præfideat, vnicũ ei proprium nomen inditum non eft. De qbus oĩbus vberius fingulari libro egimus, quem Thrafybulum infcripfimus. Ac genera quidẽ exercitationũ funt ea, quę diximus: qualitas vero, feu differentia (nam & hanc quoq; vtroq; modo appellare licet) velocitas, tarditas q; mouendi funt: præterea ꝙ aliud "robuftum, aliud (vt ita dicam) imbecillum eft: ad hęc, vehemẽtia, & leuitas. Vtendi vero rationes omniũ prædictorũ generũ vnà cum differentijs proprijs huiufmodi funt. Nam aut perpetuus motus eft, aut intercifus: & fi perpetuus, ęquabilis, aut inęquabilis: fin intercifus, aut certo ordine, aut citra ordinem. Hæ igitur vtendi rationes ab ipfo negocio capiuntur. Quæ vero ab ijs, quæ extrinfecus funt pofita, ducuntur, eiufmodi funt, ꝙ aut fub dio exercitatio fit, aut fub tecto, aut in mifta vmbra, quam ὑποσυμμιγῆ grçci vocant. Item q; ꝙ aut calens locus eft, aut frigidus, aut media temperie: præterea aut plane ficcus, aut humidus, aut medio modo attemperatus. Similiter illæ quoq; vtendarum exercitationum rationes quędam funt, ꝙ cum puluere exiguo multo've vfurpentur: item ꝙ cum oleo exiguo multo've, aut etiam fine vtroq;, adminiftrentur.

A. ibidem.

Quid omnibus exercitationibus fit commune, quid proprium fingulis: ac de eis, quæ robuftæ & violentæ appellantur. CAP. 9.

B QVoniam ergo enumerata à nobis vniuerfa funt, quorum peritum effe oportet, qui fanitatem tuendam profitetur, ad ipfa nunc exercitationum genera non intẽpeftiue redibimus. Ac primũ docebimus, tum quid omnibus fit commune, tum quid fingulis proprium: hinc frictionis ipfius tẽpora definiemus. Ergo omnis exercitationis cõmune illud eft, ꝙ animali ipfi ex ipfa caloris augmẽtum excitaẽ. Quippe "calefiunt corpora noftra & balneis, & calidarum aquarum lauacris, & cum per calidiores tempeftates infolamur, & cum igni fouemur, & cum calidis medicamentis perfricamur. Cæterum ab externo eft oĩs eiufmodi calor adfcitus, nec de proprio principio, fed aliunde accenfus auctus q;. Exercitando vero, infiti caloris augmentũ animalibus ex ipforum corporibus excitatur. Atq; is omnium exercitationũ communis effectus eft, proprius tñ earum effectus nõ eft, fi modo & iratis, & pẽrturbatis, & pudore affectis, naturalis etiam calor augetur: quanq̃ ira haudquáq̃ auctus, fed veluti feruor eft caloris in corde. Itaq; etiam effentiam eius vel probatiffimi philofophorum talem affe affirmant: quippe acceffiorium iræ eft, non eius effentia, vltionis appetentia. Verecũdis aũt augetur infitus calor, dum primum intro fe recipit vniuerfus: deinde poftq̃ in alto corporis eft collectus, & ex ipfo inibi congeftu, & ex affiduo motu incrementum capit. Non.n. quiefcit pudore affectorum fpiritus, fed tum ab interno, tum C circa fe, vnà cum toto fanguine, varie circumagitur, ita planè, vt fpiritus eorum, qui perturbãtur. Dicetur aũt in progreffu latius de oĩbus eiufmodi animi affectibus. Ad prefens enim, propterea ꝙ commune fymptoma tum hos ipfos affectus, tum exercitationes excipit, dum omnis exercitij communem effe natiui caloris auctum oftenderem: id q; de interno, & à fe, non tñ folis exercitationibus ineffe, fed pariter dictis modo affectibus: coactus fum obiter & de his meminiffe. Iam fingulas exercitationum feorfum perfequi tempeftiuum videtur, illo prefertim prius fignificato, quòd in his quoq; complures differentiæ inueniantur. Quippe interim aliam partem aliud alio magis exercitium fatigat. Et quędam lente motis fiunt, quędam ocyffime agitatis, & quædam robore ac nixu adhibitis, quędam fine his: ad hęc, quędam cum robore pariter & celeritate, quædam languide. Ac, quod violenter quidem fine velocitate exercetur, εὔτονον id eft valens voco: quod violenter & cum celeritate, σφοδρὸν id eft vehemens. Violenter autem, robufte've dicere, nihil referat. Fodere ergo, valens robufta q; exercitatio eft. Simili modo & fiquis quatuor fimul equos habenis coerceat, impenfe robufta exercitatio eft, non tamen celeris. Tum fiquis maximo onere fublato aut eodem loco maneat, aut paulùlum procedat. Iam accliuis inambulatio huius quoque generis eft. Attolluntur enim eo motus genere, & veluti onus fuftinẽtur ab ijs, quæ primũ mouen D tur, inftrumẽtis, reliqua corporis mẽbra vniuerfa. Præterea, fiquis per funẽ manibus apprehẽfum fcandat, ficuti in palęftra pueros exercẽt, qui eos ad robur præparãt. Quin etiam, fiquis fune arrepto, aut etiam pertica, fublimis ex ea pendeat, ac diu teneat, robuftum is validum q; laborem exercet, citra tamẽ celeritatem. Ita vero, & fiquis manibus in pugnum reductis, ijfdem prolatis, vel in altũ fublatis, diutiffime eodẽ habitu cõfiftat. Quod fi adhibitũ quempiã deducere fibi manus iubeat, nec tñ ipfe remittat, adhuc fanè impenfius hic tum mufculos oẽs tum neruos ad robur comparat, vt quorũ maxime propria funt oĩa id genus exercitia. Idq; multo certe magis fiet, fiquis fummis manibus, vtraque feorfum, apprehenfo pondere (cuiufmodi funt, qui in palæftra alteres dicũtur) porrectis his, aut in fublime erectis, eodem habitu perfiftat. Iam fi etiam cuipiã iufferis, vt te violenter detrahat, inflectat q;, dũ ipfe nõ manibus modo, verũ, etiã cruribus fpina q; conftans inflexus q; refiftas, nõ leuẽ ad membrorũ robur exercitationem obieris. Sanè hoc genere Milonem ipfum exercitaffe fe ferũt, dum aliàs conuellere fe mouere q; de loco volenti permitteret, verũ hęc crurũ maxime exercitatio fuerit: aliàs vtiq;, fi manus exercitãdas curabat, pugnũ aperire iuberet. Idem (vt aiunt) malum punicũ, aut tale quippiam, manibus cõplexus, auferẽdum cuiuis prebebat. Hęc igitur exercitia maximi roboris tum oftentationem tum exercitationem continent. Robur aũt partium tum exercet, tum vero firmat, & fi quis alterum complexus medium, aut etiam ipfe

A. ibidem. b c.

* ἀγωνιᾶσι, i ante certamen trepidantibus.

* Impreßi habẽt οὐδαμῶς ἄυξησις, ut Linacer vertit. aliqui cod. habent οὐχ ἁπλῶς ἄυξησις idest haud fimpliciter auctus feu auctio.

medio comprehensus, manibus, digitisq; pectinatim iunctis, aut quem complectitur, absoluere E
se iubeat, aut ipse se à complectente soluat. Ita etiã, & siquis alterum, qui versus ipsum se inclinet à latere aggressus, ilia manibus complexus, ceu onus aliquod sublatũ inuicem protẽdat, reducatq;: ac magis, si, dum gestat, ipse nutu renutuq; corporis vtatur: sic nanq; spinam vniuersam ad robur comparauerit. Atque vero, qui pectoribus ex aduerso innixi, magno se conatu inuicem retrudũt. Etiam, qui à ceruicibus pendentes deorsum trahũt, ad robur præparãt. Cæterũ talia omnia exerceri citra palęstrã aut copiosum puluerem queunt, quocunq; conculcato loco, erectis ac stantibus. Quæ vero luctantes inter se moliunt, cum robori augendo student, hęc aut puluerem altum, aut palęstram desiderãt. Ea sunt eiusmodi: Cũ vterq; luctantium ambobus cruribus alterum alterius crus complectitur, deinde manibus inter se collatis, altera ceruici violenter incũbat, vtiq; quæ è regione impediti cruris est, altera brachio. Licebit & circa summum caput manu altera tanq̃ funiculo iniecta violenter retrorsum reclinare ac reuellere. Eiusmodi lucta, vtriusq; luctatoris robur exercet: quemadmodum & ea, quæ altero alterũ cruribus cingente, vel ambo per ambo mittẽte, fiunt: nam hæc quoq; vtrunq; ad robur pręparant. Infinitę alię eiusmodi robustæ exercitationes in palæstra sunt. Quorum nimirum omnium peritiam vsumq; pędotriba callet, ipse sanè sic à gymnaste diuersus, vt à medico coquus: quod ipsum quoq; ad perpensionem æstimationemq; se offert. F
At dictum quidem iam de hoc est in eo libro, qui Thrasybulus inscribitur: cæterum dicemus & nunc, quod satis ad præsentem sit disputationem, verum si prius exercitationum varietates absoluero: quarum quæ robustæ sunt, quasq; εὐτόνους, græci vocant, dictę iam sunt.

Quę sint Exercitationes celeres, quæ vehementes. CAP. 10.

SVperest vt de ijs dicamus, quę celeritate peraguntur, citraq; robur & violentiã. Id genus sunt cursus, & vmbratilis armorum meditatio, & cum duo summis manibus concertant, ἀκροχειρισμούς græci vocant: tum quæ per corycum & paruam pilam exercitatio fit, vtiq; cum à distãtibus & currentibus administrat. Eius generis est & quod ἐκπλεθρίζειν græci dicunt, & quod πιτυλίζειν. Est aũt ἐκπλεθρίζειν, cũ in plethro, id est in sexta parte stadij, quis prorsum retrorsumq; vicissim, id q; sæpe, in vtranq; partẽ sine flexu cursitãs, vnoquoq; cursu breue quiddam de spatio demit, quoad deniq; in vnico gressu constiterit: πιτυλίζειν vero, siquis summis pedibus ingrediens, tensas in sublime manus, hanc antrorsum, illam retrorsum, celerrime moueat. Hoc vero exercitamento maxime ante parietem stantes vti solent, quò, si quando aberrent, facile pariete apprehenso erigãtur. Sed sic exercitatorum vt error magis latet, ita exercitium ipsum fit imbecillius. Celeres vero motus sunt, citra tamen violentiam, & qui in palęstra eduntur, circumuolutis celeriter humi no G
bis vel solis, vel cum alijs. Licet autem & erectis, tum circũactis, ac velociter prope adstantem mutantibus, celerem exercitationem peragere. Potest & solis cruribus, id q; erectus, ac vno loco consistens, celeriter exerceri, subinde quidem retro tm̃ resiliens, interim vero in anteriora referens crurum vtrunq; vicissim. Quin & per manus exercitatione celeri tantundem valente vti datur, id q; citra vllos alteres vtiq;, si frequentiæ celeritatiq; motus earum impense incumbas, siue has in pugnum ductas, siue explicatas mauis. Ac eiusmodi quidẽ celeris exercitatio est, in quibus dixi speciebus comprehẽsa. Reliquum est, vt ad vehementem veniamus. Ea vero, sicuti predictum iam est, ex robusta celeriq; composita est: qñ, quas robustas diximus, ijs omnibus vt vehemẽtibus vti licet, motus modo celeritatem adijcias. Non in postremis vero vehementes hæ sunt, fodere, discũ mittere, moueri, saltare, id q; continuato sine intermissione opere: similiter graue quoduis telum iaculari, continuatis sibi q̃ maxime iactibus: aut graui armatura tectum celeriter agitari. Et qui aliquo quidem talium exercentur, intermittere paululum solent. Atq; hoc loco inter assiduam interpolatamq; exercitationem differentiam noscas, licet. Quas.n. modo retulimus, vniuersæ morula interposita magis vsurpari solent, ac potissimum quæ labores operaq; sunt, nedum exercitia, vt fossio, & remigatio. Quæ vero remissiores exercitationes sunt, eæ sine interposita quiete ma- H
gis fiunt, veluti continuatus diu cursus, quem græci dolichon vocant, & iter facere.

Quæ Exercitationes quas partes exerceant: ac de singulis Motibus, qui humano corpori conueniunt. CAP. 11.

HÆc igitur omnia exercitationũ genera sunt, quæ & modo dictas differentias habẽt, & supra has, q alia lũbos magis, q̃ brachia crura've, exercẽt: alia spinam totam, aut pulmonem tm̃, aut thoracem tantum. Quippe itatio, cursusq;, crurum exercitationes sunt: acrochirismi, & sciamachię, brachiorum ac manuũ propria. Lumborum aũt, assidue se inclinare, ac rursus reuocare: id q; aut pondus aliquod à terra tollentẽ, aut assidue in manibus sustinentẽ. Sunt & qui depositis ante se alteribus, vlnę interuallo distantibus, postea medij ipsi stantes inclinant se, atque attollunt dextra quidem eum, qui ad sinistram iacet, sinistra, qui ad dextram: tum rursum vtrũq; in suum locum referunt: atq; hoc identidem deinceps faciunt ijsdem vestigijs insistentes. Hic vero motus transuersas spinæ partes magis exercet, sicuti prior ille rectas. Thoracis vero & pulmonis maximæ respirationes propriæ exercitationes sunt. Maxima vero vox præter iam dicta, vocis quoque instrumenta omnia permouet: quorum enumeratio in ijs, quæ de voce edidimus, habetur. Quoniam autem huc producti sumus, non alienum sit de omnibus animalis partibus tradere, & quæ motus

A.l.1.f.3. d.2. c.2.fol.60.c

A.l.1.f.3 d.2. c.2. fol. 60.f

A motus euidentes,& quæ leues & obscuros obtineant: quæ rursus à se moueantur,quæ q; ab alijs.* Quippe eiusmodi discretio non paruam commoditatē gymnastæ afferet ad omnia animalis membra mouenda,aliàs à se,& propria virtute: aliàs ab alijs,& per alienam.Quæcunque enim voluntate suscipiuntur actiones, eæ musculorum neruorum q; & quos aliqui tēdones, Græci τένοντας vocant,propriæ sunt. Eædem tamen,si maiore vi & celeritate fiunt,primum quidem & maxime dictas iam partes,ex accidenti vero etiā arterias exercent: cum prædictis vero ossa,venæ,carnes, ligamenta,& cæteræ omnes animalis partes vnà mouētur. Reliquorum vero motuum,qui in animalium corporibus noscuntur, quicunq; non cōi voluntate suscipiuntur,sed vel naturales sunt, vel pro animi affectibus eduntur, duplices hi genere sunt: alij.n.cordis & arteriarum, alij venarum & iecinoris actiones sunt,atque horum quidem primum & maxime: secundo loco reliquarum omnium partium: qūquidem quatuor naturalibus facultatibus oēs gubernantur. Ac arteriarū quidē cordis q; motus nunq̄ sanè omnino intermittitur,cæterum magnitudine,paruitate,velocitate,tarditate,& vehementia{& imbecillitate}variè intēditur atq; remittitur, id q; multis ex causis: quas omnes in opere quod de pulsuum causis conscripsimus,percēsui: nunc summa tm̄ capita delibasse sat erit. Vna igitur mutandi pulsus causa est naturalis caloris auctio,diminutio q;. Altera causa est,

B quæ ex animalis spiritus mutata quantitate spectatur. Tertia,quæ ex firmitate infirmitate q; virtutis accipitur. Quarta,quæ ex instrumenti ipsius malo affectu æstimatur. Verum de hac disserere nō est huius loci. Iam.n.ægrotet animal, necesse est, in eiusmodi affectibus: cum reliquæ oēs pulsus mutationes etiam in sanis spectentur. Quæ igitur ex aucto diminuto q; naturali calore mutatio oritur,ea pro anni tempore,nutrimento,potione,balneo,frictione, somno,& vigilia,item q; animi affectibus,& actionibus voluntate susceptis incidit. Quæ vero ex animalis spiritus alteratione nascitur,ea pro motus,qui voluntate consilio q; initur (καθ᾽ ὁρμὴν Græce vocant,)differētijs variatur. Quæ ex virium firmitate infirmitate q; oritur, pro substantiæ ipsius cordis & arteriarum bono cōtrario've temperamento contingit.Porrò venarum opus vnà cum alijs instrumētis vniuersis,quęcunq; natura ad alimenti dispensationem excogitauit,pro cibo potione q;, tum vero pro distributionis in corpus,& cōcoctionis,& nutricationis ratione variatur. Huius vero mutationis arterię quoque participes sunt. Qui vero motus,actiones non sunt,horum triplex diuersitas intelligitur. Alij nanque animantibus ex seipsis insunt: alij extrinsecus adueniunt: alios medicamenta proritant.Et ex se quidem animalibus insunt ij,quos ante memoraui. Extrinsecus vero accedunt, qui nauigando, equitando,aut gestando siue vehiculo,siue lectulo pendente, siue cunis agitatis præ-

C stantur,siue per nutricum vlnas, vt infantibus: extrinsecus prætereà aduenientium & frictio fit. Non nulli tamē motus misti planè sunt,veluti equitatio.Non.n.vt in vehiculis,præsertim in quibus stratus quiescas,ita etiam,cū equo insideas,accidit,vt à gestāte tantum agiteris,ipse nihil agas: quin spinam erectam sustinere,tum vtrisq; feminibus equi costis firmiter hærere,& crura extendere oportet,etiam ante prospicere.In quo non modo visus exercetur,sed etiam collum laborat, præcipue tamen viscera hoc genere agitantur.Porrò ea salientibus quoq; ęque dimouentur,verum ijs qui vehiculo gestantur,non æque. Quare,si quis viscera,quæ sub septo sunt, mouere violentius velit,& prædictos labores adeat,& præterea ad frictionem,quæ per circuniectam fasciam administratur,accedat. Statuatur aūt,oportet,is,qui fricat,à tergo: qui modo in dextram,modo in sinistrā manus inijciat,acclinante apprimente q; has ipsas partes ipso,qui fricatur. Sanè concutiunt non nihil ea,quæ sub septo viscera sunt,& maximę tum respirationes,tum voces: pari modo efflatus & qui per se fiunt,& qui cum cohibito compresso q; spiritu tum in tibiarum sono tum voce adhibentur. Iam ipsa spiritus cohibitio,exercitatio quædam musculorum est,non minus certe eorum, qui in abdomine,quàm qui in thorace insunt. Verum de hac post agetur,vtpote quæ supra alia,quæ modo retulimus,commoda etiam aliam gratiam nō leuem pręstat, cuius nimirum causa ad finem

D exercitationis eam adhibemus. Verum ad propositum redeundum,nempe q̄ nō pauci ex ijs motibus,qui partibus animalium accedunt,nec partium ipsarum actiones sunt,nec earum actiones sequuntur,sed ab alijs & per alia perficiuntur: veluti in his,qui vehuntur,nauigant,fricantur,& purgantur per medicamenta tum vomitoria,tum aluum ducentia fit. Verum eiusmodi motus, huius de tuenda sanitate artis non est.Reliqui omnes & potissimum ij,qui ex frictione fiunt, imprimis necessarij cognitu huius artis præsidi sunt: quippe ad cuius professionē spectat omnium motuum vires nouisse: Sicuti,reor, ad opifices ipsos spectat singulos particulares motus nosse. Hi nanque varietatem,quæ in materia est,norunt: Gymnastes virtutis singulorum scientiam habet. Etenim, siquis me iubeat, vt hoplimachicos i. armorum meditationis motus, vel alium doceam, vel ipse concinne peragam,sanè vnumquemlibet eorum obire commode nequeam. At, sicui me hoplomachicorum,cum agit,adhibeas,non modo quam vim obtineat actionū quęlibet,sed etiam quam maxime partem exercitet,omnibus illis certius norim. Immo vero (si verum ingenue fateri oportet) hoplomachicus nullius earum vim reddat.Qui exercitationum artem probe callet, is, omnes nouerit,singulas ad certos referens fines. Nanq; aut violētæ quædam sunt, graues q;, ac robustæ: aut leues,celeres,& concitatæ: aut pariter violentæ & celeres. Has igitur obiter dum agi cōspicit, statim visas facile dignoscit: atque hoc amplius, quæ'n.m crura,brachia,vel thoracem actio

exerceat:

* ἐλαχίας. i. exiguos vel paruos.

exerceat: quæ lumbos, caput, ſpinam, vel ventrem: quæ demum aliam quis partem egregie præter E cætera fatiget. Hoplomachicus.n. apte numeroſe q; motus peraget celeres fortaſſe, robuſtos, ac graues: cæterum, quòd denſent aut emacient eiuſmodi motus, parum nouerit: pari modo nec quòd carnem augent & rarefaciunt motus tardi. Iam idem robuſte ſimul & tarde & grauiter mouebitur: nec tñ, quòd iſtiuſmodi motibus corpori robur & grauitatem acquirit, intelligit. Aurigandi quoque peritus oẽs motus particulares numeroſe apte q; & ad vſum commodiſſime efficiet: ſed, qui horũ corpus emacient, aut carne impleant, robuſtum, vegetum, molle, durum, dẽſum, rarum've efficiãt, omnino ignorat. Ita & qui pila exercere inſtituit, (σφαιριστικὸν vocant) omnem pilæ iactum exceptum q; callet: minime tamen, quem corpori affectum hi comparent, nouit. Pædotriba quoque, quicquid in palęſtra motuum geritur, pernouit: quid quiſq; motus efficere queat, ignorat. Et (vt ſemel dicam) omnes homines, artifices iuxta inertes q;, quos corpore motus exercent, eorum ignorant vires, ſaltatores, nautæ, fabri tum materiarij tum ferrarij, piſcatores, agricolæ, ædificatores, ſutores, oẽs deniq; qui quiduis moliuntur. At gymnaſticus ex ijs, quæ ante retuli, principijs, cuiuſuis actionis, etiam eius, quam nunc primum, nec ante conſpexit, vim tenebit: veluti ſtatim ſaltantium prævegeti motus, in quibus nimirum, quàm maxime ſaliunt, ac celerrime circumacti vertuntur, & genu prius poſito mox emicant, & crura tum attrahunt, tum maxime diuaricant. Et ſummatim, F in quibus ocyſſime mouentur, gracile, muſculoſum, durum, compactum, præterea vegetum, corpus reddunt: at remiſſi tardi & languidi motus, non ſolum non eiuſmodi corpus, quale nunc diximus faciunt, ſed contra, ſi natura muſculoſum & vegetum ſit, diuerſam omnino affectionem inducunt. Quod igitur paulo ante diximus pædotribam ita eſſe gymnaſtæ miniſtrum, vt medici coquum, id nunc quoq; oſtenſum eſt. Quippe coquus betam lentem aut ptiſſanam aliàs alia ratione præparat: nec tamen, quod præparauit, quam vim obtineat intelligit, aut quę'nam præparandi ratio cenſenda ſit optima. At medicus nihil horum ita, vt coquus, parare eſt potis: verum quicquid præparatum ſit, eius vires probe callet.

Frictionem, exercitationem, ſomnum, cibum, balneum, & cætera, quæ propoſito adoleſcenti adhibentur, moderata conuenire. *CAP.* 12.

ERgo gymnaſtes propoſiti nobis adoleſcentis, vtique qui optimum corporis ſtatum eſt ſortitus, omnium quidem exercitationũ vires pernouit: deligit vero ex omni genere, quod moderatum medium'q; inter vtrunq; exceſſum eſt. Nam neq; celeris tardæ've exercitationis optimus ſtatus eget, ſed planè mediocris ac mediæ: nec rurſus violentæ & vehementis, nec remiſſæ & languidæ, immo in his quoq; mediocre optimum eſt: quando non alterare, ſed planè ſeruare optimũ G corporis ſtatũ conuenit. Siue igitur armis eiuſmodi adoleſcentẽ exercitare gymnaſtes velit, † peritiſſimo totius meditationis armorum adſcito, cum oẽs ſibi promere actiones iubebit: mox ipſe eliget, ac diſcernet, imperabit q;, quibus earum ſæpe, quibus raro, quibus mediocriter, quibus aut nunquam, aut ſemper, exercitari eum velit: quippe quem latere nõ poteſt, quæ quodq; membrum exercitatio magis agitet, quæ've cuiuſq; exercitationis qualitas facultas've ſit. Siue follis pila've exercitare ſtudet, hic quoq; rurſus tum genus, tum qualitatem, tum mòdum, actionis inueniet, ipſo follis pilæ've perito, pro miniſtro adhibito, quò illi omnem eius generis actionum materiam indicet. Nam ipſius propriæ cuiuſq; artis materiæ, gymnaſtes, qua gymnaſtes, omnino eſt ignarus: verum, vbi ſemel inſpexit, nõ ſolum qualitatem, ſed etiam vim eius, protinus intelligit. Quàm plurimos enim ipſi ex ijs, quibus imbecilliores quędam corporis particulæ erant, vnde crebris in his vrgebantur morbis, vnius gymnaſticæ ope reſtituimus: † neque tamen omnes proprijs exercitationibus, ſed, ſiue quis ſaltator erat, ſiue hoplomachicus, ſiue pancratiaſtes, ſiue luctator, ſiue alio quouis genere exercitatus, iuſſo eo nobis præſentibus artis ſuæ omnes motus promere: mox appoſitiſſimis vnà cum tempore & modo delectis. Verum de correctione id genus, procedente tractatu agemus, ea ſ. operis parte, in qua de vitioſis corporum ſtatibus diſceptabitur. Nunc optime H comparato corpori ſuum ſtatũ tueri propoſuimus. Porrò huic ex omni genere mediocritas adhibenda eſt ex frictione, exercitatione, balneo, cibo, ſomno, ita vt nec durior illi, nec mollior, habitus corporis reddatur. Quippe hic ab extrinſecus imminentibus facile offenditur: ille corporis inhibet auctum. Prẹterea nec denſior, ne videlicet in carne excrementorum aliquid hæreat: nec rarior, ne quod eſt ſalubre, effluat. Simili modo, ſi quidem optimo habitu erat, nec ſolito gracilior, nec craſſior: cum conſtet gracilitatem externis iniurijs, craſſitudinem ijs, quæ internæ ab ipſo corpore proueniunt, eſſe obnoxiam. Pari modo neque calidius, frigidius, ſiccius, vel humidius, efficere eiuſmodi corpus expedit, ſi quidem inculpato temperamento erat. Vnum igitur eſt, quod in ita ſe habente corpore eſt ſpectandum, nempe in omni tuendæ ſanitatis materia quod conueniens mediocre q; eſt. Porrò id eſt inter vtrunq; exceſſum planè medium. Quemadmodũ autem huius maxime ſis compos, ſupra iam dictum eſt. Cæterũ de ijs, quæ maxime neceſſaria ſunt, vel ſępius meminiſſe non ſit profectò inutile. Prima ergo dies craſſiorem coniecturam præbebit, ſecunda vero, tertia, quarta, & reliquarum quælibet, pro ratione magis exactam. Quippe in prima die oĩa tibi pro dictis iam ſcopis ſunt peragenda. Exuat ſe, ſicut Ægimius præcepit, vbi in lotio iam perfecta concoctio cernitur. Mox frictionis ratio huc ſpectet, vt membra molliantur. Docebit id tum

† *Ad uerbum fere. peritiſſimum materiæ hoplomachicarum actionum aſſumens, eñ et cæt.*

* μέτρον.

† *impreſſi habent οὐκ ἅπαντας ἀπὸ τῶν οἰκείων γυμνασίων. Manuſcripti tamen omnes, quos viderim, habent οὐκ ἀπαγαγόντες ἀπὸ τῶν et cæt. i. non abducẽtes ſeu non remouẽtes à proprijs exercitationibus. & ita omnino videtur legendum.*

A.l.1.f.3.d.2. c.3.fol.60.h

A tum floridus color, qui in summa cute residebit, tum artuum flexibilitas, habilitasq; ad oēm motum. Post hæc exercitetur, dum & corpus intumescit, & color illi floridus apparet, & motus prompte, ęquabiliter, & concinne edit. Inter hæc vero sudorem cum calido vapore mistum cernes. Inhibenda vero exercitatio tum primum est, cum aliquod horum fuerit mutatum. Quippe, si contractior paulo corporis moles videbitur, desistendum ilico est: si.n. vltra quid pergat, etiam boni succi non nihil educetur: atq; ita tum gracilius corpus fiet, tum aridius, atq; ad incremētum minus habile. Non minus profectò, & si coloris gratia vanescat, cessandum est, qñ, si exercitationem continues, frigidum, corpus efficies, & nimium exhauries. Iam motuū alacritas, æquabilitas, vel concinnitas si remitti quippiam collabiq; cernitur, vtiq; statim desinere conueniet. Itidem, si in sudore accidat vlla qualitatis eius quantitatis've mutatio, quippe quem & copiosum magis, & magis incalentem edi par est, prout motibus vehementiæ plus accesserit. Cum igitur is aut minor intelligitur, aut frigidior, tum scias digeri exhauririq; corpus, præterea refrigerari ac siccari plus iusto. Quo magis solicite attendendum exercitando corpori est, vt, cum dictarum iam notarum quælibet apparet, protinus cesset. Nec tñ protinus lauatum ablegandum est, † sed summam exercitationis intentionem, quam ἀκμὴν Græce vocant, remittere sistereq; iubebitur. Quod si ilia cohibendo anhelitu implere velit, perfundi oleo, atq; apotherapia vti deinceps debebit. Porrò, ea cuiusmodi res

B sit, simul qui sint in ea scopi, & quæ mensura, præterea quibus absoluatur tum motibus, tum frictionibus, sequenti libro monstrabitur: præsentem enim vtpote satis verborum habentem, iam commode videor finiturus: si modo illud vnum adiecero, lauacrum, quod omnino medio temperamento sit, ad propositam ætatem naturamq; esse eligendum. Propositum nanq; est, si rectè meminimus, tertium à natiuitate septennium i. quod inter quartumdecimum ac vnum & vigesimū annos interuenit. Quo vtique frigida lauari adolescentem adhuc nolim, ne incremento eius (cui plurimum est consulendum) sit in mora. Vbi vero iustam magnitudinem impleuit, etiā de frigida lauatione aliquid dispiciemus. Simili ratione & de exercitationibus, quæ in puluere obeuntur, exquisitius in sequenti sermone agemus. In præsenti illud nouisse satis erit, ne puluere quidē huic adolescēti opus esse: modo illi, in qua exercitabitur, domus ad eum modum, quem inter initia pręcepimus, præparata sit. Verum, si calidior sit, tum puluere vtendum. At eo si vtetur, omnino erit lauandum. Sin non vtetur, liceat & illotum dimittere, præsertim hyeme. Post hæc vero & quæ ad cibum, potionem, somnum, ambulationemq; pertinent, coniectanda huic sunt, qui adolescenti pręficitur: & in sequentibus à nobis dicentur. Verum fieri non potest, vt modi horum primo saltem

C die ratio illi exacta constet: secundo, vbi exploratum habuerit, qūo post quot exercitationes nutritus adolescens sit, si proprium naturæ habitum prorsus seruare viderit, eodem seruato modo tum nutriet adolescentem, tum exercitabit. Sin non seruauerit, quacunq; ratione à pristino habitu est lapsus, reducere eum mutata mensura tentabit: itaq; facere non desistet, quoad in singulis peragendis exactum modum definierit. Quot vero, & qui sint præter naturam lapsus, ac quemadmodum quemlibet tum agnoscere, tum reparare conueniat, in sequenti opere docebitur.

† Græci cod. omnes, quos viderim, & Oribasius 6 Collect. med. cap. 15. habent, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀκμῆς τῶν γυμνασίων ἐπισχεῖν, καὶ στῆναι κελεῦσαι. Antiqua autem tralatio hoc in loco habet, Quiescendum ergo à statu exercitiorū, & stare iubendum.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Plenam Lassitudinum & cęterorum affectuum dignotionem ac curationem exhibet, quatenus exercitationes sequuntur, & sunt sanorum hominum symptomata.

Quid actum superioribus libris, quid hoc agendum. CAP. I.

MEdicorum gymnastarumq;, qui de sanitate tuenda prodiderunt, alij omnium hominum communia præcepta tradiderunt, nihil vsquā cogitātes de corporū nostrorum per species differētia. Alijs dissidere inter se corpora nostra nō paruo discrimine placuit, eorum tñ differentias, ceu comprehendi planè vniuersæ nequeant consultò omiserūt. Pauci omnino, qui per species & genera discernere sunt aggressi, plura perperam, q̄ rectè, scripserūt. Nos primo statim volumine, quot numero species humanorū corporū sint, indicauimus, promisimusq; singulis propria tuendæ sanitatis præcepta seorsum tradituros. Orsi autem sumus ab eo corporis statu, in quo queri de vllo naturæ vitio non possis. Quoniam autem is homo negociorum interdum occasione, vel sponte, vel inuitus pro secundæ valetudinis præceptis viuere prohibetur, satius visum est primum eum liberum, suæq; planè spontis, ac vni corporis valetudini vacantem proponere. Ac, quemadmodum quidem educari eiusmodi hominem cōueniat, primo libro docuimus, ad quartumdecimum vsq; annum curam eius persecuti. Secundo, qua ratione ad virilem ætatem duci debeat, indicauimus: vbi longior sermo incidit, postquam in communia salubris ar-

tis

tis capita deuenit, sine qbus ne de ꝓposita quidē ætate natura q; exacte differere licebat. Omnes.n. E
tū frictionis, tū exercitationis differentias enumerauimus, non mehercle particulares, (nisi sicubi
has obiter exēpli causa, nō necessitatis referre ex vsu fuit) sed q̄ genere ac specie sunt distinctæ. Er
go in frictionibus quidē quā mollis dura q;, & ante has mediocris, facultatem obtineant, interpreta
ti sumus. Adiecimus & differentias, q̄ à quantitate sumuntur, numero tres: mox q̄ ex coniugatio
ne harum oriuntur: oēs in totum numero nouem, etiam potestate singularum exposita. In exerci
tationibus vero enarratis, quæ'nam acuta velox q; vocetur, quæ'nam hebes tarda q;, ac quæ harum
mediæ primæ q; natura saltem sint, item q; quæ valens ac mollis, præterea grauis leuis q;, quæ q;
harum sint mediæ, simili modo tractatis, docuimus optimum corporis statum per omnia, quæ me
diocria conuenientia q; sunt, quæ eadem media planè excessuum sunt, agi debere, id q; tum in fri
ctione, tum exercitatione, tum balneo, tum alimento, omnibus deniq;, quæ salubrem victus ratio
nem complent: polliciti q; sumus, sicuti de frictione exercitatione'q; fecimus, vbi in genera quędā
communia speculationem reuocauimus, quò simul recordatu facilis, simul certa ratione via'q; tra
dita doctrina esset, ita & in reliquis omnibus facturos: ac primum quidem de ea, quam apothera-
pian vocant, acturos: quandoquidem ea proximo loco tractanda in superioribus est proposita.
Quippe vbi, quousq; intendere augere'q; exercitationem oporteat, quod ad sanitatis rationē per- F
tinet, præcepimus, finem quoq; sequi debere diximus apotherapian, de qua nunc agemus.

De apotherapia, quæ post exercitationes tum frictione, tum alijs ingenijs adhibetur. CAP. 2.

Est igitur vnum quidem primum, quòd ea genere duplex est. Altera quidem exercitationis
ceu pars, altera eius ceu species. Ac de ea quidem, quæ ceu species censetur, post dicemus: de
ea vero, quæ vt pars habetur, nunc agendū. Omnis exercitationis probe peractæ postrema pars
apotherapia dicitur. Et duplici consilio suscipitur, & vt excrementa expurget, & vt corpus à lassi-
tudine tutum reddat. † Prior causa etiam exercitationi communis est: } quando eius quoque du-
plex omnino propositum est, & vt solidas animalis partes firmet, & excrementa expurget. Pro-
prius tamen apotherapiæ scopus est, vt lassitudinem quæ succedere immodico exercitio solet, sum
moueat atque prohibeat. Ac athletis quidē, { & alijs qui opere corpus fatigant, } sicuti qui vel fo
diunt, vel iter agunt, vel remigant, vel tale quippiam opus vitæ necessariū obeunt: præstò lassitudi
nes adsunt, nisi apotherapia deuitentur. Verum, de quo hoc loco agimus, optime comparatum
corpus, quod ab omni seruitute est liberum, & vni sanitati vacat: raro lassitudine tentatur. Sicuti
enim athletæ, quos labor maximus exercet, nullo alio exercitandi genere obnoxij lassitudini sunt, G
prçterquam eo, quod ab ipsis solutum dicitur, ita nec qui vitam degunt liberam, & qui tantum va-
letudinis tuendæ gratia exercitantur, vsquam lassabuntur, propterea quòd huiusmodi exercitium
adire nulla necessitate coguntur. Athletis enim necesse est (quò videlicet ad immodicos in certa-
minibus labores etiam totum diem aliquando continuatos præparato iam corpore sint) absolutis-
simum illud exercitium (ipsi κατασκευὴν vocant) aliquando obeant. Verum, qui tantum tuendæ
bonæ valetudinis causa exercitantur, ijs nec necessum, nec vtile planè est immodicos labores adi-
re: itaque his nullus instat lassitudinis metus. Nihilo secius tamen ijdem apotherapia vtentur,
etsi nullo lassitudinis timore, at certe excrementorum purgandi causa: cui ex † pleniore (vt Græ-
ci loquantur) mensura, etiam lassitudinis securitas accedit. Nam & si ipse exercitationis mo-
dus his est à lassitudine quàm maxime alienus, actionis'que omnis ratio planè citra violentiam,
fieri tamen aliquando potest, vt gymnasten in vtroque paulum quid subterfugiat: quod negle-
ctum, si non magnam, certe leuem exercitato lassitudinem concitet. Cæterum non conuenit, qui
sibi viuat, & vni corporis sanitati vacet, vt vel minimum lædatur vsquam. Tutissimum itaq; sit
apotherapia semper vti. Quæ qualis adhibenda sit, ipsa finium, ad quos tendimus, demonstra-
bit natura. Nam, quoniam id petimus, vt solidarum animalis partium excrementa, quæcunque H
excalfacta extenuata'q; per exercitationem in corpore adhuc manent, prorsus eijciantur, & fri-
ctiones, quæ per alios administrentur, adhiberi oportebit, & cum his vnà tum ipsarum, quę frican-
tur, partium tensionem, tum etiam spiritus cohibitionem. At quoniam nec frictionum vnica ra-
tio est, nec spiritus cohibendi, deligendum ex vtroque genere est, quod vtilissimum est. Atque ex
frictionibus quidem, quæ dura est, cogere corpora, hoc est densiora simul duriora'q; reddere tra-
ditum iam est. Itaq; hæc ad res propositas parum est accommoda: siquidem quod densatur, intra
se cludit: quod laxum fit, liberum excrementis exitum præbet. Ad eundem modum quod durat,
ijs, quæ tensa sunt, maxime est aduersum, vt quod eorum affectum magis adaugeat: contra quod
mollit, id est vtilissimū. Si igitur simul & excrementa digeri, & quæ tensa sunt, molliri conuenit,
duræ certe frictiones omnino sunt fugiendæ: nec his minus à lentis cauēdum arbitror. Nam post
quàm à se corpus non amplius dimouetur, periculum est, ne frigescat, ac densescat, dum nulla ope
externa calfit. Hac igitur de causa non solum cum celeritate est fricandum, sed etiam, quoad fieri
potest, plurium manibus: quò nulla corporis pars nuda maneat. At si nec tardam esse frictionem
oportet, nec duram, oleum nimirum fricando corpori largiter circunfundi debebit: id.n. ad velo-
citatem simul & mollitiem frictionis multum conducet: & alioqui aliud secum non mediocre
commodum

† Locus hic & in Grçco muti lus videtur. ex [illegible] igitur [illegible] restitui debet hunc in modū, κοινὸς μὲν οὖν ὁ πρότερος σκοπὸς ὅλῳ τῷ γυμνασίῳ τῶν ἀθλητῶν τε καὶ τῶν ὅτι ἦν ἔργον ἀναγκαῖον ἐν τῷ βίῳ διαπραττομένων, οἷον ἤτι σκαπτόντων, id est cōis igit prior scopus est omni exercitationi cū athletarū, tū [illegible]rū q opus [illegible] quod vitę necessariū exercent, vt fodientium.

† ἐξ ἐπιμέτρου

A.l.1.f 3.d.2. c.4.fol.61.b

A commodum affert: qñ & quæ tensa sunt, remittit, & quæ inter vehementius laborandum fatigata sunt, emollit. Atq; his quidem de causis dura vitanda est frictio, ob alias vero mollis: quippe ea nec alte demittitur, sed circa cutem ipsam & ei vicinas carnes deficit: nec ea, quæ in angustis meatibus contenta excrementa sunt, elidit. Cuius profecto causa tum ipsam fricandarum partium tensionẽ, tum spiritus cohibitionem iniungimus. Media igitur mollis duræq;, quæ eadem mediocris est, ab vtriusq; incommodo abesse videtur, & mollis inefficacia, & duræ violẽtia noxa q;. Ea vero perficietur fricantis quidem manibus valenter iniectis ita, vt earum impressio ad duram frictionem proxime accedat, cęterum pinguitudinis copia, & velocitate mouendi eatenus remissis, vt plane euadat mediocris. Nam & pinguitudo ipsa valentioris manuum iniectionis non leue præsidium est, & breuitas ipsa contactus tm̃ demit de violentia, q̃tum ẽt de tpe. Porrò tendendas obiter, dum fricantur, partes censemus, quò, quicquid inter cutem & subiectam carnem excrementorum residet, per cutem expellatur. Quippe ambabus ijs laxis non magis foras, q̃ intro ferri excrementa continget. Distentis vero ijs, quę sub cute sunt, omnia foras eliduntur, ceu gemina manu expressa: vna foris, eius vtiq;, qui fricat: altera intus, ipsis. s. quæ tenduntur, particulis, manus vicem supplentibus. Ac propter hæc quidem non exigua portio apotherapiæ est spiritus detẽtio & cohibitio. Ap-

B pellant vero ita, vbi omnibus thoracis musculis, qui circa costas habentur, intentis coactis q; expirationem continemus. Accidit nanq; obiter, vt spiritus, qui à costis premitur, dum efflari, quod clausum sit guttur (λάρυγγα Græci vocant) prohibetur, vniuersus pelsum ad transuersum septum (quod Græce dicitur διάφραγμα) detur: atq; vt cum hoc, quæ ipsi subsunt, oĩa simul attollãtur, iecur, lienis, ventriculus, & quædam alia. Oportebit autẽ interim musculos quoq;, qui in abdomine sunt (ἐπιγάστριον Græci appellant) leuiter intendi, vt ab his vnà cum septo, ceu gemina manu pressis, quæ intersunt, partibus, excrementum, siquod intra se habent, foras elidant. Porrò mediæ inter hæc partes continentur, iecur, lienis, ventriculus, crassi ac tenuis intestini partes, quæ prominẽt. Loca vero ad excipienda, quæ expelluntur, excrementa patent, tum ventris tota capacitas, tum istic consistentium intestinorum concauitas. Si vero feriari plane abdominis musculos patieris, nullius prædictorum excrementa vacuabis: quæ vero in thorace ac pulmonibus habentur, ea deorsum transferes. Expedit vero, huc potius transferantur, q̃ in illis maneant: tanto profectò magis, quanto ẽt eorũ, quæ in ventre, q̃ quæ in pulmonibus & pectore continentur, promptior exitus patet. Hæc. n. (nempe quæ in ventre & intestinis sunt) vel euomuntur facile, vel excernuntur: illa cum conatu et vi per tusses eijciuntur. Verum, si quis, perinde vt septũ, ita abdominis quoque mu-

C sculos anhelitus cohibitione intẽdat, exquisitius plane expurgabit ea, quæ sub septo sunt, viscera: nõn transferetur tñ quicq̃ à spiritus instrumentis ad ea, quæ nutrimento sunt delegata, sed totum in ipso thorace & pulmonibus excrementum manebit. Quare cohibitionem anhelitus id genus nunc non probo: multoq; minus, si quis oĩno non distento septo valide ac vehementer contrahat musculos abdominis: qñ ita necesse est venas oẽs partes'q;, quæ circa collum sunt, spiritu ac sanguine impleri: excrementa vero sursum atq; ad caput, nõ deorsum & ad ventrem ferri. Intueri. n. id tum in ijs, qui tibia inflant, licet, tum qui maximam acutissimam'q; vocem edunt. Siquidẽ his collum omne dilatari, faciem vero intumescere, & caput validissime impleri videas propterea, quod in hoc opere, qui in abdomine musculi sunt, tenduntur, diaphragmate his cedẽte. Est. n. quicquid eiusmodi operis est, veluti in ijs demonstratum est, quæ de voce edidimus, mistũ ac compositũ ex maxima expiratione & spiritus cohibitione: vtiq; cum simul oĩs spũs efflatur, maximo nimirum facto expiratu, id'q; cum validissima musculorum, tum qui costis insident, tum qui in abdomine sunt, tensione: In spũs aũt cohibitione, eadem vtrorumq; musculorum facta tensione: nullo tñ spiritu elabi permisso: In ijs, qui tibia sonant, aut acutam vocem edunt, musculis pari mõ tensis: expiratione tñ nec penitus cohibita, nec tota simul emissa, sed mediã rationẽ seruante. Ita nimirum fit,

D vt trium operum cõis sit musculorum tensio, propria vero in totius simul spũs efflatu: velox, eius foras expulsio: in anhelitu cohibendo ipsa eius retentio: in tibiarum opere & voce mediocris emissio. Causa vero triplicis huiusce operis in exitu arteriæ est: quippe qui in totius simul spiritus efflatu latissime se pandit: in spiritus cohibitione prorsus clauditur: in ijs, qui tibia sonãt, aut qui voce acuta simul & magna vtuntur, medium quendam habitum seruat. Ac de his quidem post hac aliquando agere necesse erit in ijs, quibus de vociferatione agemus. Cæterum spiritus cohibitio, quæ ad apotherapian est {maxime} idonea, {iecur, lienem} & ventriculum attollit, tensis qui in thorace sunt musculis vniuersis: remissis, qui sunt in septo & abdomine: ita nanq; deorsum feruntur excrementa: Secundo autem loco habenda est, quæ mediocriter eos, qui in adomine sunt, musculos tendit, quò videlicet ea, quæ sub septo sunt, viscera apotherapiæ fructum sentiant. His ipsis de causis etiam fasciarum (quæ ἅμματα Græci vocant) circumactus fieri conueniet: quos fricantes ipsi, cum à tergo fricandorum constiterint, circa totum ventrem adhibent: † cum ex aduerso se collocarint, ceruicibus: alios vero costis, & spinæ, & pectori accommodãt, id que conuerso pariter cum his quodammodo eo, qui fricatur. Circa lumbos vero similis fasciarum circumiectio circumactio'que fiet, tendente se ad singulas eo, qui fricatur, non tamen cum omnibus pariter se vertente: cum neq; continuos motus nec vehementes contingere ei ex apotherapia conueniat,

l. 1. t. 3. d. 2. 4 fol. 61. b

† Alij vertũt ex græco. Alios vero, cum a fronte consistentes, fasciarum circa dorsũ circumiectionibus [illegible]tur, [illegible] manibus circũagentes. alios autem costis, & spinæ & pectori, id[illegible], conuerso &c.

conueniat,ſed certe aliquos,& quibus ex interuallo frictiones ſint interpoſitæ. Quæ nanq; & con- E tinuæ & vehementes frictiones ſunt, hæ exercitationis, quam præparatoriam vocant, ſunt propriæ: quæ vero non continuę,nec vehementes,apotherapiæ. Itaq; ſæpe quidem reuoluatur, ſubinde vero etiã repellat: ſępe etiam hoc ipſo tpe progymnaſten mutet: ſępe ipſe à tergo gymnaſtæ incumbens,ac crurum vtrunq; per vices ipſi circumplectens,id q; cum tenſione aliqua haudquaquã vrgẽte,ab alijs,qui cõmode contrectent,fricetur: hac.n.vel maxime ratione & calorem, qui exercitando ei adauctus,ſeruauerit,& ſimul excrementa proprijs ipſius tum tenſionibus tum motibus eiecerit. Ad quod ſanè opus ſpiritus quoque cohibitio non parum mihi conducere videtur: quippe qui vndiq; compulſus,in anguſtos ſe recipere meatus cogitur, eos q;, ſi amplius truſus propulſus q; fuerit,etiã penitus tranſire,atq; extenuati iam excrementi ſecum non nihil arripere. Ad hunc ſanè modum exilia inſtrumentorum foramina,vehementiore ſpiritus inflatu, expurgantes opifices videas. Nam,quantum is vlterius per vim coactus impellitur, tm̃ ab ipſo quædam impelluntur,quædam trahuntur,totamq; viam peregiſſe properant. Et truduntur quidem,quę ante occurrunt,attrahuntur,quæ ad latus ſunt poſita,impetu ipſo motus vtraq; coacta. Quin etiam inter ipſam exercitationem,ſpiritus cohibitionem interponunt optimi gymnaſtę,atq; etiam,quam ſupra comprehendimus,ipſam,quæ apotherapiæ debetur, frictionem: ſimul hominem, cum laſſitudo F incipit,recreantes: ſimul cutis meatus paulatim expurgantes,quò videlicet perſpirabile ſimul purum q; corpus ad ſubſequẽtes labores ſit. Cum alioqui verendum ſit,ne,ſi nihil tale gymnaſta prouiderit,obſtruat potius prædictos meatus,q̃ expurget, propterea ꝙ vehementiſſimi materiæ impetus diuerſis temporibus ac rationibus contrarios edere effectus poſſunt, obſtruere quidem, cũ craſſum ſimul ac multum fuerit, quod confertim ac præceps agitur : purgare, cum exiguum tenue q; eſt,nec præpropere nec violenter cogitur ſimul omne expelli. Apparet enim ita accidere in omnibus tum externis inſtrumentis,tum vero calathorũ plexibus. Quippe eluitur extergetur q; ex his omne ſuperuacuum,non cùm egredientibus adhuc paulatim prioribus alia violenter à tergo irruunt (verendum.n.interim eſt,ne,quæ in tranſitu ſunt impacta innixa q;,inuicem viam obſtruant) ſed cùm prioribus,{vel iam exeuntibus,} vel planè vacuatis alia poſtmodum vacuantur. Et quid de exiguis meatibus miremur,cum etiam è theatris multitudo, quæ confertim egredi conatur,in exitu hæret? Ob hæc itaq;,qui etiam in medijs laboribus apotherapia vtuntur,gymnaſtas laudo,potiſſimum q; in ijs, quos grauia (quæ vocant) certamina exercent. Verum de his poſtea. Qui autem nunc nobis propoſitus iuuenis eſt,non athleticum habitum, ſed ſimpliciter ſanitatem ſcopum habet, quo minus aut multis exercitationibus, aut coacta comeſtione eſt opus, aut etiam G ſuillæ carnis copia, aut pane id genus, quo graues athletæ vtuntur. Atq; his omnibus de cauſis timendum huic non eſt,ne exiles eius meatus obſtruantur,ſi modo probe eſt præparatus,ſcilicet idonea frictione, ac laboribus qui ex paruis paulatim creſcant. Graui vero athletę, niſi omnia probe adminiſtrentur,ob ciborum tum qualitatem tum quantitatem verendum in exercitationibus eſt, ne obſtruantur potius,quàm expurgentur meatus.

A.ibidem.

Galeni excuſatio,ſi forte in docenda Apotherapia breuior fuiſſe videatur. CAP. 3.

AC de apotherapia quidem abunde mihi dictum iam eſt. Deinceps ad balnea veniamus, illud modo de propoſitis præfati,ꝙ ſi quis hæc paucioribus interpretabitur, is merito prolixitatẽ ſermonis noſtri accuſet. Verum,ſi quis aut neceſſarium aliquod theorema,aut,quæ id confirment, euidentes demonſtrationes præteriens,breuitate ſe vſum putat,hunc non tam de tali breuitate ſibi placere,q̃ certe pudore affici,par eſt. Ego vero,& ſi iſtum volumẽ ſcribere de ea,quæ vocatur apotherapia,potuiſſem,tamen id faciendum non cenſui,vt qui longitudinem huius operis contrahere maxime ſtudui. Si.n.ad ea refellenda, quæ perperã à pleriſq; ſunt ſcripta,me conuertere voluiſſem,nec paruam nec certe leuem materiam longioris ſermonis habuiſſem. Verum arbitror ex ijs,quę demonſtraui,ſatis me ſeminum dediſſe ijs,qui ſaltem non planè hebetes ſunt,eiuſmodi om H nia refellendi. Cum.n.dicat Aſclepiades ſpiritus cohibitionem caput opplere, ex ijs,quæ ipſe paulo ante definiui, cum differentias eius traderem, poteſt,qui volet,hominis ſentẽtiam refellere. Similiter in ſecundo quoq; volumine licuit etiam mihi omnibus exercitationibus ſingillatim percenſitis,librum producere: ſicuti cùm alij non nulli fecerunt,tum,qui belliſſime totam materiam eſt executus, Theon Alexandrinus. Is.n.quatuor libros non alia de re, q̃ de particularibus exercitijs ſcripſit. Quæ & mihi dixiſſe licuit,vt qui tum melius,q̃ ille,interpretari potuerim,tũ vero aliarum meminiſſe nõ paucarum exercitationum, quæ ſunt operibus communia. Is.n.cum illud ſibi propoſuiſſet,vt,quemadmodum athletę maxime exercitarẽtur,doceret, in his multum verborum abſumpſit. Poteſt aũt,qui volet,& de ijs,quas ſingulę artes pręſtant,exercitationibus differere. Atque hęc quidem ijs,qui longitudinem operis parum æquo animo ferunt, dicta ſint.

De Balneis calidarum & frigidarum aquarum,quatenus ad tuendam ſanitatem comparantur. CAP. 4.

NVnc de balneis agere tempeſtiuum videtur, Ac primum quidem de aquis dulcibus calfactis,vt quarum crebrior ſit vſus: mox de frigidis: poſtremo de ijs,quas ſponte natas appellant: † quarum alię media temperie, alię feruentes,alię tepidę, alię omnino frigidę ſunt. Dulcium calfactarum

† Quidã putãt vocẽ illã, quarum,nõ ad ſpõte natas aquas tãtũ referri debere,ſed ad oẽs ſupra enumeratas aquas,vł ad balnea, eſt.n. in Gręco αὐτῶν generis omnis.

A calfactarum aquarum, si media temperie sint, vis calida & humida est: sin tepidiores sint, humida & frigida: q si iusto calidiores fiant, calida quidem, sed non perinde humida. Quippe horrere corpora, contrahi q; exiles eorum meatus subigunt, ita vt nec madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi, quod intus latet, quicq̃ emittere. Cæterum ab ijs incipiendũ, quæ medium temperamentum obtinent, quæ per se semper calfaciunt & humectant: euenit tñ ex accidente, vt aut per halitum digerant humores, aut superuacua fluxione (ῥεῦμα Græci vocant) corporis particulas impleant, aut molliant, aut concoquant, aut vires firment vel infirment: siquidem ad hæc quantitas quoq; earum non minimum cõfert. Quin alios quoq; multos lauationis aquæ temperatæ & potabilis effectus, qui iam comprehensis superueniant, enumerare licet: quorum qui proposito nũc operi sunt accommodi, dicentur, q̃ fieri potest, paucissimis, dilato videlicet in aliud tempus eo, quem in morbis præstant vsu. Sed, quod ad sanitatis tuendæ spectat vsum, iuuenis in sermone propositus, iam exercitatus redeat, vt prius est comprehensum. Huic igitur prædicti balnei perexiguus est vsus: vt qui omnia iam ex mediocri exercitatione, & iam dicta apotherapia est cõsecutus. Nihilo secius tñ, si probe balneum adhibeas, ipsum quoq; apotherapiæ pars aliqua fit: siquidem duras tensas q; partes emollit: excrementum, pútre q;, si quod intus ad cutim hæret, euo-
B cat: verum neutrius horum egere videtur propositus iuuenis: nec vllum aut mollioris carnis aut adipis liquamentum* credibile est illi inter exercitandũ euenire: cum & immodicos & vehementes motus talia sequebantur: huic vero non solum expulsa omnia excrementa, sed etiam emollitæ soli dæ partes sunt, obiter dum apotherapia est vsus. Quare elui sibi in balneo sudorem & puluerem, si quando hoc vtitur, magis postulat, q̃ calefieri. Ergo trãsire tm̃ ad solium vsq;, non in laconico* immorari is debebit, sicuti qui citra exercitationem seipsos elixant. Sed nec morari in piscina huic est opus: immo lotus, vt comprehensum est, ad frigidam festinet: atque ipsa quoq; mediocris esto, vtpote ad medij temperamenti corpus. Quibus enim aut vehementer frigida opus sit, aut molli, et veluti insolata, post dicemus. Cæterum optimum corpus, quoad augescit, dictum supra est non esse frigida lauandum, ne eius incrementum moretur. Vbi vero abunde est auctus, iam frigidæ quoque assuefaciendus: vt quę tum corpus vniuersum roboret, tum cutem densam duram q; efficiat: quod sane tutissimum est aduersus noxas, quæ extrinsecus imminent. Quemadmodum vero quispiam frigida lauari primum incipiet, sic vt nullam ex subitaria mutatione noxam sentiat, id vtiq; ante omnia sciri conuenit. Multi enim cum parum recte incepissent, adeo in frigidam lauationẽ male fuere affecti, vt nec ijs, qui tutissime eam administrare potuissent, se permitterent. Esto igi-
C tur anni tempus æstatis initium: quo videlicet ante hyemem in toto interposito tempore non spernenda consuetudo, pariatur. Esto præterea dies, quo auspicabimur, q̃ maxime trãquillus: &, quod id tempus feret, calidissimus: cuius etiam calidissimam deligendam esse partem nemo dubitet: sicuti ẽt gymnasterium, quod mediocri maxime sit temperamento. Et externa quidem præparatio talis est. Corpus *ipsum, quod vti frigida debebit, ad hunc modũ præparabitur. Esto illi ætas quarti maxime septennij medium, nulla nec ipso die, nec, quæ eam præcessit, nocte, noua re alterato, sed pristinam salubritatem ad vnguem seruanti. Esto vero, qui frigida vtetur, iuuenis, & animo tum præsente, tum plane hilaro, si quando alias, etiã tunc præcipue: ac primum quidem fricetur linteis vberius. Sunto aũt frictiones magis nunc, q̃ ante, vehementes, atq; ẽt linteis durioribus administratæ. Quod si manicas cõsutas manibus progymnasta circundabit, atq; ita fricabit, quo fiat opus æquabilius, non minime ad rem pertinebit. Dehinc oleo, prout assueuit, fricetur: inde exerceatur, exercitationibus multitudine quidem paribus, sed citatioribus, q̃ ante. Ab his in frigidam descendat, non tñ cunctãter, sed celeriter, vel ẽt semel totus insiliat, huc vtrobiq; spectans, vt vno maxime tempore omnibus corporis partibus humor circunfundatur: quippe cum, si sensim his accedet, horrorem concitaturus sit. Esto vero & aqua ipsa nec tepida, nec plane cruda & glacialis, alte-
D ra nanque repercussum caloris {non} efficit: altera ferit insuetos, ac refrigerat. Siquidem procedente tpe, tali quoq; aqua vtatur iuuenis, si necessitas exigat: verum primo saltem die omnino cauenda est admodum frigida. Exeunti vero ab aqua, fricari oleo, id q; a pluribus expedit, quoad cutis ipsa incaleat. Post hæc cibum plus, q̃ consuetum, potionem infra consuetudinẽ capiat: quæ ipsemet vel iniussus faciet, rite modo omnia sint peracta. Nam a frigida lauatione & plus appetunt, & melius concoquunt, ac minus sitiunt, veniunt q; ad exercitationes postridie plane meliore habitu corporis, mole quidem pari ei, quæ ante, cæterum compacta, & musculosiore, ac vegetiore: cute vero duriore ac densiore. In hoc ergo secundo præterea die similiter omnia sunt peragenda, etiam tertio, & quarto. Postea vero procedente tempore ad eundem modum frigidam iterum ingredi iubebimus, videlicet post eam, quæ priori ingressui successit, frictionem, vt prius est comprehẽsum. Verum tertio eam ingredi, quod nõ nullis placuit, non laudo. Nam & iterum id fecisse, abunde satis mihi esse videtur: præsertim cum pro arbitrio nostro immorari hominem iubere liceat: ipsum vero immorandi tempus, hic quoque a quotidiana ipsius experientia est coniectandum. Nam, si egressus frigidam coloratior ex frictione cito redditur, mediocriter moratum indicat: sin & tardius ei calor redeat, & decolor diutius maneat, plus æquo moratũ docet. Si ergo cutis notis intentus sis, facile intelliges, an par tempus postea in frigida morari conueniat, an potius ad maius minus ve

nus ve

* σύντηγμα liquamentum.

* βαλανείῳ.

* .l.1.f.3.d.2.6.fol.61.f

nus've aliquid sit mutandum. Et de frigida lauatione, quod ad optimam naturam spectet, abunde dictum arbitror. E

De Laßitudinibus & earum causis. CAP. 5.

SVperest, quemadmodum peccata, siqua inciderint, commodissime corrigas, disserere. Vt.n. q̄ maxime statum corporis irreprehensibilem sortitus quispiam sit: ac ab omnibus, quæ in vita contingunt, negocijs liber sit, & sibi vni viuens: fieri tamen nequit, vt non aliquando vel ipse, vel is qui ei præficitur, aberret. Primum igitur non absimile est in id maxime & frequentissime peccatum incidere iuuenem exercitationibus deditum, quæ lassitudo appellatur: de qua multis iam nō solum medicis, aut gymnastis, sed etiam philosophis est proditum, veluti Theophrasto, qui integrum de ea volumen scripsit. Ego vero hic quoque longitudini parcens, quæ non nullis parum recte de ea sunt tradita, ea transire statui: quæ vero maxime sunt necessaria ijs, qui sanitatē tuendam profitentur, hæc vnà cum accommodatis demonstrationibus explicare: ac primū de notione eius agere, quippe recte se habet ab hac orsos, sic ad essentiam eius explicandam accedere. Ergo "lassitudinis notionem intelligentiam q; sunt, qui accipiant, dum vsti extenti q; sibi esse videntur, id q; aut omnibus corporis partibus, aut ijs tantum, quibus laborarint: quidam dum tristi molesto q; sensu inter mouendum afficiuntur, hunc alij indicibilem dixere, alij vlcerosum appellauere: non F nulli, cum membra ceu contusa & phlegmone obsessa sentiunt. Non desunt, & qui simplices hos affectus inter se miscent, & qui tensionis est, & qui vlcerosus, & qui phlegmones speciem præfert. Alij duos ex his miscent, aut eum, qui vlceris emphasin exhibet, ei, qui tensioni assimilatur: aut eū, qui phlegmones sensum affert, seorsum cum vtroq;: ita vt sint in vniuersum sententiæ de lassitudinis notione septem. Quæ sanè omnes vt veræ ex parte sunt, ita in totum simplici absoluto q; sermone non sunt. Nam, siue vlceris sensus, cum mouentur, se exhibet, siue phlegmones, siue incendi tendi'que videntur, siue duo quilibet horum, siue etiam omnes coeant, κόπος Græce dicitur, id est lassitudo, eorum affectuum vnusquisque. Quo fit, vt septem eius in vniuersum differentiæ sint, simplices tres, compositæ quatuor. Corporis vero, quod his sit affectum, remedia, quædam propria cuiusque lassitudinis sunt, quædam omnibus communia. De his mox dicetur, si prius de affectu quodam, qui lassitudini proximus est, dixero, quem decepti non nulli praue lassitudinem nominant: is qualis sit, & quas notas habeat, illustrius apparebit, si cuiusque lassitudinis essentiam prius disquisiuerimus. Hactenus enim ipsa symptomata dicta sunt. Illa enim, quod incendi tendi'q; corpus videatur, & q̄ moueti se vel vlceris vel phlegmones sensus oboriatur, affectiones nō sunt, sed symptomata. Affectiones vero corporum, quibus hæc superuenire solent, tres simplices G sunt, quatuor compositæ. Et vlcerosus quidem affectus oritur ab excrementorum copia tenuium simul & acrium. Quæ nimirum inter exercitandum proueniunt duplici ex causa, aut eo excremento, quod crassius erat, fuso & attenuato, non tamen toto expulso: aut adipe, molli've carne liquata. Necesse enim est abs "tali humore, ceu tenui atque acri, pungi & quasi vulnerari tum cutem, tum ipsam carnem sic, vt etiam horror interim oboriatur, immo etiam quadantenus concussio commotio'que totius corporis inæqualis, quod Græci ῥίγος vocant: si modo admodum tum copiosus humor is tum acer sit. Ac talis quidem est vlcerosa lassitudo. Vbi autem tendi solum membra videntur, vlceris vero sensus non est, in hac certe lassitudine nullum excrementum, de quo ratio vlla sit habenda, in corpore continetur, sed residet in musculis & neruis ex nimia tensione, quam exercitando admiserunt, affectus quidam effectricis causæ potestatem testificans. Accidit nanque in vehementi tensione omnes musculorum fibras tendi, non tamen similiter omnes lassari, sed eas maxime, quæ per longitudinem tensionis porriguntur. Quippe quæ obliquiores quodammodo iacent, minus in directum aguntur: quare his nullum instat periculum. In ijs vero, quæ immoderatius sunt extentæ ita, vt parum à rumpendo absint, relinquitur affectio quædam similis ei, quæ inter agendum fiebat: quippe tendi adhuc videntur, cum tamen nulla iam tensione vrgeantur. H Tertia vero lassitudinum differentia, qua nimirum ceu contusas aut phlegmone obsessas partes sentimus, tum maxime solet incidere, cum musculi nimium excalfacti attraxere quippiam ex circunfusis sibi excrementis. Quòd si etiam tum tendonibus, tum neruis idem affectus incidit, ὀστόκοπον Græce, quasi ossium dolorem, eum affectum nominant, ob penitiorem scilicet sensum, partibus, quæ in alto maxime corpore sunt positæ, nomen tribuentes: quippe summum locum cutis occupat: secundum ab ea positus ordinem musculi habent, vtique circum ossa positi: at tendones ipsis ossibus adhærēt. Quo magis rationabile est, cum hi quicquam prædictorum patiuntur, videri in imo ac circa ipsa ossa affectionem hærere. Atque hę quidem solę tres simplices lassitudinum differētiæ sunt: compositæ vero ex his, vt iam dictum est, quatuor sunt: de quibus mox agendum, si tamen prius simplices vniuersas absoluero. Est nanque affectio alia quoque, quæ, ceu lassitudo sit, non nullis imponit: hæc incidit, cum supra iustum musculi siccantur sic, vt squallens contractum'q; corpus appareat, atque ad motus quodāmodo pigrum: non tamen ei quicquam eorum, quæ modo diximus, inest: neque is, qui veluti vlceris aut tensionis est, multo'q; minus, qui veluti phlegmones est sensus. Quippe diuersissimus aspectus eiusmodi affectionis est, & eius, quam vltimo loco retulimus. Hęc nanq; squallens et contractius corpus efficit: at quæ

A.l. 1. f. 3. d. c.12. fol. 65.

A.l.4. f.1.t c.6. fo. 418.a

** πεπρῆσθαι. Veteres codices habent ἐμπιμπρᾶσθαι et ita inferius. quam dictionē quidam vertunt vri, seu aduri: alij impleri. Vide li. de venæ sect. aduersus Erasistrateos cap. 8: bis & libro de curandi ratiōe per phlebotomiā ca. 4.*

A at quæ phlegmones sensum præfert, mole etiam, quàm pro natura, ampliore. Quare quatuor in vniuersum simplices affectiones sunt: quarum singulis sua sunt remedia.

De remedijs laßitudinis quæ vlceris & quæ tensionis sensum repræsentat. CAP. 6.

ORdiendum vero ab ea, quæ vlceris sensum inuehit: quam etiam ab excrementorum acrimonia ortam diximus: hęc maxime in ea incidit corpora, quæ & mali succi sunt, & excrementis abundant. Succedit "vero recentibus cruditatibus, cum aut exercitatur immoderatius, aut in sole sunt morati. Cęterum nihil obstat, quin in corpore boni succi citra cruditatem proueniat, vtiq; ob exercitationis nimium excessum. Sanè excitare eam solent celeres ac multi motus. In hac vero lassitudine etiam densa esse horrere q; cutis videtur. Fatentur q; qui ea sunt affecti, inter mouendum dolere sibi vlceris ritu alij cutim tantum, alij subiectam etiam carnem. Remedium huius ex ijs, quæ affectioni sunt contraria, comparatur. Quippe si quæ redundant, euapores, malum cessabit. Sanè euaporabuntur frictione multa molliq; cum oleo, à quo omnis adstringendi vis abest: quod genus maxime Sabinum est. Aduersissimum vero huic affectioni est, quod ex Hispania portatur, & ex Iberia: vocant autem Hispanum: tum quod omphacinum vocant, vel ὠμοτριβὲς,
B id est crudum. Et, vt semel dicam, quod austerum est, omne id alienum est. Adeo gustu ipso vim eorum discernere licet, etiam si de ipsis ante periculum non feceris. Sic nanq; & nos quondam in Macedonia degustato oleo, quod fit circa Aulonem, qui est super Strimonem, deprehendimus eandem cum Hispano vim habere. Quin & reliquorum omnium olei generum ita deprehendas vires, etiam quæcunq; per abusionem nominant, & quæ ex sale, ex radicibus, ex herbis, ex germinibus, ex folijs, vel fructibus præparantur. Dictum vero abunde de his omnibus est in operibus ijs, quæ de medicamentis inscripsimus: nihilo tamen minus etiam in proposito opere dicetur suo loco. Illud tantum in pręsentia dixisse satis sit, quod plane dulcissimum oleum est, id esse ad propositam affectionem maxime accommodatum. Hoc igitur copioso cum multa frictione vtendum: primo quidem die, quò suspectam forte lassitudinem omnino declines: secundo vero, vt si qua incidit, discutiatur. Discutit porrò eã exercitatio, quæ apotherapia dicitur: in qua scilicet motus adhibeas quantitate mediocres, qualitate tardiores, id q; cum frequenti interposita his quiete: qua vtiq; fricare hominem oportet pluribus simul contrectantibus, quò nec refrigescat pars vlla, & ocyssime excrementa digerantur. Porrò frictionum plus adhibebitur in ijs, qui in cute & sub cute excrementorum collectam vim habent: motuum vero, quos ipsemet edat, in altera lassitu-
C dine: scilicet in qua plus est in ipsis musculis congestum. Quæ enim in his coacta excremẽta sunt, sola frictio educere non potest: his enim opus est non solum ab aliquo foris attrahi, verumetiam ab altero quopiam intrinsecus impelli. Impellit ea partim calor ipse, qui per motum accenditur, partim spiritus, qui vnà emittitur, partim ipsa musculorum tensio: super hæc vero ipsa singularum partium excretoria alieni vis. Altera vero lassitudo, in qua tensio sentitur, illud pro remedio postulat, quod Hippocrati gręce * χάλασις, id est relaxatio dicitur. Ea nanq; tensioni contraria est ad eum modum, quo duritati mollities. Ait enim ita: Cutis duræ mollitio, distentæ remissio. Ceu duro molle, distento remissum laxum q; cõtrarium sit. Sanè remittitur quod distentum est, in alijs quidem affectibus, quos in quinto de simplicium medicamentorum viribus diximus, alia ratione. Quod vero per exercitationem incidit, tum pauca molli q; frictione, ea q; ex oleo dulci, atq; egelido, tum intermissione omnino, aut etiam quiete, præterea lauatione medij temperamenti, * atque in calida pluscula mora: adeo si bis ter've lauabis, plus proderis. Hi vero & post balneum vngi desiderant prius, quàm vestiantur. Quòd si propter sudorem forte aliquem pingue detersferint, rursus vngi desiderant. Quinetiam postero die, cum è cubili surgunt, vngi his expedit: nunquam tamen oleo vltime frigido, nec dura frictione. Incidit certe huiusmodi lassitudo ijs, qui
D bus salubris succus est post robustas potius, quàm celeres exercitationes: reddit q; lassatos ipsos pigros admodum, ægreq; flexibiles. Non tamen hi densi horrentes q; apparent, quemadmodum quos paulo ante comprehendimus, cæterum contracti aridi q; non minus ipsis apparent: tangentibus vero calidiores videntur non solum ijs, quos vlcerosa lassitudo vrget, sed etiam quàm ipsimet, cum sani essent.

[Left margin: A.l.1.f.3.d.2. c.12.fol.65.e]

[Right margin: In li. de vsu Hu mo... [illegible] multa pr... [illegible] — * χάλασις. — * εἱληθεροῦς.]

De remedijs laßitudinis, quæ inflammationi similis est, & gracilitatis quæ à laßitudinibus separatur. CAP 7.

[Left margin: A.ibidem.f]

TErtia "lassitudo ex vehementissimis nascitur motibus: sola q; supra naturalem habitum musculos attollit sic, vt phlegmone persimilis affectio sit. Itaq; & leui tactu offenduntur, & calidiores apparent. Dolent vero etiam, si ipsi per se moueri conentur. Incidit hæc lassitudo ijs plurimum, qui assueti exercitationibus non sunt, nam exercitari assuetis raro incidit vtique ex vehementissimis plurimis q; motibus. Sanationis vero eius consilium ad tria dirigitur, eadem ferè, ad quæ omnium phlegmone obsessorum, nempe superuacanei vacuationem, extenti requiem, & inflammationis refrigerationem. Ergo & oleum copiosum ac tepidum cum frictione mollissima, & longissima in medij temperamenti aquis mora, huiusmodi lassitudines emendat.

Quòd si paulo tepidior aqua sit, plus proderit. Ad eundem modũ multa quies, & vnctio assidua, E
deniq; omnia quæ id, quod lassatũ est, quiete lenimento q; recreent, ac quod superuacuum est, per halitum digerant. Sed putet fortasse quispiam lassitudinem hãc nec simplicem esse, nec à duabus iam traditis tertiam, sed ex his compositam, nec aliunde constantem, q; ex neruosarum partiũ tensione, & vlceris sensu: a † calorem nãq; qui in huiusmodi lassitudine sentitur, in alijs quoq; naturaliter inesse, veluti in memoratarum vtraq; nec tamen complendæ notionis substantiæ've partem esse vllam. Verũ illud huic vni egregie preter cæteras inest, nempe maior, q̃ pro naturali habitu, tumor, tum q; nec b grauitas sensus similis in hac & tensionis lassitudine habet: quippe in illa tendi, in hac contusos esse vsq; ad ossa neruos vniuersos putant, qui ipsa laborant. Quare in his saltem propriũ à reliquis duabus discrimen habet, nec est cõposita tñ. Tres igitur siue corporis status, siue affectus, siue quid aliud dixisse velis, hi sunt. Est alia quædam super has quarta, similis quidem lassitudini, nõ tñ lassitudo, q; neq; vlceris, neq; tensionis, neq; phlegmones, affectum præ se ferat: sed nec horrorem vllum dolorem've, nec pigritiã ad motus, quemadmodum lassitudines, infert, sed gracilitatem tantũ ariditatem q; facit. Incidit quidem hæc in corporibus boni succi, & exercitationi assuetis, vbi immodice exercitata, parum rite apotherapia sunt vsa. Quippe ita & digeruntur excrementa, & quæ tensa fuerant, laxãtur: nec aliud in corpore relinquitur præter siccitatem, F
quã ex immodico motu cõtraxerunt. Postulat aũt primo die nihil sanè diuersum ab ijs, quæ prius dicta sunt, præter calidiorem aquã, quæ sensim contrahat, & calfaciat, & roboret cutem: secundo apotherapiæ exercitationem, quæ tum in motu tum frictione & pauca & mollis & tarda sit: præterea solium sit calidum. Verum protinus in frigidam exiliant: quò videlicet ipsis robur in cute vnà cũ calore cõstet. Nam & minus in sequenti tpe per halitũ amittunt, & facile in carnẽ cutem q; nutrimentum resumunt: quo maius his cõmodum nullum profectò inuenias, vt qui nullũ notabilem affectum, præter carnis gracilitatẽ ariditatem q; habeant. Quippe postulat (arbitror) tale saltem corpus nutriri simul ac madefieri: quorũ vtrunq; ex humido nutrimẽto optime assequetur.

A † Ex antiquis Græcis vertendum, calorem nanque in huiusmodi lassitudine, alioqui quidem naturaliter iesse veluti &c. Nam non ἄλλοις ἂν, sed ἄλλοις μὲν habent.

*B * Græci omnes codic. quos viderĩ habent ἀλγηνῆς, i. doloris, et ita videtur legẽdũ.*

De Nutrimento illorum, qui lassitudine correpti sunt: ac de veterum Gymnastarum erroribus in lassitudinibus emendandis. CAP. 8.

QVoniam vero facta semel mentio de victu post balneum est, non alienum fuerit & de eo, quæ ad lassitudines pertinent, precipere. Vlcerosa * igitur lassitudo post legitimã apotherapian consuetum nutrimẽtum desiderat, aut etiam parcius, preterea humidius. Quòd si in ipsa apotherapia in quartum migrauerit affectum, (assolet enim ita plerunq; fieri) pro ipsius ratione tum lauetur, tum nutriatur. At quæ tensionem lassitudo præfert, ea etiam magis, quàm G
vlcerosa, parce nutriri postulat. Quę vero phlegmones sensum affert, ea supra reliquas omnes tũ humidissimum, tum minimum, tum vero, quod refrigerãs quippiam habeat, requirit. Boni succi tamen nutrimentum omnes, qui lassitudine grauantur, iuxta postulant: quali nimirum propositus nobis iuuenis adhuc integer vtebatur. Cauendus tamen in vlcerosa, & ea, quæ phlegmones sensum exhibet, glutinosus cibus est, ceu qui excrementorum digestionem moretur. At in tensionis lassitudine etiam exhibendum eiusmodi nutrimẽtũ est, sed minuto eius modo. Quo minus mirum est, si multiplex pugna non plebeijs modo inter se, sed etiam doctis & inter se & cum plebeijs oritur, dum neq; de exercitationibus, neq; frictionibus, neq; balneis, neque victu lassatorum consentiunt. Quippe alios affirmare audias lassitudinem lassitudine esse abolendam: alios laborem quiete sanari: alios parcius nutriendos, qui lassitudine premuntur: alios contra non modo de consueto nutrimento non demendum quicquam, sed etiam tanto plus adijciendum, quanto plus se fatigauerint, ad portionem enim laborum, nutrimentum exhibendum: alios rursus nec adijciendum quicquam nutrimenti modo, nec etiam demendum. Ad eundem modum balneo quoque vtuntur, alij ex aquis medij temperamenti, alij calidioribus, alij tepidioribus. Nam & experientia ad id tantum probandum, quod vsu sępe vsurpauit, quemlibet impellit: & præ- H
terea ratio, † vtpote quam quisq; absolutam se habere putauit, vt supra dictum est. Verum, cum vnum tantum lassitudinis sensum traderet, reliquis, ceu non sint, præteritis, eius tantummodo, quam nouit, remedium docuit. Ergo verum est, & quòd lassitudine lassitudo soluitur, cum videlicet hesternis exercitationibus pares postridie adhibendas videtur expediens, & lassitudinis medelam esse quietem. Horum enim duorum primum quidem in ijs, quæ ex congestis excrementis lassitudines consistunt, ac precipue vbi in musculis excrementa heserunt: secundum vero in ijs, quæ tensionis & phlegmones emphasim præbẽt, vtile videtur. Iam illud quoq; verum est, qui lassitudine grauantur, eos parcius esse nutriendos: id enim conducere videtur ei, qui phlegmones sensum prefert. Verum preterea est, & ex consuetudine esse nutriendum: id nanq; in vlcerosa lassitudine, vbi rectè apotherapia sunt vsi, fieri obseruatum est: sicut etiam vberius cibãdum in eo affectu: quem similem lassitudinibus diximus: in quem ex vlcerosa quoq; non nulli transeunt. Simili ratione & medij temperamenti aquis esse lauandũ in ijs, quę ex redundantia superuacuorum natæ sunt, verum fateor: sed nec illud verum negem, eiusmodi aquis non esse vtendum nec in ea, quæ phlegmones sensum prefert, cum tepidiores hęc desideret: nec in ijs, qui similem lassitudini affectum sentiunt, hi nanq; calidiores volunt. Sunt & qui eum affectum lassitudinem esse

putent.

** κοπώδεις διαθέσεις.*

A.l.1.f.3.d.2. c.14.fo.65.g.h.

** Artificibus.*

† Antiquus quidam codex græcus habet ὡς ἂν μὴ τέλειος ὑπάρχων ἑκάστῳ. vt sic postea vertatur, vtpote quæ non absoluta sit vnicuique, vt supra ostensum est sed vnam quandam affectionẽ lassitudinem docens, alias vero tanquam nõ sint, prætermittẽs, eius tantummodo &c. cõsiđera.

A putent. Alij, qui nam affectus sit, non dixerunt. In quibuscunq; vero suspicio futuræ lassitudinis subest, suadent calidiore aqua in balneo vti: causam q; assignant, sicut ipsi supra retulimus, alij distributioni in corpus, alij nutritioni, id genus balnei conducere dicentes. Non tñ rationem vllam afferunt, cuius gratia eiusmodi distributione & nutrimẽto prohiberi lassitudo possit. Sed nec omnino, qualis sit ipse lassitudiuis affectus, scribunt. Nam maior eorum pars nihil dixit: qui vero dicere ausi sunt, siccitatem esse definiuerunt. Ac q nutrimentum siccitati medetur, præsertim q; humectans, quam tñ conditionem maior eorum pars non adiecit, est sanè verissimum: cæterum nec remedium id nec cautio lassitudinum est. Sed cum (vti dictum est) membra sicciora sunt facta, nulla tñ nec tensio subest, nec tenue acre q; excrementum, nec phlegmone similis affectus, reficere nutrimento humectante expedit, quæ exhausto humore sunt siccata: qñ, nisi abunde nutrias, & gracilius & aridius, q̃ fuerat, postero die corpus cernes. Atque hunc affectum non nulli lassitudinem rati, eum existimant calidiore balneo, & pleniore cibo, ne incidat, prohiberi. Illud tamẽ quorundam, sicuti etiam Theonis, demiror, si iam factam lassitudinem similiter sanari non putant. Nam siue, quem modo memorauimus affectum, velit quis esse lassitudinem, nutrimento illum & soluere debet, & ne fiat, phibere: siue reliquorum quemuis eorum, qui verè lassitudines sunt,
B vtiq; parcius in omnibus hominem nutrire, & cum adhuc instant, & cum iam occuparunt. Illud enim dici non potest, talem saltem affectũ, qui lassitudini similis est, nisi primo die per nutrimen* tum plenius corrigatur, in trium aliquam migrare solere. Nam, si ipsa solum siccitas in eo visitur, præter gracilitatem nihil sequetur amplius: si vero caloris quoq; quippiam simul adsit, iam febricitare metus est. Verum non idem sunt lassitudo & febris: tametsi maxime eorum, qui lassitudinem senserunt, non nullos febris male habuit. Sanè Theonem mirari subit, hæc in quarto de particularibus exercitijs, vbi de absoluto exercitio agit, scribentem: Cum lassitudo aliqua eos, qui ita
" exercitati sunt, postero deinceps die ferè sequatur, ζεστολουσία, id est feruentis aquæ lauatio, minus
" lassitudini obnoxios reddit, summa corporis accẽdens. Deinde sic grçce subijcit: Ινα ἄυτη σικυίας
" τρόπον τὴν λαμβανομένην, τροφὴν ἐπισπωμένη τοῖς κεκμηκόσιν ἀντιδιέληται νεύροις. Is .n. pter alia, veluti ænigma quoddam, verbum ἀντιδιέληται in cõtextu apposuit: possis.n. ita intelligere, quasi* summa corporis, cucurbitæ more nutrimentum trahentia, partem aliquam eius neruis quoque dispensent: possis & contra, quasi summa corporis cucurbitæ modo id, quod ad neruos ferebatur, alimentum ad se trahentia participent. Ita nimirum, vt priore intellectu ad eutrophian, id est nutritionem vberiorem refectionem q; neruorum conducat excalfacta cutis, quippe hanc arbitror
C eum per ἐπιφάνειαν, id est summa corporis, significare: posteriore vero ad ὀλιγοτροφίαν, id est parciorem nutritionem. Quantum itaque ex ipsis verbis licet accipere, mentem Theonis non comperias. Ex ijs vero, quæ tum alibi, tum in sextodecimo* Gymnasticon scribit, minus nutrimẽti post absolutum illud exercitium dari censet: quanquam ne id quidem, qua ratione inductus suadeat, vsquam docuit. Datur enim minus, q̃ ex consuetudine, nutrimentum, aut propterea, q pari opus non est, aut q concoqui id non possit. Ac prius quidem in ijs, qui plurimum se exercitarunt, verum non est: posterius alibi verum, alibi certe falsum est. Sicui enim imbecillior concoquendi vis est, verum: sin secus, falsum. Inaudienda vero concoquendi facultas est nõ ea modo, quæ in ventriculo, aut venis, aut iecinore existit, sed etiam, quę in singulis particulis: veluti in ijs, de quibus sermo habetur, musculis, in quibus vtique vel maxime affectus is, de quo disputo, continet: quippe largius inter exercitandum exhausti, aridiores, & graciliores redduntur. Ergo, si hęc leuiter his contingant, vtiq; conficere, cuius indigẽt, nutrimentum poterunt: sin multum à natura recesserint, non poterunt. Quorum Theon nullum omnino neque intellexit, neq; distinxit. Omnino
" enim non ratione aliqua, sed experientia (sicut ipse fatetur) post absolutum illud exercitium calidiorem aquam vtilem esse obseruauit. Sic enim deinceps scribit: Illud vero, si quidem rationẽ ha
D bet in promptu, fortunæ beneficio ferendum acceptum est: sin minus, quod effecta testantur,
" id non admittendum, nisi quis †certam exactam q; rationem simul se subijcientem habeat. Ergo si planè explorato affectu, in quo calidam laudat, causam fateretur ignorare, merito dignus venia esset: verum, cum citra exceptionem, vtilem esse absoluto exercitio ζεστολουσίαν pronunciat, ita .n. hanc appellat, possunt autem alij quoq; complures affectus id genus exercitationis sequi: accusandus merito est, q deinceps singulos non discreuerit. Ipse nanque nouit etiam lassitudinem, quæ phlegmones sensum exhibet, huic exercitatiõi superuenire, sub qua nimirum in maiorem, quàm pro natura, molem attolluntur fatigatæ partes: Etiam alteram, quam vnam scribit, vtique genera li symptomati attentus, quę moli, quę est præter naturam, contraria existit: quippe graciliores in reliquis duabus lassitudinibus redduntur, atque etiam in eo † affectu, de quo agitur. Cæterum non quemadmodum trium affectuum vnum symptoma commune est, ita & affectus vnus est. Ac in eo quidem, qui ex neruosarum partium tensione consistit, calidiore, quàm ex consuetudine, lauari non oportet. Simili ratione nec in ijs, quos excrementa excitarunt. In gracilitate vero, quę sine his consistit, expedit calidiore aqua, quàm quæ mediocriter se habeat, lauari. Contrahitur nanque hic affectus exhausto vehementius inter exercitandum corpore, eo modo, quo in diutina fame accidere solet. Itaque etiam sic affectorum refectio, in appositione, &

A.l.1.f.3.d.2. c.14 fol.66.a

* ἡ τε τοιαύτη, est in ĩpressis. manuscripti tamẽ aliqui habent ἡ τετάρτη, id est quartum hunc affectum, qui &c.

* Manuscripti habent ἵνα ἡ ἐπιφάνεια, i. vt summa corporis.

* In antiquis legitur non sexto decimo sed tertio.

† ἀνύκειρον i. opportunũ, habet antiqu. codex gręcus.

† Gręcus quidã codex ĩ ãtiquus habet non δὲ sed simplex. δ. pũctis clausũ: quæ litera cum apud gręcos significet quatuor, æq pol. et huic voci τετάρτῃ, i. quarto.

quod detractum est, reponendo consistit. Id quod certe accidere cute adhuc rara nequit. Coge- E re ergo hanc densare q; ac adstringere prius oportebit, si qua plenioris nutrimenti expectanda est vtilitas. Sanè cogit claudit q; tum frigida tum feruens aqua. Verum à frigida lędi hominem metus est: vtpote qui iam ex multa exercitatione & rarior est redditus, & vacuus. Ex feruenti vt noxa certe nulla, ita secura in cute densitas pariter, ipso, qui in ea derelinquitur, calore non nihil etiã conferente. Vnde nec immorari in frigida nimiũ debet, qui ita est lauatus, sed, veluti id saltem recte à Theone obseruatum est, cauere in frigida moram, vt quæ feruentis lauationis commoda fru stretur. Sanè ita errare Theonem, vt, quod vni affectioni conueniebat, omnibus quadrare pręcipe ret, in causa erat corporum, quæ exercitabat, habitus. Siquidem athletas exercuit, qui ex absoluto illo exercitio ad quartum erant affectum opportuni, in tertium raro incidebant. Itaque, quod sæpe obseruauerat, ceu perpetuum prodidit. Quòd si aut vitiosi succi homines, aut mali habitus, aut laborum insuetos, aut imbecillos, aut minime iuuenes, exercuisset, in eiusmodi quidem raro, in reliquos vero affectus sępissime, incidere vidisset. An & hoc quoq; dicere fortasse est superuacuum, cum ipse quoque fateatur post præparatorium exercitium feruenti esse balneo vtendum? Id vero exercitationis genus solis athletis in vsu est. Atqui dicat aliquis illos sponte, & quodam circuitu: alios vero multos vel necessitate, vel vincendi studio, vel propter alia id genus, eiusmodi F exercitationem suscipere. Verum hi saltem post immodicos labores necesse est, vel vnum, vel plures lassitudinum affectus, prius contrahant. Itaq; ijs duntaxat corporibus, quæ bona habitudine sunt, quartus affectus incidit: cuiusmodi sunt tum athletarum, qui bene sunt nutriti, tum propositi nunc in disputatione iuuenis. Et quisquis absolute pronunciabit, post vehementissimas exercitationes calidioris solij vsum esse idoneum, is vt in vno certe statu verum affirmabit, ita ĩ tribus planè falletur. Sunt vero per vniuersam tuendę valetudinis artem & alia non pauca, quæ tum medici tum gymnastę falso prodiderunt: quorum vnum omnium caput est confusa indiscreta q; obseruatio, dum, quod in vnico quisq; notauit affectu, id multis tribuit.

De Ratione curandi, cum Plures affectus inuicem complicantur. CAP. 9.

QVin etiam [a] † affectio quædam est prędictis proxima, quam ipse græce στέγνωσιν appello, de qua, cum de lassitudinibus disputationem absoluero, mox dicam. Simplices enim earum differentiæ tres sunt, de quibus iam egimus: post has ex binis copulatis aliæ fiunt tres. Ab ijs vero septima est, vbi tres simul in vnum coeunt. [b] † Remedij vero commune in omnibus consilium est, vt ei, quod superat sis intentus, nec tamen quod reliquum est, plane contem- G nas. Proprium vero cum eo, quod commune est, ab ipsis membratim affectibus accipiendum est. Ac vniuersas quidem cõiugationes percurrere longum sit, sed, quod ad claritatem sit satis, [c] vnico exemplo res peragetur. Si igitur & intumuisse musculi cernuntur, & contusi putantur, prætera vel vlceris sensus, vel [d] tensionis lassitudo vna cum excrementosa hominem male habet, apotherapia vtendum, quæ vtrunque respiciat, magis tamen id, quod est maius. Non est autem in omnibus rebus vnius rationis ipsius maioris natura, sed alibi pro viribus & quasi dignitate rei, alibi pro ipsius propria essentia, spectanda. Ac dignitate quidem & viribus maior lassitudo est, quæ phlegmones sensum præfert, q; excrementosa: vtraque tamen ipsarum sic propriæ ratione essentiæ magna parua q; esse potest, vt si vtraque sola seorsum consisteret. Si igitur vtraque pari interuallo à naturali habitu recessit, quę phlegmones similis est, præcipuam curationis solicitudinem ad se cõuertet, vtpote dignitate pollens. Sin exigue, quæ phlegmonen: plurimum, quæ vlceris sensum repræsentat: à naturali habitu recesit, ęstimandum, num tantum superet magnitudine vlcerosa, quantum, quę phlegmonæ similis est, viribus, an minus, an magis: atque ita, quod pollet, explorare. Quòd si æqualiter pollentes videris, pari studio est vtrique consulendum. Atq; hæc [e] † ratio perpetua } sit omniũ coniugatorum affectuum. Sicuti vero lassitudines ipsę numero tres, si inuicem H coniungas, quatuor coniugationes efficiunt, ita sanè, si quartum his affectum adiungas, multo plures existet. Quod dicimus, ex descriptione, licet, clarius intelligas. In ea primum locum vlcerosus habeto: Secundum, in quo tensio est molesta: Tertium, qui plegmonę similis est: Quartum gracilitatis, id est in quo corpus emacuit. Ex his igitur aut primus "cum secundo cõiungetur, aut cum A.l.I.f. 3. d. 2. c.12.fol.65.t tertio, aut cum quarto: aut rursus secundus cum tertio, vel quarto: aut denique tertius cum quarto: ita nimirum, vt ex binis coniunctis affectibus sex in vniuersum complexiones oriantur. Rursus, cum tres vnà miscueris, quatuor aliæ fiunt. Nam aut primum iunxeris cum secundo & tertio, aut cum secundo & quarto, aut cum tertio & quarto: aut rursus secundum cum tertio & quarto. Postrema omnium complexionum erit, vbi quatuor simul coierint ita, vt vndecim numero in totum fiant. Erant vero & simplices quatuor. Efficiuntur itaque in vniuersum quindecim. Simplices affectus, vlcerosus, A: tẽsionis, B: in quo phlegmones sensus est, C: gracilitatis, D. Cõpositi, AB, AC, AD, BC, BD, CD, ABC, ABD, ACD, BCD, ABCD. Quòd si pręterea occlusæ cutis, (στέγνωσιν Gręce voco,) differentias tum inuicem, tum vero cum his quindecim, complicueris, alias rursus complexiones effeceris plurimas. Si vero eos quoque corporis status, qui aut à cruditate, aut venere, aut deustione Solis, aut vigilia, aut dolore incidunt, adiunxeris,

A † καὶ μὲν δὴ καὶ ἔτι τίς ἐστι διάθεσις &c. Sed manuscriptus quidam habet καὶ μὲν δὴ καὶ πέμπτη τίς ἐστὶ διάθεσις, i. Quinet quinta q̃dã ẽ affectio prædictis proxima.

B † Interp̃s hic omisit aliquot verba q̃ in græcis codicib. habent, scilicet, ἡ μὲν διάγνωσις αὐτῶν ἐστιν ἀπὸ τοῦ συνδυάζεσθαι τὰ γνωρίσματα, i. cognitio aũt ipsarum ab indiciorum coniũctione pendet.

C † Manuscripti cod. habẽt ἐπὶ μιᾶς ὡς παραδείγματος, i. vna cõiugatione tã quã exemplo.

D † Cod. antiquissimus habet φλεγμονώδης, i. phlegmones. et ita videtur legendum omnino.

E † Methodus communis.

* λύπαις, i. tristitia.

A adiunxeris,ne numero quidem vniuerſas facile complectare. Prætereo nunc corporis conſtitutiones illas,quæ ſecum vehunt vel πληθώρας, id eſt ſuccorum æquabiliter ſe habentium redundantiã,vel κακοχυμίας, id eſt vitioſi ſucci copiam,vel adſtricti vel lubrici ventris, vel vomitus, vel grauati capitis,vel partis cuiuſquam alterius affectum,vel in ſumma quæcunq; in ſymptomate aliquo conſiſtunt: dicetur enim poſt de eiuſmodi omnibus. Nunc vero idcirco eorum maxime memini,vt complexionum multitudinem,quanta eſſet,indicarem. Mirari enim licet eos,qui de concurſu horum,quem ſyndromẽ vocant, vel curationem, vel euentorum prædictionem obſeruaſſe ſe prędicant. Vnica nanq; ratione & pręſagire & commode mederi fas eſt: vtiq; ſicut Hippocrates docuit,ubi ſimplicis cuiuſq; negocij ſciendam vim eſſe cenſebat: veluti ipſe nunc in quatuor affectibus præmonſtraui. Vnuſquiſq; enim,ſi per ſe conſiſtat, ſimplex remedium exiget: ſin alteri ſit coniunctus,pro ea methodo,quam paulo ſupra de omnibus coniunctis affectibus pręſcripſimus, {corrigetur.}

In lib. de Natura humana. lege Galeni explanationẽ cõ text. 43. com. 1. 1ª. 33. e f g. & context. 6⁴. 1. Prorrhet com. 3. 4. 187. h

De curanda cutis obſtructione, quam στέγνωσιν græci appellant. CAP. 10.

ERgo,cum hæc ita ſe habeant,redeundum rurſus ad ſimplices affectus eſt: quorum a iam dictis proximi erant,quos ſtegnoſis excitabat: (voco ita meatuum cutis vitium, quo tranſmit-

A.l. 1. f. 3. d. 2. c. 15. fol. 66. c B tere ſuperuacua prohibetur.) Incidit "hic affectus aut obſtructis meatibus,aut denſatis. Sane denſationem eiuſmodi μύσιν gręci, id eſt conniuentiam, appellant. Ac obſtructio quidem ex lentis craſſiſq; excrementis oritur, cum cõfertim ad cutim ruunt: denſitas tum ab ijs,quę adſtringunt, tum quæ refrigerant. Verum obſtrui propoſiti nobis corporis cutis, ſi ad præſcriptam rationem rite agatur,non poteſt denſari certe aliquando poteſt tum ex valido frigore, tum aluminoſo balneo. Fieri autem poteſt,vt & poſt balneum ſudorem've,atq; aliam alioqui ob cauſam laxatæ prius cuti,auræ flatus incidens obſtructionem quampiam denſationem q; efficiat. Ac deprehenditur quidem iam dictus affectus protinus,vbi ſe exuerint,ex colore albo,& cutis tum duritie,tum denſitate. In ipſa vero exercitatione ex eo,q; ęgre incaleſcant: quando nec, vt prius,æque ſudant, nec bonum colorem in ſumma cute oſtendunt: immo, ſiquis eos valentiore exercitatione iuncta ſudoris quippiam emittere cogat,& minor hic,quã ex conſuetudine,& frigidior exit,minus q; halitui ſimilis. Remedium huius affectus calefactio eſt: quippe ea frigiditati contraria eſt. Valentiore ergo exercitatione,ac balneo calidiore vtendum. Magis quoq; ad rem pertinebit, ſi in prima domo pinguiter in oleo voluterur. Eſto vero oleum ex eo genere,quod relaxet, cuiuſmodi eſt in Italia Sabinum: quod vtiq; ad eiuſmodi affectus etiam eſt vtilius,ſi bimum trimum've ſit. Id nanq;

C tum tenuius,tum calidius fuerit. Mora vero in frigido ſolio diuturna ne ſit: ſed nec aqua ipſa † frigida. Induendi vero vngãtur aliquo,quod mediocriter calfaciat: oleis quidem,ex ijs,quæ in Ægypto habentur,cicino,& raphanino: in reliquo vero orbe,dulci,tenui,ac modice antiquo: vnguentis vero,ſuſino,gleucino,irino,amaracino,& cõmacino. Atq; ex his gleucinum quidem prorſus acopum eſt,ac relaxans: itaq; etiam ijs,quos vehemens laſſitudo infeſtat, eſt vtile: paulo hoc calidius,magis q; relaxans ſuſinum eſt. Irinum vero,& amaracinum,& cõmacinum, etiam ſuſino calefacere potentiora,ijs affectibus,qui proprie frigiditates dicuntur,ſunt idonea. Cutis tamen denſitati ſanandæ etiam anethinum oleum eſt ſatis: maxime ſi ex viridi anetho fiat. Facit autem & ad tales affectus,ſicuti etiam ad vehemẽtes laſſitudines,& acopum, quod ex abietis ſemine componitur: id quemadmodum pręparandum ſit,poſt dicetur. Nunc enim vel hæc mihi ſupra iuſtũ appoſuiſſe videor: ſiquidem qui optimo eſt corporis ſtatu,& liberam delegit vitam,nec in ea quicq; delinquit,& cui peritiſſimus tuendæ ſanitatis artifex pręficitur,in hunc veriſimile eſt morboſos affectus non admodum incidere.

† Additur ĩ antiquo codice ἄγαν,i. admodum.

* Cõmageno legẽdũ videtur ex alijs Galeni locis.

De exercitatione & victus ratione poſt Venerem. CAP. 11.

REdeamus itaq; ad penſum denuo: relictis q; vſtione, refrigeratione, cruditate, ventris pro-

D fluuio,reliquis id genus, (ſatius enim eſt in vnum ea volumen conijcere, quod de morboſis ſymptomatis inſcribemus) in pręſenti de ijs, quæ poſt venerem adhibentur,exercitijs diſſeramus: quippe cum de his parum conueniat,alijs ita exercitandum ab hac putantibus, vt in exercitatione,quæ apotherapia dicitur: alijs vt in præparatoria. Eſto vero præparatoria exercitatio in quantitate laborum intra modum,& in qualitate ipſa incitatior ac celerior. Ac, qui apotherapeutica quidem vtendum cenſent,ſicuti in fatigatis,ij,tum vires diminutas, tum corporis ſiccitatem ſuſpectas habent: quorum vtrunq; & a concubitu, & ab immodica exercitatione pati conſueuimus. Qui vero pręparatoriam adhibendam volunt,ij raritatem atq; ad ſudores promptitudinem pręcauent, quę apotherapeutica intendi, ediuerſo præparatoria emendari putant. Ipſe laudatis vtriſq; propterea,q; veritatem ex parte viderũt,ſententias eorum in idem conferam. Nam & inſtaurandas vires eſſe,& laxitatem cogendam,nec ſiccitatem adaugendam fatentur vtriq;. Vna diſcretio deſideratur in vtriſq;,veluti & in compoſitis omnibus affectibus ſupra a nobis eſt dictum, & nunc nihilominus dicetur. Cum enim in idem varij affectus coierunt, hi ſi vnã medendi rationem indicent,vtiq; intendi magis rationem eam conueniet,q; ſi ſinguli ſeorſum conſiſterent. Sin contrarij ſint,is,qui vincit,affectus prius eſt corrigendus, ita tamen, ne reliquum omnino negligas. Ac,qui vel propter ætatem,vel ẽt alia ratione imbecilles concubuere, in ijs virium infirmitas,

necesse est, superet. Qui vero firmiores & iuuenes, veluti qui nunc est propositus, horum habitus E corporis in raritatem magis, quam vires ĩ imbecillitatem, mutatur. Itaq; etiam corriguntur hi nõ per ea, quæ corpus relaxant, qualis est exercitatio, quæ apotherapia dicitur, sed per ea, quæ cogunt ac contrahunt, qualis est præparatoria: [a] † proinde q; hac vtendum, } quandoquidẽ ea non solum motus tum celeritate tum robore calorem excitat, sed etiã habitum cogens ac constringens. Illud quoq; fatentur gymnastę omnes, ipsa profectò experientia edocti, hanc vnam exercitationem mederi raritati posse. Itaq; nulla planè ad propositum affectum vtilior est. Si vero anni tempus non dissuadeat, nec à frigido balneo abstinendum esse censeo. Cibus copia quidem dabitur minor, in qualitate vero humidior, vt tum probe concoquatur, tum siccitas, quæ ex venere contracta est, corrigatur. Debet vero nec frigido temperamento esse, sed vel medio, vel calidiore. Nam, q̃m corpus à venere & laxius, & frigidius, & imbecillius, & siccius est effectum, debent planè, quæ densent, & calfaciant, & vires reparent, adhiberi, atq; ad hæc studiũ omne impẽdi. [b] † Cęterum, quòd efficere hæc venus possit, id docere ad præsentem disputationem non pertinet: in qua propositum est, quemadmodum optimum corpus q̃ commodissime post veneris vsum exercitetur, ostendere. Quod sanè commode fieri nõ potuit, nisi prius pro hypothesi sumpto, cuiusmodi affectus sit, qui succedere in corpore à venere solet. Verum nunc id concedi nobis postulamus. In sequentibus F cum euidenti demonstratione dicetur, tum quę veneris facultas sit: tum prorsus vtenda sit nec ne: tum quæ nam ex ea commoda incommoda q; pro corporum statu, & temporis anni ratione, & loco, & alijs id genus, quę vtiq; determinare præterea oportebit, eueniunt.

De ratione Siccitatis & Humiditatis superfluæ emendandæ. CAP. 12.

POst venerem ergo species exercitationis ea esto, quam pręparatoriam vocant. Post vigilias autem, vel tristitiam, vel ambas, quæ apotherapia dicitur, exercitatio idonea est, si tamen cruditas absit: nam, si qua cruditas subest, omnino exercitandum non est. Quòd autem post tristitiam & vigilias iam dicta exercitatio ad rem pertineat, etiam experientia ipsa ostendit: cum ab alia qualibet non solum lædi cernantur, sed etiam imperantes, si forte dolor adhuc angit, parum æquo animo ferre. Idem ratio ipsa confirmat non minus, q̃ experientia. Nam, quoniam à vigilijs & tristitia magis graciles, magis q; aridi, ac minus dicto audientes planè cernuntur, siccius existimandum est his redditum esse corpus. Eiusmodi vero affectus partim molli frictione cum multo oleo, partim temperato balneo sanantur, partim motu, sed qui & tardus sit, & citra valentiorem nixum, ac qui subinde quietem interponat. Is vero apotherapeutici exercitij [c] modus erat. Ad eũdem modum eæ, quæ ab ira vel [d] † potionis penuria siccitates fiunt, corrigendę sunt. Contraria prorsus à iam di G ctis ratione [e] † humiditates emendare cõueniet, siue hæ nimiæ potionis, siue alia quauis occasione, inciderint, quippe [f] studium in his ad siccationem dirigitur. Verum ea communis omnium ratio est, membratim enim vnicuiq; differentię sua est. Igitur, si ex longiore desidia, & humectantis alimenti immodico intempestiuo q; vsu contracta humiditas est, longiore correctione est opus: sin ex liberaliore potione, quæ pridie sit hausta, citra vllum capitis aut oris ventris affectum constiterit, eam vel vnico die persanes, licet, si sicca frictione largius, & exercitatione veloci, & parciori potione, & sicciore cibo vtare. Quippe, quæ immodicę ex vini potione humiditates consistunt, si ex ea re noxa capiti aut ori ventris communicata est, de his agi hoc loco opus nõ est: dicetur enim de ipsis, cum de morbosis symptomatis tractabitur. Quæ vero humiditas ex diutina admodum desidia nascitur, hęc in propositum corporis statum omnino non cadat æque, vt nec ea, quæ ex humectantis natura cibi copia gignitur, quales fructuum plurimi sunt, item q; olerum, quæ vtiq; acria non sunt: si quando tamen acciderint, semel & confertim corrigi non possunt. Nam, si eatenus se fatigabit homo, dum habitum abundè siccet, in lassitudinem incidet, ac febricitabit omnino diaria febri: q; si vitiosę preterea humiditates fuerint, etiam febri, quę in plures extendatur dies. Tempore vero sanari possunt, vt post dicemus, vbi vitiosas intemperies vertere in melius docebimus: quippe similis prouidentia acquisititij affectus est, & naturalis intemperamenti: quare nũc de ipsis disserere non oportet. H

De matutina & vespertina Frictione, quæ proposito iuueni adhibenda est. CAP. 13.

REliquum igitur est, vt de matutina vespertina q; frictione agamus, nõ ad eum tamen modũ, quo Quintum respondisse dicunt, cum percontanti gymnastę, quam vnctio vim haberet, respondit, Vestis submouendæ: ijsdem enim, quibus nũc vsus sum verbis tum gymnasten rogasse, tum Quintum respondisse ferunt. [g] † Simile Quinti apophthegma ẽ, & quod de vrinis circũfert, nempe eas nosse, ad pictorem pertinere. Etiam illud, quod de calido, frigido, humido, & sicco aiunt, vtiq; balnearum ea esse nomina: quæ ipse sanè nemini vel Thessali assectatorum impune dicere, nedũ Quinto, permiserim: quippe scurrarum eiusmodi facetiæ sunt, haudquaq̃ hominis tam grauem artẽ profitẽtis. Satius igit̃ sit in proposito iuuene ad hunc modum de matutina frictione disserere. Is nanq; aut ex somno aliquid, de quo queri possit, nõ sentit: aut [h] lassitudine grauatur aliqua: aut alia quapiam affectione offenditur earũ, de quibus paulo ante statim post lassitudinis affectus hactenus disserui. Ac, si de nulla quidem re cõqueritur, superuacuum est eum aut fricare, aut vngere: nisi si quando ingenti frigori occurrendum videtur. Tum nanq;, veluti qui frigida sunt

vsuri

A † Hoc ĩ loco tam in gręcis q̃ in latinis codicib⁹ desunt aliquot verba, nẽ pe εἰ δὲ ὁ ἡ καὶ ψύξις τις ἐπὶ ταῖς ἀφροδισίοις ἐγγίνεται τοῖς σώμασι, i. si vero a equa ẽt refrigeratio post venerem corporibus adueniat, & p hoc quoq; p̃paratoria exercitatiõe vtẽdum erit.

B † Ex ãtiquis ita uertẽdum. Quæ nam uero sit venereorũ uis, docere et c.

C * τρόπος. *aliter* τύπος, *i. typus seu forma.*

D † Gręci aliq cod. hñt non ποτῶ, sed ποτὲ γιγνομένας i. q̃ ob inediam aliquando siccitates fiunt.

E † Hic addẽ dũ est, q̃ sunt ĩ habitu corpis, & græce legen dũ est non κατὰ ταύτην sed κατὰ τὴν ἕξιν.

F * σκοπός.

G † Clarius ex ãtiquis. Simile qd Quinti circũfertur apophthegma, tum de urinis, nempe eas nosse ad fullonem pertinere: tum de calido frigido humido & sicco, balneatorum esse noĩa. Quæ quidẽ uerba nequaqua ego mihi persuadere possũ, nedũ Quintũ, sed nec ullum Thessali secta torũ ptulisse.

*H * lassitudinis affectione.*

A vsuri, sic eos quoq; frictione præparabimus. Si vero lassitudinis sensus vllus appareat, iam dictum est hominem tum & vngendum esse, & molliter fricandū. Simili ratione, si siccior iusto sit, vngendus dulci oleo est, nam id sicca corpora humectat: fricandus q; vt omnino parcissime, ita nec duriter, nec molliter est. Quippe succurrere digestioni in corpus oportet, non cutis carnis've habitū mutare, neq; etiam quod in his continetur, quicq̃ educere: quorum mollis vtrunque, dura alterum facit: siquidem hæc cutem densat durat q;: mollis per halitum euocat, ac corpus laxū molle q; efficit. Verum, cutis densitatē corrigere si studes, vtiq; ei, quæ ex duris tum frictione, tum pertrectatione, præterea vehementi exercitatione, & multo puluere orta est, mollis frictio cū copioso & dulci oleo medetur. Quæ vero contracta ex frigore est, eam primum frictione sicca ac celeri, deinde cum oleo adhibito calfacientes, naturæ suæ restituemus. Laxitatem vero, quæ & frequens balneum, & mollem frictionem, & veneris vsum consecuta est, paucula frictione, primum quidem sicca, deinde cum oleo quopiam eorum, quę adstringant, sanaueris. Humiditatem vero, quæ nimię potioni successit, sicca frictio, & cum linteo administrata, vel cum manica, quam χειρίδα grece vocant, interdum etiam solis manibus, id q; vel citra omne pingue, vel cum eo plane exiguo, corrigit. Sit autem, & quo per halitum euocet, oleum ipsum dulce, omnis q; adstringentis facultatis expers. Atq; B ita quidem se habet matutina frictio. Vespertina vero ijs vtilis est, quos vel lassitudo valida præmit, vel siccitas male habet, vel atrophia macerat: {ita vocant græci cum corpus ex alimento fructum non sentit.} Verum atrophias symptoma nunc prę sertim seponatur vnà cum reliquis morbosis symptomatis: quæ post tractabuntur. In proposita vero natura, cum vel valida lassitudo, vel immodica siccitas, corpus afficit, prādium minus esto: tum ab eo ad cœnam longius interponatur tempus: plurimum quiescat: exiguum * tn̄ quippiam inambulet, quo cibus p erectam agitationē concussus subsidat: vtilius etiam sit, si & aluum exonerare possit. His etenim probe peractis securus oleo dulci frices: ventrem tn̄ omnino non continges, cum alioqui periculum sit, ne & cibum deterius concoquat, & succus quispiam ex eo semicrudus in corpus digeratur, & caput turbetur, & stomachus subuertat. Optimum igitur fuerit oīno ventrem nō attingere. Quod si in musculis ei vicinis vel lassitudinis sensus aliquis, vel siccitas appareat maior, vngi debebunt mediocriter, & blande & suspēsa manu. Ac, si causas quispiam eorū, quæ diximus, reddi sibi cupit, proximū librū legat, in quo de morbosis symptomatis agemus. Nam hūc mihi videor satis hactenus extendisse.

A.l. 1. f 3.d.a c.7..fol.62.a

* Græci aliqui codices habent ἐλαίῳ, i. oleo.

* Græci cod. impreßi, & multi ex manuscriptis, habent μὴ πάντη, ut uertit et uetus interpres & Linacer. aliqui uero μὴ πάνυ τι, i. nō admodum. paulo tamē infra ēt dicit non oīno attingendū esse uentrem.

GALENI DE SANITATE TVENDA LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet, quo pacto Lassitudines persanandæ sint, cum aliunde, quàm ab exercitatione, oriuntur.

Quid differat hæc à superioris libri tractatione. CAP. I.



Vod pleriq; omnes recentium medicorum faciunt, qui dum tempus sophistarum cauillationibus terunt, quod maxime necessarium est, aut leuiter tantū attingunt, aut prorsus omittunt, id ipse non faciā: sed (quod ab initio institui) ei quod necessarium duxi, insistens, quę logicam magis speculationem habent, in aliud tēpus differam. Statim enim de morbosis symptomatis, de quibus hoc libro disserere statui, non leuis quæstio oritur, ea'ne ad valetudinis tuendę artem D spectent: an ad eam, quæ medendi rationem pręscribit: an harum neutram, sed tertiam quandam, quam non nulli mediam sanitatis & morbi statuūt, neutram q; appellant. Ego haud ignarus, siue quis in sanitatis tuendæ, siue etiam medendi arte, eorum meminerit, fore, vt æque à cauillatoribus sugilletur: illud quoq; intelligens, etiam si quis tertiam tractationem his dicet, de neutris eam affectionibus inscribens, vel magis irrisuros, contumeliosos q; futuros, præterea quæsituros, de † maribus & fœminis in quo'nam opere præcipiam: in hoc volumine de his agere potissimum elegi. Si enim fieri nequit, vt sophistarum nugamenta deuitem, atq; hac ratione minus erunt importuni, vtiq; sic faciens melius consuluisse videbor. Huc accedit, q ex speculatione ipsa magis intelliget ipsa doctrinæ cōmunio, si quis illa, quæ dicetur, attentius leget. Ea hinc ingrediar. Artis, quę valetudinem tuetur, non leuis portio est ea, quæ de exercitatione præcipit: huius rursus nō exigua pars est, quę lassitudines prę cauet. Porro monstratum in superioribus est similem rationem esse instantis lassitudinis cauendę, & eius, quæ iam occupauit, summouendæ. Ergo non alibi, quemadmodū hanc futuram vites, alibi quemadmodum iam vrgentem corrigas, tractandum est. Atq; hac quidem de causa in proximo libro, qui totius operis tertius est, de lassitudine, quę exercitationi superuenit, disputatum erat, simul habita mentione de similibus affe-

† Cū in hoc loco Galenus nō substātiue, sed adiectiue, dicat περὶ τῶν ἀῤῥένων καὶ θηλυκῶν, videtur ponus intelligere de morbis aut symptomatis ad mares aut fœminas pertinētibus, non de ipsis maribus aut fœminis.

ctibus, quorũ aliqui exercitationes maxime sequebãtur. Nunc primum quidem de his, prout citra E exercitationem incidunt, agemus: secundo loco de illis, quæ similitudinẽ quandam cũ his habent.

De affectu, symptomatis, & causis Lassitudinum: ac de eorum differentijs. CAP. 2.

AC, quæ immodicas quidem exercitationes lassitudo excipit, sanorum symptoma est: quæ vero sine his consistit, morbosum. Itaq; & ab Hippocrate dictum commodissime videtur, Lassitudines sponte natæ, morbos nunciant. Atq; vlcerosus quidem sensus, symptoma lassitudinis est. Causa vero, vnde ea nascitur, affectus lassitudinis est. Porrò huius rursum ipsius causa bifariam scinditur: aut enim intra ipsum animalis continetur corpus, vocant q; græce προηγουμένην: aut omnino nõ inest, vocant q; προκαταρκτικὴν: {nos illam internam, hanc externam nõ incommode vocemus.} Itaq; tria in vniuersum genera sunt, de quibus habẽdus sermo est, ipsius lassitudinis symptoma: affectus, vnde hoc oritur: & affectus ipsius causa. Cuiusq; vero horum species quædam differentes sunt. Causarum (vt modo diximus) externa, & interna. Affectus (vt in pcedente libro docuimus) is, qui vlceris, & qui tẽsionis, & qui plegmones, sensum inuehit. Symptomatis vero hę ipsę scilicet tres differentiæ: aliter tñ, si cui placuerit, nominare licet: nõ licet autem, si vera saltẽ dicere velit, iam dictis plura tum astruere, tum facere, neq; ẽt plures, q̃ dictę sunt, differentias. Quæ igitur vlceris ᐟᐟ sensum facit lassitudo (incipiendũ enim ab hac est) motis quidẽ grauẽ F excitat sensum, ceu corpus vlceretur, id q; vel circa cutim tantum, vtiq; cũ est moderatior: vel circa subiectam illi carnem, cum est valentior: vel circa vtranq;, cum adhuc est atrocior. Atq; hoc quidẽ est lassitudinis symptoma: affectio vero, ex qua id nascitur, acrimonia est tenuis & calidi humoris, qui corpus erodit, stimulat, ac pungit. Oritur, hæc aliqñ ex immodico motu, vt in proximo libro ostendimus: aliqñ ex vitioso succo, qui imprudentibus nobis in corpore succreuit. Tales vero lassitudines, spontaneas Hippocrates a appellat. Alterum vero lassitudinis genus (nempe in quo tensio sentitur) quoties sua spõte incidit, plethoris superuenit. Quippe tenduntur [a] † ex hac solidæ animalis partes, præcipue in quibus succi continent. Tertium lassitudinis genus, quod phlegmones sensum affert, ex ambobus orit, tum nimia boni succi abundantia, tum prædicto vitioso succo. Non enim quæuis mali succi species, sed tñ, in qua rodens acrimonia cõtinetur, vlcerosam lassitudinem creat: sed nec eiusmodi quidem succus, dum in venis cum sanguine miscetur, latet enim tum eius vis, vtpote transfluentis, & à sanguinis bonitate superati: verum, cum ab his translatus, in carnibus, & ad cutem solus hæret, vlcerosum [b] † sensum tũc ingerit. Qui vero ex abũdantia nasci hanc lassitudinem putant, fanè falluntur: nam neq; ex ea copia, quam plethoran dicimus, (hęc enim eam, quæ de tensione quęritur, gignit) neq; ex ea, quæ vires prægrauat. Non enim erosio, G aut vlceris phantasia, sed vel grauitas, & ad motiones segnitia, talis sunt abundantiæ symptomata, vtiq; dum ad animales collata vires, eas superans premit: vel pulsus quædam vitia, si quando vitalem vrget: de quibus dictum abunde est in ijs, quæ de pulsu scripsimus: atque vt in libro, quem [c] † de abũdantia scripsimus, ẽt notas & naturalium virium, cum premuntur, & reliquarum ambarum, tradidimus. Non est igitur abundantia, eius lassitudinis, quæ vlceris sensum pręfert, causa, immo humorum, qui in cute & carne continentur, acrimonia. Hæc enim, vt quieta sensum latet, sic agitata protinus sentitur. Motus huic acrimoniæ primus ac plurimus proprijs quibusdam rationibus accedit, quas mox dicemus: Alter ex incidenti, scilicet cum nobis partem aliquam, aut etiam totum corpus, mouere volentibus, cum hoc humores, qui in ipso continentur, simul mouemus. Verum hic minimus est, & lassitudinis duntaxat sensum infert: vehementior rigorem excitat: {appello nunc rigorem, nec illum vehementis frigoris sensum, nec duritiem, sed inæqualem totius corporis cõcussum & turbationem:} medius inter vtrunq;, horrorẽ. Quòd autem nihil obstet, etiam si calida causa sit, quo minus rigorem horrorem q; excitet, in ijs, quæ de symptomatum causis scripsimus, ostensum est. Nunc satis fuerit summas tantum eorum, quæ illic prodidimus, ad præsentem disputationem quasi [d] basim subijcere. Cũ in sensibili corpore succreuit excre H mentum mordax, duplici id ratione ad motum incitatur: Vna, cum à sensibili ipso corpore impellitur, vtpote quod repellendi alieni vim obtinet: Altera, cum vehementiore [e] momento agitur: id quod tum ab exercitando cõquirit, [f] tum frictione, tum balneo.} Ergo, quæ subcalida & putrida excrementa sunt, vbi vehementius mouentur, non horrorem modo rigorem've, qualem diximus afferunt, sed etiam febrẽ accendunt. At, quæ frigida sunt, & ex partibus tenuibus constant, ea horrorem quidem rigorem q; creant, non tamen febrem excitãt. Porrò effatu dignam aliquam copiam vtrisq; accedere oportet, si hæc efficere debent. Quę vero aut planè exigua in sensibilibus corporibus excrementa mordacia, aut multa illa quidem, sed tamen non planè adhuc mordacia: subhæserunt, hæc vlcerosam lassitudinem faciunt, de quibus vtique hoc libro nobis est agendum: quando, quæ febrem accendunt, ea ad medendi artem spectant [g]

Communis ratio omnium Euacuationum, quæ à medico fiunt. CAP. 3.

SAnatio vtriusq; generis partim cõmunia curationis amborũ [h] cõsilia recipit, partim vtriusq; propria. Dicetur vero prius, quæ communis sanatio est. Oportet igitur excrementum, siue calidum id sit, siue frigidum, ipsum aut expellas, aut certe alteres. Recipit vero non omne excrementum alterationem à natura. Siquidem nec omnis cibus in cuiusuis animantis ventriculo concoquitur:

1. Apho. 5. Ext. ord. 11. f

A. l. 1. f. 3. d. 2. c. 12. fol. 65. d

A† Al. ἐν ταύταις, i. in his.

B †Al διάθεσίν τε καὶ αἴσθησιν, i. affectũ & sensum.

C† περὶ πλήθους, i. de plenitudine.

D* ὑπόθεσιν.

E* κινήσεως.

F† *Interpres addit hæc verba. in antiquo tamen codice græco hæc habẽtur.* καὶ θυμὸν, ἢ καὶ τῆς ἐκ τὸν περιέχοντος θερμασίας, *i. & ab ira, & ab ambientis caliditate.*

G† *Hæc præterea adduntur in veteri exẽplari,* οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα φρίκην μὲν ἐργάζεται, πυρετὼς δ' οὐκ ἐξάπτει, καὶ ταῦτα τῆς ἐνεστώσης ἐστὶ πραγματείας, *i. verumtamen et quæcunq; horrorem quidem faciunt, febrẽ vero non accẽdunt, & hæc præsentis sunt tractationis.*

*H σκοπούς.

A concoquitur: sed cognatio quædam ei, quod concoquit, cum eo, quod concoquitur, esse debet. Quod igitur omnino alienum est, nulla fieri ratione potest, vt id naturæ suæ gratiam recipiat, sed educere id, quàm primum est tentandum, æque certe, vt, quæ in ventre corrupta prorsus sunt, ea vel vomitione vel deiectione expelli profectò est optimum. Non tamen perinde promptum est in carne, atq; alijs corporibus, imbibitum vitiosum succum educere*, vt qui in ijs, quorum sensibilis capacitas est, continetur. Interdum nec ipsa laborantis natura medicamentum, quod malum succũ mature vacuet, admittit: sicuti interdum & alius quispiam affectus obstat, qui talem educendi rationem respuat. De quibus mox dicam, si prius, quod reliquum erat in superius posita diuisione, adiecero. Quippe communes scopos qui excrementorum vitijs medentur, iam diximus vacuationem alterationemq; esse. Proprios vero vtriusque generis nunc adijciamus. Neque enim vna tantum ratione educendum alterandum've est, sed explorata, quæ ei, quod affligit, maxime sit accommodata, ei est insistendum. Ea vero, vt in summa complectar, ratio est, quæ ex contrario opem molitur: priuatim vero, quæ ex cuiusque contrario. Et summæ quidem totius rei hæ sunt, quæ latius tamen nobis nunc explicandæ sunt vnà cum sua cuiusq; euidenti demonstratione, id q; ab vlcero so affectu orsis.

B *De Curatione affectus vlcerosi, ac de dignotione vitiosorum succorum.* CAP. 4.

QVoniam igitur eiusmodi lassitudo vitio acrium excrementorum oritur, ante omnia considerandum est, in solidis'ne tantum corporibus, an intra venarum sinus, malus succus contineatur. De ijs vero, quæ intra venas sunt, excrementis nullum planè nec manifestum nec euidens signum habemus præter solam vrinam: conijcere tamen ex his licet. Primum æstimabimus, quo'nam, qui affligitur, vsus sit victu. Secundo, solitus'ne sit malum succum naturæ sponte congerere. Ad hæc, an naturalis aliqua & cõsueta excretio iam desierit. Quarto, an exercitatione, purgatione per vomitum aluum've, gestationibus, aut vsu aquarum sponte nascentium, soliti superuacua expellere, id intermiserint. Atque in victu quidem videndum, an cruditas & crebrior & maior, quàm ex consuetudine, præcesserit: an mali succi cibis copiose se impleuerint: an vinũ pro antiquo mustum, pro tenui crassum, an *† aqua marina mistum, ⊱ biberint: an etiã prorsus à vino se ad aquę potionem trãstulerint: nec semel bis've in quolibet horum peccauerint, sed assidue, bono'q; tempore. Secundo (sicuti diximus) ęstimandum, num homo is, qui male habet, ex eorum numero sit, qui facile malũ succũ congerunt. Deprehendas id percontatus, an scabie, aut lepra, aut vitiligine, aut pruritu crebro sit affectus. Item an erysipelas, aut herpes, aut elephantiasis, aut ophiasis,

C aut alopeciasis, aut pustulæ crebræ, aut [b] vlcera, aut epinyctides, aut deniq; vllum symptoma, quod ex vitioso succo & natum & auctum est, illum male habuerit. Ab his consideranda diximus, consueta'ne vlla excretio retenta sit per vomitum, vel hæmorrhoidas, vel fistulam aliquam, vel dysenteriam: vel, si mulier est, per menstruum [c] profluuium. Deinde num ipse medicamento se purgare semper solitus, id intermiserit. Non nulli enim sunt, qui deiectorijs medicamentis, alij vomitorijs, aut vrinam sudorem've cientibus, aut vsu sponte nascentium aquarum, vtiq; quibus aut sulfuris, aut bituminis, aut nitri vis inest, vere vel autumno quotannis soliti excrementa vacuare, aliqñ id negligunt. Multi (vt dictum est) exercitationum cõsuetudinem dimiserunt. Alij rursus omnis frictionis, aut balnei, aut à vino dulci post balneum vomitionis, morem prætermiserunt. Sanè cõstat non illorum modo nos, qui optimo sunt corporis temperamento, fecisse mentionẽ, sed, quò nihil in mali succi causarum catalogo sit prætermissum, etiam eos, qui vitiosum succum natura prompte congerunt, sermone comprehendisse: de quibus fusius inter vitiosos corporum status proximis voluminibus agemus. Atq; ex his quidem de mali succi quantitate coniecturam facere oportebit, ac remedium ad mensuræ eius quantitatem proportione inuenire, mediocrius, si omnino sit exiguus, & ad cutem tantum collectus: valentius, si multus, & in profundo. Prius vero eius, qui

A † τεθαλαττωμένον vt & vetus interpres & Linacer verterunt. quanquam cod. quidã habet τεθολωμένον i. turbidum.

B * In Aldino cod. legitur ἡ ἑλκώδης ἐξ ἀνάγκης. manuscriptus autem ἡ ἑλκώδης ἐξάνθησις i. vel vlcerosa efflorescentia.

C * muliebre.

D exiguus, & iuxta cutem est, curatio dicetur: deinde eius, qui in carne residet: tertio ab his loco, eius, cui totus sanguis impurus excrementosusq; est. Sed, si quis iam institutum mihi ab initio repetẽs, boni succi iuuenem dederit, qui prius salubri omnino victus ratione sit vsus, nunc necessitate quapiam vrgente longi temporis iter confecerit, in quo nec exercitatus, nec lauatus pro consuetudine fuerit, cibis potioneq; mali succi vsus sit, tum à prandio, vel cœna, vel etiam toto die vehiculo sit vectus, nec bene plerunq; dormierit: illud tamen addatur, nihil huic in modo assumptorum erratum esse, proindeq; nec in cruditatem vllam incidisse: talis multum mali succi congessisse profectò nequiuerit: itaque etiam nec correctionem prolixam requirit, immo exercitationem tantum, quæ apotherapia dicitur: quam in proximo ante hunc libro docuimus, vbi pariter de accommodata ei rei victus ratione præcepimus: quò minus est hic multis morandum. Tantum eius meminisse conueniet, huc omne consilium dirigere, qui corpora sic affecta curat, vt excrementa, quæ circa cutem sunt, educat propterea, quod affectus in hac vna consistit. Itaq; rursus detur eundem iuuenem præter alia, quæ eadem sint, etiã in cruditates sæpe incidisse: detur & vlceris sensum habere, non cute tenus modo, verum etiam altius in corpore sic, vt totum id malis succis refertum suspicere: huic nec exercitationem, nec vllum omnino motum iniungemus, sed quiescere ac dormire iussum, in abstinentia totum diem exigere cogemus: dein vesperi pinguiter vncto, & temperato

Al. 1. f. 5. d. 2. c. 14. fol. 66. b

balneo

balneo mediocriter lauato, pro cibo dabimus sorbitionem aliquã boni succi, sed planè q̃ minimã. E
nec tñ à vino eum abstinebimus: cõcoquit enim id semicrudos humores, quantum aliud quiduis: tum sudorem vrinam q; promouet, ac somnum conciliat. In ijs autẽ, qui ita se habent, id agendum nobis est, vt, quod mali succi iam planè corruptum est, nec concoqui etiã potest, id sudore vrina q; expellatur: quod semicoctum adhuc est, concoquatur, atq; vtile reddatur. Id autem optime quiete somno q; conficet. Si ergo his peractis malum constiterit, ad consuetudinem rursus paulatim reducendus homo est. Sin in posterum ẽt diem duret, de valentiore iam remedio est cogitandum, maxime si per noctem vel lassitudo magis, q̃ ante, vel fastidiũ infestet, vel peruigilet, vel somnos turbatos & imaginationibus inquietos habeat: his enim, si vires nõ dissuadent, duorum alterum, aut sanguis mittendus est, aut purgatio exhibenda, sed discernentibus nobis, vtrum magis expediat, vt mox dicetur. Sin vires imbecilliores dehortantur, sanguis mittẽdus haudquaq; est, sed deiectio mediocris adhibenda. Cuiusmodi autem deiectio mediocris sit, in sequentibus, docebimus, sed si prius, quæ priora sunt, definiuerimus. Nam, virium robore constante si lassitudo adhuc infestat, æstimandum est, cum sanguinis'ne copia, an cum crudis ac minime concoctis humoribus, an per se solus consistat vitiosus humor, qui lassitudinem creat. Nam, si cum sanguinis copia, aut vena incidenda, aut aliquid, quod tantundem valet, agendum. Sanè tantundem possunt hæc: Quibus hæ- F
morrhoides sunt retentæ, si has aperueris. Si mulieri mẽstrua cõsuetudo cessauit, hanc si prouoces. Si quibus horum nihil est, si malleolos scalpello incidas. Post hæc aluus eo medicamento deijcienda est, quod maxime accomodatum malo succo sit. Quòd si vitiosi tantũ succi, hi q; citra sanguinis copiam subsint, purgatio petenda est, quæ infestanti excremento sit accõmoda. Infestat vero aliàs biliosum, aliàs † atræ bilis, aliàs pituitosum, sed quod vel salsum vel acidum sit: atq; horum quodlibet aut crassius, aut sero propius, aut media quapiam consistentia. De quorum discernendorum notis nunc agamus. Si cum pustulis (quæ Greci ἐξανθήματα vocant) lassitudinis affectus cõsistat, ex his facilis inuentu erit excrementi species. Sin absq; his, in boni quidem succi corporibus tum ex ijs, qui præcesserunt, cibis, tum reliquis, quæ ipsis corporibus inciderunt. In ijs vero, qui malos succos natura colligunt, hinc quoq; non nihil capiendum. Sed de eiusmodi temperamentis vberius post agetur: nunc de reliquis agamus, ex quibus licet de mali succi specie coniecturam accipere. Qui in ocio degunt, ij pituitosum aceruare succum solent. Quos multus labor exercet, ij biliosum vel melancholicum: illũ æstate, hunc autumno gignunt. Quin etiam, an diuturni labores fuerint, inspiciendum est. Quanto enim fuerint longiores, tanto sunt ad atram generandam bilem magis procliues. Præterea, qui cum multo sudore obeuntur, ij crassius excrementum faciunt. Qui G
sine sudore peraguntur, magis tenue, veluti qui hyeme & frigido aeris statu suscipiuntur. Considerandum ad hæc est non solum de vrinæ multitudine, & {qualitate} sed etiam de sudoris qualitate: hic "nãq; partim acidus, partim salsus est, partim veluti lutum aut virus planè olet: licet autẽ hoc est strigili deprehendere, cum lauantur. Sæpe nanq; amarus planè apparet, qualis vtique morbo regio laborantibus emittitur. Eius vero dignotio etiam citra gustum facilis est ex solo colore. Quippe pallidus pro eiusmodi bilis ratione apparet. Sæpe tñ post validissimos labores, & vehementem æstum planè flauus conspicitur. Aliqñ medius, atq; ex ambobus mistus cernitur, veluti quodammodo ex pallido flauus, ὠχρόξανθον Græce dicũt. Ad eundem modũ & ipse bilis humor se habet: quando hunc quoq; in vomitu deiectione q; aut pallidum, aut flauum, aut ex vtroq; compositum licet intueri. Qualiscunq; vero is in corpore habetur, tale necesse est eius appareat serum. Ac sudor quidem, succorum, qui in vniuerso corpore abundant, nota est: vrina, eorum tãtum, qui vasis continentur. Omnino ergo nihil omittendum: sed sudor quoq; ipse, vt modo diximus, inspiciendus. Aliquando vero ipsum, qui afficitur, gustare sudorem suum, quò certius internoscatur, iubemus. Id quod aliquando sua sponte accidere solet, dum ex fronte & eius partibus in os sæpe delabitur. Æstimare præterea vrinæ tum consistentiam, tum colorem oportebit. Sed nec, quæ in H
ea pendent, aut sidunt, prætermittere conueniet, sed omnia perpendere. Cuiusmodi.n. sanguis sit, qui in vasis continetur, ea planè ostendunt: qñ, si is biliosus sit, serum quoq; eius biliosum esse necesse est, idq; ꝓ vtriusuis bilis ratiõe. Simili modo pituitosum, si is sit pituitosus. Ergo, vbi crudus planè is est, vtiq; tenuis aquosa q; vrina cernitur, nihil, nec quod sidat, nec quod pendeat, in se habens. At, vbi is concoctus est, hæc in vrina apparent, atq; ẽt nubeculæ quædam desuper tenues superstant, veluti quod in summo lacte colligitur, (Græce γραῦς dicitur) & quod in summo refrigerati iusculi concreuit. Quòd si turbida sit, qualis veterinorum visitur, crudis vocatis humoribus refertas venas indicat, non tñ cessare naturam, sed eos valenter concoquere. Si vero celeris separatio crassi à liquido in ea cernitur, sit q; quod subsidit, album, leue, & æquale, iam iam superaturam eos omnes naturam indicat. Sin, cum emingitur, pura sit, protinus vero turbetur, iam crudi succi concoctionem aggredi naturam docet. At, si interposito tempore turbetur, non protinus, sed post aggressuram insinuat. Verum omnium † quæ turbant} vrinarum generalis nota esto ipsius crassi à liquidiore separatio aut propere aut tarde facta, aut omnino nulla. Ergo, si protinus fiat, & quod subsidit sit album, leue, & æquale, superiorem longe naturam succis, quos concoquit, ostendit. Sin bonum sit, quod subsidit, sed quod post longius interpositum tempus colligatur, etiam naturam

temporis

† Cũ Galenus multis in locis discrimen ponat ĩter atrã bilẽ & melancholicũ humorẽ, huius vero posterioris tñ mẽtionem hic faciat, tñ ĩterpres atram bilẽ, humoris melancholici loco, cõuertit, id q̃d in pluribus huius paginę locis illũ fecisse ẽ adnotandum.

* πικρόχολος.

A.l.4.f.2.t.1. c.70.fol.445.d

* θολερῶν i. turbidarum.

A temporis spatio superaturam succos nũciat. Si vero vel omnino nulla separatio, vel id, quod subsi dit, malum sit, imbecillitas naturæ significatur, eget q; ope aliqua ad succos percoquendos. Sicuti vero vrina, succorũ, qui in vasis sunt, qualitatem prodit, ita sudor, alia q; q̃ per vniuersum animalis habitum apparent, eos, qui illic sunt, affectus demonstrant. Quippe superantibus in eo calidis succis, insolito caloris sensu vrgetur: frigoris vero, cum frigidi dominantur. Iam albiores pituita superante, pallidiores bili abundante cernuntur. Quòd si meracior bilis sit, etiam planè flauiores. Siquidem color à succis prouenit, non ex solidis animalis partibus, vtique cum se succi in altũ non receperunt. Accidit vero id illis propter frigora, rigores, vel animi affectus, veluti timorem, vel ingentem tristitiam, vel incipientem verecundiam: quorum nullum si adsit, nunquã se in altum recipient succi. Æque nec in cutem violentius irruentes, hanc adurent vnquam, nisi animus aliquo modo affectus sit, aut æstu immodico animal extrinsecus obsessum. Ergo vehementer commotis, aut iratis, aut in pudore veluti reciprocantibus se humoribus inspicere colorem non oportet. At, si nec ambientis violentia calidi frigidi've, nec vllus animi affectus, cuiusmodi iam dictus est, subsit, certissima succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus, sicubi albius soli to est effectum, pituitosum abundare succum indicat: sicubi pallidius aut flauius, biliosum: ita, si-B cubi ad rubicundius, quàm pro natura, est mutatum, sanguinis abundantiam subesse significat: si cubi ad nigrius, nigram superesse bilem ostendit. Videas præterea ceu plumbi colorem aliqñ nonnullos habere: rursus aliqñ ceu misturam esse albi, liuidi q;: aliqñ liuorem solum sine albo consistere. Ergo eiusmodi colores, crudum dominari succum indicant: qui, cum de genere sit pituitæ, minus tamen humiditatis habet, q̃ ea, quæ publice vocatur pituita: plerunq; vero huic nec lentor inest. Nam, is, si adsit, Praxagoras eiusmodi succum vitreum appellat, egregie quidem frigidum, crassum tamen eo, quem crudum per eminentiam vocant, certe minus. Generaliter igitur eiusmodi succi omnes albi crudi q; sunt, nomenclaturam vero alius aliam sortitur. Nec attinet ad præsentem disputationem eos omnes distinguere, quippe ad quam illud tantum commune omnium accidens pertinet, quòd hi succi percocti à natura non sunt, sed crudi adhuc manẽt. Siquidem sanguis in medio est biliosorum, atque horum, quorum vtiq; genus vno vocabulo appellare licet vel crudum succum, vel pituitam. Illi nanq; ex sanguine fiunt, vbi supra iustum modum est percoctus: hi vero eo nondum perfecto. Sunt autem vtriusque generis innumeræ particulares differentiæ, cæterum quæ ab ijs, qui in talibus sunt periti, in numeratas species sunt iam descriptæ: quarum tamen ipsarum adeo hic omnium meminisse necesse non est, vt etiam satis sit eas ad vnum caput redige-C re, quod tibi veluti scopum agendorum proponas. Nam, quoniam alij prius, quàm ad exactũ sanguinem nutrimẽtum peruenit, veluti semicocti sunt, alij prorsus incocti crudi q;, alij paulo absunt à sanguinis forma, rursus alij sanguinis faciendi, siue (vt ita dicam) sanguificationis veluti vltima pars, qui vtique excessu caloris proueniunt, (quorum alij paululum, alij plus, alij plurimum à sanguine recesserunt) vbi paululum vel citra sanguinem restitum, vel vltra processum est, audacter mittendus sanguis est: vbi plus, consideratius agendum: vbi plurimum, in his nullus omnino mittendus est. Inspicere vero & quantitatem conueniet, vt, verbi gratia, si bonus sanguis exiguus sit, reliquus vero succus plurimus: vtiq; in his abstinendum à detractione sanguinis est. Sin is quidẽ exiguus, sanguis vero copiosus, audacter incidenda vena est. Dein deijcere (vt dictum est) aluum oportet, ratione habita de abundantis succi copia pariter & specie. Quòd si quis vel propter ætatem vel timiditatem permittere se medico ad sanguinem vllo modo detrahendum nolit, huic deijcienda largius aluus est: aut, si id quoque suspectum habet, alia ratione educendum superuacuum est. Ac in proposita nobis hactenus natura alias vacuandi rationes inuenire difficile non est: in alijs cum discretione & diligenti examine disquiri eas conueniet. Eam discretionem post tra demus, vbi de proposita boni succi natura tractationem absoluerimus. Pone enim talem homi-D nem ex mala victus ratione lassitudine affectum, deinde ex ijs, quas retulimus, notis, in venoso vasorum genere apparere subesse illi copiam semicrudorum succorum, in reliquo vero corpore toto multitudinem horum sanè mordacium, quos lassitudo secuta est, auctus præterea illi quodammodo & sanguis esto, maxime ergo (vt dictum est) detrahere primo de sanguine oportet, deinde succum illum educere, qui superare videtur: Non sustinente autem homine sanguinem sibi detrahi, augere deiectionem: Si vero neutrum admittat, aliam quampiam rationem iniri, qua maxime si nõ breui, at longiore tempore pristinam corporis habitudinem homo recipiat. Quoniam ergo duo prima sunt, quibus primum intentus sit, oportet, qui eiusmodi affectibus medebitur, crudorum siue etiam semicoctorum, qui ante sanguinis perfectionem fuerunt, percoctio & acrium ac mordacium, qui secundi sunt, & sanguine posteriores, eductio, abstinere eos conuenit ab omni valido motu: Blande vero vnctos, atq; oleo perfrictos, perquam suaui lauare balneo: inde in ocio abstinentia q; habere, atq; etiam somno, si fieri potest, minime ignorantibus nihil esse, quod æque concoquat ea, quæ cõcoqui possunt, & malos succos per halitũ digerat, vt somnus à balneo. Cum igitur (vt paulo ante diximus) primo die experti, an facile finita lassitudo sit, similiter grauatũ hominẽ cernimus, tum mittendus in balneum secundo ẽt die est, tum in quiete abstinentia q; habendus: æque vero, & si iterum & tertio {oportere videris, itidem} ieiunum lauabis, quietem ac som-

num

num ipsis lauationibus interponens. Cōducit ad somnū non in postremis ipsum quoq; balneum: sunt enim, qui eo sunt vsi, oēs magis ad somnū propensi, modo maioris momenti nihil obstiterit. Adeo tibi somnus & causa & signū percommodū speratæ vtilitatis sit: velut e diuerso non posse à balneo dormire, nec causa nec signū est cōmodum. Quippe plerunq; redundantis succi indicia ex somno vigilijs q; ceperis: frigidi nanq; succi marcorem, quod κῶμα græce vocant, et lōgiores somnos inducunt: calidi & mordaces, vigilias: &, si qñ dormitur, varijs imaginibus inquietos & turbatos somnos efficiunt sic, vt statim excitent. Sicuti aūt in primo die, ita ēt in secundo sorbitionem & minimā & simplicem illis exhibebimus: quippe large ijs apponere, quibus auferri potius aliquid debeat, planè est contrariū: sicut rursus oīno nō nutrire, & fastidia stomachi (quas græci ἄσας vocant) creat, & eundē lædit, & vires labefactat, & malū succū adauget. Ergo exiguū his dandum, ac potissimū, si fieri potest, ptissanę cremor simpliciter cōditus: si minus, farris eodem, quo ptissana, modo præparatus, cum paulo aceti adiecto: præsertim si cruditatis abundantiā vel in venis, vel in toto corporis habitu subesse suspicamur. Quippe, si nihil prsus aceti sit alicę admistū, glutinosior erit, q; vt propositis cōducat: itaq; obstruet magis, q; detergebit, halitus meatus: quod tñ maxime petitur in crassis ac glutinosis succis, cuiusmodi planè oēs pituitosi sunt. Ac boni quidem succi far ipsum est, & propterea eiusmodi, qui [a]† à vitioso facile securos præstet. Cæterū, nisi lentor eius corrigatur adiectis aceto & porri modico, non solū obstruet, sed ēt nutriet plenius, q; propositis sit ex vsu. Hac itaq; de causa ptissanæ cremor in hoc casu tutior est, vt qui tū modice nutriat, tum nusquā per angustos meatus hæreat, [b]† sed & permeet ipse, & meatus per totū detergeat, &, quicquid in semicoctis crudis ve succis continetur crassi, id dissecet ac resoluat. Horū ipsorū gratia & mulsa his idonea est, & oxymeli, & apomeli, & piper, & zingiber, postremo oīa quæ citra vitiosi generationem succi, humorē crassum dissecant soluunt q;: quorū materiam latius in sequentibus prosequemur. Ad institutū vero nunc sermonē exempli loco posita sint, & quæ iā sunt dicta, & quæ nūc dicenda. Frugū nanq; maxime apta est ptissana: Olerū, sola lactuca: Piscium, qui saxatiles dicuntur: Panis, qui & [c]† furno coctus, & fermentatus, & modice purus est: Aues mōticolę: Potio oxymeli, mulsa, vinū tenue, & album, semel q; quæ boni sunt succi, eadem q; detergent, nec glutinosa sunt, nec crassum succū efficiunt, nec valenter nutriunt. Quæ vero vrinā cient, hoc casu non probo, maxime quæ præualentia ex his sunt, & sanguinem calfaciunt ac liquant: quippe, quod concoquendum probe est, huic tanta adhuc vexatio non conuenit. Hæc itaq; oīa secundo die facienda ad hūc modū sunt, atq; ēt tertio, quarto q;. Ad hæc præterea, si tum lassitudinis [d] sensus leuetur, tū corpus coloratius appareat, tum somni quieti, & vrinæ cōcoctæ sint, fricare quidem liberalius, exercitare vero parce hominem audebis. His ita peractis, si nullus lassitudinis sensus pręterea supersit, ad consuetas statim exercitationes hominē reduces: sin quicquam appareat priorū aut symptomatum, aut notarum, rursus tu quoq; in id intentus, mutare tentabis ea, quæ particulatim nō recte habent. Si itaq; solius lassitudinis sensus recordatio superest, cæteris notis omnibus bene se habentibus, vtiq; apotherapiæ munere lassitudinē submouebis: sin aūt turbatæ notæ sunt, & veluti confusæ, cæterum lassitudo abest, in quiete maiore seruare hominem oportebit. Si vero ambo coierunt, eadem ratione hominis curam ages, qua prius vsus in eum statum duxisti, quo etiam exercitationis aliquid tentare auderes. Atq; ita quidem iam comprehenso affectui medendum censeo.

E F G (marginal section letters)

*ἠρτυμένον i. paratus.

*χόνδρον.

A † ἐπικεραστικὸς in græco legendū est, non aūt ἐπικρατητικὸς aut ἐπικεκρατητικὸς, ē aūt ἐπικεραστικὸν cō temperans, aut mordaciū humorū acrimoniā retundens.

B † Græci qdā codices addūt ὥσπερ ὁ χόνδρος, i. quēadmodum alica.

C † κλιβανίται i. clibano seu testu coctus qui testuaceus dicitur.

D * Al. διάθεσις.

De affectu Vlceroso, cui coniuncta sit cruditas primarum venarum, ac Diospolitico & medicamento Trium piperum parando. CAP. 5.

AT, si in eodem homine reliqua eadem sint, cæterum in lasso corpore sanguis bonus exiguus sit, crudi humores plurimi, huic nec sanguis mittendus, nec alui deiectio, aut exercitatio, aut omnino motus, aut balneum adhibendum: quippe incisa vena bonum saguinem emittit: malum, qui in primis maxime venis circa iecur, et quod mesenterium vocant, colligitur, in totum attrahit corpus. Deiectio vero in talibus tormina & rosiones creat, animi q; deliquia, cum eo, q nec notatu quippiam dignum educit: quando crudi omnes succi, pigri, atq; ad motum inepti propter crassitudinem frigiditatem q; sunt. Quo fit, vt etiam omnes angustas vias obstruant, per quas id, quod medicamentum deijcit, ferri ad aluum debeat: itaq; nec ipsi educantur, & alijs sint impedimento. Id quod sanè Hippocrates illo oraculo præcauit, quo breuissime præcipit, ‖ Concocta medicamento tentanda esse, non cruda. Eadem de causa nec exercitare, nec omnino mouere, sed nec lauare expedit eos, qui in primis venis crudorum copiam habēt: siquidem omnes id genus motus, succos illos in totum corpus agunt. Seruādi igitur hi sunt in omni quiete, danda q; ipsis cibus, potio, medicamenta q; sunt singula eius generis, quæ "attenuent, dissecent, & conficiant succorū crassitudinem, id q; citra manifestū calorē: nam, qui excalfacti vehementius succi sunt, ij in omnē corporis partē feruntur. Ergo nutries hos maxime oxymelite, aliqñ etiā ptissanæ & mulsæ exiguo quopiā: sustinent enim hi victū, si modo alij vlli, tenuem, ipsa nimirū crudorum copia, quos paulatim concoquunt, ad corporis alimentū abutentes. Quoniam aūt præcordia istiusmodi omnibus turgida inflata q; sunt, ac facile, quicquid assumpserint, in flatum vertitur, non inutile fuerit longi piperis aliquid cum cibo dare: quippe quod flatuosi spiritus crassitudinem soluit: &, quę in præcordijs pigra cessant, ad ventrem inferiorem depellit: & cōcoquendis, quæ sumpseris, subuenit, pro communi

H

1. Apho. 22. Ex t. ord. 10.b

A. l. 1. f. 3. d. 1 c. 14. fol. 66. c

*τὸ ὑποχόνδριον.

A muni piperum ratione. Quod si huius copia nō est, vtiq; albo vtendum, quippe quod supra duo
reliqua gña ventriculum roborat. Sin hoc non adest, optimū nigrum petendum est: id vero fuerit,
quod pondere pręcellit. Sanè vtilius sit & diospolitico vocato medicamento vti, cuius compositio
duplex est: Aliàs ex partibus oībus, cumino, pipere, ruta, nitro: pōt q; ita magis ventrem soluere:
Aliàs, cum reliquorum pari pōdere miscetur nitri dimidium. Præstiterit aūt cuminum esse, quod
vocant æthiopicū, piper vero vel longū, vel album. Macerabitur cuminū in aceto maxime acri:
dein cōtinuo id tunditur, aut ēt prius modice frigitur in vase fictili, quod coctum in camino q̄ op-
time sit. Quæ.n. exacte penitus q; cocta non sunt, hæc lutosa potius, q̄ figulina sunt, & qualitatum
suarū non nihil medicamentis remittunt. Sunto vero & rutæ folia modice siccata. Vt.n. si pluscu-
lū siccentur, acria amara q; redduntur, & supra, q̄ par est, calida, sic, si prorsus non sicces, excremen-
titiū quendā humorē retinent, non dū ex toto concoctum, cuius vitio flatum discutere minus pñt.
Quatuor his aliqñ despumatum mel additur, aliqñ nihil, sed sola sine melle reponuntur: ac ptisa-
næ cremori, & alijs, quibus maxime conuenire videntur, cibis inijciuntur. Sumitur & per se medi
camentū hoc & ante & post cibū. Porrò ad eū vsum optimum est, quod mel admistū habet, quod
vtiq; curiose sit despumatū: id.n. flatū maxime discutit: fit aūt, oportet, & mel optimū, si modo, qđ *ἀφυσώτατον i. flatū minime generans. quę vox bis hoc in loco ponitur.
B flatum discutiat, quod q; maxime dissecet, futurū medicamētum est. Appositū sanè remedium sic
affectis est, & quod ex tribus piperibus cōficitur, (διὰ τριῶν πεπέρεων græci vocāt) vtiq; cū nō ad-
modū medicamentosum fuerit, ex varijs q; confectū, sicuti à plerisq; medicorū cōponitur, mistu-
ræ cuiusdā ritu, quam καρυκείαν vocant, aut apri à mirificis istis coquis cōditi: adeo vt nō minimū
medicis, aut ijs, qui sumpserint, negociū sit immista illi medicamenta cōcoquere, ami, seseli, libysti- *Al. app.ar.ūr.
cum, & alia id genus: cruda.n. minime q; mutata ab ijs, qui ea sumpserint, longo tempore durare *Al. pinsere.
in ventriculo intelliguntur. Hæc igitur subtrahenda medicamento sunt: præter q; hæc helenium,
& nardi spica: ceu vero nō nulli cōponunt, ēt casia. Expedit aūt præparatū habere ad manum du-
pliciter, sicut ipse soleo: Alterū simplex, quod vtiq; ijs dandum est, qui minime cōcoxerunt, & qui
recens frigus in ventriculo habēt, & pituitosum succum: Alterum, quod medicamentosum ma-
gis est, quo maxime vtimur in ijs fluxionibus, quæ à capite descendunt ad pectus. Verum, hoc
quo pacto sit præparandum, alibi dicetur. Simplex illud, quo ad cruditatis abundātiam, quæ in pri
mis est venis, vtimur, hmōi est: Ad cuiusq; triū piperum ʒ quinquaginta, abunde adduntur anisi, et
thymi, & zingiberis, singulorum ʒ viij: & simplicissimum quidem hoc est. Etiam hoc ipso magis
simplex, à quo detractum zingiber est. Alterum vero est, quod ex ijsdē conficitur: verū ad cuiusq;
C trium piperum ʒ quinquaginta, reliquorū cuiusq; sedecim drachmarum inijcitur pondus, nempe
anisi, thymi, & zingiberis: quo etiam ad proposita vtimur commodissime. Debet autē, si haberi
potest, anisum Cretense esse: thymum aut Atticum, aut planè ex editis locis, & siccis: cuius quic-
qd lignosum est circūciso, coma ipsa vnà cū floribus inijcietur. Esto vero et piper, quod longū qui
dē est, integrū, minime q; foratum: æque vero & zingiber: nam ambo perforari facile solēt. Quin
etiam non solum nō perforatum, sed & verum illud, quod ex barbaris affertur, piper esto: hîc nan-
que, quod adulteratur, duplex est, alterū, quod in Alexandria maxime præparatur: alterū, quod
herbæ cuiusdā germen est. Qua vero maxime rōne internosci, quod adulterinū est, possit, ipse do-
cebo, tantisper pręfatus, nequis aut miretur, aut causam requirat, quamobrem vel cōponendi, vel
probandi medicamenti, hic tradere rationem subijt, qui in medendi libris non temere id facere so-
leam. Siquidem in illis, cū medicis ipsis duntaxat ago: hic vero etiam cum alijs vniuersis, quos ali-
qui cōi nomine φιλιατρὺς i. medicorum studiosos vocant, qui scilicet in primis disciplinis versan-
tur, quò intelligentiam suam exerceant. Porrò his necesse non est nec in libris de simplicibus me-
dicamentis, nec in opere de medicamentorum compositione, esse exercitatis, multo q; minus ex-
plorandi cuiusq; medicamenti, peritiam habere. His itaq; perscribi in plenum talia omnia satius
D est, sicut paulo ante de longo pipere tradere occepi. Principio enim experiendū gustu est, diligen
ter q; æstimandum, an piperis qualitates seruet: postea in aquam mittendum, nam, quod factitium
est, si per diem totum in humore maceretur, ilico liquatur, ac soluitur. Si ergo tum piperis ei qua-
litas planè inest, nec maceratum resoluitur, sit'q; (vt dictum est) minime foraminibus pertusum,
piper id lōgum idoneū iudicabis. Nigrum vero nec exile, nec rugosum, nec crassi corticis esto, sed
ex eo, quod ponderosum vocant, id, quod tum maximum, tum plenissimum est. Item q; de albo
simili modo eligatur, quod maximum est atq; plenissimum. Deinde oībus simul tusis, & per te-
nue cribrū trāsmissis, mel optimum curiose despumatum admiscetor. Sanè id odorum flauum q;
præterea acerrimum dulcissimum'q; fuerit: tum crassitudine nec planè crassa, nec liquida, sed, quæ, *συςάτη i. cōsistentia.
ita continuitatem suam tueatur, vt, si digitū in id demiseris, post in sublime attollas, quod mellis ab
eo defluit, longissima quasi linea sibi continuatum videas. Coquitur hoc recte, aut super carbo-
nes, aut ligna omnino arida, quæ etiam ἄκαπνα græci vocant. Hoc igitur medicamentum dare
conueniet non semel bis've quotidie, sed etiam sæpe: siquidem mane, & ante cibum, & post:
etiam cubitum euntibus recte datur cochlearij pleni mensura, atque huius quidem, vt paruis cor-
poribus parui, & maximis maximi, ita medijs ad portionem. Præterea etiam zingiber, quod
ex barbaris affertur, aceto maceratum assumere confert. Est id virentis herbæ radix, à collectu
statim

ſtatim in acetũ coniecta. Extinguitur.n.eiuſmodi medicamẽtorum calor circa ipſas primas venas, E
nec in totum perfertur corpus, veluti aliorum quorundam, cuiuſmodi id medicamentũ eſt, quod diacalaminthes, propterea quòd calaminthen recipit, vocant: de quo mox vberius agemus.

De Parando Oxymelite, ac de Apomelite, & vino, quæ propoſito affectui conducunt. CAP. 6.

IDcirco etiam oxymeli his vtiliſsimum eſt, vt prius diximus. Id ita præparari debebit. Cum melli optimo ſuper carbones ſpumam abſtuleris, conijcies in ipſum aceti tantum, vnde guſtanti nec acidum nimis, nec dulce videbitur: ac denuo ſuper prunas coques, quoad planè vnitæ amborum qualitates ſint, nec appareat guſtanti acetum adhuc crudum: hinc ab igni depones. Cumq; vti voles, aquam ei miſcebis, ita nimirum temperans, vt vinum. Ergo qui bibet, ſi nec de acore eius queritur, nec dulcedine, aſsiduè eo vtatur: ſin alterutro offenditur, adiecto quod deſideratur, rurſus id coques. Neq; enim eos probo, qui ſub vna quapiam menſura id conficiunt, qui mihi ſimiliter ijs affecti videntur, qui bibentes omnes ſimiliter aquam vino miſcere cenſent, non aduertentes quibuſdam vtique, qui dilutiori inſueuerunt, caput ſtatim, ſi vel puſillo meracius hauſerint, tentari: quibuſdam, qui meraciore delectantur, ſtomachum, ſi dilutius biberint, ſubuerti. Cum igitur in vino tam familiari potione iſta incidant, multo ſanè magis in oxymelite, vtpote, quàm vinum, tum minus familiari, tum magis forti, ipſa ſequi par eſt. Satius ergo ſit ex ſumentis guſtu, F
non noſtro, iudicium de modo facere, id eſſe ſumentis naturæ conuenientiſsimum oxymeli ratos, quod vtiq; eſt iucundiſsimum, proinde q; etiam vtile: contra aduerſiſsimum eſſe, quod iniucundum. Ipſam tamen primam ipſorum mistionem, quò plurimis conueniat, talem eſſe oportet. Vni aceti parti, mellis, à quo detracta ſpuma ſit, duplũ eſt miſcendum, deinde ambo in leni igni coquẽda, donec eorum qualitates in vnum coierint: ita enim nec acetum amplius crudum apparebit. Cum aqua vero ſtatim ita facies oxymeli. Melli quadruplum optimæ aquæ miſcebis, dein coques modico igni, quoad ſpumare deſinat. Ac malum quidem mel multam egerit ſpumam, quo etiam diutius coqui debebit. Optimum vero vt breuiſsimo tempore coquitur, ita minimum ſpumæ euomit, vnde nec pari ei coctione eſt opus: plurimum certe quartam partem eius quod ab initio eſt inditum, amittit: poſt vero dimidio aceti adiecto, rurſus coquendum, donec qualitatũ omnino ſit vnitas, nec acetum crudum etiam appareat. Conficitur ſanè oxymeli etiam tribus ſtatim ab initio miſtis, ad hunc modum. Aceti vni parti additur mellis duplũ, & aquæ quadruplum, atq; hæc ad tertiam partem coquuntur {vel etiam quartam,} ſpuma interim detracta. Quòd ſi valentius id facere ſtudes, tantundem inijcies aceti, quantum mellis. Apomeli vero optimũ aqua conficitur, bibitur q; tota æſtate refrigerãtis vice. Poteſt vero, cui id libet, & ad quam propoſuimus affe- G
* ὠφελίμως. ctionem, eo cõmode vti, potiſsimum vbi coacuit: id quod ei ſæpe contingit, aliàs magis, aliàs minus, vtpote ex aqua confecto non pluuia, ſicut mulſa, ſed qualibet: quanq; poteſt, qui volet, & ex pluuia aqua id conficere, ipſe q;, ſi pluuiam aquam probarem, id ſuaderem. Verum nec ipſam probo, & nihilo eſt deterius, ſi aceſcit, potiſsimum ad ea, quæ nunc ſunt propoſita. Quinimmo mediocriter etiam acet, quod ſaltem non omnino incurioſe eſt confectum. Sanè cura conficiendi in eo eſt, vt nec fauus admodũ ſit vitioſus, coquatur q; bene in fontana aqua, quæ & pura ſit, & dulcis. Oportet enim expreſſum à fauis mel eatenus in aqua coquere, quoad nulla inde ſpuma exiſtat. Ergo tum hac vtendum potione eſt, tum vero è vinis ijs, quæ leuiter aceſcunt. Nutriendum præterea cibis eſt, qui citra calorem extenuent, cuiuſmodi "capparis eſt ex oxymelite, vel aceto & oleo ſumpta ad duos vel tres dies, vt dictum eſt. Quòd ſi crudos iam ſuccos ſatis attenuatos ſperas, vinum dabis, quod & ſubſtantia ſit tenue, & colore fuluum, albumve: hoc enim &, ad ſucci bonitatem, & concoctionem facit: illud vrinam mouet. Sunt vero in Italia prioris generis Falernum, & Surrentinum: poſterioris Sabinum, & Albanum, & Adrianum. In Aſia vero prioris generis Leſbium, & Ariuſium: ſecundi Titacazenum, & Arſyinum. Atq; hæc exempli tantum gratia protulimus. Sunt autem & alia multa tum in Italia, tum in Aſia, & cæteris nationibus, quæ his ſunt ſimi- H
* σκοπὸς. lia, ex quibus facere delectum conueniet ad eas, quas diximus, notas reſpicientem, nempe colorem ac ſubſtantiam, craſſa vero & nigra reijcere, vt quæ tum malum ſuccum gignant, tum tarde penetrent. Quòd ſi his adhibitis melius habere ſe ſenſerit, etiam lauare tum hominem debebis, vngere q;, ac molliter fricare. Vt vero primum in vrina ſubſidentia viſuntur (ὑπόστασιν vocant) tũ frictiones augere, tum ad conſuetas exercitationes paulatim reducere. Hoc tempore vnguentis ijs quoque vtendum, quæ per halitum euocent, de quibus & ante mentionem feci, & in ſequentibus faciam. Haudquaquam tamen in eiuſmodi affectibus vomitu vtendum ſuaſerim, ſicut nonnullis eſt viſum tum medicis, tum gymnaſtis, falſis (vt opinor) ex ijs, quæ à Philotimo & Praxagora de eiuſmodi ſuccorum curatione ſunt ſcripta. Non enim cum laſsitudinum affectus abundant, ſed cum ſoli infeſtant, vomitus eos expellunt: quippe, cum nullum periculum ſit, ne intro violentius reuellatur aliquid eorum excrementorum, quæ in carne conſtitere: quemadmodum certe eſt, cum ambo redundant, & in primis venis cruda, & in ſolidis mordacia. Caueri enim in talibus ſatius eſt vtrunque reuulſum, & foras crudorum, & intro mordacium. Sicuti igitur in ſuperioribus cauimus, ne crudi ſucci foras traherentur, ita ne mordaces reuocentur intro, eſt vtiq; cauendum. Summæ vero eorum, quorum occaſione foras ferantur, hæ ſunt, exercitatio, & frictio, & balneum,

A.l. 1.f. 5.t.1 c.14.fol.66.c

A balneum,& fomenta calida,& vnctio calfaciens,tum ex animi affectibus iracundia, & vno verbo omnia,quæ succos,qui alte in animantis corpore sunt mersi, ad motum quoquo versus irritant. Quorum vero occasione intro ferantur,'ea sunt, quæ vtiq; prohibent foras ferri: talia sunt ex ijs, quæ cuti propinquant,& quæ frigida sunt,& quæ astringunt: ad hæc,quæcunq; succos {introrsus} attrahunt, aut alias quoquo modo ipsorum intro motum excitant: quorum sunt tristitia,& horror quacunq; de causa ortus, quippe cum & ex calida causa & frigida tum horrorē gigni,tum etiam rigorem,qualem supra descripsimus,est ostensum: præterea quæ auditu visu ve animo aut stuporem aut horrorem incutiunt. Hæc itaq; omnia deuitanda tum sunt,cum idem homo pariter & lassitudinem sentit, & venas habet crudis succis refertas. Nam neq;, qui extra sunt,recte intro reuocantur: neq; qui intus sunt,foras: immo qui foris sunt,leuiter educendi per halitū sunt: quidem quæ vehementius id faciunt,etiam eorum,quæ intus sunt,aliquid attrahunt. Qui vero intus sunt,ij attenuandi coquendi q; sunt. Quod si vel vomitu eos vel alui deiectione educere violentius tentes,vtiq; eorū,qui foris sunt,aliquid intro rapueris. Neq; accusandus Philotimus est, si tali vsus expulsione est,vbi citra vllum alium affectū crudorum abundantia in primis venis constitit: quin potius nos ipsos assuefacere par est,vt veterum scripta diligentius inspiciamus. Ergo,quibus intus
B crudi succi copia est,& foris lassitudinis sensus,ijs hyssopum in mulso coquens,non statim,nec primo die,sed in sequentibus dabis: vomitu vero abstinebis,veritus (vt diximus) nequid excrementi externi intro rursum reuocetur. Praxagoras vero ac Philotimus rationabiliter post eiusmodi mulsum,vomitum probant,propterea quod crudos citra lassitudinem succos curant.

De Vlceroso affectu,cui cruditas in extremo corporis habitu sit coniuncta: ac de parando medicamento Diacalaminthes. CAP. 7.

CÆterum quoniam de his abunde dictum est, tempus monet reliquum aggrediamur affectum, † in quo cum vlceroso sensu etiam crudorum copia in corporis habitum est recepta. Accidunt hæc in ijs maxime negociorum circunstantijs,in quibus aut calor,aut immodicus labor, crudos succos a venis in carnem rapit: id que ijs,qui nullam ad præsens recentem cruditatem contraxerunt. Quippe hæc si adsit,vniuersum ita corpus crudis succis occupabitur. Cuiusmodi affectus curatio etiam post a nobis dicetur. Verum,quoniam compositum omne posterius simplici est,præstat (arbitror) reliquum simplicem affectum prius expedire,ac deinde ad compositos venire: quanquam ne hunc quidem omnino simplicem est arbitrandum, sed vt inter lassitudines sua sponte ortas simplicem. Proposito nanq; nobis affectu,qui lassitudinem excitat,adijcimus illi reli
C quos: sed, quia in mistione alias simplex vna q; affectio additur, alias cōposita, ita simplicem appellauimus hanc,de qua nunc agimus. Esto igitur crudi succi copia in solidis animalis partibus, non in venis: cui accedat vlcerosæ lassitudinis in his ipsis affectus: quippe talis erat ea hypothesis, de qua inter initia sermonis loqui institueramus. Sicuti igitur, in quorum venis, & præcipue in primis,crudorum copia erat,ijs esse a calidis cauendum censuimus,veriti, ne eiusmodi succi in habitum corporis pertraherentur,ita nunc id timere non oportet. Ergo danda his sunt, quæ vel ad cutim vsq; calorem suum transmittant: fricandum q; largiter oleo, quod relaxandi vim habet, ac potissimum mane,cum surgunt a somno: nam ea frictio simul concoquit crudum succum, simul corpoream molem animantis nutrit. Quiescendum vero post hæc diu est, siquidem probe sint cessura. Sane multo euidentius efficiant,cuius gratia fiunt,si homo exiguum cibū pridie sumpserit: nec aliud a cœna bibat, quam vinum, quod fuluum sit ac tenue. Nec vero ilico exercitandum assidue & vehementer est,necubi imprudentes crudo adhuc succo nutriri corpus cogamus. Vtilius itaque fuerit mane largius fricare, & post id diu quiescere,ac modice inambulare: tum denuo multa vti frictione,& balneo modice calido,præterea alimentis,quæ & boni sint succi, & minime glutinosa. Eorum materia supra iam dicta est, vbi ptisanam ad talia laudaui,& pisces saxati-
D les,& aues monticolas. Apti cibi sunt & qui attenuant, de quibus scripsimus vno libro. Nec est q verearis,ne calorem vehementer accendas: quinimmo medicamen, quod diacalaminthen vocant,audacter dabis. Est vero compositio eius huiusmodi. Accipe calaminthes, & pulegij, & petroselini, & seseleos, cuiusq; [a] † vncias duas: seminis apij,cacuminū thymi,vtriusq; [b] † vncias quatuor: ad hæc lybistici [c] vncias xvj,piperis vero octo & quadraginta. Ac piper quidem grauis esto ponderis: quod βαρύσταθμον vocāt. Seseli vero Massiliense: petroselinum Macedonicum,huiusq; præcipue Astreoticum: calaminthe & pulegium potissimum ex Creta, sin minus,certe ex regionibus editis & siccis: simili ratione & thymum. Atq; herbarum quidem,quicquid lignosum durum q; est,id abijciendum: accipienda vero ad medicamentum folia,atq; ex his maxime, quæ subtilissima virentissima q; sunt,atq; in summis herbis nata: ad hæc flores,&,quę cum ijs sunt vna,minutissimas tenuissimas q; festucas. Hæc omnia simul tundēda cribranda q; sunt tenui cribro: quippe eiusmodi medicamenta in totum corporis habitum maxime digeruntur: veluti e diuerso crassiora in ventre hærent,vt quæ angusta venarum oscula subire nequeant. Quam obrem etiam medicamentum,quod diospoliticon vocant,cuius in hoc libro antea mentionem feci, crassius facere soleo,quoties deijcere aluum per id studeo. Quidam vero id non intelligens,cum tenuissimum minutissimum q; instar pollinis fecisset,vt aluo deijciendæ nihil contulit, sed vrinam plane mul-

tam

Margin notes:

† Alij græci codices habent κα[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], in quo venæ quidē bonum sanguinē continent: quantitate qdē mediocrē, crudorum vero humorū copia &c.

* διαθέσει.

A † In græcis codicibus variat nota ponderū, aliq enim habēt drachmas loco vnciarū, scilicet loco I : & vbi legitur [illegible] nō duas vncias sed xij.

B † Al. drachm. xvi.

C † Al. drachmas.

l. 2. t. 1. cap. fol. 96. f

tam mouit: mecum rem communicauit, mirans ac sciscitans euetus eius veram causam. Ipse enim E arbitrari se aiebat hominis intemperatiam, (nam ita appellabat) eius quod inciderat, causam esse: vt vero propriam causam didicit esse compositionis rationem, postmodum aliter composuit, meliore successu. Ac huius quidem præcepti in omnium medicamentorum compositione meminisse expedit: propositum vero in præsenti medicamentum, omnia prorsus subtilia postulat, quo facile in omnem corporis partem digerantur ferantur q́ȝ. Miscendum vero his ita præparatis est mel optimum curiose despumatum. Porro vsus eius erit post matutinam frictionem, ante q̃ȝ exercitationem & balneum. Licet & sine admisto melle siccum medicamentum reponere, eo q̃ȝ salis vice ad obsonia præparati vti. Licet & in ptissanã veluti acetum iniĳcere, vel in eiusmodi aliquid pro pipere. Non modo autem siccum ipsum medicamentum, salis ritu in vario est vsu, sed etiam cum melli est admistum: siquidem id quoq; potest cum aliquo cibo mistum sumi, ita, vt iucũdum vtenti sit. Post cibum tamen nunquam nec hoc medicamentum, nec aliud vllum, quod ad distributionem vehementiorem facit, sumendum est: non enim distribui tunc, sed concoqui quæ sumpta sunt, est vtilius. Melius itaq; fit ĳs, qui externo aliquo præsidio ad concoctionem egent, hoc tempore exhiberi dia trion pipereon simplex: cuius compositionem ante exposui. Quin etiam ipsum piper potioni inspersum, percommodum est ad ea, de quibus agimus: quod si qua fortasse maior F necessitas inciderit, etiam quod ex succo mali cydonĳ conficitur: cuius omnem compositionem vires q́ȝ diligenter in sequentibus explicabimus. Verum ad ea quæ nunc agimus, omnium quæ mihi cognita sunt, optimum medicamentum est diacalaminthes: nam & crassa lenta q́ȝ attenuat, & per halitum educit, & vrinas mouet, & mulieribus menses. Est autem vsu quoque iucundissimũ, præsertim cum liberalius mel accepit: quo tempore coqui largius postulat. Qui vero auersantur dulcia, & mel fugiunt (nam eiusmodi quoq; naturas inuenias) ĳs parum in cõpositione miscebis. Sanè melius his quoque fuerit, si largius coquatur: nam & minus est eo pacto dulce, & minus stomachum eorum, qui à melle naturaliter abhorrent, subuertit. Atque omnia quidẽ huiusmodi vel ante nostram admonitionem sibi ipsi quis excogitabit, vnum scilicet vbiq; destinans, nempe vt, quoad fieri licet, iucundissimum fiat medicamentum, sed tamen virium eius vtilitate seruata: non enim hanc, dum dulcedini studetur, solui iubeo. Vbi igitur circiter duos vel tres primos dies ita præparatus homo est, non incommodum fuerit etiam consuetis eum exercitationibus admouere, animaduersis prius tum coloris bonitate, tum alĳs notis, quæ in præcedentibus sunt comprehensæ. Nam si omnia commode se habere videntur, plene exercitandus est: sin minus, etiam ante mediocritatem desistet: ac in prius dictis tum victu tum medicamentis eo die habendus: postridie rursus exercitationi dandus, super ĳsdem tum notis, tum scopis, vt cum omnia ex sententia, commoda q́ȝ appareant, ad eandem victus rationem reuoces, cui ante insueuit, quàm lassitudinis symptomate vrgeretur. G

Margin: * ἀκρασίαν est i multis codicib. græcis, vt vertit interpres. ἰδιοσυγκρασίαν est in vetustissimo optimo q́ȝ exemplari, & videtur esse melior lectio. quid antẽ sit idiosyncrasia, vide 3 Meth. med. cap. 2. et cap. 7.

Margin: * ἡδονῆς i. iucunditati.

De Acopis ex semine abietino, & populi floribus: ac de reliquis medicamentis parandis, quæ proposito affectui conueniunt. CAP. 8.

Quoniam vero & acopo, quod ex abiete fit, vti expedit ĳs, qui in carne & tota corporis mole succos congesserunt, qui aut concoqui desiderent, aut per halitum digeri, non ab re fuerit eius quoque compositionem apponere. Est igitur abietis* pulcherrimum semen circa Arcturi emersum, quo tempore Romæ September mensis est, apud nos vero Pergami Hyperbertæus, Athenis Mysteria. Id semen coniĳcere oportet in oleum quolibet anni tempore: nullum enim in ea re discrimen est. Melius tamen fuerit, si id contundas prius, quàm iniĳcias: quando ita citius oleum sua qualitate vi q́ȝ inficiet. Erit id spatium dierum minimum quadraginta. Nos vero sæpe & tres, & quatuor, etiam multo plures menses, macerari permisimus: † sic deinde semen abiecimus, humidum vero linteo percolauimus. Esto vero eius generis oleum, cui relaxandi vis insit: cuiusmodi in Italia Sabinum est. Coniĳcies autem in quinq; & viginti heminas eius seminis abie- H tis modium Italicum. Esto autem & hemina ipsa Italica: quam vtique & libram nominant. Vbi vero maceratum in eo semen fuerit, multo planè minus redditur. Ei igitur quod reliquum est, idoneus ceræ modus erit, si quatuor libras immiseris, resinæ vero abietinæ libræ vnius partem tertiã: id æquat drachmas trigintaduas. Iniĳcies vero & pineæ resinæ tantundem. Quòd si harum copia non sit, earum loco terebinthina vtendum. Coques vero commodius hæc in vase duplici, aut certe igni lento, qualis prunarum est: quæ tamen nec ipsæ multæ esse debent. Medicamen hoc aptissimum est ad omnem lassitudinem, seu sponte ortam, seu alia quauis ratione contractam. Vtile sanè medicamentum est & quod ex populi floribus fit. Id tale est: Ex floribus populi adhuc cõniuentibus modius Italicus in quindecim aut viginti libras Sabini olei immittitur. Si id præsto non est, simile aliquod præparandum oleum est. Dictum vero in præcedentibus est simile esse, quodcunque tenue est, nec vllam adstringendi vim habet. Magis vero ad rem pertinebit, & si modice contritum ipsum florem in oleum coniĳcies. Quòd si quotidie medicamentum dimouebis, id'que potissimum cum Sol feruebit, ac in domo calida repones, celerius ita magis'q; tum qualitas populi tum vis in oleum migrabit. Itaq; post binos ternos've menses potes flore expresso atq; abiecto habere oleum, quod sine vlla morsione per halitum digerat, id q́ȝ nihilo minus, quàm abietinum.

Margin: * ὡραιότατον

Margin: † Græci quidã codices à vulgatis hoc in loco plurimũ variãt, habẽt enĩ, κἄπειθ' ἔτω λαβόντες, εἶτα τὴν ὑγρότητα τοῦ σπέρματος ἐκθλίψαντες, αὐτὸ μὲν ἀπερρίψαμεν τὸ σπέρμα, i. vbi deinde sic accepimus, ac postea seminis humiditatẽ expressimus, ipsum q̃dẽ s[e]m[e]n abiecimus.

Margin: ' strobilinæ.

Quin etiam

A Quin etiam ceræ & resinæ tantundem iniicere licet, quantū paulo ante in id, quod ex abiete confici diximus. Si quādo vero humidū id, quod expressum est, crassius videbitur, sat fuerit vel quintam partem ceræ adiici, nedum quartam. Ego vero etiam sextam me addidisse scio, vbi & oleum crassum erat effectum, &, qui vsurus erat, liquidiore medicamento delectabatur. Non nulli diu macerari tum flores, tum semina non ferentes, partim ea percoquere in oleo cogunt, partim aquā iniicere: vtiq; qui cautiores sunt: quò videlicet nec torreantur, quæ sunt iniecta, nec oleum vstionem odore referat. Qui vero his magis sunt curiosi, in duplicibus ij vasis coquunt: hoc fit, cum in lebete, in quo sit aqua feruens, inseritur exiguum vasculum, in quod fundi oleum debet. Id quod sanè nos facimus, non tamen ad semina flores'ue coquendos, (quippe hac coctione minime egemus, propterea quòd ea diu maceramus) sed tum, cum in conficiendo medicamento ceram & resinas liquare in lebete paramus. Qui vero celerius ea præparare cogit, hunc necesse est &, vt prædictum est, præcoquere, &, ne torreantur, aquam vinum'ue iniicere. Atq; ad ea quidem, de quibus nunc agitur, vtilior aqua est: vinum vero ad podagricos affectus, &, vno verbo, articulares.

Porrò sufficit tantulum aquæ admisceri, quantum coquendo totum vanescet. Is modus erit, si quadruplum eius aut quintuplum oleum sit. Ergo & hæc medicamenta succos, quicunque non

A.li.1.t.3.d.2. c.16. fol.66.g B admodum crassi nec lenti in carne cute'que resident, euaporant: & ad hæc, quod ex chamæmelo fit, oleum, tum ipsum solum, tum vero cera resina'que adiectis. Quorum modus hic quoque satis erit idoneus, si ceræ pars quarta, resinæ duodecima sit immista. Sicui vero nullius horum, quæ memorauimus, oleorum copia sit, huic anethinum præparasse est facillimum. Potest vero & id medicamentum per halitum digerere, siue solo eo, siue cum cera resina q; vtare. Danda vero opera est, vt in vase duplici & anethinum coquatur: vtilius'que fuerit, si anethum viride sit. Quod vtique, si, quo tempore requiris, competet, maturum id esto. Iam sampsychinum oleum hyeme, & regione frigida, ac tempestate simili, idoneum medicamentum est. Habeto vero ceram ac resinam id quoque, si præsertim manere id super vncto corpore diutius studes. Simili ratione ros maris herba oleo incoquenda. Quòd si nec ea sit ad manum, betæ albæ radix, & *cucurbitæ agrestis, & althææ, & vitis albæ efficaciter euaporāt, vbi suam ipsæ qualitatem vires'que in oleo aliquo similis facultatis dimiserunt. Quodcunque vero sic præparatum oleum est, in id si vel ceram solam, vel cum ea resinam iniicere voles, non solum pulcherrimum, sed etiam, quod in loco bene hærebit, vnguentum facies. Abunde autem omnino erit, si ceræ quartam partem, resinę duodecimam inieceris. Si vero etiam duas resinas iniicies, nempe abietinā, ac pineam, quam στροβιλίνην græce

C vocant, aut tertiam super has terebinthinam, aut etiam, hæ si desint, liquidam piceam resinam, sic quoq; medicamentū feceris, quod euaporandi vim habet: iam, hæ si desint, aut ea, quæ in fictilibus habetur, resina miscenda, aut quam φρυκτὴν græci dicunt, id est frixam. Nec ignoro tamen has supradictis imbecilliores, cęterum non omnino contemnendas.

*σικύας ἀγρίας, id est cucumeris agrestis.

*In græcis legitur no[illegible], idest resina, sed πιτυίνη, idest picea.

De Vlceroso affectu, cui crudorum succorum copia in corpore vniuerso coniungatur. CAP. 9.

CVm vero reliquus lassitudinis affectus sit, in quo supra vlcerosum sensum copia crudorum in toto corpore congesta est, de hoc quoq; dicendum est. Nec est inuentu difficile, quemadmodum emēdetur, si quis ea, quę dicta sunt, sequatur. Si enim, vbi in primis venis crudi succi copia est, dissecandum nobis eum esse, concoquendum q; diximus, cauentibus semper, ne in habitum corporis traducatur: vbi vero in extremis venis & corporis habitu resedit, & concoquendū pariter & per halitum resoluendum: nimirum quibus ambo inciderūt, in iis ambæ rationes sunt miscendę: atq; id, si quidem pari noxa vrgere videbuntur, ęquali vtriusque respectu: sin alterum prægrauat, vtique totius curationis studio in id propenso, nec tamen altero, quod minus est, neglecto. Miscebis autem vtriusq; curationem ad hunc modum. Non enim ab re fuerit exemplo

..lib.4.f.1.t.2. .7.fol.418.c

..li.1.f.3.d.2. 12.fol.65.f

D aliquid de hoc egisse. Suasimus iis, quibus in primis maxime venis crudi succi congesta copia est, simplici dia trion pipereon medicamēto vti. Ergo, si non modo in his, sed etiam in omnibus venis sit, super q; in ipsa carne, in principio curationis ipso dia trion pipereon vtendum, sed cui admistum petroselini tantum sit, quantum anisi, & thymi, & zingiberis habebat: post primum vero diem, magis q; etiam post secundum, miscendum eidem est aliquid dia calaminthes: mox vero partes ęque miscendæ: procedente deinde tēpore, ipsius dia calaminthes plus addendum: ad extremum vero etiam solum exhibebitur. Ad eundem modum & in reliqua omni victus ratione, quoties pares affectus sunt, miscendæ eorum medendi rationes sunt, sed ita tamen, vt inter initia potiores medendi partes iis præstentur, quę in primis continentur venis: in fine vero iis, quæ in carne: medio inter hęc tēpore ambę rationes ęquabiliter miscebūtur. Hęc igitur dicta à me sunt, & patere iam arbitror, qua ratione corrigere oportet, quod peccatum in succis est, prius, quam hominem morbus occupet. Ex iis enim, quæ in vlceroso affectu retulimus, cum adiunctus vitioso succo est, ratiocinari licet & de alio quouis, cum solus constiterit.

De curatione Affectus, qui tensionem, & qui inflammationem refert. CAP. 10.

AC de primo quidem lassitudinū genere, in quo punctionis quidem sensus † omnes animalis partes infestat, ac cęteris vitiosi succi redundantiis, quę corpori vel solę, vel cū lassitudine

† clarius legitur in antiquis græcis, κατὰ πάντα τοῦ ζώου τὸν ὄγκον, i. vniuersam animalis molem.

accedunt, fermè diximus vniuersa. De ea vero lassitudine, quæ à nobis tensionis est appellata, deinceps agamus. Atq; "hanc quidem, cum citra exercitationem constiterit, abundantiam indicare aliquam, quę solidas animalis partes distendat, tum aliis quibusdam probatis visum est medicis, tum non in postremis Erasistrato. Vbi vero sanguinis redundantia grauat, dictum (puto) supra est optimum esse vel venam incidere, vel malleolum scarificare. Resumendus vero idem & nunc sermo est vel Erasistrati causa, q nec in alio quouis, neq; vero in hoc affectu, sanguinis detractione est vsus. Ac, ꝙ in saluberrima quidē natura, de qua sermo habetur, licet alia quoq; ratione eiusmodi redundantiā emittere, dictum supra est. In vitiosis nanq;, in quibus videlicet vel cerebro, vel in spiritus instrumentis, excrementum substitit, quantum discrimen aditur, si sanguinis detractione omissa, alia vacuandi ratione vtare, dicetur alicubi in sequentibus libris, vbi de vitiosis corporum statibus agemus. Sed & dictum iam est in libro, quem de sanguinis missione scripsimus contra Erasistratum: quo minus hoc loco longior de his habendus sermo est, sed ad reliquum & tertium lassitudinis genus, cum sponte oritur, transeundum: quod in superioribus, phlegmones similitudinem repræsentare diximus & propter doloris magnitudinem, & ꝙ cum euidenti calore etiam musculos in maiorem molem attollat. Hæc lassitudo ne paucis quidem horis, nedum duobus tribus'ue diebus, eodem tenore consistit, prout Erasistrato placet, sed statim febrē accendit vehemētissimam, nisi sanguinis "detractione malo prius sit occursum. Quin etiā calidissimus est in huiusmodi lassitudine sanguis: eius q; plurimum detrahi postulant, qui ea premuntur ferè oēs. Non pauci vero eorum febricitant, etiam si sanguinē detraxeris. Itaq; nec cunctari, nec parū detrahere cōuenit, sed & mature educere, &, nisi quid aliud vetat, ad animi defectū vsq;. Optimū vero fuerit bis eodē die, si fieri potest, detrahere. Ac primū quidē ita mittere expedit, vt animi defectum homo non adeat: secundo vero ne defectus quidē ipse est formidādus. Quippe, qui prio re detractione resolutus est, secundam sustinere haud poterit: in hac vero, si quid tale homini in cidit, facile reuocabitur. Qui vero sic affecti sanguinem nō miserint, hi si euaserint, vtiq; fortunæ beneficio id acceptum ferent: sed nec euadent, nisi alia quapiam ratione leuentur, aut sanguinis è naribus profluuio, aut largo sudore effuso. Porrò æstimare diligenter oportet, qui sanguinem sunt missuri, in thorace'ne, dorso, & lumbis, tensio pulsans q; dolor figatur, an in capite potius & collo. His enim affectis humeralem venā diuides, maxime si repletum caput & calidum sentiūt: illis vero internā: si vero omnino æquabiliter lassitudo corpus occupat, ambarum mediam. Ac, si ab incisa quidem vena febrire cœperint, curandi iam methodi opus est his prospicere: sin autē tum non febricitent, primo die post incisam venam aut ptissanæ cremorem, aut sorbitionem ex alica, solum dabis. Secundo vero etiam lauare licet cum copioso oleo: nutrire vero, tametsi laueris, planè moderatissime debebis, lactucę, "si placet, aliquid offerens, vel (si sit) cucurbitæ & ptissanę. Est & alica nō inutilis, siue hanc aceto, vt ptissanam, condias, siue etiā sine aceto. Si cucurbitæ copia non sit, malua beta q; & lapatho & atriplice est vtendū. Quòd si carnē quoq; gustare velit, saxatiles pisces vel oniscos in albo iure bene elixos dabis. Voco ius album, cū sine garo, magis q; etiam sine superuacua cōditura, cuiusmodi καρυκ'ναν greci vocant, pręparatur, anetho sale q; cū oleo & porri exiguo in aquam coniectis. Vino autem vtiliter etiā ipso secundo die parcet: tertio vero, si quidem aquæ potionem facile toleret, tunc quoq; vino abstinebit: si non ferat, potissimū quidē apomeli dabis, quippe leuiter refrigerat ea quoq; potio, quo vtiq; indigent, quæ phlegmones sensum habent, lassitudines. Hoc si nō sit, album & tenue vinum offeres: † alia q; pro ratione exhibebis, quę vt boni sint succi, ita minime calfaciant. Cauēdum vero præter cętera est, ne propere & multum, {sed sensim & paulatim,} renutrias. Quippe qui post huiusmodi exinanitionē ad pristinam diętam protinus redeunt, iis corporis habitus crudis succis impletur: quos nimirū ante, ꝗ concocti commode in ventriculo venis q; sunt, corporis moles ad se rapit. Et hęc quidem lassitudo cōmodissime ad hunc modū curatur. Quam aūt ob rem in iis, qui hac premuntur, iterari sanguinis detractionem iubeam, nec hos multū ac simul reficere, satis profectò fuerit vel Empiricorum causam reddere: nempe ꝙ & magis iuuantur, quibus sic est emissus, & bona valetudine diutius fruuntur, qui, sicut cōprehensum est, sunt tractati. Cęterum, & quæ ex natura rei ducitur, rationem apposuisse nō sit alienum. Qm̄ igitur in hac, quę veluti phlegmone fatigat, lassitudine vis calidi sanguinis congesta in corporis mole est, venæ autem sectio succos è vasis emittit, vtile est post priorem detractionem tantisper intermittere, dum aliquid eorū, qui in corpore sunt humores, remigret ad uenas. Quod tamen, qm̄ committendum non est, ut in his maneat, utpote ex dimidio corruptum, sed potius plurimum eius expellatur, idcirco detractionem sanguinis etiam secundo die iteramus: aliqñ uero & in tertio, ubi uidelicet & reuellere, & ex aliis in alia trāsferre, uisum est conducere. Dictum uero de omni eiusmodi ratione exactius est in iis, quæ de sanguinis detractione scripsimus: quæ nunc ideo recensendi locus non est, ꝙ & ad medendi artem magis pertinet, & in hoc ipso fortassis opere plenius de sanguinis missione sumus acturi.

Marginalia: E; A. li. 1. f. 3. d. 2. c. 16. fol. 67. a; F; A. ibidem.; * λειποθυμῆσαι. * λειποψυχίαν. * Græca lectio hēt νυγματώδης, i. pungēs, non στυγματώδης. * χόνδρα.; G; A. ibidem.; † καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον ἀνακομίζειν, id est alis'que pro ratione restaurabis. vt vertit vetus interpres.; H; * διορισμῶν, id est distinctionibus.

A sanguinis detractione non esse statim nutriendum. CAP. II.

RElíquum ergo est, vbi docuerimus nō esse à sanguinis missione festinātèr reficiendum, hic librum hunc finiamus. Pręsumetur aūt & ad huius sermonis fidē quiddam, quod in opere de

* πληρῶν.

A de naturalibus potentiis est demonstratum. Ibi enim ostendimus omnibus iis, quæ propria natura reguntur, vim quādam esse insitam, qua similes, quibus alanī, succos possint attrahere. Demonstratum præterea est, vbi proprio & cōmodo nutrimēto destituuntur, vrgeri vel eius, quod non cōmodum est, aliquid rapere: tale porrò est, quod non dum in ventriculo venisq; concoctū est. Ergo necessum est, cū homo *largius se cibis per hoc tempus impleuerit, eo casu crudi succi plurimum in corpus animalis rapi, id q; multis de causis, & q deterius in ventre venisq; concoquitur, quod copiosius est: & q multum in corporis molem ideo subit, quia multū superest: & q citius etiam, q̄ par est, propterea q vēter venis, venę reliquis oībus animalis partibus, rapi, quod non dum cōfectum est, permittunt. Quod adeo non facerēt, si id exiguum esset, quod ipsæ haberent: demonstratum est enim partes ipsas ex alimento primum sua portione frui, mox cæteris transmittere. Ergo vltima præcipuaq; noxæ causa est iis, qui sic sunt affecti, q, quæ in corporea animalis mole habentur, partes, vbi multum semicoctum q; attraxerunt nutrimentum, non paruam excrementorum vim ex ea re congerunt: cum neq; perinde, ac si bonum esset, concoquere id omne valeāt, neq; etiam vt cum corpore coalescat & assimiletur, efficere: immo parū prospere singulas functiones obire post vitiosum multum q; nutrimentum par est. Similiter enim his euenire necesse est, vt ventri, cum abundantia male pręparati cibi est refertus. Male pręparata voco, quę elixari torreri'ue debentia iustum in his finem non sunt consecuta. Ergo, siue panis non satis est coctus, siue caro legumen'ue intra modum elixum, fieri nequit, vt hæc venter probe concoquat. Eadem vero ratione se habent, & quæ in ventre male sunt confecta, ad secundam cōcoctionem, quę agitur in venis, qua male pręparati cibi ad concoctionem, quę est in ventre. Quin etiā, quę in venis male sunt concocta, sic se habent ad concoctionem, quę agitur in carne, quemadmodum se habebant cibi ad eam, quę est in ventre: &, quę ex hoc subeuntia, ad eam, quę est in venis. Ergo nec venter externa, quę sumpsit, exacte concoquit, nec venę hęc, quę à ventre excipiūt: sed nec carnes, quę ex venis, vbi probe ante non sunt confecta. Atque interim excrementi copiam in corpore prouenire est necesse. Ac rem quidem omnē, vt breuissime licuit, iam diximus. Quòd si quis dictorum cuiusq; certam ex demonstratione scientiam cepisse velit, is librū de naturalibus virtutibus legat: in quo primum illud liquido demonstratum est, ventrem sua ipsius causa nutrimentum suscipere, vt eo tum fruatur, tum, quod sibi desit, suppleat, eo q; amplecti id vndiq;, ac retinere totum, quoad se satiauerit. Secundo illud, eundem, vbi ali pręterea non desiderat, imam sui partem (πυλωρὸν grœci vocant, id est portam) recludere: ac, quod ciborum superfuit, exprimere, C pessum q; ceu alienum onus trudere. Deinde, q in ipso transitu per intestina, ac potissimū tenuia uenę, quę huc pertinent, alimentum ad se rapiunt, quod ex mora, quam in uentre habuit, & alteratum, & animali magis idoneum, est effectū: mox in ipsis uenis quoq; ab alia in aliā traditur ad eundem modū, quo ex uentre in uenas: hinc uero iam planè confectū in singulas pertrahitur animalis partes: ubi tertiam concoctionē nactum, ipsi alendo corpori assimilaī. Hęc si quis ex eo libro colligat, nihil est, q causam amplius requirat, cur multi habitu corporis exinanito, nisi sensim renutriantur, plurimū excrementorū in toto eo congerant, atq; ex his non leuiter ægrotent.

A.ibidem.b

* siue ὁμοίων legas, vt impressi habent, siue οἰκείων, id est familiares, ut manuscripti, utraq; lectio bona.

* ἀντέχεται. aliqui tamē codices habent ἀνέλκεται, i. attrahitur.

GALENI DE SANITATE TVENDA
LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Omnem Senum victus rationem absoluit: ac communia Præcepta docet, quibus affectus morbosi omnes emendantur, & intemperies corriguntur.

D

Medicorum Negligentiam tum in aliis instituendis, tum in se ipsis regendis, huius operis prolixitatis causam fuisse. *CAP. I.*

QVintum de sanitate tuenda librum ingrediens, si qui forte erunt, qui prolixitate operis nostri grauabuntur, hos primū solari volo. Non enim nostra id culpa euenit, sed ꝓpositę rei natura. Si enim fieri potest, ut, qui breuibus longam contemplationē absoluit, nihil necessarium omittat, fateor errorē meū, ceu nulla necessitate ambages secutus sim. Sin clarius simul breuius q; dißeri de iisdem non potest, nemo nos merito accuset, sed ipsos potius, qui eorū, quę necessaria sunt, non pauca prętereunt. Est uero illud simul ex maxime necessariis, simul ueluti elementū totius artis, quæ valetudinē tuetur, q numerosę hominum sunt naturę, prout in confesso est omnibus tum medicis, tum gymnastis. Quorum tñ plurimi ita de ualetudine tuenda scribunt, quasi de uno homine agant, id q; ne uno quidem ostenso, quem prius iuuerint: quanq̄ non unum, sed multos, quos morbis prius assiduis implicatos ipsi postea multis annis in sanitate sua opera seruassent, indicasse, ac sic ad scribendum

accessisse par erat. At nos ipsis rerum effectis id ostendimus: & iis*, qui prius assiduis premeban- E
tur morbis, inde adeo, ꝙ sanitatis præceptis paruissent, in omni integritate seruatis, sic demum de
ipsis scribere sumus aggressi. Quippe alios exercitari in totum vetuimus, istis videlicet exercen-
di corporis causa susceptis, ac solis vitæ actionibus contentos esse suasimus. Aliis de multitudine
exercitationum demere aliquid iussimus, vt totum ad minimum contraheretur: aliis qualitatem
tantum, aut ordinem, aut tempus: aliis vniuersam earũ mutare speciem iniunximus. Æque ve-
ro de balneis præcipientes, vtique quòd aut omnino his supersedendum esset, aut sæpius, quàm
ante, vtẽdum, aut rarius, aut ante cibum tantũ, aut etiam post cibum, aut calidioribus, quàm ante,
aut magis tepidis, aut frigidioribus, prorsus omnis morbi expertes multis annis reddidimus. At
nihil horum facere licuisset, si neque naturales corporum differentias compertas habuissem, neq;
debitam, cuique salubrem victus rationẽ. Non nulli vero ex iis, qui de sanitate tuenda literis pro-
dunt, aut etiam sine scriptis de ea præcipiunt, ne seipsos quidem defendere à morbis perpetuo po
tuerunt. Itaq; cum à cauillantibus, tum alia quædã, tum vero versus ille obiicitur, ἄλλων ἰατρός,
αὐτός ἕλκεσι βρύων, (id est, Aliis medens, at ipse vlceribus scatens) alij id negociis imputãt, alij ob
intemperantiam se ægrotare fatentur: sed horum magis improba me iudice defensio est, quàm
ipsum, quod obiicitur, crimen. Qui vero iis, quæ in vita incidunt, causam tribuunt, si quidẽ dia- F
ria febri laborant, ex æstu, frigoribus, lassitudine, aliis'que id genus occasionibus, hos vindicare à
culpa decet: sin alia qualibet, minime. Quippe nec ipsi omnino sine febri exegimus, immo ex las-
situdine nõ nunquam febricitauimus, nullum aliàs morbum multis iam annis experti. Quin etiã
perculsus certis corporis partibus, vnde alij phlegmonis bubonibus'que cõtractis febricitarunt,
ipse nunquam phlegmonen bubonem'ue sensi, nec febri laboraui, non aliunde certe, quàm ex
seruandæ sanitatis arte tanta commoda consecutus: cum alioqui nec salubrem corporis statum ab
ortu ipso sim nactus, nec vitam planè liberam sortitus, sed in qua tum artis officiis seruierim: tum
amicis, cognatis, & ciuibus, in pluribus inseruierim: tum plurimam noctium partem, non nun-
quam ægrotantium ipsorum causa, semper autem dulcedinis studiorum gratia peruigilauerim:
nec tamen vllo sensi me eorum, qui è corpore originem ducunt, morbo tentatum multis iam an-
nis, excepta (vt dixi) diaria quãdoq; febri: quæ tamen & rarissime, nec nisi ex lassitudine incidit:
quamuis in puerili ætate, atque etiam tum in ephebia, tum adolescentia, morbis nec paucis, neq;
his leuibus premerer. Sed post octauum & vigesimum annum, cum persuasissem mihi esse con-
seruandæ sanitatis rationem quandam, præceptis eius per totam deinceps vitam parui ita, vt nec
minimo morbo post laborarim, nisi forte (quæ tamen rarius incidit) diaria febri: cum alioqui li- G
ceat hanc quoque in totum effugere, si quis liberam vitam sit nactus, veluti in superioribus iam
ostendi: fiet'que, si quis animum aduertat, etiam clarius in iis, quæ mox dicam. Illud enim affir-
mare ausim, ne bubone quidem laboraturos eos, qui præparati ad sanitatẽ ad vnguem sint, si mo-
do eorum corpus ab vtroque excrementorum genere vacet, & eo, quod in quantitate cõsistit, &
eo, quod in qualitate. Atque ad eos quidem, qui nunc sanitatis tuendæ præcepta dicto scripto'ue
profitentur, vel hæc satis arbitror. Prioribus vero, quos'que nec seipsos extra morbum perpetuò,
nec eos, qui ipsis paruissent, seruasse aut aliorũ relatu audiuimus, aut ipsos in scriptis suis tale quip
piam iactare ausos, ne contradicendum quidem censeo. Mirandum certe potius arbitror, si quis
eorum vniuersam sanitatis tuendæ artem vno libro complecti est pollicitus, præsertim non (sicut
Hippocrates) in primis & summis capitibus methodum indicans, sed sicut nos † omnia rationi- (margin: † ἐξεργαζόμενοι πᾶν ἀκριβῶς)
bus firmans. Ac prolixitatis quidem sermonum nostrorum causa iam dicta est. Quisquis autẽ
honesti probi'que studiosus est, ac pro iis, quæ optima sunt, diligens, hunc decet non tam artis hu
ius longitudine grauari, quàm magnitudinem eorum, quæ promittit, suspicere. Nam qui, quæso,
non magna illa miranda'que artis opera sunt, sicui nõ ab ipso ortu imbecillum corpus fuit, hunc (margin: * νοσώδες, i. morbosum.)
& ad plurimam perduxisse senectutem, & sensibus illæsis, ab omni prorsus morbo dolore'q; alie- H
num atque integrum perpetuo seruasse? Ego vero etiam non nullos, quibus salubre admodum
firmum'que natura corpus erat, vidisse mihi videor permultis morbis afflictos, ac postremo im-
medicabilibus malis in senectute saltem oppressos: quos tamen fas erat, quod ex naturali habitu
fuit, tum sensibus omnibus illæsos, tum reliquis corporis partibus sanos ad vltimam vsq; durasse
senectutem. Quo'nam igitur pacto turpe non sit, qui optima natura sit præditus, hunc ob poda-
gram ab aliis gestari, aut calculo iam cruciatum, & colo, & vlcere in vesica ex cibis mali succi con-
tracto, doloribus contabescere? Quomodo rursus non turpe sit propter † articularem morbum (margin: † Interpres omisit vocem θαυμαστὸν, q̃ hic significat detestãdum.)
suis ipsius manibus vti non valentẽ, alienis egere, quibus ori cibos admoueat? † cui'que sedes in-
firma est, eo qui in deiectionibus {subministret}. Satius enim sit, sicui vllum omnino pectus est, (margin: † & eo qui sedẽ abstergat ĩ deiectionibus.)
sexcenties malle mori, quàm tali vita viuere. Quòd si quis tam impudens simul delicatus q; est, vt
turpitudinem suam negligat, at dolores, quos noctes dies'que ex vitiis suis sustinet, non aliter, ꝙ,
qui à carnificibus torquentur, certe contemnendi non sunt: tametsi certe hæc omnia vel intem-
perantiæ, vel ignorantiæ, vel vtrique imputent, oportet. Verum intemperantiæ corrigendæ hic
locus non est. Ignorationi eorum, quæ agẽda sunt, hoc opere (vt spero) medebimur, scilicet pro
quauis corporum natura, propria sanitatis tuendæ ratione apposita.

Summa

A *Summa earum rerum, quæ ad optimi corporis Lapsus cognoscendos & emendandos faciunt.* CAP. 2.

INitium vero mihi ab optima natura iustum erat, ad cuius curationem omne consiliū dirigit, non eò, vt corrigat, sed vt in statu suo seruet. Id quod ipsi hactenus fecimus, qui de ea hucusq; per singulas ętates præter inclinantē (παρακμαστικὴν græci vocant) egimus: cuius extrema pars senium proprie dicitur, ipsum quoque in suas partes diductum, vt post dicemus, vbi ea pars artis tradetur, quæ de senibus curandis agit, γηροκομικὴν græci vocant. Verum nunc saltem pręcipuis eorum, quę dicta sunt, repetitis ad vitiosas corporū naturas trāsibimus, ac, quemadmodū cuiusq; earum seruari valetudo possit, trademus. Ergo optimum corpus scopos habet ad sui custodiam in qualitate, quantitate, & facultate: In exercitationibus, quę moderatę mediocres q; sunt, quæ q; singulis corporis partibus ęquabiliter sint adhibitę, id q; oī vitato excessu: aut sicubi in quoquam dictorū sit erratum, errore correcto. In edendorū uero bibendorum q; natura, similiter in qualitate, quātitate, & facultate, hic quoq; scopus esto ipsa mediocritas, ut nec plura nec pauciora capiat, q̄ quæ, ubi cōcocta distributa q; in corpus sint, idem bene nutriant: ac, si opus sit crescentibus adhuc, mediocre quippiam adiicere, nihil relinquant, quod uel superuacuum sit, uel deficiens. Ad
B eundem modum in somno, uigiliis, balneis, animi actionibus, & aliis id genus, mediū omnis excessus seruari debebi: quod si in aliquo sit erratum, corrigendus error est. Porrò omnis corrigendi erroris communis esto scopus, cōtrarij excessus usurpatio ita, ut, si plusculum pridie fatigatum corpus est, demas aliquid de exercitationū modo: sin minus iusto se exercitauit, ut exercitij modum augeas. Eodem pacto, si cōcitatiore motu est usum, ut hunc modice remittas: sin remissiore, ut intendas. Simili modo, si robustior motus præcessit, ut pro hoc mitiorem iniungas: pro leuiore contra, qui valentior sit, & pro languido uehementē, & pro uehementi contrarium: & uno uerbo, ut omnē excessum contrario excessu corrigens, in sanitate hominē custodias. Vt autē corrigendo non erres, primū corporis affectus ad unguem scire oportet, deinde omniū eorum, quæ priore die facta uideris, meminisse. Nam affectus quidem, quod delictum sit docebunt: recordatio eorū, quę pridię sunt acta, quantū tibi à consuetis recedendum sit, insinuat. Atq; in affectibus quidem eiusmodi excessus uideas, q̄ aut gracilius aut obesius, aut durius aut mollius, aut siccius aut humidius, aut rarius aut densius corpus, q̄ ante, apparet, cum eo etiam, q̄ nec naturalem coloris gratiam ad unguem seruat. Memoria uero factorum, & quod peccatum est, ostendet, &, pro-
A.[illegible] f7.c.4. ut corrigetur, ex præsentium collatione docebit. Nam, si gracilius redditum corpus sit, æstimare
[illegible].518 e.f C oportebit, atq; ad memoriam reuocare, plus'ne, q̄ par erat, exercitando fatigatus homo sit, aut cōcitatiore motu usus, aut fricando lauando'ue modū excesserit. Ab his mox considerare, nimia'ne cogitatione sit usus, aut nimium uigilauerit, aut per aluum longe plura iusto deiecerit. Expendi etiam debebit, num domus, in qua uersatus sit, calidior fuerit, aut parcius comederit uel biberit, aut ueneri liberius indulserit. Sin obesius uisum corpus sit, num frictio mollior, aut exercitiū parcius, aut tardius, aut somnus longior, aut uenter adstrictus, aut ciborum copia optime concoctorum, præcesserit. Si uero durius, quàm ante, corpus apparet, primū frictionum meminisse oportet, mox exercitationum, an hæ robustæ, & cum concertatore duro densante'que, præierint: ad hæc, an in puluere, eo'que duro ac frigido, & an citra apotherapiam: Dein balnei, an uidelicet hoc planè frigidum fuerit, an nimium calens: Præterea domus, in qua dormiens uigilans'ue uersatus est, num frigida: Item q; ciborū siccitatis, & potionis, penuriæ. Sin mollius, quam prius, postridie corpus uideatur, primum quidem frictionum meminisse conueniet, an molles, & cū pinguitudine, & balneis leniter tepidis, sint adhibitę. Ab his reuocari ad memoriam debebit, an exercitationes tardæ & exiguæ, cum concertatore immodice molli, præcesserint: Dein an potio uberior fuerit: Mox an cibos plures, aut natura humidiores acceperit: Postremo an multum dormie
D rit. Proximus molli corporis affectui est humidus, hoc differēs, q̄ mollis ipsorum corporum propria qualitas est, humidus, qui in eo cōtinentur, humorum. Discernuntur hi tactu. Nam humidus affectus cum madore cutis est, mollis sine hoc: quanq̄ est profectò & molle corpus humidū suis ipsius partibus. Cęterum pro doctrinæ claritate hoc molle uocetur, alterum humidum. Ac siccus quidem immodice corporis affectus habitum statim durū reddit: non tn̄ cum mollitie necessario coniunctus est humidus affectus: potest nanque durata caro esse, & tn̄ mador sudor'ue è corpore emitti. Atque in humecto quidem corporis habitu, uel ex intempestiuo ueneris usu, uel alia quapiam ex causa, de uiriū imbecillitate suspicio est, uel corporis raritate ex immodice molli frictione, uel nimio balnei usu, uel aere domus, ubi uersatus est, q̄ par erat, calidiore. Habenda pręterea est & de potione consideratio, an ea uberior fuerit: Et de somno, an is maior, q̄ pro naturę ratione: Et de aere ambiente, num se non sensim, sed simul totum in humidum calidum q̄ mutauit: Et de cibis pari modo. In teneritudine uero siue mollitudine (utroque enim modo consuetudo appellat) cum utique sine humiditate fuerit, concoctum probe nutrimētum esse, & corpus nutritum, sed exercitatum diminutius esse, putandum est. Contra in duritie, aut duriter perfrictū esse, aut nimium exercitatum, id q; cum duro concertatore, & in puluere iudicandum. Siccitas uero habitus penuriam potionis cibi'ue, aut uigilias, aut uitæ solicitudinem, aut multam frictio-

nem, aut exercitationem immodicam indicat. Hęc itaq; considerans corrigere errorem quotidie E poteris prius, q̃ inauctus error curatu difficilior euadat. Semper autem memineris excessum omnem contrario excessu esse emēdandum: quippe omnium, quæ præter naturam incidunt, omne huc consilium curationis dirigitur. Quare, si huic præcepto etiam corporum, quibus præficeris, dignoscendorum peritiam adieceris, & singulorum remediorum facultates adiunxeris, vniuersæ iam artis, quæ corpori hominis tuendo dicata est, peritus fueris: cuius ope non sanis modo suam valetudinem tueberis, sed etiam iis, qui ægrotant, pristinum statum restitues.

De ratione Fricandi & exercendi Senes, tum qui validas & firmas partes, tum qui imbecilliores sunt nacti. CAP. 3.

† κακῶς κατεσκευάσθη.

† εἰς τὴν παρὰ φύσιν διάθεσιν, id est in affectū præter naturam.

6. Epi. com. 4 t. 31. 3ᵃ. 187.e

Atque optimum quidem corpus cuiusmodi sit, dictum iam est. Quod ab huius perfectione defecit, scire licet tribus id de causis defecisse, aut q statim ″in vtero † vitioso statu fuit: aut A.li.1.c.3.d.1. quod qualibet de causa † in non naturalem affectum post concessit: aut ætatis ratione. Omnia ve- c.17.fol..67.b ro corrigenda per contrarium excessum sunt. Senium enim, vt de hoc primum agam, frigidum siccum'que est, veluti in libro de temperamentis est ostensum. Corrigitur id per ea, quæ calfaciūt & humectant. Talia sunt balneum dulcis & calidæ aquæ, & vini potio, præterea ex cibis quicūq; humectare & calfacere natura possunt. De exercitatione vero, frictione, & omni motu (ab his F enim cœpisse est satius: nam recte illud dictum arbitror, ‖ Labor cibum præcedat) hæc scire licet, poetam ex parte verum dixisse,

Vt lauit, sumpsit'que cibum, det membra sopori, »
Nanque hæc iusta seni. »

Ibidem. t.15. 183.e

non tamen in hoc totum esse positum. Postulat enim senum non secus quàm iuuenum corpus dimoueri, cum insitus alioqui calor extingui in his periclitetur. ‖ Nam corporum, quæ in florente ætate sunt, non desunt, quæ quietem postulant, de quibus Hippocrates prodidit: Senum vero nemo quietem ex toto postulat, sed nec exercitium vehemens. Ceu enim ventulo quodam excitari accendi'que calor eorum desiderat: vehementiore autem motu deiicitur. Ac magnę quidem flammæ, eius, quod ita accendat, minime egent, cum satis ipsæ sibi & ad tutelam sint, & vt materiæ dominentur. Ergo nec à somno mane fricari desiderant omnes, † qui ęgrotant, sicuti senes: cum eiusmodi frictionis, quæ cum pinguitudine adhibetur, duplex scopus sit: nempe vt vel lassitudinis affectum sanet prius, quàm inauctus, febrem accendat, vel imbecillam distributionis vim excitet. Nam multos, quorum corpori longo tempore nihil ex alimento accessit, (ἀτροφοῦντας grçci vocant) eiusmodi frictione adhibita facile paucis diebus carne impleuimus. Ve- G rum, quod aliis ex affectu certo in tempore incidit, id senibus adest perpetuo, quippe quorum omne corpus frigidum est, nec potens alimentum ad se trahere, atque id probe conficere, ex eo q; nutriri. Sed frictio, cum & vitale robur excitet, & modice calfaciat, efficit, vt & distributio nutrimenti sit facilior, & nutritio promptior. Hac victus ratione & iuuenes nō pauci, qui ex eo, quod alimentum his distributum in corpus non est, emaciati sunt, carnis incrementum receperunt: & senes planè omnes fructum non paruum senserunt. Atque hęc quidem ″vna senibus veluti exer- A.ibidē.c.6.g citatio sit mane administrata, nempe fricatio cum oleo: post hanc inambulatio gestatio'que, quæ tamen sint intra lassitudinem, & ex senis viribus coniectatę: quarum causa de cibis potione'que non pauca prius diximus: nunc de exercitationibus quoque exempli causa quædam ponemus, de quibus hæc in superioribus didicimus: Quod acuta exercitatio (sic enim vocant, cuius celeres motus sunt) corpus tenuat, contraria crassum reddit, multa corpus siccat, mediocris obesum præstat. Dictum est & de cæteris omnibus exercitationum atque etiam frictionum differentiis.

† Præter fidem antiqśsimi codicis ex ipso cōtextu apparet nō legēdu esse κάμνοντες, sed ἀκμάζοντες, id est iuuenes seu ætate florentes.

* βλαβεραί, i. noxiæ.

Verum exercitationis formæ, quæ senibus vtiles aliene'ue sint, tum ex corporis totius affectu, & consuetudine, tum vitiis ipsis quæ infestant, intelligentur. Ex totius corporis affectu, ad hunc modum. Nam optimi status corpus, de quo hactenus sermonem fecimus, sicut in iuuentute ad H vehemētissimos quosque labores idoneum maxime est, ita in senecta se habet ad omnes mediocres. Quod vero aut crassis cruribus est, aut lato pectore, aut cruribus vltra, quàm par est, gracilibus, aut quod exiguo est thorace, aut admodum angusto, aut valgum est varum'ue, aut alio quouis pacto à mediocritate recedēs, id ad plerasq; exercitationum ineptum est. Quippe vitiosę figurę thorax in iis, quæ per vocem administrantur, offenditur. Crura vero per inambulationem læduntur. Ad eundem modum de manibus, collo, humero, lumbis, coxis, & tota spina, mihi dictū intellige. Quicquid enim ex his parū rite ab initio conditum est, id sanè exercitando imbecillum potius, q̃ firmum redditur: nisi si cui moderatos motus, imbecillis membris modicas exercitationes nominare placet: verum ita de nomine magis, q̃ de re, lis fuerit. Senibus vero, quę pręcipua ad sanitatem exercitia sunt, hęc per valentiores corporis partes sunt obeunda, quippe cum quibus reliquę simul mouentur exercentur'q;. Quin etiam consuetudo maximam vendicat partem ad exercitationis speciem deligendam. Nam, quæ consueta sunt, vt minime lassantia, quos exercent, etiam delectant: sicuti ediuerso, quæ insueta sunt, tum displicent, tum vero lassant. Porrò quibus operibus arte opus est, ea ne attingere quidem senes debébunt: non tibia, non tuba sonare, non cithara: non magis, quàm, quæ in palestra geruntur, qui luctæ sunt ignari. Senes igitur

* poterunt

A tur omnes consuetis laboribus sunt exercendi, sed tamen vehementia eorum remissa. Tertium, quò dirigit, qui exercitationis formam præscribit, ab affectione sumitur, omnis quidẽ ætatis com mune, non tamen parem vbiq; vim obtinens, cum nec parem vbique noxam neglectum inferat. Quos ' enim ex leui causa vertigines, (σκοτώματα græci vocãt) comitiales morbi grauis ophthal mia, vel aurium dolores male habent, iis inclinato capite dorso'ue, aut humi volutatis exercitari nõ expedit, immo tum ambulatione sæpe, tum cursu mediocri, tum gestatione in vehiculis, citra fatigationem vti. Simili modo, nec quibus tonsillæ, quas παρίσθμια græci vocant, aut vitia, quas antiades appellant, aut anginæ facile incidunt. Nec quibus prompte in columnellam, gingiuas, dentes, deniq; partem aliquam ex iis, quæ circa collum aut totum caput habentur, fluxiones procumbunt. Quippe non nulli dimidio capite infestantur, greci ἡμικρανία vocãt. Aliis tendones, quos græci τένοντας vocant, ex leui qualibet causa dolent. Quorum nemo exercitationem sustinet, quæ caput impleat, sed sunt his omnibus, quæ per crura geruntur, vtilia: sicut e diuerso, qui imbecillis sunt cruribus, his superioribus partibus exercitari est satius, chironomiis, acrochirismis, disci iactu, alterum vsu: præterea his omnibus, quæ in palæstra humi exercent. At, quorum mediæ crurum brachiorum q; partes opportunæ offensionibus sunt, iis quoduis exer-

A.li.1.f.3.d.2. c.2.fol.60.f

B citationum genus idoneum fuerit, modo ne reliquarum considerationum vlla prohibeat. Quæ tamen circa thoracem partes sunt, magis inferiorum exercitatione iuuantur: quæ circa vesicam & renes, superiorum: lienis, ventriculus, iecur, intestina, & colon, sicuti in medio superiorum inferiorum que sunt, ita se ad exercitationes habent. Frictiones ' tamen partibus infirmis, quo tempore laborant, admouere non conuenit: vbi sanę sunt, conuenit vel magis, quàm aliis, & potissimum siccas: quas & per linteum, & solis manibus liberaliter adhiberi expedit. Quin etiam, qui certa periodo redeunt quibusdam partibus dolores, hi ne fiant, non parua ex eiusmodi frictione cautio est, si medio tempore, præcipue q; si duas vel tres horas ante accessionem adhibita sit: firmantur enim eæ partes, & consuetas fluxiones minus admittunt. Atque hęc quidem nõ senum modo, sed & qui aliam quamlibet ætatem agunt, omnia sunt communia. Non exercitari vero imbecillis partibus, solis senibus suadeo: ex ceteris, quanto quisque remotior à senio fuerit, tanto illi magis exercitanda pars infirma est. Quod vtique, & quo clariora, quæ dicimus, sint, exemplo prosequi non grauabor. Finge corpus aliquod ex iis, quæ adhuc augescunt, gracilibus esse cruribus, huic picari crura conducet, & modice fricari, & cursu vti potius, quàm alia quauis exercitatione: porrò præfici ei quempiam oportet, qui mòdum in motu præscribat, quò neque intra, q̃

A.li.1.f.3.d.3. c.5.fol.67.g

C expedit, exercitetur, neq; adeo vltra, vt lassitudinem sentiat. Id, tametsi non in exercitationibus modo, verumetiam in aliis omnibus difficile intellectu sit, nos certe facile esse ostendimus in iis saltem, quæ ad salubrem victus rationem pertinent. Neque enim in his præceps occasio est, sicuti in morbis: immo, vbi à tutissima in singulis mensura inceperis, & simul, quod ex ea secutum est, æstimaueris, licet, vel addas aliquid quotidie, vel detrahas, ac, quod omissum est, corrigas: veluti statim de iis, quibus gracilia sunt crura. Ipse nanque, cum aliquando traditum mihi tredecim annorum puerum, toto augmenti tempore ad ea, quæ prædixi, præcepta curassem, reddidi iuuenem concinnum, legitimi'que modi. Nam primo die illitum prius † bis deinceps, vt soleo, pice, iussi currere, nec celeriter, nec multum. Secundo die frictione, quæ in qualitate quidem esset duræ mollis q; media, in quantitate vero exigua, atque hac cum pinguitudine adhibita præmollitum iussi paulo plus currere, quàm prius, non tamen celerius. Ab ipso vero cursu ea, quæ apotherapię debetur, frictione sum vsus. Iussi vero quotidie ambulare, sed inter initia modice, post vero modum augere. Æstimabam quoque in cruribus tum alia, tum præcipue venas, num amplius increuissent, quàm pro crurum bene alendorum ratione. Quippe id graue est, & quod tempore tum fluxiones humorum adsciscit, tum valgos facit, haudquaquam bonum habitum crurum}: Ergo

† In ueteribus codicibus legitur δὶς ἑξῆς ut interpres uertit: sed in impressis δὶς ἐφεξῆς ut sic postea uertatur. Nã primo die illitum pice inunxi: deinde, ut solitus eram, currere etiam iussi.

D non huic modo notæ te esse attentum conuenit, sed & illud obseruare, num calidiora iusto reddita crura sint: num lassitudinis quippiam sentiant. Nam, si nihil horum apparuerit, augeri tum ambulationis modum, tum cursus oportebit, atq; etiam alternis diebus picari. Sin aliquid corũ cernitur, tum & crura non pro consuetudine deorsum ac prona, sed contrario situ, id est sursum habita in lecto collocare conueniet, & copiam omnium, quæ dixi, minuere, minus inambulare, minus currere iubere, frictione inferne sursum vti. Hæc faciens, vbi naturalem planè habitũ crura receperunt, rursus ad eum, quem cœpisti, remediorum vsum redibis, aut exiguis eorum incrementis vsus, aut etiam eundem perpetuo modum seruans: adhibebis & quas rotundas frictiones vocant) hæ mediæ sunt durarum ac mollium' aliàs à superioribus, aliàs ab inferioribus partibus incipiens. Aliquãdo vero & puluere prius inspersis cruribus oleum infundes, mox fricabis. Esto vero puluis, qui appellatur pinguis. Sanè ita appellant, in quo nec asperum quippiam nec acre subest: quippe extenuat potius, quàm carnem auget, quisquis aut pumicosam asperitatem, aut nitrosam salsam'ue acrimoniam in se habet. Sicui vero crassiora quidem crura sunt, brachia vero cubiti'que gracilia, huic omnia quæ per manus fiunt, exercitia sunt petenda: fugienda vero, quæ cruribus obeuntur: frictiones tamẽ & picationes simili modo fiant, alia q; , quę de exercitiis crurũ iam diximus. Neq; enim parua in ipsis differentia est, aliis omnino ad motum inualidis, etiamsi

septuagesimum ętatis annum non dum attigerint: aliis multo his robustioribus, qui etiam supra E octogesimum sunt nati. Ergo, qui imbecilliores sunt, hos gestatione potius, q̃ inambulatione, dimouebis: validiores vtroq; genere exercitabis: ages q; ad secundam frictionem vtrosque, non tamen similiter, sed semper imbecilliorem citius. Nam id quoq; ex maxime cõmunibus preceptis esto, Vbi imbecillę vires sunt, crebra exigua q; frictione vtendum: vbi validæ, rara multa que.

De Cibandis senibus: ac de ratione victus, qua Antiochus medicus, & Thelephus grammaticus, qui longissime vixerunt, vtebantur. CAP. 4.

SEd hęc atq; alia vt dixisse quidem est facillimum, ita precesse senis sanitati tuendę, sane est difficillimum ęque, vt eorũ, qui ex morbo conualescunt. Porro hanc artis partem appellant iuniores medici grece Analepticen, quasi refectricem dicas: illam, quę senum sanitati prospicit, Gerocomicen. Videntur q; hi ambo affectus non esse exacta plane sanitas, sed vel morbi & sanitatis affectus quidam medij: vel omnino eius sanitatis non esse quę firma constans q; sit, quam καθ' ἕξιν appellant, sed eius potius, quę fallax incerta q; sit, quam isti κατὰ σχέσιν nominãt. Ergo, siue morbum, siue morbosum quendam affectũ, siue mediũ quiddam sanitatis morbi q;, siue κατὰ σχέσιν sanitatem, senium appelles, huiusmodi quęstionibus, cum his nos leuissimi homines petunt, pro nihilo habitis, scire licet senilis corporis statum, qm̃ ex leui momento in morbum decidit, simili F ratione iis, qui ex morbo conualescunt, in victu esse curandum. Quare dictu quidẽ facile est, seni expedire mane oleo vngi, ac fricari: cęterum apte hæc opere peregisse omnino difficillimum est. Nam durior paulo frictio lassitudinem affert: pręmollis vero inefficax est: sicut etiã, quę exigua omnino est: at multa magis per halitum digerit, q̃ ad nutritionem conducit. Iam locus ipse, vbi corpus senis nudatur, si frigidior est, non solum nihil affert commodi, sed etiam densat & refrigerat. Sin iusto calidior est, hyeme quidem, vbi rarius corpus effecit, frigori obnoxium reddidit: æstate vero & per halitum exhaurit, & vires deijcit. Qui enim καθ' ἕξιν sani sunt, iis ne vehemẽs quidem causa corpus alterat: seni vero vel minima causa maximæ mutationis occasio est. Similiter igitur se habet in cibi tum qualitate, tum modo, quippe in quibus senes, si breue quippiam transgressi limites sint, non leuiter læduntur: cum iuuenes vel ex maximis erroribus minimum noxę sentiant. Ergo tutius est imbecillo seni exiguum dare ter die, sicut Antiochus medicus solitus est se cibare, iam quidem annos natus plus q̃ octoginta, ac quotidie ad forum progrediẽs in eum locum, vbi concilium ciuium conuenerat, interim etiam longa via ad ęgros inuisendos pergens. Cęterum domo in forum quasi trium stadiorum spatium pedibus confecit. Quo etiam modo infirmos, si quos prope habebat, inuisit. Longius vero si quo erat eundum, partim gestatus G in sella, partim vehiculo, vehebatur. Erat autem ei domi domuncula quędam, quæ hyeme calebat camino: ęstate citra ignem bene attemperatum aerem habebat. In hac mane omnino fricabatur tam ęstate, q̃ hyeme, vtiq; deiecta prius aluo. In foro autem loco aliquo circiter horam diei tertiam, vel ad summum quartam, sumpsit panem cum attico melle plerũq; cocto, rarius crudo. Postea, partim cum aliis commentans, partim ipse solus aliquid legens, ad sextãm vsq; horam perseuerabat. Ab hac tum in publico balneo fricabatur: tum vero exercitabatur, aptis scilicet seni exercitationibus: de quarum forma paulo post agemus. Mox lotus prandebat mediocriter, primum iis sumptis, quę aluum deiiciunt: post hęc maxime piscibus, vel quos saxatiles vocant, vel † qui in alto mari degunt. Rursus in cœna a piscium esu abstinuit, sed boni succi aliquid, ac quod non facile putresceret, sumpsit: vtiq; aut far cum mulso, aut auem ex iure simplici. Atq; hac quidẽ victus ratione Antiochus in senio vsus, sensibus illęsis, membris q; omnibus integris, ad extremũ durauit. Telephus autem grammaticus prouectiore, quam Antiochus, ætate fuit, vt qui centum fere annos vixerit. Is vero hyeme bis mense lauabatur, æstate quater, mediis harum temporibus ter. Quibus vero diebus nõ lauabatur, iis circa tertiam horam vnctus est cum exigua frictione: mox mel optimum crudum aliçę in aqua coctę permistum ebibabat, eo q; solo contentus pro ientaculo H fuit. Prandebat septima hora, aut paulo citius, primum oleribus sumptis, deinde piscibus gustatis, aut auibus: vespere autem tantum panem ex vino misto edebat.

* ποσότητος, i. quantitate.
* Al. septimã
† πελάγιοι.
* χόνδρον.
* κεκραμμένῳ

De Vinorum natura, ac qualia senibus accommoda sint. CAP. 5.

SAne vinum, sicuti pueris est alienissimum, ita senibus est aptissimum. Esto autẽ id ex iis, quæ calidioris naturę sunt, qualia sunt in Grecia quidẽ Ariusium, & Lesbium, & quod Mysium vocant, non ex ea Mysia, quæ ad Istrum est, sed ex ea, quæ Hellespontia dicitur, quæ nimirum in nostra est Asia, Pergamo vicina: ex Italicis vero Falernum, & Surrentinum. Proxima his sunt in Italia quidem Tiburtinum, & Signinum, ambo vetera, quando nouella nec deductionem nutrimenti in corpus adiuuant, nec vrinas promouent, sed diu in ventre fluctuantia permanent. Secundo ab his loco sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanũ, & Gabrianum, & Triphylinũ: pręterea omnia Aminęa, quę in Italia nascũtur, & circa Neapolin, & in Thuscia. Cęterũ Mysiũ Surrentino similes vires habet: Falerno vero, quod e Tmolitis est optimum. At Sabino & Adriano Titacazenũ & Ariusium sunt similia. Ergo de his modice antiquatis bibẽdum senibus est, vtiq; quibus valentius caput nõ est: quibus autem est, iis & Falernum, & Surrentinum, & Ariusium, & Lesbium, & Mysium, & Tmolites idonea sunt. Ergo in omni regione ad prædicta exempla deligere

A. l. 1. f. 3. d. 3. c. 3. fol. 67. f

* Gabianũ potius videt legẽdũ a Gabiis oppido Latinorũ, vel a Gabinis populis Italiæ.
* Al. Arsyinũ

A deligere sibi quisq; idoneum poterit, huc videlicet omni consilio vini pro senibus deligendi dire cto, vt in substantia sit tenuissimum, colore, quod Hippocrates ‖ κιῤῥὸν, i. fuluum, appellare solet: poterat autem & ξανθὸν, id est flauū, id appellare. Cõmodum vero vinum est, & quod ὠχρὸν græ ce, id est pallidum, dicitur, vtiq; quod medio colore est inter flauum & album. Quippe, si flauum albo miscere libeat, quod ex ambobus confit, pallidum euadet. Et iam aquæ admistum flauum, eiusmodi colorem reddit: verum pro maiore minoreue aquæ modo alias pallidum, alias veluti quod græce ὠχρόλευκον, id est ex pallido albicans, vel quod ὠχρόξανθον, id est ex pallido flauum, apparet. Calidissimum ergo ex iam dictis, si colorẽ spectes, flauum est: minime vero calidum, album: quæ media inter hæc sunt, prout alterutri magis accedunt, ita vim eius exhibent. Vnum igitur illud maximum senibus commodum ex vino accedit, quod omnia eorum mẽbra calfacit: alterum, quod per vrinas serum sanguinis expurgat. Itaque etiam optimum id senibus est, quod hęc maxime pręstat: porro id est, quod substantia quidem tenue est, (quippe vrinas mouet) colore autem flauum: proprius enim is est præcalidorum vinorum color. Itaq; etiam quę valde ab initio alba sunt, si inueterauerint, flauitiem quandam contrahunt: vnde primum pallidula, mox vero plane pallida fiunt. Quod si longissimo tempore seruentur, ex pallido flauẽtia cernunt: nam, B vt omnino flaua fiant, quæ alba vina sunt, fieri certe nequit. Quæ vero ex pallidis aut flauis vinis substãtię [a] pinguis sunt, hęc & sanguinem augent, & corpus nutriunt: quo fit, vt ea vtilia senibus interdum sint, vtique quo tempore nec serosam humiditatem in venis habent, & alí liberalius desiderant. Plurimum tamen, qui hac sunt ætate, ijs vinis indigent, quæ vrinas cient, propterea, quod aquosum excrementum in ipsis abundat. Quę vero diu in ventre morantur, eorum sane nullum aptum seni est. Eius generis sunt & Aminæū a Bithynia, & ex Italicis [b] Mursum, & Signinum, & Tiburtinū, quoad videlicet sunt nouella. Verum hęc omnia alba sunt, nigra vero reliqua: quorum crassa, quæ quidem adstringunt, ea longo tempore in ventre manent, & fluctuationes in eo excitãt, veluti, quod in Cilicia nascit, Sybates, & quod in Asia natum [c] Ægaisien vocant, & Perperinium. Quę vero citra adstrictionem nigra crassa q; sunt, quod genus sunt Scibellites & Thereum, ea minus in ventre morantur, vrinas tamen nec ipsa mouent, sed deorsum properant. Itaq; etiam ante cibum illa sumunt. Cæterum ea senibus vtilia non sunt, nec cum præbibunt, nec multo magis alio quouis tempore sumpta, veluti nec aliud quicquam, quod crassum efficiat succum: quippe obstruuntur his iecur, lienis, & renes. Vnde, fit vt senum, qui his liberalius vtuntur, alij aqua intercute, alij calculo laborent. Si quis ergo senum dulci vino vti a balneo velit, vbi mane C comederit, sicuti Antiochum solere diximus, huic optimum Faustianum Falernum fuerit: aut, si eius copia non est, simile aliquod. Porro similia fuerint, quę dulcia simul & pallida sunt: proxima his sunt Therenum, & Cyrienum. Non vetem etiam nec ijs vinis, quæ melle condiantur, senes vti, maxime quibus suspicio est calculi in renibus gignendi, aut podagræ alicuius, articularisue morbi impetus futuri. Porro vinum huiuscemodi compositioni aptissimum fuerit Sabinum, aut simile aliquod. Conijcitur autem in id petroselinum. Atq; id solum articularibus satisfaciat: ijs vero, qui calculo laborãt, etiam aliquid Betonicę, & [d] Cestri, qui in Gallijs nascitur, est imiscẽdum: vocant autem herbam eam [e] saxiphagon. Qui vero curiosius id medicamentum componunt, ẽt spicę nardi aliquid inijciunt. Sunt vero & alia quędam, quibus vrinas mouendi vis inest. Verum simplicem potionem pleriq; ex vino melle q; conficiunt, adiecto rutæ piperis q; exiguo. Si vero prius, q̃ lotus est, comedit quippiam, nec venter eius vllo auxilio eget, vinum album, & quod parum aquæ tolerat, a balneo bibat. At, quę crassa, dulcia, & nigra vina sunt, ea omnia propterea, quod obstruunt viscera, sunt fugienda.

Quos vitare, quos sumere cibos senes oporteat, ne obstructionibus corripiantur. CAP. 6.

A.lib.1.f.3.d.3. c.2.fol.67.c D VErum obstructio, quæ ex vino incidit, mediocris est: quæ vero ex cibis ijs nascitur, qui succum crassum lentum q; creãt, huic non facile succurritur. Quo magis cauendum senibus est a multo [f] farris, aut [g] casei, aut [h] ouorum, aut cochlearum, aut bulborum, aut lentis, aut suillę carnis esu: multoq; magis, ne anguillarum, aut obstrearum, aut deniq; eorum, quorum dura caro difficilisq; concoctu est, vsum frequẽtent. Ob eandem rationem nec eorum, quę testa integuntur, (ostracoderma gręci vocant) aut chartilagineorum, aut thynnorum, aut denique cetarij generis vllum vtile his est. Sed nec ex carnibus ceruina, caprinaue, aut bubula. An hę potius nec alij vlli sunt vtiles? Ouilla vero iuuenibus quidem non malus est cibus: senibus vero nec ea est commoda: atq; etiam hac multo minus agnina, quippe quę humida, & muccosa, & glutinosa, & pituitosa est. Hœdina vero sane non incommoda seni est. Præterea aues eę, quę extra paludes ac flumina stagna q; degunt. Salita vero omnia, meliora recentibus sunt. Ergo, sicuti diximus, ante omnia cauendum ab ijs, qui obstruant, cibis est. Quod si res cogat aliquando copiosius his vti, protinus sumendum medicamentū diacalaminthes est: cuius compositionem supra in quarto posui. Eius si copia non est, dia trion pipereon petendum. Sin ne id quidem ad manum est, piper album tusum cribratumq; diligenter, ac in pollinem redactum, & cum cibis esse, & potioni inspergere, sed & cępas esitare, tum expediet: quin etiam allium, si huic assueuerit. Antidotus quoque ex viperis, quam Theriacen vocant, non incommode senibus datur, potissimum vbi post obstruẽtes cibos, ca, quę

de Victus ra. in mor. a. u. cõ. 3 t. 7. 7 .126. h

A * παχέος, i. crassę.

B * Al. Marsum.

C * Al. Aegæsiẽ. 1 2 meth. cap. 4 legitur Aegeate, & alibi.

D * Galenus lib. 7 de simpl. med. [illegible] cap. de Cestro dicit Cestrum latine vocari [illegible] hic [illegible] videtur facere differentia inter Betonicam et Cestrō: & ita ẽt in cod. græcis Aetij: Germanus [illegible] interpres Aetij dicit, Betonica q & Cestro appellatur & saxifraga.

E * In ĩpressis græ. est sarxiphagon. in manuscriptis, saxiphragō, hoc est saxifraga.

F * χόνδρον.

G * τυρῶν, i. [illegible] tritici. interpres ãt legit τυρῶν.

H * Aetius libro 4 ca. 3, ubi tractat de Diæta senum, totã hac Galeni sententiã ponẽs, habet ὠῶν [illegible] et ita omnino uidetur legendum Quia [illegible] sũt ova [illegible], unde potissimũ libro 3 de Alimẽtorũ facul. ca. de ouis.

ea, quæ obstructiones liberent, ante hanc exhibueris: tunc enim efficacissimum ex Theriace præ E sidiū expectes. Quod si ab istiusmodi subducta aluus sit, vtilissime Theriacen postridie dederis. Æquæ vero, & quam Ambrosiam, & quam Athanasiam vocant, alia'que id genus medicamenta, quæcūq; ex prædictis aromatis sunt composita. Seni tamen, qui accurate sibi prospexerit, nusquam tali medicamento opus erit: sed, siquando extenuante victus ratione egebit, satisfacient, quæ alio opere seorsum scripsimus, in quo de extenuante victu disseruimus.

De Pane, & optimo senibus Lacte comparando. CAP. 7.

IAm illud patere arbitror, panem "quoq; his exhibendum, qui nec salem, nec fermentum, nec subactionem, nec iustam coctionem desideret, non autem aut istam publice laudatam similaginem, aut, quę ex ea fiunt, bellaria: quippe omnia talia non solū coctu difficilia, sed etiam mali succi sunt, viscera q; obstruunt. Ac nisi placentis, quæ ex butyro & similagine fiunt, mel affatim esset admistum, nullus cibus omnibus hominibus, nedum senibus, magis erat aduersus. Cęterū quid noxijs salubria misceas, cum liceat melle per se vti, partim cocto, partim crudo, cum pane? Cura vero maior habenda est de panis bonitate, q̄ mellis. Nam mel profecto melius fuerit, quod specie ac viribus Attico sit simile: quod si tale non datur, quolibet vtare, modo ne mali odoris sit, ne'ue ceræ qualitates aperte præferat, ne've præsertim qualitatem quampiam extraneam. Adeo vero F panes id genus, quale modo retuli, vtile quicquam senis corpori non conferunt, vt etiam sint alienissimi: atque hoc amplius, quo sint magis puri. Video autem athletis id genus studio præparari, verum his ad ea, quæ moliuntur, aptum est. Seni, nisi multum admistum sit salis, nisi multum fermenti, nisi diligentissime sit coctum, crassum efficit ac glutinosum succum, qui nec vlli alij est vtilis copiosius inauctus. Ergo & obstructiones in iecinore, liene, & renibus facit, maxime quibus in his visceribus vasorū exitus angustiores natura sunt. Nā, sicut in ijs venis, quæ palàm oculis subijciuntur, non parua amplitudinis diuersitas cernitur tū alterius hominis ad alterum, tum in vnius cuiuslibet partibus, sic in ijs, quæ intus latent, se habere putandum: hanc tamen differentiam prius, quàm experimento sit explorata, internoscere non est. Experientiam intelligo, quam ex eorum, quæ sumuntur, singulis facere licet {ita, vt, siquis hæc crassa sumere sit assuetus, nec tamen offenditur, latas habere prædictorum viscerum venas sit putandus: sin facile offendit, angustas.} Nouimus enim senem quēdam agricolam, qui amplius, quàm centum annos, ruri vitam egerat: huic plurimum nutrimenti caprinum lac erat: quod alias cum mica panis in eo macerata statim sumpsit: alias mel immiscuit: alias coxit, etiam thymi cacumina vna cum pane inijciens. Hunc quidam imitatus, videlicet tam longæ vitæ causam ratus in lacte subesse, perpetuo lædebatur, quocunque in modo sumpsisset: nam primum illi grauabatur os ventriculi: mox tendebantur in dextro pręcordia. Alius quoq;, simili modo cū lacte vti cœpisset, de reliquis nihil est questus, quippe qui & probe id concoxit, nec acidum aut fumidum ructum ex eo sensit, nec flatum aut grauitatem in præcordijs: septimo tamē † quàm sumpserat} die iecur se sentire manifeste grauatum dixit, quippe videri sibi quiddam in dextris præcordijs, ceu lapidem, iacere, sic vt & deorsum traherentur, quæ supra essent, & tensio ad iugulum vsq; pertingeret. Constat itaq; huic obstructum iecur fuisse, illi flatu intumuisse. Quin etiā noui, cui ex diuturno "lactis vsu calculus in renibus est natus: sicuti alium quendam, qui omnes dentes amisit, læsit q;: id vero alijs quoq; multis contigit ex diutino lactis vsu. Alij rursus citra noxam lacte perpetuo sunt vsi, imo etiam cum maximo fructu, veluti agricola, quem supra centum annos vixisse diximus. Vbi enim nec lactis qualitas vtentis naturæ quicquam est aduersa, & viscerum transitus faciles propter venarum amplitudinem sunt, qui ita sunt affecti, ij commodis lactis fruuntur, omnis eius incommodi expertes. Porrò commoda lactis iam alijs ante me medicis dicta sunt: nempe ventris moderata deiectio, succi bonitas, & nutritio, pascuis quoq; ipsis animalium, quorum lacte vtendum est, non parum ad hęc conferentibus: quanquam sunt, qui pascuorum rationem planè pro nihilo habeant, H quasi nihil parum'ue ad lactis bonitatem conferant. Cæterum haud dubie videmus animalium, quorum vsuri lacte sumus, si scammonia, aut †marinarum lactucarum} quapiā, vescātur, in lacte quoq; laxandi vires inesse. Ex quo patet, quod ex vitioso pascuo acre, acutūm, & austerum reddetur, naturam videlicet herbarum imitatum. Itaque etiam, qui ante nos medici fuerunt, ipso rei vsu docti, quædam pascua, vtique quæ lacti essent inepta, ἀγάλακτα dixerunt, ita enim grece appellant: de quibus ipsi quoq; alibi tractauimus. Nunc hactenus saltem de his intellexisse abunde est, animalium, quorum veluti optimi succi lacte sis vsurus, neq; acria, neq; acūta, neq; admodum austera, debere esse nutrimēta. Illud vero, vel me tacente, constare arbitror, animal ipsum & florente ætate esse, & corporis habitu planè inculpato, debere. Satius q; fuerit alterum capram, alterum asinam esse, earum q; lacte vicibus vti: quippe asinæ lac, tenue serosum q; est: capræ, mediocris substantiæ est. Itaq; hoc nutriet magis, vbi videlicet nutritione est opus: illud omnino tutius est. Nam, & siquando solum † cum pane sumitur, tum citius subducitur, tum minime est flatulentum: sed nec in ventre cogitur, potissimum si prius salis aliquid & mellis immiseris. Oportet aūt non huius modo, sed etiam reliquæ omnis auxiliorum materiæ, vires seorsum prædidicisse, qui ipsis recte sit vsurus, ne sępe nobis de ipsis eadem repetere sit necesse. Ac nunc certe mihi videor longius

Margin notes:

A.l.1.f.3.d.3.c. 2.fol.67.c

* ὑποχόνδρια.

† μετὰ τὴν ἀρχὴν, i. postq̄ co vti cœpisset.

A.ibidem.

† τιθυμάλλων

ὀξὺ, i. acidum

† Aliq codices græci non hn̄t ξὺν ἄρτῳ, sed χωρὶς ἄρτου, i. sine pane. quæ lectio videt' melior, cū prius dixerit solum.

A longius quàm pro re proposita, de lacte vino'q; disputasse. Siquidem præstitisset commoditate
eorum in senes explicata, qui iam tum facultates vtriusq; * publicas, tum priuatas differentias didi-
cisset, hunc ad materiæ delectum remittere, vtiq; de vino tantisper præfatos, quod quæ calidiora
sunt, quæ'que vrinas mouent, ea senibus magis conducant. De lacte vero, q̃ nõ omnibus sit exhi
bendum, sed ijs solis, qui id probe concoquant, nec vllum ex eo symptoma in dextra præcordio-
rum parte sentiant. Sed, quoniam interim propter multorum ad legendos eos libros, in quibus
prolixius de præsidiorum materia differitur, fastidium, longiores esse subinde cogimur, merito
(vt arbitror) nunc quoq; c[o]ndonabitur nobis tractationis modus, si exacta breuitate in vniuer-
sali methodo minime vtim[u]r. Illud tamen non ignorandum, fieri nõ posse, vt tuto quis compre
hensis materijs ex huiusmodi solum doctrina vtatur, qualem modo de lacte vino q; tradidimus.
Immo, qui his optime vti volet, didicisse hunc prius oportet propriam de omni materia tracta-
tionem: in qua tum publicas materiæ vires æstimauimus, tum priuatas eius differentias vsq; ad vl
timas species. Neq; enim de cæteris omnibus, quæ scire opus est ei, qui senis sanitatem tutabitur,
expedit hoc opere fuse tractare, sed satis est de quibusdam, scilicet quæ senibus maxime sunt neces
saria, ita determinasse, quemadmodum paulo ante de lacte vino q; egimus, de quibusdam etiam
B breuius, quàm de his fecimus, sicuti rursus de alijs in totum nihil dixisse: quanquam, cui extende
re sermonem cordi est, potest omnium, quæ in senibus abundare solent, meminisse, atq; ad hunc
modum dicere.

De Victu senum pro ratione affectuum, quibus infestantur. CAP. 8.

CÆterum satius est & de reliquis dicere, quæ senum plerisque incidunt: vt sunt raucedines,
quos branchos, & destillationes, quas * κόρυζας græce vocãt, & calculus in renibus, & articu-
lares morbi, & podagræ, & asthmata, alia q; id genus. Atq; ad raucedines quidem & destillatio-
nes, victus rationem hanc, medicamenta vero hæc comparare oportere: ad calculum vero, & re-
liquorum singula, hæc. Atq; ad eum modum de reliquis differens, non diligẽs modo videbitur,
sed etiam in senum curandorum sciẽtia doctus. Verum, sicuti nec horum quicquam scribi in tra-
ctatione de senum curatione conuenit, cum præsertim ex morborum curãdorum methodo, quis
quis in hac sit exercitatus, ea liceat sumere, ita rursus nec, cum sola communia dixeris, ibi desiste-
re, sed ipsis propositis aliqua mox ex particularibus subijcere, quæ maxime propositę disputatio-
ni sunt accommoda: ceu ipsi fecimus. Nam, quoniam in ijs commentarijs, quos de temperamen
tis scripsimus, indicatum est senium indubitato frigidum esse, non tamẽ indubitato siccum, vt po
C te non nullis id humidum esse affirmantibus, conuenit sane, vt ijs, quæ de senũ temperamẽto de-
monstrata sunt, ad hanc artis partem, quam de ipsorum ductu nunc instituimus, hypotheseos lo-
co acceptis, ipsarum rerum scopum ab illa sumamus, ac non nulla particularium tractemus, par-
tim exercendi discentis causa, partim ad inuentionem eorum, quę consulto omissa sunt, futura ve
luti exempla propterea, q̃ non omnes ita sunt solertes, vt ex solo vniuersali præcepto ipsi particu
laria inueniant, sed, qui ad ea veluti manu ducat, desiderent. Quippe quibus exercitata ratiocina
tio est, vbi senis corpus, quantum ad ipsas partes attinet, frigidum siccum'que esse audierint, faci-
le autem serosis & pituitosis excrementis ob virium infirmitatem impleri, hæc quidem conabun
tur emittere, solidas autem ipsas calfacere atq; humectare. Verum, qui excrementorum copia de-
cepti, indefinite pronunciarunt senum temperamẽtum esse humidum, ij protinus in ipso primo
agendorum consilio falluntur, dum senum corpora siccanda putant. Itaq; ex cibis eos potius, qui
siccant, exhibent, veluti ex oleribus "brassicam potius, q̃ maluam, aut blitum, aut lapathum, aut
atriplicem, aut lactucam. Ex leguminibus præ ptisana lentem, & præ faba milium, & præ zea pa
nicum. Ex fructibus amigdalas, & terebinthi semen potius, quàm cucurbitas, & cucumeres ma
turos, & pruna, & mora. Iam ex carnibus eas, quæ ferarum sunt potius, quàm cicurum: & salitas
D potius, quàm recentes. In tota denique victus ratione, quorum vis humida est, hęc fugiunt: quo-
rum sicca est, hæc amplectuntur, quanquam contra prorsus res ipsa postulat, cum prosint his * mà-
xime, humectantes cibi. Verum quoniam horum etiam frigidi quidam temperamenti sunt, pro-
inde'que pituitam in vẽtre ilico gignunt, ac primis venis, hinc videlicet noxij sunt visi ijs, qui nec
vniuersum senum temperamentum nouerunt, nec caput victus eorum ordinandi vident. Quip
pe nec oleum, nec dulcis aquę calens balneum, nec vini potio his prosit, si humectationis non in-
digent. Iam, quòd moderato motu & somno indigeant, satis magna documenta sunt, quò victus
eorum dirigi cõsilium debeat. Quare, siqñ propter pituitam genitam cogimur aliquid ex ijs, quæ
ipsam incidãt ac dissecent, petere, reuertendũ sine mora ad humectantem victum est. Pari modo,
siqñ propter obstructionis suspicionem ad cibos medicamenta'ue, quæ obstructos meatus libe-
rent, conuertimur: quo minus tñ humidi temperamenti cibi sint, nec illo ipso die cõmittendum,
multo'q; magis postero die eidem proposito hærendum, ac fàr cum melle exhibẽdum, aceti'q; ali *
quid ei miscendum, vtiq; cum ptisanæ ritu pręparamus, ex mulso vino'ue falerno sumere iuben
dum, aut lacte, vt prædixi, vtendum, aut ptisana bene cocta, quæ piperis pollinem accepit. Ita
vero & maturi fici prę cæteris fructibus autumnalibus sunt eligendi: hyeme vero caricæ. Panis
quoque ita, vt dixi, pręparatus, aut cum melle, aut cum mulso, aut cum vino aliquo idoneo. Ve-
luti

* κοινάς, i. communes.

* Grauedines, sic.n. latini κορύζας vocant.

[...] li.1.f.3.d.3. [...]2.fol.67.d

* ἐναργῶς, i. euidenter.

* χόνδρον.

luti enim exempla claritatis causa hæc apponimus, vt, qui perlegerit, ad vniuersalem scopũ, quo E calor humectatio q; petuntur, intentus iudicare de materia simili modo queat.

Quibus Senes vti debeant ad aluum ciendam. CAP. 9.

QVoniam autem tum pituitosum, tum serosum excrementum, in senum corporibus colligitur, & vrinas moueri quotidie conuenit, non tamen per pharmaca, sed apio, & melle, & vinis, quæ id præstare valeant: & aluum soluere, potissimum oleo ante cibum absorpto, sed & oleribus ex oleo garo q; ante cibum assumptis. Ac quotidie quidem tum per hæc abunde aluus quibusdam soluitur, tum "ex ficis, vtiq; cum hi habẽtur, & prunis, ac alijs id genus, quæ æsta te autumno q; vigent: hyeme vero & caricis, & prunis damascenis, ijs q; aut elixis, aut in mulso, cui plusculum insit mellis, maceratis. Erit q; id melius, si mel atticum sit. Longe autẽ ad deijcien dam aluum damascenis hispana præstant. Quin oliuas ex muria præsumere aliqñ licet. Aloen ve ro, quod multos senum, quibus siccus venter est, facere video, haudquaquam sumi suaserim: hãc alij in pilulas fingũt cum brassicæ succo, alij tantum puluerem eius alicui inspergunt liquori, qui alijs aqua est, alijs mulsum. Diuites eam, quæ cum cinnamomo cõficitur, accipiunt: medicamen tum id alij hieram dialoes, alij amarã vocant. Habent vero id alij siccum, quò potioni inspergant: alij melle modice exceptum non cocto. Verum nullo horum senibus est opus, nisi maior aliqua F necessitas vrgeat: quippe, si iam cõprehensis aluus soluitur, etsi non quotidie, saltem alternis diebus, nullum planè medicamẽtosum dari debebit. Quòd si biduo adstrictus "venter, tertio die nõ soluitur, sat eo tempore fuerit mercurialem herbam, & marinam brassicam (græci thalassocrambẽ vocant) & cnicum in ptisana, alia'q;, quæ modice medicamentorum vim obtinent, dedisse: similiter & terebinthi resinam. Sumitur autem ea aliquando nucis ponticæ magnitudine, aliquando duarum, trium'ue: quippe non modo aluum soluere citra noxam potest, sed etiam viscera omnia, iecur, lienem, renes, pulmonem'q; abstergere. Porrò ijs, quæ prædiximus, varie vti expediet, neq; vno tm̃ delecto, id perpetuo exhibere: cui nanq; assuefacta spatio sumentis natura erit, eius vim contemnet. Ergo variare vices tum prædictis oportet, tum vero eo medicamẽto, quod ex ca ricis conficitur. Sunto autem hæ pingues, auferatur'q; ipsis ea, quæ foris circuit pellis: pari modo & cnico: mox ambo simul tundantur. Esto autem & carica cum cnico pari põdere. Licebit vero hic quoq; medicamentum experiri, ac prout se ad sumentis naturam habet, aliàs plus, aliàs minus cnici immittere: sumere vero duarũ trium'ue caricarum magnitudinis modum. Ex ipsa vero (vt dixi) experientia inueniet sibi ipsi quis talium omnium legitimum modum, cum venter alijs ma gis, alijs minus, medicamentis sit obediens. Cæterum nullum eorum, quæ dicta sunt, medica- G mentorum exhiberi admodum copiose debebit. Siquidem non nulli in præsens gaudent, si copiosius desederint: verum, quãto magis sunt vacuati, tanto his venter sequentibus diebus magis adstringitur. Quo fit, vt ipse, si qui sunt, quibus in diuturnis morbis venter sistitur, (quales potissimum hyeme contingunt, quibus'q; post longam infirmitatem in cõualescentia similis affectus incidit) ijs aluum duco non "acribus per inferiora infusis, sed tãtum oleo. Quod etiam sanis quoque, vbi venter adstringitur, securus interdum infundas: quippe quo & siccius excremẽtum madescit, & transitus efficit lubricus, & corpus ipsum senis emollitur, duris aliàs pellibus similiter ri gens. Non tamen sunt hæc senis, qua senex est, propria: quippe cum etiã sint ijs, qui à longis mor bis conualescunt, vtilia. Quid igitur proprium est senis, qua senex est? nempe, quod tẽperamento eius conducit. Id enim est, cuius culpa senescimus, alius alio tempore citius serius'ue, prout vel natura ab initio sumus comparati, vel ex vitæ exercitio, vel ex victus ratione, vel morbo, vel solici tudine, vel alio id genus, immoderatius siccati. Est enim id, quod omnes homines proprie senectutem appellant, non aliud, q̃ siccum & frigidum corporis temperamentum, annorum multitu dinis ratione prouueniens. Accidit autem interdum & ex febrili morbo: atque id etiam ex morbo senium appellamus, sicuti in libro de marasmo diximus: quippe cũ eiusmodi affectus, marasmus H quidam sit: qui non in animalibus modo, verum etiam stirpibus visitur. Tradita vero iam est in primo huius operis volumine prouenientis in nobis senectutis necessitas. Ergo tum ex illo, tum ex ijs, quæ de temperamentis, atq; etiã ex libello, quem de marasmo scripsimus, instructior quispiam ad eam artis partem, quæ de senum ductu agit, reddi poterit.

A.li. 1. f. 3. d. 3. c. 2. fol. 67. e

A. ibidem.

A. ibidem.

Ratio Dignoscendi & curandi omnes Affectus, qui in senum & reliquorum hominum corporibus oriuntur. CAP. 10.

SIquidem omnis affectionis corporalis prouidentia in duobus consistit, nempe propria eius internoscenda essentia, & materiæ præsidiorum viribus: vt statim in proposito nunc nobis senio, qui scienter pernouit affectum eum siccitatem quandam cum frigiditate esse, si quidẽ, quæ humectent pariter & calfaciant, præsidiorum materias norit, is idoneus senum medicus fuerit. Quadruplex vero materiæ genus cum sit, quæ sumuntur, quæ geruntur, quæ educuntur, quæ fo ris admouentur, vtiq; ex singulis eligere oportebit, quæ calfacere humectare'que possint. Sed ad horum cuiusq; commodum vsum, exercitatio, quæ per exempla fit, maxime est vtilis. Scio ergo aliquando me pueri thoracem, qui ab reliquarum partium symmetria, id est debita conueniẽtia, non parum aberat, eiusmodi remedijs genere ad iustam perduxisse mensuram. Cinxi illi lato mo

dice

A dice cinctu omnia, quæ sub thorace ad coxas vsq; sunt, ita tẽperans, vt tum citra offensionem hę-
reret, tum nec laxum quicquam relinqueret, nec etiam premeret. Exercitationes vero iniunxi, &
quę per tota obeuntur brachia, & vociferationes, quas phonasci ἀναφωνήσεις appellant. In vtrisq;
vero cohiberi anhelitum iussi. Id fit, cum thoracem ipsum vndiq; valenter impuleris: ánhelitum * θλιβόντων.
autem sic compresseris, vt, quem prius attraxeris spiritum, totum intus retineas. Itaq; etiam am- * ἐκπνοὴν.
plius inspirauerit, oportet, qui hoc commode faciet: quãquidem, quo amplius sit aeris, qui compel
litur, hoc magis thorax distentus dilatabitur. Quòd autem ipsæ quoque vociferationes tum ma
gnifaciendę, tum in acumen tendendæ sint, id minime est obscurum, si modo vniuersas thoracis
partes valenter exercitari in animo est. Atq; hæc quidem gliscẽtium adhuc corporum ea, quę na-
tura male condita sunt, ad iustam cõuenientiam symmetriam q; restituẽt. Eadem modice etiam
ijs, qui perfectam iam magnitudinem consecuti sunt, proderunt: verum in sene nihil tale molien
dum, vtpote cui feriari infirmas partes vtilius esse diximus. Vtilius vero his est & consueto opére * ἐπιτηδεύ-
exercitari, etiam si modice noxium sit. Contra iuuenibus ea mutare, quæ nocent, tentandum est, ματι.
etiam si à pueris his maxime insueuerint: possunt enim eorum vires moderate factam mutatio-
nem sustinere, sperari q; potest in reliquo vitæ tempore fructum aliquem eos ex meliore consue-
B tudine percepturos. At senex, si posset longo tẽpore sensim malam consuetudinem mutare, pro-
pterea quòd, quo tempore meliore frueretur, habiturus non esset, frustra laborem insumeret: non
aliter, quàm siquis artem discere quampiam octogenarius inciperet. Sicuti vero senum ipsorum
inter se non parua differentia est, siue id ex ętate species, siue ex corporis affectu: ita & eorum, qui
natura sicciore frigidiore q; sunt, si ad mediocrem statum compares, non paruum intemperiei di-
scrimẽ inuenies tum ipsorum inter se, tum vero ad senes. Atq; humectare quidem hos profectò
calfacere q; conueniet, cæterum audacius hæc facere in ijs, qui per ętatem maiori exercitio sunt se
rundo, ceu quorum validę adhuc vires sunt. Quippe primum, quò omne remediorum cõsilium
dirigitur, eiusmodi intemperies corporis est, non senium, aut ætas aliqua. Verum, quoniam affe-
ctuum náturam per coniecturam accipimus, idcirco ætatem quoq; consideramus. Porrò eadem * μέτρον, i. mé
vtilitas & consuetudinis noscendæ est, præterea extrinsecus incidentium causarum, quas proca- suram.
tarcticas grææce vocant: quippe ad certiorem affectuum notitiam talia omnia nobis conducunt:
remediorum tamen insinuatio ex his non præstatur. At empiricis talia totius concursus, quam * ἔνδειξις, i. in
συνδρομὴν vocãt, pars esse censentur: quæ syndrome in ipsa curatione est obseruata, haudquaquã dicatio.
ex ijs, quæ fieri affectus postulat, inuenta. Quo rationabilius Hippocrates de agnoscendo præsa-
C giendo q; plurima scripsit, vtiq; in particularibus nos exercẽs: quod etiam optimi medicorũ post
eum fecerunt, nõ ignari huic nullo negocio inuentum iri remedia, qui eius, quod curat, corporis
ægri sani ue affectum exacte norit. Siquidem, vt sæpe testati sumus, incipiendum ab illo meden-
di præcepto est, || Contraria esse contrariorum remedia: vbi vero remediorum materiam comper In lib. de flatu-
tam habueris, ac simul vires eius intellexeris, male affecto corpori, semper contraria: optime se ha bus, haud lõge
benti, similia viribus esse adhibenda. Quin etiam intemperies ipsas, quęcunq; adhuc intra sanita- à principio.
tis fines subsistunt, si corrigere studebis, contraria quodammodo victus ratione curabis: quod ta
men per multum fit ocium. Nam, si in negocio sint, similibus vteris: potissimum cum ita fuerint
corpora assueta. Porrò accidit alterum horum plerunq; magis, ceu naturis ipsis ea, quæ sibi sunt
accommoda, sua sponte citra q; doctorem eligentibus. Atq; hactenus male affecto corpori con-
traria exhibebimus, quoad pristinum statum consecutum sit.

De Victus ratione, quæ intemperies corrigat, instituenda. CAP. II.

CÆterum ea victus ratio, quę intemperies corrigit, lõgius plerunq; procedit propterea, q' si-
milibus maiore ex parte morbis tentamur, qui calidiore natura est, calidos morbos facile in-
currente: qui frigidiore, frigidos: & reliquis pro ratione. Facilius itaq;, quicquid intemperatum
D est, ad propriam naturam redit, quàm ad optimum tẽperamentum venit: quippe id cum in me-
dio omnis intẽperantiæ sit, quisquis conueniente naturę suæ morbo laborat, ab eo longius abest:
qui dissimili, minus. Ergo nec assuetudines ipsæ, tametsi prauæ sunt, displicentibus adhuc sibi
corporibus mutandæ sunt. Quin nec per summam sanitatem semper id tentãdum, sed tum, cum
is, cui mutandæ sunt, à ciuilibus negocijs maxime vacat. Hæc itaque communia omnium tempe
ramentorum præcepta particulatim variantur, prout intemperantia quæuis ab optimo tempera-
mento recessit. Nec mirum sanè est, si intemperatę naturæ, quæ in medio exactæ sanitatis & mor
bi sensibilis consistunt, etiam ad ordinandi victus modum sint ancipites. Sed nec illud mirãdum,
ab ijsdem adiuuari lædi q; homines videri. Nam cõtra, si omnes inter se similem corporis statum
obtinerent, vtique mirandum tum esset aliquos † iuuari lędi q; ab ijsdem: sed, quoniam contrarij † Additur in
inter se multorum hominum corporis status sunt, ratione non caret, quòd ex contrarijs etiam vti codic. græcis,
litatem percipiant. Quo magis de medicis omnibus mirari cupiam licet, quicũq; nullo prius na- ὑπὸ τῶν ἐ-
turarum facto discrimine, de sanitate tuẽda scribere sunt aggressi. Sicuti enim fieri nõ potest, vt ναντίων, i. à
vnum calopodium ad omnes homines sutor accommodet, ita nec medicus vnam omnibus vitæ contrariis.
speciem, quæ conducat. Hac igitur de causa quidam saluberrimum esse affirmant abunde quoti-
die exercitari: quidam nihil obstare, quo minus in quiete prorsus degatur. Et sunt, quibus lauari
maxime

maxime salutare videtur: alijs minime. Quin etiã de vini aquę q; potione, item q; de alijs ad eundem modum, non ijs modo quæ ad salubrem victus rationem pertinent, sed etiam morborum remedijs, pugnantissima inter se scribunt adeo, vt vel vnum quippiam, quod omnibus his inter ipsos conueniat, rarum inuentu sit. Cæterum vsus ipse docet tum ab ijsdem ipsis aliquos lædi iuuari q;, tum à contrarijs pari modo. Equidem quosdam noui, qui, si triduo se ab exercitatione abstinerent, protinus ægrotabant. Alios in perpetua quiete degentes, tamen secundam valetudinem tueri. Atq; horum ipsorum alios minime lauare: alios, nisi lauissent, illico febricitare: sicut Premigenes Mitylenæus. Atq;, quod hæc quidem ita fieri cernantur, etiam ij, qui solo usu artem colligunt, nouere. Nemo tñ eorum ita, vt in morbis, notas prodidit, quibus quis intentus, quam quisq; victus ratione postulet, inuenire posset. Quippe in paucissimis inuenias exacte traditas, quas empirici syndromas, id est cõcursus, vocant, quemadmodum in peripneumonia, & †laterum cõpunctione: sed pleriq; morborum coniecturalem habent dignotionem, vt qui non ex certorum incidentium collectu noscantur, sed hominem desiderẽt, qui exquisite corporis affectũ calleat, qui q; omnia, quæ eiusmodi affectui consonent, inuenire singulatim queat. Quippe, quod propositum est, nos ipsa ratione ducti adhuc iuuenes inuenimus. Vnde etiam manifestum est vsum quantũuis longum sine ratione talia inuenire non posse. Nam, de Premigene cum audirem, nisi lauaret, omnino febricitare, collegi ratione eum fumida excrementa gignere, quæ transpiratu emitti postularent: cæterum, cum densior cutis esset, quæ vt ea transmitti omnia sineret, collecta sub cute calorem excitare: Itaq; etiam balneum eiusmodi naturis vtilissimum esse non ob id modo, quod fumidum euocet, sed etiam quod humectet, id q; dulci humore. Ergo placuit explicata quoq; manu Premigenis thoraci iniecta, cuiusmodi esset caloris qualitas, explorare. Vt vero acrem mordacem q; comperi, nõ dissimilem calori eorum, qui cæpas ampliter comedissent, multo adhuc magis euentus causam probe coniectasse mihi persuadens percontabar, ecquid sudoris illi citra balneum incideret, negante q; id, iam firmiorem habere me affectus eius notitiam mihi persuasi. Quin etiã alios quosdam vidimus, quibus mordax calor erat similiter, vt huic, non tamen hi vna balnei intermissione febricitabant, propterea, quod per sudores excrementa his vacuabantur. Premigeni prę ter naturalem habitum etiam victus ratio vel semel intermisso balneo febricitandi occasio erat. Nam plurimum domi versabatur, ibi q; scribens vel legens perseuerabat propterea, quod Peripateticæ disciplinæ incumbebat: in qua nemini suæ ętatis erat secũdus. Scimus & ijs, qui minime natura tale excrementum aceruant, instantem laborum diligentiam, cũram q;, gignendi eius causam esse. Itaq; etiam alteri cuidam, cui æque, atq; illi, mordax calor erat, tametsi balneum vno die intermitteret, contigit non febrire propterea, quòd nec † studijs deditus erat, & negocia sua per vrbem inambulans obibat, emens vendens q; multa, etiam pugnans subinde: in quibus sudare coactus est. Ideo q; etiam alterum quendam ex ijs, qui ęstate quotannis acuto bilioso q; morbo laborant, multos iam annos † seruaui, exercitari vetans. Nam, cum calido sicco q; temperamento esset, sicuti Premigenes, etiam exercitatione vtebatur pręceleri, tum vero Sole, ac puluere. Cõtigit ergo ei & calorem immodice augeri, & cutem densari, atq; ad transpiratum ineptam reddi: quæ ambo vbi concurrerunt, nimirũ corpus, cui acciderunt, paratum ad febrem reddũt. Ergo, quod in medendi arte semper vsurpare soleo, id nunc dicam. Facillime quidem, quod quęritur ratiocinatio inuenit, fidem vero eius experientia comprobat. Quanquam illud multo maxime mirandum est, cum Hippocrates moneat ‖ calidis naturis vtilius esse in ocio agere, q̃ exercitari: nõ paucos tamen medicos esse, qui ne norunt quidem, cuiusmodi tales homines sint, sed iuxta omnibus exercitationes iniungant: E diuerso non nullos esse, quibus nihil ad sanitatem conducere exercitationem placeat: Sed & tertium ab his genus esse, qui assuetis exercitari, id permittant: nõ assuetis interdicãt. Quorum nemo planè non errat: minus tamen ij, qui tertio loco dicti sunt. Quippe, qui cuilibet rei insuescunt, magna ex parte naturę suæ conuenientem consuetudinem deligũt propterea, quòd ab ijs, quæ non conueniant, subinde læsi, ipsa repudient. Aliqui tamen vel dulcedine victi, vel præ nimia dementia se lædi non sentientes, in malis consuetudinibus persistunt: verum hi pauci: plures, qui nõ persistunt. Quo magis rationabile est minus errare medicos eos, qui omnem consuetudinem seruãdam censent: qui vero nihil ad sanitatem interesse putant, exercitatus quis cibum sumat, an contra: item qui omnes exercitandos putant: hos peius consulere, q̃ qui prædicti sunt. Horum vero ipsorum, si inter se comparentur, minus incommodi sunt, qui ante cibum perpetuo exercitandum esse putant: quod & Hippocratem præcipere aliqui sunt rati (labores [a] ‖ enim cibos præcedere, in Aphorismis legi) non videntes hoc loco de ordine eum locutum exercitationis, & cibi, nequaquam illud affirmare, quod omnibus hominibus hæc ambo conducant, immo quibus exercitari expedit, præcedere exercitium cibos debere. Quòd autem non omnibus prosit, & in libro de vulgo grassantibus morbis aperte testatus est, vbi [b] ‖ calidas naturas quiescere censet: & in Aphorismis [c] tectius sub vniuersali præcepto, vbi [d] ‖ contrariorũ contraria esse remedia proponit. Porrò fieri potest, vt pugnare aliquando videantur huiuscemodi præcepta, non deficientibus, qui omnem motum ipsi moto corpori conuenientem, exercitationem nominent: alijs tantum eum, qui vehementior sit: ita vt priore significato omnes homines exercitationem

Marginalia:
E
* πείρα.
† pleuritide.
* symptomatũ.
F
* φροντίδα.
G
† φροντιστὴς ἦν.
† τελέως ἄνοσον ἐφύλαξα, i. sine morbo seu sanũ prorsus seruaui.
* συντόνῳ.
6. Epid. cõ. 4. t. 15. 3ª. 183. e
H
A In Aph. nõ legi hãc sententiã, vt superius etiã admonui pa. 69, lit. d, sed Epid. 6. cõ. 4. t. 31. 3ª. 187. f.
B Ibidem, t. 15. 183. e
* C δυνάμει, id est potentia.
D Et hãc quoque sententiã non legi in libro Apho. qui editi sunt, sed ĩ lib. de Flatib⁹.

A tionem desiderare neminem lateat: secundo vero significato non ita se habere. Eorum nanque, qui in carcere sanitatem suam tuentur, parum apte mihi mētionem facere quidam videntur, quippe qui spatio prorsus pereunt, si omnino tum vngi, tum lauari prohibentur. Quod vero ad paucos dies insalubri victus rationi resistunt, nihil sane miri. Si igitur exercitationis vocabulo omnis venit motus, & qui inambulauit, & qui perfrictus, & qui lotus est, exercitatus dicetur, dummodo conueniente modo, præsenti corporis statui sit motus. Quod si quis etiam ab his sit prohibitus, omnino ægrotabit. Qui enim ab his in carcere prohibentur, eos nunc non modo ægrotare, sed etiam mori videmus, si diu sint inclusi. Sin vehementiores tantum motus exercitationes vocantur, eo pacto verum sit nō egere omnes homines exercitatione. Statim enim Premigenes ille nullum requirebat violentum motum, sed nec in porticu, quæ est ante balneum, exiguam ante lauandum inambulationem: immo vnctum esse ex oleo, & à balneo aquam detersisse, satis magni motus sunt talis temperamenti homini. Hic vero & ante cœnam ambulabat, & cum amicis disputabat: similiter mane quoq; domi. Nusquam igitur ex ipsa in totum desidia adiutus quisquam est. Sed, cum quietem agere calidis naturis Hippocrates suadet, ‖ vehementi motione vti vetat. Porrò ipse multos, qui propter eos motus, quos per totam æstatem exercebant, in principio autumni quotannis ægrotabant, ipsis vetitis sanos reddidi: quemadmodum rursus alios à vehementi exercitatione prohibui: alios à quiete ad exercitia traducens, cum sæpe ante ægrotassent, in sanitate seruaui. Porrò hi frigidiores sunt ijs, qui temperati & mediocres sunt, & affectu planè contrario ijs, qui calidiores sicciores q; sunt. Diximus autem temperamentorum notas non solum in libro de temperamentis, sed etiam in libro de arte medica. Is enim vni ex libris nostris est titulus. Mirandum vero de ijs medicis est, qui ne ea quidē, quæ sensui euidenter apparēt, agnoscunt. Quis enim latissimum esse hominum discrimen nunc non videt, adeo vt eadem exercitia, ijdem q; cibi alios bene, alios male habeant non secus, quàm in morbis? Quare, sicuti, quòd non omnes eadem requirāt, eos scire decuerat, ceu manifeste apparens, ita, cum commentarios scriberent, determinare ac docere, quæ quibus vel conducerent vel officerent, par erat. Quid igitur causæ fuit, cur eiusmodi determinationes, tametsi ab Hippocrate proditas omiserunt? Nempe quid aliud, quàm perdita ambitio, dum dogmatum principes nominari, atq; inde gloriam consequi inter homines studebant? Cuius causa illi non ea quidem, quæ manifeste apparēt, sed opiniones, quas ipsi vltro ponebant, sequi voluerunt. Posteri vero, qui in hos inciderunt, persuasi pleriq; sunt propterea, quòd nec quicquā didicissent melius, & simul rudes imperiti q; demonstratiuæ scientiæ omnino essent. Qui nanq; C hanc sequetur, facile tum vera dogmata à falsis discernet: tum, quæ certis determinationibus scripta sunt, ab ijs, quæ non ita. Idem nimirum inscitiam eorum omnium damnabit, qui citra determinationem {de dissidentibus} aliquid scripserunt.

τετρῖφθαι, i. frictum esse.

6. Epid. cō. 4. t. 15. 3ᵃ. 183. c

*ὅπη τῇ δίαιτα.

Duo hæc verba non sunt in græco.

De exercitatione, balneo, & vini vsu pro naturarum ratione, ac de triplici parte senectutis. CAP. 12.

QVo magis, quæ'nam esse determinationes debeant, altius repetentē, sed breuibus, diligenter audies. Quibus mordax calor natura est adeo, vt fumida gignat excremēta, ijs balneum salubre est, tum motus, qui & exiguus & lentus sit, multus autem & celer aduersissimus est. Itaque istis non semel modo, verum etiam bis die lauari conducet, potissimum æstate: Esse quoque boni succi nutrimentum, in quo nihil insit acre: In sole autem versari, & irasci, & multum cogitare, his inimica sunt. Qui diuersæ ab his naturæ sunt, (hi autem sunt, qui frigido & humido temperamento sunt) valētiores motus desiderant, ac victum, in quo superet, quod tenuem succum faciat. Is cuiusmodi sit, diximus singulari libro. Hi vero, nec si in sole exercites, lædūtur: nec etiam, si balneo abstineant. Ac maxima quidem est dictarum inter se naturarum differentia. Aduersissimum enim est humidum & frigidum temperamētum ei, quod calidum est & siccum. Maxima rursus est & calidi ad frigidum, & humidi ad siccum. Porrò frigidum & siccum senum D temperamento quàm simillimum est: itaque etiam celeriter senescunt eiusmodi corpora: dictum'que de hoc temperamēto supra abunde est. Humidum vero & calidum fluxionum vitijs obnoxium est. Cæterum, quod omnibus intemperatis naturis commune præceptum est, id expedit in hac quoque seruari. Est autem id, vt eas corrigas quidem contrarijs, sed dum planè in ocio sunt: serues autem similibus, cum per negocia sibi vacare non possunt. De exercitationibus huiusmodi corporum ita statuendum est, plus quidem his laborandum esse propter corporis humiditatem: præceleri motu non vtendum propter calorem. Porrò attendendum diligenter est, cum ex segniore vitæ ratione ad exercitationes se transferunt: ilico enim fluxionum tentantur morbis, nisi prius sint vacuati, quàm exercitationes adeant. Quicquid enim in corpore concretum & crassum in humoribus fuerit, aut etiam modice frigidum, id statim in spiritum vertitur, ac funditur. Itaque etiam vere tales naturæ maxime ijs morbis patent, qui ex plenitudine oriūtur: quales sunt synanchæ, cynanchæ, destillationes, quos catarrhos vocant, hæmorrhoides, sanguinis profluuia, articulares morbi, opthalmiæ, peripneumoniæ, † laterum compunctiones, reliqui denique omnes, quorum genus est phlegmone. Quare etiam occupare per veris initium sanguinis detractione oportet, aut per incisam venam, aut scarificandis malleolis. Quod si ita inaniri recusent, purgādi medicamento sunt non simplicis facultatis, sed quod trahere & flauam bilem & pituitam, & serosa

*σωματίῳ.

† *pleuritides.*

*φθάνειν. an teuertere, præuenire, vel præoccupare.

roſa excremẽta poſſit. Quæ vero de exercitationum ratione diximus, eadem & de balneo dicta F
eſſe putãdum: quippe quod ipſum quoq; non tutum eſt, niſi prius inanitum corpus ſit. Inanito vero vtile eſt potiſſimum, cuius lauacri aqua potabilis non eſt, ſed in qua vis aliqua per halitũ digerendi ſubeſt. Vinum autem frigidis ſiccis'q; naturis vtiliſſimum eſſe prius dictum eſt. An vero calidis omnibus idoneum non ſit, ſed vtilior his ‖ aquæ potio ſit, ſicuti in libro de popularibus morbis ſiue Epidemion legimus, nunc ęſtimandum. Fortaſſis enim abſurdum omnino cuipiam videbitur iuuenem, qui athleticus, vel militaris ſit, aut etiam foſſor, meſſor'ue, aut arator, vel denique qui robuſtum aliquod opus exercet, aquę tantum potione vti: atque in hoc falli Hippocratẽ, cum calida temperamẽta aquę potionem poſcere, abſolute pronunciet. Mihi vero Hippocrates non abſolute id, ſed de naturis ſumme calidis, quæ vtiq; propter intemperiem tales ſint, dixiſſe videtur, non ꝙ plurimum habeant naturalis caloris, quem ipſe augeri in athletarum exercitio confirmat. At, qui ex intemperie calidus eſt, is neq; athleta, neq; miles bonus, ſed neq; foſſor, meſſor, arator'ue, aut denique ad ruſtica vrbana'ue opera fortis, vnquam euadet. Quippe valentium hominum ea ſunt munera. Porrò tales nunquam fuerint, niſi mediocri ſint temperatura. Atqui, ſi media temperie ſint, vtique plurimis his fuerit naturalis calor. Ac tali quidem naturæ mediocre profectò dandum eſt vinum, ſicuti ipſa quoque mediocris eſt. Atque hactenus ſaltem mediocre, F
quoad ipſa mediocris eſt temperamenti: quando hanc quoque neceſſe eſt non ſolum in ſenectute, ſed etiam in remiſſionis tempore, media temperatura frigidiorem euadere. Sicui ergo, vt in intemperie, quæ intra ſanitatem conſiſtat, calidiſſimum temperamentum ſit, huic omnino vinũ circuncidiſſe prodeſt. Sed, cum triplex genere ſit calidi tẽperamenti differentia, vna, in qua reliqua contrarietas (nempe quæ in humido ſicco'q; conſiſtit) mediam temperiem ſeruat: altera, in qua ſiccitas ſubſultat: & tertia, in qua vnà cum calido etiam humidum redundat: vtique in qua altera contrarietas medium temperamẽtum tenet, nunquam fuerit vltime calor immodicus, quandoquidem huic ſiccitas ſtatim ſuperuenit: iſta vero non ſemper iuncta eſt cũ ſicca. At, in qua ſiccitas calori eſt adiuncta, in hac incidere aliquando plurimus, vt in intemperie, quæ cum ſanitate conſiſtat, præter naturam calor poteſt, id q; longo tempore. Plurimam vero breui ſpatio, etiam quæ cum humiditate coniuncta eſt, immoderatam caliditatem, vt in ſanitatis intemperie, fieri licet. Ac ei quidem, quam primo loco diximus, differentiæ tantum diluti vini, quod ὑδατῶδες vocant, exhiberi ſinemus, quantum à ſumma intemperie ipſa receſſit: reliquarum autem neutri, prę ſertim cum ſumma ſit, quemadmodum oſtenſum eſt. Quæ enim tales imtemperies non ſunt, ijs dandum vinum eſt, ſed exiguum & dilutum, tale porrò eſt, quod colore quidem eſt album, ſub- G
ſtantia tenue: ſicut ediuerſo frigidis intemperantijs calidiora vina præbemus. At, quod calidiſſimum quidem vinum eſt, id frigidiſſimis intemperantijs eſt vtile: reliquis vero, quod portione reſpondet. Neque enim eius tantum meminiſſe oportet, ꝙ contraria contrariorum ſint remedia, ſed etiam quantitatis rationem in ſingulis contrarijs habere. Ergo, ſicuti de medicamentis oſtendimus, non ſolum æſtimandum eſſe, calidum'ne an frigidum quicquam ſit, ſed etiam quoti in his ordinis ſit: ita & de vinis eſt agendum, non ſolum dilutum aut calidum deligentibus nobis, ſed quod, vt ad intemperantiæ ſpeciem, calore frigore'ue ſuo conuenienter occurrit ac reſpondet. Hæc vero dicta mihi de ijs ſunt, qui mediam ſenectutis ætatem agunt, vtique nec ignoranti primam eius partem eſſe, quæ ὠμογερόντων, id eſt eorum, qui cruda viridi'q; adhuc ſenecta ſunt, dicitur propterea, quòd adhuc obire ciuilia negocia poſſunt: ſecundam autem, cui apte nomen ipſũm inditur eo, quod ipſa ſit, de qua dicitur,

Vt lauit, ſumpſit'que cibum, det membra ſopori.

Quod tamen in tertiam non conuenit, in qua Telephum grammaticum bis ter've menſe lauari dixi. Propter enim virium infirmitatem aſſiduum hi balnei vſum non ſuſtinent.
Accedit, quòd per habitus frigiditatem mordacia hi excrementa non pariunt. H
Nominant eum, qui ad hanc partem peruenit, græce πέμπελον, ſicuti aiunt, qui vocabulorum etymologijs gaudent, ab eo, quod eſt πέμπειν τὴν εἰς ᾅδου πομπήν, i. mittendo in pompam, quæ ducit ad Manes.

Galeni

GALENI DE SANITATE TVENDA
LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Monstrantur præcepta, quæ ad omnes lapsus remouendos & declinandos attinent in iis corporibus, quæ ab optima labuntur sanitate.

Summa earum rerum, quæ superioribus quinque libris comprehensæ sunt, ac quod nam sit huius sexti institutum. CAP. I.

Liud huius de sanitate tuenda speculationis argumentū hoc libro inchoaturus, repetenda cēseo eorum, quæ hactenus tractata sunt, capita: quæ vtiq; dicendis sunt necessaria. Igitur primum diximus, quid sit sanitas: secūdo loco generalis eius descriptio posita est: tertio, queādmodum seruari ea possit, est
B proditum. Ad hæc illud adiectum, aīaliū corpora perpetuo mutari, inde q; adeo necesse est sanitatem eorum, quę aliàs corrūpi periclitetur, nostrę procurationis indigere ante, q̄ tam notabilis mutatio fiat, vnde iam manifeste ægrotent: procurationem vero non aliunde constare, q̄ ex cibo potione q;, quibus, quod de substantia corporis decidit, reficiatur. Altera incurabilis esse demonstrata mutatio est, scilicet quæ pro ætatis ratione accedit, propterea, q cuiusq; animalis corpus à prima genitura ad exitum vsq; toto interueniente tempore siccescat. Cæterum, qui salubrem viuendi rationē ignorant, credibile est hos citius, q̄ pro naturæ ratione, interire. Qm̄ autem (vt diximus) necesse
A.lib.1.f.3.d.2. c.1.fol.59.h est omne genitum animal nutriri, substantia vero ciborum vniuersa in nutrimentum non abit, ac proinde vitiosum quiddā ex superuacuo eius relinquitur, quod proprie excrementum vocant, præparatę à natura quædam corporis partes sunt, quæ id secernant atque emittant. Plurima vero cum sit in naturis corporum differentia, rationabile est suam esse cuique sanitatis tuendæ prouidentiam. Primum igitur, hominem, qui optimo sit statu, pro materia tractationis propositum, quemadmodum quispiam in sanitate custodiat, tradere studuimus. Cum autem variæ occasiones sint, quæ salubrem viuendi regulam pluribus modis intercipiant, eum, qui optimo corporis
C sit statu, {vni sibi vacātem} ac ab omni ciuili negocio liberum, in sanitate seruare proposuimus. Atque hunc quidem, cum in primis quinque libris, quemadmodum quis à prima ineunte ætate ad vltimam vsque senectutem in sanitate custodiat, docuerimus, nunc ad eos veniemus, quibus per negociorum qualitates, esse, bibere, atq; exercitari debito tempore non licet: præterea ad eos, qui statim ab ortu valetudinarium corporis statum sunt sortiti. Sanè breuior erit de his sermo, q̄ prior, quamuis suapte natura longior sit, propterea, quòd plurimarum materiarum vires, quibus ad secundæ valetudinis tutelam vtimur, prædictæ iam sunt. Nam, cum frictione, balneo, exercitatione, cibo, potione, calefactione & refrigeratione, veneris tum vsu tum abstinentia & siquid aliud eiusmodi est, mutationes fieri corporis cernamus, vtique horum omnium vires (vt dixi) prius sunt proditæ.

De vitiosis corporum constitutionibus, ac de ea, quæ ex ætate peruenit, differentia. CAP. 2.

Vitiosi autem corporum status genere duplices sunt, cum elementares & primas corporis particulas, quas Aristoteles ὁμοιομερῆ, id est similares vocat, alij æquabiliter, alij inęquabiliter attemperatas habeant. Dico autem æquabiliter temperari, cum ad aliquam intemperiem versæ æquabiliter corporis particulę omnes aut frigidiores iusto, aut calidiores sunt redditæ,
D aut ficciores, aut humidiores: aut per coniugationem quædam calidiores simul, & ficciores, quędam humidiores pariter & frigidiores, & quędam humidiores & calidiores quædam ficciores & frigidiores. Quin etiam in instrumentalium partium compositione quædam æquabiliter, quędam inęqualiter sunt conditę. Ac primum quidem dicam hic quoque, qui status corporum sint maxime valetudinarij, sicuti & prius † qui maxime sanus esset } ostendi. Verum is vnicus erat: etenim in omnium rerum genere, quod optimum est, id vnū est: vitiosa vero plurima sunt. Duplex tamen est eorum secundum genus discrimen, ceu paulo ante dixi, alijs simili intemperie omnes partes habentibus, alijs dissimili. Atque eorum quidem, quę similem intemperantiam habent, ea pessima esse constat, quę has validas habent, ac potissimum frigidas simul & siccas. At, quibus inæqualiter se habent corporis constitutiones, horum numerare quidem varietates facile non est. Cęterum illa quoque duplici genere specie' ue, siue quouis alio modo nominare velis, variare licet. Nam maxime quidem ea morbis patent, quorum principes maxime partes contrarijs temperamentis sunt affectę. Minus obnoxia valetudini sunt, quibus † diuersę à principibus partes } ita se habent. Equidē aliquos iam vidi, quibus venter frigidus erat, caput calidum: sicut contra, quibus caput frigidum erat, venter calidus. Vidimus aūt & ex accidenti, non primū nec propria tēperamenti ratione assidue afflictum bili ventrē, qui alioqui nō erat natura calidus:

*νοσωδέστάτα
† ὑγιεινὴν, i. salubrem.
† Græce elarius τὰ μὴ κυρία, i. partes non principes.

æque vero & refrigeratum alterum, quis non esset natura frigidus: ad eundem modum & caput, E
& iecur, & lienem, atq; etiam alias partes, aliarum quandoq; intemperantijs affici, cum aut ipsæ haudquaq; læsæ in proprio temperamento essent, aut etiam cõtrarium plane, quàm aliæ, affectum haberent. Primum ergo de ijs verba faciam, qui equali sunt intẽperie, id q; ab ijs, qui præcalidi sunt, auspicatus. Sanè dictum à nobis in libro de tẽperamẽtis est fieri non posse, vt intemperies quęlibet sola diu duret: qñ ipsa sibi ipsi alteram ex necessitate adsciscit. Inde q; factum, vt pleriq; medicorum quatuor tm̃ esse intemperantias putarint, eas q; compositas, simplices vero ne esse quidẽ. Nam "& calidam, dum humiditates semper consumit, parere siccitatẽ: & frigidam, dum nihil absumit, † humoris incremento quodammodo cõferre. Eodem modo & siccam per eas ætates, quibus augescit animal, calidius ipsum semper efficere: quibus vero decrescit, refrigerare & siccare quidem solidas corporis particulas, congerere vero abundantiam excrementorum. Simili modo, si humida cum modice calida coierit, existere aliquando in vtraq; oppositione mediam temperiem. Vtranq; oppositionem intelligo, & quæ ex calido ac frigido consistit, & quæ ex sicco & humido. Erit autem medij temperamenti (quod εὔκρατον græci vocant) eiusmodi intemperantia in ipso præcipui vigoris tempore (quam ἀκμὴν græci vocant) sed & in remissionis tempore, prout ipsi conuenit. Optimam nanq; temperiem in adolescentia corpus obtinet: reliquæ omnes F
ætates deteriores hac sunt, vt prius est ostensum. Atq; hoc etiam meminisse conueniat, vnum id quoq; ex ijs, quæ dicta sunt. Cum enim duplices actiones in aĩalibus sint, certe corporales pueri præcipuas obtinent: quæ animi sunt, ea, quæ à pueris ad remissionem vsq; succedit ętas. Nec tñ est has ætates annorum numero circunscribere, quemadmodum non nulli fecerunt: nisi forte in latitudine quadam. Ergo pubescere quidem incipiunt aliqui, vbi quartumdecimum annum expleuerunt: quidam vno post anno, aut etiam amplius. Initium præterea remissionis non nulli habent statim à trigesimo anno, nõ nulli post quintum & trigesimum. Ac robur quidem omnibus minuitur post ipsam summi vigoris ætatem: non tamẽ hi sanitatẽ amittunt, tametsi minus hanc, quàm ante, laudabilem habent. Cæterum hanc habent non solum vsq; ad initium senectutis, verum etiam, in ipsa senectute tota: quæ ipsa quoq; quibusdam naturalis esse morbus videtur. Cum enim nec dolore anguntur vllo, nec vllam actionum earum, quibus ad vitæ munera vtimur, aut penitus amiserunt aut omnino imbecillam habent, vtiq; sani sunt, sanitate, quę senectuti sit congrua. Meminisse enim profectò oportet eorum, quæ de sanitate demonstrata sunt, nempe quòd ampla sit eius latitudo. Iam, si tertia quoq; corporis affectio est, quam neutram Herophilus appellat, quę in ijs, qui è graui euaserunt febri, conualescendi tempore cernitur, & senili ętate, omnino G
extra morbum senes erunt: actiones tamen perinde, vt ij, qui in flore ætatis sunt, firmas valentes'que non habebunt. Verum, si ad videndum, audiendum, ingrediendum, alia q; facienda, quę seni expediunt, nullo deficitur corpus, etiam hoc rationabiliter senis sanitatem nomines, vtique totum hoc iungens, senis sanitatem, non absolute sanitatem. Hęc enim propter ipsam actionum virtutem integra est, & de qua queri non possit: senum sanitas querimonijs non vacat: quamuis enim omnes actiones habet, nullam tamẽ validam habet. Atq; adeo illa pars artis, quæ de senum ductu instituitur, huc tantum consilia dirigit, vt sanitatem eorum, quatenus fieri licet, tueatur. Corpora vero, quę à prima statim genitura †pronum ad morbos statum sortita sunt, ea planè ad senectutem nunquam perueniunt: aut, siquando peruenerunt, vno saltem diutino morbo penitus laborãt. Proposuimus autem in hoc libro de ijs disserere, qui vitioso corporis sunt statu: atque, hos quemadmodum sanos plurimum tueamur, disquirere.

[Margin notes: A.li.1.f.1.d.3. c.1.fo.5.b — †ὑποτρέφειν ὑγρότητα, i. humiditatẽ subnutrire. — † νοσώδη.]

De Regendis corporibus, quæ calidiorem naturam sortita sunt, humida sicca'ue, aut harum media adiuncta. CAP. 3.

Ergo initio ab ijs sumpto, qui parem in oĩbus corporis partibus intemperiem habent, primũ de ijs agamus, qui calidius "temperamentum sortiti sunt, cæterum in humiditate ac siccitate H
modice se habent. Ac talis quidem corporis natura ab initio statim magis apparet sana, quàm ea, quę in vtraq; oppositione vitiosa est: vtranq; oppositionem intelligo, & quę ex calido & frigido cõsistit, & quæ ex humido & sicco. Eadem dentes edet citius, & citius articulatam vocẽ proferet, & citius ingredietur, & singulis annis ad portionem increscet: postea vero, quàm adolescẽtię annos cõpleuerit, exinde ad remissionem vsq; manifeste calidior apparebit sic, vt tum morbis, tum symptomatis, quæ à bili oriuntur, facile sit obnoxia. Multus nanq; calor, dum humorem absumit, siccius temperamẽtum reddit. At, cum florens iam ætas item calida sit, nimirum composita eorum temperies calida simul sicca q; erit. In talibus aũt temperamentis bilis abundare tum pallida, tum flaua solet. Ergo, qui hac natura sunt, ad ætatem vsq; adolescentiæ similiter educãdi ijs sunt, qui optime sunt naturę: de quibus dictum in pręcedentibus est. Postea vero, q̃ absolutum eorum corpus sit, considerare oportet, vtrum'ne bilis excremẽtum illis per aluum vnà cũ fęcibus expellat, an ad superiorem ventrẽ sit propensum. Si enim deorsum ferat, constat nõ debere esse solicitos. Sin superiorem ventrem petat, per vomitũ est emittendum, s. longe valere iussis philosophis ijs, qui vomere ex aqua tepida post exercitationes ante cibum vetant. Nã vino nec ipse sanè tum esse vtendum suaserim, nisi difficulter id faciant ex aqua. Quippe eiusmodi quedã corporum naturę sunt,

[Margin note: A.li.1.f.3.d.4 c.1.fol.68.a]

quibus

A quibus vtiq; vinum dulce, sed vbi aquam præbiberint, est concedendum. Præterea etiam magis, vbi temperamentum eorum ab initio calidius siccius q; fuit, vomitio petenda est propter ea, quod magis etiam hi biliosi sunt in præcipui vigoris ætate. Quin & exercitari his vtilius est, non acutis exercitationibus & prçuégetis, sed potius tardis & mollibus. Sunt enim omnes, qui hoc statu sunt, graciliores. Acutæ vero exercitationes consensu gymnastarum omnium extenuant: sed lentæ contra corpus implént. Sunt vero & ex ijs, qui impense calido temperamento sunt, qui exercitari prorsus non desiderant, sed abunde his satisfaciant inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio. Acre nanq; & mordax calidum id est, quod ab his exhalat, non humectans, quale ἀτμῶδες græci vocant, nec suaue, citra q; morsum: hos vero à cibis quoq; balneum iuuat. Quidam vero eorum, incredibile est, quàm etiam obesi sunt redditi ex tali victus ratione. Antiquum autem vinum inimicum his est: album vero ac tenue idoneum est. Æstimandum autem in omnibus est, qui à cibo lauantur, num in dextra præcordiorum parte, vbi situm iecur est, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tensionem sentiant. Eiusmodi nanq; corporum status iecinoris vitijs tentari solet, si balneo post cibum vtantur. Ac, si quando eiusmodi aliquod vitium sentiunt, ilico dandum aliquid est eorum, quæ obstructum iecur liberent, abstinendum q; ab ijs cibis, qui crasB sum efficiunt succum, ac potissimum si ijdem glutinosi sint. De his dictum abunde nobis est in tribus libris, quos de alimentorum viribus scripsimus: præterea in eo libro, quem de euchymia & cacochymia, id est de cibis boni & mali succi, edidimus: item q; in libro de extenuante victus ratione. Quippe, qui dolorem in iecinore sentiunt, ijs tali victus ratione vtendum omnino est, quoad dolor se remiserit, & dextra præcordia leuia quodammodo sentiant. Vtile sanè fuerit & liquorem, in quo macerata sit absinthij coma, offerre: præterea, quod tum ex ea, tum ex aniso & amaris amygdalis conficitur: quod etiam bibere ex oxymelite præstat in eo tempore, quod inter surgendum à somno lauandum'q; interuenit. Nam, & postquam confecta sunt, quç ex ventre ad iecur redduntur, talia exhiberi præstat, & temporis aliquid eorum operi ante cibum sumendum dari. Non inutile est & medicamentum, quod dia calaminthen vocant: cuius compositionem in quarto horum commentariorum scripsimus. Verum in biliosis temperamentis cauere oportet huius assiduum vsum. Sed, & si quãdo horũ quispiam eo propter iecinoris obstructiones vtitur, vtilius est ex oxymelite id bibat. Porrò alimenti species, si quis horum temperamentum vertere in melius studet, contraria esse intemperantiæ debet. Sensim vero id fiet citra noxam, si & præsit

A.li.1.f.3. d.4. c.1.fol.68. d

medicus: et, qui curatur, ita sit "à negocijs liber, vt omnia suo tempore peragat. Nam, qui in rebus C ciuilibus versatur, & multis negocijs distringitur, huic tutius est, vt nec tentet temperamentum suum mutare, sed accommoda sibi nutrimenta sumat. Porrò apta sunt humidis quidẽ humida & siccis sicca. Nutritio enim fit, cum is, qui nutrit, cibus corpori, quod alit, assimilatur. Citius autem assimilãtur sicca siccis, & humida humidis. Quibus vero æquale temperamentum est, ijs quanto iucundius fuerit, quod comedunt, tanto vtiq; fit magis nutriens. At, qui inæqualem temperiem sunt sortiti ita, vt his aliud iecinoris temperamentum sit, aliud ventris, aut alicuius eorum, quæ circa iecur sunt, ijs diuersum est, quod assumptu iucundum est, ab eo, quod cuiq; particulæ est idoneum. Qm̃ autem ostensum est duplex esse, quod singulis conueniens est, aliud, quod secundum simplices qualitates, aliud, quod ſm totam substantiam, quod simplicibus qualitatibus maxime aptum est, id quale'nam sit, superius paulo est comprehẽsum, id'que seu mutare intemperiem per ocium velis, seu cẽdere cogaris propter negocia: quod ex tota substantia idoneum maxime est, sola experientia discernitur. Ac maximam quidẽ vim habet ad ea, quæ eduntur bibuntur'que, non in ventre modo, sed etiam toto corpore conficiẽda, totius substãtiæ cõuenientia: cuius ratione nutrimenta animalibus & varia, & speciebus multum inter se diuersa habent: cum nulla similitudo sit eius, quod ex palea & herbis accedit, ei, quod ex ossibus & carnibus: nulla societas eius, quod D ex pane est, cũ eo, quod ex cicuta & veratro: nam & hçc animantium quibusdam nutrimẽta sunt. Fiunt aũt & qualitatibus conuenientiæ, vtiq;, si seruare temperamentum studes, humidis naturis humectante cibo maxime quadrante: siccis vero eo, qui siccet: sin alterare placet, contrarijs. In eo autem, qui est in calido frigido'ue ad intemperantiam lapsu, cõtraria dare semper expedit, cum & efficacissimæ eiusmodi intemperies sint, & (vt ita dicam) magis, q̃, quç ex siccitate & humiditate consistunt, potentes, quippe cum facile similibus nutrimentis in morbosam intemperantiam abeant. At, si siccius quoduis mẽbrum efficias, nihil manifeste lçdes: pari modo nec si humidiori suam humiditatem serues. Euidenti vero argumento tibi & çtates sint. Quæ enim à prima genitura adolescentiã vsq; habentur, humidissima ijs caro est: senili ætati impẽse sicca. Meminisse vero in huiusmodi sermone oportet eorum, quç in opere de temperamentis sunt scripta, scilicet nequis existimet, qui superuacuis excrementis onerantur, hos humido temperamento esse: quæ res eos, qui senectutem frigidam & humidam putarunt, falsos habuit. Non enim ipsæ particulæ senum humidiore temperamento sunt, sed ipsç capacitates, quæ inter corpora patent tum senum, tum eorum, qui humidis morbis laborant, superuacua humiditate implentur. Porrò cuiusmodi siccus morbus sit, certa scientia cognoscet, qui librum, quem de marasmo inscripsimus, diligenter relegerit non semel bis'ue, nec transcurrens, sed singulis insistens atq; intentus. Sanè, qui

* συντόνοις.

* σαρκῶσιν.

* ὑπηρετεῖν, i. obseq, seu morem gerere.

hæc commode leget, hunc exercitari prius conuenit in secundo de temperamentis libro, in quo E demonstratum est senis temperamentum siccum esse. Verum, quod in præsentia nobis propositum est, calidius iusto corpus, si quidem in prima constitutione medium humiditatis siccitatis'q; habitum habuerit, omnino id in incremēti statu (quam ἀκμὴν vocant) siccum efficitur, id'q; tum magis, tum celerius, si etiam natura siccius erat. Sed & senescet idem citius, quanto vtiq; ad summum incrementum peruenit citius. Nam, cum oēs in remissione ætatis siccescamus, ratio est, vt qui natura sit siccior, in senilis intemperantiæ siccitatem citius perueniat. Hi ergo in præcipui vigoris ætate potissimum humidam victus rationem postulant: cuius formulam proxime descripsimus: perficitur enim humectantibus cibis ac balneis, tum exercitationum, & quæ præceleres, & quæ multę sunt, abstinentia. Hi adeo æstatis tempore & citius lauantur, & à cibo iterum: prodest his & frigidæ potio. At venus siccis temperamētis est inimicissima. Vitandæ q; maxime his sunt exustiones, & lassitudines, & solicitudines, & vigiliæ, & motus omnis celer. Iracundia vero, cum biliosas naturas maxime accēdat, acutas febres parit. Itaq;, quæ victus ratio ijs laudatur, qui status incrementi tempore temperie sunt calida, humiditatem tamen ab ortu mediocrem habebant, hęc ijs, qui natura calidi sunt & sicci, magis conuenit. Nec dubium est, quin mo̊dus quoq; excessus superantis elementi in primis considerandus sit. Siquidem eatenus intendere, remittere, aut augere F victus speciem oportet, quatenus supra naturalem habitum aucta diminuta'ue sunt tēperamenti elementa. Quapropter, si eorum, qui natura humidiores calidiores'q; sunt, mutare temperamentum ad frigidiorem sicciorem'q; speciem libet, cōtrariam his victus rationem exhibeas, oportet: sin id custodire placet, similem. Sane eiusmodi naturę in puerili ætate fluxionum & redundantiæ morbis maxime tentantur, item'q; putredinis, quo magis & pluribus exercitationibus & exacta ventris concoctione indigēt. Quicquid enim in hoc corrumpitur, id toti corpori morborum putredinis occasio fit. Itaq; & ante cibum bis ter'q; hi si lauēt, ac calidis sponte ortis vtātur, maximū inde commodum sentiunt. Quippe huc dirigitur in his cōsilium, vt ipsas animalis particulas seruemus humidas. Quæ res omnis temperamenti communis est, si modo contraria ratio omnium animantium corpora citius ad senectutem perducit, ipsa'q; est, cuius culpa omne genitum corpus mortale sit. Quippe, si fieri posset, vt tēperamentum corporis humidū perpetuo seruaretur, verus sophistæ, cuius inter initia operis memini, sermo esset, qui sibi auscultantē promisit immortalem fore. Sed, quoniam naturę progressum, qui est ad siccitatem, effugere corpori nō licet, vt ante docuimus, idcirco senescere nobis corrumpi'q; necesse est. Erit tñ id maxime diuturnum, quicquid minime siccatum. Verum, cum humida victus ratio excrementa & succorum abundantiam pariat, difficile est ita mediocritatem seruare, vt neq; morbi incidāt, neq; senectus maturetur. Quod G tamen ad ipsius tēperamenti rationem attinet, qui maxime sunt humidi, ij maxime sunt longeui. Iidem & sanitate, vbi corpus ad robur peruenit, plus cæteris fruuntur, & cæteris, qui parē ætatem agunt, valentiores ad extremū vsq; senium sunt. Ideo'q; ferme tum medicis omnibus, tum philosophis, qui corporis elementa diligenter inuestigarunt, temperamentum id laudatum est. Immo etiam vnum id proinde secundum naturam se habere quibusdam est visum. Nam, quanquam in principio sit deterius, tempore tamen reliquis prestantius euadit. Quo magis, qui tuendæ huius corporis sanitati perficitur, ijs, quę ab ipso defluunt, prospicere debebit tum exercitatione (vt dixi) tum balneis ante cibum pluribus, tum vero ijs, quæ per ventrem & vrinas redduntur, excernendis. Nec prohibet præterea quicquam, quin & apophlegmatismis & purgationibus aliquando vtatur, ante'q; omnia cibis boni succi, ac vini potione, quod vrinas promoueat.

De regendo corpore frigidiore, quod vel mediocriter se habeat, aut excellat altera contrarietate. CAP. 4.

ET de calidis quidem temperamentis abunde dictum est: de frigidis deinceps agēdum. Sunt porro & horum tres summæ differentię. Nam aut modice se habent in altero contrariorum H pari ita, vt nec humidi sint, nec sicci: aut alterum in his redundat, vtiq; vel siccum, vel humidum: pessima tñ merito sicca temperatura est: quippe, quod tpis spatio senescentibus accidit, id his statim ab initio cōtingit. Ergo istos humectare calfacere'q; oportebit. Id fiet exercitatione modica, & nutrimento humectante ac calido, præterea vini calidi potione, & somno liberaliore, illud interim prouidentibus nobis, vt excrementa oīa, quæ vel ex cibis, vel potione proueniunt, quotidie expellantur. De veneris vsu dictū supra est, eam oībus, qui sicco tēperamento sunt, inimicā esse. Nunc vero ēt ex hoc numero potissimum aduersa est ijs, qui supra siccitatem frigidi quoq; sunt. Nā innoxia venus ijs tm̄ est, qui calidi humidi'q; sunt: tū vero, qui genitura naturaliter abundāt: de quibus inter inequalia temperamēta mox dicet. Malum vero & illud frigidum tēperamētum est, quod cū humiditate coniungitur, maximé'q; id fluxionum morbis est obiectū. Succurrit huic & balnei abstinentia, & exercitio, & tenuiore victu, & vnctionibus, quæ modice calfaciāt: quarū forma narrata prius est, vbi de lassitudine egimus. At, qui frigidi natura sunt, cæterū in sicci humidi'q; tēperatura modice se habēt, minus ij vel ad sanitatē, vel ad corporis robur sunt inepti, q; q in illis sunt intēperati: horū igit excitare firmare'q; calorē expediet. In humiditatis vero siccitatis'q; specie tota victus ratio media est exhibenda. Atq; hec mihi oīa de ijs dicta sunt, quos ęqualis intēperies

* συντόνων.

* ὀξύς.

* ποσότητι. quantitas.

A.li.1 f.5.d.1. c.7.fo.62.c

A peries premit, hoc est quibus omnes corporis partes ad calidius, vel frigidius, humidius, vel sicci- cius similiter sunt inclinatæ.

De Regendis ijs, qui sunt inculpato corporis statu, & vitam seruilem viuunt. C A P. 5.

DE ijs vero qui inæqualem corporis constitutionem habent, non potest paucis dilleri propterea, quod numerosæ horum varietates sunt: cum alijs alia particula male temperata sit. Sed, & si duas tantum quis intemperatas habeat, harum quoq; varietates non paucæ sunt. Proinde q; cum prius docuero, quæ nam ijs exhibenda sint, quibus inculpatus quidem est corporis status, viuunt autem vitam seruilem, siue negociosam, siue quouis modo aliter appellare placet: ab ijs vero, quę nam ijs, qui æqualem intemperantiam habent in simili viuendi genere: transibimus dehinc ad eos, qui inęqualem in corporis partibus statum habent. Ergo salubris & inculpatus corporis status in latitudine (vt sæpe dictum est) intelligi debet: sicuti etiam ipsa sanitas. Nam neq; sanus esse quisquam nostrum videri potest, ea saltem, quæ omnino inoffensa inculpata q; sit, sanitate, neq; inculpabili esse corporis statu. At sanos esse dicunt, qui nec parte aliqua corporis dolēt, & ad vitæ munera haudquaquã sunt impediti: pari modo & corporis statu illęso esse, cum nec ab externis occasionibus facile in morbos incidunt, nec ab internis: Illo nimirum pro re certa prius
B definito, assidue ægrotare aliquos non ob proprium corporis statum, sed propter vitiosam victus rationem, dum aut in desidia vitam exigunt, aut nimium laborant: aut in ciborum qualitate quãtitate'ue, aut tempore, peccãt: aut exercitium aliquod noxium exercēt: aut in somni modo, aut veneris immodico vsu, falluntur: aut etiam ægritudine animi, curis q; parum necessarijs, se macerãt. * ὀπτηδώμάτων.
Quippe non paucos nouimus eiusmodi de causis quotãnis ægrotare: quos tñ non dixeris vitioso corporis esse statu, sicut eos, qui, cum nullo horum, quæ recensui, deliquerunt, tamen perpetuo ægrotãt. Ergo primum propositus sermoni is esto, qui corporis statum in latitudine inculpatum habet, qui'que alteri viuens, toto die ministrat, aut maximo magistratui, aut monarchæ: cęterum ad extremum diei liber à domino discedit. Quo loco rursus definiendum nobis est, quem finem diei dicimus: quando aliàs lectori sermo noster imponat, nisi certam limitationem assequatur. Si enim dixero dissolui tum primum hominem ad corporis sui curam, cum Sol occidit, nec adiecero quo die id velim, circa'ne solstitium æstiuum an brumale, an circa æquinoctia, an alio quopiam tempore, quod dictis interuenit, non possunt cõmoda præcepta tradi. Romæ enim maximi dies ac noctes, paulo maiores quindecim æquinoctialibus horis sunt: contra minimi, paulo intra nouem. In magna vero Alexandria maximus dies quatuordecim horarum est, minimus decem. Er-
C go, qui in breuissimis diebus, & longissimis noctibus à ministerio occidente Sole redit, huic fricari per ocium, et lauari, & modice dormire licet. Porrò nemo est, cui nec in maximis, nec etiã his, non liceat aliqd mediocriter agere: nec ipse profectò quęquam noui tã infœlici vitæ sorte vsum. Antoninus enim, qui Imperatorum, quos ipsi vidimus, promptissimus ad curam corporis venit, breuissimis diebus Sole occidente in palestram ingreditur: longissimis autem hora nona, aut ad summum decima. Quare licet ijs, qui illi in diurnis officijs adsistunt, vbi discessere, reliquo diei tempore corporis curam agere ita, vt Sole occidente ad somnum se conuertant. Nam, cum minima nox nouem horas ęquinoctiales æquet, abunde his fuerit, si id totum tempus in somno sumpserint. Ergo videndum est, assuetus'ne per anteactam vitam exercitationi talis minister fuerit, an citra exercitationem lauari. Nam sunt, qui ne eousq; sui curam habeant, vt frictionem quidem sibi adhibeant, sed protinus perfusi oleo balneum ingrediantur, aut etiam strigili tantum arrepto, quo sudorem in ipso balneo destringant. Ac non nulli quidem hanc consuetudinem modice ferunt ita, vt aliqui eorum nec assidue ęgrotent, {nec longo tempore,} vtiq; quibus libera corporis transpiratio est: ἐυδιαπνευςοὺς græci vocãt: eosdem aliqui tum medicorum, tum gymnastarũ, ἀραιοσυγκρίτους gręce appellãt. Quin dictum & ab Hippocrate est huic generi hominum sani- in lib d Alimē. circa medium.
D tatem magis constare. Ait enim, || Laxitas corporis ad trãspiratũ, quibus plura per cutim ferunt, salubrius: quibus pauciora, minus salubre. Hanc corporis naturam ad aliam consuetudinem trãsferre non oportet, sed nec vllam omnino aliam naturam, nisi, quæ longo iam tempore ægrotat.

Quo pacto Prospiciendum sit ijs corporibus, quæ in seruili vita in aliquam ægritudinem facile incurrunt. C A P. 6.

QVo'd siqua assidue ægrotet, disquirere in ea causam conueniet. Ea inuenietur, si initium inquisitionis ab ægritudinis specie ceperimus. Quicquid enim eorum, quæ in ipso sunt,
A.l.1 f.3.d.4.c. 3.fol.68.d corpus affligit, duplici id occasione oritur, aut " redundantia, aut succi vitio. Ac, si quidem redundantiæ vitijs ægrotare videbitur, huc vniuersa tendet victus eius ratio, vt succos ad conuenientem modum reuocet: sin ex succorum vitio, vt pãres eos faciat. Prius autem specialiter dicetur, quemadmodum prospiciendum mediocritati sit, quæ in quantitate spectatur: pòst, quemadmodum ęqualitati, quæ in qualitate consistit. Itaq; iam de priore agamus, ducto tandem ad principium sermone. Vbi, quod ex corpore exhalat, minus est ijs, quæ accepit, redundantiæ oriri morbi solent. Ergo prospiciendum est, vt eorum, quę eduntur ac bibuntur, respectu eorum, quæ expelluntur, conueniens mediocritas seruetur. Sanè is mòdus seruabitur, si ponderabitur à nobis in vtrisque quantitas. Qui enim balneum statim ingrediuntur, ijs postea frictione * ἀρτίως. aliter ἀρίςους, i. optimos. * symmetria.

vti, atq; etiam prius paulum dimoueri: qui vero hæc prius obierint, paululum etiã hæc ipsa inau- E
gere suadebimus, detrahere vero de nutrimenti vel quãtitate, vel qualitate, vel etiam vtraq;. Qui enim celeriter notabilem abundantiam aceruant, ijs de vtraq;: qui non celeriter aut non notabilem, ijs de altera demptum esse sat fuerit, vtra videlicet homo ipse potius voluerit. Ac, quẽadmodum de quantitate demãtur, notum est. De qualitate demitur, cũ exigui nutrimenti cibus apponitur. Siquidem nõ pauci suilla nutriti, celerrime copiam aceruãt: cum aliàs requirat id nutrimentum tum frictiones, tum exercitationes planè vehementes. His igitur olera & legumina, quę nõ multum corpori adijciant, præterea pisces & aues, quę multũ item non nutriant, exhibenda sunt.

Qui vero vitiosos congerũt succos, ij non perinde, vt qui redundãtiam cogunt, vni tantum rei sunt intenti: quãdoquidem nec vnica est vitiosi succi species. Alij enim magis frigidum pituitosum q; eiusmodi succum cõgerunt: alij magis calidum ac biliosum: nõ nulli magis aquosum: alij rursus magis melancholicum, {id est qui magis atræ sit bilis.} Horum ergo cuiq; abstinendũ ab ijs cibis potionibus q; est, qui eum, quẽ colligunt, succum facile gignãt. Porrò dictum abunde de his est in tribus libris, qui de ciborum viribus sunt inscripti: itẽ in alio, quẽ de ijs, qui bonum malum'ue succum gignunt, inscripsimus. Est & præter hos alius de ijs, qui extenuãt, cibis, vtilis profectò ijs, qui crudũ congerunt succum, qui crassus quidem omnino est, non tamen perpetuo glu- F
tinosus. Sanè omnibus his commune auxilium est alui deiectio: potissimum vero quibus est naturaliter adstrictior. Communis porrò est & veneris conueniens mediocritas.

De ratione Cibandi & Exercendi eos, qui vitam negocijs districtam obtinent. CAP. 7.

QVibus enim inculpata corporis constitutio est, nõ debent ij (veluti siccis supra præceptum est) à venere oĩno abstinere. Illud tamen considerationem maxime desiderat, semel'ne die, an bis sit ijs, qui eiusmodi vitam agunt, comedisse, ex vsu. Eius considerationis caput est & corporis ipsorum natura: & ab hac, in victus ratione consuetudo: & tertio ab his, si mutare victus rationẽ videbit, quo pacto eius mutationẽ homo ferat. Atq; ab ipsa quidẽ natura eius, quod conducet, significatio datur. Et eorum quidem, quibus biliosus venter est (sicuti dictum nobis in quarto iam est, & nunc nihilo minus dicetur) primi semper ciborum ac potionum sint, qui aluũ deijciant. Ex vinis quidem dulcia, &, quæ mollire ventrem possunt: non enim oĩa eius sunt generis. Ex cibis, olera cum oleo & garo. Vitanda vero ex vinis sunt austera: ex cibis, qui adstringunt, nisi si firmandi oris ventris causa post totam comestionem exhibeantur. Id aũt experientia quoq; discernendum est: sunt enim, quibus adstringentium vsus † adeo aluum non comprimit, vt ẽt ad deijciendam conducat propterea, q; os ventris roborat. Quod euidẽtissime in ijs, qui imbecillius G
id obtinent, cernitur. Quicunq; vero palæstræ exercitijs ante balneum sunt vsi prius, q̃; districtæ negocijs vitæ se addicerent, ijs vt ab ipsis abstinuisse est incommodissimum, ita, vt similiter vtantur, præter incommodum etiã fieri omnino nequit. Ergo exercitatione, quæ apotherapia dicitur (de qua supra egimus) istis vtẽdum censeo, & simul de suillæ carnis modo non nihil demẽdum. Qm̃ vero (vt ante dixi) sunt, quibus ante balneũ edisse aliquid est melius, dicẽdum deinceps est tum de hora, qua facere id debent, tum quãtitate eorum, quæ sumẽt, ac qualitate. Ergo, quod ipse facere insueui diebus ijs, quibus propter vel infirmos visitandos, vel ciuilia negocia, putaui me serius ad balneum accessurũ, id dicere non grauabor. Ponatur dies, quo id fit, tredecim horas æquinoctiales longus: in decimã vero corporis curandi spem esse. Hoc casu visum mihi est circa "quartam horam simplicissimum sumendum esse nutrimentum, qui vtiq; solus est panis. Atq; ipse quidem ita feci. Quibusdam vero pane solo vesci sine obsonio non placet, sed eum cum palmulis, oliuis, melle, aut sale sumunt: sunt etiam, qui post eum bibunt. Ego vero nec à tali cibo vnq̃; bibo, & solum panẽ comedo. Sit aũt cuiusq; eorum modus is, qui decima hora concoctus esse possit: quippe, si exercitari cupiant, eo maxime pacto citra noxam se exercitent: siquidem non leue incõmodum non nullis accidit, cum repleti cibo se exercitant: non nullis enim & caput impletur vapori- H
bus: & in iecinore aut ponderis sensus, aut distentionis, aut vtriusq; percipitur. Ergo, cũ tale quippiam incidit, succurrendum ei, q̃; primum est: si iecur obstructum sit, ijs, quæ in vijs eius hærentia impedita q; expediant: si caput repletũ est, ambulationibus, sed potissimum ante cibum: nihil tñ vetat, quin & post cibum. Cęterum has q̃; maxime lentas esse expedit: illas, quæ ante cibum sunt, magis his quidem citas, non tñ quales festinabundi vsurpamus opere aliquo vrgente. Quæ vero iecinoris meatus obstructos expediunt, eadem tarditati concoctionis cõducunt: horum optima sunt oxymeli, & dia trion pipereon, in quo nullũ immistũ sit medicamentũ non familiare: ad hęc tenuatorius victus. Hæc enim tarditatẽ concoctionis corrigũt, & obstructiones iecinoris liberãt. Vbi vero corruptio ciborũ in ventre accidit, quibus id, quod corrumpitũ, in aluum descẽdit, ijs maximum id compendiũ ad sanitatem est: quibus vero nõ descendit, ij prouocandi ijs sunt, quæ leuiter deijciunt: cuiusmodi sunt diospoliticon, vtiq; cum pari cũ reliquis pondere nitrum immistũ habet, & quod ex ficis & cnico componitur, alia q;, quæ ex cnico vel epithymo conficiunt. Porrò ijs, qui ita sunt affecti, ẽt vomitus ante cibum conducit, vomitus aũt vini dulcis potione prouocatus. Consulendũ vero his est, ne quid fumidũ, aut male olens, aut deniq; facile corruptibile nutrimentũ accipiant, sed, quę boni succi sint, (medici euchyma vocãt) potius eligant. Scriptũ vero de his alibi

* ἔνδειξις, i. indicatio.

† οὐ μόνον ἀλυπός ἐστιν, i. nõ solũ iucundus, aut molestia carens.

* πλῆθος, i. copia.

A. li 1. f. 3. d. 4. c. 3. fol. 68. d

* πλῆθος.

* συντονωτέρως.

A his alibi est in ijs, quę de boni mali q; succi cibis prodidimus: pręterea in illis tribus, quos de ciborum facultatibus inscripsimus. Percõmodum vero ijs, qui ita se habent, hoĩbus est, & si ex conueniente tpis interuallo aluum subducant p ea, quæ modice purgent, cuiusmodi est dialoes amarũ: sic enim pleriq; medicorum vocant, quemadmodum aliqui in fœminino genere amaram, græce picram. Si vero longo tpe vitiosum succum augeri sinas, grauis quispiã morbus ipsis incidet. Sanè possunt eiusmodi sibi curam impendere ijs diebus, quibus publicum aliquod festũ celebratur, quo nimirum liberi à seruili ministerio sunt. Verum multi per intemperantiam adeo nihil agũt, quo, quod vitiosum in corpore collectũ est, corrigant, vt ẽt magis ipsum accumulẽt, dum vitioso victu in ipsis festis vtunt. Quo fit, vt alijs eorũ diutini morbi incidãt, à quibus tota vita explicare se nequeunt, cuius generis mala sunt & podagra, & articularis morbus, & calculus: alijs acuti, sed qui vel singulis annis infestẽt, vel certe alternis oĩno: aliqui vero ẽt bis ita in vno anno laborant. * περίοδος

De Gracilitate remouenda & procuranda. CAP. 8.

ARs vero, quę sanitati tuendę præsidet, ijs, qui sibi paruerint, constaturã sanitatem promittit: qui vero parere recusant, ijs perinde est, ac si omnino non esset. Recusant autem alij, ab ipsa in presens voluptate victi, quos incontinentes intemperantes q; nominãt: alij ambitione, quam B græci hodie κενοδοξίαν, id est vanam gloriã, vocant: quorũ is erat, qui quiduis potius sustinuisset, A. l. 4. f. 7. t. 4. c. 2. fol. 519. b q̃ picem * sibi toto corpore cõtinenter illini, suadentibus id medicis pro gracilitatis remedio: hęc enim non nullis propter totius corporis in sicci frigidi q; excessu intemperiem oritur: non nullis vero propter digerentis in corpus, vel nutrientis, vel etiam ambarum facultatum naturalem imbecillitatem. Porrò omnibus, qui ita sunt affecti, auxiliatur vnguenti genus, quod à græcis hodie dropax dicitur, vtpote quod & distribuendo in corpus alimento, & nutritioni conducit. Et sanè multos ex ijs, qui prius graciles fuere, videre licet hoc remedio obesos redditos, potissimum quibus digerendi facultas infirma erat, nutriendi vero firma, sed quæ per aptę materiæ penuriam affatim nutrire non potuit: quod ei nimirum ex deducendi in corpus alimẽti defectu incommodum accedit. Verum aliqui per ambitionem (vt dixi) ne, sicut delicati, aut, qui formæ plus satis indulgent, pice vngi videantur, refugiunt eiusmodi auxilium, atq; aliud quippam sibi à nobis excogitari gracilitatis remedium iubẽt: cum tñ nullum sit, quod huic possit æquari. Prodesse tñ possunt etiam hęc, si ante balneum manu nec adeo molli, nec rursus aspera, corpus perfrices, quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione non multa cutem cogens, densam eam duram q; efficias: ab his, si mediocri exercitatione vsum, ac lotum, citra tamen longam in solio moram, hominẽ abster C geas ad iam dictæ frictionis siccæ formam: mox vngas oleo exiguo, ac cibum offeras. Quippe studium in his est, vbi bonum sanguinem in corporis molem attraxeris, vt tum nutricẽ vim firmes: tum ne, quod attractum est, exhalet, prospicias. Ac firmatur quidem nutriendi vis excitato in carnibus calore. Non exhalabit aũt, qui attractus in has sanguis est, si oleo vnxeris, vtpote, quod em plastici medicamenti vim habet. Quòd si ętas non reclamet, etiam si frigida lauatione vna cũ prædictis vtetur, magno fruetur commodo. Contra vero in ijs, qui immodice sunt obesi, minuenda digestio est: augenda vero corporis exhalatio. Porrò minuetur digestio assidua vẽtris deiectione, nempe assuefacientibus nobis nutrimenti instrumenta, quæcunq; continẽt, ea statim pessum impellere. Corporis autem exhalatio inaugebitur cèleri exercitatione, cuius generis cursus est: pręterea vnguentis ijs, quę euaporandi vim habent, fricando q̃ plurimum. Sanè frictionem mollem esse conueniet, ac, quæ laxum corpus efficiat. Ipse nanq; præpinguem quendam paruo tempore ad mediocritatem carnis reduxi, cèleri primum cursu vti cogens, dein sudorẽ linteo vel molli admodum, vel admodum aspero detergens: ab his, vnguentis euaporantibus, quæ hodie acopa medici iuniores vocare solent, largissime perfricui: ac post eiusmodi frictionem ad balneum perduxi: à quo nõ protinus cibum dedi, sed quiescere interim iussum, aut etiam cõsuetum aliquod mu- D nus obire, rursus ad balneum secundo egi: postea ciborum multitudinem, qui parum nutrirent, apposui, eo consilio, vt saturarent illi quidem, cęterum exiguum nutrimẽti in totum corpus submitterent. Sed & alias, quę totũ occupant corpus, intemperies simili ratione corrigere cõueniet, primum eorũ, quæ agi oportebit, inuento scopo: mox materijs, quę ea præstare queant. Nã nunc A. lib. 1. f. 3. d. 2. c. 11. fol. 65. c cõpendio sermo oĩs * semel peragat ad eos, qui tum frictionum, tum exercitationum, tum balneorum, rationes memoria tenent: item q; ciborũ, et medicamentorũ. Ac de frictionibus exercitationibus q; in hoc opere supra est dictũ: de cibis vero alibi, atq; ẽt de medicamẽtis. Quippe doctrina, quę methodo, (id est via ratione q;) traditur, cum cõia generalia q; cõplectitur, ad multa particularium tum facile recordabilis, tum vero cõpendiaria, efficitur. Ego vero, cum non tm̃ vniuersalia ponam, sed ẽt particulariũ exempla his apponam, absolutissimã me arbitror tradere doctrinã.

Quotuplices sint Inæquales corporis Status: ac qua ratione, cum in capite fuerint, debeant emendari. CAP. 9.

IAm ad inæquales corporum status accingi tempestiuum videtur: hi porrò etiam vàletudinarij * omnino sunt. Sanè inæquales status trifariam fiunt, prout compositio corporis nostri triplex est, Vna ex primis elementis, ex quibus constant ea, quę Aristoteles ὁμοιομερῆ, id est similares partes, nominat: Secunda ex his ipsis similaribus: quę ipsa quoq; rursus sensibilia dissimilariũ * νοσώδεις

partium elementa sunt: ex quibus instrumentalium compositio consistit: Tertia ab his totius cor E poris compositio ex ipsis instrumentalibus est: ac facillima quidem tum ad discernēdum, tum ve ro curandum tertia est: difficilior secunda: maxime lubrica prima est. Commodius ergo à tertia incipitur, quæ faciliorem se & ad cognoscendum præbet, & ad custodiam: vt statim in capite (neque enim alienum est ab eo cœpisse,) quod intemperatę naturæ sit adeo, vt multa excrementa gignat, vnde lædi subiecta mēbra contingat, in quodcunque excrementa procubuerint. Ac promptissime quidem in os & nares impetum excrementa faciunt: decidunt vero & in oculos: non nullis etiam in aures. Sed excrementi in os decursum tum gula excipit, tum aspera arteria: appellant hanc græci & βρόγχον: cuius summa pars, quæ ori coniungitur, (λάρυγξ autem græce dicitur) instrumentum est vocis: vt in libro de voce est indicatum. Ergo is larynx ab ijs, quæ capite decidunt, madefactus, principio quidem raucam" vocem facit, procedēte vero tempore paruam. Si vero longius etiam procedit malum, totam adimit. Quippe cū larynge arteria quoq; ipsa vnà humectatur. Quod si acris fluxio sit, nō solum ad vocem ineptæ prædictæ partes fiunt, sed etiam grauissima quædam erosio his accedit, quę talis est naturæ, qualis sunt, quas subinde in cute citra externam causam lęsa factas videmus. Id vero & pulmo his exulceratur, & morbus tabes dicitur, græce φθόη. At, si in gulam & ventriculum fluxio feratur, quę quidem frigida est, in frigidam in- F temperiem corpora mutat: quę calida, in calidam: hęc vero etiā exulcerat spatio, inter initia vero appetentiam & concoctionem labefactat. At frigida quidem fluxio tarditatem concoctionis, & cruditatem, & acidos ructus creat: quod si etiam corrupta sit, alimentum quoq; in corruptelam vertit, quæ vel fumidos, vel acidos, vel alterius cuiusquam dicibilis indicibilis'ue qualitatis ructus emittat. Si vero inferius se noxa recipiat, & ieiunum, & crassius intestinum, quod colon vocant, affligit. Quin etiam vasa, quæ sunt in mesenterio, & per quæ fit in iecur cibi digestio, tangit. Ac non nullos quidem abolitio appetitus excipit: alios appetentiæ à natura alienæ, quas caninas appellant, aut etiam vitiosi cibi cupiditas, qualis grauidis, quas κιττώσας græci vocant, accidit. Sanè non latet vuam quoq;, & paristmia, & parulides, & antiades, & dentium erosiones, & vlcera & putredines in ore, saniem hanc, quę à capite in ipsa decidit, consequi. Ac pleraq; medicorum pars aut columnellam incidunt, aut medicamenta, quibus expui faciant, quod in pulmonem per asperam arteriam defluxit, exhibent. Alij ventri prospiciunt. Alij dentibus & ori, aut etiam ijs, quæ in naribus constitere, prouident: vt de oculis auribus q; taceam, qui ipsi quoq; in non paucis læduntur: cum satius (arbitror) esset ipsum mali ceu fontē tollere, caput ipsum firmando: aut, si hoc præ magnitudine naturalis intemperantiæ non liceret, saltem illi prospicere, ab ipsa scilicet vitij G specie, prouidentiæ indicatione semper accepta: Nec committere, vt, quod nō nulli medicorum faciunt, qui omni capiti medicamentum, quod ex thapsia & sinapi componitur, applicant, id ipsi quoque faciant: quando, si ex calida intemperie caput male habet, talia medicamenta noceant. Expedit igitur hos frequenti balneo potabilis aquæ fouere, quo & calidos vapores, qui in capite sunt, euocemus, & totum capitis temperamentum melius reddamus. Calidarum autē, quæ sponte nascūtur, noxius his vsus est: siquidem, quæ ex his sulfurosæ, bituminosæ'ue sunt, eæ propterea, quòd calfaciunt, inimicissimæ calido naturaliter capiti sunt: aluminosæ vero, quoniam angustos habitus meatus claudunt. Solis autem ijs sponte natis citra noxam vtantur (si tamen ipsis vtendum,) quæ vtiq; dulces sunt: sic enim tuto dixeris: nam, quod vtile etiam aliquid ex ipsis proueniat, id vero non perinde tuto dixeris: quando nec calidæ fortasse forent, si omnis calfacientis medicamentosæ virtutis essent expertes. Satius autem sit eiusmodi aquas experientia discernere: quando etiam raræ inuentu sunt: apud nos stadijs ab vrbe paulo plus centum: in Prusa minus decem. Ergo, quæ apud nos est in Allianis, (ita enim locum appellāt) vnius tota rationis est, atq; ex vno fonte manans: quæ vero in Prusa est, diuersæ. Item diuersus medicamentosæ aquæ fons, æque vt apud nos, in Licetis. Quibus vero caput vehementer calidum æstuans'que est, ijs præstat æsta- H tis tēpore rosaceo perungi, quod ex rosis tantū ac sine frondibus sit cōfectum. Atq; in hoc ipso genere illud præstantius est, quod ex crudo oleo, (quod omphacinū & omotribes grece vocāt) inie ctis rosis cōponitur: quod longe etiā melius est, si salis omnino sit expers. Sūt capita, quę propter arteriarum tēperamentum in vertigines, (quę gręce scotomata vocāt) & capitis dolores incidūt: in quibus etiam arterias incidere solemus. Sed hoc genus propositę artis limites egreditur.

*πρόνοιας τύχην.

A.l.3.f.10.t.1. c.1.fol.263.a

De inæquali Statu Ventriculi, curando, siue aliunde siue in se ipso, causam contineat. CAP. 10.

QVę tamen ex nimis acuto neruorum sensu assidue dolent, qui à capite orti plurima sui parte os ventris texunt, pars etiam ad reliquum ventrem descendit, his sanè mederi propositæ iam artis officium est: potius tamen consilium est id agere, quò minus hæc vllo modo incidant, cauendo, ne aut biliosus humor in ventrem prorsus confluat, aut quàm celerrime inde expellatur. Atque, vt ne prorsus quidem confluat, consulueris, si citius cibum exhibeas. Vbi enim totius corporis biliosius temperamentum est, venter autem imbecillus, vtique cibo, qui ventrem roboret (eustomachum græce vocant) firmari postulat. Vbi enim ita non prospicitur, defluunt in eum, quas corpus aceruat, superuacuæ sanies, quos græci ichores vocant. Ex quarum vapore non solum capitis dolores nō nullis oboriuntur, sed etiam suffusorum, quos

hypocheomenos

A hypocheomenos vocant, ſymptomata: aliquibus vero & comitialis conuulſio. Horum itaque omnium vniuerſa victus ratio ad frigidius potius humidius'que mutanda eſt. Quod autem in ventrem confluit, id vomitione, ac ventris ſolutione expellendũ eſt. Stomachus vero cibis quidem quotidie prius, quàm bilem contrahat, firmandus: purgetur vero medicamentis ex maiore interuallo, abſinthij coma, & compoſitione ex aloe, quam picran vocãt: quippe hæc, quod altius in tunicas bilioſi ventris ſe recepit, expurgat, abſinthio parum id præſtare valente. Eſt enim abſinthio vis tantum detergendi, adſtringẽdi'que, ac talis, quæ (vt ſic dicam) ſordes tunicarum ventris detergeat, non, ſiquid altius in eo imbibitum eſt, foras extrahat atque expellat, ſicut aloe. Quæ autem poſt hanc ventri extrinſecus admouentur vnctiones, eæ modice aſtringentes ſunto, vt melinum, maſtichinum, & nardinum, & alia id genus. Ac æſtate quidem potius melinum: hyeme nardinum: vere maſtichinum, nam id medium eſt inter melinum & vnguentum nardinum: hoc enim calfacit, potiſſimum cum amomum liberalius immiſtum habet: illud refrigerat. Eſt autem opulentis mulieribus, & quod præſtantius nardino vnguentum ſit, nempe foliatum: præterea, quæ ſpicata vocant, quæ ventrem & roborare poſſunt, & calfacere. Si vero non modo caput calidam ſaniem ventris partibus tranſmittit, ſed etiam venter ipſe calidam intemperiem habeat,
B vtique, qui frigefaciant, tum cibo, tum potione ſemper vti conueniet, atq; eam qualitatem in his pro temporum anni ratione intendere varie, ac remittere, nuſquam tamen ad contrariam peruenire: id quod in iis, qui medij temperamenti erant, fecimus, hyeme calfacientes, æſtate refrigerantes. Ad eundem modum, ſi vtraque pars frigida intemperie ſit affecta, ſemper calfacientibus tum cibis, tum potione, tum vnctione vtendum eſt: varie tamen ea pro temporum ratione intendenda remittenda'que ſunt. Porrò "difficilis connexio eſt, quoties vel in calidum ventrem frigida & pituitoſa ſanies ex capite defluit, vel in frigidum calida. Atq; harum duarum alteram ſemper expertus ſum magis ad curandum rebellem, nempe in qua frigidi pituitoſi'que ſucci in calidum decidunt ventrem. Peſſimus vero is ſtatus eſt, cum homo ea compoſitione natura q; eſt, vt nec ventrem facile ſolubilem habeat, nec vomere ex facili poſſit. Corrumpũtur enim pituitoſi humores, ſi diu ſint in ventre morati, adeo, vt & ipſum erodant, & ſimul vitioſos interim halitus ad caput ſubmittant. Nam, ſi pituitoſus ſuccus à capite in frigidum natura ventrem decurrat, facile his ſuccurritur, ſi mane aliquid ſimplicis medicamenti ſumpſerint, quod dia trion pipereon dicitur. Sed & piper ſolum ad exactum contritum lęuorem aquæ miſtum bibere his licet: ad quem vſum melius ſtomacho q; aptius album piper eſt. Porrò abſinthij potio his eſt aduerſiſſima, vt quę pituito
C ſum ſuccum ipſorum ventri affigat, cum detergendi vim non habeat, quæ adeo ſit æſtimãda. Sed nec aloe valde his conducit, cum ei bilioſi trahẽdi humoris facultas ſit: eo'que excogitata ſalubriter eſt compoſitio, quam picran vocant, quæ acrimonia calore q; eorum, quæ in ſe habet, craſſos & lentos ſuccos diſſecat ac deterget, cuius generis cinamomum eſt. Verum aſſidue vti hoc medicamẽto non licet, ſicut dia trion pipereon, aut dia calaminthes: quibus etiam ſi quotidie vtatur, quem frigidus venter infeſtat, nihil incommodi ex his ſentiet. In totum ergo ad aloes drachmas centum, reliquorum cuiuſq; coniiciuntur drachmæ ſex, quæ ipſa quoq; ſex ſunt. Atque hęc eſt picra, quam Romæ omnes præparant. Ego vero etiam alias duas compono, atque in altera, eorum, quę calfaciunt, plus: in altera minus coniicio. At plus quidem reliquorum immiſcebimus, ſi de aloes ſolius põdere detrahemus ſic, vt in illius drachmas octoginta, reliquorum cuiuſq; addamus ſex: Minus vero, cum aloes modum augebimus, viginti drachmis adiectis ſic, vt centumuiginti eius drachmis cæterorum cuiuſque adiiciamus ſex. Minime vero latet, & quod in penuria cinamomi ponendum pro eo ſit optimæ caſiæ duplum, quam aliàs ea eſſe virtute non nulli putant, vt nihil ab inualido cinamomo abſit: nam à generoſo etiam talis caſia longe ſuperatur. Verum, ſicuti in boni panis inopia vel viliſſimo veſcimur, ſic in cinamomi penuria, exquiſitiſſima vtemur
D caſia. Ac, in quibus quidem venter aut frigidus eſt, aut etiam temperatus, cæterum ad frigus propenſior, iis aptum medicamentum eſt, quod dioſpoliticon vocãt. Quod ipſum quoq; dupliciter confici aſſueuit, iis, qui aluo ſunt adſtricta, nitro, quod *Bernicãrium vocant, cũ cumino, ruta, & pipere, pari pondere admiſto: pro iis, qui ſoluta ſunt, dimidio. Conuenit nanq; inter omnes ab hoc medicamento & pituitam extenuari, & ſpiritum flatulentum expelli. Grauis "autẽ nec facile tractabilis complexio eſt ventris, qui intemperãter calidus ſit, cum frigido capite. Quę enim in ventrem defluit pituita, dia trion pipereon ac dia calaminthes eget, etiam cuius modo mentionem fecimus dioſpolitici. Os autem ventris ab iis, quę calorem accendunt, offenditur. Ergo in iis, qui ita ſunt affecti, id agendum, vt pituitam diſſeces detergeas q; iis, quę haudquaquam calfaciũt: quod genus oxymeli eſſe nouimus. Iam lubrica atq; ad curationem difficilis connexio eſt, vbi tales partium affectus coierint, in quibus os ventris (quem ſtomachum vocãt) imbecillum eſt ac nauſeoſum, venter autem ipſe retinetur. Quippe, quæ hunc laceſſunt, ſtomachum omnia ſubuertunt ita, vt in ſummo eius cibi natent, & nauſeam ſubinde excitẽt. His neceſſario incidit, vt cibum parum belle concoquant. Quòd ſi contra illis ea, quæ ſtomachum firmant, exhibueris, etiam in tertium quartum q; diem ipſis venter ſiſtitur. Huiuſcemodi igitur hominibus vnicam victus rationem conuenire animaduerti, nempe vt primo loco olera cum oleo & garo, alia q;, quæ ventrem mollire

Margin notes:
A.li.3.f.1.t.2: c.1.fol.189.d
A.l.3.f.13.t.1. c.33.fol.290.h
* βερνίκιον, aut βερενικάριον legẽdũ eſt

lire solent, sumerent: post istum autem cibi modum, aliquid eorum, quæ stomachum roborent, E acciperent. Ea sunt mala cotonea, & pira, & punica. Quippe aliqua sunt horum generum, quæ citra acorem adstringant. Ipse autem, qui affligitur, omnibus seorsum vsu exploratis, quod minime noxium iucundissimumq́ue inuenerit, eo vtitor. Non multum autem de horũ singulis est sumendum, sed quantum (vt dixi) imbecillitatem stomachi reficiat: nam eiusmodi horum vsum ventrẽ soluere experientia comperi. Atque in totum magis, qui ita sunt affecti, desident, si quid adstringens post cibum sumpserint, quàm si eo prorsus caruerint, propterea, quòd os ventris iam roboratum & trudit deorsum, quæ in summo natant, & cum his vnà, quæ in toto superiore sunt ventre: tum vero ipsum ciborum momentum intestina quoque exceptum seruant, ipsa quoque impellentia, quæ à superioribus acceperũt. Videtur enim ipsa tum impellendi, tum expellendi vis, etiam si à sede ipsa aliquid sursum impulerit, ipsum motum longissime tueri, quanuis præter naturam sit eiusmodi in animalis corpore transitus. Cæterum ita se habere, vt dicimus, intelligere licet, si, quod sæpe nobis accidit, ad memoriam reuocet. Nam mordax interim humor in locum aliquem sedi vicinum receptus, ad expulsionem sui nos iritat: quem tamen cohibere propter ciuilia negocia coacti, nec ab his expediti eum expellimus, [a]† & facta conuersione eius, caput inde dolere sæpe numero sentimus. Optima igitur ratione, tametsi lubricantes cibi stomachum innatant, austera sumpta, vbi superioribus ventris partibus robur addiderint, principium deorsum ferendi iis, quæ in eo continentur, suppeditant. Id ferendi principium intestina tum excipere, tum ad imum vsque exitum seruare solent. F

De Custodiendis iis, qui vel Renum calculo, vel Articulorum vitiis laborare solent. CAP. 11.

Atque, cum satis de his hactenus sit dictũ, ad aliam inæqualem compositionem transire par est, quæ nulli dictarum in malitia cedit: vtique in qua renes calculum gignunt, aut tophos, quos græce πώρους, aut quomodocunq; aliter vocant: totus vero corporis habitus gracilis est: hi nanq; medicamenta victum q́; quæ extenuare possint, requirunt. At ea gracili corpori sunt inimicissima adeo, vt quidam, qui propter renum vitiũ vsus his fuerat, vbi digitos deterius moueri sentire'que sensit, &, vt ipse locutus est, veluti [b]† cauum quiddam sonantes, cõmunicauit rem medicis, primum in Campania, vbi ipse agebat. Hi, tanquam eo affectu laboraret, qui paralysin, id est resolutionem neruorum, minaretur, medicamentis, quæ ex euphorbio & limnesi (quam etiam ἀδάρκην vel ἄδαρκον greci vocant) vtebantur. Vt autem affectus ei in deterius cessit, & symptomata cum vehementi dolore ad superiores partes semper ascenderent, mihi, qui id temporis in Campania forte eram, rem indicauit, opem q́; rogauit. Ego vero cum ex iis medicamentis, quæ G memorauit, siccatum, in hunc affectum venisse intellexi: quærenti q́; qua maxime victus ratione siccitati suæ citra renum noxam mederi quis posset, ptisanæ cremorem excogitaui, & pisces tum saxatiles, tum qui in alto mari degũt, alios q́; in quibus nihil esset glutinosum. Simili modo & ex volatilibus, quæcunque similem carnẽ habent. Porrò multæ ex montanis vocatis volucribus tali sunt temperamento: quas nanque in vrbibus conclusas caupones, qui eas venditant, humido ac copioso nutrimento impinguant, aduersissimæ his sunt. Optima vero iis, qui ita sunt affecti, caro est, vt ex auibus, perdicum: proxima attagenarũ, & sturnorum, & merularum, & turdorũ. Quòd si montanarum auium copia nõ est, de iis, quæ in agro victitant, & [c] gregalibus columbis, qui in turribus nidificant, sumere licebit: item q́; passerculos, qui similiter in turribus nidificant, Pyrgitas græci vocant: sunto autem in editis locis eiusmodi turres. Ita nanq; & gallinis & gallinaceis, qui in corte aluntur, vti licet. Lac vero sic affectis reliquorum quidem animalium est prohibendum, vnum vero asininum concedendum propterea, quòd cæteris omnibus est tenuius. Ac, vt vno verbo dicam, mediam esse conuenit inter extenuantem impinguantem'que, victus eorũ rationem. Particularem vero, quæ his conueniat, materiam tum in iis libris scripsimus, qui sunt de ciborũ virtutibus editi: tum in eo, in quo de euchymia & cacochymia præcepimus. Adeo super- H uacuum est hoc loco pluribus morari, cum id tantum dixisse sit satis, de toto horum corpore nutriendo curam habendam per eam, quam supra comprehendi victus rationem, vbi de eo sermonem feci, qui quid'uis potius sufferre voluit, quàm pice illini. At, si obesus sit, quem calculus infestat, audacter huic tenuem victum iniungito. Eadem & iis, qui articulorum vitiis laborãt, conuenire præcepta censebis. Quippe ipsi quoq; medicamentis arthriticis podagricis'que ebibitis, si carnosi, & crassi, & pingues sunt, nullum sentiunt incommodum: sin graciles, non modo totum corpus, sed etiam pedes ipsos, interim vero & manus, si hæ quoq; prius male habebant, in grauissimum statum siccando perducunt. Scire tamen licet podagrica hæc antidota multum à nephriticis distare, non in eo modo, quòd crassos glutinosos q́; succos attenuent, verum etiam, quòd calfaciant & siccent: nam calculosis, quæ valde calfaciant, dari nullo modo conuenit. Quoniam vero dictum abunde de talibus omnibus est in opere, quod de medendi ratione conscripsimus: præterea in iis libris, quos de medicamentis edidimus (qui ipsi duplices sunt, qui priores ordine sunt, de medicamentis simplicibus: qui posteriores, de cõpositis:) profectò nec omnino nihil, nec prolixius, meminisse de his conueniebat propterea, quòd eiusmodi corpora inter ea, quæ exactam sanitatem habent, & quæ iam ægrotant, medium statum obtinent: siquidem ea pars artis, quæ in-

stantem

A† Locus certe in græco deprauatus. Interpres sequutus ẽ veterem tralationem, quæ habet. & sentimus ex hoc multoties capitis dolorẽ, recursa fiente. Alij pro ἀνατρεπόμενοι, legunt ἀνατρεπομένης, dicuntq́; in antiquis addi τῆς γαστρὸς, vt postea sensus sit, & ventriculo subuersionẽ patiente, caput inde.

B† In græco codice legit᷑ καπνιρὸν, vel vt alij putant καπνιστὸν, q̃ vox significat suffumigatũ aut à fumo exiccatũ

C* νομάδων,

A ſtantem morbũ declinat, (prophylactice græce dicitur) affectis ad hunc modum corporibus con
ſulit. Nemini enim ex iis, qui corporis habitum inculpatũ habent, aut medicamenta bibenda aut
tenuante victu vtẽdum, cenſemus. Sed, qui pro naturali imbecillitate, aut corporis totius, aut par
tium quarundam, ex leui cauſa læduntur, hos ad prædictæ proſpicientis partis victum traducen-
dos cenſemus, atq; à ſuſpecto ſubmouendos: quem tamen nemini eſſe noxium videmus eorum,
qui naturali corporis bono ſunt habitu, & modice laborare non grauantur.

De Defluxione, quæ à capite fit in ſubiectas ei partes. CAP. 12.

A.li.3.f.5.t.1. c.11.fol.241.c

VErum, qui ex leui cauſa male afficiuntur, vt magnis morbis aſſidue vexentur, veluti comi-
tiali, vertigine, (quod ſcotoma græce dicitur) capitis doloribus: item aliis, in quibus caput
ſubiectis partibus ſymptomatum occaſio eſt, quarum ſunt dentes, gingiuæ, columella, vno ver-
bo omnes, quæ in ore & faucibus ſunt, partes: ad hæc aures, & oculi, & ſtomachus, & venter, &
ſpirandi partes, nempe ſumma arteria, quæ larynx dicitur, & aſpera arteria, & pulmo, & thorax:
his victus communis ſcopus eſt, caput ipſum ante omnia, et quàm accuratiſſime, minus opportu
num ad vitia reddere: mox etiam afflictis partibus proſpicere: modo tamen ne ignoretur hoc ip-
ſum quoq; alia determinatione egere, vtique hac, Non omnes, quæ læſæ ſunt, partes eſſe roboran
B das. Optima vero determinatio eſt, quæ ex vſu earum petitur: quippe oculorum & aurium per-
magnus eſt vſus. Iccirco decidentibus in has à capite excrementis, deriuatio {per vicinas partes}
(parocheteuſin Hippocrates vocat) molienda eſt: ac ad naſum potiſſimum trahenda, quæ in has *In lib. de Hu-morib. iuxta principium.*
partes feruntur. Sin ad naſum non ſequuntur, in os ipſum, vtiq; per ea, quæ pituitã eliciunt, apo-
phlegmatiſmata grę̨ci vocant: ſicuti ad naſum tum per ea, quæ ſternutamenta mouent, tum, quę
eius obſtructiones aperiunt. Oculis vero ipſis robur adiicies, ſi ſicco collyrio, quod ex phrygio la-
pide componitur, vtare, ac ſic palpebris ſpecillo inducas, ne oculi membranam intus contingas:
ita nanque mulieres quotidie faciunt, cum ſtibio oculis gratiam conciliant. Ad aurium vero ro-
bur, vel glaucium ſolum ſuper cote tritum cum aceto, mox tepidum per ſpecillum blande infu-
ſum, aut etiam per inſtrumentum illud, quod publice in vſu eſt, & oricularium clyſterem, græce
ὠτέγχυτα vocant: vbi vero ſatis firmatæ ſunt, ita, vt nihil in has cõfluat, aſſidue inſtillandum opti
mi nardini vnguenti aliquid: id olim duntaxat Laodiceæ in Aſia præſtantiſſimum fiebat, nunc
vero & in aliis fit vrbibus. Robur autem auribus vel magis afferet, iiſdem q; proficiet collyrium,
quod diaglaucium propterea, quòd glaucium recipit, vocãt: pręterea dia rhodon, & crocodes, &
nardinum, & quod διόινε græce dicitur: præterea ex vnguentis ea, quæ Romæ opulentis mulie
C ribus conficiuntur, quæ foliata & ſpicata vocant. Quòd ſi larga fluxio & ſanies aſſidue in aures à
capite feratur, & exulceratio iam facta ſit, ſanè exulcerationi Andronis medicamẽto & ſimilibus
medeberis. Inter autem id agendum auertere materiam ad naſum & os debebis: quo facto iam
comprehenſis vteris.

De communi ratione Fluxionis ſedandæ, & Particulæ imbecillis roborandæ. CAP. 13.

VEluti autem ex iis, quæ à capite defluunt, identidem læduntur aliqua eorum, quæ illi ſubie-
cta ſunt, ſic ex iecinore, & renibus, vel liene, in alias partes, quæ ipſis ſunt imbecilliores, mor
bi incidunt. Siquidem demonſtratũ in iis commentariis eſt, qui ſunt de naturalibus facultatibus
inſcripti, ſingulas partes trahendi facultatem habere proprij ſibi ac conuenientis ſucci: quem alte
rantes aſſimilantes que abutuntur ad nutrimentum: Rurſus aliam facultatem habere, qua, quod
ſuperuacuum eſt, expellere in vicinum deſiderent. Ac, ſi quidem ipſa, quę vicina particula eſt, cor
poris habitum firmum habeat, quod ſibi obtruditur, vtiq; non admittit, facit q; vt in ipſa ſolum,
quæ primum affecta particula eſt, dolor vſq; ſubſiſtat. Sin imbecillior ſit, quàm illa, vnde excre-
mentum mittitur, admittit illa quidem, cęterum ipſa quoq; ad imbecilliorem quampiam à ſe rur
ſus tranſmittit: atque hæc rurſus ad aliam, donec in eam procumbat, qua imbecillior nulla ſit reli-
D qua. Atque ad hunc quidem modum, quorum nulla victus ſui cura eſt, alius alia parte aſſidue ve-
xatur. Qui nihil colligunt ſuperuacui, iis manent imbecillæ partes ſemper in tuto. Cuius rei eui-
dentiſſimum argumentum eſt, quòd aliqui ſex menſibus pluribus ue infirmis partibus laborãt:
cum, ſi ſola imbecillitas ipſa id efficeret, perpetuo laboraret infirma pars, ceu cui ægrotationis cau
ſa nunquam abeſſet. Nunc, quoniam perpetuo nõ laborat, manifeſtum eſt aliud quippiam inter
uenire, quod eius affectus gignendi ſit occaſio. Quod certe aliud non eſt, quàm quod vel quanti-
tate, vel qualitate redundat. Atq; hoc ipſum, quod redundat, aut per totum colligitur corpus, vo-
cant q; eum affectum græce plethoran: aut in parte aliqua principe, ſed quę alioqui natura ſit im-
becillior. Id vero aut in ipſa manens, aut ſe in imbecilliorem quampiam natura recipiens, noxam
ingerit. Illud ergo ante omnia conſiderandum definiendum q; eſt, propter ne ſemetipſum perpe
tuo laboret membrum, an propter aliud, quod prius ipſo ſit affectum. Atque extrinſecus quidem
non nunquam imbecillæ parti noxa incidit ex eo, quòd refrigerata, aut cõtuſa, aut vulnerata, aut
laſſata eſt, plurimum tamen ex victus ratione, quæ redundantiam vitioſum ue ſuccum contrahit.
Attendere itaque magnitudini naturalis infirmitatis membri conueniet, hac prius diſcretione
vſum: ac tenuiorem quidem homini victum, quàm prius, exhibere: tum idoneam exercitationẽ
iniungere: cauere vero, nequid ab externis cauſis noxæ incidat. Poſtea, ſi ab his nec ipſe gracilis
fiat,

fiat, nec imbecilla eius pars affligatur, insistendum "eidem victus rationi est. Sin autem aut omnibus membris fiat gracilis, aut male afficiatur, quod vitioso est habitu, mutare talẽ victus rationem debebis, vtiq; si affligitur, duorũ alterum faciens, aut victum hominis in tenuiorem mutans, aut certo anni tempore purgatione vtens. Ac, aliis quidem vna quotannis purgatio vere incipiente satisfacit: aliis altera quoq; post hanc autumno est opus. Ac, si sanguinis quidem abundantiã corpus accumulauit, mittendus is est: sin vitiosum succum, vacuandus hic medicamento est, quod superantem humorem purget. Quòd si ex tenui victu pars afflicta leuatur, sed corpus emaciatur, picatione vtendum, sicut antea est comprehensum, ad extenuati habitus refectionem. F

De iis, qui plurimum genitalis Seminis colligunt & excernunt. CAP. 14.

SAnè pessimus corporis status est & ille. Sunt enim, qui genitale semen copiosum calidum q; gignunt, quod eos ad expulsionem sui proritat, post quam & vẽtris os illis resoluitur, (quod stomachus non à medicis modo, sed etiam ab aliis hominibus vocatur ita, vt à veteribus græce καρδία) & ipsi toto corpore non solum relaxantur, imbecilli q; fiunt, sed etiam sicci, graciles, pallidi, cauis q; oculis cernuntur. Quòd si propterea, ꝙ ex concubitu sic vexantur, ab hoc se retrahant, non modo capitis molestiam, sed etiam stomachi offensionem fastidia q; sentiunt. Sed nec ex continentia magnopere iuuantur: accidunt enim ipsis per nocturnas imagines non minora incommoda iis, quæ à concubitu senserunt. F Horum cum quidam mordax præcalidum q; semen inter emittendum sentire non solum se, sed etiam mulieres, cum quibus rem haberet, referret, suasi homini abstineret à cibis, qui semen genitale augerent: sumeret "autem nõ cibos modo, verũ etiam medicamenta, quæ id extinguerẽt, (quorum tradita nobis materia est in iis libris, quos de alimentis, item q; quos de simplicibus medicamentis, conscripsimus) tum vero exercitationibus vteretur, quę supernas partes potius exercerẽt, cuiusmodi est, quæ parua pila, & quę [a]† folle fit, & quę per alteres: à balneo vero lumbos totos vngeret vnctione quapiam frigida. Talia sunt & crudum & acerbum oleum, quod ὠμοτριβὲς & omphacinum vocant, & rosaceum, & melinũ, vtiq; quod ex eiusmodi fit oleo. Ipse vero crassioris substantię vnctiones non nullis compono, ne facile à corpore defluant. Est autem compositio earum ex cera, & aliquo eorum, quæ refrigerent. Primum autem, vbi ceratum, quod à medicis gręce κηρέλαιον dicitur, feceris, dein in mortario manibus affatim subegeris, infundes refrigerantem succum, quem etiam quàm maxime cum cera sic permiscebis, vt vnitas fiat. Succorum vero id genus descriptam materiam habes in simplicium medicamentorum libris. Quorum obuij maxime facillime q; parabiles sunt & semperuiui, & solani, & vmbilici veneris, & psylij, & polygoni, & tribuli, & portulacę: hæc vero succum nõ remittit, nisi, G dum in mortario tunditur, affusum sit humoris quippiã, qui tenuis aquosæ q;, non lentæ & crassæ substantiæ sit, qualis vuæ immaturæ est, & rosarum. Verum hi æstate, reliquorum non pauci etiam aliis temporibus habẽtur, veluti lactucæ: qui ipse quoq; ex refrigerantibus est. Quin etiam lini semen, si in aqua coquas, refrigerantem cremorem efficit. Porrò gymnastarum quempiam vidimus ex iis, qui athletis præfuerat, qui athletæ cuiusdam renibus "plumbi laminam superposuit, quò nocturnis veneris imaginibus careret. Id q; cum è plebe cuidam, qui sic esset affectus, indicarem, adiutus gratias egit. Alter vero, cui carnis natura imbecillior erat, nõ tulit plumbi duritiam: huic ergo suasi earum, quas supra dixi, herbarum aliquas substernere, ac cum ipsis molles amerinæ frondes, & rutæ: sensit q; ilico ex his fructum: itaq; vsus deinceps assidue est. Quin, vbi amerinæ semine assidue vesci suasi, etiam ob id gratias egit, sicuti etiam pro ruta. Ac talium quidem materia tum in opere de simplicibus medicamentis, tum in libris de ciborum viribus, tradita est. Nunc illud visum est sermoni necessario adiiciendũ, cauendas esse vnctiones frigidas, quæcunq; ex papauere mandragora'ue fiunt. Neq; enim horũ quippiam admouẽdum: [b]† neq; etiam, cum in summo virium sunt, herbæ ipsę substernendæ: nam, sicuti prędictis, ita his quoq;, substratis vti licet. ⅃ Quin rosas experiri cuidam suasi: sensit q; ex his substratis leuamen citra vllam renum noxam. H Sed & aliud excogitaui iis, qui ita sunt affecti non insalubre, veluti ex ipso vsu comperi. Quippe experiẽtia [c] normę vice semper habenda est eorum, quæ excogitaueris: nec scribendum pro vtili quicquam est, quod non sis expertus, nisi tamen hoc ipsum testeris non esse tibi adhuc expertum. Quid ergo est, quod à me excogitatum magnæ esse vtilitatis sum præfatus? Nempe seruare oportere, qui hoc corporis vitio vrgentur, quando maxime genitalis seminis abundantiam, quod excerni postulet, collegerint, ac die quopiã, postquam boni succi cibis in cœna se modice impleuerint, ad somnum conuersos, concumbere: postero die, cum satis dormierint, ac surrexerint, linteo fricari, quoad rubor per cutim appareat: mox aliqua ex oleo frictione modice vti: tum exiguo interposito tẽpore, panis aliquid [d]† bene fermẽtati, & [e]† furno cocti, ac puri, ex vino misto gustare, atq; ita ad opus consuetum redire: medio tamen tempore frictionis ex oleo, & panis gustandi, siquis locus in vicino sit, in eo ambulare, excepto si hybernum frigus sit, tum enim intus manere satius duco. Non dissimilem roborandi per cibum stomachi rationem & grammatico cuidam, quem comitialis spasmus assidue vrgebat, suasi: ac mirifice cõtulit. Maxime vero in fiduciam veni hominis iuuandi, vbi didici tum spasmos incidere, cum diutius à cibo abstinuisset: magis q;, si dolor interim ira'ue interuenisset. Quin etiam habitũ corporis eius cõtuebar [f] †: sciscitanti q;

A lib. 1 f. 5. t. 1 c. 13. fol. 241. f

A. li. 3. f. 20. t. 1 c. 35 fol. 377. a

A. ibidẽ. c. 33. fol. 376. h

A † διὰ τῆς μεγάλης σφαίρας, i. magna pila, quæ inflat & follis à latinis dicitur.

B † Locus hic ĩ manuscriptis codicibus gręcis ita legitur, μήτε ὅταν ἀκμάζει τὰ φυτὰ, καθάπερ τοῖς προειρημένοις, οὕτω καὶ τούτοις ἐστὶν ὑποστρώμασι χρῆσθαι. αἱ γὰρ σφοδραὶ ψύξεις τῶν ἐπιθεμένων, τοῖς κατὰ τὴν ὀσφὺν χωρίοις ἀδικοῦσι τοὺς νεφρούς, id est Neq;, cũ ĩ summo vigore consistunt herbæ, quẽadmodum ꝑdictis, ita etiã istis, substratis ẽ vtendũ, vehementes. n. refrigerationes eorũ, q̃ sup lumbos imponũt, renes offẽdũt.

C* κριτήριον

D † Quidam legũt in græco, ñ εὔζυμον, sed ἄζυμον, id est minime fermẽtatum.

E † κλιβανίτην idest clibano, i. testa aut cocti.

F † Manuscripti codices addunt ἰσχνὴν, i. gracilem.

A tanti'que de hac ipsa re, stomachum assidue bili vrgeri est fassus. Omnibus vero, qui hæc legent, communiter illud suasum velim, præsertim, qui, tametsi medicinę artis sunt ignari, cogitationem tamen habent exercitatam, ne veluti vulgus, ita ipsi quoque pecorū ritu victus ratione vtantur: quin potius vsu explorent, qui'nam ipsis cibus potus'ue sit noxius, quæ præterea quanta'que dimotio. Pari modo & de venere obseruent, num noxia sibi innoxia'ue sit: tū ex quanto interuallo vtentibus noxia innoxia'ue sit. Nam, sicut retuli, non nulli immodice læduntur: alij citra noxam vsu eius ad senium vsque sufficiunt. Verum hæc ambo genera rara: nempe eorū, qui magnopere læduntur, & qui nullum sentiunt incommodum. Totum vero, quod in medio est, id cum maioris minoris'q; discrimine ad magnum hominum numerum se extendit: quorum, qui non rudes sunt, sed ratione probe exercitata, (non enim quorūlibet est hæc nosse) iis suadeo, obseruent, ex quibus lædi se iuuari'ue sentiant: ita enim fiet, vt in paucissimis medicorum opera indigeant, quousque in sanitate fuerint.

De medicamento ex malorum succo. *CAP.* 15.

Actenus quidem scripseram, cum amicorum quispiam toto opere perlecto, vnum omnino restare dicebat, quod superius à me relictum, post erat dicendum, nempe medicamentū,

Ali 3 f 13. t. 1. c. 4. fol. 293. f B quod ex malorum cotoneorum succo conficitur: quod tum ad appetentiā excitandam iis, quibus ea languet, est vtile: tum ad concoctionem iis, qui parum fœliciter cibos concoquunt: & in summa ventri robur conciliat. Laudato igitur homine, quòd admonuit, apposui & compositionem ipsius, quæ ad hunc modum se habet: Accipies succi malorum cotoneorum, quæ dulciora maiora'que sunt, ac minus acerba, quæ'que nostrates in Asia græce struthia vocant, sextarios romanos duos: quibus mellis optimi tantundem miscebis, aceti sextarium vnum & semissem: hæc cum super prunas modice coxeris, & spumam detraxeris, immittes zinziberis vncias tres, piperis albi duas: dein rursus in simile igni recoques, donec mellis crassitudo existat: qua vtique crassitudine stomachica medicamenta præparari solent. Hoc vero medicamētum etiam iis, quibus inualidum iecur est, salutare in primis est. Illud vero latere non debet, ieiunis id maxime dandum esse, mediocris mystri modo: quanquam nec, si à cibo sit sumptum, quicquam lædit. Commode quoque dabitur etiam, si prius pransus quispiam ante cœnam id sumpserit. Maxime tamen tempestiue id duabus horis aut tribus ante cibum obtuleris. Quòd si id adstringere magis voles, etiā ex cotoneorum succo conficias. Cęterum, sicui venter intemperie caloris laborat, aut etiam bili quouis modo abundat, huic auferri & piper & zinziber debebit, ac succus malorum cum aceto C & melle tantum ad præscriptam crassitudinem coctus dari. Qui vero medio temperamēto ventres habent ita, vt nec biliosum excrementum, nec pituitosum congerant, iis piperis & zinziberis dimidium eius, qui prędictus est, modi, sat erit: ita nimirum, vt sit piperis vncia vna, zinziberis vna & semis. At, quibus frigiditas temperiem vitiat, iis quatuor zinziberis, piperis tres aut duas & semis vncias iniicies: licebit &, cum ad medium modum præparaueris, in ipso vsu piper addere. Atque ad hunc modum iis, quibus in diuersis membris pugnantia temperamenta sunt, consulendum censemus. Quibus vero in vna qualibet similari instrumentali'ue parte imparitas temperamenti visitur, de his alio opere agetur.

GALENI ARS TVENDAE SANITATIS NVM AD MEDICINALEM ARTEM SPECTET AN AD EXERCITATORIAM LIBER AD THRASYBVLVM

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

Præfatio, & Quod nam sit cuiusque rei inueniendæ Principium. CAP. 1.

On alia quidem ô Thrasybule de proposita à te quæstione ex tempore disserui, alia vero in præsentia hisce commentarijs traditurus sum: id enim prorsus haud ignoras, me semper eadem de iisdem asserere, neq; quicquam tractandum suscipere, cuius neque methodum didicerim, neque in ea me aliquandiu exercuerim. Inuentionis igitur initium nō in hac sola nunc proposita cōtemplatione, sed etiam in aliis omnibus, fuerit, ante cognoscere, quid'nā est id, quod quæritur. Huiusmodi vero notitia gemina est, aut enim solam rei notionē, aut essentiam quoq; percipimus. Sed quo hæ discrimine separētur, ampliter in libro de demonstratione proditum est, vbi & alias omnes methodos explicauimus: quin & iam in præsentia ex ipso vsu patescet. G

Quomodo præsens quæstio proponenda. CAP. 2.

HOc enim in dubium reuocato, vtrum medicæ artis, an exercitatricis pars, ea facultas sit, quæ salubris vocata est, te q; meam iccirco hac de re sententiam efflagitante, cum plerunque ad medicos gymnastas q; de hoc ambigentes te accessisse diceres, te mihi prius respondere dignum censui, quam cuiusque istorum nominum, medicinæ videlicet, exercitatoriæ, & salubris, notionē habeas: ne forte de aliis rebus tu narrationem cupias, ego de aliis tibi sermonem faciam, atque ita ad nomen tantum, non ad rem ipsam, nostra dirigatur oratio. Tu quidem ad hoc subticuisti, me ipsum existimans de omnibus omnia dicere debere: sed non ita rei veritas habet, multa enim, nō vnum proposuisses: primum quid sit medicina, secundo quid exercitatoria, tertio post hæc quid salutaris facultas, aut &, id ipsum, quod potissimum quæritur, ad vtram prædictarum artium ista pertineat. Atqui istud ipsum quartum non ita simpliciter debere proponi affirmabam, ad vtram duarum artium reduci deberet, sed ita statim addendo an propria, an affinis, an pars esset, aut quo modocunq; aliter quispiam dicere velit, futurum enim & inde aliquod inueniendi quæsiti principium. Namque, si ita perfecte proponatur, ac per Iouem interrogetur, Nunquid medicinæ, an gymnasticę, affinis sit salubris: cum trium quoq; illorum nominum significatum exposuerimus, H medicinę videlicet, gymnasticæ, & salubris: post hæc etiam quartum explicare oportebit, affine quid significet, & quæ sit eius dignoscendi ratio. Sed hoc proprium quidem ipsius propositi est: at medicina quid sit, declarare, quid gymnastica, quid salubris, non est ipsius propositi proprium, hæc tamen in confesso esse necesse est. Quare, cum vnum id, quod & tu proposueras, explicare tunc velles, cum q; te in respondendo periclitantē hæsitantem q; viderem, virum quēdam inter philosophos in rationali speculatione versatos nō ignobilem sermonibus nostris fortuito occurrentem respondere mihi voluisti: quod ille cum prompte fecisset, & ad omnia probe respōdisset, facile (vt nosti) proposita quæstio enucleata fuit.

Quomodo ad hunc librum scribendum accesserit. CAP. 3.

AT qui & tunc confestim ex sermonum illorū artificio, magnam te voluptatem cepisse præferebas, & expectatione celerius quæsitum inuentum est, & postea tu me semper magnopere precatus, tandem non admodum promptum ad hos sermones scribendos impulisti atque coegisti: neq; enim vnum id propositum tantummodo exquisite discussum literis commendandum esse putabam: reliqua vero omnia perinde examinare tempus nō supererat. Quam ob rem, quod ipse in me ipso facere consueui, id satis erga vos amicos fore putaui, si viam ostenderem,

quam

A quam quis ingrediens non id solum, sed etiam reliqua omnia proposita explicare valeat.

Quanta sit rationalis facultatis necessitas. CAP. 4.

VOcatam enim à philosophis rationalem contemplationem quicunque satis diligenter exercuerit, quodlibet iste quæsitum æque discutere poterit: at sine illa propositorum commentarios euoluere, nihil aliud est, quàm operam atque oleum perdere: cum neque distinguere sciat, quæ vere in ipsis, quæ falsò dicta sunt, neque omnia inibi scripta memoria complecti valeat. Ceterum quoniam semel propositum, cuius paulo ante mentionem fecit oratio, declarare aggressus sum, iam incipiendi tempus aduenit.

Modum definiendæ Medicinæ examinat. CAP. 5.

SIquis à quopiam interrogatus, quid sit medicina, artem eam esse ægrorum curatricem, sanorum q́ꝫ conseruatricem, respondeat, non'ne per Iouem iste, quod controuersum est, tanquam manifestum accepisse videatur, medicinæ partem, salubrem esse pronuncians? Quemadmodum rursus, siquis medicinam laborantium tantum curam habere cõfirmet, alio modo & iste id, quod in quæstione versatur, pro concesso accipiet, à medicina salubrẽ abstrahens. Ita, & exercitatoriam si quispiam sanitatis seruatricem statuat, quæsitum pro comperto habuerit. Quemadmodum, &
B qui boni habitus eam opificem tradat, diuerso modo & ille ambiguum pro certo asseueret: siue enim quis artis definitionem, siue descriptionem, reddere tentat, quod dubium est, neque confutare neque asserere sine demonstratione ausit, sed aliunde ex concessis incipiens demonstrare conetur. Nunquid igitur ita medicinam definire melius fuerat, eam videlicet esse, cuius finis est sanitas: gymnasticam vero, cuius finis est bonus habitus: atq; huiusmodi descriptiones principia inuestigationis statuere? At sic etiam gymnasticæ salubrem, tanquam nihil sit dubium, detrahemus, in medicina vero adhuc obscurum & quæsitum accipiemus. Nam, si sanitas artis huius finis est, forsitan poterit ad distinctionem sermo assumere, non præsentis custodiam, sed creationem adeptionem q́ꝫ absentis, eius finem esse constituens: hinc enim inductionibus vtenti in vtranque partem argumentandi facultas suggeritur. Nam, si eiusdem artis officium esse, quod prius non erat, efficere, incolume q́ꝫ quod factum sit, conseruare, ostendere voluerimus, ædificatoriam, naualem, fabrilem, atq; ferrariam, memoria repetemus. Quòd si ad aliam opus facere, ad aliam id integrum seruare, pertinere declaremus, textoriam, sutoriam q́ꝫ in exempla adducemus, & ad has coriorum dissectoriam, cerdonicam q́ꝫ seu veteramentariam (sic enim eam vocant, quæ fracta calciamenta restituit) adiiciemus. Siquidem alterius esse videtur artificis vestem facere, alterius eandem
C dilaceratam integrare: quemadmodum & calceum facere ad coriorum dissectorem spectat, fractum autem emendare ad cerdonem veteramentarium'ue. Verum in libris meis de demonstratione probatum est ad demonstrationes scientiam gignentes inductiones adhiberi nõ oportere. Quare, quicunque in illis versatus fuerit, huiusmodi viam aspernabitur, & alteram meliorem vestigabit: qui vero in illis sese non exercuerit, alterutram, quam voluerit, partẽ tuendam suscipiens totum diem altercandi materiam habebit.

Quomodo Artes circa humanum corpus multiplicantur. CAP. 6.

MEdicę nanq; arti sanitatis creationem, non seruationem custodiam q́ꝫ, gymnasticę vero bonum habitum, finem esse statuentibus, alia rursum difficultas non exigua vltra prædictas exorietur: cogetur enim, puto, aliquis, quẽadmodum sanitatis, ita & boni habitus, artem vnã seruatricem, alteram opificem, constituere. Id si fuerit, duas alias artes necessario disquiremus, vnã à medicina diuersam, sanitatis conseruatricẽ, alteram à gymnastica, boni habitus custodẽ. Cum q́ꝫ duplex sit bonus habitus, vt alibi ostẽsum est, vtrius ipsorum gymnastica effectrix erit, distinguere admodũ difficile fuerit, nũquid naturalis, an athletici, boni habitus. Non'ne iã constat & duas alias nobis artes quęrendas esse? atq; ita omnes sex numero fuerint, tres finium effectrices, tres q́ꝫ
D seruatrices: tribus enim finibus positis sanitate, bono habitu naturali, bono habitu athletico, ad tantum numerum artes ascendere necesse est. Verum enimuero, cum diuersis artibus opus sit, eo, q̀ boni habitus inter se, & à sanitate differant: ita, & gemina sanitas cum sit, vna ẽm habitum, altera secundum affectionem appellata: geminas & artes esse necesse fuerit: neque enim plus sanitatem secundum habitum, minus sanitatem secundum affectionem, bonus habitus excellit.

Exemplo declarat Sanitatem in habitu, in affectione, & bonum habitum esse. CAP. 7.

HVuiusce autẽ rei notitiam euidentem habueris, istorũ singulorum diligenter naturam contemplatus: contemplaberis autẽ ad hunc sanè modum. Ægrotantium alicuius, eorũ, quos sępius videris, tibi in mentẽ veniat, qui grauiter morbo laborauerit, proxime vero cõualuerit: iste emaciatus consumptus q́ꝫ esto, & ad motiones imbecillus, vt aliis ipsum adiuuantibus egeat: iste medelam planè amplius morbo iam solutus nõ requirit, sed refectione ipsi viribus q́ꝫ opus est, vt robustus pariter ad eas, quę secundum naturam sunt, actiones obeundas euadat, & externas iniurias illæsus sustineat. Nihil enim dubij est, quin ita affectus, vt modo afficitur, nunc primum ægritudine liberatus ęstum, frigus, vigilias, cruditatem, aliud'ue quicquam ferre non valeat, sed quantumuis leui noxa pulsatus, vt pote non dum tutum firmum q́ꝫ salubrẽ statum adeptus, in ęgritudinem sit relapsurus. Cum vero stabilior atq; in habitu fuerit, non dum tamen in bonũ habitum

euasit

euasit (hanc enim particulam, bonus, accipiens, tunc bonus habitus efficietur) sed iã mendosa affe E
ctio inutilis q; esse desiit: non posse enim satis pro vitæ cõmodis agere, ac facile quibusq; iniuriis
violari, mẽdosa inutilis q; affectio est. Quòd si neq; actiones impediant, neq; sit iniuriis facile cor
pus obnoxiũ (talis vero est secundũ habitum sanitas) nõ amplius mendosa est, atq; ad humanas
actiones inutilis, sed illud laudabile atq; perfectũ non dum adepta: adepta vero tũc fuerit, cũ non
solũ haud debiliter operabit, sed robur preterea quoddam insigne acceperit. Sanitas nanq; secun
dum habitũ inter sanitatem ſm affectionem, & bonũ habitum, actionibus media est: nam sanitas
in affectione debiles actiones producit: bonus habitus robustas: sanitas autem in habitu nõ dum
quidem robustas, non amplius autem debiles. Atq; ita manifestum est, cum media sit in habitu sa
nitas, ipsam ad oẽs vitę actiones magis, q̃ sanitatem in affectione, licet summam virtutẽ non ha-
beat, conducere: soli enim bono habitui ea concessa est. Atq; tu secundum ordinẽ quendam ista
cogita primum actionis noxam, quod in morbo fit: alterũ extra noxam quidem positũ, sed pro-
pter imbecillitatem inutile, quod in sanitate secundum affectionẽ consistit: tertium imbecillitate
liberatũ, non tamen adhuc robustum, quod sanitas in habitu possidet: post id quartum ceu quæ-
dam actionũ virtus, bonus habitus, & summitas, ipsarũ q; perfectio, exquisite bonus habitus est.
Ars igitur ad salubrẽ habitum hominẽ perducens altera vtiq; ab ea, quæ ipsum curauit, fuerit, se- F
mel scilicet hoc concesso, diuersorũ finium artes esse diuersas: & singulorũ geminam, effectricem
vnam, alterã cõseruatricẽ. Ex quo patefactum est finis notione vniuersam presentẽ quęstionẽ cõ
prehendi: quo circa & quęcũq; definitiones à fine cõstituunt, nõ exiguas ambiguitates pariunt.

A.li.1.f.1.d.1. c. de def. med. fol.3.c

A definitione per finem, præsentis quæstionis difficultatem soluere tentat. CAP. 8.

ITaq; melius forsitan fuerit ad ipsam artis essentiam transeuntẽ, illam inquisitionis principium
facere. Quid igitur est medicina? salubriũ insalubrium q; scientiam quis esse respõderit. Verũ
& iste nimis audacter salubre, tanquã scilicet medicinę partem accepisse videbitur: vnde cõtrariæ
factionis non nullos ęgrotabilium tantũmodo scientiam medicinã esse dicturos existimo. At isti
primũ ignorant contrariorum omniũ vnam esse scientiam: &, quicũq; ęgrotabilia nouerit, hunc
& salubria non latere necesse esse. Istud vero eorũ captu maius omittatur: & secundum eorũ, quę
ignorant, explicemus, q; forsasse certe cõsequitur intra medicinę definitionẽ non necessario quę-
situm includi: siquidem alicui ęquiuocationẽ distinguenti, postea medicinam corporum sanitate
fruentiũ, notarum indicantium, causarũ facientium, scientiã esse demonstranti, nõ tamen iccirco
ipsam etiam conseruantia tradere atq; complecti ostendere licet, contra, atq; propositũ postulet.
Quã ob rem huiusmodi sophistica adducentes, neq;, quod quęritur, exacte percipere videntur: G
neq;, quod nã salubre signũ appellemus, quod scilicet ęgrotantibus adueniens futurã sanitatem
portẽdit: neq; causam, quę corpori ęgro adhibita sanitatis est procreatrix, qualia nimirũ sunt vni-
uersa remedia: neq; q; corpus sanitate prẽditũ salubre vocamus: quorũ omnium nulla cũ propo-
sito, preterq; nominis societate iunctorũ, medicus scientiam habet. Etenim sanorũ custodię medi
cus ne, an dumtaxat gymnasta prẽsideat, ab initio nobis proposita quęstio fuit, quod queadmodũ
pauloante declarauimus, iudiciũ in finis exploratione habere diximus. Sanitas enim an simplici-
ter medicinę finis sit ipsam absentẽ acquirentis, an pręsentẽ conseruãtis, nihil refert: neq; si acqui
rere quidẽ medicinę sit, conseruare autẽ gymnasticæ: sic & de gymnastica proponi in quęstionẽ
poterit, num bonus habitus, aut sanitas, eius finis sit, aut horum alterutrius creatio, siue custodia.

Quomodo Septem Artes circa humanum corpus reperiri possunt. CAP. 9.

PEriculum enim fuerit, vt proxima demõstrauit oratio, ne, si vnam excedamus, septem circa
humanum corpus artes constituamus, primam & manifestissimam & penè solam cõtrouer
sia carentem, eam scilicet, quę morbos expellit: duas alias, vnam à sanitate secundum affectionem
ad eam, quę est in habitu, ducentem, alteram in ea conseruantem: duas item alias circa bonum ha
bitum pariter sese habentes, effectricem vnam, alteram, quæ conseruat: præter has, etiam duas cir H
ca bonũ habitum athleticum versantes, simpliciter enim alterum naturalem bonum habitum ap
pellamus: non simpliciter autem eum, qui non naturalis est, athleticum inquam, sed cum adiectio
ne semper, queadmodum & Hippocrates inquit non nunquã, sic loquens: ‖ Affectus athleticus "
non naturalis, habitus salubris melior. interdum vero sic: ‖ In his, qui corpora exercẽt, habitus ad "
summum boni, periculosi, in athleticis videlicet, ac gymnasticis corporibus. At de athleticis gym "
nasticis q; vocatis corporibus nunc te intelligere oportet, non de illis, qui quõlibet exercent, vt de
fodientibus, remũ pellentibus, metentibus, aut quippiam aliud ex naturalibus hominũ officiis
præstantibus, sed de illis, quibus id ipsum studiũ est, vt contra athleticas aduersariorum vires exer
cẽdo sese muniãt. Quare aũt huiuscemodi affectio naturalis nõ sit, alio loco exposuimus. Ex hac
igitur oratione, quod optime ad præsens negociũ facit, id ipsum est, quod proxime diximus, cir-
ca humanũ corpus septem artes futuras, vnã pretereuntibus, vel per Ioue & noue: cur enim non
conuenit duas alias artes statuere, alteram quidem exquisite boni habitus effectricem, alteram ve-
ro eius ipsius custodem, quod q; altera est exquisite bonum habitum efficiens, altera conseruans?
Quòd vero gymnastici boni habitus summitatẽ fugere vereri q; oporteat, ab Hippocrate clarissi
me testatũ est: sed simpliciter boni habitus appellati, qui ſm naturã est, summum nõ solum vitare

In li. de Alimẽto, paulo post dimidium.

1. Apho. 3. Ext. or. 3. e

non

A non conuenit, immo totis viribus ad ipsum niti decet. Itaq; omnes circa corpus nostrum artes nouem fuerint: quarum septē quis laudare poterit, reliquas duas potius vitiosas artes appellauerit: qualis & illa est, quæ Cōmotica græce dicitur: Latini comptricem vocāt. Has igitur, si placet, dimittentes iterum septem reliquas enumeremus, omnium primam, quam morbos pellere dicebamus: alias vero deinceps, duas circa sanitatem in habitu, duas circa bonum habitū, duas circa summe bonum habitum. Iam sanè & ex his patet, quod nisi quis circa corpus artem vnum habētē hūc statuat, cum ad septem vsq; artes accedere necesse esse, nihil q; aliud hunc finem esse, q̄ sanitatem.

De bonis malis q; Artibus. CAP. 10.

SEd melius forsitan fuerit exquisitiorem sermonem facere, illud in primis, quod nemo ignorat, memoria repetētem, improbas artes apparēs bonum vnicuiq; eorum, quæ sunt, artes autem verum ipsis inhærens bonum comparare: ac deinceps dicentem, si vocata cōptiua adulterinam pulchritudinem conciliat, hæc vtiq; ars vitiosa adulatrix q; fuerit: altera verò quædā ars circa legitimā veram q; prorsus pulchritudinem versabitur, quę in vegeto colore, carnis moderata copia, mēbrorum q; cōgrua proportione consistit, quæ naturalem bonum habitum cōsequuntur. Sed de gymnastico bono habitu alibi seorsum verba feci: nunc autem & fortasse de eodem per capita loqui B melius fuerit id sermoni principium statuentem.

Nullum membrum ignauum aut praue agens à nobis desiderari. CAP. 11.

SIue enim ꝟm naturam operari vnicuiq; membrorū idem, quod bene valere, est: siue id necessario naturalem corporis apparatū consequitur, ipsum q; bene valere nihil est aliud, q̄ ꝟm naturam instructum esse: istorum vtrūuis sanitatem constituens, (nihil enim nostra interest) sequētem orationem ita animū aduertens accipito. Nunquid naturali cuiusq; membri apparatu, an eius opera, indigemus? Mihi profectò ita persuadeo, neminē mēbrū ignauum officio q; proprio carēs habere velle: neq; igit̄ cæcutientes oculos, neq; nares odorari nequeuntes, neq; crura torpentia, neq; aliud quodpiam membrorū, aut nihil penitus, aut deprauate agēs, habere cupiat: nullo enim eorū omniū, quibus egemus, imperfectò egemus, neq; domo, neq; calceo, neq; scamno, neq; veste, sed simul egemus, & perfectò egemus. Itaq; infirme debiliter q; ambulare non petimus, neq; obtuse cernere, vel audire: neq; aliud quicq̄ deficiens mācumq; expetimus. Quis enim coloris bonitatem, carnis molem, aut absolute corporis pulchritudinem, robur've, imperfectas discupiat? Quocirca, si actionē non deprauatam, sed perfectam requirimus, neq; corporis structuram, vnde hæc ꝓfluit, mendosam labantem q; votis exposcemus: atq; ita, cum horum alterutrum sanitas sit, nullus pro- C culdubio mutilam sanitatem, sed, q̄ fieri potest, absolutissimam firmissimam q; exoptauerit.

Quòd perfecta sanitas & bonus habitus idem sunt. CAP. 12.

IGitur, si aliud quoppiam bonum habitum à perfecta sanitate quis autumet, aliam sanitati, aliam bono habitui artem præficito: sin vnum atq; idem vtrunq; est, vnam & vtriq; artem prȩsidere necesse est. At quomodo vnum idem q; bonus habitus atq; absoluta sanitas fuerit? Primū, si apparatum huiusce causam, eundem & boni habitus esse crediderimus, ambo idem erunt. Secundo ex ipsa essentia id percipiemus: bonus siquidem habitus nihil est aliud, q̄ bene se habens habitus: habitus aūt affectio stabilis est: quare cuius est habitus, eius est etiā bonus habitus: ambo vero ad aliquid sunt. Dicitur itaq; aliquis in grammatica habitum habere, alius in arithmetica, in geometria alius, alius in astronomia: & in re qualibet, cum affectio bene adhærens altius q; defixa fuerit, habitus nominatur. Nihil aūt in præsentia referat affectionem aut habitudinē appellare. Quā ob rem, si & eius est bonus habitus, cuius est habitus, alicuius aūt habitus est, alicuius ergo & bonus habitus erit, & eiusdem, cuius habitus. At nobis in præsentia non de geometrico, musico, aut grammatico, sed de salubri habitu, sermo proponitur. Cū bonum igitur habitum dicemus, non grammaticū, musicum, aut geometricum, sed salubrem habitū dicemus. Atqui statim id ipsum vulgares ne D gligunt, & boni habitus sanitatis q; nomina idem significare arbitrantur: cum tñ sanitatis nomen affectionis cuiusdam nomen sit, boni vero habitus nomen nō affectionē simpliciter, sed, quod in ea optimum permanens q; est, manifestat: quandoquidē eius affectionis, quam sanitatē dicimus, prȩstantissimus habitus est bonus habitus. Non igitur (idem enim iterū atq; iterum inculcare necesse est, cū quis multorum inueteratam ignorantiā stirpitus euellere cupiat) non, inq̄ affectionē, non structuram, non actionem, boni habitus nomen significat, quemadmodum neq; simpliciter habitus, sed habitus quidem solam ipsam permanentiā stabilitatem q; affectionis ostendit: bonus vero habitus nihil ei plus, q̄ bonitatē adijcit. Igitur ex hoc nomine, habitus, & ex hac adiectione, bonus, componitur, quam oībus, quæ laudamus, apponere consueuimus, quæcunq; probe & secundū propriā suā virtutē cōstituta sunt. Quid igit̄ appetimus, aut quid nostro corpori prorsus inesse precamur. Nunquid salubrem affectionē id ipsum solū? An hoc idem est, ac si quęras, nū infirmas ædes ac propediē ruituras expetimus? aut vltra vsum, cuius causa structę sunt, elegantissime quoq; cōpositas, & q̄ longissimo tēpore duraturas? nemo profectò reperiatur, qui non integre, & nō longi temporis spatio sanitate frui percupiat. Quin etiam nulla omnino ars est, quæ sibi id, quod deterius est, ac breuioris temporis, proponat, sed quod in eadem materia ē valde optimum, atq; longissimo temporis curriculo permāsurum. Id sane omnibus effectiuis artibus ꝓpositū est:

neq; etiam finis planè aliud quippiam, quàm propositi consecutio fuerit. Atq; iam ex dictis apertum est artis circa corpus versantis finem esse vnum, propositumq; vnum: siue propositum hoc quispiam integritatem nominet, siue bonum habitum, siue sanitatem, siue naturalem corporis structuram, siue naturalem actionem, aut affectum, aut structuram, per quam integre atque absolute has naturales functiones obimus, nihil in præsentia distinguere opus est. E

Quis sit omnium artium finis & propositum. CAP. 13.

SIquidem vnum mihi ostendendum proponitur, oẽs videlicet artes propositum finemq; appetere, finem vero vniuscuiusq; rei vnũ esse, qui nihil aliud sit, q̃ s̃m illam subst̃atiam bonum. In vite igitur non aliud quidem perfectio est, aliud vero bonum, neq; aliud, præter id, quippiam ars vitium cultum tradens sibi speculandum proponit. Itidem & ars oleas excolere docens olearum naturæ perfectionẽ sibi propositum statuit. Verũ enimuero vna quædam res est humanum corpus: & quædam quoq; huiusce omnino perfectio est, quam & præsentem custodire, & absentem reuocare alicuius artis officium est. Huius aũt si alterum quendam inferiorem finem constituam, antedictus nos excipiet sermo: erit enim hæc boni habitus: illa summe boni habitus: alia salubris habitus: & quarta insuper ars salutaris habitudinis opifex: & præter has athletici boni habitus effectrix quinta. Quòd si alijs quidem artibus fines inducere, alijs autem eos cõseruare permiserimus, non has modo, verum etiam alias totidem circa corpus artes vestigabimus, constituemusq;. F

Vnum tantum esse corporis bonum, eandemq; esse opificem artem & custodem. CAP. 14.

EX quo efficitur neq; multa corporis bona esse ponenda, neq; aliam eiusdem opificem, aliam vero custodem artem esse statuendã. Potenti sanè omnia per capita contemplari nõ pluribus opus est: qui vero id facere nequeat vel & omnia ex animo delere, quæcunq; ex male ab ipso percepta sequuntur, opus habeat, longiore, puto adhuc oratione indiget. Illa sanè confutanda sunt, q̃ nõ vnũ sit corporis bonũ, sed omnia hæc, sanitas, robur, & pulchritudo, quodq; ars vna id procreare possit, altera conseruare, & quæcunq; alia ab his orientia non nulli perperam decreuerũt: atq; in primis vnum esse corporis bonum primarie & proprie dictum, ad quod reliqua omnia referũtur, explicare melius est: alia vero corporis bona vocata, non nulla, vt partes illius, dicuntur: alia vt causæ: alia vt fructus quidam. Quemadmodum enim pulchritudinem iucundus color, congrua caro, membrorum cõmoderatio, & alia quædam integrant, quidni & corporis bonum ex sanitate, robore, & pulchritudine conflетur? Item quid prohibet ipsius corporis bonum esse sanitatem, sed veluti fructum quendam eius pulchritudinem & actionem? Quid obstat præterea primum corporis bonum actionem esse, eius vero causam sanitatem? Neq; enim per alia exquisite sanescet corpus, per alia robustum aut pulchrum euadet? statim vero id etiam exacte salubre est. G

Vnam omnium corporis bonorum artem esse, vnumq; esse princeps corporis bonum. CAP. 15.

QVare & ex hoc vnã circa corpus artem esse conuincitur: eadẽ enim facientes simul & robusti ad agendũ erimus, & visu pulchriores, & salubriores, meliorisq; habitus efficiemur: quẽadmodũ contra, siqua in corpus noxa inciderit, & actionũ firmitas labascet, & pulchritudo marcescet, & bonus habitus tolletur, sanitasq; ipsa violabitur: hæc enim oĩa merito simul augẽtur, simul q; decrescũt. Naturalis etenim actio naturali corporis eget apparatu, à quo rõnem causę erga ipsam habente producitur. Quocirca illud fieri non potest, vt istorum alterum adsit, alterum vero absit, ambo præterea hæc simul augentur atq; decrescũt: cum q; in melius proficiunt, hic bonus habitus, illa robur appellatur, eadem nanq; ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati cõparatur: vtrunq; enim ab vtroq; producitur, sicutq; alicuius bonus habitus est, ita & robur: naturalis nanq; siue apparatus siue affectionis, vtcunq; vocare libet, virtus quædam est bonus habitus, actionis vero naturalis virtus robur est, idẽ aũt est virtus, perfectio, & cuiusq; rei bonũ, quod illius primum atq; simpliciter bonũ nominatur. Ambo sanè & propter eadem deteriores meliores reddũtur, bonus nanq; habitus salubris, vt ante dictum est, affectio nominatur. Siquis item manifeste debilis sit, roboris infirmitas imbecillitasq; dicetur: pulchritudo præterea priora, posteriora deformitas necessario comitatur. Hæc planè omnia simul crescunt, simul minuuntur, & perficiuntur simul omnia, simul q; delentur: quodq; istorum vnum læserit, quicquid fuerit, statim & reliqua oĩa lædit: contra, quod iuuat, pariter & omnia iuuerit. Atqui ex dictis iam vnam circa hęc omnia artem necessario versari elucescit: quod istorum autem princeps simpliciter'q; corporis bonum sit, nihil in præsentia attinet dicere. Sed tamen, ne id quoq; sermoni deficiat, subiungam. Corporis bonum absolutissimum atq; primarium, quo egemus potissimum, actionum perfectio est, quod sanè robur vim'q; defectiue enunciantes nominant: siquidem eos oportebat nõ robur simpliciter, sed actionũ robur, neq; vim simpliciter, sed actionum vim nũcupare. Deinceps verò post hoc s̃m non simpliciter, neq; per se corporis bonum, sed, q̃m primo & per se huiusmodi bono ad sui creationem actionũ robur indiget, sanitatis est bonus habitus, quem & ipsum iterum curte nominantes cauillationibus ansam præbuere: sanitatis enim bonum habitum cum dicere debeant, non ita, sed absolute bonum habitum vocant: hunc necessario pulchritudo sequitur, aliud quoddam ab illis & tertium corporis bonũ. Quare corporis bona æque, ac animæ, neq; vnius generis sunt, neq; similiter omnia dicuntur, sed vnum quidem, vt primũ atq; per se, alterum tanquã illius H

causa,

A causa,tertium vero,vt necessario consequens.Igitur cuius horum trium ars corpus gubernans primarius opifex est? num sanitatis,an actionis,an pulchritudinis? Supra enim iam patuit,etiã si illorum vni tantum,quodcunq; malis,profueris,necessario cunctis tribus profuturũ. Nam, si actionẽ iuuabis,& sanitatem & pulchritudinem necessario iuuabis: quandoquidẽ ea sine causa ipsam producente consistere nequit,pulchritudo vero necessario subsequitur.Item si sanitati proderis, ilico & actioni & pulchritudini proderis,etenim vtraq; ab ea profluit: qui vero pulchritudinẽ creat, iste proculdubio & sanitatem ante creauerat: si eam,itidem & actionem.

Quod inter corporis bona primum à medico expetatur. CAP. 16.

VErum,quod primum ab artifice fiat,sermo noster vestigare cupiebat. Atqui iam ex supra positis manifeste ars sanitatem efficere videtur,hãc vero naturalis pulchritudo actio q; sequaẽ, necesse est: quod enim primum artifex cum fecerit,acquiescit id eius planè finis est: at naturali actione,per quam agimus,restituta conquiescit,ea vero sanitas erat: quam cum induxit, nihil vltra circa actionem pulchritudinem'ue laborat,accedunt enim hæ vel inuito artifice,ipsis q; aditum intercludere,cum semel sanitatem creauerit,prorsus nequit. Ipsam planè sanitatem impedire in ipso artifice positum est: quòd si ipsam corruperit,naturales actiones,aut pulchritudinem corpori adipisci,nullo vnq̃ pacto valebit. Artem itaq; corpus tractantẽ,qualiscunq; sit,circa sanitatem omniũ
B primam atq; per se negociari asserendum est,deinceps accidit, vt de actione pulchritudine q; curã habeat: neq; vero vllum illorũ imperfectũ mancum q; est,sed perfecta, cumulata, ac summa sunt. Quomodo igitur plura sint corporis bona,quomodo vnum,quod q; non omnium æque ars corporis curam habeat,sed vnius per se,ex accidenti aliorum,abunde dissertum est.

Quòd in nulla materia Ars vna finem efficiat,altera conseruet. CAP. 17.

IAm vero & illa ostendere conabor,quare in nulla materia ars vna finis effectrix, altera cõseruatrix reperiaẽ: statim q; ab initio neq; illorũ exemplum,qui in hac fuere sententia,neq; rerũ pręterea ipsarũ naturam,ipsis fauere declarabo. Si alterius.n.artis est calceũ conficere,alterius labefactatum resarcire,non dum tertiã hic artem conseruatricem nobis ostenderũt: pariter & in vestibus,si alterius quidẽ artis est eas resarcire,alterius aũt cõficere, quæ'nã & in his tertia sit ars conseruatrix, explicare nõ poterunt.In nostris profecto corporibus,vniuersim q; in his, quę à natura reguntur, veluti effectrix vtiq; natura est,textoriæ coriariæ q; proportione respodens. Vitiosum aũt corpus instaurant agricola & medicus,q & ipsi vestes sarciẽti & veteres calceos instaurãti similes sunt. Vestem aũt calceum've in conclaui reponendo custodire,ne aut à quopiam surripiaẽ, aut à muribus
C erodaẽ,id neq; vllius forsitan artis, sed solius est diligẽtiæ. Quòd si horũ cõseruatricẽ artẽ esse qdã velint,tales apud hoĩes artes sunt imperatoria, rei q; publicę gubernatoria, & præter has,si placet, ostiariorũ,cæterorum q; custodum: vt enim ne inter hostes,aut prorsus ne inter sceleratos hoĩes feras q; bestias versaremur,ædes ciuitates q; cõstruximus, & muros circundedimus, imperatores ac principes creauimus. Sed non istarũ similem sanitatis conseruatricẽ artem conquisiuimus, sed eã, quæ (vt puto) in humanũ corpus aliquid agens nõ ex accidenti,sed p se incolume ipsum valens q; præstet: at proxime dictæ singulæ non ipsæ p se sanitatẽ custodiũt,sed eo, quia homini nõ iugulato,neq; à fera discerpto,sanitatem seruari,quemadmodum & totã vitã,cõtigit: idcirco ex quodam accidenti,non primo,neq; ex sua ipsius ratione,harum vtraq; artium sanitatem conseruat.

Quibus Ars tuendæ sanitatis contineatur. CAP. 18.

A.l.1 f 3. d.1. ..1.fol.56.f g. IGitur sanitatem"præcipue ex sui ratione conseruans quibus continebitur? Vt mea quidẽ fert sententia,neq; illis,quæ non necessario corporibus nostris adhærent,neq; illis,quæ nullã in partem necessario corpora nostra permutant,sed illis,quibus,velimus nolimus,corpus nostrum oĩno vtitur: & eorũ illis,quæ iuuare aut officere valeant: in ijs,inquam, & circa hęc tuẽdæ sanitatis artẽ versari arbitramur.In gladios enim,aut feras, aut laqueos, aut præcipitia,non necessario corpora
D nostra incurrunt,sed in ambiente aere duplici rõne versanẽ,& qm̃ corpori vndiq; circunfusus est, & qm̃ per inspirationẽ ducitur. Atqui somnus & vigilia, quies item & motio,in horum numero ponitur: necesse nanq; est aut dormire aut vigilare, quiescere aut motu exerceri. Perinde esurimus & cibum capimus,sitimus ac bibimus,aut inter hæc medij agimus. Cubilium aũt discrimina ac vestimẽtorum non oĩa necessaria sunt.Eburneis nanq; pedibus lectulus, aut grabatus ignobilis,nihil sanitati prodest aut officit,neq; vilium aut sumptosarũ vestium vsus: non vitrea vasa, aut aurea,aut argentea,aut lignea possidere: non formosorum seruorum aut deformium turbæ domi mari,aut seruis planè carentem ipsum sibi ipsi ministrare.Ista mehercule prodesse nobis vel obesse ipsorum ratione atq; primario,aut ex accidenti, neutiq̃ apta sunt. At calidus aer aut frigidus, esca & potus,requies & motio,vigilæ somni q;,suis ipsorũ viribus necessario corporibus nostris vtilitatem aut noxam afferunt. Vestimẽtum autem lacerum ac leue hyeme, graue autem æstuosum q; æstate,lędit quidem ex necessitate,ex accidenti vero frigore & calore diuexat.

Quid à sanitatis custode agendum sit. CAP 19.

A.ibidem. HÆc itaq;,quæcunq;"per se lędendi iuuandi q; potestatẽ habet,sanitatis curã habens speculaẽ. At quomodo,qua've ratione? Posteaq; satis abunde corpus inanitum est, sensilis q; nocumenti discrimen impendet,alimentum sumere iubens. Postquam vltra modum exaruit, atq; hinc

iam noxæ periculum instat, potum accipere præcipiens: item & corpus exercens, cũ nostri mode- E
ratricem facultatem robustam præstare, excrementa q; angustis meatibus intrusa eruere voluerit: quietem vero imperans, cum exercitatione corpus lassari, aut vltra, q̃ conueniat, digeri senserit: aluum præterea ducens, cum suppressa est: nimis aũt citatam cohibens: alia q; in hunc modum oĩa agens, & in summa id ante oculos habẽs, vt in corpore exacte sano ac valido nihil nouare audeat. Cum vero aliquantulũ exquisitam moderationẽ transierit, continuo, quod deficit prius, q̃ latius malũ serpat, resarciat, perinde, ac si subtegminis fila ex aliqua veste non simul oĩa, sed singulis diebus singula excidentia, q huic rei præest, assidens illico reponat adeo, vt huiusmodi correctio atq; emẽdatio multorũ notitiam præ exiguitate subterfugiat. Talem mediusfidius & beneualentibus præfectum artificem esse opus est minime cuiusq; differentiæ ac noxæ obseruatorem iuxta atque emendatorẽ. Verũ, si ex toto integrũ illæsum q; corpus duraret, tale q;, quale ipsum ab initio creator fabricatus reliqt, nequaq̃ correctore semp eguisset. At nunc, cũ diffluat semp, atq; dispereat, aliquo p̄sente obseruatore indiget, q &, quod dissipat, quantũ quale q; sit, cogniturus est, ilico q; tale ac tm̃ vicissim reponẽs instaurabit. Insitũ humidũ dilabitur, tantũdem humoris, potũ exhibẽs, irrigato. Calidũ digerit, tantũdem caloris addito. Aridũ cõsumit, iã alẽdi instat occasio. vt semel dicã qđ discutit atq; euanescit, ingeri paulatim atq; reponi ante, q̃ in multorũ notitiã veniat, opus est. F

Quo differat ars curatrix à conseruatrice per pulchram doliorum comparationem declarat. CAP. 20.

IGitur, queẽadmodũ, si duo cogites dolia multis in locis foraminibus terebrata, ambo æque ab initio plena, pariter q; p illa spiramina hac atq; illac pfluẽtia, horũ q; alterius quidã curã gerẽs semper q; assidens tm̃ vicissim ingerat, quantũ elabitur, alterũ verò ante, q̃ valde inanitum est, nemo custodiat, postea quispiã repẽte superueniens semel totũ impleat, clarissime cõstat doliorũ istorum primũ neq; inaniri, neq; repleri vnq̃, alterũ vero ambo hæc pati à multis inspectantibus testatum iri, ita quoq; in sanis ægrotis q; corporibus res habet. Vtrũq; enim vitiũ ars vna modo vno emendat, quod deficit scilicet, instaurans: in quãto vero, nõ in quali, emendationis differentia versatur.

Quod differentia in quanto ad vnam artem spectet, in quali ad diuersas. CAP. 21.

ATqui secundum quantum in his, quę fiunt, differentia ad vnam artem pertinet: q; si alterius artis esse debeat, prorsus qualitate differat, oportet: q; si propterea geminum esse correctionis modum arbitraris, q; ab vno dolio multum prius effluxerit, q̃ artifex custos accesserit: alterũ, custodem semper astantem, quæ sua bona fortuna fuit, nactum plenum conseruatur, haud recte sentis. Neq; enim alia ars vnum subtegminis filum, quod exciderit, reponit: alia, tria aut quatuor G
aut quingenta. neq; alia ars parietis particulam ruentem fulcit communit q;: alia magnã eius partem collapsam restituit. quo enim modo res vnaquęq; à principio cõstructa est, eodem etiam corrupta instauratur. Subtegmen stamini intertextũ vestem facit. num igitur præter hęc vestis pati, aut pręter hæc emendari potest? opus planè est, si quid vestis damni faciat, aut stamen, aut subtegmen, aut vtrunq; pati, vnam'que esse emendandi viam, quæ subtegmen semper stamini implicet, quo eius ab initio compositionem imitetur.

Quàm errent logica methodo carentes. CAP. 22.

SEd singulares actiones multis imponunt vniuersale contemplari nequeuntibus. Id enim rationalis methodi munus est, quã neq; didicerunt neq; pertractarũt isti, qui quotidie de propositis blacterantes disputare audent. Satius enim, si quidem eã nouissent, ipsis foret, eam semel discipulos docere: nõ infinita proposita discutere. nã, qui eam rite percepit, non amplius infinitis eget, sibi ipsi oĩa recte diuidere valens. At eã methodum ignorans, præterq̃ q; infinita, perperam'ne dicta sint, haud dignoscit, permultorũ adhuc propositorum, quæ non audiuit, inops est. Verum hęc obiter aduersus eos dicta sint, qui quotidie in proposita discipulis audientibus edisserũt, neque ipsi, quid dicãt, intelligentes, quousque imperiti inexercitati q; in iudicatorio instrumẽto fuerint. Nã H
& hoc loco, quo inter se artes distinguendę sint, singularibus'ne actionibus, an vniuersalibus, an non ita, sed propositis finibus q;, aut neque his, sed materijs, instrumẽtis, principijs, & contemplatione, minime considerantes de his nugantur, quæ ignorant. Igitur & nos forsan melius fuerit, postquam semel id certamen conficere tibi polliciti sumus, quam breuissime poterimus, aliquid & de ante dictis omnibus disputare, iterum à singularibus actionibus incipientes.

Quæ sint singulares in medicina actiones. CAP. 23.

ESt igitur quædam singularis actio, qua vtentes oculorum palpebras consuimus: altera vero huius minime assimilis, per quã suffusiones detrahimus: aliæ quoque tertia & quarta, neq; inter se vlla ex parte, neque harũ similes sunt, per quas cõfractũ os de capite excindimus, sed in alia corporis parte, vtpote humero atque cubito, in aduersum tendentes atque conformantes deligamus. Ab omnibus vero alijs actionibus longo interuallo ea dissentit, quę circa herniã fit, manuaria operatio: à qua illa, quę circa varices: ab oibus q; simul antedictis vesicę calculi extractio: atque horum multa ẽt scalpello absoluimus: at oculum sublinere, articulũ in proprium situm reponere, † aut alicui mẽbro propriã formã reddere, fistula, quam cathetera gręci vocant, rite vti, cucurbitulã affigere, sine scalpello quidẽ omnia præstant, sed inter se longissime & à proxime dictis euariant:

† Al. conforma re aliqđ membrum.

quemadmodum

A quemadmodum & venam soluere,& arteriam secare, cutem scarificare, & hydropicos perforare inter se & ab omnibus antedictis distant. Atq; hę quidem ēt ac præter has aliæ infinitæ manuariæ actiones per se fiunt: medicamētis aūt vtentium porro alterū genus est,& ab seipso,& ab his, quæ manu fiunt,discrepans. Siquidē veratri potio,ciborum q; esus nulla societate participant: neq; inedia clysteris q; vsus,neq; frictio & lauatio: ab his vero longius distant vlcus eluere ac purgare, & medicamentū liquidum,itē & aridū imponere: gestari præterea,deambulare,luctari,scammoniū, aut mulsam bibere. Quorum omnium neutiq̄ similis est pulsatus arteriarum caloris q; dignotio, quāuis extremis manibus agamus: quemadmodum (vt reor) & humorum abscedentibus sedibus contentorum perceptio,aut tumorum hydropicorum,aut gangliorum, aut atheromatū, aut meliceridum,aut steatomatum {vt grę corum nominibus vtamur,qn̄ latina deficiunt} neq; enim eo dem digitorum iniectu,aut eadem motione & traductione & pressione,sed nō nunquam longe differente in modo enumeratis vtimur. Quamobrem periculum est,ne totum diem absumamus, nihil aliud,q̄ actionum differentias recensentes,adeo ipsarum numerosa multitudo est.

Per singulas actiones Artes non distingui. CAP. 24.

B Verum iā & ex his abunde quis nouerit, quanta illi erroris nebula caligent,qui per singulas actiones artes esse distinguendas arbitrent. Nullus igit adeo fatuus, adeo q; attonitus est,qui à medicina modo propositas actiones diducat,& aliā quāpiam artem singulis ipsis pręficiat, aut hernię dissectoriam (vt nunc quidā nomināt) aut calculi detractoriam, aut perforatoriam (quam paracentet icen vocant:) etsi enim q̄ maxime hunc herniæ dissectorē, illum perforatorem, alium calculi detractorem esse dicant,oēs tamen istos cōi nomine medicos appellant perinde, vt eos,puto,qui à quibusdam membris,quorum præcipue curam gerunt,vocitantur: hos nanq; ocularios, auricularios,dentarios(ita dicere liceat) medicos nominant: non nullis vero à materia noīa indiderunt,dięteticos,& medicamētarios,aut per iouem,ēt herbarios vocantes: quidam præterea & nō nullos medicos vinidatores & veratridatores appellarunt,q eos crebro talibus remedijs vtentes cōspexerunt. Omnibus enim (vt reor) hoībus rōnalis disciplinæ principia naturaliter insita sunt: cognoscunt q; hi quidē magis,illi vero minus, in actionibus aliquid esse idem, aliquid diuersum. Id quidē,cuius causa fiunt,idem est,sanitas videlicet apud oēs cōe propositū: modus aūt non omnium vnus,sed in numerū ingentem excrescit. Verū enimuero,si quispiam (vt facit Plato) vniuscuiusq; modū & vniuersalem scopum vnam artem statuēs,deinde in species,differentias q; ipsam diducens,rursus illas partes singulas artem appellet,perinde & ipse aliquam dięteticam,& medica

C mentariam,& manuariā velit artem appellare,nihil sanè fuerit, quod ipsi vitio vertam. Ita etiam, si modo propositas singulas partiens,vt diætā in ea, quæ assumuntur,euacuantur, & bibuntur, & exterius incidunt,istorū singulis propriam quandam artem præficiat,neq; istum accusauerim. Iterum,si hæc quoq; eadem multiformiter vsq; ad particularia partiatur, minime ipsum impediam, quin in his,quę assumuntur,aliam medicamentorum artem esse dicat, aliam ciborum, aliam potionum: quin etiā in istis singulis huius illius q; cibi,huius illius q; potus,atq; huius illius q; medicamenti propriam esse artem dicere concessero. Verū,si has inter se artes, quēadmodum arithmeticam,exempli causa,ab oratoria,aut hanc ab ędificatoria & fabrili differre autumet, non amplius istud concessero,cum istæ nullum cōe propositum habeant: paulo supra vero enumeratis vnū est cōe propositum,sanitas scilicet. Quemadmodum igitur in oratoria, quæ vna est ars,aliquam qdē exordij,narrationis aliam,argumentationum perorationum q; aliam esse artem dixero,si mihi solum id vnum,vnius esse artis ea,siue species dixeris,siue partes cōcessum fuerit: Ad eundem,arbitror,modum,& in medicina res habet,aliā enim artem manuariam dixero,aliam diæteticam,aliam medicamentariam,vnum id modo mihi seruetur,harum omnium vnū esse propositum, pp quod vnius esse artis particulæ cogūtur: res enim dissimillimas id iungere,atq; connectere,cogere q;, vt

D in vnam omnes artem conspirent,manifesto videtur. Excindit aliquis, aut abscindit putrem particulam,alius autem reficit,carnem q; in cauo vulnere procreat: contrariæ quidem res,tota q;, vt aiunt,diametro distare videbuntur, actiones enim longe differunt, ipsarum q; effectus contrarij sunt: ille enim eorum,quę sunt,aliquid perdit,iste vero nouam aliquam substantiam gignit: sed neutri id ipsum per se proponitur,aut illi quicq̄ destruere,aut huic generare: quēadmodum neq; vrere aliquid,neq; secare,neq; aliud quicq̄ ipsum propter se facere quispiam aggreditur,sed tanq̄ sine hoc sanitatem assequi non valens,ad quam oēs diuersis tn̄ itineribus ingredientes properant, ob cōe vtiq; propositum omnes medici vocati,sed propter actionis,aut materię, aut membri differentiam,hic manuarius,iste medicamentarius,ille ocularius appellatur,manuarius ab actione, medicamentarius à materia, ocularius à mēbro. Cum enim,quæ curantur membra, non parū inuicem differant,curatores q; ipsi actionibus ac materijs diuersis vtant,ideo non nulli ab actionibus, alij à membris,à materijs alij cognominantur,ocularij,manuarij,ac medicamentarij,vniuersim q; oēs à fine medici. Supra enim explicatū est omnes artes in subiectæ substantiæ bono versari, ei q; operam dare: & in singulis ipsarum vnum, quoddam primum bonum reperiri. Cęterum, q quispiam palpebras,excēpli causa, bene suens perperā medicamenta propinet, alius medicamētis optime vtens rationem victus non rite præcipiat,in hoc alius egregie versatus manus non bene

exerceat,ſi diuerſas propterea ac penitus ſeparatas artes opinemur,ſtatim ſanè non tres modo,ve- E
rum etiam trecentas ſic artes ſtatuemus.Iſte nanque fiſtula perite vtitur,ille clyſtere,alius venam ſe
care eſt idoneus,arteriam alius: deinde,cum aliquis hæc omnia inſigniter adminiſtrans inuentus
fuerit,rurſum omnes illæ artes in vnam coibũt.Atqui vtrunque vitioſum eſt, aut propter artificũ
inſcitiam artem vnam in multas diſcerpere,aut propter eorundem excellentiam multas in vnam
coniungere.Prior nanque ſermo neq; orandi,neq; numerorũ,neque terræ metiẽdæ, neque canen
di,neq; aliam quampiam illuſtrem artem,vnam eſſe concedet,quas multi tractantes propter earũ
magnitudinem totas complecti nequiuerunt. Secundus autem artes interdum nullius cognatio-
nis participes in vnam aceruabit.Nam,ſi idem homo arithmeticus ſimul,grammaticus,atq; philo
ſophus fuerit,poterit quiſpiam vnius artis has omnes eſſe particulas exiſtimare.

Quo Artes diſtinguendæ ſunt. CAP. 25.

ITaq; ne agentiũ multitudine,ſed propoſitis cõſideratis,artes diſtinguamus, neque in ſingulas
actiones ſed in vniuerſas inſpiciamus.Cõmune.n.quoddam in ſingulis cuiuſque artis actioni-
bus inuenies,per quod,quãuis longo interuallo diſtare videantur, nihilo minus tñ eas vnius eſſe
artis particulas nihil impedit. Veſtes igitur texere nihil aliud eſt,ꝙ ſubtegmen ſtamini implicare:
num igitur,ꝙ iſtud,aliud eſt ſuere? neutiquam,verum & in ſuendo ſubtegmina ſtaminibus inter F
texuntur: nam ſi & ab initio ſtatim quiſpiam ſine textorio opere aliter ſubtegmina ſtaminibus in
nectere voluiſſet,aut eo modo,quo nunc lacera indumenta ſarciunt, aut quo ciſtas aut ſportulas
aut retia fabricantur,nihilo ſecius veſtimẽtum,ſed multo longiori tẽpore cõfeciſſet. Finẽ itaq; nõ
ſimpliciter collimantes,ſed celerius ad ipſum peruenire ſtudentes,hanc telas cõficiẽtem artem,tex
toriã ſ.excogitarũt,nõ vniuerſim,ſed ex parte à ſupra poſitis differentẽ: idem & in medicinali arte
contingit.Innumera ſanè (vt ita dixerim) ſingularia ſunt,ſed generale quoddã opus omnibus cõe
eſt: nam & corpori aliquid,vt ſuperuacuum, detrahens,aut aliquid, quod deficiat,adijciẽs,vnum
vterq; in vniuerſum præſtat,corpori ſcilicet naturalem modum comparans, qui nihil aliud eſt,ꝙ
ſanitas,perinde vero & calfaciens,& refrigerans,& ſiccans,ac madefaciens.

Exemplo naturæ probat Artem,quod facit,etiam conſeruare. CAP. 26.

QVemadmodum enim,ſi ab initio nos confeſtim animal creare potuiſſemus, non alia quidẽ
vlla ratione eius primam formationem inſtituiſſemus,alia vero emendationem adhibere-
mus: haud ſecus poſtea,ꝙ neutrum horum nos primi efficimus,ſed natura eſt & prima-
ria animalis opifex,& in præſentiã ægroto ſanitatem cõparat,nõ alia profectò ratione carnẽ prius
generauit,alia vero nũc: neq; alia qdẽ rõne fœtui,alia ĩ pñtia in lucẽ edito, alimẽtũ ſuppeditat,ve
rũ ẽt ſimiliter nũc operaẽ,alit,digerit,excernit,omniá q; (vt ſemel dicã) in præſentia,vt prius,eadẽ
A 1. Epid. cõ. 2.t.51.3ª.112.f ratione miniſtrat. [a] Medicũ aũt naturæ eſſe miniſtrũ,primariá que eſſe illius artẽ quandã, ac rite ce G
lebre eẽ dictũ illud,[b] Natura in oĩbus auxiliaẽ: quin ẽt naturã morbos iudicare,[c] naturas morborũ
B In lib de Alimento. nõ longe a principio. eſſe medicatrices,à priſcis ſapientibus abũde tradita,quid ego iterũ ſuꝑuacue repetam? quod.n.in
pñtia vtile eſt,in memoriã tñ reuoco,nõ alterius artis eſſe opus facere, alterius vitiatũ corrigere,
ſed eiuſdẽ. Quòd ſi & nõ eiuſdẽ,at ſupra,medicinã oſtẽdimus nõ artis veſtes facientis,æmulã quicꝗ
C 6.Epid.com. 5.t.1.3ª.187.f quod prius nõ eſſet,ꝓcreare,ſed artis laceras tritas que veſtes ſarcientis aſſimilẽ. Explicauimus itẽ
cõſeruationẽ eẽ duplicẽ,alterũ que ipſius genus,ſub quo & pñs de tuẽda ſanitate tractatio repo-
nitur,parum labefactata corrigere: id que multos ſubterfugit, tanꝗ ſit à curatiuo differens genus.

Quis Finis effectiuarum artium,atq; actiuarum. CAP. 27.

CÆterum id ipſum alicui finem eſſe putare,domum extruere aut veſtẽm aut vas,aut ſanitatem
facere,hoĩs eſt non potentis actionem fini præuiam ab ipſo fine diſtinguere: quandoquidem
non domũ extruere id ipſum ipſius ædificatoriæ finis eſt,ſed domus,quẽadmodum neque,veſtem
texere,aut nauẽ coagmẽtare,aut grabatũ aliorum ve vnũquodque fabricari,ſed ipſum opus,quod
quieſcẽtibus iã à labore artificibus adhuc permaneat. Atque ita effectiuæ artes ab actiuis tñ diſſen
tiunt: actiuę nãque cũ ab agendo deſierint,finis quoque vnà deſijt. Nihil itaque in ſaltatoria ꝑter
ipſam actionẽ oſtẽdere poſſumus,vt in fabrili grabatũ,in ędificatoria domũ,in medicina ſanitatẽ. H
Non igitur ędificatio,quemadmodum ſaltatoriæ ſaltatio, ædificatoriæ finis eſt, ſed domus, res ab
actione diuerſa: itidem textoriæ neque textura,neque texere,neque veſtis cõfectio, aut generatio,
ſed veſtis. Pari rõne neque ꝓductio,neque generatio,neque correctio ſanitatis,medicinę finis ẽ,ve
rum hæc omnia actio quædã artificis cõis eſt, quemadmodum particulares erant ſecare, vrere,arti
culos & extrema,quæ græci cola vocãt,in aduerſum trahere, effingere,deligare: & ſupra has etiã,
atque cõmuniores manu operari,medicamento vti,& rationẽ victus præcipere: verũ ſanitas ipſa
finis eſt,quę iam quieſcente artifice demonſtrare valemus.Quare neque ſanitatẽ cuſtodire,aut vi-
tiatam emendare,aut prorſus amiſſam recuperare,finis eſt,ſed oĩa hæc actiones ſunt, finis autẽ eſt
ſanitas. At cõem generalẽ que ſupra omnes haſce particulares actionẽ alius ſanè alio appellat no-
mine,oẽs tamen vnũ idem que ſignificãt: & qui ſanare dicit, & qui ſanitatẽ facere,& qui ſanitatis
effectionem,& qui ſanationem,hi quoque idẽ,quod proxime poſiti ſed alio modo dicunt: & me
dicationem morborum dicentes,aut curationem,aut ægrorũ medelam, aut mediusfidius mederi,
aut morbos extirpare,aut ſanitatem morbo pulſo inducere: item omnia, quæ conueniant, facere
dicentes,

A dicẽtes, & qui morbificas causas se expellere aiunt. Nemo.n.istorũ finem, sed quæ finẽ præcedit, actionẽ dicit, perinde atq; si circa corpus ars quædã actiua saltatoriç histrionicæ q; similis versaret.

Non per materias, nec per præcepta Artes distingui. CAP, 28.

VErum enimuero posteaq̃ multis rationibus artes non ex particularibus actionibus esse iudicandas assertum est, sed in vniuersales ac proxime ad finem esse recurrẽdum, deinde q; ab illis ipsis fines distinguere esse tentandum, in sequenti disputatione ea est difficultas excutienda, nunquid & de ipsarũ materijs eadem sit ratio habenda. Itaq; materia vna pluribus artibus subnci, vna q̃ pars permultis vti materijs videtur: quandoquidẽ lignum nauium artifici, & carpentario, & machinarũ structori, & ædes fabricanti, infinitis q; alijs cõmunis materia est: creta quoq; multarũ est artiũ materia, & lapides, alia q; vniuersa. Itẽ verò medicæ artis, vna cum sit, infinitę materię sunt, & corpus ipsum sanitatem accipiẽs, & cibi ac potus, & medicamẽta oĩa, & vocata diætemata. Hæc igitur medicorum materiæ: corpus aũt tanq̃ id, ex quo finis, aut in quo. Constat igitur non ex materijs artes esse iudicandas: neq; enim, si quispiam alias cões materias, vt que aliqs dixerit, per accidens, alias vero proprias atq; propinquas singulis artibus subijciens, quatenus corpus nostrũ naturale est, physicæ scientiæ subiectum esse dicat, quatenus salubre, medicinæ, quatenus euecticum, B id est bono habitu præditũ aut boni habitus capax exercitatoriæ, propterea alio quopiã, q̃ fine, artes distinguit. Nã corpus aliquod salubre dicere eius, qui iã finẽ cognoscat, officiũ est. Neq; ẽt, siqs pceptis artes disiungat, aliunde, q̃ a fine potestate sumit initium: propria nãq; cuiusq; artis præcepta finis cõstituit atq; dijudicat. quippe hęc artis propria sunt, quæ dignoscens aliquis ad finem assequendum proficit. Siquidem grãmaticæ, musicæ, fabrilis, & aliarum cuiusq; artium quæcunq; pręcepta aut finem ipsum euidenter, aut quod in ipso melius, celerius ve est, prębere valent, hæc artis ꝓpria sunt, quę vero ad finẽ assequẽdum conferũt nihil, ea nequaq̃ artis propria dicẽda sunt.

A fine Artes omnes distingui atq; constitui. CAP. 29.

ITaq; omni ex parte ad finem properare, ab eo que artes iudicare pcipit ratio: propter hũc enim & communibus actionibus, & proprijs pręceptis atq; principijs differunt: nam hęc & secundũ artiũ fines euariant, Quandoquidẽ sanitas finis est: hęc vero in calidis, frigidis, humidis, siccis que consistit. In istis plane & materiæ, & contemplationis circa huius cognitionem principium versatur: sed dissimili ratione medicus physicus q; id tractat. Quod ipsum dissimiliter scilicet a scientiarum fine cognitum est atq; distinctum. Neq; ab re semper finem ratio inuenit, omnium, quę in artibus continentur, regulum atq; iudicem. Nam cuiusq; artis cõstitutio inde sumit initium. Quis C enim medicinam constituere properasset, nisi sanitatis bonũ prius optauisset? aut ædificatoriã, nisi & hic domum? aut textoriam, nisi vestem prius expetiuisset? Quin & ars reliquas oẽs constituens hinc & ipsa accepit initium. Alibi vero a nobis ostensum est, quo quispiam modo proposito fine suam ipsius artem per methodũ comperiat. Eũ que, qui præsentẽ librũ exacte intelligere cupiat, in illo prius versatum esse necesse est: ita enim euidenter cognouerit sub vnam eandẽ que contemplationem vtranque partẽ incidere, salubrẽ videlicet, atq; curatricem. Verum, si ego, quæ in alijs voluminibus a me latissime diligenter que explicata sunt, in hunc omnia librum conferre velim, Menemachi Menodoti que libros me huius prolixitate superaturum ignorarem.

Artem circa humanum corpus correctricem esse probat, eius q; partes enumerat. CAP. 30.

CÆterum artem circa corporis bonum versantem prorsum vnam esse ex antedictis (vt arbitor) satis declaratum est, atque ex dicendis in posterum nihilo secius declarabitur, non tamẽ, quo ipsam nomine appellare oporteat, iam adhuc manifestum est. Neque .n. forsan medicatiua, neque exercitatoria, sed aliud quippiam appellanda est, forsan autem & in totum ars ista, quemadmodũ & pleræque aliæ, nomine caret, sed hoc quidem paulo posterius speculabimur. Verum vnũ esse humani corporis bonum, quicquid illud sit, sicut aliarum etiam omnium substantiarum, esse D autem & de ipso artem vnam, siquid vnquam aliud, & id quoque verũ esse confirmo, nec non & eandẽ vtrique methodum inesse. Vna igitur circa humani corporis bonum arte versante, in præsentia oẽs eius particulas speculemur: nam sic & eius, quæ salubris vocatur, quę sit potestas, prorsus dignoscemus, vt in hac etiam parte methodo aliqua vtentes sectionem faciamus, genus artis corpus nostrum tractantis contemplaturi: At non in sola ipsa contemplatione finem eius situm esse, sicut arithmeticę, astronomię, ac physicę, sed quiddam etiam & circa corpus ipsam facere, neminem præterit: quòd neque verò in ipsa actione desinat, quemadmodũ saltatoria, postquã agere desiit, nihil ostendere valens, & id quoque omnibus constare arbitror. Igitur in cõfesso est eam inter effectiuas aut acquisitiuas esse collocandam, postquã neque inter contemplatiuas, neque inter actiuas inuẽta est: sed neque inter acquisitiuas numeratur, qualis est ars illa, quæ harũdine, & quæ hamo pisces captat, vt que in vniuersum dicam, qualis est venatoria: aliquid enim eorum, q̃ sunt, istæ capiunt, ac possident: nihil autem, quod prius non esset, ipsę faciunt. Inter reliquas igitur effectrices humani corporis ars reponitur. Istarum vero duplex officium est: aut enim aliquod integrum, quod prius non erat, efficiunt, aut ex parte vitiatum corrigunt. At, quæ nunc quæritur, ars totum hominis corpus moliri nequit, sed per partes instaurare potest perinde, vt vestium ars sarctoria, neque ad eundẽ, vt hęc, penitus modum. Natura nanque & corpus fabricatur, & ipsum

* Codex græc habet αἰτιῶν i. causarum.

imbecillum rursus confirmat, vt ars vestiaria: ipsius vero naturæ ministra est ars, quæ in præsentia E vestigatur. Concedatur igitur, vt procedat oratio, nos ipsam correctiuã appellare: sed aut multum corrigit, aut pauxillum: quæ eius pars multum semel corrigit, medicatiua curatiua q; nuncupetur: quæ vero pauxillum, cõseruatiua. Eius ipsius quoq;, quæ multum semel instaurat, permultæ sunt differētię: omnis enim quantitas in multitudinem innumerabilem secari potest. At, quia, de ipsis dicere non est nobis in præsentia propositum, hæc sane pars dimittatur, illa vero, quæ pauxillum emendat, diuidatur. At hęc quoq; insignibus differentijs tripartito distingui videt: aut enim exacte perfecte q; valentem accipiens in hoc ipsum gradu conseruat: hanc autem partem euecticen; id est boni habitus seruatricem, vocant: alterã eorum, qui iam morbum euaserũt, refectricem, quã sane & non nulli recentiorum medicorum analepticen, hoc est instauratricem, seu resumptricem appellant: inter vtranque pars ea collocatur, quę ab ipsis proprie salubris nominatur, nã vulgo & conseruatiua simul & salubris dicitur. Tres igitur hæ partes conseruatiuæ modo enumeratę, analeptice, salubris, & euectice, sunt quidem omnes sub ea medicinę parte, quæ exigua vitia tollit: inter se autem ratione maioris minoris q; dissentiunt, magis enim parua castigat euectice, minus vero salubris, hac adhuc minus parua emendat analeptice. Quidam vero & quartã particulã adiecerunt, in hac conseruatiua, quæ ab ipsis proprie prophylactice, id est pręseruatoria, vocata fuit, facultatem ei oppositam habentẽ, quę à morbo proxime liberatos recreat. Hasce aũt ambas ancipitis quodã modo esse naturæ inter contrarias totius artis partes nemo ambigit, dico aũt inter eã, q̃ magna vitia, & eam, quę parua dissoluit. Curatiua sane pars ꝙ magna vitia, euectice autẽ atq; salubris ꝙ parua discutiat, id quoq; perspicuum est: in medio vero ambarum interstitio instauratiua nominata atq; prçseruatoria positæ sunt, si ad salubrem euecticen q; comparentur, non exigua vitia emendantes: si ad curatiuam, non magna. Propterea, & quicunq; ambas has partes neutras appellauerunt, haud male mihi sensisse visi sunt. Sed de his alia est habenda oratio. F

Ab initio positæ quæstionis solutio. CAP. 31.

IN præsenti autem contemplatione de conseruatrice artis humanum corpus gubernantis parte tria diuisionis membra supponantur, vnum de corporibus secundũ habitudinem valentibus: alterum de ijs, quę in habitu sana sunt: tertium de bono habitu præditis. Primum q; instauratiuũ appelletur, nihil enim in prçsentia cum illis de nomine digladiemur: scdm salubre: tertiũ euecticum, hoc est boni habitus conseruatiuum: duo priora in melius ducentia, in optimo statu tertium conseruans. Atq; his ita positis ab initio agitatæ quæstionis meminerimus: erat aũt (vt existimo) huiusmodi, vtrũ ad medicatiuam, an ad gymnasticã, pars salubris vocata pertineret. Non absq; ratione igitur inter initia sermonis nostri diximus omnem quæstionem sub definitionẽ cadere: nã, quid sit medicina, quid gymnastica, cũ nouerimus, non amplius difficile fuerit inuenire, ad vtram ipsarum salubris referatur. Ipsa quidẽ salubris quid'nam sit, iã mihi manifeste explicauisse videor: aut enim tota pars cõseruatoria, aut ex illis tribus partibus vna, quæ in medio versatur inter euecticen, s. vocatam, atq; analepticẽ, & est circa sanitatẽ in habitu: mihi quidem reliquum nihil aliud, q̃ de noĩe, controuersia esse videtur, res ipsa aũt minime in obscuro versari tantisper, dum superius declarata concedantur, ac fixa permaneant. Atqui cũ ipsa strictim atq; per capita recensuero, mox ad nominum interpretationem me conuertam. Quemadmodũ igitur bonorum vestimentorum, ędium, atq; calceorum, perinde & corporis vnã quandam artem esse constituo, cuius duas has esse partes, vnam efficientem, corrigentem alteram, ambo q; hęc naturæ prius inesse, sed ipsarũ alteri, corrigenti scilicet, humanã artẽ opitulari: quæ & ipsa bipartito diuiditur, in curatricẽ partem seu medicatricem, atq; in alteram conseruatricẽ, quæ & salubris vocatur. Ipsius vero tres partes sunt, analepticæ, euectice, ac toti generi cognominis salubris. Itaq;, siue de tota conseruatrice parte, siue de eius particula, quispiam quærat, ad vtrã artẽ pertineat, ad medicatricem'ne, an ad corporis exercitatoriam, totam rem prius (vt nunc ego feci) perstringentem, ita deinde ipsum explicare opus est, Quòd, vna corporis ars cũ sit, licet volenti eam medicinam appellare: sin hoc non placeat, exercitatoriam: sin id quoq; displiceat, totam artem nomine carere dicens vnam eius partem medicinam, alteram exercitatoriam, appellato: si neque id probas, salubrem quandam artem curatiuę ex diuerso oppositã, eius'que partes (si velis) diæteticam gymnasticam'que dicito. Singula enim nomina si interpretabere, ita vniuersum, quod quęrebas, indeptus fueris. G H

De Nominum significatione. CAP. 32.

AT his auditis quidã, heus vir bone, dicẽt, nõ queadmodũ tu statuere volueris, distingẽda sunt noĩa: sed vt recte habet, partitio faciẽda est. Iterũ igiť istis ita respõdedũ est: heus tu meminisse debes nostrã non amplius de rebus esse contẽplationẽ, sed nominũ explanationẽ nobis esse propositã, neque id nos ẽt tergiuersamur: ac de nominibus nõ his solũ, sed & de alijs oĩbus illud ĩ vniuersum pronuncio, nihil eruditũ in mediũ adduci posse. Sed, siue Assyriorũ linguæ vocabulũ sit, ab ipsis Assyrijs res discenda est, cui nomen illud indiderũt: siue sit Persarum linguæ, aut Indorũ, aut Arabum, aut Æthiopũ, aut oĩno aliorũ quorũcunque, illos pcunctari oportet: nomen enim ipsum per se solum prolatum nihil indicat. Meam igiť sentẽtiam accepisti. Cęterũ non nulli asserũt ipsis nomen aliquid significare, vnde huiusce rei causa ego permulta Celtarũ, Thracum, Mysorũ,

Phrygum q;

A Phrygum q; nomina colligens iussi, vt à singulis rem significatã manifestaret: illis aũt in sola Grę corum lingua id se posse facere dicentibus, hoc vocabulum, λιμένα (latine portum dicas) proposui: illis vero locũ, vbi naues in statione quiescunt, significare affirmãtibus, at Thessali, respondi, quod à nobis forũ rerum venalium dicitur, ita nominãt. Sed isti Thessalicã linguã scire se negabãt, tanq; sanè illud ipsum nõ confitẽtes, quod ab initio dicebatur, nullũ nomen, cui rei inditũ sit, aliter posse cognosci, nisi ab ipsis impositoribus edoctus fueris. Cæterũ aduersus ita demẽtes alia mihi oratio separatim scripta est: res ipsas vero discere volenti, & præcipue ac maxime huic veluti optimo ope ri studenti, rerũ præterea nomina mutuæ locutionis causa percipere cupienti, vsum grę corum in terpretabor. Neq; id in horum oĩum noĩbus oĩbus faciam: id nanque enarratoriæ cuiusdam, aut grãmaticæ peritiæ, munus est: sed Attica potissimũ nomina, secundo & Ionica me cognoscere fa tebor, nõ nulla etiã Dorica atq; Æolica: sed in hisce linguis plura me ignorare, q; scire, in Attica ve ro plura me scire, q̃ ignorare concedã. Quòd si tu & de noĩbus loqui velis, Homerus vtiq; canit,

Vir medicus multis alijs tibi dignior esto,
Dira venena trahens, & pharmaca mitia fundens,
Multa salubria miscens, & læthalia multa,
B Doctior est cunctis medicus mortalibus vnus:

Vtpote arte medica languida corpora medicamentis manuaria q; opera curante.

De Diætetica: & quo tempore gymnastica & athletica exortæ sint. CAP. 33.

AN vero, & alia tertia medicationis pars diætetica appellata Homeri temporibus extaret, ego nulla id coniectura assequi possum. Sed me vetustior, & quem magis græcorum res nosse ve risimile est, Plato philosophus antiquos Asclepiadas hac medicinæ parte non admodum vsos esse asseuerat. Verum medicinæ tres has esse partes, artem q; male habentia corpora curantem ab vni uersa græcia iatricen, hoc est medicinam, appellari, nemo ferè est, qui eat inficias. Gymnasticæ autẽ artis nomen Homeri seculo non'dum repertum erat, neq; quisq; omnino gymnasta (sicut medici nomen inuenies) vocabatur. Quemadmodum neque etiam apud Platonem gymnasticę nomen frequenter reperire licet, sed pedotribam magis, q; gymnastam, huiusce artis professorem appellat: nam paulo ante Platonis tempora gymnastarum ars exorta est, quo etiam tempore & athletarum exercitatio emersit. Priscorum.n. seculis vir vnus operarius naturalia munia exequens, vere bono habitu robustus in certamen descendens non lucta modo, sed etiam cursu certauit, atque etiã duo bus his, & iaculo præterea, & arcu, & disco, & curru, alios vnus superauit: postea vero hæc disiun C cta sunt, qualem q; Homerus vnum Epeum fecit ad cuncta quidem secundum naturam munia obeunda omnium ignauissimum, sed strenuum pugilem, cuius artis in solis certaminibus vsus est, tales omnes euaserunt, neque arare, neque fodere, neque iter facere, neque aliud quicquam pacis, ac multo minus belli opus, egregie præstare valentes.

De Bono habitu athletico & salubri, quatuor q; materijs corpus nostrum alterantibus. CAP. 34.

HOrum hominum bonum habitum in superioribus vituperauimus, artem q; pariter gymna sticam ipsos instruentem: alium'que bonum habitũ laudauimus tutissimum iuxta & ad oẽs naturales actiones maxime idoneum: cuius materiæ effectiuæ simul & conseruatiuæ duæ sunt, & salubris vocata victus ratio, & exercitatio. Quatuor nanque genere cum sint omnes materiæ, à quibus corpus nostrum commutatur, manuaria functio, medicatio, exercitationes, ac victus ratio, vna est ęgrotis inutilis, duæ vero secundum naturam sese habentibus. Ægrotans nanque in mul tis medicamina, manuum operam, victus'que rationẽ postulans, nulla ex parte exercitatione eget: exquisite vero sanus corpus exerceat, & certa quadam victus ratione vtatur, necesse est, sed medi camenta, aut manus ministerium, non requirit.

Salubris artis partem esse Gymnasticam, & quid de ea Hippocrates & Plato scripserit. CAP. 35.

D SAlubris igitur artis pars est gymnastica: abunde'que de vtroq; pręcepit Hippocrates, q̃cunq; de aeris natura, locorum, aquarum, ventorum, anni'que temporũ noscenda sunt: item de cibis, potibus, atq; vitæ institutis, accuratissime oĩa perscribens: ex istis.n. victus ratio, quam diætam grę ci vocant, integratur: haud secus & de idoneo tempore, magnitudine, ac qualitate nõ exercitatiõis tñ, sed ẽt frictionis, satis disseruit. Plato à parte totum cognominare visus est, non salubrem artem, sed exercitatoriam appellans, cum quia exercitatio beneualentium pręcipua ac propria est, tanquã nullo pacto ipsa ægrotis vtentibus, tum q; eam solam moderatore egere iudicauit: q̃quidẽ exqui sita sanitate fruens corpus naturalibus appetitionibus vtẽs, neque in quali, neque vsus tẽpore, qcq̃ sumẽdis cibis erroris cõmittet: sed de hoc alibi sermo habendus est. Quòd aũt & Plato aliã gymna sticam vt artis corpus regentis partem nouerit, aliam vero, quam nunc homines celebrant, ex his quispiam cõprehendere poterit: tibi.n. eius verba subijciam, prima'que ea, quę in Gorgia ad hũc
" modũ se habent. Duæ res cum sint, duas esse artes dico, vnam animæ, quã ciuilem appello: alteram
" corporis, quã & ipsam vnam quo nomine appellem, non habeo: sed, vna cum sit corporis curatio,
" duas partes nomino, gymnasticam vnã, medicatricem alteram. Hoc loco vnam esse artem corpus curantẽ, q̃ duas principes partes habeat, dilucide Plato mõstrauit: partes'que ipsius esse noĩatas, to tã vero noĩe carere, in optimum'q; respicere, qui & bonus habitus dicit, ex hisce declarat. Quorum

singula

singula in eodem libro explicauit. Corpus sanè vocas aliquid & animam? quidni igitur & istorũ E »
amborum quendam esse bonum habitum non putas? Ego quidẽ. Quid vero, apparentem bonũ »
habitum, sed non vere bonum? quod autem dico, tale est: Pleriq; corpore bene habere videntur, »
quos haud facile quispiam non bene habere sentiat, nisi medicus, aut gymnasticorũ aliquis fuerit. »
Et in sequentibus, optimum istos intueri. Quòd vero sit iucundissimum ab obsoniorum condi- »
tore eo q;, qui græce commotes, latine comptor dicitur, spectari, ipse late declarat.

De vitiosa gymnastica, eius q; bono habitu vocato Platonis Hippocratis q; sententia. CAP. 36.

SEd gymnasticam illam, qua instituuntur athletæ, graui quidẽ noĩe decoratam, sed flagitiosam artẽ, non dũ eousq; extra naturæ limites progressam, quousq; eam nunc protulerunt, iam vero non optimũ finem, sed absolute viriũ, quibus aduersarij prosternantur, incrementũ sibi proponere incipientẽ, in tertio de re publica libro vituperauit in hunc modũ disserens: Profecto per Iouem »
inquit ille oĩum ferè potissimũ, si quidẽ vltra gymnasticã superuacua ista corporis diligentia pducatur: nã & domui gubernandæ, & militiæ, & sedentarijs magistratibus in ciuitate gerendis, incõmoda est: præcipuũ vero ac maximũ, q ad oẽs disciplinas, cogitationes, ac meditationes capessendas, per se ipsam difficilis est, capitis semper aliquas distentiones atq; vertigines reformidans, sapiẽtiæ q; studium eorũ ortus cãm asserens. Quare vbi ipsa adest in virtute exerceri, atq; probari, vndique impedimentum obijcit: efficit.n. vt homo semper se ægrotum opinetur, neq; de corporis habitu queri vnq; desinat. Adhuc inferius euidentius gymnasticæ finem non vires aduersarios prosternentes, sed vsum ad naturales actiones, esse confirmauit ita dicens. Ipsas quidem exercitationes »
ac labores ad animosam naturæ partem respiciens, illam q; excitans, subibit potius, quàm virium »
rationem habens, nec, quemadmodum alij athletæ roboris causa cibos potus'que adhibebit. »
Vndique igitur Platonis sententia perspicua est Hippocratis mentem de huiusmodi arte gymnastica exquisite obseruantis, cuius finis est athletarum bonus habitus: ipsam enim tanquam ad omnia ciuilia negocia inutilem vituperat: quod breui oratione ille complexus ita pronunciauit. || Affectio athletica non naturalis salubris habitus melior est: quòd ipsorum vero maxime excellens affectio, ad quam potissimum properant, ad sanitatem periculosa est, quod q; id Hippocrati Platoni'q; ignotum non fuit, & alibi à nobis dictum est.

in lib. de Alimento paulo post dimidiũ.

In gymnasticam vitiosam rationibus Galenus inuehitur. CAP. 37.

CÆterum, qm̃ semel de hoc nõ vere bono habitu, de'q; vitiosa gymnastica sermonẽ institui, & hæc de his q; paucissimis potero, perstringã. Cum in quadam moderatione sanitas sita sit, huiusmodi gymnastica intemperiem excessum'q; molitur, multam & solidam carnem procreans, sanguinis'q; copiam q; tenacissimi adaugens. Neque.n. vires tm̃, sed etiam molem pondus'q; corpori adijcere conatur, vt hac ẽt ratione aduersarius opprimi valeat. Neq; igitur amplius reperire difficile est artem hãc omnibus naturalibus actionibus ideo esse inutilem, & alioqui periculis obnoxiã. Quod.n. in omnibus veris artibus maximum studium est ad summum eius, quod appetitur, peruenire, id in ista pessimum est, cum eam affectionem, quæ ex sententia Hippocratis præter naturã est, tanq; naturalem adipisci contendat. Siquidem naturæ bona, quo procedunt magis, crescũt atq; augentur, eò meliora euadunt: nõ naturalia vero omnia tanto deteriora sunt, quanto maiora. Vnde istorum non nulli repente obmutescunt: alij sensum motum'q; amittunt, ac penitus attoniti fiunt, mole ista præter naturam ac multitudine insitũ calorem extinguẽte, liberum'q; spiritui transitum intercludente: quicunque autẽ ex ipsis mitiora patiuntur, effracto conceptaculo sanguinem vomunt aut expuunt. Huiusce igitur boni habitus opifices, quorum hæc mirabilia sunt volumina, quę à corruptas aures habentibus in præsentia circũferuntur, iam prorsus ab hoc nostro libro ablegemus, siquidem tu quoq; charissime Thrasybule cognoscis, istos neque dignos esse, putari, vt à me responsionem accipiant. Quid enim istis plus erit, qui heri aut nudius tertius præter naturam crapulari atque dormire desierunt: ad tantum'q; audacię peruenerũt, vt de rebus illis temere impudenter'que cõtendant, de qbus neque illi facile pronunciare audent, qui iamdiu earum coherentiã pugnantem'que naturã assequi studuerunt? Quod'nam isti profundũ eruditum graue'que pręceptum audientes condiscere poterunt? Mirandum esset mediusfidius, si, cum neque illi omnes, qui à primis pueritiæ temporibus in optimis disciplinis versati sunt, boni contẽplationis huiusce iudices esse valeant, illi, qui sese in certaminibus ad vincendum exercuerunt, degeneres autem & ibi victoria caruerunt ac repente gymnastę effecti sunt, soli mentis acumine pręcellent. Atqui vigilia cogitatio'que non rudis, magis, quàm somnus, perspicax ingenium reddunt: id'que ab omnibus ferè hominibus, qm̃ omniũ verissimum est, adagium decantatur, Crassus venter subtilem mentem non parit. Forsan igitur puluis adhuc solus sapientiam ipsis cõparauit, nam lutum, in quo crebrius volutati sunt, quis sapientiæ conditorem esse arbitretur, & sues cernens in ipso cõuolui? at non in latrinis, inter quas quotidie vitam traduxerũt, par est ingenij solertiam procreari: atqui præter hęc nihil aliud ipsi prius agebãt. Oẽm.n. ipsorũ vitã in hoc circo versari cõspeximus aut edentiũ, aut bibentium, aut dormientium, aut ventrem exonerantium, aut sese in puluere luto'que voluentium.

De veræ gymnasticæ authoribus, & sub qua parte medicinæ sit. CAP. 38.

HIs itaque dimissis (veras.n. artes & non sceleratas contẽplaturi in hunc sermonẽ incidimus)

legitimæ

A legitimæ gymnasticæ authores iam accersamus Hippocratẽ, Dioclem, Praxagoram, Philotimum, Erasistratum, atq; Herophilũ, & quicunq; alij totã artem ad corpus pertinentẽ didicerunt. Proxime vero Platonem loquentẽ audiuisti, eius nullũ esse proprium nomen. Ne igitur totius artis corpus curantis vnum nomẽ quærito: neq;.n. inuenies. Verum, si forte de ipsa sermonem habere in-
« stitueris, cõtentus sis Platonem imitatus ita disserere: Vna cum sit corporis curatio, duas eius par-
« tes appello, vnam gymnasticen, alteram curatricẽ: sanorum quidem gymnasticen, ægrorum vero curatricem. Sed illud magis consideratione dignum, Platonem non salubrem artem curatrici in partitione opposuisse, quemadmodũ antedicti oẽs viri fecerũt: quorum vnius (si placet) meminero, qm̃ [a] eius volumina passim celebrantur. Inquit igitur Erasistratus in primo de tuenda sanitate:
« Neq;.n. medicus inueniri põt, qui sese ad tractanda salubria cõtulerit. Deinde subiungit: Crudita
« tes.n. ab aliquo affectu ꝓuenientes, & ipsarũ curationes, ad [b] † medicatiuorũ non ad salubriũ tracta
« tionẽ rediguntur. Deinde iterũ ꝓgrediens addit: Siquod vero in corpore vitiũ extiterit, ꝓpter qd̃
« assumpta semper corrumpentur, [c] † neq; in æque malos succos, ac sunt priores, conuertuntur, hmõi affectionẽ medici est, non tuendæ sanitatis magistri, dissoluere. Itẽ paulo post: Præcipere de his, aut has discutere, medicos, nõ salubres decet. Videtur.n. iste nõ artẽ quandã solum, perinde vt alij oẽs,
B sed ẽt eius professorẽ salubrẽ appellare: queadmodũ, vt censeo, & medicatiuæ professorem medicum vocat: vt artis corpus curantis, cuius nullum proprium apud græcos nomẽ erat, in duas principes partes distributæ, sicut ipsas partes medicatiuam salubrem q; ita & earum professores medicum salubrem q; appellemus. Eodem modo autem & plerique alij medici nominibus vsi sunt.

A [a] aliq codices hñt αὐτῶν id est ipsorũ. aliq vero αὐτὰ id est ipsa.

B † medicatiuam.

C † In græco codice ea lectio videtur eẽ melior, q̃ hẽt ἔτως, non aũt ἐκ. vt legendũ sit, atq; etiã in æque &c. & tñ codices manu scripti hñt ἐκ.

Cur Plato salubrem Medicinæ partem gymnasticam dixerit. CAP. 39.

CÆterum, vt videtur, Platonis temporibus non dum greci aut artem ipsam, aut eius professorẽ salubrem appellare consueuerunt. Neque.n. Hippocratis liber salubris, salubris inscribitur, sed alter de rõne victus, alter de aquis aere & locis inscribitur. Forsitan aũt (vt proxime retuli) neq; sanis opus esse rõne victus Plato opinabatur, sed ipsis gymnasticã solam sufficere: neq;.n. instauratiuam partem, aut præseruatiuam, ad gymnasticã fortasse pertinere existimat: medias.n. ipsas (vt dixi) collocatas, vtri volueris, adijcere potes. Quod si & ipsas medicatiuæ adiũgas, exigua erit salubris portio de aere, aqua, locis, exercitationibus, cibis q; tm̃ considerans: atqui neq; de cibis oĩbus, sed de illis tantum, qui ad secunda fruentes valetudine pertinent. Quin etiam fortasse, cum aeris regionum aquarum q; notitiam medicus præoccupasset, vtpote curatiua parte ante constituta, nihil amplius de ipsis non solum medicis, sed etiam salubribus instituendis, præter artẽ exercitationum ra-
C tionem tradentem discendum supererat. Quamobrem neque absurdum fuit & à parte nomen habente totum appellari. Verum hæc de nomine est, non de re, disputatio.

Quomodo sit recte Medicina partienda. CAP. 40.

AT si quispiam (quod & supra posui) id ipsum perspiciens non de re, sed de vocabulo, institutũ esse sermonem, me & de hoc aliquid dicere præcipiat, melius eos facere dixero, qui duas totius artis principes partes salubrem curatiuam q; appellant: quãdoquidem in diuidẽdi methodis didicimus eiusdem gñis res ꝑ opposita mẽbra partiri. Exẽpli nãq; gratia de aĩalibus dicẽs alia esse aerea, alia aquatilia, si addat, alia rationalia, perabsurdum euidenter faciet: nam prior partitio ignea terrestria q; adijci postulat, hæc.n. proportione aerijs aquatilibus q; respondent: secunda vero in diuidendo rõnalibus irrationalia opponi requirit, ac eadem rõne mortali quidẽ immortale, fero mansuetũ, pedestri volucre natatile q;, opponitur: extremæ nãq; absurditatis est aĩalium aliqua immortalia esse dicere, aliqua pedestria, aliqua bipeda: Ad eundẽ sanẽ modũ in arte corpis p̃inde siqs eã partiens inuenire partes quærat, & ægros curantẽ medicatiuã, sanis cõsulentẽ salubrem, appellabit. Quin immo ẽt melius, vt & nos antea dicebamus: Ars corporis curã hñs emẽdatrix cũ sit, qua parte magna vitia corrigit, medicatiua seu medicatrix nominabitur: qua vero exiguas noxas tollit,
D ideo q; pre exiguitate, nũ ẽt ab initio corrigat, sensũ subterfugiẽs, cõseruatrix dicet: quin ẽt aptius à materijs has partes morbidã, siue ægritudinalẽ (vt ita dicã) vnã, salubrẽ alterã appellaueris. Quod si rursus velis salubrẽ seu cõseruatiuã partiri (vtroq;.n. mõ licere appellare dictũ est) à subiecta ipsam materia in tria diduces, vt supra retulimus, in refectricẽ vocatã, & in salubrẽ ƒm spẽm preterea, & in boni habitus effectricẽ: nã singulis dictis partibus ꝓpria materia subijcitur, vni ƒm habitudinẽ valens corpus, alteri ƒm habitũ, tertiæ bono habitu præditũ: accidit.n. ipsa corpora eodẽ cum partibus artis noĩe appellari. Quod si ƒm auxiliorũ materias artẽ hanc salutarem, cõseruatricem q; distribues, in quatuor partes secabitur, vna siquidẽ in assumptis: altera in ijs, quæ fiunt: tertia in ijs, q̃ euacuantur: quarta in forinsecus occursantibus versatur: per hæc.n. sanitas custoditur. Pars igitur salubris artis in ijs, quæ assumuntur, versans, ciborũ potionum q; ad sanitatis custodiã pertinentiũ scientia est: quæ vero in ijs, quæ euacuantur, sudores, deiectiones, vrinas, in vniuersum q; omnia, quæ corpus nostrũ excernere debet, considerat: quę exterius incidentiũ est, aerem, aquam, salsuginem, mare, oleũ, alia q; huiusmodi oĩa speculatur. At quarta pars artis, quæ superest, in ijs, quæ aguntur, posita, exercitationibus, appellatis q; græce epitideumatis, hoc est studijs, cõtinetur: insomnietas nanq; & vigilia, somnus, venus, ira, curæ, lauatio, ex hoc genere sunt. Atque singulorum enumeratorum salubrium quantitas, qualitas, occasio, dignoscenda est.

Quænam

Quænam vera ars gymnastica dicenda sit, quæ vitiosa. CAP. 41. E

QVantula igitur salubris artis pars est de exercitationibus scientia? rectius.n.puto gymnastica ars appellabitur, quæ oĩum exercitationum facultatis cognitio est. Nam, quæ ad palæstrã solum pertinent, cognoscere, perquam exiguum est, oĩbus q; mortalibus minime vtile. Quandoquidẽ nauigare, fodere, metere, iaculari, currere, saltare, equitare, venari, armis certare, ligna findere, baiulare, & agrum colere, omnia q; alia ẽm naturã facere, q̃ luctã exerceri, melius est. Vnde tibi iam intueri licet non modo salubris artis portiunculam esse gymnasticã, sed ẽt gymnasticę minimam esse particulã luctandi studiũ, huic q; cognata athletarũ professio & affectionis cuiusdã non naturalis effectiua, vitiosam q; artẽ sibi propositã hñs, optimum qdem boni habitus finẽ præ se ferentẽ, sed oĩa alia potius, q̃ bonũ habitũ producentẽ. At huius improbæ artis isti miserè luctati repente scientissimi euaserũt: veræ aũt legitimæ q; gymnasticæ Hippocrates & nuper cũ ipso enumeratus illustriũ virorũ cœtus peritus est. Quẽadmodũ vero ad curatiuã partẽ pertinentia non rite oĩa ab oĩbus simul tradita sunt, perinde & de exercitationibus non vera oĩa præcepta tradidere: verum in præsentia perperã de ipsis locutos castigare propositũ non est, sed gymnasticæ nomen declarare, q̃ scilicet hæc facultatum in exercitationibus positarum, quemadmodum & medicamentaria facultatum in medicamentis repertarum, scientia quædam est: ambæ enim hæ partes à materijs denominationem sortitæ sunt, sicut & aliæ, quas paulo ante recensui. F

Reprehendit malam medicinæ diuisionem. CAP. 42.

ATq; hinc eos male sentire constat, qui in diuidenda tota arte gymnasticam medicatiuæ opponunt: illa nanq; à materia, hæc à generali cõmuni q; actione appellationẽ habet: nam primę actiones singulares sunt, veratro aut scãmonio, exẽpli cã, purgare, venã soluere, os excidere, inediã indicere, cibũ exhibere: post has aliæ cõiores, ac iam vl̃es, medicari, manus opera, vti, rõnem victus instituere, oĩbus q; istis cõe mederi. Quemadmodũ, vt puto, iterũ actionibus circa sana corpora accõmodatis oĩbus cõis est conseruatio: ac, quisquis p diuisionem medicatiuo conseruatiuum opponit, cognatorũ oppositionẽ facit: vtrũq;.n. ab actione noĩatum est: quẽadmodũ rursum à subiecta materia morbosum atq; salubre: ab auxiliorũ aũt materia medicamẽtarium ac gymnasticum, hoc est exercitatorium: illud enim morbosi & medicatiui pars est, hoc salubris & conseruatiui.

De proportione artium seruientium & dominantium. CAP. 43.

CÆterum hoc loco diligenter mentis acies excitanda est, ne gymnasticum palæstræ q; præfectũ eundẽ nos efficere, totius q; gymnasticæ particulã quandã luctatoriã (vt ita dicam) constituere nos pterea: quandoquidẽ, & qui luctas oẽs & frictionum singillatim oẽs actiones rite obire valeat, iste panifici, coquo, ædificatori proportione respondet, facere quidem panes, obsonia, ædes scientibus, minime tñ, quid in ipsis optimũ sit, quid non optimũ intelligentibus, quam' ve facultatẽ ipsorũ vnũquodq; ad sanitatẽ habeat, non dignoscentibus. Nempe ars, q̃ corpus humanum curat, vt crebro ante repetitũ fuit, vna est, aliæ vero huic materias cõparant: neq;.n. alutarij cerdones, quibus calceatis, qbus sine calceis ambulare melius sit, nouerunt, sed neq; quibus calceari quidem melius est, quo tñ calceorũ gñe vti debeant, cõpertũ hñt. Id aũt Hippocrati haud ignotũ est: cuidã enim || arbylis lutũ calcantibus calceari pcepit, non tñ ipse arbylas conficeret. Quẽadmodum neq; imperator galeã, loricã, hastã, clypeũ, gladiũ, aut ochreas conderet. Præterea neq; ædificator de excelsa aut humili domo quicq; nouit, aut de conuersa ad occidentẽ, aut orientẽ, aut ad aquilonẽ vergente & frigida, aut ad austrũ & calida, aut tenebricosa, aut illustri, aut de humili eius parte, siue superiore, aut de humida, vel sicca, sed quã vtilitatẽ ista singula, quam' ve noxã afferãt, prsus ignorat. Perinde vt panifex etiã, cuinã purissimus panis, cui furfuraceus, cui multus aut paucus, quo' ve tpe sit dandus, ignorat, ipsos vero panes egregie conficit. Eadẽ rõne & coquus lentẽ, hordeũ, alicam, betã, aut aliorũ aliqd, nullius ipsorũ vires cognoscens, esui tñ apta reddere peritus est. Id genus artes materias oẽs arti corporis curatrici subministrant, quẽadmodũ his ipsis aliæ, panifici qdem frumentũ agricola, furnũ furnifex, arborũ succisor ligna, carpentarius abacum, carpẽtario aũt ipsi rursum alius asciã, amussim alius, itẽ alius ligna: at alutario cerdoni itidẽ cultrũ fabrilis ars, coria pelliũ concinnatrix, pedis effigiẽ, calopoda græci vocant, carpentaria: ædium quoq; structori sculptores, lapicidæ, laterũ figuli, & carpentarij, illi quidẽ lapides, isti lateres, hi vero ligna idonea præparant. Oẽs igitur id genus artes mutua ope indigent, & perfectioribus materias ipsas, ex quibus finem suum assequuntur, suppeditant: & instrumenta optima, per quæ illas adornant, efficiunt.

de Atti.com.4. t.137'.284. b

G

H

Quomodo alijs artibus Medicina præsit. CAP. 44.

OMnibus his aũt, ceu quædã architectonica ars, corporis curatiua præsidet: siquidẽ ędificatoriæ, vt tales quasdã ædes extruat, præcipit, cerdonicæ calceũ, panifici panem, culinariæ obsoniũ, alijs q; singulis, vt quæq; apta est, quid actura sit, imperat. Sed huiusce artis corpus curantis, salubris appellata pars est, cuius quadripartito diuisę partis vnius gymnastica particula est. Ea igitur tot artium veluti quædã princeps habetur, equestri sanẽ, qñ equitare oporteat, venatoriæ similiter, & vniuersim cuilibet alij aĩalia captanti, cũ ipsarum vsus postulat, modũ, occasionẽ, qualitatem q; demonstrans: haud absimili rõne & fodientibus, & metentibus, & ligna cædentibus, & nauigantibus, & saltantibus, & quodcunq; aliud agentibus præsidens ipsa dominatur atque imperat.

De arte

A *De arte Pædotribica.* CAP. 45.

VNa quædam inter id genus artes & illa est,quæ in luctationibus versatur: appellemus autē eam,si lubet,græco vocabulo Pædotribicam.Hæc.n.eorum nihil intelligens,quæ ad vtilitatem noxamq; corporis faciunt,decentes,varias,sternendi vim habentes,faciles q; ac minimo labore apprehensiones simul ac motiones, haud minus, q̄ saltatoria, comperit. Verum hæc corporis curationē non vsurpat: at ista pędotribica, nescio quomodo, præ nimia sensus hebetudine, veluti seruus attonitus,in optimum herum,gymnasticam scilicet,insurgit. Quemadmodū siquis grauis armaturæ miles, aut eques,aut sagittarius,aut funditor,aut iaculator,Imperatori aciem struenti,armanti,& in prælium educenti,rursum q; receptui canenti,pertinax aduersetur: insaniret.n. & iste, si Imperatorem ad priuatas actiones prouocans atq; lacessens,in ijs q; præstantior inuentus,aut cōmunicari sibi imperium dignum putaret,aut suam ipsius artem imperatoriæ partem existimaret: nihilo secius,arbitror,& pædotriba insaniat,aut gymnasticam scire se,aut eius partē possidere persuasus,cum minister tantum sit: vt enim miles artis imperatoriæ,sic pędotriba gymnasticæ minister est.Ipse nanq;,quatenus exercet,exercitatoriæ: quatenus vero luctandi artem exercet, alterius cuiusdam professionis minister est,quā ego prostratoriam {recēti vocabulo} appello. Non solū

B autem eos ita appellant,qui athletas exercent,sed etiam gymnastas: nihilo minus secundum rei veritatem aliud est ars pædotribica,quemadmodum sagittaria: prostratoria vero,qualis est imperatoria: at gymnastica,qualis est medicina: duabus'que artibus præpositis hæ singulæ deseruiunt. Ita enim & alutaria,vt militi alicui optimum calceum paret,ab arte imperatoria docetur: vt ad sanitatem vero idoneum struat,ab arte corporis gubernatrice admonetur.Nec non & culinaria salutare obsonium medico salubri q; concinnat: gustatui vero iucundum ac voluptarium non amplius id arti cuipiam,sed adulationi potius cuidam finem sibi non sanitatem, sed voluptatem proponenti. Igitur & luctatoria id,quod ad sanitatem optimum est, salubribus & gymnastis vocatis adipiscitur: quod autem ad affectionem athleticam pertinet,illi vitiosæ arti sæpius à me repetitæ, seipsam quidem gymnasticam appellanti,rectius autem prostratoriæ nuncupatæ nanciscitur. Lacones vtique & ipsam Cabbalicen,id est vim sternendi habentem,nominant: eumq; magis cabbalicum,nō qui robustior,sed qui magis in hac arte versatus fuerit,nominant.

In Vitiosam gymnasticam inuehitur. CAP. 46.

VErum enimuero omnis bene instituta respublica hoc genus artis odit,ac detestat̄, quæ omne vitæ robur vim q; prosternat haud in bonam affectionem corpora traducens.Ego vtiq; ple

C runq; multis athletis,qui præstantissimi esse videbātur,qui'q; multas in certaminibus coronas meriti sunt,me ipsum valentiorem esse expertus sum: quandoquidem in oībus itineribus faciēdis, in militaribus actionibus,magis præterea in ciuilibus atq; rusticis negocijs inutiles prorsus reperiebantur. Siquando vero & amico ægrotanti assistere vsu veniret,in consulendo,simul speculando, auxiliando omnium erant ignauissimi,atq; hac ratione à suibus quidē minime ingenio differunt. Nihilo minus tn̄ inter hos infœlicissimi nulla'q; vnquam victoria insignes repen.e se ipsos gymnastas nominant: deinde (vt arbitror) inconcinna barbara'q; voce non minus, quàm sues,vociferantur.Non nulli autē ipsorū & de frictione,aut de bono habitu,aut de sanitate, aut de exercitationibus volumina scribere aggrediuntur: deinde de illis agere contradicere'q; audent,quæ nullo vnquam tempore didicerunt,vt quidam proxime in Hippocratem inuectus, tanquam non recte de frictione tractantē. Verum nō nulli,qui aderant,medici & philosophi ad me venientes, vt totam ipsis huiusce rei rationem explicarem,à me petiuerunt: quod cum fecissem, omnium primus Hippocrates hunc locum optime tractasse visus est. Tunc gymnasta ille sponte nullo docente eruditus in medium repente prodiens,puerum'q; exuens nos eum iussit fricare atq; exercere,aut de frictione exercitationibus q; tacere: deinde clamans dixit, Quando enim vnq̄ Hippocrates in caueā

D ludorum,quando in palæstram descendit,qui neq; forsan rite oleum infundere sciebat? Ad hunc sanè modum iste vociferabatur,& alioqui neque tacens audire,nec,quæ dicebantur,intelligere poterat. At nos præsentibus per ocium disserebamus improbum illum hominem perinde facere, vt coquus ac panifex de ptissana ac pane disputare audentes, deinde clamitantes, quando Hippocrates in culina aut pistrino versatus est? Paret igitur mihi placentam,aut panem,aut iusculum in olla † condiat, atq; ita deinde de ipsis sermonem faciat. † *Aliter, aut ostreum.*

Cur tota Ars humanum corpus regens Medicina,eius q; professor Medicus vocati sunt. CAP. 47.

IGitur fortaisse dixeris,cur Hippocratem omnem'q; ab ipso manantem sectam medicos nominamus,si non vniuersæ arti corporis gubernatrici, sed soli eius parti, quæ laborantibus opitulatur,id nomen indidimus? Videtur enim totam artem complecti,vt neque eam partem, quæ de exercitationibus est,negligat.Hanc huiusce rei fuisse causam suspicor,quoniam, cum prima totius artis pars curatiua, quòd & maxime necessaria esset, constituta sit, deinde per multum ocium conseruatiua salubris'que vocata ei adiecta fuerit, totam artem à parte denominari contigit, quemadmodum & in alijs plerisque fieri assolet. Quandoquidem & geometras appellamus non circa planas solum figuras,verum etiam circa solida versantes: nullus q; his temporibus inuenitur, qui,vt geometra,sic & stereometra nominetur,sed nomen defecit. Vt etiam salubrium non corporum,

porum, non ciborum dico salubrium, sed virorum ista scientium ab Erasistrato medicis ex aduerso distinctorũ. Pariter & trierarchas veteres græci triremium principes nuncupabant: nunc vero iam omnes vtcunq; naualis exercitus duces, etsi triremes non sint naues illæ, eo nomine appellant. Huiusce rei quoddam simile circa medicinam atq; medicos euenit: à prima enim constituta parte, vt & ipsa tota corporis gubernatrix ars, medicina, ipse artis professor, medicus nominaretur, tempore procedente effectũ est. Quam ob rem neq; ab re nunc quispiam interrogatus, cuiusnam artis pars sit illa facultas, quæ tuendæ sanitatis notitiam tradit, medicinæ respõdere poterit: latius nanq; fuso & amplificato vocabulo neq; dum partem, sed integram humani corporis artem significante, Hippocrates, & omnes, qui hac tempestate florent, iure medici nomen inuenerunt, artis q; ipsius duas maximas partes agnoscunt, curatricem scilicet atq; salubrem: item q; salubris ipsius partem esse gymnasticam sciunt, quemadmodum à nobis supra dissertum est. Itaque, sicut Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, atq; Herophilus totam corporis præsidem artem, vt ipsorũ testantur volumina, callebant, ita sane ediuerso Theon, atque Trypho vitiosam illam athletarum artem tractantes, quemadmodum item & ipsorum libri declarant, præparationem quoddam exercitium nominantes: rursum aliud partitionem, aliud vero perfectum, item aliud apotherapiam, quærentes q; num secundum talem circuitum fatigare, atq; exercere athletam oporteat, aut secundum aliũ modum: profectò & eorum me capit admiratio, qui hoc tempore athletas exercẽt, quando eos salubrem facultatem suę ipsorum artis partem esse, dicere audio. Quando enim hæc neque veræ gymnasticæ pars, sed contra salubris facultatis illa pars sit, quid opus est de flagitiosa istorum arte dubitare? Quæ cum neque artis corpus curantis vllo modo pars esse possit, cuidam præterea exercitationi præsidet, quæ non solum à Platone atq; Hippocrate, verum etiam ab alijs omnibus medicis atque philosophis contemnitur.

FINIS SECVNDÆ CLASSIS.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo

Omnes sunt quaterniones præter a a, qui est ternio.

VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.





GALENI
LIBRORVM
TERTIA CLASSIS

MORBORVM AC SYMPTOMATVM
differentias omnes & causas
& tempora explicat.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,
non parum ornamenti adepta, q̃ plurimis locis
ad græcorum librorum fidem emendatis.
Locis etiam Hippocratis nunc primum in margine
adnotatis, quos Galenus sparsim
in contextum inserit.

Librorum catalogum & recognitionem sequens folium commonstrat.

Τὸ Αἰτιολογικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.





IN TERTIA CLASSE HÆC LEGVNTVR

GALENI
DE DIFFERENTIIS MORBORVM LIBER

Nicolao Leoniceno interprete.

Ab Augustino Gadaldino recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Morborum singulorum qui Similares, & Instrumentales partes inuadunt, Differentiæ explicantur.

Propositum Libri. CAP. I.

C

Rimum dicere oportet, quid morbum appellemus, vt libri intētio innotescat. Secundo loco, quot sint vniuersi primi & simplices morbi, & veluti aliorum elementa. Deinceps vero tertio, quot sint ij, qui ex eorum compositione proueniunt.

Quid Sanitas, quid Morbus, ac quæ Communia Genera sanitatis, & morbi. CAP. 2.

A.li.1.f.2. do.1. c.2.f SVmendum vero & hic omnium consensu approbatū principiū, q̄ omnes homines tunc se sanos existimant, cum partiū corporis ministerio ad eas quæ in vita necessariæ sunt actiones, sine aliquo vitio persungi potuerint: quod si cuiuspiā partis operatio offensa sit, illam ægrotare arbitrantur. His igitur ita se habentibus, in duobus his sanitatem quærere oportet, aut in operationibus naturalibus, aut in fabrica instrumentorum quibus operamur. Ex quo fit vt morbus sit vel operationis vel structuræ oblęsio. Sed qm̄ & dormientes, aut alioquin in tenebris & ocio degentes, aut discumbentes sępe, neq; vlla corporis parte mouemur, neq; alicuius rei extrinsecæ sensum habemus, nihilo minus tn̄ sani sumus, hinc perspicuum existit, q̄ sanitas nō operatione, sed potentia, est diffiniēda. Vt autem operari possimus, structura efficit naturalis. In hac igitur consistit sanitas. Vnde & hæc ipsa ad operationē vim obtinet causæ. Siue igitur naturalem omnium partium corporis constitutionem, sanitatem appellare libuerit, siue operationum causam, in idem vterq; incidit sermo. At si hoc est sanitas, eius profecto cōtrarium, erit morbus, vel
D cōstitutio præter naturam, aut lęsæ operationis causa. Liquet autem, q̄ etsi dispositionem præter naturam dixeris, cum eo q̄ nomine vteris antiquo, idem quoque significabis. Quot vero modis exeuntia naturæ normam impediantur in naturæ operibus corpora, si inuenire potuerimus, hac vna via omniū simplicium morborū numerū inueniemus. Sumat̄ vero & hic constans omniū confessione principiū, Id quod naturale existit, esse moderatū non in animali solū, sed & in plantis & seminibus & omni organo: quod vero pręter naturam est, immoderatū. Erit igitur sanitas moderatio quędā, morbus autē immoderatio. Quarū igitur rerū immoderatio morbus sit, deinceps considerandum. An scilicet, quorum sanitas moderatio est, eorundem morbus est immoderatio? Quapropter si moderatio meatuum sanitas existit, eorundem immoderatio morbus existet. Quod si ex temperantia calidi, frigidi, humidi, & sicci, sanitas pendet, ex eius contrario necessario ægrotare continget. Eadem ratione si in aliquo alio quopiam genere sanitas fuerit, in eiusdem generis immoderatione erit ægritudo. Sed hoc ipsum ratiōnabilius cōsideremus. Si quod sit corpus maximè simplex atq; vnum, id nunquam (quod dici solet) magis minus'que suscipit: neq; in hoc genere alterum melius, alterum deterius reperit̄. At si ex pluribus constet, multi in eo compositurę modi, alij meliores, alij peiores contingent. Ex quo illud eueniet, vt ipsa composita, conditione meliora & deteriora inueniantur. Id vero quod optimè sit constitutum, inter ea quæ * Λογικώτερον id est magis logice.

ad idem genus attinent,optimum exiſtet.Nunquid igitur corpra animalium,magis ac minus ad E
mittunt: tanta q; in ipſis varietas eſt,vt alia quidem optimi ſint habitus: alia ſimpliciter boni,non
tamen optimi: alia,quæ etſi ſana dicantur,non tamen ſint boni habitus: quædam vero minus va-
leant: quædam autem iam ægrotent: atq; horum quoq; ægrotatio quandoq; leuior, quandoque
periculoſior: & hæc ipſa,quãdoq; vehemens,non nunq̃ periculum mediocre affert? An omnes
ſimiliter affecti ſumus tum ſani tum ægri? Hoc certe dicendum non eſt. Quare animalis corpus
non erit vnum, veluti atomus Epicuri, aut Aſclepiadis incompactorum quid corpuſculorum.
Compoſitum igitur omnino. Quòd ſi ex atomis, aut ex huiuſmodi corpuſculis incompactis im
paſſibilibus q; conſtaret,in compoſitionis qualitate tantummodo,magis minus q; ſuſciperet,ve-
luti domus ex impaſſibilibus conſtructa lapidibus, nõ tamen habentibus compoſitionem ex om
ni parte perfectam. Quòd ſi & lapides ipſos aliquo pacto pati contingeret, varios ſanè modos ac
multiformes domus eadem in ſuſcipiendo magis ac minus admitteret. Si vero & corporum no-
ſtrorum elementa eam naturam habent,vt & pati & alteraſcere poſſint, non in compoſitione &
partium formatione tantum,ſed in totis ſe ipſis, magis minus'ue corpora ipſa recipient. Atq; ex
eo ipſa per ſe tota,tot morborum genera contrahent prima atq; ſimplicia ac veluti aliorũ elemen
ta,quot fuerint componentia.Quod vero ſub his verbis per tota alterari ſignificamus,impaſſibi- F
libus elementis nequit accidere.Neq; enim fieri poteſt vt inſectile corpus, quod atomum appel-
lant,quicquam patiatur,ſed in compoſitione ac formatione duntaxat paſſio contingit.

Triplicem eſſe animantium Corporum Compoſitionem. CAP. 3.

COmpoſitio "autem atq; formatio in corporibus animalium triplex reperitur. Prima quidẽ A.li.1.f.1.d.5. c 1.h
earum partium quæ ſimilares appellantur,veluti arteriarum,venarum, neruorum, oſſium,
cartilaginum,ligamentorum,membranarũ,& carnium. Secunda inſtrumentalium, cerebri,cor-
dis,pulmonis,hepatis,ventris,ſplenis,oculorũ,& renum. Tertia vero totius corporis.Etenim ha
rum vnaquæq; partium inſtrumentaliũ, ex aliis quibuſdã ſimplicibus vt ad ſenſum eſt cõſtituta:
illarũ vero quælibet,ex primis conſtat elementis.Carnis igitur,quatenus caro eſt, in cõpoſitione
tantũ quatuor elementorũ differentia conſiſtit: at quatenus pars eſt inſtrumentorum alicuius, in
formatione & magnitudine.Et ipſorũ itaq; inſtrumentorũ, in eiſdem erũt diſcrimina. Vbi itaq;
dixerimus de partiũ ſimilariũ morbis quot numero ſint, & qui nã iuxta ſuppoſitionẽ primam,ve
niemus ad ſecundã,ad eam ſcilicet quæ totam per totã ſubſtantiã alterari & trãſmutari ſupponit.

Quæ ſint Prima Genera ac Differentiæ morborum. CAP. 4.

SVnt autem duæ primæ paſſiones, altera ampliatio meatuum', altera anguſtatio. Nam ſi pri- G
ma elementa ſupponãtur impaſſibilia,nullæ erunt aliæ præterquã in cõpoſitione paſſiones.
Sola autem compoſitio ea,quæ nuper diximus,diſcrimina recipit. Quare neceſſe eſt ſimilarium
quãlibet partium tunc ſuum habere robur, cum meatuum moderationem obtinet: qua modera-
tione corrupta,à naturali diſpoſitione digrediatur oportet. Sed qm̃ vnaquæq; mediocritas dupli
cem patitur corruptionem,alteram exuperantiam, alteram defectum,liquet ꝙ primæ paſſiones
corporum ſimplicium duplices erunt,quarũ alteræ ex ampliatione, alteræ ex anguſtatione mea-
tuum conſiſtunt.Et os igitur & caro & aliarum vnaquæq; partium,quæ ſi ad iudicium ſenſus re-
ferantur,ſimplices ſunt, cum aut denſitatem aut raritatem immodicam habuerint, malæ affectæ
eſſe cenſentur. Quòd ſi in vtroq; exceſſu mediocritatem ſeruauerint, quantum vtiq; earum ope-
rationibus fuerit maximè opportunum, tunc vtiq; ſupremum ſanitatis gradum obtinere dicent.
Breues vero à medio ad vtrunq; extremorum euerſiones, donec partis operatio omni noxa ſen-
ſibili caruerit,nequaquã ægritudines appellabimus.Plurima vero in his maioris & minoris ratio
inuenitur, † vtpote inſalubri & morbida natura magnum occupante interuallum, cum ab exqui
ſitiſſimo ſanitatis modo & temperie receſſerit: vnde in hoc ſpatio omnes ſanorum differentiæ lo
cabuntur.Secundum ab hoc quod ſequitur interſtitium, in quo ſenſibilis apparet à mediocritate H
receſſus,obtinent morbi, donec ad tantam immoderationem natura peruenerit, ꝙ membro in-
teritum afferat. Neque enim animalium corpora eam habent à natura proprietatem,vt quomo-
docunq; rareſcere aut denſeſcere poſſint, ſed & huic rei limites natura conſtituit, quos præterire
citra diſſolutionem corruptionem q; ſit impoſſibile.Et corporum quidem impaſſibilium ſuppo
ſitio ita ſe habet. At qui elementa pati ſupponunt,mutuis q; inter ſe actionibus per ſe tota cõmi
ſceri ac temperari, quocunq; numero prima conſtare elementa ſupponant, totidem primas eſſe
ægritudines neceſſario fatebuntur. Age igitur, ſint prima elementa, numero quatuor, calidum,
frigidum,humidum,& ſiccum,quibus inuicem moderatè cõfuſis ſanum ſit animal,immoderatè
vero,ægrotum,erunt conſequio ægritudines quatuor. Prima, caliditas quæ naturalem exceſſe-
rit ſymmetriam: ſecunda,frigiditas: tertia, humiditas: et quarta, ſiccitas. Hi ſunt iuxta ſecundam
ſuppoſitionem morbi vniuerſi earum partium quæ ſimilares appellantur, qui ſanè & ſimplices
omnino eſſe videntur. Compoſitorum "vero in nobis inſtrumentorũ ægritudines,vtriq; ſup- A.li.1.f.1.d.1 c.3.g
poſitioni cõmunes exiſtunt.Has igitur breui ſermone exequemur.Sed hoc ipſum præ omnibus,
queadmodum cõmunes ſunt,oſtẽdamus. Cum oporteat, membrum quodlibet ad ſenſum com
poſitũ (quod & diſſimilare appellant) ſi rectè opus ſuum perficere debeat, non ex qualibuſcũq;
ſimplicibus

† Ex cod. græ. ĩpreſſis vertendum,vtpote cũ magnũ ſit interuallũ ab immoderatione morbida ad moderationẽ exquiſite ſalubrem. Aliqui tñ antiqui codices habent, vtpote cũ magnum ſit interuallũ ab immoderatiõe ſalubri ad moderationẽ exquiſite ſalubrem. quæ vr̃ eẽ melior lectio.

A simplicibus particulis, neq; ex numero, aut magnitudine qualibet non satis opportuna, neque ex quouis mō compositionis, constare, in quatuor his generibus quæuis instrūorum ægritudo consistet. Proprias autem vnumquodq; genus suscipit drīas (id quod primo diximus loco) cum forma membro conueniens fuerit vitiata, qm̄ scilicet vel figuram incōmodam, vel concauitatem, vel meatum acceperit, aut vnum aliquid horum amiserit quod adesse oportuerat. Ex hoc genere etiā sunt læuitas & asperitas nō commodè permutatę. Secundi generis, quod ad numerum spectat, in primis ac simplicibus partibus duplex est morborum drīa, aut quia deficiat aliquid quod haberi erat opportunum, aut superabūdet quod minime sit necessarium. Tertij quoq; generis, quod consistit in magnitudine, duplex est morborum drīa, si quid aut nimium adoleuerit quod minus esse decuerat, aut nimis sit extenuatum quod maius esse expediebat: ex quo fit vt totū instrumentum non rectè suum impleat officium. In reliquo autem genere morborum secundum compositionem, aut positu variato naturali, aut mutata partium communicatione, differentiæ cōstituentur. Quemadmodum verò prima quęq; instrumēta, aut integram ex simplicibus corporibus cōpositionem, aut vitiosam sortiuntur, atq; ex eadem causa vel sana sunt, vel morbida: ita rursus ex his ipsis instrumētis primis, coagmentantur secunda. Musculus enim & vena & arteria inter pri
B ma instrumenta connumerantur: digitus verò inter secunda: atq; hoc magis, pes, & pede magis crus. Vniuersaliter.n. quæcunq; ex similaribus partibus coalescentibus vnius operationis gratia sunt constituta, inter prima instrumenta censentur: quæcunq; verò rursus ex his componuntur, etsi vni totius instrumenti actui quàm maxime obseruiunt, inter secunda connumerantur. Eædē verò & horum instrumentorum erunt ægritudines, quę dicuntur esse primorum. Sed instrūorum differentias alibi executi sumus, quæ potissimum prima appellantur, & quæ secundo post hæc, & quæ tertio & quarto ordine collocentur: quippe sunt aliqua quæ ambiguas vtrinq; habent notas, vt videantur, tum ad primum, tum ad secūdum ordinem pertinere. Hoc verò in loco nō adeo ad exactū est consideratio redigenda. Id vnum tm̄ animaduertere oportet, simplex'ne ad sensum, an composita sit animalis particula: simplicis enim, primæ (de quibus diximus) ægritudines naturalium elementorum drīa determinantur: ad compositam autē secundæ pertinent, quæ vtriq; suppositioni cōes existunt. Nullum verò ægritudinis genus, neq; in simplicibus, neq; incompositis corporibus insuper reperitur, quod vtrisq; sit proprium: siquidem via diuisionis id impossi- *In āntiquis cod. græcis additur
bile ostenditur. Vnum tn̄ commune est omnium & simplicium & compositorum corporum, siue prima sint instrumenta, siue secunda, siue tertia, quod nunc explicabimus. Ad huius verò in- ετι. i. insuper.
C uentionem, viam nobis præstat, quædam in omnibus dictis particulis natura cōis. Si quid enim commune omnibus insit, quatenus secundum naturam se habere dicūtur, quod vel vsum aliquē, vel actum animalibus largiatur, omnino eo corrupto cōis quidā assidet morbus. Sed quid'nam hoc est quod oībus commune existat? Suarum vnicuiq; vnitas partium: quæ, cum affuerit, causa erit vt pars quælibet vna esse dicatur, vnumq; actum vel vsum perficiat: quòd si qua solutio cōtingat, partis illius erit ægritudo. Quam verò appellationem in singulis partibus ægritudo sortiatur, paulò inferius dicemus, qn̄ dictorum generum drīas, in species secabimus particulares.

De Morbis Partium Similarium. CAP. 5.

ID igitur iam exequamur, rursus à prima suppositione exordientes. Duę, iuxta hanc, in similaribus partibus erant ægritudines, quæ meatuum immoderatione constabāt, vel eorum scilicet ampliatione vel angustatione. Vtriusq; verò earum est differentia duplex, Angustationis quidē, corporis vndiq; in se ipsum compressio, atq; ipsorum obstructio meatuū: Ampliationis autem, eiusdem corporis ad omnem partem extensio, ac meatuum quædam veluti expansio, contingens ex concursu elementorum, quæ proprie corpora appellari asseuerāt, cum prima ac simplicia sint. Siquidem quæ ex ipsis fiunt compositiones, vocant syncrimata, id est concretiones. Iuxta verò
D suppositionem secundam duæ sunt ægritudinum differentiæ, cum videlicet partes similares non nunq̄ solis qualitatibus alterantur, non nunq̄ verò ad easdem partes aliqua confluente substantia in qua eædem sunt qualitates. Et secundum quidem modum, ex quo tumor aliquis corporibus aduenit, nemo fere medicus ignorat. Nam & erysipelata, & inflāmationes quas græci phlegmonas vocant, & tumorum genera, quæ ab eisdem œdemata, phymata, & phygethla appellantur, & strumæ, elephantiases, scabies, lepræ, vitiligines, tumores duri, in hoc genere comprehenduntur.
.l.1.f.1.d.3. Qui omnes morbi adeo sunt euidentes, vt neminem possint latere. At quos" sola intemperies pri
1.fo.5.c marum committit qualitatum, ij non omnibus ita patent, nisi cum plurimum à naturali habitu pars recesserit: tunc enim facilè affectus' ipse ab omnibus deprehenditur, veluti qui superante caliditate ac totum obsidente animalis corpus, febris nuncupatur. Eadem verò caliditas quandoq; in singulis animalis partibus sensui subijcitur, veluti in cruribus cum quis nimium ea ambulando fatigauerit, aut in manibus cum remigando, aut agrū fodiendo, siue aliquid tale faciēdo ad lassitudinem vsq; peruenerit: tunc enim & ijs ipsis qui labore oppressi sunt, & alijs tangentibus, feruidiores sentiuntur. Quòd si ex alicuius humoris profluuio magnus quidam tumor parti adiectus sit, erit ex secunda morborū differentia. Ex prima autem erunt, & illa quæ nuper connumerauimus, & si qua præterea dispositio aut ex Solis adustione, aut ignis calefactione, quemad-

modum eæ, quæ squãmeæ appellantur, in certa animalis parte, aut toto corpore contrahatur. Cũ E
verò morbus frigidus est, calido quidem contrarius, in extremis qñq; partibus vsqueadeo patens
dispositio contingit, vt ipsæ emortuæ decidant: Nec minus vniuersum aliqñ patitur corpus, si-
cuti iter agentibus in valido frigore accidit: nam pleriq; ex his in ipsa via commoriuntur: pleriq;
vero anteq̃ domum perueniãt, ad hospitium algidi ac semianimes deferuntur. In morbo autem
attonito, & comitiali (alterum apoplexiã, alterum epilepsiam græci appellant) & tremore, & di-
stentione neruorum (quam græci spasmum vocant) talis sæpe accidit passio. Nam & ij quos in iti
nere vsq; ad mortem frigus oppressit, talibus rigoribus corripiuntur, quales græci emprostho-
tonos, opisthotonos, ac tetanos appellant: {qm̃ modo in anteriorem, modo in posteriorẽ, modo
in nullam flectitur partem, sed rectum atq; immobile corpus intenditur:} Nõ nulli autem his pas
sionibus quas congelationes nominant, affliguntur: Alij simile quid ijs qui morbo attonito labo
rãt, patiuntur. In his verò passionibus omnibus in quibus superuenit aliquod accidens, ipsum A.l.4.f.1.c.1. fo.42.b
multorum distrahit intelligentiam, vt accidens ipsum putent ægritudinem, atq; ægritudinem ac-
cidentis causam. Nam qui operationum læsiones putant, ægritudines, hi non absq; ratione, ner-
uorum distensiones, insensibilitates, torpores, & reliqua huiusmodi, ægritudines vocant. Nos ve
rò ab initio de nominibus edocuimus, ne quempiam fortè lateret in hisce omnibus, nõ de rebus, F
sed de vocabulis tantummodo disceptari. Illos potius quispiam iurè meritoq; taxabit, qui suam
non seruant hypothesin. Sed licet aberrent, plus se tñ cæteris sapere existimant: audire enim licet
eos, cum interdum distinguere conãtur, dicentes: Si neruorum distẽsio sequatur inflãmationem,
ipsam esse aduentitium quoddam, atque accidens inflammationis: si verò solam intemperiem,
ægritudinem. Hæc de febre ipsa arbitrantur, nimirum, si post sensibilem alicuius membri adue-
nerit affectum, accidens esse: alioquin ægritudinem ac passionem esse censendã. Qui quidem ob
id sunt accusandi, q non expectãtes donec ab alijs confutent, ipsi se ipsos reuinciũt. Qui verò sup
ponunt operationum læsiones appellari morbos, neq; à primo discedunt instituto, vel etiã aliud
quoddam simile parum aduertunt, in nominibus tantummodo decipi, res verò ipsas rectè asse-
qui, sunt existimandi. Sed de omnibus ad medicinam pertinentibus nominibus, est à nobis alibi
plenius explicatum: & si quis rectè his vti cupiat, librum illum curiosius inspiciat. Qm̃ verò hic
locus rerum cognitionem præcipuè desiderat, ea quæ deinceps sequuntur (seruata quam diximus
* συνθήκη. nominum ac vocabulorum propriẽtate) aggrediamur. Diximus de calidis & frigidis affectibus,
qui omnis substantiæ effluentia vacant. Eadem ratione & humidæ & siccæ consistent ægritudi-
nes, tota alterascente corporum natura, nullam extrinsecus materiam in sese recipientium. Exi- G
guæ itaq; permutationes, non facile deprehendi possunt. Magnæ verò manifestissimè patent, in
membris præsertim, quæ emoriuntur: nam quædam veluti salita ac valde exiccata apparent, id
verò non ita crebro euenire solet: quædam adeo muccosa & relaxata visu ac tactu sentiuntur, vt
si aliquam ex ipsis partem manibus tractandam accipias, protinus effluat, atq; instar aquæ excidat
digitis: Hoc idem in putridis ossibus vsu cõtingit: alia.n. non longè ab arena distare videntur, si-
milia his lignis quę sunt vetustate corrupta: alia veluti mucida sunt: Quæ omnia humiditatis vel
siccitatis immoderata intemperies ad mortem perduxit. Omnes verò alij exigui membrorum à
naturali temperamento recessus à multis ignorantur, & ab eisdem imbecillitates appellãtur. Nã
si inflammatio, aut vlcus, aut aliquid huiuscemodi ventriculum infestet, nullam præterea causam
cur cibus non concoquatur exquirunt: si verò nihil horum sit, aiunt esse ventriculi imbecillita-
tem, tanq̃ aliquid dixerint prẽter id quod sit euidentissimum, malam videlicet ciborum coctio-
nem: quid enim eos aliud dicere arbitrandum, nisi ventriculi in suo opere perficendo debilita-
tem? Hoc autem non est quod quærebatur, sed quæ causa sit eiusdem debilitatis: cur enim ven-
triculus suum officium debiliter impleat, cum neq; vlcere, neq; inflammatione, neq; tumore indu
rato, neq; simili aliquo morbo afficiatur? neq; enim illi sine vlla omnino causa, concoquendi ci- H
bum facultas eripitur. Quare relinquitur, vt aut immodicos meatus, aut qualitatum intemperiẽ
causari sit necessarium. Ex quo etiam illud facilè intelligitur, nulli earum ægritudinum quæ par-
tibus similaribus accidunt, posse vnq̃ rectam curationem adhiberi, nisi primorum elementorum
animaduersio fuerit adiuncta. Sed aduersus hos alibi, quemadmodum expedire videbatur, disse-
ruimus. At quod præsentis interest loci, agnoscere oportet ventriculi imbecillitatẽ, aut venę, aut
arteriæ, aut musculi, aut aliorum (vt simpliciter dicam) instrumentorum, tum animalium, tum vi
talium, vel ob meatus immodicos, vel ob qualitatum intemperiem, necessario prouenire. Quo pa
cto verò tales eorum affectus sint agnoscendi, non est præsentis negocij: non enim indicia ex-
plicare, sed ipsas primas enumerare ægritudines in præsenti statuimus. Ego verò iam videor eas
omnes commemorasse, quæ partibus similaribus tribuuntur.

De Morbis Partium Instrumentalium. CAP. 6.

PRoximum est vt eas iam exequamur, quæ instrumentalium sunt propriæ. In his igitur ali-
quã omnino esse partem, operationis causam, reliquas verò ad vsum aliquem huic parti sub-
ministrãdum à natura creatas, alibi ostendimus. Totius autem instrumenti operatio, tũ maximè
atq; præcipuè detrimentum patietur, cum pars illa ægrotauerit quę operationis est causa. Sed &
aliarum

A aliarum immodici affectus impedient operationem. Quęcunque igitur non per se ipsas impediũt, sed ea ratione, quod primo operationis instrumento officiunt, causæ morborum sunt, non ipsæ morbi. Sed si in aliquo non lædentes primum operationis instrumentum, ipsam operationem impediant, iam tum huiuscemodi affectus, ęgritudines sunt appellandę. Fiunt autem (vt diximus) vel naturali formatione permutata, vel non seruato numero partium opportuno, aut vnicuique parti conuenienti magnitudine, vel quod non, vt naturalis positus expetebat, ipsæ cohæreant. Cum enim (vt iam demonstrauimus) illa animantium natura opifex, nullam partem corporis temere affinxerit atque formauerit, sed ob eum finem omnes, vt vel melius, vel tutius, totũ instrumentum, proprium exequatur officium, necessarium omnino earum oblæsiones, quæ vel penitus operationẽ prohibent, vel saltem impediunt, ęgritudines putari: quę verò ad offensionem tendunt primi instrumenti operationi accommodati, ægritudinis causas (vt nuper dicebamus) appellari.

A.l.1.f.2.d.1. c.3.g

De Morbis qui contingunt in Genere Conformationis. CAP. 7.

A.Ibidem.

OB hoc igitur, qui & introrsum aut extrorsum sunt cruribus, aut pedum plantis læuigatis, deterius ingrediuntur, quoniam in his vitiata est figura naturalis. Sicque qui ex perfractis ossibus B male conformati fuerunt, actionẽ membri probam non habẽt. Neque ij etiam rectè agere possunt, quibus ob morbi, qui arthritis appellatur, magnitudinem articuli suis sedibus exciderũt: aut perfractis superciliis quæ iuxta dearticulationes sunt, facilè articuli ad superiorem partem exiliunt ac dilabuntur: aut supra excrescente callo, tota dearticulatio, ob loci angustiam, ad motum inhabilis redditur. Et hęc quidem figurarum vitia aduentitia existũt. Natiua verò cum protinus in vtero matris formatio deprauatur, quod in quacunque corporis parte contigerit, ex ea infirmum atque imbecillum animal redditur. Oportet enim cordis, pulmonis, ventriculi, cerebri, linguæ, splenis, & renum, & aliorum omnium figuram conseruari: nam, si aliqua noxa interuenerit, totum necessario instrumentum in suis deficiet operibus. Iam verò cauitatum omnium, quæ partibus debentur, tum magnitudo tum multitudo nisi seruetur, necessario earum occasione lædetur actio.

Multæ verò huiusmodi ægritudines, non nullę coalitu quodam, nõ nullæ verò lentorum ac crassorum humorum obstructu cõsistunt, aliæ verò ipsis corporibus nimium exiccatis, aut ab aliquo ex circunstantibus ingruenti ac comprimenti, angustioribus effectis adueniunt. Ipsorum quoque corporum, quæ tales meatus sortita sunt, substantia est aliquando indurata vel inflammata, vel syderata, vel suppurata, aut inflata, aut quocunque modo aliam adiunctam atque aduentitiam adepta C magnitudinem: ac deinceps ad interiores cauernas tumorem refundens, causa est vt obstruantur meatus: Qui quidem ab ijs plurimum differunt, quos prioris sectę auctores supposuerunt ex primorum atque impatibilium: corporum fieri conuentu. Nam intestinorum, venarum, arteriarum, atque omnium huiuscemodi instrumentorũ meatus, hos inquã meatus magnos ac manifestos omnes perspicuo videmus. Quod si ex ipsis aliquis ob nimiam paruitatem sensum effugiat, non tamen propterea ex eodem genere cũ illis existit, quos prior secta supposuit. In omnibus verò huiuscemodi affectibus in quibus corpora in tumorem attolluntur, atque ex eo meatus intercludi aut angustiores effici contingit, non nunquã vna tantum prouenit ægritudo (obstructio scilicet) quæ lædit operationem: non nunquam præter hanc altera, corporis scilicet dispositio, quæ obstructionis est causa. Nam si id, cui tumor accidit, corpus, nullam propriam habeat actionem, vna tãtum erit ægritudo obstructio: eius verò causa, non tamen adhuc ęgritudo, erit corporis tumorem gerentis affectus. Si enim ita contigerit, vt patiente tunica venæ, quæ exempli gratia est in concauis hepatis partibus, is meatus, per quem ad ea quæ in gibbis receptacula mittitur sanguis, reddatur angustior, duæ hac ratione erunt ægritudines, altera ipsius venæ affectus, altera meatus obstructio. Impedit autem venæ quidem affectus, sanguinis optimi generationem, obstructio verò distributionem: vtraque verò operatio animali est necessaria. Nam pro confesso habetur, quod quæcunque dispositiones primo lædunt operationes, ægritudines nuncupantur. Si verò nihil ipsa patiente vena, lenti tantummodo ac crassi humores impacti meatibus distributionem impedierint, vna tantum erit visceris ægritudo, puta obstructio. Idem euenit intestino, si sola adsit obstructio, vna tantum erit ægritudo: eodem verò inflammationem patiente, & propterea interioris spatij obserante spatium, ita vt excrementorum descensus prohibeatur, duæ erunt ægritudines. Sæpius enim ex morbo alter contrahitur morbus, vt in ijs quos nuper diximus facile cõstat: nec minus vbi inflammationi, erysipelati, herpeti, carbunculo, vel tali cuipiam ęgritudini, febris adiungitur. Non nunquam vero effectus ipse, est operationis oblæsio, quã decet passionem & accidens appellare: eiusdem autem causam, ipsam ægritudinem: Veluti obstructio causa est ne alimentum digeratur: refrigeratio verò, vt quis sensum habeat difficilem in causa est: atque ita ægritudo accidenti originem præstat. Cum vero ipsa dispositio operationem primo impedierit, eiusdem autem dispositionis causa nullã attulerit primo offensionem, dispositionem quidem ægritudinem: quod aũt ipsam facit, cãm ęgritudinis dicere oportet: Veluti in lentis humoribus atque obstructione cõtingit: ipsa siquidem obstructio est ægritudo, humores vero ægritudinis causa. Quæcunque igitur ægritudines concauitatibus adueniunt cũ præter modum obstruuntur vel laxãtur, oẽs ad formationis

A.l.1.f.2.d.1. c.3.g

D

genus referuntur: in his siquidem omnibus formatio naturalis quodammodo vitiaт. At nec læuitatem nec asperitatem frustra partium opifex natura molitur. Quare & in hoc genere per oēs animalis partes morbi contrahuntur, cum id quod natura læue esse oportuerat, asperū fit: aut è diuerso, quod asperum, læue. Euidentissima autem in hoc genere medicis sunt, quæ aut læuigatis, aut exasperatis ossibus accidunt: quemadmodum etiam & faucium asperitates, quæ tusses committunt, manifestissimè patent. Illud quoq; hoc in loco agnoscere oportet, ꝙ sæpius figura particulę oblæsa aliquem simul meatum ostendit: Veluti in naso aliquādo vsu euenit, ꝙ ex ictu violento resimatus, adeo internum compressit meatum, vt vel nullo modo, vel ægre per ipsum respiraret. Constat igitur ꝙ in huiusmodi affectibus angustia meatus est ægritudo, nam primum ipsa spirandi officium impedit: causa verò præcedens, simitas nasi, quæ naturalem eiusdem figuram deprauarit. In genere igitur formationis, cum tātum à naturę modo discessum fuerit vt operatio lædatur, quæ nuper dicta sunt ægritudinum discrimina fient. E

De Morbis qui ad Numerum Partium referuntur. CAP. 8.

IN numero vero partium simplicium ex quibus vnumquodq; constat instrumentū, duę erunt ægritudinum differentiæ, cū scilicet pars aliqua deficit, aut superabundat. In vtraq; verò ipsarū aliæ differentiæ: nam ex ijs quæ superfluunt, Nō nulla sunt ex genere ſm naturam, vt sicuti sextus adnascatur digitus, aut in oculo vnguis, Græci pterygion nominant, aut in naribus germen aliquod carnis, aut alio quopiam meatu aliud id genus constiterit. Ex his verò quædam erunt ęgritudines ipsæ, veluti vnguis: nam si multum augmentum susceperit, intuitum impedit, cum pupillam obtenebret. Ægritudinum autem causæ, sunt germina, quæ meatus intersepiant: in primis enim obstructio est ægritudo, quoniā & ipsa prima officit operationi. Non nulla verò sunt quæ toto genere sunt præter naturam, veluti lumbrici, & vermes quidam minuti quos græci ascaridas vocant, & in vesica lapis, & in oculo grando, & suffusio, & hypopia, & pus, & verrucarum genera quas greci acrochordonas appellant, & faui, & atheromata, & steatomata, & vitiligines, lepræ, & leucę, & pori, & quæcunq; in abscessibus reperiuntur. Quòd vero & ex his ipsis quęcūq; operationem primo impediunt, ægritudines à nobis dicantur, sicuti suffusio, quæ verò non sunt eiusmodi, ægritudinum causæ, oībus constare arbitramur. Deficientium aūt partium, non nullæ quidem funditus abolitæ sunt, non nullæ verò ex dimidio præcisæ ac mutilatæ. Neq; aūt obscurū est multa talia animantibus in ipso protinus vtero solere contingere. Iam verò in lucē æditis atq; perfectis, ossa quidem sæpius tota eximuntur è digitis, & artubus, & capite, & costis. Non nunq̄ verò & digitus aufertur, & pes, & extrema manus, & tibia, & cubitus. Extrahuntur etiam venæ varicosæ, & glādulæ induratæ, & dentes exesi. Aufertur pariter & gurgulio, & omentū, & præputium, & aliqua verendorū particula, non nunq̄ verò & penis integer, quemadmodum & testes. Nuper vero quidam in magna neruorum distentione quæ totum corpus oppresserat, linguę partem anteriorem mordicus abscidit: qui demum ex spasmo sanitati restitutus, minus facilè sermonem potuit explicare. Huius generis sunt ea omnia quæ mutilationes appellantur, labiorum, narium, aurium: & quęcunq; partes carnulētæ vel vi auulsæ, aut putrefactæ, ex toto resectę sunt. Nā in his calamitatibus omnibus numerus partium naturalis nō impletur, siue vna, siue duæ, siue plures partes defecerint, siue integram passę abolitionem, siue partim sublatæ fuerint. Quęcunq; sanè ex his operationem impediunt† simili rōne, inter ægritudines locabuntur: quæcunq; vero aliquā aliam partem operationis effectricem refrigerāt, aut parce alimentum distribuūnt, sunt ægritudinum causæ. Quædam vero vtranq; rationem complectūtur, & ægritudinis, & causæ: veluti vua cum radicitus tollitur, & voci detrimentum affert, & pectus ac pulmonē refrigerat. Nā cum didiceris in ijs, quæ de functionibus atq; vsu membrorum ratiocinationes habentur, ꝙ ex omnibus animalis partibus non nullæ quidem operationem toti animali vtilem conferunt: non nullæ autem nihil ipsæ agunt, sed vsum aliquem agentibus afferunt: liquet earum læsiones, quæ actiones immediate offendunt, ægritudines esse appellandas: earum vero, quæ ad vsum aliquem tendunt, ægritudinum causas. Quare, si quæ animalis particulæ duplicem actionem aut duplicem vsum habuerint, in vna sæpe offensione duplicem subibunt vel causæ vel ægritudinis rationem. Quòd si qua pars sit, quæ simul & vsum & operationis præstet officium, veluti quibusdam esse videtur & ipse gurgulio, huius partis amissio altera quidem ratione erit ęgritudo, altera vero ægritudinis causa. Neque ambigitur quòd eius quæ superest partis, erit ægritudo, non eius quæ amplius non sit. Nam si latius oris spatium in illa parte patiatur, vbi nunc est ęgritudo, eiusdem spatij vuam (quæ & gurgulio appellatur) dixeris esse particulam: quòd si hæc abolita fuerit, deficit aliquid spatio, atque ita totum hoc fit ęgritudo, constante eo quod ab initio pro confesso habebatur, quòd omnis operatio ab aliqua ęgritudine lęditur. Vel igitur vocem ipsam, vel inspirationem atque expirationem, actiones non esse animalis ostendere oportet: aut si hoc ita se habet, pro manifesto relinquitur, quòd vuę abolitio palato ęgritudinem affert. Simili ratione & dentis amissio erit oris ęgritudo. Et, si quidem vnus fuerit ex ijs, qui manducationi obseruiunt, ea pars qua manducatur offenditur: si vero ex ijs qui incisorij appellantur, comestio, atque vnà sermonis explicatio lędetur. Eodem modo si linguę dimidia pars abscindatur, parti quę superfuerit,

Marginal notes: A.ibidem. (beside "IN numero vero"); F (beside "vt sicuti sextus"); G (beside "Extrahuntur etiam venæ"); A.l.1.f.1.d.1. c.1.fo.28.d (beside "res partes defecerint"); H (beside "quæ actiones"); †Nicolaus Calaber, qui hos libros ad uerbū transtulit, ita uertit. secundum sui ipsorum rōnem. uidetur.n.legisse nō κατὰ τ̀ ἑαυτὸν λόγον, ut ī īpressis, sed κατὰ τὸν ἑαυτῶν λόγον.

A rit,ea mutilatio erit ægritudo. Idem in obscœnis,in omēto,atq; omnibus partibus ita affectis eueniet. Et,si cui hoc ipsum non ægritudinem sed passionem aut affectum appellare libuerit, non de re,sed de nomine solo contendet. Liquet aūt q in lingua, omēto, obscœnis,atque omnibus hmōi partibus hoc pacto mutilatis,erit aliqua magnitudinis diminutio,ipsum vero animal nō adeo necessario diminuetur vt mutilatum esse dicatur,sed aliquis numerus partium erit ablatus. Siquidē & arteriæ,& venæ,& nerui,& cutis non nunquam,& adeps,& membrana, & caro in talibus affectibus auferuntur: In vua aūt,& varicosis vasis excectis,ipsis ēt instrumentis aliquem partium numerum auferri continget. Atque hæc omnia ad id attinent genus, in quo mēbra numero euariāt. Quibuscunque vero instrumentis si auferantur quædam, non tñ integræ partes eximunt̄,hæc ad vtrunque quodam modo genus referuntur. Nam & particularum simpliciū numerus, & magnitudo instrumenti compositi,deficit animali: siquidem totum mutilatum est. Neque alicui obscurū est,vtranque passionem tum eam quæ ad numerum,tum eam quæ ad magnitudinem pertinet, in superiore genere prædicamenti,in quanto videlicet,posse locari. Siquidem quāti aliud continuū, aliud discretum,quod & quantum priuatim,sicuti & continuum, πηλίκον apud Græcos appellat̄. Sed in hoc loco manifestioris doctrinæ gratia libuit hoc pacto distinguere,vt alteram quanti differentiam sub numero,alteram sub magnitudine comprehendamus.

B

De Morbis in genere Magnitudinis. CAP. 9

A.ibidem. IAm vero qm̄ huius generis ægritudines explanauimus,nunc de ijs quæ ad magnitudinē pertinent,quocunque noīe censeantur,differamus. Differūt aūt ab eo quod suprà diximus genere. Nam,"si naturali membrorum figura constante,magnitudo deprauet̄, cum ob hoc ipsum læditur operatio,parti ægritudo contingit: Veluti si in prima formatione animalis, tantam habuerit lingua magnitudinem,vt ad nullam oris partem deflecti possit: aut paruitatem tantam, vt oēs illius partes nequeat attingere. In perfectis vero,supra naturalem magnitudinem membra non admodū frequenter excrescunt,frequentius vero minuunt̄: atq; hanc ægritudinem non nulli atrophiā i. alimenti defectum,non nulli phthisim.i.tabem nuncupant membri. Augmenta vero particularū in vlceribus fiunt in quibus caro redundat, & in eo morbo qui à Græcis priapismus appellat̄.

A.ibidem. "Nicomacho aūt Smyrnæo ad tantam molē corpus increuit,vt loco moueri non posset, sed hunc aiunt ab Æsculapio curatū. Nos aūt vidimus cuiusdā linguā supra modū absq; vllo doloris sensu excreuisse: vt neque mollis tumor,quod Græci œdema appellant,neque durus, quē ijdē scirrhon appellant,neq; inflāmatio esse videret̄: neque.n. prementi manui cedebat,neque oī sensu carebat,

C neque dolore infestabat̄: sed hoc ipsum,incremētū dūtaxat erat,nihil ipsa substātia particulæ vitiata. Sic & testiculi & vbera,alijs vterque,alijs alter tātūmō supra modū icreuit. Et q̄ struma vocat̄, est ex hoc genere,q̄ vbi nimiū excesserit,magnā operationibus affert incōmoditatē. Et ex eodē ēt sunt genere,angulorū in oculis immoderationes,ex quibus, immoderatū quidē augmentū,encanthida,diminutionē aūt, rhœada græci appellant. Tales sunt in hoc genere ægritudinū differētiæ.

De Morbis qui ad Compositionem Partium pertinent. CAP. 10.

A.ibidem.29.a EVariante"vero ea quæ secundum naturā cōpositura,fiunt ægritudines: In positu quidē,sicuti cū articuli suis sedibus excidunt,aut loco tantū mouent̄: aut cū omentū,vel intestina ad inferiores testiculorum tunicas deuoluunt̄: alterū morbū Græci epiplocelen, alterum enterocelen appellant. In non naturali vero partium vicinis partibus copulatione,si ligamentū aliquod aut relaxatum aut intensum fuerit,aut disruptū,in ea parte dearticulationis motus offendit̄. In hoc genere sunt linguæ nexus immodici,& pudendorum: quoniā & linguę ad sermonē explicandū & mādücandū non parum efficiunt: & pudēda, quo minus procul & directo tramite in mulieris vterū semen emittat̄,ob meatus inuersionē,non minus impediunt. Ad hanc ēt attinent ægritudinis differentiam,si labia vlcerata,si palpebræ,vel sedes,vel digiti, vel si quæ tales particulæ præter naturā

D coaluerint. Tales sunt morborum species quæ in compositione existunt.

De Morbis qui proueniunt ex Solutione Vnitatis. CAP. 11.

A.l.1.f.2.d.1.c.29.b REliquum"est quintum genus ægritudinis,continuitatis solutio,siue hæc alicui ex particulis simplicibus quæ similares appellant̄,siue compositæ adueniat. Quare inter cōes vtrarunque partium morbos,eam paulo ante cōmemorauimus. Cum enim diuellit̄ ligamentum, vel arteria, communis est & totius instrumenti & diuulsæ particulæ ægritudo: nam vtriusque soluta est continuitas, totius quidem instrumenti,cum partes non amplius cohærent, neque vniunt̄: ipsius verò particulæ diuulsæ,quoniam non amplius est vna,sed in duas diuisa est partes. Quòd si non ex toto diuulsa fuerit,sed parte aliqua tantum,non erit iam totius instrumenti ægritudo, nisi ex accidenti,quoniam videlicet aliqua ipsius particula patiat̄: sed ipsius tantum patientis particulæ propria ac peculiaris erit ægritudo. Vocat̄ aūt continuitatis solutio,in osse quidem fractio: in oī genere carnoso,communiter vlcus. Ruptio autem & conuulsio ex eodem genere sunt. Fit aūt alterum quidem in carnosis,alterum in neruosis partibus,conuulsis quæ in ipsis sunt fibris,cum ex ictu aliquo violentiam patiuntur,aut subito & affatim intēduntur. Quę verò apospasmata.i.auulsiones appellantur,instrumentariarum tātummodo partium propriæ sunt passiones. Hæ quidem sunt vniuersæ simplicium morborum differentiæ.

De Compositis Morbis Partium Simplicium. CAP. 12. E

NVnc vero supest vt cōposita exequamur, initio iterū à similaribus sumpto. Erit igit͂ iuxta priorē suppositionē, ex dilatatione & angustia meatuū, ægritudo cōposita, nō particulatim singulis hæc vtraq; patiētibus meatibus, sed vicissim his quidē latioribus, illis vero angustioribus redditis, vt nō magis laxitatē q̃ angustiā eorūdē i tota similari parte accuses: nec vlla sensibilis particula eius possit ostendi, cui alterum tantummodo adsit, sed quæcunq; sumpta fuerit, vtriq; passioni reperiet͂ obnoxia. In secunda aūt suppositione, in vnaquaq; similari particula, qualitatibus solis naturæ modū egressis, sunt cōpositæ ægritudines numero quatuor, Calida simul & humida, calida & sicca, frigida & sicca, frigida & humida. Profluēte vero ad ipsas aliqua substātia, erūt pariter aliæ cōpositæ ægritudines quatuor, quæ ex earundē qualitatū coniunctione proueniūt. Qm̄ vero continuitatis solutio, non in compositis tm̄ instrumentis, sed in simplicibus quoque particulis fit, implicabitur & hæc nuper dictis iuxta vtranque suppositionem, compositis ægritudinibus & simplicibus ijs, de quibus statim ab initio sermonem habuimus. Nam fieri potest vt idem membrum & vlcus patiatur simul & siccitatem habeat, aut humiditatem, vel frigiditatem, vel caliditatē præter naturam, aut vnà cum vlcere caliditatem simul atq; humiditatem. Exulcerata igitur atque vnà inflammata membra, tripliciter naturæ modum egrediūtur, cum ob vlcus quidem vnitatem suarū partium amittāt, ob inflāmationem vero calidiora atq; humidiora reddātur plus q̃ naturalis exigit habitus. Nāq; qui in ipsis est tumor, si ad tātā magnitudinem attollitur, vt ob hoc ipsum operationem impediat, tunc iā morbus est existimādus: si aūt membrum ex hoc nullā patiatur in operatione iacturā, accidens tātummodo & passio ipse censebitur, veluti & dolor. Omnia igitur quæ simul inflāmata atq; vlcerata sunt corpora, tres quidē necessario, nō nunquā vero & quatuor ægritudines patiuntur. Hoc vero in loco inflāmationē appellamus, non vt antiqui consueuerunt, quēdā veluti feruorem in corporis partibus accensum, sed rubescentem ac renitentem dolorificumq; tumorem. Ita & erysipelata non nunquā vlcera comitātur. Nā carbunculi eā naturā habent, vt aliter consistere nequeāt. Mediā vero sortiuntur naturā herpetes & cācri, qui maiori quidem ex parte cum vlceribus eueniunt, non nunquā vero seorsum. Omnes igitur huiusmodi ægritudines, ēt si vlcere vacent, compositę sunt: Vna quidem rōne qm̄ omnes à superfluo humore seu calido, seu frigido procreātur, à flaua quidem bile, erysipelas: ab atra vero, cācer: à sanguine aūt, inflāmatio: a pituita tumor quidā laxus, œdema Græce dictus: Alia vero, qm̄ nunc dicti oēs humores, etsi formā rei humescentis præ se ferāt, vim tñ habent, atra quidem bilis, frigidā & siccā: flaua vero, calidā & siccā: pituita, frigidā & humidā: calidus autem & humidus est sanguis: Tertia vero ratiōe, qm̄ simul commiscentur omnes, & raro admodum ex ipsis vllus purus sincerus'ue consistit. Nam magna ex parte inflāmationes, aliquid ex erysipelatis, vel laxi vel duri tumoris, natura complectunt͂: aut erysipelatibus aliquid quod inflammationis, vel laxi aut duri tumoris, speciem referat admiscetur. Ita similiter in reliquis omnibus perpende. Multiformiter ergo omnes huiuscemodi ægritudines compositæ fiunt, de quibus eo in libro in quo de causis morborū agemus, plenius differemus: atq; ēt vberius, in eo qui de morborum accidentibus inscribitur: ac præterea in ijs, in quibus curādi ratio tractatur, ad quam omnia quæ hîc scribimus diriguntur.

A.l.1.f.2.d.5.c 5 29.c

F

G

De Compositis Morbis Instrumentorum. CAP. 13.

NVnc vero, qm̄ quō simplices se inuicem complectātur explanauimus, iam ad instrumentorum ægritudines veniamus, ac quo pacto & hæ compositę fiāt, aperiamus. Primū vero illud meminisse oportet, ꝙ aliæ quidem primorum corporum, videlicet similarium, sunt ægritudines: aliæ aūt instrumentariorum & compositorū. Inflāmatio.n. primorū est corporū, exarticulatio vero instrumentariorū. Qñ igitur aliquod membrum luxatur simulq; inflāmatur, totius quidē instrumenti primo ægritudo est exarticulatio: inflāmatio aūt non primo neq; proprie, sed ex accidēti tm̄. Qm̄.n. inflāmatio singularum eius partiū ægritudo est, fit vt ex accidenti totius ēt instrumēti sit ægritudo. Et lippitudo quidem est inflāmatio membranæ quæ adnata est corneæ, ex accidenti vero est totius oculi ægritudo. Contingit vero nō nunquā vt tunica cornea appellata, profundū hēat vlcus, qua deinceps exesa tota, aliquid ex ea tunica procidat, quæ secundo post corneā ordine sita est, vuea appellata: & ipsa pupilla vnà diuulsionē patiat͂. Atq; ex his tribus omnibus, quælibet passio oculi existimatur, q̄uis vlcus & erosio ad solā corneā pertineat, procidentia ad vueā, & diuulsio ad pupillā. Sed, vt diximus, similarium partium ægritudines, ex accidenti toti instrumēto attribuuntur. Igitur cum vna quæpiā ex ipsis morbo aliquo composito laborauerit, & hîc ex accidēti totius instrumenti erit ægritudo composita: cum vero plures quidem sint affectæ, sed vnaquæq; vno morbo laborauerit, sic totius erit instrumenti ægritudo composita. Nā, vt in oculi exēplo persistamus, fit ita vt eundem oculum (neq;.n. impossibilis est suppositio) vnguis & lippitudo īfestet, & erosio corneæ, & procidentia vueæ, quibus ēt malis accedat aliquod suffusionis initium. Quòd non vna neque simplex sit ægritudo, oībus in propatulo est. Appellabit aūt hęc quispiā, cōpositū oculi morbum, alter vero non vnū compositum morbū, sed plures dicet ægritudines, in diuersis oculi partibus cōstitutas. Nihil vero refert quātum ad verā curādi rationem, ad quā hæc omnia dirigunt͂, siue vnus sit morbus compositus siue plures, pugnātibus remedijs indigentes. Pleniorem vero

A.l.1.f.2.d.1.c. 2.28.c

H

A vero de hisce discussione differimus ad eos libros, in quibus curandi præcepta tradent. In p̄senti vero sermone, hoc tm̄ cōmonstrasse ac indicasse sufficiat, probabilē vtrosq; afferre sniam, & qui plures in oculo morbos esse arbitrant, & qui, quemadmodū vnū est instrumentū, ita & vnum cōpositum existimant esse morbum, qn̄ (vt ante diximus) plures in codē particulæ laborauerint. Vt igit ex simplicibus morbis, vnus quidem erat primo totius instrumenti ægritudo, veluti suffusio, alius vero ex accidenti, veluti corneæ exulceratio: ita & ex morbis compositis, proprij quidem erūt totius instrumenti, qui plures simul eius partes occupauerint: ex accidenti vero, quicunq; compositi vnam tantummodo ipsius instrumenti obsederint partem, veluti lippitudo, quę membranę adnatæ est inflāmatio: siquidem inflammatio è numero compositarum ægritudinū fuit ostensa. Eidem vero membranæ vlcere adueniente, multo ēt magis compositā ægritudinem pati hanc particulā dicemus: sed nec propterea minus oculus totus morbo composito laborare cēsebitur. Tales quidem ex accidenti totius instrumenti ægritudines esse putātur. At, cum plures eodem tempore particulæ aliquo malo afficiunt, ipsorum instrumentorum primo compositæ sunt ægritudines: atq; eo magis, si particulatim vnaquæq; simplicium, non ex accidenti, sed primo, totius instrumenti fuerit ægritudo: Quemadmodum in oculo vnguis, suffusio, atq; ea passio quam à Græcis rhœa
B da antea diximus appellari: nam ex ijs quælibet, propria est oculi ægritudo. Et, cum simul oēs cōiungūtur, oculo propriam ægritudinem compositam faciunt. Hac si quis ratiocinabitur via, oēs instrumentorum compositos morbos facile inueniet. Mihi vero superfluum visum est opus, oīa complecti, & componere: qm̄ si quis omnium simplicium morborum fuerit scientiam cōsecutus, atque eorundem compositurę modos non ignorauerit, facilè in singulis per se ipsum poterit exerceri. Quare si quispiam semel tm̄ quæ in hoc libro conscripsimus legerit, is se parum profecturum intelligat, nisi postmodum plurimum quoque exercitationis adiunxerit.

GAL. DE CAVSIS MORBORVM LIBER VNVS

C

Nicolao Leoniceno interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Simplicium & Compositorum Morborum Causas peruestigat, tum quæ in Similaribus, tum quæ in Instrumentalibus partibus, Morbos efficiunt.

Quorum Morborum Causæ Peruestigandæ sint. CAP. 1.

QVot quidē sint & quæ'nā ægritudines oēs, in propria genera ac spēs diuisæ, tū simplices tū cōpositæ, altero iā libro explanauimus. Reliquū est vt singularū cās explicemus, exordientes à simplicibus aīalis partibus, q̄ similares appellant: a quibus deinde ad cōpositas & dissimilares veniemus. Qm̄ igit ostēdimus iuxta illos qui arbitrant substātiā, q̄ ortui atq; interitui subijcit, simul misceri atq; alterari, ꝗ oīs ægritudo similaris ac
D simplicis quo ad sensum particulę, vel intēperies q̄dā existit, vel cōtinuitatis partiū diuisio: Iuxta vero illos qui non vnionē statuūt, sed quia intercipiat vacuū, omnium corporū constitutionē, concretionē putāt, immoderatio meatuum, & eius, quæ sensu deprehendit, continuitatis solutio: Incipiemus & nūc considerare cās morborum omnium qui ad primā attinēt suppositionem, quā nos verā existimamus. Erāt aūt (vt arbitror) quatuor simplices, quatuor vero composite. Cū aliqn̄ quidē sola supra modū excrescente caliditate, vel frigiditate, vel ex altera oppositione aliqua, veluti humiditate, vel siccitate: aliqn̄ vero duabus simul supra modū auctis, vt morbus pariter calidus ac siccus, vel frigidus ac siccus, vel calidus ac humidus, vel frigidus ac humidus fiat.

*Al. vniri.

De Causis Calidi Morbi. CAP. 2.

ITaq; quæ'nā sint cuiusq; prædictorum morborum procreationis causæ iam inspiciamus, sumpto ab eo initio, qui in caliditatis immoderatæ intemperie consistit. Apparet aūt & in alijs corporibus oībus quæ se ipsis plus satis incalescunt, vel ex motu quodam augeri caliditatē, vel ex putredine, vel ex vicinia alterius corporis calidioris, vel ex stipatione, vel ex alimento ad calefaciendum accommodato. Ex motu quidem, veluti in ijs quæ quouis modo exercitātur, & in lapidibus inuicem collisis, & lignis, & flamma ventilata. Ex putredine autem, tum reliquorum corporum

t. 2. primæ]. ca. 569. col.

tum

tum præsertim seminum ac stercoris. Mihi quidem non nunquam videre cõtigit in columbarum E {agrestium} excrementis, ex putrefactione ignem accensum. Nec est quispiam, qui ambigat, quin calidorum corporum vicinia, alia concalescant, si modo ad memoriam reuocet, & balneas, & Solẽ æstiuum, & omnem flammam. Ita quoque si hybernis temporibus in ampla domo ignem accenderis, atque omnes meatus stipaueris, per quos spirandi habeat facultatem, interius calorem aceruabis: quod si quaqueversus patentes exitus liqueris, nihil amplius effeceris. Sed non aliter balneæ atque fornaces, suum interius aceruant calorem. Ex quo euidens est, stipationem augendo calori occasionem præstari. Sed nec in obscuro est, quod idem ex ipsa materia prouenit. Nam aridi calami, facilius in maximum flammam attollunt: ligna autem viridia, & præsertim si plura super ignem congesseris, diutius quidem aggrauant & veluti obruunt flammam, demum vero augent.

Quomodo igitur in "animalium corpore ex ijs vnumquodq; perficitur? Cum quispiã immoderata exercitatione vsus fuerit, lassitudinem sustinet corpus, hoc est, caliditatem immodicam in musculis atque articulis habet: hi enim sunt, qui primo motum excipiunt. Quod si non vltra progrediatur calor, atque eum solui contigerit, antequam totum animalis corpus inuaserit, nihil vltra lassitudinem consequetur. At si in totum extensum fuerit corpus, tunc huiuscemodi affectus febris nuncupatur, quæ est quædam totius corporis immoderata caliditas. Ita & ira, quæ feruor quidam est existentis in corde caloris, ob immoderatum motum, per totum nõ nunquam diffusa corpus, ita febrem accendit. Iam ea quæ putrescũt in animantis corpore, calorem quendam immodicum in his partibus, in quibus putrent, efficiunt, sicuti erysipelata, & herpetes, & carbunculi, & inflammationes, & phygethla. Hæc autem vbi totum concalefecerint corpus, excitant febrem. A.l.4.f.1.d.1.c 1.42.b F

Et quidem tertia causa immoderati caloris ex his fit manifesta, quonam modo animalibus adueniat, & ex ijs quæ exustiones appellantur. Nam in bubonibus & inflammationibus & erysipelatis atque omnibus adeo calidis morbis, semper contingens pars atque continua, ipsa quidem primum caliditatem assumit, deinceps vero & partem vicinam afficit, & hæc deinceps sibi proximã: atque ita, vsque ad principium insiti caloris vbi peruenerit intemperies, totũ celeriter corpus principij sentit affectum. Diuturnæ quoq; moræ in locis Soli expositis, nudis quidem, totam aliquando cutem supremam calefaciunt: at ijs qui vestibus operti sunt, solum caput: atque hæc exustio appellatur: Quod si iam totum animalis corpus occupet, tunc ita febris accenditur. Quartum vero causæ genus quod insitum calorem immoderate succendit, in adstrictionibus & frigefactionibus fieri videtur. Nam si quis vehementer riguerit, aut in aqua natauerit quæ aut alumen aut talem aliquam naturam acceperit, huic stipari cutem atq; densari contingit, vt quæ difflari consueuerãt intus cohibeantur: Quod si fumosa fuerint quę intus collecta sunt, febris inde generat. Quinta vero species auctæ supra modum caliditatis, sunt esculentorum acres ac calidæ qualitates, veluti alliorum, porrorum, cæparum, atq; huiuscemodi omnium: nam & horum vsus immoderatus febrem aliquando suscitauit. Et quidem calidæ potationes immodicæ, veluti vini veteris & acris, imbecillo corpori liberalius ingesti, & medicamina acria, siue alexiteria.i.amuleta fuerint, siue venena, causam vt homines febricitarent, attulerunt. Sed cur (inquiunt) nõ semper ob quãlibet harũ cãrum febris accendit? Qm̃ causæ efficientis quantitas par non existit: & quæ constituta est ab eadem cã in corpore dispositio, magnam, in eo quod plus & minus, varietatem admittit: ac præterea animãtium corpora plurimum alterũ ab altero differunt, in hoc vt aut facile aut ægre à naturali recedant habitu. Quemadmodum igitur minime ambigis, cur non omnis motus lassitudinem facit, sed pro confesso habes q, vbi non excesserit ac potentia superauerit articulorum musculorumq; naturam, nunquam eos fatigari continget: sic tibi erat cogitandum, q nec talis affectus qui lassitudo nuncupatur, nisi dignam effatu tum magnitudinem tum moram assumpserit, nunquam vniuersum corpus afficiet. An motus quidem paruus, lassitudinem nequit efficere: parua aũt lassitudo, omnino febrem accendet? aut motus quidem effectus, in relatione consistet, lassitudinis autem minime? H Ac quidem omnibus ẽt vulgaribus ac rudibus in propatulo est, athletarũ corpora diuturniores ac vehementiores motiones citra lassitudinem perferre: & nos priuatos, si paulo supra consuetudinem exerceamur, statim molestia affici. Nil igit̃ mirum, si quispiam quãuis lassitudinem senserit, non tñ febricitauit, vel enim parua est lassitudo, vel exigui temporis, aut viribus corporis inferior. An, si fuit exercitatio haudquaquam diuturna, nec vehemens, atq; etiam minus quàm pro natura eius qui exercitatus est fortis, nunquam quidem lassitudinem afferet: lassitudo vero febrem accendet, etiamsi ea & breuis sit, & exigui temporis, & languentis corporis robore inferior sit? Sed & hoc ipsum in ea re quæ ad agendum potentissimam naturam habet, nimirum in igne, possumus intueri. Nam frigefactos, non absq; tempore ac viribus calefacit: si quidem, cum aliquando è locis gelidis discesserimus, manus per maximam flammam ignis sine aliqua noxa transferimus. Neque omnis materia æque facile ab eodem accenditur, sed arentes quidem calami primo attactu inflammantur, ligna autem humida ac viridia vt accendantur, longo tempore vehementiq; flamma indigent. Quo pacto igitur nihil horum in igne admirans, in lassitudine admiraris quod magnitudine egeat, ac tempore, ac corpore incendio opportuno? Satius itaq; fuerit si nulla te huius rei capiat admiratio, sed potius animaduertas qualenam animalis corpus facile sui natura calorem admittit,

A mittit,& quale non facile. Sed de hoc quidem postea es auditurus. Nunc vero nihil tibi sit mirũ, si vnumquodq; quod aliquid sit effecturum, & tempus & magnitudinem exigat, ac praeterea vt proximum sit quod prompte patiendi habet naturam: qm̃ & si haec desint, nec ignis comburere, nec gladius abscidere valet. Nec aliquid aliud, in efficiendo potentissimum, in aliud agere potest, quod ipso validius extiterit, aut vbi non interuenerit tẽpus effatu dignum. Super lucernae quidẽ flammam, nunq̃ totum effunderes oleum, nedũ aquam: & gladio incidere lapides nequaq̃ tentaueris, nedum adamantem. Vis autem vt lassitudo, & calefactio, & frigefactio, & reliqua huiusce modi, febrem semper accendant, q̃uis parua sint, & exiguum tempus perdurent, siue etiam totum corpus minimè idoneum ad suscipiendum calorem extiterit? Quod enim iam calidũ est, paratius est ad hoc vt excessum caloris admittat, sicuti & frigidum vt plus satis frigescat: quod vero e diuerso se habet, ad hoc minimè est aptum: vsq; adeo cęca & rudis est eorum qui talia perquirunt dubitatio. Qui vero nihil dubitant, sed promptè ac temere enunciant, ꝙ nihil eorum quae nuper diximus excitat febrem, horum stupiditas quidem miserationem, contentio vero odium meretur. Soluta quidem sunt & horum sophismata in altero volumine, quod seorsum de causis procatarcticis, id est praeincipientibus, scripsimus. Neq; pręsentis est negocij aliorum refellere errores, sed vera duntaxat docere instituimus. Rursus igitur ad propositi nostri seriem reuertamur. Erat aũt, (vt arbitror) omnium simplicium aegritudinum praecedẽtes causas, vsq; ad praeincipientes explicare. Non enim est fortassis inutile, eos qui ita earum appellationes manifestioris doctrinae gratia distinxerunt, imitari. Quascunque enim in ipso animali vel dispositiones vel motus praeter naturam, aegritudinum praecedentes causas nominant: quae vero extrinsecus adueniunt, & alterant corpus, atq; transmutant naturam vehementer, praeincipientes appellant.

A. I. 1 f. 1. d. 2. c. 1 fol. 30. f — B (margin)

De Causis Frigidi Morbi. CAP. 3.

I. T. 2. pri. ę par. can. 569. col. b. c (margin)

CAlidae quidem aegritudinis in vniuersum diximus causas, nunc ad frigidam veniamus. Sunt vero & huius plures numero causae, veluti refrigerantium propinquitas, & ciborum potuum q̃; quantitas ac qualitas, stipatio q̃; ac rarefractio, ac praeterea ocium, & imodicus motus. Quibus etiam occasionibus ignis extinguitur. Nam si paruo carboni multum niuis aut glaciei superimponas, aut plurimam aquam superinfundas, continuo extinguitur. Sic, vbi circunstans aer sit praeter modum frigidus, veluti hyberno tempore iuxta Histrum, non solum lucernam sub dio positam, sed & quemcunq; exiguum ignem videbis protinus extingui. Hoc quidem modo, C ignis à rerum praegelidarum cõtactu superatur. Ab ijs autem quae natura apta sunt vt ipsum enutriant, ob excessum, vel defectum, vel ob alienam qualitatem hoc pacto corrumpitur. Si enim ligna vniuersim & multa supra paruam coaceruaueris flammam, ob immodicae quantitatis excessum ipsam extingues. Quòd si nihil omnino, aut parum admodũ adieceris, ob defectum aut paucitatem alimenti, videbis continuo marcescere. Sic & lucernae flammam comminui atq; in periculo esse ne propè extinguatur inspicimus, vbi nutrimenti proprij modus nõ seruetur. Siue enim oleum liberaliter non adhibueris, aut multum vniuersim superinfundas, vtroq; offendes modo. Quòd si largam quidem exhibueris materiam, sed quae vel nullo modo apta sit vt ardeat, vel cum magna difficultate incendium suscipiat, hanc etiã statim minorem efficies. Veluti si oleum aquae commistum supra ignem conieceris. Si etiam qui flammae circunfunditur aerem stipaueris, aut nimium rarefeceris, sic quoq; flãmam decrescere ac periclitari ne penitus extinguatur, inspicies. Stipatur autem, si cucurbitam qua medici vtuntur, vel furnulum, aut tale aliquod aliud circumponas. Quòd etiam continget, si fornacum foramina clauseris. Quòd si in multo Sole, & calido & aprico loco, aut ad alteram maiorem flammam admoueris, tunc quoq; minorem flammam marcescere videbis: quoniam exterior flamma, vt quę prępotẽtior sit, elaxat atq; dispergit minorem. D Neq; vero in obscuro est, ꝙ si eas flabellans, hoc est mouens, si quidem modicè hoc feceris, augebis: si vero immodice, dissolues ac dissipabis. Sic & ventos magnitudini flãmę respondere oportet, siquid eius augmento cõferre debuerint: qui vero maiores sunt q̃ illa queat sustinere, dispergent, non flabellabunt. Ex quo manifestum fit, ꝙ flamma quidem ad sui incremẽtum motu eget aduentitio, non tamen immodico. Si enim nullo modo flabellatur, elanguet: vehementiore autem motu extrinsecus vrgente, dissoluitur ac dissipatur. Secũdum igitur primam causę speciem, cum omne frigidum forinsecus aduenerit, partim contactu tantum, partim potentia, frigida ęgritudo consistet. Sic aliquis in frigida natãs aqua lęsus est & male lotus, & p gelida loca iter faciens. Non nullos etiam vidi exanimatos, anteq̃ domum deferrẽtur. Iuxta vero secundam causam, aut morbum attonitum, aut comitialem, aut motus sensus'ue laesionem, ex ebrietate aliquis subijt: quanquam vinum modice haustum, vt quod maxime proprium alimentum sit, natiuum calorẽ adauget. Sic & optimi cibi qui q̃; plurimum animali afferunt nutrimẽtum, supra modum assumpti, morbos frigidos generant. Sic quaecunq; vel deuorantur vel bibũtur, si frigidiora natura sint, morbos frigidos pariũt: ex horum numero est papauer, mandragora, hyoscyamus, cicuta, q̃ sanè nimia frigiditate ẽt interimunt. Vltima autem stipatio, (hanc enim tertiam frigidiorũ morborũ causam statuimus) facit graues sopores, & champ;veternũ, & morbos attonitos. Et hoc est qđ dr̃ ab Hippocrate

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 4. t. 23. 7ª. 137. f

pocrate,|| Venarum interceptiones corpori officere, quod statim vocem eripiant. Ipse nanque sicuti et E alij vetustiores, duo genera vasorum in quibus sanguis continetur, venas appellat, non vti iuniores, alterum tantum quod non pulsat. Vbi vero intercipiuntur quæ sunt in animali arteriæ, hoc est ita oppletæ sanguine fuerint, vt nullus in ipsis vacuus relinquatur locus, in quem, dum attolluntur, aerē externum attrahere possint, tunc strangulatur atque extinguitur calor innatus: ac qui ita affecti sunt, subito sensum & motū totius corporis amittunt. Ostensum enim à nobis est hoc, in eo volumine quod scripsimus de vsu pulsuum, ob eum finem arterias pulsare, vt calor naturalis in omnibus animalis partibus moderatus conseruetur. In libro autem de vtilitate respirationis scriptum à nobis est, quod hęc quoque insitum cordis calorem, moderatum conseruat. Sicuti igitur si extrinsecam flammam à communicatu circūfusi aeris separes, interiectu furnuli vel cucurbitæ vel cuiuspiam alterius rei similis, statim extinxeris: eodem modo si animalibus caliditatem cohibueris atque intercluseris, ita vt nullum cum aere exteriori habeat communicatum, statim exitium afferes. Caliditas igitur cordis per faucium meatum aeri extrinseco communicat. Quòd si hunc interceperis, euestigio strangulabis ipsam, atque animal enecabis. Calor vero qui omnibus est arterijs, quæ per totum animalis corpus diuiduntur, per cor quidem ipsum inquantum faucibus cōmunicat, & per vniuersam cutem, in ambientem nos aerem respirat, refrigerium quidem, cum il- F læ se attollunt, accipiēs: cum autem resident, id quod fuliginosum est, expellens: quorum vtrūque, natiuam eius mediocritatem cōseruat. Et si quidem stipatę fuerint arteriæ, siue (vt nuper dictum est) ob sanguinis redundātiam, siue earum ora obstructus aliquos patiantur, ita vt nullam habeāt transpirandi viam, calorem extingui necesse est: quod vero ita affectum est corpus, emori. Quod si fuerit stipatio modica, nō adeo calorem naturalem pati est necessarium. At si quidem in animalis corpore veluti fuliginosa quædam ac fumida excremēta tunc constiterint, alius erit caloris naturalis affectus: alius vero, vbi solum vapor quidam suauis atque optimus exhalarit. Atque horum vtrūque bifariam hoc modo euariat. Cum enim sanguis optimus in corpore fuerit nullo inquinatus humore superfluo, vapor ex eo incalescēte optimus exurgit, qui nihil aut igneum aut acre secum inuehit. Tale quidem corpus cum mediocriter stipari contigerit, breui aut erit plethoricum, aut supra modum calefiet: ijs quidem quibus deses vita sit ac minime laboriosa, plethoricum fiet, cum intus remanserint quæ exercitatione excerni oportebat: ijs vero qui exercitantur, calefiet, cū motus occasione calor augeatur naturalis, non transpiret autem ob id quod densatum sit corpus. In corpore autem stipato quod à fumeo excremēto obsidetur, aut febris accendetur ob interclusam interius fuliginosam euaporationem, aut strāgulabitur atque extinguetur calor insitus atque natiuus. G Vtrunque vero horum accidet pro multitudine excrementorum, aut magnitudine stipationis. Nam si fumosa superfluitas quæ euacuari expetebat, plurima fuerit, atque stipatio vehemens, periculum imminet ne calor naturalis strangulatus ab excrementis extinguatur: si vero superfluitas pauca fuerit, & stipatio parua, febris accendetur. Non ergo dubium est quod & naturales & aduentitias corporis dispositiones cognoscere oportet, in quibus aut fuliginosum aut vaporosum aut fumosum est id quod exhalat. Sed hæc quidem in hisce libris explicabuntur, in quibus curandi doctrinam exequemur. Nunc ad huius operis institutum reuertamur. Sicuti enim stipatio sæpius frigefactionis est causa, eo quo diximus modo: sic & laxatio, quā plusquam sit opportunū, dispergit ac dissipat insitum & natiuum calorem, frigidius efficit corpus. Fiunt autem hæc tum in vniuerso corpore, tum vero etiam in vnaquaque particula, cum vel stipatur vel laxatur. Si enim quam vniuersum corpus habuit dispositionē in obstructionibus & plenitudinibus arteriarū, hāc ipsam habeat particula ab ijs solū quę in ipsa sunt arterijs affectis, necesse est vt hęc ipsa particula simili mō quo totū corpus ęgrotet. Et qdem quæ extrinsecus adhibentur medicamina, aut aquę quę vim medicaculam hn̄t, & frigidæ, & aer ipse circūfusus, laxationem aut stipationē immodicā in ipsa parte cōmittere possunt. Et vincula quædam violenta, ipsi aliqn̄ particulæ, aliqn̄ vero supraiacentibus H circūposita, corrumpēt ipsam, ac frigefacient, ob id quod eam separant atque seiungunt à cōmunicatu membri in aīali præcipui, à quo calor emanat naturalis, atque vnde vim sui motus recipiūt arteriæ.

De Causis Sicci Morbi. CAP. 4.

DE calidis quidem ac frigidis affectibus abunde dictum est, de siccis vero deinceps dicetur. Si "quis magis quidē transpiret, minus aūt nutriatur, † cum eo quod sicci habitus existit, } facile in siccam incidet ægritudinem, ac præsertim, si curis aut vigilijs immodicis occupatus fuerit. Et aeris quoque nobis circunfusi temperaturę cum siccæ fuerint, exiccant animalium corpora: & natationes præterea in aqua quæ nitri, aut sulphuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius huiuscemodi qualitatis est particeps: & quæcunque medicamina vim habent exiccādi, siue intro assumantur, siue foris adhibeantur, hæc quoque siccum reddunt corpus. De quibus in eo volumine, in quo de simplicibus medicaminibus agitur, abunde dictum est.

† Antiqui quidam co. habēt καὶ ταῦτα ξηρότερος ὢν τὴν κρᾶσιν, i. ac præsertim cum sicciori sit tēperaturę. impressi habent, καὶ ταῦτα ξηρότερα τὴν δύναμιν, i. ea quæ s. cibaria, sicciora sint facultate.

A. T. 2. prīęp: ti. can. 569. co 2. d.

De Causis Humidi Morbi. CAP. 5.

HÆc quidem siccarum ęgritudinum causæ sunt. Humidarum "aūt sunt oēs causæ contrariæ, veluti ciborum qui humidiori natura constant copia, & potuum excessus, & omnis viuendi ratio delicatior, & animi securitas, & balneorum ex aquis dulcibus plurimus vsus, præsertim post

A. ibidem.

A post cibum: sic & tota vita otiosa, atq; omni labore vacans, & pluuiarum abundantia, atq; omnis status temporis humidus, & medicamina, quæ humectandi habent potestatem.

De causis compositorum morborum, qui similares partes inuadunt. CAP. 6.

LIquet autem, ꝙ & compositarum ægritudinum causę omnino sunt compositæ. Si enim causa calida simul & sicca in vnum aliquando conueniant, necessario calidus quidem, atq; siccus sequetur morbus: si calida, & humida, pariter calidus, & humidus: idē euenit in reliquis duabus simul iunctis qualitatibus, humida scilicet & frigida, & sicca & frigida. Quod vero huic sermoni adiungere, ac simul distinguere oportet, iam aggrediamur, ꝙ videlicet corpus sępius alteratur, cū causæ omnes eiusdem inter sese speciei existunt: plerunq; vero cum viribus contrariæ sunt: & ꝙ non nunquam superant, quæ ex ipsis sunt vel numero plures, vel diuturniores, vel potentiores: interim vero ab vtrisq; ex æquo lęditur corpus. Et si vero nullo modo fieri posse videatur, vt vnū idem'que corpus calidum vnà efficiatur ac frigidum, humidum'que ac siccum plus, quàm natura sit opportunum: tñ & hoc ipsum vsu contingit, & merito distemperātia inęqualis appellatur: nos'q; de hac ipsa alibi seorsum, vt oportuit, disseruimus: neq; nunc de eadem ipsa verba cōsumere conuenit, sed potius ad reliquarum ęgritudinum causas explicandas veniendum. Hoc tñ in lo B co prius sunt repetenda, quæ in libro de morborum differētiis edocuimus, ꝙ videlicet aliqñ quidem ob solas quatuor qualitates corpora ab habitu naturali recedunt, nulla extrinsecus confluente substantia: aliquādo vero fluxionibus replentur, idea quidem omnino humidis, vi autem non humidis. Sed de horum humorum potestate dictum quidem est ab antiquis & medicis, & philosophis, & à nobis etiam tum in aliis commentationibus, tum in his pręsertim, quas de medicaminibus edidimus. Quantum vero huic loco expedire videbitur, in pręsentia etiam dicetur, quod
A.li.1. f.1.d.4. 1.1.f.6.f flaua quidem bilis facultate calida est, & sicca: nigra autē frigida, ac sicca: sanguis autem calidus, & humidus: pituita frigida, & humida: & ꝙ ex his singuli influunt aliquando synceri, aliqñ alis cōmisti: & ꝙ particularum œdemate, vel scirrho, vel phlegmone laborantiū dispositiones hac de causa plurimū variantur. Nam & anthraces, & cancri, & herpetes, & erysipelata, & phygethla, & gangrænæ, & phagedænæ, & satyriasis ex hoc genere sunt, & vitiligines, & atheromata, & acrochordones, & achores, & faui, & ganglia: & steatomata appellata, morbi sunt, qui fluxionū sunt partus. Hæc vero inuicem differunt, ac præterea ea omnia, de quibus prædiximus: qm̄ non nulla quidem ex sola sunt pituita, non nulla autem ex sanguine, quędam ex bile flaua, quędā ex nigra, quędam ex aliquo alio humore, qui non dum omnino sit extra naturam. Sed hic ipse, qualiscūq;
C fuerit, vnus oīno erit ex his, quos enumerauimus. Neq; enim fieri potest, qn sit aut calidus & siccus, aut calidus & humidus, aut frigidus & siccus, aut frigidus & humidus. Sed, qñ ad plurimum crassitiei, & frigiditatis peruenit, naturalis pituitæ formā amittit, atq; alius quidē humor esse existimatur, qui ex toto genere sit præter naturam: Non tñ ita se res habet: donec enim frigidus, atq; humidus sit facultate, ex pituitæ genere erit. Eadem ratione, quicunq; calidus fuerit & siccus, idē cū flaua bile genus subibit. De his vero plenius alibi disseruimus. Quo fit, vt nunc de his breuius dicamus, quoniam & de his ipsis omnibus copiosius in iis libris, quos de curandi ratione edituri sumus, tractare statuimus. Ad id vero, quod præsentis interest operis, redeamus. Omnes, quidem huiuscemodi morbi fiunt subinde ad partes ignobiliores materiam inutilem deponente natura: quod etiam à multis aliis antea dictum est. Quis tamen sit depositionis modus, non adhuc est dictum: rationem enim quādam, atq; mentem naturæ tribuemus, si ita simpliciter ipsam, quicquid inutile est, deponere affirmemus ex nobilibus partibus ad ignobiles. Sed, ꝙ quidē in morbis bonę iudicationes ab aliqua huiuscemodi facultate fiant, manifeste apparet. Quis autem generationis modus his iudicationibus sit, nō dum maiores nostri exacte docuerunt: quoniam neq; potentias naturales, de quibus nos in aliis cōmentationibus egimus, quot numero, & quę nam existāt,
D & quod singularum sit opus, satis explanare potuerunt. Sed nulla sanè difficultas suppositionibus, quas in eisdem commentationibus demonstrauimus, vtentes nunc, de hisce omnibus transigere. Cum quatuor sint numero potentiæ, quarum quælibet siue animalis, siue plantæ particula particeps est: & cum vna quidem ex iis attrahat id, quod ei conuenit, alia autem retineat, alia alteret, alia, quod superfluit, excernat: & cum materia ipsa superflua duplex genere existat, aut enim quantitatis ratione, aut qualitatis: cum denique omnium corporis partium non æquale sit robur, quippe principaliores partes statim ab initio natura maiori robore dotauit: Nihil mirum, si in impuris corporibus, in quibus plurima inutilis materia redundat, ad ignobiliores partes aliquid cōfluat. Nam superfluus humor, vt qui à partibus oībus robustioribus expellatur, ac nullibi cōsistere queat: tādem ad imbecillissimā omniū peruenit partē. Hęc vero alia, atq; alia in diuersis corporibus existit: aut quia in prima animalis formatione eidem parti aliquis error obtigerit, aut postea aliquam susceperit noxam: aut quia talis natura esse debeat, quemadmodum cutis: hæc enim (vt quæ nullam operationem habet, sed vsus tantum gratia à natura instituta est) optima ratione partibus aliis, quæ aliquam habent operationem, imbecillior est facta: est enim quoddam veluti velamentum, atque amictus animalis cognatus, cum neque coctionem, neque alimēti digestionem, neque sanguinis generationē, neque pulsum, neque respirationē, neque voluntarium motū, neq; omnino

omnino operationem aliquam afferat animali: ac præterea cum omnium aliarum partium extima sit collocata, non absque ratione totius corporis excipit excrementa. Multa enim ab initio instrumenta, expurgandæ materiæ inutilis gratia, natura molita est: & hæc quidem sola ad tuendā sanitatem sufficiunt, cum nullam corpori labem is, qui nobis circunfunditur, aer adiecerit, aut delinquens ratio victus humorum vitiosorum redundantiam immodicam in corpore nō effecerit. Nam, cum talis acciderit error, non amplius naturalia sufficiunt instrumenta ad excrementi multitudinem expurgādam. Ideo'que tunc accidit, vt fluxiones à valentioribus impulsæ partibus ad imbecilliores irruant. Illud quoque non nunquam vsu euenire solet, vt, cum stipati fuerint hi, per quos expurgantur, meatus, ad alia confluant loca. Hæc quidem principia sunt gignendi omnes prædictas ægritudines. Malum vero in ipsis membris augetur, cum in eisdem impactæ superfluitates ac putrescentes, atque ea ratione magis vitiatæ, influentem postea humorem, etiam si vtilis sit, coinquinant atque corrumpunt. E

De causis morborum in genere conformationis. CAP. 7.

SEd, quoniā similarium partium proprios recensuimus morbos, superest, vt de instrumentariorū morbis dicamus, exordiū ab eo sumentes, qui primū inter alios obtinet locum, qui videlicet in formatione consistit. Hic autem fit naturali quidem figura non nunquam euariante: non nunquam vero læuitate quadam aut asperitate, aut meatu ipso corrupto. Causa "autem, ob quam figura naturalis permutatur, prima quidem est formatio conceptus in ipso adhuc vtero matris vitiata vel ob materiæ multitudinem, aut ob qualitatem minime aptam: quæ naturales seminis motus impediat. Secunda vero, si, dum paritur, dum'que fasciis infans inuoluitur, error aliquis committatur. Mollia siquidem ac pene fluxibilia cum sint corpora infantium nuper in lucem venientium, facile inuertuntur, cum & in exitu à matris vtero non recte ab obstetricibus excipiuntur, & non cōmode fasciis inuoluuntur, ac deinceps à nutricibus sine modo aut attollūtur, aut reponuntur, & dum præbetur lac, & dum lauantur, & dum fasciis alligātur. In his siquidem omnibus, nisi quis infantes cōmode pertractauerit, facile vniuscuiusq; membri figura naturalis euertitur, ac corrumpitur. Et quidē in omni ea, quæ sequitur, educatione, partim ab immodica satietate, partim à motibus perperā factis, dū ante tempus aut stare, aut ingredi permittuntur, aut vehementioribus motibus exponuntur, plura in ipsis membra inuerti contingit. Siquidē nimia satietas operationes impedit naturales. Intempestiui autem & vehementiores motus labefactāt artus, ac, in quam minime sit opportunum, partem circumagunt. Crura etenim ex ipsa innitentium corporum grauitate aut ad exteriora, aut ad interiora vertuntur, vt magis ad hæc, quàm ad illa primum tibiæ momentum declinet. Quibus enim rectiora sunt, quàm naturę cōueniat, blæsa fiunt magis. Quibus autem cauior, efficiuntur rhæba. Voco autem blæsum, quod ad exteriora conuertitur: rhæbum autem, quod in contrariam partem. Et thoracis quidem partes plerunque à nutricibus inuertuntur, dum ipsas in prima educatione nimium arcte extrinsecus vinciunt. Maxime vero hoc quotidie apud nos fieri intuemur in virginibus: quibus, dum studēt nutrices augere ea, quæ sunt circa coxas ac ilia, vt hæc magnitudine thoracem exuperent, vittis quibusdam totum circumprehendunt, atque omnes scapularum ac thoracis partes vehementius stringunt ac comprimunt. Quo fit, vt, cum sæpe non æque omnes intendantur, aut pronum in partem anteriorem reddatur pectus, aut posteriores partes, quæ ad spinam pertinent, gibbæ reddantur. Illud vero nō nunquam accidere solet, vt veluti perfractum atque ad latus adductum fiat dorsum, ita vt altera quidem scapularum non aucta, sed parua ac valde compressa appareat: altera vero prominens, tumida'que ac omnino maior. Hæc quidem omnia figurarum existunt vitia, quæ in thorace committuntur ob errorem imperitiam q; non æquo momento alligantium nutricum. Sic & medici plerunque male alligantes atque efformantes artus effractos, ipsos inuerterunt: non nunquam vero, ubi medicus recte suum opus impleuerit, ipse, qui patitur, si, antequam callus satis inualuerit, membrum exercere conetur, sibi inuersionis est causa. Sed & collisæ partes sicuti nares, & circunfractæ sicuti supercilia cauitatum ossium, quas cotylas græci vocant, & excisa quandoq; ossa, aut magna portio carnis, cum deinceps non ęqualiter supercreuerit, hęc omnia occasionem afferunt, ut naturalis figura perdatur. Alius autem modus est figuræ deprauandæ, qui ob immodicam repletionem aut alimenti defectum contingit, sicuti iis, qui aut nimis crassi facti sunt, aut nimium contabuerunt, siue id in una tantum corporis parte, siue in toto corpore eueniat. Nam & morbus, qui elephas appellatur, & tabes (græce phthoe) manifestissime figuram immutant. Resimatur enim nasus, & labra crassa fiunt, atque aures extenuatę uidentur his, qui elephantiasim patiuntur: atque hi omnino satyrorum effigiem præ se ferunt. Nares autem acutæ, & collapsa tempora, & oculi concaui, & circa scapulas ac brachia ueluti quædam alæ, his, quos tabes male habet, apparent. In his quidem omnibus prima ratione corrumpitur figura naturalis. Ex accidenti autem his, qui resolutionem aut distentionem neruorum, aut inflammationē, aut duritiem patiuntur, aut quibus nerui dissecti sunt aut chordæ, aut duris cicatricibus astricti. In his siquidem omnibus aliàs ob aliam causam, ad alteram partem membrum declinat, tractum quidem à musculis motum facientibus in his, qui altera tantummodo parte sunt resoluti: sic & in neruorum distentionibus

F — A. c. 1. pri. pe can. 569. col. e

G

H

A tionibus quæ ad alteram contrahunt partem à musculis distentis. Inflammationes etiam & duri tumores atque induratæ cicatrices & quicunq; tales affectus partem ad se proximam tendunt, eadem ratione membrum peruertunt. In eisdem vero dissectis neruis & tendinibus, sicuti in resolutis, oppositorum & secundum naturam se habentium actio, membrum ad se attrahit: adeo ꝙ hæ plures numero causæ ad vnam reducuntur, quæ membrum vrgente ad alteram partem tensione peruertit. Et de figurarum quidem præter naturam differētia, hęc dixisse sufficiat. Cauitates aūt quæ partibus corporis insunt & earum meatus, ob eas quas subijciemus causas corrumpi vel lędi contingit, coalitum scilicet, angustiam, obstructionem, compressionem, subsidentiam, & eorum quę ora appellantur patefactionem. Nam quum non nunquam exulcerata sit cauitatis interior superficies, ac deinceps simul coalescant exulceratæ particulæ, formatio naturalis necessario destruit. Non nunquam vero vel carne adnata, vel aliquo alio germine pręter naturam, vel duro quopiam siue inflammato tumore, aut abscessu in ipsis corporibus instrumentorum, ac deinceps eodem tumore præter naturam, interiorem occupante cauitatem, loco angustia superuenit. Et sane obstructio ob lentos ac crassos humores, vel ob callos aliquos, vel ob grumos proueniens, cauitates ad similem perducit affectum. Sic & si aliquid extrinsecus incidat, ac vehementius comprimat, necessa

B rium est vt circum iacentia corpora ad interiorem cauitatem detrudantur. Quin & si subsideāt in se ipsa corpora, veluti cum ab astringentibus coguntur, aut à frigidis densantur, aut ab arefacientibus marcescunt, ipsos quidem meatus in primis, iam vero & ipsas etiam cauernas constipabunt. Nam ora quidem meatuum nō solum constipantur, sed etiam penitus in huiuscemodi affectibus sæpenumero occæcantur. Sed & eius virtutis quæ contentiua appellatur motus immodicus, cum ora meatuum supra modum colligit & cohibet, constipationis est causa. Quemadmodū & excretiuæ virtutis motus immodicus nimium laxat: hoc idem sæpenumero faciunt & virtutis contentiuæ imbecillitas, & medicamen aliquod, aut aqua quæ aperiendi ora vim habeat, aut mollities immodica quæ ipsis accidit instrumentis, aut circunfusi aeris temperatura, quæ ad humiditatem & caliditatem immodicam vergit. Hę quidem sunt & meatibus & ipsis præterea cauernis talium affectuum causę. Atq; ex his intelligi potest quasnam ī corporibus similaribus cās esse velint hi, qui ex tumoribus atque meatibus eadem putant esse constructa. Sed cum tota ipsorum suppositio sit falsa, mihi superuacaneum visum est de ipsis priuatim facere mentionē. Quare ad id quod propositi nostri est institutum, reuertamur, ac reliquorum morborum causas assignemus, ab eo rursus genere quod ad formationem attinet exordientes. Superant aūt duo in eo modi, cum instrumenta

C aut præter naturam læuia fiunt, aut aspera. Exasperantur autem quæ prius erant læuia, & læuigantur quæ prius erant aspera: illa quidem ab acritudine humorum aut medicaminum absterſa, hæc vero à pingui humiditate aut lento humore irrigata. Præcipue vero in ossibus hæc euenire euidēter conspiciuntur, cum non recte à medicis curantur: sed aliquando ex humorū natura qui in animalium corporibus inueniuntur habent originē. Oculorum aūt & gutturis asperitates, nō ex his tantum, sed ex acribus vaporibus aut puluere vel fumo contingunt, sicuti (vt arbitror) & stomacho & ventriculo & intestinis à materia inutili quæ in ipso corpore gignitur, atque ex eorū quæ eduntur & bibuntur qualitate: inter quæ etiam venena connumerantur. Liquet autem ꝙ exasperantium causarum singulæ cum inualuerint, vlcerationem quidem aliquā aut corrosionem in partibus carnulentis afferunt, in ossibus vero cariem inducunt. Hæ quidem sunt primi generis ægritudinum, quod in formatione consistit, causæ.

De Causis Morborum in genere Numeri. CAP. 8.

ibidem.b SEcundi autem generis quod in numero consistit, Vbi quidem aliqua ex partibus defuerit naturalibus, aut sectio aut vitio aut putrefactio aut valida frigefactio præcessit. Et causę quidem frigefactionis prius sunt explicatæ. Putrescunt autem non nulla quidem à medicaminibus q̄ vim

D habent putrefaciendi, aut ab ijs quæ in ipsis animalibus oriuntur superfluitates: non nulla vero ob id quod minime transpirant. Causas etiam prohibitæ transpirationis præcedentes prius aperuimus. Vbi vero aliquid supercreuerit quod non sit è numero partium natura constantium, hæc quidem etiam ægritudo ad numerum partium spectabit: sed cum id quod superadditum fuerit, formam obtinuerit secundum naturam, optimæ materiæ abundantia erit in causa: at si præter naturam, erit & materiæ qualitas præter naturam. Atqui vires vtrobiq; validas esse oportebat, alioquin neque quod vtile erat, natura afformasset, neque quod vitiatum, excreuisset. Format autē in conceptibus, quādo aut sex digitos aut tale aliquid facit: in iam adultis autem, quando exulceratis particulis validas carnes superaluerit, aut ī oculis vnguem. Deponit autem id quod est inutile in his passionibus quas Græci ganglia, meliceridas, steatomata, atheromata appellant, ac in reliquis eiusdem generis affectibus.

De Causis Morborum in genere Magnitudinis. CAP. 9.

ibidem.e ET magnitudo quidem partium augetur ab optimæ materię multitudine, & à potentię robore. Imminuit autem à contrarijs causis, aut vbi sectione aliqua, aut exustione, vel putrefactione, vel immodica frigefactione quę interitum affert, aliqua instrumenti corrumpitur pars, adeo vt quę remanet, mutilata reddatur.

De Causis Morborum in genere Positionis. CAP. 10. E

QVæ vero in compositionis genere ægritudines fiunt, Nō nullæ quidem à repentinis ac vehementibus motibus præcedentibus ortum habent: Nō nullæ autem ab articulorum immodica humiditate, quæ ligamenta madefacit atq; laxat, totamq; dearticulationem ob lentitiam, lubricam reddit: Non nullis aūt ob id q cotylarū.i. cauitatum ossium, supercilia circūfrangūtur, aut quòd cotylæ ipsæ statim à principio supinæ incontinentesq; ac penitus in superficie factæ fuere, promptius artuū capita ex suis sedibus excidūt. Hęc igitur omnia exarticulationū cāę sunt. In his aūt ægritudinibus quę enterocelę & epiplocelę appellant, laxari magna ex parte, nō nūquā vero & abrumpi, eū meatū contingit, qui ab peritonæo ad testiculos pertingit: Sic quoque deinde ad ipsum meatum, aut ad tunicam quā Gręci erythroeidem appellant, aut omentum, aut aliquod labit intestinū. Mouent pręterea suis sedibus intestina, cum dissecto peritonęo deciderint. Et pulmonis quoq; fibra sæpius in vulneribus pectoris exit. Et tunica vuea vt plurimum relaxat, cū corneam nimium erodi contigerit. Vbi ēt visceris cuiuspiam fibra aliqua non nunq ob vehementiores casus aut compressiones complicet, hęc quoq; ęgritudo ad situs simul & figurę euariationem pertinebit, facta ob illas quas commemorauimus causas. Ad vicinas aūt partes cōicatio deprauat, cum aliqua non oportune coaluerint, aut cum aliquod appendiculū aut vinculū relaxat vel intendit vel abrumpitur. Neque in obscuro est ex quibus nam occasionibus horū singula eueniant. F

A.c.2. pri. par cā. 569. col. 4.

De Causis Solutionis Vnitatis. CAP. 11.

VNius vero adhuc generis ægritudinum quod commune omnibus existit partibus, siue similares ac omnino simplices siue compositę existant, causę sunt explicandę. Ego vero hoc vniuersum genus vnitatis solutionem appellare cōsueui, aut vnitatis corruptionem, aut cōtinuitatis solutionem, vel quomodolibet aliter, prout sperauerim sermonem auditoribus fore perspicuū. Neq; enim nomen aliquod ab ijs qui ante nos fuerūt, impositū accepimus, sicuti non nullas eius species proprijs designauere vocabulis: Fractionem quidem & cariem, cum in osse soluitur continuitas: Vlcus autē ac Vulnus, cum in carne hoc fit, appellātes. In ossibus aūt capitis, plures etiam sunt nūcupationes: Qualis enim est in reliquis ossibus fractio, ruptio vel ruptura vocatur. Quæ vero ab aliquo acuto occursante atq; abscindēte fit, icisio atq; dissectio appellat & sedes. Nomen aūt teredonis apud Græcos, quod cariem significat, vr quodammodo (vt apparet) e, litera superabundare: nam à tremate, id est foramine deriuatū esse credit, veluti tredon quædam idest foratio existens, quæ videlicet ab acutis humoribus erodentibus fit. Sub aliud aūt ab initio quidem cadit ægritudinis genus, & ossis asperitas potius q̃ caries nuncupat: maiori aūt foramine facto, et quodam veluti sinu apparēte, caries dicit. Et collisio quidem ex hoc genere existit, quę magna ex parte in partibus fit carnulentis, non nunquam vero & in ossibus capitis, in pueris præsertim: nā in se ipsum cedat oportet quicquid collidit: hoc aūt & molle esse expostulat ac non perfecte durū: quare aut ex carnosis partibus, aut ex tenera ossium natura existet, quæ duri ac validi corporis extrinsecus occursantis violentū sustinet impetū. Cū igit exterior superficies eius quod. ita patit corporis continuitatem seruauerit, multæ vero exiguæ diuisiones in profundo cōstiterint, collisio ac cōtusio vocat hoc ægritudinis genus: At, cum cauitas aliqua apparet, quam rei collisæ percussor impresserit, tūc illisio dicit. Necessarium est igitur omnino vt sub ipso ictu, in se ipsum impellatur & cauum fiat id quod collidit, alioqui enim non collideret: vt vero abeunte cā cauitatem retineat, non est necessarium, nam magna ex parte mollia omnia ad naturæ suę locum regrediunt, vbi percussor discesserit. Si vero non solū introcesserit capitis os, verū etiam ruptio aliqua in superficie exteriore fuerit adiuncta, tunc est ægritudo composita: neq; ei nomen aliquod inditum ab antiquis authoribus habemus: sed potius est oratione explicanda, q̃ nominibus extreme barbaris, quibus pleriq; iuuenes medici vti consueuerunt. Continuitatis vero solutio existit & ruptio & cōuulsio, altera carnosis partibus, altera neruosis, adueniens. Horum vero generationis est cā, repētinus quidam ac inæqualis vehemensq; motus, ac tum præcipue cum neq; perfricata neq; calefacta neq; ad æqualitatem ducta aut mollicię corpora, motibus exponunt. Diuellunt enim in hmōi affectibus plurimæ eorū partes. Atq;, vt summatim dicā, omniū huiusce generis ægritudinū causæ, nō nullæ quidē extrinsecus adueniunt, non nullæ aūt ex ipso corpore ortū habent. Atque extrinsecę quidem sunt ea omnia, quæ vulnerare ac collidere apta sunt: Ex ipso aūt corpore causæ sunt immodici quidam ac sine ordine motus animalis, & non nulla humorum vitia quæ corrodendi vim habēt. Tales quidem sunt causæ ægritudinis omnibus partibus cōmunis, primis scilicet atque simplicibus quæ similares appellantur, atque ijs quę ex illis componuntur, quę & instrumenta & instrumentarię dicūtur. Compositarū vero ęgritudinum causas non est admodum inuenire difficile, cum ex his quas commemorauimus componantur. Quare si quis hoc desiderio tenetur, potest sibi hanc parare facultatem. Nunc aūt est tempus vt huic sermoni finem faciamus, ac de accidentium differentia deinceps disseramus.

A.l.1.f.1.d.1.c 2.f

G

H

A.ibidem.f

Galeni

GALENI DE SYMPTOMATVM DIFFERENTIIS LIBER VNVS

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Ad quæ Capita Differentiæ omnes Symptomatum Reducendæ ſint.

Quid Sanitas, quid Morbus, Affectus, Pathos, Cauſa per ſe & per accidens, & Symptoma. CAP. I.

Vi nam & quot numero morbi in vniuerſum ſint, tã ſimplices quàm compoſiti, generatim membratimq; diuidentibus, quot item cuiuſque generandi ſint cauſæ, alijs commentarijs prodidimus. Reliquum eſt de ſymptomatis diſſerere, quò de affectibus omnibus qui præter naturam ſunt, omnis nobis abſoluat diſceptatio. Omnis igit corporis affectus
C qui à naturali ſtatu receſſit, vel morbus eſt, vel morbi cauſa, vel morbi ſymptoma, quod et epigennema quibuſdam medicis nominare in vſu eſt: verum non admodum id vocabulum Græcis vſurpatũ eſt, ſed ſymptoma & pathema & pathos omnia id genus nominare ſolẽt. Sanè nõ idem oĩno ſignificat per iam dicta nomina, ſed ſicuti ipſe diſtinguã, de
1.ſ.1.d.1.c.8 d omnibus deinceps quæ propinqua inter ſe ſunt, ad hunc modum diſſerens. Ergo dictũ eſt morbum eſſe corporis ſtatum quendam præter naturam, à quo functio læditur primum. Conſtat aũt, & ſi eum eſſe affectum quendam præter naturam dixerimus à quo actio læditur, idem dicturos: ſi quidem omne quod eſt, ſiue id ſanum ſit, ſiue ægrum, ſiue neutrum, quodammodo afficitur. Ab διακεῖσθαι vero. i. affici, διάθεσις. i. affectus nomen quodammodo eſt ortum, atque in hunc vſum non ab antiquis modo philoſophis, ſed etiam alijs Græcis tractum. Et affectus quidem tum eorũ qui ſani, tum qui ægri ſunt, tum neutro modo ſe habentium omniũ, eſt commune: etenim & cantus & harmoniæ & orationis & dictionis affectio quædam eſſe videtur: morbus autem ſanitati contrarium. Diſſidet autem ab vtriſque (veluti Plato ipſe definiens prodidit) quod grece pathos & pathema dicitur, latine paſſionem appelles: quicquid enim patit quis, pathos ſiue paſſio eſt ap
D pellandum. Eoq; arbitror ſenſuum quoque alterationes, pathemata ſiue paſſiones appellauit. In viſu quidem eas quæ ab albo, nigro, flauo, & ceteris coloribus fiunt: In tactu, quę à calido, frigido, humido, ſicco, molli, duro, cęteriſq; id genus: Ad eundem modum & in ſingulis reliquorum ſenſuum. Nominat autem is & voluptatem paſſionem, omnemq; in ſumma motum, quicunq; ab altero fiat in alterum: quippe agentis motus actio eſt: eius vero quod ab eo eſt quodam modo affectum, paſſio: in ſummaq; ipſum affici, idem quodammodo quod pati eſt. Differtq; paſſio ab affectu affectione ue, motu. Quippe ceſſante eo quod alterabat, alteratio quæ in paſſo iam remanet, affectus eius eſt: ita ſcilicet vt in ipſo verti & mutari & alterari & moueri, paſſio generationem habeat: in eo vero quod manet, & in ſubiecto corpore reſeruatur, affectus conſtat. Iam ipſum quoq; permanentem affectum Græci paſſionem nominant, veluti etiam quod iam fecit, nec etiamnum facit, cauſam. Quanquam neque hoc abſoluto ſermone cauſa eſt, nec affectus qui manet, abſoluto ſermone paſſio: ſed exacte loquenti, affectus paſſio eſt iam facta, nõ autem quæ adhuc fit. Quòd autem Græci ſic nominare conſueuere, in libro de medicis nominibus à nobis eſt monſtratum. Cuius memores, id agamus, vt (quod à nobis ſemper eſt dictum) de nominibus quàm primum inter nos conueniat, ad res autem ipſas properemus, in ijsq; moremur. Verum pleriqué eorum qui ſibi doctrinam vindicant, contra faciunt: litigando enim de nominibus totam vitam conterunt.

quare ad finem artis attingere nunquam possunt. Quid'nam igitur est agendum ei qui verita- E tis est studiosus? Nempe res ipsas quæ inter se natura sunt similes, eoq; minus aduertuntur, ostendere: Dein nomina ijs imponere, potissimum quidem si potis est, quæ maxime sint in vsu: sin hæc non nouit, apta fingere: Ante omnia vero singulis rebus singula nomina, ne qua in sermone vel obscuritas ex homonymia nascatur indeq; sophismata oriantur, vel res vlla omittatur: Illud vero recte'ne an non recte, & proprie an improprie, nomen sit positum, per longius ocium æstimare, cum res ipsas iam intellexerimus: quippe in harum cognitione successus operis consistit, non in nominibus. Ac nos quidem, sicuti dixi, tum consueta vulgo nomina rebus imponimus, tum res quæ inter se sunt vicinæ, distinguimus: cæteris nominare quidem sicuti libet permittimus, rem aliquam indefinitam relinquere non permittimus. In his nanque ipsis quę proposita nunc sunt, quoniam id quod in ipsa corporis conuersione & mutatione & qualicunque alteratione consistit, diuersum est ab eo quod iam factum est & subsistit: eius autem quod factum est, aliud naturalem actionem efficit, aliud eam lædit: Quod in ipso (vt sic loquar) fieri essentiam habet, actionem passionem'ue nominauimus: Quod in permanentia ad aliquod tempus, sanitatem morbum'ue. Passionem vero ab actione discreuimus, tanquam quod fit ab eo quod facit: Sicuti morbum à sanitate, veluti id quod præter naturam est, ab eo quod secũdum naturam. Rursus igi F tur integris horum orationibus positis, deinceps quæ reliqua sunt persequamur. Sanitas est secũdum naturam affectio, functionis effectrix. Nec interest, sicuti diximus, an affectum statum'ue qui actionem efficiat, dicas, an actionis causam: Simili modo nec si illud secũdũ naturam auferes, quicquam referet, adsignificatur enim in reliqua oratione. Ita sane & Morbus, status corporis est extra naturam, vitiatæ actionis causa. Vel breuius ad hũc modum, Morbus est affectus præter naturam qui actionem impedit: Passio, motus in materia qui fit ab agente: ipse vero agẽtis motus Actio: Quod autem ex sua natura ei quod fit partem aliquam generationis confert, causa ipsius dicitur. Porro huius multa sunt genera, nam & materia & vtilitas & scopus & instrumentũ & vnde motus initium: singula enim horum, ei quod fit, perfectionis aliquid conferunt. Quæ vero nihil conferunt, sed tamen ab ijs quæ conferunt seiungi non possunt, hæc eius quod sine quo non, rationem obtinent. Sane hæc cum ita se habeant, fieri subinde potest, vt causarum quæ se deinceps excipiant, series quædam existat: non aliter quàm si calculis aliquot deinceps positis, primum eorũ moueat quis, ac primus secundum, & ille tertium, atque ita deinceps vnusquisque eum qui sibi succedat. In talibus autem omnibus nisi quis id quod per se facit, ab eo quod ex accidenti facere dicitur distinguat, plurimi absurdissimiq; errores in disputatione contingent. Significat autem Per G se, idem quod primum, tametsi atticizantium quidam non ita particulam vsurpent: Ex accidenti vero, idem quod secundo loco. Igitur qui primo calculo digitum admouet, primum quidem hunc mouet: ex accidenti vero ac secundo loco eum qui illi succedit, atque ad eum iam modum reliquos omnes. Pari modo primus quoque secundum quidem mouet per se, ex accidenti vero tertium, & qui reliqui ab hoc habentur. Iam secundus ipse pro eadem ratione, primo siue per se mouet tertium, secundo loco quartum & quintum, & si qui sunt deinceps. Quòd si diligentius adhuc distinguere libet (quippe ad exquisitiorem rei notitiam sic præstat) quisque calculus eum qui sibi deinceps habetur, primum mouet, secundo eum qui post hunc, & tertio adhuc eum qui post illum, & quarto eum qui huic est deinceps. His ita se habentibus ac definitis, quoniam morbus affectus quidam est præter naturam qui actioni incommodet: morbum autem ipsum præcedere potest affectus alter, qui etiam præter naturam sit, non tamen secundum suam ipsius finitionem actionem labefactet, sed morbi interuentu: talem affectum non morbum, sed causam quæ morbum pręcedat appellauimus. Quo in loco diligenter animum ad eos aduertamus oportet, qui illum quoque affectum lædendæ actionis causam dicunt: Non enim per se aut primum, sed ex accidenti & secundo, impediri offendiq; per eum actionem dicemus: a morbo vero ipso primum, H & secundum ipsius substantiæ rationem. Itaque cum dicitur, morbus est corporis affectus qui actionem impediat, ijs qui statim subaudiunt quòd primum & ex se ipso id facit, sufficiens est definitio: Si qui vero vel minus dextere vel contentiosius inaudiunt, ijs adijciendum in oratione est, primum, quo talis sit finitio: Morbus est affectus corporis, actionem aliquam impediens primum. Quotquot igitur affectus hunc præcedunt, ij morbi non sunt. Quòd si vlli alij cum his affectus incidunt, qui ipsos veluti vmbræ sequantur, nec hos morbos vocabimus, sed symptomata. Ita non statim quicquid est in corpore præter naturam, morbũ vocabimus: sed id Quod primum actionem vitiat, morbum: Quod hũc pręcedit, morbi causam, non dum autem morbum. Quòd si "quis alius affectus in corpore morbum sequitur, is symptoma duntaxat dicetur. Quin etiam A.l.1.f.1.c. actionis ipsius lęsio, symptoma animalis est: Quicquid nanque animali pręter naturam accidit, c.1.28.d Symptoma est. Ac nominũ quidem vsus apud Grecos ita se habet: Quę tamen mutare, dummodo res ipsę (sicut predictum est) maneant immotæ, ei qui volet licebit: Verbi gratia, si cui non placet symptoma vocasse, sed epigennema, quasi superueniens vel supergenitum: Symptoma enim esse, quicquid pręter naturam animali accidit: Epigennema vero non omne sed quod solos morbos necessario sequitur. Verum nos (sicuti dixi) omnem alterationem quę adhuc fiat,

passionem

A passionem: omnia vero quæ in corpore præter naturam subsistunt, nominauimus symptomata. Accidetq; aliquoties eandem rem & passionem & symptoma nominari, quod scilicet vtriusque significatum (quanquam secundum aliam atq; aliam rationem) illi insit. Verbi gratia, ipsum tremere, pati est, propterea q tum alterari tum moueri particulam aliter, quàm pro suæ & naturalis actionis ratione, contingit. Præterea tremor, passio, propterea quod talis motus alteratio est. Idem etiam tremor symptoma est, propterea q motus est præter naturam. Quod si alteratio solum esset, qualis in videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendoq; intelligit, passio tm̃ nominaret, nõ etiam symptoma: Symptomatis enim id proprium est, vt sit præter naturam. Quo fit, vt in formis omnibus quæ à naturali statu immutant, consistat: siquidem in figuris naturalibus, & coloribus, & magnitudinibus, & actionibus, & passionibus, vbi corrumpunt, existit. Estq; hæc eius maxime propria finitio, mutatio à naturali statu. Quid igitur? nũ & morbus mutatio naturalis est status? an non absolute mutatio, sed mutatio quædam: symptoma vero absolute mutatio est? Quippe naturali in affectibus statu mutato, actionemq; lædente, morbus existit: duoq; hæc quo morbus sit omnino exigunt, vt in genere sit affectus, & functionem lædat: Quorũ neutrũ symptomati necessario adest: quippe quod, licet neque affectus sit, nec actionem aliquam lædat, tamen eo solo q
B præter naturam sit, abunde definiet. Atq; à morbo quidem ea ratione differt: A passione vero, q hæc omnino sit in motu, interim vero & secundũ naturam: Symptoma non solum in motu, sed ẽt in habitu quodam & permanentia, omnino autem præter naturam. Erit igit Passio, alteratio motus'ue circa materiam, adhuc (vt sic loquar) fiens: Affectus vero post manens: Symptoma, omne quod animali præter naturam, incidit. Qua ratione morbus quoq; sub generali symptomatis appellatione veniet: est enim is quoque ad quendam modum symptoma. Quin etiam præcedentes morbum in corpore animalis causæ, sub generali symptomatis notione cadunt.

Trifariam esse Symptomata: ac Quæ Proprie ita appellentur. CAP. 2.

AC de ijs quidem iam dictum est: De proprie vero dictis symptomatis, i hoc opere disputare paramus. Est porro horũ triplex differẽtia: Alia nãq; ipsius corporis nostri sunt affectus: Alia functionum offensæ: Alia hæc ambo comitãtia, idq; tum in excrementorum excessu eorum, quæ excernuntur & retinent, tum in ijs qui in ipso animali æduntur sonitibus, tum etiam in reliquis quæ sensibiles sunt differentijs omnibus. Sub læsionis autem siue offensæ nomine, nunc priuatio quoque mihi inaudiatur. Non enim difficultas modo motus quam Græci dyscinesian vo-
C cant, neque difficultas sensus quam dysæsthesian appellant, vitia quædam actionum sunt, sed etiam immobilitas & insensibilitas. Ad eundem modum nec dyspepsia. i. mala concoctio solũ, sed etiam apepsia. i. cruditas. Atq; hæc quidem genera symptomatũ sunt, in quibus æstimandæ sunt membratim differentię: quarum singulas prosequi sermone deinceps conueniet: Illo primum admonito, quod in libro de morborum differentijs diximus, nempe qui sanitatem nõ esse affectum corporis, vnde actio proficiscatur, sed ipsas actiones putarunt, hos vtiq; quam nos nunc doctrinã in symptomatis de actionum læsione tradimus, in morborum esse doctrina tradituros. Constatq; à nobis si modo nihil in ipsis rebus errabunt, de solis nominibus esse dissensuros. Oriuntur aũt (vt sæpe dictum est) huiuscemodi doctrinarum errores ex omittenda quapiam differentia. Itaq; si differentias omnes percensentes, non esse eas symptomatum sed morborũ dicant, in nomine tm̃, nõ re, à nobis dissentient. Ergo dicendę differentiæ nobis iam sunt, disputatione ad principium reuocata. Qm̃ Symptoma generatim quidem appellatur quicquid animali pręter naturam cõtigit, ita vt tum morbi ipsi, tum morborum causæ quæ scilicet intra corpus subsistunt, non quæ extra habẽtur, symptomata sint: Altera vero significatione ac veluti magis propria, detractis tum morbis tũ eorum causis, reliqua omnia quę præter naturam sunt, symptomata nominantur. De quibus nũc
D agere nobis est propositum.

De Symptomatis Actionis Animalis. CAP. 3.

ERgo repetita iam eorum triplici natura, deinceps omnia diuidemus, ab actionum læsione auspicati. Hæc ergo diuidenda est primum in duo genera, propterea nimirum quod actionum ipsarum duæ sunt primæ differentię, alterę animę, alterę naturę: Itaque etiam appellantur, illę quidem animales, hę naturales. Rursus igitur animales primum diuidentes, in sensibiles, motiuas, & tertias hegemonicas id est rectrices (neque enim incommodum est ita clarioris doctrinę causa eas nominasse) iterum earum quanque in suas differentias diducamus. Sensibilis igitur animæ functio, quinque in totum habet differentias, visiuas, olfactorias, gustatorias, auditorias, & tactorias. Motiua vero actio, continuatum sibi instrumentum vnum habet, motionisq; eius rationem vnam (demonstratum enim id est in libris de musculorum motu) variatur autem in particularibus instrumentis, ita vt varias habere species videatur. Reliqua animalis actio quæ a rectrice parte procedit, in imaginatricem, ratiocinatricem, & recordatricem diducitur. Ergo etiam noxę omnium sentiendi actionum, communes quidem insensibilitas, & disæsthesia id est sensus vitiosus sunt: voco autem nunc sensum vitiosum omnem, qui perperam obitus est, sensum: In parte vero quę in quoque sunt sensu, In oculis quidem cęcitates, & visus obscuritates, & deprauationes

Margin notes: ..1. pri. part. ..569. col. 4. g; ..1. f. 1. d. 1. c. ..7. e; ..m.

quaſdam: In auribus ſurditates, & auditus grauitates, & obauditiones quaſdam: Simili modo in E
lingua, naſo, & tactu, tametſi propria nomina ſortita non ſunt, tamen reſpondentia prædictis ad proportionem habentur: quando vel prorſus non ſentiunt propria ſenſibilia, vel cum vitio ſentiunt: Eritq; illud Cū vitio duplex, alterum diminute, alterum deprauate. Porrò tactus egregiū præter cæteros ſenſus in actione ſua ſymptoma, poſſidet dolorem: qui etiam reliquis ſenſibus ſed tamen ab externis proprijs ſenſibilibus incidit: Huic vero non ſolum ab externis, ſed etiam multo magis ab affectibus qui intra corpus conſiſtunt: isq; ſubinde tam vehemens, vt non nulli cruciatu victi, ſibi ipſis mortem conſciſcant. Ac ſentiūt quidem & oculi ex lucis ſplendore dolorem quendam: & aures ex magno quopiam & aſpero ſono: Sic in guſtu quoque & odoratu alij tales incidunt dolores, à proprio ſcilicet ſenſibili vnoquoque ſenſu male affecto: Maximi vero dolores tactus ſenſui contingunt. Quippe, qui ex aurium phlegmone alio ue affectu vehementer nos angunt, ij proprij auditus dolores nō ſunt, ſed tactus: Eſt enim is ſenſus omnium ſenſoriorum communis, reliqui quatuor ſui quiſque ſolius. Ad eundem modum in oculis non raro dolores immodici vrgent, tangendi ſcilicet in his ſenſu contriſtato: Non minus etiam in dentibus & craſſo inteſtino. Iam pruritus quoque ex hoc genere ſymptomatum eſt. Non eſt igitur quòd per quodq; membrum proprium nomen quæras, qualia ſunt cephalalgia id eſt capitis dolor, & cardialgia F
id eſt cordis dolor, & otalgia id eſt aurium dolor, non enim inuenies poſitum: ſed oratione omnia talia explicaſſe contentus eris, veſicæ & renum & lienis dolores, item genuum & pedis cæterorumq; ad ſimilem modum dolores appellans. Ac talia quidem & tot numero ſenſibiliū actionum ſunt ſymptomata. Ad hæc etiam duo egregia, ſopor & peruigilium circa primum ſenſorium, quod omnium ſenſuum eſt commune, conſiſtunt. At motiuarum actionum prima ſymptomata ſunt immobilitas & vitioſa mobilitas: Huius autem alius diminutus infirmusq; motus eſt, alius prauus: Praui autem, alius tremulus, alius conuulſiuus, alius palpitans, alius vibrans. Horum ſymptomatum aliqua vbi in toto corpore conſtiterunt, diuerſam appellationem ſunt ſortita, veluti emproſthotonus & opiſthotonus & tetanus. Quòd ſi totius corporis non ſolum conuulſio ſit, ſed etiam rectricis partis actionum cohibitio, epilepſia dicitur: Sicut apoplexia cum eſt totius corporis reſolutio, vnà cum rectricis partis functionibus cohibitis. Atque hæ quidem motiuarum actionum ſunt læſiones: Quarum ſi quæ proprium præter cætera nomen non habet, non eſt quòd quiſquam eius occaſione deceptus, aliquod ſymptoma præteritum à nobis putet, veluti nec vel apnœan & diſpnœan, vel iſchurian & dyſurian, vel aphonian & dyſphoniā. Sed ipſi medico omnia talia in quaque animali actione ſunt exploranda: Non minus etiam cuiuſque G
eorum differentiæ: Verbi gratia, cum dyſpnœa vnum ſit animalis operis nempe reſpirationis ſymptoma, quot ſint in vniuerſum eius differentiæ, quemadmodum in libris de dyſpnœa eſt indicatum: Aut cacophoniæ, quot item membratim habeantur differentiæ, veluti in ijs quę de voce ſcripſimus eſt traditum. Sanè non raro dubitauerit quiſpiam, cuius generis ſymptoma ſit, veluti de pandiculatione, & oſcitatione, ſternutationeq;, & tuſſi accidit. Verum de eiuſmodi omnibus proximo libro, qui de ſymptomatum cauſis aget, diſſeretur. Proximum eſt, vt rectricis actionis offenſas narremus, ac primum imaginatricis. Eſt igitur huius quoque alia veluti paralyſis ſiue reſolutio quædam, quam Græci caron & catalepſin nominant: Alia veluti prauus quidā erransq; motus, quod vtique paraphroſynen ſeu delirium vocant: Alia veluti deficiens & imbecillus, qualis in comatis & lethargis cernitur. Quin etiam ratiocinatricis functionis quæ veluti paralyſis eſt, anœa ſiue amentia dicitur: Quæ veluti deficiens motio eſt, moria & moroſis ſiue fatuitas: Quæ veluti errans eſt, delirium appellatur: plerunque enim in vtriſque ſimul delirium cōſiſtit, tum parum probè imaginando, tum parum apte ratiocinando: eſt autem aliquando in altero duntaxat: Quod genus Theophilo medico ægrotanti contigit, cui reliqua quidem prudentia ſupererat & diſputandi & præſentes exacte noſcendi, cæterum tibicines quoſdam angulū domus H
vbi decumbebat occupaſſe, aſſidueq; ſonare tum pulſare putabat: atque hos ſe intueri rebat, partim illic ſtantes, partim ſedentes, adeoq; ſine intermiſſione ſonantes, vt neque nocte neque die vſquam vel minimum tempus quieſcerent: exclamare igitur non ceſſabat, ac iubere vt domo eijcerentur. Atque hæc illi erat delirij ratio. Idem, poſtquam planè conualuit à morboq; euaſit, tum reliqua omnia quæ ingredientium quiſque dixiſſet feciſſet'ue narrabat, tum imaginationis de tibicinum tędio meminerat. Quibuſdam vero nulla aliena imaginatio viſitur, ſed perperam ratiocinantur, ratiocinatrice animę parte ijs affecta: Veluti phrenitico contigit qui fores ſibi intrinſecus occluſit, ac ſingula vaſa per feneſtram promens, accedentes rogabat, num proijcere iuberēt. Hic enim ſingula vaſa rectiſſime nominabat: in quo ſe manifeſte declarabat, nec in imaginatione circa ea læſum eſſe, nec in nominum memoria. Quid igitur ſibi vult, ꝙ ab alto omnia proiecit ac perfregit? hoc ſcilicet intelligere non poterat, ſed opere ipſo delirare ſe declarabat. Quòd autem & circa memoratricem animæ partem ſymptomata eueniant, non ægrotantibus modo, ſed ijs etiam qui ægrotare deſierunt, id didiciſſe de Thucydide licet: qui non nullos qui à magna illa Athenis peſte conualuiſſent, eatenus omnium quæ præceſſiſſent oblitos prodit, vt nō ſolum propinquos ſed etiam ſe ipſos ignorarent.

De

A *De Symptomatis Functionis Naturalis.* CAP. 4.

A.t.2. pri. part. cā.569.col.4.g

QVoniam autem quæ rectrici animæ parti symptomata incidunt, dicta iam sunt, tempestiuum est vt ad alterum actionum genus, quas naturales vocant, trãseamus. Fuerint igitur & in harum singulis, vel nõ obitis, vel male obitis, symptomata. In appetitu quidem, tum inappetentia, tum difficilis appetentia, tum immodica cibi appetentia. In concoctione, cruditas, & concoquẽdi tarditas, & eiusdem operis prauitas. Pari modo in digestione, & sanguinis generatione, vel non peracta, vel non rite peracta, symptomata incidunt: Cuius generis symptomatum, & hydropum vitia sunt. Iam in nutriendi actione atrophię quędã & tabes, frustrationes eius sunt. Leucę vero & ophiasis & alopecia & quicquid eiusmodi symptomatũ genus habetur, à vitiosa nutritione prouenit. At asphyxiæ id est pulsuum priuationes, & cacosphyxiæ id est pulsus vitiosi, circa pulsuum actionem sunt symptomata. In excrementorum quoque separatione, vel omnino non peracta, vel non rite peracta, symptomata fiunt, aliqua nomine proprio vacantia, veluti quæ circa nigram bilem eueniunt: alia vulgo nominata, veluti icteros, siue regius morbus.

Methodus vero hîc quoque omnium inuentionis est, naturalium facultatum cognitio. Eas in libris quos de ijs prodidimus, quatuor esse in quaq; corporis particula indicauimus, Attractricem, B Retentricem, Alteratricem, & Excretricem. Erit igit in harum vnaquaque duplex symptoma: alterum non rite obitæ actionis, alterum prorsus non obitæ. Quare in quoque naturali instrumẽto, octo incident in vniuersum symptomata. Ergo si cui ex dissectionibus exploratus est particularũ animalis numerus, hic breui immo vero facile ex sese omnem symptomatum multitudinem inueniet. Quippe quæ naturæ tantum sunt instrumenta, octo solum symptomatis laborabũt: Quę vero sunt animæ, tum istis, tum his amplius alijs duobus. Monstratum enim paulò suprà est, cuiusq; animalium actionum duplex esse symptomatum genus, vel prorsus non peractarum, vel parum rite actarum. Dictum præterea est hoc, Non rite, duplex esse, aliud veluti ex defectu proueniens, aliud (vt sic dicam) ex vitio siue errore. Ita vtiq; vt si non duo tantum in quaque actione & facultate symptomata esse dicas, sed tria, alterum scilicet priorum duorũ in duo secans, duodecim quidem in quoque naturali instrumento symptomata inuenienda sunt: quindecim vero in ijs q̃ animæ subseruiunt. Porrò prior diuisio, quæ in duas facta est differentias, octo quidem naturalium, decem animalium actionum efficit. Si quod vero instrumentum duplici ratione animale sit, vt tũ sensus simul particeps sit, tum motiuum, huic ex secunda diuisione decem & octo symptomata incident, ex priore duodecim. Mõstrato igitur quod dicimus in vna alteràue particula, quod nos in C ijs, id in omnibus facere censemus eum, qui numerare symptomata studebit, minime quidem nominibus attentũ (neq; enim vbiq; vsitatas appellationes inueniet) sed ipsam rerum naturam spectantem. Est igit ventriculus concoctionis instrumentũ, quod trahit in se, vti ostendimus, conueniens nutrimentũ: excernit aũt quicquid est alienũ: præterea quod attraxit, id retinet: & quod retinet, alterat. Cũ igit vel omnino non trahere vel vitiose trahere illi contingit, duo mihi symptomata circa tractricem potẽtiam intellige. Scindeq; alterũ rursum in duo, nempe Quod vitiose, oratione saltem quatenus vtique licet (tametsi nominibus clare non possis, quòd scilicet his nullũ impositum nomen est) interpretari conatus. Verbi gratia, ꝙ etiam illud, Non rite, aliud veluti imbecillum est, aliud veluti vitiosum: Imbecillum quidem, quod vix & ægre & longo tempore fit: Vitiosum, quod veluti cum palpitando, tremendo, vel conuellendo, vel vibrando agitur. In alteratrice vero, ventriculi facultate, Aliud est vbi omnino alteratio non fit, cum scilicet quales assumpti cibi sunt, tales in omni qualitate manẽt: Aliud vbi imbecilliter, quod propriũ nomen græce bradypepsian habet: Aliud vbi vitiosa est alteratio, cum in alienam qualitatem cibi mutantur. Quare tria in totum symptomata circa vnam actionem frustratam habentur. Vocatur aũt ipsa actio, concoctio: ea est ciborum in conuenientem animali qualitatem alteratio. Bradypepsia vero siue con D coctionis tarditas, mutatio in eam qualitatem est, sed ægre & spatio longiore. Alterationem autẽ in alteram qualitatem non tamen in eam quæ secundum naturam est, apepsian nominant: Priuatio quoq; eius actionis æquiuoce cum ea nominatur: Quanquam vtiq; clarius fuerat, hanc solam apepsian nominasse: illam vero vitiosè factam, dyspepsian: sicut imbecillam alterationem, bradypepsian. Cæterum vt Plato testatus est, veteres cum plurimas rerum ignorarent, alias omnino nõ nominarunt, alias non rectè. Non est igitur quòd nomina nobis imponant, sed inspicienda nobis est ipsa rerum substantia. Quod si fiet, inueniemus retentricis quoque facultatis actionem Secundum naturam se habere, cum tempus complectendi cibi cum tempore concoquendi exæquat, ac cibos vndiq; prorsus constringit: Priuationem vero omnimodam eius actionis, cum prorsus nõ complectitur: accidit autem id in lienterijs, siue in intestinorum læuitate: Imbecillitatem vero, cũ vel non probe vndique amplectitur, vel non vsque ad consummatam concoctionem, vel cũ ambo hæc simul incidunt. Cum enim retentricis & complectẽtis facultatis agẽdi probitas in his duobus constitit, vt tum nullum locum relinqueret inter ventrem & cibos vacuum, tum complectendi tempus cum concoquendi tempore exæquaret, vel altero tantum non probè actionem obibit, vel vtroque: Symptomataq; cõsequentur, Imbecillo quidem complexui, fluctuationes cũ sonitu,

quas Græci clydonas vocant,& flatulentiæ: Iniusto aũt complectendi tempori, excretio celeris & E
ciborum in inferiore ventre corruptela. Hoc loco illud aduertendum censeo,quòd alteri sympto-
mati alterum non nunquã succedit. Quippe imbecillum complexũ,modo clydones excipiũt,mo-
do flatulentiæ: Iniustum vero complectendi tempus,omnino diminuta concoctio: deinceps ve-
ro vel celer ciborum exitus,vel eorum in ventre corruptela. Ac celeris quidem exitus inseparabi-
lia symptomata sunt deiectionis humiditas,& digestio in corpus diminuta: Corruptelæ aũt in al-
ui quidem deiectionibus graueolentia necessario, non necessario aũt mordicationes aut inflatio-
nes: sed interim neutrũ eorũ,interim alterũ,interim vtrunq;. Cur aũt tũ in istis,tũ in ijs quæ prius
sunt dicta,quædam necessario sequanť,quædã nõ necessario,proximo libro in quo de symptoma
tũ causis agemus,docebiť. In præsentia vero ad reliquam retentricis facultatis symptomatum dif-
ferentiã est transeundum. Cũ igiť circũ cibos venter se constringit,cæterũ cũ palpitatione quadã,
vel tanq̃ conuulsione & tremore & vibratu,eiusmodi constrictionis opus vitiosum fuerit. Ac pal
pitationem quidẽ ventris clare sentimus, itemq; conuulsionẽ (singultũ.n.hoc symptoma nomi-
nant) noxã vero eius quæ velut tremor fit, non clare. Cæterum si ijs quæ dicemus animo eris at-
tentus,id quoq; non magno negotio deprehendes. Ergo vbi à comedendo, nec clydon aliquis,si
ue fluctuatio cũ sonitu te infestat,nec inflatio,nec palpitatio vlla,nec singultus,sed difficultas aliàs F
insueta in ventre sentiť,& veluti grauaťis,ac laborat,† ac magis desiderat grauitatẽ infra deponi q̃
sursum ferri : ⟩ accedit præterea ructus quispiam,tũ displicentia quædam aliena † nec facilè inter-
pretabilis ⟩ in anhelitu adsequiť: existimabis ventriculũ circa cibos constringi quidem , cæterum
id veluti cũ tremore fieri. At qui veluti vibrans motus est,in concutiẽtibus rigoribus maxime est
conspicuus,omnes animalis particulas occupans. Ac de his quidem fusius in libris qui hũc sequũ
tur agemus. In præsens ad quartã ventris facultatẽ excretricẽ propultricemq; veniendũ: Cuius
quod quidẽ veluti priuatio est,in ilei quibusdã generibus cerniť: Imbecillitas vero subinde in tar-
dis excrementorũ deiectionibus incidit: Qui aũt eius veluti vitiosus motus est,tũ incidit, cum vel
prius q̃ absoluta cõcoctio est,ad actionẽ proruit: vel absoluta ea cessat ac tardat: vel vna cũ aliquo
iã dictorũ symptomatũ fit,aliter'ue quouis modo inæqualiter: vel tanq̃ impos sui venter in cibos
irruit,minime tẽperato moderato'ue motu vtens, exẽplo eorũ qui in decliui currunt,nec sistere se
valent. Ac vẽtris quidem,vt instrumentum concoctionis est, dicta symptomata sunt: Vt autem
tum nutriri postulat,tum quod nutriat,non solum trahit,sed etiam eatenus retinet, quousque alte
rauerit & superuacaneum excreuerit,alium parem symptomatum numerum ceu similare corpus
sortieť. Fortasse igiť præstiterit omnia quę circa nutritoriam actionem symptomata incidũt per- G
currere,& quæ ventris corpori,& quæ cæteris particulis omnibus, insunt communia: quippe cla
rior ita legentibus disputatio fiet,illustriusq; docebit quod paulo supra est dictũ, Symptoma sym
ptomatis causam esse. Atrophian enim,cum vnum symptoma sit,siue ea in toto fiat animali, siue
in vna eius particula,multa præcedunt symptomata. Cum enim quod probè nutriendum est, &
trahere ad se conueniens nutrimentum debeat: & id,quoad tum alterauerit tum assimilauerit,reti
nere: præterea quod superuacuum est pellere,est autem id Duplex genere, aut enim quantitate su
peruacaneum est aut qualitate: necesse omnino est particulã quæ atrophia laborat,vel vnius præ-
dictorum alicuius occasione id pati,vel plurium. Nam siue diminute trahat,quod nutriat,siue nõ
trahat,siue perperam trahat,atrophia particulam consumet: Siue id quidem quod nutriet,& quã
tum & quale esse oportet suppeditať,cæterum symptoma aliquod in retentrice facultate incidet si-
mile ijs quæ in ventre sunt dicta,atrophia tentabitur sic quoque. Quòd si hæ facultates legitima
fungantur actione,excretrix autem vis erret,plus scilicet quàm opus est vacuans, sic quoque gra-
cilis nutrimentoq; parum fruens, particula reddetur. Iam alteratricis virtutis symptoma, quod
veluti priuatio est (eam autem apepsian siue cruditatem vocari diximus) liquido patet,ꝙ particu-
lam gracilem efficiet. Quod vero eius veluti imbecillitas quædam est , quam bradypepsian voca- H
mus,spatio quidem longiore,sed tamen luculenter ipsum quoque aliquando gracilitatẽ inducet.
Tertium vero symptoma,quod dyspepsiæ est simile,nõ gracilem modo nutritionis desiderio, sed
etiàm aliena specie particulam reddet,veluti in vocatis leucis & elephantiasi cernitur. Sanè aduer
tere hoc in loco animum,ac discernere conueniet, vtrum'ne succo aliquo affluente, an solidis ipsis
ita affectis,mutatus color fit. Quippe si ex affluente est mutatus succo, alterius generis symptoma
est, nec alteratricis facultatis error: Si autem tota particula per totam,qualem esse oporteat, talis
non sit,alteratricis in eo virtutis id vitium est. Fit enim & in arquatis naturalis coloris mutatio,sed
ea,nisi alteratricis venarum virtutis vitium aliquando est, separatricis actionis est symptoma. Vi-
tiosus autem in singulis priuatim particulis color , si modo ex succo aliquo extrinsecus affluente
non proueniat, ex alteratricis & concoctricis virtutis quam in se habent, vitiosa functione ori-
tur. Ergo hanc atrophian, cum cacotrophia quædam id est vitiosa nutritio dicenda potius sit, à
præsenti disputatione eximamus: Ad eam vero quæ nutritionis omnino est priuatio reuersi,illud
admoneamus , tum ipsam symptoma esse, tum symptomatis aliàs alijs, quæ vel in attractrice, vel
retentrice, vel segregatrice, vel alteratrice facultate incidunt, superuenire. Omnium vero ho-
rum

† Cop⁹ ita hũc locũ vertit. cupitq; celeriter onus vel per īfernas vel per supnas partes abijcere. quem sensum & Leonicenus habet. Linacrius vero loco ipsius βᾶττον, legisse μᾶλλον.

† Al. δύσφορος .i. nec facile tolerabilis.

** *Hæ duæ voces non sunt in græcis codicibus nec in vllo alio iterprete.*

A rum symptomatum, morbi sunt causæ. Finge enim diminute in aliquam particulam trahi alimentum, ideoq; eam non nutriri: omnino morbus aliquis diminutum hunc tractum præcedit. Siue enim particula ipsa imbecillius ad se ipsam nutrimentum trahat, oino sanè intẽperata existit, morbus autem est intemperies: Siue bene temperata quidem sit particula, obstructio autem aliqua in digestionis instrumentis digestionem impediat, obstructio ipsa morbus est: digestionis impedimentum eius symptoma. Non solum autem singula symptomata percurrens, quę scilicet læsæ alicuius actionis culpa proueniunt, intelliges ꝙ ea omnino morbus præcedit, sed etiam id ex ipsa rerum essentia licet, citra inductionẽ colligas. Quippe Sanitatem actionis causam posuimus: Morbum autem læsionis quæ in actione est, causam: at vero Symptomata, de quibus nunc proposita nobis disputatio est, actionum esse læsiones diximus. Quare ex his propositis constat huius generis symptomatum morbos esse causas.

De Symptomatis, quæ in Affectibus Corporis consistunt. *CAP. 5.*

QVod autem & duo quæ reliqua sunt genera, morbi præcedãt, & causæ rõnem respectu eorum obtineãt, id quoq; paulo infra docebimus, sed vbi totum de ipsis absoluerimus sermonem, auspicati rursus à symptomatis ijs q̃ in corporis consistunt affectibus. Sunt porrò

4.t.1.pr.par.cã.169.col.4.h

B eorum primæ differentiæ numero quatuor: alia enim sunt visibilia, alia odorabilia, alia gustu apprehensa, alia tangibilia. Ac visibilia quidem in coloribus qui præter naturam sunt consistunt, idq; vel totius corporis vel alicuius vel aliquarum eius partium. Ac totius quidem corporis, veluti in arquatis se habet, præterea in hepatitide & splenitide vocatis morbis: ad hæc hydropum generibus quibusdam: Vnius vero particulæ, quẽadmodum tũ in lingua sola alienus color subinde aspicitur, tum in particulis quæ abscessuum vitio vel nigricant vel liuent. Pari modo in carbunculis, & erysipelate, & serpentibus vlcerum, & gangrænis, naturales colores immutantur. Sanè huius generis sunt vitiligo, leucæ, elephantiasis, aliaq; id genus: quippe hæc quoq; naturalem colorem mutãt. Iam in compluribus simul particulis vitiatum esse colorem in multis morbis videas: idq; vel circa crura magis, vel circa faciem, vel circa totum supernũ corpus, vel circa totum imum. Ac visibiles quidem differentiæ in ijs sunt contemplandæ. Odorabiles vero primum quidem in respiratu, ac difflatu: Voco autem quod circũdantis nos aeris per fauces attrahitur & rursus emittitur, respiratum: quod autem per totum corpus exhalat, difflatum siue perspiratum. Ergo quæ his accidunt graueolentiæ, in hoc symptomatum constituentur genere: Post has vero in auribus, naribus, alis, & quæcunque vitij cuiusquam occasione putrescunt particulis. His amplius in ructu

C idem symptomatum genus licet inuenire, ipso scilicet vel fumosam, vel acidam, vel virosam, vel piscosam, vel aliam quampiam eiusmodi referente qualitatem. In gustabilibus vero qualitatibus laborantes ipsi symptomata conijciant: Quippe sudorem defluentem in os aliquando gustant: præterea eius quæ circa linguam est, saliuæ mutatam qualitatem: æque vtiq; vt sanguinem, quibus is quoquo modo per os vacuatur, alij quidem notabiliter dulcem, alij salsum, alij amarum sentiunt. Ad eundem modum & quę ex pulmone reijciuntur, & quæ ex ventriculo euomuntur, alijs hæc acida, alijs salsa, alijs amara, alijs dulcia, alijs austera, sentiuntur. Porrò sunt ex medicis nõ pauci, qui etiam sudores atque aurium præterea sordem gustu explorandam censent: quippe ex hoc quoq; aliquid coniectari. Iam tangibiles differentiæ, vbi naturæ modum excesserunt, in eiusmodi symptomatis numerandæ non minus sunt: veluti cutis dura, & distenta, & præarida: simili modo præhumida, vel rugosa, vel alia quapiam differentia tali prædita. Ergo ex his quæ iam dicta sunt, manifestum est, hoc quoq; symptomatum genus vniuersum à morbis ortum habere. Quippe colorum, halituum, & saporum differentias omnes, solidorum ipsorum corporum temperamenta sequi, in naturalibus libris didicimus: Ad eundem modum & tangibiles, multo etiam magis q̃ omnes quæ sunt prædictę, propterea quòd cum actiuis qualitatibus cõgeneres esse dixi,

D vtpote quæ ad eiusdem sensus iudicium referantur: Etenim mollities duritiesq; tactu iudicantur, haud aliter quàm effectrices qualitates ipsis cognatæ. Quare quicquid in ijs alienũ à naturali est, id intemperiei acceptum fertur: æque vt quod naturale est, ex commoda temperie prouenit. At est omnis intemperies morbus: Quare omnia id genus symptomata, à morbis sunt oriũda. Quę vero ex influente quopiam humore cognata prædictis symptomata in particulis excitantur, alia obstructiones vel compressiones sequentia, alia trahentium & segregantium virtutum functiones male obitas, necesse est hæc quoque veluti fontem suæ generationis morbos habere. Ac iecinoris quidem obstructio, qui compositi & instrumentalis corporis est morbus, alieni coloris qui in arquatis visitur est causa. Cuiusq; vero similaris partis intemperies, quę ipsa quoque eiusmodi corporis morbus est, alia's aliam eius facultatem impedit, vel eam quæ trahit, vel eam quæ excernit, vel aliam quãpiam: quarũ occasione cum parum æqualiter riteq; humores in corpore fluant, particulæ alia's aliæ in colore, halitu, sapore, omnibusq; tangibilibus differentijs, alterãtur. Quin etiam quodcunq; reliquum est symptomatum genus, siue id in vocibus sit & sonis qui in animalibus exaudiunt, siue in ijs quæ à corpore excernunt in eo've detinent, nihil nõ à morbis natũ est, vel ab ipsis continẽter, vel symptomate aliquo interueniente. In vocibus enim, morbi qui in ore, faucibus, arteria aspera, pulmone, & thorace sunt, symptomata faciunt: clangoribus. s. quibusdam

tremulisq;

tremulisq; ac raucis ędendis vocibus. In alijs vero quibusdam animalis particulis sonitus & murmura & trismi id est stridores aliaq; eiusmodi, partim quidem ex instrumẽtorum angustia vel indebito motu, partim ex flatuosi spiritus abundantia, aliquando etiam ex horum aliquibus, omnibus'ue simul coeuntibus cientur. De quibus plenius inter symptomatum causas agetur. E

De Symptomatis quæ consistunt in Excrementorum Mutatione. CAP. 6.

QVæ vero vel à corpore excernuntur, vel in eo præter naturam detinentur, ea quoq; in primas treis diducuntur differentias: Vtiq; aut totis substantijs, aut qualitatibus, aut quantitatibus, à naturali statu egressa. Succedunt autem omnino morbis, vel continenter, vel alijs symptomatis intercedentibus. Siquidem sanguinis profusio toto excretæ substantiæ genere pręter naturam est: Ea vero vel vulnerato, vel perrupto, vel ore tenus recluso, vel eroso sanguinis vase incidit. Porrò horum vulneratio, ruptio, & erosio, proprij similarium partiũ morbi sunt: Reclusio, instrumentalium: quæ ipsa modo ex complectendi functione imbecilla, modo expultrice immodice cõcitata, modo ambabus simul læsis, ortum habet. Simili modo fluxus muliebris vel propter iam dictarum actionum symptomata fiet, vel quod totus sanguis tenuis serosusq; est redditus. Est vero & id symptoma, cuius etiam multiplex habetur ortus: Est nanq; vel sanguificę virtutis, vel eius quæ tenue & serosum separat, vel eius quæ excernit, operis frustratio: Incidere autẽ aliquando potest, & retentrice ipsa immodice opus suum vrgente, & cute ipsa spissata, & renibus occlusis. Ad eundem modum & sudores immodice digeri vel indebite retineri, aut propter cutis aut propter aliquem dictarum virtutum affectum, aut ipsam humorum naturam, necessario cõtinget. Sanè constat quod in omni huiusmodi sermone, disiunctiuis coniũctionibus vtimur. Omnino enim cuiq; dictorum symptomatũ, vna quæpiam est causæ ratio: nihil tamen prohibet duas, & tres, & simul omnes vnà concurrere. Non latet autem nec quod dysuria, & ischuria, & stranguria, & quem hydropen in vas vrinale, alij diabeten, aliqui diarrhœan in vrinam vocant, ex hoc genere symptomatum sint. Iam quod eorum quę præter naturam excernuntur, & colores, & odores, morbos necessario sequantur, nihil opus est ostendamus: si modo nullum talium sine intẽperie prouenit. Patet autem & quod propositum à nobis est, clare esse demonstratum omnem symptomatum naturam morbos præcedere: fieriq; non nunquam symptomatum quæ deinceps sibi succedant, veluti seriem quandam: A morbo quidem ipso primum, ab hoc vero secũdum, dein rursus post hoc tertium, ac ab isto deinde quartum. Verum hîc attendendum diligenter est, vt accurate distinguantur ab operibus symptomata: sæpe enim ita similia inter se sunt, vt & symptoma putetur opus, & opus symptoma. Ac nisi quis in hoc sano sit iudicio, ex ijs in quibus ipse fallitur, nostram disputationem calumniabitur. Quippe si naturalium excretionum (sic autem vocãt eas quę sanis accidunt) vel quantitatem, vel qualitatẽ, vel genus ipsum substantię, pro scopo sibi proponat, deinde huc intuens, symptomata iudicet, subinde falletur. Quippe sudor aliquando multo amplior quàm pro naturæ modo, vel alui deiectio, vel vrina, ęgrotãtibus incidit, non solũ nulla actione lęsa, sed etiam cum virtutis robore & prouidentia de animalis salute. Aliqua enim quamuis ẽt toto genere præter naturam sint, veluti sanguinis per nares profusio, vel vomitus, vel sanguinis deiectio, vel hæmorrhois, vel aliud eiusmodi, tamen præter naturam adhuc nõ sunt, si modo tempestiue fiant. Fiunt autem tempestiue, cum id quod contristat, expellitur. Stãte igitur de quo inter initia cõuenit (nempe quod symptomata actionum læsiones sint) nihil eorum quę ad animalis cõmodum fiunt, ex hoc genere symptomatum est: opus nanq; naturæ vnumquodq; eorum potius est, quàm læsio aliqua. At alteri fortassis symptomatum generi, quod scilicet præter naturam est affectuum, omnia talia subijciat quispiã: omnino enim diuisam esse in quacunq; animalis parte venam aliquam, aut eatenus reclusam quoad sanguinem quẽ prius retinuerat profundat, naturalẽ affectum non esse. Quanquam hic quoq; alui fluorem aut vrinæ copiam docere non possit affectibus præter naturam omnino succedere: sanguinis nanq; profusiones, & vomitiones, toto genere præter naturam esse dicet quis: non tñ aut eam quæ per ventrem, aut vesicam, aut vterũ fit excretionem, toto genere præter naturã esse.

A.t.i.pri.pt.cã. 570.col.1.a.b

F

G

H

Fortasse vero dubitauerit quispiam & de sudore ceu nec ipse naturę lege incidat: quippe quod Diocles etiam docere tentauit. Videtur autem dura esse opinio & præter rerum euidentiam, tametsi eam maxime probabiliter confirmet. Ac de talibus quidẽ posthac aliqñ fortasse agetur, perpauca.n. sunt de quibus ambigit. De reliquorũ vero symptomatum tota multitudine abũde est disputatũ: finiẽdusq; iam hic liber est.

Si quis enim exrecitatus in ijs quæ confessa sunt fuerit, facilius de ijs quæ in dubio sunt, iudicium consequetur.

Galeni



GAL. DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBRI TRES

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Symptomatum recenſet Cauſas, quæ in Senſuum Inſtrumentis, & in ipſo Fonte Senſus, conſiſtunt.

B

Quotuplicia ſint Symptomata. CAP. I.

Auſas ſymptomatum in his libris contemplabimur, eundem ſequentes diſputationis ordinem quem de ipſorum differẽtijs propoſuimus. Sunt igitur ſymptomatum genera in totum tria. Quorum de eo primum diſputauimus, in quo læſam eſſe actionem diximus: ita nimirũ intelligere lectorem cenſentes, etiam ſi prorſus perijt. Cum autem duplices genere actiones ſint, aliæ naturales, aliæ animales, ab animalibus incepimus: easq; trifariam diuiſimus, in ſentientes, motiuas, et quas appellauimus rectrices. Ergo in ſentiẽdi actionibus, triplex incidit ſymptomatum differentia: vna, cum ipſum primum ſenſus inſtrumẽtum eſt male affectum: altera, cum ſentiendi facultas: & tertia, cum aliquid eorum quæ primo ſentiendi inſtrumento ſubſeruiunt, male habet.

De Symptomatum Cauſis in ſenſu Viſus. CAP. 2.

A.I de me.cor. .1.c.1.557.g

VEluti in oculo primũ ſentiendi inſtrm, cryſtallinus eſt humor: quippe quẽ ſolum à coloribus alterari monſtratũ eſt. Sentiens vero facultas, quæ à cerebro per neruũ inde porrectum C ad cryſtallinum peruenit. Ad ſubſeruiendum aũt huic, reliquæ oẽs quę in oculo habent particulę ſunt cõditę. Itaq; ẽt vno quolibet ex p̃dictis male affecto, vel male videbit animal, vel prſus nõ videbit. Ac cryſtallini quidẽ humoris morbi in octo intẽperamentis cõſiſtũt: Facultatis aũt morbi, in eo ꝙ vel neruus, vel cerebrũ male ſit affectũ. Sunt porrò & horũ vtriuſq;, vt ſimilares particulæ ſunt, octo morborũ genera: vt inſtrumentales ſunt, tum obſtructiones, tum alienorũ innixus, ſiue compreſſiones, aliaq; quæcunq; ex humorũ influxu molem præter naturã attollunt. Vnitatis vero diuiſio, ſuper oia quę prędicta ſunt, tum ſimilarium tum inſtr̃alium particularum cõis eſt affectus: non cerebro modo aut neruo, ſed ẽt cryſtallino humori incidere potens. Huic aũt trãsferri ac ſede moueri, inſtr̃alis morbus incidit. Quanq̃; trãslatio, ſiquidem ea verſus angulũ maiorem minorem'ue eſt facta, nihil quod æſtimandũ ſit, incommodi affert: Sin ſurſum deorſum'ue inclinat, duplicia quæ vñr omnia apparere facit. Atq; hi quidẽ ſunt, tum primi viſus inſtrumenti, tum eorum q̃ illi facultatem ſubminiſtrãt, morbi. Eorum vero q̃ vſum aliquem ei conferũt, hi: Si vel in foramine rhagoidis, vel ẽt eo qui inter hoc & cryſtallinũ eſt loco, humor ſpiritus've tãtus cõſtiterit, q̃tus primo viſus inſtr̃o ad internoſcẽda ſenſibilia ſit impedimento. Ad eundem modũ corneæ quoq; tunicæ particula ea quæ pupillæ anteſtat, viſum impedit, ſiue ea per ſe, ſiue alia quapiã D rõne à naturali habitu eſt remota. Ac foramen quidem rhagoidis, quatuor modis à naturali ſtatu mutat̃: nempe vel ampliatũ, vel imminutũ, vel in aliquã partẽ detort, vel um ruptũ. Verũ ampliatio ſiue à natali ſit, ſiue poſt accedat, ſemꝑ viſui incõmodat: Imminutio q̃ vtiq; à natiuitate incepit, acutiſſimi viſus eſt occaſio: q̃ vero poſt incidit, mali: Reliquorũ vitiorum neutrũ, neq; ſi à natiuitate, neq; ſi poſt incidit, quicq̃ quod æſtimatione dignũ ſit, viſui officit. Iam.n. ſubinde vidimus ex parua rhagoidis procidentia, detortã pupillam, poſtq̃; cicatrice eſt incluſa, nec tñ hoïs viſum fuiſſe impeditũ: vbi.ſ. ante ſe corneæ particulã ſplendidam inculpate habuit: atq; hæc quidẽ experientia ipſa docuit. Sanè cauſa ꝑꝑ quã amplitudo foraminis ad perſpicaciã viſus ſemper ſit noxia, anguſtia non ſemꝑ, ęſtimatione non indigna eſt. Vr̃ aũt mihi neruus is qui à cerebro ad oculũ pertinet, quẽ ideo Porum ſiue meatum Herophilus appellat, ꝙ eius ſolius foramen clare cernitur, ſenſibilis eſſe ſpiritus via. Eoq; vbi altero oculo conniuemus, alterius pupillam dilatari contingit, tanq̃; in vnum ſolũ commeante ſpiritu, qui prius in duos eſt diſpertitus. Itaq; etiã hoc maxime ſigno intelligit̃, an ſuffuſi compũcta ſuffuſione viſum recepturi ſint, an non. Quippe quibus altero oculo cõniuentibus, alterius pupillã dilatari contingit, ijs ſi cõpunctio adminiſtretur, recipiẽdi viſus fiducia eſt: Quibus non dilatat̃, horũ nemo vnq̃; reuidit, neq; ſi minimo cũ dolore ac cõmodiſ- L.3.f.3.t.1. .220.c.d ſime ijs eſt adminiſtrata compunctio. Ex his oĩbus liquet, confluere ad oculos à cerebro ſpir[illegible]

anim[illegible]em,

animalem, tum in crystallinum ipsum humorem, tum vero locum omnem qui illi antestat, quem E scilicet rhagoidis foramen determinat. Vbi igitur amplior reddita est pupilla, siue id ex prima statim formatione, siue postea contigit, parum commode tota animali spiritu impletur. Fundi igitur dissoluiq; ac dissipari cogitur. Sicut contra in minore pupilla colligit, cõstringitur, ac densat spiritus. Atqui demõstratum in libris de particularum vsu est eius collectionẽ ac constrictionem, ad sensus bonitatem illi conducere: contra, dissolutionem ac dispersionem ad sensus noxã cedere. Quî igitur fit ꝙ pupilla morbi vitio non naturâ minor reddita, multo deterior efficitur quàm mediocris? an quia vitiosos affectus sequitur, quorum culpa necessario peius cernit oculus sic affectus, non propter pupillæ angustiam? Qui nam igitur hi sunt affectus? nam hoc etiam disputatio requirit: Vnus quidem ipsius rhagoidis tunicę tantum: alter humoris tenuis, qui medio loco inter ipsam rhagoidem & crystallinum humorem habetur, effusi. Ac tunicę quidem solius affectus, extensio relaxatioq; sunt: qualis vtiq; in extrinsecus positis articulis subinde cernitur, cum ligamenta redundanti humore sunt perfusa. Humorum vero vitium in defectu consistit: cuius occasione rhagoides vacuato interno eius loco in se concidens, cõtrahitur ac rugatur, atq; idcirco pupillam imminuit. Deterius ergo aut nihil omnino ex talibus affectibus cernere contingit, non vtiq; propter pupillæ paruitatem, sed propter humoris desiderium. Monstratũ enim est in ijs quæ de visu, F tum in libris quos de vtilitate particularum, tum quos de Hippocratis & Platonis placitis scripsimus, crystallinum humorem munimento aliquo indigere, quo externum splendorem sine offensa sustineat. Vnum igitur munimentorum eius & is humor est, cum eo etiam ꝙ substãtiæ crystallini humoris non nihil cõducit. Vbi igitur parcior redditus hic humor est, & crystallinus ipse siccior efficitur, vtpote iam humore à quo largiter imbuat, defectus: & rhagoides tunica in se concidens, spatium quod inter ipsam & crystallinum interest, angustius efficit. Itaque fit, vt cum cogatur crystallinus humor paruo interstitio cum externo splendore commercium habere, persimilem patiatur affectum ijs, qui Solem nictando cõtuentur: horum enim aliqui occæcati sunt: omnes vero ita læsi, vt vix recuperarint pristinum visum. Quippe monstratum nobis est, fieri non posse, vt splendidam lucem inoffense toleret visus instrumentum: eoq; factum esse vt rhagoides tunica quæ nigra simul & cœrulea est, illi sit prætenta: quòd scilicet hi colores visum, vbi à splendida luce laborat, maxime consolentur. Atque hæc quidem causa est, cur imminutus is qui in pupilla est humor, tum deterius cernendi, tum foraminis rhagoidis tunicæ minoris reddendi, sit occasio: eoq; maxime insanabilis est eiusmodi oculorum morbus. Alter affectus qui propter humorem rhagoidis, minorem reddit pupillam, minus illo est noxius: difficilius nanque est similarium corporis particularum cuiuis cum siccata est, humiditatem restituere, ꝙ̃ eam cum humecta est, siccare. Atq; hæc quidem medendi rationem quodammodo iam attingunt. Dicamus autem G quod à primo est propositum. Mala quidem est pupillæ paruitas quę pręter naturam accidit, bona quæ cõnaturalis est. Laxitas aũt eius (seu amplitudo) nec quæ naturæ lege habetur, bona est, nec quæ præter naturam est: Cæterum minus mala est quàm angustia. Quippe laxitatis generandæ causa (vt sic dicam) coniuncta, tensio rhagoidis tunicæ est: Sicuti paruitatis, eiusdem relaxatio. Quoniam autem duplici ratione tenditur, cum vtiq; ex suapte natura id patitur, vel siccata vt corpus similare, vel humectata vt instrumentale: siccitas quidem eius difficile sanabilis est: humiditas non etiam. Siquidem phlegmonæ, & scirrhi siue durities sensu carentes, & abscessus, & alij id genus morbi, instrumentalium sunt partium, ex superuacuis humiditatibus oriundi: quos omnes, si in rhagoide cõsistant, peritus medicus nõ magno negocio superabit. Sanè accedit rhagoidi nõ nunq; etiam ex accidenti tensio, à multitudine scilicet subiectorum humorũ nata. Quippe cum veluti vter vesica've, ijs quæ inter ipsam & crystallinum humorem aceruantur est impleta, in omnem partem distenditur. Qm̃ autem nõ solum qui in foramine rhagoidis sint, morbos disputatio percensuit, sed etiam aliquos ipsius rhagoidis commemorauit: superq; qui tenuis sub H ea sint humoris: sequens fuerit, quæ reliqua in ipsis sunt persequi, quorum vitio vel impeditur visus, vel omnino aufertur. Ergo ex ijs qui in tunica rhagoide consistunt, ac visui obsunt, vnus adhuc morbus restat, tam similarium ꝙ̃ instrumẽtalium partium communis: Is est vnitatis diuisio: Quæ vtiq; in hac particula, tum vulnus est, tum vlcus. Cum igitur tale vitium magnum est, ita vt & valenter diuidatur rhagoides, & profundatur extra eam tenuis humor, ac iam corneam contingat, necesse est incidant hoc casu incommoda duo: tum vt concidat super crystallinum humorẽ tunica rhagoides: tũ vt spiritus à cerebro in pupillam totus non perueniat, quoniam per vulnus effluat. Quòd aũt non solum ambo hæc coeũtia impedimento visui sint, sed etiam eorum alterũ, ijs qui prædicta non negligenter legerunt, manifestum arbitror. Mihi vero tempestiuũ iam fuerit ad tenuem humorem cõuerti: De quo supra dictũ hactenus saltem est, ꝙ siue eius plus siue minus iusto est, visum lædit. Quòd aũt etsi aut crassiori aliquãdo sit consistentia, aut colore quodammodo alieno, sic quoq; symptoma aliquod circa videndi actionem excitabit, id dictum prius non est, sed iam eius dicẽdi est tempus. Ergo hic humor si crassior ꝙ̃ prius erat, est redditus, tũ perspicaciam visus adimet, tũ ne longinque videat efficiet: ita vt nec quæ longe posita sunt cernant, nec ꝙ̃ prope sunt admota, exacte perspiciant. Sin vehemẽter crassus est factus, veluti in suffusionibus

euenit,

A euenit, vtiq; videre hominem prohibet. Quod si totum foramen à crasso illic consistente corpore
obtenebratum non sit, sed aliqua pars eius pura supersit, vtiq; per illam, quæ extrinsecus sunt sin-
gula per se sola nihilo deterius q̃ ante videbunt: non tñ similiter vno tẽpore multa, ꝗ.s. angustior
q̃ ante factus sit visionis conus. At si in pupillæ centro exigua suffusio constiterit, partibus q̃ cir-
ca sunt manentibus puris, omnia ijs qui sic sunt affecti, veluti fenestras habere vñr: quippe quod
in medio non cernitur, quasi excisum videt. Iam si diuulsa, nec inter se cõiuncta crassa corpora in
iam dicto humore fluitant: ijs qui sic se habent, tanq̃ culices quidam foris obuersari, videant, ima
ginatio præbetur. Sæpenumero vero ex crassiore quoq; humoris consistentia, tanq̃ idolum ali-
quod sibi appareat, imaginantur. Porro eiusmodi idoli apparitio, postquam à somno surgitur,
plerunq; incidit, potissimum pueris, & ijs qui plusculum vini biberunt, aut aliàs capite sunt imple
to. Quod si colore immutatus sit humor, qui inter crystalloidem & rhagoidem habetur, si qui-
dem ad fuscum inclinet, veluti per nebulam fumum've hominem videre faciet: sin ad alterum vl-
lum colorem vergat, eius nimirum phantasiam visibilibus impartietur. At si inæqualiter vel à na
turali consistentia, vel colore recessit, quæcunq; eius pars sic affecta, ad pupillæ locum peruenerit,
similem etiam sibi imaginem in visibilibus repræsentabit: quippe illius, tum colorem, tum consi-
B stentiam, tum figuram foris se videre homo putabit. Ex hoc symptomatum genere, sunt tum ea
quæ suffusi imaginantur, tum quæ de ijs, quibus vel ‖ sanguis ex naribus profluxurus est, vel qui in Prog. cõ.3.t.
vomituri sunt, ab Hippocrate sunt scripta. Iam vero quibus adeo perfectus sincerusq; visus est, 30. & 33. 4ª.
vt eum ne vel minimum sensibile fugiat, exhalationes vero quæpiam à ventre ascendunt, potissi 210.c.&.111.a
mum vbi non probe concoxerunt, similia ijs quæ suffusis symptomata incidunt: quippe puris-
simus natura tum crystallinus humor ijs est, tum hic ipse aquosus de quo nunc agimus. Magni-
tudo autem symptomatum in his, pro magnitudine passionis semper respondet, non solum in ijs
de quibus paulo ante agebam, sed etiã in omnibus quæ prædicta sunt: Verbi gratia, Similarium
partium intemperies si paruæ sunt, paruam noxam actioni afferunt: Sin maiores habentur, actio-
ni ad portionem nocent: Sicut quæ plurimum à naturali statu excesserunt, omnino actionem tol
lunt. Æque vero & quæ de qualitate & consistentia & colore aquosi humoris sunt dicta, si pau-
lulum à naturali statu sunt mutata, paruã etiam actioni afferunt noxam: Sin longius recesserunt,
pro modo vitij sui etiam actioni incommodant: Sicuti cum plurimum à naturali sunt aliena, om
nino actionem adimunt. Ad eundem modum & quæ de rhagoidis ruptura & pupillæ magnitu
dine sunt dicta, vel paululum aliquid actionem impediunt, vel amplius, vel omnino. Simili mo-
C do & animalis spiritus vel ad vnguem purus est, qualis æther, vel nebulæ ritu humidus ac turbi-
dus. Præterea in modo substantiæ, vel plus eius habetur, vel minus: Ac si quidem multus est &
æthereus, etiam quæ longissime absunt, videt, ac perfecte discernit: Sin paucus est & purus, quæ
prope sunt exacte dignoscit, quæ procul absunt non videt: Quod si humidus simul multusq; est,
longissime quidem videt, sed non exacte: Sicuti ẽt si humidus simul exiguusq; est, nec exacte nec
longissime videt. Et de hoc quidẽ, vt ad rem propositam, hæc abũdæ. Corneæ vero tunicæ pars
quæ pupillæ antestat, & cum crassior, & cum spissior, & cum humidior est facta, visionem lædit:
Ad eundem modum si colorem suum mutauit, & si vlcus maiusculum in se habet, & si quid eo-
rum quæ extrinsecus illi præiacet inauctum obscuritatem affert. Ac crassior quidem & spissior
cornea hebetudinem visus creat: Humidior aũt, siue vt instrumentum est siue vt similare corpus,
non solum visus hebetudinem affert, sed ẽt vt quasi per caliginem, vel nebulam, vel halitũ quem-
piam, vel fumum cernatur efficit. Si vero humores non multi, sed colore mutato sint, pro eo-
rum natura error in visu respondet. Proinde qui regio morbo laborant, pallida omnia videre se
putant: †Quibus autem ex plaga ruptæ recẽter sunt in prima tunica venæ, rubra. Vlcus vero ma *†Qui uero hy-*
iusculum, non solum eo ꝙ superuacuum contrahit humorem, visionem lędit, sed ẽt ꝙ exiguo in- *posphagma pa*
D terstitio crystallinum cum externo lumine committi cogit. At si descendat introrsum quod ante *tiuntur. inter-*
pupillam est vlcus, ẽt aliquid aquosi humoris foras effundit: proinde is qui sic est affectus, in sum- *pres ãt descri-*
mum cæcitatis discrimen adducitur: Eoq; fit vt qui in parte corneæ quæ pupillę prætenditur, vul *psit morbum.*
nus acceperunt, si id vulnus introrsum descendit, magna ex parte occæcentur. Cæterum incredi-
bile quiddam nec fieri vulgo solitum in puero vidimus, qui stilo in pupillæ loco fuerat compun
ctus. Nam cum statim effluxisset aquosus humor, tum pupilla ipsa minor est reddita, tum tota cor
nea apparuit rugosior: cæterum sanatus, postea recte vidit, collecto scilicet paulatim eo qui ef-
fluxerat humore. Verum hæc rara sunt: cæcitates aũt eiusmodi vulneribus plerunq; succedunt:
sicuti etiam omnibus iam dictis causis, vbi scilicet plurimum sunt inauctæ. Nam siue vehemẽter
spissa, siue ad summum crassa, siue immodice humida, cornea est effecta, omnino tenebram visio-
ni offundit: ita vt qui sic est affectus, prorsus non videat. Et quid quęso miri si predictorũ singu-
la cum inaucta sunt, visum animali adimunt, vbi ipsa sola cornea rugata aliquãdo similem noxam
affert? Incidit hoc vitium ijs qui ad vltimum peruenere senium. Sane consideranda hoc tempo-
re diligenter est pupillę magnitudo: Quippe quæ si minor est facta, etiã aquosus humor in ijs est
imminutus: Sin ęqualis sibi permanet, corneę solius vitium est. Verũ eiusmodi discrimina prę-
sens opus nõ requirit. Corneę vero tunicę morbi, si magni sunt, prorsus visum impediũt: & ma-
xime

xime cum vel phlegmone vel suppuratione laborans, vel insensibili duritie obsessa, aliud've tale E quippiam passa, veluti instrumentalis pars, humidis morbis afficitur. Ac corneæ quidem tunicę morbi qui visum vitiēt, tales & tot incidunt. Membrana vero adnata vbi phlegmone laborat, ex accidenti visus actionē impedit. At in ijs quæ græce vocantur chymoses, præterea in pterygijs, non ex accidenti, sed iam ex prima ratione, pupillam obtenebrāt. Ad eundem modū magnæ palpebrarum phlegmonę tumoresq́3, si qui super has pręter naturam orti, eo' magnitudinis venerūt, vt pupillæ vmbram offundant. Atq3 hæc omnia aut non videndi, aut male videndi sunt causæ.

De Symptomatum Causis in Auditus sensu. CAP. 3.

ET de oculis quidem satis hæc sunto: quippe exempli magis causa, q̃ vt singula membratim persequeremur, de his disputauimus: cum sit mihi institutū ad præsens per generaliores sermones, methodum indicare, qua vsus quispiam, symptomatum causas inueniat. Qm̄ aūt non solum methodos ipsas nouisse oportet, sed ēt multifariam in particularibus exercitari, quod facere omnibus in promptu non est, idcirco qualem fieri modum exercitationis oporteat, in oculis nūc ostendi. Ergo ad eius exemplar, reliquæ sentiendi potentiæ sunt adeundæ: ęstimandaq́3, in vnaquaq3, tum primū eius instrumentū, tum cętera quę illi vsum aliquē præstent. Ad hæc discernendum, ceu paulo ante est dictū, qui' nam ipsius potētię laborantis sint morbi, qui' nā instrumentorū F cuiusq́3, cuius culpa lædi functionē contingit. Siquidē' audiēdi grauitas, & surditas, aut propter A.l.3. f. 4. c.1. aurium ipsarum particulam aliquā, aut pp neruum qui in has à cerebro pertinet, aut propter cere &.3. fo. 235.b brum ipsum, in ea. s. parte læsum vnde neruus exorit, animali incident. Atq3 in neruo quidem & cerebro vitia sunt, similiter ijs, quæ in oculis: quæ vero in reliqs particulis sunt, ad portionē quidem, non tñ oīno similiter lædent. Quā.n. habet in oculo crystallinus humor rōnem, hanc habet in auribus audiendi meatus finis, vbi neruo dilatato coniungitur: omnia vero quę extra hunc in anfractu meatus sunt, ijs quæ prędicta in oculo de crystallino sunt, ad portionem se habent. Itaq3 ēt morbos eorum huc transferri ex illis conueniet: Similarium quidem corporū, qui in intēperie & continuitatis solutione cōsistunt: Meatus autem ipsius, obstructiones, siue hæ tumoris alicuius præter naturam ipsarū particularū occasione, ipsum meatum obstruant, quemadmodū abscessus, & phlegmone, & insensibilis durities, & œdema: siue propter tumorem aliquem acquisititium: vel deniq; quisquis præter naturā sit, qualis in meatu sæpe orit, porosa quapiam in eo carnosa've substantia enata. E numero eorū quę meatū obstruunt, et sordes sunt, quę in auribus colligi solet.

De Symptomatum Causis in Gustu & Odoratu. CAP. 4.

TAnq̃ igit in ijs particularum ratio symptomatū indicauit causas, ita & in lingua & naso in- G dicabit: modo in ijs quoq; tum primam sentiendi particulam, tum reliqua, quę totum instrumentū complent, nouerimus. Mōstratū sanè est linguā eo' q duabus facultatibus, sensui voluntatiq́3 subseruit, duas quoq3 actiones habere: nunc autem eam veluti sentientem consideramus. Odoratus vero sensorium ipsos cerebri esse ventriculos indicauimus. Ac gustandi quidē sensus symptomata sunt, tum omnino nihil saporum sentire, tum nō legitime sentire. Cum autem non legitime sentire (vt monstratum est) dupliciter intelligatur, aliàs cum diminute sentitur, aliàs cum vitiose: Diminute quidem gustare, in visu amblyopiæ id est visus hebetudini, in auditu barycoiæ id est audiēdi difficultati, portione respondet: Vitiosæ aūt gustare, est veluti cum oculis, colore, figura, magnitudine, vel situ mutata videntur: hoc in auditu, obauditio nominatur. Porro' morbi prędictorum symptomatum, vel quæ in gustādi actione, vel quę in potentia incidunt, partim in similari lingvę substantia & tunica qua inuoluitur sunt, partim in neruis mollibus, partim in loco cerebri, illo præsertim vnde hi nerui originem habēt. Ac reliqui quidem prędictorum omnium morbi in manifesto sunt. Lingua' vero vitiose sapores sentire solet, cū extraneo humore est impleta: quo casu, quę gustant omnia vel salsa vident, vel amara, vel alia quapiā aliena qualitate dicibili indicibili've affecta. A.l.3. f. 6. c.1 244. f.g Tanq̃ enim in suffusis visiua vis foris se cernere iudicabat ea quę in ipsis oculis inerant: itidem gustandi facultas ea quę sunt in lingua, sensibilibus imputat, In arquatis H quidem bilis amarorem non lingvę esse ipsius, sed eorum q ę gustat deputans: in alijs vero quibusdam affectibus salsuginem acorem've edulijs ipsis inesse imaginās: scilicet succo qui extrinsecus accessit, vitiosum linguæ succum, qui prius quieuerat, excitante mouenteq́3: gustādi autem vi non eum qui accessit, sed eū qui in se redundat, sentiente. Raro sanè accidit, sed tñ aliqñ, vt lingua ex gustandi perfectione priusq̃ aliquid gustet, succos quos in se habet, sentiat. Simile huius symptoma est, vbi in stomachicis affectibus, suffusionis imaginatio oculis incidit: vel sonitus auribus cum nihil extra sonet, sed motus ipse circa cerebri membranas imaginationes creet: vel odoris in naribus, ab succo aliquo in his contento. Sed qm̄ de naso meminimus, qui duplici facultati veluti lingua subseruit (quippe qui & odoratus instrumentorum & respiratus veluti finis quidā est) non alienum sit de hoc quoq3 sicut de prædictis egisse. Si enim accidit in eo morbus aliquis, qui eius meatum vitiet, aut deterius sentiet odores odoratrix vis, aut omnino non sentiet. Ergo si vel vehementer sit contusus, vel polypo vel tumore aliquo pręter naturam laboret, spiritus viam occludet. Huius generis est & si qua circa internā eius membranā incidit phlegmone. Quin etiam quęcunque in aliqua parte ossium colatoriorum, aut etiam in cerebri inuolucris, aut ipsis ossium foramen-

A foramentis obstruũt, hæc quoq; odoratricem vim impediũt: atq; hoc magis si in processibus cerebri, qui ad has perueniũt particulas, fiant. At in catarrhis, & coryzis, et deniq; ijs quibus ab æstu, frigore, vel humore oppleti priores cerebri ventriculi sunt, non locorum modo qui illic habẽtur obstructio fit, sed ẽt tum spiritui ipsi qui in ventriculis est, tum cerebro, quod hos continet, intẽperies quædam accedit. Iam compressiones & diuisiones notabiles cuiusuis prædictarum particularum, tum non legitimum odorabilium sensum, tum odoratus priuationem inducunt. Vitiosus vero erransq; sensus hoc loco fit, propter vitiosum aliquem qui in eo continet̃ succum, qui.s. mali odoris aliquid exhalans, ascendentes ab odoratis corporibus ad odorãdi facultatem halitus obturbat: Taleq; est in hac facultate hoc symptoma, quale arquatis in gustatrice accidere est dictum.

De Symptomatum Causis in sensu Tactus: Ac cur Seorsum vel Sensus vel Motus aliquando deperdatur. CAP. 5.

QVoniam autem de sensibus, qui in proprijs & sibi addictis animalis partibus exercentur, abunde diximus, age nunc de eo qui omnibus qualitercunq; sentientibus est communis (quem vtiq; tactum vocant) agamus. Sũt igitur huius quoq; ad aliorum portionẽ symptomata. Vtitur autem is non proprijs appellationibus, sed cõibus, sicut etiam prædictorum aliB qui. Neq; enim aut in gustatrice, aut in odoratrice vi, tale aliquod nomen habemus, qualia sunt in visiua virtute, amblyopia id est visus obtusus, & cęcitas, & parorasis quędam id est visus prauitas: In auditrice vero barycoia id est grauis auditus, & surditas, & obauditio siue obauditus: nihil.n. hoc in loco interest, quibus nam quiuis pro arbitrio vtatur nominibus. At hæmodię siue dẽtium stuporis, tum nomen, tum symptoma vnius tangendi est virtutis: cæterum hoc tam in ore q̃ in dentibus post acidos & acerbos cibos, incidere maxime cõsueuit. Torpor vero qui ex tam motus q̃ sensus difficultate est compositus, in toto corpore & maxime in artubus, manifeste videtur à frigore & compressione neruosorum corporum incidere: ad hæc etiam à torpedinis marinæ contactu. Si autem sua sponte nulla tali causa pręcedenti incidat, oĩo vita deses, & ciborum vel crassorum vel lentorum abundantia, vel consuetæ alicuius vacuationis suppressio, necessario antecessit. Ac continens quidem, siue contentiua, siue proxima, siue quomodocũq; alio vocabulo libeat appellare, huius symptomatis causa est, talis quispiam in neruo affectus, cuius occasione à principio ad ipsum virtus transmitti prohibetur. Porro prohibet̃, si quidem meatum aliquẽ neruus habet, qualem qui ad oculos descendunt manifeste habere cernuntur, vel ex obstructione, vel compressione: si autem non habet, ex constipatione vel frigore vel cõpressione. Atq; q̃ animalis quiC dem virtus, siquidem meatum aliquem tanq̃ certam viã à cerebro per neruum habet, hoc obstructo impedietur, cuiuis arbitror pateat. Quin etiam q̃ compresso extrinsecus neruo, angustia meatui eius continget, ne id quidem vllum lateat. Quòd aũt & si nullus sit meatus, sed, tanq̃ per aquã vel aerem Solis radij transeunt, sic principij vis per ipsum corpus neruorum permeat, cum hi ad crassiorem habitum sunt mutati, transitus impedietur, nec id mihi longius probationibus egere videtur, recordanti præsertim ea quæ in aqua & aere eueniunt. Quippe in aere nebula & fumus & nubes, in aqua lutum & limus, Solis splendorem, quo minus per ea syncerus procedat, impedimento sunt ac vetant. Ad eundem igitur modum & neruus, si crassiore habitu & duriore q̃ pro sua natura sit redditus, virtutis transitum prohibebit. Sanè crassiore habitu erit, si vel glutinosis vel crassis alatur succis, vel violento frigore sit stipatus. Si aũt à duro aliquo corpore quod illi extrinsecus innitatur pressus sit, ne sic quidem virtutis transitum nõ morabitur. Proinde nerui qui vel funiculis vel manibus sunt constricti: & qui ab externo aliquo quod vel phlegmone sit obsessum, vel cum sensus noxa duratum (scirrhum vocant) premũtur: & qui aut luxatis aut fractis ossibus angustantur: oẽs principio quidem torpent, postea vero oĩno sensus motusq; expertes fiunt. Et vocatur quidem eiusmodi neruorũ vitium græce Paralysis, id est {neruorum} resolutio. QuęD cum in eodẽ genere cũ torpore sit, magnitudine certe ab eo differt. Ac si in oẽs incidat neruos, illico totum corpus sensu motuq; priuat, ac mortem celerem respiratus priuatione infert. Si igit̃ spinalis medullę principiũ sit læsum, particulis q̃ in capite sunt solis quoad viuit homo, tũ sentit, tum mouet̃. Sin & in cerebro ipso lęsio incidat, statim oĩbus partibus impotens insensibilisq; efficit̃. Viuit aũt vteruis horũ tanto tp̃e, q̃to viueret si anginã premeret̃. Quibuscunq; vero spinalis medulla infra neruorũ exortũ, qui pectus dilatant, est lęsa, siue vertebra aliqua loco suo mota, siue etiã aliter, si magna quidem est læsio, insensibiles immobilesq; omnibus q̃ infra sunt partibus statim fiunt: sin parua est noxa, torpent ij, non tñ moriuntur, propterea q̃ respiratio ijs illęsa manet. At brachiorum sensus ijs quibus spinalis medulla circa quintam vertebram est vitiata, totus simul cũ motu amittitur: Quibus aũt circa sextam, non totus, quippe primę brachij partes illęsę perstant. Iam multo ẽt minus eius desiderat̃, si circa septimã vertebrã male sit affecta. Quòd si circa octauã sit lęsa, q̃ minimũ eius requiritur. Ac si quæ post hãc hr̃, iniuriam est passa, prorsus nihil mali brachijs accedit. Cæterum quibus spinalis medulla in collo est vitiata, ijs oĩbus vox adimit̃. Quibus circa dorsi vertebras est læsa, ijs vtiq; non tota. Verũ quantum eius, secundum vnamquãq;, definitum in ijs est quę de voce scripsimus: nunc enim mihi videor plura q̃ pro instituto dixisse: neq; enim omnia symptomata mẽbratim persequi, hoc in opere est propositũ, sed ea in generales causas

ἀγχόνη.

ſas reducere. Illud ergo generatim mihi de omni ſenſus læſione ſit dictum, quod à quibus neruis valentibus ſuppeditatam ſibi vim habent, ab iiſdem male affectis læduntur. Quod ſi quis cuiuſque nerui noſſe vim ſtudet, eorum qui ad reſpiratum conducunt, in libris qui de reſpirationis cauſis inſcribuntur vim diſcat: eorum vero qui ad vocem, in opere quod de voce habet titulum. Ergo de his alibi ſcrupuloſius eſt proditum. Qui autem colli, capitis, abdominis, brachiorum, & crurum partibus, nerui ſubminiſtrent, non alij modo ante nos non incommode prodiderunt, ſed ipſi quoque in libris de diſſectione adminiſtranda ſcripſimus. Ac propoſitus quidem nobis ſermo erat de ſymptomatis quæ ſenſus comitatur. Quoniam autem partes quæ per neruum aliquem voluntarie mouentur, eædem protinus ſenſum quoque per eundem poſſident, duplicem iis noxam ex neruí iniuria neceſſe eſt accedere, alteram ſenſus, alteram motus. Quî igitur fit, quod videtur particulæ quædam ad voluntarias quidem functiones reſolutæ eſſe, & tamen ſentire: rurſus aliæ moueri quidem, minime autem ſentire? Sane in lingua & oculis nulla fit dubitatio, propterea quod hæc duplici neruorum genere ſunt prædita: at in quibus membris duri tantum nerui ſunt, in iis diſtinguendus ſermo ad hunc modum eſt. Si cute ablata, ſubiectus ei nudus muſculus immobilis appareat, tangentem tamen ſentiat, paruam illi noxam incidiſſe eſt putandum: vtpote per quam minime ſtetit quin tantum animalis virtutis ceperit, quantum ad ſentiendum quidem eſſet ſatis, ad muſculum F mouendum non ſatis. Conſiſtit enim in patiendo magis, quam agendo, tangendi ſenſus: itaque etiam parua virtute perfici poteſt. Muſculorum motus, cum agendo, non autem patiendo obeatur (totum nanque corpus ab hoc transfertur) multa eget animali virtute. Contra vero nunquam deprehendas muſculum vllum moueri, vt idem non ſentiat. At ſi ſuperiacens muſculo cutis ſenſum amiſit, ipſe autem moueatur, nihil eſt quod mirere: Veluti nec ſi duorum muſculorum alter moueat, alter moueri non poſſit: aut altero ſentiente, alter ſit inſenſilis. Sicut enim in iis alterius læſum neruum eſſe, alterius integrum licet: ſic is qui in cutem diſpergitur, iniuria affectus eſſe poteſt: qui autem in muſculum, minime eſſe affectus: Contraque qui in cutem ſpargitur, nullam eſſe paſſus iniuriam: qui in muſculo eſt, non eſſe noxæ expers. Ac de propoſitis ſymptomatis, hæc ſatis.

De Cauſis Delectationis & Doloris in Vnoquoque Senſu. *CAP. 6.*

DElectatio autem & dolor omnibus ſenſibus contingunt, non tamen pari euidentia, ſed in viſu minus quam in ceteris euidenter: in tactu autem & guſtu, maxime luculenter: ab iis deinceps in odoratu, & poſt hunc in auditu. Quæ nam igitur eſt tum omnium communis, tum cuiuſque cauſa propria? Sane communis ea eſt, quam Plato in Timæo reddit ſic ſcribens: Violenta paſſio quæ præter naturam « eſt, cum ſimul multa & celeriter fit, dolorem affert: è diuerſo, quod ad ſuam naturam vniuerſim G « & celeriter redit, iucundum eſt: quod autem ſenſim & paulatim fit ſenſum latet. Atque ita quidem Plato. Hippocrates vero eo antiquior, Iis inquit quibus natura alteratur & corrumpitur, dolores fiunt. Quippe illud / corrumpitur / celeritatem ſimul ac magnitudinem mutationis indicat. » Sane tactui accedunt magnæ mutationes naturæ, à frigidi calidique violento contactu: præterea ab » iis quæ quaſſandi, vel ſecandi, vel diſtendendi, vel exedendi vim habent: quippe humidum & ſiccum, ſi abſint calefactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt. Id quod opus de ſimplicibus medicamentis qui reuoluet, facile diſcet. In his vbi & illud monſtratum eſt, frigidum alia ratione oblectare, quam calidum: quin etiam ipſum in ſubſtantiam diuellendo, dolorem afferre. Videntur autem & quæ quaſſant, & quæ tendunt, dirumpendi corporis periculum afferendo, dolorum cauſæ eſſe: Non ſecus autem & quæ pungunt, & quæ diuidunt. Neque enim poſtquam aliquid diuiſum ruptumve eſt, dolorem infert: ſed in ipſo (vt ſic dicam) fieri, talia omnia doloris cauſæ euadunt. Niſi tamen ex accidenti aliquo, eos qui ſic affecti ſint, dolor ſequitur, aliàs quidem acri humore exulceratum corpus mordente: aliàs phlegmone ſuperueniente, quæ ipſa quoque nunquam non diſtendendo contriſtat: non raro vero etiam caloris iniuria, vel humorum acrimonia. Diuellitur autem & guſtus inſtrumentum, quatenus vtique tactus eſt particeps, à iam dictis: quatenus vero guſtus eſt proprium, H ab acidis, amaris, acerbis, & acribus ſuccis, propterea quod horum ſinguli, ſicut monſtratum eſt, continuitatem diuidunt. Contriſtant vero & olfactum, qui à iam dictis ſuccis exhalant halitus, quod hi quoque continuitatem diſtrahunt. Auditum vero infeſtant, vox aſpera & maxima & celerrima: quibus etiam in magnis tonitribus in idem coeuntibus, aliqui auditus ſenſu omnino ſunt priuati, ipſius ſcilicet inſtrumento ſoni violentia diuulſo. Iam vero ipſum viſum maximi ſplendores nimia ſecretione, non infeſtant modo, ſed etiam corrumpunt. Eſt autem ipſa quoque ſecretio ex diuidentium genere: Videturque omnibus ſenſibus commune, infeſtantem paſſionem ex ſecretione ac diuiſione continui vniuſque corporis tum excitari, cum ea vel vniuerſa vel magnis portionibus & celeriter, quod græce athróos voco, incidit. Hoc autem & Plato profecto voluit, cum dixit, Moleſtum ſenſum, ex paſſionis tum violentia, tum quæ magnis portionibus cum celeritate ſenſibilibus corporibus incideret, prouenire. Neque enim refert an moleſtum, an triſtem, an dolorificum, an doloroſum, an laborioſum appelles: ſicuti nec ſi paſſionem ipſam, moleſtiam dicas, an triſtitiam, an dolorem, an dolentiam, an laborem. Atqui perſpicuum eſt Platonem ipſum pro eadem re dictis nominibus omnibus promiſcue vſum & in Timæo & in Philebo, præterea & in aliis libris ſicubi de ipſis ſermo inciderit. Quod autem & Hippocratis opinio eiuſdem ſit tum in nominibus ipſis tum rebus ſententiæ, non ſolum ex iis conſtat quæ paulo ſupra

Margin notes: A.l. de me. c. t.1. c.4. 558. c — In libro de locis in homine. — A.l.1. f.2. d.1 22.41. b

A supra sunt dicta, sed etiam ex omnibus libris quos scripsit. Ac quod contristat quidem in omnibus sensibus ad hunc modum prouenit: Iucũdum vero, quod illi est contrarium, cõtrarijs ex causis: quippe eius quo diuelli periclitabatur, reditus ad naturã simul & celeriter factus, voluptatem affert. Idcirco oculis iucundissimũ spectrum cœruleum est: sicuti e diuerso, grauissimum tristissimumq; quod splendidũ simul albumq; est, quemadmodum Sol. Proxima his sunt, inter ea quidẽ quæ contristant, album: inter ea quæ delectant, fuscum: illud quidem, ꝙ substãtiam eius segreget simul ac resoluat: hoc, ꝙ citra violẽtiam congreget. Neq; n. profecto sola congregatio satis est, cũ sic nigrum quoq; iucundum esset, nunc aũt sic non est: cum.n. visionis substantiæ sit contrarium, violentius eam cogit, q̃ vt eam ad naturam reducat. At vero quod nigerrimum est, eo quod splẽdidissimum est, minus infestat: non vtiq; ꝙ contrarium minus sit triste q̃ excessus qui est in genere cognato (quippe hac ratione magis contristaret nigrum, q̃ quod est splendidissimum) sed ꝙ visus instrumentũ sit splendidum: talis vero substantia oĩs subtilium sit partium, nigrum vero semper crassarum: est autem perpetuo, quod tenuium est partium, magis actiuum natura, q̃ id quod est crassarum. Ergo cum inter se committũtur quod tenuium partium est & quod crassarum, remissius agit quod crassum est, in id quod tenue, quatenus scilicet id à tenui potius pati est natum.

B Ita igitur & Sol visum offendit, ꝙ cum magis tenuis substantiæ sit, facile eum segreget: Ac cognatione quidem substantiæ, minus contristat, q̃ ea quę sunt contraria: sed cum actionis vehementia sit violentior, hoc ipso celeritatem quoq; ad visus noxam obtinet. Quod enim in minimo tempore visus noster à Solis splendore patitur, id non nisi in plurimo sentit, vbi omnino nullum splendorem vidit, sed in profundis tenebris est versatus: quippe is quoq; ad lucem reductus, videre nõ potest, eò ꝙ extinctus ad quendam modum crassatusq; sit, ac tenebrosus effectus. Iucundissimus igitur merito gratissimusq;, cœruleus color visui est, si tamen is à Sole non est digestus: huic.n. cum vtiq; ægrotat, contrarium remedio est: sicut ei qui fatigatus est quidem, sed iam sanus est, cœruleum aut fuscum saluberrimum est spectrum, vtpote quod nec eum segreget, veluti tũ album tum splendidum: nec cogat & extinguat, veluti nigrum. Ac fuscum quidem ex albo & nigro simul mistis efficitur: cœruleum vero ex albo ac splendido tum coeũtibus, tum in saturum nigrum incidentibus: sic enim nos Plato de ambobus docuit. Ergo hi colores ex contrarijs immodicisq; mistis, medij ac mediocres fiunt: qui & excessum vtrunq;, quo visus læditur, declinent, & mediocres ipsius fatigationes recreent: non secus q̃ morbos, qui ex segregatione proueniunt, nigrum.

Sanè voluptas quæ ab his prouenit perinde euidens non est, ac in alijs fit sensibus, propterea scili-

C cet ꝙ nec dolor par erat: quippe substantię tenuitas in visu nec, dum segregatur, propter substantiæ cognationem violentum aliquid patitur (qñ ad quod ducitur, ipse per se prior properat) neq; dum cõgregatur, propter mutationis imbecillitatem. Monstratum enim est, quod tenuis substantiæ est, id ab eo quod crassum est, languide cogi. Atq; ita quidem in visu se habent voluptas, & dolor. In auditu vero, iucũdissima vox est, quæ lenissima tardissimaq; est: propterea ꝙ è diuerso infestissima est, quę asperrima celerrimaq; sit. Verũ hæc sano integroq; sensui iucũda tristiaq; sunt: Fatigato ea grata fit, quæ præter lenitatem & tarditatem etiam parua est: At ei qui iam ægrotat, quæ simul & lenissima & tardissima & maxime exilis est: †atq; hac etiam magis, quæ numerosa est: quippe omnimodum silentium simile quid in auditu est, atque tenebra in visu. Vnde etiam in quæstionem venit, contrarium'ne luminis tenebra sit, an eius priuatio: sicuti vocis, silentium: & motus, quies. Voluptas autem euidentior in hoc sensu est, propterea ꝙ substantia est crassiore: sicut in odoratu adhuc manifestior est delectatio, propterea ꝙ eius substãtia est magis crassa: quantum enim aer splendore est crassior, tantum aere crassior est halitus. Est vero splendoris quidem sensus visus, aeris vero auditus, halitus odoratus, æque scilicet vt humidæ naturæ gustus, & solidi corporis tactus. Quoniam autem cognati generis cum gustu odoratus est, sola substantię tenui-

D tate ab eo dissidens (est enim halitus humor attenuatus) de ambobus simul agemus, à gustu claritatis gratia incipientes. Gratissimi igitur huic succi sunt, cum naturaliter se habet, omnes qui dulces sunt & pingues: hi nãq; omnes monstrati sunt corporis substantiæ maximæ consentientes: recenter aũt ab aliquo quod contristabat affecto pingues, quippe qui exasperatum cum maxime leniunt: Iam vero ægrotanti, qui ijs qui affligant sunt contrarij: crassis quidem, qui attenuãt: tenuibus, qui crassant: glutinosis, qui dissecant: exasperantibus, qui leniunt: ad eũdem modum calidis, qui frigidi sunt: frigidis, qui calidi: sicut siccis, qui humidi: & humidis, qui sicci. Dictũ aũt de horum natura est in quarto de simplicium medicamentorum viribus: legendusq; non negligenter is liber est, vt qui tum ad cognitionem tum curationem sit vtilis. Siquidem venter visceribus venisq; subseruit: itaq; & quales hæc succos requirunt, tales appetit. Porrò huic pro discernendi instrumento lingua prostat, ijs scilicet succis maxime gaudens, quos ventriculus desiderat. Huiusce aũt societatis, tunica qua vestitur maxime est causa. Ac delectatur quidem lingua diuersis in temporibus, ex succis qui sibi extrinsecus admouentur, sanè alijs atq; alijs. Delectatur aũt non nunq̃ etiam dulce, quod habet in se ipsa, sentiens: porrò dulcis hic succus pituitæ species est. Quoties autem effusum à venis sanguinẽ, lingua vt dulce sentit, tale quid patit, quale ab extrinsecus admotis.

Ac in odorãdi facultate, externorũ quidem tum iucundorũ tum tristium sensus perinde se habet,

Left margin (beside line 3): ibi.c.13.41.e

†Cod. greci impressi non vt Linacer & Leoni. transtulerunt. Antiqui tamen nonnulli habent καὶ ταύτης ἔτι [illegible] &c. i. atque hac etiam magis omnimodum silentium: quippe hoc simile &c. & ita vetus interpres & Copus verterũt, & Nico. Calaber.

vt in gustatrice. Halitus vero quos in se habet, graueolentes quidem, vt dictum prius est, aliqñ sen E
tit: beneolentes aut in summa iucundos, non sentit, veluti nec visus nec auditus. Hi nanq; sen sus
cum tenuis substantiæ sint, nulla in se ipsis valida passione afficiunt: Tactus vero & gustus v ehe
mens quidem tale aliquid nec ipsi sentiunt, confusum tñ eiusmodi aliquid non nunq̃ patiuntur:
Lingua quidem (vt dictum est) à dulci in se pituita, quam Praxagoras & Philotimus speciali ma-
gis noïe dulcem succum appellãt: Tactus vero ipsum motũ in se non raro sentit, qñ scilicet ijs q̃
ipsum intus exasperãt vel concoquendis, vel diffldandis, vel sensibiliter excernendis, ad naturã suã
reuertitur. Quin ẽt qui lassitudine laborant, vbi molli frictione, vel in balneo loti, ab ijs quiescũt,
euidentẽ sentiũt voluptatẽ. Iam magis ẽt sub iam dictis motibus in fatigatis ipsis particulis, dum
ad statum naturalem redeũt, oblectanť. Sanè non solũ lauando, & molliter cũ largo oleo fricando,
voluptas lassatis partibus accidit, sed etiam in maioribus doloribus pertractatio quę mollis blan-
da & lenis sit, solatium quoddam non exiguum affert. Cæterum talia externa sunt, dicendumq;
de his oïbus deinceps. Quippe de odorabilibus nihil opus est pluribus disseramus, cũ se cũ gusta
bilibus ad portionem habeant. Delectamur igitur in hoc sensus genere (vt vno verbo dicam) dũ
ad naturalem statum reducimur: contingit autem id nobis semper per contraria, modo saltẽ pro-
ut consentaneum est, contrarium quis accipiat. Est autem consentaneum in omnibus talibus id F
accipere quod primum & secundum se, nec per alterum interpositum, finis sit causa: non quod
græce procatarchon & procatarcticon, {latinè externam causam vocant.} Id quod Hippocrates
5ª. Aph. 21. Ex. ord. 59. b — tum in alijs multis nos admonere videť, tum cum ait: ‖ Est vbi in tetano q̧ citra vlcus sit, iuueni bo »
næ habitudinis seu quadrato, frigida, æstate media, largiter affusa, repercussum caloris facit. Ca- »
lore autem hæc liberantur. Quippe si quis de his inconsideratius iudicet, putabit aliquid eorum
quę preter naturam sint, aliquando per similia percurari, veluti tetanum à frigida lauatione: secus
tamen se habet veritas, cum perpetuo talia omnia ad naturalem statum per contraria redeant: si-
cut etiam tetanus per caloris repercussum: Ac, si quidem simul & celeriter id fiat, sanatio cum dele
ctatione perficitur: sin paulatim, insensibilis erit ad naturam reditus. Similiter autem de abitione
à naturali statu ad eum qui præter naturam existit, est sentiendum: quę enim simul & celeriter fit,
& violenta & cum dolore omnino est: quæ paulatim, insensibilis. Proinde cum nõ naturalis affe
ctus qui paulatim in nostris corporibus cõtrahitur, nullum sui sensum excitet, eius ad naturalem
statum reditus, cũ vniuersim & celeriter perficitur, nõ solum sentitur, sed ẽt delectationem secum
affert: potissimumq; qui à maxime nobis cognatis efficitur, cuiusmodi sunt in gustu quidem, dul
cia: in odoratu, quæ his proportione respondent, vocantur autem odorata siue odorifera. Egre G
gium vero proprium quiddam habet generatricium particularum″ sensus, propterea q̧ etiam fa- A.l. de me. co l. 1. c. 4. 558. c
cultatem habent valentissimam, in mari quidem, seminis expultricem: in fœmina vero, tum hãc
ipsam in testibus & seminalibus vasis, tum attractricem in toto vtero: coniunxit enim natura &
cum seminis effusione, & cũ eius conceptu, ingentem cupiditatem simul ac voluptatem. Cæterũ
†Al. paulatim multo tempore colligitur: ac iccirco quãquã magnopeř etc. — offensa redundantis & intus manẽtis seminis, †quod paulatim multo tempore, ac idcirco plus col
ligitur, quanq̃ magnopere infestet, sicut alibi dicemus, impar tamen est magnitudini voluptatis,
quæ in venere sentitur. Offendẽtis ẽnim expulsio simul & celeriter facta, etiam delectationis ma-
gnitudinem celeritati reditus ad naturam, proportione respondentem habet.

*Al. autem.

De Symptomatum Causis quæ Ventriculo eueniunt. CAP. 7.

RElìquum autem fuerit de ijs symptomatis, quæ circa os ventris contingũt (cor etiam appel-
lant) disserere: sunt enim hæc quoq; ex tactorio genere. Cæterum nullum membrorum aut
ita exactum habet sensum, aut ita vtrunque principium vnà secum afficit, sicut os ventriculi: no-
minatur autem in consuetudine non vulgo solum sed etiam à medicis stomachus. Quę nanq; sto
machicæ vocantur syncopæ, huius particulæ symptomata sunt: quemadmodum & cardialgiæ,
quæ* ab altera eius appellatione nomen sunt sortitæ. Inducit præterea & dyspnœas & apnœas & H
* Hæc dictio nõ est in Codi. ãtiquis. nec cæteri interpretes videntur eã habuisse, sicuti sanè superflua ẽ. *Nicolaus tamẽ Calaber, et vetus tralator uidentur loco dictionis* δήξεις *.i. demorsus, legisse* πνίξεις, *cũ ipsi habeãt suffocationes.* — demorsus* & epilepsias & deliria & melancholias: Atq; hæc quidem omnia societatis ratione: in-
appetentias vero & diminutas vitiosasq; appetentias, per se ipsum. Voco autem inappetentiam
cum quis nihil omnino appetit: diminutam vero appetẽtiam, eã quæ imbecilla est. Porrò vitio-
sarum, aliæ ad immodicam cibi & potus sumptionem sunt deditæ, aliæ ad alienarum qualitatum
desiderium propensæ. Dicendum ergo ordine de omnibus, initio à proprijs eius symptomatis
sumpto. Sequunť hæc ipsas naturales particulæ functiones, quarũ vtiq; gr̃a maximos à cerebro
requirebat neruos: pp quos etiam excellentiam hanc sensus præter cæteras particulas possidet.
Nam, qm̃ cute tenus vnumquodq; animal in ambientem aerem digeriť, accidit vt mẽbra quæ sub
ea sunt, prima vacueťur: quorum ingenita vis (vt in opere de naturalibus facultatibus à nobis est
monstratum) ex proximis sibi alimentum trahit, id. s. quod vacuatur reficiens: deinde rursus illa,
ex ijs quę sibi sunt proxima: sicut quæ tertio loco sunt posita, ab ijs quę sibi: atq; ita semp per con-
tinuum, veluti in choro quopiam translatione celerrime facta, ad venas quæ ad ventriculũ perti-
nent, vacuatio peruenit. Hæ vero & solent pariter, & natæ sunt ex ventriculo nutrimentum tra-
here, perinde vt stirpium radices quæ in terrã sunt dimissę, ab ea: cum. n. hoc opus vniuersum na-
turale sit, non animale, similiter in stirpibus & animalibus perficitur. Ac in stirpibus quidẽ, terra
perpe-

A perpetuo paratum largumq; alimentum rigantis ritu subministrat, quamdiu cœlitus temporum status pro natura se habet: quando, si ex terra squaloris excessu siccatus est humor, stirpes nutrimenti penuria marcescũt: Animalibus aũt, vtpote terræ non affixis, præter vtiq; pauca quædam, natura ventrem pro nutrimenti veluti penu fabricauit, quẽadmodum stirpibus terrã. Dedit autẽ animalibus & penuriæ sensum, quo.s.ad cibum potionemq; proritata, in tempore expleãtur: vocaturq; eiusmodi implendi desiderium, appetentia. Fit autem ex penuriæ sensu, cum.s.venæ ex ipso ventriculo veluti emulgentes sugentesq; aliquid trahunt: non ferens autem eum suctum ventriculus, sed veluti diuulsus, offensæ eius medelã cibum cõparat. Quippe venę hoc pacto ad obiectos cibos conuertunt, atq; ex ijs nutrimentũ trahunt, nequaq̃ ex ventriculo. Fitq; post cibi sumptionem, vt & venæ simul ad cibos se conuertant, & ventriculus ex ijs, quantum prius per venas est exhaustum, in se ipsum trahat. Ac suctus quidem ipsius sensus, fames est. Reliquorum duorũ, alterum venarum suctum præcedit, vocaturq; appetentia homonymω̃s cum altera: est autẽ naturale opus, non animale: Talem vero appetentiam vacuatio pręcedit. Existũtq; in totum Quinq; symptomata, ordine quodam sese deinceps sequẽtia: quorum Primũ vacuatio est, Secundum vacuatorum appetentia naturalis, Tertium ventris suctus, Quartum eius sensus, Quintũ appetentia eius animalis, quæ omnium est vltima. Itaq; ẽt huius actionis amissio, aut eo accidit, ꝙ sensus suctus sit amissus: aut eo ꝙ suctus non fiat: aut eo ꝙ corpus non vacuet. Ad eundem modum exiguæ & languidæ appetentiæ erunt, non perditis ijs quæ diximus, sed prope vt pereant perductis.

A.l.1.f.1.d.1. c.7.fo.28.a

l.ibidem.a

B

Vitiosæ vero appetentiæ quæ quidem in quantitate modum excedunt, vocanturq; a quibusdam caninæ, tum existunt, cum vel acidus quispiã vitiosus succus ventriculum mordet: vel totum corpus immodice digestum, inops alimenti redditur. Vitiosus nãq; succus, qui frigidus est, similem suctui morsum infert: appetentiam vero proritat, naturalis affectus similitudine: alimenti autem non potus desiderium excitat, pp frigus: At vitioso succo qui salsus & biliosus sit, ventrem mordente, potio magis q̃ cibus appetitur: præterq; enim ꝙ calefiat sicceturq; ab eo ventriculus, quæ vtiq; sitis causa sunt, etiam liquari fundiq; tum in eo tum in venis succos contingit. Fundendorũ autem succorum symptoma, ea quibus continentur implet, quẽadmodum (arbitror) frigiditas vacuat. Itaq; ẽt non parum ad esuriem, frigiditas eorum quæ in ventre habẽtur, confert, cum & corpora vacuet, &, eorum tunicas cogendo constringendoq; ad appetentiam iritet. Non esuriendi vero continens in primis causa est caliditas, vt quæ solida corpora laxando resoluat, atq; ad tractũ imbecilliora reddat: liquida, liquando amplius extendat. Atq; vna quidem caninę appetẽtię causa est, vitiosus is succus qui acidus est: Altera (vt dictum est) amplior per totum corpus vacuatio, quæ vel caloris robore, vel retentricis facultatis imbecillitate, sit illata. Proinde in priore affectu accidit, vt plurima sumptorum incidat deiectio: in secundo, ceu qui ex vacuatione habitus sit conflatus, alimentum in corpus digeri. Atq; immodicæ quidem & appetentiæ & fames ob hęc fiunt.

C

Vitiosas autem qualitates concupiscunt ij, quibus ventris tunicæ vitiosum aliquod excrementum imbiberunt. Solet id maxime mulieribus, quæ vitiosi sint succi, cum grauidæ sunt incidere: vocaturq; affectus græce citta, {picationem aliqui latine appellarũt.} Appetunt autem sub hoc affectu, acida maxime acerbaq;: aliquando vero acria: sicut non nunq; vel terram cimoliam, vel testas, vel extinctos carbones, tale ue aliquod alienũ edulium. Porro sic afficiũtur earũ pleræq;, vsq; ad secundum & tertium mensem: in quarto vero desinũt, partim vomitione vacuato vitioso succo, partim tempore concocto: scilicet muliere ipsa præ cibi auersione, exigua comedente, partim ẽt abundantia ipsa humorum vacuata. At primis duobus mensibus parum sanguinis in fœtum attrahitur, vtpote adhuc minimum, cum scilicet quod in vtero est hoc tpe, nec embryon græce vocetur, sed cyema adhuc id est vteri gestatio. Hoc autem auctius redditum, tum ipsum ampliore nutrimento vtitur, tum non solum quicquid optimum in venis est, id attrahit (ceu prius dixi) sed ẽt quia plus indigeat, eius quod vitiosum est, aliquid vna trahit. Atq; ita totum corpus, tum plenitudine laborare desinit, tum minus vitioso fit succo. Ipse autem fœtus alimenti quod attrahit excremẽta, in duplicibus membranis reponit. Ac fit quidem magna ex parte ipse quoq; & vitiosioris succi, & intemperantior, vtpote ex vitioso nutritus sanguine: nisi si quæ eũ gestat, in reliquo gestationis tempore salubribus vtatur alimentis. Verum hoc nihil ad rem propositam. Vitiosæ aũt qualitatis appetentia, de qua disputans picationis memini, aliqñ in viris quoq; incidit: cum.s.ijs quoq; in ventris os, similis aliquis vitiatus succus procubuit. Atq; hęc quidem circa cibi appetentiam, symptomata fiunt. In potionis autem appetentia, altera totidẽ ijs similia: Quę quidẽ veluti priuatio desiderij potus est, cũ corpus vel propter excessum humoris & frigoris omnino potione non eget, vel venter offensam ex desiderio in se non sentit: Quæ vero diminuta est appetẽtia, cum eadem ipsa remissiora sunt: At quæ vitiosa est, ad portionem se habet cũ ea, quę circa alimentum est praua: aliqñ quidem immodicũ postulãs potũ, vtiq; cũ in ipsis vẽtris tunicis, malus quispiam succus salsus aut biliosus cõtinetur: aliqñ autem naturali humido in eo veluti feruẽte. Alieni vero desiderantur potus, perinde vtiq; ac cibi, pro dominantis vitiosi succi ratione. Atque hęc quidem in longo tempore ijs, qui vitiosa victus ratione sunt vsi, superueniunt. Inexplebili vero nouimus cruciari siti, ex qua etiam perire, tum eum qui viperam comederat (erat autem fortasse

D

dipsas) tum messores, qui vinum in quo talis serpēs fuerat mersa biberant: tum eum qui vetus vinum vsq; ad ebrietatē hauserat: nō minus eum qui pertinaciter sustinere sitim sibi imperauerat: ad hæc alios in nauigio cui deficeret aqua dulcis, quorum qui ausi sunt marinā bibere, cum immodice supra cæteros sitirent, quidam ēt eorum & fluxa essent aluo nec id sine morsu vehementi, celerius q̄ alij perierunt. Vidi aūt & ex ijs qui ardenti febre laborarāt, quendam cum morbus inualesceret, & frigidam impudēter bibere, nec vnq; quoad moreretur expletum. Ac talia quidem & tot numero circa ventris appetentias sunt peccata. Superq; cardialgia, quod oris ventris infestū est symptoma, & ad sensum refertur à succis mordentibus proueniēs. Præter hæc est quod bulimos græce dr̄: est autem symptoma ex indigentia simul imbecillitateq; & refrigeratione huius loci ortum. Nec est mirandū si eius dolores, tum animi deliquia, tum virium defectus comitantur. Vbi enim ex digiti ad aliquid offensione, vnr̄ aliqui animo linqui, mirū profectò non est, ex stomacho id pati, cum & pp eximium sensum, & pp situs vicinitatē, duo principia promptius in societatem doloris asciscere possit. Maximaq; symptomata maxime sensibiles stomachos ingerere deprehendas, vtpote qui magis q̄ alij, ex quolibet infestante contristent: eosdem ēt vtriq; principio suam offensam trāsmittere inuenias. Cum aūt vniuersum quoq; neruorū genus in quopiam magis sensile magis've patibile est, tum vtiq; vel maxime ipsa quoq; principia in societatem noxę promptius trahuntur, cum vel ex affectu aliquo, vel ēt natura, infirmiora fuerint. Cum vero quatuor simul confluant, maximum necesse est fieri symptoma. Quatuor intelligo tum affectum, qui stomacho nocet, cum .s. vehemens est: tum sensum eius, cū maxime est acer: tum neruorum arteriarum've genus, cū est imbecillū: ad hæc ēt vel cerebrum ipsum vel cor infirmum. Ita nāq; & comitialibus morbis, & caris, & comatis, & catalepsi, & delirio, et melancholijs, quidam ex stomachi vitio corripiūtur, vtiq; cū principiū quod in cerebro & neruis est, simul afficitur. At quę cardiacæ vocant syncopæ, tum incidunt, cū quod in corde & arterijs principium habet, cum stomacho laborat: ad eundem modum & pulsus priuatio, itemq; tum paruitas eius tum prauitas: Apnoeæ vero id est respirationis defectus, cum vtrunq; principiū in magni affectus societatē est adductū. Sanè dyspnoeæ id est spirādi difficultates ēt duplici rōne proueniūt, aliàs trāsuersi septi angustia, aliàs vtriusq; principij sympathia. Sunt aūt occasiones quę animal ad eiusmodi symptomata ducunt, non paucæ. Nam & valida refrigeratio interim quidem ipsa per se: interim vero ex pituita, quæ admodum sit frigida, est aūt talis maxime quæ fuso vitro colore ac consistentia sit similis, quē vitreum succum Praxagoras & Philotimus noīant: non minime vero ex spiritu qui flatuosus sit ideq; frigidus, aut ex potu, aut cibo, aut medicamēto aliquo, quod valde sit frigidum: non solū ipsum os ventris perfrigerat, sed ēt vnà cum ipso per neruos quidem cerebrum, per magnā vero arteriam cor ipsum frigidum reddit: neruosi quidē generis societate cerebrum, situs autē vicinitate cor. Postq̄.n. maxima arteria à corde exorta, super spinam incedit, primum quidē gulæ tum iungitur, tum per membranas annectitur: post hanc vero, & sub os vētris, & ipsum ventrem per lōgitudinem porrigitur, infraq; procedit. Ac per hanc quidē arteriam quæ & maxima est, & ex ipso corde nascitur, alterum principiorum cum ore ventris simul afficit: per neruos aūt cerebrum. Nihil igitur miri est, ex eius ægritudinibus, maximis & vehementissimis symptomatis aīal torqueri. Ac quis quidem cuiusq; symptomatis generandi sit modus, in sequētibus dicetur: Ad præsens occasiones ipsas dicere sat habeo. Hæ sunt fungi quidam, & buprestes, & cerussa, & gypsum, & lac concretum, & vteri perfrigeratio in viduis & ijs quæ non purgantur, præterea quæ in viris ad horum portionem fiunt. Dicetur etiam alibi de respiratus priuatione seorsum.

* Al. πνίξεις.i. strāgulationes. vt vetus ēt īterpres & Copus & Nic. calaber.

De Symptomatum Causis, quæ in Primo & Communi Sensu fiunt. CAP. 8.

AC tum de sensorijs instrumētis oībus, tum quæ in his sunt facultatibus, iam mihi absoluta disputatio videt̄. Nunc ad ipsam eorum originem, & quæ ex se veluti fonte membratim ijs vires transmittit, cōuerti tempestiuum vr̄. Est aūt ea, id quod primum sensoriū est. Quippe cuiusq; sensus alteratio quæ à sensibilibus infert̄, in singulis instrumentis perficit̄: eius autem sensorium est ipsa quæ alteratur particula, ex eo q̄ à cerebro delatam ad se per neruum virtutem recipit. Ipsum nāque cerebrum, sensorium organum à natura conditum non est, sed sensoriorum sensorium. Quòd autem per neruos semper sentiendi vim omnibus animalis particulis transmittat, inde maxime liquet, q̄ præciso neruo quolibet, ilico particula in quam dispergitur, sentiendi vim amittit. Liquet autem non secus & q̄ in somno, aut omnino ferientur sensus, aut exiliter & obscure agant: rationabile ergo est exiguum virtutis à principio in singulos tum confluere. Et profunde quidem ac non profunde dormire, sicut vulgo loquimur, ex quantitate influentis virtutis contingit: cum tanto minus eius influere sit credibile, quanto somnus est profundior. Igitur in toto eo tempore videtur animalis vis quiescere, naturalis autem vehementius operari. Id autem inde adeo coīectet quis, simul q̄ fatigata prius, postq̄ dormitum est, vires recipit, potissimum vbi post mediocrem cibum est dormitum: simul q̄ dormientibus nobis nutrimentū non in ventre modo, sed etiam in tota animalis mole, optime concoquit̄. Est etiam alioqui consentaneum, illud quoq; animalis membrū aliqn̄ quiescere, in quo rōnalis animæ principiū residet. Quippe cor breuibus intermis-

A. l. 1. f. 1. d. 6. c. 4. 27 2. b

A intermissionibus videtur hoc facere, ita vt multo tempore ad requiem nō indigeat: cerebrum autem non ita, sed in vigilijs semper exercetur, in somnis quiescit. Eoq; fit, vt qui liberalius se exercitarunt, eos altior somnus premat, tanquā multæ ijs vires cum laborarent, à principio defluxerint. Igitur cerebrum, tum propter virtutis quam transmisit absumptionem, tum propter fatigationem, qua propter multos labores est affectum, & requie simul & refectione eget. Veluti autē ab exercitationibus & promptius et profundius dormitur, sic & à sumpto nutrimento: quantoq; id humidius natura fuerit, tanto magis somnum conciliat. Idemq; accidit & ijs qui plusculum vini biberunt, & qui caput liberaliter in balneo calido lauarūt: quippe omnia talia videntur cerebrum humiditate implere: qua vtiq; indiget, vbi in multo negocio & fatigatum est, & siccatum. At vero q caput impletum somnum afferat, monstratum ab Aristotele abūde est: nec est q de ea re nos nūc quicquam agamus. Qui.n. librum eius de somno & vigilia leget, tum hoc ipsum q capite repleto somnus animali superueniet, clare perspiciet: tum quod apud eū in sermone claudicat, intelliget. Quanquam.n. & ad ratiocinandum sit vehementissimus, & ad disceptationem quocūq; velit probabiliter perducēdam maxime potens, tñ Cur capite repleto primum sensorium, si id (sicuti ipse existimat) in corde sedē habet, quiescat, nihil potuit probabile inuenire: multo enim pro B babilius sit, ex pulmonis humiditatibus somnos fieri, quem natura ob nihil aliud cordi circundedit, q̄ vt illi ministraret. Quis vero aut medicorum qui cōtrariæ sunt sententiæ, aut qui à nuda experientia procedunt, in caris & lethargis & comatis, deniq; omnibus præter naturam somniferis morbis, non accedit ad caput, illudq; perfundit, ac super cataplasma imponit, raditq;, & cucurbitas affigit, omniaq; molitur, tanquam hic morbi radix consistat? Ad eundem enim modum & cum deliria & phrenitides, omnes deniq; quæ præter naturam sunt vigilias, curant, præsidia capiti admouent. Verum de his alibi pluribus est disceptatum. Ad ea vero de quibus nunc agitur, illud ad rem pertinet, q cerebrum vbi requiescere à multa actione vult, naturalem somnum animali inducit: quod etiam magis facit, cum nutrix in eo virtus largum quo fruatur humorē habet. At cum à multo vel frigido humore grauatur, eū qui in comatis & lethargis cernit, somnū affert: aliosq; similes ijs morbos, quorum caput humiditas ac frigiditas sunt, vel alterutra per se solam in eo consistens, vel ambę simul iunctæ. Talia igitur sunt cum medicamenta oïa, quę vere somnifera sunt: tum quæ sic quidem vocantur, inferunt autem non somnum, sed coma, & caron, & totius corporis torporem. Ac quæ quidem duntaxat humectant, oïa merito somnifera vocant: quæ vero perfrigerant, nec somnum nec indolentiam afferre recte dicuntur, sed pro somno, coma et caron: pro C indolentia, ob perfrigerationis excessum, vel prorsus insensibilitatem vel certe sensum diminutū. Porro dictū prius est torporis vitium, sensum motumq; diminutum neruosarum esse partium: fitq; (vt dictum est) tum ex alijs causis, tum ex intemperie, veluti post medicamenta quæ perfrigerant. Atq; ita quidem somni, & comata, & cari, & torpores fiunt. At siccitas immodica & calor quales in phrenitide propter succum aliquem mordentem & calidum spectantur, irritationes & vigilias, quæ quidem tristitiæ vel curarum occasione non consistant, inferre solent. Tanquam aūt talia symptomata toti corpori cōmunia fiunt, ex eo q principium est affectum: Sic alia omnibus voluntarijs functionibus, ob principium affectum incidunt: nam & apoplexię & epilepsiæ propter cerebrum affectum fiunt. Est tamen apoplexia eiusmodi vitium circa voluntariam actionē, quale est in sentiendi actione, altus somnus: Aliud vero tale est in epilepsiis cōuulsio, quale in sentiendi functione vigilia. Ambo enim hæc vitiosi motus cerebri sunt, ideoq; etiam partium sigillatim omnium: Reliqua vero duo, actionum eius, tum cohibitiones, tum quietes. At in conuulsionibus totius corporis quæ sine delirio sunt, vel caro, morbus spinalis in collo medullę est: Quemadmodum vbi vel brachium, vel crus, vel musculus vnus tenditur, ac violenter conuellitur, vnius semper nerui qui particulam mouet, vitium est. Quæ vero omnino morbi causa sit, cuius occa D sione partes contrahantur, difficile dictu est: ęque vt palpitationis, & tremoris, & eius agitationis quæ græce homonymῶs cum vehementis frigoris sensu, rigos dicitur: est autem inęqualis totius corporis concussio ac vibratio: {vocetur si libet concutiens rigor:} Quippe quæ omnia musculorum genus, vel solum, vel magis q̄ cęteras partes, tentare videntur. Exactius autem id sciemus, si prius eorum notiones distinxerimus. Ad pręsens enim quatuor memorauimus appellationes, conuulsionem, tremorem, palpitationem, & quod rigos græce dicitur. Qualia vero singula symptomata sint, quæ hæc vocabula signent, à nullo me priorum definitum inuenio: sed alij ad morborum substantias quibus superueniunt, statim se conferunt: alij ea distinguere aggressi, in interpretationibus suis falluntur: Quod facile intelliget, qui lectis quæ à nobis traduntur, euoluere libros eorum volet: neque enim difficile est vbi veritatem noueris, quæ parum recte sunt dicta, deprehendere. Ergo de his omnibus proximo agetur libro.

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER SECVNDVS

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Causæ Symptomatum declarantur, quæ Motum animalis & Principem Functionem solent deprauare.

Quotuplicia sint Deprauati Motus Symptomata. CAP. 1.

Onuulsio igitur, & tremor, & palpitatio, & rigor (qui.s. totius corporis est concussio vibratioq́ʒ,) præterea horror, & singultus, & tussis, & ructus, & sternutatio, & pādiculatio, & oscitatio, & stridor seu strepitus trysmon græci vocant, oīa motum illegitimum pro cōi genere habent. Dissidēt inter se, F vno primoq́ʒ potissimum, ꝙ alia eorū naturæ sunt opera, quæ tñ à morbosa quapiam causa violenter moueri sit coacta: alia morbosos comitant̄ affectus, natura ad eorū generationem suppetias minime ferente: alia fiunt vbi ad opus efficiendum simul coeunt & morbus & natura. Naturę nomen in hac disceptatione pro omni facultate, quæ aīal siue voluntatis nutu, siue citra hūc, regat, intelligas velim: Quippe hoc loco omni cāę pręter naturam cuius vitio lędit̄ & corrumpit̄ aīal, totum illud facultatū genus, cuius bñficio seruat̄, ex aduerso opponimus. Eiusmodi ergo facultatis opa sunt, sternutatio, tussis, oscitatio, pandiculatio, & singultus: Vnius autem morbi opera sunt palpitatio & conuulsio: Sicut amborum, morbi facultatisq́ʒ coeuntium, tum torpentium oīum motus, tum cæteri quos ædūt ij quorū nerui adhuc resoluunt̄, non dū aūt sunt resoluti: qbus ēt adnumerat̄ tremor. Atq; hę quidē nūc nobis propositi symptomatū generis primæ dr̄iæ sunt: quarū cuiusq́ʒ ꝓpriæ quædā deinde hn̄r, de quibus nūc agēdū, à motibus ijs quos innata aliqua vis ciet, auspicatis. Sane societas quædā istis est cū ijs, qui oīno pro naturę lege se hn̄t: quā vtiq́ʒ, vt quæ sit eorū generatio doceā, necesse est prius exponā. Igit̄ cū quatuor facultates sint, quibus oē nutriendi munus in nutritis corporibus administrat̄, prima q̄ ad se quod vtile est trahat, altera quæ id retineat, tertia G quæ alteret, quarta quæ quod excrementū est, expellat: quādiu pro naturæ lege animalis actiones obeūtur, nullus earum motus symptoma est: Cum vero subsistit in corpore aliquid quod alienū à natura sit, vbi id expultricium virtutum aliqua abijcere nititur, aliqn̄ insensibiles omnino earum motus sunt, aliquando sensibiles euadunt. Ac de insensibilibus quidem post agetur.

Quæ Symptomata Deprauati Motus Naturæ, quæ Morbo, quæ Vtriq; ascribantur: & præsertim de Tremore & Palpitatione agitur. CAP. 2.

DE sensibilibus vero, qm̄ cum volūtarijs cōsortium habent, cōis à me doctrina tradet̄. Ergo voluntarię functionis læsiones sunt, neruorum resolutio hoc est paralysis, cōuulsio, tremor, & torpor. Variāt aūt horum singula in particularibus instr̄is, nō speciē modo, sed ēt nomē. Quippe spirandi instr̄orum paralysis, apnœa vocat̄: eorū vero quibus vox fingitur, aphonia: at linguæ paralysis nullum nomen hēt, ipsa tñ nihilo secius loquelā, quæ volūtatis non leue est opus, prorsus adimit. Cōtra vero ischuria, apnœæ atq́ʒ aphoniæ simile quid indicare vr̄: cæterum volūtariæ actionis amissio non est, sed naturalis: quippe ꝙ lotium præter voluntatē fluat, voluntariæ actionis est noxa. Simile qd ac in vrina, in deiectionibus quoq́ʒ accidit: retētio.n. eorū, naturalis actio- H nis est culpa: inuoluntarius effluxus, actionis voluntariæ. Porro demratum vberius de his oībus est, in libro de musculorū motu. Atq́ʒ ita quidē paralyses varia specie sunt. Cōuulsiones vero ad hunc modum. Dentium inuita concussio trysmos græce dicta, musculorū mandibularium est cōuulsio: Quam vero illosin græci vocant, præterea strabilismi, eorū qui in oculis hn̄r. Veluti ēt gonorrhϾ alia est dr̄ia: si quidem rigido pene fiat, velut quædam conuulsio est: si nō rigeat penis, ad retentricis facultatis imbecillitatē referri debet. Sūt qui singultū quoq́ʒ cōuulsionis speciē esse arbitrent̄. Atq́ʒ duplex inspirantiū reuocatio nō nunquā ob musculorū inspirationē facientiū cōuulsionem fit. Est & expiratus species quædā ex conuulsione proueniens, quę musculorū qui expiratū efficiunt, conuulsionem sequit̄: appellat hanc Hippocrates ‖ spiritum inter exeundū offendentem. Quod aūt apoplexia totius corporis sit paralysis, & epilepsia totius corporis cōuulsio, supra est dictū: nec minus ꝙ torpor, læuis quædā sit paralysis. Sane torpore laborantium particularum, nō parua in excessu defectuq́ʒ dr̄ia est, propterea ꝙ id symptoma ex morbo & facultate est mistum. Quippe si morbus virtutem prorsus superat oīno membrum sustinere nō valet: Sin virtus vincit, haudquaquam impedit̄: Ac si veluti pugna quędā eorū est, mouetur quidem mēbrum, sed ægre: ac, si iubeas, cum læsum membrum extendunt, vt id extensum seruent, nequeunt, decidit enim

de Vict. rat. in mor. acu. cō. 2. t. 44. 7ᵈ. 122 f

A enim naturali pondere propter imbecillitatem sustinentis id virtutis, deorsum: quod enim attollit ac sustinet, virtus est: quod deorsum fert, ipsum brachij cruris've est corpus. Causa vero huius rei reddita prius est, vbi de sensibilibus actionibus egimus: ostẽdimusq; neruum vel frigore densatum, vel crassis & lẽtis humoribus obstructum, vel à quapiam extrinsecus causa pressum, in torporem & paralysim adduci. At conuulsio in eandem dispositionẽ neruos musculosq; ducit, in quam cum pro naturæ lege se habebãt, ab animali virtute ducebant. Siue igit ad principium tensis siue flatus influxu impletis musculis voluntarij motus erant obiti, hæc eadem in conuulsione accident, tum spiritu flatuoso in musculis gigni potente, tum multis qui tẽsionem creent (è quorũ numero phlegmõe est) affectibus. Quorũ caput (sicut Hippocrates dixit) duplex est, impletio vacuatioq; In phlegmonarum generis vitijs, impletio: in ardentissimis siccissimisq; febribus vacuatio. Porrò quod impletis vacuatisq; plus iusto neruosis corporibus, tendi eis omnibus cõtingat, docent non in postremis quę in instrumentis musicis intentę sint chordę: quippe quę siue in humidam & humectam, siue in siccam & squalentem domũ, tentę sint repositę, rumpunt: ideoq; eas artifices, priusq̃ reponantur, laxant. Propter hoc igit dictum est superius cõuulsionis motum ex solo fieri morbo, immobilitati, quæ in paralysi visitur, non dissimiliter, vt quæ ipsa quoq; morbi occasione incidat. At secundũ naturam in animalibus motio & immobilitas, vbi sublatũ quis brachium immotum seruare potest, vtraq; ab animali fit potentia. Quòd si sanũ brachiũ super solidum aliquid reclinans omnem musculorum relaxet actionem, nec propter morbũ nec propter virtutem eo casu quiescit brachium, sed, quod animalibus naturale est, pondere. Ita trium quietum, ea quidem quæ in paralysi cernit, à morbo solo fit, obligata (vt sic dicam) eo tẽpore virtute: Quæ vero in membro, cum extensum est, habet à potentia: Quam vero vltimo loco posui, à neutro: Non ignorantibus.s. nobis quæ in libris de musculorum motu de extẽto brachio sunt dicta, talem habitum ipsa re vera ex actionum motuumq; esse genere: motum pręterea hũc, tonicon.i. tensiuum à nobis nominari dictum est. Ac talis quidem habitus, alio quidẽ modo motus, alio immobilitas, dici potest: Reliqui duo, nullo modo participes sunt motus: Æque vt reliqui duo motus & conuulsiuus & volũtarius, nullo modo ad immobilitatem attinent. Præterea dictũ est porrectum extẽtumq; brachiũ ex duobus æque valentibus administrari motibus, virtute.s. id sursum attollente, & naturali pondere contrà pessum trahente. Ad eũdem modũ tremor quoq; ex duobus constat motibus, & eo qui pondere brachium deijcit, & eo quẽ virtus attollens contra opponit. Ac in valente quidem brachio, ne vel minimũ quidem vincit virtus à põdere, sed potentior membri deorsum nutu, sustinet id tantumq; in sublime attollit, quantum ille deorsum trahit. In tremore vero inuita virtute, membrum ruit deorsum: Licetq; liquido cerni eorum pugnam, nec virtute membrum decidere sinente, veluti in paralysi: nec pondere permittente virtutem id sublatum seruare ita, vt cum valens erat. Inuicem igit vincente victaq; potentia, mutuoq; semper contrarijs succedẽtibus motibus tremor efficit: estq; compositus motus, qualis est arteriarum pulsus. Verum in ijs sensibiles motuum quietes, dilatationẽ à contractione dirimũt: si tamen non adeo frequens pulsus est, vt in ijs, qui ꝓpterea ꝙ formicarum motum æmulant, formicantes dicuntur: Hîc autem nullam inter contrarios motus sensibilem quietem inuenias: neq;.n. vicissitudo motuum est, quæ ab vna perficiat natura, sed pugna virtutis & ponderis corporis. Cæterum vt maxime hunc motum alteri cuipiã qui in corpore habeat assimiles, formicantis pulsus est non absimilis. Tanq̃ enim in hoc arteriæ motus, in minima spatij interc ipedine agit: sic in tremore animalis particula, quæcũq; ab imbecilla virtute mouet. Patet ergo huius quoq; symptomatis generatio: & ꝙ omnino cum conatu sit mouendi, & cum virtutis infirmitate. Sunt qui putent voluntatẽ à tremore non esse inseparabilem, videntes videlicet totum interim caput tremulo motu agitari, sine voluntate mouendi: sed hi ignorant ꝙ etiam in custodienda quauis particula recta, tum voluntas agit, tũ tendunt ab ea musculi, non aliter q̃ in alijs actionibus tenderent. Sanè hoc in libris de musculorum motu à nobis demonstratum est. Sed & nunc non exigua ponemus indicia, & ꝙ volũtas in tremoribus agat, & ꝙ imbecillitatis culpa rectam custodire partem non valet. Illũ enim cui caput tremit, si super molle aliquid supinum reclines, non amplius tremet. Ad eundem modum si quis scribens secans've aut aliud quippiam factitans tremit, si manus ab opere abstineat, tremere iam desistet. Pari modo si quis cruribus cum ingreditur, sit tremens, si ingredi desinet, non tremet: Videas enim non raro robustissimos iuuenes, vbi maximum aliquod onus humeris imposuerunt, cum progrediunt, cruribus tremere: vbi progredi desierunt, aut onus abiecerunt, statim à tremendo liberos: quippe cum graue leueq; ad aliquid referantur, fuerit nimirum & onus adeo magnum, vt etiam fortissimo sit graue. Ac validam quidem virtutem maximum onus vincit: quæ vero valida non est, hanc non maximum modo, sed etiam paruum superat: ꝙ si adhuc sit infirmior, ipsum eius insitum corpus oneris ritu graue erit. Eoq; fit, vt senes omnes si quãdo maiorum virium opus moliunt, statim particulis ijs quibus agunt, tremant. Sic etiam qui ad præaltum aliquem præruptumq; accedit locum, cruribus tremit: deijcit enim virtutem timor. Non secus etiam serpentem quis conspectum fugiens, tremens redditur. Quid qui formidabilem magistratum adit, non'ne toto corpore tremit? quem si loqui iusseris, ne vocem quidem non tremulam

6.ª Aph. 30. Ex. ord. 30. f

mulam ædet. Tanquam igitur animi affectus, vbi debilitatem motrici facultati intulit, tremulos E facit: sic & corporis morbi cũ vires labefactant, tremoris symptomata inducunt. Ac primũ quidẽ maximeq; virtutem lædunt morbi, qui in temperie cõsistunt: quippe cum senium quoq; propterea, ꝙ intemperies quædam est, ad frigidius sicciusq; cõuersa, tremoris affectibus facile tenteť. Corripiuntur ijs non minus & ex iuuenibus ij, qui vehementer sunt refrigerati, & qui vino meraco se ampliter impleuerunt, vel multis cruditatibus laborarunt, vel longo tempore cibis repleti, inexercitati ociosiq; omnino exegerunt: sunt & qui ex frigida intempestiue hausta tremebundi sunt redditi. Quippe talia omnia frigidam intemperiem creant, non raro quidem in toto corpore & ipso neruorum principio: interim vero, in quibusdam partibus, quæ. s. & imbecilliores natura sunt, & ad noxam cæteris magis opportunæ. Iam crassi glutinosiq; succi, cum virtutis viam sic obstruũt, vt parcior influat, tremoris causæ fiunt, potissimum cum prorsus obstruxerunt, ac neruorum aliquorum partes vllas resolutas laxasq; reddiderunt: quippe reliquæ fibræ valenter musculum intendere non valent. Vbi tñ humores qui virtutis vias per neruos obstruunt, non penitus sunt impacti: sed concuti & dimoueri virtute violentius se ingerente possunt: eiusmodi motus existunt, quales in paralysi incipiente non nunꝙ accidere prius diximus, membro. s. aliquãdo exaltato, statimq; decidente. Siquidem cum excitata collectaq; virtus vehementius se inijciens, neruorum F obstructiones amolita fuerit, membrũ mouet: Rursus autem humoribus in priorem locum confluentibus, decidit, immotũq; manet, quoad rursus secundo virtus vniuersa irruens, humores qui eius vias occuparant, dissipet. Verũ de his hactenus abunde. Palpitatio aũt dilatatio quædã præter naturam in particula est. Fit autẽ in oĩbus corporis particulis in quibus dilatatio distẽtioq; accidere possunt: non. n. profecto os cartilago ve vnꝙ palpitant, propterea ꝙ dilatari non possunt. Ergo in cute sæpe incidit, non nunꝙ vero etiam in subiectis illi musculis: nõ in postremis autem in ventriculo, vesica, vtero, intestinis, iecinore, liene, & septo trãsuerso: vnoq; verbo in omnibus quæ distendi dilatariq; possunt, ita vt tum arterijs tum cordi ipsi videatur incidere, aliusq; in his præter pulsum motus esse. Est igitur passio hęc neq; voluntariæ virtutis propria, nec instrumentorum ad hanc spectantium, cuiusmodi sunt tremor & conuulsio: sed, ceu modo dictum est, omnibus corporibus quæ dilatari possunt incidit. Porro ea sunt omnia quæ naturaliter sunt mollia, ita vt tum dilatationem sui tolerare, tum rursus in se sidere possint. Sanè causam huius symptomatis ab ijs quæ manifestissime apparent indagari conueniet: nempe palpitationibus ijs, quę in palpebris, superciliis, fronte, malisq; contingunt. Cernitur. n. in ijs cutis exaltari inflariq; ad eum modum, quo arteriæ dilatanť. Ergo quod in ijs quæsitum est, vtrum ne ex sese dilatatæ, vnà cum di- G latando trahant quod se implebit, veluti fabrorum folles: an vtrium ritu, cum implentur dilatantur: idem primum definisse in palpitantibus quoꝗ particulis conueniet. Videtur aũt questio genere quidẽ similis esse ei, quod in arterijs quæritur, facilitate aũt inuentionis dissimilis. Neꝗ enim sicut arterijs, quæ semper & ſm naturam pulsant, rationabile est vim aliquã inesse innatam quę id efficiat, ita & particulis quæ palpitant: quippe & semper ijs inesset, & cũ sane essent pręcipue. Qñ itaq; talis vis neq; semper neq; bene habentibus inest, liquet eas ex se ipsis non dilatari. At vero si non ex se, oĩno ab aliqua quæ in ipsas influat substantia. Porrò hanc vnam è duabus esse credibile est, vel succum quempiam vel aeream aliquã naturam. Ac quo minus succus sit, repugnat palpitationis tum mo*tus, tũ solutionis celeritas: vt quæ & ilico fiat, & statim desinat. Succus autẽ nullus aut ita celeriter influit, aut refluit, potissimũ in ijs quæ mõ memoraui circa faciem partibus: vtpote in quibus cutis super nuda propemodũ extendiť ossa. Ita necesse est cãm, vnde palpitatio exoritur, aeream esse substantiã. At vero si hæc tum exigua, tum subtilium esset partium, facile per corpus transflueret. Non alienum igiť à ratione est substantiam quandã crassarũ partiũ halituosamq; esse, tũ quantitate vt ad locum in quo consistit semper satis magna. Ergo dilatat (vt verisimile est) attollitq; ac inflat partem, quoad trusa & compulsa ad sui generis perspiret substantiam, simili. s. ef- H fectu ei, qui dum coquunť succi, visitur in bullis: nisi ꝙ bullæ hîc rumpunť, palpitãs corpus ob firmitudinem non rumpiť, sed attollitur quoad flatus per id extrudatur ac transeat: decidit rursus in pristinã sedẽ, vbi totus vacuatus est, & exiuit. Rõnabiliter aũt et ijs quibus perfrigerata est aliqua particula, palpitationes accidunt. Quippe quod ab ea sub naturali ipsius statu attenuatũ, oĩnoq; ꝑ naturalem animalis calorẽ confectum, effluxit, id nunc vbi ea propter frigus reddita est imbecilla, & halituosius & crassiorum partium efficiť. Ita nec facile sicut prius perspirat, sed cohibeť à cute, & trãsitus angustia impeditũ, in via tardať. Quòd si ipsa quoq; cutis sit densata, vtiq; duplabiť symptoma, scilicet ad crassitudinẽ trãsfluentis substantiæ, angustia quoq; viarum accedente. Atq; ita quidẽ in palpitationibus distendiť cutis. Simili aũt modo & musculi, cũ non dissimile in ijs excrementũ colligiť, dilatati aliqñ totum mẽbrum attollũt. Distat tñ manifestime is motus à motu conuulsionis, ꝙ membrum neq; prorsus extendit, neq; inflectit. In palpitationibus. n. membrum, nec quod notabile sit extendiť, nec inflectitur: concutiť aũt quodammodo huc atꝗ illuc quoad musculus palpitare cesset, ad eum sanè modũ motu obito quo etiam in tremore: eo autem differente, ꝙ per magna fiat interualla, cum tremor incidat per exigua. Siquidem palpitãs musculus cum satis notabili magnitudine est, dum dilatatur, totum sæpenumero membrũ secũ attollit: dum contrahitur,

*generationis.

A tur, velut rei inanimi deorsum ferri permittit, ita vt totus motus prɇter naturam sit, non autem sicut in tremore, mistus quodammodo & compositus. Sane qualis est palpitantium membrorum motus, paucus simul tardusq; & rarus: talis ijs qui concutientem rigorem patiuntur, numerosus densusq; ac celer incidit. Intelligo numerosum, ipso motuum numero: celerem autem, ipso motus impetu: densum, ipsa breuitate quietũ. Est aũt motus hic non vtique sicut palpitatio & conuulsio totus præter naturã, sed alio modo, nempe quo tremor. Est igiť ipse quoq; mistus quodammodo ex causa quæ præter naturam sit, & animalis virtute: habeturq; in hoc virtutis plus q̃ in tremore. Immo vero (si fateri verum oportet) motus omnis insitæ illius est virtutis, quam nos excretricem & expultricem nominare solemus. Quod hanc virtutem ad violenter mouendum proritat & cogit, id causa est præter naturam.

De Motibus quæ Symptomata sunt ob Causas, quæ Naturam cogunt. CAP. 3.

Q Visquis igiť huius virtutis functiones, dum sanũ integrumq; animal est, nouit, estq; alioqui prudens, huic longiore sermone opus non est: qui nec illas nouit, & mentis est hebetioris, huic suaserim, siquidem ei veritas omnino cordi non est, ab hoc libro abstineat: sin veritatis est cupidus, eamq; magnificat, vbi naturaliũ virtutũ commentarios prius adierit, & se af-
B fatim in ijs exercuerit, ad hunc librum se conuertat. Si.n. nihil horũ fecerit, nec demonstrationem eorum quæ à nobis diceñ, intelliget: nec eorum, quæ prius dicta sunt, quod sine vlla demonstratione est positũ aduertet. Ac mihi quidem statutũ est, nullam in hoc opere opinionẽ refellere. Licet aũt ei qui volet, vigesimoquarto Athenæi libro prælecto, causas, quas priores eo tam medici q̃ philosophi de {affectu quem nos concutientem rigorem cũ venia vocamus,} attulerunt, q̃ absurdæ fuerint intelligere: refellit enim eos omnes Athenæus. Licebit sane & ipsam Athenæi opinionem examinare, quæ vt probabilior superioribus est, ita nec ipsa vera est. Verũ cui veritas est curæ, is hæc scio, quemadmodum exposui, facere tentabit. Ego vero, veluti cum ijs agam qui ea quæ de naturalibus facultatibus scripsimus legerunt, pauca loquar, sed si prius ad memoriam reuocauero, quæ de vtero, ventriculo, intestinis, ac vesica in ijs demonstraui. Siquidem monstratũ est vteros nullo alio modo ad fœtũ ædendũ se comparare, q̃ per expultricis facultatis actionem. Quippe, qui tũ fœtus grauitatem, tũ sui distentionem, nouem mẽsibus pertulerũt: atq; ita ad vnguem toto hoc tempore conniuente ore fuerunt, vt ne styli quidem mucronem reciperet: ij absoluto in ipsis fœtu, ad eius expulsionem se comparant, diuersa omnino constitutione affectus. Etenim collũ eorũ quod prius se constrinxerat, tm̃ aperiť, quanto fœtui facilis præsteť exitus: tunicæ aũt q̃ q̃ maxi-
C me prius fuerant distentæ, vndiq; contrahunť, ac fœtũ extrudunt, ita vt q̃ celerrime per vteri ceruicem excidat. Sane eadem virtus quæ sic de fœtu est solicita, vt nouem mensiũ spatio eius sustineat pondus: atq; vt absolutus tuto emittať, prouideat: si circa tertiũ quartum'ue aut aliũ mensem fœtus est corruptus, statim eũ eijcit, tũ quoq; similiter collũ adaperiens, sicuti cũ pariendi tp̃s instabat, aperuit. Quippe præfinitũ illi claudendi se aperiendiq; tp̃s est, non certi alicuius temporis circuitus, sed ipsius vsus occasio. Ad eũdem modũ monstratũ est ventriculũ quoq; inferius os suũ post cibos claudere, nihilq; sinere abire, priusq̃ plane sit concoctũ: si tamen eũ nihil aliud intermittere actionem cogit, quemadmodũ vterũ fœtus corruptela: quippe similis affectus ventriculo incidit, vbi cibi in eo sunt corrupti: Immo vero non raro simul ac sunt deuorati, si.s. ita vel vitiosi sunt, vel copiosi, vt eos ferre non possit. Atq; idcirco q̃ quidem in se fluitant, per vomitiones eijcit: q̃ deorsum vergũt, ad exitũ qui illic habeť, detrudit. Sed & citra cibos ventriculi vis sæpe impetũ ad vomitũ capit, aut bili vrgente, aut mala pituita, aut alio quopiam eiusmodi succo sanie'ue infestante. Est enim in quaq; animalis particula facultas, quæ, quod præter naturam in ipsa est collectũ, expellat, veluti in propria de eiusmodi facultate disceptatione est demonstratum. Satis nanq; est ad præsentis disputationis claritatem, ea demũ ex huiusce facultatis operibus retulisse, q̃ de vtero & ven-
D triculo sunt dicta. Quippe qualis est cum euomiť, expultricis in ventre facultatis actio: talis est cũ tussiť, in pectore & pulmone. Sane nullum animal aut nauseare, aut vomere, aut tussire docetur. Immo longo sæpe à natali vsque spatio integra sanitate fruentia, tam alia complura animalia q̃ homines, nec vomitum experti sunt, nec tussim: & tamen vbi contristans aliqua causa, vel os ventris, vel spũs vias occupauit, ilico & tussiunt & vomunt. Et in vomitu quidem sic moueť ventriculus, sicut in partu vterus. In tussi vero aliter fit motus: neq; enim poteſt pulmo tali motu quod cõtristat expellere, sed inuẽnit sibi natura aliud remedium, magna solertia. Quippe cum externus aer in asperas arterias trahať, quæ & cartilagineæ duræq; sunt, nec contrahi circa id quod cõtinet possunt, incitatum hunc excogitauit spũs exitum, quam vocant Tussim. Cuius generis & sternutatio est, ad persequenda protrudendáque ea q̃ nares offendunt, instituta: quæ ipsæ quoque respiratus sunt viæ à natura inuentæ. Quippe expurgat spũs sibi ipsi violenter & cũ ipetu delatus vias, non aliter q̃ tibias & fistulas expurgant harũ opifices. Ac qualis quidem mouendi modus sit, quo hoc fiat, in progressu docebiť. Quod ad rem propositam est vtile, iam accipiamus. Nempe q̃ eiusmodi motus naturæ quidem opera sunt: sed tñ propter causas quæ naturam moueri sic cogũt, symptomatis quæ præter naturam sunt, adnumeranť. Atq; intestinorũ quidem & vteri & vesicæ expultricis facultatis similes motus sunt, siue quid eorum quæ secundũ naturam, siue quæ præter naturam

turam sunt, expellit: quo minus symptomata ab ijs clare discreta sunt. At quæ in tenesmis, & dysenterijs, & lienterijs excernunt, symptomata sunt: veluti (arbitror) & quę in stranguriis & in vrinæ diarrhœis: ꝙ si quis exacte loqui velit, ēt ventris crepitus, & stridor, qui trysmos Græce dicit, & ructus, & ventris murmur, aliaq; id genus: De quibus etiam proxime dicetur. E

De Tussis & Sternutamenti Causis. *CAP.* 4.

VErum in ventre manifestius est id, quod in vomitibus cernit: multiq; hos non naturæ opus, sed symptomata esse dicunt. In tussi vero & sternutatione, clarius quidē est quod in tussi notat: sternutatio vero non similiter videt præter naturam esse. Cæterum sunt, nō hæc modo, sed ēt tussis, & vomitus, & diarrhœæ, taliaq; omnia ex illo symptomatum genere, in quibus causa aliqua quæ præter naturam sit, ad tales actiones naturam extimulat. Quanquam mouendi modus nec in oībus idem visit, nec ab eadem facultate fit, sed circum ea quæ ab vtero, intestinis, ventre, vesica'ue excernunt, ipsæ particulæ se contrahunt, ad eum modum id quod in se continent, extrudē tes, quo manus nostræ aliquid exprimunt. Facultas autem quæ motum ijs prestat, vna è quatuor naturalibus est. Verum cum in asperis arterijs contineat corpus quoddam cartilagineum, duræq; substātię: quod idcirco constringi circa id quod intra se habet, non valet: natura spiritum cum concitato impetu extra deferri subigit, ac tussim mouet. Ea fit per eadem instrumenta, per quæ magnæ & vehementes spūs expulsiones (quas efflationes nominamus) efficiunt: sic vt Tussis nihil sit aliud, ꝙ vehementissima quædam efflatio, quo plurimus simul celerrimeq; foras actus spūs, attrahat propellatq; suo impetu, quę vias suas obstruunt: Cumq; primo aggressu pellere quod offendit nō valet, bis terq; se inijcere in id non grauat: fitq; voti plerunq; compos, vbi. s. tum spiritus ipse cū vehementia defert, tum quæ obstruunt contumacia ad propellendum non sunt. Talia sunt quæ nec aquosæ, nec glutinosæ substantiæ sunt: aquosa nanque propter tenuitatem, potius à spiritu dissecant, quàm vltra deferunt: glutinosa pertinaciter arteriæ adhærent. Quoties igit spūs cum eiusmodi humoribus contendit, omnino sæpe violenter se inijcit, fiuntq; ex eiusmodi humoribus plurimæ tusses, & vehementes, nec sine magno nixu. Porrò eos "humores qui in arterijs contumaciter hærent, & qui difficulter reijciunt, magis expediunt sternutationes: vtpote in quibus maior ēt est spūs impetus, quàm in tussi, causa vero generationis altera: Quippe propter ea quæ in naso, non propter ea quæ in arteria aspera offendunt, emittit in ijs spiritus vehementer: emittit autem cū eo, ēt ex prioribus cerebri ventriculis aliquid. Atq; idcirco tusses quidem, caput nihil iuuant: sternutationes (si tñ ex catarrho non fiunt) maximum remedium capitis halitu repleti sunt. Nec mirum vno impulsu tum à pulmone, tum à capite spiritum emitti: monstratum. n. est, vbi de his disseruimus, caput quidem pectori motus principium tradere, pectus autem pulmonem & dilatare & cōtrahere. Cum igit quæ in naso offendunt, persequi properat, vtrisq; emittendi spiritus vijs simul vtit, altera quidem ea quam ipsum per se facit: altera quam per neruos, veluti per quædam longa brachia, quæ in pectus descendant, quippe per hos id contrahit: halituosum autem spūm per colatoria ossa, ipsum per se exturbat. Atq; hæc quidem symptomata, volūtariæ sunt facultatis. Vomitus autem ꝙꝙ ad portionem horum se habet, naturalis facultatis est symptoma. Veluti aūt vomitiones nauseæ præcedunt, ita tussim, quod cerchnos Græce dicit: †est autem nō tussis, sed exiguus quidam ad tussiendum impetus.} Præterea sicuti non nulli nausearunt, nec tñ vomuerunt, ita nō nullis symptoma modo dictum incidit, nec tñ tussis propter causæ paruitatem est secuta: quippe interim ex parua faucium aspredine, interim vero ex tenui aliquo exiguoq; prorsus humore, contingit. Perpetuo. n. spūs quicquid illi sit obstaculo, reijcere id per tussim conat: ē aūt id vel humor aliquis à capite descendens, sicut in catarrhis: vel in asperis arterijs aliquid collectum, veluti in peripneumonia, & pleuritide, & gibbi iecinoris phlegmone, vel fauciū asperitatibus. Extra. n. hæc sunt ad portionem eorū ꝙ à capite defluunt, quæ bibentibus edentibus'ue nobis in arterias delabunt. Est & aliud tussis genus ex instrumentorum spirandi ortum intemperie, quod agnouerūt quidem ēt Pneumaticæ sectæ probatissimi, quorum est & Athenæus. Necessitatē tñ, propter quā ex intemperie tussis oriat, alij eorum omnino ne conati quidem sunt reddere: alij in se ipsum impingere spūm aiunt: alij ēt obscuriore ꝙ hoc, verbo vsi, putant se aliquid dixisse. Sunt aūt non tam ꝙ causam ignorarunt accusandi, quā ꝙ pulchrum theorema & suo studio dignum inuenerūt, laudandi. Fit igit ea tussis spirandi organis perfrigeratis, nihilq; in ea expuit: nec est omnino violenta, sed adeo parua ac sine vi, vt eam cohiberi, & generationem eius vel plurimum vel omnino prohiberi liceat: ac violentæ tusses spūs cohibitione non vincunt. Porrò cuiusmodi res sit spūs cohibitio, sæpe mihi in alijs est dictum. Tussim aūt ex intemperie non solum in pręsens fieri spūs cohibitio prohibet, sed ēt eam sanat: modo ne admodum sit magna. Auget nanque in spūalibus, spūs cohibitione, calor: permeatq; spūs violenter à pectore pressus ac compulsus per omnes angustos meatus: quibus vtrisque peractis, æquant omnia, atque in similitudinem tēperamenti veniunt. F G H

A.l. 3. t. 5. c. 13. 241. f

† Interpretis verba.

De Causis Pandiculationis, Inæqualitatis, Lassitudinum, Horroris, Rigoris, Tremoris, Pruritus, & Cæterarum vitiosarum Motionum. *CAP.* 5.

CVr aūt ex inæquali spūalium intemperie tussiat (id. n. dixi non admodum commode à Pneumaticis medicis doceri) ipse reddere tentabo, orsus sicuti congruum est ijs qui aliquid cum demon-

A demonstratione dicturi sunt, à rei substantia. Intemperies igitur alias ex nudis prouenit qualitatibus, ipsis corporibus aut calidioribus, aut frigidioribus, aut siccioribus, aut humidioribus redditis, aut etiam ex horum coniugatione affectis: interim vero vna cũ disperso in ijs roris specie, aliquo intemperato. Atque æqualis quidem intemperies omnino sine dolore est, veluti indicant & hecticæ febres, & multi frigidi affectus, vbi æqualiter particulas occuparunt: fit enim talis intemperies singulis qui sic sunt affecti, velut acquisititia quædam natura: nullum enim corpus offendit à « propria natura, veluti Hippocrates dixit: ‖ His quibus mutatur corrũpiturq; natura, dolores fiunt, (In lib. de Locis in homine.) « non quibus corrupta iam est & mutata. Inter enim ipsum mutandum & à sua natura recedẽdum (quemadmodum in priori libro demonstratum est) corpora dolent. Cum igitur in aliquo sensibilium corporum intemperies inæqualis gignitur, tanta est doloris magnitudo, quanta est intemperiei. Atque in acutissimis & vehementissimis febribus dolore afficiuntur solidæ partes, dum à calido quod præter naturam est, mutantur atque alterantur. Præterea incipientibus morbis plerique homines priusquam febricitent, sentiunt interdum in tota corporis mole inæqualitatem quandam, quam tamen, qualis sit, explicare verbis nequeunt. Ac miramur quidem si quis eorum qui hos libros reuoluerunt, ita fuit fortunatus, vt ipse symptoma hoc nunquam senserit: quippe pro B fundus quidam fit sensus in tota corporis mole, ceu dispersæ per eam rei cuiusdam à natura nostra alienæ. Id autem quod dispersum est, aliquando quidem veluti subcalidum esse videtur, aliquando mordax citra calorem, aliquando vtroque modo afficiens, aut sine his leuiter omnes carnes distendens. Atque in omnibus huiusmodi symptomatis, tum inæqualitatem quandam sentire se aiunt, tum pandiculantur, tum omnes corporis particulas distendunt naturæ quodam instinctu: qualem scilicet dudum diximus, omnibus animalis partibus ad salutem statumq; earum conseruandum à natura datum. Maximè autem distenduntur post somnum, cum in carne halituosum excrementum sentiunt: quod & ex confectione nutrimenti & per cessationem ab eiusmodi motibus est collectum: atque id vel minimi pueruli sine doctore faciunt. Verum ad talem motum animalia impellit ipsa natura, cum perspiratum halituosis excrementis molitur. Diuersum ab hoc tristis sensus genus est, quod in lassitudinum affectibus sentitur, siue id post multos labores, siue sua sponte incidit. Ac triplex quidem est in lassitudinibus sensus vtique putantibus, qui ijs laborant, vel conquassatum sibi aliquid pulsatumq;, vel tendi sibi vndequaque corporis molem, vel tanquam multa vlcera in ipsis quoties mouentur sint dispersa. Ac, cum tendi quidem corporis putatur moles, si citra exercitationem id incidit, lassitudo tensiua spontanea nominatur. Fit autem C maxime ex plenitudine, quæ corpora in quibus continetur distendat, nec ab ijs contineatur {sed transmittatur.} Ac, cum vlceroso sensu afficiuntur, fit quidem & is motis magis quàm quiescentibus, nisi si admodum magna lassitudo est. Pungi vero, ceu multas spinas habeant infixas, se putant, cum à mordaci humore symptoma oriatur. Tertia lassitudo, sub qua se ostocopo id est ossium dolore laborare dicunt, ne minimum quidem motum sustinet: Sentiunt tamen, quos ea male habet, manifestum calorem vnà cum demorsu & tensione, vitioso humore in totam animalis molem ampliter transfuso. Eorum vero qui hac laborãt, nemo pandiculari tentat, vt qui omnem motum formident. In reliquis duabus lassitudinibus, quarum alteram vlcerosam, alteram tensiuã nominare solent, fit etiam talis aliqñ motus, cum videlicet vel exiguæ omnino sunt, vel ex flatuosis & halituosis excrementis proueniũt: quippe si vlcerosa lassitudo maior euasit, ne quidẽ qui ea laborant, motum vllum sustinent, sed dolorẽ veluti vlceris per corpus sentiunt horrentq;. Quòd si augetur symptoma, ad horroris affectum propè perueniunt: quippe sub hoc horrent prius quàm etiam moueantur. Tanquam autem, cum vlcerosus fit sensus, quoties mouentur, horrent, magisq;, si vehementius: sic horroris affectus, cum in motum agitur, concutientem rigorem efficit. Hæc nanque omnia ex mordacibus oriuntur excrementis. Differunt inter se, tum excremento- D rum multitudine, tum motu: Præterea quòd excrementorum, alia magis sint mordentia, alia minus: Et quòd corpus laborantis vel non facile afficiatur vel facile, vel robustum imbecillum'ue sit, vel acuti naturaliter hebetis'ue sensus. Nam quod acuti sensus est & imbecillum, etiam ex leuissima causa dolet: contra, quod valentissimum nec facilis sensus est, magnam causam ad talis symptomatis generationem requirit. Vtrum'ne igitur in his solis, an etiam in mouendo aut non mouendo: præterea quod mouetur, in eo quod vel celerius vel tardius mouetur: plurima est in symptomatis differentia? Ac mihi quidem sic videtur: eundemq; hominem sicuti quiescentem quidem solam inæqualitatem sentire, ita motum horrere, & exercitatum rigore concutiente vrgeri. Ideoq; & medici ijs qui ita laborant, experientia docti, consulunt, ab omni motu abstineãt. Iam aliquos qui cruditate laborarant, scimus cum quieuissent nullo affectos dolore: cum balneum fuissent ingressi, aut in Sole stetissent, horruisse: atque hoc magis, si se exercitassent. Nam & Sol, & balneũ, & exer- († vel a seipsis) citatio, excrementa quæ prius quieuerant, calefaciendo, attenuando, ac in spiritum vertendo, ad (aut ad motum) motum excitant, quemadmodum & ex animi affectibus ira: † ex quibus & ad motũ excitantur ex- (& cum cale) crementa quæ prius quieuerant calfaciendo, attenuando, ac in spiritum vertendo. Nec minimum cor- (fiunt, attenuã) pus, cum excrementa quiescunt, minus dolere: cum mouentur, & magnopere angi, & vibrari, & cõ- (tur, & in spiri) cuti, horrens. s. ac rigens, & febricitans: quando etiam dura corpora quæ oculis incidũt, commouen- (tũ vertuntur.) tibus

tibus nobis palpebras,& particulam sub quiete habentibus,vel parum omnino, vel nihil contri- E
stant: mouentibus, vix tolerabilem afferunt cruciatum. Sed & citra exemplum, ex ipsamet re in-
uenias licet, motam causam quiescente magis esse infestam: quoties videlicet agit̃ per corpora sen
sibilia,veluti in oculis est propositum: neq; enim de succis qui in venis,& arterijs fluunt, est dispu
tatio, sed de ijs qui in carnibus sunt,& toto corporis habitu.Quoties igit̃ aliquid per hæc violen-
ter agit̃,ac ad cutim defert̃,necesse est, dum carnem cutimq; permeat, omnia in quæ incidit pũgat,
stimulet,diuidat,ac vulneret. Quod aũt omnis mordax & dimota causa, siue ea calida siue frigida
sit,animal in horrorem ac rigorem ducit,primum quidem ex talibus intellexisse licet. Si sano cor-
pori feruentem aquam subito infundas,aut ignis scintillas incutias,statim horrore vexabit.Iã cum
vlceratæ particulæ causticum medicamentum imponit̃,primum quidem horrent, deinde rigent,
mox etiam febricitant non nulli.Quid q̃ tertianæ febres quæ omnium febriũ maxime biliosæ cali
dæq; sunt,omnium maxime horrore infestantur: quantoq; synceriores tertianæ sunt, tanto etiam
4ª. Aph. 58. rigor in ijs incidit vehementior? ‖Quin etiam eum qui ardenti febri laborat, rigor superueniens »
à morbo liberat,Hippocrates ait: quoniam scilicet bilis,quæ prius in venis errabat, à natura decre »
torie per carnes ad cutim trudit̃.Ergo motus eius delationisq;, quæ per sensibilia corpora agit̃, si-
mul & symptoma & signum, rigor est.Quin etiam sudant deinde qui ita obriguerunt,vacuataq; F
ijs bili,à febre liberant̃.Interim vero,vbi non ad cutim sed ad interna loca bilis impetum capessit,
per vomitiones simul & aluum vacuat̃.Non raro autem simul intro forasq; eodem die est delata,
ita vt & sudata sit, & vomita, & deiecta. Quicunque vero rigorem profligandæ ardentis febris
salubrem esse causam propter frigus putant (quippe contraria contrariorum esse remedia) omni-
no fallunt̃.Iam primum enim si id verum esset,liceret ipsis rigorem excitare,partim quidem frigi-
da aqua inspersa aut affusa, partim ægro ipso nudo in frigidum aerem delato, aut in frigidæ aquæ
labrum demisso.Deinde si per mutationem ad contrarium habitum, ijs qui in ardenti febre obri-
guerant,solutio accidit morbi,debebant post rigorẽ febricitare desistere,quod tamen non faciunt:
Adeo enim cum rigent febricitare non desinunt,vt etiam multo grauiore febri post rigorem vr-
geant̃, quàm ante: sed, postquàm largiter sudarunt, aut flauam bilem vomuerunt,aut per intesti-
num deiecerunt,tum febris cessat: quippe ex valentiore bilis motu, vehementiorẽ accendi febrim
est rationabile. Ac quod homines non solum ex frigidis causis rigore tẽtent̃,sed etiam calidis,iam
monstratum est. Verum quam ob causam, occasionibus maxime contrarijs, idem symptoma
succedat, deinceps docebimus: sed admonitis prius quæ de expultricis facultate monstrauimus.
Non enim ea quæ in amplis instrumentorum capacitatibus sunt expellit, veluti quæ in ventricu G
lo sunt, & vtero, & vtraque vesica, & intestinis, & pulmone, & naso: quæ vero in ipsis corpori-
bus excrementa colligunt̃, negligit: sed ab ijs quoque quotidie quicquid superuacaneum est, ci-
tra vllam animalis offensam insensibili perspiratu eijcit,vbi scilicet lege naturæ animalis functio-
nes administrant̃: Verum vbi mordens aliquid in ijs constitit, ac potissimum quod vehementi
agat̃ motu: & angit̃,& id expellere festinat,eo modo quo maxime licet ex ipso membrorum cor-
pore aliquid eijci, scilicet particulis ipsis sese contrahentibus, atque constringentibus: mox vna-
quaque earum partem excrementi quod in se habet, protrudente. Verum si omnes hoc motu si-
mul motas intelligas, concussionem vibratumq; totum corpus comprehendere intelliges,quales
id in rigoribus comprehendere cernunt̃: Quippe necesse est musculis omnibus vibratis, articulos
quoque cum ijs vnà vibrari: quibus sic agitatis etiam extensiones quasdam inflexionesq; præter
voluntatem incidere. Est tamen hic motus diuersus ab eo qui in conuulsione palpitationeq; vi-
sit̃.In conuulsione nanque similiter quidem, non tamen ab eadem saltem facultate, motus cient̃:
In palpitatione non similiter, sed sicuti prius est dictum,nempe quod membrum vnà cum muscu
lo qui à flatuoso distendit̃ spiritu, exaltatur: At cum concussu rigentibus, ceu dudum est dictum,
mouetur omnis particula, musculo se ipsum expurgante: in illarum vero motu, totus musculus H
concussus vibratusq; articulum in quem inseritur, vnà secum vibrat. Talis etiam motus & pecto
ris musculis sub intemperie inæquali accidit: Eamq; ob rem læuis quidam tussiendi impetus,quẽ
Græci cerchnon vocant, ijs superuenit: concutiuntur enim musculi, dum student ea quæ con-
tristant, à carne sua per pulmones & arterias expellere.In cæteris autem tussibus vehementer eos
pulmoni se inijcere est demonstratum, quod scilicet multum simul & celerem efflatum moueant.
Iam etiam vehementius huic se in sternutatione incutiunt, cum qui in naso est, spiritum simul
vniuersum expurgare nituntur: Id quod non nulli, qui infirma erant virtute, cum intelligerent,
expuendumq; per pectus & pulmonem aliquid haberent, sternutationem sibi nares lacessendo
mouerunt, quo scilicet quod per tussim eijcere non valuerunt,huius motus violentia educerent.
Verum de eiusmodi tussi diligenter prius est dictum. Quæ vero ex spiritualium instrumentorũ
intemperie incidit, ex eodem est cum concutientibus rigoribus horroribusq; genere: differt au-
tem eò, quod celerior eius sit sensus, nunquam scilicet quiescentibus spiritualibus organis: mon
stratum nanque prius est, quod motus,etiam in toto corpore eiusmodi affectiones maxime pro-
dit. Ac cum humida quidem natura sunt quæ offendunt, violento hoc concussu ac vibratu, qui
in tussi & concutienti rigore cernitur, ab excretiua facultate trusa, vndique ad loca cedentia ferun

tur,

A tur, quædam supra, quædam in imum ventrem, quædam foras ad cutim, ita vt sensibilis eorum vacuatio sit. Cum vero flatuosa tm̃ sine humore substantia vel iusto calidior vel frigidior per corpus permeat, vtiq; horrent tunc quoq;: aliqñ etiam & cum concussu rigent, eadem ex causa. Nihil tñ sensibile his vel vomitur, vel sudatur, vel infra deijcitur, vtpote cum aerea sint quæ expultricẽ vim lacessunt. Sic in balneis præcalidis, si subito præsertim & confestim minime præcalfacti ijs accessimus, statim horrentes reddimur, æque vt cum in frigidum aerem confertim transferimur: aut si non confertim, saltem si diutinam in eo moram facere cogimur, quemadmodum in itinere agendo accidere aliqñ consueuit. Eiusmodi rigoris remedium calfactio est non sudor, vomitus ue, aut alui deiectio. Qm̃ autem (vt dictum est) & frigida causa & calida concutientem rigorem creat, ad calidam quidem quæ scilicet aerea sit, refrigeratio satis pro remedio est: eam vero quæ humida est, febris necessario comitatur: sanatio vero eius vacuatio est. At frigidæ quæ aerea sit, calfactio remedium est: ei vero quæ humida est, aliquando sola concoctio sufficit, aliquando vacuatio desideratur: est vero qñ ambo competunt. Ac vetus quidem sermo est, ¦ Rigori febrem semper succedere: nõ tñ est in totum verus, ẽt si quis eum commode determinet. Id quod etiam facere par est, amice potius veterum dicta interpretantibus, q̃ maleuole arguentibus. Verũtamen ne sic quidẽ verus Lib. 1. de Morbis.
B eorum sermo est, nec si determinans dixeris: Qui citra externam occasionem ex corpore nostro concutientes rigores oriunt̃, hos febris necessario sequitur. quippe non nobis modo, sed etiã multis medicis qui nos præcesserunt, iam visi concutientes rigores sunt sine febre: non tamen ita validi, ac qui legitimas tertianas quartanas ue præcedunt, aut qui ardentes febres finiunt. Solent sane eiusmodi rigores vitiosam sequi victus rationem, cum homines in delidia se repleuerunt, ac sæpe à cibo se lauarunt. Cum vero ipsæ ciborum qualitates frigidioris sæpe ac pituitosioris temperamenti sint, promptissime qui sic sunt affecti, rigoribus qui ægre recalfiant capiunt̃. Nihil igitur miri est, antiquos medicos nullum eiusmodi rigorem vidisse, hominibus qui tunc viuebant, nihil perinde ac qui nunc viuunt, in salubri victu peccantibus, sed nec balneorum vsu tã frequẽti. Cæterum (sicuti dictum mox est) eiusmodi rigores horridi magis sunt, quam cum vibratu concutiẽtes. Primum enim quod ex vitiosis excrementis sentimus, inæqualitas est: cum vero acria fuerint, mordicatio: secundo loco horror exiguus: deinde maior: post magnus ita, vt iam rigoris aliquatenus sit particeps: deinde rigor ipse solus, qui dimoueat concutiatq; particulas. Hic rigor à frigidis succis nunquam creat̃. Omnino enim eiusmodi succi præ crassitudine sua concitato motu nõ mouentur: quod si aliquando attenuantur, rigorem quidem excitant, non tamen vehementem:
C neque enim potest eandem recipere tenuitatem attenuata pituita, quam attenuata recipit flaua bilis. Ac talem quidem rigorem nõ admodum norunt antiqui medici: qui autem in lethalibus incidit febribus, hunc norunt. Ait igit̃ Hippocrates in sententijs: ¦ Si rigor in febri non intercisa incidit, ægerq; infirmis sit viribus, lethale est. In talibus enim rigoribus incipit quidem natura persequi quod offendit: sed victa, concidit atque extinguit̃: eoq; mortale est symptoma. In quartanis autem mistus rigor ex calido frigidoq; est: nigra nanque bilis, frigidus natura succus est: sed cum putredinem quandam sibi adiunxit, cuius causa febrem accendit, tantum possidet caloris, quantum etiam putredinis. Ac quod rigores quidẽ calidis etiam causis succedant indicauimus. Quod autem in talibus quoque omnibus perfrigerant̃ ac sanguine deficiunt̃ maxime quidem extremæ corporis partes, cum his vero tum cutis vniuersa, tum quæ proxime sub ea sunt: & quam ob causam id accidat: deinceps æstimemus. Est igit̃ ex primis ac (vt sic dicam) qui maxime principalis sint notæ motibus, ipsa naturalis caloris intro forasq; delatio, multas animi perturbationes passionesq; sequens. Simul aũt cum ipso spiritus quoque ac sanguis, aliàs intro & ad ipsum principium ferunt̃, ac contrahunt̃: aliàs foras tendunt, & funduntur. Ipsius nanque animæ substantiam, vel alio quouis opere definisse fortasse sit audacia: in eo vero quod nunc proponitur, non solum audacia, sed etiam superuacuum. Videt̃ tamen quæcunque ea fuerit, duorum alterum, vel primis ad 4[2]. Aph. 46. Ex. ord. 52. g
D omnem actionem instrumentis spiritu sanguineq;, præterea calore, tum qui in altero tum qui in vtroque est vti: vel in his ipsis esse. Licet autem motus eius euidenter contemplari cũ in alijs multis, tum maxime in ipsius perturbationibus. Timor enim intro & ad principium, tum spiritum tum sanguinem vnà cum refrigeratione eorum, quæ in summo corpore sunt, abducit ac contrahit: ira vero & foras agit & fundit & calefacit: quæ vero composita ex ambobus est, quam Græci agonian dicunt, inæquales habet motus. Itaque etiam pulsus tum arteriarum tum cordis ijs, qui timent, minimi ac maxime imbecilli sunt: Iratis contra maximi & vehemẽtissimi: His autem qui composita ex ijs passione laborant, inequales. At in verecũdia primum quidem intro agitur animalis potentiæ motus, deinde rursum foras celeriter vniuersus: quippe cum nisi redeat, timor sit, non verecundia. Siquidem verecundia derepente fit, omnino nihil expectante malum animali facultate, sed (vt sic dicam) præ mollitia & timiditate naturali, cum homine longe meliore versari non sustinente, sed refugere & si possit à conspectu subducere properante: ideoq; veluti refugiẽs tantum, citra vllam perfrigerationem in profundum recedit: rõne vero patibilem partem animi, id est quæ terretur & verecundatur, excitante atque inhortante, redit extrorsumq; mouetur simillimo motus modo, atq; cum ex frigida lauatione caloris fit repercussio. In timore vero, cum ratio

patibilem

patibilem animi partem nec excitet, nec inhortet, magis magisq; extinguit calor, ita vt etiã rigeant E eorum non nulli. Quod autem in timore semel & confertim, id in tristitia paulatim patiunt, dissidentibus scilicet inter se passionibus ijs non toto genere, sed magnitudine & vehementia. Itaque etiam ex subito timore non nulli iam interierunt, cum scilicet animulus eorum naturaliter imbecillus vehementi passione detentus, semel & confertim extinctus est & suffocatus. Quippe extingui eum accidit propter affectus ipsius naturam, vt cuius generatio in frigerando consistat: suffocari autem, eo q; totus sanguis vna commeet, atq; ad principium deferat. At ab ira nemo interijt, vtpote nec calore perfrigerato, nec eius robore soluto. Ex gaudio tñ ingenti, non nulli pusillanimes perierunt, æque atq; ex timore: nõ enim vna cum robore & feruore mouet extrorsum animalis facultas: sed contra si quid prius habuit roboris, id nunc remittit ac resoluit: ergo cũ plurimum relaxata resolutaq; extrorsum fert, digerit. Dolor autem cum animum cõtra cogat moueri, similia maximo timori affert symptomata: quippe sub eo & color abit, & pfrigerant, & riget, tremuntq;, ac pulsu sunt paruo, atq; eodem priuant, demũ moriunt, similiter ijs qui perterrent: refugit enim in his quoque ad principium innatus calor, resoluiturq; pariter & extinguitur. Cum autem mortem afferant eiusmodi perturbationes passionesq;, nihil profecto miri est, si animi excitant deliquia. Quo minus etiam mirum est, si reliqua quæ animi deliquia sequunt, symptomata inuehũt: F cum cætera, tum excrementorum præter voluntatem exitum. Cæterũ pluribus in his morari præsentis occasionis non est, sed ad propositum redeundum. Cum concutiens rigor a calidis & mordentibus succis excitat, mirum non est, si frigerant omnes externæ partes, animali virtute vna cum sanguine in profundum commeante. Sentiunt enim hoc tempore qui sic rigent, externarum partium frigus, non earum quæ sunt in profundo: quippe cum sitiant sensibiliter eo tempore nõ nulli, tanquam calore ijs in internis seruato. Quod aũt talia rationabiliter rigentibus accidant, licet inde colligi. Si enim in vna quapiam parte dolor vehemens infixus, tum animi deliquia tum perfrigerationem infert, mirum non est eum, qui in toto sit corpore, etsi non animi deliquia mortemq;, certe perfrigerationem efficere. Sunt enim dolores rigentium, eiusdem cum cæteris omnibus doloribus, generis: deficiunt aũt ab ijs qui interimunt, magnitudine & tempore, quippe cum & minores multo sint & breuioris temporis. Coli nanq; siue pinguis intestini dolor, sæpe duobus continuis diebus torsit: rigor quanto est vehementior, tanto breuioris est temporis. Est enim qui i eo habetur motus non ei qui in timore, sed ei potius qui in verecundia ac frigida lauatione videt, similis: pugnat enim virtus ac certat cum ijs quæ offendunt, quoad excusserit profligaueritq; omnia. Ergo tum ex valido eius in ea quæ offendunt impetu, tum quod vbi in profundo corporis est col G lecta, cum magno calore reuertitur, febrim post rigores accendit, materiam scilicet habens ad magnitudinem eius coadiutricem. Si quando autem certans, prius fatigat, quam quæ infestant profligauerit (fit enim hoc vel ob virtutis imbecillitatem, vel causæ magnitudinem) necessario mors sequitur, ceu prius est dictum.

A.l.3.f.2.t.1. c.6.279.h

* πόνος

Summa Causarum omnium, quæ Superioribus Capitibus comprehensæ sunt. CAP. 6.

ERgo, qñ huc in disputatione prouenimus, imponamus illi finem, non solum quæ iam dicta sunt omnia breuibus summis complexi, sed ẽt quæ reliqua sunt adiectis. Tussis quidem, sternutatio, & singultus, & rigores, expultricis virtutis validi motus sunt: pandiculatio, & oscitatio, eiusdem quidem virtutis motus sunt, sed mediocres. In horrore vero etiam magis mediocres quã in prædictis motus sunt. Ac multo magis adhuc his mediocres sunt, quos inæqualitas ciet: ita vt eiusmodi motus dixeris propemodum motus non esse, sed tm̃ sensus: Cuiusmodi scilicet sensus in vlcerosa lassitudine aduertuntur, atq; hoc ẽt magis in pruritu, quippe in quo symptomate prurituosorum excrementorum est tm̃ sensus: neq; enim aliter ea nominare dat, nisi quis nitrosa ea & salsa, vel amara, nominare velit, talis nanq; natura eorum est. Licet autem id intelligas, tum per ea quæ extrinsecus habent, veluti vrticam, & scillam, & muriam, & mare, aliaq; id genus: nihiloq; H minus per ea quæ in ipso sunt corpore: Quippe illotos & sordidos, & qui cruditate laborant, & qui nutrimenta mali succi comedunt, hos pruritus exercet: multoq; magis scabiosos & leprosos, propterea quod in his affectibus & copiosior & crassior est vitiosus succus: Quo vtique & diutius & magis scabunt, quam vlli alij, qui citra talem affectum pruriunt: nec tamẽ iuuant, nec si seipsos immodice scabendo excorient, propterea nimirum quod eiusmodi succus infixus in ijs manet, ac (vt sic dicã) cuti impactus hæret: nõ enim adeo exiguus & tenuis est, sicut in illotis aut sorde affectis, sed plurimus & crassus, interim vero & glutinosus. Omnia igitur eiusmodi symptomata a vitioso succo proueniunt. Dissident inter se, causæ tum qualitate, tũ magnitudine, itemq; quiete & motu: Quippe tenuis, salsus, immotusq; succus, in ijs est qui pruriunt: Paucus, tenuis, mordens, & immotus, in vlcerosis affectibus: Multus, salsus, crassus, & immotus, in lepris & scabie: Paucus, tenuis, & mordax, cum exiguo motu, in horroribus: Quod si vel vehementius mouetur, vel copiosior mordaciorue est, concutientem rigorem infert, non horrorem: maximum quidem, qui plurimus est, & mordacissimus, & vehementissime motus: minimum vero qui propter vnum aliquid horum, mediocriter auctum, ex horrore in rigorem transire facit. Sane cõplures aliæ inter maximũ minimumq; rigorem differentiæ sunt, excessu & defectu inter se dissidentes:

A.l.4.f.1.t.1. 6.418.b

A tes: propterea quòd causa magis minus'ue moueat, itemq; q magis minus'ue sit mordens, ad hęc q in causæ quantitate sit diuersitas: his amplius q causa quę rigorem facit, vel omnibus prædictis differentijs, vel aliquibus, vel aliqua sit adaucta. Atque hæc quidem omnia symptomata, cū circa cutim & quæ sub ea sunt carnes aceruata, incidere consueuerunt: Tusses aūt & sternutationes & singultus, alibi: illæ quidem, in pulmone & faucibus subsistente causa: hæ vero, in naso: singultus, cum in ventriculo & gula substitit. Commune in omnibus iam dictis est, q expultrix vis ad vehementiores motus se concitat, † ad ea quæ contristant (sicut prædiximus) persequenda: preterea cum cętera quę ad generationem eorum spectāt: Tum quòd sternutatio ex accidēti aliquādo, humorum qui in pulmone colligunt̄, remedium est, q̄q̄ eorum causa non fiat: Ad eundem modū ea quæ in ventre & gula singultus excitant, sternutationes ex accidenti purgant, itaq; fiunt singultuum remedia: Quippe abdominis musculi intenti applicitiq;, ventrē vna contrudunt, ita vt violentiorem impetum faciat in ipsas affligentes causas, quas conat̄ expellere. Ac dixi ferme omnia, tum actionum, tum facultatum animalium, vna cum causis quæ ipsa gignunt, symptomata. Verū in primo libro nullius quod naturalibus actionibus facultatibusq; superueniat, symptomatis mētionem feci: in secundo ex disputationis consortio, de illis quoq; pauca locuti sumus: verum abso B lutam & propriam de ijs disceptationem, in libro qui hunc sequetur faciemus.

† *Ad ea quæ contristant persequenda, sicuti superius diximus, tum etiā catera &c.*

De Symptomatum Causis, quæ existunt in Principe Animali Functione. CAP. 7.

NVnc quo omnia quæ animalibus facultatibus superueniunt symptomata, duobus his libris sint absoluta, ea quæ rectrices actiones comitantur, symptomata dicemus. Sunt igit̄ in his tria prima symptomatum genera, Vnum, actionis amissio: Alterum, actionis læsio: Tertiū, eius in alteram speciem mutatio. Et amissio quidem in stoliditate & obliuione: visum nāq; non raro est, morbos vbi in abscessum aliquem abierūt, stultitiam obliuionem'ue intulisse: Vidimus enim quosdam qui & literas & artem omnino fuerant obliti, immo nec propria nomina meminerant: cuiusmodi aliquid Athenis in peste accidisse memorat Thucydides: quosdam enim ex ijs qui eua serant, & se ipsos & suos ignorauisse. Iam visi sunt & propter extremum senium non nulli similibus symptomatis tentari. Ex quo manifestum fit, & fatuitatem, & obliuionem, ex refrigeratione creari. Quin etiam medicamenta quæ eiusmodi symptomata inducunt, frigida viribus sunt.† Ac talia quidem symptomata ipsum cerebri corpus perfrigeratum esse docēt: sicuti apoplexiæ & epilepsiæ ex pituitosi succi multitudine, in ipsius cerebri ventriculis collecta, gigni videtur. Eoq; fit, C vt subitanea sit earum tam generatio quàm discussio: quod accidere in corporū intemperie nullo modo potest. At mediocres tum rationis tum memoriæ noxæ, quasiq; torpores, ex minore refrigeratione incidunt, veluti aut ex medicamento aliquo refrigerante in corpus assumpto, aut capiti imposito, aut etiam frigido succo in cerebro collecto. Iam deliria omnia, tum praui motus regentis facultatis sunt, tum vel ex vitiosis contracta succis, vel eorum quæ sunt in cerebro intemperie. Nominant̄ autem ex his, quæ quidem cum febri sunt, phrenitides: quæ sine febri sunt, insanię, græce maniæ. Ac reliqua quidem deliria ex mordentibus & calidis oriun̄t succis, qualis maxime flaua est bilis: sæpe etiam ex calidiore cerebri intemperie: Sola vero illa quę melancholica vocant̄, frigidum succum pro causa habent. Quippe phrenitis non tm̄ ex calidis ortum habet succis, sed supra id, etiam phlegmonen in cerebro & eius inuolucris excitat. In reliquis vero febribus deliria fiunt, eiusmodi succo in cerebro exuberante: In ijs vero, quæ in acutissimarum febrium summo incremento incidunt, vapor aliquis mordens ac calidus ad cerebrum ascendit. Melancholica vero deliria, multarum sunt specierum, ex corruptis scilicet speciatim imaginationibus: Vnum tamē illud quod ab Hippocrate perhibet̄, omnibus commune esse videt̄: ‖ Si timor & mœstitia multo tēpore durant, melancholicum eiusmodi symptoma est. Sunt enim omnes sine causa mœsti, nec si D roges quam ob rem mœreant, reddere causam possunt. Timēt autem eorum non nulli tum mortem, tum alia quæ minimè sunt timenda. Non desunt & qui mori vehementer expetant. Cæterū quòd ex atra bili, cum principium rationalis animę occupauit, timor mœrorq; ac mortis expectatio accidant, nihil mirum: siquidem etiam eorum quæ extra corpus sunt, nihil videmus, quod nos perinde terreat, ac tenebræ. Ergo cum tenebrę rationalis animę parti sunt circunfusæ, necesse est hominem timere: vt qui semper vna cum corpore suo timoris causam circūferat. Quod enim nobis extrinsecus fit, altissimis tenebris circundatum nobis aerem ad tempus aliquod occupantibus, id melancholiæ vitio laborantibus, ab interno & ipso corpore contingit: scilicet vel ipsa nigra bili cerebrum occupante: vel aliqua melancholici halitus exhalatione, veluti in morbo quem flatuosum & hypochondriacon vocant.

† *Al. ex cod. græc. Ac talia quidē symptomata ipsū cerebri corpus perfrigeratum esse docent, sicut apoplexiæ: at epilepsiæ ex pituitosi &c.*

‖ 6. Aph. 23. Ex. ord. 48. c

Galeni

GALENI DE SYMPTOMATVM CAVSIS LIBER TERTIVS

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Causæ Symptomatum Functionis Naturalis, Mutationisq; Excrementorum & Qualitatum, declarantur.

De Symptomatum Causis, quæ sunt in Concoctrice Facultate. CAP. I.

Væ vero in naturalibus functionibus facultatibusq; symptomata fiunt, eandem quã ea quæ in animalibus actionibus incidunt, inuentionis rõnem habent. Præstiterit tñ fortassis, in horum quoq; speciebus exercitatos esse: quẽadmodum ẽt in ijs quæ animaliũ sunt actionũ, sumus exercitati. Ergo omniũ quæ virtutibus nocent inueniendarũ cãrũ caput est, modi, quo per sanitatem operabant, cognitio. Si enim atterendo concoqueret cibos ventriculus, cũ attritio eius esset impedita, cõcoctionis symptomata existerẽt, scilicet cũ prorsus non attereret, vt prorsus non concoqueret: cum vitiose attereret, vt vitio cis ebos coqueret: Eadem rõ si putrefaciendo concoqueret, cum non putrefaceret non cõcoqueret. At si veluti nos demonstrauimus, ipsa concoctio alteratio in qualitate est (fit aũt à vẽtriculo cibũ sibi assimilante) palàm est frustrationẽ in alteratione, concoctionis symptoma fore. Ac, si quidẽ nulla omnino alteratio sit, symptoma id apepsia siue cruditas nominat ad eum modũ, quo in animi functionibus immobilitas & insensibilitas, significantibus scilicet his vocibus actionis ĩ primate animæ particula amissionem ac priuationẽ. Sin alterẽ non tñ sicut oportet, cruditas quidem siue apepsia id quoq; appellat: significat tñ non vtiq; sicut prius priuatio, sed deprauatio dũtaxat. Cum autem sit deprauatio duplex, vel quòd tarde & nõ dum conuenientem mutationem cibus suscipiat: vel ꝙ corrũpat omnino, ita vt naturalẽ gratiam prorsus recipere nequeat: Priorẽ quidem bradypepsian, id est tardam concoctionem nominant: secunda nomen proprium non inuenit. Ac tot quidem concoctionis sunt noxæ. Causa vero earum communis quidem est, alteratricis facultatis frustratio. Ea diuidit in species & genera. Ac prima quidẽ duo genera frustrationis sunt, alterum ex facultate ipsa læsa, alterum ab externo quopiã errore proueniens. Diuidit rursus horum vtrunq;: Virtutis quidem læsio bifariã, aut enim substantiæ suæ incidit culpa, aut morbi alicuius instrumentalis: Externus error triplex est, alius in excrementis quæ in ventre habenẽ, alius in cibis, alius in tempore somni. Verum quæ in facultatis substantia noxæ incidunt, intemperies quædam sunt actiuarum qualitatum: Quæ vero ab instrumentalibus oriunẽ morbis, eæ in ijs quæ erysipelata græce vocanẽ, & œdematis, & phlegmonis, & scirrhis, & abscessibus, & carbũculis, & alijs circa ventrem id genus partim simplicibus partim compositis morbis, consistũt. Ac horum quidem omnium occasione, venter male concoquit, ipsa scilicet facultate eius concoctrice læsa, in temperamenti quidem vitijs, propria eius substantia labefactata: in cæteris morbis qui tantum sunt instrumentales, duntaxat impedita: qui vero ex intemperie simul & instrumentali morbo compositi affectus sunt, vtroque modo sunt noxij. Atq; omnibus his occasionibus vẽter male concoquit, ẽt si in nullo alio eorum quæ extrinsecus sunt, peccetur. Rursus ventre ipso minime affecto, non concoquit animal, vel propter cibi ac potionis immodicam copiam, vel propter qualitatem alienam, vel propter intempestiuitatem, vel incongruum ordinem, vel vitiosum excremẽtum, vel somnum exiguum. Verum quæ à vitiosis ciborum qualitatibus, & excrementis quæ in ventre habenẽ consistunt, cum corruptione sunt inconcocta: sicut "interim quæ parum conueniẽti ordine, & intempestiue sunt sumpta. Dico autem parum conuenientem ordinem, si mala, verbi gratia, & punica primo loco sumanẽ, olera ex oleo & garo vltimo loco: Intempestiuitatem vero, si mane antequam prior cibus descenderit, vel paulo ante exercitationem, prandeatur. Porrò corruptelæ quæ quidem nidorosæ sunt, ex calidioribus magisq; biliosis veniunt cibis: acidæ vero, ex ijs qui frigidiores natura sunt, magisq; pituitosi. Similiter autem & in excremẽtis fit: acidas quidẽ creant quæ pituitosa sunt & frigida, nidorosas quæ calida & biliosa. Etiam ipse vẽter, sub frigidioribus quidem morbis acidas, sub calidioribus nidorosas mutationes facit. Tarditatem vero concoctionis efficiunt ea, quæ ægrè quidem corrumpuntur: cæterum plus valent quàm virtus aut somnus. Vbi autem citra corruptelam, concoctionis omnino est priuatio, scire licet eo casu prorsus superatum esse ventrem, vel ab immodica multitudine vt ad virtutis imbecillitatem, vel à valido frigore: adeo enim in tali statu venter non concoquit, vt etiam concoquere prorsus non tentet. Ergo hæc tibi eius quoque cruditatis quę in vasis sanguinis accidit, exempla sunto. Siquidem

F (margin, beside "quẽadmodum")

H (margin, beside "qualitatem")

A.1.4.f.1.t.1 c.1.416.c (margin, beside "conueniẽti ordine")

hanc

A hanc quoq; ad eosdem modos reduces, sicuti ad hanc etiam eam quæ in tertia est concoctione, quã totius habitus nutritio sequit: scilicet eandem proportionem habente alimento quod ex vẽtre in venas digerit, & quod ex venis ad carnes digerit, quam habent ad ventriculum, quæ comedũtur & bibunt. Hæc igit omnia nobis indicauit concoctionis modus præcognitus. Scientes enim q̃ quatuor elementorũ certa quædam temperies, quæ proprietatem corporis ventriculi effecit, mutationis ciborũ est causa: tum q̃ plurimam in id vim, calidum elementum confert: veluti à manu, ad causarũ in cruditatibus inuentionem ducti sumus. Est porrò non in cruditatibus modo, sed etiam in omni symptomatũ genere, aliud actionis veluti amissio, seu priuatio, seu quomodocunq; aliter id nominare libet: aliud velut inchoata deficiensq; actio: aliud praua & errans. Atq; in ventre quidem, ceu mox est dictum, priuatio quidem actionis est, cũ cibi ne vel minimam quidem mutationem accipiunt: deficiens aũt, in tarditate concoctionis consistit: sicuti praua & errans, in corruptelis. In venis autem priuatio actionis est, cum succi omnino sunt crudi: deficiens actio, cum semicocti: praua, cũ vitiosi. Ad eundẽ modũ in tota quoque animalis mole, quæ velut priuatio est, in crudis isthic consistit succis: quæ tanquam deficiens est functio, in semicoctis: sicut praua, in vitiosis hoc loci succis. Porrò ex ijs vitiosis succis, erysipelata, cancri, gangrænæq; nascunt: preterea B phagedenę, carbunculi, vlcera serpentia, aliaq; eiusmodi. In nutriendi autem actione, priuatio quidem actionis, in atrophia est: deficiens vero nutritio, in gracilitate: vitiosa, in leucis, & elephãtiasi cernit. Causæ omnium quæ prædicta sunt symptomatũ, eædem genere sunt, cũ ijs quæ supra de ventre sunt dictæ: quædam scilicet in virtutis imbecillitatem: quædam in nutrimenti vitiũ: tertiæ in vitæ rõnum, & ea quæ extrinsecus animali incidunt, reductæ. Ad eundem quoque modũ virtutis imbecillitates, quæ quidem propriæ sunt similariũ, intemperiem: quæ non propriæ, instrumentales sequunt morbos. Vitia vero nutrimenti, in abundantiam & qualitatem diducunt. Nõ secus arbitror & vitæ rõnum, & eorum quę extrinsecus appropinquant, errores, in ordinem vitiatum & intempestiuitatem quandam diuidunt. Voco rõnem vitæ, equitationem, piscationem, venerẽ, balneas, ambulationes, nauigationes, venationes, omnia deniq; ĩ quibus aliquid corpore agimus.

Oportet autem medicũ non solũ symptomatũ agnoscendorũ facultatem habere, ac generationis eorum inueniendæ peritũ esse, sed etiam modi quo generent: qui inter effectricium causarum differentias numerat. Neq; enim illud tm̃ scisse, an venter omnino non concoxit, par est, nisi ẽt norit quamobrem id acciderit, vtrum'ne propter nimiam concoquentis facultatis imbecillitatem, an copiam aliquam immodicam, an pessimam aliquam ciborũ qualitatẽ. Quippe symptoma quod ex C cibis orit, ex facili corrigit: quod autem ex vltimo virtutis incidit collapsu, in lienteriam, aut tympaniam hydropa finit. In venis quoq; simili rõne, non solum sanguinis frustrationem æstimari cõueniet, sed ẽt qua ex causa ea contingat: vtrum'ne ex sanguificæ virtutis imbecillitate (non enim incõmode ita nominem) an ex multitudine succorũ crudorũ frigidorumq;, qui à ventriculo digerunt: Quippe hoc facilis sanationis est, illud in hydropem terminat. Ad eũdem modum in carne: Ex crudis nanq; humoribus, qui à morbis immodice se satiant, flatuosi, ac toto corporis habitu turgidi reddunt: Ex imbecillitate vero virium qui anasarca vocant, hyderi existũt. Atq; *omnes quidem magnæ intemperies virtutem dejciunt. Verum quæ ex frigido superante constant, frigidos affectus excitare sunt idoneæ: quæ vero ex calido, contrarios: eodem aũt modo, & in reliqua oppositione coniugationeq; intellige. In oĩbus vero (ceu dictum est) cõis est à naturali statu maxima mutatio. Circa mediocres enim & consuetos cibos, nihil in totum effecisse, maximam ventris intemperiem prodit: Verum si propter exuperantem calorem tale quid accidat, protinus ẽt corrumpũtur cibi: generatim quidem corruptela quadam, quæ ad Nidorosum inclinet: speciatim vero pro sua quisq; natura. Quippe alia cum corrumpuntur, tanq̃ virus, alia tanq̃ lutum, alia crudos pisces, aut indicibilem alienamq; putredinem olent: nullũ enim edibiliũ vehementer calefactum, durare D imputre põt. Protinus aũt sitiunt quoque immodicè, qui ita sunt affecti, febricitantq; interdum tenui paruaque hectica febri. Sin ex frigore immodico perditur omnino ciborum concoctio, nec siti nec febri affliguntur: & ciborum ipsorũ qualitates, siue ructare velint siue vomere, planè seruant. Quòd si exigua quæpiam circa concoctionem eorum sit actio, tum ciborum natura vel medij tẽperamenti vel frigidioris, acidi ructus fiunt: sin calidiore tẽperie sint aut ẽt natura flatuosi, vẽtriculus halituoso impletur spiritu. Ac in eiusmodi quidem intemperie breui perduci põt ventriculus: In humiditate vero & siccitate adeo intẽperatus venter esse vt actionẽ amittat, non põt sine prolixo temporis spatio: debetq; precessisse humiditatem quidem hydrops, siccitatem vel senium vel marasmus. Verum tales distinxisse differentias, alterius est operis.

...3.£11.t.1. ...23 b.d

De Causis Symptomatum Retentricis, Expultricis, & Attractricis facultatis, Eorumq; quæ in Nutricatione ac in singulis Excrementorum Generibus contingunt. CAP. 2.

MOdo aũt ad retentricem veniendum est vim. Est enim In hac quoq; prima symptomatum differentia triplex: ea videlicet vel omnino cibos non complectente, vel diminute, vel vitiose. Ac cum vel prorsus non complectitur, vel debiliter, flatulentiæ & fluctuationes cũ sonitu, græce clydones dicti, succedunt: flatulentiæ quidem, vbi & cibi flatuosi sunt, & ventriculus non admo

dum frigidus: fluctuationes cum sonitu, cũ vel nihil in eo continetur, quod verti in flatum possit, E vel valenter sit perfrigeratus, quippe talis affectus nullum gignit halitum. Constat autem citra potionem non posse fieri in ventre sonoras fluctuationes. Porrò ꝙ infirmus ad vltimum venter sit, in causa morbus est: alius vt similaris est particulæ, alius vt instrumentalis. De prauis autem in eo motibus, quòd vel tremulenti sint, vel palpitantes, vel tanquam cum concussione, vel conuulsiui, dictum supra est in symptomatum differentijs: qualis vero dictorum quisqꝫ sit motuum, tum quę cuiusqꝫ eorum causa, proximo huius operis libro est indicatum. Nunc tantulũ etiam adijciendum est ꝙ tam expultricis ꝗ retentricis virtutis, tum morbi tum symptomata miscentur: Verbi gratia ventriculi motus qui veluti conuulsiuus est, qui in singultiendo accidit, conuulsio quidem in totũ non est (vtpotè quę in solis accidit musculis, ventriculus aũt nec ipse musculus est, nec eius os) sed veluti conuulsio quædam, ambarum virtutum commune symptoma est: retentricis quidem, ꝙ vẽter cum singultit praue & nõ naturaliter cibos complectit: expultricis, propterea ꝙ primum eius est ipse motus prauus, dum scilicet cupit, quod contristat reijcere. Sanè non idem est vomẽtibus atque singultientibus motus, propterea scilicet ꝙ non idem affectus: Quippe in vomitionibus, ea quæ in capacitate sunt ventris reijciunt: In singultu quę in ipso ventris sunt corpore, simili scilicet tum affectu tum motu, qualem in ijs qui ex intemperie tussiunt monstrauimus, omnibus nimirũ F ventriculi partibus quod se contristat expellentibus. Proinde eiusmodi symptoma tum ijs quibus ventriculus perfrigeratus est, tum qui piperis alteriusùe perinde calidi medicamenti multum & semel liberaliter sumpserunt, deinde super id calidam potionem biberunt, incidit. Quibus vtique magis etiam singultire contingit, vbi piper ad subtilissimum puluerem est redactum: quippe eiusmodi piper altius in ipsum ventriculi corpus inserit. Ad eundem modum & cæteris omnibus frigerantibus calefacientibusqꝫ, quæ in corpus ipsum ventriculi descendunt, singultus superuenit. Estqꝫ is singultus primum expultricis virtutis motus quidem non legitimus: secundo loco retentiuæ ac complectentis. Pari modo nausea quoque & vomitus expultricis facultatis praui motus sunt, ad ea quæ os ventris contristant, quàm citissime per stomachum vacuanda. Simile huic symptoma est, & quod in lienterijs siue intestinorum læuitate apparet: cum venter ab aliquo, quod morsu pondereùe contristet, vexatus, eijcere id statim cupit. Cum autem duo eius sint ora, supernum quidem in gula, infernum in pyloro, ad vtrumcũque horum vergit quod offendit, eo abutitur ad expulsionem: Quòd si toti illi talis affectus aliquando contingit, etiã vtroque ore simul vtitur, veluti in vocatis choleris. Reliqua vero quartaqꝫ eius facultas, nempe tractrix, triplici genere symptomatum & ipsa tentat, Vel cibos trahere in totum non valens, vocaturqꝫ id symptoma, G stomachi paralysis: Vel ægre trahens, quo tempore relaxari quidẽ incipit, relaxatus tamen adhuc non est: Tertium præter hæc est, vbi aliquid praue & non rite trahit. Praui autem & non legitimi motus sæpe iam dicti sunt, non secus autem & affectus quorum occasione incidunt. Sanè accidit aliquando, vt etiam carnosum aliquid (qualia sæpe foris videmus) in stomacho nascatur, quod vel omnino ciborum viam obstruat, vel aliquatenus impediat. Vocantur autem eiusmodi morbi instrumentales. Et proditum de ijs est in libro de morborum differentijs. Ac venter quidem cum pro naturæ lege se habet, trahit quidem ad se superne per stomachum, deorsum vero excernit: Cũ pręter naturam est affectus, etiam ab interioribus aliquid capit: nam & clysteris aliquid non nullis in ventrem subijt, ita vt vomerent: præterea "stercus in lethalibus eileis: Satius enim est existimemus eum in eiusmodi affectibus non trahere, sed quod ab intestinis violenter retrudentibus ascẽdit, duntaxat recipere: Quippe in intestinis (iam enim de ijs agere tempestiuũ est) complexio cõprehensioqꝫ est, ceu alibi est monstratum, qua vsa, nutrimentũ ad inferiorem suũ exitũ propellunt. In quibusdam tñ affectibus cũ constringendi complectendiqꝫ motus inferne incipit, ea quæ in ijs continent sursum ferunt. Qua ratione acer quoqꝫ succus quispiam, qui ad sedem aliqñ fuerat delatus, ac vel in foro vel alio quopiam loco versatis, aut negocio aliquo quod deserere non licuit districtis, violenter retentus, rursum est sursum ductus, ventremqꝫ momordit, ac caput vaporando H impleuit: Principio quidem motus ab animali organo sphinctere {id est musculo ad imum intestinũ accepto:} ab hinc vero vnoquoqꝫ intestino retro id à se ad supra se positum trudente, simili modo ac prius in præceps trudebat. Ad eundem vero modũ crepitus quoqꝫ descendere prohibitus, interim reuertit. Ergo mirum non est, clysmatis quoqꝫ aliquid & stercoris, ex tam violenta intestinorũ constrictione ad ventrem aliqñ præter naturam reuocari, deinde ad exitum properare. Cæteri vero eorũ motus ex genere quidem motuũ secundũ naturam sunt, verũ vel diminuti, vel alieni, atque idcirco etiam symptomata. Accipiendi vero sunt, ad eorũ qui de ventre sunt dicti portionem: Pari modo & motus eorum priuatio, ipsa nõ leuissimũ symptoma: Ex quali causa gigni etiam & ileos qñqꝫ potest. Iam moles quæ præter naturam sunt, aliquando descendere excrementa omnino prohibebunt, aliquando sub iusta mensura: Sicut durũ etiam stercus in aliquod intestinorum volumen impactum quod supra est, deorsum ferri aliqñ vetabit. Ac seruatur hîc quoqꝫ ad ea quæ de ventre sunt dicta, proportio, omnibus scilicet symptomatis, vel ex intemperie, vel propter collectiones aliquas non naturales, vel ob ipsa quæ continentur excrementa, factis: Itaque satius est in his non amplius morari, sed ad aliud symptomatum genus transire. Est igitur naturale quoddam

A.l.1.f.1.d.j.l 1.c.1.43.f

A quoddam opus, alimenti ipsa ex ventriculo in iecur, ex iecinore vero in totum corpus, digestio. Hanc perfici monstratum est, singulis particulis conueniens sibi nutrimentum trahentibus. Quare symptomata circa hmôi quoq; actionem triplicia incident, aliás diminute, aliás nō rite, aliás omnino non peractam. Causæ vero triplices sunt, quemadmodum in antedictis, vel intemperies trahentium: vel instrumentales eorundem morbi: vel nutrimenti, quod digerit, vitium. Ac intemperies quidem virtutem ipsam reddunt imbecillem, instrumentales morbi vias angustant, alimenti vitia sunt crassitudo & lentitia. De quorum agnitione dicendi tempus nunc non est, Sed ad separationem excrementorum veniendū. Sunt vero in hac quoq; Causæ Triplices: vna quidē particularum, quæ excrementa expurgent, imbecillitas: secunda viarum angustia: tertia excrementi ipsius vitium. Ac imbecillitatis quidem causa intemperies est: Viarū angustiæ, obstructio vel aliquis in instrumentis tumor. Verum tumoris eiusmodi, causa fluxio humorum est, quæ in ipsum instrumentorum corpus procumbit: Obstructionis vero, vel crassitas succorum, vel lētor, vel germinis ritu aliquid adnatum. Excrementorū ipsorum vitia sunt, multitudo, crassitas, & lētor. Cum autem Triplex sit in venarū concoctione excrementum, vnum amara bilis, alterum nigra, tertiū serosum: biliosum quidem vesica quæ iecinori subest, expurgat: melancholicum, lienis: serosum, B renes. Itaque etiam parum commode purgabuntur horum singula, vel ex debilitate propriorum instrumentorum cuiusque, vel vijs quomodocunque obstructis. Cum autem hę duplices sint, aliæ per quas trahit superuacuum, aliæ per quas emittit, in vtrisque sane separationi oberit angustia: Aliquando horum nullum est in culpa, sed excrementi multitudo, cum immodica est: nec tota simul expurgari potens, vnà cum sanguine per totum corpus defertur. Hanc immodicam excrementi vim, duplices pariunt causæ: alteratrix facultas parum commode se habens, & ciborum vitium. Ac lædendæ quidem virtutis intemperies particularum est causa, ceu sępenumero est dictū: Ciborum vitiū, cuiq; excremento respondet suū: alij nanq; magis melancholicæ naturæ sunt, alij magis aquosæ, alij magis biliosæ, veluti definitum est in sermonibus qui de ijs habiti sunt. Sed & alteratricis potentiæ intemperies quæ ad calidius sit versa, aliás biliosum aliás melancholicū efficit excrementum: cuiusmodi autem vtrunq; sit, in alijs est traditum: Ad frigidius vero mutata, vel pituitosius vel aquosius facit excrementū. Porrò singula excrementa, propria symptomatis species comitāt: Amaram quidem bilem cum in toto corpore redundat, regius vocatus morbus: cū vnā quampiam particulam obsidet, erysipelata & vlcerum serpentia: Nigram vero in toto quidē corpore, elephantia: in vna quapiam particula, cancer: Pituitoso excremento in toto quidem corpo C re succedit hydrops, leucophlegmatias dictus: cū in vna insedit particula, tumor qui œdema græce dicit: vocant ita "indolentem ac laxum tumorem: Ac serosa excrementa cum redundant, tum ascites vocatus hydrops excipit, tum papularum in ijs animalis partibus, in quas perducta superflua sunt, prouentus. Atque ita quidem fit vbi quodq; excrementum syncerū redundat: vbi autē & inter se, & cū sanguine miscent, complures tam symptomatū q̄ morborum species existunt: de quibus hîc pluribus disputare non est necesse, sed ad propositum redeundum. Naturaliū actionum prima ac propemodum omniū maxime necessaria nutritio est, quæ alteratricis actionis q̄dā est species. Est enim & concoctio quæ in ventre agit, alteratio: non secus autem, & quæ in venis: quibus accedit ea quæ in quaq; est particula: post quam quarta est, quam assimilationē vocant, nomine quidem à nutritione dissidens, re autem non dissidens. Frustrat autem & nutritio, cum vel prorsus non fit: vel intra iustum modum, vitiose'ue fit: Idq; vel culpa nutritiuæ virtutis, quæ alteratricis est species: vel materiæ defectu vitio'ue: Defectu quidem in atrophijs, queq; ob defectum, quæq; ob priuationem nominant: Vitio vero, vt in elephantiasi & leucis, cæterisq; id genus: accidit enim dū agglutinat carnibus nutrimentū, vbi pituitosior sanguis est, carnem quoq; effici magis pituitosam. Neq; enim idem est, carni esse, & pituitosæ carni esse: sicuti nec carni esse, & melan D cholicæ carni esse: nec biliosæ atq; temperatæ esse: & à primis qualitatibus nominanti, humidiori, & sicciori, & calidiori, & frigidiori. Certiorem fidem sermoni nostro adhibebis, si animalium carnes tū sanguine præditorū tum exanguiū æstimabis: ad hæc etiam reptiliū, quæcunque veris tempore gigni cernuntur: maximeq; ex ijs, quæcunq; viridium herbarum colorem præferunt. Cæterum horum caro simillima ipsis herbis est: aliorum alba, & exanguis, veluti locustæ & polypodis, atque aliorum alia quædam: neq; enim nominare facile est eorum differentias, adeo infinitæ multitudinis sunt. Ergo cum (sicuti diximus) caro lōgo tempore pituitoso simul ac glutinoso sanguine nutrit, caro quidem adhuc manet, mutat tamen eius forma, & in alteram speciem vertitur, fitq; media quædam inter sanguineam exanguemq; carnem. Vbi autem talis est reddita, accidit ei, vt de cætero allatum sibi nutrimentum non magis vel tentet in rubram carnis speciem mutare, q̄ polypodes & locustæ: ita fit, vt tum alba, tum pituitosa tota quàm citissime euadat, cum nec ipsa possit nutrimentum ad ruborem vertere, & simul pituitosum illud affluat. Ergo qualem ab initio locusta carnem habet, fereq; omnes ostreæ, talem ex transmutatione habent, qui Leucis fœdant: ita enim carnis vitium nominant, à colore scilicet albo nomen imponētes: Sicut nigræ & callosæ carni ab elephante nomen ferunt: fit itaque eodem quo leucæ modo, melancholico nutrimento ad carnem longo tempore confluente. Vitiliginum autem generatio cum prædictis vitijs similis est

Ibidem. c. 10.

generis: non tñ sub ijs tota caro vitiat, sed in summo corpore, veluti squamæ quępiam, vitiligines E
infigunt: albæ quidem ex pituitoso, nigræ ex melancholico succo exortæ. Quàm magnam vero
vim habeat nutrimentum ad carnis mutationem, ẽt ab Aristotele est traditum, vbi meminit regio
num, in quibus pecora tam colore q̃ cæteris differentijs sensibilibus mutantur atque alterant. Qui
vero à nutrimento alterari nutrita inficiant (eius enim quod vincitur esse nomen, non vincentis)
hi de mutatione quę in animalibus cernit, quid recti dicant non habent: multoq; minus de ea quę
in stirpibus notat: sed à rebus, quæ luculenter omnibus apparent, quid dicant, incerti hærentesq;
reddunt. Siquidem quod de persica planta, quæ ex Perside in Ægyptum est translata, prodit, ne-
mini est incognitũ: lethalis siquidem in Perside erat, in Ægyptum aũt trãslata, id quod periculo-
sum erat, mutauit: Veluti, arbitror, nec quod apud nos in vitibus apparet, quæ cum loca mutant,
diuersum afferunt vinũ. De alijs vero stirpibus tradiderunt, qui de agricultura scripserunt: sicuti
ẽt de herbis, ij qui de his prodiderunt: transportatæ enim ex alijs in alia loca, sæpe minus q̃ duorũ
stadiorum interuallo, multis modis alterant. Conueniebat igit, qui aiunt nutrimenti nomẽ, eius,
quod vincitur alteraturq; ac mutatur, duntaxat esse, non id modo scisse ac dixisse, sed etiam de leu-
ces generatione disserere tentasse. Quippe aut ipsa nutrita caro, eius morbi causa est, aut ipsum nu
trimenti vitium: sed, si nutrimentũ causa non est (ita enim volunt) necesse est carnem dicant. Quid F
ergo patitur hæc, quòd nutrimentum sibi in totum non assimilat? fiet enim eo certe pacto natu-
ra vitij causa: at multo (arbitror) satius erat nutrimẽto causam imputare. Iam vero nec propterea,
ꝙ nutriti opus sit, vt sibi nutrimẽtũ assimilet: assimilari aũt ac mutari nutrimẽti sit passio: non po
test idcirco quod pati, vicissim aliquid tametsi minimum in id quod agit facere: Cum eius senten
tiæ maxime cõtrariũ in disputatione de his nõ nos modo ostẽderimus, sed ẽt ex philosophis ij qui
omnium naturæ affectuum ac passionum grauissimi interpretes fuerunt. Apparet enim omnia,
tametsi multo ijs quibus appropinquant sint valentiora, aliquid tamen ab ipsis sensibile manife-
stumq; pati: & si non primo statim occursu, at certe temporis processu. Iam ferrum acutissimum,
mollissima secanda carne est hebetatum: & durissimus lapis à guttula, longo tempore ictus, caui-
tatem contraxit. Quid vero in ijs quæ mista sunt, fiat, omnes norunt. Siue enim in amphorã aquę
feruentis, frigidæ heminam inijcias, quod mistum ex ambobus est, non solũ quòd hemina vincat,
indicabit, sed etiam quòd vincens patiatur: Siue contra heminam calidæ, immittas in amphoram
frigidæ, vincet quidem hemina, patiet tamen pusillum aliquid & amphora. Verum (vt supra quo
que diximus) nec refellere hoc loco opiniones institui, nec prolixus esse, sed quoad fieri potest ma
xima cum celeritate docere. Ergo leuce maximus quidem alteratricis virtutis error est: parui au- G
tem alij complures sunt, carne scilicet in humore, siccitate, frigore, & calore mutata. In atrophia ve
ro erit {id est non fruct nutrimento} pars, non solum alteratricis virtutis imbecillitate, sed ẽt attra
hente vi infirma, aut excretrice immoderatius mota. Porrò ad immodicum motum excretoria vis
excitatur (sicuti prius est dictum) quoties retentiua vis vel ex multitudine excrementorũ acrimo-
nia'ue, vel ex propria imbecillitate laborat: Hoc enim casu, necesse est excernatur cum superuaca
neo bonum, veluti in lienterijs, dysenterijs, & choleris: cum ex imbecillitate expultricis necesse sit
carnem & humidiorem esse & magis excrementosam: Sed excrementa ipsa plura proueniunt al
teratricis imbecillitate. Vbi igit simul euenit, vt trahendi quidem vis multum succũ attrahat, sed
eum totum alteratrix vis conficere non valeat, atque idcirco multa excrementa gignantur: expul
trix autem vis id temporis & deterius & imbecillius, quàm prius moueatur: necesse est ita excre-
mentorum vim in carnibus aceruari, atque interim pro excrementi tum specie, tum multitudine,
aliàs aliam fieri carnem, modo quidem tumidam, modo flatuosam, modo qualis hydropum: quip
pe etiam hyderos quem anasarca vocant, ex hoc est genere. Verum de talibus producendum am-
plius sermonem non arbitror: neque enim omnia in hoc libro recensere membratim symptoma-
ta statui, sed in plurimis studiosos exercitare. Quare mihi ad alterum symptomatum genus, ijs qui H
in læsa consistunt actione vicinum, conuerti est tempestiuum. Ipsum igitur genus in multitudi
ne & qualitate excretorum consistit. Incidit autem aut quòd virtus aliquo modo sit lęsa: aut quòd
ex intempestiua vexatione aut vitioso motu excitata, aut propter instrumentũ aliquod reclusum,
ruptum'ue, aut erosum, sicuti sanguinis profusio: Nihil enim deterius ab hac cœpisse, propterea
quòd genere ipso præter naturam esse magna ex parte videtur: Præter enim eam quæ mulieribus
per vterum erumpit, cæteræ sanguinis {plusculæ} vacuationes, toto genere præter naturã sunt:
illę vero sola multitudine. Ac ruptio quidem instrumentorum, vel ob plagas aliquas extrinsecus
illatas fit, scilicet vel calcitrante pulsante'ue aliquo, vel aliter quomodocunque vulnerato valen-
ter homine. Accidit autem & ijs qui magno vtuntur saltu, & qui ab alto in terram labuntur: &
ex clamore acuto & magno, cum vtique in eo omnia vocis instrumenta quàm maxime tendun-
tur. Sanè tensionis ratione rumpuntur, & quæ ex saltu sunt læsa: Quæ vero ex lapsu ab alto, pla-
garum generi adnumerantur: quippe nihil interest, ex lapidis'ne casu contusa pars aliqua sit: an
quæ delabit pars, vehementer in solum impingens contundatur. Atquæ hæ quidem rumpen-
di vasis manifestæ causæ sunt, nec est earum quisquam ignarus. Aliæ sunt quæ ex corporis affe-
ctibus oriuntur, cum scilicet alicui per nares sanguis sponte profluit: aut cum aliquis sanguinem
aut

A aut vomit, aut extussit, aut excreat, aut deorsum deijcit, aut mingit: atque hæc quidem toto genere præter naturam sunt. Mulieribus aũt (sicut dictum est) qui ex vtero sanguis profluit, toto genere præter naturam non est, sed quantitate duntaxat. Sanè talia omnia tribus ex causis incidunt: Aut virtute ipsa vas sanguinis recludente, veluti in profusionibus, quibus sanguis per nares excernit: Aut sanguine ipso, eius ue Vase aliquo, vitiose affecto. Ac sanguinem quidem vitiose affici dico, & cum adeo vitiosi est succi, vt erodat ea quibus cõtinetur: & cum ita est immodicus, vt intra vas suum non contineatur: quippe id quoque, quòd sanguinis vas rumpat vel recludat, est satis. Ipsorum vero vasorum vitium in immodica mollitia, & duritia, & tenuitate consistunt. Fiunt aũt hæc non nullis quidem, etiam in vtero statim vitiose formatis: Mollities vero non minus & ex immodica proueniet humiditate: sicut durities ex siccitate: tenuitas ex atrophijs. Ac quod molle quidẽ immodice est, frangi ob debilitatem magis est opportunum: quod vero admodum durum est, eò quòd non potest amplius extendi: quod tenue est, amborum eiusmodi in venis affectuum occasione, non solum à causis internis facile ad rumpendum est, sed etiam ab externis. Eroduntur autem non omnia pari modo: quod enim durum est & crassum, non facile erosioni patet. Similiter autem & recludi, ei quod imbecillum & molle & tenue est, in promptu est: ei quod firmum crassum
B & durum est, non promptum. Fit autem vasorum reclusio, tum ab alijs quæ ipsorum corpora iritant: tum à multitudine quæ ea recludi vrgeat: interim vero & natura ipsa expellente ea quę contristant. Sunt qui sanguinis diapedesin, ceu quartum supra iam dicta genus nominent. Est autem minime quartum, sed vel exiguorum vasorum apertio, vel seri non sanguinis excernendi species: qua maxime ratione, ex iecinoris renumq; debilitate meijtur, ac sæpe deorsum deijcitur sanguinolentum serum. De his autem paulo post dicet, sed si prius de ijs quæ vomunt egerimus. Quippe expelluntur hæc quoque aliàs ceu immodica, ac ventriculo grauia, quale alimenti aliquando est copia: aliàs vero ceu infestantia mordentia, veluti cum vel acidum, vel nidorosum, vel amarum & acre ex concoctionis defectu assumptum nutrimentum est redditum. Sanè huius generis sunt & biliosa, & pituitosa, & serosa excrementa, tum quæ in ipso sunt genita, tum quæ in eum ex toto corporis habitu confluere sunt apta. Est autem super hæc & tertium genus causarum, quæ ventriculum ad vomitionem lacessunt, licet nec degrauent, nec mordeant, sed à natura duntaxat sint alienæ. Porrò omnium quæ à natura sint aliena communis terminus est, si quàuis concocta sint, nutrire tamen non valent. Hac arbitror ratione non solum acida pituita, & salsa, sed etiam dulcis in ventre collecta, non raro eum ad vomitum prouocat. Sed & sanguis ipse qui in ventriculũ est
C effusus, eo pacto ipsum vomere cogit. Iam intra quoque deijcit aliquando citius aliquãdo serius, præterea plus vel minus, item raro vel sæpe, vel vtile nutrimentum vel corruptum, vel quod in eum superne confluit vel quod in eo est genitum. Verùm expulsio quæ consuetum præuenit tẽpus, vel degrauato ventre, veluti à multo assumpto: vel demorso & compuncto, veluti à mordacibus: vel tanquam alienum ac minime familiare amoliente, incidit: Non oblitis scilicet nobis cum multum assumptum dicimus, triplicem id habere generationem, vel propterea quòd virtus imbecillior sit quàm prius, vel quòd supra medi[illegible]tatem sit quod assumptum est, vel vtriusque occasione. Extra vero iam dicta celerem efficit deiectionem, humidiorum quoque ac magis glutinosorum ciborum sumptio, vtpote promptius delabentium: maxime si qui eos sumpserunt, postea lente inambulent, ita vt ij quidem conc[illegible]ntur, nequaquam autem ante tempus digerant: accidit nanq; tale aliquid in concussione. Cum enim complures intestinorum sint orbes spiræ ue, necesse profecto est in singulis eorum à superioribus in inferiora cibos deferri. De cætero vero grauitate quidem † deorsum ferri non possunt [illegible] qui in spiris sunt impacti, intestinorum ipsorum opera protruduntur: ipsis nimirum repe[illegible] se contristent vim insitam habentibus. Humidi vero & glutinosi cibi, siue grauitate ip[illegible]oris concussione, siue intestinorum opera pro- †Al. nõ ampli' manere põt.
D pellantur, facilius permeant. Ac celeris q[illegible] dictæ causæ sunt. Serius autem quàm ex consuetudine excernit imus venter, vel pro[illegible]norum imbecillitatem, vel hebetem eorum sensum, vel ob ciborum paucitatem qua[illegible] Quippe quæ imbecilla sunt, propellere non valent: Quæ hebetis sunt sensus, non satis quæ [illegible], sentiunt: at vero expulsio sanatio ijs erat tristis sensus. Iam ipsorum quoque ciborum, qui [illegible] sunt pauciores, parum habent excrementi, itaque nec similiter grauant: Crassi vero & acerbi omnes tardi sunt transitus, contra scilicet quàm glutinosi & humidi. Non solũ autem propter intestinorum imbecillitatem, sed etiam musculorum abdominis, deiectio tardatur: potissimum cum excrementa duriora euaserunt, tũ enim non musculorum modo qui sunt in abdomine, sed etiam qui in thorace habentur, valenti actione est opus. At minor fit, quàm pro multitudinis comestorum ratione, deiectio, cum ex ijs in corpus plus est digestum: Contrà plus quàm pro sumptorum portione deijcitur, aliàs ob digestionis defectum, aliàs confluentibus superne aliquibus in ea quæ circa ventrem sunt loca. Assiduæ autem excretiones fiunt, vel propter imbecillitatem, vel demorsum. Atque imbecillitas quidem instrumentorum quæ in ventre sunt, ceu sæpe iam dictum est, ab intemperie prouenit: Demorsus autem ab ijs fit, quæ in ipsis continent. Porrò quatuor causæ generationis sunt eorũ, quæ sic mordent, Vel medicamentosa quæpiam vis, eaq; vel vnà cum cibis, vel per se ipsam assumpta: Vel

etiam ciborum corruptelæ: Præterea tum quæ ex corpore in ventrem mordacia excrementa con- E
fluunt: Tum quæ in ipso, id genus gignuntur, veluti in dysenterijs, quæ ex vlceribus quæ cacoe
the vocant, cientur. Licet autem addas & quintam eiusmodi symptomatum causam, corporum ni
mium sensum, siue is à natura contigit, siue ab exulceratione. Diuersus assiduæ excretionis mo-
dus est, ab omnibus iam dictis genere causæ euarians, qui ex relaxandis musculis ijs, qui fini inte
stinorum superiacent, contingit: quippe inuoluntaria in ijs est excretio, proptereáq; tum intem
pestiua, tum inordinata, tum assidua. Verum de deiectionibus sunto hæc satis. De halituosis
spiritibus quos etiam φύσας id est flatus vocant, deinceps dicẽdum. Est autem & horum genera-
tio in ipsis quæ in ventre sunt locis, succis quibusdam pituitosis, uel cibis inibi à deficiente calo-
re, in halitum solutis. Quippe syncera frigiditas prorsus halitum non facit, quòd scilicet ea omni-
no nec attenuat, nec conficit, nec alimentum dissoluit: Fortis autem calor cũ longo interuallo nu-
trimentum superet, amplius quàm pro halitu generando, id attenuat, nisi tamen flatuosum sit na-
tura: tunc enim gignitur quidem spiritus quispiam turbidus, ac (vt sic dicam) nebulosus, cæterũ
exiguus & breuis temporis, ita vt vno vel altero ructu vacuetur. At calor qui in cibos agit quidẽ,
cæterum diminute, is eos quodam quidem modo dissoluit, non tamen prorsus conficit: atq; hinc
oritur flatuosus spiritus. Vnoq; verbo, tanquam extrinsecus tum frigidissimi status sunt sereni, F
solentq; maxime flante borea fieri: tum calidissimi qui æstatis tempore incidunt, ambientem aera
purum reddũt: qui vero inter hos sunt, nebulam gignunt: Itidem in animalibus, neque in caloris
summa imbecillitate, nec cum idem nimium est vehemens, sed in ijs qui inter hos sunt statibus, fla
tuosum excrementum gignitur. Atque id cum per os excernitur, ructum creat: cum per sedem, so
norum silentem'ue flatum: cum vero neutra parte emittitur, symptoma creat, quod empneuma-
tosis hoc est inflatio vocatur, ventre scilicet impotente ad excrementosum nebulosumq; excernen
dum spiritum. Iam intestinorum aliàs aliæ partes, vbi talis spiritus in ijs constitit ac mouetur, mul
tiformes ædunt sonitus, quorum non omnes nomina sunt sortiti: cæterum prudenti viro quale
quantumq; excrementum sit, ac quo maxime loco voluatur, indicare possunt. Quippe si eiusmodi
spiritus acutum & tenue sonet, per vacuum & prorsus angustum intestinum defertur: estq; tum
purior, tum magis aereus: Flatuosior autem redditus, similiter quidem sonum ædit exiguum cum
in tenuibus intestinis voluitur, cæterum nec prorsus acutum, nec tenuem. Atq; eiusmodi soni om
nes in ijs quæ circa ieiunum sunt locis maxime consistunt: in quantum autem hinc ad alia tenuia
intestina descendunt, in tantum minus sunt sonori. Alij vero bombos imitantur, ijs, qui ex latissi
mis tibijs ædunt, similes: quo genere vtuntur qui tymbauli.i. siticines vocantur. Hæ nanque ma- G
teriei ex qua fiunt culpa, pure sonare nequeunt: propter autem spiritus viæ latitudinem, grauiter
sonant. Tales aũt omnes in crassis fiunt intestinis, cum excremẽtorũ sunt vacua. Quòd si humor
quispiam in his continetur, accedit hinc quoque bombo forma quędam: vocantq; omnes eiusmo
di sonum vel potius murmur græce borborygmon, qui humidum excrementum excernendum
denuntiat. Quippe species ipsa soni, hæc ambo præsignat, † vtiq; quòd ab natura fit mota, expul
sionem nuncians: quòd autem cum eiusmodi murmure siue borborygmo, etiam humidam. Eo-
rum præterea flatuum qui extra feruntur sonitus, Alius quidem borborygmo cuipiam similis est,
expulsionem iam iam futuram indicans: Alius purus atq; (vt sic dicam) sonorus & aereus, qui vel
vacuum esse intestinum docet, vel etiam prædurum quodpiam superius alicubi habere excremen
tum: iam Alius quidam horum est medius, velutiq; bombosus, ex medio quodam prædictorum
affectu proueniens. Tenuis autem sonitus, qui græcis veluti trysmos siue trismos dicitur (quippe
vtroque modo appellant, alij per υ alij per ι scribentes) ex instrumentorum angustia simul &
flatuoso spiritu, cum exiguo humore efficitur. Quoniam autem & de his (vt ad rem propositam)
satis est dictum, ad ea quæ superne in ventrem confluunt redeamus: quippe dictum est, hæc
quoque tum humiditatis deiectionum, tum multitudinis, esse causas. Defertur igitur superne in H
ventrem sæpenumero excrementum, naturæ expellentis robore: aliquando vero propter imbe-
cillitatem, neq; quod vtile est portare valentis. Ac excernitur quidem quod superuacuum est,
tum in crisibus, tum vero sanitatis non nunquam tempore, veluti mulieribus omni mense. Ta-
les vero etiam ‖ sanguineas dysenterias Hippocrates in ijs accidere dixit, quibus artuum aliquis
esset præcisus: Nos autem vidimus, non in ijs modo, sed etiam alijs quibusdam certo circuitu re-
petentes: omnes autem quos ita vacuatos vidi, ab exercitata prius vita, ad omnino desidiosam
se transtulerant. Atque hoc quidem excrementum, quantitate sola est alienũ: Alterum vero qua-
litate, in acutis morbis decretorie plerunque excretum: aliquando vero tabescentiæ siue colliqua-
tionis more. Inter hoc autem omnino inutile malumq; excrementum, & illud iam dictum bo-
num, aliud tertium excrementi genus est, quale est in ventre cibus semicoctus. Excernitur id
maxime in hepaticis affectibus: vocant ita in quibus morbus ipse iecoris est imbecillitas, licet
nulla sit phlegmone adiuncta. Hoc enim casu, similis passio visceri incidit, ijs quæ imbecillo ven-
tri accidunt: quando is quidem appetit, sed, cibos quos sibi admouet cum non concoquat, ijsdem
grauatur, & semicoctos ad intestina demittit: atque is quidem ad vomitum quoque concitatur. Ie
cur autem cum vomitionis aliquid ad portionem patitur, quod nutrimentum per vasa quę in me
senterio

† Græce cod. impressi habent διότι μὲν ἐπι κινουμένη γίγνεται τῆ φύσει. vt Linacer & cęteri interpretes verterunt. forte tñ legẽdũ eẽt ἐπει κινουμένη γίγνεται τῆ φύσῃ. i. vtiq; quòd flatui moto superueniat.

‖ Fortasse in libro de Articulis, cõ. 4. t. 40. 7ª. 287. h

A ſenterio ſunt, veluti per ora quædam attraxit, rurſus per eadem ſemicoctū ablegat. Eſt autem eiuſ-
modi excretionis ſpecies (veluti etiam eam aſſimilarunt qui ante nos fuere) maxime ſimilis car-
nium loturæ: præſtiterit autem fortaſſe non ita ſolum dixiſſe, ſed quo exactius ſit exemplū, cruen-
tarum atque recenter enectarum, ſermoni addidiſſe. Quin etiam ſi quis quod ita excretū eſt, aquo
ſum ſanguinem nominet, ſic quoque mihi illud clare interpretari videtur. Atq; hoc quidem ſym-
ptoma ſemicoctorum ciborum vomitioni ad portionem ſe habet. Alterū quod dicturus ſum, hu-
midæ deiectioni ventris eſt adſimile, quæ ad exactam quidem perducta eſt concoctionem, non ta-
men digeſtionem eſt conſecuta. Nam ſicuti hanc quoque venter omnino ab ipſa grauatus, excer-
nere cupit, ſic iecur vbi allatum digeſti in ipſum nutrimenti fructum cœpit, nō patitur id amplius
apud ſe morari. Cum ergo id recta progredi quauis ex cauſa nequeat, neceſſe eſt retro ad ventrem
recurrat. Apparetq; is qui tum excernit ſanguis, & nigrior quam pro natura & ſplendens, vtpote
ex ſanguine & nigra bili commiſtus. Quippe ſanguis ipſe per ſe, cum ex frigore fit niger, adeo nul
lum ſplendorem acquirit, vt etiam quem ab initio habuit, amittat: Nigra vero bilis, etiam ſangui-
ne ipſo ſplendidior eſt, ſicuti etiam bitumen, quod ex mari mortuo affertur, iudaicum id appellāt.
Non enim cum perfrigeratur ſanguis, nigram bilem creat, ſed cum ſupra modū eſt coctus, ideoq;
B etiam ſplendorem ſuum tuetur. Non enim ſicuti concretus ſanguis, qui græce thrombus dicitur,
ſanguine fit perfrigerato, ſic etiam nigra bilis generatͣ: immo contra omnino ex immodice cocto
& feruente, veluti cinis quidam nigra bilis efficitur: frigida quidem, eo quod terrea: caloris au-
tem particeps, ſicuti cinis & acetum. Deuenit autem ad dictum ſtatum qui ex ventre in iecur dige
ſtus eſt ſuccus, cum is propterea, quod vlterius in corpus non digeritur, inibi diutius moratur. No
minatur autem talis excretionis ſpecies, a non nullis dyſenteria: quippe & mordentur non raro,
perinde ac dyſenterici, ceu (arbitror) flaua bili in percoquendo ſanguine, acri illis reddita: ac vo-
cet quidem quiſque prout volet. Cæterū differentiæ ſanguinolentæ excretionis quatuor in vni-
uerſum ſunt, quatuor ſuccedentes affectibus: Vna quidem ipſius ſanguinis in ijs quibus artuum
aliquis eſt abſciſus, vel qui exercitationem dimiſerunt, per circuitum repetens: Altera cum ex im
becillitate iecinoris aquoſus ſanguis deijcitur, quem vtique loturæ carnis aſſimilant: Tertia quæ
mox eſt dicta, melancholici ſplendentiſq; ſanguinis. At hæ quidem tres vt multum ſimul excerna
tur efficiunt: In quarta & minutim & exiguo tempore expulſio facta viſit, aliás quidem veri ſan-
guinis, aliás concreti. In hac & puris non raro exiguum aliquid excernitur: etiam vlcerum cruſtu
læ quæ græce ephelcides dicuntur: præterea membranoſa quædam corpora, quæ inteſtinorū ip-
C ſorum ſunt particulæ: ſed & ſtercus ſuper his collectum ſæpenumero excernitur, ſanguinis in ſe
guttas habens. Affectus vero quibus tres primæ ſuperueniunt, paulo ante ſunt dicti. Quartæ au
tem de qua modo egimus, inteſtinorum exulceratio eſt affectus: quam etiam ſolam non nulli dy-
ſenteriam nominandam cenſent. Sed (quod ſæpe dixi) quo nulla res omittatur, magna ſolicitudo
eſt habenda: de nominibus minime curandum. Eſt autem ex eodem quo iam dicta dyſenteria ge-
nere, & qui teneſmos dicitur, cum vlcus in recto inteſtino eſt factum. Is cætera quidem ſymptoma-
ta infert dyſenteriæ ſimilia, nixus tamen multo vehementiores. Vrinarum autem tum ſuppreſ-
ſio, tum mala vacuatio, ventris excrementorum retentioni & alienæ à natura expulſioni, ad por-
tionem ſe habent. Retinentur enim veſica vel excernere non valente, vel eius collo occluſo. Atq;
hi quidem duo veſicæ morbi, vnum commune ſymptoma iſchurian habent: detinentur enim in
ea vrinæ. Vocat autem vulgus medicorum non ſecus iſchurian, quanquam iſchuria non ſit, illud
quoque ſymptoma, cum vrina in veſicam omnino non venit, perdita ſcilicet renū actione. Et per-
mittendi profecto ſunt ita nominare, cum propriam appellationem non habeant: nō tamen late-
re debebit, amborum affectuum differentia. Siquidem Alter eorum eſt, cū veſica quidem eſt ple-
na, ſed nihil excernitur: Alter cum vacua eſt, nihil omnino in ſe continens. Sub tali enim affectu
D in quo plena eſt veſica, vel occluſum eſt eius os: vel, ſi hoc ſe pro lege naturæ habet, ipſa ad ſeſe con
ſtringendam, ac lotium foras extrudendum, eſt imbecilla. Et collum quidem eius claudit, vel pro-
pter obſtructionem, vel conniuentiam. Fit autem obſtructio tum ex concreto ſanguine, tum craſ-
ſo pure, tum calculo, tum toſo, præterea cum in eius meatu veluti germen aliquod eſt enatum, qua
lia in reliquis omnibus quæ extrinſecus ſunt, aure, naribus, pudendo, ſede, fieri videnť. Conniuen
tia vero, aut propter collectionem aliquam, quæ præter naturam ſit, aut propter nimiam ſiccitatē
accidit. Ac collectio quidem ex phlegmone, ſcirrho, atq; alijs tumoribus fit, præterea quæcunq; ve
ſicæ collum attollentia, in internum meatum † vrinam refundunt: } Siccitas autem in ardentiſſi- † ἀπ[illegible] molem [illegible] gunt. [illegible] habent.
mis ac ſicciſſimis febribus, in quibus laborātem ſæpenumero nec loqui poſſe videmus, niſi os ma
defecerit. Imbecillitatis veſicæ cauſas, nihil opus eſt recenſeam, vt quæ expoſitæ iam mihi in mul-
tis particulis ſint, ſiue ijs vt ſimilaribus, ſiue vt inſtrumentalibus incidunt. Magis autem quiddam
accidere in veſica videtur, cum immodice eſt repleta: quod fieri non nos modo vidimus, ſed etiam
ab alijs audiuimus. Quippe vbi impleta fuit, cum ſcilicet ſurgere e cōuiuio ac meiere quoſdam pu
deret, actionem eius deſtrui contigit: nec vrinam qui ita ſunt affecti, quamuis magnopere conni-
xi, excernere præterea potuerunt. Sane videť & in ventre & in inteſtinis tale aliquid accidere, ſed

vulgus latere: In his quidem qui in ventriculo id patiuntur, ꝙ celeriter suffocentur: In illis vero E
qui excrementum in omnibus intestinis collegerunt, ꝙ medici propter sequentia symptomata, ad alia conuertantur: quippe in solis purgationibus, quæ in intestina sunt dimissæ atque inibi manent, tale quid incidere solet. Atque hi quidem affectus, veluti priuationem inferunt excernendæ vrinæ: Qui vero eiusdem sunt cum illis generis, magnitudine tamen deficiunt, veluti oblæsas torpentesq; actiones ædunt. Alijs autem affectibus, tertium symptomatum genus, quod in prauis vacuationibus consistit, superuenire solet. Sunt autem multæ eius species: Prima quidem quæ stranguria dicitur, quæ ex imbecillitate vesicæ vel vrinæ acrimonia incidit: Secunda fluxionibus ijs, quæ ventriculo accidunt, est similis: de qua melius est semel hoc loco dicamus. Fit igit̃ quædã veluti anastœcheiosis (quasi dicas reelemẽtatio) colliquatio, siue resolutio, siue dissolutio, siue quo modocunque aliter nominare libet, aliquando totius corporis, aliquando succorum qui in venis sunt duntaxat. Quod autem ex ea colliquatione prouenit, aliàs ad ventrem confluit, aliàs ad vrinas, aliàs ad sudores pellitur. Ac succis quidem qui in venis habentur, in serosam saniem solutis, renes qui ad excrementum id trahendum sunt nati, potissimum cùm sani sunt, serum quidem à venis expurgant, fluxionem autem ad vesicam assidue mittunt. Vbi autem renes trahere non valẽt, aut venæ eiusmodi serum in ventrem mittunt: aut toti id corpori partientes, subitaneos hydropũ F
status inducunt. Si autem quod liquatum est, crassum sit, qualeq; renes trahere nõ possunt, totum in ventrem necessario confluit. Carnoso vero genere ita colliquato, tum venter fluxionem eius recipit, vbi scilicet ea est crassior: tum sudores multi superueniunt, vbi in halitus est resoluta. Atque hæc quidem, tum de carnis colliquatione, tum sanguinis, ad præsens satis. Reliquorum vrinę symptomatum quędam vel ‖ vesicæ vel renum, affectum quendam indicant: de quibus Hippocrates in aphorismis prodidit. Quædam quousq; ‖ cõcoctionis cruditatis'ue sanguis peruenerit, docent: scriptum autem de his est in præsagijs. Quare nũc ad sudores transeundi est tempus, de quibus hactenus saltem dictum est, ꝙ interim resoluto corporis habitu proueniunt, vocaturq; ea passio syncope: Cui contrarius status est, qui in decretorijs incidit sudoribus, qui vtique robustam naturam indicant, non autem resolutam: atque eiusmodi quidem sudores, corpus expurgant. Similes ijs sunt quos mediocres exercitationes & balneæ & calor æstiuus excitãt. In immodicis vero exercitijs, etiam boni aliquid effluit. Porrò odorem coloremq; excremento quod vacuatur similem habent. Copia vero eorum vel propter corporis raritatem, vel propter excremẽti abundantiam, vel propter eius quod vacuatur tenuitatem, prouenit: Sicut propter horum contraria, morari quoq; solent, cùm scilicet vel quod superfluit, exiguum est, vel glutinosum, vel crassum, vel meatus sunt G
angusti. Accidit autem id, vel obstructionis occasione vel conniuentiæ. Ac obstruuntur quidem crassis & glutinosis succis: Conniuent siue contrahunt ora propter atrophian, vel perfrigerationem, vel mollitiem. Incidit autem & ex imbecillitate virtutis in carne, sudoris tum retentio, tum expulsio, veluti etiam reliquorum excrementorum: quippe tam vesica quàm ventriculus contenta in se superflua aliquando magis tolerant, eaq; expellere cunctantur: sæpe contra, ne vel minimum sustinent, sed grauantur, statimq; abijciunt.

4. Aph. 75. usque 82. Ext or. 5[illegible] & c. in [illegible] cõ. 2. t. [illegible] ad 37. [illegible] & c.

Quæ Aetates & Naturæ, ad Quas Actiones Promptiores aut Ineptiores existant. CAP. 3.

SAnè sermonem hunc omnium particularum communem vltimo loco simul tractandum reseruaui. Quippe parum rationabile videtur esse, vt corpore aliquo læso, nõ etiam ex æquo omnes eius virtutes simul lædantur, sed aliæ magis, aliæ minus, aliæ illæsæ in totum sint. Atq; illud quidem neminem latet, non posse nisi læsa in aliquo cuiusque substantia, actionem eius impediri. Sæpenumero vero quacunque particula operante, aliàs alia eius læditur actio: non enim similem statum requirit ad alterandi actionem atq; ad practicam functionem. Siquidem fit omnium quę sibi appropinquant alteratio, corporibus ipsis minime desiderantibus aut locum ex loco mutare, aut H
aliquid apprehendere, aut tenere, aut alicui inniti: at quæ vel tractura quid sunt, vel tentura, vel repulsura, eorum actionem cum loci mutatione necesse est fieri. Qua ratione quod ita est molle, vt tũ humidum sit, tum fluxile, tum nulli innitens, id nec trahendi similiter, nec tenendi, nec repellendi vim habet: in omni nanq; eiusmodi opere, innixum tensionemq; esse in operante oportet: At vero alterare propinquantia potest, vel quod humidissimum est, maxime si etiam calidum est: nulla enim actiuarum qualitatum adeo breui, quod appropinquat alterare videt̃, ac calor: Vnde palàm est corpus quod humidissimum calidissimumq; sit, celerrime alteraturum, id est tum cõcocturum proprium nutrimentum, tum sibi ipsi assimilaturum esse. Quod vero durum hactenus est, vt nec difficile ad flectendum sit, & firmiter innitatur, id & trahere valenter quicquid voluerit potest, & violenter trudere, & fortiter tenere: Neq; enim, sicuti quæ valde sunt mollia, remittitur, cùm id tendis: nec si vehementer tenditur, frangi periclitatur: & quæ semel apprehenderit, ea complectẽs tenet: nullo nec quod propter duritiem difficulter flectit̃, nec quod propter humorem est molle, sic agere valente: Illa enim nõ firmiter complectuntur: hæc imbecillo complexu vsa, quæ apprehenderunt, facilè elabi sinunt. Atq; optime quidem nutriuntur calida humidaq; corpora, quippe quę nutri-

A nutrimentum non solum alterant celerrime, sed etiã in se recipiunt, & agglutinant, & assimilant: Pessime vero frigida & sicca, vt quæ neque alterare, neq; in se ipsa recipere, neque agglutinare, neque assimilare queant. Ac quod celerrime alteret quod calidissimum est, prius est dictum: hoc vero erat concoctio. Quod vero id quod humidissimum mollissimumq; est, prompte quod alteratum est in se recipiat, admonendum potius est q̃ probandum: Sicuti contra quod siccum durumq; est, nihil in se ingredi sinit prius, q̃ ipsum ex aliqua parte diuisum sit ac velut exulceratum. Si quidem & q facilius ac celerius tum agglutinantur tum coalescunt, quæ humidiora sunt: quæ vero duriora, partim nunquam, partim vix: nemo est qui ignorat. Vt enim æs, ferrum, aurum, & lapidem omittamus, atq; de plumbo agamus, experimur id cum altero plumbo omnino non coalescere, nisi prius excalfactum liquetur. Et pusionibus quidem, & alijs quibus calidior & humidior est corporis temperies, optima tum concoctio est, tum appositio, tum agglutinatio, tum nutritio. Quippe concoctio & nutritio alterationes sunt. Appositio vero fit, cum id quod nutritur halitus speciem in se recipit. Affixio vero alimẽti, agglutinatio quędam eius vnitioq; est. Post quæ omnia, non leue commodum ad assimilationem est nutriti corporis humiditas: cum ei quod nutrit, in consistentia est similis. Digestionis vero instrumenta in pueris etsi admodum valida ad B agendum non sunt, tamen operi suo sufficiunt, nec ei in vllo sunt imparia: quippe mediocrem iam duritiam ac robur venæ eorum habent. Retentrix autem vis, imbecillior ijs est: atque idcirco siue ab aliquo põdere prematur, siue aliàs infestetur, celerius ab opere desistit. Similiter his virtutibus etiam excreticem mediocrem in imbecillitate habent. Quanquam videtur saltem retentiua vis non solum pueris, sed etiam cæteris omnibus, expultrice esse imbecillior, etiam si similiter se habent, propter scilicet diuturnitatem actionis: Maxime enim diuturna est retentiuæ virtutis actio, vt quæ illud pro opere suo habeat, vt teneat: Expultrix vero vis, breuem habet actionem, vtpote quæ vna impressione quod contristat retrudere abijcereq; potest. Tanquam igitur in ijs quæ extrinsecus sunt, idẽ homo qui ad deijciendum onus maxime sufficit, portare id tota die non valet: sic etiam internis instrumẽtis retrudere quod contristat, q̃ diu retinere, est promptius. Pueri nanq; (de quibus sermo est) alteratricem quidem facultatem valentiorem habent ijs, qui in ætatis sunt vigore: trahendi vero vim ijsdem imbecilliorem, non tamen non ad suum vsum sufficientem: reliquas vero duas facultates imbecilliores possident, q̃ ætate florentes. Cæterum non perinde patet expultricis imbecillitas, propter actionis suæ breuitatem: quippe tum vomunt tum deijciunt sæpius q̃ ętate florentes, non vtiq; ob expultricis robur, sed retẽtricis debilitatem. At in ven C tris concoctione, quæ humida & mollia sunt, similiter ac ætate florẽtes concoquunt: quę vero dura, deterius: Pueris enim halituosior est calor: florẽtibus ętate, siccior: Iam vero quibus humidius est corpus, ea quæ nutritura id sunt, humidiora postulant: quibus siccius, gsicciora. Ergo si concoctio alteratio est in propriam nutritorum qualitatem, pueris quidem quę molliora humidioraq; edulia sunt, magis congruunt: florentibus ętate, quæ duriora sunt. Sane senum corpus ad oẽm ferme actionem male comparatum est: quippe & multo siccius q̃ eorum qui ætate florent, & ijs solis est frigidum. Neq; igitur commode concoquunt, caloris defectu: neq; nutriuntur, propter tum siccitatem, tum alteratricis facultatis imbecillitatem. Digestio illis insuper veluti à iã torpentibus præ frigore instrumẽtis, & tarda, & imbecilla fit. Expulsiones præterea quæ quidem breuis temporis sunt, facultatis eorum imbecillitatem non detegunt: quę diuturniores sunt, male obeuntur. Porro ad practicas molitiones siccius calidiusq; instrumentum magis est idoneum: humidum & frigidum magis imbecillum: horum in medio duæ reliquæ coniugationes sunt. Atq; in ætatibus quidem humidum & frigidum corpus non inuenias: senum enim corpus frigidum esse & siccum est monstratum: In malis autem temperamentis, quæq; ex natura propria cuiusq; sunt, quęq; in acquisitis affectibus fiunt, inuenias. Sicut verbi gratia phrenitis quidem calidus & sic D cus est morbus, ideoq; in actionibus voluntarijs maximum habet robur: Lethargus autem imbecillus, vt qui particulas humiditate copiosa frigidaq; imbuat. Tale quippiam est & hydropum genus, maximeq; ex ijs leucophlegmatię & anasarca. Vbiq; autem frigidum, siue cum siccitate coniunctum sit, siue cum humiditate, tum imbecillius est, tum torporiferum. Ad eundem modum retentiuæ virtutes quæ naturales sunt, in siccioribus & calidioribus instrumentis validiores sunt: in humidioribus & frigidioribus, siue à primo natali alicui siue aliàs contigerint, imbecilliores. Attendenda tamen est in quaque particula magnitudo excessus: Sicut verbi gratia, nerui & tendones & musculi & ligamenta quanto sunt sicciora, tanto sint valentiora est necesse, si tamen intra illum excessum, sub quo & difficile flexibilia fiant propter duritiem, & veluti friabilia propter siccitatem: quippe ita conuulsionibus tentantur. Rursus naturalia instrumenta, quanto sunt humidiora, tanto sunt ad nutriendum magis idonea, etiam si subhumida in vltima temperie sint: Ad concoctiones vero, nec se ipsis meliora, nec ijs quæ sicciora sunt, modo similiter sint calida: nisi scilicet sicco & squalenti instrumento, siccum nutrimentum humore largo non admisto dederis. Ad digestiones vero & expulsiones, valde dura corpora sunt inepta: quippe cùm difficilius, tum dilatentur, tum contrahantur, quorum altero tractus fit, altero expulsio. Quò vero ad paucos dirigat quis scopos, in summis rem totam distinguam. Calor adauctus valentius alterat, modò

A.l.1.f.1.d.6.c. 3.26.g

Ibidem.h

l.1.t.1.d.6. 3.26.f

do tamen non eò incrementi perueniat, vt iam colliquet, tum nanque ad omnia est inutilis. Frigus E vero nulli functioni est ex vsu. Siccitas ad robur & nixum conducit, si tñ adhuc nec difficile mobilia nec frangibilia facit. Humiditas ad nutritionem maxime est accõmoda, ad alias aũt functiones maxime cõtraria, auctione tñ excepta, ad quam magis vtique quàm ad nutritionem est idonea: debentibus nimirum quæ probe sunt augenda, facillime tum tendi tum perflari vndique.

De Causis Reliquorum Symptomatum, quæ in Excrementis consistunt. CAP. 4.

AC licebat hoc loci iam opus finire, cum, sicut antea diximus, non quò omnia particulatim persequerer, in multis exemplis multas symptomatum species & genera examinarim, sed quo studiosos exercitatos redderem. Cæterum permittente id libri adhuc magnitudine, dicemus aliquid & de ijs quæ prætermisimus. Siue nanque ex naribus, siue auribus, siue palato, siue oculis, siue faucibus, siue vtero, siue ex reliquorum quouis, excernatur quid: tum quãtitas eius attendenda est, tum qualitas, itemque excernendi eius modus: atque id ad iam dictas causas reducendũ: Quippe omnia symptomata ex intemperie similarium & instrumentorum morbis, præterea materiæ ipsius tum qualitate tum quãtitate, prouenire deprehendes. Verbi gratia, catarrhi & coryzæ causa est cerebrum, cum perfrigeratum quidem est, ceu similaris pars, in intemperiem versum: aut cum æstuat, ceu instrumentalis, impletum. Ergo qualis in ventre diarrhœa passio ex mala concoctione fit, tale est in cerebro prædictorum vtrunque: Catarrhum. s. nominantibus nobis, cum quod superuacaneum est, in os diffluit: Coryzã, cũ in nares: Branchos aũt siue raucitas, catarrhis superuenit, faucibus. s. humore imbutis. Quòd si in gargarionem fluxio procumbat, aut in ea gignit quã ex similitudine græci staphylen. i. acinum vocant: aut aliàs eam in tumorem attollit: At si in glandulas quæ sibi ex aduerso in oris termino vtrinque iacent, antiadas: Si autem in ea quæ ijs proxima sunt, paristhmia. Defertur capitis fluxio & in ventriculum, & in asperam arteriam, vtrunque magnopere lædens. Cæterum eiusmodi fluxionum incommoda, tum alij ante nos diligentius exposuerunt, tum nos prolixius in medendi libris de ijsdem scribemus: de ijs vero quæ ex pulmone & pectore rejciuntur, in libris de crisibus iam egimus. Sed nec eorum quæ ad mensium retentionem, aut indebitam omnium quę ab vtero manant expulsionem pertinent, etiam difficile est causas inuenire, si quis ad similes dirigat scopos. Nam aut vteri corpus cum densum durumque fuerit, retentionis causa erit, tale. s. aut à natura conditum, vt oino nunquam purgetur, nisi quis ipsum medicamẽtis longoque tempore ad meliorem habitum transferat: Aut certo tempore sub illo affectu, quicunque semper vteros occupauerit. Etiam venarum angustia statim à principio congignitur, G vbi scilicet hac parte fœmina male est formata. Ad huius affectus portionem & compressio se habet, quæ ex ijs quæ circũiacent vasis fit, cum videlicet corpus immodice gliscit. Vteri vero intemperies, tum natura, tũ sub affectibus quibusdam oritur, æque vt dẽsitas. Incidet sanè aliquando & ipsius materiæ occasione, menstruæ consuetudinis retentio: quoties quod vacuatur, vel crassum est, vel glutinosum. Quin etiam si ipse menstruus sanguis sine vitio est: cæterum obstructio quępiam in vasis quæ ad vterum pertinẽt, ab huiusmodi humoribus prius est facta: sic quoque retinebitur menstruum. Sed & totius corporis culpa, aliquando prorsus nõ purgabit fœmina, aliquando parcius, aut liberalius, aliquãdo malum vacuabit. Et prorsus quidem nõ purgabitur, tum propter plura exercitia, tum propter tenuem victus rationem, tum propter succorum ad alias particulas inclinationem. Iam propter hæc ipsa, cum mediocria sunt, minus quàm pro naturæ debito purgabitur: Sicut propter longam desidiam, & victum liberaliorem, plus iusto vacuabitur. Sed & mala expurgabũtur, propter vteri rheumata: Vocatur autem id symptoma, fluxio muliebris, expurgato scilicet per eam particulam toto corpore. Est autem perpetuo quod euacuatur, tale specie, quale est quod in animali redundat: aliud rubrum, sanguinis sanies: aliud albũ, à pituita: aliud pallidum, quod est biliosum. Est autẽ & præter hæc eorũ quę ab vtero fluunt vacuatio mala, pro- H pter affectum aliquem, qui in ipso sit exortus. Est præter eas, quæ prædictæ sunt, & talis mẽsium moratio, in qua nec ex sanguinis defectu, veluti post plurimas exercitationes & tenuem victum accidere est dictum: nec propter affectum qui in ipso ortus sit vtero: purgationes vteri sistuntur, sed aliquando etiam sanguine propter robur in alias particulas delato. Verum (vt mox dixi) nihil arbitror difficile, quisquis hos commentarios perlegit, cum iã in multis sit exercitatus, ipsum quoque talia inuenire. Quippe, quod & propter vteri proprios morbos, tũ qui in processibus eius supernis & lateralibus consistunt (ceræas græci vocant) tum qui in collo, tum etiam qui in toto eius tergore, aliquando quidem vel plura quàm prius vel pauciora veniant menstrua: aliquando autem prorsus non veniant, vel mala veniant: neminem arbitror latet: etiam Atretis fœminarum {id est quarum natura qualibet ex causa peruia non est,} in sermonis nostri diuisione sub hoc alicubi genere inuentis. Similiter autem & qui priapismus vocatur, tumescentia & inflatio inuoluntaria est marium pudendi, symptoma scilicet à flatuoso spiritu natũ. Quin etiam gonorrhœæ quæ absque tensione pudendi sunt, ex imbecillitate retentricis seminalium vasorum virtutis fiũt: Tenso vero quodãmodo pudendo, quasi cum conuulsioni quid simile instrumenta patiuntur, eueniunt. Non est igitur quod de eiusmodi symptomatis pluribus differamus.

A.l.3.f.5.t.1. c.11.241.c

F

A *De Causis Symptomatum quæ consistunt in Qualitatum Mutatione: ac De ijs, quæ vel Se inuicem sequuntur, vel Non sequuntur, Symptomatis.* CAP. 5.

SEd conuersi ad reliquum eorum genus, quod nec ipsum multa verba requirit propter ea quę
iam dicta de succedẽtibus sibi symptomatis sunt, iam opus hoc loco finiemus. Ergo colores
mutabuntur, vt generatim dicam, succorum occasione, qui à naturali specie recesserunt, vel qui in
altum corpus sunt reuersi, vel cutem veluti perfuderunt: membratim vero, propter causas quæ
succos ad tales tum motus, tum affectus impellunt. Sunt porrò hæ, tum animi perturbationes:
tum ambientis nos aeris, in calorem & frigus mutationes: tum ipsius corporis affectus, cui san-
guis vel calidior sit, vel frigidior, vel parcior, vel vberior, vel foras protrusus, vel intro retractus.
Huius sanè generis est omnis vitiosus succus, qui sua specie etiam totius corporis colorem alte-
rat, vt in morbo regio, & hydericis, & elephantia, & splenis & iecinoris imbecillitate. Existit au-
tem ad portionem & in quaque particula, coloris mutatio. Figuræ vero naturales mutabuntur,
particulis vel immodice refertis, vel inanitis, vel à proprio loco translatis, vel adustis. Causæ ve-
ro cuiusq; horum, plures sunt, quas etiam inuenire difficile non est, sicut superiora non negligen
ter sunt perlecta. Ad eundẽ modum nec graueolentiæ, aut molliciei, aut duritiei, aliorum ve his
B similium causas inuenire operosum est ei, qui ad supradictorum exempla procedet: quinimmo
iam dictæ à me sunt in fine libri, qui de symptomatum differẽtijs inscribitur: quo minus opus est
de ijs nunc simus prolixi. Sed hoc loco opus de symptomatum causis finiamus, illud tãtisper adij
cientes quod in libro de symptomatum differẽtijs huc docendum distulimus: Quę nam sympto-
mata necessario sibi succedant, quæ non necessario: quod ipsum quoq; nõ longa mihi disputatio-
ne videtur indigere: sed satis erit sub vnico exemplo methodo indicata, à particularium multitu-
dine fugisse. Censeo igitur, quod prouenit, vnica ne ex causa fiat consideres, an ex pluribus: Si
enim ab vnica, necessario efficienti succedit: Sin quo fiat pluribus eget, non necessario. Atq; hęc
quidem in omni re communis est methodus. Ad hunc igitur modum in symptomatis ęstimatio-
nem inibis. Quippe si symptoma ab vnico fiat, necessario illi succedit: Sin ad secundi symptoma
tis generationem aliæ quæpiam causę concurrant, minime necessario priori succedet. Non en m
si quis male cõcoxit, necesse est spirituosum flatum sequi: sicuti nec morsum, †nec humidam mul tam ve aut contrariam deiectionem, } aut inappetentiam, aut intensam appetentiam, aut pigri-
tiam ad actiones, aut intelligentiæ tarditatem, aut capitis grauitatem, aut vigiliam, aut cardialgian
id est oris ventris dolorem: multoq; minus aut epilepsiam, aut amẽtiam, aut extasin, aut coma: sed
C nec mœstitiam vllam, neq; aliam quamlibet, nec multo minus melancholicam: præterea nec ple-
nioris intestini, vel renum, vel lienis, vel iecinoris, vel pectoris, vel articulorum dolores: æque vt
nec inæqualitatem, aut horrorem, aut rigorem, aut febrim. Quanquam tum horum, tum reliquo-
rum ferme omnium symptomatum, nullum est quod non aliquo tempore in ijs qui male conco-
xerunt appareat. Immo pro cruditatis magnitudine ac differentia, præterea naturæ hominis facili
sensu aut difficili, singularumq; corporis particularum robore aut imbecillitate, alias aliud sym-
ptoma gignetur. Quippe magna cruditas, & maiora & plura symptomata creat: parua contrà,
pauciora minoraq;. Iam vero eorum quæ male concocta sunt differentiæ, quæ quidem ad frigi-
dum & pituitosum sunt cõuersę, aliorũ symptomatum sunt causæ: quę ad nidorosum & calidum,
aliorum: Ad eundem modum & quæ mordent vel quæ non mordent, & quæ in halituosum spi-
ritum solutę sunt aut non solutę. Sed & hominis natura (vt dictum est) ad symptomatum gene-
rationem tum facit, tum repugnat: Verbi gratia, quibus hebetis sensus ventriculus est, ij nec vehe
menter mordentur, nec dolent, nec multa excernunt, sed nec cardialgia laborant, nec facile capite
infestantur: Quibus boni est sensus, ijs omnia hæc ex facili superueniunt, superno principio sym-
ptomata immittente. Quid dicam singulis qui cruditate laborãt, eam partem maxime nocumen
D tum sentire, quæ maxime est imbecilla? Proinde dicendum non est, symptoma vllum necessario
cruditatem sequi. At vero actionis digerendi in corpus alimenti, siue priuatio, siue imbecillitas,
atrophian necessario inducit: sicuti etiam alteratricis in quaq; particula virtutis noxa. Iam
separationis excrementorum à sanguine frustratio, quæ separatricis actionis est sym-
ptoma, necessario coloris symptomata inducit. Vocatur alterum eorum morbus
regius: alterum, quod melancholico excremento succedit, sine nomine
est. Simili modo in omni symptomatis genere, & quæ
semper sibi succedant inuenies, & quæ non
semper. Ego vero longitudini par-
cens, hic libro finem
imponam.

† Græce οὐδὲ ὑγρὰν διαχώρησιν, ἢ πολλὴν, οὐδὲ ἐναντίαν. i. nec humidã multã ue deiectionẽ, nec nauseam & ita cæteri interpretes. Solus Linacer vř legisse οὐδ' ἐναντίαν. i. nec cõtrariam.

GAL. DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBRI DVO

Nicolao Leoniceno Vicentino interprete.

Ad vetustorum exemplarium Græcorum fidem diligenter emendati ab Augustino Gadaldino Mutinensi medico.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Prima quædam Principia docet, quibus Singularum Febrium Differentiæ intelligantur: ac in Primo Libro agit de Ephemeris & Hecticis.

Prima Capita quibus Singularum Febrium Differentiæ comprehenduntur. CAP. I.

Ebrium dñæ, quæ quidem maxime propriæ sunt ac principalissimæ ab earum sumuntur substantia: aliæ vero ab accidente aliquo. At qm̃ neq; horum ipsorum accidentiũ est natura vna, sed non nulla quidẽ, proximiora ac magis sunt diuisæ substantiæ propria: non nulla aũt, remotiora ac magis extranea: idcirco neq; earum quæ ab ipsis accipiunt, dñiarum est G genus vnum. Plurimum igit̃ aberrãt, qui ab his q̃ maxime propriæ ac principalissimæ sunt, abscedunt. Secundo aũt loco quicũq; licet has cõmemorauere, eisdem tñ eodem mõ cõmiscent oẽs quæ ex aliquo sunt accidẽte receptæ, vtiles ab inutilibus minime secernẽtes. Neq; vero solũ in dñiarum generibus plurimi medici deliquerunt, vel quia videlicet supaddentes fuerunt, adeo vt eas ẽt quæ nullius vsus essent cõmemorarent: aut quia vtiles ẽt prætermittendo defecerũt: sed vna ẽt in ipsa generũ in proprias dñias sectione aberrauerũt. Statim.n. cum primũ atq; præcipuum dñiarum genus ab ipsius rei diuisæ substantia sumat, intueri licet, medicorum non nullos genus hoc penitus prætermittere, nõ nullos aũt vel superfluos esse in diuisione vel deficere, licet Hippocrates in libro epidemiarũ sexto, optimam fecerit diuisionem. Sunt autẽ hæc

6.Epid.cõ.1.t. 29.3 |.158.c eius verba: ‖ Febrium hæ quidẽ manui sunt mordaces, hę verò mites: hæ aũt nõ mordaces quidẽ, »
sed post insurgẽtes: aliæ verò acutæ, sed quæ manui succũbunt: aliæ sunt statim exardentes: quæ- »
dam semp pusillæ & siccæ: quædam salsuginosæ: quædã flatibus plenæ, aspectui graues: non nul- »
læ ad tactum humectæ: nõ nullæ vehementer rubidæ, aliquæ vehementer pallidæ, aliæ liuidæ, & »
alia hmõi. Apertissime.n. in his febribus, ab ipsius rei substãtia simul atq; à dignotione, in ꝓprias H dñias fecit sectionem. Siquidem febris substantia in genere caloris qui est præter naturam, consistit. Caloris autem dñę, & ex eo q̃ magis & minus, & ex materia in qua hic pter naturam calor accenditur, & ex mõ motus caloris eiusdẽ, accipiunt: quas oẽs vna cum dignotionis mõ queadmodum in procedenti sermone ostendemus, annotauit. Sunt aũt omnino euidẽtes, quæ in eo quod maius aut minus consistunt: quo in genere dñiæ consueuerunt medici magnam ac paruam febrẽ nominare, non proprie quidem rei quali, nomen quanti accommodantes, hoc tñ facere assueti nõ in febribus tm̃, sed in mille alijs rebus, quæ licet in qualitate subsistant, magnæ tamen ac paruæ dicuntur. Quæ vero à materia dñiæ sumuntur, in qua hic calor præter naturam accẽditur, maxime propriæ sunt, siue q̃ idem calor ipsum cordis corpus occupauerit, siue q̃ eos qui in eius ventriculis continentur humores. Reliqua autem ac tertia est post has dñia, cum sola aerea substãtia sufficienter incaluit, humores aũt & solida corpora calescunt quidem adhuc, non dum aũt sunt calefacta: neq;.n. parum refert, si calescere dicamus aut calefactum esse. Quid autem dicamus, hæc tibi exempla manifestissime ostendẽt. Cogita aquam calidam lebeti frigido iniectã: deinde ex eius A.l.4.f.1.t.1 vicinia lebetis corpus calefieri quidẽ, non dũ aũt exquisite esse calefactum. Excogita iterum in ca 1.411 c lidum atq; ignitum lebetem aquam frigidam infusam: deinde ab eodem lebete adhuc quidem calefieri,

A lefieri, non dũ autem esse calefactam. Horum quidem exemplorũ secundũ, primã febrium drīam ostendit, quas diximus ipsum cordis corpus occupasse: Primum vero eas quæ in ipsius cõsistunt humoribus. Reliqua vero & tertia differẽtia simile quidem omnino nõ habet exemplum: at manifestioris quidem doctrinæ gratia, concipe animo fabrilem follem trahentem quidẽ ad se ipsum aerem admodum calidum: deinde ab eodem calefieri, non dum tñ esse calefactum. Sed & rei quã monstrare volumus naturam exemplum ipsum magis ostendet, si humorem in folle contentum cogitaueris: adhuc vero magis si follis foramina per quę aerem trahit atq; efflat, adeo arte fabricata, vt humorem quidem non admittant, aeri autem peruia existant. In quo sane plurimum differunt naturæ opera ab his quæ humana arte sunt fabricata. Nam mista est in omnibus arterijs per multa foramina spirantibus aerea substantia sanguini, ac nihilominus in corde ipso, vt quod con fluxile sit omnibus ipsis arterijs. Incipit igitur hic præter naturam calor quem & febrem nominamus, aliàs ex alijs eorum quæ nuper diximus: spargitur autem, atque vna cum patiente afficit duo reliqua genera. Facillima igitur ab humoribus ad spiritum caliditatis transumptio: non ęque aũt prompte vnà cum spiritu accẽdunt humores. Corpus ẽt solidum humoribus atq; aereæ substantiæ facilius calorem impartitur, q̃ ipsum ab eisdem suscipiat. Omnis siquidem substantia te-
B nuis promptius alteratur, q̃ crassa: Est aũt tenuissima quidem aeris, crassissima vero corporũ solidorum, media humorum est substantia. Nihil aũt in præsenti opere differt, siue spiritum siue aerẽ dicamus: nam de hisce omnibus alibi diligentissime diffiniuimus. Nunc autem hoc tãtummodo
.l.4.f.1.t.1.c. .411.c sufficiat intelligere, quod & Hippocrates (vt arbitror) ostendit his verbis: Continentia, contenta, & impetentia: continentia si quidem solida appellans, contenta vero humores, impetentia autem spiritus. Nam dispositio febrilis aliàs ex alijs eorum, quæ ante diximus, sumit initium: At in genere primo iam læso non sistit, sed duo reliqua genera inuadit: ac nisi antea soluatur, progressu temporis illa quoq; similiter afficit. Hæc quidem sunt totius sermonis capita. 6 Epid sec. 7.

De Euidentibus & Communibus Causis Febrium. *CAP. 2.*

ET oportet quæ iam dicta sunt vnà demonstrare, atq; vniuscuiusq; generis febrium dignotiones exponere: quãprimum aũt necessariũ est de earũ ẽt generatione aliquid disserere. Quod igitur ex laboribus, ira, & tristitia, & Solis ardoribus, atq; frigoribus, vigilijs, & cruditatibus, ebrietatibus, & crapulis, quidam febricitare conspiciunt, nemo est qui ipsa doctus experiẽtia nõ agnoscat. Et quidem ẽt q aeris pestilens status febrem afferre cõsueuit, nemo sane mentis dubitauit: sicuti & q pestilenti morbo laborantium conuersatio, periculosa, ne inde contagium contrahatur,
C quemadmodum ex scabie & lippitudine. Est ẽt eorum qui tabe correpti sunt cõsuetudo nequaq̃ secura: atq; omnino eorum qui putridum expirant, adeo vt domus quas habitant, fœtidum exhalent odorem. Illud quoque longa experientia compertum, q qui consueta exercitia omiserint, & alijs morborum generibus, & febribus maxime corripiuntur. Et quidem omnes, vt ita dixerim, homines norunt, q & quæ plethora id est repletio vocatur, & cibi praui, & medicamina, æstusq; circa Canis ortum, pluraq; huiusmodi alia, afferunt febres: Qui vero ab eisdem causis nostris corporibus adueniat affectus, ex quo febricitemus, hoc sanè multos latet, & à plerisq; etiã qui se medicos profitentur, ignoratur. Duplex aũt hęc ignorãtium medicorum genus: Alterũ eorum qui soli experientiæ nituntur, aiũtq; nullius rei naturam posse à ratione inueniri: Alterum est genus hominum, qui sibi nomen sapientiæ vindicarunt, & licet parem habeant cum prioribus ignorantiam, opinionem tñ scientiæ sunt aucupati. Sed eorum inscitia inde habet initium, q in rationalibus methodis nequaq̃ sunt exercitati, quę nos distinguere ac secernere docent eas propositiones, quæ demonstrandi vim habent, ab ijs, quæ probabilitatem quidem cõtinent, nihil tñ veri possunt aut inuenire aut demonstrare. Cum vero ad hanc ignorantiam accesserit arrogantia, ex ipsis quidem nõ nulli ad tantam insaniam ac temeritatem peruenerunt, vt neq; ea quæ oẽs homines expe-
D rientia magistra, febrium causas esse didicerunt, velint ipsi concedere. De quibus cum à nobis sit in libro de procatarcticis. i. præincipientibus causis sufficienter disputatum, superfluum esset eorundem hominum nugas hoc in loco repetere. Neq; enim sermonem facere institui, qui aut alijs contradicat, aut sophismata soluat, sed qui scientiæ doctrinæq; intendat, suppositionum quidem loco habens quæ alibi à nobis sunt demonstrata, febrium vero differentias docens.

Quo pacto ex Præincipientibus Causis, Variæ in corpore Febriles Dispositiones oriantur. *CAP. 3.*

l.4.t.1.c.1. 41.a SVnt igitur suppositiones hæ: Calidum, frigidum, humidũ, & siccum, esse corporum elementa: Primasq; ex eorum intemperaturis constitui ægritudines: ex quarum numero Febris est vna, qñ in corde quædam præter naturam caliditas generatur. Differentię vero secundum genus caloris, de quibus præsens transigit sermo, à materiarum differentia sumebantur, quæ febrilem caliditatem suscipiunt: quæ tres erant secundum genus: Vel. n. * ipso cordis corpore accẽdi dicebantur, vel in humoribus, vel in spiritu: Præincipere aũt in oĩum febrium cõstitutione causas, quæ ab oĩbus manifeste noscunt, quas ẽt paulo ante cõmemorauimus: In quibus medici, qui se ab experientia Empiricos vocãt, ex obseruatione ad curationẽ aliquid pficiunt: Rõnales aũt ad ipsius rei naturã veniẽtes, cũ indicationibus vtant, ab illa, ad futurorũ pcognitionẽ atq; ad curationis inuentionẽ iuuant: neq; eorũ vsum pteruittũt, q̃ ex experientia fuerint inuenta, sed multa ex rõnali me- * *prius, ipsam dicebamus.*

thodo

thodo illis adiungunt. Quæ'nã vero sint quæ vtra'que inueniant via, experiẽtia.f.ac ratione,alibi E est a' nobis monstratum. At,quam singulæ præincipientes causæ in corpore faciant dispositionẽ, quæ febrem accendat, nunc ostendere intẽdimus. Qm̃ non vnum videmus modum generationis aut augmentationis caliditatis (si quidem neq; ignis ipsius) sed vel"propter motum, vel propter putrefactionem,vel propter adhæsum alterius caloris,aut propter detentum calidi effluxus, aut propter mistionem calidæ substantiæ quodam veluti ex fonte efferuescentis, quæ quo ad nostrum sensum vel generet vel augeat caliditatem,necesse omnino & febrium causas reduci ad eos quos proxime diximus modos. Veluti statim exustio,siue ipsa Solis operatio talem sortiatur appellationem,siue qui ab eodem fit in corpore affectus,siue ille qui iã effectus est, est quidẽ sane' & hoc ipsum calor præter naturã,non dum tñ febris,nisi cor vna' calefiat. Omne quidem hmõi causæ genus fieri constat ex rei calefaciẽtis adhæsu,siue Sol,siue ignis,siue medicamẽ fuerit ea res quę calefacit,extrinsecus cõtingens,aut propinquans,aut adhærẽs,siue quouis aliquo vocabulo quispiam vti voluerit. Ira aũt est veluti quidem feruor quidam, ac vehemẽs motus potẽtię irascibilis in ipso cordis corpore sita: simul aũt cum hoc feruore calefit aliqñ quidem spũs substãtia,aliqñ vero sanguinis. Quo'd si ita contigerit,vt ea corpora quæ in se caliditatẽ admiserunt,longo eam tpe retinere natura apta sint,licet motus cordis sedetur,in hisce tñ remanet calor prẽter naturam,atq; F inde hominem febricitare est necessarium. Huiuscemodi ergo febris habet originem a' motu atq; feruore natiuæ caliditatis. Quæ aũt ex tristitia fit,ex solo motu, non autem ex feruore generatur.

A.l.4.f. 1.t.1.c. 15.412.d

Quę autem lassitudines sequitur,principium quidem & ipsa habet,multam musculorum,neruorum,copularum,& articulorum motionem,quę sane' & prima calefiunt: hinc vero cõtinuatim calor ascendit ad cor,atq; inde homo febricitat. Quę autem ex dẽsitate cutis accenditur febris,qualis maxime frigefactis atq; adstrictis corporibus solet accidere,mordaci effluxu in corpore aceruato contingit. Semper enim animalium corpora difflantur,idq; duplici modo, effusis ad exteriora vaporosis atq; fuliginosis superfluitatibus,ac rursus intro attracta refrigerante ac ventilante natiuum calorem aerea substantia. Cum igitur aliqua causa potentior cutim densans,eos de quibus diximus meatus angustiores effecerit,sæpius quidem in plethoricã dispositionem incidit corpus, qñ & vaporosum & optimum quod effluit, extiterit: Non nunq̃ vero in febrem, cum nimirum acre mordaxq; fuerit: quo tpe maxime, qm̃ intra corpus quod refrigerandi vim habet non attrahit, calor simul augetur. Acris aũt ac mordax effluit superfluitas ijs qui aut natura vitiosos habẽt humores,aut prauis cibarijs vtuntur,aut sępius cruditatem patiuntur: Ac tum præsertim cũ post huiuscemodi cibos assumptos,fæculentam vel lutulentam,atq; ex lacunis vel piscinis siue paludibus siue quouis alio,corruptam ac putridam biberint aquã. Idem ijs quoq; accidit, qui supra modum laborant,aut vigilant,aut cogitant,aut medicamina acuta iugiter sumunt. Voco autem praua cibaria, tum ea, quibus hoc ipsum est a' natura insitum,sicuti allia,cæpe,nasturcia, porros, brassicas,ocyma,& vrticas,& quæcunque alia agrestia dicuntur, veluti quæ apud nos lãpsanæ vocantur: Et quæ præterea natura quidem optima sunt, sed ob quosdam putrefactionis modos æquale prædictis aut maius aliqñ vitium contraxerunt, veluti frumenta, hordea, atq; oẽs aliæ fruges quæ ad vsum cibi assumuntur: quarum non nullæ tpis longitudine ad putrescibilem ducuntur dispositionem: aliæ,qm̃ malæ repositæ fuerint,situ replentur: quædam vero & in primo ortu rubigine deprauantur. Tales cibos hodie quoq; vrgente fame plures coacti comedere, non nulli quidem a' putridis ac pestiferis febribus interierunt,non nulli aũt pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Quum igitur plenum fuerit corpus huiuscemodi humoribus,nulla vero obstructio aliquod ex visceribus obsideat,libere autem totum animal per cutim diffletur ac refrigeretur, sanitate quidem fruitur animal, sed dubia ac momentanea: Cum aũt constringi terminũ exteriorem, aut obstrui penitiorum partium meatus, cõtigerit,in constrictionibus quidem, quod nuper diximus, febrium genus consequitur: in obstructionibus autẽ, quod paulo infra dicemus. Nihil H ergo mirum, si ex ijs qui cruditatem passi sunt,non nulli quidem a' febribus correpti fuerunt, alij vero minime. Nam, qui iam humores habent vitiatos,ac male difflantur,aut intempestiue laborarũt,aut balneis superfluis vsi sunt,hi facile febribus corripiunt: At, qui bonos hñt humores, ac bene difflant,& quieuerũt,& quæ circa ventriculũ atq; hepar sunt,fouerunt, his febrire est impossibile. Nã in eisdẽ residet ventriculi atq; hepatis partibus quodcũq; corruptũ est, ac paulatim per tẽpus coquit,atq; optimũ fit: sicuti ijs q̃ se post vehemẽtes motus exponunt aut ęstiuo Soli,aut balneis calidis dulcium aquarũ, corrupta cibaria in totum habitũ corporis recipiũtur. Sic & quibuscunq; cibi corrupti per aluum deijciuntur, febris non subsequeret, nisi alia causa accederet, veluti aut quia supra modũ fatigati essent ob frequentius surgendi necessitatem, aut inflãmationem in ventriculi partibus subtenuissent. In obstructionibus sane' foraminũ,atq; humorum intrusionibus (nam & de hoc dicere distuli) ex putredine patiuntur febrem animalia."Promptissime.n.putrescunt quæcũq; calida ac humida & multa sunt in calidis locis,nisi difflari simul ac refrigerari cõtigerit. Nihil igit mirũ, si ex plethoris febres eueniũt: etenim obstructiões multę fiũt,atq; vniuersum corpus i huiuscemodi affectibus male difflat. Sicuti sane' i altera multitudine, q̃ rõne potẽtiæ dr̃,cito ad corruptionẽ hũores deueniũt,qm̃ nõ ãplius supant neq; cõcoquũt,ꝓbe, cũ ea a' qua cõficiuntur,

A.l.4.f. 1.t 2.411.c

A ciuntur, vis inualida existat. Propterea etiam quęcunque cibaria glutinosa sunt ac crassa, sunt magis morbosa: obstrui.n.atque intrudi eũ qui ab ipsis generatur humorem facilius existit. Quid igitur? non'ne contraria ratione acria atque extenuantia morbosa? vidētur enim similiter a febribus infestari, qui vtranque victus rationem nimium sequuntur, qm̃ & supra diximus omnia talia mali succi esse. Vitiosorum igitur humorum rõne, hęc: Ob putredinẽ aũt, quęcunque glutinosa sunt ac crassa, febrium sunt causæ. Partes ẽt quæ inflammationem patiuntur, ratione putredinis febres accendunt: intrusus.n.in ipsis influẽs humor, cum non bene diffletur, putrescit. Cum igitur fluxio fuerit exquisite biliosa, calor erysipelatosus partem occupat: cũ vero sanguinea, phlegmonosus: qñ vero ex ambabus mixta fuerit, fit vel erysipelas phlegmonosum, vel phlegmone erysipelatosa, nomen quidem ab humore superabundante suscipiens, cognomen autem ab altero. In hisce autem omnibus communicationis ratione febris acceditur: semper enim calefactæ proxima pars simul calescit, donec ad cor cõmũnicatio pertingat. Nam & in carbũculis id quod continuũ existit vna calefit: fiunt aũt ex sanguine quidẽ satis calido, sed ad atrę bilis naturam pp adustionem conuerso. *Al. dispositio.

De Pestilentis Febris generatione: ac Quo quis Pacto illam Præcauere possit. CAP. 4.

B CAlidiores autem ambientis aeris status, quales maxime circa Canis ortum contingunt, per inspirationes quidem manifeste cor calefaciunt: corpori autem extrinsecus circũfusi totum ipsum calidius efficiunt, sed præsertim arterias, vt quæ ipsius" substantiæ aeris ambientis aliquid trahant: cum quibus omnibus simul cor affici est necessarium: & cum supra modum incaluerit, ipsum primum atque potissimum febrilem calorem suscipere atque ad vniuersum corpus transmittere. In pestilenti vero aeris statu, inspiratio potissimum est causa. Fit enim & aliquando ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal. Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circunstantis a putrescibili euaporatione infecti: Putredinis autem principium, vel cadauerum multitudo non crematorum, quemadmodum in prælijs contingere solet: aut ex aliquorum vel lacuum vel paludum ęstatis tempore euaporatione. Contingit autem quandoque præcedere ambientis aeris caliditatem immodicam, quemadmodum in ea pestilentia quæ Athenienses inuasit, vt Thucidides inquit: Sed in tugurijs suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione laborabãt. At quia humores corporum ex victus prauitate erãt putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data est. Forte autem per continuum ex Æthiopia quædam pu- *Al. 4. f. 1. t. 2. c. 416. d *Al. dispõnem. » »

C tredinis fluxere contagia, ijs quorum corpora erant ad patiendum parata, febrium causæ futura. Oportet enim semper hoc in toto sermone memoria tenere, q̀ nulla causarum sine patientis aptitudine agere potest: alioquin omnes qui sub æstiuo Sole commorantur, febricitarent: aut qui nimio motu exercentur, aut vini potu grauantur, aut ira excandescentes, aut tristitia afflicti, febricitarent: alioqui etiam, vt arbitror, circa Canis ortum omnes ægrotarent, ac in pestilentijs morerentur. At vt diximus, maximam in generatione ægritudinum partem habet, eius qui passurus est, habilitas corporis. Supponatur igitur vt in exemplis, in ambiente quidem aere non nulla pestilentiæ semina contineri: ac ea quæ ab ipso corpora contingũtur, non nulla quidem esse varijs admodum superfluitatibus plena iam ex se ipsis ad putrescendum paratis: nõ nulla autem pura, atque inutili materia carentia. Ac primis quidem adiungatur in multis corporis partibus obstructio foraminum, atque ea quæ plethora vocatur, & vita ociosa in multis crapulis & ebrietatibus ac rei venereæ vsibus immoderatis, atque ijs quæ necessario omnia quæ nuper diximus consequuntur, cruditatibus: Reliquis vero omnibus corporibus puris ac superfluitatibus omnino carentibus adsint præter hæc bona, libera in omnibus spiratio meatibus, cum obstructionibus atque adstrictionibus careant: exercitia etiam sint moderata, victus temperatus: Ac deinceps his suppositis cogita

D quomodo vtraque corpora affici sit rationabile ab eo, quem inspirant, aere putredinoso: An nõ rationabile est illa quidem statim a prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimum in malo procedere? quæcunque autem munda sunt, ac superfluitatibus carent, non nulla quidem nihil, non nulla vero minimum mali sentire, ita vt facile ad naturalem habitum habeant regressum? Sic & cum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem atque humiditatem immodice fuerit conuersa, pestilentes quidem oriri morbos est necessarium: plurimum vero eisdem laborare quicunque fuerint superflua pleni humiditate: quemadmodum qui moderatis laboribus se exponit, ac victu vtitur moderato, in omnibus huiuscemodi dispositionibus nullam omnino sentit offensionem. Ac hic quidem sermo in vno nunc a nobis prolatus est exemplo, sed nihilo minus in omni genere causæ veritatem complectitur: & quicunque integre in eo vult exerceri, de prę incipientibus causis legat librum. Equidem ego in præsentia prolixitati parcens, vbi vno capite vniuersa comprehendero, finem sermoni constituam. Oportet siquidem in omni causarum genere diligenter aduertere, ex qua maxime potentia ægrotare contingat: deinde corporum dispositiones, tam quæ eidem cõsentiunt, q̃ quæ aduersantur, considerare: Illud pro cõperto habẽtes, q̀ quæcunque consentientes sunt, facillime læduntur: contrariæ aũt ac renitentes, q̃tum viribus ac magnitudine contrarietas valet, tantum inuictas perdurare contingit. Vidi ego aliquando in tali

temporis

2.Epid.sect.1ª. statim i princi. temporis statu, qualem ait Hippocrates in ‖ Cranone fuisse, non paucos carbunculos grassari per E populum, quorum erat generatio eadem, omniaq; alia, quemadmodū scribit Hippocrates exquisite similia: & quidem quæcunq; in tertio libro epidemiorum, de pestilenti aeris statu ab Hippocrate referunt, in altero eidem simili pari modo euenerunt. Erat autem eorum summa, vt ostendit 3ª.Epid.cō.3.t.50.144.h idem Hippocrates, ‖ ipsa putrefactio: Quod cum nos præuidissemus, statim ab initio quęcūq; corpora humida videbamus, omni via exiccare conabamur: quæ vero Licciora, in ijs antiquum habitum cōseruabamus: at in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus sanabamus: obstructiones autem foraminum aperire atq; abstergere studebamus. Sed hæc quodammodo methodi curatiuæ ꝓpria esse videntur: neq; in ambiguo est, quin plenissime de hisce sit à nobis in eo loco dicendum. Nunc vero de ipsis volui facere mentionem, cū eū prosequeremur sermonem, in quo, quemadmodum ab eadem causa inualescente non nulli quidem à febribus corripiuntur, nō nulli autem illæsi perseuerāt, exponeremus. Cum.n. corporū dispositiones dissimiles sint ac multiformes, quædam facile superantur ac patiuntur à causa in ipsa operante: quædam insuperabiles *Al.dogmatis ac impassibiles oīno existūt, vel cum difficultate patiuntur. Ad huius vero rei demrōnem coacti sumus etiam curationis meminisse, non aliter affecti ꝙ Hippocrates, qui quodam in loco per simi * 2ª.Aph.17.Ex.ord.12.h lem modum vulgatissimum illud dictum conscripsit: ‖ Ostendit autē curatio. Est igit̄ & quę pre- F custodia dicitur, curatio quodammodo: sed ipsa videlicet nomina apud medicos sæpius confunduntur. Sicut.n. in altero libro est à nobis ostensum, omne medici opus est errorum qui circa humanum corpus eueniunt, correctiuū. Sed nihil ista subtilitate sermonis hoc in loco indigemus: Siue enim in duo nomina diuidas totum, curationem ac præcustodiā: siue ambo in vnū colligas, curationem nominās: non paruam coniecturam affert eorum dispositio, qui à pestilētibus atq; in populum grassantibus morbis affici prohibent, ꝙ non æque oēs ab eiusmodi causa patiant̄. Vna siquidem ac prima est in omnibus communis intentio, ꝙ corpus quàm maxime superfluitatibus vacet, atq; optime spiret: Secundo loco post hoc, vt præpotēti causæ quoad eius fieri potest aduersetur. At quibus eorum contraria insunt, celerrime capiuntur, ac ꝙ maxime laborant.

Non Omnem Febrem ex Putredine oriri: ac de Ephemera ex Tumoribus Inguinum nata. CAP. 5.

SEd quoniam de febribus pestilentibus facta est mentio, quæ omnes à putredine ortum habent, operæpretium videtur, vt hoc loco sistentes sermonem de antiquo dogmate consideremus, omnem febrem ex humorum putredine fieri asseuerante: siquidem eius sententiæ esse periclitatur omnis ab Athenæo chorus, viri tum in cæteris quæ ad artem pertinent, tum præsertim in G febrium contemplatione, minime contemnendi: De quibus ego maxima ex parte illis cōsentio, nisi quòd eas quæ ephemeræ nominantur, excipio: neque enim videntur mihi hæ humorum sequi putredinem. Sed qui quidem ex Solis incendio febricitat, ab agentis causæ caliditate alterari natura aptus est. Qui vero ex ira, & huic feruorem quidem aliquem eius qui circa cor sanguinis fieri est necessarium, non tamen etiam putredinem. Sic & ei qui supra modum exercitatus est, vehementior caliditas prę̄ter naturam sine humorum putredine in corpore accenditur. Et cui cutis adstricta est, cum prius acriores superfluitates per eam euaporarent, postquam retentę sunt ac coa 4ª.Aph.55.Ex.ord.33.e ceruatæ, incidit in febrem, nulla interuenīete humorum putredine. ‖ Et quæ ex bubonibus febres oriuntur, omnes sunt malæ, exceptis ephemeris, quodam in loco inquit Hippocrates. Et quidem bubo ex genere est inflammationum: et quantum ad hoc assentior illi qui de putredine, sermoni: eius enim ratione ex inflammationibus, quas græci phlegmonas vocant, febricitare contingit, non ea quam Erasistratus opinabatur. Sunt tamen quædam febres ex bubonibus è genere ephemerarum: quemadmodum & aliæ quædam non facile tractabiles morbos ex vlcere, aut inflammatione, aut abscessu, aut aliqua huiuscemodi altera in visceribus dispositione, ortum habentes, † In aliquibus Cod.gręcis adest, ephemerę. nunciant. Differunt autem, quæ ex bubonibus febres oriuntur †, ab ijs quæ ex humorum putredi H ne eueniunt, quæ vel in aliquo viscerum, aut in cauis & maximis vasis, ortum habent: Quoniam quæ ex bubonibus fiunt, concalefaciunt semper partes continuas, donec vsq; ad cor calor febrilis attingit: non peruenit autem ad ipsum putrida fuligo, sed ibidem permanet in loco bubonis circunscripta sola alteratione per continuū facta, vsq; ad cor perueniente calore: quo maxime modo in ijs qui Solis calore deuruntur, aut lassitudinem patiuntur, à primis partibus calefactis vsque ad vitale principium caliditas permeat: In″ putredine autem, quæ aut in visceribus, aut in magnis fit A.l.4.f.1.c.1.fo.416.c vasis, quidam veluti fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis ventriculos peruenit. Et quidem in bubonibus omnes cunctim humores putrescere solent, siue per vnum, siue per duos continuos dies, vt qui inuicem adhæreant atque in vno loco concludantur: At qui in visceribus sunt vasisq; magnis, vt qui continuo fluunt, suoq; contactu vicinos ad putredinem trahunt, spatio temporis putridum calorem accendunt. Sed vt vno dicatur verbo, quemadmodum in extrinsecis omnibus quæcunq; præter naturā à quauis causa calefiunt, si quidē imputrescibile sit quod calefit, veluti lapis vel lignum aut tale aliquid aliud, eò vsq; durare caliditas solet, donec paulatim refrigeretur: quod autem putrescere natura aptum est, semper ad continua dispartitam continet caliditatem. Quemadmodum aliquando in agro conspexi excrementa iumentorum simul

ac colum-

A ac columbarum quadam ex parte à Sole adeo vehementer calefacta, q̃ instar fumi multam euaporationem in sublime emittebant, non parum mordacem ac dolorificam, & si quis proxime accessisset, nares oculosq; lædentem. Ipsa etiam excrementa tangentibus adeo calida sentiebantur, vt qui longiori tempore manus & pedes admouisset, exureretur. Non tamen continuo huiuscemodi casus perdurabat, sed in die qui sequebatur, quicquid superiori die ad summum feruoris peruenerat, refrigerabatur: quod autem huic continuum erat, dum prima pars quæ calorem conceperat in summo esset feruore, ipsum interim paulatim succensum, mox priori se feruore remittente iterum incalebat atq; efferuescebat: & paulo post priori parte refrigerata, ipsum summum feruorem obtinebat: hocq; rursus deferuescebat, dum pars continua paulatim succendebatur: quę paulo post vehementius accensa, ad summum feruoris perueniebat, prior autem refrigerabatur. Hic autem circuitus in vnius ferè diei ac noctis spatio peragebatur, adeo vt res quotidianæ febris, quã græci amphimerinam appellant, proprijssimum esset exemplum. Quod si duobus diebus ac noctibus idem circuitus factus fuisset, tunc febris tertianæ eo modo fuisset exemplum: & si tribus, quartanæ: & quatuor, quintanæ, si tamen & quintana febris existat: ego enim non dum liquido vidi neq; huiuscemodi circuitum, neq; alium qui vltra quatriduanum protenderetur. Sed de fe-B bribus quæ per circuitum accessiones habent, postea dicetur.

Simulem esse Putredinem Tumorum & Vasorum: ac Quibus notis Pus optimum, ac Vrina optima deprehendatur. CAP. 6.

HVmorum autem putredo quæ in vasis fit, similis est ei quæ in inflammationibus atq; abscessibus accidit, alijsq; collectionibus, duplex quidem secundum genus. Ex duorum autem generũ miscella alia tertia secundũ speciem euariat, quoniam & innumerabiles miscellæ modi in eo quod magis & minus alterum genus superat & superatur, reperiuntur. At duorum generum alterum quidem fit superante natura, alterum vero superata. Et superante quidem sicut in inflammationibus & similibus collectioni tumoribus omnibus, pus: in humoribus autem qui in venis atq; arterijs continentur, quoddam quod puri proportione respondet, subsidens in vrinis. At talis quidem putredo non simpliciter quidem putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis: nam adhuc vi coquendi vasorum remanente, qui interim putrefit humor, ad talẽ peruenit alterationem. Sed & alterum est putredinis genus, cum ea vis cui coquendi officium est demandatum, adeo imbecillis facta est, vt nullam amplius facere possit in putrescente superfluitate ad optimum trasmutationem: Quod quidem vsu contingit non nunquam, cùm eadem vis ad vltimum imbe-C cillitatis peruenerit, etiam si id quod putrescit, mediocriter sit vitiatum: Interdum vero fieri potest, vt vis quidem ipsa non omnino sit imbecillis, humor vero putrescens maxime sit vitiatus. Huius superfluitatis putredo, neq; consistentiam neq; aut colorem aut odorem habet vnum, sed semper secundum substantiam putrescentem permutatur, ac multis modis euariat illud quod putrescit: Altera autem putrefactio, quam & coctionem esse diximus, semper ad vnã puris speciem terminat coloremq; ac consistẽtiam & odorem. Superante igitur integre ipsa natura, optimum fit pus conspectui album, & crassum, & quaq; uersum sibi simile, lene autem tangenti, ac minime fœtidum: si vero semiputridum fuerit, tertium in tali transmutatione genus quod paulo ante diximus fit. Dictum vero & illud est, q̃ multiforme huiuscemodi genus existit: nam in eo, quod magis & minus suscipit coctionem, est innumerabilis differentia. Sæpius enim cùm colore albũ factum sit, vel fœtidum odorem, vel tenuem substantiam obtinet: sæpius vero non album apparet, sed liuidum: atq; in his omnibus magis ac minus infinitis modis euariat. Quotcunq; vero in abscessibus putredinis sunt differentiæ, totidem & in febribus quę ex putredine accendũtur, sunt eorum quæ in vrinis apparent, formæ. Optima vero vrina quæ ex putrescente humore, coctionem à continenti vase suscipiente, perficitur, est quę album & lene & æquale & minime fœtidum D sedimentum habet: pessima autem est, quæ in omnibus maxime contrario modo se habet: quæ vero intermedia existit, quanto propius ad alteram accesserit, tantum aut melior aut deterior existit. Sed de vrinarum differentia in commentarijs de crisibus dictum est.

Quibus Notis Ephemeræ à Cæteris febribus distinguantur: ac in Quibus Affectibus Pulsus Durities existat. CAP. 7.

EAs autem quæ ex putredine humorum febres accenduntur, alias ab ephemeris oportet existimare: neq; earum discretio difficilis est, quanquã non nullis videatˀ esse impossibilis: Nos vero hoc millies re ipsa probauimus, prima accessione finita, lotum hominem ac mediocri cibo refectum ad consueta opera transmittentes, vt qui alteram febris accessionem sensurus non esset: neq; nos nostra existimatio fefellit. Vnum vero hoc est præcipuũ febriũ ephemerarũ indicium, ab aliqua incipere causa recenti ac manifesta, quæ antè præcesserit, quam oẽs medici iuniores vsitato vocabulo procatarcticam siue præincipientem appellant. Sed & si hoc inseparabile sit talium febrium, indicium tñ earum proprium non est: nã & aliarum quædã ex causa manifesta fiunt, quę antè præcessit. Inseparabile vero ac propriũ est coctio in vrina statim die prima: Ac præterea pulsus ad magnitudinem ac celeritatem estatu dignam accedentes, ita vt frequẽtia à proportione deficiat secũdũ exteriorem quietem. Est autem & magis inseparabile ac propriũ q̃ nullo mõ ad celeritatem

(margin: 4.f.1.t.1.c. 12.d)

ritatem ea pars pulsus quæ systole dicitur tendit: &,si aliquando contingat hoc, minimum ac vix perceptibile existit, parumq; à naturali tenore mutatum. Sed & caliditatis suauitas propriū atq; inseparabile est huiuscemodi febrium indiciū. Inseparabile quoq;,æqualis atq; incōpressus ascensus in caliditate ac pulsibus simul,non tñ proprium,cùm & alijs quibusdam adsit: Sicuti etiā consistēte febre mediocritas: neq; enim hoc ēt est proprium,quanq̄ his maxime inest. Et melius sanè est hæc quæ cōia existunt increscente febre ac consistente, qm̄ magis ephemeris insunt, inter propria reponere. Sic.n.fieret,& si non rei ipsius species, at pulcherrimum atq; exquisitissimū in ipsa, huiuscemodi febriū propriū simul atq; inseparabile signum: Sicuti & cum sudore,aut rore,aut omnino cum aliquo optimo vapore declinatio, vbi integra febris cessatio sequatur. Hæc quidē est cōis dignotio generis febrium ephemerarū,nam postea de earum singulis speciatim dicemus. E

Alterum vero febrium genus,quod ephemeris ex aduerso distinguitur,nullum quidem nomē cōe sortitum est. Sunt autem duæ primę differentiæ quę non obscuram habent specierū discretionem.Nam quædam ex istis ex putredine humorum accendūtur: Quædam vero ipsas solidas occupant aīalis partes,atq; eas hecticas.i.habituales febres appellarūt,vel qm̄ firmæ ac solutu difficiles sunt,quemadmodū habitus: vel qm̄ ipsum corporis habitum comprehenderunt, sic enim vocare consueuerunt solidas partes, humidis ex aduerso distinguentes. Indicia vero febrium, quæ ex humorum putredine accendūtur hæc sunt. Primum quidem non inseparabile,sed proprium, F
q͞ nulla earum, quæ præincipientes causæ dicuntur, eas antecedit: neutri enim aliorum generum hoc inest: "qm̄ Ephemeræ omnes à præincipientibus causis originem habent: Hecticę aūt quando sine his generantur,nunq̄ ab initio inuadere consueuerunt: Adeo q͞ vbi quis sine pręincipiente causa cœpit febricitare,scire oportet huius passionis causam in humoribus esse. Illud vero non nunq; vsu venit,q͞ aliqua manifesta causa præincipiens,sui ratione febrem accendit ephemeram: subsequitur autē altera ex putredine humorum, qñ quod afficitur corpus, ad id habile fuerit, hoc est quando impurū extiterit,ac superflua materia redundans: hęc enim cùm in ephemeris immoderatum calorem contraxerit,atq; hinc putrescendi principium acceperit,alteram speciem febriū succendit, priore desinente. Vnum vero proprium simul atq; inseparabile in oībus successionis indicium,q͞ febris ephemera quietem integram subsequentem non habet.Contingit vero aliqñ, vbi ephemera febris consistit, aliquod permutationis indicium ostendi: ac multo magis cum iam cœperit declinare, quo tempore,id quod paulo ante dicebamus, ea tranquillitas abest, quæ adesse deberet. Hæc quidem sunt permutationis indicia. Initium autē à rigore sumere febrem,vbi neq; ardor Solis,neq; frigefactio valida præcesserit,qualis præsertim per niuem facientibus iter cōtingere solet,aut qui aliter in vehementi frigore diutius commorātur, proprium & hoc existit signū febrium,quę ex putredine accendūtur humorū,non tñ inseparabile, neq; enim in omnibus inest: Quemadmodū neq; horrores ipsi sunt ab huiuscemodi febribus inseparabiles,sicuti neq; ab initio proprij. Inæqualitas vero pulsuum atq; caloris siue in principijs siue in augmento contingat, est huiuscemodi febrium generis propriū indicium,non tñ & ipsum inseparabile: Multę enim & sine insensibili inęqualitate incipiunt,atq; ad consistentiam accedūt. Adhuc vero magis neq; hoc inseparabile est,nimirū q͞ paroxysmi plures veluti insultus habeant,quod græci ἐπιπαροξύνεσθαι.i. superacui vel superacerbari vocamus: Sicuti & pulsuum θλίψις.i. afflictatio seu compressio (sic enim noīant, qñ incipiente accessione satis paruos atq; inæquales eosdem habent) nec ipsa, ab hisce febribus est inseparabilis: non tñ alicui alteri generi febrium est cōis,sed propria istarum ac peculiaris: Sicuti & inęqualitas ipsa,nisi alicuius casus ratione superueniat. Sępius.n.vbi humor aliquis vitiosus in ore ventriculi fuerit aceruatus, qui ipsum aut mordeat aut refrigeret, parui simul atq; inęquales fiunt: & paruitas quidem in frigidis,inęqualitas vero in mordacibus accidit: at vbi euomuerit,hæc ambo protinus cessant.Cùm vero ipse ventriculus omni noxa vacat, ad propositum febrium genus pertinent huiuscemodi pulsus. Maximum autem est earum quæ ex putredine fiunt febrium indiciū,qualitas caliditatis: Nihil enim est in ea suaue neq; moderatum,neq; vllo pacto similis est ei, quæ in ephemeris sentitur: sed quemadmodum est & ab optimis ante nos medicis dictum,mordax quodammodo potius existit,tactuiq; molesta sentitur: ac quemadmodū fumus oculos ac nares,sic ipsa tactum videtur erodere. Sed in principijs quidem accessionum,vt in quibus calor adhuc suffocatur, ac superfluitates intus succenduntur, non statim admota manu discernitur, at per moram prædicta caliditatis species ex penitioribus partibus effert. Quod cùm animaduerteret Themison,existimauit (vt mihi quidem videtur) hoc esse omnibus febricitantibus proprium atq; inseparabile. Sed de hoc quidem in proprio huius sermonis loco à nobis rursus considerabitur. Prædicta autem caliditatis species, quæ appositam manum pungit, vt quispiā diceret, atq; erodit instar medicaminis acris, est putredinis humorum progenies, quæ manifeste quidem sentitur in increscētibus ac consistentibus febribus: non manifeste aūt neq; statim, in incipientibus. Proprium"vero atq; inseparabile est febrium quæ in humoribus accenduntur, submissionis pulsuum,Græci systolen appellant, velocitas: quæ manifestius quidem in crescentibus febribus,non obscure aūt incipientibus ac cōsistentibus fit. Comitat aūt has febres in initijs quidem,pulsus paruus ac velox: cùm vero consistunt,magnus simul ac velox. Sic & quæ in exteriori quiete G H

A.l.4.f.1.t.1. c.5.412.c

A.l.4.f.1.t.1. c.2.417.b

A quiete existit, frequentia in hmōi febribus manifeste deprehenditur, cui similis neq; in epheme-
ris neq; in hecticis apparet. Proprium vero maxime harum febrium etiā existit, cruditas vrinæ.
Debilis ēt earum concoctio proprium est indicium febrium, quæ humorum sequuntur putredi-
nem: Neq;.n.cruda neq; concocta debiliter in ephemeris apparet. Ac earum quidē alterutra seor
sum est proprium febrium, quæ in humoribus accenduntur, indicium: Simul aūt vtraq; dicta ꝑm
disiunctionis proloquium oīno inseparabilis existit: huic enim febrium generi vrinæ primæ vel
oīno crudæ vel debiliter coctę principio associantur: neq; vnq; magnum aut effatu dignum con-
coctionis indicium in huiuscemodi febribus in primis vrinis apparet, si excipiamus eam quæ fit
ex ephemeris febribus permutationem, de qua à nobis antea dictum est. Præter prædicta autem
propositarum febrium indicia contingit etiam eo tempore, quo accessio consistit, casum aliquem
febris ardentis apparere. Quòd si ēt ij casus se ostendunt, qui in febribus epialis & lipyrijs appel-
latis, sicuti & qui in hemitriteis, aut succensiuis, aut in quapiam alia tali febre videri solent, erunt
quidem propria huius generis febrium, quæ ex humorum putredine accendunt indicia, non tñ
inseparabilia: atq; idcirco vbi ipsa non adsint, ex alijs dignoscere licet: ꝙ si affuerint, non solum ad
genus huiuscemodi febrium pertinebunt, sed etiam aliquam earum speciem indicabunt. Et qui-
B dem si post febris declinationem integra non successerit quies, siue cum sudore, siue quouis alio
modo declinet, ex duobus alterum, vel permutationis est argumentum, si oīa quæ præcesserint, fe
brium ephemerarum fuerint indicia: aut, si nulla ex his fuerint, statim ab initio febrem aliquā ex
ijs quæ putredinem humorum sequunt, inuasisse indicatur. Si vero non nunq; in prima die pul
sus durus sentiatur, aīaduertere oportet, nunquid in corpore ægrotantis sit aliqua cōgelatio ex fri
gore, vel siccitas, vel tensio, qualis in distentione neruorum fieri consueuit, vel inflāmatio, vel du-
rus tumor quem græci scirrhon appellant, scientes ab his solis causis pulsum durum fieri. In qui-
bus.n.errauerit Archigenes circa notionem & dignotionem pulsus duri, in eo tractatu quem de
pulsibus composuimus, abunde ostendit: in quo exercitatum esse oportet, quicunq; ad præsentis
operis lectionem animū sit appulsurus, atq; in ea præsertim parte, in qua de pulsuum dignotioni-
bus agit. Nam pulsuum quidem noīa, oīaq; eorum significata, numerumq; vniuersum in vno tra
ctatu exposuimus, qui de pulsuum dr̄ia inscribitur: Quo pacto vero singula ex ipsis sint digno-
scenda, altero tractatu, quem de pulsuum dignotione inscribimus, quatuor libris explicat: Sicuti
alterum volumen ordine consequens in quatuor libris cōprehensum confecimus, in quibus pul-
suum causas edocemus: Ac post ea, quæ iam diximus, quartum quod de præcognitione ex pulsi-
C bus inscribitur, non verbis tm̄ sed operibus ēt huiuscemodi contēplationis vtilitate à nobis osten
sa. Et si quis nobiscum affuit, qñ ęgrotos viseremus, eorum librorū cōtemplationē re ipsa demō-
strantibus, eidem partim alia, partim id ipsum est persuasum, ꝙ pulsus durus, neq; proprium neq;
inseparabile est huiuscemodi febrium indicium. Sed non est nunc tp̄s de hisce rebus disserendi:
nam in nuper dictis tractatibus, atq; in altero volumine octo libris comprehenso, in quo librum
Archigenis de pulsibus ad examē rationis adducimus, satis à nobis huiuscemodi oīa ostendūtur.
Nunc quantum pręsenti operi expedit dicemus, ꝙ pulsus durus nō est alicuius generis febrium:
neq; igitur ephemerarum, neq; earum quæ in humoribus accendunt, neq; hecticarum proprius
atq; inseparabilis. Comitatur vero magna ex parte hecticas febres: non nunq̄ vero ēt duo genera
alia, casu aliquo interueniente: Ephemeras quidem, si ex algore nimio contigerunt, si qua neruo-
sa tensio simul affuerit: Contingit vero aliquando ob nimium Solis feruorem, aut lassitudinem
simul, aut esuritionem, aut immodicas vigilias, aut exinanitionem, quando hæc constiterint ali-
menti inopia: Illis autem quę ex humorum putredine fiunt febres, pulsus durus adest, quando ali
quod viscerum vel inflammationem vel durum tumorem patiatur: Et, si casus quispiam alius af-
fuerit, veluti tentio aliqua neruorum, aut siccitas, hac etiā ratione pulsus fit durus: sicuti in ijs qui
D non in tempore frigidam bibunt aquam, aut frigida se lauāt, atq; aliquibus arborum fructibus im
modice vescuntur. In febribus aūt ea ratione qua febres sunt, nunq̄ fit durus pulsus, neq; in ephe-
meris, neq; in ijs quæ ex humorum accenduntur putredine. Neq; enim qñ ex inflammatione fe-
bris inuadit, eadem ratione sequitur & febris & pulsus durities: sed febris quidem ex humorum
4.f 1.t.1. 412.e putredine, durities autem ex tensione quę ob vasorum repletionem fit. Vt enim summatim dica-
tur, durities tunicis aduenit arteriarum, aut ob congelationē, aut tensionem, aut siccitatem: Cōge-
lationem quidē vehementes algores efficiunt: Tēsionem vero inflammationes & duri tumores,
& neruorum dispositio inflammationibus correspondens: Siccitatem vero & diuturnę euacua-
tiones, quæ vel ex ventris profluuio, vel intestinorum leuitate, aut dysenteria, aut diuturnis vomi-
tibus, aut tali aliqua alia causa proueniunt: & longi temporis fames, & febres ardentes longę: atq;
vt in vniuersum dicatur, quęcunq; ipsas animalis solidas partes vehementer exiccant, sicuti & he-
cticę febres: De quibus iam dicendum est, sumpto ab earum generatione principio.

De Ortu Febrium Hecticarum. CAP. 8.

4.f 1.t.3.e. 31.b QVę igitur febres hecticæ appellantur, duplici via ortum habent: Magna quidem ex par-
te ex ardentibus febribus, quæ tantum protrahuntur, vt longitudine temporis humorem
in corpore cordis contentum consumant: vel fieri potest vt eius adhuc magna portio

referuetur. Sed illæ quidem non tm̄ hecticæ sunt, sed tabidæ etiam: Quę aūt manēte adhuc humiditate generanĩ, vbi cordis corpus occupauerint, hinc maxime accenduntur, quemadmodum lucernæ flāma ex fomite. Atq; vna quidem à nobis exposita est earum febrium generatio. Reliqua autem est, cum statim ab initio inuaserint, similem primum sui ortū ephemeris facientes, ex tristitia, aut ira, aut lassitudine nimia vnà cū Solis feruore contracta. Hasce igiť febres non est admodum difficile curare: At quę ex ipsis ad marasmum.i.tabem peruenerunt ex inscitia medicorū, quibus earum cura fuit demandata, vbi iam exquisite consistunt & iamdudum inceperunt, non modò est easdem curare difficile, sed etiam impossibile. Earum siquidem natura calida est & sicca, cū tale aliquid cor patiatur, quale lucernæ fomes cū fuit plurimū exustus. Nam qui ita torrefactus est, frangitur atq; dissoluitur, atq; ex ariditate continuitatem amittit, adeo vt neq; si magnam olei copiam superinfundas, flamma abundantior possit accendi: semper enim parua & debilis in ipsa palpitat flāma, ac continue fit minor, donec ex toto extinguatur. Talis quidem est febris quæ omnino marasmodes.i.tabida existit: quæ non idem morbus est ac passio quæ marasmus.i.tabes appellatur: Nam & hæc absq; febre in decrepita ętate solet accidere, extincto natiuo calore: quod nihil aliud existit q̃ mors, quæ sine sensu doloris ac secundum naturā ex siccitate cōtingit: Sicuti ijs qui præter naturam tabescūt, altera aduenit species quæ à Philippo ex ægritudine senectus vocatur, in quam multos non solum senes, sed etiam pueros, vidimus incidisse. Tabida vero febris non tātum sicca, sed etiam calida est passio. Extinguitur autem valde celerius in hac ęgritudine calor ipsius animalis: totumq; corpus tabescit instar arboris supra modum arefactę aut ob lōgitudinem temporis, aut flammæ viciniam, aut vehemētem atq; immoderatum squalorem. Sed de vniuersa quidem tabis dispositione qualis natura sit, seorsum scriptum est. E A.l.4.f.1.t.3. c.1.4.5.g F

De Indicijs Febrium Hecticarum. CAP. 9.

FEbrium aūt hecticarum q̃nquidem duplex est, vt nuper diffiniuimus, genus, earum indicia deinceps exponamus. Hectica quidem quæ cum tabe coincidit febris, cognitu prōptissima atq; facillima existit. Nam priusquā pulsus atq; calorem tactu perpendas, videbis oculos immodice concauos, veluti quibusdam quasi foueis recōditos, exhausto iam vniuerso in ipsis liquore, ita vt ossium quibus palpebræ cohærent, eminentiæ cōspiciantur: & sordes quidem in ipsis siccæ apparent, & quædam veluti squalida dispositio, qualis maxime inest ijs qui toto die sub Solis ardore iter longum per puluerem egerunt: est etiam in eisdem flos vitalis coloris extinctus. Hoc quidem tota patitur facies: atq; in tota cute, quę faciem obducit ac frontem præsertim, squalor immoderatus conspicitur, adeo vt ex siccitate durescat ac circūtendatur: non tn̄ possunt plurimum producere palpebras, dormitantibus similes: & quidem sæpius conniuent dormitantium more, non est autem eorum passio somnus, sed vigilandi impotentia. Contabuere etiam carnes quæ in temporibus sunt, vt collapsa videantur & concaua spatia. Et quid aliud omnino sunt q̃ ossa atq; cutis? adeo vt si nudato corpore partes ad ventrem attinentes aspicias, neq; ex intestinis aut visceribus aliquod superesse censueris, ac præcordia vehementer contracta versus thoracē videantur. Quod si eos tangere libeat, cutis quidem apprime est arida: quā si digitis apprehendēs extenderis, instar pellis consistit. Pulsus autem tenuis, durus, ac debilis, & frequens. Caliditas autem, cum primum manus admouetur, debilis est: paulo post vero acredinem atque erosionem quandam ostendit, ac magis cum plus tangendo immoraberis. Neq; amplius reliqua cōmemorare oportet indicia, in re præsertim adeo manifesta. Præstat enim ad incipientem adhuc tabem rursus transferre sermonem. Dico autem tabem incipere q̃n natiua humiditas, quę in vnaquaq; dispergitur particula in spatijs particularum consimilium intermedijs, ex qua primum nutriūtur particulæ, iam in cordis corpore aboleri periclitatur: donec enim pars huius aliqua reseruatur, solū febris hectica existit, non dum etiam tabida. Cùm vero iam res eò periculi peruenerit, vt nihil iam ex tali humiditate supersit, tunc exquisita tabes existit. Est quidem omnium hecticarum febrium dispositio difficilis, vbi iam principij tempus præterierit. Determino autem principium, nō dierum aut horarum numero, sicuti neq; in alijs morborum generibus, sed ipsa dispositionis qualitate. Cùm enim naturalis cordis temperies primum euerti inceperit, natiua humiditas neq; protinus abolita est, neq; virtus plurimum laborat, sed primo fit velut quędam efferuescētia humiditatis: quo in tempore facillimū est huiuscemodi febrem sanare tanq̃ nihil adhuc virtute perpessa. Deinceps aūt consumptio quædam efferuescentiam sequitur: hacq; in longum iam protracta ipsæ similares particulæ quæ sunt veluti cordis elementa, sicciores redduntur atq; inopia alimenti tenuiores: ac tm̄ virtus laborat, quantum siccitas atq; caliditas in ipso corde inualuerit, q̃n earum altera exuperans, virtutem imbecilliorem reddere potuit. Huiuscemodi febris iam quodammodo ad vtrāq; partem declinat, ac medium obtinet locum inter eam tabidam febrem quę penitus curam non admittit, atq; illam de qua paulo antè diximus, quę facillime in principio curari potest. Est vero & in hac latitudo multa, q̃m & dispositionis ipsius multæ in eo quod magis ac minus, diuersitates. Quæ igitur æqualiter distat ab vtraq; febre, & ea scilicet quæ exquisite tabida existit, atq; illa in qua nihil est adhuc tale, medio quodam modo se habet ad curationem, dubio ad partes ambas inclinās momēto. Quæ autem tabidę proximior existit, est etiam periculo vicinior, cùm quæ alteri primę magis adhæret, A.l.4.f.1.t.3. 1.4.5.1.a.c G A.ibidem.a H

A hæret, non paruam salutis spem habeat. Deinceps igitur ad earũdem dignotiones deueniendũ, ac primum illius in qua facilis est remedio locus, nisi in aliquem de hac medicorum inciderit turba. Est aũt vbi sola fuerit, haudquaq̃ difficilis cognitu: alteri vero associata ex putredine humorų, propter mistionẽ iã difficillima redditur. Supponat̃ iam prius ipsa sola ex aliqua nuper dictarũ causarum habuisse principium: appareátq; in ipsa prima die omnia generis febrium ephemerarum indicia: simul igitur cum ipsis apparet & præincipientis causæ forma, quod etiam in progressu sermonis ostendetur. Sed etiam ex ægro interrogato addiscere licet, si cætera quidẽ bene se habens, solum ob id ꝙ supra modũ fuit iratus, aut tristitia affectus, cœperit febricitare. Et, si hæc vera esse inuenientur, febris aũt ad diem sequentem extendatur, neq; ad quietem declinans, neq; magis inualescens: ariditatem aũt maiorem in corpore repræsentet: talem, hecticam fore suspicandum. Quòd si † vsq; ad tertium diem sine cibo permanserit, dum tertianę accessionis suspectas præterit horas: nihilq; effatu dignum priori accesserit febri aut fuerit imminutum, sed quędã primæ febris exiguæ reliquiæ tantummodo procedãt: atq; permaneãt cum ariditate corporis & caliditate, quæ primo tactu mitis sentiatur, in processu vero temporis acris, mordax, atq; arida manui se offerat: huiuscemodi febrem hecticam esse est existimandum. Maximum vero tibi atq; indubitatum hoc † in tertia die.

l.4.f.1.t3.c. 112.a B erit eius naturæ indicium, si cibum homini obtuleris eo tẽpore, quo maxime oẽs horas suspectas subterfugisse videtur: statim enim hora vna aut duabus post acceptũ cibum quicunq; ægrotãtem tetigerint, alteram febris accessionem adesse opinabunt̃. Nec deerũt, qui eos qui cibũ obtulerint increpent, ꝙ haud in tempore dederint, sed tũc cũ futura accessio erat: & ꝙ oportebat cibũ in longius tps differre: & ꝙ annotatio tardius sit subsecuta. Res autem nõ ita se habet: Omnibus siquidem hecticis febribus hoc propriũ & inseparabile adest indiciũ, allato cibo quidem caliditatẽ accẽdi: ac pulsum ad magnitudinem ac velocitatem augeri, ita vt incompressa annotatio facta videat̃. Voco aũt annotationem incompressam, in qua neq; horror aliquis, neq; extremarum partiũ frigefactio facta est, neq; veluti quædam dormitatio, neq; aliqua insignis pigritia, aut oĩno inæqualitas aliqua vel in caliditate vel in pulsu: adhuc autẽ magis neq; paruitas, neq; debilitas, neq; horũ aliquid aliud, sed quẽadmodũ & cuicunq; alteri, ex cibo maior statim ac velocior pulsus efficitur, Fit quidem aliqñ & in quibusdam febribus alijs incompressus ascensus, atq; hac quidem rõne nõ videretur febrium hecticarum proprius & inseparabilis casus. At nõ parum differt, si vniuersum horum indiciorum aceruum inspexeris: in cibus siquidem febribus alijs huiuscemodi introitus præter cibum assumptum fiunt incompressi: in febribus autem hecticis res omnino cõtrario mo

C do se habet, neq; penitus fit aliqua annotatio in tempore aliquo, sed est vna febris continua, sicuti quæ proprio noĩe synochus appellatur: At illa quidem quandã veluti flãmam plurimam admouenti manum habet occursantem, præter id ꝙ pulsus in ea maximi sunt, celerrimi, ac frequentissimi: In hecticis autẽ febribus, neq; multa occurrit caliditas, pulsusq; tanto minores, rariores, ac tardiores sunt ijs qui in febribus synochis appellatis existunt, quanto etiam caliditas minor existit. Cõe est itaq; omnibus hecticis febribus, ꝙ pusillæ ac semper à principio vsq; ad extremum finem sunt æquales. Proprium aũt ijs quæ tabi affines sunt, est siccitas: Qm̃ sine siccitate sæpius hecticæ febres consistunt, cum non transmutantur ad tabem, quẽadmodum multis hoc tẽpore in magna pestilentia contigit. A synochis igitur differunt, vt diximus, hecticæ febres. Ab alijs quæ incompressas habent annotationes, hoc maxime differunt, ꝙ compressio aliqua omnino illis adest cum cibum assumpserint in accessionis principio: in hecticis post cibum assumptum veluti quandam compressionis expertẽ annotationẽ fieri cõtingit, quæ non est, vt paulo antè diximus, annotatio. Decipit autẽ eos qui circa huiuscemodi non sunt exercitati ob caliditatis multitudinẽ, ob magnitudinem pulsuum ac velocitatem. Manifestius aũt die sequenti hæc febris agnoscetur, si diligentius obseruauerimus, quousq; post assumptum cibũ in caliditate ac pulsibus alteratio facta perdu-

D rauerit. Nam quecunq; conspectui sunt obuia, eousq; manifeste alterata apparebunt, donec ex cibo digestio atq; appositio cordis siccitatem humectauerit: deinceps ad pristinum habitum reuertentur, in quo, anteq̃ cibus assumeretur, cõspiciebãtur. Si igitur alio in tempore cibo refeceris, eo qui sequitur die, ac rursus die sequenti, in tpe pariter diuerso quod aio fieri videbis, caliditatem. s. ex cibo adauctam, pulsus autem vt diximus alteratos. Id enim eis contingere videtur, quod in calce ac lapidibus calefactis: si enim aquam frigidissimam infuderis, multo calidiores sentiuntur, nutriente, vt videtur, in ipsis humida substantia aridam caliditatem. Sed quę nam sit huius rei causa, naturæ rationum studiosos inquirere oportet: ꝙ autem ita fiat, cuicunq; volenti ediscere licet. Si enim intra manus recipias calcis glebam, eiusdem paruifacies caliditatem, quam neq; senties: ꝙ si ad terram deponas, atq; aqua perfundas, videbis quàm primum vehementer calefactam atq; ita feruentẽ, sicuti lebetes, qñ ingenti adhæserint flãmę: vapores etiam non paucos ab ea efferri conspicies: ꝙ si etiam tangere ausus fueris, facile ex hoc deuri continget: adeo si ad sensus iudicium referatur, humida caliditas vires habet non parum q̃ sicca euidentiores. Siccam vero in hecticis febribus esse caliditatem, quas tabes consequitur, hoc constat argumento. Nullus eorum qui habitu corporis præditi sunt humidiore, statim ab initio huiuscemodi febre correptus fuit. Sed, quicũq; sunt natura sicciores, ac præsertim si vnà calidã habuerint temperaturam, vitamq; elegerint

In laboribus, vigilijs, ac curis, victuq; pauco, hos statim ab initio solet hectica febris inuadere ex E
ira, vel tristitia, ac magis æstate, statuq; temporis calido & sicco, ac loco preterea consimili. Terminus aũt earum principij est, quando eo tempore, quo solent ephemeræ febres in integrã quietem desinere, præter quàm quòd illis nihil tale euenit, siccitas iam manifeste intenditur: tunc enim primum febrem euadens ephemeram, transcẽdit ad hecticam. Alter vero cuiusdam veluti ipsius augmenti atq; integræ perfectionis terminus est tertiæ diei accessio. Si enim vt paulo antè diceba mus, neq; altera accessio superuenerit, neque ægrotus sine febre fuerit, adaucta insuper siccitate, tunc proculdubio hic hectica febre laborat: quæ progressu temporis cito ad tabidam cõuertetur, nisi bene curetur. Terminus autem permutationis eius ad tabem est, quãdo primũ pulsus debilis simul ac durus fiat: statim vero & paruus necessariò hic idem est, & frequens: non tamen ꝓpterea febris est tabida, sed ob id potius, q̃m debilis ac durus existit: debilitas siquidem vehementem sequitur cordis intemperiem, durities aũt siccitatem. Si igitur huiuscemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida necesse est animal laborare. In eãdẽ vero incidunt febrem ex ardentibus atq; acutis febribus plures qui rectè curati non sunt: ac præsertim qui cũ aquæ frigidę potu indigerẽt, præter id ꝙ eam non biberint, nullum aliud refrigerans medicamen thoraci ac præcordijs apposuerunt. Si vero, cũ omni huiuscemodi auxilio caruerint, cataplasmata ẽt ex artomelite, quorũ nũc F
plurimus est vsus, vltra modum adhibuerint, his expeditum est iter ad tabem, siue simpliciter febricitauerint, siue ex hepatis aut ventriculi inflãmatione. Maxime enim horum viscerum inflammationes, si non recta cura adhibeatur, insequuntur tabes adeo, vt plerique existimauerint eas nulla ex causa alia generari: quos latet neutrum istorum, ac nullum præterea ex visceribus aliud, neque tabem neq; vllam omnino hecticam febrem efficere prius, q̃, vt dictum est, cor patiatur. Aduenit autem ipsi cordi hęc passio, non nunq̃ quidem ex se ipso, sicuti in excandescentijs vehementibusq; tristitijs ac diuturnis: non nunq̃ vero ex ardentibus febribus: aliq̃n autem ex pulmonis ac thoracis affectibus, ac pręsertim ex suppurationibus et phthisi: sicut autem ex his, ita ex hepate ac ventriculo, atq; vt simpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflammationibus, quæ nobiliores partes occupauerunt adiuncta totius animalis ac præsertim cordis siccitate. Ego quidem vidi ex laxioris intestini, Græci colon appellant, inflammatione diuturna tabidam febrem fuisse secutã: Itidem ex similibus stomachi vesicæ ac renum affectibus: Nec minus à tali febre non nulli sunt capti, qui dysenteriam patiebantur, cum scilicet intestina inflammatione laborarent: ex leuitate etiam intestinorum & longo profluuio (alterum græci lienteriam, alterum diarrhœam, appellant) cum. s. vel ab initio statim vel progressu temporis febricula inuaserit, tabidæ febres consequũ G
tur: Et, vt simpliciter dicam, q̃n præexiccatum cordis corpus febrilem caliditatem, quæ cum difficultate amouetur, acceperit. Quaræ & cum arteriæ circunstantibus partibus calidiores sentiũtur, maximũ sunt hecticarum febrium indicium: siquidem hoc illis, nequaq̃ alijs aduenit in febribus: Adhuc autem manifestius hic aduenit casus, cùm sunt loti, aut quouis alio modo elaxati, ita vt aliqua profluat humiditas, ac caliditas efflet: tunc enim alijs partibus omnibus calor percipitur moderatus, vbi calor ita expirauerit: qui vero in arterijs existit, nihilo minor q̃ antecedens sentitur. Est vero eius manifestius sensus, cum se pulsus attollunt, qui neq; ipsi in talibus perspirationibus permutantur, sed continue in eodem statu perseuerant. Cùm igitur sola per se ipsam consistit hectica febris, perspicua est, siue simpliciter hectica siue etiam simul tabida extiterit.

De Dignoscenda Hectica, cui Putrida Febris coniungatur. CAP. 10.

ALteri vero associata iam difficilius cognoscitur, Sicut quæ nuper cuidam mulierculæ contigit, cuius accessio non die tm̃, sed etiã nocte manifeste fiebat. Latebat enim tabida febris omnes medicos, quibus eiusdem curatio fuerat demandata, vt qui arbitrarent̃ neque principium aliquod sensibile febribus hecticis inesse oportere, neq; incrementum neq; consistentiam, tanq̃ non posset eisdem associari altera febris ex humorum putrefactione proueniẽs. At nos statim primis H A.l.4.f.1.t.1 1.43.2.a
diebus in eadem muliere cognouimus. Vtraq; enim annotatio, & quæ interdiu & noctu fiebat, partes quidem breues accessionis faciebat: & sæpius cum rore aliquo aut perspiratione vaporosa ita manifeste soluebatur, vt corpus in temperie positum tangentibus appareret: Signa autem ex arterijs accepta, de quibus paulo antè sermo habebatur, semper remanebant, cum neque similiter vt aliæ partes refrigerarentur, neq; celeritatem aut frequentiam motus amitterent. Quę igitur & aliàs à nobis sæpius dicta sunt, nunc & dicentur, ꝙ non oportet accessionum circuitus ac similes proportiones solum in febribus aduertere, sed multo magis ipsius febris ideam: atq; ex hac ipsas dignoscere febres, non aliter q̃ homines ex propria forma cognoscuntur. Sic & nos prima die sępius febris speciem cognouimus, non expectata aut triduana aut quartana aut quotidiana reuersione. Sed de his quidem satis in secundo de crisibus libro dictum est.

Quibus Indicijs Ephemeræ Febres inuicem Discernantur. CAP. 11.

DIctum est autem nihilo minus eodẽ in libro, quo pacto febrium ephemerarum drĩæ sint cognoscendæ. Scio aũt me & hoc in libro fuisse professum, de ipsis aliquid annotare: sed cum in memoriã reuoco, ꝙ pauca quædã dicenda supsunt pręter ea, quę in eo libro conscripsimus, alia quidem superfluum existimaui hoc in loco repetere. Hic igitur sola quæ in eo libro sunt defecta supplebo.

A.1.4.f. 1. t.1. 1,38. 415.f A supplebo. Qui itaq; ex feruore Solis in febrem inciderint, his cutis magis ad caliditatem & squalorem, quã pulsus ad febrilem vergit dispõnem: nam & minus sitibundi sunt ijs qui æqualem habẽt caliditatem: & quàm primum manus admouetur, in eis vigens calor percipitur. Contra res se habet in ijs qui ex cute densata atq; adstricta laborant, nã in ijs reaccenditur calor. At qui ex feruore Solis ægrotant, ijs maxime caput deuri vr̃, plusq; ex balneis frigidis vtilitatis ac delectationis recipiunt. Oculi quoq; in ijs rubicundiores & calidiores simul cum siccitate vñr, siquidem sine grauedine ac destillatione laborant: nam hæc quibusdam Sole deustis accidere cõsueuerunt: itiq; in eis caput non solũ calidum, sed ẽt sanguine plenum, adeo vt oẽs venæ quæcunq; in oculis, & in tẽporibus, & in fronte, & in tota sunt facie, supra modũ extendantur. Hoc ẽt satis eos ab ijs qui ex humorum frigiditate febricitant, separat. Nã et hi quibuscunq; caput læsum fuit, grauedinibus ac destillationibus facile corripiuntur. Eorum vero non nullis febris solã capitis dispõnem consequit. Magna vero ex parte tunc solũ febricitãt, qñ totũ corpus supra modũ alserit vel caluerit. Est vero minus calida cutis ijs qui frigiditate febricitãt, corpusq; ijs maiorẽ præfert tumorem, nullus in facie squalor, qualis his q ex Solis feruore febricitãt sine plenitudine capitis. Magna vero parte his oibus solet caput repleri, nisi quis exquisite purũ atq; materiæ inutilis expers corpus habuerit: so- *Al. magis.

B lis siquidẽ his caput calefieri contingit sine aliqua plenitudinis noxa. Illud tñ aliqñ vsu euenit, vt plurimus calor deustũ occupet totũ caput, quãuis nulli plenitudini obnoxiũ. Hæc igitur dispõ ab altera quæ ex frigiditate consistit, manifestissime differt: At quæ plenitudinẽ hẽt adiunctam, non facile discerni põt, vt quæ & cũ destillatione & cũ grauedine assistat: qui ẽt affectus frigefactis adueniunt. At, quemadmodũ diximus, squalor atq; ingens cutis caliditas, ac quæcunq; alia diximus nuper, propria sunt eorũ quos feruor Solis deussit: de quibus in methodo curãdi plenius dicet, & vnà de his oibus febrium ephemerarũ drijs: Quarum dignotiones, cũ in secundo de crisibus satis à nobis fuerint explicatæ, alterã hoc in loco explanationem nõ expostulãt. Sed hic finẽ sermonis faciemus: atq; oium deinceps quę ex humorum putredine febres accendunt, drias assignabimus.

GALENI DE DIFFERENTIIS FEBRIVM LIBER SECVNDVS

C

Nicolao Leoniceno Vicentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Differentijs Putridarum Febrium, ac de Morbis qui ex Humorum Defluxione generantur.

Singulas Putridas Febres Proprias sibi ipsis Causis determinare, Neque ab vna Flaua bile fieri omnes posse. CAP. I.



AT illud superest, vt febrium drias quæ in humoribus accendunt percurramus, si hoc vnũ antea admonuerimus, nõ sufficere ad generationẽ febrium, sicuti multi opinant, si solũ amara bilis, quã non nulli pallidã, nõ nulli flauã appellant, aucta fuerit ac exuperarit. Sic.n.oẽs qui morbo regio laborãt, maximis laborarẽt febribus: in eis siquidẽ huiuscemodi humoris magna in toto corpore copia redũdat: nõ tñ febricitãt, nisi aliqua alia accesserit cã, de qua paulo inferius dicemus. Absurdum ẽt putare in quartanis et quotidianis fe-
D bribus, quæ exquisitæ sunt tales, aceruatã esse bilẽ amarã non secus q̃ in tertianis, ac febribus quæ {ab incẽdio}causi appellant. Nã ex aduerso in quotidianis febribus atq; quartanis, neq; vomitus biliosi, neq; sudores, neq; vrinæ, neq; deiectiones aliqua vestigia amaræ bilis ostendũt, præter id q neq; aliquid ex ijs quæ antecesserunt aut simul adsunt, eiusdem humoris præbet testimonium.
1.4.f.1.t.1.e. 416.e Nam Tertianę quidẽ febres magna ex parte in corporibus fiunt, in quibus naturalis Habitus biliosior est: atq; in Consistentium ętate, quæ oium biliosissima est: Tempore etiã æstiuo præ cæteris, in quo huiuscemodi humor dominatur: in Locis præterea, quę calidam atq; siccam habent tẽperaturam: ac in simili Aeris ambientis qualitate: Vita etiam nõ ocio atq; quieti dedita, sed laboribus, curis, vigilijs, Solis incendijs, & ciborum parcitati assueta, eorum pręsertim calidorum atq; siccorum: Vsus præterea medicaminũ calefacientium atq; exiccantium immodicus febres tertianas facile affert. Contra vero Quotidianæ febres naturis, in quibus Pituita superfluit, sunt familiares: atq; ex omnibus anni diuersitatibus in Hyeme præcipue generantur: atq; omni Tempo-
1.4.f.1.t.1.e. 6.425.b rũ statu frigidiori atq; humidiori: in ætate Senili ac puerili: in Locis frigidis atque humidis: Vita q; ociosa, quã crapulæ comitant: ac tũ pręsertim cũ post cibos balneis vtunt: ac multo ẽt magis, cum ipsi cibi naturã pituitosam habuerint. Neq; etiã hi amaram euomunt bilem, neque per ventrem inferiorem aut vrinam aut sudores excernunt, quod in febribus contingit tertianis: Hæ si-

quidem flaua bile putrescente fieri consueuerunt: at quotidianæ ex pituita: Queadmodũ Quartanæ ex atra bile, originem hñt: sic igit & Corporum naturã sequũtur ad atrã bilem procliue: atque ex ætatibus, Declinantẽ: ex anni vero tpibus, Autumnum: sic & reliqua oĩa quæ his proportione rñdent, vt Cibi potusq; ac victus vniuersus frigidus ac siccus tẽperamento, quartanis febribus originẽ præstãt. Quare & rigor qui ipsas antecedit, haudquaq̃ similis est, at in Tertianis quidem cãm a qua prouenit, rei quodã modo pungẽtis ac ferientis sensum repræsentat: in Quartanis aũt veluti refrigerantis. De ea aũt quæ est rigoribus forma in libris de causis accidentium abunde exposuimus. Vbi ẽt eiusdem generis febrium diximus differentiam, q̃ ex ipsis quæ quidem sunt intermittentes (ita enim appello quæcunq; ad sensibilem infebricitationem perueniunt) ortum habent ab humore febrẽ generãte, qui per oẽs corporis partes suo motu defert: in Continuis aũt humor in venis cõtinet inclusus: de quarum dignotione in secũdo libro de crisibus tractauimus. E A.l.4.f. 1. t. 2. c.1.416.c

Communes Differentiæ Febrium Simplicium Putridarum. CAP. 2.

INtermittentiũ igitur tres sunt oẽs numero differentiæ, quotidiana, tertiana, & quartana: quotidiana quidem ex pituitæ putredine: ex vtriusq; vero bilis, flauæ quidem tertiana, nigræ autem quartana. Continuarum aũt quæ ex flaua bile proueniunt duplex est species, Altera earum quæ {a continuo feruore,} synochæ appellant: quarum vniuersum tps in vna consumit accessione, q̃ a principio vsq; ad finem pertingit: Altera earũ quæ idem cũ genere nomẽ sortiũtur, & cõtinuæ appellant, atq; in pluribus particularibus circuitibus continent. Earũ igitur quę Synochę dicuntur, tres sunt oẽs numero drĩæ: nam Quædam earum a principio vsq; ad finẽ æquales perdurant: Quædã paulatim augent: Tertia species paulatim decrescit. Vnde & nõ nulli primas quidem homotonas atq; acmasticas, hoc est in eodem stato & vigore perseuerãtes noĩarũt: Secundas anabaticas atq; epacmasticas, hoc est assurgẽtes atq; inualescẽtes dixerũt: Tertias aũt paracmasticas, hoc est decrescẽtes appellarunt. Continuarũ vero duæ sunt primæ drĩæ, Non nullarum quidem quæ singulis tertijs diebus inualescunt: Aliarum vero quę die intermedio alterã faciũt accessionẽ. Hę igitur nullũ præcipue obtinẽt nomen: At quæ tertio quoq; die inualescũt, ego quidẽ noĩare consueui triteophyes, hoc est tertianarum naturã referentes: non tñ prohibeo quin pro suo quisq; arbitrio alterum eis nomen imponat, modo rerum obseruet drĩam. Alia siquidem est differentia cũ ad infebricitationem terminant: Alia cũ in declinationem febrilẽ desinũt eæ, quæ per tertiã diem febres accendunt: est præterea Alia febris natura quæ in medio accessionẽ facit. Nullam tñ ex his hemitritæũ voco: nõ veto aũt si quis velit ita noĩare, modo hoc tm̃ ab eisdem obseruet, vt nullam febris spẽm prætermittant, sed oẽs deinceps quemadmodum ego nunc institui recenseantur. Nã quæ & in die intermedia faciunt accessionẽ cõtinuæ febres, Nõ nullæ quidem in quotidianarũ figura progrediuntur, duas inuicem accessiones simillimas facientes: Nõ nullæ vero duas dissimiles habentes, primę quidem tertiam omnino simillimam obtinent, secundę aũt quartam, in figura duarum tertianarum progredientes. Hæ igitur ex bilioso magis, alteræ vero quæ singulis diebus similem accessionum faciũt, ex pituitoso magis, humore consistunt. Est & Tertium genus febrium continuarum, quæ raro tamen eueniunt, quarum accessio in figura quartani circuitus progreditur, neque in infebricitationẽ terminatur. Sicuti autem febris tertiana aliquando fit duplex, aliquando triplex: ita & hæc nõ modo duplex, sed etiam triplex euadit. Hæ quidem febriũ complexiones tractationis quæ est de typis (id est febrium figuris) propriæ sunt. A.ibidem. c.4. 417.d F G A.l.4.f. 1.t.1.c 1.416.g

De Exquisita Tertiana Febre dignoscenda. CAP. 3.

QVæ autem ex humoribus simplices febres accenduntur, tot numero sunt quot nuper a nobis sunt explanatæ. Ex earum aũt commistione, aliæ quædam generantur, de quibus deinceps dicemus, si prius his quæ simpliciter cõsistunt, quod deesse videt, adiũxero: Quod videlicet quæcunq; febris exquisitam simplicitatem seruauerit, formam vnam quandam veluti regulam obtinet eorum quæ nũc sunt a nobis dicenda: quæ vero aliquo modo ab ista defecerit, tantum etiam a febrium simplicitate recedet. Nã quæ ex flaua bile per sensibiles corporis partes delata oritur febris, cũ rigore vehementi inuadit, atq; causodes est: & bilis vomitibus, aut eductionibus, aut sudoribus, vel.f. ex horum quibusdam vel omnibus soluitur. Huius febris accessio duodecim ad summum horarum æquinoctialium spatio finitur, eandemq; tertianam exquisitam appellamus: quæ in temperatura laborantis biliosa, & tempore anni & statu ac regione & victu calidis & siccis consistit. Diximus aũt & paulo prius alia omnia, quę ad eius generationem conueniunt. Breuior est autem sępe prædicto spatio temporis accessio, in eo quod magis ac minus plurimã habens differentiam, aut propter quantitatem videlicet & qualitatem ipsius bilis, aut propter laborantis vigorem, aut propter præsentem eo tempore corpori patienti dispõnem. Nam multa bilis q̃ ea quæ pauca est, longiorem affert accessionem: tenuis autem q̃ crassa, breuiorem: Sic & vigor maior quidem breuiorem, imbecillior vero longiorem: Corporis aũt dispositio rara quidem breuiorem, densa vero longiorem. Tempus autem in hac febre intermissionis, nullum habet humoris putrescentis ex pulsu perceptibile indicium in die aut in nocte quæ consequitur accessionem: Cùm vero parumper succenditur, vix agnosci potest in primis diei aut noctis subinde sequentis partibus: manifestius autẽ jã circa finem eiusdẽ diei vel noctis: adhuc vero manifestius proxima H A.l.4.f.1.t.1.c 36.413.a.b

quæ

A quæ antecedit videlicet accessionis diem vel noctem: In illa vero iam signum euidens apparet, ac multo etiam magis accessione iam incipiente: atque adhuc plus iam inualescente febre: cum vero iam consistit, minus quàm cum augebatur: multo vero minus, vbi iam declinat. Huiuscemodi febrem, si appellare libuerit exquisitam tertianam, nomine veteris antiquo: si minus, mihi saltem liceat manifestioris doctrinæ gratia ita nominare.

De Quotidiana Febre. CAP. 4.

l.4.f.1.t.2.c.417.d ESt aũt & altera exquisitæ simplicitatis febris, q̃ ex pituita putredinosa ortũ habet per sentiẽtes corporis partes à natura detrusa. Incipit autem ab extremorũ frigefactione, atq; horrore potius q̃ rigore: ac cum difficultate accendit calor: ac longum consumit tp̃s, dum inualescendo peruenit ad summum. Qm̃ vero is ex quo constituit humor frigidus est & humidus in temperatura, lentus aũt ac tenax in consistentia, idcirco ægre accẽdit, ac tarde mouetur, sæpiusq; in foraminibus retinet. Opprimit aũt atq; aggrauat aliq̃n virtutẽ: Hinc inæquales, ac debiles magis, paruosq; efficit pulsus & in inuasionibus, & in primis incrementorum partibus. Fiũt aũt & in biliosa febre in accessionũ principijs singuli quos diximus circa pulsus affectus, at in illa statim desinunt tum alia, tum inæqualitas, q̃ plerunq; tali febre inuadente non adest: ac postquã cessauerit rigor, non multo B post calor accendit, veluti ignis effulgens purusq; omnis fumosæ fuliginis expers. At pituitosi humoris caliditatem igni fumido in lignis viridibus accenso non male assimilaueris: idcirco paruæ in eo vacuationes: & accessionis spatium longius producitur: neque intermissionis tp̃s est adeo, vt in tertiana syncerum, sed humoris putrefacti semper in calore & pulsibus seruat indicium. Manifestissime aũt & in hac febre in inuasionibus atque incremẽtis accessionũ, signũ putrefactionis apparet. Attñ cum exquisite suã naturã seruauerit, plerisq; videtur purã intermissionem habere. Et nos quoq; hoc idem non raro fatemur, cum nimium diligẽs sermo fuerit intempestiuus. Hec aũt naturas consequitur corporum, & tẽpora, & loca, & status, artesq;, & victus rõnem, aliaq; omnia pituitæ consentanea. Singulis aũt diebus accendit, quia minus calida sit q̃ tertiana, q̃ biliosa ẽ. At illa cũ & humorem hẽat accensioni opportunũ, & facile subinde propter subtilitatẽ quicquid ex eadẽ efferbuerit, totũ in accessione expurget, ad puriorẽ quãdã infebricitationem terminare vr̃, postq; accessionẽ breue aliquod putridæ caliditatis vestigiũ relinquere: Quæ aũt ex pituita febris accenditur, in accessionũ declinationibus integre non expurgat, neq; parũ relinquit eius, quod veluti succẽdi vr̃: hinc ergo eius intermissio lõge deterior, ac secundę accessiõis festinãtior est inuasio.

De Quartana Febre: & Quod Rigor non nunquam Sine febre persentitur. CAP. 5.

ibidẽ. c. 62. c.9.c.d C TErtium febriũ intermittentiũ genus est exquisita quartana, q̃n ex solo atræ bilis humore generat, qui frigida ac sicca constat temperatura. Succẽdit aũt paulatim veluti lapis aliquis, aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus frigidum & siccum. Vbi vero aliqua ex eo flãma fuerit accensa, nihil fumidũ aut semicõbustũ in accessione relinquit. Atq; idcirco ĩ hoc humore copiosiores sunt euacuationes q̃ in pituita: atq; intermissio exquisite pura vr̃, qm̃ & hic quicqd atræ bilis fuerit accensum, exhaurit atq; dispergit. Idcirco & in eis talis est rigor, qualis ijs qui vehemẽti gelu frigescunt, haudquaq; ei similis, qui a Sole perustis, aut lassis, aut ex medicaminibus aliq̃n calidis, & cùm super vlcera ponunt mordentibus, fieri consueuit. Necesse est aũt hãc febrẽ antecedere, quæcunq; atrã aggregẽt bilem in vitæ exercitijs, ac totius victus rõne, & temporis statu, & parte anni, ac regione: sic & laborãtis naturã & ætatem atra bile abundare. Huius aũt febris accessio temporis spatio est similis tertianæ: non nunq̃ & longior, cum adhuc exquisita perseuerat, vt quæ ex frigidiori humore consistit. Eadem vero in hisce febribus atq; alijs oibus est eã quæ differẽtiã facit longitudinis accessionum, quemadmodũ paulo ante diximus in exquisitis tertianis, ex multitudine humoris, ac qualitate, vigore insuper atq; imbecillitate potentiæ, ac p̃terea ex ipsius ęgrotãtis dispositione diuersitatẽ assumens. Nã & alia omnia proportione respondent ijs quæ ex ama- D ra bile accendunt. Si igit neq; putrescat, neq; vehementer per partes sentientes deferat atrę bilis humor, nunq̃ efficiet quatriduanæ exquisitæ circuitũ. Et quidẽ regij morbi passionibus, diuturnę & melancholicæ splenis imbecillitates & colores in toto corpore fœdi correspondent: herpetibus ẽt atq; erysipelatibus quæ ex flaua bile consistunt, cãcri & phagedænæ. Neq; in his vero, neq; in melãcholijs necessario febricitãt, nisi prius atra bilis putrefiat: semper. n. suis natura viribus vtẽs, quicquid optimũ fieri cõtigerit, ijs quæ alunt partibus, assimilare: quicquid vero alienũ, excernere conat. Quod si aliq̃n ob crassitudinẽ, aut multitudinẽ, aut tenacitatẽ materię inutilis, aut aliq̃ meatuũ obstructionẽ, aut pp sui ibecillitatẽ, totũ quod est vitiatũ nequeat expellere, necesse est, vt si id diutius in animalis corpore perdurauerit, corrumpat. Neq; n. fieri põt, vt aliquis quispiã ex humoribus talis permaneat, qualis erat ab initio, nedũ qui ita deprauatus, vt naturæ cultũ non amplius suscipiat: sed alterum oino sequit, vt. s. cõcoquatur, apponat, atq; assimilet solidis partibus animalis: aut corrumpatur, & putrefiat. Sic. n. ijs qui morbo regio atque atræ bilis passionibus infestant, q̃n biliosi humores superabundãtes diutius corpus obsederint, febres superueniunt. Sępius ẽt aut hepatis aut splenis affectus attulit febrẽ, q̃n. s. hæ quas diximus nuper passiones, aut ex inflãmatione, aut obstructione contigerint. Eadem quoque rõne & in pituitoso humore redundãte non accẽdit febris, nisi prius putruerit. In hoc aũt visum ẽ sępius id quod antiqui impossibile arbitrabant;

est

est autem hoc, Sine febre rigor, quod non nullis quidem accidit semel: non nullis autem per vices E interpollatis multorum spatio dierum: vel à principio vsque ad finem continuatur: aut videlicet est ita omnino exiguus, vt neq; adesse videatur, cùm se quieti tradiderint, sed cũ moueri cœperint tunc demum eum sentiunt: aut tantam vim habet, vt sit ẽt sine motu molestus. Sed qñ huiusmodi in tempore humor putruerit, non modo rigent, sed etiam febricitant. At quæ tales sequitur dispositiones febris, est valde diuturna & difficulter solubilis in quotidianæ figura progrediens.

De Febre Hepiala, ac de Pituitæ Generibus. CAP. 6.

EX hoc igitur genere est & febris ea quæ proprie vocat̃ hepiala, qñ simul febricitant & rigent, atque eodem tempore in toto corpore vtrunque sentiunt affectum. Archigenes quidem nulli id nomen vnquam alteri rei accommodari arbitratur, nisi huic febri tantummodo: videntur tñ & Attici quidam, eum ẽt rigorem qui febrem antecedit, ita nominare. Vitreum vero huiuscemodi humorem Praxagoras videtur vocare: Iuniores aũt, è quorum numero est Philippus, simpliciter crudum, nullum aliud nomen adijcientes, vt exquisitius distinguant. Est aũt & ipse species q̃dam pituitæ, vt qui satis frigidus & tenax sit: quicunq;.n. frigidus atque humidus humor existit, ad pituitæ appellationem reducit̃, si ‖ Hippocratem omnesq; non modo priscos medicos, sed alios ẽt Græcos in nominibus imitari velimus: Prodicus siquidem in libro de hominis natura in hoc F nomine præuaricat̃, ab admirabili quadam etymologia persuasus. Sed hoc tp̃s non suadet ad huiuscemodi disputationes sermonem diuertere, cùm alterum eisdem tractatum addixerimus: quare rursus ad propositum reuertamur. Quicũque humor natura frigidus atq; humidus fuerit, hunc nos pituitam appellamus, tu vero si libeat scindapson nomines: adeo est mihi parua nominum cura. At non te lateat plures esse huiuscemodi humoris differentias. Vna siquidẽ eius est species frigida adeo, vt cum loco calido obstruitur, dolores maximos excitet: sæpiusq; multa laxioris intestini incommoda, hoc humore acuti clysteris vi euacuato, statim sedari contingit: hic vero humor vitri liquefacti similitudinem gerit. Est & alia pituitæ species, quam pleriq; cũ screatu expuunt, sensibilem habens dulcedinem. Liquet aũt ꝙ hanc exquisite frigidam non contingit esse, si quidẽ eorum meminimus quæ in libris de simplicium medicaminum facultate diximus. Est & tertia alia pituitæ species, quę expuentibus videtur acida: est aũt minus frigida q̃ vitrea, magis vero q̃ dulcis. Sicuti ″& altera species est salsa, aut propter putredinem, aut propter salsæ serosæ humiditatis mistionem: Ex qua si quos febricitare contingit, superueniente accessione non rigent, sed tantũmodo horrent. Acida ″vero ac vitrea, si per sentientes corporis partes deferat̃, sine febre rigores generat: Quòd si modica aliqua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialam appellatam inducit: Quòd si G vehementius putrescant, rigor ″quidem antecedit, febris vero sequit̃ superata frigiditate à multitudine caliditatis, adeo vt dum febris inualescit atq; cõsistit, minime sentiat̃. Forte aũt & vitrea pituita acidæ qualitatis est particeps: Adeo vt eius differentiæ tres sint numero vniuersæ, acida, dulcis, & salsa. Minime vero dulci pituita putrescente febrem rigor antecedit. Quispiã vero fortassis neque simpliciter neq; à simplici causa huiusmodi febres fieri arbitraret̃. Siquidẽ totum id quod ex pituita putrescit, febrem accendit: reliquum vero quod non dum putrescit, cuius cã rigescunt, non eandem habet cum putrescente qualitatem. Si igitur ab hac quidẽ rigor, à putrescente vero febris generat̃, duplex semper aderit causa. Contingit vero & hîc febrem quidem ab altero causæ genere dicere fieri, rigorẽ vero vtpotè alium à febre, ab altera, vt qui non sit quod febris: Per febrem nãq; tertianã flaua bilis rigorem efficit ac febrem. Sed hæc quidem logicã magis habent quæstionem.

In lib. de natu. hum. cõ. 1. t. 32. 1. 31. h

A. l. 1. f. 1. d. 4. c. 1. f. 7 b

A. l. 4. f. 1. t. 1. c. 6. 413. a

A. ibidẽ. c. 41. 416. a

De Complexione Tertianæ Febris cum Quotidiana: ac de Semitertiana Febre. CAP. 7.

IAm vero tp̃s est vt ad propositum institutũ reuertamur. Si pituita putrescens, ex qua febrem illam quæ singulis diebus accessionem facit, accendi dicebamus, misceatur amaræ bilis humori ex quo tertiana gignitur febris, duplex iam causa ac dispositio coniungeretur: Alter siquidem humor affert quotidie accessionem, alter vero tertio quoq; die: itaq; alter quidem dies duas habet ac- H cessiones, alter vero vnam tantummodo, nisi accessionum tempora in easdem horas conueniant: si enim conuenerint, fiet vna febris confusa, quæ neq; tertianæ neq; quotidianę exquisitam formã prę se fert. Qm̃ vero vtriusq; febris duplex est species, Quatuor ex ipsis fient complexiones: Vna quidem, in qua tertiana quotidianæ intermittenti cõmiscet̃: Altera vero, in qua tertiana quotidianæ continuæ coniungitur: Et tertia, in qua quotidiana intermittens tertianæ continuæ miscetur: Quarta, in qua permiscetur quotidiana continua tertianę continuæ. Harum vero nuper dictarũ complexionum omnium duæ sunt differentiæ: cum aliquando quidem in eandem horam accessiones occurrant: non nunquã vero diuersis temporibus superueniant. Sed hæ quidem cognitu faciles sunt, nisi ꝙ aliqñ intermittens ignorat̃ ab inexercitatis ea rõne, quoniã ægrotus nunquã à febre liberat̃. At formã accessionis inspicere oportet, quemadmodum in secundo de crisibus plenius edocuimus: atq; inde, non aũt ex periodorum simili proportione, cognoscere febrem. Supponat̃.n. cuipiã accessionem incipere circa primã horã vnà cũ rigore, qui videt̃ pungere carnes laborantis: deinde vbi alia omnia tertianę febris indicia vsq; ad consistentiã processerint, postmodũ cum bilis vomitu atq; optimis sudoribus declinare: ac iam nonam diei horam adesse: vnde ex totius accessionis motu coniecturari possimus hora vndecima ægrotantẽ, febris intermissionẽ habiturum,

turum,

A turum, talem videlicet qualem in periodis nominare consueuimus: Dum vero in hac spe sumus, subito retineri sudores, densata scilicet tantummodo vel etiam horrescente cute: ac subinde principium, ascensum, consistentiam febris continuæ, qualis ex pituita accenditur, sequi: Sic enim & duplicem causam ac duplicem febrium speciem cognoscemus, mista intermittente continuę, quãuis nulla intermissio deprehendatur. Secundo etiam die sperandum est hora nona accessionẽ futuram. Quòd si expectationi nostræ res ipsa respondeat, omnino etiam die tertia itidem febricitante adhuc ægroto, tertianę febris accessionem hora prima superuenturam sperabimus. Quòd si aut præuenerit, aut tardior fuerit ea, quam secundo die circa horam nonam fore speramus accessionẽ, aut tertio circa primam, non amplius diebus sequentibus aut nonam aut primam expectabimus horam, sed tanto prius siue posterius, quanto in prima periodo similitudo proportionis accessionem aut tardasse aut accelerasse monstrauerit. Quæ vero ex duabus febribus citius sit finem habitura, ex earum specie & forma, atque ex accessionis prolixitate ac magnitudine, more præterea, ac motu, & reditu periodorum prout celerior aut tardior extiterit, coniecturandum. Adhibenda insuper alia quæ superuenerunt indicia coctionis aut cruditatis morbi totius: ex quibus maximam vim habent quæ in vrinis apparent: de quibus omnibus sufficienter in libris de crisibus tractauimus.

B Si vero pituitosa continua biliosam intermittentem, quæ prima inceperit hora, non nona sed aut quinta aut sexta apprehenderit hora, adhuc difficilior cognitio fit plerisq; his medicis, qui talem contemplationẽ contemnunt, neq; scire curant an vna sit species febris an duæ, & qualis'nã sit vtriusque natura: Vt vero qui nihil horum intelligant, non modo ignorant, quo pacto curare oporteat has febres, quarum nullam habent notitiam, sed nesciunt etiam vtrum die sequenti suspicandum sit de hisce horis ambabus, quæ in primo die accessiones attulerunt. Ego verò sum mihi conscius, ꝙ sæpius ex diuinatrice quadam arte potius ꝙ̃ prænoscẽdi scientia medicinæ propria, visus sum eisdem coniectura assecutus futuræ accessionis insultum. In hac igitur ipsa de qua nunc agimus mistione tertianæ cum quotidiana, vidi aliquando circa primam horam exquisitæ tertianę inuadere accessionem: in sexta autem illius quæ à iunioribus medicis proprio nomine Cathemerina id est quotidiana appellatur: ita enim vocare consueuerunt eam febrẽ quæ singulis diebus accenditur, neque vllam habet intermissionem. Ego vero solitus sum eandem febrem Amphimerinam continuam nominare: nam cathemerinon vocabulum nusquam apud Græcos scriptum inueni: omnem vero rem quæ quotidie eodem fiat modo, amphimerinam vocant. Verum, vt inquit Plato, non est habenda de nominibus cura, quibus tot ac tantarum rerum inuestigatio proponitur.

C Vocetur itaq; manifestioris doctrinæ gratia, quę quidem singulis diebus accendit atq; intermissione finit, amphimerina id est quotidiana simpliciter, nulla alia sermoni facta adiectiõe: Quæ autem intermissionem non habet, quotidiana continua dicatur. At liceat etiam si quis velit, alteri adijcere, intermittens. Eodem modo in tertiana statuatur: altera quidem eius differentia simpliciter tertiana dicatur, aut tertiana intermittens: altera vero tertiana continua. Contingit etiam hanc ipsam sine aliqua adiectione, tertianam simpliciter ita nominare, quod & ab aliquibus video obseruari. Sed nõ oportet de nominibus prolixius disputare: sed potius ad propositi nostri institutum reuertamur. Adolescens enim in quo factam dixi complexionem tertianæ cum quotidiana continua, mane quidem in prima hora rigorem pati cœpit exquisitæ tertianæ familiarem: aderantq; alia omnia eiusdem febris indicia vsque ad horam sextam, & repentinus vomitus biliosus, & multus: & ventris deiectio copiosa, & hæc ipsa biliosa: & pauci sudores, inter quos statim homo contraxit se atque horruit: ac subinde incipiente annotatione, pulsus erat paruus, inæqualis: Deinde vsque ad horam vndecimam cùm paulatim adhuc succẽderet, plura quidem signa habebat annotationis propria, paucis tamen intermistis augmenti indicijs: Hinc vero vsq; ad quartã noctis horam, febris certissime intendebatur: deinde quãtum sensu percipi poterat, vsq; ad sextã noctis horam in eadem magnitudine persistebat: mox iam manifestè declinabat vsq; ad diei sequentis horã

D quartam: In hac enim iã & contrahebatur, & annotationis signa ostendebant, frigidioribus factis extremis eius partibus, paruoq; existente pulsu: & iam ad vesperas vsq; intendebat paulatim, neq; horrorem, neq; inæqualitatem aliquã præ se ferens: deinde rursus in summo cõsistebat circa quartam noctis horã: sexta vero manifestissime cœpit remitti. Quòd igit tertio die hora secunda quotidianam annotationem expectare oportebat, in ambiguo non erat, non tñ vtrum tertiana eãdem horã esset seruatura, an non, satis constabat. Hora igitur secunda accessio superuenit horrida: quæ celerius ea, quæ in primo & secundo die quotidianæ continuæ facta erat, inualescens vsque ad horã quintã, aliud rursus post quintam horam fecit initium, in quo aderant omnia similia ijs quæ in secunda hora contigerant accidentia: Hinc vero rursus promptius inualescens vsque ad horam octauã, denuo in eadem horruit: ac paulo post rursus accrescens accessio expedite ascẽdebat, adeo vt hora noctis quarta iam ad summum peruenerit. Et quid aliud hoc erat quàm accessio exquisiti hemitritæi, duabus eãdem hora inuadentibus febribus? quoniam quotidiana duabus horis celerius, tertiana autem totidem tardius accedebat: adeo vt quicunq; facultatem haberet febrium figuras agnoscendi, tertianæ ac quotidianæ continuæ accidentia in vnum confusa, manifestè deprehenderet. Nam cum tertianæ insultum rigor comitaretur, quotidiana autẽ sine rigore inuaderet,

mista

mista ex vtraq; febris horrorem continuo afferebat, rem quidem rigore minorem, maiorem autẽ E refrigeratione, tantoq; hac ipsa maiorem, quantum à rigore magnitudine superatur: adeo vt cùm ab vtroq; extremo æqua distet proportione, horror medius inter ambo rigorem scilicet & frigefactionem collocetur: quod quidem maxime fieri consueuit, cum extremitates confundantur. Non ab re igit̃ inditum est huic febri nomen" hemitritæi .i. semitertianæ. Nam ex quotidiana continua A.l.4.f.1.t.1.c. & tertiana intermittente tota eius natura confusa, dimidiam partem ù traque ex dictis febribus retinet. Sicuti igit̃ semiasinus & semideus nomen tale sortiunt̃, ita & hemitritæus. Semiasinus enim 35.422.h cùm ad eius generationem pro altera parte asinus, pro altera equus, conueniant, ex vna semiasini nomen accepit. Semideus dimidia quidem parte deus esse monstratur, cùm vero alteram hominis habeat, hæc in nomine omittitur. Sic & hemitritæus dimidiam sui ipsius partem habet tertianam, alteram autem dimidiam, quotidianam continuam. Duplex autem in ipso generationis modus, Vel scilicet duabus in vnum tempus, quemadmodum dicebatur nuper, conuenientibus accessionibus, quia altera quidem præueniebat, altera autem differebat: Vel statim ab initio ambabus inuicem confusis. Quæ igitur fit in vnum tempus conuenientibus vtraque accessione, vnam tantummodo habet hemitritææ naturæ accessionem: Altera autem omnes à principio ægritudinis vsque ad finem, quæ maxime atq; præcipue ab omnibus febris hemitritæa appellatur. Sed de hoc F paulo posterius à nobis dicetur propter Agathinum, atque Archigenem præsertim. In adolescẽte igitur, quem nostra narratio supposuit, cùm tertia die huiuscemodi accessio facta esset, quia in vnum tempus conueniebant ambarum febrium inuasiones, qm̃ quotidiana quidem duabus horis semper præueniebat, tertiana autem differebat, die quarta accessio Sole oriẽte inuasit, formam exquisitam pituitosæ febris præ se ferens. Erat autem secundum proportionis similitudinẽ quinta ab ipsa accessio circa decimam noctis horam principium factura, qm̃ duabus semper horis celerius inuaserit: biliosæ autem febris accessio tertia ab initio die quinto hora quarta erat inuasura, adeo vt inter duarum febrium initia sex horarum spatium intercederet: quod & factum est. Nam circa quartæ noctis horam decimam inuadente accessione, quæ febris pituitosæ seruabat imaginẽ, atque hoc modo vsque ad quartam quintę diei horam progrediente, vbi febris biliosa mediocrem rigorem secum afferens eidem coniuncta fuit, mistam subinde formam gerens accessio, biliosæ scilicet febris ac pituitosę, sequenti nocte circa horam octauam pituitosa febris incipiens exquisita ac sola totam diem subsequẽte ordine sextam occupauit: Deinde cùm media nocte declinasset, aliud subinde eodem modo fecit initium: deinde cùm reliquam dimidiam noctis partem vsque ad meridiem diei septimæ obtinuisset, postmodum iam veluti declinabat: At eandem excepit tertiana, G quæ cum rigore inuasit, quemadmodum exquisita tertiana inuadere consueuit: atq; cùm alia omnia secum eodem modo certissima afferret indicia, vomitus bilis inuexit, atq; alui excrementa biliosa, & vrinas optimas, ac cùm iam aduesperasset breues quosdam veluti sudores: Adeo vt, quicunque febrium species didicisset, ei apertè indicaretur eam remitti ac declinare, neq; vltra vnam aliam periodum, aut ad summum duas, debere protendi: nam & in ea declinatione erat quies admirabilis, qualis antè visa non fuerat, donec ad quartam noctis horam peruentum est: In illa etenim, febris pituitosa quæ quotidie quidem accessionem faciebat, sed duabus anticipabat horis, inuasit: Cumq; totam noctem occupasset, ac totum deinceps diem, rursus in secunda hora noctis octauæ aliud fecit initium: cumq; eandem pariter noctem totam occupasset, sequenti die, quæ nona erat, declinauit. Eodem vero die circa horam octauam, quoniam duabus horis tardius inuadebat, futura erat tertianæ febris accessio: sed tunc hora nona superuẽnit, hoc ipso etiam se declinare significans: Sole autem occidente ei se associauit febris pituitosa more suo anticipãdo: Et cùm noctem illam obtinuisset diemq; sequentem, hora decima diei decimæ iterum inuasit: Deinde die vndecima rursus hora octaua, exquisite permanens pituitosa: Deinde prima noctis hora tertianæ febris, quæ quatuor tardauerat horis, horrida accessio facta est: Deinde sexta noctis hora aluus bi- H liosa excreuit: ac quidem per vniuersum corpus veluti sudores exhalarant, post quos tota declinatio ferè ad infebricitationem peruẽnit: neque iam in ambiguo erat, quin tota febris tertiana omnino desiisset: pituitosa autem sola remanserat, quæ & ipsa iam remitti incipiebat. Hac igitur ratione die duodecima non amplius anticipauit accessio duabus, vt antea consueuerat, horis, sed hora septima inuasit: neque die decimatertia sexta superuẽnit hora, sed illa etiam septima hora inuasit, quietem effatu dignam ac declinationem ostendẽs. Quartadecima vero die eadem declinatio melior admodum successit, ac hora nona accessio facta est: in vrinis autem erant insignia coctionis indicia, solutionem ægritudinis in die decretorio succedente futuram præmonstrantia. Sed hoc præsentis sermonis non interest nisi obiter dicere: Quòd vero sæpius commiscentur diuersorum generum febres, & biliosæ pituitosis, & intermittentes continuis, quæ à multis medicis ignorantur, satis hic de quo nuper scripsimus, ægrotus ostendit.

De Dignoscenda, Exquisita & non Exquisita Semitertiana, aduersus Archigenem & Agathinum. *CAP. 8.*

SEd quoniam & de his satis dictum est, rursus ad id redeo, de quo paulo antè est à me sermo dilatus. Febris igit̃, quæ ex tertiana & quotidiana continua composita est, quam hemitritæum appellamus,

A appellamus, Aut flauam bilem habet exuperantem, atque ob id in eo sunt tertianæ febris accidentia maiora: Aut hæc quidem paucior, pituita vero abundantior, atque idcirco quotidianæ continuæ affectus firmiores: Aut neuter horum humorum alterum vincit, sed ambo æquipotentes existunt: quo tempore est exquisitus hemitritæus, talem formam repræsentans, qualem de eo Hippo
" crates manifestauit, cùm in primo Epidemiarum in hanc scribit sententiam: Erant vero eorũ ple 1.Epid cõ. 1. t.
" risque passiones huiusmodi, febres horridæ, continuæ, acutæ, omnino quidem nõ intermittentes: 23.3 .106 a
" modus vero erat hemitritæus, cum alteram diem leuiorem ferret, altera vero inualesceret, ac sum-
" matim in acutiem augerentur. Dixit autem horridas, non simpliciter quę cum horrore inuadunt, sicuti hoc innumerabilibus accidit febribus, de quibus deinceps verba faciemus: sed in quibuscun que magnam accessionis partẽ horrores assumunt altera dierum, scilicet in qua & tertiana & quotidiana continua simul inuadunt, nam altera dies solam habet quotidianam. Magna vero ex parte, dierum prima mistam ex vtrisque committit febrem, secunda vero pituitosam continuam: contingit autem non nunquam hanc primo inuadere die, secundo vero ambas simul. Accessio igitur ex vtrisque commista, quando humores fuerint æquipotentes, talis est qualem paulo antè descripsimus hemitritæon: Cùm vero tertiana præualuerit, horridior fit febris: atque in annotatione si
B bi aliquid rigoris associat: confestim vero & feruidior est huiuscemodi febris, & incendij plus habet: magisq; festinat ad summum: & aliquid bilis per vomitum, aut per aluum, aut per sudorem excernitur. At cùm altera quæ pituitosa est febris, potentior existit, tunc frigus vehementius extremas occupat partes, horroresq; pauci fiunt: & pulsuum fit compressio maior ac diuturnior: tardiusq; accessio inualescit: ac longum post tempus consistit: non tamen aut sitim, aut magnum affert incendium: neque in ea per vomitum, aut per aluum, aut per sudorem bilis excernit. Hanc quoque duarum febrium mistionem Archigenes animaduertisse videtur, minus tamen rectè atque perspicue, quemadmodum in septimo commentariorum quos in tractatu Archigenis de pulsibus scripsimus, est à nobis ostensum. Arbitratur igitur Archigenes in hemitritæis aliquando febrem præualere tertianam, aliquando quotidianam: non tamen æqualem earum mistionem, quæ sola exquisitum hemitritæum constituit, aut intellexit aut in suis scriptis ostendit, verum omnino prætermisit. Nam cùm æquales magnitudine fuerint, & febris biliosa intermittens, & pituitosa continua, accessionis initium fit cum horrore, qui medium inter rigorem & frigefactionem obtinet locum: quorum alterum tertianam febrem, alterum quotidianam comitatur. Cùm vero ab in- * *continuam pituitosam.*
uasione inualescit, tertianæ quidem ratione cito calescit ac festinat ad summum, at propter pitui-
C tosam tardatur, atque in ascensu retinetur non nunquam atque interrumpit: Estq; inter varios affectus veluti pugna quædam, cùm æger non nunquam inualescente febre tertiana, atque ad cutem humores impellente, vehementius calefiat: contra vero remorante, atque ad interiora reuocante ipsius motum febre pituitosa, vt quæ tardi ac difficilis motus frigidaq; ac lenta existat naturâ. In hoc autem certamine cum humor frigidus superauerit, systolæ id est summissiones, horrores, atque extremarum partium & cutis refrigerationes sequuntur, adeo vt videatur altera rursus accessio renouari: Cùm vero calidior vicerit, tunc statim totum corpus calefit, ac iam videtur febris penè in summo consistere: mox paulo post ad pituitosam redeunte victoria ægroti denuo contrahuntur, refrigerantur, & horrent: Neque hoc terminum vllum habet, donec febris ad summum peruenerit, quod quidem citius accidit quàm pro more pituitæ, tardius tamen quàm in bile fieri consueuit: nam huius quidem celeritatem cohibet pituita, ac rursus pituitæ tarditatem atque hebetudinem excitat bilis. Talis quidem est exquisitus hemitritæus ex æquali duarum febriũ temperatura compositus, quoniam etiam ex duorũ humorum æquali temperatura constat: atqui exquisitus non est, vbi aut bilem aut pituitam habet præpotentem. Secunda est duarum febriũ, tertianæ scilicet ac quotidianæ copulatio ac commistio, quæ similem quidem nuper dictæ facit acces-
D sionem quandam: in eo tamen differt, q̃m in hoc febris ad infebricitationem desinit: & q̃m die secunda cum rigore aut horrore sola quotidiana febris inuadit. Non igitur erit hæc febris hemitritæus, si quidem ex numero continuarum hemitritæus existat. Quòd si etiam in vtroque genere hemitritæus collocetur, non hæc tantum, sed multæ præterea aliæ febres hemitritæi vocabunt. Hac ratione mihi videtur Agathinus omnes quæ protenduntur, tertianas hemitritæos aupellare. Sed quoniam de nominibus potius quàm de rebus sunt quæstiones huiuscemodi, in eisdem minime censeo commorandum: nam De nominibus ad medicinam pertinentibus, seorsum à nobis scriptum est alio tractatu, in quo hoc ipsum ostenditur, atque integre præfinit, quales nam sint de rebus, ac quales de nominibus, disceptationes. Rursus igitur ad res ipsas redeamus, hoc est ad eum quem Hippocrates vocat hemitritæum horridum atque continuum, quem facit tertiana quotidianæ continuæ commista: Intermittenti autem non item, quoniam quæ ex ambabus componitur febris, necessario & ipsa intermittitur. Non tamen ex duabus continuis, quarum altera biliosa, altera pituitosa sit, potest hemitritæus consistere, quoniam hæc commistio febrem horridam, ac quæ multas habeat reduplicationes, non facit. Nam cùm omnis febris continua sui quidem ratione, q̃n exquisita fuerit, neque horrorem habeat neque rigorem, neq; etiam quæ ex eisdẽ cõponit horrida fiet. Necesse est igitur, si horridus simul atque continuus sit hemitritæus futurus, ex duabus

bus ipsum febribus generari, quarum altera sit intermittens, altera vero cõtinua. Atq; idcirco ter- E tiana quidem cum quotidiana continua confusa facit hemitritæum, cùm neque ũtraq; continua, neq; ũtraq; intermittens huiuscemodi queat febrem generare. Vna igitur sola adhuc mistio relinquit̃ ex quotidiana intermittente, & biliosa continua, quę & ipsa potest continuam simul atque horridam febrem efficere. Hæc vero contrario modo se habebit quàm prior, qm̃ continuitatem quidem ex biliosa obtinebit, horrorem vero ex pituitosa: reduplicationes aũt ex pugna mutua, ac tũ præsertim cùm humores æquas vires habuerint: vbi vero alter eorum præualuerit illius accidentia præualent ac dignotio, vt in prima mixtione ostensum est. Hæc omnia de quatuor mistionibus & ex biliosa febre & ex pituitosa, magis ad eũ tractatũ i quo de typis agit̃, cuipiam pertinere viderent̃: hîc vero necessario de ipsis facta est mentio propter hemitritæũ, cuius ortũ Archigenes ad tertianam transfert ac quotidianam, non tamen eius naturam recte assecutus, quoniam in numero febriũ intermittentiũ ipsum ponit. Agathinus aũt contra, hemitritæũ in eodem genere cũ tertiana manifeste locauit, ac sola accessionis vehementia ab eadem differre fatet̃. Si igit̃ omniũ febrium differentias exquisite scribentes, in nominibus tantum aberrassent, non admodum esset ægre ferendũ: Sed, quoniam neq; simplicium neq; compositarũ febriũ omnes differentias exquisite assignarũt: ac prætera plures alias superfluas addiderunt, quæ neq; ad prænoscendũ neq; F ad curandũ aliquem afferũt vsum: nos pro viribus earum typum omnem exquisite complecti tentauimus, vt qui longo tempore partim experientia, partim ratione, omnes quæ vtiles sunt differentias inuenerimus. Simplices igitur ad præsentem tractatum: compositæ vero ad eum in quo de typis agit̃, attinent, cuius tamen non erit expers omnino atq; inscius, si quis hunc diligẽter perlegerit. Nam per hæc quæ de biliosa & pituitosa febre simul commistis conscripsimus, licet & melancholicam febrem transferendo, eius cum vtraque illarum complexionem ac confusionem pariter coniectari. Voco autem complexionem, quando horis differentibus inuaserunt: confusionẽ vero, quando eodem tempore inceperint. Sic & tres simul febres complecti per se quispiam & cõfundere poterit, ex ijs quæ nuper diximus motus. Nam horum omnium principium fons atque elementum est singularium febrium ideam exquisite cognoscere: Neque enim plurima est earum multitudo, cùm omnes tres numero existant, & quæ ex amara bile, & quæ ex atra, & quæ ex pituita generatur: Quarum singulæ duas habent differentias, continuæ scilicet atque intermittentis: adeo vt omnium quæ ex humorum putredine ortum habent, fiant sex numero differentiæ. Quòd si aliqua accesserit his particulatim in ipsis differentia, hæc vel ex humoris multitudine, vel ex quãtitate & qualitate putrefactionis, ac præterea ex modo motus, ac particula in qua fit putredo, habe G bit originem. Veluti confestim earum febrium intermittentium, quæ tertia quaque die accessionem faciunt, quæ "quidem breue habent accessionis tempus, ac cum rigore inuadunt, & per sudores, & bilis vomitum, & biliosa excrementa finiunt̃, his tertianæ exquisitæ nomen impositum est: A.l.4.f.1.t.1 37.413 c Quibus vero aliquid horum deficit, hæ non exquisitæ, sed simpliciter tertianæ appellant̃. Quòd si intermissionem minorem habuerint, accessione videlicet in longius tempus protracta, hæ tertianæ extensæ vocantur: Cùm tamen & hæc ipsa res plurimam in eo quod magis ac minus, differentiam suscipiat. Licet quidem ex his aliquam simpliciter extensam nuncupare, quæ cum viginti-quatuor horas in accessione consumpserit, reliquas habet febris expertes: aliquam vero sufficienter extensam, quæ vsque ad triginta extenditur horas: atque aliquam in longius adhuc tempus productam, vt quæ vsque ad trigintasex horas protendatur: atque aliam adhuc amplius vsque ad quadraginta vel plures. Neque enim ex his quas diximus quælibet certis terminis potest definiri, cùm Soritica dubitatio nobis occurrat. Neque tamen huiuscemodi nomina adeo curiose inuestigare est necessarium, cum nobis detur facultas etiam sine illis vnumquenque morbum proximis indicare, ac rectam curationem adhibere, nec non futura prænoscere. Supponatur enim aliquis quindecim horas febricitare, ac trigintatres febre vacare: hocq; deinceps eàdem proportio- H ne seruata contingat: Nemini dubium, quin & tempus ad exhibendum cibum opportunum, ex accessionis & intermissionis spatio cognoscatur: & quantum ex hoc ad prænoscendum aut curandum commodi nancisci potuerit, nihilo minus id sufficienter acquiret, quamuis eam inquisitionem neglexerit, an simpliciter tertianam, an cum aliqua adiectione quæ differentiam determinet, huiuscemodi febrem oporteat appellare. Sed & cùm alteri indicare voluerit, qualis nam sit febris ægrotantis, hoc diligentius efficiet accessionis atq; intermissionis spatium ostendendo, quàm si nomen certum ac præfinitum, quod idem commonstret, inuenire studuerit. Hæc quidem optima est exponendi ac docendi ratio. Secũda vero quam paulo ante insinuaui, cùm aliam quidem exquisitam tertianam nomino, aliam vero simpliciter tertianam, deinde aliam paululum extensam, deinde aliam sufficienter, deinde aliam amplius, deinde aliam plurimum. Obscurissima autem atque omnium deterrima, de qua prius fecimus mentionem, in qua medici iuniores quotidie inuicem certant atque contendunt, neque animaduertunt se de nominibus litigare. Sed de alijs quidem quispiam minus forte mirabitur: de Agathino autem magis mirandum, qui cum quandam & quotidianam & quartanam febrem appellet extensam, postmodum in tertiana non seruat eandem vim proportionis: nam si longius accessio protendatur, non tertianam, sed hemi-

A hemitritæum appellat. Sed satis superq; hactenus de nominibus disputatum: nam periculū est, ne nos longius quàm sit opportunum, in eisdem tempus conteramus. Quare rursus ad rerum ipsarum quæ restant, inuestigationem reuertamur.

Qualis ex Sanguinis Putredine Febris oriatur. CAP. 9.

.4.f.1.t.2.c. .424.h EX omnibus vero quæ supersunt nulla esset contemplatio præstantior, q̄ illa in qua quæri potest, Nunquid quemadmodū ex vtraq; bile & pituita fiūt q̄dam febriū species, ita & in sanguine putrefacto soleāt accidere febres. Siquidem ephemeras eo tantūmodo calefacto, non aūt putrescente fieri dicebamus: in putrefactionibus aūt (nam & sanguinem qñq; putrescere est necessariū) quærendum quænam sit harum febrium species. Hoc aūt inueniri posse putandū, si prius cognouerimus quo pacto sanguis putrefiat. Nā rectè sentire vr̄ Aristoteles ab aliena caliditate oriri putredinem. Vocat aūt alienam, externam non insitam neq; natiuam in quocunq; genere rerū: nam hæc coquere apta est, externa aūt corrumpere, quod est putrefacere. Calor autem extrinsecus sanguini aduenit, & in Solis deustionibus, & pestilenti & suffocato aeris statu, atque, vt simpliciter dicam, in febribus vniuersis quacunq; ex causa originem traxerint. Sed & quando in aliqua corporis parte sanguis plurimus aceruatus supra eiusdem vires effectus fuerit, corrumpi consueuit, ac tū

B præcipue cum in paruis vasis propter crassitudinem obstruit, aut propter multitudinem impingitur, quemadmodum in bubonibus, ac collectionibus quas phymata appellāt, atq; vt vniuersaliter dicatur in inflammationibus vniuersis. Nam in huiuscemodi affectibus duplicem ob cām corrūpitur sanguis, & quia. s. non difflat̄, & quia à natura non conuincit̄. Quòd ea vero quæ non difflātur putrescere soleant, indicant exteriora omnia, quemadmodū fructus, & semina, vestesq; prætera. Eius vero quod dicit̄, fidem facere potest id ēt, quod in laterū inflammationibus cernit̄: nam quidam in ipsis spumeū, quidam pallidū, quidam rubeū expuunt ichorem: quod nihil aliud est q̄ ea humoris pars in inflammatione exuperantis, quæ retineri non pōt, sed præ tenuitate sudat exterius. Non nunquam vero & niger ichor illic conspicit̄ non statim ab initio, sed postea qñ vt plurimū pallida sputa antecesserint, quæ bilis exuperantis erant indicia: quemadmodum spumea quidem pituitam, rubida vero sanguinem indicant. Quare non procul à vero est existimandum, sanguinem ipsum non nunquam in ijs quæ inflammationem patiunt̄, particulis subire putredinem, ex quo simpliciores quidem q̄ ex alijs humoribus febres fieri, accessionum vero proportionē in tertiano præcipue circuitu assumere: Nam ita in ijs qui laterum inflammationes patiuntur est obseruatum, quo tempore maxime rubidū expuunt. Quòd si sanguis supra modū assatus fuerit, pars

C quidem eius subtilior ac pinguior, omnino in flauam conuertit̄ bilem: quę aūt est crassior, in atrā: quod in his tumoribus qui carbunculi appellant̄, contingit, nam in his ex sanguine supra modum efferuescente ad melancholicū humorem fit transmutatio. Ita aūt hoc loco accipi volo melancholicū humorem, vt qui non dum exquisite in atræ bilis naturam transierit, sed in quodam sit cōfinio constitutus. Et quidem pro varietate humorum in quos conuertit̄ sanguis, febres fient, sola malignitate & non malignitate differentes. Illæ siquidem quæ sanguinis transmutationem consequūtur, sunt simpliciores tum in reliquis, tum in caliditatis qualitate mitiori: nam etsi se plurima manui tangenti offert, est tamen omnino mitis, sicuti ea quæ in balneo cōtrahit̄. Semper enim febrilis caloris multitudo, in multitudine defluxus consistit: quod vero manui tangenti molestū sentit̄, ex humoris acredine prouenit. Hocq; tibi sit maximum humoris febrem facientis indiciū, qualitas videlicet caliditatis: nam quæ magis vaporosa ac minus molesta existit, ex sanguine nascitur: quæ vero molestæ sunt, & rodentes, atq; mordaces, vtranq; bilem consequunt̄. Cum vero in primo tactu quoddam potius vaporosum q̄ acre, se manui repræsentat: ac per moram paulatim mordacitas aduenit, ac maxime inæqualis, adeo vt per colatorium quoddam & cribrum percolari videatur: ex pituitæ putredine huiuscemodi febrem oriri cognoscas.

D *Cur Inæqualis Calor in Pituitæ Febre tactui occurrat.* CAP. 10.

COntemplanti vero mihi ac causam perquirenti, cur in febribus alijs calor æqualis occurret: quæ vero ex pituita ortum habent, talem caloris inæqualitatem ostendant: nulla potior visa est quàm tenacitas atq; humoris crassitudo, qui difficulter dissoluitur. Nam & in hoc, sicuti in alijs omnibus, primo ea pars omnis expirat, quæ quotidie fuerit extenuata: vix autem extenuatur quicquid valde crassum extiterit: q si etiam natura frigidum fuerit, tunc & difficultas auget̄. Non totum itaq;, neq; ex omni parte æqualiter, sed ex illa tantummodo in quam putredo inualuerit, inflatur atq; extenuatum effertur, non dissimili euentu ab eo quem in lentis ac crassis humoribus, qui exterius ebulliunt, inspicimus. Nam & in istis ampullæ attolluntur, quę vbi dirumpuntur, vniuersim flatus effertur, humiditatem extenuatam secum trahens. At in subtilioribus humoribus cum ebullierint, neque ampullæ fiunt: quiq; ab eis vapor exhalat, est vndequaqueuersus æqualis ac sibi continuus.

Quo pacto ex Fluxionibus Humorum Morbi generentur: ac de Causa Febrium, quæ per Circuitum repetunt, & Continuarum. CAP. 11.

SEd quoniam & de his, vt opòrtuit, disseruimus, nunc earum febrium, q̄ {à continuo feruore} synochæ appellantur, causas inuestigemus. Mirum enim mihi videtur in istis vnam plerunq; acces-

accessionem vsque ad quartũ vel quintum, aliquando autem vsque ad septimum diem ab earum E
initio, donec finiant extendi. Quanquam si quis diligentius inspiciat, maiorem illi admirationem
possit afferre in quibusdam febribus per circuitũ fieri accessiones. Quod enim retro attulimus exẽ
plum in stercore, quod particulatim putrescit, in animalis corpore non admodum fieri posse vi-
detur, cùm putrescentes humores ijs qui putredine vacant, possint facile cõmisceri, vtpote ex om-
nibus ad omnia conspiratione & confluxione existente. Vnde fieri non potest, vt putredo nunc
vnam, nunc aliam occupet partem, nisi inflammatio incipientem putrescere humorem alliget at-
que coerceat. Quoniam igitur ad contrariam partem ratio se trãstulit, difficilius est earum febriũ,
quæ per circuitus accessionem faciunt, causam inuenire, quàm earum quæ synochæ id est continẽ
tes dicuntur. De vtrisque tamen tentabimus sermonem transigere, neque hic prolixius scribentes,
neque aliorum errata corrigentes, sed quemadmodum in superioribus egimus, solam veritatem
amplectentes, ex qua quispiam instructus, etiam aliorum delicta comprehenderit. Sumendum
itaque initium ab ijs quæ manifestissime apparent: quæ sunt lippitudines quædam, quarum non
nullæ quotidie, non nullæ vero tertio quoque die magis infestant: similiter & aurium dolores: &
capitis siue totius, siue medietatis, quem Græci hemicraneam appellant: quibusdam vero & pe-
dũ, & articulorũ dolores, per circuitus exacerbari cõspiciunt. Quod igit in hisce oĩbus inspicere li- F
cet, venas quidem in his partibus quæ exacerbantur in tumorem attolli, atq; inflammationem au-
geri, ac dolores intendi, ac materiæ inutilis affluxum ad extrinseca fieri, Ita & in interioribus quæ-
cunque non videntur, seruare eandem proportionis similitudinem concipiendum: adeo vt in la
terum & pulmonis inflammationibus, in accessionum quidem principijs tumores increscant, in
declinationibus autem euaporent ac submittantur. Forte autem quo pacto hoc accidat inueniẽ-
mus, si de inflammationis generatione, atque de rheumaticis vocatis dispositionibus, quæcunque
à nobis in alijs commentarijs sunt demonstrata, memoria repetemus: nam si, quod huius interest
loci, illis addatur, præsenti quæstioni satisfaciet. Qui igit̃ effluxus ad oculos commeat, oẽs conce-
dunt à capite destillare: quam vero ob causam statutis tẽporibus sæpius commeet, hoc dicere igno
rant, vt qui philosophati sint de potentijs naturalibus minus, de quibus nos tribus in libris sumus
complexi: In quibus quatuor esse numero demonstrauimus, à quibus & stirpes & animalia gu-
bernantur, vnam quidem similium attractoriam, alteram eorundem retentoriam, ac post has ter-
tiam alteratoriam, quartam preterea extraneorum expulsoriam. Duplex autem est in omnibus en
tibus extraneum, alterum nanq; ex sui qualitate, alterum quantitate. Hoc itaq; aceruari contingit
ob harum potentiarũ quæ in membris sitæ sunt, vigorem & imbecillitatem. Cùm enim æque va- G
lentes fuerint, & meatus per quos materia inutilis excernitur, secundũ naturam se habuerint, tũc
membra in sanitate consistunt: vbi vero plus assumptũ fuerit q̃ possit alterari, omne quod super-
fluũ est, à virtute expulsoria trusum, necessario excernitur: Quòd si imbecilla fuerit, in eodem resi-
det loco: ac si multum fuerit, grauat atq; extendit: si vero acre, exedit ac mordet: sicuti & quod ca-
lidũ est, calefacit: quod autem frigidũ, refrigerat. Hęc autem liquido in ventriculo apparent. Nam
quidam vbi aliquando cibum ampliorem assumpserint, ex nausea interdum coguntur euomere,
interdum vero profluuio corripiuntur. Quod igitur hîc per maiora ac laxiora spatia superfluum
excernitur extra, idem in alijs partibus animalis per tenuiora foramina non extra, sed ex alijs de-
fluit ad alias, cum fortiores à se quidem pellant, imbecilliores autem suscipiant: atque hæ rursus ad
alias: donec tandem in eas quæ imbecillissimæ sunt inter omnes, inciderit: hinc vero ad fortiores
relabi est impossibile. Idcirco in ijs quæ plethoræ. i. repletiones vocant̃, & in cacochymijs. i. humo
rũ vitijs, partes debiliores partim inflammationes patiuntur, partim erysipelata, aliæ herpetas, alię
aliud morbi sustinent genus: quædam illi affectui sunt obnoxiæ, qui rheumaticus à fluxionibus
appellat̃, de quo nos separato scripsimus loco. Nihil igitur mirum, vel cerebrum, vel vniuersum ali
quando caput, aceruatam in se superfluitatem ad partes imbecilliores expellere, veluti aures, ocu- H
los, tempora, labra, vel dentes, vel malas, vel palatum, vel gingiuas, ad gargareona, & paristhmia,
aut ad eos qui sunt in huiusmodi partibus adenas: & cùm nihil in istis imbecille constiterit, ad tho
racem, pulmonem, fauces, stomachum, ventriculum, fluxionem transmittit. Sicuti igitur caput ta
lium omniũ morborũ sæpius est causa, ita & eas quæ in hepate fiunt ac splene inflammationes, ali-
quæ partes vicinæ, vel etiam per Iouem ex remotioribus aliqua vna vel plures generat, auget, im-
mittit, ac per circuitum exacerbat. Neq; mirandum est similem eisdem contingere affectum, qua-
lis in excretionibus excrementorum ventris conspicitur. Sicuti igitur quisque quantum quaque
die excernitur, intuens, si causam excretionis ignoret, ordinem miraret̃: sic quencunq; latet super-
fluitatum in capite generationis atq; excretionis causa: & qua ratione non nullæ quidem ex ipsis
ad exteriora, non nullæ vero ad aliquem alium confluant locũ: hęret atq; miratur hanc confluxus
proportionem. Sic & quicunque non nouit, neque quæ partes materiam inutilem ad hepar trans
mittant: neque causam propter quam transmittant, intelligit: miratur in febribus quæ ex hepate
accenduntur, ordinis proportionem. At qui nescius non est primam inflammationis originem
ex fluxione in hepar incidente prouenisse: ac quod deinceps exacerbetur, causam in ipsa parte pa-
tiente consistere: mirari iam desinit. Duplex autem est huius fluxionis occasio, altera quã nuper
diximus,

A diximus, quando materia inutilis ad imbecilliores partes ab alijs detruditur: altera quando eadem attrahitur, de qua iam sermonem faciemus, sumpto hinc etiam ab illis initio, quæ omnibus sunt manifesta. Nam si cui inunxeris thapsian, huic haud ita multo post partem illam calidiorem atque in ampliorem tumorem elatam conspicies. Sic & si membrum aliquod iuxta ignem calefeceris: aut vehementiorem frictionem adhibueris: vel resina perungens vel pice mediocriter calida, dein de vniuersam paulo post auferas: siue quodcunq; calidum medicamen parti cuiq; applicaueris: in hisce omnibus membrum in tumorem videbis attolli, quoniam caliditas naturâ apta est fluxiones attrahere, aut easdem recipere. Neque enim præsentis est loci ista discutere, cùm quod proposito expedit nostro, etiam sine hac contemplatione habeamus. Illud enim compertum habetur, φ semper in corporibus plenis, aut in quibus inutilis materia redundat, magna portio ad eas defluit partes, quæ vehementius incaluerint: In ijs autem quæ superfluitatibus vacant, admodum pauca. Non parum vero & ad partes dolentes solet defluere. Sic igitur quispiam cui extremam partem digiti acus exigua pupugerit, statim indoluit, paulo post vero inflammaт atque in magnum tumorem pars omnis circunstans attollitur: in quibusdam vero sub alis bubones exurgunt, cùm rara ac spongiosa corpora, quæ Græci adenas appellant, ibidem aliquid fluxionis admittant: quibusdam B vero & in medio brachio hoc fieri conspicitur, cùm in eodem loco effatu dignus aden fuerit constitutus. Quod autem dicitur, apertissime cognosces, cùm vlcusculum aliquod paruum expers doloris atque inflammationis propè vnguem extiterit. Si enim negligatur, neque coalescat atque ad cicatricem perducatur, adnata deinde carne quæ ab vngue comprimitur, primum quidem ibidem dolor excitatur, deinde in toto digito, non nunquam vero vel manus vel pes ad magnam inflammationem effertur: vsqueadeo ob dolorem fluctionibus partes laborant. Non tamen huiusce rei causam hoc in loco aperire est necessarium: alibi enim opportunius dicta est, nihilq; ipsa ad præsentem considerationem egemus. Videntur itaque manifeste fluxionum causæ ex ipsis partibus fluxione laborantibus originem trahentes duæ esse, quarum altera est in eisdem accensa caliditas, altera dolor excitatus. Quòd autem vel minus vel plus, vel melius vel deterius influit, causa nō tm̄ in parte fluxionibus obnoxia consistit: sed, φ melius sit aut deterius, ex partibus mittentibus pendet: φ plus vel minus, tum ex ijs quæ mittunt, tum etiā ex ijs quæ recipiunt. Vehementiores siquidem calores atq; dolores attrahunt vehementius, minus autem debiliores. Sic & partes quæ superfluitatibus carent, parum quid trahentibus immittunt: quæ autem pleniores sunt, & materiæ inutilis copiam habent, tanto ingerunt amplius quanto plus à naturali modo recesserint. Hæ igitur C sunt fluxionum differentiæ, quæ sine partium quæ fluxiones admittunt, imbecillitate consistunt.

Aliæ vero & propter harum imbecillitatem, & propter earum robur quæ superfluitates trāsmittunt. Omnes enim quæ sine ictu aut contusione partibus adueniunt inflammationes, ex superfluitatibus quæ à membris fortioribus ad debiliora confluxerint, generantur. Statim vero inflammationes huiusmodi febres accendunt, qn̄ videlicet ob magnitudinem vel vicinitatem, earū caliditas ad cor vsq; peruenerit. Putrescunt igitur in inflammationibus oībus congestæ superfluitates, ob eas quas ante commemorauimus causas. Non æque tn̄ oēs putrescunt, cùm ex eis non nullæ quidem sint ex pituitæ speciebus, non nullæ atræ bilis, aliæ amaræ. Cùm vero putrescunt, calor præter naturam inflammatione patientem occupat partem: simul autem ab eadem præter naturam caliditate corripiuntur quæcunque proximæ partes, atque hæ rursus vicinitatis ratione sibi continuas calefaciunt, illæq; rursus alias, donec tandem per successionem ad cor vsque aliquādo caliditas permeet. Quis nam vero sit in partibus inflammationem patiētibus affectus, in libro de inæquali intemperatura monstrauimus, atque in altero qui de tumoribus præter naturam inscribitur: In hoc vero ostendemus, necessarium esse sanguinem in eisdem contētum vnà cum superfluitatibus influentibus plerunque putrescere. Quæ ab vna particula infertur ad aliā superfluitas, est adeo mul D ta aliquando ac vitiosa, vt recipientis particulæ potentiæ afferat detrimentum: non nunquam vero adeo mitis & pauca, vt suscipienti corpori nullam inferat noxam. Si igitur ita potētiam lęserit, vt iam dissoluatur, neque iam conuincere possit ea quæ prius conuincebat, tunc iam sanguini necessarium est putrefieri, idq; duplici ex causa: quia videlicet humor quem proprius calor non cōuincit, nil habet reliquum nisi vt ad putredinem trāseat: & quia cum superfluitatibus putrescentibus vnà putrefit. Quòd si non adeo potentiam lædat, vt iam dissoluta penitus quiescat, semiuitiatus ac semiputridus omnino in tali statu redditur sanguis, ex vicinitate quidem putrescentiū superfluitatum ad putredinem raptus, tantum vero in sua natura perseuerans, quātum in eius à qua exornatur potentiæ ratione consistit. Vtcunq; vero se res habet, qui in prima putredine calor accenditur, est quidem acrior atque mordacior eo, qui secundum naturam. Tantum vero augetur, quantum & superfluitatum natura suppeditat: hæ siquidem ad eum qui ab ipsis calor accenditur, ferè similem quandam habent rationem, quam & ligna ad ignem. Ex ipsis.n.lignis, dum alterantur, generatur ignis: non tamen in infinitum vsque tempus hęc ad alterationem sufficiunt, sed est quidam transmutationis terminus, cùm eò vsque possint exuri, donec aliquid natiui liquoris habuerint: qui vbi consumptus ex toto fuerit, tunc ardere iam desinunt, ac quæ reliquiæ supersunt, cineres appellantur. Et quidem eodem modo putrescētium humorum caliditas permanet, donec

omnino fuerint afflati. Parum autem reliquiarum terrestrium restare ex humoribus est verisimile, E non quemadmodum ex lignis plurimum, quoniam in eorum substantia humidum & nõ siccum præualet elementum: ita vt si aliquem ex exterioribus humoribus elixare volueris, veluti oleum vel vinum, minimum quid terrestre relinques, reliquum vero omne extenuatum in aerẽ ac vaporem resoluetur. Et quidem feruentibus ex putredine humoribus à caliditate extenuatis, eorũdem substantia, cum febres consistunt atq; declinãt, in ambientem aerem dissipatur, superfluitas autem vel exigua admodum remanet vel nulla: in crassioribus quidem humoribus pauca, in serosioribus autem nulla. Quòd si nullam imbecillitatem pars inflammata contraxerit, neq; iterum superfluitates immittantur, ægritudo finit, neq; deinceps aut sequenti, aut tertia, aut quarta die, homo febricitabit. Quòd si denuo eandem ob causam, ob quam primæ etiam missæ sunt, aliæ immittant superfluitates: aut si nec hæ quidem mittant, sola autem remaneat potentiæ imbecillitas: hominẽ secundo febricitare est necessarium. Subijciamus enim primum quidẽ validam esse particulæ potentiam: in tempore vero intermedio eisdem in partibus, quæ prius transmiserunt, aceruatas esse superfluitates & qualitate & quantitate pares ijs quas ab initio immiserunt: hoc vero in ijs accidet, in quibus eadem permanet immittentium partium dispositio, atq; eadem attracti ad eas alimẽti qualitas quantitas'ue seruatur. Est enim, vt arbitror, necessarium, cum & æquale scilicet & simi- F le ab eadem potentia alteretur, æquales etiam & similes fieri superfluitates: tempus quoq; in quo eadem aceruabunt, necessario erit æquale. Siquidem enutritæ partes, quousq; eandem seruauerint constitutionem, ab eodem nutrimento enutritæ, excrementa etiam tum quantitate æqualia, tũ qualitate similia, atq; eodem temporis statuto termino cumulabunt: Eodem præterea circuitu ad eas expellendas, atque ad imbecilliores partes detrudendas, mouebuntur: siquidem vis excretoria tũc primum ad suum opus excitatur, quando aut superfluitatum multitudine aggrauat, aut ex qualitate stimulatur. De hisce vero omnibus plenissime dictum est in commentarijs de potentijs naturalibus: in quibus exercitatum esse oportet quicunq; ea quæ in hoc loco dicuntur, cum demonstratione cupit ediscere: cùm magna quoq; eidem ex ea contemplatione ad curandi methodum præmia proponant. Nam vt reliqua omnia silentio prætercam, quæ à nobis in eodem tractatu dicent, de vno tantummodo quod magis in promptu est atq; à me sæpissime factum, habendo sermonẽ, eam quæ per circuitum accedit lippitudo, non paruum existimo fore incitamentum ijs, qui adituri sunt ad eam quam hoc loco docemus contemplationem addiscẽdam. Nos enim contra quàm illi qui se medicos oculares appellant, semper huiuscemodi affectus curauimus. Nam cum illi semper oculis negocium facesserent, nos aliquando purgatione, aliquando balneo, aliquãdo meri potu, vt in G quit Hippocrates, aliqñ missione sanguinis, non nunquã vero vtrisq;, vel clystere cum sanguinis missione vsi sumus. Vnde non nunquã statim sanitas est subsecuta, non nunquã vero post prouidentiam capiti adhibitam. Nam quicunq; ita curati sunt, vel nullam amplius, vel vnam tantummodo accessionem passi sunt, eandemq; minorem quàm prius. Sed de curandi quidem determinationibus notisq; non huius interest loci: Quòd vero contingat vniuersum aliquando caput quod nihil passum sit, sed sanguine tantummodo vitiato atque inutili nutriatur, plures quàm antea ac deteriores superfluitates colligere, adeo vt naturales effluxus atq; difflatus non sufficiant, quin necessariũ sit naturam ad imbecilliores partes excrementa detrudere: aut si humores quidem sani fuerint, ipsum vero caput male se habeat: aut vtraq; incommoda conueniant: superfluitates quidẽ aceruari, ad aliquod vero membrum irrumpere, præsens sermo indicare proposuit. Donec etenim & qui defluit humor similis fuerit atq; eadem dispositio capitis, tãdiu superfluitates & tempore equali, et similes atq; æquales aceruabunt, similesq; oculorum fient exacerbationes. Eodem pariter modo, si non caput vniuersum, sed aliqua eius pars vel membrana vel cerebrũ ita fuerit affecta, vt ex huiusmodi alimento talem ac tantam statuto tempore contrahat superfluitatem: ac deinde repellat, quàm primum ab ea effatu dignam senserit læsionem: tunc per circuitum exacerbari contingit vel ocu- H los, vel aures, vel membrum aliquod imbecillius, ad quod superfluitas detrudet. Sicuti igitur in oculis, & auribus, & pedibus, multisq; alijs huiusmodi partibus, quemadmodum ostensum est, per circuitum fieri exacerbatio manifeste deprehenditur: Quid mirum est in laterum, pulmonis, & cerebri inflammationibus, atque alijs omnibus, quæ oculis inspici nequeunt, eodem modo superfluitates defluere, eodemq; etiam febrem accendere? cùm tamen pars inflammata nullum præcipuum ex se gerat affectum, ex quo inflammatio oriatur, nisi quia partibus illis quæ superfluitates transmittunt, eo tempore sit imbecillior. Neque etiam illud mirandum, quòd non ijsdem statutis temporibus omnes superfluitates aggregentur. Quia enim nec qui pro alimento sanguis defertur, vsquequaque similis existit: nec partium, quæ ex eodem alimento nutriuntur, eadem existit dispositio: aliud alij sufficit tempus ad tantam superfluitatem aceruandam, qua primùm quidem membri læditur natura: cogitur autem, tanquam alienum, à se detrudere id quod infestat. Sed neque quòd non æqua sit accessionum longitudo, oportet admirari. Nam, si non eadem neque species neque multitudo superfluitatum, neque etiam omnibus æqualiter accendi aut dissolui conuenit: Quæ siquidem plura sunt ac frigidiora tenacioraq; & crassa, longiores faciunt accessiones: quæ autem pauciora ac calidiora & subtiliora, breuiores: cùm ad hæc etiam non parum & totius

6. Aph. 31. Ex. ord. 49. c

A. l. 4. f. 1. c. 2 1. 416. a

A & totius corporis fabrica,& potentiæ robur illo tempore conferat. Nam,si quod corpus rarius extiterit, breuiores sui ratione reddit accessiones: quod autem spissius, longiores: Et potentiæ quidem robur,minus diuturnos: imbecillitas autem,in longius tempus producit: nã quo potẽtia vegetior extiterit,eo promptius omne alienum à se ipsa repellit. Corporis autem raritas, quod per ipsum defertur,non retinet: quare necessarium est,vt qui ita fuerint affecti,si modo in cæteris paritas adsit,cito à superfluitatibus exonerent. Eadem ratione qui contrariũ corporis habitum sortiti sunt, ijs multo tardius superfluitates excerni est necessarium,cùm & potentia imbecilliter easdem superfluitates pellat: ac propter meatuum angustiam, quæcunque feruntur,retineantur. Cùm vero "hæc omnia simul conuenerint,aut longissima,aut breuissima fiet accessio: lõgissima quidem, ob materiæ inutilis multitudinem,crassitudinem,atque lentorem,potẽtię imbecillitatem, ac meatuum angustiam: breuissima autem,propter materiæ inutilis subtilitatem, paucitatem, & potẽtiæ vigorem,ac meatuum laxitatem. Eadem ratione,neque cur non nullæ quidem accessiones infebricitatione terminentur,aliquæ vero non,est difficile inuentu. Quando etenim prioris accessionis tempus adeo breue fuerit,vt antequam secunda superueniat,iam prima quieuerit, omne id tẽporis spatium,quod secundæ principium & primæ finem interiacet, sine febre est: Si vero secun-

l.4. f.1.t.2.c. 416.g

B da inuadere anticipauerit priusquam omnino prima soluatur,nullũ interuenit medium. Hoc igitũ, vt diximus,fit,cùm ea potentia,quæ est in membro superfluitates admittente, sibi ipsi similis manserit: hoc est cùm sanguinem in ipso contentum, quemadmodum antea, conuincit. Quòd si aliquando imbecillior reddatur,hoc quoque illi causam afferet,vt non modo materia inutilis,sed ipse præterea sanguis corrumpatur atque putrescat,ac febris accendatur: atque hinc aliud oriet̃ principium earum,quæ per circuitum fiunt accessionum. Si igitur antea dicta caliditas perseueret,duplex febrium se inuicem complectentium species cõsistet. Quòd si illa cessauerit, membri vero fluxionem recipientis dispositio remanserit,quæcunque de parte mittente prius exposuimus,eadem de hac quoque intelligantur: nã & ipsa aliquas in se superfluitates generabit,idq; duplici ratione, quemadmodum & illa,& quia vitiatum continet sanguinem,& qm̃ potentia est imbecillis. Eodẽ modo si ex aliqua quauis causa membri vis adeo debilitetur, vt is qui adiacet sanguis, illi potius onus sit quàm alimentum,illud eueniet vt corrumpatur: aut si calidior sit,facile putrefiat. Quòd si subfrigidus fuerit,& pituitæ naturam gerens,non subito,sed per tempus ad eandem veniet dispositionem. Et quidem cùm eas quæ in ipsa genitæ fuerint superfluitates,coquere nequierit quæcunque particula,aut ad aliam à se ipsa detrudere,tale sibi ipsi febricitandi principium constituet,qua-

C le ea quæ transmittit,alteri affert. Quòd vero aliò superfluitates detrudere nequeat,prima quidem causa in mittentis ac recipientis partis potentia cõsistit: altera vero in meatuum obstructionibus, quæ ex lentis ac crassis & multis humoribus fieri consueuerunt. Nihil igitur mirum, si absque eo quòd alterum alteri mittat superfluitates,quemadmodum oculis caput,ex ijs quæ in ipso membro remanserunt, ad eandem peruenit,ad quam id quod recipit materiam, extraneam dispositionem. Quæcunq; enim naturales meatus obstruxerint, hæc per tempus necessarium est putrefieri, ac superfluitatum multitudinem aceruandi causam afferre ei parti,quam euacuari ac pro consuetudine difflari vetuerint. Vnà igitur cum illis putrescunt & alia quæ postremo colligũtur, statimq; simul omnia in membro febrilem caliditatem accendunt. Sed & retro ostendimus, vbicunque accendit̃ atque augetur caliditas,istuc ab alijs partibus sanguinem solere confluere: quo vero tempore confluit,illas quidem refrigerari priuatas sanguine est necessarium,quod vero patit̃ membrum grauari ac distendi: ac sanguinem ipsum confluentem alterari,hoc quoq; duplici ex cã,& quia alijs quæ iam putrescunt superfluitatibus permiscetur, & quoniam intrusum difflari non potest: quo fit vt instar lignorum humidorum quæ pauca super flammã vniuersim proijciuntur, succendat̃: Atq; hoc tempus accessionis Principium nuncupatur. Cùm vero iam caliditas materiã conuicerit, tũc

D huiusmodi tempus & Augmentum & Ascensus vocatur: in hoc vero vsqueadeo calor auget̃, vt non modo locum exurat,qui est quodammodo putredinis focus,sed etiam cõtinuatim per totum corpus dispergatur. Ac,cum iam ad summum feruoris deuenerint humores accensi,id accessionis tempus, Consistentia appellatur: tunc vero vniuersum laborantis corpus igneum videtur,extensa per totum animalis corpus æqualiter caliditate. Hinc vero si humores fuerint tenuiores, potentia robusta,corpus rarum,maxima humorum putrescentium pars in sudorem resoluta euacuatur: si vero hi crassi fuerint,vis aũt expulsoria imbecillis,& viæ angustæ sint, nihil quidem defluit sensui manifestum,sed id solum quod ita est extenuatum,vt in subtilioris vaporis naturam transierit: tunc huiusmodi tempus Declinatio appellatur, quidam feruentium humorum difflatus existens.

Sed cum in parte remaneat affectus,necessarium est in ipsa superfluitatem aliam generari,cùm id quod denuo ad ipsam alimentum attrahitur,non totum exquisite conuincatur: quæ rursus,vt antea dictum est,à putridis superfluitatibus in parte relictis,ac proprio ex vitio,putredinis principiũ accipit: ac,cum satis caluerit,rursus ad ipsam influit quemadmodum antea ex alijs animalis partibus sanguis: Atq; eodem rursus modo principium,ascensus,cõsistentia,declinatio alterius fit accessionis: neq; hoc per circuitum desinit fieri,donec in prima particula superfluitates generãte ser

uatur affectus. Est vero duplex huiuscemodi affectus, alter quidem imbecillitas partis, ex qua fiūt E superfluitates: alter vero qui ex eisdem quotidie genitis aceruatur. Neque enim existimes in exterioribus istis vasis, in quibus elixatum obsonium nidorosum factum est, quandam relinqui dispositionem, nullam aūt in partibus in quibus humores putruerunt. Adhuc vero magis eam dispositionem impossibile est solui, quando vniuersum corpus multis vel vitiatis humoribus fuerit oppletum: ac multo etiā amplius, si his adiungatˀ omnium, per quos membri superfluitates excernuntur, meatuum adstrictio. Sicuti igitur sanitas subsequeretˀ, si & meatus essent aperti, ita vt in membro liberi transitus fierent, & potentia vegetior redderetur, emendareturq; affectus, atque vniuersum corpus neque multis neq; vitiosis humoribus grauaretur: donec vero hæc perdurauerint, circuitum quoque accessionum seruari est necessarium: Ita sane in mulieribus quoque accidit, nam & in his donec æquales ac similes menstruorum causæ fuerint, idem quoque eorum seruatˀ circuitus. De his vero vberius à nobis est scriptum in libro De rheumaticis dispositionibus: neq; nunc in eis probandis quę antea fuerunt demonstrata, tempus terere est necessarium: sed neq; capita earum rerum quæ huic loco conducunt, sunt prætereunda. Sunt aūt hæc cognitu vtilia, φ Non nullæ quidem partes ad alias fluxiones transmittunt, quemadmodum caput ad oculos: Non nullæ autem ab eisdem in seipsis genitis superfluitatibus principium febricitandi trahunt: Quodq; his omnibus superfluitatum putredo communis existit. Singulis autem proprium inest, huic quidē obstructio ac compactio vasorum ob humores viscidos vel crassos vel multos: alij vero meatuū constrictio, sensibilium scilicet vel insensibilium: alij autem omnia in toto ipsius corpore loca inania esse oppleta, ac præterea eam adesse multitudinem, quæ ad potentiam dicitur, quemadmodum in libro De multitudine ostendimus. Earum igitur febrium quæ per circuitum aliquem accessiones faciunt, nescio si qua est nobis causa prætermissa. Earum "autem quæ ordine carent, non nullę ex transmutatione humoris: non nullæ ob victus errorem, ad talem dispositionem deueniunt. Maxime igitur transmutatur atque in alteram naturam transit sanguis, cùm putrescit: nam vt ēt antea exposuimus, pars vna sanguinis fit flaua bilis, alia nigra. Quantum vero in ægrotantium corpore humores mutantur, tantum etiam accessionum circuitus: quare nihil ēt mirandum est, si in huiuscemodi mutationibus ordo accessionum euariet. Illa quoq; non parum est varietatis causa, quòd qui putrescere incipit humor in aliquo mēbro, alter existit: alter vero ex alijs defluit partibus, qui vel in ipsis solis continebatur, aut in vniuerso corpore animalis redundabat. Sic & quæcunq; circa victus rationem errata ab ægrotantibus fiunt, nihilo minus hæc circuituum ordinem euertūt. Quemadmodum enim ipsis quoq; sanis victus deprauatus ægrotandi affert occasionem, eodem, vt arbitror, modo vel etiam magis, in laborantibus ex erroribus admissis fiunt accessiones. Non solum igitur cùm iam ægrotant, sed eo etiam tempore quo ex morbo referuntur, quacunq; ex causa promptissime offenduntur. Quodcunque igitur offensionis genus effatu dignum interuenerit, vel circuitus anticipare, vel alios diuersæ naturæ à prioribus oriri, est necessarium: à quibus accessionum ordo peruertitur. Sæpius vero ob circuituum complicationem quæ à medicis ignoratur, videntur absque ordine accessiones in ægrotantibus fieri. Sed non ita re vera res se habet, quēadmodum videtur, sed tunc vere ordo euariatur, quando qui febrem faciunt humores, in alteram naturam transierint, aut in victu errare contigerit. Reliquum est id febrium genus, quę synochę vocantur, quarum vniuersum tempus vna accessio est: quæ vel semper in eodem vigore persistit, vel minuitur, vel augetur, donec iudicetur. Hæ vero ex tali causa ortum habent, qualem omnium febrium Praxagoras supposuit, humorum videlicet in caua vena 'putrefactionem. Quanquam absolutior ac verior sermo hunc in modum diceretur: Quæcunque per circuitus aliquos ægritudinum accessiones fiunt, ex membrorum dispositionibus ortum habent, quę scilicet mēbra vel mittunt, vel suscipiunt, vel generant, vel attrahunt superfluitates, eo quo nuper diximus modo.

Sed quæ "circuitum non habent, in his nulla est corporis pars quæ præcipue sit offensa: sed, qui in venis & arterijs omnibus continentur humores, atque hi præsertim qui in maximis atque plurimo calore abundantibus sunt, aut ob aliam quāuis causam quemadmodum in ephemeris, aut ob putrefactionem feruentes, febrem vnam accendunt synocham appellatam, quæ à principio vsque ad finem nullam habet intermissionem: ac tandiu perseuerat hominemq; deurit, donec qui ei causam afferunt humores, aut ex toto absumantur, aut coquantur, aut vtrunque patiantur.

Margin: E (line 1); F (beside "tem ab eisdem ... his om-"); A. l. 4. f. 1. t. 1 c. 1. 416. f (beside "Earum autem quæ ordine carent"); G (beside "Quemadmodum enim"); H A. l. 4. f. 1. t. 1. c. 1. 416. e (beside "Sed quæ circuitum non habent").

Galeni

GAL. DE INAEQVALI INTEMPERIE LIBER

Thoma Linacro Anglo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Omnes Modos docet quibus Inæqualis Intemperies & in Vniuerso corpore & in Aliqua animalis particula oritur.

Quot Modis Inæqualem Intemperiem fieri contingat. CAP. I.

INæqualis intemperies aliàs in toto animalis corpore fit, veluti in ea hydropis specie, quam Greci ἀνασάρκα vocant: & febribus ijs, quas ijdem hepialas appellant: fereq; reliquis omnibus, exceptis quas hecticas nominãt. Incidit autem & in vna qualibet parte, cùm ea vel œdemate, vel phlegmone, gangrena, erysipelate, cancro'ue est affecta: huc pertinet & qui elephas dicit, & phagedæna, & herpes. Verùm hæc oĩa cũ fluxione C consistunt. Absq; aũt materiæ affluxu † solis partiũ qualitatibus alterandis, inæquales intemperies fiunt, vtiq; refrigeratis ijs, aut deustis, aut immodice exercitatis, aut feriatis, aut aliquid id genus passis. Iã ex ijs quæ foris corpori occurrunt, † inęqualis intemperies gignitur, dum id vel frigefit, vel calefit, vel siccatᷓ, vel humectum redditur. Quippe hę simplices intemperies sunt, veluti in ijs, quæ de temperamentis scripsimus, est monstratum: compositæ ex ijs aliæ quatuor sunt, cùm corpus vel calefit simul & siccatur, vel calefit simul & humectatur, vel refrigeratᷓ simul & siccescit, vel refrigeratᷓ pariter & madescit. Quòd aũt eiusmodi intemperies ab æqualibus eo distent, quòd in omnibus intemperãter affecti corporis partibus æqualiter nõ insint, id clare liquet. Ergo quis sit omnis inæqualis intemperaturæ generandæ modus, in proposito libello statutum est exequi. Admonendi autem sumus, quo clarior nobis omnis disputatio sit, de omnibus corporis particulis, principio à maximis sumpto, quæ scilicet ne vulgo quidem sunt ignotæ: siquidem manus, & pedes, & ventrem, & thoracem, & caput, nemo est qui ignoret.

† dũ solis qualitatibus alterantur particulæ.

† inæquales itẽperies plures gignuntur.

Particularum Corporis Diuisio, & Libri Propositum. CAP. 2.

DIuidamus autem earum rursus vnamquanq; in proximas sui, quæ προσεχῆ græce dicuntur, D particulas. Verbi gratia, crus in femur, tibiam, & pedem: Item manum, in brachium, cubitũ, & summam manum. Iam summæ manus ipsius propriæ particulæ sunt carpus, metacarpiũ, & digiti. Digitorum vero particulæ sunt, ossa, cartilago, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro, tẽdo, vnguis, cutis, adeps. Has autem diuisisse in aliam speciem non est, sed sunt similares ac primæ, exceptis tamen arterijs & venis: Hæ nanq; ex fibris & membranis sunt conditæ, veluti in tractandæ dissectionis ratione est traditum. Quin etiam complura esse spatia inter ipsas primas & similares particulas, atque ijs etiam plura maioraq; inter ipsas instrumentales & compositas, aliqua vero & in vna qualibet similari particula veluti osse cuteq;, hæc quoq; omnia in ijs, quæ de administrandis dissectionibus scripsimus, sunt prodita. Ac quæ mollia quidem sunt corpora, ea qm̃ sibi inuicem incumbunt, interposita spatia latere conspectum faciunt: Quę dura siccaq; sunt, in ijs cernere spatia licet, sicuti ossium cauernulas. Continent hæ naturaliter multum in sese humoris, huiusq; crassi & albi, in id comparati vt ossa nutriat. Quę in cute foramina sunt, ea qua ratione fiant, in ijs quæ de temperamentis præcepimus, est dictum. Atque hæc monuisse necessarium erat claritatis causa eorum, quæ à nobis deinceps sunt dicenda. De inæquali vero intemperie nunc agẽdũ, tum quæ'nam eius natura sit, tum quot eius generandæ modi. Ergo ꝙ in omnibus particulis corporis quod ita est affectum, vnica¦temperies non sit, prius est dictum, verum id commune omnis

intemperamenti inęqualis est. Differentię eius, ipsam corporum affectorum sequuntur naturam, E cum aliter simplex caro, aliter vniuersus musculus, † impari temperamento sit affectus.

† in inæquale peruenit temperamentum.

Quo pacto Inflammatio in Aliqua Particula oriatur & finiatur. CAP. 3.

QVippe calida fluxio, vbi in musculum procubuit, primùm maiores arterię venæq; opplentur ac distenduntur, ab ijs minores: atque ita res procedit, donec ad minimas sit peruentum. In ijs vbi valenter impacta fluxio est, nec amplius contineri põt, partim eius per ipsarum ora, partim per tunicas colatum foras trãsmittit: tum vero spatia ipsa vacua, quæ inter prima sunt corpora, fluxione implentur. Sic omnia ab humore, omniq; ex parte incalescunt, ac perfundũtur. Ea sunt nerui, ligamenta, membranæ, caro ipsa: anteq; hæc arteriæ & venæ, quæ scilicet & primæ & præter cætera vario dolore afficiunt. Quippe interius à fluxione tum excalfiunt, tum distendũtur, ac diuellunt: exterius non modo excalfiunt, sed etiam premuntur, ac degrauant. Reliquæ particulæ aliæ incalescendo solum vel comprimendo, aliæ vtroq; genere laborant, appellaturq; morbus ipse Phlegmone: Est aũt iæqualis intemperies musculi: Feruet enim iã qui in eo est sanguis: is secum excalfacit primum quidem ac maxime arteriarum & venarũ tunicas, mox vero oĩa quæ extra has sunt, quibus scilicet circunfunditur. Ita duorum alterum necesse est sequi, vt si fluxio vicerit, corruptio sequatur victorum corporum: sin fluxio sit victa, vt musculus ad naturalem statũ re F deat. Esto igitur prius victa fluxio (rectius enim à melioribus incipitur) duplex hîc incidit curationis genus, quod vel digeretur quicquid humoris in particulam procubuit, vel concoquetur: verũ digestio optanda maxime curatio est. Concoctionem hæc duo necessario sequuntur, puris generatio, & eius in aliquod spatium abscessio. Abscedit aliquando in capacitatũ, quæ propinquæ sunt, tum maximam tum minime momentaneam, quod sanè abscessionis genus optimum est: Aliàs in non momentaneam quidem, non tamen maximam: Interim in maximã, non tamen non momentaneam. Ac quæ in ventriculum incidunt abscessionum, optima est quæ in sinum eius internum abijt, in quem etiam plerunq; se aperiunt: mala vero, quæ sub peritonæum. Pari modo in ijs quæ circa cerebrum existunt, bona est, quæ in priores eius vẽtriculos abscedit: mala, quæ sub inuolucra eius, item, quæ in posticum eius ventrem se recipit. ¦Qui vero circa costas abscessus colligunt, hi in capacitates erumpunt thoracis: Ac musculorum quidem abscessus, sub cutem: viscerum vero vel in arterias & venas quas in se continent, vel in membranam qua operiũtur, quæ ipsis pro cute est. At si victæ à fluxione particulæ fuerint, in tantam deueniẽt intemperiem, vt inde tum earũ pereat actio, tum ipsę spatio corrumpant. Porrò desinent tum primum dolere, cùm mutatrici qualitati fuerint adsimilatæ: non enim cum mutata particularum temperies iam est, siue (vt sic loquar) in G ipso mutatum esse, dolent, sed dum mutantur, siue in ipsa mutatione: quemadmodum mirus dixit Hippocrates, ‖ Dum alterascit ac corrumpit natura, dolores fiunt. Alteratur autem ac corrumpitur cuiusq; natura, cum vel calefit, vel frigefit, vel siccatur, vel humefit, vel eius vnitas dissoluitur: in ijs quidem intemperamentis, quæ inæqualia sunt, ex calefaciendo vel ex frigefaciendo potissimum, quippe cum efficacissimæ qualitates hæ sint: secundo loco è siccando vel humectando: ex esuriendo vero vel sitiendo, deficiente hîc humida, illic sicca substantia: ex vulnerando, & erodendo, & tendendo, & premendo, & conuellendo, vnitate ipsa soluenda.

In lib. de Locis in homine.

De Ortu Inæqualis Intemperiei in Vniuerso corpore animalis. CAP. 4.

ERgo si calor sanguinis in particula, quæ phlegmone laborat, mitis est, tum qui in toto animalis est corpore mediocriter attemperatus, non facilè vnà cum afflicta particula calefit: Sin vel ille feruet vehemẽtius, vel qui per totum spargitur animal, biliosus est, ilico totus ad calorẽ vertit: Multo vero magis sicubi ambo concurrunt, vt & qui in phlegmone habet, admodum calidus sit, & qui in toto est animante, biliosus. Porrò calefit primùm qui in arterijs est sanguis, quod scilicet is tum natura calidior, tum vero magis spirituosus sit: post hunc vero ẽt qui in venis est. Quòd si propinqua visceri, cui plurimus sit sanguis, obsessa phlegmone particula fuerit, iam celerius cum hoc H vniuersus qui ĩ animali est sanguis, calore afficit. Vnoq; verbo, quicquid ex facili alterabile est, aut calidum natura, id à quouis calefaciente primum excalfit. Nõ secus & ab eo quod frigefacit, quicquid facile alteratu est, vel natura frigidum, id primũ refrigerat. Ac promptus quidẽ ad alterandũ spiritus est, vtpote ex tenuissimis constans partibus. Calidissima natura est flaua bilis, at frigidissima pituita est. Reliquorum humorum sanguis, post flauam bilem maxime est calidus, sicut nigra bilis post pituitã est frigida. Quin etiam alterat flaua bilis leui momentò, ex quouis in eam agẽte: nigra ægre alterascit. In summa quicquid tenuium est partiũ, id prompte alterat: contra cui crassę sunt partes, ægre. Ita necesse est, multifariæ phlegmonis alterationes incidant, propterea quod multifariã affecta sunt corpora. Principio nanq; succus qui phlegmonem excitat, magis minus'ue calidus est: Deinde succi putrefactio, pro ipsius natura respondet: Nõ minimũ certe, prout is magis minus'ue est impactus: quippe quę perspiratu carent, celerius putrescunt, veluti & in externis accidit omnibus: Cæterũ cùm calida tẽperie sunt & humida, tum vtiq; potissimum. Iam ipsa phlegmone laborans particula, vel propè, vel longè sita est à multi sanguinis visceribus: totusq; sanguis vel biliosus est, vel melancholicus, vel pituitosus, vel spirituosus, atq; hæc oĩa magis minusq;. Quare necesse est multiformes fieri alterationes, siue alterum alteri sit collatum, siue idem sibi.

Vsquequo

A *Vsquequo Inæqualis Intemperies, in Febribus intelligitur.* CAP. 5.

Fiunt hæ oẽs inæquales corporis intẽperies, maxime quidẽ inflãmato eo qui in phlegmone eſt ſanguine, deinde eo qui in viſceribus habet & corde: atq; huius maxime eo qui ĩ ſiniſtro eius ſinu eſt: In quẽ (ſicut in opere de vſurpandis manu diſſectionibus eſt dictũ) ſi viuo ẽt animante, nec adhuc febre tentato, dimittere digitũ velis, vehementiſſimũ deprehẽdes calorem. Quo magis veriſimile eſt, vbi totũ corpus pter naturã incaleſcit, hunc maxime ſinum ad ſummũ peruenire caloris, quippe cũ tenuiſſimũ maximeq; ſpirituoſum ſanguinẽ habeat, ac moueat perpetuo. Cęterũ in febribus id genus omnibus, calefit quidẽ ſanguis aliqñ vniuerſus, quicunq; calorẽ illũ pręter naturã, qui ex humoris putreſcentia eſt obortus, concepit: non tñ aut arteriarũ venarum'ue tunicæ, aut aliud vllũ circũiacentiũ corporum prorſus iam tẽperamentum ſuũ mutauit, ſed adhuc mutat atq; alterat incaleſcens, ſiue vt ſic loquar, calefiens. Quo'd ſi longiore tempore hoc patit, etiam vincet aliqñ: prorſuſq; mutabit ita, vt non amplius calefiat, ſed iam ſit pręter naturã calefactũ. Porro' terminus mutationis eſt, cuiuſque particulæ functionis læſio: Ad quem vſq; terminum vniuerſa alterationis latitudo, via eſt in id quod præter naturam eſt, veluti miſtum cõeq; ac mediũ quiddam ex contrarijs vtriſq; compoſitũ, ipſo naturali prorſus affectu & eo qui iam plane' eſt præter natu-

B ram. Ergo toto hoc tempore corpus incaleſcens, pro modo alterationis ẽt ad portionẽ ſentit dolorem. Cum vero oẽs corporis ſolidæ particulę excalfactę ad abſolutionẽ iam ſunt, eiuſmodi febrem hecticã Græci vocant, ceu non amplius iam in humoribus & ſpiritu ſolũ, ſed & in corporibus ijs, q̃ habitus rõem habent, cõprehenſam. Hęc doloris eſt expers, putantq; qui ea febricitant, oĩno ſe

14.fi.t.3.e. 432.b febre carere: neq; enim "ſentiunt eius calorẽ, oĩbus.ſ.eorũ partibus æque percalfactis. Sed & conuenit de his inter naturales ſcientiæ profeſſores in ijs, quę de ſenſibus produnt: Neq;.n. citra alterationẽ eſt ſenſus: neq; in ijs quæ iã ad perfectionẽ ſunt alterata, dolor. Itaq; ẽt hecticæ febres oẽs, tũ ſine dolore ſunt, tũ nec ſenſu ab ijs qui ipſis laborãt, perceptæ: nõ.n. ex eorũ particulis hæc agit hæc patit, cum oẽs inter ſe iam ſimiles ſint redditæ, ac vnicam habeant conſentientem temperiem.

Non Quamlibet Alterationem ad Inæqualem Intemperiem producendam ſufficere. CAP. 6.

Quo'd ſi alia earum calidior eſt alia frigidior, at certe eatenus eſt frigidior, vt vicinam nihil offendat: alioqui, ſi..ſ. partes quæ pro naturæ modo ſe habent, mutuo ſe offenderẽt, vtpote quæ ſic quidẽ tẽperamentis diſſideant: caro nanq; calida particula eſt, os frigidum. Cæterum tã harũ partiũ q̃ reliquarum oĩum indolens inæqualitas eſt, modi exceſſus merito. Sic nãq; neq; aer qui nos ambit, prius offendit, q̃ ad immodicum calorem frigus'ue eſt immutatus: cuius

C alioqui quæ in medio ſunt differentias, tametſi numeroſas ac manifeſtũ exceſſum inter ſe habẽtes, citra noxam ſentimus. †Ex his ergo fortaſſe nec illud durius dici videat, quod Hippocrates alicubi ait, ‖Omnem morbum vlcus eſſe: quippe vlcus vnitatis eſt diuiſio. Immodicus vero calor ac frigus proxime accedunt, vt vnitatẽ ſoluant: plurimus quidẽ calor, dũ ſegregat ac incidit ſubſtantiæ continuitatem: ſummum vero frigus, tum ſtipando, tum introrſus pariter trudendo, quædam exprimit, quædã quaſſat. Atque hunc quiſpiam immodici caloris ac frigoris terminũ ſtatuẽs, fortaſſe non incommode ſentiat. Seu vero is, ſeu alius immodici exceſſus terminus eſt, certe conſiſtere omnẽ immoderatũ exceſſum in habitudine ad aliquid, iam liquet. Non.n. pari rõne a' calidis frigidiſq; afficit oẽ corpus: indeq; fit, vt aliqua animaliũ conuenientes inter ſe ſuccos hẽant: aliqua nõ ſolum non conuenientes, ſed ẽt qui ſe mutuo corrũpant: veluti homo atq; vipera, quorũ vtriuſq; ſaliua alteri eſt pernicies. Ita vtiq; & ſcorpium necaueris, ſi ieiunus illi inſpueris. At non homo hominem morſu interimit, nec vipera viperam, nec aſpis aſpidem: Siquidem quod ſimile eſt, id congruum amicumq; eſt: quod contrariũ eſt, inimicũ ac noxiũ: Augetur.n. quidq; ac nutrit a' ſimilibus: perimitur ac corrumpit a' contrarijs. Itaque ẽt ſanitatis tutela, per ſimilia perficit: morborum

Ibidem. ſublatio, per contraria. Veru'm de his alius eſt ſermo. Hecticam "vero febrem quę iam habitũ cor

D poris occupauit, minime ſentit qui ea laborat: Reliquarũ febriũ nulla eſt quæ non a' laborãte ſentiat: ſed aliæ magis, aliæ minus ægrotanti ſunt graues. Sunt ex ijs & quæ rigorẽ ingerant: fit.n. id quoque ſymptoma, veluti alia multa, ab inæquali intẽperie. Rõnem tñ generandi eius in propoſito libro tradere non eſt, priuſq; de naturalibus facultatibus demonſtratũ fuerit, quot hæ qualeſq; ſint, tum quid agere quæq; ſit nata. Verũ in libris de ſymptomatum cauſis, de omnibus agetur.

† Clarius. Vnde ex his periclitatur et oratio illa habere æquitatem (ut alicubi et Hippocrates ait) q̃ dicit, oẽm et c.

In libro de Fracturis cõ.3.t 34. 7ª.246.d

De Reliquis Cauſis Intemperiei Inæqualis, Quæ fit in corpore Vniuerſo. CAP. 7.

Sed reuertor ad inæqualis intemperamẽti differentias: nã queadmodũ ex phlegmone febris naſcatur, tum q; phlegmone omnis ac febris oĩs præter hecticas, ex morbis ſint, quibus inęqualis ſit intẽperies, dictũ iam eſt. Porro' accendi febrẽ & citra phlegmonẽ ex ſolis humoribus putreſcẽtibus licet. Neq;.n. ea ſolũ q̃ inculcata ſunt & perſpiratu prohibita, putreſcũt, verũ celerrime ea maximeq;: cæterũ putreſcunt & alia multa, q̃ putredini ſunt opportuna. Dicet vero de horũ opportunitate alio loco. Iam alio quoq; genere inæqualis oriri intẽperies in toto corpore põt, modo fuliginoſo vapore detento: modo exercitationibus & pluſculis laboribus calore adaucto: modo ab ira cũ ſanguis imoderatius feruet: mõ cũ ex deuſtione quauis externa incaleſcit. Porro' q; ẽt in his oĩbus febribus, non ſecus qua'm in ijs q̃ ex phlegmonis fiant, ſupra eſt dictũ, tũ pro viribus effectricis cauſæ, tũ pro corpis ipſius affectu, alij magis febricitẽt, alij minus, a'ij haudquaq̃, apertũ eſſe ar

bitror: Æque vero & ꝙ intemperies ipsa non nunquã spirituosam tantum inuadit substantiam, E non nunquam ipsos etiam succos, clarum id quoque reor: Sed nec minus illud, ꝙ omnibus huius modi febribus, si traxerint, hectica superueniet. Iamq; sermo noster propemodum ostendit, inæqualem hanc intemperiem aliquando ex calida frigida'ue substantia, quæ in particulã aliquam in fluat, accidere, veluti in ijs fiebat, quos phlegmone infestat: sæpe non ita, sed ipsa corporis temperie in qualitate mutata. Tum ꝙ alterantium eam, quædam ortum habẽt ab ipso corpore, quædam extrinsecus: vtiq; cùm ex putredine tantum aliqua vel phlegmone excitatur febris, ab ipso corpore: cùm ab vstione vel exercitatione, extrinsecus. Dicetur autem & de his fusius in morborũ causis. Tanquam autem ex deustione accenditur febris, alterato videlicet corporis temperamẽto: itidem non nulli sæpe ex frigore refrigerati toto corpore vehementer sunt, aliqui vero etiam perierunt. Iam ꝙ hi omnes etiam doleant, ne id quidem latet.

De Intemperie Inæquali, In qua Calor & Frigus simul sentiuntur. CAP. 8.

PORro dolent & qui ex rigore ingenti vehementer perfrigerati, celeriter sese excalfacere properarunt: multiq; eorum cum subito ac simul manus igni admouerunt, ingentem circa vnguium radicem sentiunt dolorem. Et quisquam, cum tam luculenter videat intemperiem inęqualem doloris esse causam, etiam de internis doloribus dubitet aut mireẽ, quo pacto citra phlegmonẽ F subinde vel laxiore intestino quod colon Græci vocant, vel dentibus, vel alia quauis particula homines doleant? Nam neque talium vllum mirabile est, nec quemadmodum simul rigeant & febricitent ęgrotantium aliqui. Quippe, "si pituitosus succus qui frigidus est, quemq; Praxagoras vitreum appellat, & amara bilis quæ calida est, simul abundent ac per sensibilia membra moueãtur, nihil miri est vtrunq; à cubante pari modo sentiri. Neque enim si hominem sub Sole feruido statuas, & aquam illi frigidam infundas, fieri potest, vt non simul & à Sole calorem, & ab aqua frigus sentiat. Verum hoc casu ambo extrinsecus sunt, nec paruis portionibus incidũt: in febribus vero, quas hepialas vocãt, tum ab interno, tum exiguis portionibus: eoq; vniuersum corpus ambo sentire videtur. Cùm enim tenuissimis portiunculis aspersum per corpus tum calidum sit tum frigidum, nullam sensilem alterius portiunculam ita paruam desumas, in qua non alterum sit comprehensum. In ipsa tamen accessionis inuasione, aliqui febricitantium tum rigent, tum vero febricitant: tum ambo sentiunt, frigus immodicum, & calorem vnà, verum non eodem loco: quippe cũ possint quæ excalfactæ sunt partes, manifeste à refrigeratis discernere, nam intus & in ipsis visceribus calorem sentiunt, in externis partibus vniuersis frigus. Tales perpetuo febres sunt, & quæ græce lipyriæ vocantur: pręterea quoddam ardentium febrium perniciosum genus. Quod igitur G in his, maioribus portionibus accidit, hoc in hepialis contingit minutis: Inęqualis nanq; est & harum febrium intemperies, sed nec minus reliquarum omnium, exceptis tamen hecticis. Quin etiã ijs qui rigent, nec tamen febricitant, inæquale temperamentum est: Rarum tamen est id symptoma: cæterum incidit tum mulieribus, tum quibusdam aliqñ viris. Debet autem omnino deses pręcessisse vita: aut certe ciborum copiam lõgiore spatio homo sumpsisse, ex quibus tardus, frigidus, crudus, & pituitosus nascatur succus, qualem.s. Praxagoras vitreum existimat. Porrò antiquitus nemo (vt videtur) ita est affectus, vt qui nec adeo ociosi, nec in victus saturitate viuerent: Indeq; factum est, vt scripserint antiqui medici, "Rigori febrem necessario superuenire. Veruntamẽ tum nos ipsi, tum alij iuniorum medicorum non pauci, sæpenumero vidimus rigorem, quem nulla secuta sit febris. Porrò componitur ex hac intemperie, & ea quæ febricitantium est, hepialus: appello ita febrem illam, cui ambo semper accidunt: At in qua rigor quidem præcedit, febris vero sequitur, veluti in tertianis & quartanis, hanc hepialum non voco. Ita ex duplici inæquali intẽperie hepialus componitur, et iam aliæ febres, præter hecticas, ferè omnes.

A.l.4.f.r.t.2 6.418.a

* Al. sitiunt.

Lib. 1. de Morbis.

De Intemperie Inæquali Particularum, quæ Tumore aliquo præter naturam correptæ sunt. CAP. 9. H

SImili genere qui particulæ alicuius cum tumore morbi sunt, hi quoq; oẽs perinde ac phlegmone, cum intemperamento inæquali consistunt, Cancer, Erysipelas, Carbũculus, Herpes, Oedema, Phagedæna, Gangræna: quippe cõe his omnibus est, vt ex fluxione humorum sint orta. Dissident in eo, ꝙ alij ex pituitoso, alij ex bilioso, vel melancholico succo: alij ex sanguine vel calido, & tenui & bulliente, vel frigido & crasso, vel alio quopiam genere affecto, fiant: declarabitur enim alio loco de horum membratim differentia diligenter. Quod ad propositam disceptationem pertinet, hoc tantum dixisse abunde est, ꝙ qualiscunq; est fluxio, eadem ratione quenque prędictorum affectuum creat, qua prius ex calida & sanguinea phlegmonem gigni monstrauimus. Sed nõ minus etiam similarium ac simplicium primorumq; in ijs corporum singula, sic à fluxione affecta, ad inæqualem intemperiem deuenient: cæterum extrinsecus pro rheumatis ratione calfacta, refrigerata, siccata, vel humectata: ad profundum vsque non dum similiter affecta. Quod si tota per tota mutata alterataq; sint, fiunt quidem ilico à dolore libera: in difficiliori tamen sic constituta sunt statu. Hæc prænouisse ijs, qui opus de medicamentis sunt percepturi, & post id medendi methodũ, abunde mihi satis videtur.

Galeni

GALENI DE MARCORE LIBER.

Augustino Gadaldino Mutinensi medico interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quot Genera Marcorum, Qui curari nequeant: ac Qualis Curatio ijs qui sanari possunt adhibenda.

Quid & Quotuplex sit Marcor: ac Quæ eius Causa potissima. CAP. I.

l.4.f.1.2.3.c. 433.E

Arcor," quem marasmum Græci vocant, corruptio est viuentis corporis ex siccitate. Sed cùm bifariam corruptio dicatur, altera quæ fit, altera quæ facta est, in priori certe significato appellatio sumenda est: Ita quoq; & ipse marcor, alter à marcuisse, à marcescere alter, de quo nunc sermo habetur, dici potest. Cùm autẽ marcor (vt diximus) sit viuentis corporis corruptio: triaq; sint viuentium genera, animalia, stirpes, ac semina, & ob hæc etiã fructus: horum proprie marcor affectus esse di-
C citur: Per translationem vero alias etiam quæ ex siccitate proueniunt corruptiones, marcorem nuncupant, vt & ad ignem, multoq; adhuc longius, ad omnia quę paulatim corrumpuntur, nomen hoc traducãt. At vero nos non de vllo aliorum, quę haud proprie marcescere dicuntur, sed de eo duntaxat, quẽ diffiniuimus marcore, pręcipueq; cùm in animalis fit corpore, dicere nunc statuimus: communitatem tamen disputatio hæc cum stirpibus necessariò obtinebit. Cùm igitur quatuor modis simplicibus ac primis viuentia omnia corrumpantur, quod & eorum substantiæ quatuor sint elementa, marcescere ea dicimus, quæ ob siccitatem corrumpuntur. Quę si hoc ipsum solum habeant, vt siccentur, altera elementorum oppositione, quæ est caloris & frigoris, intra proprios terminos manente, simplex is marcor est: si vero siccitati caliditas vel frigiditas immodica adiungatur, compositus iam duplexq; tunc corruptionis erit modus. Simplex igitur marcor ob inediam fieri videtur, vbi quis vel ex electione famem tolerat, vel præ ciborum inopia fame conficitur: Qui autem
.ibidem. cum" frigiditate coniunctus est, tum senescentibus euenit: tum ijs etiam, qui ex quodam morbo in similem senectuti affectionẽ incurrunt: At qui adiunctam habet caliditatem, in aliquibus hecticis febribus fieri conspicitur. In stirpibus porrò tum totum ipsum corpus, tum singulas earum
D particulas, vbi præ siccitate fiant corruptiones, marcescere dicimus. Non ita tamẽ in animalibus, sed totum quidem corpus dicimus marcescere, de nulla vero sigillatim particula nomen hoc consueuimus proferre: Præsensq; nobis sermo haudquaquam de eis quæ ob aliquod symptoma siccãtur, particulis, institutus est, sed cùm totum adeo sic affectum fuerit corpus. Iam igitur si totius corporis affectus est marcor, illud etiam nobis perspicuum est, nũquam ipsum fieri posse nisi animalis principium affectum fuerit. Quin etiam fieri nullo modo potest, vt alius quidẽ in toto animali sit affectus, alius autem principium occuparit: Quare cordis corpus siccari marcescẽtibus est necesse. Ergo si causas omnes inuenerimus, à quibus cor solet exiccari, non ignorabimus etiam, vtrum marcescentes omnes insanabiles sint, an vero ex ipsis non nulli sanari possint.

Senectutem esse Ineuitabilem: ac De cuiusdam Sophistæ fatuitate, qui Immortales se Homines redditurum pollicitabatur. CAP. 2.

SAtius igitur fortasse hoc in loco fuerit disputationem ad principium reducere. Sanè optimũ erit principium, si senectutis causa cognoscatur, cùm ex marcoribus hic vnus videatur maxime esse ineuitabilis, vt etiam secundum naturam esse existimetur: Singula vero naturæ opera ineuitabilia sunt, generationisq; ordinem necessarium habent. Sed & huic ipsi vnum aliud præmittendum est, vt. s. dictionis huius / secundum naturam / significata cognoscamus. Neque enim

profectò

profectò eodem dicimus modo secundum naturam esse senectutem, quo nutriri ac augeri: quippe cùm hęc naturę sint opera, senectus vero non opus, sed affectus necessariò consequens. Nullũ siquidẽ, qđ genitũ sit animal, ἀγηρων id est insenescibile senij've expers visum est. Ideoq; nõ nulli senium secundum naturam esse dixerunt, q omnia quæ à natura dispẽsantur, necessariò consequatur. Itaque si senectutem esse secundum naturam in hac capiatur significatione, alia deinceps huius dictionis significata, de quibus male quidã (vt alibi ostendimus) opinati sunt, inuestigare non erit necessarium, nullaq; amplius in oratione supererit dubitatio. Nam si intelligunt, quo nunc dictum est modo, verum sanè est senectutem secundum naturam esse, ac ineuitabilem, siquidem necessariò naturæ opera consequitur. Quanquam nostro hoc sæculo philosophus quidam librum conscripsit, in quo, quo'nam quis modo possit senij expers perpetuo permanere, ostendit. Ædidit porrò hunc librum, cùm annum adhuc quadragesimum ageret: ætate vero vsque ad octogesimum annum peruenit: atq; gracilis adeo siccusq; euaserat, vt præclare illud Hippocratis dictũ in prognosticis, in eum quadrare posset: ‖ Nares acutæ, collapsa tempora, oculi cõcaui, frigidæ contractæq; aures, & imis partibus leniter versæ, cutis circa frontem dura & intenta ac arida. Cùm igitur aspectu talis iam redditus irrideretur, quando alios conabatur docere, vt quis senij expers permanere posset, posteriorem de admirabili ageralia (quasi insenescentiam dixeris) æditionem tradidit, sic enim illam eo volumine appellabat: ostendens non quemlibet senij expertem permanere posse, sed ad hoc natura opus esse accommoda, præcipueq; si prima educatio proba iecerit fundamenta. Pollicitabaturq; se infantium, qui ad hoc idonei essent, corpora redditurum immortalia, vbi ipse eorum curæ statim ab initio pręficeretur: minimeq; eius reprehendi poterat pollicitatio, cùm illi prius moriendum erat, q̃ quos suscepisset pueros, viri euasissent. Summam igitur eius stultitiam cæteri omnes contempsere: ego vero nequaquam, sciens pleraq; etiam alia decreta ijs, quæ per experientiam cognita sunt, aduersantia, rationales multos viros enunciasse, rationũ probabilitate deceptos. Neq; hoc igitur quantum ad rationem attinet, mirum est. Illud enim, Corrumpetur omnino quodcunq; genitum est, nec eam quæ scientiam efficit, consecutionem habet, nec necessariam, sed quæ vsque ad id, quod probabile est, procedit, quemadmodum in commentarijs de demonstratione nobis demonstratum est. Quanquam hac vtuntur ratione ferè omnes, qui senescere animalibus necessarium esse ostendunt, id ipsum esse viam dicentes ad corruptionẽ, necessariò omnibus generatis consequentem. Hactenus igitur ex experientia sola senium necessarium est, ac secundum naturam, quemadmodum sanè & ipsa mors: quæ nec ipsa demonstrata est ab ijs, qui prompte enunciant ac dicunt, quicquid genitum est, id omnino etiam necessariò interiturum. Etenim sophistarum mos est contra experientiam dicere: quod & ille arbitror fecit, qui animal omne ex agendorum ignoratione interire senescereq; asseruit.

in Prog cõ. 1. t. 6 & 7. 4ª. 191. a.b

E F G

Refellit Opinionem eorum qui Calorem Innatum Flammæ comparantes, ita ab eo corpora, sicuti à flamma ligna, absumi dicunt. CAP. 3.

QVapropter fortasse melius erit, vt nos quæ'nam causa sit inuestigemus, ob quam tum animalia, tum stirpes singulæ senescunt, cernimus siquidem tum ea exiccari, tum eiusmodi affectum illis esse senium: quamuis nonnulli aliter opinati fuerint, asseruerintq; frigidos humidosq; esse senes: eorum tñ deceptionis causam in libris de temperamentis ostendimus. Nunquid igitur ob id (vt à quibusdã dicitur) exiccantur animalia, q innatus sibi ipsis calor, veluti quidam ignis existens, incrementum ex qua accenditur materia, sumit? huic enim inditus est, ab hac nũquam separari potest, ex hac deniq; omnia habet. Nuper ergo nata animalia, quemadmodum & ipsæ etiam stirpes, vniuersa sunt humida: ideoq; calor humiditatis copia tunc veluti suffocatus, vix se ipsum attollit, vt qui nebulosus, tardus, & ad motum difficilis existat: Temporis autem progressu, humiditatem illam superat, ac omni materia euadit superior: iamq; non nebulosus, turbulentusq;, nec fumosus, sed purus & æthereus redditus, suos ipsius motus vniuersos libere commonstrat. Et, vt breuiter totam rem complectar, Sicuti flammæ, vbi in humida inciderint ligna, principio quidem opprimũtur, ac veluti suffocantur, quòd paruæ admodum imbecillæq; sint: temporis vero spatio paulatim splendent ac crescunt, paulatimq; materiam superant: ac tandem cùm iam totam superauerint, in maximam attolluntur magnitudinem, quod certe ipsis vigor est ac robur: deinceps vero hoc alimento iam deficiente, marcescunt ac extinguuntur: Eodẽ etiam modo (inquiunt ipsi) calor qui in nobis est, corpori tanquã materię cuidam inditus, principio quidem humidus ac imbecillis est: deinceps vero vsque ad vigentem ætatem increscens, tum splẽdet, tum augetur, ac in amplissimam eleuatur magnitudinem, ignis flãmam imitatus: ab hinc alimenti penuria paulatim marcescit, idq; est senium: mox vero iam prorsus extinguitur, quod est mors. Hæc ratio ab omnibus fermè recentioribus tum medicis tum philosophis probatur: quæ tamen, meo iudicio, vera non est, vt quæ ignis flammam animalium calori comparet, haud sanè intelligens flammas ex corruptione eiusdem materiæ, ex qua succenduntur, ortum habere: animalia vero non sic innatum ab eo qui ea effinxit, sortita esse calorem, sed vt ab illo augenda ac gubernanda: nec vllum dari tempus, quo innatus noster calor per vniuersam materiam ipsam

H

non

A non sit extensus, non eas solum facultates quibus fingit obtinens, sed & plerasq; etiam alias: nam & nutrimentum ad se ipsum trahit, materiamq; gubernat, apponit, agglutinat, assimilat: & (vt semel dicam) omnia secus ac flamma, in innatam sibi materiam efficit. Nam quæ vnquam flamma materiam, cui indita est, auget? quæ materiæ potius alimentum assimilat, q̃ sibi ipsi materiã? quæ deniq; tot machinationes, vt materiã tueatur, inuenit? non nullas quidem partes circumuestiens ac claudens, vt nihil ipsis extrinsecus adhæreat: non nullas vero perforãs dilatansq;, canales prætera inserens, hos quidem vt per ipsos nutrimentum attrahatur, illos vero ad refrigerium ac respirationem: simulq; excrementa per alios quidem crassa, per alios vero tenuia excernens. Oẽm huc imprudens de particularũ vsu tractationem transferam, si singula naturæ opera enarrare voluero: quamuis huius opinionis principes idem esse calorem innatum dicant & naturam. Haud igitur recte eum igni assimilãt comparantq;, ac corpora ab ipso corrũpi putant. Cur ergo (aiunt) « ab Hippocrate fuit dictum, Interficit igitur nos calor ille, qui corpora produxit? Primũ quidem vobis respondebimus boni viri, non esse illum ex legitimis Hippocratis librum, in quo hęc dicta leguntur. Deinceps vero, licet Hippocratis decretum esse concedatur, declarari tamen oportuerat, quo'nam modo dictum fuerat, ac aliquam afferri demõstrationem. Si vero ex eo fidem sibi ha B beri ducunt, quia demonstrationibus destituuntur, parum profecto recte sapiunt. Equidem verum est ob innatum calorem corpora tum senescere, tum tandem corrumpi: falsus tamen est modus, quem ipsi tradunt: neq; enim sicuti à flamma absumũtur ligna, ita quoq; à calore innato animantium corpora. Hoc sane exemplum ijs, qui à febre corrumpuntur, accommodari posset: idq; quod ab Hippocrate in nuper citatis verbis fuit dictum, tale quid videtur indicare. Exiccari sane corpora secundum quandam naturalem consecutionem, hocq; ob calorem innatum fieri, omnino verissimum est, quemadmodum & in primo de sanitate tuenda libro ostensum est: idem tamẽ in præsenti quoq; disputatione repetere nihilo minus est necessarium.

De Necessitate Senectutis deq; Eius Principio. CAP. 4.

NAtura quæ stirpes animaliaq; fabricatur, omnino sane generandis ipsis principium quoddam corporeum assumit, nulla siquidem omnino res est, quæ ex nihilo penitus generationis principium habere possit: atq; hinc exorsa, ad eum perpetuo scopum, qui sibi à principio in fabricatione propositus fuerat, ordinate tendit: Hocq; nihil aliud est, q̃ perfectum reddere quod generatur, siue id stirps sit, siue animal: atque illud profecto est perfectum, cui nulla propriarum actionum desit. Multæq; sunt ex actionibus, quæ duris indigeant instrumentis: & hæc est causa C cur multę in animalibus fiant duræ particulæ. Earum vero generationis principium, cõtra quàm animal perfectum, molle sit necesse est, vt bene concinnari, conformariq;, & ad omnia fabricãti sequax ac pręsto esse possit. Ideoq; quãuis durum quid sit semen, mollis tamen stirps fit, humiditate prius moderata irrigatum, vt pro semine natura efficiatur. Quare si necesse est, vt animalis generatio principium habeat ex molli substantia, quæ vt perfecta euadit ita etiam durescat, oportet etiã vt in prima elementorum, à quibus animal cõstituitur, temperatione, tum humidum tum siccum exuperet. Ac humidum quidem est id, quod aqueum est: siccum vero duplicis est naturæ, vel.n. terreum est, vel igneum. Atqui fieri ab initio minime poterat, vt ex terreo plus misceretur, q; humidum esse animalis principium oportet. Solum ergo adhuc quod igneũ est relinquitur, in prima animalis generatione ac compactione necessario exuperans. Si igitur facere potuisset natura, vt postq̃ animal vel stirpem ad vigorem vsque perduxisset, aliam rursus viribus parem induceret elementationem, hoc vtiq; duntaxat modo sine senio ac corruptione eius perdurasset fabrica, si tamen illi custodiendæ sapiens quidam vir præfuisset: neque enim simpliciter sic incorrupta perduraret, si praua vteretur victus ratione: tuncq; nobis suam ostendere potuisset artem Ægyptius ille in re quæ fieri posset: Nunc autem cum omnino fieri nequeat, vt prima elementa generationis D animalium ac stirpium transponantur ac transmutentur, necessarium idcirco est, vt post vigorem siccetur corpus, quanquam non protinus hoc ipsum perpeti illi est necesse, cùm exiccandi necessitas sibi aduenerit. Verum decrescens ætas paucam habens siccitatem, multos latet, ac si nondum marcor quidam sit: Senectus vero non genere, sed quantitate sola, ab ipsa differens, manifeste deprehenditur. Hæc ergo est causa, quæ homini non prorsus amenti aperte ostendit, in omnibus animalibus temporis progressu necessariam esse siccitatem, senectutemq; nec euitari nec sanari posse. Nam quod primam animalium generationem necessario consequitur, quo modo vnquam aut quo minus fiat, prohibebitur: aut, postquàm factũ fuerit, tolletur? Iam vero quod'nam sit senectutis principium, & quando senescere primum incipiant corpora, inuestigare fuerit opportunum. Ergo qui decrescentium syncrisin (id est concretionem seu temperaturam) siccam esse ac frigidam arbitrantur, senum vero humidam ac frigidam, in huius transmutatione principium senectutis statuũt. Nos vero qui in cõmentarijs de temperaturis omnia corpora post vigorem ad finem vsque demonstrauimus exiccari, iure de senectutis principio dubitabimus, cùm tota post vigorem ætas, sicca sit ac frigida. Neque enim quia decrescentium alter altero magis minus'ue sit siccus & frigidus, senectutis principium statui potest, quando corpus ad plurimum deuenerit siccitatis: Illud enim/ad plurimum/in soreticam id est acerualem, incidit dubitationem: & licet

& licet huiusmodi dubitationem (quod plerunq; aliàs fieri est necesse) contemnere quis possit, sa- E
tius tamen fuerit, vt qui terminis manifestis distinguere rem potest, se ipsum non subijciat dubi-
tationibus non necessarijs. Termini autem manifesti inter decrescētem & senilem ætatem, est hu-
midorum excrementorum exuperantia. A quibus quidem excrementis non nulli decepti, humi-
dam (vt diximus) senectutem esse asseruere. Quin & actiones omnes in hac ipsa debilitari, aperte
intueri possumus: & quæ dudum decrescentium ad mortem via latebat, tūc manifeste deprehen-
ditur. Hinc sophistis problemata ex hypothesi fiunt, alijs quidem senectutem esse morbum, alijs
esse sanitatem κατὰ σχέσιν. i. in habitudine, seu quæ haud fixa sit: alijs neutrum quid esse: ac nō nul
lis esse secundum naturam, alijs præter naturam: quibusdam vero & hic medium quiddam inter
ambo esse, ac neutrum visa est senectus, vt nec secundum naturam, nec præter naturam ipsam ap-
pellent, sed tertiam in ipsa nacti fuerint dictionem, quippe qui ipsam non naturâ esse dicant. Has
tamen controuersias dirimere alterius fuerit tractationis.

Quo pacto Senij Celeritas sit coercenda: & Quot Marcorum Genera sint. CAP. 5.

SEnectutis autem marcor dissolui profectò non potest, succurri tamē, vt quamplurimùm pro-
ducatur, potest: & hæc est illa medicinæ pars, quæ græce γηροκομικὴ id est senum tutrix, dici-
tur: cuius quidem scopus est (vt etiam ipsa rei natura indicat) obsistere prohibereq; prout fieri po F
test, ne cordis corpus adeo exiccetur, vt tandem aliqñ agere desistat: Nam is est vitæ finis, ipsa ni-
mirum cordis ab actione cessatio: quādiu enim cor secundum propriam sui ipsius actionem mo-
uetur, fieri nequit vt animal moriatur. Quare si fieri potest, vt ipsa corporis cordis aut certe ieco-
ris substantia reddatur humidior, potest & ipsum etiam senium cohiberi: Si autem nemo est qui
iecur & cor se ipsis humidiora possit efficere: sed tēporis processu, necessariò sicciora euadunt nō
ipsa solum viscera, sed arteriæ etiam & venæ: senium certe vitari nō potest: At eius celeritas coer-
ceri potest: quamobrem vt Homerus si quid aliud, hoc certè etiam vaticinās, de senibus cecinisse:

Vt lauit atq; comedit, »
Mollibus in stratis dormire, hæc vita senilis. »

Nam ex ijs quæ humectant, est tum lauacrum, tum molle cubile, tum somnus, tum vero in primis
ac præcipue ipsum nutrimentum. Nam hoc ipsum solum nutriendorum corporum pars effici-
tur, cùm eorum substantijs assimiletur: Reliqua vero omnia, vel quia non sinant similares partes
vehementius exiccari, vel quia humiditatem in intermedijs earum capacitatibus contentam irri-
gent ac adaugeant, humectandi tum appellationem tum facultatem adepta sunt. Sic ergo, vt di-
ctum nunc est, qñq; possunt iecur & cor humectari, adaucta nimirum, quę in ipsis dispersa est, hu G
miditate: quam & in extenuatis iuuenum corporibus, sæpius quidem in toto corpore manifestè,
non nunq̄ vero in corde etiam et iecore, absumi contingit. Quòd vero horum viscerum alterum
arteriarum pulsuumq; sit origo, alterum venarum ac nutritionis, in alia ostensum est tractatione,
in qua de Hippocratis & Platonis decretis tradidimus. Hæc igitur viscera, antequam valida in to
to corpore fuerit sanguinis penuria, moderato non deficiunt nutrimento: Iecur quidem, ꝙ vni-
uersus sanguis hinc principium habeat: Cor vero, ob attractionis vehemētiam. Quippe omnes
animalis particulæ proprium nutrimentum ad se ipsas trahunt, æquali tñ attrahendi robore non
vtuntur oēs: ideoq; in sanguinis indigentia non æque oēs alimento destituuntur: Cor enim cum
vehementissimam habeat attrahendi actionem, alimento nunq̄ indigebit, nisi prius oēs animalis
particulæ ad extremam deuenerint inopiam. Minime igitur suspicandum est, vt cùm ex diutur-
no morbo gracile redditum fuerit corpus, ipsum quoque cor ac iecur pro aliarum omnium par-
tium proportione, gracilia sint. Hoc, si tibi libuerit, in alijs etiā animalibus intueri poteris. Nam
quotiescunq; horum aliquod fame prius confectum incidere volueris, cęteras quidem omnes ip-
sius partes graciles ac siccas inuenies, iecur autem & cor prope secundum naturam esse: moriun-
tur enim post inedias, non tam ob alimenti corporū solidorum q̄ ob spiritus inopiā, quēmadmo- H
dum qui iugulantur. Ac propterea omnes particulæ molles ac humidę æque ac viuentium sunt:
tota siquidem in ipsis contenta humiditas, à qua primùm ipsæ nutriuntur, integra seruatur. At
qui fame intereunt, propius quidē ad verū marcorem accedunt: ac ob id eos marcuisse dicimus,
qñ exquisite loquendi non dū vlla sit occasio: re tñ vera non marcuerunt, vel saltem non oēs cor-
poris particulæ. Etenim vbi verus est marcor, oēs æqualiter partes marcescūt, propterea ꝙ etiam
principia: & hoc in ætatibus quidem senium est, in rebus aūt præter naturā, febris quæ marasmo-
des. i. marcida, appellatur. Est præterea alia quædam affectio proportione rñdens senectuti, quā
nihilo deterius sit, ex morbo senium appellare: non mehercle, vt Philippus, qui eam, marcidam
febrem nuncupat. Neque enim eiusmodi affectio febris esse potest, in qua frigidius q̄ natura po-
stulat, cor factum sit. Iam ꝙ talem obtineat temperaturam, indicium non minimum est," pulsus A.l.4.f.1.c.5
paruus rarusq; redditus, veluti ipse quoq; testatur Philippus. Eiusmodi vero pulsum ob frigidi- 10.433.h
tatem fieri, in libris de pulsibus ostēdimus. Quin & respiratio ijs, qui ita affecti sunt, pulsui similis
visitur, parua nimirum simul & tarda ac per longa interualla: quæ & ipsa partium ad cor attinen-
tium frigiditatē indicat: vt in cōmentarijs de spirandi difficultate à nobis ostensum est. Nec vero
calidum hi expirant, quod & ipsum inseparabile est principio refrigerato: sicuti contrarium, ca-
lefacto.

A lefacto. Vnde igitur est, vt isti febricitent? cùm ipsorum thorax neque circa pectus, neq; alibi, vel ad alas ac ad costarum gibba, vel etiam ad spinam, calidus sit? Sed & hoc ipsum etiam Philippus confitetur: ait tamen eorum pulsum febris signum habere, duritiam scilicet innuens, quam febrium omniũ inseparabile signum statuit Archigenes. Sanè si eum pulsum qui re uera durus est, intelligit, omnibus marcescentibus is certe inest ob arteriarum siccitatem, non tamen febrium est signum. At si eum intelligit, quem Archigenes durum vocauit, nomen tantummodo proferens, nullam tamen rem habens cui nomen hoc attribueret, de hoc quoq; plura à nobis in libris de pulsibus scripta sunt. Senium igitur ex morbo, quoniam frigiditas vna cum siccitate est, febris nõ est.

Alia vero species, quam marcorem περιφρυγῆ.i. torridum Philippus nominat, vere est marcor, quemadmodum etiam & qui Syncoposus appellatur. Estq; his ambobus pulsus frequens & paruus: specialiter vero ijs, qui torrido affecti sunt marcore, accidit, vt dum oscitãt, spiritum efflent calidum, vt iure ipsum æstui assimilare possis. Oritur autem (vt diximus) torridus hic marcor ex caliditate ardentissimisq; febribus, ac præsertim in sicciore corporis habitu. Qui autem syncoposus appellatur, fit, vbi qui syncopa fuerint correpti, vehemẽtiam quidem periculi in præsentia euitarint, relictum tñ deinceps ipsis fuerit aliquid syncoposæ affectionis. At vero frigidus ille marcor, qui senectutis affectionem similem obtinet, fit ex permutatione febrium quę tum per aquę frigidæ potionem, tum per ea auxilia, quæ refrigerandi gratia hypochondrijs ac thoraci imponi solent, fuerint secus ac oportet refrigeratæ. Illud autem (secus ac oportet) duplex est, nimirum quando quis vel intemperantius vel intempestiuius refrigerantibus vsus fuerit. Possit etiam quãdoq; vtrisque his de causis affectus hic constitui.

l.4.f.1.t.3.c.
133.g

B

Qui Marcores Curari queant: ac de Balnei Vsu aduersus Philippum. CAP. 6.

Quòd vero marcor, qui vere iam marcor est, curari non possit, dictum quidem etiam superius est, cùm de senectute tractaremus: dicetur autem et in pręsenti. Tale quid vsu venit ijs, qui marcorem sanari putant, quale profecto ijs qui opinantur vertebrarum quæ in spina sunt, in priorem partem dimotionem (quæ græce λόρδωσις id est repanditas seu excauatio dicitur) curari posse. Ex eo enim, q in dignoscendis affectibus decepti sunt, putarunt quoq; se rectissime aliquid effecisse: etenim ex ijs quidem qui extenuati fuere, quosdam curarũt: ex ijs vero qui marcuerunt, nullos. Cum autem extenuatorum corporum duplex sit affectio, de vtraque nobis separatim agendum est. Igitur Altera extenuatorum affectio oritur, quando tum ipsa solidorum corporum humiditas, quam proprium ipsis esse nutrimentum diximus, perijt, tum tenerę carnes colliquatæ sunt: Altera vero corpora ipsa attingit, quæ sanè & prima & similaria appellamus. Hæc ipsa est, quæ sanari non potest, quemadmodum sanè nec ipsum senium: Altera vero periculosa quidem est, at non prorsus incurabilis: habetq; cum cæteris alijs affectionibus hoc commune, vt contraria affectui remedia exposcat: non æque tamen ac pleræque aliarũ est tuta. Nam tres has affectiones humectare oportet, hocq; illis ob communem siccitatem est commune: vna vero, quam senectuti assimilamus, calefactionem exposcit: sicuti & vna, quam torridum marcorem vocamus, refrigerationem: commixtam vero quodam modo curationem requirit syncoposus marcor, non qui iam factus sit (huius enim semper oportet meminisse) sed qui adhuc fiat, scilicet cùm humiditas solidis particulis innata, absumitur. Hi quidem sunt curationis scopi. Deinceps vero considerandum est, quomodo tum inueniendæ tum abhibendæ ac vsurpandæ sint remediorum materiæ. Præstantius igitur egisset Philippus, si non solũ, quæcunque in primo de marcore libro, scilicet de morbi istius generatione, & de eius differentia dignotioneq; ac transmutatione tradidit, scripsisset, sed & aliquid etiam de curatione: nunc vero eam videtur omisisse. Nam cùm ego multis iam deinceps annis secundum de marcore librum perquisiuissem, nec ipse vnquam inueni, nec in quempiam alium incidi, qui se illum legisse assereret. In primo vero, quem sanè non nulli propterea q secundus non extet, non primum, sed simpliciter de marcore inscribunt, de balnei vsu meminit: non eos tamen admittit, qui hoc vtũtur auxilio, propterea q ab ipso lędi marcescentes opinatur. Quia vero obiter ac extra institutũ huius remedij meminit, idcirco de eo neq; diffuse pertractauit, neq; accurate vt solet contemplatus est. Quanquam remedium hoc manifeste conspicitur exiccatos humectare, vt facile intueri possumus in ijs, qui vel iter fecerunt per Solem ęstiuũ, vel quocunq; alio modo exercitati vel exusti fuerunt: hos enim omnes ac præterea siticulosos, humectat ac siti liberat. Quin & quoscunq; alios, qui quomodocunque vel à vigilijs, vel à curis, vel à venere, vel à cibis, medicamentis'ue exiccantibus, vel etiam ab ira exiccati fuerint, tum madefacere tum reficere conspicitur. Sed mihi videtur Philippus balneum in ijs improbasse, qui iam vere marcuere, quos nec aliud quicquam sanaret: Vt bifariam ego ab eius sentẽtia discedam, tum quia non nullos ex ijs, qui vere marcuerũt, sanari posse existimat: tum etiam, quia balneum improbat. Euidenter enim periculum de ipsius facultate fieri licet in ijs ipsis, qui non dum insanabili laborant marcore, quem nec fortasse marcorem, vbi accurate loqui velis, nomines. At nobis nulla de nominibus cura est, vbi res clariori oratione possumus interpretari.

C

ibid.c.11.b

D

De Marcoribus qui Balneo ac Aquæ potu curantur: & de Ipſorum Ortu aduerſus Philippum. E
CAP. 7.

NAm cum tres ſint febrium primæ ac generaliſſimæ differentiæ, diarias ſanè in præſenti exci
pimus, ſermoq; nobis habendus eſt de febribus ex humorum putredine ortis, atque de he-
cticis. Itaque febrium quæ ex putreſcentibus humoribus accenduntur, balneum remedio eſt, ſi
poſt humorum concoctionem adhibeatur. Hecticis vero, quæ ſolæ ſint, nec vllam aliam implica-
tam habeant febrem, omni tempore lauacrum idoneum eſt: Si vero implicentur alicui ex ijs febri
bus, quas humores putreſcentes excitarunt, tunc eſt idoneum, cùm iam humores fuerint conco-
cti. Eadem quoque propemodum eſſe frigidæ potionis exhibendæ tempora cenſendum eſt. Ve
rùm ſi in hac aberretur, cum magno fit detrimento: balnei vero vſus in prędictis febribus pericu-
lo vacat, niſi fortè virium adeſſe imbecillitatem ſuſpiceris. Et ſanè nos pleroſque, quibus marcor
aduertebatur imminere, his pręſidijs curauimus. Dictum autem eſt in primo de febrium differen
tia libro, diariarum febrium quaſdam cum hecticarum genere communicare, primoq; die nō poſ
ſe exquiſite cognoſci, ſed vel in ſecundo, vel omnino in tertio. Ac cùm primum cognitæ fuerint,
aqua frigida ſibi ipſis danda eſt, quippe eo tempore eſt tutiſſima, cum & virtus valida ſit, & ſan-
guis in corpore copioſus contineatur: nam vbi febres moram traxerint, tunc & vires redduntur F
imbecillæ, & ſanguis fit paucus. Duplici igitur lęſione plerunq; lęduntur, altera quidem, quia ex
aquæ potione pars aliqua feritur ac refrigeratur: altera vero, quoniam qui eam exhibent, niſi mo
dum menſuramq; debitam tenuerint, non ſolum aliam quampiam particulam refrigerabunt, ſed
& eam ipſam, quæ principium generationis febris obtinet. Quin ſi ipſum etiam cor largius refri-
geraris, ſi quidem innatam adhuc ſuam humiditatem ſeruet, concidit virtus: ſin ſiccius iã exiſtat,
affectio ſenectuti ſimilis ſubſequetur. Sed & quo tempore prima hecticarum febriũ indicia ma-
nifeſta fuerint, eodem etiam vtiliter foris adhibentur refrigerantia medicamenta, ſi imponãtur ſu-
per ipſum (vt quiſpiam dicat) febris focum, de quo paulo mox accurate definiam. Nunc ad bal-
neum redeo, quod ad omnes ſqualentes febres vtile eſt, quando nihil aliud ipſis implicatum, pro-
hibeat. Quandoq; vero vtilius etiam eſt, quàm ſint refrigerantia medicamenta, cum ſqualor vel
in toto corpore exuperarit, vel in foco. Focũ febris dico eam animalis particulam, quæ prima ſuis
ipſius ſolidis partibus immodice fuerit calefacta. Primum ergo eſt cor, quod calidius debito reddi
tum, hecticam infert febrem. Deinceps vero iecur, non per ſe ipſum quidem, quemadmodum
cor, ſed quia ſecum in conſenſum illud trahat, quãdo non ipſe cordis affectus rationem cauſę obti
nebit, ſed qui ſunt corporum cordi vicinorum. Poſt hæc eſt venter. Ab hoc quæcunque poſſunt G
ſecum cor concaleſacere. Quantum igitur ad propinquitatem attinet, pulmo quidem omnium
maxime ac potiſſime, cor concalefaciendo, hecticam ſiccamq; inferre febrem, quam marcor conſe
quitur, debuerat: hoc tamen fieri non conſpicitur: nec facile vnq; viſcus hoc affectionem cauſæ ſi-
milem ſuſcipiet, tum quia humidum eſt, tum etiam quia reſpiratione refrigeratur. Plerunque igi
tur hectica febris ex reliquis viſceribus cum billioſo ſucco ſolet conſiſtere, vbi is in patientis ven-
triculum imbibitus fuerit: & ob id etiam Philippus marceſcentium febrium plurimis, eryſipela-
toſam affectionem genitam eſſe in ventriculo arbitratur. Quòd ſi in ventriculo, neceſſariò etiam
ſuſpicandum eſt eandem in iecore conſtitui affectionem: A quibus ſolis viſceribus affectis crede
re videtur Philippus marcorem generari. At nos non raro vidimus quoſdam membris his illæ-
ſis, in corde marcuiſſe. Cuius quidem cordis haud ſcio cur oblitus fuerit Philippus, cùm nec ex ie-
core aut ventriculo ſolis affectis oſtendere potuerit, quomodo febris marcida ſuboriatur, niſi affe-
ctus cordi diſtribuatur ac communicetur. Neq; vero in hoc ſolo videtur Philippus aberrare, ſed
etiam dum non iudicat, ex alijs etiam particulis febrem marcidam conſtitui poſſe. Nam ſi eryſipe
latoſa ſola affectio in ventriculo exorta eiuſmodi febrem inducit: ſiq; etiam citra hanc affectionẽ
aliquando corpus eiùs ignitum tantummodo, ſine billioſa humiditate: poteſt etiam in alia quapiã H
parte ſimilis fieri affectio: Quæ particula ſi talis ſit, vt ſecum concalefaciat etiam ipſum cor, neceſ-
ſe omnino eſt, vt eius affectio febrem generet, quæ omnino temporis proceſſu hectica fiet, ac tan-
dem niſi ſoluatur, marcorem inducet. Verum de nominibus ſollicitum eſſe non conuenit, quem-
admodum ẽt ſuperius eſt dictum: ſed exercendum eſt, vt oẽs affectiones quæ corpus exiccãt, tum
dignoſcamus tum recte etiam curemus. In quarum affectionum numero ea eſt, quæ cum igneo
calore coniuncta eſt, quam ſanè balneum perpetuo iuuat, vbi ipſa per ſe ſola conſtiterit. Non nun
quam enim (vt diximus) cum eryſipelatoſa affectione oritur febris hectica marcidaq;, quæ prius ci
bo & potu, & ijs quæ extrinſecus apponuntur, refrigeranda eſt: ſed vbi eadem febris per ſe nulli
alteri implicata fuerit, balneum requirit, ſicut omnes aliæ ſiccitates, ſiue frigidæ, ſiue calidæ extite-
rint. Etenim hoc mirabile habent balnea, q; & calidas & frigidas ſiccitates iuuant: quemadmodũ
& hoc, quòd non ſitientibus ſitim accendunt, & ſitientibus eandem tollunt. Quòd autem hæc
efficiat balneum, clare etiam nulla adhibita ratione, perſpicitur. Cernimus enim (vt ſuperius etiã
dictum fuit) eos, qui à Sole & ex itinere caleſiunt & exiccantur, vbi loti fuerint, admirabili quo-
dam modo tum humectari, tum refrigerari: nihiloq; his minus illos celerrime caleſieri, qui ob ve-
hemens

A hemens frigus calefactione egent. Iam vero qui ex itinere & Sole tiunt, nō amplius vbi se lauerint, sitiūt: sicuti qui siti vacāt, loti sitiunt: Verum hos multoties, illos semel lauasse oportet. Hęc quidem ita fieri conspicimus, causas verò alibi explicamus.

De Curando Marcore cui Erysipelatosa Affectio coniuncta sit. CAP. 8.

RVrsus igitur ad propositum reuertamur. Omnibus febribus hecticis, quæ hoc vnum dūtaxat habeant, vt hecticæ sint, balneum auxiliatur. Si vero vel erysipelas, vel phlegmone, vel putrescentes adhucq; inconcocti humores corpus obsideant, ob hæc, non ob ipsam febrem hecticam, à balneo lædi ægrotū cōtinget. Ipsa enim quatenus febris est, semper tum à frigida potione extinguitur, tum à balneis iuuatur: ob immistas vero ipsi febri affectiones, ægrotus lęditur. Atq; hæc quidem efficacissima remedia sunt, quæ marcoris generationē prohibeāt: eaq; admodum audacter in febribus hecticis assumenda sunt. Si autem erysipelatosa quędam adsit affectio, à balneo quidem prorsus abstinendum est: sed aqua frigida dum morbus consistit, est vtendum agonistice: ita enim nominare solent, quando ea & affatim & frigidissima exhibetur. In principio autem danda non est, nisi nos cogat æger, qui & frigidæ potioni sit assuetus, & sitim tolerare haud possit: Verum imponenda extrinsecus sunt, quæ refrigerent: quæ si nihil profuerint, co-
B gendi etiam sunt ægri, vt ea intro assumant. Maxime vero eis competunt humidæ ac nouellæ lactucæ: in aqua tamen exacte frigida abluendæ prius sunt, atq; ita edendæ. Si quando vero abs te æger petierit, vt cibi iniocunditatem consoleris, acetum aquæ frigidæ miscebis, ac vt in eo lactucas tingat, concedes: sit autem acetum illud omni prorsus vinosa qualitate expers. Quin etiam extrinsecus eiusdem lactucæ succum, & semperuiui, intybiq;, ac quæcunque alia refrigerantia, imponere expedit. Optimum etiam est id, quo nos potissimum omphacωn, id est vuarum immaturarum tempore vtimur. Expressus.n. earum succus, vnà cum portulacis in pilam inijcitur: postea contusus in vas exprimitur, vasq; illud in frigidā aquā immergitur: quæ si niuis etiam aliquid habuerit, præstantior reddetur. Modicum autem albæ farinæ, vbi eo vti volumus, immiscemus. Deinde in duplicatum linteolum infundentes, extrinsecus ipsum super hypochōdria extendimus: nec illic diu morari sinimus, sed vbi tepidum euaserit, illud abijcimus, ac alterum simili modo imponimus: & hoc subinde agimus quousque æger se in profundo refrigerari ac siti liberari psentiat. Miscemus etiam aliquando oleum omphacinū, vel rosaceum, vbi præcipuè non nihil phlegmonosi in hypochondrijs constiterit. Hoc igitur modo erysipelatosas affectiones refrigerare oportet. Illud vero non est ignorandum, nunquam posse febrem exquisite hecticam esse, vbi
C eiusmodi quępiam affectio adfuerit. Exquisite autem hectica ea est, quæ nullum particularis accessionis, aut principium, aut incrementum, aut vigorem, aut denique remissionem habeat. Iam vero in libro de febrium differentia diximus tū multa alia, tum ꝙ à solo cibo hecticæ febres efferuescunt, veluti calx inspersa aqua: quo incremento ablato, æquales semper permanent. Si quādo tamen breuissimum aliquod incrementum, vel inuasio intercedit, considerare oportet, an aliqua adsit humorum putredo: an vero locus primus affectus alius sit à corde, qui & ipse nec simplicē, nec hecticam affectionem habeat, sed vel phlegmonosam quampiam vel erysipelatosam. Atque hoc modo propria curatio affectionibus adaptanda est.

De Victus ratione in Singulis Marcoribus. CAP. 9.

MArcorem igitur torridum, qui ex ardentibus febribus generationem suscipit, refrigerantibus prohibebimus remedijs, tum extrinsecus impositis, tum intro in corpus assumptis.
A 4. f. 1. t. 3. c. 9 13. g Seniū "vero quod ex morbo effectum fuerit, si illud quidem absolute factum fuerit, curari non potest: Si autem non dū absolutum sit, sed propè accedit, vt eiusmodi fiat, vnum habet curationis scopum, quem ἀνάληψιν id est resumptionem, & ἀνάθρεψιν id est renutritionem seu refectionem appellamus, ex multis particularibus actionibus, quæ tum multis, tum multa etiam egent cautio-
D ne: de quibus si nunc loqui velim, longissima mihi fieret oratio, abunde tamen in libris de medē di methodo dictum fuit. Nunc autem satis erit si hoc dixerimus, quòd scilicet exiccata corpora solida, alimentum curet. Ostendimus autem in commentarijs de facultatibus naturalibus, quòd non se ipsum cibus ad omnes corporis partes defert, sed ab ipsis, quæ nutritione egeant, attrahitur. At vero in marcoribus hæ ipsæ inualidæ sunt, ac præ siccitate ad attrahēdum infirmę: quòd si frigiditas quoque adiungatur, parum iam à mortuis absunt. Oportet igitur vt alimentum attractu facile sit, vt quod attrahentis corporis robori deest, id ex materiæ aptitudine repleatur. Attractu autem facile est id alimentum, quod tum tenuium sit partium, tum natura calidum: verum hoc ferè non nutrit, quippè ostensum est alimentum crassum viscosumq; esse debere, vt & stabile sit, difficulterq; transpiret, & nutriendis corporibus promptè assimiletur. Quando autem hi scopi inter se pugnant, fieri nequit, vt alimenti exacte utraque seruantis, copia suppetat.
A de. c. 2. 4 2 Danda tamen est opera, vt quod mediocriter ambo præstare possit, inueniamus. Mihi "porrò nihil ad hæc omnia lacte videtur esse præstantius, præcipue quidem si quis muliebrem mammā ore apprehendens, id ipsum mulgere toleret, quemadmodum sanè Euryphon & Herodicus in phthisicis præcipiunt: Sin minus, at saltem asininum adhuc calidum assumat, quod breuissimo temporis spatio ambienti aeri fuerit expositum. Hic igitur alimentorum scopus non ijs so-
lum

iam,qui similem senectuti affectionem,vel ẽt marcorem syncopofum habent confert,verum etiã E
ijs,quos marcor à Philippo torridus appellatus,occupat. In ijs tñ calidorum alimentorum materiæ adhibendæ non sunt, veluti in senio, sed frigidorum: mediæ autem inter has sint, quæ syncoposis exhibentur. Itaq; lac & ptisana & halica in his tribus affectionibus competũt. Halica tñ ad faciliorem distributionem ex aceto condiatur,quemadmodum ptisana. Mel vero frigidis quidẽ affectionibus vtilissimum est, calidis autẽ est maxime nocuum. Ita ergo se habet quoq; mel in ijs, qui obnoxij sunt,vt à iam dictis marcoribus arripiãtur. Nam in torridis inimicissimũ est: his aũt quibus senum affectio imminet,vtilissimum: At in ijs quos marcor syncoposus occupat,nisi vẽtriculus prohibuerit,concoquendũ id est,ac tum per se solum,tum cum alijs edulijs exhibendum. Balnei vero vsus opportunus,tum ad alia antedicta,tum ad cibi distributiones peragẽdas præstãtissimum est remedium. Verum illud cibo quidẽ iam concocto assumendum erit,non tñ post inediam longiorẽ. Nam si ei qui nuper comederit, balneum adhibeatur,crudis corpus ac incõcoctis humoribus replebit: Si vero illi,qui diutius à cibo abstinuerit,vires diminuit. In ceteris vero corporis constitutionibus,ac præsertim in ea quæ nuper dicta est, completa iam (vt dictum est) concoctione lauare oportet. Vini præterea vsus, sicuti in frigido marcore magnopere iuuat, ita in torrido fugiendus: medio autẽ quodam modo se habet in syncoposo marcore, propterea ꝙ affe- F
ctio hęc media sit & mixta,partim quidem aliquid frigiditatis obtinens,partim vero etiam adhuc aliquid ipsius febris seruans. Cùm autem huiusmodi affectio, qua ad cõtraria per partes vicissim permutatur,non nunq̃ quidem refrigerationem, pulsusq; priuationem, &(vt simpliciter dicam) omnia, quæ ipsius syncopę propria sunt, inuehat: non nunq̃ autem caliditatem, pulsusq; marcoris torridi pulsibus similes: ita etiam curationem pro exuperãtium natura immutari oportet. Atque in syncoposo tum vinum ac alimenta temperata offeremus, tum corpus vniuersum constipabimus densabimusq;: In torrido contraria agemus. Singulorum vero omnium vsum opportunum ille probe inueniet, qui in libris de curandi methodo fuerit exercitatus: Hic enim liber non quibuscunq;,sed ijs qui aliquem in arte habitum habent,scriptus à nobis est.

GALENI DE COMATE
EX HIPPOCRATIS SENTENTIA
LIBELLVS

Ab Augustino Gadaldino translatus,
& multis in locis emendatus. H

Interrogat quid significet Comatis nomen apud Hippocratem: ac ponit opinionem quorundam,qui coma cum vigilia coniunctum esse dicebant ex Hippocratis sententia, dictumq; esse ἀπὸ τῦ κωμάζειν, quam tamen opinionem non omnino probat Galenus. CAP. I.

Vid'nam significat comatis nomen apud Hippocratem? vtrum cataphoram in somnum? vt quidam explanantium dixerunt: an somnum ipsum? an quemadmodum alij,somnolentam cataphoram? etenim & hoc modo nominarunt quidam, in composita appellatione explanationem facientes. quidam vero nihil quidem horum, sed lethargicam cataphoram coma à viro nominari dicũt. Ab alijs sanè antiquis nullum vtique fiat magnum testimonium. Etenim etsi præcipue de alia re illi nomen hoc inferant: nihil prohibet Hippocratem aliter eo vti. Ne longius abeam, apud poëtam videretur vtique somnum nomen hoc significare: cum ait, » Certe me valde grauia passam molle coma circuntexit. Et alibi. » Quoniam ipsum ego molli comate circuntexi. Sed non Hippocrates

A Hippocrates ita videtur vti: siquidem & cum vigilia sæpenumero coma euenire ait, ac phre-
Pror cō. 1. t. 4ª. 160. h « niticis considere: in principio enim prorrhetici hæc scribit, ‖ Qui comatosi in principijs fiunt,
« cum capitis, lumbi, hypochondrij, ceruicis dolore, vigilantes, num phrenitici sunt? In tertio au
tem epidemiorum (vt ab aliquibus ex cōcessis ipsius legitimis libris sumamus testimonia) hoc
Epid. cō. 3. t. 3ª. 148 c « modo ait: ‖ Vndecima resipiscebat, comatosa autem erat: vrinę multæ, tenues, & nigrę: vigil.
« Deinceps, hęc ait: Huic vrinę perpetuo erant nigræ, & tenues, & aquosæ: & coma comitabat,
« cibum auersans, vigil, animum despondens. In oībus enim prædictis dictionibus vigilię & co-
matis mentionem facere conspicitur. Alium autem ęgrotum rursus in eodem libro describēs,
« ait: Huic perpetuo, ex quo & ego vidi, aluus turbata, vrinæ tenues, nigræ, comatosus, vigil. Ita
vt plane sit manifestum, neq; somnum neq; cataphorā apud ipsum significare comatis nomē.
Et propter hoc (arbitror) quidam explanatores à comazare aiunt comatosos nominatos esse,
vigilare enim comazātes, vigilare etiam & comatosos. [a]† Et per Iouem sicuti comazātes non
admodum annuūt * comatoso, & potissimum oculis: humidos enim esse & rubros, & incon
stantes, & sese inuertentes: sed totum ambobus corpus titubans motibus esse, & incontinens.
B Iccirco & Hippocratē de tota syndrome dubitare, an oporteat phreniticos ipsos nominare an
quid aliud: vereri enim phreniticos vocare, cum non dum desipiant: cum tamen oīa sympto-
mata phrenitica videat, hoc est capitis, lūbi, hypochōdrij, & ceruicis dolorē [b]†{& alia quę phre
niticis adsunt,} [c]† formidare virum, ne error, aut ignoratio sit, si eos phreniticos non appellet.
Hæc certe quod probabilitatem habeant, negabit nemo. non tamen sufficienter, nec cū demō-
stratione mihi sane dicta esse videntur. oportebat enim ex Hippocrate ipso explanationem fa
cere dictionis: quo asserere possemus, non solum probabiliter dicta ea esse, sed & ad illius men
tem. Neq; enim existimo hoc solum considerare oportere bonum explanatorem, si probabili-
ter vel vere dixerit, sed si & menti scriptoris consentiat. id quod in superiore sermone nō est fa
ctum. Quamq; certe in aliqua parte mens senis circa hoc nomen ostensa est, per eas dictiones, in
quibus coma esse vigiliam nouisse visus est. Ac quispiam fortasse habere iam totum opinabi-
tur. sed si parumper expectando, dictiones alias ex eodem tertio epidemiorum libro audiuerit,
ne dicam totum, sed ne dimidium totius se ipsum cognoscere comperiet.

C *Coma opponi vigiliæ ex Hippocratis auctoritate probatur, idemq; esse coma & cataphoram, ac duplex id esse: Somnolentum, quod proprium est lethargicorum: & Insomne quod quandoq; phreniticis accidit.* CAP. 2.

Epid. cō. 2. t. 1ª. 139. e « CONsidera ergo quæ dicat in quadam ægrotante muliere. ‖ Alteram ex abortu circa quin-
« tum mensem Oecetai vxorem ignis corripuit incipiens comatosa, & rursus vigil. Appa-
ret enim per oppositionem coma à vigilia distinguere tanq; contraria. Rursus autem in pesti-
…pid. cō. 3. t. 3. 142 a « lenti constitutione, ‖ Comatosi, inquit, magna ex parte, & rursus vigiles. & post pauca. ‖ Perpe
…d. t. 63. 145. f « tuo autem plurimos vel graue coma comitabatur, vel vt tenues ac paruos somnos dormirent.
…t. 72. 147. e « & rursus. ‖ In Thaso Parium, qui supra Dianæ ædem habitabat, febris corripuit acuta, inter ini
« tia continua, ardens, siticulosus, incipiens comatosus, & rursus vigil. In his enim omnibus vigi
liam comati opponit. Ex consuetudine igitur ita interpretans, millies ipsum comperies, quan-
do contrariarum rerum mentionem facit, hunc in modum scribere: immo vero nunq; aliter.
è multis tamen pauca adscribam ex eodem libro. Satius enim esse videtur omnia ex vno exem
pla sumere. Duas mulieres describens ante pestilentem constitutionem, in priori quidem ait:
Epid. cō. 2. t. 1ª. 139. e « ‖ Alteram ex abortu circa quintum mēsem Oecetai vxorem ignis corripuit, incipiens coma-
D tosa, & rursus vigil. [d]† Deinceps autem in pestilentia multos ægrotos scribit, primumq; om-
nium (cuius paulo ante memini) qui varie, & inæqualiter ægrotauit, & multas multoties ad cō
…pid. cō. 3. t. 3ª. 147. e « traria mutationes fecit. incipit autem hunc in modum. ‖ In Thaso Pariū, qui supra Dianæ ædē
« habitabat, febris corripuit acuta. Sed nulla ad præsentem sermonem vtilitas est primorū die-
…dem. « rum: quorum autem indiguero, eorum mētionem faciam. ‖ Vndecima sudauit nō per totum,
« circunfrixit quidem, cito tamen recaluit. aperte enim verbo circunfrixit, verbum recaluit con-
…dem. « trarium est. Deinde, ‖ duodecima febris acuta, deiectiones biliosæ, tenues, multæ: vrinis enæo-
« rema, desipuit. Decima septima laboriose se habuit: neque enim somni aderant, [e] et febris in-
« tendebatur. Vigesima sudauit per totum [f] à febre liber, deiectiones biliosæ, cibum auersans,
« comatosus. Vigesimoquarto reuertit. Trigesimoquarto à febre liber, aluus [g] nōn constitit, &
« rursus recaluit. Quadragesima à febre liber, [h]† aluus constitit tempore non multo, cibum auer-
Epid. cō. 3. t. 3ª. 147. e « sans, aliquantum rursus febricitauit. Rursus: ‖ Si enim intermitteret ac alleuiaretur, rursus
« cito reuertebatur. contrarium enim verbo alleuiari est verbum reuerti. Et alui (inquit) excre-

*A† * Corrupti sūt hoc in loco codices græci, & asterisco notati. καὶ νὴ δία ὥσπερ οἱ κωμάζοντες οὐ πανύτι κατανεύουσι· τῷ κωματίζοντι, καὶ μάλιστα τοῖν ὀφθαλμοῖν, ὑγρούς τε γὰρ & c. Nicolai Calabri quoque uersio manca uidetur et obscura, quæ hēt. Sed delectabiliter, sicut, qui comazāt, nō valde annuunt, & maxime oculis, humidi. n. et c. Ego sane ad uerbū trāstuli. Forte tamen hic esse posset sensus. Comato idcirco dicti sunt a comazare, quod utrique uigilet, quod capite grauentur, quod oculos potissimum difficuiter attollat, humidos enim et c. quod demū vtriq; totum corpus titubās & incōstans habeāt. Ad hāc rem nō parū facere vidētur q̄ i fine libri huius habentur.*

B † Ex Calabri uersiōe hæc addunt, n. i in in cod. græ. non sunt.

*C † Codices græci asterisco sunt notati * ἄνδρα καὶ μήτε σφάλματι, μήτ᾽ ἄγνοιαν μηδεμίαν ὑποστέλλεσθαι q̄ uerba nō sunt in Calabri uersiōe. arbitror autem eum esse sensum, quem in contextu posui. considera.*

D † Locus hic videtur mancus. uolens. n. Galenus ostēdere morem Hippocratis, vbi ille contrariarum rerum mentionē facit, duas inter cætera citat mulieres ex tertio epidemiorum ante pestilentem constitutionē, ac uerba ponit q̄ ad priorē mulierem spectāt, iis in cōtextu omissis, q̄ ad posteriorē pertinēt. cū tamē in Calabri et uersione legatur, Duas ergo mulieres lege, quas scribit ante pestilentiā. uide ergo, num hoc mō locus hic sit restituendus. In posteriori uero, Extremorū refrigeratio, nec amplius recalescebant. et rursus in no ctem superriguit, extrema non recaluerunt, nō dormiuit, aliquantū desipuit, et rursus resipuit. Est aūt ultimus ægrotus ante pestilentē constitutionē.

*E * Ὅτε πυρετὸς ἐπέτεινεν. & omnino ita legendum est in epidemiis. reddit enim rationem Hippocrates, ut solet, cur dolorose se habuerit eo die.*

*F * ἄγρυπνος est in græcis. i. uigil, sed legendum uidetur ἄπυρος. i. a febre liber, cum mox dicat, uigesimoquarto reuertit.*

*G * Fote abundat negatiua illa particula non.*

H † In antiquissimis exemplaribus legitur κοιλίη ξυνέστη χρόνον οὐ πολὺν uel συχνὸν vt nos vertimus. In aliquibus autē κοιλίη οὐ ξυνέστη χρόνον οὐ συχνὸν. i. aluus non constitit tempore non multo. sed melior uidetur esse prior lectio.

menta consistebant, & rursus dissoluebantur. verbum enim consistere, verbo dissolui contra- E
rium est. Deinceps autem aliam ægrotam exponẽs, ‖ Octauo, inquit, multa desipuit & sequen » Ibid.t.73.141
tibus diebus, & cito rursus resipuit. Ac rursus, ‖ Vigesimo aliquantũ circũriguit, & cito rursus » Ibidem.
recaluit. Et mox, ‖ Septimo & vigesimo à febre libera, aluus constitit, non post vero multũ tp̃s » Ibidem.
coxæ dextræ dolor validus multo tempore, febres aũt rursus comitabantur. Deinde rursus, Et »
sequentibus diebus muta, ac rursus resipiscebat, & loquebatur. Sed quid opus est sermonẽ pro »
trahere memorando omnia quæ infinita ferè sunt? adeo frequens apud ipsum est talis spẽs in-
terpretationis. Quare cum dicit, ‖ Comatosus, & rursus vigil, aperte coma vigiliæ opponit. Et » Ibi.t.72.147
sanè vigiliæ cataphorã in somnum potes opponere, & certe rursus coma nihil aliud diuersum »
vr̃ significare. Quid aũt, cum dicit? ‖ Detinebat autem vel coma continuum non somnolentũ, » 3.Epid.cõ.3
vel cum doloribus vigilia. Etenim talis spẽs interpretationis propria est Hippocrati,[a] † vt adno » 39.3[a].144.b
tet, ea quidem solita esse concomitari, sed tunc abfuisse inopinato. Vt quando dicit, ‖ Causi igi » 1.Epid.cõ.2.
tur paucissimis fiebant, & minimum ex ægrotis hi laborarunt: ‖ neq;.n. sanguis erupit, nisi ad- » 16.17.3[a].105
modum parum, et paucis, nec deliri erant. Et post pauca. ‖ Neq; mortuum vllũ vidi tunc causo. F Ibidem.t.19.
[b] † Per hæc.n. verba adnotat, largam sanguinis è naribus eruptionem, mentis læsionem, & acu »
ta pericula solita esse comitari causos, licet tunc nõ euenerint. Et qđ infertur, ‖ Nec phrenitica » Ibidem.
tunc vidi euenisse, secundum eandem dictum est rationem: ex eisdem.n. constitutionibus, & eis »
dem causis fiunt tum causi tum phrenitides: quippe in tp̃e abundant æstiuo, & regionibus cali
dioribus, & ætate vigenti, & naturis calidioribus, & diætis eiusmodi, ac vitæ institutis.[c] † quare
phrenitica tunc abundare par erat. ita vt res tanq̃ inopinata adnotetur, q̃ euenerit, vt phreniti-
des quidem nullæ acciderint, causi autem multi. Secundum eandem ẽt sententiam dicta sunt
& hæc. ‖ Erat autem constitutio causorum qui fiebant, hæc: Incipientes comatosi, anxij, horre- » 3.Epid.cõ.3.
scentes, febris nõn acuta, non sitibundi valde, neq; deliri. Et paulo post. ‖ Neq;.n. sanguis erupit » 34.3[a].143.f
rite, neq; quispiam alius ex consuetis abscessus factus est iudicatorius.[d] † { Illa autem quomodo » Ibi.t 42.144.
dicta sunt? ‖ Eleuationes ad aures multis ad alteram vergentes, & ad vtrasq; plurimis, febre ca- » 1.Epid.cõ.1.
rentibus, recte stantibus. quibusdam ẽt aliquantum incaluerunt. extinctæq; sunt oĩbus inno- » 10.3[a].104.g
xie. neq; alicui suppurarunt, sicuti quæ ex alijs occasionibus fiunt. Re uera enim inopinatũ est, G
nullam suppurare, & [e] õmnino non solitum. Postea infert. ‖ Erat autem modus ipsarũ, laxæ, » Ibidem.
magnæ, fusæ, non cum phlegmone: Inopinatum enim est, abscessus circa aures absq; phlegmo »
ne oĩbus factos esse. } Quare rursus & hoc in loco videtur inferre coma de cataphora somno- »
lenta, cum ait, ‖ Erat autem coma continuum non somnolentum: tanq; enim somnolentum ip » 3.Epid.cõ.3.
sum sit, & tanq; tale semper fiat, postea nunc inopinato factum non fuerit, adnotatur. Quãdo 39.144.
autem in eodem libro tertio epidemiorũ in Pythione inquit, ‖ Nona comatosus, anxius qñ ex- » 3.Epid.cõ.3.
pergiscebatur: aperte sanè & hoc in loco coma cataphoram quãdam significare vr̃. Sed impos 74.3[a].148.g
bile est, inquiunt, cataphora detineri, & vigilare. hæc enim admirabiles isti explanatores dicũt,
non cognoscentes, quòd duæ sunt species cataphoræ, vt & probatissimi medicorũ scripserunt,
& euenta rerum attestantur.[f] † { Cõmune enim ambarum est, quia eleuare non possunt ocu-
los, sed mox grauantur, & dormire volunt. Proprium vero alterius, quia ij quidem dormiunt
mox & profunde & diu: ij vero vigiles versuti sunt, alia super aliam phantasia aduenieńte, &
mentem mouente, & somnum intercidẽte. vnde semper quidem vigiles manent, surgere vero H
non possunt, & agere ea quæ vigilantium, sed deficientius se habent q̃ vt si vigilarent, & gra-
uantur, & cataphorant, vt speres si concesseris eis, faciliter vtiq; eos dormire: concesso autẽ eis
hoc, nedum non dormiunt, sed neq; spem, quam habebant vt dormituri, seruant. Hîc igitur in-
tellige coma velut commune amborum, id quod vocare consuetudo est nobis cathaphoram.
si vero somnolẽtam solum intellexeris, peccabis: non somnolentam enim cataphoram priua-
bis à nuncupatione, non minus q̃ alteram indigentem comatis nominis nuncupatione. Siue
igitur somnolenta, siue vigil fuerit cataphora, coma vocare consuetudo est ei. Et nequaquã si-
bi inuicem repugnant ea quæ secundum partem: sed rationabiliter quandoq; quidem in vigi-
lijs paruis inuenitur coma, quandoq; autem in somno. Etenim cataphora quandoque quidem
somnolenta est, quandoq; autem vigil. Quare non habes dicere de cataphorã patientibus, q̃ vi
gilant, [g] † vel non, tantũ: tamen differũt, quoniam plures eorum dormiunt: pauci vero eorum
qui ita habent, insomnes permanent: vnde licet amborum sit passio, tamẽ familiarior multum,
dormientium inuenitur. Propter hoc igitur dicit, ‖ Erat autem coma continuum, non somno- » 3.Epid.cõ.3.
lentum, 3.3[a].144.b

A † Locus in impressis græcis legitur ἐπισημαίνεσθαι μὲν εἰωθότα, νῦν δ' οὐ λεγόμενα παράλογον. Arbitror aũt legendum esse οὐ γενόμενα παραλόγως, ut transtuli. sicuti etiã inferius in græcis codicibus legitur. Dictio autem παράλογον et παραλόγως significare his in locis videtur, non quod præter rõnẽ, sed quod præter opinionẽ & spem & expectatione euenit, vt adnotat ẽt Suidas & alii. neq; enim præter ratione erat, quòd coma eueniret non somnolentum, cum status ille ita efficeret: sed præter opinionẽ hominũ erat. quandoquidem solet esse comatis proprium, vt cum somno sit. Calaber uidetur alio mõ legisse hũc locum, cũ uertat, Subintelligere quidem quæ cõsequi cõsueuerũt, nõ aũt dicũtur ĩ sermõe.

B † Locus in græcis cod. admodũ corrupt⁹. εἰ διὰ λάβρου ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγὴν ἀπτέσθαι τῆς διανοίας ὀξέας ἔχειν κινδύνους, μηδὲν ἀπαντῆσαι ἔχειν τηλικαῦτα δ' ὁμοίως ἐπισημαίνεται. Calaber. per quæ multã ex naribus hæmorrhagiam, non tangere mentẽ, neq; acute obuiare pericula significabat. Ego autem ita uerti, motus ni fallor rõne ac multis auctoritatib. Hipp. in libris epid. cum Galeni explationibus, p̃ter eas quas hic citat Galenus, ac p̃sertim in primo lib. cõm. 1. tex. & cõ. 9. vbi habetur peculiare uerorum causorum esse hæmorrhagiã, deliriũ, et mortẽ.

*C † Locus in græ. cod. asterisco notatus * τὰ φρενιτικὰ πλεονάζειν ἄξιον ἦν ὡς παράλογον ἐπισημαίνεσθαι τῷ ἀπατήσαντι ἢ φρενίτιδες μὲν οὐδ' ὅλως ἐγένοντο, καῦσοι δὲ πολλοί. Calaber. & phrenitica tunc abundare dignum est, ut in sermone significatur. & decipitur qui putat phrenitides quidem omnino non fieri, causos autem multos. Ego uero in loco tam difficili arbitror legendum pro * τὰ φρενιτικά, ὥστε φρενιτικά. & pro τῷ ἀπατήσαντι ἢ φρενίτιδες, τὸ ἀπαντῆσαι, ὅτι φρενίτιδες. ut transtuli. considera.*

D † Hæc non sunt in Calabri uersione.

*E * Græce πάντων id est omnium, sed iudico legendum esse πάντως, ut transtuli.*

F † Quæ his signis [ ] interclusa sunt, in cod. græcis desiderãtur. Malui autem ueterem tralationẽ ut iacet apponere, quàm quicquam inuertere, cum præsertim sæpenumero mutatio uerborum, sententiarum etiam faciat inuersionem.

G † In quibusdam exemplaribus Calabri interpunctum est ut est in contextu: in aliis autem hoc modo. vel non: tantum tamen differunt.

A lentum, ceu vt plurimum somnolento fiente. Si igitur commune est amborum coma, & somno magis familiare: rationabiliter, quando vult somnolentam significare cataphoram, simpliciter dicit comatosos: quādo vero rursus vigilem, non simpliciter, sed [a] communium ait comatosos vigiles. Nouit enim alterutra, & quoniam familiare est somno coma, & eius naturæ magis assimilatur: & quoniam cum vigilia quandoque consistit. Et si quidem hoc ita habet, mirabile nullum est, si non lethargicis solum, sed etiam phreniticis concidit. [b] Somnolentum vero coma his quidem non est proprium, aliquādo autem fit. inuenies enim multos phreniticos surgentes, neque eleuare oculos omnino potentes, sed in eodem loco manentes similes lethargicis: vnde hos plurimi & indocti medici neq; quid oportet vocare sciunt, sed omnino ambigunt, & extranea videtur eis esse passio hæc, & innominata: quidam autem permistam ex lethargo & phrenitide æstimant, & vocāt eam Typhomaniam. Et quod est deterius omnibus, quidam Hippocraticorum se esse similantium dicunt hoc: Et nimirum aperte ita & manifeste Hippocrate scribente nō in dubitato libro, sed vt aliquis alius germanorum esse credito, tertio
3.Epid. cō.3.t. 45.3ª.144.c « epidemiarum. | Neque maniacus factus est phreniticorum aliquis sicut in alijs, sed in quadam
« cataphora pigra [c] caput grauati, perierunt. Non solum enim, quoniam cataphora phreniti-
B bus aliquando concidit, nunciauit: sed quoniam, & pigra multoties. Quæ autem est pigra, memor eris primo diuisionis, si debes præsentia non obaudire, quādo cataphoram aliam quidem somnolentam, aliam vero insomnem vocabam: & illam quidem somnolentam, propriam esse lethargicorum, & semper inesse eis: alteram vero, neque propriam esse phreniticorum, neque adesse eis semper.

A* Forte cōiunctim.

B* Arbitror legendū esse, Non somnolentum i. nequaquā non coma somnolentum phreniticis accidit, sed coma insōne, vt īferius patet.

C* καρηβαρέες. et ita libro prīo prorrh. cō. 1. et cō. 33. & certe melior est lectio καρηβαρέες vel καρηβαρέοντες, quam βαρέως. i. grauiter.

Laudat Hippocratem quòd non temere nomina imposuerit: Probatq́; denuo duas esse cataphoras: alteram Somnolentam, lethargicorum propriam: alteram Insomnem, phreniticis quandoq; euenientem: hancq; vel pigram vel non pigram. CAP. 3.

SOmnolenta igitur, quantum ad pręsens, ipsis lethargicis concidit: Insomnē vero, quę phreniticis aduenit, tentabo distinguere, vt possis inuenire dictam ab Hippocrate differentiā. Non enim erat eorum qui vane imponunt nomina vir iste: neq; stulte adiacet cataphoræ, hoc scilicet /pigra/: neq; dicit, sicut Homerus, humidum oleum, & lac album, nullius determinationis gratia. etenim omne lac est album, & oleū humidum: sed vnumquodq; vocabulum & syllaba omnis rem aliquam significat ab eo. De phrenitide igitur loquens (quod est ad præsentia vtile docere eos qui consuetudinem eius discere volunt) quādoq; quidē ita scribit [d] †/delirauit/,
C quandoq; autem ita /transductus est/, quandoq; autem rursus /intercise locutus est/, rursus autem /desipiuit/ & rursus /egressus est a se/, & iterū /maniacatus est/, & /supermaniacatus/, & /nō intelligebat/, & /præterloquebatur/. Hæc omnia læsam habentium mentem sunt: quos vniuersos tu quidem desipientes vocas: Hippocrati non sufficit dicere genus solum, sed vnicuiq;
Epid. cō. 3.t. 9.3ª.125.d « magnitudini speciei desipientiæ, proprium adinuenit nomen. | Homo enim ait calefactus, cœ
« nauit: non fuit ausus dicere febrem [e] tanta caliditate in qua quis cœnare potest. Rursus autē magnitudinem volens ostendere febris, dicit, | Ignis assumpsit eum. | Occupatus fui in ostēdendo diligentiam viri in vocabulis, sed vt iam scientibus & suasis ad id quod quæritur accedam. Duæ sunt species insomnis cataphoræ: Nominatur altera quidem pigra, cuius nūc Hippocrates meminit: Reliqua vero noīe generis vtitur. Commune autem ambarum est (quę & maxime differunt a somnolenta, quoniam loquuntur & delirant nulli hærentia menti,) & ad assurrectiones promptissimi sunt. quorum nullū in lethargicis existit cataphoris: neq; enim seorsum quid loquuntur, & versute sunt difficile sentientes, neq; ad acclamantes & pungentes excitantur faciliter. Coma vero phreniticum quidem & insomne, extra hanc est dissensibilitatem & immobilitatem: etenim surgunt faciliter audiētes vocem & sonum omnem: & si tetigeris par
D tem corporis, mox oculos eleuant, & ad tangentem aspiciunt. In ipsa autem cataphoratione vel manum mouent, vel crus, vel vniuersum corpus eijciunt irrationabiliter & repente, & desipice exiliunt ad instar spasmi, & hæc omnia faciunt cum eo q loquuntur aliqua non congrue: Quorum nullum, qui sunt lethargici cum cataphora, faciunt: immobiles enim semper & inuocibiles iacent, eis, qui profunde dormiunt, assimilati. Ipsorum autem qui non somnolenter cataphorantur, alij quidem ita facile & multum mobiles existunt, vt neque deficiant clamantes magne, & moueant aliquam particulam vehementer: sed si excitaueris eos aut loquaris, aspiciunt inconuenienter, & magis egrediuntur a se, & malum facere tentant, & omnino in audiendo promptissimi fiunt, nihil relinquentes ab ijs qui summe desipiunt. Alij vero ecōtrario surgentes, magis intelligunt, & non multum mouentur, & tunc magis desipiunt quando commiseris eos comati: & secundum hoc maxime licet eos discernere a cataphoris lethargicis. Hæc
Epid. cō. 3. t. 5.3.144.c igitur est, quæ ab Hippocrate dicitur | pigra cataphora. Quoniam autem aperte didicimus, q non solum hoc scilicet cataphorari quibusdam phreniticorum accidit, sed etiam hoc scilicet pigre, de hoc vtiq; maxime aliquis dubitabit: ad reliquam trāseamus dubitationem: cuius si quidem aliquam inuenerimus solutionem, habebimus iam totum. Est autem dubitatio hæc: Postquam meminit Hippocrates in prorrhetica comatosorum vigilum, dubitat vtrum phreniticos

D †Quāquā haud ita facile est asserere q̄nā fuerint verba græca, quibus affirmat Galenus vsum fuisse Hippocratem. arbitror tamē coniectura quadam motus, tum ex Hippocrate in epidemijs, tum ex Galeno commentario primo prorrh. com. 1. & cōmentario primo tertij epid. cō. secūdo vocē Delirauit esse, παρελήρει. trāsductus est, παρηνέχθη. intercise loquut° ē, παρέκοψε. Desipuit, παρεφρόνησε. Egressus ē a se, ἐξέστη. Maniacatus ē, ἐμάνη. Supermaniacatus est, ἐξεμάνη. Non intelligebat, οὐ κατενόει. Præterloquebatur, παρέλεγε.

E* Arbitror legendū esse tantam caliditatem. ut sit sensus. non ausus est nominare febrem, eam exiguam caliditatem, in qua quis &c.

τῶ ἔλαβεν. quod sepissime legitur apud Hip. in lib. epid.

niticos eos aut aliud quid vocet. habet autem feries ita: ‖ Qui comatofi in principijs fiunt cum E capitis, lumbi, hypochondriorum, & colli dolore vigilãtes, num phrenitici funt? Scribitur autem dupliciter hæc feries: in quibufdam quidem exemplariorũ fic: [a] † in quibufdam autẽ abfq; hoc fcilicet/funt/num phrenitici? † [b] Sed nunc quidẽ primo fcrutemur cur duę fint fpẽs primę comatis, & altera quidem lethargicis femper, reliqua vero phreniticis aliqñ concidat: dubitat nunc Hippocrates, fi oportet ita habentes noĩare phreniticos: hoc nãq; nedum dubitabile, fed econtrario facile inuenibile & promptum videtur effe: quãdo enim funt duo comata, & fomnolento quidem proprio lethargicorum non potente intelligi (hoc.n. fcilicet/vigilantes/adiacens nõ permittit id fignificari) de reliquo comate an phreniticum fit, videtur enũciare. Qualiter igitur dubitat? Syllogiftica eft hæc/num/aduerbium, & non dubitatiua. Sed hoc quidẽ, fi non haberet barbaram interpretationem & omni confuetudine græcæ extraneã, fortaffis vtiq; acceptarem: Quia vero neq; alij græci, neq; ipfe Hippocrates tali compofitione propofitionũ inueniuntur vti: qualiter fufcipiam fyllogifticum effe/num/aduerbium? ante.n. ꝙ affumptionibus vtamur in orõne, & prælocemus eas conclufioni, non eft fyllogizare. Puta, vt quod dicitur, manifeftum fiat et minus exercitatis: hoc fcilicet, num dies eft? &, num veniet hodie? dubitandi habet aduerbium: Si vero orõne enunciare eis voluero, vel fimpliciter dicendo ita abfq; F omni demrõne, veniet hodie: vel cum demrõne, hoc modo: fi Sol fupra terram eft, dies eft: fi ambulat, ergo mouetur: Qñ vero fine demonftratione enunciamus quid, non indigemus aduerbio ergo: fuperfluus enim eft fermo: & nullus dicit ita, dies eft ergo: neq; fic, ergo eft dies: cum liceat dicere fic fimpliciter, dies eft: Neq; fic in demõftratione poffibile eft vti hoc fcilicet /ergo./ Qualiter enim erit demonftratio, om ni demrõne ex aliorũ affumptionibus aliã affumptionem cõprehendẽte? fed nullam videtur nunc affumptionem fyllogifticam ad demonftrationem accipiens. Qualiter ergo/num/aduerbium fiet pro dubitatiuo fyllogifticũ & illatiuũ? Cum aliquibus.n. neq; eundem locum obtinẽt dubitandi aduerbium, & fyllogifticum & illatiuum vocatum: fed dubitatiuum quidem præponitur femper, fyllogifticum vero & illatiuum inter nomen & prædicatum locatur: dubitantes.n. fic dicimus: num dies eft? fyllogizantes aũt fic: dies ergo eft. Qualiter igitur nunc prælocatum eft? ceu non fyllogifticum exiftens prælocatum eft: nõ enim eft dictum fic: phrenitici ergo funt: fed fimpliciter, num phrenitici funt? [B] * dubitante aperte Hippocrate, nec audente firmiter afferere de ipfis, quẽadmodum certe fæpenumero facere videtur. Satis aũt erit vnũ vel alterũ exemplũ, ne diutius in re tã cõfpicua imoremur. In primo ergo epidemiorum ait: ‖ Poft hæc aũt dyfenterici facti funt hi oẽs: num fanè, G ꝙ minxerint aquofa, confiderandum? hoc in loco dictio/confiderandũ/quę adiecta eft, ne impudentiffimum quidem permittet, vt coniunctionem ἆρα.i. num, aliter intelligat, ꝙ dubitatiuam. In fexto item epidemiorum, ‖ Poft mictionem concretio, inquit, pueris magis: num fanè, ꝙ calidiores fint? In ipfo autem prorrhetico, ‖ In phreniticis alba deiectio malũ, vt & Archecrati: num fanè ex his fegnities fit? & rurfus: ‖ In aphonia fpiritus, qualis ijs qui fuffocatur, promptus, prauum: num fanè & tale, deliratorium? Si ergo finem fermoni imponere oportet: & neq; alius quifpiã grecorum ita vfus eft coniunctione ἆρα: neq; Hippocrates ipfe, vt ego nũc oñdi: reprehẽderet vtiq; quifpiã, arbitror, eos, qui tanq̃ nõ dubitatiuã cõiũctionẽ explanauerũt.

» 1.Prorrh. cõ 1 t.1.4[a].160.h
» 1.Epid. cõ.2.t 71.3[a].114.f
» 6.Epid.cõ.3. 15.3[a].17 3.a
» 1.Prorrh.cõ.1 t.13.4[a].165.
» Ibi.t.24.166.

Caufam reddit, cur Hippocrates in principio Prorrethicorum eos, qui comatofi funt in principijs cum capitis, lumborum, hypochondriorũ, & ceruicis dolore vigilantes, nõ aufus fit appellare phreniticos. CAP. 4.

Quãquam difficiliorem orõnem me ipfum facere fcio. [c] † cum.n. diftincta fit fomnolenta cataphora à non fomnolenta, phrenitide iam exiftente, non vtiq; conuenienter dubitare videatur, & non firmiter afferere, tales effe phreniticos. Sed certe minus mihi curæ eft difficultas fermonum q̃ veritas. Quòd dubitatiua fit coniunctio fateor, et caufam oftendã, propter quam non aufus eft afferere Hippocrates tales effe phreniticos, fed adhuc dubitet. nam di- H ctio, in principijs, quæ adiecta eft, totam orationis vim habet. quam dictionem multi explanatorum prætermittunt tanq̃ temere adfcriptam. Simile enim quidpiam accidit multis incipientibus morbis, quale in aliquibus ebrijs fieri videmus, quando comatofi quidem funt, & titubãt, & capite grauantur, & neq; fi cogantur, attollere poffunt palpebras: ob hanc eandem vero rurfus grauitatem dormire non poffunt, anxiantes, & vertentes, & proijcientes fe ipfos ac trãfmutantes aliàs ad aliam figuram. Hæc enim videmus fępenumero in ebrijs fieri, cum repletum fuerit in ebrietate caput, poftea à grauitate vnà & in coma trahatur, vnaq; à fomno prohibeatur. Ita ergo, vbi multitudo incõcocta caput occuparit, vigiles fimul & comatofi funt. Dumq; hoc per initia euenerit, interdum quidem probe concoquitur multitudo, ac fi ex vino talis res euenifſet. fed ita fanè nec lethargus, nec phrenitis fubfequuta eft: Interdum autem acris reddita, in phrenitin terminauit. Multis vero pars tenuior, vel concocta, vel digefta, euacuata eft, remãfit autem craffior: & ita lethargus fuperuenit. [d] † progreffo quidem tali morbo, hæc affectio, ficuti

quidẽ

A † Hoc eft, in quibufdam autem exemplaribus legitur, num phrenitici, abfque hoc uerbo funt. Vt et habetur in calce huius libri, et in prĩo cõ. libri prorrh. Fuerunt enim qui diceret, Hippocratẽ dubitare, an tales fint phrenitici. alii, an tales futuri fint phrenitici.

B † Nõ video, quo in loco inferius Galenus fcrutetur, cur duæ fĩt prĩæ fpẽs comatis, fcio equidem hoc fuperius oftẽdiffe. Forte ergo loco dictiõis primo, legẽdum eft, primum, & pro, cur, cum. funt.n. faciles lapfus. ac fi ita diceret. Sed nunc quidem primum (.i. priorem fcripturam, quæ habet dictionẽ, funt) fcrutemur. Cum duæ fint fpẽs, & c. dubitat nunc Hippocrates, fi oportet & c.

** Hucusque Calabri verfio.*

C † Corrupti funt hoc in loco codi. græci, qui ita habent. φρενήτιδος ὄυσης ἄν ἔτι δεόντως ἀπορῶν φαίνηται, καὶ μὴ βεβαίως ἀποφαινόμενος φρενιτικοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους .i. phrenitide exiftẽte utique adhuc conuenienter dubitare uideatur, & nõ firmiter afferere tales effe phreniticos. Calaber ita trãftulit. phrenitide iam exiftente, qualiter nõ conuenienter abfurdum uidebitur nõ certe enunciare phreniticos eẽ hos? uidetur ãt ita legiffe, φρενήτιδος ἤδη ὄυσης, πῶς ὀυ δεόντως ἄτοπον φαίνοιτ᾽ ἄν μὴ βεβαίως ἀποφαίνεσθαι φρενιτικοὺς et c. poffet ẽt paucis mutatis ita legi. φρενήτιδος ἤδη ὄυσης, ὀυκ ἄν ἔτι δεόντως & c. ut traduximus. ac fi diceret, fi iã adeft phrenitis, quare dubitat? neq;.n. in re certa dubitandum. Et hæc eft illa difficultas, quam nuper tetigit: cuius folutio ftat in dictione, in principiis, ut mox apparet in ...

D † Ideft vbi diutius perfeueret hic morbus cum comate & vigilus & c. uel eft proximus phrenitidi, uel ut aly exiftimant, mixtus eft ex lethargo & phrenitide. clare hæc materia tractatur in primo com. primi prorrheticorum.

A ti quidem nos oſtẽdimus, propè iam phrenitin eſt: ſicuti vero ij qui mixtam paſſionem ex lethargo & phrenitide introducunt, ſuſpicantur, illi videretur eſſe proximior. † Vtrum autem eos, qui ita habent, iam phreniticos nominare oporteat, an paulo poſt phrenitici expectandi ſint: hoc alterius vtiq; eſt conſiderationis, nihil ea que nunc proponuntur, iuuantis: ac præſertim propter dictionem /ſunt/ quam aliqui adſcribunt huic contextui, num phrenitici, aliqui vero non.

† Ambigua quoquomõ videntur uerba græca, πότερον δ' ἤδη τοὺς οὕτως ἔχοντας ὀνομάζειν χρὴ φρενιτικοὺς, ἢ τοὺς ὀλίγον ὕστερον ἔσεσθαι &c. Sensus tamẽ ille, quem in contextu poſui, facillime ni fallor elicietur, ſi cum iis quæ in initio ſtatim primi cõmenti, primi prorrheticorum ſcripta ſunt, conferatur. uerba autem ſunt hæc. Complura ueterum exẽplarium uerbo, phrenitici, uerbum, ſunt, non habent adiectum. hinc exorta eſt quæſtio, utrum ne eos qui ita habent, quis iam phreniticos appellabit, an forte expectabit. adiecto uero, ſunt, atq; in hunc modum ſimul ſcripta oratione, num phrenitici ſunt, quæſtio eſt, an qui ita affecti ſunt, iam phrenitici ſint uel non ſint. Et inferius in eodem commento. Si enim comatoſi quidem, ſed abſq; uigiliis fuiſſent, non quæſiſſet Hippocrates, an phreniticos appellare eos oporteat uel iam exiſtentes uel futuros.

B

GALENI DE TREMORE PALPITATIONE CONVVLSIONE ET RIGORE LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco Medico interprete

C *Ab Auguſtino Gadaldino ad Græcorum codicum fidem emendatus*

ARGVMENTVM LIBRI

Quod Genus Motus, quæ Differentiæ, quæ Loca, quæ Cauſæ Tremoris, Conuulſionis, Rigoris, & Palpitationis.

Propoſitum Libri. CAP. 1.

QVandoquidẽ Praxagoras Nicharchi filius, cum in alijs medicinæ partibus præſtantiſſimus, tũ in naturalibus ſpeculationibus peritiſſimus, non recte mihi videtur de pulſu, palpitatione, cõuulſione, & tremore ſentire: vt qui omnia arteriarum eſſe affectus, differre aũt inuicem magnitudine, exiſtimet: Idcirco de oĩbus ipſis cõiter hoc libro à me tractãdum eſſe putaui, nõ vt Praxagoram in ijs quibus errorem admittit falliturq; redarguam (id. n. Herophilus eius diſcipulus abũde factitauit) D ſed vt in quibus recte ille ſenſit, ea quæ deſunt, adijciam. De pulſu ſanè, quid tandem ſit, & quõ fieri ſoleat, in opere de pulſibus oſtenſum eſt, & nunc tantum dicetur, quãtum ad præſentem diſputationem vtile eſſe videbitur: De alijs autem hoc commentario ſum tractaturus, inde ſumpto initio.

Quot Motus Genera, atq; In quo genere Tremor, Conuulſio, Rigor, & Palpitatio contineatur. CAP. 2.

1.1.f.1.d.5. .10.b MOtus ſenſibiles in animantium corporibus, cum ſana ſunt, duplices genere apparent: "Ex arbitrio ſanè, aut voluntate ac impetu, aut quomodocũq; nominare velint nominum quidem periti, rerum autem ſcientiam negligentes: qui neruorum muſculorumq; miniſterio fiunt: atq; has medici voluntarias actiones appellare ſolent: Alij vero motus in animantium corporibus exiſtunt, qui arteriarum et cordis officio obeuntur, quos vitales nuncupant: Ac aliud quoddam tertium motuum genus in venis habetur, quod ſenſibus non percipitur. De quibus duobus in præſentia dicere opus non habeo: Verum qui muſculis & neruis perficitur, per quem & manus & crura mouemus, in tremoribus, conuulſionibus, rigoribus morbidis, interim & in palpitationibus apparet. Omnes etenim eiuſmodi affectus, vitiati motus ſunt inſtrumentorum eorundem, quibus arbitrarij ſanorum motus obeuntur.

Quid sit Tremor. CAP. 3. E

TRemor itaq; facultatis, quæ corpus sustinet mouetq;, infirmitate accidit. Non ^a enim ex se ipsis animantium particulæ tam graues cùm sint, deorsumq; ferri natæ, in omnẽ locum mouentur: verũ facultas, quæ per neruos musculis à principio transmittitur, veluti vehiculũ quoddam, & motus ala ipsis est: quam cùm prorsus perdiderint (perdunt autem resoluta) deorsum feruntur, & auis cui pennæ defluxerint instar, concidunt: vnde nullus ita affectis motus relinquitur. Sin autem virtus quidem reliqua fuerit, sed pauca & imbecillis, vt neque corporis partes satis sustentet vehatq;, aut tanq̃ graue pondus aliquod ferre nequeat, necesse est partem ita dispositã, tremulam conspicari: siquidem motus, qui ab imbecillibus supra vires & violenti & ad necessitatem fiunt, tremuli existunt. Puto te subinde vidisse aliquem, qui graui pondere sublato incedere violenter conaretur, q̃ cruribus intremisceret: Quin etiam si manibus præter vires graue aliquid portare aggrediatur, manus habebit tremulas. Pari modo homo cũ timet expauescitq;, siue manibus quid facere, siue volet ingredi, manus quidẽ, si his functionẽ obire aliquã audet, tremulas: crura aũt, si conatur incedere, habebit. Minuit enim nihilo minus & timor virium robur: quę vbi semel collapsæ fuerint & debilitatæ, quiduis etiam multo leuissimũ, graue redditur: quapropter & corpus animantis, quod prius erat leue, oneris modo ipsas aggrauat. At senes simili modo ex imbecillitate vt plurimum tremuli sunt. F Præterea, quibus ex morbo corporis robur laborauit, nec ijs quoq; citra tremores motus fiunt. Siquidem in omnibus qui in hunc modum habẽt, vis particulas mouens sustentansq;, nunc debilitata, id quod prius attollere solebat, amplius non potest, tanquam in motu vacillans. Vbi vero totus naturæ tenor remiserit, ibi corpora eo quod eleuet destitura, suo pondere deorsum feruntur: ac ibidem manerent (quemadmodũ in resolutionibus, quas paralyses græci appellant) si totas vires robur omnino destituisset. Quãtum autem ipsius reliquũ est, id rursus vehere corpus conatur: verum neq; nunc quantum vult prę imbecillitate potest, sed modicè quidem eleuat, magis autem deficit, imperfectum mutilumq; hoc quoque motum relinquens: rursus igitur corporibus deorsum ferri concedit. Quod cum continue fiat: & deorsum tẽdens latio sursum vergentem excipiat, eiq; rursus coniungatur: duplex sanè & compositus totus fit motus, particulis loca semper per vices mutantibus. Nomen autem affectui est Tremor, quo corpora deorsum pondere suo vergunt, rursus autem in altum à virtute attolluntur.

Quid Tremor Differat à Palpitatione. CAP. 4.

QVin & Palpitatio, qui pal mos gręce dicitur, forsan, dicet aliquis, similiter atque tremor motus est, quo partes palpitantes, citra voluntatem nostram nobisq; inuitis attollũtur & deorsum agũtur. G Quomodo igitur tremor à palpitatione differet? Hactenus sanè nihil inter se discrepare videntur: veruntamen discrimen intercedit. Neq; enim locum affectum eundem esse tremẽtibus & palpitantibus, neq; causam, neq; symptoma esse dixero. Quippe nemo qui artus mouere non instituerit, tremet: palpitantes aũt particulæ etiam si in quiete fuerint, siq; nullũ ipsis motum induxeris, palpitant. Decipiuntur hic quoq; multi, dum capita tremula conspiciũt non nullis, manum immobilem & crus, vt visum fuerit, extensum habentibus, deinde nihilo minus trementibus. Quos hanc sententiam docere conuenit, quæ non à me nunc primum dicitur, sed etiam à multis veterum, Non quæ moueri videntur, ea moueri sola pronunciantibus. Multa siquidem citra motum esse videntur, vnum eundemq; locum obtinentia, nihilo autem minus mouentur. Siquidem aues non modò sursum & deorsum tendentes, sed etiam si locum vnum in aere occupent, in motu tunc quoque esse censebuntur. Nam si in eo loco mortuum auis corpus situm fuerit, facile ad terrã decidet, pondere suo inclinans. † [a] Vnde constat, & corpus quod in eodem manet loco, motus cuiusdam auxilio, in sublimi constitisse, tanto vtiq; motu, quantum haberet, si solo põdere deorsum ferretur. Quare quam immobilitatem esse putas, motus est ex duobus quibusdam compositus, qui corpus in contraria loca possunt abducere: quorum, si alterum sursum H vergentem tollas, reliquum videbis ex facili corpus in locum inferiorem deducere. Hoc igitur & Hippocrates his verbis docet: [b] ‖ Stare, vlceribus minime cõducit, præsertim si crura infestẽt: neque sedere, neque obambulare, sed conquiescere & otio vacare confert. Nam quietem & otium tanquam profutura cõmendat: stare autem & sedere minime prodesse ait, vt quę à conquiescẽdo sint diuersa: etenim & tunc musculi, qui gestant corpus & à terra attollunt eriguntq;, imẽsi sunt: Iccirco stare nihilo minus q̃ obambulare lassitudinẽ parit, vt quod & ipsum motus existat. Anima igitur quæ corpus & mouet & erigit, ablata, statim quod prius rectum erat, in terram inclinare videbis: quo constat etiam cum rectum erat, nõ fuisse citra motum, sed fuisse aliquid quod subleuaret, gestaret, attolleretq; ipsum. Ego itaque ne decumbentem quidem hominem, si caput sublimius habet, pedes autem humiliores, citra motum omnino esse dixerim: sublabitur enim facile ad pedes ex sublimiori in decliue vergens, nisi motu contrario huic renitatur. Hæc sanè & Hippocrates asserebat: [c] ‖ Si vero præceps agitur, & à lecto ad pedes delabitur, grauius periculum minatur. Nam ad pedes sublabi decumbentem, virtutis extremæ imbecillis nota est firmissima. Stare etenim, aut sedere, aut surgere non posse, graue quidem, sed minus graue periculum innuit: quippe multi ægrotantium ad hęc deueniunt desinuntq;, ad extremam nondum imbecillitatem prolapsi:

A.l. 3. f. 2. t. 1 c. 2. 218. d

A † *Ant. translatio. Ostenditur igitur ex hoc, quòd corpus auis permanẽs in vna parte aeris, nõ põt ibidẽ permanere, cũ sit naturalr graue, nisi ad illũ locũ moueatur uirtute aliqua arrigẽte et ad iuuate ad permanẽtiã: qua non mittẽte in contrariũ grauitate corpus secundũ exigẽtiã suæ grauedinis uelocißime ad inferius mouetur: cum motus grauis necessario ad inferius tendat.*

B ‖ In lib. de Vlceribus.

C ‖ in Prog. cõ. 1. t. 15. 4[a]. 193. f

A prolasi: A decumbere non posse viuentis modo, sed hic quoq; tanquam mortuum & inanimatum corpus deorsum ferri, extremum malum fatetur: quod Hippocrates in cõmentario de humoribus, ἐρρίψιν|| hoc est virium deiectionem, appellauit: quod interpretes libri non intelligẽtes, multa nugati sunt. Nam deiectũ esse instar corporis inanimati, omni robore prorsus & soluto & perdito, ἐρρίψιν vocauit: Vt non idem sit deiectum esse cum eo quod est decumbere sed quam habet proportionem delabi cum verbo decumbere: ita etiam in auibus diuersum quidem est, ad terrã deuolare, diuersum rursum in terram decidere: etenim aliud affectus, aliud actio est. Similiter igitur his, actio quidem decubitus est: affectus autem, prostratio deiectioq;. Sed quorsum hæc mihi dicuntur? eò nempe vt illos qui aut crus, aut manum in altum sustulerunt, deinde ita vt habẽt seruant, ne immotos esse arbitreris, neq; si vnum eundemq; locum semper quam maxime occupent. At si nolis ita dispositis motum adesse concedere, certè actionem ipsis omnino concedes, & duplicatum hoc simplicis actionis robur adesse. Nam in simplicibus vnum musculorum genus aut flectentium, aut intendentium artus, operatur: cum vero extensos ipsos conseruas, utraq; musculorum genera pari robore functionem obeunt. Quòd si huius memineris, vera obseruans, quæ prius dicebantur, inuenies, nempe quòd ei qui nullum motum aggreditur, tremor nõ obueniat: B vt qui impotentis & infirmi motus sit symptoma. Vnde cuiuis constat, corpus, cui moueri neutiquam licet, id neq; circa motum imbecille & impotens fore.

Quæ sint Loca affecta, & Causæ Palpitationis & Tremoris. CAP. 5.

PAlpitatio autem etiam ijs, quæ non mouentur, accidit. Etenim superciliũ, palpebræ, & oculus subinde citra omnem volũtatem attollũtur. Vnde & hoc manifesto arbitror magnã habere vim, tum ad affectus naturæ cognitionem, tum ad exactam à trementibus discretionẽ. Siquidem quæ in palpitantibus particulis eleuationes depressionesq; apparent, distentiones quædam sunt corporum, quæ ceu replẽtur, & eorundẽ subsidẽtiæ quasi rursus inaniunt. Quæ vero tremẽtibus accidũt, totius mẽbri motus sunt: quod interim deorsum quidẽ vergit, rursus aũt ad superiora fertur, sed non dilatat neq; contrahitur. Ea propter tota sanè pars tremit, quum aliquid facere aggredimur, nullo eorum quæ in ea habẽtur, manente immobili: sed similiter quidẽ musculi, similiter his arteriæ, nerui, venæ, ipsaq; ossa, & cutis, nunc sursum, nunc deorsum ferunt: Palpitant autẽ nõ omnia. Neruum igitur, aut os, aut cartilaginem, aut aliud quid huiusmodi, nunquam videas palpitare: non enim habẽt ventrem, quo vicissim dilatato & contracto, attolli quidem cũ dilatatur, collabi autẽ cũ contrahitur, partibus liceat. Porrò musculorum'ne sit affectus tãtũ palpitatio, vt He C rophilus opinabat, an etiam cutis, aut arteriarũ, vt censebat Praxagoras, id rursus cõsiderabimus: siquidem ea speculatio ad loci affecti inquisitionem magis pertinet. In præsentia autem tantillũ repetentes ad priora digrediemur, nempe quod Palpitatio, distentio quædã sit & subsidentia præter naturam: Tremor autẽ motus præter voluntatem partium, quo sursum & deorsum vicibus permutatis ferant. At idem non est neq; dilatari, cum eo quod est sursum ferri: neque contrahi, cum eo quod est deorsum vergere. Etenim quæ sursum & deorsum ferunt, priori loco relicto in aliũ transeunt: Quæ dilatãtur autẽ & contrahuntur, veterem sedem cõseruantia, partim ambientem regionem occupant, partim relinquunt. Quare moueri quidem vtrisq; cõmune, tum quę dilatantur contrahunturq;, tum quæ sursum & deorsum feruntur: Peculiare autẽ, his sanè minorem locũ aut ampliorẽ occupare, ita vt veterem non deserant: illis autẽ semper loca mutare, ita vt nunquam in eodem maneant. Opus autem, opinor, erit hic quoq; distinctione, vt in totũ sermo verus euadat. Subinde enim iam pluribus simul musculis, aut vno quodam insigni vehementer palpitãte, attollitur quidẽ mẽbrum vnà cum ijs quæ dilatantur: concidit autem rursus cum ijs, quę contrahuntur. Vnde inuitam eleuationem depressionemq; membri, tremorẽ vocare non oportet: cũ videas manifesto musculos palpitantes, à quibus membrum mouetur: ipseq; motus non, qualis D trementibus, apparet. Nam in ijs qui membrum totum in motu propter musculos palpitantes retinent, proprijs & sensilibus extremis vterque motus circunscribitur: Trementium vero affectus talis nõ est, sed altero motu adhuc incipiente, vt ita dicã, cõtrarium ipsi coniungi deprehendes, vt ad superiora latio semper deorsum tendentẽ excipiat: hanc autẽ ab illa rursus cõtinue impediri: ita vt imperfecta quidẽ semper sursum latio, imperfecta quoque deorsum inclinatio existat. At hæ sanè affectuum tibi notę erunt, ac his symptomatibus inuicem differũt. Reliquũ est vt locũ affectum & causam consideremus. Palpitationum" causam esse pronuncio spiritum crassum & vaporosum, cui non sit transitus. Hunc autem colligi oportere dico in concauitate quadam non admodum exigua, si pars distensionem sensibilem habitura est: atq; totum hoc summatim explicatum est. Cæterum oportet, vt cum tu substantiam illam esse spiritualem demonstras, causæ addas, ob generationis ac solutionis celeritatem. Quid enim tam facilè vel congregari, vel inaniri potest aliud, quàm spiritus? Etenim quæ hominem constituunt, vt Hippocrates nos docebat, sunt solida, humida, & spiritus. Meminit autem ipsorum his verbis, ||Continentia dicens, contenta, & impetu ruentia: Continentia quidem solida nuncupans, vt quæ comprehendant tegantq; humida: Contenta autẽ, humores, vt qui à solidis comprehendantur: Quæ impetu feruntur, spiritus: siquidem in omnem corporis partem momento temporis, & facilè, & citra impedimẽtum

In libro de Humorib.

l.3. f.2. c.1. t.19. 220. a

6ª. Epid. sect. 7.

peruenniunt. Citam igitur vacuationem aut repletionem, aut distētionem aut subsidētiam, aut depressionem aut elationem, aut alium quēdam motum, nullum ex oībus præter spiritum effecerit. E
Quare & palpitationum causa, substantia quidem spiritus: Qualitas autem substantię, humiditas est, et crassities, vt paulo antè dicebamus, cum crassum vaporosumq; nominaremus. Si enim ęthereus foret, tenuis & purus, citra impedimentum trāsiens, neq; repleret vnq;, neq; vacuaret partes: Crassior autem q̃ meatus corporum exigant, in quibus colligitur, reclusus intus si quidem cōcauitatem corpus obtinet, hanc replēs, & excitat & distendit regionē circunfluam: sin minus, inter duo collectus corpora, ab vno ad alterum transit, ascititium sibi sinum efficiens. Hic sanè modus secundus dictus, etiam in cute subinde palpitationes excitat: non cute ipsa concauitatem quādam in se sortita, sed in spatio quod cutem & corpora subiecta intercedit, spiritus tunc colligitur. Prior autem modus in musculis potissimùm accidit, in his enim concauitates & multę sunt & exiguæ.

Praxagoras pulsum arterijs attribuit, sicut nimirum & palpitationem, tremorem, & conuulsionem, arteriarū affectus: ac pulsum sanè in naturali statu habere: palpitationē vero, tremorē, & cōuulsionem magnitudine inuicem differre, sed motus esse præter naturam. Quòd igitur non rectè sensit, solis arterijs palpitationem attribuens, haud difficile est deprehendere: Quippe manifesto videre est frequenter & cutem palpitantē & musculos, cū nulla in loco sit arteria: vel, si esse quandam contingat, ea sit admodum exigua, vnde liceat manifesto alicui cognoscere, tātam distentionem non ex arteriæ magnitudine proficisci. Porrò nū rectè non nulli musculosis corporibus solis palpitationem attribuāt, id mihi multo dignius consideratione videtur. Ego etenim ēt planè existimo arteriam manifesto non modò palpitans, sed etiam conuulsorium quid, subinde repræsentantem inueniri, quemadmodum & alij pulsuū periti fatentur. Verum de hoc disputatio prolixior est, & in libris de pulsibus comprehensa. Iam plerisq; hoīum non raro palpitationes in sola cute euidenter fieri apparent, cum vaporosus spiritus in aliqua ipsius particula generatus retinetur, & in transitu moratur: ita etiam si in musculis, aut alio quodam corpore, spiritus flatulētus redundauerit, in illa palpitationē excitat. Quoniam vero spiritus crassus, nebulosus, aut caliginosus, aut flatulentus, aut quomodocunq; nominare velis, palpitationis causa efficitur, ideo ætates frigidiores palpitationi obnoxiæ sunt, natura corporis frigidior, regiones frigidæ, anni tempus hybernū, vita otiosa, repletioni & ebrietati dediti, cibi frigidi & flatulenti, & vt semel dicam, omnia quæ corpus refrigerant. Quæ vero his contraria sunt, palpitationes statim tollunt. Nam calefacientia spiritus attenuant, & corpora reddunt rara molliaq;: Refrigerantia autem densant quidem, contrahunt, & corporum meatus cogunt conniuere: incrassant autem coarctantq;, & turbidum spiritum reddunt: facile igitur retinetur à perspiratu impeditus, tum sua ipsius crassitie, tum corporum, quæ ipsum continent, densitate. Calida rursus contrario refrigerantibus modo fundunt, laxant, corporum meatus aperiunt, ipsum spiritum attenuant, ad motumq; facilè incitant, facilesq; ita transitus ipsi efficiunt. Quapropter etiam veteres medici palpitationum remedia adinuenere, quæ extenuare & calfacere possunt: cuiusmodi sunt, quæ constant euphorbio, pyrethro, lemnesia, sulphure, & pipere, aliaq; id genus composita: item inter aquas, quæ è terra prosiliunt calidæ, atque ex his potissimum nitrosæ, sulphuratæ, & bituminosæ, easq; commendant. Vtuntur autem & marina, calfacientes ipsam: & muria, si marina desit. Iam potui exhibent medicamenta calida, præsertim ex castorio confecta. Hoc sanè etiam extrinsecus impositū, non modò epotū, generosum est medicamentum, vt quod calfacere simul & extenuare, siccareq; abunde possit. Palpitationis sanè cuiuslibet ex frigido generatio est: Tremoris autem neq; vna occasio neque causa semper frigida est, verum dispō, facultatis quæ corpus mouet imbecillitas. Huius autē causæ, quæ huc corpus perducere potest, non vna species est, sed vel alimenti inopia, quemadmodum in cholera, valido alui profluuio, largo sanguinis fluore, aut magno ieiunio, vel vitali robore soluto quemadmodum in stomachicis & cardiacis deliquijs, vel violento & valido frigore occupante, aut plenitudine ipsa ponderis modo degrauante, imbecilla ad motus efficit. Vnde neq; vna remediorum species trementibus, quemadmodum palpitantibus, adhiberi potest. Verum si à perfrictione tremorem experiantur, calidum ipsis presidio est. Nam qui per hyemem iter facientes, deinde valido frigore correpti, semimortui & tremuli domum reuertuntur, facillimè ab affectu liberati sunt caloris adhibiti beneficio. Similiter his medemur & illis, qui per refrigerantes febrium insultus & rigent & tremunt. At si per sudorem digesti, fiant tremuli, vt in deliquijs cardiacis & stomachicis, calefacere hos extremum malum est: quippe contrarium in his conuenit, nempe cutem densare, quę refrigerant, adstringunt coarctantq; meatus, adhibentes, non quæ calefaciunt, laxant & adaperiunt. Quòd si penuria alimenti, vt in longis ieiunijs, aut immoderatis vacuationibus, tremores oboriantur, hoc ne verbis quidem indiget: cuiuis enim constat, alimentum hos desiderare. Qui autem viribus humorum copia grauatis tremunt, his vacuationes
2. Epid. sect. 4. remedio sunt: quemadmodum & Hippocrates alicubi docet his verbis: ‖ Estymargei ancillę, cui »
neque sanguis fluxerat, postquam filiam peperisset, os autem vuluæ auersam erat, ac dolor in co »
xam & crus pertingebat, ex talo sanguis detractus profuit, & si tremores totum corpus occupa- »
rent. Sed ad occasionem veniendum & occasionis fomitem. Mulieris meminit, quòd à partu »
celebri

A celebri illa secundarum puerperij purgatione, vacuata non esset: deinde tremor oboriretur. Hanc, inquit, sanaui sanguine ex talo detracto, etsi tremores totum corpus occuparent. Quid iam aliud hic obscure subindicat, quàm quod alius sanguinem non misisset? Frigidum enim affectum tremorē esse credit, sanguinem vero calidum. Nō igit ausus fuisset aliquis sanguinē vacuare in affectu qui calefieri desiderat. Ego tamen, inquit, ausus sum: & rationem docet. Sed ad occasionem veniendum est, & ad occasionis fomitem. Id quod infestabat, inquit, & infestantis causam noui. Quod igitur infestabat, sanguinis copia erat: causa ipsius, vuluæ ad coxas inclinatio, propter quā mulier purgata non erat. Sanguis igitur quem vacuatum esse oportebat, non inanitus, sed in corpore oberrans, naturæ pondus erat. Vnde tremoris occasionem intelligens, sanguinis copiam: fomitem vero occasionis, vuluæ affectum: deinde copia quidem vacuationem indicante: parte aūt affecta, locum per quem vacuare conueniebat: ambo hæc coniungens, sanguinis detractionem ex talo molitus est: hanc quidem, qm̄ sanguinem vacuare volebat: ex talo aūt, quia vterus affligebat. Quod igit sanguine abundante venam incidere oportet, nemo non nouit, si quidem in venis ille cōtinetur: Quod aūt vtero affecto, circa talum, aut in poplite, diuidere conuenit, nisi prius venarū cōmuniones ex Anatome didiceris, haud poteris id quod dico, assequi. Alia enim alij corporis parti ve-
B na communicat, oportetq; vacuationes semper ex cōmunibus moliri: nam si venas quæ nihil parti affectæ communicant, incideris, neq; affectę medeberis, & sanam semper offendes. Necessarium igitur nunq; non videtur, vt is qui recte medebit, cām ex qua affectus orit, cognoscat. Verum de tremoris causa hæc sufficiunt. Locus aūt affectus in tremoribus, vnus necessario non est: atque hoc loco carpendus mihi venit Praxagoras, & Herophilus: hic, quod tremorē in neruoso ipso genere semper constitui ostendere contendat: ille, quod arteriarū affectum, tremorem dixerit. Praxagoras igitur longe à vero abest: Herophilus aūt deceptus est, qui virtutis affectum, instrumentis attribuerit. Quod etenim neruosum genus, non arteriosum, motibus voluntarijs subministrat, recte intellexit: qm̄ aūt non idem neruorum corpus, motus causa existit, sed hoc quidem instrumentū: causa aūt mouens, virtus quæ per neruos dispensat: hic reprehendendus venit, qui virtutem & instrumentum non distinxerit. Si enim distinxisset, statim vtiq; cùm opus offendet, non instrumentorū modo, sed etiam facultatum affectus esse deprehendisset. In mortuis igitur nullos neq; nerui, neq; musculi affectus experti sunt, quos pati ipsos & Herophilus & Praxagoras arbitrant: deseruit autem eos omnis motus protinus vna cum anima, cuius instrumenta musculi sunt, & nerui. Nō igitur musculi est neq; nerui mouere, sed animæ. Neq; enim tibiarum opus est, sonus qui ex eis perfi-
C citur: neq; citharæ sonus, qui hac præstat: sed tibiæ cantus, opus quidem est tibicinis, per instrumēta tibiarū effectū: citharæ sonus, musici, instrumentū vero cithara. Corrumpit autem & tibiæ & citharæ sonus, subinde quidem propter operū artifices: interim propter instrumentorum, quibus vtunt, offensam: Ita & motus in animante arbitrarij, opifex quidem artifexq; facultas est, quæ animal gubernat: instrumenta aūt, nerui & musculi. Itaq; non moueri, & male moueri aut ex instrumentorum affectu, aut facultate his instrumentis vtente, accidet. Palpitationes igit, conuulsiones, & resolutiones, instrumentorum læsiones sunt: Tremores autem, facultatis imbecillæ affectus.

Quid sit Rigor, Quæ illius Causæ, & Quo pacto generetur. *CAP. 6.*

AC tremor sane à palpitatione manifesto distinctus est, à Rigore aūt hoc pacto distinguas licet. Prius aūt considerandū venit, quid sit rigor: etenim & hoc ex ijs quæ admodū sunt cognita, esse putat, nihilo tamen minus difficile dijudicatu est, non hac modo ratione quod causam inuenire, vel dispositionem, quę ex ea corpori obuenit, haud procliue sit: sed ante hæc adhuc quod in ipsa notionis descriptione errare mihi illi videntur. Rigorem enim si quidem ita sermone absoluto, perfrictionem dixeris, vt non nulli pronunciarunt, error manifestus est: cum multi quidem valide perfrigerentur, non tamen ēt rigeant: immo nec si validam perfrictionem statuas, ne hoc qui-
D dem verum est. Nam qui stomachico aut cardiaco deliquio torquentur, valide quidē frigent, non aūt rigorem experiunt. Iam perfrictionem cum tremore, rigorem dicere (in quam sniam plerique medicorum descendunt) occasionem habet deceptionis, nēpe concussionē corporis, ac vibrationē, quæ vehementibus rigoribus coniuncta est. Deprehendit aūt manifesto, quod neq; omnibus rigētibus acciderit, solis aūt ijs, qui vehementer rigent: neq; ijs, quibus accidit, affectus qui aduenit, sit tremor, sed quædā veluti concussio & vibratio. Tremor etenim, vt demonstrauimus, nisi partem mouere voles, non accidet: Agitatio aūt seu vibratio, quæ validos rigores comitat, tā violenta & necessario corporibus incidit, vt cōquiescere non liceat, ēt si strenue admodū renitaris. Ac tremor sane vnius partis affectus, rigor aūt totius corporis est. Vnde mihi & Platonē mirari subit, qui tremorem cū rigore cōfundat. Si.n. ij qui rigorē interpretati sunt, tremorē cū perfrictione, aberrarūt, quo ipse, idem esse tremere & rigere existimans, vera prædicauerit? Nā præter ea q̄ diximus absurda, ēt hoc adhuc ei refragatur, quod non nulli tremant, nullū frigiditatis sensum experiūtes, nō tñ fieri pōt vt quis citra perfrictionis opinionē rigeat: Iccirco neq; illi qui rigorē, perfrictionis sensum cē dictitarunt, procul ab affectus notione abijsse vident: non.n. idē sane dixeris, perfrixisse & frigus sentire. Quæ.n. resoluta sunt, torpida, difficili aut prorsus nullo sensu pdita, omnia perfrixerunt:

Item

Item quod tremorem expertum est,paraplexiam,epilepsiam,similiter & flatus,& aquam inter cu E tem,& inflationes,& œdema,totum frigidum est: Sed nullum ex his frigiditatem percipit, vnde neque riget: sin autem sentiat, protinus certe & rigebit. Propter hæc itaque Platonem dico non recte opinari idem esse rigorem & tremorem,cum neque vnius sit partis affectus rigere,vt tremere: neque sensus frigiditatis trementibus,vt rigentibus.Et motus in rigentibus sane citra mouendi partes voluntatem,omnino inuitis est: in trementibus,nō citra mouendi arbitrium. Sed Platoni sanè aliquis forsan condonauerit,ꝗ in tam tenuibus & medicis rebus errorem admittat,quamuis aliorum affectuum corporis propè omnium generationem exactè sit persecutus. Athenæum aūt Attaleum demirari par est: multo etenim Platone adhuc recentior,nō in causæ rationibus modo Platonem sequitur,id enim tolerari poterat,sed etiam circa notionem similiter atque ille confusus apparet.Neque enim rigoris tremorisq; notionem distinxit: describensq; rigorem in hunc modum ait: Pugnam concussionemq; hanc tremor comitatur, totus autem hic affectus frigidus, » & causa efficiens idem nomen sortita est,vt (inquit ille) & Plato affirmat: hic enim ipsam Platonis sententiam protulit. Habet autem vniuersa hunc in modum: Nam humorum corporis, partes grandiores,cum in minorum sedes subire nequeant,expellunt eos,& nostram in corpore minimam humiditatem trudunt: aliam ab externo inæqualiter motam, neque immobilem propter F æquabilitatem,& impulsionem efficientes,coagulant.Quod autem præter naturam cogitur,secū dum naturam ipsum sibi renititur, inq; contrarium repellit.In hac pugna & conquassatione tremor rigorq; consistit: omnisq; eiusmodi affectus,causaq; efficiens frigida est,atque eodem nomine appellatur. Quòd sanè neq; tremori idem est rigor,nec perfrictio simpliciter, immo neq; perfrictio valida,manifesto ostensum est: Quod autem paulo superius dictum est,nempe perfrictionem esse sensibilem,discutiamus num falso prolatum sit.Non nulli enim rigorem non sensibilem esse frigiditatem,sed dolorosam esse arbitrantur: siquidem multi etiam ex sanis frigere admodum dicuntur, alij sponte refrigerij desiderio diutius in aqua frigida immorati: quidam etiam inuiti in frigida diutius versantur,rigent autem non statim,quemadmodum nec qui lauit, deinde se ipsum in frigidam coniecerit: neque enim hic,nisi admodum diu immoretur,riget,etsi frigiditatis qualitatem manifesto sentiat.Quapropter,quantum ad frigiditatis sensum attinet, omnes hi statim rigerent,si rigor frigiditas esset sensibilis: sed non rigent meritò, non enim est omnibus cum dolore frigiditas: sed non nulli ipsorum,qui æstiuo tempore validum calorem non tolerantes in frigidam sese conijciunt,adeo frigiditate oblectantur,vt tandiu in ea morentur,donec tangenti tibi glaciei modo refrigerati esse videantur. An igitur totum iam habebimus, si rigorem dolorificam fri G giditatem definiamus? an quid adhuc desideratur? Forte enim non quilibet rigor ita finiēdus venit. In ægrotantibus sanè non idem videtur rigere, cum eo quod est horrere, aut frigere: dicimus igitur subinde accessionis insultum, huic sanè cum rigore,alteri cum horrore , alij cum frigiditate sola oboriri: & in omnium medicorum commentarijs idem vsus verborum existit.Ita cum quis cum nulla concussione corporis & agitatione perfrigescit,non hic riget, verùm "si affectus rigor appellari debeat,inæqualem & præter voluntatem motum ei accedere oportet: quod sine hoc accidit,si ne cutem quidem inæqualiter commouet,perfrictionem nominant: sin autem hanc quidē perturbet quatiatq; per quosdam insultus,corpus autem totum non commoueat, horrorem nominant: vt hic cutis solius affectus talis existat,qualis totius corporis rigor. At in sanis alio modo rigere dicimus,nempe in omni dolorifica perfrictione: sin autem ratione morbi obueniat rigor, non satis est hoc tantum dixisse,sed totius corporis turbationem apponere cōuenit.Quod aliqui inducentes,perfrictionem cum tremore ipsum appellarunt,manifesto autem non sunt interpretati: quippe tremorem nuncupare neutiquā oportet,sed agitationem quandam prꝑter voluntatem, aut vibrationem,aut concussionem,aut aliud id genus nomē inuenire: nam tremoris vocabulum de peculiari affectu enunciatꝰ.Qui igitur morbidum rigorem diffiniunt,perfrictionem, aliū nullū H dicere videntꝰ,ꝙ eum qui sanis accidit: etsi totum genus,de quo medici omnino disputant,ēt commemorati viri diffinire statuerint: morbidum aūt vocamus, cùm à nulla exteriori causa violenta corpus,sed ex se talem obtinet dispositionē.Ita enim,puto,Hippocrates quoq; aiebat: ‖ Cùm quis causone affligitur,si rigor superueniat,liberatur.Non igitꝰ,aqua frigida febricitanti superfusa,rigorem excitabis,sed cùm ex ipsa corporis dispositione suscitatur.In eundem modū & hæc sunt pronunciata: ‖ Cum rigore desipientia,malum testatur: item obliuio,malū.Rursus: ‖ Sexto die rigores difficile iudicium notant: Item: ‖ Rigores incipiunt mulieribus ex lumbis per spinam potius, sed & viris potius retro ꝙ antè. In omnibus his rigor nō qui sanis accidit,sed qui morbidus,explicatus est: qui nimirum est perfrictio dolorifica cum quadā inæquali totius corporis concussione, agitationeq;. Cùm igitꝰ quid tandem rigor sit nouerimus,reliquum est,vt inspiciamus quę causa sit efficiens,quas potissimum præcedētes causas comitetꝰ, & quibus superueniat dispositionibus, ac de vniuersa ipsius generatione disputemus.Quòd enim rigor natiui caloris affectus sit, oībus ferè in confesso est. Requirit autem totus hic sermo auditorem diligentem, & qui plurimum mentis habeat.Ego etenim natiui caloris affectum, rigorem esse dixi, ne quis externi dictum esse

Marginal notes: A.l.4.f.1.c.6.417.h — 4ª.Aph.58.Ex. ord.33.g — 1.Prorr.cō.21. t.30.4ª.173.f — 4ª.Aph.29.Ex. ord.30.d — 5ª.Aph.69.Ex. or.45.d & 6. Epid.sect. 3ª. 174.c

A esse ratus, mentiri forsan me opinetur contra Erasistratum, Praxagoram, Philotimum, Asclepiadem, aliosq; plurimos, qui calorem non insitum, sed ascititium esse censent. Quomodo enim hi natiui caloris affectum dixerint, qui prorsus natiuum calorem ignorarunt? Verum genuinum sane, vt diximus, non omnes calorem esse fatentur: generationem autem ei ascititiam molientes, varie alius aliam, vnum hoc omnes concedunt, esse aliquod secundum naturam in vnoquoque animante calidum in conuenienti mensura æstimatum: ac circa hoc rigorem, horrorem, omnemq; perfrictionem fieri aiunt. Asclepiades igitur, cùm non modo calidum, sed ne aliam quidem vllam vim insitam statuisset, omnem febrim propter quasdam corpusculorum in meatibus obstructiones semper constitui dictitat: in magnitudine autem meatuum differentiam ipsius ponens, molitur ita ostendere, quibusdam sanè necessario coniunctum esse rigorem, quibusdam non. Ac ego nisi longiorem, quàm par est, sermonem fore sperarem: & præcipue iniquum censerem de Asclepiade quidem solo agere, aliorum vero dicta omittere: aut rursus omnium mentionem facere aggrediens, in longam ac infinitam sermonis prolixitatem incidere me timerem: deinceps vtique de omnibus opinionibus contemplatus, vnde vnaquæq; probabilem occasionem haberet, quid potissimum eis imponeret, & vbi aberrarent, cum ostendissem, ita ad nostram descenderem opi-
B nionem. Verùm hoc in aliud tempus differatur: neque enim Athenæum laudo, qui de Asclepiade, Heraclide Pontico, Stratone Physico, aliquid dicat, nullius autem aliorum meminerit: etsi nõ modo horum opiniones de rigore, sed alias multo plures nihilo minus celebres & probabiles, explicare potuisset. Nos igitur initio hoc sumpto quod omnibus in confesso est, nempe rigorem affectum esse caloris in vnoquoque animante natiui, videamus quomodo oriatur. Procedet autem disputatio ex Hippocratis principijs. Non autem corpuscula & meatus statuemus corporis nostri elementa: neque calorem, motus, aut attritus, aut alterius cuiusdam causæ sobolem pronunciamus: sed corpus quidem totum conspirabile & confluxile censemus: calorem autem non acquisitum, neque animalis generatione posteriorem, verùm ipsum primum, primogenitũ, & insitum: Ac natura sanè, & anima, nihil aliud quàm hic existit. Quare si substantiam per se mobilem, & semper mobilem ipsum intelligas, haud errabis. Singula autem hęc seorsim indagemus, etsi de ipsis alibi discere liceat: in præsentia autem sermonis continuitas examinanda est. Nam calor insitus ceu semper mobilis, neque intro solum, neque extra fertur: sed alterum ipsius motũ alter semper excipit. Celeriter enim, si intus calor maneret, in immobilitatem cessaret: si foras efferretur, & hic motus dissiparet ipsum, atque hac ratione perderet: modice autem extinctus & modicè accen-
C sus, vt Heraclitus aiebat, semper mobilis ita perseuerat. Incẽditur igitur quum ad ima inclinat, alimenti appetens: ab intimis elatus, & vndequaque dispersus, extinguitur. Verùm ad superiora exterioraq; lationem, & vt ita dicam, à suo principio explicationem, quòd natura calidus sit, experit: Intro autem fertur & deorsum, hoc est ad proprium principium viam init, quoniã frigidi aliquatenus particeps est: quippe ex calido & frigido temperatus. Prima sanè calidi ratione, sua sponte mouetur: atque hoc potissimum ad actiones indiget: Magnum tamen ipsi vsum & frigidum exhibet. Solet enim calidum in sublime attolli, ac cum eo alimentum adducere: Si autem frigidũ nõ obstaret, etiam longissime procederet. Fit autem frigidum huiusmodi caloris motui impedimento, ne dispersus aboleatur: quippe periculum est, ne ipse præ leuitate & impetu sursum à corporibus discedat: sed frigidum retinet, impeditq;, & vehementiam nimĳ huius motus tollit. Redeamus igitur ad superius institutum, ostendentes qualis nam natiui caloris affectus sit rigor. Quòd etenim vbi in naturalibus temperamenti terminis manet animal, sanitate fruitur, verbis non indiget: hoc est, cùm, vt Hippocrates aiebat, calidum & frigidum mutuo inter se temperamento mediocriter habent: Sin autem alterum altero sit fortius, animal ęgrotare necesse est, ea morbi specie, quæ causæ superantis naturæ respondeat: Inflammationes igitur, erysipelata, herpetes, carbuncu-
D li, affectus testantes feruorem æstumq; igneum, ac omnes febriles passiones, cùm vis calidi euicerit: Contra conuulsiones, tetani, palpitationes, stupores, resolutiones, epilepsiæ, & paraplegiæ, frigidi superantis affectus. Ex huiusmodi vitĳs vnum est & rigor hic, non simpliciter perfrictio existens, sed cum sensu: vnde adĳciendum ei est, subita ac vniuersim facta. Preterea vehementem perfrictionem & violentam esse oportet, vt ex manifesta distinctione vera colligas, rigorem insiti caloris perfrictionem esse subitam & violentam. Rursus enim, vt Plato dixit, quod sensim & paulatim fit, insensibile: quod autem sensile, necesse est hoc vehementer moueri & tremere subito. Quare perfrictio quidem insensilis, longiori temporis spatio & paulatim accidit: cita autem & emergens admodum, cum sensu prorsus contingit: neque enim huiusmodi affectus latere poterit. Iam talis affectus cum frigiditatis sensu non omnis dolorem adfert, sed interim etiam voluptatẽ, ex Platonis nimirum testimonio, cuius verba ita habent: Affectus præter naturam, & violentus, subito accidens, dolorificus est in nobis: quod autem ad naturã redit subito, suaue est. Quare (subito) vtrique & suaui & dolorifico commune est, necessario, ne affectus lateat, coniunctum. In hoc autem, quod non latenter in naturalem statum reducit, suaue est: quod autem extra naturalem statũ eduxit, dolorificum. Vnde vnum & idem numero frigidum, partim oblectat, partim dolorem infert: Si quidem corpori præter modum calfacto admoueatur, omnino oblectat: nam immoderato calore

A 4.f.1.t.2.c. 6 17.h

calore laborans ob deficientis frigidi ingressum mitigatum, oblectatur quidem cùm mitigat: Suã E autem naturam obtinens, si subito refrigeres, dolore afficies: nam ob temperamenti immoderationem laborabit. Siquidem, vt ait Hippocrates, ‖ Iis quibus natura mutatur corrumpiturq; dolo » res accidunt. Non solum igitur subitam & vehementem frigiditatem esse oportet, vt rigor oboria » tur, sed adijciendum huic adhuc est violentiam passionis, hoc est præter naturam statum: vt rigor sit subita perfrictio in statum præter naturam perducens. Atque hoc mihi obseruandũ in hoc sermone videtur, præsertim si de affectus generatione vera quis pronunciaturus est, vbi dixerit in rigore subitam violentamq; natiui caloris perfrictionem fieri. Refrigeratur itaque etiam cùm dissipatur, robore, quod continet ipsum, destituente: item alimenti, à quo accendebatur, penuria: Sed neuter horum affectuum rigorem efficit: aut omnes, qui moriuntur, rigerent. Quapropter corrumpi calidum, vt ita dicam, omnibus morientibus commune est, non tamen rigentibus. Non enim absoluto sermone calidum refrigerari oportere assero, sed & subito & violenter, hoc est robustum ipsum perseuerans, neque substantia neq; tenore læsum, ab exteriorum causarum aliqua molestari. Considerato mihi flammam extrinsecus, interim materiæ, vnde accendebatur, defectu interire: interim in Sole splendido contabescere ac emori: rursus ab aqua multa extingui: aut lignorum super eam cumulatim iniectorum copia suffocari: Quatuor hæc accidentia, quatuor de causis, non eodem omnia modo, flammam afficiunt. Eius enim quæ in Sole contabescit, robur dissipatur, aeris nos ambientis violentia discussum: Nam radiorum Solis robur igne fortius est, & durabilius. Cùm vero materiæ defectu non amplius accenditur, substantia deperdita, interit: Quod enim accensum est, semper in motu ad exteriora discutitur dissipaturq;: intro autem inclinans alimenti accipiendi gratia, deinde eo destituta, imbecilliter adeo secũda vice porrigitur. Materię autem copia grauata & respiratione destituta, strangulatur. De noxa autem quæ ab aqua prouenit, manifestius est, quàm vt verbis indigeat: Pugna enim valida flammæ est aduersus omnem & synceram & multam humiditatem, vt si & oleum ipsi cumulatum exhibeas, necessum sit, strepitum & concussionem quandam oboriri, igne propemodum voce violentiam fatente. Talem sanè affectum in caliditate insita, rigorem intelligito: neque enim, cum materiæ inopia calidum laborans nec alimentum sentiens contabescit, nec cùm à copia ipsius grauatum, nec cùm imbecille labascit, rigorem fieri deprehendes: sed cùm validus existit adeo, vt expandi possit, deinde prohibet. Propter hoc ipsum etiam agitari corpus accidit, duplici hîc quoque & composito motu oborto, vt in trementibus, sed diuersa ratione. Illic etenim facultatis corpus mouentis imbecillitate, mixtus motus ortus est, prout robur membrum erigens remiserit, parte semper deorsum sublabente: Nunc G autem naturali caloris motu vi impedito, rigor occurrit. Cupit etenim, tanquam nec substãtia nec robore oblæsus, tum expandi tum in omnes corporis partes distribui: prohibitus autem, & vi in altum repulsus, ad proprium principium refugit: Cùm autem ibidem manere nequeat (nam substantiæ semper mobili, loco consistere, mors est) sese colligens & veluti in vnũ congregans, æquabiliter sanè non intro libero motu protenditur: sed vehemẽti latione vtens, & veluti à carcere exiliens, non nunquam insurgit motu aduersus ea, quę transitum ipsius occupant: illa sanè propellere, vias autem puras reddere contendens. At cum in ea impingit, à latione sanè impetuosa cohibetur, totum autem corpus cùm incidit, perturbat. Nam præter alia etiam vaporosus nunc redditus, dum illiditur in ea quæ obsistunt, intro rursus resilit, ceu ictu repercussus, ac iterum ad principium reuertitur: inde rursus erumpens, incidit violentius, iterumq; resilit, etiam in hoc illapsu: idq; frequenter per successionem fit, quamdiu noxia perseuerant. Hac itaq; ratione affectus dolorificus, tanquam corpore ictibus laborante, & motus inæqualiter inuadit, & in vtroque motu animal riget. Nam cùm in naturali statu erat, connatus noster calor ęqualibus & liberis transituum vijs vtebatur, tempore & mensura motus in se inclinans, deinde se explicans: cùm autem riget, motus ipsi neque inclinationes, neque explicationes, existunt. Iustius autem dixeris ipsum intro quidem H proficiscentem (vtar autem non meis, sed veterum virorum vocabulis) resilire, impelli, reprimi, & confugere: foras autem tendentem, erumpere, excuti, elabi, & exilire. Etenim & hæ vetustiorum hominum dictiones, omnes probè prolatæ sunt, & affectum accidentem, quàm licet maxime, manifesto interpretantes. Agitari autem dico omnia in corpore, & concuti, turbariq;: ac omnis in rigore motus inæqualis, inordinatus, citra voluntatem eueniens, ob inæqualem, validum, & violentum illapsum inuasionemq;, & repulsum caloris insiti, vaporosi redditi, perficitur. Iccirco corpus post rigores amplius recalescit, quàm cùm in naturali statu calidum erat. Iam effunduntur ẽt sudores. Cùm.n. per multos insultus noxia libere propulerit, & absolutè respirauerit, tribus de causis corpus incalescere necesse est: primum, q frequenter calor à perspiratu exteriori repressus, in alto colligit: deinde, q nũc totus foras vehementer expansus est: postremo, q caliditas insultu, ictu, violentoq; motu accendi soleat. Ac lignum, aut lapidem atterens confricansq;, non nũquam ignem accendes: At insitus spiritus, cùm natura sit calidus, si vehementer moueat, non multo magis accẽdetur? Sed hoc in naturalibus motibus euidenter videre licet: Nam currentes, luctantes, confricãtesq;, ac alio quodam modo se mouentes, nihilo minus incalescunt, quàm si quis in Sole æstiuo, & apud ignem incaluerit. Subinde accidit etiam in huiusmodi ex alto reditu, calorem ceu feruidũ, aliquid

In libro de Locis in homine.

A aliquid humorum confertim effundere, quem sanè Sudorem appellamus. Quocirca post rigorē,
refrigeratum non recalfieri iterum, malū est, nā calor inter pugnandum victus est. Vincit aūt, nūc
causæ offendentis robore, nūc cum ipse est imbecillior. Sic itaq; & illud dictū est: Ex rigore per- 1. Prorrhet. c. 2. t. 31. 4.
frigeratio non recalescens, malū. Rursus, dispositiones vtrasq; ob quas rigores fiūt exitiales docēs
inquit: Post oculorum peruersionem in febri laboriosa rigor superueniēs mortem fatet. Hic sa- Ibidem. t. 57. 176.
ne rigor validæ causæ soboles est: alius aūt propter virtutis imbecillitatem, lethalis: Si rigor inci 4. Aph. 46. E...
derit febri non intermittente, ægro iam imbecilli, exitialis. Verùm de his alibi vberius dicitur.

Frigiditatem solam Rigoris Causam non esse. CAP. 7.

IN præsentia vero considerandum venit, num merito omnes ferè rigorem frigidæ causæ attri-
buant. Quòd enim frigidus affectus sit, cuiuis constat: an autem & causa ipsius efficiēs talis exi
stat, inspectione mihi dignum videtur. Tertianæ igitur exquisitæ, si quid aliud, certè rigor nota
est: nam accessiones vnà cum vehementibus rigoribus inuadunt, etsi febrim hanc nemo vel in-
sanus ex frigido constitui humore dixerit: Causos enim est genere, tanto altero causo continuo
inferior, quanto calor febris & flammeus & perurens deficit. Sitis autem indelebilis, & refrigerij
desiderium, bilis meræ vomitus, & quod post hunc æger melius habet, quomodo nō sunt omnia
B manifesto ob calorem redundantem? Quomodo igitur rigent in tertianis? quomodo in causis,
hoc est ardentibus febribus continuis, si non intermittentes sed perpetuo vrentes affligunt, rigor
superuenit, & febrim per crisim soluit? Ei enim qui causo affligitur, ait Hippocrates, si rigor su-
peruenerit, morbus soluitur. Immo acre & calidū medicamentum vlceri admotum, primum sanè
dolorem infert, mox horrorem, deinde rigorem excitat. Ac multos nouimus tum riguisse, tum fe
bricitasse, ob vlcera ab acribus medicamentis irritata. Iam & inflammationem, cum in abscessum
mutatur, rigorem horroremq; comitari necesse est. Multarum vero & aliarū dispositionum mē-
tionem facerem, in quibus rigor ob acrem potius quàm frigidum humorem clare constituitur, ni
si sermonis prolixitatem vitarem. Ne igitur frigido soli coacti rigorem tribuamus: quoniam &
horrendum aliquid auditu & spectatu, non nunquam & rigorem & horrorem facit. Hoc sanè
& Plato non tantùm Hippocrates, edocuit. Cùm igitur de morbis, qui ob flauam bilem fiunt dis-
sereret, rigoris etiam meminit: Vnde tum aliorum multorum gratia, mirari subit medicos post il-
lum longe natos, tū in sermonibus de rigore maxime. Quomodo enim nō graue est, si Plato non
medicus nouit etiam ex bili non nunquam fieri rigorem, causamq; inuenire studuit: hi autem tan
tum ab huius cognitione omnino absunt, vt ne ex bile quidem & acri quodam humore, excitari
C rigorem sciant? Sed difficile est, vt causam inuenias, quo modo ob acrem calidumq; humorem fri
gidus affectus constituatur: forsan autem inueniri difficile non est, si quidē & Plato inuenit. Mul
to igitur satius erat, si re vera inueniri difficile est, non euertere conari rem euidenter apparentem,
sed causæ ignorantiam fateri: tollere autem id quod apparet, simile est ac si fatearis ne videre qui-
dem nos, eo quòd ignoremus quomodo videamus. Quòd igitur nihilo minus ob acrem & cali
dum humorem, quàm frigidum & congelantem, rigor excitatur, longè verissimum est: Deinde
inspiciendum est, num frigidum aut acre simpliciter abundare oporteat, vt rigorem possit excita-
re: Postea autem illud multis incertum diffiniemus: neque enim simpliciter frigido humore redū
danti, neq; simpliciter acri, rigor oritur. De frigido sanè superius manifesto ostendi, cum in memo
riam reuocarem omne quod œdema repræsentat, torporem, paralysin, & aquam subter cutē: De
calido autem & acri, nunc tibi indicabo. Nam malis humoribus prædīti (κακόχυμοι dicuntur) ar
quati, & febricitantes acute, causoq; occupati, omnes rigerent. Neque igitur simpliciter aut frigi
dum humorem, aut acrem ad rigoris generationem abundare conuenit: sed peculiarem vtrique
ipsorum modum esse oportet. Erit autem modus (neque enim totum sermone persequi veri stu-
diosis detrectandum est) aut copiæ mensura, aut humoris qualitas, aut locus aliquis corporis, in
D quo hunc colligi oportet: Erit autem & in eo quo loco manet aut mouetur, & in motus modo,
haud parua differentia. Ad has igitur ipsas Plato quoque respiciens, dicebat: Cū fibræ in sangui-
ne hanc sanè vim habeant, bilis, vetus sanguis facta, natura, ac rursus ex carnibus in hunc liquata,
calida & humida paulatim primùm incidens, propter fibrarum facultatem congelatur: congela-
scens autem & vi restincta, hyemem tremoremq; intus parit: copiosior autem influens, caliditate
quæ ab ea venerat, fibras exuperans, prætereq; modum exæstuans, cōseruat. In his Plato omnia co-
natus est persequi, quæ in omnibus affectus generibus scire conuenit. Nam speciem humoris di-
xit, bilem ipsum nominans. Indicauit & qualitatem, calidam & humidam appellans, vnde etiam
huiusmodi bilis exoritur: nam ex carne liquescēte ipsam fieri protulit. Iam & locum in quē fluit,
adiecit, ex eo quòd indicat bilem influentem à fibris in sanguine contentis, concrescere. Huic ora-
tioni etiam affectus generatio adiuncta est, vbi hyemem tremoremq; fieri pronūciauit: hyemem
sanè nominans, frigiditatis in rigoribus sensum: tremorem autem, inæqualē concussionem & agi
tationem: In qua non hunc modo, sed ēt medicorum plerosq; hallucinatos dicimus. Nos. n. supe-
rius motum in tremore obortum, ab eo qui in rigore accidit, distinximus. Cùm igitur, copiosior
influens fibras euicerit, corpus excalfacit, ad suam ipsius vim fibras transmutans vice versa, vt

ipsa prius ab illis mutabatur. De veritate igitur eorum quæ Plato dixit, considerare propositum E
nunc non est, cùm in alijs commentarijs simus tractaturi, sententiamq; laturi de ijs quæ in Timæo
memoriæ mandauit. Quòd autem nihil omisit eorum quæ dici conueniebat ab illis qui de rigore
pronunciant, id iam ex verbis ipsius apparet. Etenim humorem dixit à quo rigor nascit, & locum
in quem fluit, motusq; speciem: prçterea modum quo refrigeratur, & rursus incalescit corpus. Ita-
que de Platonis opinione in expositione eorum, quæ ipse in Timæo medicè prodidit, examinabi
mus. Nunc autem nostram proferimus sententiam, accommodantes ea, quæ ex Hippocratis opi
nione paulo antè comprehensa sunt. Etenim calidorum medicaminum applicationibus non nũ-
quam solus horror, sæpe & rigor superuenit: quemadmodum in ardẽtibus quas causos appellãt,
& tertianis febribus, cùm flaua bilis non in vasorum conceptaculis, sed per carnes mouetur: vel
quòd copiosior hic humor in ipsis creatus sit, vel ꝙ per ipsas à natura expurgetur. Hac enim ipsa
ratione sola, ardentes febres à tertianis differũt: Etenim ardentes, in vasis bilem habent: tertianis
extra vasa, per sensilia corpora fertur, nam dum per ipsa rapitur, acrimonia offendens, dolorem
excitat. Contingit igitur interea duo quædam fieri, inclinare nempe in corporis altum, sanguinẽ,
atque ideo exteriora eius refrigerari: particulas autem ipsas corporis, in quibus bilis cõsistit, vnã-
quanque ipsam à se ad vicinam excretrice alienorum facultate propellere, vsq; dum ex omnibus F
abacta, per sudores, aut vomitus, aut etiam per aluum fuerit excreta. Hoc autem & cruditate labo-
rantibus, aut vitioso humore plenis, aut in Solem æstiuum, aut balneum descendentibus, aut exer-
citatis accidit: horrore itaque non nulli ipsorum statim corripiuntur, & rigent. Conuenit autem
non modo causam quandam in nobis esse mordacem, sed etiam vehemẽter agitatam, si factura est
rigorem: Ac commune hoc vtrique causarum generi accidit, & quæ frigidæ, & quæ calidæ faculta
tibus existunt, nempe vt corpus dolorifice moueãt. Ideoq; in quartanis febribus & tertianis rigor
simul inuadit, etsi ab humoribus contrarijs facultate constituantur: frigidus etenim melancholi-
cus humor, calidus autem flauę bilis. Non absolute autem abundare ipsos dixi oportere, qui aut ri
gorem aut horrorem sunt facturi, sed etiam motu vehemẽtiori per corpora sensibilia ferri. Quo
autem tempore sanguis, & cum eo etiam nimirum caliditas in altum corporis & viscera refugit,
cutis particulæ, crurum manuumq; extrema, frigida & exanguia redduntur, eò quòd plurimùm
à visceribus absunt. Si igitur in alto calorem insitum extingui contigerit, vel suffocatum inde ꝙ
foras non transpiret, vel à frigidis causis euictum, animal emoritur: Sin autem in altum quidem
refugiat, causis autem lædentibus collectus resistat, in hoc veluti instrumentum efficitur facul-
tatis alienorum expultricis, quæ in omni corporis particula consistit. Ipsa enim iam per se noxia G
expellere nata, multo id magis efficit caloris ex alto emergentis subsidio, qui simul ea, robore la-
tionis, in quodcunque procliuius ei fuerit, eijcit. Subinde igitur noxia per cutem excutit, sub-
inde per vomitus & ventrem inferiorem. Cæterum non modo ex flaua aut nigra bile rigor, sed
etiam ob "frigidam admodum pituitam fieri solet: vocat autem hunc humorem Praxagoras ὑα- A.l.4.f.1 1. c.c.118.a
λώδη hoc est vitreum. Verùm talis rigor neque vehemens est, etsi diebus non nunquam pluscu
lis deinceps perseueret: Conquiescentibus autem nobis, & nullo modo agitatis ipse quoque ces-
sat: Motos vero statim comitatur pro motus mensura: ob validiores & robustos motus, vehe-
mentior: ob imbecilles, lenior. Vidi hoc symptoma mulieribus magis quàm viris accidere, ac ijs
mulieribus quæ in otio maximo degebant, & balneis post cibos vtebantur. Noui & adolescen-
ti cuidam ex nostris contubernalibus in Alexandria accidere, cùm primum ad ipsam appulimus
initio autumni. Ingesserat autem hic pluribus deinceps diebus palmularum glandes multas, te-
neras, & recentes, & post balnea & ante hæc: erant autem plures ipsarum non exacte maturæ.
Accidit itaque ei, vt primùm post exercitium & balneum à vehementi inciperet horrore: pro-
pter quem & opinatus se febricitaturum decubuit, & vestimentis contectus, conquieuit. Cùm
autem tota nocte transacta febri careret, surrexit manè ad consueta munia reuertens. Horrorem H
interea sentiens, iterum decubuit, quieuitq; vsque ad balnei horam. Ac cùm ob balneum rursus
surrexisset, horror vehementior inuasit, eratq; accidens rigor quoque iam exiguus. Tunc igitur
omni modo febricitaturum se arbitratus, multo adhuc magis in quiete se continuit. Cùm autem
toto die nocteq; insequenti experiundo deprehenderet se ob mediocres motus horrere: si quan-
do largius moueretur, rigere: consilio nostro de ijs, quæ fieri expediebat, vsus est. Ego itaque me-
morans huiusmodi quiddam mulieri in Asia nostra accidisse, familiarem & metu liberaui, & ad-
hortatus sum vt cibis, potionibus, & medicamentis vteretur, quæ & calefacerent & crassitiem hu
morum dissecarent. Ille igitur hoc pacto conualuit. Post illa similiter affectis per initia quidem
dedi medicamentum ex triplici pipere, quod dia triωn peperεωn appellant: deinde nostrum dia
calaminthes: postea ex liquore Cyrenaico & castorio compositum, quod etiam quaternarijs cir-
cuitionibus est vtilissimum, præsertim vbi à rigore vehementi algescunt. Ne mireris autem, si
apud veteres medicos scriptum inuenias, febrim comitari necessario rigores, qui sine frigore
obueniunt externo, ex ipsa corporis dispositione prodeuntes: Nihil enim tale veteribus, nec bal
neis tot post cibum, nec vita otiosa vtentibus, accidit. Hoc autem tempore ambo hæc frequenti
in vsu

A in vsu habita, etiam rigorem hunc, qui quod excalfieri nequeat ἀνεκθέρμαντος appellatur, excitent, nouum quoddam & peregrinum symptoma propter victus nouitatis ratione: Omnibusq; ita affectis, vel tensionis, vel grauitatis sensus, in dextro hypochondrio oritur, vbi iecur situm est, venis nimirum ipsius, crassitie humorum infarctis obstructisq;. Quemadmodum autem grauitatis & tensionis in viscere sensum affecti habent, ita & rigorem percipiunt, ab eo qui quartanis & tertianis accidit diuersum. Nam in quartanis talem ipsis rigorem fieri affirmant, qualem cùm per frigus validum iter faciunt: In tertianis item, & causis id est vrentibus febribus, tanquam ab aciculis acutis & tenuibus in carnibus lancinentur punganturq;, subinde sentiunt. Ego itaq; & ipse quartanarũ rigoris imperitus sum: Alterum autem expertus, vt qui in iuuentute quater tertiana febre laborauerim, causo autem semel: quare de dicta rigoris qualitate in huiusmodi affectibus, testimoniũ ferre possum. Qui autem quartanarum rigorem experti sunt, ad ossa vsque pertingere dictitant, vbi sit vehemens, similis rigoribus, qui ex ambiente nos aere admodum frigido nascunt. Verùm hoc quoque tertianis causisq; febribus adijcere possumus, quod quartanis non inest: Etenim plurimi sitiunt, & calorem per imas partes in ipso rigoris tempore sentiunt: quorum neutrum in quartana febre rigentibus accidit.

B *Quid Conuulsio & à Quibus Causis excitetur.* C*AP*. 8.

QVoniam vero & de rigore abunde dictum est, reliquum fuerit etiam de Cõuulsione adhuc verba facere. Erit autem neq; longus, neque obscurus sermo, si quis eorum quæ hactenus recensui memor fuerit. Incipiam autem etiam nunc à repetitione eorum, quæ in libris de

A. 5. f. 2. t. 1. c. 5 15. d musculorum motu ostendi. Cùm enim omnes arbitrarij motus, musculis obeantur, quando ad sua ipsorum capita retracti vnamquanq; particulam, cui inseruntur, simul attraxerint: si affectus aliquis in tensionem ipsos ducens, acciderit: hunc motus sequitur, similis quidem naturali, sed citra voluntatem, ac vocatur affectus, spasmus. i. conuulsio. Quòd autem musculus & tenditur & cõuellitur ad suum principium, sicut & quod illa corporis particula, cui inseritur, cum ipso simul attrahitur, commune & sanis & cõuulsis existit: quod autem inuito hoc accidat, præter naturam affectis inest, non sanis. Si igitur à quot causis neruosa corpora tendantur inuenerimus, finem sanè & hic iam sermo nobis accipiet. Atqui nihil est eorum ferè quæ extra corpus sunt, chordis neruosius: quas quotidie & in lyris & in citharis ab artificibus intẽdi quidem videmus, vbi instrumẽtis vsuri sunt: remitti autem, cùm cessantes ea reponunt. Porrò rumpunt in immoderatioribus aeris temperamentis, in humidis sanè & austrinis commadefactæ: in siccis autem & aquilonijs, siccescẽtes.

C Propter hoc igitur remittunt ipsas cùm seponunt, præsertim vbi ambiens fuerit qualis dictus est: rumpuntur enim vtroque modo tensę. Considerato mihi & neruos & tendines in animaliũ corporibus vel distentos à superflua humiditate, vel siccescentes à causis siccantibus, in tantam perduci tensionem, in qua sanis motus fiebat arbitrarius. Considerato item fieri posse vt particula quędã corporis quæ aut inflammatione, aut alia quadam causa valide sit affecta, neruos continuos secum attrahat conuellatq;. Etenim cùm has omnes dispositiones mente conceperis, ob quas conuulsio oriatur, inuenies: Siquidem inflammationes neruosarum partium ac præsertim cum in neruorũ principio aut etiam prope ipsum generantur, neruos continuos attrahentes tendunt, quemadmodum artifices extrinsecus chordas. Si autem neruosa corpora ab humorum copia madefacta tendantur, similis interea affectus oritur atque chordis, quæ propter ambientis humiditatem vehemẽtius intenduntur. Contra in malignis febribus ardentibus, & valida phrenitide fieri apparet: vt. n. lora quæ prope ignem siccescentia contrahuntur tenduntur q;, eodem modo spasmi fiunt ex nimia morborum siccitate, quę neruosum genus admodum arefacit. In ardentibus igitur febribus, id ex sola siccitate euenit: phrenitides autem & ex principij neruorum inflammatione symptoma

D comitatur. Nosti porrò iam hunc affectum partim emprosthotonon esse & dici, partim opisthotonon, partim tetanon, omnes habere pro confesso: Cùm sanè prorsum corporis particulæ tenduntur, emprosthotonon: cùm in posteriora, opisthotonon: æquali autem robore ad vtrasque partes vergentem, tetanon. Ac ex siccitate cõuulsiones nunquam sanaueris: quippè ita affecti protinus emoriuntur, ne cogitandi quidem remedij tempus permittentes: Quæ autem ex copia aut inflammatione fiunt conuulsiones, his medeberis, copiam sanè euacuans: inflammationem vero proprijs ipsius remedijs persanans, quæ in medicatoriæ methodi libris didicisti.

Galeni

GALENI DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBRI TRES

Iano Cornario medico interprete.

Ab Augustino Gadaldino accuratius emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Docet Causas omnes Simplicium & Iunctarum Difficultatum Respirationis: ac Primo libro Certis vtitur Principijs, vt Huiuscemodi causæ, & ex ipsis Prænotiones iudicentur.

Qua Via ac ratione Læsionis in Respiratione Differentiæ inueniendæ. CAP. I.

QVod respirandi difficultas respirationis quædam læsio est, velut sentiẽdi difficultas ipsius sensus, & mouendi difficultas ipsius motus, ipsum sane nomen (tũ Græcis dyspnœa, tũ Latinis respirãdi difficultas,) sufficienter demonstrat. Quot vero sint læsionis differẽtiæ, & ob quas cãs fiant, & quo modo singulas dignoscere oporteat, non ex appellatione discere cõtingit, sed natura ipsa respirationis id ipsum indicabit. Ob id sane ẽt cognitio eius, quod secũdũ naturã habet, à veteribus medicis oĩbus inuestigata est cùm ob alia multa, tũ nihilo minus indicationis eorum q̃ præter naturã sunt, gratia. Quandoquidẽ enim vnũ est quod secundum naturã habet, atq; id velut regula & mensura, & sibi ipsi simile existit: varium aũt & dissimile, & multiplici errore inuolutũ est, quod præter naturã habet, adeo vt propemodũ sequat, multitudine esse infinitũ, arte vero incomprehẽsibile: visum est impossibile esse, eius immensitatem certis terminis comprehendere, citra cognitionem eius quod secundum naturam habet. Cùm enim vnũ sit hoc, & animali commodũ, palàm est ẽt esse moderatum. Si vero hoc moderatum est, immoderatũ vtiq; fuerit id quod præter naturã habet. Si vero immoderatũ, duplex quidem omnino genere est: aut enim deest quid ab eo quod secũdũ naturam habet, aut excedit: Tot aũt in se ipso particulares differẽtias habebit, quot possibile est ipsam rẽ suscipere circa moderati excessus & defectus. Suscipit aũt simplex duplices: cõpositũ vero ex pluribus duplo plures numero q̃ ea quæ ipsum componunt. Si igit vnum quiddam & simplex est respiratio, duplices quidem habebit immodestias, duplices etiam genere respirandi difficultates: Si verò non vnum, differentias habebit duplo plures numero q̃ ea quę ipsum componunt. Itaq; si hæc manifesta simulq; compendiaria est doctrina, merito longa censetur quæ præter hanc aliquid tradit.

G (margin, beside "cãs"); H (margin, beside "respiratio, du-")

De Primis & Simplicibus Difficultatis Respirandi Differentijs. CAP. 2.

AT vero cùm duæ quidem sint primæ & principalissimæ totius respirationis partes, inspiratio videlicet & expiratio: duæ vero aliæ per accidens, nimirum quæ interueniunt cessationes: in quatuor sane his, vniuersa consideratio de respirandi difficultate consistit. Quare oportebit omnino vnam ex prædictis, aut plures, aut simul omnes aberrare, & corrumpi ab ea quæ secundum naturam est specie, si difficultas respirandi debet generari. Verùm manifestioris doctrinæ gratia, non malum fuerit simplicem appellare respirandi difficultatem, quæ vnam totius respirationis partem singulatim occupat: Compositam vero quæ in pluribus consistit. Atqui cùm posterius sit semper compositum simplicibus, iuxta rationem vtique fuerit, de ijs quæ natura priora sunt, prius sermonem facere. Quare à simplicibus respirationis difficultatibus initium sumemus: atque, vbi has sufficienter explicauerimus, postea vicissim permutantes tum motus tum cessationes, & mutuo & per se: ita etiam compositas inueniemus. Quæ igitur sunt naturales differentiæ

A.l.4.f.111. c.7.258

tiæ

A tiæ ſpiritus extra & intra meantis? & quæ item vtriuſq; ceſſationis? hæ enim erant omnes reſpirationis partes. Quandoquidem duo ex his quas diximus partibus, motus ſunt, ſpiritus videlicet extra & intra means, duæ vero hos diſtinguunt ceſſationes: generatio autem motibus quidē compoſita, ceſſationibus vero ſimplex eſt: conſpicuum plane eſt illorum immodeſtias plures, ceſſationum vero binas generari. Hæ nanq; ſimplices exiſtentes, iuxta temporis quantitatem ſolum differentias habent: Motus vero non ſolum iuxta hāc, ſed & iuxta quantitatem ſpatij localis per quod feruntur, differunt. Itaq; duplices quidem erunt immodeſtiæ ipſorum quemadmodum etiam ceſſationum, vtræq; iuxta temporis quantitatem diductæ, iuxta quas aut veloces aut tardi appellabūtur: Duæ vero adhuc aliæ iuxta quātitatem diſtentionis organorum reſpirationis differentes, ſecundum quas aut magnos aut paruos appellant. Siquidem.n. inſeparabilia ſunt ab omni circa locum motu, tum tempus in quo id quod mouet, mouetur, tum ſpatiū per quod mouet: ob tp̄s quidem, velociter aut tarde motum fieri dicimus: ob ſpatium vero, multum & modice: Verùm diſtētionem organorum reſpirationis, non modicam & multam, ſed paruam & magnam appellare in vſu habemus, veluti etiam contractionem: eadem enim ratio vtriuſq; motus exiſtit. Quemadmodū aūt motui propria ſunt velocitas & tarditas, ita & quantitati ceſſationū, raritas & denſitas. Den

B ſas nanq; vites & oleas aut quodcunq; tandē huiuſmodi, plantari dicimus, cū breuiſſimum ſpatiū ipſorum diſtantiæ indicare volumus: Sic & raras, cum multus locus in medio plantatorum corporum fuerit relictus. Et vt in ſumma dicā oīa ex pluribus diſtinctis cōpoſita, hæc nomina vſurpant. Qn̄ igitur & ipſa reſpiratio ex contrarijs motibus per ceſſationes diſtinctis compoſita eſt, denſam ipſam reddet breuitas ceſſationū, raram vero longitudo. Hæ quidem igitur vniuerſæ ſunt ſimplices reſpirādi difficultatis differentię: atq; hęc ſane ipſarū nomina, tū priſcis alijs medicis, tū Hippocrati in vſum recepta. Si vero quiſpiā aliter appellare velit, quemadmodū iam quidā ex recentioribus medicis ſolent, noſtra nihil intereſt. Verū ſciat hic ꝙ neq; Hippocrati familiaribus, neq; etiā alijs veteribus, immo nec alijs Græcis {aut Latinis,} vſurpatis nominibus vtatur: Et ſi hos negligit aut contemnit, neq; proprie neq; perſpicue interpretatur. Si nanq; vnum nomen ambobus tribuit, motui videlicet & ceſſationi, ſiue velocitatem ſolam ſiue denſitatem, & rurſum in contrarijs ſiue tarditatem ſolam ſiue raritatem: & reliquis in totum non vtitur: obſcuritatem palàm hic affectat. Multo.n. lucidius eſſe opinor vtrique rei ſeorſim vnum nomen ipſiq; proprium indere, eoq; perpetuo vti, cum ſciat ꝙ communia nomina quæ alterum non magis ꝗ̄ alterū ſignificant, audito rem confundunt & perturbant, vt non cognoſcat quid ſit tandem quod dicitur, priuſq; æquiuoca

C tio diſtinguatur. Si vero vnum ēt vtrique rei quis imponat nomen, nō vero quo nos diſtinximus modo: ſed vice verſa, velocitatem quidem & tarditatem tribuat ceſſationibus, raritatē vero & denſitatem motibus: haud ſcio quid ſibi velit per impropriorum & incōſuetorum nominum vſum, quem pro proprijs & conſuetis inducit. Quòd enim omnes qui nunc viuunt homines atq; ēt antiqui, tarditatem & velocitatem de nulla alia re prædicant præterꝗ̄ de ijs quæ mouenť, nemo ignorat. Quàm ſapiens itaque ſe perpetraſſe factum iactabit, qui nominum vſum adeo tranſpoſuit, vt ceſſationes, motuum nominibus appellet? & ꝗ̄ ſapienter factum, ſi ceſſationum nomina actionibus imponat? Quemadmodum enim & vites & oleas denſas, vbi modica intereſt diſtantia, dicimus, raras nominantes ſi amplior interſit: ſic animalium actiones quæ per modicum tempus fiūt, denſas, quæ per multum, raras appellamus. Quòd ſi quis vt dixi non ita ſed aliter nominare velit, neq; Hippocratem, neq; alios veteres, neq; omnino Græcos {aut Latinos} ſequi dignatus, immo nec manifeſtæ interpretationis curioſus, illi permittendum eſt vt Cadmeam victoriam vincat.

Quibus Nominibus Appellandæ ſint Primæ Reſpiradi Differentiæ. CAP. 3.

CVm alijs vero qui nominum in tm̄ curam habent, quātum eorum ad docendū eſt cōmodū: & qui omne ſtudium eò dirigunt, vt in rebus inueniant veritatem: iam ſermonē cōferemus

D de ijs quæ à principio ſcribere inſtituimus. Cùm reſpiratio genere quidem motus ſit, ſed ex duabus partibus inter ſe contrarijs compoſita, quarum alteram inſpirationē, alterā expirationem nominamus: habeatq; ēt duas alias per accidens partes non ſimiles, quæ quietes & ceſſationes appellantur: offenſæ vtique & læſiones fient circa motus, in velocitatem & tarditatē, magnitudinemq; & paruitatem: circa ceſſationes verò, in raritatem & denſitatem. Et pręter has non reperias ſimplicem aliam difficultatis reſpirandi differentiam: methodus.n. diuiſionis non aliter demonſtrat.

Methodus Inueniendarum Cauſarum Difficultatis Reſpirationis. CAP. 4.

REliquum autem fuerit cauſas earum perſcrutari, atq; his inuentis conſequenter ad compoſitas tranſire. Quæ igiť eſt cauſa velocis & tardæ reſpirationis & vniuſcuiuſque reliquarū? Mihi equidem etiam hic methodo ad earum inquiſitionem vtendum videtur, & non ſimpliciter enunciandum. Quę eſt igitur Methodus? Cùm vnūquodq; ab ijſdem peius aut melius reddatur, per quæ omnino fieri ſolet, ſi ſciuerimus à quibus cauſis reſpiratio fit, ſciemus nimirum & reſpirandi difficultatis cauſas. Quæ igitur ſunt reſpirationis cauſę? Habes quidem ipſas alibi cum demonſtratione cōſcriptas: Nunc vero capitum tantum mentionem facere ſuffecerit. Facultas quidem animalis mouet thoracem: cum hoc ſimul pulmo mouetur: ad huius vero motus vbi diſtenditur, ſequitur inſpiratio: vbi contrahitur, expiratio. Demonſtratum etiam ibidem eſt, maximam

& principalissimam respirationis vtilitatem esse insitæ caliditatis conseruationem, iã vero & animalis spiritus nutritionem. His itaque sic habẽtibus, si quidem facultas, & vtilitas, & vnumquodque organum, recte ac prospere habuerint, iuxta naturæ legem animal respirat: si vero quid ex eis vitiatum fuerit, iuxta illud etiam respirationem impediri necesse est. At vero quemadmodum in pulsuum tractatione duplicem fecimus doctrinam, aut secundum vnumquenq; ipsorum inquirentes causas, aut secundum vnamquanque ipsarum, alterationes: Ita & hîc in vtranq; partẽ exercitari oportet, vt proposita causa statim sequentem respirationis difficultatem dicere possimus: et vicissim nominata respirationis difficultate, facile eius causam efficientem in memoriam reuocare queamus. Incipiẽdum itaque nobis etiam hîc iuxta eundem modum à simplicibus respirationis difficultatibus, quemadmodum illic à pulsibus, & quærendum quæ causæ velocem inspirationem operentur. Velocem equidem pulsum demonstrauimus ex vrgente quidem vtilitate, ac integra facultate, & promptis organis fieri. Videor autem mihi & hîc easdem causas rectè referre posse, si vtique non male in libro de vtilitate pulsuum demonstrauimus, eandem vtilitatem à respiratione quidem ei qui circa cor est calori, à pulsibus vero ei qui per totum animal dispersus est, contingere. In eo autem rursus sermone qui de pulsuum causis tractat, sufficienter dictum est de Archigenis aduersus Magnum contradictione, quòd non à facultatis robore velox pulsus fiat, sed magis ab imbecillitate: & sanè non conuenit bis de ijsdem dicere, cum vnus & idem demonstrationis modus esset futurus. Et si quidem ita circa respirationis difficultatem, velut circa pulsus, iuniores medici curiosi fuissent, & nõ penitus ipsam neglexissent, accommodatius vtiq; hîc velocis motus ratio inuestigari posset: vtpote cũ manifestior res ipsa sit, & ob id prius doceri debeat. Verùm haud scio quomodo de ipsa quidem respiratione plurimum inquisierint, & neq; vtilitatẽ cuius gratia fit, neq; facultatem à qua fit, intactam reliquerint: & de organis etiam ipsis curiose perscrutati, quot, qualia, & quomodo moueant, iuestigarint: At vero de respirationis difficultate sermonem tanquam non magis necessarium, aut non magis varium, aut non multo difficiliorem inuentu omnino, segniter prætererunt, aliqui ne minimum quidem penitus de ipsa dicẽtes, aliqui vero valde breuiter attingentes. Quanquam Hippocrates in libris de morbis populariter vagantibus, ad œstri cuiusdam similitudinem, difficilium spirationum differentias scripserit, à quo punctos & stimulatos ipsos aliquando à profundo somno excitari oportebat: & quęrere, quis in vnaquaque ipsarum sit affectus locus, & quis affectionis modus, & quę causa: & an hęc ab Hippocrate penitus prætermissa sint, aut aliqua quidem ab ipso relata, aliqua vero non, & in quibus id factũ sit libris: aut quomodo, num perfecte & manifeste, aut defectuose, aut quasi seminatorie. Verùm nihil horum vllus vnquam inquisiuit, & neq; hi qui se Hippocraticos appellant, eiusq; librorum commentarios enarratorios conscribũt, tractationem de respirationis difficultate perfecte ac pro rei dignitate explicauerunt. Verùm nos q̃ in singulis ipsius libris relata sunt, in vnum coaceruabimus oĩa, & demonstrabimus, ꝙ ẽt in hac parte longe reliquos oẽs hic vir antecellat: Non tñ iam hoc faciendum est. Neque enim solam Hippocratis sententiam exponere propositum est, sed etiã proprias dogmatum demonstrationes apponere, atq; veritatis quæ in eis est certitudinem ijs qui in hæc inciderint exhibere: siquidem hoc multo melius est, & non præoccupare tp̃s existimationi ac famę venerandi senis. Et ideo hic primus liber ea quę vera sunt cũ demonstratione docebit: qui deinde sequitur secundus ea quæ Hippocrates de respirationis difficultate cognouit, exponet.

De Causis Respirationis Velocis. *CAP.* 5.

RVrsus igitur repetamus quod dicere reliquimus, nimirum ꝙ quęstio de velocitate motus, in pulsuum tractatione nobis in totum absoluta est, propterea ꝙ circa illam plurimi iuniorum medicorum multum operæ impenderint: circà eam vero quã nunc in manibus habemus, omnes negligentes fuerint, quanq; manifestior longe sit, & non minus q̃ illa vtilis existat. Verũ causam ẽt ipse referam in sermonis progressu, nũc quod consequens est absoluamus: Quòd videlicet "oĩs velox motus propter vrgentem fit vtilitatem, & amplius facultatem ei subseruire potentẽ, hoc est integram, & robustam, & nullo ex organis reluctante: quorum demonstrationes in libris de pulsibus à nobis relatas dicebamus. Dictum est ẽt in illis, possibile esse qñq; vtilitate multum vrgente, etiamsi facultas moderate debilior sit, motum fieri velocem: si vero amplius debilitet̃, nõ amplius possibile esse moueri velociter, sed tunc densam magis pro veloci fieri actionem: Omnis enim dẽsitatis actionum vnam existere cãm, prioris scilicet actionis defectum: cogunt̃ enim illa vrgente, non amplius cessare diutius. Omnia aũt hæc in illis libris de pulsibus sunt demõstrata. Cõis autẽ est pulsuum ratio ad respirationem, primum quidem quod de oĩ motu in vniuersum est dictum: deinde vero parũ abest, quin omnis respiratio ad pulsuum proportionem proprietatem habeat. Composita enim est ex contrarijs motibus per cessationes distinctis, atq; eiusdem vtilitatis gratia fit. Et ex partibus eius inspiratio quidem consimilis existens pulsuum dilatationi, insitam caliditatem refrigerat: expiratio vero velut contractio pulsuum, fumosum ex vstura { sanguinis } excernit. Quin & ad nutritionem animalis spiritus ambas actiones conferre: & in cessationibus eã quæ post dilatationem fit breuiorem esse: quę vero contractionem sequit̃, longiorem: ambobus communia existunt. Itaque quomodo velocitas motibus respiratorijs contingat, dictum est.

Margin: E; F; G; H; A. l. 3. f. 10. c. c. 15. 159. f

De

A *De Causis Magnæ & Paruæ Respirationis.* CAP. 6.

.3.f.10.t.1. .258.h CÆterùm de magnitudine deinceps agã. Oportet igitur & in hac vtilitatem ad opus prouocare: eiq; facultatem integram ac robustam subseruire: & promptitudinem adesse ipsis instrumentis. Eundem enim causarum concursum magnitudo respirationis requirit, quem sanè & velocitas: Atqui cõtraria eorum tarditas & paruitas, non omnino opus habent contrarijs omnibus simul, sed vnum ex ipsis adesse penitus oportet, plura non est necesse. Siue enim vtilitas valde exoluta sit, soluitur simul & velocitas motus, & magnitudo dilatatiõis, etiam si robore maxime valeat facultas ipsa: ociosam enim habebit hanc, quousque animal eius actione non indigebit: Siue magna quidem sit vtilitas, exoluatur autem aliquo modo facultatis robur: Siue adsint quidem hæc, offensa autem aliqua acciderit instrumentis, qualem in libris de pulsibus indicauimus: Quodcunque tandem ex his fuerit, impedietur & velocitas & magnitudo respirationis.

De Proportione Causarum Pulsus & Respirationis In ijs, qui fruuntur sanitate. CAP. 7.

ibidem. ATque in his sanè pulsus respirationibus omnino similes existunt. Quare etiam si causas primum in manus sumentes, alterationes respirationis quæ ad ipsas consequuntur perscrutabimur, consimiles reperiemus. Velut si caliditate aucta reliquis respirationis causis immotis manen-
B tibus qualis sit respirationis difficilis species quæremus, reperiemus velut etiam in primo de causis pulsuum est monstratum, quòd parum quidem ea aucta, maior manifeste, non tñ velocior: plurimum vero aucta, & maxima & velox, & iam etiam densa inspiratio reddetur: Eodem modo etiã si caliditas secundum naturam, sit imminuta, alijs causis immotis manentibus, q̃ paruam ita & tardam ac raram necesse est fieri inspirationem, sed paulo tamen quàm secundum naturam minorẽ, multo vero tardiorem, plurimum autem rariorem. Robusta enim existente facultate non est possibile multo minorem fieri dilatationem: Sed si vtilitas multum sit exoluta, plurimam cessationem fieri verisimile est, non tamen propterea omnino tardè moueri, si facultas modo sit robusta. Quę porrò ex aucto calore, eædem ex animali spiritu ad nutritionem vrgente species erunt respirationis difficultatis, eius videlicet quæ circa inspirationem consistit. Quemadmodum sanè immoderatio fuliginosæ humorum vsturæ, easdem respirandi difficultates circa expirationem operabitur, q̃ circa inspirationem sunt relatæ. Veloces enim erunt & magnæ & densæ, vbi multa eiusmodi superfluitas fuerit congregata: Tardæ autem & paruæ & raræ, circa cõtrarias affectiones. Nũquid igit ita quidem esse ratio ipsa poscit: repugnat autem quippiam eorum quæ euidenter apparent? Ego quidem omnia hæc consentientia circa ætates, & regiones, & omnino omnes ambientis nos
C aeris constitutiones reperio. Consentiunt autem non minus quæ circa omnia exercitationum genera, & circa morbos contingunt. Vbi enim caliditas abundat, veloces & magnas & densas videre est fieri inspirationes: Vbi rursus frigiditas, contrarias tardasq; & paruas & raras. At vero quibus animalis spiritus euacuatur, & ob id cita renutritione opus habent, hi non solũ valde, sed & cito, & dense inspirant: Quibus vero nihil euacuatur, hi cõtrariam illis habent inspirationis spẽm. Si vero ambo concurrant, & caloris augmentum, & spiritus consumptio, hi omnium maximam & velocissimam & densissimam inspirationem habent, & maxime si ambo vehemẽter fuerint aucta: Velut etiam vbi ambo fortiter fuerint imminuta, minutæ & tardissimæ & rarissimæ fiunt inspirationes. At vero & expirationum species, siquidem multæ fumosæ superfluitates sint congregatæ, & maxima & velocissima & densissima erit: Si vero paucissimæ penitus fuerint superfluita-
3.f.10.t.1. c.260.f tes, minima & tardissima & rarissima. Ex ætatibus porrò omnes quę in augmento sunt, magnã & velocem & densam inspirationem facere videmus: Quæ vero decrescunt, contrà raram & paruam & tardam: Propterea q̃ illis caliditas amplior, his minor existit: & illis quidem animalis spiritus substantiam cum corpore coaugeri necesse est, his vero contabescere. Ob vtrasque igitur causas, inspirationis speciebus, iuuenes à senibus multum euariant: Et propter alias duas causas, in ex-
D pirationibus similiter euariant. Qm̃ enim ĩ ætatibus crescentibus, tum ob insiti caloris robur, tum ob ipsum augmentum, plurima copia humorum consumitur: in decrescentibus vero, quantũ ad ipsam vitam solum necesse est, vtpote quæ neq; augescunt amplius, & iam sunt perfrigeratæ: iuxta rationem sanè illis velox & magna & densa: his vice versa per omnia contraria expiratio apparet. Hanc verò eandem speciem etiam pulsus secundum ętatum differentias habere reperiuntur, quemadmodum & hoc in tertio de causis ipsorum ostendimus. Quemadmodum vero secũdum ætates, ita & iuxta tempora, & regiones, & omnes ambientis nos aeris constitutiones, tum pulsus cum respirationibus, tum respirationes cum pulsibus proportionem habẽt: In calidis quidem, ad magnitudinem, & velocitatem, & densitatem permutatæ: circa frigidas vero, in contrarium. Et relatum de his omnibus est etiam illic: Queadmodum & de exercitijs. In currendo nanque & luctando, & quomodocunque aliàs viriliter exercendo, valde & velociter & dense respiramus: quiescentes vero, parum & tarde & rare: Propterea q̃ in concitatis motibus, caliditas quidem augetur, cõsumitur autem spiritus animalis: vbi vero quiescimus & immoti manemus, caliditas marcescit, spiritus autem aut nullo modo, aut omnino modice cõsumitur. At vero & ex lauacris, calida qui-
ibidẽ.c.32.g 33.g dem velocem & magnam & densam faciunt respirationem: frigida vero, cõtrariam. In somnis porrò ẽt valde animum ad hoc, quod contingit, aduertere oportet. Nam et iuxta magnitudinẽ et

velocitatem motus expiratio inſpirationem excellit,quando ciborum & humorum omnium cō- E fectiones & concoctiones maxime fiunt: plurimum igitur veriſimile eſt in ipſis coaceruari fumoſum recrementum.

De Proportione Cauſarum Pulſus & Reſpirationis In ijs qui ægrotant. CAP. 8.

ET in morbis deniq; (nam & de his iam tandem dicendum) in febrilibus quidem omnibus,& maxime vbi circa aliquod reſpirationis organum,aut circa cor, aliqua eaq; multa caloris copia ſit coaceruata,omnis reſpiratio magna & velox & denſa reddita apparet: In quibus vero perfrigeratus eſt calor,contraria: adeo vt & quibuſdam penitus perijſſe putata ſit: Atque hæc eſt illa quam Heraclides Ponticus ἄπνουν .i.ſpiritu priuatam ſcripſit.Quemadmodum enim in alijs omnibus,ſic etiam hîc proportionem reſpiratio & pulſus habere videntur.Neutrum nanq; ipſorum in totum perire poſſibile eſt,donec ſuperfuerit animal: Attamen perijſſe putare propter paruitatem,nihil mirum eſt.Neque enim his ſolum,ſed & alijs omnibus extreme paruis commune eſt, q ſenſum effugiant.

In Quibus Differant Pulſus & Reſpirationes. CAP. 9.

CÆterùm poſtquam de ijs quæ reſpirationibus & pulſibus ęqualiter adſunt,ſufficienter dictū eſt,quæremus iam & quantum in ipſis ſit,quod nō ſimiliter habeat: proprietatem enim quæ F eſt à facultatum diuerſitate in ſingulis actionibus,veriſimile eſt etiam multipliciter differentes ipſarum ſpecies facere. Hanc igitur conſiderare oportet, ac quærere,& inuenire methodo. Videor autem mihi videre ſtatim ab ipſa rerum ſubſtantia,maximam quandam differentiam inter omnia animalia opera,& vitalia eſſe.In illis enim voluntas poteſtatem habet generationis: & pōt aliquādo,etiam ſi vtilitas prouocet,& facultas ſit integra, & ſingula reſpirationis inſtrumenta ad actionem accommoda,tamen prohibere & impedire ipſa à motu. Vbi vero ita potenter cohibere poteſt, certe longe facillimum ei fuerit,tarde aut cito mouere,& amplius aut minus attollere, & per longius aut breuius tempus.In vitalibus vero operibus non ita habet, ſed cum vtilitas prouocat, & facultas integra eſt,& organa apta exiſtunt ad motum,neq; tardam neque paruam poſſibile eſt fieri actionem.Itaque in pulſibus circa inflammatas partes euidētiſſime apparet, ob motum arteriarum in ipſis dolorem accedere vehementem, propterea q non in nobis ſit motum facere magnitudine minorem,aut velocitate tardiorem.Atqui ſi in noſtra poteſtate eſſet minorem aut tardiorem ipſum reddere,nihil magis ex re facere poſſemus,mitigaturi vtique ex hoc dolorem.Omne nanque inflammatum integram quietem deſiderat: ſi enim moueanť & inuicem terantur ipſius partes,premuntur & fluxione infeſtantur, & omnifariam dolore affliguntur.Quòd ſi quan- G doque ob vrgentem vtilitatem ad motum cogātur,minorem planè & tardiorem motum facilius ferunt,quàm maiorem & velociorem. Ita etiam crus,vbi pars aliqua in ipſo fuerit inflāmata,maxime quidem quietem expetit: ſi vero vrgente aliqua vtilitate ipſum mouere cogamur, minus & tardius ambulamus. Verùm hoc impoſſibile eſt in arterijs facere: nō enim in noſtra ptāte eſt ipſarū motus,vt vel eum qui fit ſedare,vel velociorē tardiorē,vel maiorē minorē, facere poſſimus: ſed neceſſe eſt eum qui adeſt boni conſulere, ſiue velox, ſiue magnus,ſiue vtcunq; ſit violentus. Ideo vbi in inflammatis partibus arteriæ mouentur,dolore affligimur quidem,ſed neque obtuſiorem, neque minorem,neque tardiorem motum facere poſſumus, cum tamen per actiones voluntarias aut in totum quietem cruri dare,aut valde paruū & tardum motum illi permittere queamus. Cęterùm qn̄ paruum & magnum motum dicimus,q non propriè,ſed à ſpacijs per quæ id quod mouetur fertur appellamus,omnibus manifeſtum eſſe puto. Atqui cū thorax vnum quoddā animalis membrum,organum ſit reſpirationis,velut arteria pulſuum, & crus ambulationis: ſi quidem ſanè reſpiratio inter opera vitalia cenſeatur,conſimilem habebit arterijs motus proportionē: ſi vero inter animalia,ad crurum ſimilitudinem mouebitur: At vero inter animalia cenſetur, quemadmodum alibi eſt demonſtratum: Manifeſtum igitur quòd ad crurum ſimilitudinem mouebiť. Si H igitur thorax inflammatus ſit,& ad motum cogatur,tardius & multo minus quàm oportet dilatabitur: verùm ſi hoc fecerit,defectuoſe reſpirabit. Si vero iterum atq; iterum idem hoc faciet, defectus qui circa ſingulas reſpirationes contigit, in vnam quandam memorabilem ac minimè contemnendam ſummā congregatus,eò deducet animal vt vicinū fuerit ſuffocationi. Verùm vt id ne fiat,denſiores actiones facit,non amplius tm̄ ceſſans,quantum ſolebat, cùm ſecundum naturā habebat: ſimile faciens ijs qui ob id q ſufficientem cibum ſemel ingerere non poſſunt, aſſidue modice aluntur: attamen in hoc neceſſarium eſt totam reſpirationem fieri paruam,& tardam,& dēſam, & multo vtique quàm par ſit minorem,q; tardiorem.Etenim dolor non ita grauiter vexat thoracem ob motus velocitatem, ſicut ob dilatationis magnitudinem. Velocitas.n.quāuis circa ipſam actionem ſit doloroſa,tn̄ quia breui tempore omnem motum efficit,minus thoracem offendit: cōpendio nanq; eò quò feſtinat peruenit: feſtinat aūt ad quietem, eamq; q; celerrimè aſſequi cupit, tanquam quæ ſola dolorem ex inflammatione ipſi lenire poſſit.At vero dilatationis magnitudo penitus moleſta eſt,tum propter violentiam motus,tum quòd comprimit & diſtendit inflāmata, & omnibus modis thoracem dolore affligit. Ob id igitur plus de magnitudine quàm de velocitate reſpiratio adimit. Et cùm ſanè hic ſolus affectus fuerit, nempe dolor quidam thoracis partium,

A tium,non vero vrgeat vtilitas,manente videlicet calore cordis intra terminos à natura cõstitutos, tunc motus thoracis manifeste tardior redditur. Si vero ardor quidam in ipso corde oboriatur, velocitas quidem nõ exoluitur ob eas quas antea diximus causas, aufertur aũt etiam hic multum de magnitudine,verùm pro ipsa densitas generatur ob vrgentem vtilitatem.

Quæ Differentia Pulsus & Respirationis ex Instrumentorum Affectibus oriatur. CAP. 10.

QVare ẽt ex iam dictis perspicuum est,ꝙ dolor ipse per se circa aliquod respirationis organũ consistens,paruum & tardum & densum spiritum efficiet.Cum ardore vero paruum quidem adhuc similiter,sed densiorem eo qui ob solum fit dolorem, & iam etiam aliquanto velociorem.Quæ vero ob solum ardorem contingit respirandi difficultas,eam antea ostensum est magnum & velocem & densum spiritum efficere: Vt perspicua sit & facile discerni possit vtraq; simplex,& quæ ex ambabus cõposita est.Quæ.n.ob solam fit caloris copiã, quãuis densum reddat spiritũ,similiter vt ea quæ ob solũ fit dolorẽ, tñ magnitudine & velocitate palàm distinguit.Quæ vero ex ambobus causis concurrentibus generatur,ab ea quæ ob ardorẽ fit, sola paruitate differt: ab ea vero quæ ob dolorẽ,sola velocitate.At vero respirationis difficultas ob perfrigerationẽ naturalis caloris,euidentibus notis ab omnibus his distinguitur: paruũ enim hæc (vt monstratũ est)
B & tardum & rarũ spiritũ efficit: nulli vero aliarum simul accidit tarditas & raritas. Cæterùm quãtum in defectibus & excessibus caliditatis,ipsa respirationis species consonantia & rhythmo qui secundum naturã habet,excedit,tm̃ etiam & idem cũ pulsibus cõiter & eodem modo habet: Quę vero in dolorosis organorũ affectibus contingunt, non amplius eodem modo habent: verũ qua tenus euariant manifeste monstratum opinor. Reliquæ tamen organorum affectiones quæ citra dolorẽ,per obturationes,aut duritics,aut cõpressiones, aut omnino coarctationes quasdam fiunt, consimiles alterationes in vtrisque actionibus,animalibus & vitalibus,efficiunt.Paruus.n.in ipsis & velox & densus fit spiritus: & paruus quidem propterea ꝙ ob angustiã suscipientium organorum paucior quàm oportet attrahit: densus vero,ꝙ vtilitatis votũ non expletur,& ob eandẽ causam ẽt velox. Ostensum est aũt in cõmentarijs de pulsibus,ꝙ qñ magnitudo distentionis sufficienter explet votum vtilitatis,nihil indiget velocitate: quando vero deficit aliquantulum,tunc iã etiã ad velocitatẽ permutatio fit,siquidẽ integra & robusta sit facultas: si vero neque hæc sufficiẽs fuerit,tunc & in densitatẽ. Ob has itaque causas paruus & velox & densus redditur spiritus circa pulsus & respirationes in prædictis affectionibus,atque amplius etiam inæqualis, quæ vel præcipua ipsarum est nota. Verùm hæc & simul consideratio causæ, in pulsuum tractatione relata sunt: Et
C ibidem dictum est ꝙ iuxta ipsas partes in quibus obturatio hæret,& quæ cũ his cõicant,inæqualitas maxime fit manifesta,& paruitas pulsuum aut semper aut vt plurimũ cohæret: iuxta alias vero magis magnitudo. Si vero propinquus principio fuerit affectus, communis in hunc modum fit omnibus arterijs. Atque hæc quidem illic relata sunt & monstrata.

Qualis fiat Respiratio Coarctatis aut Dolentibus Instrumentis. CAP. 11.

POrrò quæ respiratorijs instrumentis propria sunt nunc cõmemorabimus,vt nihil desit ad sermonis perfectionẽ. Quãdo igitur,aut propter tubercula cruda in ipsis consistentia,aut ob tenaces & crassos humores qui vias spiritus occuparint,aut ob durum aliquem tumorẽ in ipsis connutritum,aut ob quodcunque tandem ipsis vicinũ corpus quocunque modo in tumorẽ immoderatiorẽ eleuatũ,paucior quàm oportet spiritus propter locorum angustiã inspirat, necessario accedit ipsi velocitas & densitas ob prædictas causas. Species autem in genere plures huius respirandi difficultatis constituũtur,aliàs alijs partibus in respiratorijs organis coarctatis. Tumores etenim
1.3.f.10.t.1. c.158.g præter naturam circa ventrem,& hepar,splenem item,& cœlon,& his coniunctas partes consistẽtes,ob septi transuersi coarctationem,paruum & velocem & densum faciunt spiritũ. Iuxta eundẽ modũ & aqua inter cutem laborantibus,& vterũ gestantibus,& ijs qui se supra modum cibo ex-
D pleuerunt,& qui prominentem ventrem habent,huiusmodi fit respirationis species. In respirandi autem difficultate quæ erecta fit ceruice,& Græcis orthopnœa appellatur,viscosis & crassis humoribus, circa asperas in pulmone arterias congregatis. Similiter autẽ & si aliquid circa ipsum indurctur,aut tuberculum nascat præmens & coarctans ipsum asperarũ arteriarũ genus (hæ enim suscipiunt aerem qui inspirat) paruus & densus & velox erit spiritus. Iuxta eundẽ aũt modũ etiã, si in thorace tale constiterit tuberculũ,propter quod sane sępe tum in posteriorẽ tum in anteriorẽ partẽ luxant ea,quæ circa spinã sunt,immo & in obliquũ torquent,paruus & densus & velox generabit spiritus,occupante nimirũ tumore præter naturã pulmonis regionẽ,in quã dilatatus extẽdebat. Sępe vero & ipsum totũ thoracẽ angustiorẽ huiusmodi affectiones reddiderũt,si aut statim dum in vtero adhuc sunt fœtus accidant,aut ẽt postea obueniant. Nulla est aũt differentia quod ad id quod coarctatum est attinet,quòd pulmo non possit sufficientem aerem trahere,siue thorax totus angustus reddatur,in quacunque tandẽ affectione,siue intermedia regio amittat,ab aliquibus præter naturã corpusculis in ipsa consistentibus occupata,siue ẽt ipse pulmo induratus sit,aut obturatus,aut intumuerit,velut in pulmonicis & peripneumonicis appellatis vitijs contingit. Vna enim in omnibus coniuncta est cã,ob quã parua inspiratio redditur, coarctatio videlicet asperarũ arteriarũ: propterea vero ꝙ parua ipsa est,ob id etiam (vt sæpe dictum est) densitas & velocitas accedit.

cedit. Verùm cum iuxta ipsum pulmonem affectus ipse incumbit, quãuis thorax se plurimum di E
stendere possit, tñ parum inspirant: ita ẽt vbi intermediæ ipsorum organorũ regiones fuerint occupatæ. Cùm vero totus thorax aut fœtibus, aut aliter, paruus & angustus redditur, manifestũ est ꝙ & distentionẽ ad sui ipsius proportionem paruam efficiens, pulmoni causa est velocis inspirationis. Sic vero ẽt cũ septum transuersum ab aliquo comprimitur iuxta infernã thoracis extremitatem, velut in vitijs dolorẽ non inferẽtibus contingit. Huius nanq; rei maxime memorẽ esse oportet, ꝙ aliquando solius thoracis affectus, aliqñ solius pulmonis, qñq; vero intermediç amborum regionis, ad paruitatem & ob id etiam velocitatem ac densitatẽ respirationis mutationẽ facit, si sanè facultas fuerit robusta, nam & huius meminisse oportet sçpe iã ẽt antea relati. Minime igiť adhuc pleuriticorum, aut abscessus aliquos aut omnino dolorosos tumores habentium iuxta thoracem, mentionem faciemus in hoc sermone: At vero de vitijs dolorem non inferentibus, quç cõprimendo pulmonẽ, & coarctando asperas in ipso arterias, minorẽ faciunt inspirationẽ, omnis prædictus finieť sermo. Atq; illa quidem "ad affectiones thoracis antea conscriptas referemus, in quibus dicebamus thoracem, propterea ꝙ minus distenderet ob dolorẽ, spiritũ facere paruũ. Eorum vero qui suppurati appellanť affectionẽ, quamuis sæpenumero eius generatio ex pleuritide contingit, his iã proxime relatis annumerabimus, quæ videlicet citra dolorẽ iuxta pulmonẽ coarctationẽ faciendo, paruam reddunt respirationẽ. Pus.n. quod in ipso iuxta huiusmodi affectiones contineť, causa fit eius quæ circa distentionẽ fit paruitatis. Itaq; tanq; neq; ipse secundum naturã distẽdať, minime æqualem facit spiritus attractionem. Qũo igiť hçc respiratoriorũ organorũ vitia citra dolorẽ consistentia (id enim præsenti adhuc deest sermoni) ab ijs quæ cum dolore fiunt distinguentur, si sanè & paruus & densus ambobus similiter redditur spiritus? An in velocitate motus? In affectibus enim cum dolore, modice quidem respirant & dense, non tñ velociter, qñ vtiq; citra febrẽ eiusmodi acciderit affectus: qñ vero cum febre, quamuis iuxta paruitatem & velocitatem similiter respirent, tñ iuxta densitatem distinguunť. Nam non modice ipsis spiritus densať, quod non euenit illis qui ob coarctationem organorum respirationis difficulter respirãt: verũ ẽt si densior ipsis spiritus reddatur, moderate tñ hoc fit, & multo infra summã densitatẽ. Quin & expiratio febricitantibus maior simulq; calidior est, quod non contingit ijs qui ob coarctationem parum & dense expirant. Qũo aũt cognoscere oporteat exacte tum paruitatẽ tum magnitudinẽ vtriusq; partis totius respirationis, paulo post dicetur, vbi prius omnẽ de organis sermonẽ absoluerimus. Quòd.n. difficultates respirandi citra organorum dolorem, ab eis quæ cum dolore fiunt differant, iam relatum est.

A.l. 3.f. 10.t c. 34. 260. g l

F

De Respiratione quæ fit Cum partes valent quæ in ipsa commouentur: ac de ea quæ Vacillantibus ac mente motis contingit. CAP. 12. G

VTrum autem, velut simpliciter ostendimus coarctationem oportere ad pulmonem perueni re eiusq; asperas maxime arterias, vt animal difficultatem respirationis incurrat: sic ẽt dolorem in respiratorijs organis fieri oportere, & præsertim in thorace, dicendum est? parum.n. abest vt pulmo sensus sit expers: An aliquã aliam in eiusmodi respirandi difficultatibus inquirere nos oportet enunciationem? Nam qui dicit ad solos respiratoriorum organorũ dolores eiusmodi difficultatis respirandi speciem sequi, cum non opinor videri posse omnem de his rem probe cognouisse, aut meminisse superiorum ratiocinationum, in quibus non ob affectionem, sed ob actionis facultatem quæ animalis existit, paruus & densus spiritus fieri ostendebatur. At vero species difficultatis respirandi quæ ad coarctationem pulmonis consequitur, nihil opus habet facultate ad sui generationem: quod de illo probe indicauimus vbi totius rei tractationem peregimus. Verum de dolorosis affectionibus non simpliciter id dicere conuenit, quando sane in respiratorijs particulis consistunt. Non enim propter ipsam particularum naturam priuatim, sed ꝙ animali facultati eorum motus arbitrium permissum est, respirationem ad paruitatem mutari contigit, vt ne amplius videlicet animal dolore affligeretur, ipsa minus quàm oportet thoracem distendente. Atq; hçc sa- H
nè prouidentia vt ne vehementius animal dolore affligatur, etiam alijs omnibus particulis adest, quæ ad respiratoriorum motum simul "mouentur, stomacho videlicet & ventri, & hepati, & spleni, & peritonæo, & cœlo, & superioribus tenuibus intestinis, & musculis præcordiorum: hæ nanque ad thoracis motus, & maxime si fuerint maiores, commouentur. Perspicuum igitur est ꝙ amplius in magnis thoracis motibus dolore vexantur, minus vero in paruis: & ob id paruus & densus non solum in pleuriticis, sed & quibus stomachum aut ventrem dolorosa affectio infestat, spiritus erit: minus quidem propterea ꝙ etiam sensus eis minor est. Cõsimiliter sanè difficulter respirabunt qui hepar, aut splenem, aut aliud quoddam ex prædictis membris dolore vexatum habẽt. Omnia enim talia partim exappensa partim connata respiratorijs instrumẽtis, ad horum motum simul commouentur: & ob id in respirantibus offenduntur. Atq; ita nõ vt antea de respiratorijs particulis, sed de omnibus simpliciter quæ circa respirationes mouentur, communis nobis sermo fiat: Atq; audebimus in vniuersum pronũciare, paruum & densum spiritum signum esse doloris omnium animalis particularum quæ iuxta respirationes commouẽtur. Num igitur hac parte solum inter pulsus & respirationes dissimilitudo est? an etiam iuxta ipsam priuatim facultatis causam, citra organorum complexum, aliquam differentiam inuenire licet? Equidem naturales facultates

A.l. 3.f. 10. c. 7. 158. g

tates

A tates omnes semper necessarijs sibi operis vacant, & nunquam torpent, aut negligentes sunt: quę vero sub voluntatis potestatem veniunt, hę sæpe vbi ipsa circa alias actiones fuerit occupata, negligentius perficiuntur. Ambulantes igitur aliqñ concitatius ad rem aliquam perficiendam, deinde inter eundum cogitantes quid, ac postea id ipsum considerantes, & curiose de ipso meditãtes, multum ab illa ambulandi concitatione remittimus, non tñ intelligimus id ipsum neq; cognoscimus, quousq; sane mẽtem ad illius curã adhibemus: cũ vero quiescimus ab illa cura, atq; cogitationem circa nullam rem amplius habemus, q; circa solã ambulationem, tunc velut ex somno aliquo excitati, cognoscimus circa institutam actionem nos fuisse negligentiores, q pro primo impetu oportebat, rursumq; ad ipsam actionem nosmet excitamus: Sic ẽt qui mente vacillant, animum (vt puto) in visionibus velut in quibusdam curis habentes, animalium actionum negligentes sunt, & neque lotium eijciunt, nisi quis eos commonefaciat, neq; ventris onus deponunt, neq; potum neque cibum petunt, neq; quicq; aliud eius generis: si vero ẽt petãt aliqñ, interim dum adhibent obliuiscuntur, & rursus monitorio opus habẽt. Itaq; nouimus omnino plurimos qui petita matula, eaq; ipsis data, nõ iã lotiũ effunderẽt, sed matulã ociose in manibus detinerẽt. Alios itẽ nouimus, qui exurgerent quidem tanquam ventris onus deposituri, postquam vero desedissent, penitus ob

B liuiscerentur, atq; nihil efficerent, donec à præsentibus admonerentur. Quemadmodum autẽ per multum tempus actiones faciunt hi oẽs, sic etiam magnas. Aceruatim igitur omnino plurimum mingunt, & pro vna vice vltra mensuram bibunt, & singula alia eodem modo faciunt. Nec mirũ vtiq; id esse opinor. Quod.n. sæpe in debito tempore facere oportebat, id ipsum aceruatim vrgente vtilitate explere coguntur, & prȩsertim vbi necessarium id sit ad vitam. Etenim si quis minus q̃ oportet bibat, non ad dies tñ, sed ad integros menses sufficere possit: si vero minus q̃ oportet respiret, neq; minimam diei partem durare queat. Quare tametsi plus pro vna vice mente moti bibant, tñ quod per multũ temporis interstitium id faciant, euenit vt vniuersus ipsorum potus multo commoderatæ mensuræ inferior & paucior extet. Verũ respirationis vtilitas nõ expleta, supra hoc quod graue & ex propinquo imminens periculum habet, excitat etiam ad actionem, & nõ sinit torpere neque ad momentum. Recuperat aũt statim id totum, quo per cessationis tempus fuit priuata: atq; ita non rarus solum, sed & magnus spiritus efficit: & tanto sane q conuenit maior, quanto fit rarior. Quod ipsum in potu nõn contingit: multo.n. rarius, paulo vero plus bibunt: vnde etiam Hippocrates ipsos Brachypotas.i. paucibibos, appellauit. Atque hæc quidẽ ratio demõ strat mẽte motorum respirationem in raritatem & magnitudinem mutari. Testimonium autem 1.Prorrh.cõ.1. t.16.4ᵃ.165.g

C non minus etiam oculare experimentum præbet, si quis in ipsis artis operibus hanc speculationẽ exquirere velit. Quicunque vero in adolescentulorum gymnasiis, in sublimibus solijs alti & vndiquaque conspicui desidentes, artis operum negligentes sunt: quicquid vero in buccam venerit, effutiunt: his non magis credibilia fiunt ea quæ ab euidenter apparentibus confirmanť, q ijs qui neq; à principio, etiam si appareat, quicq; cognoscunt. Cæterum ex hoc genere sophistarum quispiã aliqñ mecum contendit de eo, q rarus & magnus spiritus mente vacillantibus contingit. Proponebat.n. respirationem vnũ quoddã ex operibus vitalibus esse: verùm cũ huiusmodi argumento non consentiebat id quod palàm apparet: vnde discèdendum sibi à me putauit: Prorsus.n. inquit, eiusmodi respirationis speciem in delirijs non apparere. Nam quæ nunq; conati sunt sophistæ in ipsis ægrotis obseruare, de his ac si sexcenties viderint, impudenter rixantur: neq; verentur se magnam habere experientiã iactare eorum, quę neq; per somnium quidem ipsi viderunt. At vero quicunq; obseruant apparentia, & quæ ægris accidunt, hi ita vt Hippocrates, scribunt: viderũt enim vt opinor, multos infirmos similes ijs quos ille descripsit, qui abunde magnum testimoniũ prædicto sermoni præbent. Atque apponerem sane iam eos quos in popularium morborũ libris conscripsit, nisi propositum esset mihi omnem sequentem sermonem secundum, in eorũ enarra-

D tionem, velut etiam antea dixi, reseruare: hunc vero solum per se cum proprijs & synceris demonstrationibus absoluere. Itaq; sermo de vacillantibus & mente motis hic finiatur.

De Magna & Parua Respiratione dignoscenda. CAP. 13.

A 3. F.10. t.1. a.158.b Q Vomodo vero quis magnam & paruã respirationẽ optime dignoscat (scio.n. & hoc me in prioribus distulisse) iam referať. Procliue equidem erat opinari, nihil differre siue iuxta magnitudinem distentionis respiratoriorum organorum, siue iuxta substantiæ q̃ inspiratur copiã, magna inspiratio iudiceť: quemadmodum sane ẽt aliqui dicunt, putantes quãtitatem inspirationis semper se habere oportere ad proportionem quantitatis distentionis organorum: Atqui hoc minime in vniuersum verum est, sed distinctione quadã opus habet. Cùm.n. secũdũ naturam habent organa, qtitas spiritus semper ipsorum distentionibus proportione respondet: non tñ cũ ẽt præter naturã fuerint disposita: Verùm possibile aliqñ plurimũ distẽdi thoracẽ, & parũ externi aeris inspirari: multæ.n. sunt affectiones (si modo prędictorũ meminimus) in quibus pulmo coarctatus, multum aerem suscipere non potest. Nequaquam igiť ad affectionũ omnium respirãdi organorum proportionem, sed solũ asperarũ arteriarum, inspirationes fiunt. At vero harũ distẽtionem impossibile est per vllum aliquem sensum dignoscere. Ergo non est adhibendus animus ad organa respiratoria, cum inspirationis quantitatem volumus dignoscere: sufficit.n. ipsum solum

aerẽ inſpicere,quantus inſpirat,& quantus rurſum expirat.Neq; n.ex ventris mole de ciborũ acceptorum copia coniecturam facimus,ſed ſufficit ẽt hîc ſolam eorum quæ eduntur inſpicere quãtitatem.Qm̃ vero in expirationibus,aliquando quidem oẽs muſculi in totum otioſi ſunt, permittentes thoraci collabenti propriam recuperare conſtitutionem: aliqñ vero operantes amplius ipſum contrahunt,id quod nobis de his ſæpe eſt demonſtratũ: contractiones ſanè thoracis citra horum concitationem,non vnquã magnam expirationem facere poſſint: quæ vero cum muſculorũ concitatione fiunt,quæ ſanè ẽt ἐκφυσήσεις.i.efflatus exiſtunt,velut & hoc eſt monſtratũ,hæ opifices ſunt magnitudinis. Verùm neq; in his denudatum hominem inſpicere operæpretium duco, ad muſculorum tenſionem cognoſcendam,ſed ſufficit ſpeciem expirationis cum efflatu, notã cognitionis vel maximam habere. Vrgente itaq; vtilitate aceruatim expirare cogimur: veluti etiam cùm inſpirationis vrget vtilitas,multum & coaceruatum externum aerem attrahimus. E

Epilogus eorum Quæ hactenus dicta ſunt. CAP. 14.

QVando vero & de his ſufficienter tranſegimus,repetitis capitibus eorum quæ ab initio dicta ſunt,ad reliqua progrediamur. Capita autem erant vt opinor hæc,ꝙ ſimplicibus reſpirandi difficultatibus inuentis,connectere oporteat cauſas cõiunctas reſpirationis, & mõſtrare ſingularum ipſarum efficientem cauſam: & vice verſa quę reſpirandi difficultates ad ſingulas cauſas conſequantur: in quo ſanè etiam compoſitarum reſpirandi difficultatum mentionẽ facere coacti ſumus. Verùm quatenus tractatio pulſuum cum reſpirationibus conſentiat,& quatenus differat,etiam hoc non erat exiguum eorum quæ explicauimus caput. F

Quot numero ſint Compoſitæ Reſpirandi Difficultates. CAP. 15.

POſtq̃ vero hæc omnia abſoluta ſunt,conſequenter cõpoſitas reſpirandi difficultates conſiderabimus: hæ nanq; deſunt adhuc ſuperioribus quæ tractanda ſuſcepimus annectendæ. Inuẽtis aũt ſimplicibus,non amplius difficile eſt etiam has inuenire quæ ex illis componũtur. Cùm.n. aliqua ſit magna inſpiratio,ſimiliter aũt & aliqua velox,& contrariæ his ſint parua & tarda,neceſſe eſt quatuor fieri oẽs reſpirandi difficultates circa inſpirationem compoſitas, magnam videlicet ſimulq; tardam,magnam & velocem,paruam & velocem,& quartam paruam ac tardam. Eodem modo & circa expirationem eaſdem quatuor coniugationes neceſſarium eſt fieri,duas quidẽ magnas,& duas paruas,quę tum velocitate tum tarditate diſtinguuntur. In ceſſationibus vero impoſſibile eſt compoſitam reſpirandi difficultatis ſpeciem fieri: neq;.n.duæ oppoſitiones in eis exiſtũt, velut in motibus,ſed vna ſola iuxta denſitatem & raritatem conſiſtens.

Quot Compoſitæ Reſpirandi Difficultates per Motum oriantur. CAP. 16. G

AT vero ipſorum motuum inuicem collatorum,inſpirationis (inquam) ad expirationẽ,ſpecies quędam erunt rhythmorum totius reſpirationis: Quemadmodum etiam in pulſibus dilatatione ad contractionem collata contingit. Poſſibile eſt.n.inſpirationem fieri magnam,expirationem vero paruam: aut vice verſa inſpirationem paruam,expirationem magnã: aut vtraſq; paruas,aut vtraſq; magnas: ſic & veloces aut tardas vtraſq;,aut alteram velocem,alteram tardam. A.l.3.f.10.t. c.8.259.a

De Reſpiratione Inæquali. CAP. 17.

QVin & inæqualis eſt aliqua reſpiratio,quemadmodum & pulſus,tum circa motuũ aggregationem,tum circa motũ vnum. Similiter aũt & ordinata ac inordinata reſpiratio fieri poteſt,velut etiam pulſus. Et ſanè quot differentiæ inæqualium pulſuum, tum circa vnum motum,tum circa plures conſiſtentium exiſtunt, tot etiam ſunt reſpirationum. Verum quod in principio ſtatim huius tractationis dixi, omnes penitus negligenter reſpirationem tractauerunt, atq; huius negligentiæ cauſam referam in progreſſu ſermonis. Nunc quod inſtat nobis abſoluendum eſt,ab inæqualitate iuxta vnum motum initio facto,propterea ꝙ ſecundum naturam videri poſſit in medio poſita eſſe earum,quæ exacte ſimplices,& quæ ex confeſſo cõpoſitæ exiſtũt. Cõtendit itaque aliquando quiſpiam mecum ſuper ipſa tanquam non compoſita: quod aliàs non feciſſet,niſi ſimplicibus propinqua eſſet: verùm compoſitam eſſe inde perſpicuum eſt. Si quis incipiens inſpirare,velociter attrahit aerẽ,circa finem vero tardè: aut viciſſim ex tardo principio,in velocem deſinit finem: hãc ſanè inſpirationẽ neq; velocem ſimpliciter neq; tardã eſſe dixerimus, ſed compoſitam,vtpote quæ alteram ſui partem habeat velocem, alteram tardam. Eodem modo etiã ſi expiratio quomodocunque alteretur,ſiue ex tarditate in velocitatem,ſiue rurſus ex velocitate in tarditatem motu tranſeunte,conſtare dicemus ex partibus contrario modo inter ſe habentibus,et ob id neque ſimplicem ſed compoſitam exiſtere. Similiter aũt & cum ceſſatio aliqua ſciderit & diſſecuerit alterum motum,ſiue inſpirationẽ,ſiue expirationem, compoſitam eſſe ẽt tunc dicemus eã quæ diſſecta eſt,vtra tandem ea exiſtat. Viſum eſt aũt aliquando,raro tamen,non alteram tantum, ſed ambas totius reſpirationis partes, in vno & eodem homine ita habere, & maxime hoc fieri, cùm humorum copia in aſperis arterijs coaceruata,hominẽ ſuffocet ex pleuritide pernicioſa, aut peripneumonia non expurgata,aut ſuppuratione iſtic conſiſtente: ita vt in hac parte reſpirationibus cum pulſibus conueniat: Monſtratum eſt enim & in illis propter obturationes organorum, compreſſionesq;, & omnino coarctationes,inæqualitatem fieri. Itaq; ſi quis ea quæ de alijs arterijs per totum animal diſperſis, in ſecundo de pulſuum cauſis dicta ſunt, probè perdidicerit, A.ibidẽ.c.25 H

maiorem

A maiorem vtiq; copiam similia dicẽdi de asperis in pulmone appellatis arterijs habebit. Illas enim ad inæqualis pulsus generationem coarctari oportet, asperas vero arterias ad inæqualis respirationis. Relatum etiam de illis, quòd ob facultatis debilitatem pulsuũ inæqualitas fieri possit, cùm præ impotentia arterias pro vna vice perfecte dilatare non possit: resistunt enim interim & conquiescunt, velut senes circa viam perficiendam. Fieri autem potest aliquando & circa respirationem quædam inæqualitas, tum ea quæ iuxta vnam actionem, tum quæ circa plures contingit, & systematica à græcis appellatur, ob quandam facultatis ipsam efficientis debilitatem.

Quid differat Prænotio ex Respiratione à Prænotione ex Pulsu: & quæ Causæ sint Inæqualis Respirationis cum Inæquali Pulsu communes. CAP. 18.

CVm vero hæc animalis sit, vitalis vero ea quæ pulsus operatur, fieri potest quædam ad prænotiones ex ipsis differentia, nimirum pulsibus debilitatem facultatis semper sui ipsorum læsioni proportione respondentem indicantibus: respirationibus vero non eodem modo, nisi quis etiam describat ægrotantis voluntatem. Quamuis enim temerariam responsionem à moderato hoĩe factam malum esse Hippocrates dicat, veruntamen in ijs qui natura temerarij sunt, nõ solum non eiusmodi responsionem, sed neq; ipsum adeo delirium, quicquam magnum portendere censebis. Ita etiã habet circa respirationem: Fœlices enim ærumnarumq; expertes, ac molles, circa singulas actiones inęqualiter respirabunt, etiã si nihil adeo magnum ipsos cogat: Qui vero ad laborem industrij & generosa mente præditi sunt, priusquam ad extremam dibilitatem eorũ facultas redigatur, non vnquã inęqualiter respirauerint. At vero in pulsuum inæqualitate eadem prænotio affectionis est, tum in ijs qui generosa, tum qui praua & vitiosa mente, præditi existunt. Vt.n. vniuersaliter & in summa dicam, vbi voluntas nihil confert ad actionem, ibi id quod significatur æquale est omnibus: vbi vero aut totum aut plurimum, ibi amplius etiam inspicere oportet mores ipsius ęgri. Queamdmodum autem differẽtia facultatum efficiẽtium actiones, tum circa pulsus, tum circa respirationes, differentes facit prænotiones: Sic etiam circa ipsam organorum naturam, quædam indicationis diuersitas erit. Pulsus enim per læues arterias: respirationes vero nõ per solas asperas arterias fiunt, sed non minus quàm per ipsas, immo fortassis magis, per musculosum genus. Hoc enim est quod primum animalis facultas mouet ad respirationis generationẽ: ab eo vero totus thorax motus, ipse rursus pulmonem commouet eo, quo diximus in horum tractatu, modo: pulmonis autem partes sunt asperæ arteriæ, in quas primum aer qui inspiratur, peruenit. Quemadmodum igitur harum affectiones totam respirationem sępe inęqualem reddunt, C sic & affectiones musculorum: propterea sanè quòd illę spiritus sunt loci, musculi vero primum motus instrumentum. Verum non eadem affectio in vtroq; organorum genere, inæqualem respirationem facit, cùm neq; vtilitas ipsorum similis existat. Si quidem igitur vnumquodq; organum in id ipsum, per quod sanum existens actionem iuuit, etiam ęgrotãs læditur, asperarum vtique arteriarum læsio coarctatio quædam est: musculorum vero, aberrans & inordinatus motus: atq; illarum quidem vt spiritus locorum, horum vero vt motus organorum, offensa est. Et coarctationis quidem in asperis arterijs, tumores præter naturam in causa esse dixi: aberrantium vero in musculis motuũ occasiones nũc referemus. Sunt igitur propriæ musculorum affectiones, conuulsiones, palpitationes & tremores, quemadmodum in alio loco est demõstratum. Verum q̀ hæ etiam aberrantes motus sunt, verbis non eget. Et si quidem ambo hæc insunt affectionibus, vt & aberrantes motus sint, & musculorum: atq; hæc ipsa sunt quæ quęrimus: finem vtiq; nobis hic habebit institutus sermo: erit nanq; aliquando inæqualis respiratio & propter aliquam harum affectionum. Quemadmodum enim ambulatio inæqualis fit, crurum musculis aut trementibus, aut palpitantibus, aut conuulsis: ita & respiratio aliquando inæqualis fit, propter thoracis musculos (vt dictum est) offensos. Quare omnium inæqualitatum tum quæ secundũ vnam actionem, tum D quæ circa plures ex ordine consistunt, aut asperarum arteriarum coarctatio, aut thoracis musculorum aberrans motus, aut facultatis ipsam efficientis debilitas, causa fiet.

1. Prorr. cõ. 2. t. 9. 4². 170. c

Quæ Causæ Propriæ sint Inæqualis Respirationis. CAP. 19.

SCriptum est aũt (vt dixi) diffusissime de omnibus inæqualitatibus in secundo de pulsuum causis, & ob id quæ communia sunt cum illo sermone, omnia relinquimus solummodo mẽtione ipsorum facta: quę vero propria sunt respirationi, in hoc libro explicabimus. Vtilitas itaq; (velut etiam antea dictum est) cõis vtrisq; est: asperarum etiam arteriarum ratio consimilis ad læues est: verum musculorum genus proprium & priuatim destinatũ respirationibus est, præter pulsuum rationem. Opifices aũt ipsorum facultates, partim quidem similiter, partim vero non ita habent: Quatenus enim causæ effectiuæ sunt, eatenus similiter habent: quatenus vero voluntati permissum est arbitrium respiratoriæ facultatis, vitalis autem facultas nullum superiorem habet dominum, sed libera penitus existit, eatenus differunt. Igitur & eximium quid ad inæqualitatis generationem respiratio habebit, si cum pulsibus eam contuleris: id quod non prætermittamus: est autem id ipsum duplex, partim quidem ab ipsa animali facultate sola proficiscens, partim à cõplexu ipsius ad dolores. Atq; modicũ quidẽ & cognitu difficile est, quod à sola facultate proficiscit: amplius vero & manifestius ac magis varium, quod ꝓpter dolores. In delirijs.n. superat quidẽ raritas

& ma-

& magnitudo, apparet autem quædam inæqualitas & ordinis perturbatio, tum iuxta plures respi E rationes, tum iuxta vnam aliquando solā: nimirū q & phantasmata aliqn̄ plus, aliqn̄ minus rationem ab eo quod secundum naturam est, emoueant. In hmōi enim visis, rationi consentaneum est, etiam respirationē trāsmutari ac aliquatenus variari ad inæqualitatis & permutationis ipsius ordinis generationem. Quin & quantitas vtilitatis quādiu quidem parū deficit à singulis actionibus, parua est ab eo, quod secundum naturam habet, immutatio: Qn̄ vero defectus ab eo, quod secundum naturā habet, continget satis multus, tunc necessarium iam cessationū quidē quātitatē, motuum vero non solum quātitatem sed iam ēt qualitatē alterari, atq; ob id totam respirationem inæqualem & inordinatā reddi. Idem hoc & in doloribus accidere necessarium est. Neq; enim ēt in illis vtilitas expletur iuxta singulas actiones, nam neq; velociter, neq; dense, neq; plurimum distendere thoracem possunt: omnia enim hæc ipsis molesta sunt, & præsertim magnitudo, deinde velocitas, iam vero ēt densitas: Dolentibus nanq; minus molestum est per longius tempus, q̄ per breuius moueri. Ob id igitur à magnitudine omnino multum detrahūt: à velocitate vero, minimum: à densitate aūt auferunt quidem nihil, sed addūt etiam quippiam, paruitatis ab eo quod secundum naturam habet, defectum per eam corrigentes. Non tn̄ adhuc tantū est quod apponitur, vt oēm expleat defectum. Quantum igitur deficit ad vtilitatis expletionem, hoc in multis deinceps actionibus coaceruatur: & cùm parum abest vt animal suffocetur, tunc voluntatem cogit F ad aliquod tēpus, maiorem facere respirationem, & multo velociorem, & priore densiorem. Verum cùm in hmōi actionibus vtilitas quidem expleatur, animal vero doloribus offendatur: voluntas rursus à magnitudine & velocitate ac densitate aufert, aliqn̄ plus, aliquādo minus: vtpote quæ consilij inops sit, & neq; sistere actionem possit ob suffocationis timorem, neq; aliquā reperire doloris medelam queat. Quare modò ad hoc, modò ad aliud transit: illud quidem, vt vtilitatem expleturum: hoc vero, vt dolorem mitigaturum. Cùm vero omnia quæ vtilitatem explent, exacerbent dolores: quæ vero dolores mitigant, augeant vtilitatem, atq; nulla communis vtrisq; medela reperiatur: multiformiter ad omnia transit, ob consilij inopiam semper ægre ferens quod pręsens est. Atq; hinc tum inęqualitas circa singulas & omnes etiam deinceps respirationes, tum multiformis illa ordinis perturbatio, originem habet. Ex corruptione enim parilitatis, inæqualitatum omnium itemq; ordinis perturbationum generatio oritur. Monstratum nanq; & hoc in libris de pulsuum differentia, q parilitas cōsequenter habens, ęqualitas est: parilitas vero iuxta circuitus, ordo est: & q vbi consequenter habens parilitas corrumpitur, inæqualitas: vbi vero iuxta circuitus reuertens, ordinis perturbatio generatur. At vero quamuis multa inæqualitas, & multa ordinis perturbatio, in eiusmodi affectionibus incidat, superat tn̄ id genus respirandi difficulta G tis, quod iuxta paruitatem & densitatem consistit. Etenim si etiam magnam aliqn̄ respirationem pro vna vice faciant, veluti periculum facientes in eiusmodi respiratione, desistūt tamē e uestigio propter dolorem: ac per multum tempus valde parum respirant, donec ab aliqua vrgente vtilitate coacti ad aliam rursus conuertunt experiētiam magnæ respirationis. Assiduitas igitur inęqualitatis & inordinatę mutationis, in velocitate ac tarditate, & in dēsitatis permutationibus, maxime ipsis consistit: cùm nunquam quidem simpliciter rara respiratio fiat, propter vrgētem vtilitatem: minus tn̄ & magis densa, atq; in hoc sane inæqualitatem acquirit. Quare densus semper hoc modo dispositis est spiritus, magnus autē raro, tardus vero nihil magis q̄ velox propter repentinam ipsorum in vtranq; partem transitionem. Rectè igitur antea dictum est, q ad omnia dolore affli cta organa, quæ circa respirationes cōmouentur, paruus & densus spiritus consequatur: Et iuxta eandem rationem in delirijs magnum fieri & rarum spiritum: q̄q̄ etiam his vel maxime inęqualitas comes sit. Exuperat enim in ipsis raritas & magnitudo: magis enim & minus rarus, & magis ac minus magnus, spiritus in delirantibus redditur, paruus vero & densus nunquam. Atque hæc quidem mihi sufficere videntur de inæqualitatum cognitione, tum quę circa vnam actionē H tum quæ in pluribus cōsistunt: Dicta sunt enim & de ijs quę ratio postulat ob sermonis communitatem: Et euidenter quidem hæ compositæ sunt, multis omnino actionibus ad generationem & dinotionem indigentes: Quæ vero circa vnam actionem consistunt (velut etiam ante relatum est) ferè videri possint alicui simplices esse. Porrò non de coaceruatis tantum inæqualitatibus, sed etiam de ordinis perturbationibus, hîc trāsegimus: sunt enim species quædam inæqualitatum, velut etiam in libris de pulsibus est monstratum.

De Causis Difficultatum Compositarum, quæ circa Singulas Respirationis partes seorsum consistunt. CAP. 20.

AD reliquas igitur compositas difficilis respirationis species regrediamur, & primum sanè eas in manus sumamus, quæ circa vnam actionem quancunque tandem consistunt. Equidem inspiratio magna simulq; velox fit, si vtilitas vrget, & organa sunt prompta, & facultas propriam conseruat integram sanitatem, aut certe parum immutatam. Demonstratione autem hic sermo non habet opus apud eos qui superius dictorum meminerunt. Rursus vero magna & tarda solis mente motis contingit, atque his non semper: & conspicua vtiq; etiam hîc est causæ consideratio ex prædictis: Queadmodum etiam quod paruam habent inspirationem & tardam hi

A hi quibus insitus calor multum est perfrigeratus. Quæ restat autem adhuc coniugatio quarta, paruitas erat cum velocitate,& fit perpetuo quidem in nulla affectione simplici (queadmodum neq; magna simulq; tarda, quam aliquando mente motis accidere diximus) sequitur tamen quanq̃ nõ semper, sed vt plurimum, vbi simul dolor & vtilitatis incrementum cõcurrunt: Parum enim necessario in doloribus respirant: inexpleta autem manẽte vtilitate, tum ob hanc ipsam paruitatem, tum ꝙ alias per se ipsam vtilitatem abũdare supposuimus, non satis est solum densari ipsas actiones, sed coguntur sæpe conuulsorie inspirare. Ad eundem porro cum prædictis modum etiam in coniugationibus circa expirationem, ipsas affectiones perscrutari oportet. Nam & in his aut facultatem, aut aliquod organum vitiatum, aut caloris modum immutatũ inueniemus. Quæ enim velut fuliginosa, ac fauillosa, & fumosa recrementa appellamus in caliditatis genere, ea omnia terrea sunt, & velut semicocta cum innato calore, quemadmodum fumus cum igne: apparent enim in hoc euidenter acria omnia & calida ẽt fumosa materiæ recrementa, ostendentia susceptam quidem esse in se ipsa ignis vim, non tamen adhuc penitus ab igne se superata: flamma enim ita nata esset, & non adhuc fumus esset. Quare si quis, fumosa caliditate in corporibus animantium redundante, expirationem magnam simulq; velocem fieri dicat, non vtiq; errarit. Manifestum est autẽ B ꝙ & facultatem integram esse tunc oportet, & nullum ex organis vitiatum. Similiter autẽ & magnam simulq; tardam in quibusdam delirantibus fieri, eodem modo quo contingit circa inspirationem: Sic & paruam simulq; tardam fieri ijs quibus nullum fumosum recremẽtum est coaceruatum: Et paruam ac velocem, quibus est congregatum fumosum recrementum, & dolent simul aliquam particulam, quæ circa respirationes mouetur: semper enim huius memorem esse oportet, etiam si aliquando in sermone omittatur.

De Causis Compositarum Respirationis Difficultatum quæ à Rhythmo sumuntur. CAP. 21.

ATq; hæ quidem sunt quatuor respirandi difficultatis coniugationes, quæ circa vtranq; totius respirationis partem seorsim consistunt. Aliæ autem circa rhythmum & cõsonantiam ipsius, non circa vtranq; seorsim partem fiunt. Cum enim inspirationem expirationi cõferimus, quemadmodum in pulsibus dilatationem contractioni, rhythmum hoc ipsum appellamus. Manifestum aũt ꝙ eandem speculationem hic locus expetat, quã de pulsuum rhythmis Herophilus conscripsit. Dicta quidem ẽt nobis de ipsis quæ necessaria sunt in pulsuum tractationibus: dicẽt autem & nunc q̃ fieri potest breuissimis, quibus nam veluti scopis quibusdam animum attẽdere oporteat, vt facile causas dissonantiæ in respirationibus inueniamus. Quæ enim iam iuxta vtrãq; C totius respirationis partem, inspirationem dico & expirationem, in superiori sermone recensuimus, ea ipsa etiam nunc inspicere operæpretium existimo circa ipsorum dissonantias. Velut verbi gratia (non enim malum fuerit in vno quopiam velut exemplo demonstrare id quod dicitur) Sit equidem tardior & minor q̃ secundum naturam inspiratio, velocior autem & maior expiratio: his sanè qui ita dispositi sunt, dicemus calorem secundum naturam, imminutum esse: auctum vero esse, fumosum. Rursus in altera dissonantia quæ contrario modo habet, ita vt inspiratio quidem sit magna & velox, expiratio vero parua & tarda: auctum naturalem calorẽ dicemus, & nullum esse fumosum recrementum. Duplicem enim semper intelligere iuxta genus oportet calorẽ, alterum genuinum & corpori innatum, alterum vero acquisititium ac spurium. Palàm igitur est, ꝙ huiusmodi coniugatio nihil euariat ab ijs quæ in vtraq; seorsim, hoc est alterutra existunt. Si.n. inspiratio parua & tarda forte fuerit, perfrigerationẽ significat caliditatis secũdum naturam, quomodocunq; habeat ipsa expiratio: si vero expiratio eodem modo fuerit disposita, de caliditate præter naturam idem indicabit. Nam & si magna aliq̃n ac velox fiat, redundantem significabit caliditatem præter naturã, quomodocunq; habeat ipsa inspiratio. Quare nihil amplius ad prænotiones, hmõi complexus docet, q̃ ea quæ iam singulatim de alterutra ipsarum sunt cognita & perspecta.

D *Quæ Difficultatum Respirationis Coniugationes ad Affectuum cognitionem Vtiles sint.* CAP. 22.

ITaq; ad solas illas compositas respirandi difficultates animũ intendere nos oportet, in quibus simplices quidem, communes sunt plurium affectionum, & ob id nihil certi indicant: coniugatæ vero alijs quibusdam, ad certum ac minime fallacẽ discrimen veniunt. Magnitudo enim respirationis ipsa per se respirandi difficultas quædam est simplex, verum nullius certæ cognitionis signum est: siquidem & vrgente vtilitate, & læsa mente fieri solet: At vero si cum densitate consistat, vrgentem vtilitatem: si cum raritate, delirium indicat. Similiter autem & paruitas ipsa quidẽ per se ipsam, aut dolore afflictam aliquam particulam, aut vtilitatem exolutam ostendit: itaq; neq; ipsa aliquid certi indicat: Qñ vero componitur, cum densitate quidem, dolorem: cum raritate vero, vtilitatis exolutionem portendit. Quin etiam si ipsam densitatem per se solam, aut raritatem, in manus sumas, ipsarum neutram per se inueneris quicq̃ certi significantem, nisi hoc discrimen accedat, vt videlicet cum altera quapiam respirãdi difficultatis specie copuletur: Dẽsa enim simulq; magna, vtilitatis augmentum indicat: densa vero simulq; parua, organi alicuius quod cum respirationibus commouetur, dolorem. Ipsa etiam rara, quæ ad deliria & perfrigerationes consequitur, si quidem cum magnitudine fuerit copulata, prius ex prædictis: si vero cum paruitate, posterius indicat. Et ob id sanè omnium compositarum respirandi difficultatum, hmõi coniugationes vtilissimæ

vtilissimæ sunt, vtpote & manifeste & constanter, vnamquãq; affectionem indicantes: Densitas E quidem cũ paruitate, dolorem: cũ magnitudine vero, vtilitatis augmentum: Raritas aũt cum magnitudine, deliriũ: cum paruitate, vtilitatis exolutionem. Fiunt aũt quatuor hę coniugationes, differentijs actionum iuxta magnitudinẽ & paruitatẽ, ad cessationum drias permistis. Duę enim oppositiones inter se permutatę quatuor constituũt coniugia. Quare & hic perspicuũ iam fit, q̃ neq; plures neq; pauciores possibile est fieri ex his oppositionibus coniugationes. Verum in cessationibus, vna sola contingit oppositio circa densitatem & raritatem. In actionibus vero non solum oppositio circa magnitudinem & paruitatem, sed etiam circa velocitatem & tarditatem cõtingit. Quatuor itaq; ẽt circa harum permutationes nascent coniugationes, prima quidẽ densa & velox, secunda densa simulq; tarda, tertia rara & velox, & quarta rara simulq; tarda. Cæterum nullũ certæ cognitionis signum, simpliciter & necessario exhibent, quemadmodum priores quatuor: verum hoc modo distinguere oportet. Si quidem multa ad dẽsitatẽ, pauca vero ad velocitatem, trãsitio fiat, tum doloris tum vtilitatis augmentum significat: Si vero vice versa ad velocitatem plus, ad densitatem minus, ab eo quod secundum naturam est excedit, vtilitatem solã auctam demõstrabit. Concurrit aũt ad hanc respirandi difficultatem omnino et magnitudo, ad alteram autem ante ipsam relatam, paruitas: quare neq; oĩno opus habebimus velocitatis meminisse. Si enim coniu- F gatio circa velocitatem et dẽsitatẽ indistincta nihil certi nobis indicat, vbi vero sub distinctionem euenerit, velocitate quidẽ abundãte, statim ẽt cum magnitudine fit: densitate vero exuperante, necessario consequentem paruitatẽ habet: densa vtiq; simulq; magna iuxta alteram distinctionem erit, densa vero simulq; parua iuxta alterã. Sic aũt etiã densa ac tarda coniugatio demonstrabitur. Abundante enim dẽsitate, solus dolor indicabitur: vbi vero tantũ ab eo quod secundũ naturã est excedit, quantum secundũ tarditatẽ, compositæ dispõnis signum erit: nã & vtilitatẽ imminutam esse ostẽdet, & particulam aliquam dolore affligi. Sic vero & cũm tarditas densitatem superabit, signum erit dispositionis iam dictę, sed minus tñ dolore affici ostẽdit ita habentes, magis vero vtilitatem esse imminutam. Itaq; neq; hac coniugatione indigemus ad prenotiones: in primis enim quatuor quas vtilissimas esse dicebamus, signa habemus & doloris & vtilitatis ĩminutæ magna. Quin & tertia coniugatio iã dicta, rara videlicet simulq; velox, nihil necessario indicabit: coincidit aũt siue delirijs quibusdam, siue cum ipsis ẽt vtilitatis augmẽto. Relatum aũt antea est, q̃ mente motorum rara penitus est & magna respiratio, velox aũt nõ omnino, velut neq; tarda: fit enim vtrunq; ipsorum inordinate & inæqualiter: qñ tamen coinciderit & vtilitatis augmentũ, tunc coguntur & multo amplius respirare, q̃ si solum mente moti essent, & iam ẽt citius. Quare neq; hac G coniugatione ad prænotiones indigemus, ea quę per ipsam indicantur cũ distinctione iam in primis quatuor coniugationibus habentes. Restabat autem adhuc quarta secũdum hoc genus composita respirandi difficultas, tarda videlicet simulq; rara, quæ etiam ipsa & delirijs quibusdam coincidit, & vtilitatis imminutionibus: itaq; neq; hac opus habemus, nam & delirium, & imminutam vtilitatem ex primis quatuor coniugationibus perspectam tenemus.

Quo pacto Difficultatum Respirationis Coniugationes Ad ipsius causas referantur. CAP. 23.

PORRO non solum ex demrõne, differentiam circa velocitatẽ & tarditatẽ non necessariam ad prænotiones esse (nam neq; si solam accipias, neq; si cum alijs copules, cõmoditas aliqua ex illis fit manifesta) sed ẽt ex ipsa rei natura apparet. Cũm enim tria sint principalia causarum genera ipsius respirationis, vtilitas, facultas, & instrumenta, palàm est, q̃ si repererimus ex quibus et quot respirandi difficultatibus affectiones in ipsis cognoscantur, hæ quidem nobis oĩum vtilissimæ ad prænotiones erunt, reliquas vero oẽs ex superpondio considerabimus. At vero repertæ sunt magna quidẽ & densa, vtilitatis augmentũ: & contrà parua ac rara, imminutionẽ significãtes: delirij aũt propria, magna ac rara: dolorũ, parua & densa. Accesserũt his forinsecus inæquales, qñq; musculosi generis affectiones, qñq; ẽt asperarum arteriarum coarctationes indicantes. Facultatis aũt H ægrotantis, primũ quidẽ nullũ necessario reperitur cognitionis signum, ex vlla aliqua respirandi difficultate, cũ aliter ærumnarum expertes, aliter laboris tolerãtes, respirationem forment: Si igit̃ ẽt sit quippiam inæquale & inordinatũ, minime conspicuũ est. Et ipsas inęqualitates itemq; ordinis perturbationes generant imparilitates, quæ circa densitatẽ, & raritatẽ, & paruitatẽ, ac magnitudinẽ consistunt: vltra hoc q̃ per sexcẽta alia animalis facultatis debilitas cognoscatur ac innotescat, vt nihil nobis hac parte respiratione opus sit, quorũ oportunissima & plurima Hippocrates in p̃notionũ tradidit scriptis: Si quid autẽ ẽt relictũ est, facillimè ex p̃dictis inueniri põt. Quòd si quis ipsius respiratorię facultatis ęgrotãtis, atq; in cõi omnis facultatis aĩalis, propria signa habere velit, & maxime perfrigeratæ, is alarũ nasi motũ habebit, & oĩum musculorũ circa scapulas actionem, & coaceruatam thoracis collapsionẽ. Qñ.n. hic debilius q̃ cõuenit mouetur, circa inspirationes quidẽ, spũs ductũ iuuãt alę nasi, externũ aerem ẽt ipsę simul attrahẽtes eodem mõ, quo p̃ os aliquid attrahere volentes, labia contrahimus: rursus vero circa expirationes, coaceruata fit thoracis collapsio, non paulatim demissio. Dictum est aũt diffusius in libris de musculorũ motu, quatenus differat collapsio particulæ à demissione & laxatione, nimirũ q̃ altera facultate ęgrotãte contingit, altera integra eadem & valẽte. Contingit ẽt amplius circa expirationes, ijs qui ęgrã hñt re-

spiratoriam

A spiratoriam facultatem, tale quiddam. Thorax tensionem, quam antea circa inspirationes simul cum septo transuerso obtinuit, oẽm aceruatim deponit, tanq̃ repẽte moriens. Relatum est autem in commentarijs de respiratione, ꝙ solum septum transuersum expirantium tensionem exoluit, sed non est idem paulatim exoluere, & aceruatim omnem deponere. Cæterum parum quid huiusmodi expirationibus cooperantur intercostales musculi, per quorum actiones efflatus fieri demõstrauimus. Talis sane & ob has causas, respirationis spẽs est ijs, qui ægram facultatem habent.

De Prænotione ex Cessationibus Motuum in Respiratione. CAP. 24.

PORrò quod mihi adhuc deesse vr̃ ad expletionem huius primi sermonis, iã dicetur. Cùm duplex existat cessatio in respirationibus, vna ante inspirationẽ, altera ante expirationem, vter sane motus offendatur, cessationem etiam ante ipsum, ab eo, quod secundum naturam habet, immutat. Duplici igitur existente in motibus offensione, ac duplici item in cessationibus, vtilitatis quidem defectus semper diuturni tpis efficiunt cessationes, redundantiæ vero breuis tpis. Quare cùm dixerimus densam & magnam fieri respirationem præ copia caliditatis in vtroq; motu, verus erit sermo. Abundantia nanq; caloris secundum naturam inspirationem magnam reddens, statim ẽt præcedentem ipsam cessationem breuis tpis efficit: Abundantia vero caloris præter naturam & fumosi, velut expirationem magnam, sic etiã cessationem pręcedentem breuis temporis
B reddit. Quare magnus & densus penitus fit spiritus, qñ caliditatis redundarit genus, non tñ neq; eandem respirationis particulam in magnitudinem, neq; eandem cessationem in densitatẽ, transmutat. Sic ẽt si vtilitas imminuta sit, ob caloris videlicet iminutionem, vbi quidem innatus calor imminutus paruam inspirationem reddit, ẽt longa cessatio pręcedit: Vbi vero calor præter naturam deperditur, parua quidem expiratio, longa vero ante ipsam cessatio contingit. Sępenumero vero calor præter naturam auctus est, calor vero secundum naturam imminutus est: atq; ita cessatio ante inspirationem diutini temporis redditur, altera vero ante expirationem breuis. Vtrum enim ex motibus ipsa vtilitas vrgebit, is præcedentem cessationem cunctari non permittit.

Epilogus eorum quæ de Prænotione ex Respirandi Coniugationibus dicta sunt. CAP. 25.

DIctum igitur nunc de ipsis quãtum ad præsens institutum commodum existit. Si quis vero adhuc hæret circa differentiam caliditatum, hunc non est nunc tempestiuum de his edoceri, sed ad commentarios de innato calore remittemus. Opinor enim ipsum (nisi penitus contentiosus existat) omnis hæsitationis suæ istic remedia inuenturum. Quid igitur nunc demum restat? quod addi quidem possit, nihil, quod non ẽt prius sit relatum: verum vt prędicta in memoriã re-
C uocemus id iam restat, quò videlicet quæ deinceps referentur facile assequamini, paucis totam eorum summam habentes. Porrò summa hæc ab ipsius rei substantia procedit. Oportet enim facultatis, & organorum, & vtilitatis, affectiones cognitas & perspectas habere: Mõstrauimus autem quot vniuscuiusq; dictorum sint affectiones, & quæ respirandi difficultates earum cognitionem exhibeant: Et ꝙ necessariæ quidem sint quatuor coniugationes, & supra has inæqualitas quinta: Reliqua vero omnia quæ respirationibus accidunt, tum simplicia, tum composita, ad quas causas consequantur, necessarium est discere: minime vero conuenit existimare, necessariò ea aliquid iudicare, sed si quid ex illis ad pręnotionem contingit, velut corollarium habere: accuratissimam autem & constantissimam solam esse differentiam, quæ in iam sæpe dictis quatuor coniugijs consistit, atq; adhuc etiam eam quæ fit circa inæqualitatem.

GAL. DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER SECVNDVS

D

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ ab Hippoc. primo & tertio libro de vul. morbis de Respiratione scripta sunt, cum Rationibus superiori libro traditis conuenire.

Propositum Libri, & Quid actum sit Libro superiori. CAP. I.

HIc equidem sermo expositio est eorum quæ Hippocrates de respirandi difficultate dixit. Dicta sunt autem ab eo multa in multis locis, partim quidẽ in libris ipsi cõscriptis, partim vero ẽt in cõmẽtarijs. Plurimi enim ex libris epidemiorum, si non vtiq; oẽs, merito quis cõmentaria esse cẽsuerit. Est igitur expositio velut alicubi veterum quispiam dixit explicatio obscurę interpretationis. Verũ nos non hoc solũ pręstituros nos esse pollicemur, sed ẽt ꝙ vera sint oĩa, quæ ab ipso de respirationis difficultate scripta sunt, testaturos esse, non tñ demonstraturos quicquã eorum in hoc libro, sed in præcedentem remissuros esse, in quo nihil citra demonstrationem dictũ est. Et vt nequis Hippocraticę famæ ac nomini honore habito flectatur, ac citius dictis fidem præbeat prius, q̃ per demonstrationes cogatur,

gatur, primum sermonem seorsim & per se conscripsimus. Postq; vero ille ipse cum conuenientibus ratiocinationibus ac syllogismis absolutus est: in hoc sane libro ipsum inuentorem ac veluti patrem dogmatū venerabimur. Hoc est enim iustum simulq; decens præmiū eorum qui quodcunque tandem in vita bonum inuenerunt, vt videlicet inuenta ipsorum non occultentur, neq; hominibus sint ignota, sed tum ipsa appareant, tum ratio & methodus quæ ipsa inuenit, cognoscatur. Sic enim & pro dignitate ipsos in admiratione constitui continget. E

Quibus Locis primo lib. de Vulga. mor. Mentionem fecerit Hippoc. de Magna & Rara Respiratione. CAP. 2.

PRimum igitur, quod semper obseruandum veritatis cultoribus censemus, vt nihil eorum quæ manifeste apparent occultetur, etiam si causæ ratiocinationem q; maxime incertam habeat, ob id ipsum sane Hippocratem, cùm in alijs omnibus, tum vero in sermonibus de respirādi difficultate vel maxime laude dignum ducimus. Rarus enim & magnus spiritus sexcentis quotidie deliris accidere videtur. Verum sophistæ qui eius causam reddere non possunt (sunt autem ij, velut antea monstrauimus, qui respirationem inuoluntarium & naturale opus suspicantur) neq; fieri aiunt vllo vnq; tempore talem difficilis respirationis speciem: atq; propterea quòd causę inopes sunt, inde adeo substantiam rei subuertere audent, cùm nō hanc, sed prauam ipsorum opinionem subuersam oportuit, & ipsa ægris accidentia obseruare: quod Hippocrates faciebat. || Huic enim, inquit, spūs ad finem uelut reuocato, rarus & magnus. huic Philisco videlicet, qui primus scriptus est post tres constitutiones, in primo de morbis popularibus. Num igitur huic soli spūs rarus & magnus: aut etiam alijs quibusdam, nō huic solum Hippocrates factum vidit? immo & alijs multis, & ei qui deinceps scriptus est Sileni nomine. Enumeratis enim & de hoc omnibus quæ ipsi ægrotāti inciderunt, iuxta ipsum sermonis finem hæc scribit: || Ab initio huic & ad finē spiritus rarus, magnus. Rursus autem in sequentibus ægris, || Dromadæ, inquit, vxorem à partu & omnibus alijs iuxta rationem factis, secunda die rigor apprehendit. Deinde paululū progressus ait, || Spiritus rarus magnus. Hoc igitur statim in primis diebus ita scripsit. Rursus aūt de sexta die disserens, sic scribit: || Sexta mane superriguit, cito recalfacta est, sudauit per totum, extrema frigida, delirauit, spiritus rarus, magnus. Equidem in primo de morbis popularibus quatuor & decem ęgrotos Hippocrates describens, quater rari & magni spiritus mentionem facere videtur. F

1 Epid.cō. 3.t. 18.3[4].121.b

Ibid.t.19.f

Ibi t.28. 125.b

Ibidem.

Ibidem.c

At vero præclari illi sophistæ, prorsus ne vidisse quidem se vllum aliquem aiunt magnum & rarum spiritum ducentem. Verum hoc fortassis ipsis non immerito credimus: neq; enim aut hanc, aut aliam vllam, dispnϾ differentiam viderunt, cùm neq; ipsos ægrotos videant, sed intus desident fraudulentas captiunculas & sophismata componentes. G

Magnam & Raram Respirationem Delirijs consequi ex Hippoc. dictis patere. CAP. 3.

NVm igitur amplius ēt alij nobis ægri adducendi sunt, de quibus in alijs morborum popularium libris scripsit, vt magnum & rarum spiritum ducentibus? an ad id quod nunc propositum est probandum hæc sufficiūt? Apparet enim Hippocrates confessione ac suffragio omnium medicorum, ad eorum quæ ægris accidunt obseruationem diligētissimus fuisse, & multos hoc modo respirantes vidisse. Verum in sequenti libro etiam aliorum ęgrorum mentionem facere necessarium erit, qui magnum & rarum spiritum duxerunt, de quibus sane in sequētibus libris ipse Hippocrates scripsit: Ad propositam vero nunc rem probandam necessarium hoc non erit, cum hæc ipsa iam sit manifesta, sed ad aliarum quarundam quæstionum in ipso de ægris sermone contētarum expositionem. Quare tunc ēt fides & probatio eius rei, q videlicet multi sic respirēt, obiter augebitur. Cuius igitur affectionis, huiusmodi spirandi difficultas significationem exhibet? nullius alterius præterq̄ delirij: Ob quam vero causam, in primo libro clare est demonstratum. Commonitionis autem tantum gratia, etiam nūc paucis referetur. Re vera enim proprium desipientiæ symptoma est, magnam & raram, hoc est per longum tempus, respirationem facere. H Quid enim plus inspirare oportebat, cùm non pluri spiritu opus esset? aut per longum tempus, cùm liceret per breuius? Quòd vero non pluri aere opus habeant qui magnum & rarum spiritum inspirant, ipsa raritas ostendit. Omnino enim frequentius inspirare vrgerentur, si pluri indigerent: quòd vero per longum tempus cessent, signū est non multo opus esse: sed videntur ambæ hæ velut obliuiosæ actionis affectus esse. Etenim immoderatam facere spūs attractionem, rursumq; immoderatam quietem, eius est qui neq; quando desinere ab actione oporteat nouit, neq; quando rursus incipere, sed in vtrisq; mensuram egreditur, ob ignorātiam conuenientis. Quemadmodum igitur desipientes sępe postulata matula quò meiant, obliuiscūtur interea: & neq; mingunt, nisi quis commonefaciat: Sic quandoquidem & respiratio animale opus est, ipsis autem ratio læsa est, obliuiosiores tum circa actiones tum circa ipsarum interstitia fiunt. Ambo itaque & actiones, & quietes in multo tempore facientes, hoc modo & magnitudinem & raritatem circa totam respirationem faciunt. Num igitur nos quidem sic dicimus, Hippocrates vero aliter sensit? aut etiam ille in prænotionibus in hunc modum scripsit? || Spiritus magnus & per multum tempus, desipientiam significat. Quem enim in primo morborū popularium rarum nominauit, hunc in prenotionibus, per multum tempus appellauit, mutans nomen in rationē. At vero & in illis

A.l.3.f.10.t. 8.259 c

in Prog.cō.1.t. 24.4[2].194.h

A illis ipsis ægris, quibus magnum & rarum spiritum fuisse ait, præter alia symptomata etiam desipientiam scribit. Et in primo quidem omnium Philisco, hoc modo: || Noctem inquietã tulit, non dormiuit, penitus delirauit. Sic quidem in tertiæ diei narratione: In quintę vero rursus, || Somni parui, sermones, deliramenta. In secundo autem ægro Sileno dicto, in secundæ diei enarratione, || Modice delirauit, inquit: In tertia vero, || Sermones multi, risus, cantus, cohibere se nõ potuit. Et deinde subiungens ait, Quarta per eadem. Et sane ꝙ Philiscus & Silenus delirauerint, sic meminit. Verum in Dromadæ vxore, nam & hanc rarum & magnum spiritum habuisse dixit, hoc modo scripsit: || Circa meridiem multum delirauit, & rursus cito parum resipuit. Sic equidẽ in quinta die. Deinde infert, || Nocte dormiuit, delirauit. Eodem modo & quę sexta die facta sunt describens, in hæc verba inquit: || Summæ partes frigidæ, delirauit. Sic quidem igitur in primo popularium morborum, vbi magni & rari spiritus, ibidem etiam desipientię mentionem facit. Eodem modo etiam in sequentibus libris nos commonefacit, nusquam magni & rari spiritus mẽtionem faciens, vbi non etiam magni delirij.

1. Epid. cõ. 3. t. 18. 3ª. 121. a
Ibidem. b
Ibid t. 19 c
Ibidem.
Ibi. t. 28. 125. c
Ibidem.
Ibidem.

Magnum & Rarum Spiritum, Quanquam est delirantium proprius, Tamen non illis necessariò euenire. CAP. 4.

B QVòd igitur huiusmodi dispnœam in delirio factam Hippocrates sæpe viderit circa ægrotos, & ꝙ omnino de ipsa in prænotionibus pronunciarit, satis iam dictum opinor. Confirmabitur tamen nihilo minus adhuc per ea quæ deinceps referentur. Atqui iustum fuerat non valde multa de ipsa dicere: Verum propter eos qui in rõcinationibus de respirationis natura aberrarunt, siue præ contentionis studio impudenter quædam protulerunt, coacti sumus & nos plura q̃ conuenit dicere, siquo modo queamus ipsos vel nunc tandem ad meliorem mentem reuocare. Est autem in confesso, ꝙ nulla tinctura adeo indelibiliter imbuitur, vt affectio ad vitiosa dogmata citra ratiocinationem: neq; enim vllis persuasionibus reuocari possunt in ipsis cõnutriti, vt qui neq; in demonstratiuis methodis exercitati sint, neque omnino aliquod veri & falsi iudicium sibi compararint: immo pleriq; ipsorum neque esse tales velint, & hanc sapientiam odio habeant. Ex horum sane numero quispiam ægrotũ nobis demonstrauit delirantem quidẽ, sed neque magnum, neq; rarum spũm ducentem: deridens itaq;, immo magis impudenter chachinnãs, & tum Hippocratẽ, tum nobis illudens abijt, neq; rationem relinquens, neque audire quicq; sustinens, quãuis docturos nos promitteremus, quod non pugnet hoc visum, neq; cum nostris dictis, neq; cum Hippocratis scriptis. Hic enim magnum & rarum spiritum desipiẽtiæ signum esse ait,

C non tñ si quis deliret, hunc oĩno rarum ac magnum spiritum ducere: atq; hoc ipsum etiam nostra dicta confitentur, cum nihil adulteremus, neq; mutemus ex ijs quæ ille scripsit, sed expositiones tantum ac demonstrationes apponamus. Si vero tibi bone vir, inquam, inuentum est, ꝙ omnibus deliris rarus & magnus spiritus fiat, palàm indicas te nihil Hippocratis legisse, quamuis hoc tibi vendices ipsa contẽnendo, tanq̃ sane prius legisses. Verum ille quidem abijt priusq̃ aliquid vtile didicisset. Tu vero quisquis tandem hos libros versabis, si quidem veritatem re vera amas, Hippocratem audias in tertio popularium morborum, in ęgroto quopiam nomine Pythionis sic scribentem, in septimæ diei enarratione: || Nocte turbatio multa, delirauit, nihil dormiuit. Deinde in octaua die sic: || Sero rursus excalfactus est, delirauit. Et postea rursus in nona: || Circa solis occasum inquietus erat, delirabat. Veluti igitur hæc audisti, sic rursus audi, qualis nam dispnœæ species huic Pythioni affuit. Cognosces enim ꝙ neq; rarum neq; magnum spiritum duxit, quamuis delirus esset. Mentionem igitur fecit Hippocrates difficilis respirationis quæ ipsi accidit, bis per totam narrationem, tum circa secundam tum circa octauam diem. Verum de octaua die prius apponam, in qua & delirasse & difficulter respirasse hominem ait, sic scribens: || Octaua mane quidem parũ dormiuit, statim vero frigiditas, taciturnitas, spiritus tenuis & imminutus: sero rursus

3. Epid. cõ. 3. t. 74. 3ª. 148. g
Ibidem.
Ibidem.
Ibidem.

D excalfactus est, delirauit. Consequenter igit̃ hæc ex ordine scripsit, & ꝙ spũs ipsi tenuis erat ac imminutus, & ꝙ in vna & eadẽ octaua die delirauit. Num igitur iam per Iouem manifestum est, ꝙ non in omni delirio Hippocrates rarum ac magnum spũm fieri ait? Nisi sane putas bone vir, imminutum nihil à magno differre: si enim hoc putas, manifestum est ꝙ neq; imminuere quid sit nosti, & idem esse putas quod augere. Ne igitur à nobis talia discas, sed ad eos qui primas literas ac elementa docent, eas. Cæterum velut elementa non didicerat ille, significationis verbi imminuere ignarus, sic neq; Hippocratis scripta legerat: omnino enim sexcenties in ipsis reperisset, & imminuere, & imminui, & imminutionem, circa oẽs fere numeros & genera & casus vbiq; inclinata, & contrarium verbo augere & augmento significantia. Quare etiam imminutus spiritus contrarius vtiq; fuerit aucto. Queadmodum igitur auctus magnus, sic imminutus paruus est. Sic igitur & cùm diem secundam enarrat Pythionis, Breuispirum ipsum appellat: Breuis enim spiratio & actionem, & quietem ipsam, breuem fieri indicat: quemadmodum longa spiratio contrà, ambo esse producta. Atqui etiam si alterum ipsorum indicaretur, tamen etiam sic in confesso esset, ꝙ nõ omnibus delirantibus magnus & rarus spiritus fieret. Rarus enim & magnus iuxta ambo lõgus est, et actionem videlicet & quietem: Breuis vero spiratio omnino iuxta alterum ipsorum breuis, quemadmodum etiam tenuis & imminutus spiritus, breuis omnino existit.

In Delirantibus Magnum & Rarum Spiritum, & huic Contrarium, & Vtrosque, Hippocrate teste, contigisse. CAP. 5. E

IPse itaq; Hippocrates manifeste nouit nō omnibus deliris necessarium esse spiritum magnum & rarum. Nec vero pugnat hoc cum pronūciato de eiusmodi spirandi difficultate lato. Rarus enim & magnus spiritus proprius est delirij, & propterea necessario ipsum significabit: Non tñ si quis delirat, necessario magnum & rarum spiritū habet: neq; enim inseparabilem, sed propriū esse diximus delirij rarum & magnum spūm. Quemadmodū esse geometram, esse architectum, esse philosophum, esse rethorem, & sexcēta alia, quæ singula nulli alij adsunt animali præterq; homini soli, & ob id propria ipsius esse dicuntur, non tñ inseparabilia, quemadmodum est rationale: Neque enim quicquid proprium est, statim etiam est inseparabile. Quemadmodum aūt hæc nos reprehensa ab ipsis dialectica docuit, sic etiam ꝙ tale pronunciatum, Si magnum & rarum spūm ducit, delirat, neq; idem est quod hoc, Si delirat, magnum & rarum spiritum hēt, neq; necessarium est ambo simul esse vera: non enim reciprocant hæc inter se mutuo, sed solum reuertunt. Sicut igitur nemo Olympia vincere potest, nisi prius multo tempore sit exercitatus: sic neq; in veritatis sermonibus clarus euadet, qui non didicerit etiam horum luctas. Et quemadmodum ne cadere quidem decenti habitu sciunt luctæ penitus rudes, sed aliqñ ad terram supini prostrati, & tenent, F & strangulant, & non dimittunt victorem: Eodem modo artis sermocinandi rudes sæpe manifeste turpissimo casu lapsi, tm̄ abest vt verecundentur, vt etiam vicisse se existiment. Quēadmodum etiam hic, qui delirantē nobis demonstrauit paruum spūm ducētem, atq; inde per hoc visum Hippocratis sententiam redarguisse se existimauit. Hic itaq; turpissimo casu lapsus, putauit tñ se nos prostrauisse. Qūo.n. non turpissimus hic lapsus est? cū simul inueniretur nihil ex scriptis Hippocraticis legisse, & ob id putasse illius scripta vana esse? simulq; nihil intelligeret ex illius dictis, sed obaudiret, & idem esse putaret, magnum & rarum spūm delirij esse signū, &, ad delirium omnino dictam dyspnœam sequi? Deinde quid miri est in curandi ratiocinationibus, cæcutire eos qui tam parua non cognoscunt? Verum hæc parua ex alijs itidem paruis dependēt, quorum item nihil pensi habuerunt. Etenim ignorare quæ facultas respirationis actionem gubernet, principium est hmōi errorum: Ignoratum est autem illud, propterea ꝙ ante ignoratum fuit, vnde propositiones exquirere oporteat ad demonstrationes. Qui enim circa hoc luctæ genus aut inexercitati fuerint, aut penitus rudes, eiusmodi casus incurrunt. Demōstratum etiam nobis in alijs est, & maxime in secundo de motu musculorum, ꝙ hi qui respirationem inuoluntarium opus esse dicunt, ex eo ꝙ non potuerunt a substantia ipsius rei propositiones ad demonstrationem exquire- G re: sed alia vt contingentia & accidentia prout occurrerūt, secuti sunt: in errorem inciderunt. Verum Hippocrates ipsam rerum naturam contuitus, & alijs vt contingentibus contemptis, in vniuersum constanter pronunciauit in prænotionibus, ‖ Spiritus magnus, & per multū tempus, delirium significat. Particulatim vero per apparentia in morbis, sermonem extremis ad rei certitudinem experientijs factis, examinauit ac approbauit: quas opinor admirabitur qui dictis animum aduertere velit. Dicet enim ꝙ omnibus delirijs magnus & rarus spūs iuxta propriam ipsorum rationem comes est, non tamen omnibus deliris, sed illis tantum qui non per aliam quandam affectionem delirio maiorem, respirationem habent aliter alteratam. Concedatur autē mihi, vt prius vnius ægrotæ fœminæ apponam enarrationem, quæ in tertio morborum popularium est conscripta, ad iam relata demonstranda, & ad ea quæ nunc proposita sunt inuenienda. Auspicatur itaq; de ipsa sermonem hoc modo: ‖ In Thaso Dealcis vxorem, quæ in Leio decūbebat, febris cum horrore acuta ex mœrore corripuit. Ab initio autem contegebatur, & ad finem semper silens palpabat, vellebat, sculpebat, pilos legebat: lachrymæ, & rursum risus: non dormiebat: a ventre irritatio, nihil prodibat: parum cōmonita bibebat: vrinæ paucæ, tenues, nihil substans habentes: febres ad manum tenues, extremarum partium frigiditas. Nona multū delirabat, & rursus sedata est silens. Quod igitur ab initio & ad finem hæc ipsa desipuerit, didicimus: neque enim vna desipientiæ species ipsi accidit, neq; vulgaris, sed multæ & fortes, partim silenti, partim loquenti, & partim cum lachrymis, partim cum risu. Audiamus autem deinceps ex Hippocrate qualis dyspnœæ species ipsi oborta sit, scribit autem sic: ‖ Decimaquarta spiritus rarus, magnus, per tempus, & rursus breuispira. Hic equidem rursus manifeste per oppositionem dicta est breuispira, ad eam quæ magnum & rarum spūm habebat. Et nullus sane amplius, etiam si omnino sinistimus nobis sit, dubitauerit de eo ꝙ nō omnibus deliris Hippocrates raram & magnam respirationem fieri dixerit. Itaq; in vna & eadem fœmina vtriusq; difficultatis spirandi ex ordine commeminit, & paulum progressus amplius sic scribit: ‖ Vigesima sermones multi, & rursus, sedata est, taciturna, breuispira. Deinde vbi dixit, ‖ Vigesimaprima mortua est, ad finem totius sermonis hæc addit: ‖ Huic ad finem spiritus rarus magnus, omnino nihil sentiebat, semper contegebatur. H

[Margin notes: In Prog cō 1.t. 24.4ᵃ.194.h — 3.Epid.cō.3.t. 16.3ᵃ.151.d. — Ibidem.e — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem.]

Quid Hæ Voces apud Hip. significent, per Tempus, & ad Finem. CAP. 6.

MAnifestum igitur est ex omnibus quæ retulimus, ꝙ Hippocrates aliqñ magnum & rarum spūm deliris fieri nouit, aliqñ vero ipsius contrarium, aliqñ vtrosq; in eodem homine singulatim incidere. Et sane me tibi demonstraturum esse confido, si modo mentem adhibueris, &

non

A non quasi aliud agens supina aure dicta hauseris, in ipsis quos descripsit ægris singularum prædi
ctarum differētiarum causam ab ipso esse indicatā. Initium autem faciam à postrema nobis adscri-
pta ægrota Dealcis vxore in qua omni completo sermone, deinde, velut consueuit, breuiter cōten
« ta capita recolligens hæc scribit: ‖ Huic ad finem spiritus rarus, magnus, † omnino nihil sentiebat. 3.Epid.cō. 3. t. 86 ^{2}.151.d
Etenim quod dicit/omnino nihil/etiam respirationis vtilitatem comprehēdit, } cuius itidem diu
tius negligens erat, propterea ꝙ nihil sentiebat: et cum per hoc magna quies ac cessatio perficere- † Locus hic in
tur, rarus spiritus reddebatur, nimirum tunc primum ad actionem voluntate concitata, quando exemplaribus
prope perniciem & suffocationem peruenit. Quemadmodum autem hæc fœmina, non sufficien græ. ipressis de
ter bibebat (parum enim, inquit, cōmonita bibebat) sic neq; respirabat priusq̄ à violentia circa suf prauate legi-
focationem admoneretur, multo vehementius pungente ac stimulante & ad actionem excitante, tur. Calaber at
q̄ ij qui ad bibendum commonent. Vbi vero iam respirare cœpisset, reuocabat nihilo minus om ita uertit. Om
nem priorem defectum per magnitudinem actionis, similiter vt ij qui in mœrore & luctu suspi- nium insensibi
rant. Verum illi quidem ob duplicem causam hoc faciunt, tum ꝙ circa curam, ob quam tristantur, lis erat: pro-
conuersantur, & ob id rarius ac minus respirantes per multas ex ordine actiones, deinde à defectu pter hoc.n. uti-
coacti omnem ipsum semel explere coguntur: tum amplius etiam propterea ꝙ circa mœrores, & que et rarus e-
B spiritus & calor intus mouetur. In eiusmodi vero dispositionibus, latenter & paulatim multus ca rat ei, & ma-
lor in alto coaceruatus vbi primum hominem molestarit, necesse est amplius respirare. Verum in gnus spūs, quia
affectionibus delirantium, necessitas quidem à prima causa consimilis est: à secunda vero non iti- oium insentiēs
dem existit: neq; enim intro magis q̄ extra his calor mouetur, nisi fortuito aliud quoddā sympto- erat: unum.n.
ma fiat. Differunt aūt & febricitādo deliri ab ijs qui aliàs mœrore affecti sunt. Atqui & ipse Hip erat de oīous, & utilitatis re-
pocrates reperitur in ipsis reuocationis vocabulo esse vsus, quemadmodum alibi & de Philisco lo spirationis.
« quens, ‖ Huic spiritus ad finem velut reuocato. Quid igitur tādem est quod ait, per tempus? nam 1.Epid. cō.3.t.
certe & hoc iustum est exponere. † Siue enim deest/multum/vt idē sit quod in prænotionibus di- 18.3^{a}.121.b
« ctum est: ‖ Spiritus magnus & per multum tempus desipiētiam significat. verum si hoc est, bis cō † Al. si.n. de-
sequenter idem dictum fuerit, tum in Dealcis vxore, tum in adolescente in Meliboea: scribit enim est, multum,
« in vtrisq; cōsimiliter, Spiritus rarus, magnus, per tempus: Siue/multū/apponatur, quod dictum idē pōt per tē-
est tale fiet: Spiritus rarus, magnus, per multū tempus. & bis dicetur vtiq; rarus. Nequaq̄ igitur pus, ac illud
particulam/multum/deesse putandū est: aut certe non sic deficere velut nunc diximus, sed aliter & quod in &c.
iuxta alium modum, vt sit quod dictum est tale: Spiritus magnus, & rarus, non continenter, neq; in Prog cō 1.t. 24.4^{2}.194.b
ex ordine consequenter, sed per longius tempus. Si enim continenter & consequenter oēs respi- * Al. si igitur.
C rationes contingeret fieri magnas & raras, non apponere oporteret huiusmodi respirationibus
/per tempus/ sed simpliciter scribere/spiritus magnus et rarus. Si vero plures quidē respirationes
non fierēt magnæ & raræ: coinciderēt autē aliquæ paucæ huiuscemodi: tunc sane non simpliciter
spiritum rarum & magnū dicere oporteret, sed/per tp̄s/apponere: Aut ēt cum hoc pugnat quod
in Dealcis vxore dictum est in fine totius sermonis: Huic enim, inquit, spiritus ad finem rarus, &
magnus. Atqui superius dixerat in decimaquarta die, Spiritus rarus, & magnus, per tp̄s. Manife-
ste enim quod nunc/per tempus/hoc in sequentibus/ad finē/dixit. Quid est igitur ad finē? id vi-
delicet quod vsq; ad finem per oēm morbum contingit. Verum cū hoc pugnare videbitur, quod
in decimaquarta die est dictum: Spiritus rarus, & magnus, per tp̄s, & rursus breuispira. Quomo-
do enim si per omne tempus magnus & rarus erat spiritus, & rursus breuispira, adscriptum est?
Si quidem enim oīno aliquod tempus fuit, in quo breuispira erat, non penitus longispira erat. At
vero ꝙ penitus velit ipsam longispiram factam esse, tametsi non per hæc verba in decimaquarta
die, verum in fine vtiq;, cum ait/ad finem/manifestum redditur: ac oēs hoc ipsum cōfitebūtur, qui
Hippocratis dictionem audire sunt assueti. Neq; enim semel aut iterum, sed valde frequēter, repe-
ritur apud ipsum/ad finem/neq; in alio vllo vsurpatū q̄ vbi per omne tēpus indicare velit. Quare
D hoc dubium penitus manet, siue hoc ipsum/ad finem/per multum tēpus significare suspicemur,
siue aliud quicq̄. Immo sane neq; dubiū est, sed frustra nos ipsos calūniamur. Non enim dissecat id
quod raro incidit, in vllo aliquo eorū quæ sic dicuntur, sententiam in vniuersum prolatā: quem-
admodum si etiam sic diceremus: Huic fœminæ per omne quidem tempus magnus & rarus erat
spiritus: incidebat tamen aliqñ rarenter spiratio breuis. Quod vero hmōi sermo ipsi Hippocrati
sit familiaris, cum ex alijs libris ostendere licet, tum ex ipso tertio popularium morborum, in quo
« etiam hæc ægrota conscripta est. Pestilentē enim cōstitutionem enarrās, sic sane incepit: ‖ Annus 3.Epid.cō. 3.t.
« austrinus, pluuiosus, sine flatibus ad finem. Et paululū progressus ait: ‖ Etesiæ parui dispersim spi- 1.3^{a}.140.f
rarunt. Verum ob hoc ipsum sine flatibus annum dixit, ꝙ neq; alij quidam venti, neq; qui Etesiæ Ibi.t.6.141.d
appellant, continenter & memorabiliter spirauerunt, sed parui & dispersim. Rursus porro Apol-
lonium in Abderis decimumtertium ab hac constitutione scribens, postq̄ de omnibus circa mor-
bum ipsius diebus recensuit, ad caudam totius sermonis apposuit, ‖ Delirus ad finem. Atqui paulo Ibid.t.84.151.e
« supra de ipso scripserat hęc verba: ‖ Circa vigesimamquartam per lenitudinem alia quidem in eo- Ibidem.
« dem statu, parum autem resipiebat. Verum non sufficiens erat ipsum parum resipuisse, ad hoc vt
totam de ægroto prolatam sententiam subuerteret: & ob id recte dixit/delirus ad finem/hoc est vs
que ad finem, quod idem valet quod, per totum morbum.

Qua de Causa Rarus & Magnus Spiritus, Aliquibus semper delirantibus, Aliquibus nunquam, Aliquibus ad aliquod tempus contingat: ac de Differentia Scriptorum Hippoc. & Thucydidis. CAP. 7. E

IAm igitur tandem finem sermoni imponere oportet, ꝙ/per tempus/non idem est quod/ad finem/. Et quādoquidem hoc monstratum est, causam deinceps referemus, ob quam aliquibus deliris rarus & magnus per omnem morbum fit spiritus, aliquibus vero nunq̄: et quibusdam per longius tempus, raro intercidente aut simpliciter diuerso, aut etiam contrario: quibusdam vero vice versa, raro quidem magnus & rarus, sæpe vero aut contrarius, aut quoquo modo diuersus: quibusdam vero ex æquo vterque. In memoriam itaque & hic reuocemus ea quę in primo libro sunt demonstrata, de simplicibus affectionibus. Dolorem etenim solum, in aliqua particula quæ circa respirationes mouetur factum, paruam & densam efficere vniuersam respirationem monstrabatur: Delirium vero solum contrariam illi ipsi, raram videlicet & magnam: Augmētum autem caloris, magnam & densam: Et contrariam ipsi frigiditatem, paruam et raram. Si igitur à solo delirio respirationis ornatus et integritas confunditur, magnus & rarus erit spiritus perpetuò: Si vero à solo dolore, paruus & densus: Si vero ambo concurrant, & dolor vehementer superet, obscura omnino alteratio ex delirio erit: Si vero moderatus fuerit dolor, aut plus quidem ex dolore, minus vero ex delirio, respirationem alterari continget, aut vice versa, aut æqualiter iuxta F vtrunq;. Neq; enim delirium valde perfecte demoliri potest alterationem quæ fit ex dolore, præterq̄ si ipsum valde sit magnum & vehemens, dolor vero paruus & obscurus. At vero dolor vbi fortis fuerit, perfecte euincit respirationis difficultatem quæ ex delirio induceretur, vt in totum ne compareat quidem. Sic etiam si cum alia quapiam affectione delirium complexum sit, respirationis speciem interdum aliam efficiet, secundum quod aut superat aut superatur: aut æqua potentia prædita sunt, aut nunc quidem (si ita contingat) superat: rursus vero in alio tempore morbi superatur. Monstrabimus igitur quòd etiam hoc ipsum in libris morborum popularium docet, per conscriptos in ipsis ægrotos. Monstrabitur autem euidenter & manifeste, vbi prius parum quiddam de Hippocratis voluntate ac proposito præfati fuerimus. Existimant enim veteres omnia quæ ægris contingunt ipsum conscribere, velut Thucydiden: verum res non ita habet, sed hoc ipsum est in quo vel maxime cōtraria sunt Hippocratis & Thucydidis scripta. Thucydides enim omnia scribit etiam idiotis nota, nihil ipsorum penitus prętermittens: Hippocrates vero pauca ex ijs quæ ad totam affectionē pertinent, circa quam ęgrotus est periclitatus: multa vero alia ab idiotis quidem neglecta, artificiosam vero & exactam cognitionem exhibentia, & quæ etiam optimos medicos sæpe latere possunt. Hic velox in interpretando, & nihil quod non magnopere iuuet scribendum sibi ducens, videbitur tibi rursus propria mente emoueri, quando etiam quæ penitus non sunt facta ęgro scribit, hoc ipsum insuper indicans ꝙ non sint facta: Hic vero etiam ex factis plurima relinquens, minime videbitur in nō factis tempus terendo delirare. Verum si meditatus fueris ob eandem causam, tum illa relinqui, tum hæc scribi, tunc sanè opinor te ipsum esse admiraturum: Neq; enim vulgaria, neq; quę quilibet medicus assequi queat, hic scripsit. Demonstratum est autem de his nobis, tum in alijs multis libris, tum in ijs qui sunt de Hippocratis dissectione scripti, nec minus etiam in ijs qui de Thucydidis peste. Horum igitur memor, haud difficulter intelliges ea quæ dicentur. Monstrabo enim (quamuis præter opinionem hoc esse videbitur) multos difficulter spirantes esse in morbis popularibus conscriptos, verum Hippocratē nihil de difficili ipsorum respiratione dixisse, propterea ꝙ manifesta erat & omnibus medicis conspicua. Si enim aut pectus, aut costas, aut locos circa clauiculas, aut fauces alicui inflāmari contingat: & ob id paruus ac densus spūs necessariò sequat, velut in priore sermone est cōmonstratum: Hippocrates neq; difficilis respirationis speciem, neq; prorsus ꝙ difficulter spirans factus est, scribere dignatus est. Multam enim & frequentem huiusmodi dispnϾ speciem quotidie ferè videre est & in peripneumonicis, & pleuriticis, & in angina, ac simpliciter in omnibus quibus aliquid circa H thoracem ac pulmonem est inflammatum. Quin & ad hepar inflammatum, & pręsertim gibbam eius partem: & ad splenem inflammatum, & maxime ipsius caput: itemq; peritoneum: eiusmodi difficilis spirationis species consequitur. Immo etiam quibus venter inflāmatus est, & magis si os & stomachus ipsius, & quibus pellicula aliqua, aut musculus circa præcordia, aut ipsum adeo septum transuersum, his omnibus paruus & densus fit spiritus. Sæpe vero etiā intestinum aliquod gracile, & maxime quæ iuxta ieiunū sunt, & supernæ coli partes, maiori inflammatione correpta, adeo difficilem spirationem induxerunt. Per inflammationem autem nunc intelligendus est durus, & calidus, & dolens tumor, quemadmodum & Erasistratus vocare consuetudinem habet, & recentiores medici omnes: quandoquidē ꝙ veteres Græci phlogosin id nominauerint, quod hodie phlegmonē, hoc est inflammationem dicimus, nemo ferè ignorat. Monstratum est autem in libro hunc præcedente, ob quid hydropicis & ijs qui se aut potu aut cibis supra modum expleuerunt, & pregnantibus, & qui prominentem ventrem habent, paruus & densus fiat spiritus, & vniuersim loquēdo, omnibus quibus aliquod respiratorium organum coarctatur. Sic enim & anhelosis, & pulmonarijs, & suppuratis, & quibus spina dorsi magnopere distorta est, aut alius quispiā tumor memorabilis in quacunque prædicta particula existit, necessarium est paruum & densum spiritum

A ſpiritum ducere. Hi igitur neq; vulgares quidē medicos latere poſſunt, ſicut neq; affectiones ipſorum, ad quas neceſſario ſequitur ſpirandi difficultas. Nam & affectus manifeſti ſunt, & ſpecies dyſpnœæ euidens eſt, & pleriſq; tantum non quotidie contingit. Verum quod Hippocrates nihil ex tam manifeſtis ſcribat, ſæpe demonſtratum eſt. Thucidides equidem quæ circa ægros contingūt, velut idiota, idiotis conſcripſit: Hippocrates vero vt artifex artificibus.

Qui Mos ſcribendi Hippocratis in Proprijs & legitimis libris Epidemicis, ac Cur in aliquibus ægrotis Reſpirandi Speciem tacuerit. CAP. 8.

DIcamus igitur iam etiam ipſos difficulter ſpirantes ægrotos, in quibus non dignatus eſt nō ſolum nō ſpeciem difficilis reſpirationis, ſed neq; ipſum hoc ſolum ſimpliciter dicere, quod difficulter ſpirauerint. Quoniam vero ſeptem ſunt ex toto morborum popularium libri, et ex his ſeptimus manifeſte ſpurius eſſe oibus videtur, immo & recentior ac ſubornatus: Quintus vero nō magni Hippocratis Heraclidæ filij, ſed iunioris filij Draconis: Secundus vero ac quartus, & ſextus, ab aliquibus Hippocratis filij, ab alijs vero ipſius Hippocratis eſſe putant, non tamen vt conſcripti libri, neque vt græcis inuulgandi, ſed commentarij potius eſſe: Quibuſdam vero qui mihi exactius librorum vim expendiſſe videntur, à Theſſalo conſcripti eſſe quinq; libri videntur: verū duo eſſe magni Hippocratis, † & ob id ſane inſcripti illi eſſe, Libri ex parua tabella, Theſſali videlicet, qui omnia quæ pater ipſius ſcripſerat, in idem coaceruare ſtudio habuit, quo nihil deperiret: ſolos autem reliquos ex his ſeptem libris, Hippocratis magni eſſe fere omnibus cōfeſſum eſt, nempe primum & tertium: Proinde rationi conſentaneum mihi viſum eſt, primum eos ægrotos qui in his libris conſcripti ſunt, in manus ſumere: poſtea vero ēt eos qui in alijs morborum popularium libris proditi ſunt, ipſis ſtatim annectere, prout ſermonis progreſſus hoc ipſum ſibi peculiariter poſtulauerit, immo ēt quæcunq; in alijs ipſius ſcriptis de reſpirandi difficultate ſunt dicta. (B)

† Calaber ita uertit. & inutu lari pp hoc [illegible] os ſub nomine Hippocratis, quia Theſſal[illegible] [illegible] pater ſuus [illegible] in paruis [illegible]lis, ita [illegible] coaceruare in [illegible] nihil [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] la medio ſit.

Et ſane primi oium Anaxionis mentionem faciemus, quem velut ipſe ait, Febris acuta apprehēdit, lateris dextri dolor continens, tuſſiuit aridas, neq; expuit primis diebus. Et primum vtiq; hoc ipſum monſtrabimus, cur tandem cum breuiloquus ſit Hippocrates, licuiſſetq; ipſi per vnū nomen, quod pleuriticus erat Anaxion, dicere, ſic relatis ſymptomatibus quæ ad hunc morbum coincidere ſolent, per illa ipſa magis dignatus ſit facere de ipſo enarrationem. Neq; enim alias hunc morem habet, ſed penitus contrarium, vt videlicet ad vnum nomen & caput, partialia ſemper reducat. Neq; vero veriſimile eſt nunc eū fortuito ſic ſcribere, qui neq; vnum aliquod temere ſcribat. Quæ eſt igitur cauſa? Singulorum morborum ſymptomata partim neceſſario, partim vt plurimum exiſtūt. Eorum quæ neceſſario exiſtunt, plures ſunt differentiæ. Quedam ſępiſſime videnē, & ob id naturæ morbi propria eſſe credūtur. Quædam valde raro, & propter aliquod precipuum quod priuatim coincidit. Hippocrates igitur cùm conſuetæ ſpecies ſymptomatū extiterint, tunc ſane ſolo vniuerſali morbi nomine cōtentus eſt: cùm vero aliquid ex raris incidit, poſt vniuerſalem & communem totius morbi appellationem, ſtatim illud ipſum diſcriminat. Quòd ſi plures aliquando conſpiciat affectionum ſpecies, quæ ſingulæ ſupra communē & couſuetam naturam propria diſcriminatione opus habent, tūc vniuerſale quidem tranſgreditur: enumerat autem ſtatim ſingula partialia, tanquam ſane ex his etiam illud manifeſtum fiat. Pleuriticis itaq; neceſſario accedit & lateris dolor, atque hic cum febre, & reſpirandi difficultas, & tuſſis: neq; enim poſſibile eſt pleuriticum eſſe, cui non omnia hæc adſint. Verum efferri quicq̄ ex inflammationis partibus vna cum tuſſi, non quidem neceſſarium eſt, vt plurimum tamen cōtingit. Sic vero etiam eorum quæ efferuntur ſpecies ſubrubra, aut ſubflaua, aut ſpumoſa exiſtit. Quemadmodum autem in iam dictis, aliud conſuetum, aliud peregrinum eſt: Sic etiam in ipſis quæ neceſſario coincidunt, aliquę ſpecies ſæpiſſime, aliquę raro videntur. Hippocrates itaq; in propoſito nunc ægroto Anaxione, poſtq̄ particulares affectiones diſcriminatione indigebant, vt quæ rarioris ſpeciei eſſent, quibus ipſis diſtinctis, pleuriticus concurſus manifeſte cognobilis redderetur, ſuperuacaneum exiſtimauit ſcribere, quod omnino citra conſcriptionem erat intelligibile. ‖ Febris enim, inquit, acuta apprehendit, & dextri lateris dolor continens, & tuſſiuit aridas, tuſſiculas videlicet. Non ſolum igitur quod febris fuit, ſed etiam qualis nam didiciſti: acuta enim, inquit: Et non ſolum quod lateris dolor, ſed etiā qualis, nempe continens: Et non ſolum quod tuſſes, ſed etiam quę & quales, nimirum aridę, neq; quicq̄ expuentes. In eodem autē hoc ſermone didiciſti quod pleuriticus fuerit hic homo: in nullo enim ex omnibus morbis prædictarum affectionū concurſus adeſt, præterq̄ in pleuritide. Per vnum itaq; ſermonem, & quod cum pleuritide conflictatus ſit homo, & qualis hęc ipſa fuerit, oſtenſum eſt. Quando vero reſpirandi difficultas neceſſario pleuritidem ſequitur, ſcribere reliquit, quod ægre ſpirauit hic homo. Si quidem enim & de hac quicq̄ peregrinum ac rarum quod diceret habuiſſet, non vtiq; tacuiſſet: cùm vero, velut veriſimile eſt, conſuetam ſpeciem ſeruaret, rationabiliter eam reliquit. Quemadmodum autē hæc reliquit, ſic alia adſcripſit, quæ neq; neceſſario pleuriticis adſunt, neq; vt plurimum, neq; ex dictis intelligi poſſunt. Inquit enim, Siticuloſus, vigilās, vrinæ autem coloratæ, multæ, tenues. deinde inferens, Sexta delirus, ad calfactoria vero nihil remittebat. Horum nihil neq; neceſſario pleuriticis adeſt, neq; vt plurimū. Si vero & ſeptimæ diei audiueris enarrationem, adhuc manifeſtius cognoſces volūtatem viri. Habet autem hoc modo: (C) (D)

3.Epid.cō.3.t. 79.f.150.b

3. Epid.cõ. 3.t. 79.3ᵈ.150.b ‖ Septima dolorosa, febris enim se extendit, & dolores nõ remiserunt, tussesq; infestabant, ac diffi E
culter spirans erat. Hic sane difficilis spirationis mentionem fecit, cũ hominem male affligi colle »
ctionem faceret, inter alia etiam ipsam recensens, quæ à principio quidem ipsi coinciderant, non cessauerunt tamen, neq; remiserunt. Febres enim etiã insuper se extendisse ait: Reliqua vero tria mala (quatuor enim sunt cõperta quæ pleuriticum concursum perficiunt) in eodẽ statu permanere ait, dolores videlicet, tussesq;, ac difficilem spirationem, ab ipsa morbi substantia colligens ac ratiocinationem faciẽs hominẽ dolorose habere ac affligi. Si enim ex affectionibus ipsum morbum constituentibus, quatuor numero existentibus, tres quidem eodem modo habentes permanent, quarta vero etiã peior redditur, omnibus manifestum est ꝙ homo male habuit. Quare palàm vides ꝙ difficilis respirationis mẽtionẽ propterea fecit, ꝙ ea opus fuerit ad cõstitutionis morbi prænotionem, aliàs ipsius haudquaꝗ mentionẽ facturus. Et ob id primũ hunc ęgrum ex omnibus in manus sumpsi, vt ostendã ꝙ non male nunc difficilis respirationis mentionẽ faciat, de qua in principio nihil dixit, qñ neq; in totum ea opus erat. Si enim mentem adhibueris ad ipsam dictionem, inuenies ipsam hoc indicãtem. Septima, inquit, dolorosa, nam & febris se extendit, inquit, & do- »
lores non remiserunt, tussesq; infestabãt, ac difficulter spirãs erat. Hic enim, velut dixi, vnũ quidẽ »
malum extensum esse ostendit, reliqua vero manere in eodem statu. Nam quod ostendit per hoc F
quod/nõ remiserunt/dixit, id ipsum etiam in reliquis, tussiculis videlicet & difficili spiratione, ex cõmuni intelligere oportet, cũ familiarissima sit eiusmodi interpretatio non Hippocrati solũ, sed & alijs veteribus fermè omnibus. Sicut enim dolores nihil remiserunt, sic etiam tusses infestabãt, eodem mõ scilicet, nihil remittentes: & difficulter spirans erat, codẽ videlicet modo, nihil remittẽte difficili spiratione. Quin & ipsa vox/erat/indicat similiter vt prius. Neq; enim difficulter spirans fiebat dixit, quãuis dicere potuisset: & magis vtiq; ꝗ omnia alia dixisset, si circa septimã tandem hæc affectio insuper accessisset, & prius non fuisset: sed nec accedebat videlicet, oĩno enim à principio ipsam cum alijs cõsistere oportebat. Recte itaq; Hippocrates docuit, in principio quidem enarrationis ipsam relinquens, postea vero eius mentionem faciens. At vero in alijs multis ægrotis sicut in principio reliquit, sic neq; in ꝓgressu sermonis difficilis spirationis mentionẽ facere videtur. Cęterũ oẽs ipsos deinceps adscribam, tum qui in primo morborũ populariũ, vt dixi, tum qui in tertio sunt cõscripti, vbi prius apposuero quæ desunt adhuc expositioni in ꝑscriptum ęgrotum. Quemadmodũ igiť ꝙ difficulter spirans erat, ex ipsa morbi natura cognouissemus, ẽt si nõ postea ab ipso Hippocrate dictum esset: Sic etiam ꝙ difficilis spirationis species ipsi parua ac densa fuerit, non obscurum est, ẽt si Hippocrates non scribat. Velut enim ꝙ pleuritici difficulter G
spirant apparet, sic etiã ꝙ paruã ac densam spirationem habent. Diximus autem antea ꝙ Hippocrates nihil eorum quæ ẽt alijs manifeste cognoscuntur, scribat. Atqui ẽt delirauit hic homo, dicit igitur sic de ipso: ‖ Sexta delirus. Sed hoc quidẽ, nõ vt† symptomã natura sua animũ percellẽs, sed vt affectus accessorius ad fortes pleuritidas, non sane alteratione ẽx dolore superaturum erat, neq; per se ipsum difficilis respirationis spẽm formaturũ: verum dolor in latere fortis existens ꝑ se ipsum oĩno respirationẽ alteraturus erat. Si aũt iuxta materiã dolor obscurus erat, delirium vero vehemens, omnino sane aut perfecte delirium dolorẽ supasset, aut certe vt plurimũ: atq; ita per omnem vtiq; morbum talis ægrotus magnum & rarum spiritum duxisset, aut plurimũ quidem hũc, rarenter aũt paruum & densum: & hoc Hippocrates penitus significasset, velut in adolescente in Melibea: huic enim distẽtio quędã submollis circa ilium erat, sed & magnopere desipiebat. Scribit itaq; de distentione quidem sic: ‖ Ilij distentio submollis, oblonga ex vtrisq;. De desipientia ve »
ro sic: ‖ In decima die delirauit sensim, in decimaquarta die multũ delirabat, in vigesima furiebat, »
inquit. Sola itaq; vox ἐξεμάνη .i. furiebat, sufficiẽs est ad delirij magnitudinẽ indicandã. Sed & ꝙ moderatus esset ac taciturnus adolescẽs, non parum magnitudinẽ delirij auget: siquidẽ sane et in prædictionum libro, responsiones temerarias, nedũ deliria ipsa, malas esse ait in moderatis: neq; H
enim alterius rei grã in decimæ diei enarratione, ea quæ ad mores adolescentis pertinẽt adscripsit. Vt vero ne putaremus, propterea ꝙ scriptum est/delirauit sensim/simplex quoddam & vulgare esse delirium, ob id sane infert/erat aũt moderatus & taciturnus/per quæ omnia vehemẽtiam delirij indicauit. At vero distẽtionẽ circa iliũ ex vtrisq; lateribus, fortassis putauerit aliquis paruum ac densum spiritum efficere. Verum per ea quę de ipsa scripsit, rationabiliter ostendit ipsam à delirio victã esse: neq; enim simpliciter dixit/erat aũt circa ilium distentio/sed apposuit/submollis/ ostendens ꝙ non fuerit cũ magno tumore. Molle .n. quod hoc loco Hippocrates Laparon dixit, vacuum significat. Ex eo vero ꝙ/oblonga/dixit, contrarium ostendit ei quod ipse sępe dicit/ilio reuulso. Cùm enim à septo transuerso tendit, tunc quidem reuellit, ac totũ occultatur, ad thoracẽ tractum: cùm vero ab aliqua infrà sita particula, tunc sane oblonga ipsa tensio apparet: non est enim quicq; ante situm quod ipsam occultet, velut in thorace sunt tum costę spurię, tum ipsum pectus. Nõ solum igitur ex his palàm est, ꝙ parua omnino fuerit affectio circa ilium ad difficilis respirationis generationem, sed & ex eo ꝙ Hippocrates de ipsius dolore nihil adscripsit, non taciturus, si quidem dolorosum fuisset, cũ hic ipsi mos sit, vt nihil eiusmodi rerum negligenter ꝑtereat. Si quidem igiť hæc ipsa oĩno erant parua, neq; enim tumor aliquis magnus erat in ipso, neq; dolor,

Ibidem.

† Calaberni det legisse. νόσημα. dicit .n. ægritudo. et iudicio meo melius. neq; enim pleuritis necessario est morbus cũ delirio.

* Hypochondriũ. & sic deinceps.

Ibi.t.87.151.g

A lor, neq; septum transuersum premebat, sed secundum ventrem totum extēdebatur: delirio vero contra nihil deerat quo minus & maximum & grauissimum esset: pro ratione vtiq; ab ipso penitus superata est affectio circa ilium, vt ob id per omnem morbum respiratio rara & magna sit facta. Et propterea Hippocrates vtriusq; simul meminit, nēpe & speciei difficilis spirationis, & af- « fectionis circa iliū. Habet autem dictio ipsius hoc modo: Spiritus rarus, magnus, per tps, ilij di- 4 Epid. cō 3. t. 87. 151. g « stentio submollis. Vt ne quis negligenter prætereat sermonem, sed ex ordine consequentes inter se duas legens affectiones contrarias difficilis respirationis speciem operari solitas, cōsideret causam, cur perfecte quidem superet delirium, vincatur autem distentio circa ilium. Verum nos sanè causam diximus, & mentem ac sententiam viri exposuimus: & oportet iam transitione facta, reliquam propositi sermonis partem explicare. Qn̄ enim deliriū perfecte vicerit cōtrariam affectionem, ipsum solum per propriā vim respirationem alterat, velut in præscripto dictū est adolescentulo, qui in tertio morborum popularium vltimus recensetur. At vero q̄ etiā dolore perfecte exuperante, nihil appareat præterea ex difficultate spirandi quam delirium inducere solet, in Anaxione monstratum est, qui & ipse in tertio popularium morborum scriptus est octauus a pestilenti cōstitutione. In ipsa autem Dealcis vxore, cuius etiam antea mentionem fecimus, octaua ab hoc, B decimaquinta post pestilentem constitutionem scripta, vt plurimum quidem delirium exuperat, rarenter vero exuperatur: verum verba paulo antea qn̄ exponebam quid significet/per tempus/ adscripsi: Nunc vero affectiones ipsas pugnantes referam, secuturus & hic sermones ab Hippocrate prolatos. Nulla itaq; dolorosa affectio huic mulierculę accidisse videtur, præualuit autē per- « frigeratio, marcescente insita caliditate: ex eo enim quod scriptum est de ipsa, Febres ad manū te- Ibid. t. 86. d « nues, extremarum partium frigiditas. hoc ostenditur, & ex eo q̄ per omnem morbum contege- « batur: cùm enim dixisset, Ab initio autem cōtegebatur. postea in fine totius narrationis, Semper « cōtegebat, ait. Quin & ex mœrore initium sumpsisse, his cōsentit. Inquit enim, Febris horrida ex mœrore corripuit. Sed & ipsa febris horrida iuxta eandem causam facta est. Et sanè etiam hoc, q̄ potus ventrem penetrent ac percurrant, neq; paruo tempore consistentes, maximum signum est innatam caliditatem extingui. Quin & cutis arida nihil aliud est q̄ resiccata. Deperit aūt vnà cū eiusmodi siccitatibus innatus calor. At verò q̄ hæc omnia in ipsa facta sint, ipsa dictionum seque- « la ostendit. Decimaseptima enim, inquit, irritationes à ventre turbulentæ, postea vero ipsi potus Ibidem. « percurrebant, neq; consistebant, omnino nihil sentiebat, cutis aridæ circumtensio. Rationabiliter « igitur per omnem morbum magnus & rarus spiritus præualuit: intercedebat autem aliquando « C etiam breuis, ad perfrigerationes cōsequens. Mentionem autem faciam etiam nunc ipsius dictio- « nis, velut antea iam adscripsi: Decimaquarta spiritus rarus, magnus, per tempus, et rursus breui- Ibidem. c « spira. Vigesima sermones multi, rursus sedata est, taciturna, breuispira. Vigesima prima mortua « est. Huic ad finem spiritus rarus, magnus. Hic igitur delirium perfrigeratiōe superabat, & propterea raro quidem breuispira, per omnem vero morbum lōgispira obseruata est. Vice versa porrò in Pythione cuius iam antea memini, breuis spiratio per totum quidem morbum erat, raro autem quandoq; longa spiratio contingebat: Atq; id iuxta rationem: duę enim opponebantur delirio affectiones breuis spirationis causæ, dolor & perfrigeratio, quæ ambæ paruam respirationem facere solent: verum dolor cum densitate, perfrigeratio verò cum raritate. Quòd itaq; delirauit, sæpe scriptum est apertis verbis ab ipso Hippocrate, vt hoc quidē neminem latere possit: sed neq; « dolor circa aluum, nam & hic aperte sic scriptus est: Iuxta aluum grauitas cum dolore. Quòd ve- Ibidem. t. 74. « ro perfrigeratus fuerit, & insitus calor cōtabesceret, clarum ex his fit: Secunda circa medium diē Ibidem. 148. g « frigiditas extremarum partium, verum magis circa manus & caput. Deinde consequenter in ter- « tiæ diei enarratione: Sero circa Solis occasum subfrigefactus est parum. In quarta autem die non « solum frigiditas, sed etiam q̄ recalfactus sit post tempus, adscriptum est. Clarius autem adhuc de « D octaua die narrans: Mane quidem dormiuit, inquit, parum: Statim autem frigiditas, sero excalfa- « ctus est rursus. Itē in decima die, Rursus multa frigiditas, ait. Ex his igitur manifestum est q̄ & frigiditas erat, nō solum dolor & delirium, in Pythione. Quòd vero pręualuerit quidem breuis spiratio, fuerit autem & quędam longa spiratio, perspicuum ex secundę diei enarratione redditur, sic « enim scriptum est: Breuispirus ad tempus multum. Hoc enim quod ait/ad tempus multum/in- Ibidem. dicat non solum esse breuem spirationem, sed ipsam longam spirationem ab illa superari. Porrò hic Pythion in tertio morborum popularium scriptus est tertius post pestilentem constitutionē. Quare licet vnicuiq; per se diutius in ipsius senis sermonibus immorari ac conuersari, ne nos omnes ipsos adscribendo, longum sermonem faciamus.

Nihil Superioribus capitibus omitti, quod Galeni Sententiæ aduersaretur. CAP. 9.

CÆterum q̄ nullam dictionem, quæ his quæ nobis dicuntur contraria sit, volentes pręteriuimus, maxime vtique credibile fiet huic, qui ad ipsos libros legendos accesserit. Atq; ea gratia indicamus nos, tum in quo libro æger, de quocunque tandem nobis singulatim differentibus sermo contingit, scriptus est: tum quotus est, aut a principio aut a constitutione numerandi exordio facto: vt nequis cunctetur ob hæc & circa inuentionem pigrescat, atque aut citra experimentum nobis credat, quod minime expetimus, aut nos suspectos habeat tanq; qui perperam adscribamus.

bamus, quod multi expositores fecerunt. Verum illi propterea libros silent, ac volentes cælant ex E quibus singulatim adscribant dictiones: Nos vero non ipsos solum libros, sed & locos ac capita indicamus, quò quisq; quod velit facilius reperire queat: Scimus enim ꝙ firmiorem fidem habebunt eorum quæ dicimus, qui totum libri locum legerunt, ex quo dictionem adscribimus. Cæterum prædictorum ęgrorum mentionem nos facere sermonis sequela coegit, cùm vellemus ostendere, iuxta quem modum aliquãdo solum delirium spirandi difficultatem operetur, contraria affectione superata: quandoq; vero penitus superatum etiã ipsum, exile reddatur. Et aliquando quidem vt plurimum exuperat, raro intercidẽte diuersa spirandi difficultate: aliquando vero exuperatur, atq; ipsum adeo suam difficilis spirationis speciem interlabentem ostendit. Etiam sanè perspicuum est id quod à principio dicebamus, nempe ꝙ cui magnus & rarus est spiritus, huic omnino etiam delirium: cui vero delirium, huic non omnino magnus & rarus est spiritus.

Quòd in Singulis ægrotis primi libri de Vul. mor. Omnia ijs, quæ antè dicta sunt astipulentur. CAP. 10.

PORRO quod ex propositis adhuc deest, id sermoni addamus, omnium ægrorum qui in primo & tertio morborum scripti sunt censura facta, à primo vsq; ad vltimum oĩum, eodem ordine sermonem facientes, quẽ ipse in scribẽdo obseruauit. Primus itaq; oĩum Philiscus, ꝙ quidem de- F 1
lirarit, ac magnum & rarum spiritum habuerit, superioribus sermonibus monstrauimus. Quòd vero neq; dolor quispiam ipsi fuerit circa vllam aliquam partem, ex quibus affectis paruã ac densam fieri respirationem dicebamus, nũc ostendemus, ipsa etiam hîc Veteris dictione in memoriã

1.Epid.cõ. 3.t. 18.3[a].121.b

reuocata, quæ sic habet: ‖ Splen eleuatus est orbiculari gibbositate. Minime enim etiã alia's dolorosum est viscus splen, neq; septum transuersum premit similiter vt hepar & venter, nisi maximũ sanè habeat tumorem circa caput, quod in Philisco non erat: & ob id splen ipse sufficiẽs minimè erat, vt spirandi difficultatem ex delirio inductam superaret, cùm neq; dolorosus esset, neq; septũ transuersum premeret. At vero Silenus qui deinceps scriptus est, cuius item in superioribus ser- 2
monibus post Philiscum mentionem fecimus, ꝙ rarum & magnum etiam ipse habuerit spiritum, & ꝙ delirarit, illic ostendimus: Quòd vero nullã affectionem habuerit, quę delirium superare po

Ibid.t.19.e

tuerit, hoc loco demõstrabitur. Etenim tertiæ diei ipsius morbi enarratio sic scriptũ habet: ‖ Ilij distentio ex vtrisq; oblõga ad vmbilicum submollis. Igitur & ad vmbilicum secedebat distentio, & neq; dolor quispiam neq; tumor memorabilis erat. Quin & quod in fine dictũ est, Ilij palpitatio. neq; ipsum sufficiẽs est difficilẽ ex delirio respirationem alterare: Dictum enim sexcenties iã est, aut dolorem esse oportere circa aliquã partem, quæ per respirationes mouetur, aut aliquod ex re- G
spiratorijs organis coarctari, vt paruus & densus spiritus fiat. Igitur neq; Silenus hic, neque prior Philiscus aliquã aliam affectionẽ habuit, respirationem alterare potentem, præterq̃ deliriũ. Neq; enim dolor, neq; cõpressio organorum respirationis, imo neq; perfrigeratio aliqua aderat, qualẽ in tertio morborum popularium, Pythioni & Dealcis vxori factam esse ostendimus. Cæterũ tres deinceps his, scriptos, Herophontem videlicet & Philini vxorem itemq; Epicratis reperias, si diligenter enarrationes de ipsis perlegeris, minus delirium habere, q̃ vt iuxta hoc respiratio ipsa alterari possit. Immo Herophonti[a] ‖ splen eleuatus est, & ilij, ait, distentio, neq; apponens submol 3
lis, neq; oblonga, neq; ad vmbilicum. Quare huic partes circa septum transuersum inflãmatæ fuerunt, quod ipsum septum primum & principalissimũ respirationũ organũ esse, nobis in cõmentarijs de causis respiratiõis est mõstratum. At vero, Philini vxor [b] ‖ dolebat, inquit, cor & ilium dex 4
trum. Epicratis vero vxorõ n solum[c] ‖ cor dolebat, sed &[c] ‖ lateris, ait, sinistri grauitatem cũ dolo- 5
re habuit. Ob id igitur neq; adscripsit vlli horum paruum & densum spiritum, sed penitus obticuit, morem hunc habens, velut etiam antea indicauimus, vt quæ omnibus manifeste cognoscuntur, relinquat. Manifestissima aũt & omnibus nota erat, velut item ostẽdimus, respirandi difficultas iuxta paruitatem ac dẽsitatem, quã necessario præscripti tres ægri habebant. Quin & [d] ‖ Clea H 6
nactides qui post scriptus est, itidem necessario similiter difficulter spirabat, ob sinistri lateris dolorem. Verum neq; in hoc quicq̃ scriptum est de difficilis spirationis specie, vt quæ citra scriptionẽ intelligi possit: neq; vero delirauit hic Cleanactides. Qui vero post eum scriptus est [e] ‖ Meton, ne 7
que quę dolorem inferre posset, neq; quę aliquod respirandi organum coarctare valeret, affectionem habuit, immo neq; delirij vllam morbosam hypothesim: Verum quid pręter opinionem, & quod occurrere non valde soleat, ipsi accidit. Quinta.n.die sanguine ex naribus effuso, & sudore excluso, perfecte iudicatus est. Sanguinẽ igitur effundebat adhuc ẽt post iudicationem, vigilans existẽs: immo & † delirabat, inquit, quamuis ante iudicationem penitus non deliraret: & ob id ẽt nos diximus nullã morbosam affectionem delirij ipsi affuisse. Verum sic delirabat, velut ebrijs ex capitis repletione cõtingit: ob hoc autem, & παρέλεγεν.i. delirabat, vocem Hippocrates scripsit, vt ostenderet similitudinẽ ad ebrietatem ipsi factã, ex capitis repletione. Peruẽnit enim non pauca sanguinis copia ad ipsius caput, velut ex his quæ contigerunt coniectare licet, ob quam sanè totus morbus est iudicatus, suscipiente nimirum capite omnem ipsius affectionem. Verum ex hoc sanguine non parum, statim in quinta die impetuose excretum est cũ sudore: multo vero magis q̃ euacuatum est, in capite remansit, quod ipsum grauauit, & hominẽ delirare coegit. Vnde sanè

A Ibidẽ. t. 20. 122.a
B Ibid. t.21.c
C Ibi.t.22.f.g
D Ibi.23.123.a
E Ibid. t.24 d
† * Interp̃s uerbũ παραφρονεῖν confundit cũ παραλέγειν utrũq; n. sępissime, delirare uertit, cum tñ Gal. ex Hippocratis sñia alterũ ab altero distinguat. Minus.n. malum ẽ, παραλέγειν quã παραφρονεῖν. vide ẽt li. 3. de respirãdi diffic.ca.xj. ꝓpe finẽ, vbi diffus. ẽt Gal. hoc tractat. Antiqua translatio verbũ παραλέγειν ad uerbũ uertit, ꝑterloq, παραφρονεῖν vero desipere.

A sane Hippocrates postq̃ dixisset, Balneis circa caput vsus est, Sanguinem ex naribus sępe post iu dicationem fundebat, ait. Quare in hoc non solũ nullum difficilis respirationis modũ scripsit, sed neq; an prorsus difficulter spirarit. Neq; enim quocũq; delirantibus, aut ebrijs, sed solis desipien-
« tibus magnus & rarus fit spiritus: atq; hoc est quod in prænotionibus ait, Spiritus magnus, & p in Prog. cõ. 1. t. 14.4ª. 194. h
8 multum tempus desipiẽtiam significat. Cæterum ægrotus qui post ipsum scriptus est Erasinus, necessario difficulter spirabat: relicta autẽ est difficilis spirationis species, ob sępe dictam causam. Nusquam enim vllam aliquã dolorosam affectionem, aut respirandi organa premẽtem, pędixisse ipsum apparet, atq; deinceps sequentem difficilem spirationem adscripsisse, sed vbiq; velut om
« nibus notã reliquisse. Quod vero fuerit eiusmodi affectio ipsi Erasino, clarum fecit cũ dixit, Ilia 1. Epid. cõ. 3. t. 25. 3ª. 124. f
sublimia, distentio cũ dolore. Magnitudinẽ enim inflãmationis declarat, ob quam tametsi homo delirabat, non tñ difficilem spirationem delirio propriam habebat: aut certe huius, oĩno mentionem Hippocrates fecisset. Quemadmodum. n. paruam & densam in doloribus contingentẽ ipse semper relinquere reperitur, propterea q̃ est manifesta: ita cùm eam quæ in delirijs contingit no
9 rit ambiguam, nusquam relinquit, neq; indefinitam pęterit. Equidem quæ in Critone post eũ Ibid. t. 26 g
consequenter scripto acciderunt, manifestã causam habent. Cùm enim secũda die mortuus sit ino
B pinatissime, velut ex ipsa narratione discere licet, merito de respirationis difficultate quicq̃ dicere Hippocrates reliquit, aut q̃ qualis ea fuerit non obseruauit, aut q̃ mẽtionem eius facere non est di gnatus: utrũq; enim rationi consentaneum existit: Quòd nõ obseruauit quidem, tũ ob mortis ve locitatem, tum propter symptomatum perterrefactionem: neq; enim paruum miraculum est, ho minem obambulantem, & consueta vitæ munia obeuntem, deinde magnum pedis digitum vehe menter dolentem, prima die paululum subcalfactum esse, sequẽti deinde mortuum esse. Cùm igi tur nulla mora interim facta sit, sed velociter homo morti concesserit, non autem simpliciter desipuerit, sed, vt ait, furierit, impossibile erat obseruare quõo respirauerit. Etenim furiosos ne prope quidem accedere sustinemus, verum elongamur omni modo, formidantes ne quid mali etiam nobis affricent. Aut igitur non obseruauit, vt diximus: aut nõ dignatus est speciei difficilis respirationis mentionem facere, propter inopinatum tot symptomatum concursum, ad quem solum nos mentem adhibere conuenit, & non circunduci ac distrahi ad ea quæ per alios ægrotos inue-
10 niri possunt. Consequenter porrò Clazomenium describit, qui caput & collum ac lumbos, vt Ibid. t. 27. h
inquit, à principio dolebat: verum hæc non sufficiebant ad spiritum paruum ac densum efficiendum, nisi de collo sane hoc dicere velimus, verũ de hoc in progressu sermonis determinabimus:
C at vero ilium cum tumore eleuatum, sufficiens erat. Quare tametsi hic desipuit, non tamẽ propriam desipientiæ respirationis speciem habuit, cum nimirum pędictę dolorosæ affectiones exu
11 perarent. Cæterum Dromadæ vxor quæ post hunc sequit, quã etiã statim à principio huius sermonis apposui, non solũ desipuit, sed & magnum & rarum spũm habebat, cùm neq; circa thoracem, neq; circa ilium, vlla affectio esset. quæ paruam & densam spirationem efficere ex natura sua posset. Ob id igitur & Hippocrates oĩa quę mulierculam ipsam apprehenderãt exacte describẽs,
« Circa ilium, inquit, {dolere cœpit,} anxia, implacida. vitiatis videlicet humoribus istic os vẽtris Ibi. t. 28. 125. b
mordentibus, nõ tñ vlla inflammatione existente, neq; etiam aliqua alia affectione, à qua paruus & densus spũs produci solet. Et sane in hac narratione paululum pgressus Hippocrates, vbi scripsit/ilij dolor/vocem/anxia/apposuit. Et deinde rursus/anxia siticulosa. Neq; igitur quicq̃ eorũ quæ circa ilium aut thoracem fiebant, sufficiens erat delirium exuperare. Sed neq; calor innatus extinguebatur, quemadmodum alijs sic contigisse ostendimus. Quare pro rõne, cũ nulla affectio ex ijs quæ delirio oppositæ sunt, respirationem alterare posset, magnus & rarus spũs huic fœminæ fiebat. Quando vero adscriptum est & hoc/statim reuulsus/hoc ipsum adhuc me indicare ac adnotare nunc oportet, ne quis suspicetur nos id segniter prætermissuros fuisse. Verum nunc sane
D id exponere non est tempestiuum, explicabitur autem in sequenti libro vnà cùm alijs quę similiter sunt dicta. Cæterum in præsenti sermone reliquos adhuc tres ægros in manus sumemus, qui quidem & ipsi desipuerunt, non tamen propriam delirio, difficilis respirationis speciem habue-
12 « runt. Ob id in primo quidem scriptũ est: Ilij dextri dolor, inflãmatio submollis ex interna par- Ibid. t. 29. d
13 « te, ex ea videlicet quæ ad septũ transuersum vergit. In secũdo vero, Circa ilium tumor eleuatus Ibidem. t. 30. e
« cùm dolore. & paulo post, Ilij dolor. & rursus deinceps, Circa clauiculã sinistrã dolor permane- Ibidem.
14 « bat. In tertio autem ægroto (muliercula vero erat hæc velut etiam præcedens) Capitis, inquit, & Ibid. t. 31. g
« colli & pectoris dolor fortis. & paulo post, Dolores permanebant. Ibidem. h

Ex singulis Aegrotis tertij lib. de Vul. mor. Testimonia, quæ superiora Gal. dicta confirmant. CAP. II.

ATque hi qui quidem sunt quatuordecim ægroti ex primo libro morborũ popularium, eo ordine ab Hippocrate, quo etiam nos ipsorum mentionem fecimus, cõscripti. Porrò libro tertio morborum popularium duodecim sunt ante pestilentem constitutionem ęgroti, sex & decem vero post eam, qui omnes consentiunt cùm ijs quæ à principio, vt constanter pronunciata supposuimus. Pro comperto autem habeo, quòd si relinquam ipsos & permittam ijs qui volunt in omnibus consensum intueri, vt priuatim & per se ipsos narrationes a sene conscriptas legant,

non propterea vt longiores vitem sermones, hoc facere videbor, sed quod non possim pronun- E ciata à principio supposita per totum sermonem conseruare ac tueri. Si vero omnes deinceps re- censeam, nugator & loquaculus esse videbor, vt qui ea quæ quisq; per sese expendere sufficiebat, ipse frustra adscribam. At vero si penitus me alterum absurdum incurrere oportet, aut videlicet suspitionem falsi dogmatis, aut loquacitatem: reperio autem loquacitatis aliqua solatia, suspicio- nis vero nulla: honestius vtiq; fuerit de omnibus dicere. Quę igitur sunt loquacitatis solatia? Pri- mum vt paucis percurram ipsos ægros, neq; amplius similiter immorer singulis, sed nudā solum faciam mentionem. Alterum vero vt adhorter eos qui neq; tam pauca sustinent audire, quo ea transgrediantur, & ne scripta quidem esse putent. Quemadmodum enim in splendida epulatio- ne cum multa sint apparata, alius aliud eligit, hoc quidem vt suaue, aliud vero vt profuturum: sic etiam sermonum apparatum opiparum esse oportet, electionem autem in vtentibus.

Ordo Aegrorum tertij libri Epid. ante Pestilentem constitutionem.

PRimus itaq; omnium ægrotus noīe Pythion, ex ipsa narratione manifestus fit q nullā diffici 1
3.Epid.cō. 1. t. 5.3ᵃ.130.h lis respirationis hypothesim habuerit. Secūdus vero Hermocrates, ‖ Caput, inqt, dolere in- » 2
cepit & lumbos, ilij distētio submollis. non tn̄ q infra & ad vmbilicum ipsa tensio processerit, aut
q oblonga fuerit, adscripsit: ex quo clarum fit q à septo trāsuerso inflāmato ilium reuellebatur: et F
ob id etiam submolle apparebat, vt quod nullam propriam haberet inflammationem. Hic igitur
etiam si delirabat, tn̄ ipsum delirium ab alio maiore affectu superabatur: quemadmodum etiam in
A Ibidē.t. 19. 133.h tertio et quarto quintoq; ac sexto. Etenim ī tertio,[a] ‖ ilij dextri distētio submollis scripta est. In 3 4
B Ibi. c.2. t. 1. 135.c quarto vero[b] ‖ ilium dextrum distētum fuit, & ad interna processit. In quinto autem[c] ‖ collum do 5
C Ibidē.t.2.e lorosum habebat. Verum in sexto ægroto (erat autem hæc muliercula) præfatus Hippocrates, 6
D Ibidē.t.3.f [d] ‖ Hæc incipiēte morbo dolebat fauces, & ad finem ruborē habebat, gurgulio reuulsus, fluxiones »
E Ibidem. multę, tenues, paruę, acres, tussiebat, maturum aūt nihil efferebat. paulo post ait: [e] ‖ Erat autem & »
F Ibidem.t.4. quid innatum tabidosum. Quare manifesta etiam in hac fit affectio prædominās, in respiratorijs
organis consistens. At vero eā quæ inde sequitur enarrans ægrotam, hoc mō auspicatur: [f] ‖ Mu » 7
lier anginosa circa Bitonis. progressus aūt, inquit, ‖ Spiritus sublimis. quod ipsum etiam in pro- »
gressu sermonis exponemus. Nūc vero quod ꝓpositū est absoluamus. In octauo vero deinceps 8
Ibid.t.5. 137.c ægroto scriptum est: ‖ Ilij distētio submollis ex vtrisq;. In nono vero, ‖ Dolores circa ilia. Verū » 9
Ibid.t.6.138.h hęc sanè muliercula non desipuit. ‖ Quę vero sequuntur duæ mulierculę, ex corruptione fœtuū 10 11
Ibidē.t.7.& 8. 139.b.e male habuisse ait. Affectiones vero quas recēset de ipsis, vt vniuersim pronunciemus, vterorum
inflammationes sunt: particulatim vero quæ ad eiusmodi affectiones etiam alias consequuntur.
Ibid.t.9.140.b Postremam vero quæ adhuc restat, ‖ cor doluisse ait, non apponens vocem, anxia. Quin & fri- G 12
gidum sudasse, & per omnem morbum horridam fuisse, ac magnopere perfrigeratam, vt vix re-
calfieri potuerit, aut penitus non recalfacta sit. Quare manifestum est etiam hanc omnino secun-
dum vtrasq; affectiones, tum doloris, tum perfrigerationis, breuispirā fuisse: non tamen dignatus
est in hac Hippocrates difficilis spirationis mentionem facere, vt quæ valde esset manifesta.

Ordo Aegrorum tertij libri Epidem. post Pestilentem constitutionem.

COnsequenter autem sequitur pestilens cōstitutio, postq; rursus, primum quidē ægrum Pa- 1
*Ant. hēt mor bo. riū scribit, in quo circa finē sermonis, vbi quæ in toto corpore cōtinenter permanserint scri
bit, habetur & hoc: [a] ‖ Cū doloribus vigilans. Secūdū vero in Thaso de quo ait: [b] ‖ Tusses aūt cō » 2
A Ibi.c.3 t.72. 147.f tinentes, humidæ, multę. Tertius est ‖ [c] Pythiō, quem iā antea explicauimus. Et quartus [d] ‖ phre- 3 4
B Ibidē.t.73. 148.c niticus. Et quītus [e] ‖ cui repente dextrū femur dolere incepit, & cùm fluxio in partes circa caput 5
C Ibidē.t.74. consēderet, statim quidē delirauit, & statim itē mortuus est, similiter vt is qui in primo morborū
D Ib.t.75.149.c popularium dolore circa magnum pedis digitū oborto, secūda die mortuus est. Quare in his de
E Ibid.t.76. difficili respiratione penitus nihil scripsit ob causas, quas in illo ipso iā antè retulimus. [f] ‖ Sextus 6
F Ibid.t 77.h deinceps neq; desipuit, neq; aliam quandam affectionem spirationem ęgram inducentem habuit.
G Ibidē.t.78.h Septimus autem ęgrotus [g] ‖ virgūcula est, quę ob sanguinis multitudinem sic circa caput infesta H 7
ta est, velut in primo morborum popularium septimus item ex ordine æger, cui sanguis ex nari-
Ibi.t.79.150. b bus profluxit. Quare quę iam de illo diximus, ea etiam huc transferantur. ‖ Octauus porrò ęgro- 8
Ibidem.t.80. d tus Anaxion est, de quo in superioribus egimus. ‖ Nonus aūt tum virguncule, tum illi in primo 9
libro morborū populariū, cui ex naribus sanguis ꝓfluxit, consimilē totius morbi hypothesim ha-
Ibidem.t.81.f buit. Decimus vero qui est in Abderis Nicodemus, ‖ delirauit quidē semel in sexta die, die vigesi 10
ma per sudorem iudicatus, cum visus esset sine febri esse, rursus febrijt, & rursus paululum delira-
uit. Scribit de ipso ēt hæc: Exacerbationes autem & dolores huic ad finē. Verum quinā dolores, »
quęsierit fortassis aliquis: cordis equidem, dolore ipsum statim in principio impetitū fuisse dixit.
Paululum aūt inde progressus, dolores oīum, scripsit. Ob id igitur & deliriū, quod exiguum et per
modicum omnino durans tempus illi factum esse dixit, respirationem non alterauit. Deinceps 11
Ibi. t.82.f porrò consequenter est muliercula quæ ex mœrore in morbum incidit, in qua scribit: ‖ Dolores »
magni, continui. Quin & conuulsiones multæ, ait. Cæterum in aphorismis de conuulsionibus »
4ᵃ.Aph.68.Ex. ord.34.g hoc modo scribit: ‖ In febribus spiritus offendens, malum, conuulsionem enim significat. Itaque »
species difficilis respirationis huic mulierculæ, partim iuxta dolores, partim iuxta conuulsiones
fiebant.

A fiebant. Ob id igi͡t quamuis delira esset, tamen magnum ac rarum spiritum non habebat, vt qui ab
12 alijs duabus fortioribus affectionibus superatus esset. Postea vero virgo in Larissa sequitur, quæ duodecima post pestilentem constitutionem ab Hippocrate est conscripta, & ob sanguinis multitudinem ægrotauit, & per fluxum sanguinis ex naribus iudicata est, itemq; per sudores, & fluxum menstruorum tunc primum conspectorum: quæ ipsa etiam nullam vllius alicuius difficilis respirationis structuram habuit. 3. Epid. cō. 3. t. 83. 3ᵃ. 150. h
13 « At vero Appollonio in Abderis, qui inde sequitur, Ilij dextri, inquit, eleuatio cum dolore. Quin & quod semper fuerit magnis visceribus præditus, & quod dolor circa ilium ipsi extiterit familiaris, hoc ipsum sane in principio narrationis scriptū est. Nihil igi͡t miri est ipsum quamuis delirauerit, non tamen respirationis speciem delirio propriam habuisse, cum videlicet ita affectionem dolorosam magnam in ilio possideret. Ibidem. t. 84. 151. b
14 Deinceps ab hoc sequi͡t mulier, « quæ in Cyzico gemellas puellas peperit, de qua sic scripsit: Capitis & colli grauitas cum dolore. quare etiam spirandi difficultas secundum hanc ipsam affuit. Ibidem. t. 85. c
15 16 Restant post hāc duo adhuc ægroti in tertio morborum popularium libro, vxor videlicet Dealcis, & adolescens in Meliboea, qui ambo & delirauerunt, & magnum ac rarum spiritum habuerunt: de quibus in superioribus sufficiēter diximus. Ibidem. t. 86. d Et t. 87. g
Cæterum cum hic liber iam ad iustam magnitudinem peruenerit, de reliquis om
B nibus, quæ de difficili spiratione a sene tradita sunt, in sequenti libro videbimus.

GAL. DE DIFFICVLTATE RESPIRATIONIS LIBER TERTIVS

Iano Cornario medico interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ Cæteris libris Epidemicis qui Hippocrati ascripti sunt, continentur, ijs quæ primo lib. de Diff. resp. ostensa sunt, astipulari.

Quid Superioribus libris Actum sit, Quid hoc agendum, ac de Authoribus librorum Epidemicorum. CAP. I.

C

Niuerso de difficultate spirandi sermone in duplicem doctrinæ modū a nobis diuiso, in primo equidem libro, quæ medicum de ipsa cognoscere oportet vna cum proprijs demonstrationibus ostendimus: In secūdo vero qui hunc præcedit, & hoc ipso tertio, omniū quæ ab Hippocrate de spirandi difficultate dicta sunt in omnibus ipsius scriptis, expositionem facimus. Quare qui ipsorum tm̄ artis operū studiosi sunt, nihilq; de veterum dictis curiosius inuestigandum (velut ipsi aiunt) censent, omnia quæ cupiūt ex primo libro, sufficienter habebūt: Qui vero ēt Hippocratis sn̄iam de his discere expetūt simulq; possunt, ex his sane libris eam colligent ac assequen͡t. Appetere itaq; cognoscere ea quę ab optimis dicta sunt, commune est omniū natura honestatis studiosorum. Verum posse ēt ipsa discere, longiore tēpore indiget, neq; similiter omnibus expositum existit: pleriq; enim præ multitudine negociorum, ocio ad optima prosequenda priuantur. Hęc sane cum nos non lateant, ea q̄ maxime ad artis opera pertinent, in primo horum commentariorum explicauimus: verū Hippocratis sn̄iam per reliquos duos libros exponimus, quorum alter secundus est, alter tertium locum
D occupauit ordinis a principio constituti. Et oportet sane eum qui ea quæ in hoc ipso dicun͡t assequi velit, prius diligenter secundum librum versasse, in quo primum totam mētem ipsius Hippocratis ostēdimus, quod nihil vulgare, neq; eorū q̄ vulgus medicorū nouit, scribere digne͡t: Deinde vero & particulatim oēs ex primo & tertio morborum populariū ægrotos recensuimus, demonstrātes quod in multis, quamuis difficulter spirare necesse erat ipsos ægros, tn̄ non adscripsit, quemadmodum neque alia multa quæ ad ea quæ scripta sunt, necessario consequuntur. Quæ enim quispiā ab ijs, quæ Hippocrates, inquam, dixit incitatus, citra hoc quod ab ipso eadiscat, inuenire pōt, hæc non putauit scribere oportere. In multis vero ēt ipsam difficilis respirationis speciem ipsis narrationibus de ægrotis adscribit, quando aut non necessario sequitur ægrotos, aut non promptum erat cognosci ab ijs qui ipsius scripta legunt. His igitur scopis etiam nunc adhærentes & intenti, postquam primum & tertium morborum popularium in superioribus exposuimus, rursus a secundo initiū faciemus, ipsiq; etiam reliqua Hippocratis scripta connectemus. Quemadmodum autem primus & tertius non solum ab Hippocrate compositi esse videntur ijs qui optime de his sentiunt ac iudicant, sed etiam ob speculationis familiaritatem mutuo inter se connexi, eodem modo, opinor, habent ea quæ in secundo & quarto ac sexto habentur. In confesso est enim iam, etiam hos Thessalum Hippocratis filium composuisse, vt qui in parentis tabulis aut chartis siue pellibus & mem

branis quibusdam commentarios reperit,ipseq; etiam aliqua,eaq; non pauca, de suo addiderit. E
At vero quintum & septimum morborum popularium,non videtur mihi quispiã genuina Hippocratis doctrina dignos censere,& vt ego sentio,neque quartum, quamuis quidam etiam hunc à Thessalo compositum esse putent. Cæterùm prænotionũ liber,& aphorismi, & liber de aquis locisq; ac aere,ampliusq; liber de victu in morbis acutis,quem aliqui ad Cnidias sententias inscribunt,non præter rationem Hippocratis scripta esse creditum est. Horum igitur vbi vsus postularit,mentionem faciemus: itemq; aliorum,qui partim ipsi Hippocrati,partim Euryphõti & Thessalo ac Polybo,vt autoribus deferuntur.

Coniugationes Difficilium Respirationum ex secundo & sexto lib. de Vulg. morbis. CAP. 2.

2.Epid.sect.3ª. ORdiamur itaq; iam expositionem à dictione in secundo morborum populariũ scripta, quæ hoc modo habet: || Spiritus paruus densus,magnus rarus,paruus rarus, extra magnus intra paruus,alius quidem extendens,alius vero vrgens,dupla intra reuocatio velut superinspirãtibus, calidus,frigidus. Eadem vero dictio in sexto libro perfectius scripta est. Supra tres enim coniugationes ipsius difficilis spirationis,quarta item adiecta est,quæ manifeste in secundo morborum popularium desideratur,non ipsius autoris, vt mihi videtur, culpa, cùm perspicuum sit ipsum non ex experimento quopiam & memoria,multitudinem spirationum difficilium coaceruasse, sed ex F rationali diuisione. Nequaquam igitur relicturus erat aliquam difficilis spirationis speciem, verùm in hoc quispiam ex veteribus descriptoribus librorũ peccauit,atq; ita postea habens liber inuulgatus est, seruatusq; est hic error vsq; huc merito sane, cùm aliqui negligenter plane veterum libros versent,vt neq; an deficiat quippiam,neq; an in alio libro dictum sit sciãt: quidã vero etiã si sciant,tamen quod deest apponere non audent. Neque enim similiter nostri æui hominibus priores faciles erant neq; prompti ad adscribẽdum veterem dictionem,quæ eodem modo in omnibus exemplaribus scripta esset: sed significationem solùm facere contenti erant,q; hîc quidẽ defectuose,in sexto vero morborum popularium perfectè, diuisio difficilium respirationum scripta esset, tum quæ secundum magnitudinem ac paruitatem fit,tum quæ iuxta raritatem ac densitatem. Has enim duas oppositiones,eam videlicet quæ iuxta magnitudinem ac paruitatem fit,& eam q̃ iuxta raritatem & densitatem, Hippocrates manifeste inter sese complicat,& cõiugationes difficilis spirationis quatuor facit: vnam in qua minor simulq; densior q̃ naturalis,respiratio fit: alteram,cùm maior & rarior: & præter has aliam tertiam,in qua minor & rarior: & supra has quartam, quam in secundo morborum popularium desiderari & relictam esse diximus,in qua maior simulq; densior fit. Ostensum enim mihi sæpe est, etiam si hoc citra ostensionem omnibus manifestum sit, G quòd duæ oppositiones inter sese complicatæ,quatuor coniugationes faciant. Cæterùm dictio Hippocratis in sexto morborum popularium,non solum in hoc differt ab ea quæ in secundo habetur, sed & in eo quòd in sequentibus, quando inspirationis magnitudinem confert cum magnitudine expirationis,altera coniugatio penitus relicta est in secundo libro, indicante & hîc ipso librorum descriptore extremam secordiam,aut sedulitatem. Si enim integras dictiones trãsgressus est, extreme secors erat: Si vero similes inter se,nescius quatenus differunt,vnum & idẽ vtrasq; significare putauit, deinde alteram sustulit, ad summam vtique sedulitatem progressus est, correctorem scriptorum Hippocratis, non ministrum,se ipsum ostendens. Hoc equidem vtile est circa plerasque obscuras dictiones meminisse,in quibus aut relictum quid esse credibile est,aut adscriptum. Nihil enim vetat iuxta illas,aut quod deest apponendo, aut quod delictum est corrigendo, perfectum ac verum reddere & absoluere sermonem. Quemadmodum enim transcribere ac mutare veteres dictiones temerarium est: sic velut scriptum est conseruare, & paucis quibusdam appositis aut immutatis dubitationes dissoluere, bonorum expositorum opus est. Verum de his opinor me paulo post per ipsa opera monstraturum esse quæ facere oporteat: non enim simpliciter,neque prout contigit,hoc ipsum faciendum est,sed cum ostensione veritatis rerum,ampliusq; H ostendendo prius ipsam senis sententiam sic habere,& vtrasque consentire, dictionis transmutatione conuenienti facta.

Explicatio Sententiæ Hip. lib. 6. sectione. 2. de Vulg. morb. de Coniugationibus Difficilium Respirationum. CAP. 3.

CÆterũ ad propositum iam progressi,& perfectiori dictione apposita,quæ in sexto morborũ popularium habeatur,videamus qualis nam sententia ipsa sit. Quòd enim ex rationali diuisione inuenire conetur oẽs difficilis spirationis differẽtias, hoc ipsum ẽt ijs qui libros ipsius exposuerunt vr̃,& coniectare omnibus facile esse opinor: An vero recte diuidat, & an nulla relicta sit difficilis spirationis species,hoc non ẽt oĩbus inuenire facile est,sed qui de his iudicaturus est, eum & diuidendi methodi expertum esse oportet,& circa Hippocratis dogmata non inexercitatũ. Et methodus sane ad id quod diuidit respicere oportere erit, qualis naturæ existat. Si.n.simplex fuerit,ea quæ iuxta substantiæ ipsius rõnem sunt,quot sunt,& quę,ac qualia,considerare oportet,atq; ex his diuidere: Si vero compositũ,vtranq; aut singulas partes diuidere,vt dictũ est, oportet,totũ vero ex modo compositionis. Verum quæ est Hippocratis sentẽtia de compositione, nobis alibi fusissime dictũ est: relatum est ẽt in superioribus. Quare nihil vetat ad hos scopos intentione ac re

spectu

A spectu habito, ipsam morborum popularium dictionem tueri, quæ sic habet: Spiritus parui densi, magni rari, parui rari, magni densi: extra magnus intra paruus, intra magnus extra paruus: alius extendens, alius vrgens: dupla intra reuocatio velut superinspirantibus: calidus, frigidus. Quod igitur non quarta solum coniugatio circa densum & magnum consistens, in secundo morborum popularium relicta est, sed & ex sequentibus duabus in quibus expirationem cũ inspiratione confert, altera scripta quidem est in præsenti iam proposito sermone, relicta est autem in secundo morborum popularium, palàm videre est: Neque enim in illo libro scriptum est, Intra magnus, extra paruus: sed altera sola difficilis spirationis species ostenditur, in qua magnus spiritus expiratur, paruus vero inspiratur. In multis igitur codicibus reperire licet hunc defectum adscriptum, verùm in plurimis & fide dignissimis exemplaribus relictus est: Atque hoc sane nihil ad præsens refert: propositum est enim nobis perfectiorem locutionem considerare, eam videlicet quæ nunc est adscripta. Quòd itaque ex spiritus intra & extra meatu, totius respirationis actio composita est: & quòd altera eius pars inspiratio, altera expiratio appellatur: dictum quidem est in primo libro statim in principio, verùm etiam si à nobis dictum non esset, nemo fere ignorat. Quod vero nullius alterius rei quàm motus propria sint velocitas & tarditas, dictum quidem & hoc iam B est, sed etiam nunc in memoriam reuocetur. Magnitudo quidem & paruitas velut non sunt motui propria, sic omnino inseparabilia sunt ab eo quod per spatium aliquod aut distãtiam localem fertur. Et ob id iuxta vtranque respirationis partem, duæ differentes oppositiones fient, altera iuxta velocitatem ac tarditatem, altera iuxta magnitudinem & paruitatem. Quòd vero totius respirationis adhuc alia oppositio sit iuxta densitatem ac raritatem consistens, id ipsum etiam antea relatum est: & ꝙ hæc oppositio non sit respirationis veluti motus, sed vt compositæ rei ex distantijs conflatæ. Quare in his tribus generibus omnes respirationis differentias esse necesse est: In velocitate quidem & tarditate, propterea quòd hæc propria & ab omni motu inseparabilia sunt: In magnitudine vero & paruitate, propterea quòd motus organorum respirationis per distantiam fit: Densitas autem & raritas tertium ex prædictis genus, neutrius propriarum ac primarum respirationis partium proprium, aut inseparabile est: verùm totius respirationis pars fit per accidẽs quoddam: quandoquidem composita res est, ex duobus contrarijs motibus quiete distinctis constans. Hæ igitur sunt primæ differentiæ totius respirationis. Cæterùm cùm respiratio res sit quæ & facere aliquid, & pati possit, aliud vtiq; fuerit differentiarum genus in ipsa, vtráq; videlicet parte æqualiter aut inæqualiter perfecta: At vero & rursus aliud, ipsius totius vt compositæ, partibus C inter se mutuo collatis. Hæc cùm ita habeat, sciendum primas quatuor difficilis respirationis differentias in proposita Hippocratis dictione scriptas, totius respirationis esse. Neutrius enim partis est densitas & raritas, si sane meminimus eorum quæ statim à principio primi libri dicta sunt. Sic vero etiam sequentes duas, nam & in his duæ totius respirationis partes conferuntur, & ob id sic scriptum est: Extra magnus intra paruus, intra magnus extra paruus, videlicet spiritus. Sequẽtes autem deinceps duas differentias in quibus dicitur, Alius extendens, alius vrgens. alterius partis ipsius respirationis proprias esse putandum est, quem sane iuxta substantiam esse vel maxime ipsius respirationis diximus. Extendens enim tardus est, vrgens aũt velox: tarditas autem & velocitas ab omni motu inseparabilia sunt. Quod vero deinceps habet: Dupla intra reuocatio velut superinspirantibus, inæqualem inspirationem ostendit. Inquirenda est aũt eadem oppositio in expiratione, quam ego relictam esse credo à transcribentibus magis, ꝗ ab ipso Hippocrate: quãdoquidem in alijs scriptis ẽt eiusmodi speciei difficilis spirationis mentionem facere apparet, vt in sequentibus palàm ostendam. Quòd si cui ab ipso Hippocrate relicta esse videt, hic peiora pro melioribus eligit. Equidem penitus nullam inæqualitatis mentionem fecisse iuxta neutram respirationis partem, sed penitus oblitum esse ac reliquisse, minime conueniebat Hippocraticæ diligen- D tiæ. Verùm ego sane etiam si id quod nunc de inspiratione scriptum est, in totum scriptũ non esset, describentis magis peccatum esse ꝗ ipsius Hippocratis, dicere audeam. Rationem aũt vtiq; aliquam sic haberent hi quibus ad peiora animus inclinat. At verò cum & inspirationis speciẽ adeo manifeste indicauerit, vt non solum dixerit, duplam intra fieri spiritus reuocationem, sed & velut superinspirantibus apposuerit, quõ tandem aliquis adhuc suspicari queat ipsum expirationis esse oblitũ? De his igiẽ ẽt rursus agemus. Deinceps aũt alia adhuc difficilis respirationis specierũ oppositio apposita est in fine totius sermonis sic habens: Calidus, frigidus. vt videlicet & hic subaudiamus/spiritus/vocẽ. Quemadmodum.n. magnus & paruus, & densus ac rarus, sic ẽt calidus & frigidus spiritus expirat. Quanquam & hic decepti quidam, propterea ꝙ ipsi non intelligant, corrigunt, & dictionem immutare audent, non/calidus, & frigidus/velut nunc dictũ est, scribẽtes, sed ipsa cum prædicto connectentes, atque hoc modo legentes/velut superinspirantibus calidũ frigidum. Hi quidem igiẽ supra hoc ꝙ ipsam dictionem nullam sententiam referentem efficiunt, ẽt palàm produnt, ꝙ neq; senis libros legerunt: omnino.n. meminissent eorum quæ in alijs locis ab ipso sunt scripta de calida & frigida expiratione: quæ quã nã rõne aut in illis ab ipso scripta sunt, aut hîc relicta, non habent quod dicant. Si.n. non putauit ex difficilium spirationum genere esse calidam & frigidam expirationẽ, non rite in alijs locis ipsarum veluti difficiliũ respirationum meminit:

Margin notes: 6 Epid. … 10. 5. 161. d — Ibidem. — Ibidem. — Ibidem.

minit: si vero in illis rite ipsarum commeminit, nunc sane non recte ipsas reliquit. Verum hæc E nonita habent. Nam & hic recte in difficilium respirationum diuisione continentur. Quid vero indicent, in alijs locis recte ab ipso dictum est.

Proponuntur Quæstiones quæ ex libro Prænotionum Hip. de Difficili Respiratione oriuntur. CAP. 4.

RElictis igitur iam his qui sic ab Hippocratis mente aberrant, & omnia magis quam sententiam ipsius intelligunt, ipsi per nos ipsos inspiciamus, quid nam in prænotionum libro de difficili respiratione in hunc modum scribat: || Spiritus densus existens, dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. Magnus autem & per multum tempus, desipientiam ostendit. Frigidus vero ex naribus & ore prodiens, valde iam perniciosus est. Apparet enim in hoc libro, harum trium tantum difficilium spirationum ipsum mentionem fecisse. Atqui si tot solum sunt, quid tandem multo plures ipse in popularium morborum libris scripsit? Si vero adeo multæ sunt, cur paucissimarum in prænotionum libro mentionem fecit? An numerum quidem ipsarum nosse, commodum existimauit, quid vero singulæ indicent, non vtile esse putauit? Aut hæ solæ indicant, reliquæ vero nihil: sed possibile est quandoque præter naturam respirare, nullam vero affectionem in animali præter naturam esse? Aut in tantum hoc verum esse oportet, vt penitus F necessarium sit ipsam affectionem in animali præter naturam fieri difficilis respirationis causam? Si quidem igitur causæ rationem habet affectio ad difficilem respirationem, fuerit vtique hoc modo, & tempore, & ordine, & facultate prior. Quomodo igitur Hippocrates in prænotionum libro, tantum difficilium respirationum numerum relinquere videtur? Equidem ea gratia volebam ipsos expositores inter se conferre, & quærere, ac soluere, verum eius rei faciendæ nulla est facultas: etenim expositorum cur quis tandem mentionem faciat? Eorum vero qui ante nos vixerunt, & quorum commentaria ad nostram ætatem seruantur, multas & longas nugas conscriptas inuenire est: quæ vero sic alicuius momenti sunt, penitus ab ipsis relicta sunt. Verum nos sane inquirimus ipsa, etiamsi nullam viam habeamus ad inueniendum ab illis præmonstratam. Dictum quidem a nobis est, & in ijs quæ de optima secta sunt, & in curandi methodi scriptis, quomodo talia omnia inquirere & inuenire oporteat. Immo & in primo horum commentariorum duplicem viam ostendi ad eiusmodi inuenienda, alteram ex differentijs difficilis spirationis procedentem, alteram ex affectionibus in organis respirationis, quam etiam faciliorem & manifestiorem esse dicebam. Et quisquis illa scripta diligenter versauit, haud indigebit multis rationibus ad præsentium solutionem. Si vero negligenter illa tractauit, aut alias ad discendum hebes est: Qui quidem negligen G ter tractauit, rursus ipsa relegens, identidem eadem repetat: Qui vero hebes ad discendum est, aliud quid agat, ac sciat quod paruæ naturæ magni viri sententiam adsequi impossibile est, qualis sane ipse Hippocrates erat. Quæ igitur nemo priorum aut proposuit, aut dubia putauit, aut quæsiuit, aut inuenit, ego & proponam, & dubia faciam, & quomodo quærere oporteat dicam, & dijs volentibus inuenturum me spero. At vero ipsum problema etiam paulo ante a me relatum est. Cur nam tot difficilium respirationum species Hippocrates in prænotionum libro reliquit. Dubitatio vero nunc dicetur, vbi quæ in primo sermone scripta sunt, prius in memoriam reuocauero.

Omnes enim difficilium respirationum differentias, in illis sermonibus, in quinque ex toto tum affectionum tum difficilium respirationum genera reduxi. Quare adhuc magis dubium constituitur problema, spe etiam quæ sola restabat sublata. In eiusmodi enim omnibus, in quibus cuiuscunque tandem rei differentiæ plures quidem ab altero quopiam, siue viro, siue scripto: pauciores vero rursus ab aliquo altero dicuntur: vna sola superest consensus spes, si quis monstrare queat alterum in primis diuisionis partibus rem ipsam extendisse, alterum vero contraxisse. Hac igitur spe nobis sublata (monstratum est enim in primo libro neque affectionum, neque difficilium respirationum genera, in minorem numerum reduci posse.) quæ amplius ars soluendi ea quæ nunc quæran- H tur inueniri possit? Cum ob alia enim, tum ob id quod quædam prima genera relicta sunt, amplius que diuulsa, & male distinctim mutuo opposita, ac obscure enarrata in prænotionum libro, reprehendere quis merito possit, quamuis si quis alius Hippocratis liber, is ipse perspicuus existat. Atqui obscurum simulque indeterminatum est quod statim in principio dictionis dictum est: || Spiritus densus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. Si enim non duplex esset spiritus densus, alter quidem cum magnitudine, alter vero cum paruitate: aut si non ex diuersa affectione vterque ipsorum generaret: recte vtique Hippocrates aut indiuisum ipsum reliquisset, aut differentiam eius quod per vtrunque significatur non indicasset. Quando vero ipse manifeste in morborum popularium libris, alterum densum simulque paruum, alterum densum & magnum statuit: & nos monstrauimus hos ex prima ipsorum differentia esse: male vtique indiuiso relicto denso, simpliciter sic dicere contentus fuit: || Spiritus densus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. atque hoc sane vnum dubium existit. Consequenter vero tertiæ differentiæ mentionem faciens sic: Magnus autem & per multum tempus delirium significat. Et hanc solam ex primis differentijs manifeste prolocutus, appositæ ipsi spirandi difficultatis, quæ rarum & paruum spiritum ostendit, nullam omnino mentionem fecit:

In Prog cõ 1. t. 24.4°.194.h

Ibidem.

Ibidem.

A fecit: quãquam sane velut densus spiritus duplex erat, magnitudine & paruitate distinctus, sic etiã rarus necessario duplex est, magnitudine ac paruitate distinctus. Verum alterius illius in prænotionibus meminit, vbi ait: Magnus autem & per multum tempus, delirium significat. alterum vero rarum simul & paruum relictum esse apparet. Quare ex quatuor coniugationibus, quas in morbis popularibus scripsit, primæ duæ indiscriminatim & obscure ac confuse dictæ sunt: Sola vero tertia, vt diximus, tum ipsa, tum quod per eam significatur, ambo manifeste scripta sunt. Cæterũ non in his solum obscurus & indistinctus, & qui plura relinquat, sermo esse videri potest, sed & ex eis, quæ deinceps inferens ait: Frigidus vero ex naribus & ore prodiens, valde perniciosus est. Cur enim tandem, si differentias iuxta calidum & frigidum recensere statuerat, frigidæ tantũ mentionem fecit? Et amplius, Cur nam aliarum duarum, tum eius quam indiscriminatim spiritũ densum nominat, tum quam distincte rarum & magnum, affectiones ipsas solas adscripsit, nõ tamen in quid finiant significauit, dolorem quidem & inflammationem à densa, delirium autem à rara & magna spirationis difficultate indicari dicens: In differentia vero iuxta frigidum, in quid desinat dicit, inquit enim perniciosum valde esse huiusmodi spiritum: affectionem vero ob quam ita difficulter spirant obscuriorem existentem, non etiam dicit? cum tamen præstaret in omnibus B difficilibus respirationibus, tum ipsas affectiones dicere, quæcunque tandem hæ sint, tum alterationis ipsarum modum adscribere, mansuetas à malignis distinguendo. Non igitur ita fecit, verum in prioribus spirandi difficultatibus affectiones, in vltima alterationis modum solum ostendit. Et quod crimen omnium minime effugere potest, quod videlicet nihil penitus de inæquali spirationis difficultate dixit, id ipsum sane etiam iam sermoni apponatur. Extendens enim & vrgens spiritus, & extra magnus intra paruus, & intra magnus extra paruus, neque ipsi quidem in prænotionum libro relati sunt: Verum ex his quæ nos in primo libro explicauimus, in quatuor difficilium spirationum coniugationibus comprehensi reperiuntur. At vero quintam inæqualem, cuius dimidiam partem in morbis popularibus scripsit, duplam intra (inquiẽs) reuocationem, in prænotionum vero libro penitus reliquit, sub nulla quatuor cõiugationũ iuxta vllum aliquem modum comprehẽsam inuenire licet. Atq; tot quidem ac tales sunt dubitationes. 2. Epid. sect. 3. & 6. Epid. sect. 2. t. 10. 3. 162. a

Qua Via ac ratione Propositæ Quæstiones explicari queant. CAP. 5.

OPortet aũt hinc nos non similiter, vt multi faciunt, qui Hippocrati contradicunt, dubitationes quidem facile reperire, in solutionibus vero ipsarum hærere: verum primum quidem C viam quandam facultatis inuenire, deinceps vero per demonstrationem, ea quæ per ipsam viam inuenta sunt confirmare. Quæ est igitur via facultatis? oportet enim inde initium sumere. Vna quidem communis illa omnibus veteribus, familiaris breuiloquentia: Altera vero peculiaris illa Hippocratis animi altitudo. Monstratum enim nobis est quam grauis sit sæpenumero hic vir, vt qui ea quæ alijs medicis nota sunt prætereat, velut quæ à nemine eorum qui artem ingenue exercent ignorari queant: quæ vero talibus ignota sunt, omnia diligenter simulq; perspicue exponat. Si vero hic ipsi mos est, quod mirum est ambiguam ac obscuram apud plerosque differentiam difficilis respirationis, eam videlicet quæ fit iuxta magnitudinem & raritatem, tũ per alia scripta demonstrare conatum esse, vt quæ desipientiæ propria sit, tum in prænotionum libro manifestaria doctrina dignam censuisse: verum differentias densitatis, vt quæ medicis ignotæ esse non queat, vna summa comprehensas breuibus indicasse? In pleuritide.n. & peripneumonijs, anginisq;. & orthopnœis, densus & paruus fit spiritus: Et si pleuritis non sit, solus autem dolor circa costas extet, densus & paruus fit spiritus: Quemadmodum etiam si circa os ventris, aut stomachum, aut splenis caput, aut hepatis gibbam partem. Nam & in his locis si quis sit dolor, necessarium est paruum & densum fieri spiritum, & multo magis si sit circa septum transuersum, & partem eius quæ D coniungitur & cohæret peritonæo, itemq; musculos illic circũsitos. Atqui etiam si non istic solũ, sed longe inferius peritonæũ fuerit affectũ, & offensam ipsius percipiat septum transuersum, itidẽ paruum ac densum spiritum efficit. Quin & ventris ipsius maiores affectiones, quæ cum dolore fiunt & tumore: splenis item ac hepatis infernæ partes: non minus densum ac paruum efficiũt spiritum. Et in vniuersum, siue tumor quis sit premens ac coarctans quodcunque tandem respiratorium organum: siue dolor circa quamcunq; partem, sic appropinquãtem respiratorijs organis, vt ipsis motis simul moueat: densus ac paruus erit spiritus. Reliquas porro horũ causas in primo libro recensuimus. Quemadmodum sane & q̄ caliditate multa in respiratorijs organis coaceruata, densus & magnus spiritus fiet: id quod ferme omni die, in omnibus exurẽtibus febribus apparet, vt neminẽ latere possit. Etenim q̄ inflamationẽ præter naturã phlogosin Græcis dictã, non Hippocrates solũ, sed omnes fere alij qui ante Erasistratum fuerunt, phlegmonẽ nominarint, non à nobis tm̃, sed ab omnibus Hippocratis expositoribus ẽ ostẽsum. His itaq; sic stãtibus, nihil amplius mirum est, prædictas ambas differentias Hippocratem vna summa ostẽdere, vbi ait: Spiritus dẽsus existens dolorem aut inflammationem significat in locis super septum transuersum. tanquam sane nos intelligere possimus, q̄ cum paruitate dolorem significet, cum magnitudine vero inflammationẽ. Apponit autẽ rationabiliter/in locis super septũ transuersum siue respiratorijs/ tanq̃ im in Progn. [illegible]

medicæ

modicæ caliditatis partium infra ſeptum tranſuerſum, reſpirationem in magnitudinem ac denſita E tem eleuare non queant.

Ex aliquot locis Hip. monſtratur ipſum declaraſſe Spiritus Denſi Coniugationes. CAP. 6.

ATque via quidem inuentionis quæſitorum circa primas differentias hæc eſt. Verùm demõſtrationem ẽt quandam ad ſermonem apponere neceſſarium eſt. Nunc.n.ꝙ non impoſſibile eſt, hanc ſententiam Hippocratem vſurpaſſe, oſtenſum eſt. Monſtrabitur autem conſequenter ꝙ penitus hoc modo habet. Cur.n.tandem in vtriſq; morborũ popularium libris ſecũdo ac ſexto, has duas ſpirandi difficultatis differentias primas omnium diſtinguere reperit? priorem quidem paruum & denſum ſpiritum, alteram vero denſum & magnum: in propoſito autem prænotionum libro ipſas ignorare videtur, ſupra hoc ꝙ poſtea ſtatim ſcribat rarum & magnum? Rarũ igitur & magnum ſpiritum nouit, denſum vero & paruum ignorat? Et ſanè etiam ſi quiſquã eorum quibus animus in peiorem partem inclinat, dicere queat, ꝙ quínam ſit denſus ac paruus ſpiritus, cognoſcere quidem Hippocrates potuerit: quæ vero ſit affectio, quæ ipſum efficiat, nõ potuerit cognoſcere: at certe cum dicat, Denſus ſpiritus dolorem ſignificat, aut inflammationem in locis ſuper ſeptum tranſuerſum. palàm fit ꝙ & affectiones ſcribat, & neutram relinquat. Immo & eundem ordinem oſtẽdit, quem ẽt in duobus morborum popularium libris fecit. Perſpicuũ itaq; F eſt ꝙ denſo & paruo dolorem, denſo vero & magno inflammationem coniungat. Neq; enim dicere licet, ꝙ in popularium quidem morborum libris duobus, parui & denſi, & magni ac denſi ſpiritus, mentionem fecit, in alijs vero nuſquam: Nam & in illis ipſis ſępe, & in libro de diæta ſeu victu in morbis acutis, quem etiam de ptiſana inſcribunt, ſtatim in principio libri, non tantum huiuſmodi difficilis ſpirationis ſpeciem palàm nominat, ſed & ipſam affectionem in qua fit, & modum ipſius iuxta quem lædere ſolet. Atqui nullus eorum qui ex contentionis ſtudio multos Hippocratis libros velut non genuinos reſcindunt, hunc librum detruncare ac Hippocrati auferre auſus eſt. Equidem quæ in fine ſunt poſt balnei vſum, pleriq; tollunt: quæ vero euſq; habentur, omnes cõſeruant. Si igitur nõ ſolum in hoc libro monſtrabimus, ſed etiam in alijs ſimiliter inuenitur, ꝙ tũ differentias, tum affectiones denſi ſpiritus cognoſcat, quid adhuc deeſſe videbit̃ ad demonſtrationem? Si vero etiam in ipſo prænotionum libro paulo inferius inueniri poteſt, quòd & differentias non ignoret, & affectiones ipſas ſciat, non'ne credes adhuc amplius id quod propoſitum eſt ſatis eſſe demonſtratum? At vero quòd hæc ita habeant, neq; mentiamur, ex ipſis verbis videre licet. Incipiam aũt à libro de victu in morbis acutis. In hoc libro ſtatim in principio, de morbis circa

de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 1. t. 32. 7ª. 113. f

pulmonem ac thoracem verba faciens, hoc modo ait: ‖Quibuſcunq; enim cibus ſtatim concluſus G » eſt, ſi quis non ſubeuacuatis ſorbitionem præbeat, dolorem præſentem vtiq; exacerbauerit, & non » præſentem ſtatim induxerit, & ſpiritus denſior reddetur. Malus autem hic eſt, reſiccat enim pul » monem: & ilia, ac pectinem, & ſeptum tranſuerſum dolore fatigat. In hoc ſermone primum quidem, quòd propter dolorem denſus fit ſpiritus oſtendit, nobis opinor relinquens meditandum generationis modum, quem in primo horum commentariorum me diſſoluiſſe manifeſte puto. Quemadmodum enim dolentibus cruribus, multum progredi nequimus: eodem modo, vbi quoddam organum ex ijs quæ in reſpirationibus mouentur doluerit, parum reſpirare cogimur, & citius deſiſtere cupimus. Quando enim ſimul cum temporis reſpirationis longitudine extenditur dolor, qui citius cohibet motum reſpiratoriorum organorum, citius dolore liberatur: Verùm quanto citius quàm oportuit cohibetur, tanto ipſum animal defectuoſius inſpiratione participauit. Quemadmodum igit̃ ſi quis pauciores cibos quàm ex vſu ſit accipiat, hic cito aliorum ciborum opus habebit: ſic ſi quis minus quàm ex vſu eſt inſpirauerit, hic citius inſpiratione indigebit, & in hoc ſpiritũ ipſum denſari continget. Quo enim tempore inter actiones medio organa reſpirationis ceſſantia requierunt, eo ipſo nunc requieſcere animal ipſis non permittit: tanquam enim ſingulas reſpirationes defectuoſe reſpirans, ſemper etiam magis propè ad ſuffocatio- H nem accedit. Huius autem ipſius affectionis timore, citius reſpirare vrgetur, & reſpirationis organa citius quàm oportet mouet, non permittens ipſis quieſcere, in quantum quieſcebant, quando ſecundum naturam habebant. Quando igitur Hippocrates ob dolorem, ſpiritum denſiorem fieri dicit, videtur autem per mediam paruitatem denſitas ipſa generari, omnibus ſanè manifeſtum eſt, quòd etiam paruitatem nouit. Quis enim tertium à primo noſſe queat, ſi medium ignoret, & præſertim ſi ipſum tertio generationis cauſa exiſtat? Et ſanè paulùlum progreſſus, ipſis ſuis

Ibidem. t. 38. 114. c

proprijs verbis aperte, paruitatem denſitatis cauſam eſſe tradit, ſic ſcribens: ‖Etenim ipſum ſputum intra retentum prohibet quidem ſpiritum intra ferri, cogit autem cito extra ferri. Hîc alteram » rurſus cauſam docet generationis denſi ſpiritus: appellaui autem ipſam in ſuperioribus ſermonibus reſpiratoriorum organorum coarctationem. Quod igitur in dolore nobis intelligendum

Ibidem.

relinquebat, hoc ipſum hîc ipſe expoſuit. Quid eſt autem hoc ipſum? ‖Multo, inquit, ſputo circa arterias, pulmonis videlicet, contento, & ſpiritus ipſius regionem præoccupante, ſpiritus circa » inſpirationis actionem intra accedere prohibetur. Num igitur aliud quid eſt quàm parua inſpiratio id quod nunc dicitur? Non certe, ſi quidem iuxta copiam ſubſtantiæ quæ inſpiratur, magnitudinem reſpirationis metiri oportet, velut in primo libro eſt demonſtratum: verum ſi ob aliam

quandam

A quandam causam cogi spiritum cito extra ferri † dicit,q̄ ob inspirationis paruitatem. Non est aũt ꝙ hoc dicamus,} cum ipsa dictionis series sic habeat: Etenim ipsum sputum intra retentum prohibet quidem spiritum intra ferri,cogit aũt cito extra ferri. Propterea enim ꝙ latiene spiritus ad interna priuatum est animal,quiescere non permittit,vt quod de suffocatione periclitet, & in hoc densus spiritus generatur. Neque enim conuenit ipsas nominum syllabas audire velle, cum integri sermones perspicue dicantur: neque aliud quiddam esse putare, cito ad expirationem concitari,quàm dense respirare: & aliud quiddam,prohiberi inspirationem sufficienter fieri, q̄; paruam esse respirationem. Verùm hic quidem ipse Hippocrates manifeste exposuit,quomodo in detento sputo densus fit spiritus,per mediam paruitatē: In dolore vero reliquit,vt opinor, propterea ꝙ multis locis ipse dixerit,actiones organorum à dolore impediri,cum possimus nos etiam si ex illo non audiamus,ex manifeste apparentibus inuenire. Supra hoc igitur ꝙ ambo hæc nos manifeste in hoc sermone docet,ꝙ & dolor,& locorum coarctatio,paruam efficientia respirationem, statim ēt densam reddunt: amplius & hoc edocet,ꝙ non hæ solùm sunt densi spiritus causæ. Primum quidem in eo quod dicit, Dictum est aũt sic in dolore. hoc ipsum manifestum facit, ꝙ ob aliã causam spiritus iam densus existat,densiorem fieri dicēs ob dolorem,tanq̄; vt opinor & hic nos ratiocina-

B ri possimus,febrilem caliditatem ipsum omnino densum efficere. Secundo aũt in eo quod dicit, quòd à denso & multo spiritu,velut iam dictum est,sputum crudo modo viscosum redditũ, ascensum & exitum fieri prohibet: Densi enim spiritus dolor causa est: multi autem nō hic,sed calor febrilis. Cæterùm hic valde sapienter,non magni spiritus dixit,sed multi. Magnus enim quantitate circa singulas respirationes iudicatur: Multum vero possibile est aliq̄n ex multis paruis coaceruari. Et apparet sanè hoc manifeste fieri in pleuriticis,qui magnum quidem spiritũ semel ducere ob dolorem non possunt,quamuis pluri aere ob febrem opus habeant: ob continuitatem vero actionis,æqualem multitudinem spiritus magnis respirationibus coaceruant: Quòd enim paucæ magnæ,hoc multæ paruæ possunt. Eodem modo & in peripneumonicis multo quidem spiritu opus est,verum ob locorum coarctationem parum inspiratur. Etiam hîc igitur densitas multas paruas respirationes efficiens,ad æqualitatem cum paucis & magnis redigit.

Nomina ipsa Difficilium Respirationum, & Magni & Densi Spiritus Coniugationes, aliquot librorum Hippocratis locis explicari. CAP. 6.

NVm igitur indigebimus adhuc inquisitione syllabarum ipsorum nominũ,in hoc libro conscriptarũ sic consequenter de parua & magna respiratione, non contenti rebus ipsis adeo

C manifeste ostensis? Atqui hoc non erat quæsitum,an Hippocrates paruæ ac magnæ respirationis nomen noscat: reperit.n.tum in morborum populariũ libris scriptũ,tum rursus in p̄notionum li-
« bro,vbi inquit: ‖ Magnus spiritus & per multũ tps desipiētiã significat. verũ an duplicem nouerit — in Prog.cō.1.t.
« densum spiritum,& alterũ ipsorũ à dolore fieri dicat,alterũ à caliditate multa in respiratorijs orga- — 24.4ª.194.h
nis coaceruata. Quando igitur hęc monstrata sunt,superuacaneum est adhuc audire desiderare nominũ syllabas. Quandoquidem & secundũ hunc ipsum , quē in prænotionibus dixit sermonē de desipientia,cuipiam dicere licet,non rarũ & magnũ dictum esse spiritũ qui ipsam desipientiam indicet,& dictionem proferre hoc modo habentem: Spiritus magnus & per multũ tps desipientiã significat. tanq̄ sanè non idem sit,aut rarũ dicere,aut per multũ tps,aut ꝙ nos nunc nomina venemur,& non res ipsas quæramus. Cæterùm q̄n sanè quidam in tm̄ ad rem adsequendã rudes sunt, vt ēt ipsa nomina audire velint,reuocabimus ēt ipsis in memoriam duas quasdam dictiones,ex ip
« so de victu in morbis acutis libro sic habentes:[a] ‖ Spiritus offendens in sursum latione densus aut — A de Vict. rat.
magnus. Hîc quidem habes,si quidem desideras, nomen ipsum magnus: rursus aũt ēt paruus,vbi — in mor.acu.cō.
« ait:[b] ‖ Et spiritus paruus,& reuulsio spiritus densa ac violenta accedit. Rursum aũt in ipso præno — 2.t.44.7ª.121.E
tionum libro,[c] ‖ difficulter ferre morbum inquit,& spiritum magnum ac densum esse. Hunc qui- — B de Vict.rat. in mor.acu.cō.

D dem igitur palàm ipso nomine prolato,magnum & densum scripsit. Paruum vero & densum rur — 4.t.33.34. 7ª.
« sus in sermone de angina,vbi ait:[d] ‖ Plurimumq̄; dolorem exhibēt & orthopnœam, hoc est rectã — 139. b
spirationē. Quòd.n.in orthopnœis paruus & densus fiat spiritus ob coarctationē respirationis or — C in Prog.cō.
ganorũ,haud scio an quisq̄ ignoret. Atqui etiam si talia ab ipso Hippocrate discere velimus, in li- — 2.t.56.4ª.203.g
bro quidē de victu in morbis acutis,in verbis quæ paulo ante adscripsi, docuit nos,q̃o paruus & — D Ibidem.cō.
densus spiritus fiat,iuxta sputorum cohibitionem. In libro vero de articulis statim in principio ser — 3.t.16.209. a
monis de spina dorsi enarrans luxationes in posteriorem partem,in locis supra septum transuersum ex tumoribus aut morbis factas,hoc modo ait (opinor.n.præstabilius esse vt totus sermo ip-
« sius adscribat) ‖ Quibus supra septũ transuersum fuerit in posteriorē partem luxatio, his & costæ — de Artic.cō.3.t
« non volunt in latitudinē augeri,sed in anteriorem partem: & pectus acutum fit,sed nō latũ: ipsiq̄; — 7.7ª.269.c
« difficulter spirantes fiunt, & stertorosi, minorem enim amplitudinem habent vētriculi spiritum — * κερχνώδεες
« suscipientes & emittentes. Nam & coguntꝰ circa magnum ventriculum,collum habere in anterio
« rem partem luxatum,vt ne pronum sit ipsis caput. Coarctationem igitur multam faucibus hoc
« exhibet: cui accedit ꝙ ad internam partem repit: nam & rectis natura difficilem respirationē hoc
« os exhibet,si intro repat donec repressum fuerit. Ob hanc igitur rem huiusmodi homines eminen
« tis gutturis magis apparent quàm sani: Tuberculosiq̄; vt plurimum tales circa pulmonem sunt,
ex

† Calaber. dicat aliquis, q̄ ob paruitatem inspirationis e- [illegible] hoc est dicendum.

ex duris tuberculis ac crudis. Etenim occasio luxationis in posteriorem partem, & distentio, pluri- E mis ob eiusmodi collectiones fiunt, quibus sane vicini nerui cōmunicauerint. In hoc toto sermone luxationem in posteriorem partem, ob tubercula in pulmone cruda & dura fieri dicit: difficultatem vero respirationis ob coarctationem locorum: appellauit aūt huiusmodi ipsius differētiam stertorosam. At vero in libro de victu in morbis acutis, quando eorum quibus in paruitatē & densitatem respiratio vertitur meminit, etiam hoc ipsum ‖ orthopnœæ nomen apposuit, & stertere ipsos dixit. Quare etiam cùm in libro prænotionum de angina narrans dixit, ‖ Plurimumq; dolorē exhibent & orthopnœam. non aliam quandam difficilis respirationis speciem q̄ paruā & dēsam, sic appellauit. Omnes. n. qui ob coarctationem non sufficienter inspirare possunt, de suffocatione periclitanť, si decūbant: & ob hoc tum thoracem totum, tum collum, rectum habere eos oportet, vtpote cùm non paruū auxiliū ipsis ex huiusmodi figura accedat. Ampliora enim simulq; lōgiora omnia respirationis organa fiunt, partim quidem per rectam figuram in directum extenta, partim vero minus in sese concidere prohibita & impedita. Manifestum est aūt etiam ipsum Hippocratem, sic vt nos nunc dicimus, de ipsis statuere ac pronunciare per hæc verba ex libro de articulis iam ante relata: ‖ Ipsiq; difficulter spirantes fiunt & stertorosi. Minorem enim amplitudinem habent ventriculi spiritum suscipientes & emittentes. Omnibus igitur qui ob coarctationem lo- F corum seu organorum difficulter respirant, etiam paruus fit spiritus, & ex necessitate sequuntur duo symptomata siue accessoria stertorosa videlicet respiratiōis species, quę sane & ῥέγχειν appellatur, & paulo ante dicta orthopnœa, siue spiratio recta. Et sane velut de industria ipsa dissecans, alterum in prænotionum libro scribit, perniciosis anginis ipsum adesse dicens, alterum vero in libro de articulis: In prænotionū quidē libro, orthopnœam, in libro vero de articulis, stertorosam respirationem. Porrò in libro de victu in morbis acutis, ambo in idem coegit Hippocrates, sic scribens: ‖ Partim vero ab orthopnœa & stertore suffocati. Quod. n. in libro de articulis ‖ κέργνον, illud hoc in loco ῥέγχος nominauit. Vtiť aūt & alibi in suis scriptis vtrisq; nominibus velut idem indicare potentibus. Qn quidem igitur adeo diligenter in libro de victu in acutis morbis, de omni densi spiritus generatione enarrauit, nihil mirum est si caput tm̄ & summam totius sermonis in prænotionū libro conscripsit. Quòd vero oīa exacte tradiderit de spiritu dēso, nihil amplius opus habeo pluribus ostendere, verùm vbi hoc solum in memoriam reduxero, q̄ aut ob dolorem, aut locorum coarctationem, aut caliditatis multitudinem, densus fit spiritus, deinceps totum sermonem ipsius Hippocratis adscribā hoc modo habentem: ‖ Quibuscunq;. n. cibus statim cōclusus ē, si quis non subeuacuatis sorbitionem præbeat, dolorem præsentem vtiq; exacerbauerit, & nō præ- G sentē statim induxerit, & spiritus densior reddetur. Malus aūt hic est, resiccat enim pulmonem: & ilia, ac pectinem, ac septum transuersum dolore fatigat. At vero amplius dolore lateris cōtinenter existente, & ad calfactoria non remittente, ac sputo non exeunte, sed & crudo ac viscoso permanēte, si quis dolorem non soluat aut aluum emolliendo, aut venam secando, vtrū tandem ex his contulerit, verum ptisanas sic habentibus exhibeat, horum repentina mors continget. Ob has igitur causas, atq; alias huiusmodi adhuc amplius, ij qui tota ptisana vtuntur, septimo die aut etiā citius moriuntur, partim quidem mente moti, partim vero ab orthopnœa ac stertore suffocati. Tales vero veteres syderatos esse putabāt, ob hoc maxime, non minus aūt q̄ & mortuorum latus liuidū reperit, similitudine quadā ad plagam. Cuius rei causa est, q̄ ante solutū dolorē moriunť: cito enim anhelosi fiunt. A denso vero ac multo spiritu velut iam dictum est, sputum crudo modo viscosum redditum ascensum & exitum fieri prohibet, sed stertorē facit, in cartilaginosis pulmonis partibus detētum: & cū ad hoc res ipsa peruenerit, mortale vt plurimū existit. Etenim ipsum sputum intrà retentum prohibet quidem spiritum intrà ferri, cogit aūt cito extrà ferri, atq; sic ad perniciem mutuo sese affligunt. Sputum enim retentum, spiritum densum facit: spiritus vero densus, viscosum sputum facit, ac lubricum fieri & elabi impedit. Si quis hanc dictionem diligenti animaduersio- H ne in animum adsumat, ipsamq; sæpe relegat, spero equidē facile eum persuasum iri ex his quæ dicta sunt. Quòd enim non magna sapientia indigeat densi spiritus in suas differentias sectio, & q̄ ipsam perfecte in hoc libro antea conscripserat, ob id sane in prænotionibus valde breuiter perstrinxit, tanquam qui iam ad scientes rem omnem velut compendium quoddam sermonis faciat.

cōtortiones.

* κερχνώδη

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 1.t.34.7ᵃ.114.a

* ῥέγχειν

in Prog. cō. 3.t. 16.4ᵃ.209.a

de Articul. cō. 3.t.7.7ᵃ.269.c

de Vict. rat. in mor acu. cō. 1. t.34.7ᵃ.114.a

de Articul. cō. 3.t.7.7ᵃ.269.c

Ibidem, t.32. usque ad 39.113. f.h.& 114.a.b.c

Paruum & Rarum Spiritum, Frigidamq; & Calidam Respirationem, omissa ab Hippocrate non fuisse. CAP. 8.

TRes quidem igitur iam nobis coniugationes difficilium respirationum inuentæ sunt. Deest autem adhuc quarta, in qua paruus & rarus fit spiritus. Cur igitur tandem ipsa relicta, frigidam expirationem scripsit? An quòd non alia est parua simulq; rara, alia vero frigida? Manifestum autem hoc est. Contrariam enim ipsi magnam & densam, ex immoderato calore in respiratorijs organis coaceruato generari demonstrauimus. Necessariò igitur parua & rara his ipsis organis perfrigeratis erit. Et sane duo nobis dubia soluta sunt, nempe quòd neq; quarta difficilis respirationis coniugatio, parua videlicet & rara, relicta sit, neque item calida. Calidam enim in altera densi spiritus parte, quæ à principio relata est, comprehensam habebimus, eadem est enim cum densa & magna: raram vero & paruam in frigida, nam rara & parua à frigida nihil differt.

Cur

A Cur igitur tandem non raram & paruam, sed frigidam ipsam scripsit? primum quidem quod ab euidentiore symptomate ipsam ostendere voluit, deinde quo ostenderet causam ob quã ipsam perniciosam dicit, & tertiò quod sic quàm celerrimè nos intellecturos esse suspicatus est, eandem hanc nihil à rara & parua differre, & contrariam ipsi calidam nihil differre à densa & magna. Frigidus enim spiritus omnino rarus est & paruus, velut etiã in secundo ostensum est libro. Densum aũt & magnum, eum qui inflammationẽ respiratoriorum organorum indicat, haudquaquàm quis dixerit, nisi etiam calidus efflletur. At verò & in eo quod apponit ad solũ frigidum spiritum, quod valdè iam perniciosus est, manifestè ostendit quam sententiam de prioribus tribus respirandi difficultatibus habeat. Siquidem.n. & ex illis aliquam perniciosam putasset, omnino vtiq; adscripsisset. Num igitur extra periculum ipsas esse opinatus est? nequaquàm, sed non quidem perniciosas non tñ extra periculum. Perfrigerari.n. respiratorijs organis palàm perniciosum est, cum istic sanè cor situm sit, quod principium & fontẽ insiti caloris esse scimus. Verùm inflammationẽ multam esse in ipsis, aut dolorem, aut desipiẽtiam, nõ omnino perniciosum est. Eiusmodi.n. caliditas in multis acutis febribus coincidit. Quot autem & quibus morbis dolor adsit, prædictum est. At verò & ipsa delipientia nõ necessariò perniciosa est. Quòd verò ita de ipsis sentiat, manifestè ostendit per consequentem

" B dictionem vbi inquit. ‖ Facilem verò spirationem valdè magnam vim ad salutẽ habere putandum est, in omnibus acutis morbis, qui cũ febribus sunt, & in quadraginta diebus iudicantur. Si.n. magnam vim ad salutem habere putauit facilem spirationem, certè non extra periculum semper, difficiles spirationes opinatus est. Quare aliæ quidem omnes respirandi difficultates hoc solum habent, quod nõ extra periculum sint: postrema autem omnium relata, supra hoc quod & periculosa est, & perniciosa non procul à morte hominem esse annunciat: ob id igitur nõ simpliciter perniciosam ipsam esse dixit, sed etiam, valdè, apposuit. Et neq; hoc rursus contentus, intulit. Iam, tanquàm propinquam mortem sola hæc spirandi difficultas annunciet. Adeo.n. perniciosa est, vt mihi videatur, quod neq; quicquàm de ipsa scripsisset Hippocrates, nisi omnem modum de respirandi difficultatibus recẽsere voluisset. Quæ.n. iam morientibus fiunt, ea nullum magnum momentum in prænotionibus habent. Est autem bonorum medicorum opus, non quæ idiotis iam apparent præsagire, sed quæ ipsos latent, & cum nihil mali æger habere putetur, apparent. Verùm cum omnes ex ordine difficilis spirationis species scribere vellet, videtur mihi etiam huius meminisse, & amplius adhuc propter magnæ & densæ oppositionem. Hæc igitur tandem hic finem habeant. — in Progn.com. 1 t.25.4 .194.h

C *Cur in prænotionum libro inæqualis respiratio & plurima, quæ ad prædicendum faciunt, ab Hippocrate omittantur.* CAP. 9.

CVr igitur nihil in prænotionũ libro de difficultate respirationis inæquali scripsit? quamuis cognoscat ipsam non solum in secundo & sexto morborum populariũ, sed etiam in primo ac tertio, & amplius in libro de victu in morbis acutis, & aphorismis, & alijs multis scriptorũ suorum locis. In secundo.n. & sexto morborum popularium, iuxta præscriptam dictionem meminit
" ipsius, vbi ait.[a] ‖ Dupla intrà reuocatio velut superinspirãtibus. Et amplius in secũdo morborum — A 2.Epi.sec.3[a]. circa medium.
" popularium, vbi enarrat quæ Lyciæ acciderũt,[b] ‖ Spiritus intrà duplicabatur, adscripsit. Hoc.n.ni — E 6. Epid. cõ.
" hil differt ab eo quod dixit, dupla intrà reuocatio velut superspirantibus. In sexto verò.[c] ‖ Si verò — 2.t.10.3[a].162 d
" spiritus intus relinquatur, ait. Nam & hoc idem est cum eo quod in libro de victu in acutis dixit. — B 2.Epi.sec.2[a].
" [d] ‖ Spiritus offendens in sursum latione. Quemadmodũ.n. quidã inspirãtes non semel hoc faciũt, — paulo post medium.
sed per cessationem ipsam actionẽ dissecant, similiter vt pueri eiulantes: sic etiam expirãtes. Quin & in his quæ in eodem libro post sermonem de balneis habentur, spirituum protensiones dixit, — C 6.Epi cõ.2. t.17.3[a].163.c
actionem dissectam ostendens. In primo verò morborum popular. um in Philisco, hoc modo ait.
" [e] ‖ Huic spiritus, ad finem velut reuocato. Similiter.n. vt, dupla intra reuocatio, etiam hic dictũ est, — D de Vict.rat.f morb.acut.cõ.
" reuocato. Rursus autem in Dromadæ vxore: Spiritus rarus, magnus, statim reuulsus, inquit. Nã — 2 t.44.7[a].122.f
" D & hoc similiter dictum est. In aphorismis verò etiam quid significet huiusmodi spiritus edocet, — E 1 Epid.c.3.
" sic scribens.[f] ‖ In febribus spiritus offendens, malus: cõuulsionem enim significat. Secũdum ratio- — t.18.3[a].121. b
" nem igitur in morborum popularium loco paulo ante citato, Tromadæ vxorem conuulsam mor — F 4[a].Aph 68.
" tuam esse dicit, in qua prædixerat. Spiritum magnum, rarum, statum reuulsum. Vbi sanè & maximè mirari licet, quomodo vtraque difficilis spirationis species, propriam ipsius affectionem indicauit. Non.n. solum conuulsa est hęc muliercula, sed etiam delirauit, vt quæ non solum propriã conuulsionibus spirandi difficultatem haberet, sed etiam eam quæ est desipientiæ. Quare quod hanc inæqualem respirationis difficultatem Hippocrates nouerit, manifestè est demonstratum. Quòd verò etiam in prænotionum libro eam rationabiliter reliquerit, velut etiam multa prænotionis signa, consequenter fuerit dicendum: vbi prius in summa eius mentionem fecerimus, quod neq; de signis circa ætates, aut regiones, aut horas, aut populares constitutiones, in prænotionum libro quicquam scripsit: & quidem integro libro de aere, locis, & aquis ab ipso scripto, & in aphorismis his omnibus in compendio relatis: Immo neque de vrinarum iudicijs, quæcunque in aphorismis scripsit, in prænotionibus recensuit: & neq; quæcunq; ad mulieres pertinent in aphorismis scripta, ad librum prænotionum transtulit: quanquàm & hæc, & alia multa in aphorismis relata, prognosticę medicinæ partis existant, velut ipse suis ipsius verbis indicat. In eo enim quod dicit. ‖ Si verò borealis — Ext.ord.34.g — 3[a].Aph.5.Ext. ord.20.c
" fuerit,

fuerit, tusses, fauces, alui duræ, emittendæ vrinæ difficultates, horrores, laterum dolores, et pectoris, E
3a. Aph. 6 Ext. ord. 20. e — quando hic præualuerit, talia in morbis expectare oportet. Et in eo quod ait. ‖ Cùm æstas fit veri si-
milis, sudores in febribus multos expectare oportet: manifestum seipsum facit, quod talia prænotoriæ
artis partis esse iudicet. Expectare enim et sperare ac timere, & omnia huiusce modi verba, præno-
3a. Aph. 11. Ext. ord. 20. h — tionis propria sunt. Et sanè etiam in eo quod dicit. ‖ Siquidem hyems squalida & borealis fuerit,
ver autem pluuiosum & austrinum, necesse est æstate febres acutas, & lippitudines, & dysenterias
4a. Aph. 69. Ext. ord. 34. h — fieri: manifestè hoc idem indicat. Et multò sanè magis, cum de vrinis scribit in hũc modum. ‖ Qui-
bus vrinę crassę, grumosæ, paucæ, non sine febribus, multitudo veniens ex his tenuis prodest: ma-
4a. Aph. 70. Ext. ord. 35. a — ximè verò tales veniunt, quibus à principio, aut breui, sedimen inest. Et rursus. ‖ Quibus vrinæ
conturbatæ velut iumentis, his capitis dolores aut adsunt, aut aderunt. Et rursus. ‖ Quibus in septi-
4a. Aph. 71. Ext. ord. 35. c — ma die iudicantur, his nubeculam habet vrina in quarta die rubram, & alia iuxta rationem. Simi-
liter verò & quæ vesicæ ac renum affectiones indicant, in aphorismis scripta sunt, in prænotionũ
4a. Aph. 22. Ext. ord. 29. f — verò libro relicta, item quæ alia omnino multa, quemadmodum & huiusmodi. ‖ Morbis quibuscũque
incipientibus, si bilis atra aut sursum aut infrà subierit, mortale. ‖ Dysenteria si à bile atra incipiat,
4a. Aph. 24. Ext. ord. 29. h — mortale. ‖ Quibus in febribus sanguinis multitudo vndecunque eruperit, his in refectionibus alui
humectantur. Eiusmodi itaque & alia multa in aphorismis scripta inuenire licet, ipsius prænoto- F
4a. Aph. 27. Ext. ord. 30. c — riæ artis partis existentia. Cur igitur nihil horum in prænotionũ libro recensuit? Propterea sanè
quod de acutis morbis in illo docere proposuit, velut ipse tum in principio, tũ in fine libri dixit. In prin-
A in Prog. cõ. 1 t. 5. 4a. 190. g — cipio quidem vbi ait.[a] ‖ Considerare autem sic oportet in acutis morbis. In fine verò vbi hæc verba
adscripsit.[b] ‖ Hæc verò de acutis morbis dico, & his qui ex ipsis nascũtur. Qui verò sint qui ex ipsis
B in Eodẽ, cõ. 3. t. 36. 4a. 211. d — nascuntur, ipse Hippocrates rursus in eodem libro recenset.[c] ‖ Hydropes ex acutis morbis nati oẽs
mali. Et rursus.[d] ‖ Facilem verò spirationẽ valde magnam vim ad salutẽ habere putadũ est in omni-
C in Eodẽ, cõ. 2. t. 1. 197. e — bus acutis morbis, qui cum febribus sunt & in quadraginta diebus iudicantur. Nam & hîc acuto-
rum ex transmutatione mentionem facit, velut in libris de iudicialibus diebus demonstrauimus.
D in Eodẽ, cõ. 1. t. 25. 194. h — Quin & in alijs multis locis eius libri significauit, quod aut de acutis morbis, aut de his qui ex ipsis na-
scuntur, sermonem faciat. Velut etiam hoc loco.[e] ‖ Sudores optimi quidem sunt in acutis morbis
E in Eodẽ, cõ. 1. t. 26. 195. c — omnibus, qui in diebus iudicialibus fiunt. Et quid multis verbis opus est? cum ipse manifestè in
illo libro ostendat, quod multa prænotoria signa volens relinquat, alicubi quidem sic dicens.[f] ‖ Ne deci-
F in Eodẽ, cõ. 2. t. 37. 201. d — piat aũt te, si ipsa vesica aliquem morbũ habens, eiusmodi quandam vrinam reddat. Non. n. totius,
sed ipsius secundũ se ipsam signũ est. Nec verò apponit signa ea in prænotionum libro, sed in apho-
G in Eodẽ, cõ. 3. t. 38. 212. a — rismis ipsa scribit. Rursus aũt sic ait.[g] ‖ Oportet aũt et impetum morborum populariũ citò animad- G
uertere, & temporis constitutionem non ignorare: nec tñ de hoc quicquã in prænotionum libro
nos docens. Propositum. n. est ipsi, vt dixi, solũ ea quæ acutorum morborũ propria sunt recense-
re: quæ verò diuturnis propria sunt, omnia relinquere. Quare rationabiliter etiam inæqualem re-
spirationis difficultatem, ex alio morborum genere existentem, hîc reliquit. Si etenim conuulsis
† Calaber. & proinde nõ magis acutorum quam chronicarum propria vtique: cum & sine febre fiant spasmi. — respiratorijs organis fit, fuerit vtique & diuturnorum morborum comes hic affectus, † & hac sanè
ratione nulli, siue acuto, siue diuturno proprius. Fuerit aũt vtique & eorum qui citra febrem fiunt,
velut etiam conuulsiones. Verùm ipsi propositum est in prænotionibus, de his qui propriè acu-
ti nominantur, facere sermonem. Sunt autem tales qui omnino cũ febribus continuis fiunt, velut
ipse in libro de victu acutorum ostendit sic scribens. Sunt itaque hi acuti, quales veteres nominaue-
runt, pleuritin, & peripneumoniam, & phrenitin, & causon siue febrem ęstuantem: & alij qui-
cunque his consimiles, quorum febres omnino sunt cõtinuę. Nequaquam igitur conuulsiones hu-
ius morborum generis sunt, vnde neque propriam ipsorum respirationis difficultatem simul cum his
recensuit, quemadmodum neque de vrinis, aut egestionibus, aut alijs omnibus, quæ in aphorismis
scripsit, propterea quod acutorum morborum propria non erant. Cur verò neque de talibus difficilis
respirationis speciebus in prænotionibus docuerit, in quibus aut sola inspiratio, aut sola expiratio H
est magna, superuacaneum puto nunc explicare, vt qui manifestè in primo horum cõmentario-
rum demonstrauerim, quòd ad has quinque difficilis respirationis differentias, de quibus nunc di-
cere desino, omnes reliquæ cõmodè reduci possunt. Neque enim aut velocis aut tardæ respirationis
in prænotionum libro mentionem fecit, iuxta eandem rationem: ostendimus enim quòd omnes
aliæ differentiæ in prædictis contineantur. Quare Hippocrates vtrunque ipsorum rectè fecisse vide-
tur, in morbis quidem popularibus diuisionem in omnes particulares spirandi difficultates po-
nens: in prænotionibus verò & aphorismis, quantum vsui erat commodum, ac necessarium.

Locus explicatur secundi & sexti libri de vulgaribus morbis de longa & breui respiratione. CAP. 10.

QVando igitur hæc nobis iam sufficienter sunt demonstrata, reliquum fuerit sanè adhuc,
etiam alios restantes sermones ex omnibus ipsius scriptis exponere, initio rursus à secun-
do & sexto morborum popularium sumpto. In vtrisque enim his libris, consequen-
2. Epid. sect. 3a. Et 6. Epi. com. 2. tex. 10. 3a. 162. d. — ter ad primam omnium relatam dictionem, in qua omnes difficilis respirationis differentias do-
cet, hoc modo scriptum est. ‖ Sanatorium continuarum oscitationum spiratio longa, in abhorren-
tibus à potu, & vix bibentibus, spiratio breuis. Quòd sanè hîc per longã spirationem, spiritus per

longum

A longum tempus factus, hoc est rarus, insuper q; magnus indicetur, in secundo libro est monstratum: quemadmodum etiam per breuem spirationem, is qui per modicum tempus fit, hoc est densus insuper q; paruus. Sanatorium igitur aut signum aut causam continuarum oscitationum, fieri magnum & rarum spiritum, vtrunque sanè monstrari potest: signum quidem, vt affectionis in contrarium mutatæ: causam verò quòd contrariorum contraria sint remedia. Oscitant enim & cum hiatu distenduntur continenter, ob vaporosum quendam & crassum spiritum in musculoso genere contentum, velut in alijs locis est ostensum. Quibus verò hoc contigit, statim etiam continenter expirant, vtpotè cum in expirationibus eiusmodi spiritus expurgetur & euacuetur. Si verò quis non ita continuè, sed per longum tempus expirationes faciat, manifestum est quòd præexistentes in ipso affectiones cessarunt: atque ita signum sanatorium oscitationis longa spiratio erit. Atqui longam spirationem etiam velut causam sanantem continuas oscitationes intelligere licet, atque hoc ipsum non longo sermone mihi indigere videtur. Respirationem enim ad plurimum tempus cohibere, quod ipsum spiritus detentio nominatur, qua ratione singultus sanat, eádem etiam oscitationes sanabit. Equidem faciunt hoc etiam in exercitijs omnes Athletæ, per vim expellere conantes quicquid siue humorum, siue vaporum, in tenuibus circa cutem meatibus de-

B tinetur. Ob hæc igitur spiratio longa continuarum oscitationum, aut signum, aut causa medicatoria existit. Cęterùm, in abhorrentibus à potu & vix bibentibus spiratio breuis, hoc ipsum sanè non ita manifestè, sed [a] coniecturaliter dictum est. An videlicet phreniticos ab ipso nunc indi- A * συμβολικώτερον.

« cari putandum sit, propterea quòd alio loco dixit,[b] ‖ Phrenitici paucibibi, strepitus facilè sentien-

« tes, tremuli.[c] † atq; hoc magis quàm} quibus partes circa pulmonem & cor perfrigeratæ sunt, vt simul & per longum tempus respirent, & frigidum expirent. Breuis enim spiratio vtrisq; inducta sanatorium signum est: in perfrigeratis verò nō solum signum, sed etiam causa. Quemadmodum enim spiritus detentio superflua euacuare potest, & ob id hanc in singultientibus, & multum oscitantibus, & cum hiatu se distendentibus, & continuè se exercitantibus, assumimus: sic continens respiratio ventilare simul & excalfacere perfrigerata poterit. Iuxta hanc igitur rationē etiam in secundo morborum popularium consuluit diligentiam adhibendam esse, vt excandescentia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in vasa subter cuticulam colligendi gratia, tanquam sanè & excandescentia innatum calorem excitare queat. At verò quòd densiorem omnino reddat respirationem ipsa animi excandescentia, nemo ignorat. Assumemus igitur ipsam in perfrigeratis, & decoloratis, ac gracilibus, ex quibusdam interuallis, & temporibus opportunis: non sanè ita cō-

B 1. Prorrhet. com. 1. t. 16. 4[a]. 165 g

C † Calaber an magis eos.

C tinenter, vt valdè facultatem offendamus, sed velut exercitationes innatum calorem corroborantes, non immoderatas facere iubemus, sed tum opportunè, tum moderatè assumimus. Sic etiam breuem spirationem, siue per se siue cum excandescentia procuramus, non sine opportunitate & modo assumemus. Porrò hîc diligenter animaduertere ad sermonem ipsum oportet, & non putare eandem affectionem esse cum ea quæ nunc à nobis ostenditur, eam quam in prænotionum li-

« bro recensuit: de qua dixit, ‖ Spiritus frigidus ex naribus & ore prodiens, valdè iam perniciosus

« est. In acutis enim morbis de quibus in illo libro sermonem facit, huiusmodi spirandi difficultas mortem portendit: in alijs verò morbis qui citra febrem consistunt, frigiditas totum animalis habitum apprehendit, & accidit quidem neq; his extra periculum, nō tamen penitus perniciosa. Ex his autem est & strangulatio vteri appellata, & omnino omnes apnϾ, i. spiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem assiduè, & præsertim viduis accidunt, rarò autem aliquando & viris. In huiusmodi enim omnibus affectionibus præ multitudine materiæ frigidæ innata caliditas grauatur, ad similitudinem flammæ, quæ præ multis humidis lignis suffocatur. Quare etiam accendere quandoq; possibile est hanc, vbi materiam exuperauerit: in quibus autem consumpta materia necessariò etiā ipsa simul extinguitur, quemadmodum in ijs qui in acutis morbis sic expirant, nulla

in Progn. com. 1. t. 24. 4[a]. 194 h

D spes salutis relinquitur. Horū itaq; meminisse oportet, et amplius ꝙ in interceptionibus spiritus, omnem respirationem perfectè perijsse neq; suspicari possibile est, neq; sic habere apparet, si quis quod contingit diligenter consideret. Minimus aūt simul q; per longissimum tempus ipsis fit spiritus, atq; hac ratione plerosq; latet ac fallit: verū si quis diligenter animaduertat, aut etiam digitū quēpiam naribus ægri admoueat, percipiet vtiq; respirationem. Quòd si quis etiā prę naribus pilum, aut tenuem lanā suspendat diligenter ac probè concerptam, videbit, ꝙ etiam hæc ipsa moueantur. In huiusmodi sanè affectionibus spiratio breuis, hoc est motus respiratoriorū organorum per breue tempus, quem videlicet etiam densum spiritum appellamus, causa simul q; signum sanatorium existit. Iuxta eandem verò rationem continuarum oscitationum, non solum respiratio per longum tempus, hoc est rara, signum simulq; causa sanatoria existit, sed etiam magna. Vocatur. n. hæc & in secundo libro spiratio longa. Primariò etenim ea quę per longum tēpus fit, hoc est rara, hoc nomen possidet: secundariò verò etiam magna. Atq; de his quidem sic habet.

Loca enarrantur vbi Hippocrates de anhelosis, de duplicato, de sublimi, de subdenso, ac de alijs spiritibus, mentionem fecit. CAP. II.

APponamus porrò & alia vniuersa ab ipso de spirandi difficultate conscripta. In secundo equidem morborum popularium, in Antigenis vxore præfatus, quòd anhelosa fuerit ante

2. Epid.sect. 2. circa medium. partũ,post hæc infert. ‖ Postea simul cum partu pus reuomuit.Quare & hoc cũ his quę à nobis de E monstrata sunt,consentit:anhelosi enim sunt, qui densum spiritum habent, & simul thoracem multum distẽdunt.Contingit autem hoc,aliquando quidem in affectionibus multa inspiratione indigentibus,& profectò etiam à cursu,aut aliàs quomodocunq; vehementi exercitatione facta], eiusmodi spiritus accidit, & omnibus ardentibus febribus. Fit etiam, vt monstratum est, quando obturatio, aut compressio, aut coarctatio quædam in respiratorijs organis existit. Tale verò quiddam apparet accidisse etiam Antigenis vxori, quemadmodum pus indicauit. Huius equidẽ primæ in secundo morborum popularium spirandi difficultatis meminit. Post hanc verò eius

Ibidem. quæ Lyciæ accidit, de qua velut antea dixi, scripsit. ‖ Spiritus intrà duplicabatur, non tamen magnus,atq; hoc secundum rationem. » Affectum enim erat in ipsa neruosum organorum genus, vt » etiam absoluta vrinarum suppressio fieret,& ob hoc sanè duplicatus spiritus fiebat. Cur autẽ non

Ibidem. magnus? An quòd erat perfrigerata? ‖ Contegebatur itaq;, inquit. Monstratum est autẽ quòd hac voce in perfrigeratis iuxta innatum calorem vtatur. Consequenter verò & de anginosis tunc

Ibidem. factis differens sic scribit. ‖ Spiritus his non valde sublimis: tanquam videlicet vt plurimum subli » mis spiritus anginosis fiat. Sic autem vocare ipsi mos est paruum,& velut alicui videri possit, eo loci vsque ad fauces ingredientem, non autem ad thoracis profunditatem descendentem. Quòd F verò eiusmodi spiritus necessariò existat in his qui quodcunque tandem respiratorium organum dolent,antea dictum est. Quæ igitur causa est,ob quam anginosis spiritus nõ valde sublimis erat?

Ibidem. An quòd neq; anginæ species ipsis consueto more facta erat? ‖ Primum enim, inquit, fauces non

Ibidem. inflammatæ,verùm iacentes. Deinde sic ait. ‖ Non suffocabãtur plurimi,nisi cum degluture cupie » bant: & omnino tota narratio de angina tunc facta illęsas permansisse ostẽdit ipsas fauces, verùm » vicinas his partes verticulis colli continuas affectas fuisse. Nam & ipsa verticula luxata discessisse ait,partim intrà solum,partim verò in obliqua. Cùm igitur neq; aliud aliquod respiratorium organum ipsis fuerit affectum,neq; fauces ipsæ iuxta propriam rationem,sed ob cõmunitatem tantum positionis ex affectionibus participantis,meritò nõ valde sublimis ipsis spiritus erat. Etenim si penitus non fuissent fauces infestatæ, nequaquam sanè spiritus sublimis fuisset. Quando verò per consensum ex vicinis infestabantur, mediam prædictorum constitutionem accepit, moderatè densatus. Deinceps porrò ab hac constitutione, alterius meminit in Perintho factæ, hoc mo-

Sect.3ª.2.Epi. principium. do narrationem incipiens. ‖ In Perinthum circa solstitium ferè æstiuum venimus. Deinde recen » set totam morborum speciem,à causo ardenti febris genere exorsam, verùm vomitoriam factam, & ad plurimum tempus inueteratam. Quin & quòd citra vomitus,causi febres his factę sunt, & G quòd venter ipsis multa egesserit, apposuit: vt tum ex his, tum ex alijs omnibus manifestum sit, eius constitutionis causam in pituitis putrescentibus factam esse,ita vt respiratoria organa illæsa permanserint,item q; ipsum os ventris: verùm ex inferioribus partibus initium impetus sui sumperint ardentes febres. Meritò igitur ipsis neq; magnus spiritus factus est,quemadmodum his fit quibus in pulmone & corde febrilis caloris multitudo congregata est: & paruus sanè non erat omnino,vtpotè qui non dolerent, neque perfrigerati essent. Siquidem igitur paruus & sublimis nihil diuersum significant,iuxta rationem vtriq; sublimes spiritus ipsis factos esse dicit, non tamen valde. Post hanc verò constitutionem nullius deinceps difficilis respirationis Hippocrates mentionem fecit,vsq; ad illam dictionem quam primam omnium in principio huius libri apposui,cu

Ibidem. ius initium hoc est. ‖ Spiritus parui densi,magni rari. Hanc verò totã iam antea exposui. Tempe- » stiuum igitur iam fuerit mentionem facere difficilis respirationis,ab ipso in ægroto quodam consequenter conscriptæ,cuius nomen non expressit.Habet autem senis dictionis series hoc modo:

Ibidem. ‖ Spiritus subdensus,ilia dolebat,& respirans, & cum verteretur. Apparet autem & hic æger testimonium præbere ijs quæ multoties à nobis sunt dicta. Quando enim ilia siue præcordia cum respiratorijs organis coniuncta sunt,ob idipsum sanè dolentibus ipsis,subdensus spiritus erat. Atq; H hæcquidem difficilis spirationis genera in secũdo morborũ popularium scripsit. In quarto verò

4.Epid.non lõge à principio. primum meminit vxoris Nicostrati in Cranone,quæ ‖ paruum & densum spiritum habuit. Dein

In eodem, circa medium. de vxoris Antigenis ‖ anhelosæ non nuper factæ, sed à principio existentis, vt & tussiret semper: & de hac sanè nulla quæstio fuerit. Verùm de vxore Nicostrati in Cranone, ob id mihi videtur paruum & densum spiritum apposuisse,quòd delirauit. Dictum enim iam sæpe est quod contrarius, hoc est rarus & magnus spiritus, delirij proprius existit. Quare quæstione omnino dignum est, cur hic quidem non fiebat, verùm ipsi contrarius, qui dolorum proprius est, paruus videlicet & densus. Neq; enim in narratione ægritudinis vllius particulæ dolorem aliquem factum esse apposuit,sed neq; tumorem notabilem circa ilium,aut thoracem. Quid igitur est quod re vera illa habuit mali? Mihi equidem videtur duplex morbi species circa hanc mulierculam à duplici principio constitisse. In eo enim quòd desipuit, & collum, & os, & nasum conuulsa

* *hypothesis.* habuit: manifestum fit quòd in capite căusa aliqua ipsius morbi extiterit. Ex eo verò quòd cibus intrà conclusus erat vsque ad decimam diem,& in vrina reses eruinam speciem præ se ferebat, non paruam in hepate factam esse inflammationem existimo, per quam superna affectio victa non potuerit secundum seipsam respirationis speciem effingere. Dictum enim est & iam antè

sæpe,

A sæpe, quod iuxta præualẽtem affectionem ipsa difficilis respirationis species formatur. Indicat autem non minimi ipsius delirij paruitatem, & ipsa adeo senis dictio, delirare enim ipsam dixit. Solet autem huiusmodi verbo vti, vbi paruam læsionem indicare velit: quemadmodum & hoc sæpe demonstratum est. Nihil igitur miri est, cum ipsa parum quidem desipuerit, fortem verò inflammationem circa hepar habuerit, non ipsius desipientiæ, sed inflammationi propriam respirandi difficultatem euenisse. Atq; ita sanè de his habet. * παραληγειν.

Quid apud Hipp. vox pneumatodes, ac de reliquis spirandi difficultatibus, ex quarto & quinto lib. de vulg. morb. CAP. 12.

QVid verò cum pneumatodem aliquem factum esse dicat, intelligere oportet? Num eum quem in libro de victu acutorum pneumatiam vocauit, ita vt pneumatodes & pneumatias idem significent? An per vocem pneumatodes is qui ventrem inflatus est, significatur? At verò quis sit pneumatias, in libro de victu acutorum ipse manifestissimè exposuit: cum prædi-

« xisset enim. ‖ Citò pneumatiæ, {hoc est anhelosi} fiunt, statim connectens infert. ‖ A denso verò de Vict. rat. in

« ac multo spiritu. Atque hoc sanè etiam statim in principio huius libri exposui. Cæterùm quod in morb. acut. cō. 1 t. 36. 7[a]. 114 b

quarto morborum popularium habetur considerandum est, ipsa dictione subscripta, quæ hoc Ibidem.

« B modo habet. ‖ Vir metallicus, ilium dextrum intentum, splen magnus, aluus intenta subdura, 4. Epid. circa

pneumatodes, decolor. Possibile est enim vtrunq;, & difficulter spirantem ipsum factum esse, ob medium.

iliorum affectiones, & ventrem item inflatum fuisse: multò verò magis obscurus est qui deinceps

« sequitur ęgrotus, sic habens. ‖ Temænei filius habuit quid spiritus, vt viridãtis palloris esset. Nam Ibidem.

& huic quædam valde mala hepatis affectio aderat, ob quam & difficulter spirare ipsum possibile erat, & ventrem item inflari. Color enim viridãtis palloris, malè affecti hepatis signum est. Porrò

« quod deinceps ab eo dicitur hoc modo. ‖ Maritus Lechus apud Sitodocum, arquato morbo infe- Ibidem.

« status, ad quem septima die ingressus sum, octaua moriebatur: neque mingens, neq; egerens, ilia magna & dura, & spiritus densus: nihil quæstione dignum habet. Duris enim non moderatè, & magnis ilijs factis, rationabiliter densus ipsis spiritus erat. Verùm penitus obscurum est quod con

« tinenter deinceps in ipsius Lechus morbo dictum est, hoc modo. ‖ Desinente autem febre, spiri- ibidem.

tus non est solutus. Qualem enim difficilis respirationis speciem habuerit, neque ipse manifestè indicauit, neque aliud quoddam eiusmodi symptoma scripsit, ex quo quis coniecturam facere possit de affectione ipsi facta. Atqui & post hanc paululum progressus, in hunc modum nar-

« rare incipit. ‖ Temænei pneumatodes. Potest enim difficulter spirans intelligi, potest etiam Ibidem, paulo infra.

C quemadmodum plurimi ex enarratoribus huius loci putant, iuxta ilia inflata dici. Verùm mihi sanè videtur melius esse, & fortassis necessarium, † inflatam iuxta ilia dici, magis quàm difficulter spirantem: { paululum itaque in narratione progressus. Et quodammodo facilius spirans, inquit, tanquam qui iam prædixisset de ipsa quod difficulter spirasset. Quod verò pneumatodes appellare soleat eos, quibus densus est spiritus, dictum quidem in superioribus est, sed & nunc manifestum est. Rursus enim in peius mutabantur huius mulierculæ, symptomata, & circa decimam sextam diem ipsam mortuam esse ait, densum spiritum habentem. Quin & quod post hanc conscriptus æger, etiam ipse densum spiritum habuerit, ob iliorum affectionem, ipsa dictio ma- † *Alij tamē vertunt, difficulter spiratē potius quam inflatam iuxta ilia dici.*

« nifestum facit, hoc modo habens. ‖ Filius erat mulieris ipsius Apœmanti sororis, ilia magna, & Ibidem.

« splen, spiritus, egestio amarę bilis. Quemadmodum enim pneumatodes, hoc est anhelosos, aliquando vocat, eos, qui densum spiritum habent: sic quandoq; etiam simpliciter, spiritus scribit. Nihil verò miri est, si magnis existentibus ilijs, spiritus densus fiebat. Nam etiam rursus progres-

« sus in ipso, denuò inquit. ‖ Ilia verò intenta erãt, & sanè erat etiã tussicula modicè sicca. In vniuer Ibidem.

sum enim, veluti diximus, quando aut tumor, aut dolor quispiam in partibus iuxta ilia constiterit, paruus & densus necessariò fit spiritus. Quare neq; hoc mirabile cuipiam videri debet, quod etiam

D in ijs quæ post hæc sequuntur, cum antea dixisset, ilium submolle: apponat pneumatodes, hoc est anhelosi non valde. Si enim Laparon Græcis vacuum & molle, hypolaparon autem subuacuum & submolle significat, in tantum sanè difficulter spirabunt, in quantum partes circa ilium ipsis malè habuerint. Moderatè itaq; ipsis affectis, moderatè difficulter spirabunt. Quemadmodum

« rursus inferius in eodem libro vbi in hunc modum scribit. ‖ Famulæ, quam recens emptam vidi, Ibidē vltra medium.

« duricies in dextris erat magna, non valde dolorosa: rationabiliter infert, & non valde difficulter spirans. Siquidem enim duricies non valde dolorosa erat, certè neq; valde difficulter spirantem

« ipsam esse verisimile erat. Sic verò etiam in fine iam libri, de seniore narrans, atq; præfatus. ‖ Men- Ibidem circa

te motus est moderatè, intulit, non valde difficulter spirabat. Semper enim iuxta magnitudinem finem.

causæ difficilem respirationem facientis, etiam ipsa difficilis respirationis magnitudo producitur. Verùm hæc quidem in quarto morborum popularium scripta sunt, quæ omnia ijs quæ à nobis de difficili respiratione demonstrata sunt, abundè testimonium præbent. Porrò in quinto mor-

« borum popularium, decimus quartus ægrotus hoc modo scriptus est. ‖ In Larissa Hippolthenes 5. Epid. haud

« peripneumonia apprehensus esse medicis videbatur: erat autem nequaquam, verùm principio lõge à princi-

« luctans, in duro loco cecidit supinus, aduersario ipsi illapso, & lauatus est frigida, & cœnauit, & pio.

« grauior factus esse sibi videbatur. Sequenti autem febricitauit, & tussis apprehendit siccior, &

5.Epid.nō lon gè à principio. spiritus densus. Deinde paululum progressus, ‖ Quando verò tussiebat, inquit, dolebat pectus & E dorsum. Nihil itaq; mirum est, sic affectis partibus thoracis, densum spiritum factum esse. Caete- »
Ibidem. rùm quod in fine sermonis habetur, ‖ Neq; stertorem habuit, ad demonstrationem dictum est, q̄ » non fuerit perpneumonicus hic homo. Testimonium autem præbet hoc ipsum, ijs quæ statim à principio in hoc libro à nobis dicta sunt, quando hanc dictionem ex libro de victu acutorum ex-
de Victus rat. in morb. acut. com.1.t. 3 4 7ª. 114. a posuimus: ‖ Partim verò ab orthopnœa & stertore suffocati. Nonus deinceps & tricesimus ægrotus in quinto morborum popularium scriptus est, itidem & ipse densum spiritum habens. Adscribam autem & hic ipsam dictionem hoc modo habentem: ‖ Puer à mulo percussus ventrem & he »
5. Epid. vltra medium. par, mortuus est quarta die, spiritum densum habuit, & non intelligebat quicquam, & febris corri » puit. Non obscurum est in hoc, & peritonæum, item q; septum transuersum, vnà cum ventre & hepate inflammata fuisse, & ob id etiam puerum delirasse. Verùm iuxta delirium non habebat difficilis spirationis speciem, maior enim affectio circa ilium, iuxta sese, ipsam respirationis speciem efformauit: minor verò penitus est superata. Hæc quidem in quinto libro morborum popularium habentur.

Reliqua quæ de Difficultate respirationis sexto libro de Vulgaribus morbis continentur, ijs quæ antè dicta sunt, concordare. CAP. 13. F

RVrsus verò ad sextum transgressi, cuius etiam iam antea communem ad secundum librum dictionem exposuimus, reliquas sententias huc pertinentes recenseamus. Sunt autem ferè omnes ex iam prædictis manifestæ. Etenim spiritum solum simpliciter scribens, in morborum concursibus, pro difficili respiratione scribere monstratum est, ea videlicet in qua densus spiritus redditur: Eundem verò amplius densatum, asthma id est, anhelationem in consuetudine habet.
[illegible] id.com.2. [illegible] 3.c Quare in sexto morborum populariū vbi inquit, ‖ Si spiritus intus relinquatur, respirādi difficul- » tatem cum densitate intelligemus. Similiter autem & in muliercula in Cranone, in qua sic scribit: »
[illegible] 3. [illegible] b ‖ Splen natura magnus, febris ardens, rubicunda, spiritus. prædicta difficilis spirationis species ac » cipienda est, in qua spiritus densatur. Quemadmodum etiam in filia Agasis puella. Quòd verò dif
[illegible] id.com.4. c.4 5ª.179. h ferat densus spiritus ab anhelatione, manifestè indicauit: habet autem ipsa dictio hoc modo: ‖ Filia Agasis puella existens, densi spiritus erat: mulier verò facta, ex partu non ita diu dolorosa existens leuiter, magnum onus sustulit, & statim quidem strepuisse circa pectus videbatur: sequenti »
Ibidem. verò anhelationem habuit, & dextrum coxendicem doluit. Deinde consequenter, ‖ Spuebat spu » mosum, inquit, ab initio autem erant florida. Equidem ex toto accessoriorum malorum concur- » su manifestum fit, quòd tuberculo in respiratorijs organis inueterato & ęgrè concoctili rupto, hęc G » expuerit: & quòd ob hæc tubercula densi spiritus fuerit. Porrò inferius in eodem libro circa con- »
6. Epi. sect. 7ª. stitutionem, quam hoc modo incepit: ‖ Tusses cœperunt circa solstitium hybernū. ‖ Quibusdam »
Ibidem infra. verò & spiritus simul sublimis fiebat, inquit. Et sanè quòd sublimis spiritus est paruus & densus, » in superioribus explicauimus. Et profectò etiam anginas circa illam constitutionem factas esse » ait. Malè itaque sentiunt qui sublimem pro magno dictum esse putant, propterea quòd hic thora-
Ibidem paulo inferius. cem sublimem & eleuatum facit, ipsum plurimùm distendens. Progressus autē paululum, ‖ pneumatias nominat quosdam: et dictum etiam de hoc est antea, quòd aut inflatos, aut anhelosos sic vocat. At verò qui deinceps scribitur, Spiritus obscurus, paruus est, & propterea non apparens, qualis & in interceptionibus spiritus, & in suffocationibus vteri concomitatur: atq; huiusmodi quiddam
Ibidē inferius. vult etiam ex ipsa dictione indicare, quæ sic habet: ‖ Et spiritus tabescentibus obscuri mali, & » non parientibus, & quicunque alij tales ab eadem constitutione. Mulieres etenim non parientes, » (sunt autem hæ omnino quæ non probè purgantur) maximè à spiritus interceptionibus appre- » henduntur, quemadmodum sanè etiam quæ diutius maritis sunt viduatæ. Quare spiritus qui non manifestè insignes sunt, neque nobis patentes, eos obscuros appellauit. Ex his igitur progressus quispiam inueniet, & citra meam vlteriorem opem, omnia alia de difficili spiratione dicta, tum in H genuinis, tum in spurijs Hippocrati inscriptis libris: quanquam nos ferme omnes genuinos in hoc sermone locos recensuerimus. At vero, quandoquidem & hi qui ad Thessalum filium ipsius referuntur, & qui ad Polybum generum, itidem artis Hippocraticæ sunt. Et non procul ab his absunt ea, quæ Euryphontis esse videntur, feruntur autem inter Hippocratica scripta. Si mihi ocium contigerit aliquando maius, alium adhuc quartum adijciam librum, in quo exponam ea quæ in reliquis Hippocrati inscriptis libris continentur, de respirationis difficultate. Nunc verò alijs rebus instantibus ac vrgentibus, ad illa non transibo.

Galeni

GALENI LIBER DE PLENITVDINE

Victore Trincauelio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Refelluntur Empiricorum Indicia, quibus Plenitudinem comprehendi arbitrabantur, ac vera Ratio explicatur Plenitudinis intelligendæ.

Quàm confuse medici qui Galeni tempestate vixerunt, de Plenitudine locuti sint, & qui nam Ipsorum à Galeno increpandi. CAP. I.

Icuti nullum est, quod nostra tempestate in ore omnium fere medicorũ crebrius versetur, q̃ plenitudinis vocabulum: ita nec aliud facile inuenias, quod ab illis magis ignoretur. In his enim si qui ad exposcendam, atq; etiam reddendam rationem idonei sunt, quum ab aliquo interrogantur, quid tandem ipsi plenitudinem appellent, respondent eorum quàm plures nomen id, quemadmodum etiam multum et parum, ex comparatione ad alterum dici, & proinde neq; mensura aliqua definiri posse: quod enim cum altero collatũ multum est, hoc alterius com
C paratione, non nunquam parum erit. Sed si mox ab illis petas, vt rem eam explicent, cuius collatione dicatur plenitudo, eorum quidam statim minus vocales quàm pisces redduntur: alij vero vsque adeo multa, & ea absurda garriunt, vt quid ipsi velint, minime possis intelligentia consequi. Reperiuntur tamen aliqui quamuis rarissimi, qui aiunt, multum & parũ intelligi viriũ cõparatione: è quibus si rursum sciscíteris, quid ipsi vires vocitent, ne respõdent quidẽ nõ nulli: alij vero, si tñ aliquid pronuntiare audẽt, ita respõdent, vt alter alteri nunquã consentiat. Quin & eorũ plurimi q̃cunq; potius alia interpretãtur, q̃ vires. Si quis tñ inter illos reperiatur, qui eousq; sapiat, vt vires dicat esse effectricẽ substantiã, aut effectricẽ causam: & mox ipsum, si sit aliqua huiuscemodi substãtia q̃ animal gubernet, primũ roges, & deinde vt exponat quid tandẽ ea sit: is ad hanc q̃onem ne respondet quidẽ, sed aut oĩno silet, aut adeo sua oratione aberrat, vt q̃nque illum tacuisse satius fuerit. Quòd si in his quoq; aliquẽ eò prouectũ disciplinę inuenias, vt licet quę nã sit viriũ substantia proferre nequeat, ex functionibus tñ cõiectura saltẽ eas esse assequatur, is subinde interrogatus, nũ ea q̃ ab Asclepiade, et ab eius ẽt sectatoribus, & p̃terea à Methodicis, de eo quod nullæ sint vires, literis tradita sunt, vnquã perpenderit ac dissoluerit, ne nouisse quidẽ ipse videt̃, si aliquis vnquã hac de re ab illis sermo fuerit habitus. Porrò, q̃
D q̃cunq; nullas esse vires cõtendunt, negẽt illarũ cõparatione plenitudinẽ intelligi, aut cõsistere posse, satis cõspicuũ est: q̃ppe quũ fieri nequeat, vt plenitudo ex collatione ad eã rẽ aut intelligatur aut cõstituatur, q̃ nusquã cõsistat. Credunt siquidẽ hi ex sola vasorũ capacitate haberi, q̃ aliquid multũ aut parũ esse dicatur: immo q̃nque ne nominant quidẽ inter initia plenitudinẽ, nec aliq̃ ab ipsa euacuationis indicationẽ depromũt, sed à sola cõstipatione (eã gręce στέγνωσιν dicunt) quã nec oẽs deinde (vt alibi mõstrauimus) eodẽ mõ exponũt. Est sanè & alius quidã tertius chorus, q neq; nouit si aliqua sit facultas nec ne, atq; ẽt se id alioq̃ p̃quirere nõ p̃fitet̃: vtpote q̃d sibi ex signis q̃busdã manifesto circa ęgrotãtes existẽtibus lõga experiẽtia obseruatis, inuentã fuisse euacuãdi rõnẽ asserãt: q mox interrogati quę nã ea signa sint, vasorũ inquiunt distentionẽ, ruborẽ, grauitatẽ vniuersi corporis, pigritiã ad motũ, mẽbrorum q̃; tẽtionẽ: addidere p̃terea ex ipsis nõ nulli lassitudinis et cuiusdã quasi vlcerosi affectus sensum, & priorẽ vitã in otiũ, & copiosioribus alimẽtis trãsactã, suppressas q̃; solitas vacuationes. Nimirũ in hac syndrome (sic.n. illi symptomatũ conuentũ appellãt) obseruatũ esse aiũt cõferre, si vena secet̃. Isti igitur nõ à se ipsis mõ, sed à q̃buscunq; ẽt alijs mortalibus, auferũt rõnem: profitentur siquidẽ ex experientia oĩa reperiri. Alij vero (vt modo à nobis dictũ est) rõnem sibi q̃dem p̃ter ea ex vsu esse aiũt: eorũ tñ quidã nullas oĩno esse vires: q̃dã eas sanè esse volũt, sed nolũt illarũ substantiã cognosci: vt tandẽ rarissimi sint, q vel q̃ vires sint, vel quę nã

demũ earũ sit substãtia, pnũtiare audeãt: imo neq; ij eundẽ numerũ, vel eãdẽ earũ, pferãt substãtiã. E
Quin & illorum qui nobis commẽtaria reliquere, alij facillime se expediunt, de vnica semper, quae animal gubernat differentes, nullam q; ad id rationem vnquam afferunt: alij vero demonstrationẽ quidem adducere conãtur, sed mox contendunt non esse eas plures quàm vnã. Quicunq; ergo statuerit in corpore laborantis consistere plenitudinem: necessum habet vt à medicis qui Empirici, qui q; Methodici dicuntur desciscat, atque dicat plenitudinem, aut vasa respicere aut vires.

Aduersus eos qui Plenitudinem, aut sola grauitate, aut vasorum tensione metiebantur. CAP. 2.

QVare nos quoq; disputationẽ cum Empiricis ac Methodicis differamus, & ad eos nostram conuertamus orationẽ, qui se artẽ aiunt ratione pertractare. Sunt tamen in his, qui hoc nostro æuo florent, quidã vsq; adeo audaces, vt à sectis sibi nomina imponant, qui tamẽ ne nouere quidẽ quid ad eas attineat. Hos igitur sæpe audias, quũ ægrotantes adeũt, dicentes, plenus hic homo, est, & proinde vena illi secanda: qui vbi de ratione aliqua sit habita mentio, statim se vel Methodicos esse vel Empiricos aiunt. At nos (vt modo diximus) eos aggrediamur qui analogismo vtuntur, primum q; cũ illis differamus, qui ex ipsis tantũmodo viribus plenitudinẽ metiũtur: quippe hi videntur nunquã vtres vel culeos prẹter modũ repletos vidisse, nec se etiã plus, q̃ par esset, vnquã impleuisse cibo, ita vt inde ventriculus distenderetur, neq; vel in vesica lotiũ copiosius q̃ ipsius ratio exigeret, vel in aluo stercus cõgessisse. In huiuscemodi etenim corporis statibus omnibus, eorũ instrumentorũ vnumquodque ita aperte distenditur, vt nisi cito quod superfluũ est, excernatur: homini nõ parũ afferat molestiẹ. Verũ enimuero, neq; res eundẽ sensum excitat quũ grauis est, vel quũ mordet, vel quũ alia aliqua qualitate infesta est, q̃ nulla exprimi oratiõe possit. Vnde sæpe vulgares hoc ipsum absq; vlla ex dogmate quopiã pertinacia interpretãtes audimus: qui se nõ nunquã ex cibis quos moderate etiã ingessere, premi, & grauari, nõ nunquã vero morderi, et erodi affirmãt, sępe, dũ id quod ipsis accidit exacte narrare nesciũt, se fastidio quodã teneri aiũt: nã neq; istorũ sensus, in hoĩbus cũ eo qui ventriculo prę nimia ciborũ copia intento atq; etiã distento oboritur: idẽ est. In his siquidẽ, statibus, se periculũ subire aiunt, ne rũpatur ventriculus, qppe quẽ nos etiã distentũ videmus: sicuti cõtractũ quũ se grauari dicunt. Nec secus pterea vesicę euenit, in qua alia nimirũ affectio est, quũ illa humoris plurimũ: alia vero quũ eius parũ continet, quum q; grauat: dum.n. ex plenitudine distenta est, facile videas plurimũ illius excremẽti excerni: vbi vero grauatur, paucissimũ quidẽ, frequẽtissime tñ, vtpote q̃ neq; tandiu, donec repleatur, expectare possit: sed cõtinuo quod noxiũ est eijcere cupit, quemadmodũ & quũ à mordaci illius qualitate stimulatur, assidua qppe tũc quoq; fit excretio. Nimirũ vbi illa à re contenta, quasi quodã grauatur onere: haud quis, & si nõ distendatur illius tunica, recte hoc dicat: nẽpe q illa male quidẽ se habet, attamẽ id quod eã aggrauat, minime multũ est. Porrò hęc ita aiũt illi qui in hac opiniõe primarij sunt, qbus alij aduersantur qui cõtra sentiũt. Nos vero ex vtrisq; sciscitabimur, nũ eadẽ sit molestia qua vesica afficitur, quũ sic est vndequaq; distenta, vt disruptionis periculũ imminere videatur, nec amplius id quo referta est, sustinere possit: & quũ sentit aliqd sibi esse oneri, aut mordicare. Illi nanq; q vasorũ amplitudine semp plenitudinẽ existimãt, rursus hac etiã parte his satis prõpte assentiunt, At, q ex ipsius viribus: se ad has interrogationes difficiles reddũt, nec nõ & varijs subirascũtur modis, susq; deq; his obsistere conantes, qui nequaquã admittere hanc quoq; esse plenitudinẽ velint. Nos ergo cupiẽtes istorũ cõtentiones dirimere, vtrosq; ad cõcordiã inuitauimus: & illos qui nolũt vnquã plenitudinẽ dici ex rei cõtinẽtis capacitate, qbus cũ etiã primũ disputationẽ instituerámus, hortati sumus vt memores q mẽbra, dũ nimis repleta distẽduntur, dolẽt: veritati tandẽ acqescant. Eos aũt qui hac tm̃ rõne plenitudinẽ cõsistere putãt: vt cõcedãt id quod graue est alicui, esse ẽt illi, dũ grauat, multũ. Atq; rursus ẽt vtrosq; monitos volumus, q ipsi his aduersant̃, q̃ liquido apparẽt: priuatim vero illis qui ad ipsas tantũmodo vires plenitudinẽ intelligi dicũt, tũ peritonæũ prę cibo H rũ copia rũpi aut dilatari: tũ vero exterius idipsum vtres ac vesicas pati ostẽdemus, immo & dolia, quũ plena fuerint re flatuosa, aut alioq violẽta. Sed & hoc ex illis pcuntabimur. Nũ hi q sanguinẽ è pulmone, rupto vase aliquo reijciũt, citra tñ ictũ aliquẽ, aut casũ, aut externã aliã huiuscemodi occasionẽ: videant̃ illis in eũ affectũ ob nimiã q̃ supra modũ vas distẽderit, plenitudinẽ icidisse? Seorsum aũt, & alios cõmonebimus, nõ posse pusillũ infantẽ onus aliquod ferre, quod iuuenis boni habitus vel facillime gestabit: leuissimũ qppe id erit adolescẽti, quod infanti (vt ego quidẽ arbitror) futurũ est grauissimũ. Nũ igitur id quod quis nequit portare, nõ appellabimus onus? vel id quod ita graue est non appellabimus multum? vel onus quidem appellabimus, graue q; multũ autem nequaquam? Sed si sic, non erit amplius de re, sed potius de vocabulis contentio. Alioqui enim ne homo quidem ille habendus esset, qui nunquam se grauari diceret, quamuis illi, vel viginti talenta humeris ĩponas. Ac ijs quidẽ qui temperanter se gerere volunt & hęc satis sint: nihil vero vnquam inuenias, quod illis satisfacere possit, qui seruili cuipiam dogmati se addixere.

Quotuplex sit Plenitudo, ac de vi contentrice aduersus Stoicos & Herophileos. CAP. 3.

QVa, ppter illos missos faciamus, imo (si verũ fari opus sit) eos à nobis facessere iubeamus: ingenuos vero & veritatis amicos, alloquamur. Itaq; subiecimus duas esse tũ notiones, tũ relationes

A nes multitudinis: alterā ad robur vires q; illius qui defert: alterā ad eius qui suscipit capacitatē. Itaq; hęc ipsa supponamus, & subinde, q̄ sint vniuersæ animantis vires, atq; etiā, quomodo plenitudo, q̄ s̄m earum vnamquanque consistere potest, & curanda & agnoscenda sit, perscrutemur. insup vero quot sint eorū humorū species, qui vel vires aggrauēt, vel ab ipsis vasis sustineri nequeāt. In his nanq; operæpretiū est diligentē & eximiū medicū versari, nō aūt in cōtēnendis euidentibus rebus, quæ cuiuslibet demōstratiōis initia sunt. Sed nil fortasse mirū est, si hoc ipsum ab istis ignoret, qui nūquā de demōstratione aliquid vel quęsierint, vel inuenerint, vel didicerint, aut exercitationē aliquā ei adhibuerint. Vnde adeo inepti sūt, vt siquis eorū his cōmētarijs occurrerit: statim speret me primū ea oia in hoc opere demōstrasse, quę eū oino nouisse opus sit, qui exacte de plenitudine disquirere instituerit, & se subinde ēt cuiuscunq; plenitudinis tā cognoscēdę, quàm curādę rōnem inuenturū: ignarus, quòd si res vsq; adeo magnæ eā haberēt naturā, vt posset vnico opere mōstrari: vtiq; ars nequaquā lōga foret. Iā aūt nos in ijs libris, quos de Platonis Hippocratis q; decretis edidimus, satis mōstrauimus quòd alia ea vis sit, q̄ in venis cōsistit, & alia ea q̄ in arterijs, aut in neruis. vbi ēt id docuimus quòd cor quasi fons & origo facultatis venarū sit: neruorū aūt, cerebrū: vt venarū, iecur. At in libro de Elemētis iuxta Hippoc. ostēdimus substantiā eorū oium, quæ genera

B tioni & interitui obnoxia sunt, à quatuor qualitatibus immutari per totā: humore, inquā, & siccitate, calore q; & frigore. & ex harū certa quadā tēperatura, oium corporū, substantiā, & proinde ēt viriū earū, quæ corpus nostrū gubernant, constare: quippe quæ nō sit nisi ipsius tēperamēti quædā proprietas: qd̄ à nobis & in libro de naturalibus facultatibus mōstratū ē, & seorsum in alio quodā cōmētario: in pluribus vero ac varijs alijs libris nos sæpissime signa cognoscendæ plenitudinis quæ ad ea vera genera attinet, & deinde ēt vniuscuiusq; eorū sigillatim, quæ in illis vtrisq; generibus cōprehensa sunt, explicauimus. Vtrunq; aūt dixi, id inquā quod viriū comparatione æstimat, & id quod illius cōparatione quod vocant, ἔγχυμα, quasi infusum dixeris: sic .n. ipsi appellant id plenitudinis genus, quod ex loci cōtinentis capacitate mensurat. Id vero non mō in animantibus reperitur: verū nihilominus in rebus quoq; inanimis, quēadmodū in vestibus, vinculis, pellibus, vasis q; tū fictilibus, & æneis, tū ferreis, tū vero in oibus alijs quæ vel ex ęre, vel ex argento, vel ēt ex stāno conficiunt: rumpunt siquidē hæc oia quum multa replent flatuosa substantia. Nisi quis fortasse sit, qui velit asserere, huiusce generis plenitudinem vim contentricē respicere, oblitus sententiæ illius, cuius inter initia, quantū ad viriū nomen spectat, nos meminimus, vbi diximus, vim esse causam effectricē. Quā siue δραστικὴν græce dixeris, siue ποιητικήν, nihil hoc referre puto, sicuti ne

C que aduersabimur, si qs nō effectricē cām, sed substantiā ipsam facultatē dicere voluerit: quia id tm̄ in hoc sermone seruari volumus, vim esse effectricē tantūmodo, non aūt materialē, aut patibilē, dicas mō vt lubet, vel cām, vel substantiā. Etenim si hoc seruauerimus, constabit profecto quòd vis sit cā alicuius actionis, quam mox necesse est esse motum ab agente in id quod patitur: sicuti & affectus qui in patiente est, motus erit, ab agente in rē patientē. Vnde vires suā quidē ex alterius cōparatione notionē hn̄t: esse vero ex relatione ad alterū. Quòd aūt quippiā in seipsum aut agat, aut aliquid efficiat: omnē mentis captū excedit, sicuti ēt quòd se ipsum aliquid contineat. Nā Stoici, qui quammaxime cōtentricē vim introducere nixi sunt, posuere alterū esse id quod continet, alterū vero quod cōtinet. Spirituosam etenim substantiā, id quod cōtinet. materialē, quod contineт, esse volunt. Et proinde aerē & ignē continere autumāt: contineri aūt aquā & terrā. Nonnulli tn̄, qui se Herophileos appellari volunt, ne somniantes quidē hæc vnquam intellexere: & tn̄ de contentrice vi subinde pronuntiare audent. Nimirū fatentur se ignorare si sit aer, aut ignis, aut vtrunque id quod lapides, ligna, cætera q; huiusce generis contineat: id tn̄ affirmant ꝙ omnino aliqua vis sit, quæ hæc oia contineat. dilaberentur etenim, ac diffluerent, nisi aliquid esset quod ea contineret, & cōpesceret. Qui mox interrogati num huiuscemodi proloquio, oia inquā re cōtinēte egere,

D ipsi in suis sermonibus vti audeant, vel ne: idipsum prōpte statim affirmant, interrogationi q; assentiunt. Sed si deinde ad aliquod absurdum deducant: id omne in ea reijciunt, quæ à nobis afferunt: quin & cōtra eos qui ipsos sic interrogarūt, indignant, perinde ac si & importuni nimis sint & sophistæ. Is .n. mos inter medicos hac ipsa tēpestate in primis inualuit, vt de decretis maximis audacter statuant. quū vero redarguūtur, moleste ferant, eos, à quibus fuerint, redarguti, sophistas appellantes. At nos qua rōne in absurda inducendi sint illi, qui posuerit rē quālibet aliqua egere cā, à qua contineat, iā exponemus. Causa cōtentrix, quæcunq; illa sit (nā Herophilei se illā ignorare fatent,) aut res quæpiā erit, vel nihil prorsus. Si dixerint illā nihil esse: admirabilis sanè est hæc istorū sapientia, qui velint rē vnāquanq; eo egere vt cōsistat, quod nihil prorsus sit. Sed si cām cōtentricē in rebus ponant: id statim meminerint, ꝙ ipsi primū affirmarūt rē quālibet, vt sit, cā cōtentrice egere. Quo deinde fit, vt sit necesse, & illā cām altera egere cā, ex qua cōsistat, & mox hanc ēt quapiā altera, vt res tādē sit in infinitū abitura. Quòd si dixerint rerū alias qdē aliqua alia cā, vt sint, egere, alias vero ex seipsis hoc habere. Primū quidē sciuerint ipsi, se nō amplius decretū id seruare, quod inter initia statuere, quod q; verissimū esse prædicabāt, rē nimirū vnāquanq;, vt esse habeat, indigere cōtētrice cā. Mox vero quòd illis lōgissima opus sit oratiōe, vt explicēt cur hæc ea egeāt, illa vero secus: ac deinde quodnā sit id quod vel his, vel illis annumerandū sit. Nā nō modo multi ex Herophileis, sed & ex Stoicis iuniores, nullā afferūt demōstrationē, ad ostendēdū, ꝙ spiritus &

ignis

ignis & sese,& alia ẽt cõtineãt: terra vero & aqua alio cõtinẽte indigeat. Primo etenim aspectu, E
quod durũ ẽ renitẽsq; & dẽsum,potius cõtinere videri posset: cõtra vero,quod molle cedẽs rarũq;
est,altero indigere à quo cõtineret. Hi tñ nõ solũ nulla allata huiusce rei demõstratione, suo decre
to fidẽ haberi volunt: verũ nec animaduertunt se ea statuere q̃ ipsa secũ pugnẽt. Illa siquidẽ maxi-
me volũt vim cõtinẽdi habere q̃ tenuissima & mollissima sunt,aerẽ inquã & ignẽ,& hęc eadẽ prę
terea in cã esse cur tũ aqua,tũ terra dura solida q; sint,quasi possit qdpiã alteri eã aut vim, aut natu-
rã,aut actionẽ,aut qualitatẽ impartiri,cuius ipsum sit exps. Nos ẽt apte videmus, ita nihil ab igne
cõtineri,vt magis ab eo oĩa dissoluant. Quũ vero cõtra Stoicorũ suppositionẽ aliàs plenius disse-
ruerimus,ad Herophileos redeamus: vt tñ hic ẽt nobis satis fore putemus si testemur,ꝙ ille qdẽ q
sectæ eorũ author extitit,cõtra q̃ par esset,se gessit: qppe q ĩ multis,vbi ĩ prõptu sũt demrones, du
bius fuit: ea vero ipse ꝓmulgauit qbus nulla poterat afferri demrõ, q̃q; nõ nisi falso statui poterãt.

Quibus in partibus prompta sit vel difficilis, Plenitudinis facultatem grauantis dignotio. CAP. 4.

QVare his quoq; relictis,vñ diuertimus redeamus,& dicamus, ꝙ quotiescũq; p̃ multitudine aliqd nimis distẽdit,aut disrũpit: affectus is ad cõtinẽtia vasa ptinet,nõ aũt ad aliquas vires: quũ vero grauat,ad sensitricẽ facultatẽ. Nã neq; id ipsũ oĩno ad vires oẽs spectat: naturales.n.vires ab hoc affectu,grauari nimirũ alienæ sunt. Itaq; si recte à nobis ĩ cõmẽtarijs de naturali F
bus facultatibus demõstratũ est,inter eas vnã esse q̃ ea attrahat q̃ sibi idonea sint,alterã vero q̃ hæc
ipsa alteret, tertiã,q̃ cõtineat,quartã q̃ eorũ expultrix est q̃ aliena sunt: alia sunt inquirẽda indicia
ad cognoscẽdã Plenitudinẽ p̃ vnaquaq; ex his viribus. nã neq; grauitas in his sufficere põt. Imbe-
cillis siquidẽ uẽtriculus vi sensitrice maxĩa p̃ditus ẽ,qua ea sentit q̃ grauia sibi sunt: arteriæ vero
atq; venæ sensu retinẽt,sed aliũ. In neruis quoq; an eiusdẽ generis sensus reperiat̃ vel cuiuspiã alte
rius: lõgiore ad id exponẽdũ,& illi fidẽ faciẽdã egeret oratione. Porrò qbus signis scĩeter cõprehẽ
di possit arteriarũ plenitudo,q̃ ex collatione ad earũ vires cõstat: in cõmẽtarijs de pulsibus expo-
suimus. Horũ quoq; oĩum,ignari sunt ij,q ita facile quotidie nomẽ plenitudinis in ore hñt. Vena
rũ vero nec ego signũ aliquod vnquã,quo id ex sciẽtia haberi possit,neq; ab alio quopiã literis mã
datũ reperire potui. nã neq; quispiã nobis prior de ipsis viribus sciẽter disseruit. Sanè Philippus
atq; ẽt Archigenes earũ cõtẽplationẽ parũper attigere,sed eorũ nemo rẽ ipsam absoluit: ratio attñ
huiusce p̃sentis sermonis exposcere vr̃,vt nõ mõ hæc ipsa disquirant̃, verũ ẽt vt de Plenitudine aga
tur,q̃ sigillatim quascunq; particulas occupat: iecur inquã,cor q;: & renes, & crassum intestinũ, &
cerebrũ,& p̃terea ossa. Horũ itaq; quæcũq; vel parũ sentiunt,vel oĩno sensus sunt exptia, nequaq̃
parẽ cũ vẽtriculo,aut vesica excrementorũ,q̃ in ipsis cõgesta sunt,sensum retinẽt: sed aut oĩno exi G
guũ,aut penitus nullũ. exiguũ quidẽ vbi maxima fuerit plenitudo: nullũ vero, quũ illa nõ multa
fuerit. Nã in pulmone,iecore q;,atq; ẽt in renibus aliquis nõnunq̃ oborit̃ alicuius põderis sensus.
In ossibus quoq; nõnulli q̃nq; grauitatis sensum p̃cepere,qui tñ admodũ obscurus sit. At fm cere
brũ non subobscurũ mõ: sed perq; manifestũ ẽt nõnunquã sui sensum grauitas excitat. In partibus
aũt sensu vacuis,nullus põt nedũ grauitatis,sed nec alterius ẽt symptomatis sensus haberi. Sensu
vero carere vident̃ ossa nõ nulla. adeps quoq;,& glãdulæ q̃dã,& oẽs pręterea medullę sensus exper
tes sunt: cerebrũ tñ ac ẽt medullã spinæ dorsi nõ nulli in sentientibus particulis collocãt. Tutius tñ
poterit quispiã de carne qua gibba iecinoris pars cõstat, quã nõ nulli medici παρέγχυμα, quasi in
fusionẽ dixeris,appellãt,asserere ꝙ absq; vllo sit sensu: quippe quũ illi nullus vlla ex parte neruus
ĩserat̃. De parte aũt illius caua facile põt aliqua suboriri dubitatio. Nerui.n.illi,qui iecori iuxta por
tas distribuunt̃,eo exiles sunt,vt solã ipsius mẽbranã videant̃ cõtexere. Nec minus præterea aliqua
offert̃ de renibus liene q; dubitãdi occasio & lõge ẽt magis de pulmone: quũ ille sensus põderis,
qui in his visceribus nõ nunquã exorit̃,in mẽbranã & tunicã,qua ea inuoluta sunt, potius referri
possit q̃ in ipsa viscera,id q; in pulmone præsertim & iecinore. hæ.n.partes quasi suspẽsæ pendẽt,
nec stabili loco suffultæ hærẽt. Et sanè qui fm ea viscera laborant, sæpissime supiora ad clauiculã H
vsq; distẽdi manifeste sentiũt,sicuti quũ iecur tumore aliquo,aut grauedine tenet̃: adeo.n. frequen
ter is affectus oẽs ferè hoĩes inuadit,vt fœlix admodũ ille videri possit,qui toto suę vitæ curriculo
6.Epid. sect. 1. tex.6.3º.155.c illius nunquã sensum habuerit. Sed & Hippocrates ait. ‖ Grauis dolor ad renes p̃ueniẽs. Quin &
pulmo,(vt oẽs fere medici prædicãt) grauitate tentat̃,si quis tumor idipsum viscus occupet. Medi
corũ tñ quãplures de Plenitudine ita præpostere ꝓnuntiãt,vt de his nihil cõquirere velint, immo
nõ nulli neq; id quidẽ inuestigãt,ꝙ q̃nq; per vniuersum corpus,q̃nq; secundũ vnam quampiam
vel etiam secundum plures partes plenitudo consistere potest. Verũ operę pretiũ fortassis fuerit,
vt ab his oĩbus difficultatibus (si tñ sic tibi libeat) nos cõtineamus rebus q; facilioribus versemur.

Qua ratione Plenitudinis in singulis partibus notæ inueniendæ. CAP. 5.

POrrò nihil facilior ea via vr̃,vt à grauitate rursum exordiamur,ea siqdẽ euidẽtissimũ signũ est plenitudinis illius,q̃ ad vĩ sensitricẽ spectat. Vbi primũ inquirẽdũ ẽ,nũ grauitas ex necessitate multitudinẽ cõsequat̃,vel illã potius anteceda t: nã neq; eadẽ ratio est,ꝙ põdus p̃cedat, vel ꝙ subse-
quat̃. Quippe rei veritas hæc ẽ,qd̃ si in aliqua particula q̃ sensus particeps sit, vlla aggreget̃ humo-
rũ multitudo,in ea statim grauedinis quoq; sensus excitat̃: neq; tñ quotiescũq; põdus loco alicui
ĩsederit, ibi ẽt humorũ multitudo cõgesta erit: quũ vis si imbecillior fiat, possit ex ipsismet solidio
ribus mẽbris grauari,queadmodũ in corporibus resolutis euenire solet: prę resolutiõe.n. ĩbecillio-
ribus

A ribus factis musculis, quorū ea erat functio, vt mēbrū id resolutū moueret & trāsferret: sentit ille q resolutus ē, in motu grauitatē: ita tñ vt id quod infirmū ē sibi ipsi graue minime sit: musculus nimirū aut neruus, aut qcqd sit tādē id, qđ primū mēbra mouet. Is siqdē affectus q grauedo appellat, ea natura cōstat, vt & ab altero, & i altero gignat: pōt nēpe ipse neruus, aut tēdo, aut musculus, aut qcqd illud sit qđ nos mouet, fieri se ipso iualidius ībecillius q; : vt vero sibi ipsi graue sit, fieri sanè nequit. Porrò id si robustius fiat, validiores q̃ antea functiões edet: si vero imbecillius, lāguidiores: queadmodū musculus (si is tñ sit q crus moueat) quū bene valet, valide eā illius mēbri ꝑtē, cui à natura insertus ē, attrahet: si ꝑterea in optimo fuerit cōstitutus habitu, munus id validissime obibit: morbidus vero factus, iualide: imo si vires resolutas habuerit, lāguide. Quòd si nō musculus, sed neruus sit, q musculū ipsū moueat, is ēt pro sui valetudine, vel morbo, bono habitu, & infirmitate, illa eadē in mouēdo mēbrū aget, q̃ de musculo mō diximus: nec secus ēt si dixerimus spiritū esse id qđ primū mouet ipsū crus, hæc. n. eadē in ipsum erūt referēda. Age igit, maioris ꝑspicuitatis gratia, ponamus nūc ex spiritu ꝑ neruū delato musculū moueri, ex musculo vero, tibiā primū, cui is inserit; qua mota, articulus in genu vbi crus vniuersū cōmittit, subinde ēt moueat. His qppe sic positis, vere poterit quisq; asserere, & musculū inualido spiritui esse oneri, atq; ēt totū ipsū mēbrū, tibiā inquā.
B Sed si ꝑterea ponamus neruū à spiritu moueri, & à neruo musculū, à quo deinde tibia: ab his oībus imbecillis spiritus grauabit. Ex his itaq; id iā apertū reddit, minime posse exquisite dignosci qd id sit, qđ primū grauet, quod q; primū grauet, nisi prius sciat, id qđ primū in nobis vnā quāq; mouet particulā: hoc tñ aliàs exactius disquiremus. Nūc. n. volumus id de quo is istitutus ē sermo, ꝑtractare: vbi, vt nostra oratio clarior euadat, totā hāc rē ex suppositione trāsigemus. Quare statuamus nūc musculū esse id quod tū se ipsū, tū ēt os tibię primū moueat: ipse quidē sibi ipsi, neq; si vel iualidissimus sit, grauis esse nequit, sed illi tibia potius grauis est. An vero id illi tātūmō quū mouere tētat, eueniat, vel ēt dū quiescit: ad aliā cōtēplationē, q̃ qdē nō ita leuis ē attinet: & eā nos ī libro de Motu musculorū cōplexi sumus, & sanè citra eā nūq; poterit (quū grauitatis sensus adest) vel affectio ipsa exacte cōprehēdi, vel locus ēt affectus. Nā, vt statim hoc exponamus, nō nulli sūt, quibus vel mēbrū aliquod, vel vniuersū ēt corpus, quū id mouere volūt, graue videat: qui si quiescāt, nullū vllius grauitatis sensū hñt. Sūt & alij q prius ēt q̃ moueri aggrediāt, se grauari aiūt. At nequit hæc vtrorūq; affectio vnq̃ cognosci, ni prius repis, q̃ eę sint ī vniuerso crure partes, q̃ ad mouendū natæ sunt, q̃ q; vt moueant. Quia si neruorū fibræ ꝑ musculū dispersæ, primę sunt q̃ mouēt, quibus cū subinde mēbraneū venosum q; & arteriosum genus mouet, & ꝑterea ligamenta: ab his
C ipsis, & à cæteris quoq; partibus oībus q̃ in hoc mēbro sitæ sunt, grauitatis sensus excitabit. Nos vero ꝑpēdamus atq; definiamus, qñ moto mēbro suas q; functiones obeūte grauedo oborit, & qñ eo ēt qescēte. Porrò si ligamētorū quoq; in eo genus vnà cū carne mouet (ex his siquidē oībus ipsa musculi substātia cōstat) ex nullo istorū grauitatis sensus vnquā ꝓdire poterit, sed vel ex venis, vel ex arterijs, vel ex adipe, vel ex ossibus, aut ex eorū aliquibus, vel ex ipsis oībus. Quòd si in huiuscemodi partitionibus omissū à nobis esset, ex aliquibus, vel ex oībus, ipse qui leget poterit supplere: coiūctiões eteni nō disiūctiue, sed potius coiūctiue hoc loco tenēt. Ex his igit q̃ exposita sunt, satis cōstat, ꝙ si qs velit partis illius q̃ ꝑ plenitudine laborat, cognitor euadere: illū opus est sciētiā prius exquisitā earū viriū assequi q̃ nos gubernāt, & pręterea dissectionis, atq; ēt naturæ cuiuscūq; particulæ, q̃ sit in animali: hinc. n. promotus poterit forsitan partis nimis repletæ indicia reperire.

Aduersus Erasistratum de Plenitudinis notis. CAP. 6.

VErū si quis forte nulla habita veritatis rōne huic tm̄ studeat, vt illos nimirū fallat, qbus cū versat, se qppiā eximiū callere ꝑseferēs: facile is poterit sine aliquo alio maiori negotio primum Erasistrati salubriū librū legere: neq;. n. ille vspiā alibi signa plenitudinis explicare tentauit. Eius itaq; verba attēdamus. Primū quidē vbi q̃ nā sit plethoræ (ita. n. ipse venarū repletionē appellat)
D origo aperuit: mox vero vbi ēt signa quibus eā cognoscas exponit. Hæc itaq; illi ē eius generatio. « Quū alimenta distribuunt, nec ꝑterea aut apponunt, aut vniuscuiusq; more elaborant, aut alioqn excernunt, necesse est vasa tū cōcoctionis, tū distributionis repleri, & actiones q̃ in ipsis ædunt impediri: mox vero, quū id alimēti qđ prius in vasis fuerat nulla alia rōne cōsumat, sed alio itē ab ijs q̃ ingerunt, accedente, vasa in corpore magis distēdunt: q̃ vbi ad id venerint vt amplius distēdi nequeāt, alijs insuper alimētis ex vētriculo iugiter delatis: illa q̃ ꝓcesserāt, in vasa spiritus irruūt. Itaq; tū ex his patet, ꝙ ipse de ea plenitudine verba facit, quæ infusionē respicit, vel, vt ipse græce ait, κατὰ παρέγχυμα: tū vero quia plethorā nominat: nā id nomē ꝓprie huic tm̄ affectui cōgruit, minime vero illi qui ex viriū cōparatione æstimat. Sed mox vbi paucula qdā de ea dignoscēda tetigit, hęc iterū scribit. Oportet igit, sicuti & in supioribus à nobis dictū ē, dare operā vt plethoræ affectū « cognoscamus: inter initia quippe dū vasa moderate fuerint repleta, videnť ij validiores reddi robustiores q; q̃ ipsi esse soleāt: ꝙ si maior ꝑterea repletio accesserit, brachia, tibię, manusq; pleniores videnť, ꝑinde ac illis qui ab exercitio partes eas distētas hñt. Sed adhuc repletiōe subinde adaucta, iā vlceroso affectu teneri videnť, tardiores q; & ad motū ineptiores sunt, & vniuersū ēt istorū corpus tensū & lassitudine oppressū vr. Hāc aūt corporis affectionē, nisi quis cōmode perite q; solue reīstituerit: morbus statim subsequeť. In his ꝑfecto Erasistratus plenitudinū q̃ genere euariāt, notas cōfundit, ꝑter id qđ nō nulla insuꝑ q̃ nō erāt necessaria intermiscet: queadmodū si recte illius verba

verba attēdere voluerimus, statī ab initio sui sermonis intelligemus: statim.n.inter initia ait, Quū E »
vasa moderate repleta fuerint, vident ŋ validiores reddi robustiores q̃3 q̃ ipsi esse soleāt. Nullā sane »
is sermo alioqui vel ex affectus ad signa, vel signorū ad affectū collatione necessariā vr̄ habere cō
sequutionē, neq3.n.necesse ē quū vasa moderate fuerit īpleta, eos validiores robustioresq3 reddi: ne
q3 si robustiores validioresq3 videāt, vasa moderate esse repleta, quū fieri possit, vt aliqui, q̃uis nō ni
si modice repleti sint, ībecilliores tn̄ videant, aut saltē in neutrā partē cōspicue inclinēt: robur inq̃
aut ībecillitatē. Quod si robustiores quoq3 q̃ antea efficiant: poterit hoc nō mō nulla in eis humo
rū copia adaucta fieri: verū & ea potius q̄n̄q3 imminuta & q̄n̄q3 eadē penitus q̃ prius aderat, serua-
ta quantitate. Vtrūuis.n.supposueris: statim tria illa quodcunq3 eorū primū ꝓtuleris, cōsequent.
Quia si ponas auctos esse humores, viriū poterit maior imbecillitas, poterit & earū robur maius se
qui q̃ prius esset: poterūt illæ ēt ī eisdē terminis cōtineri. Nec minus ēt posito ꝙ solito robustiores
facti sint: p̄nt & aucti esse, & imminuti humores: p̄nt & suū seruasse modū. In p̄sentiarū vero siue
humores dixerimus, siue sanguinē, ꝓ eodē habeat: suo.n. loco hæc distinguent. Erasistratus itaq3
hæc ita simpliciter ꝓtulit, nullā dictis suis afferēs demr̄onem. Nos vero nō sic, sed necessarijs demō
stratiōibus fidē his q̃ nuper a nobis dicta sunt, astruamus, sumpto tn̄ rursus ab ipsis Erasistrati ver
bis initio. Num igit̄ dū ait robustiores & fortiores vident̄, aliud quid significat id q̄d robustiores F
ait, ab eo q̄d fortiores: & duo sint moderatæ plenitudinis, q̃ nos edocet signa, vel vnū id signū est,
q̄d duobus vocabulis ab eo exp̄ssum sit. Nēpe ego nullā penitus in horum significato d̄riam inue-
nio. neq3 fm̄ genus, neq3 fm̄ speciē, neq3 ꝓ maioris minorisve ratione, sed ab vtroq3 idē significari
puto. At finge, si ita lubet, alterum alterius cōparatione intētionē ac incremētum insinuare quod-
cunq3 mō illud sit, siue id q̄d p fortiores significat̄, siue id q̄d per robustiores. Sed tūc vtriusq3 signi
ficatū erit penitus vniusmodi: eteni vbi eadē p̄manēte forma īcremētū accidit: nulla ibi est duorū
in significando disciplina. Porro satis cōstat Erasistratū alterius generis plenitudinis q̃ uires respi
cit, oīno ne meminisse quidē, neq3 in hoc libro, neq3 ēt in libro de Febribus: plethora siquidē (vt ip
se arbitrat̄) intercidētiæ, seu (vt ipse græce dixit) παρεμπτώσεως, vn̄ & inflāmationes ortū h̄nt, &
febris ꝓdit, in cā ē. Ipse vero cōspicue p̄dictis verbis plethoræ generationē exposuit. qua corp̄is va
sa onere īmodico grauari plurimūq3 tēdi dicebat: huiuscemodi.n.vocabulis ipse vsus ē, sicuti etiā
quū ait, Dū amplius eā sarcinā ferre nequeūt: incidūt in arterias succi superfluētes: ea.n.q̃ nimis ve- »
nas replēt, impetū quo inferant̄ inde h̄nt. Sed & hoc ēt loco aliquid diuisioni defuit: nā neq3 ser- »
mone ita absoluto erat dicēdū: quū venæ amplius id onus sufferre nequeūt, in vasa spiritus παρέμ
πτωσιν, i. incidentiā fieri superfluētis succi: verū potius p̄stabat ut diceret, oportere vt alterum ex his G
duobus, prædictā repletionē sequat̄: nēpe vel tunicæ illius rupturā, vel transfusionē sanguinis in
vasa spiritus. Putare vero sanguinem ob id necessario transfundi ꝙ a venis cōtineri nequeat, hoīs
est qui oblitus sit vasa q̄n̄q3 præ copia disrūpi: ut id ēt præstereā, ꝙ absq3 vlla huiuscemodi transfu-
sione sæpe fit, vt in ampla intestinorū, aut ventris, aut stomachi, aut oris aut faucium spatia aperian
tur vasorum ora. At diuisionis in sermonibus defectum, non modo in hoc ipso libro, verum in
alijs etiam omnibus sibi peculiarem habuit Erasistratus.

Ex incremento vel decremento sanguinis vires neq; augeri necessario, neq; minui. C A P. 7.

NOs vero rursus quō se habeat disquiramus quod dixit, nimirum si modica sit plenitudo, ro- A.l.1.f.1.d.
bustiores q̃ erant vident̄, sed o Erasistrate erit ne, nulla ēt corpori facta virium accessione, vel c.1.10.8.a
viribus pariter ipsis adauctis? Ego sane affirmauerim ꝙ si actiones valentiores ædendæ sint, q̃ ne-
cessarium fore simul & virium robur augeri. Quod si tu putes, solo adaucto sanguine, non adau-
ctis autem viribus, actiones validiores euadere: videberis sane Asclepiadis potius sententias euer-
tere, quam facultatis statum astruere. Nam nusquā ipse absolute sic protulit, illum qui pluri sangui
ne præditus sit: robustiorem ēt fore: qui vero pauciori, inualidiorem ex necessitate. Ipsum etenim,
etsi putarit nullas in nobis esse vires, non vitalem, non animalem: aliquas tamen eis q̃ apparent cō H
sentientes distinctiones afferentem inuenias: quodā etenim uidemus, qui & robustiores q̃ prius
essent, & pariter magis sanguinei facti sunt: alios vero qui robustiores quidē, sed minus sāguinei.
Quapropter quum nulla cogat necessitas, vires aucta sanguinis copia increscere, vel ea imminuta
imminui: existimandum est hæc quoq3 ab Erasistrato negligentius fuisse tractata, vtpote qui neq3
hæc ipsa quę nunc a nobis tradita sunt, si a quopiam monitus fuisset, negasset quidē actionū inquā
fortitudinē potius viriū robur, quam sanguinis sequi incrementū. Quare nos sermonē illius (ad-
dita ea parte q̃ deerat) absolutiorē reddemus, vt tandē hoc se habeat mō: Sanguine vna cū virium
robore adaucto, necesse est actionum fortitudinē augeri. Atqui si ita loquamur, erit quidē verum
id quod a nobis fuerit prolatum, sed nihil hoc postea ad institutum nostrū fecerit. Siquidē verū,
erit eos quibus pariter sanguis & robur fuerit auctū, fieri valentiores: vt nō ita tn̄ mox verū sit, ijs
qui valentiores euaserint, hæc ēt vtraq3 increuisse. Neq3.n.robur vna cū aucto sanguine crescit:
quū fieri possit vt solę augeantur vires. Siquis.n.qui & alicuius pituitosi sanguinis copiā ex ocio
cōgesserit, & viribus pręterea imbecillis sit, optimo cuipiā gymnastę offerat̄: hūc ille paulo post va
lentiorē quidē, non aūt pluri, q̃ quando illum susceperit, sanguine abundantē reddet. Itaq3 vt nul-
la est necessitas, illis qui in suis obeundis functionibus valētiores q̃ prius forēt, effecti sunt, humo-
res accreuisse: ita pernecessarium vt si qui validiores actiones habeant, eis virium robur accesserit.

Porro

A Porrò non modo ab actionum fortitudine sumpto initio ad virium robur, verum, & ab ipsis viribus, ad actionũ fortitudinẽ necessario perueniens: is.n. valẽtior in suis actionibus existit, qui viribus robustior ẽ: vt ãbo hęc mutuo sese cõsequant, fortitudo nimirũ actionũ, viriũ robur: robur q; viriũ, actionũ fortitudinẽ: his siquidẽ vtrũuis posueris: statim & alterũ presto erit, vt nulla tñ sit à sãguinis multitudine futura cõsequutio necessaria: quũ neq; si is sit maiori copia q̃ antea, validior necessario sit hõ futurus: neq; si minori, imbecillior, sicuti neq; si ęqualis sit necesse est illũ viribus eodẽ se habere mõ. Et, pinde ex his iã dictis sanè liquet, actiones validas propriã esse ac inseparabile viriũ vigentiũ notã, sanguinis vero aucti nequaq̃. Id aũt quod mox ab Erasistrato allatũ est, nõ est plethorę signũ propriũ, est tñ ab ea inseparabile, quod impleri vocat Erasistratus. Sed clarius, tendi, dixisset: nã & gymnastæ qui diligentiores sunt, quũ aiunt lassitudinẽ aliã esse vlcerosam, aliã tensiuã, aliã phlegmonosam: nil aliud insinuant, nisi in tensiua lassitudine mẽbra esse repleta: tunc .n. quãcunq; particulã in eis repletã esse inquiunt, quũ in se tensionẽ quandã sentiunt. Sentiũt præterea & in inflammatione tensionẽ, verum illa aut semper, aut frequentius secum pulsum quẽdã p̃ter naturã habet: Vñ lassitudinẽ pulsatilẽ posset eã quis appellare, si rẽ hanc apertius exponere vellet. Qui vero præter eã tensionẽ nihil aliud patiuntur, his neq; tensa particula inflammata est, neq; B ẽt ex necessitate plethorica est. Sed duorũ alterũ, vel lassitudine laborat, vel plethorica est. At si lassitudine tenet: ex nimio labore id habuit. Vbi vero nullus precesserit labor: nõ amplius ex labore lassa est ea particula, sed ex alia occasione, vt tãdẽ vere affirmare possimus, q vbi adest tẽsiõis sẽsus, nec tñ exercitatio præcesserit: ibi necesse sit plethorã esse congestã. Quòd si hoc loquamur mõ signũ id, pprium reddit atq; inseparabile. hæc etenim vtraq; vicissim sese cõsequunt: & tensionem quæ nulli exercitij comes sit, pręcedit plethora, eius.n. signum ab illa inseparabile euadit, vtpote q à cã plethorę pficiat. Sãguis aũt auctus, non tñ eo vt venæ adhuc tensę sint, nondũ plethorã absoluit. Sed ecquid Erasistratus in suo sermone brachiorũ, tibiarũ, manuũ q; meminit: quum nihilo minus in collo ẽt & dorso, lumbis, thorace, atq; ẽt in sumine hęc huiuscemodi tensio cõsistere possit. At quemadmodum horum membrorum superuacanee meminit Erasistratus: ita longe præterea magis vlcerosi sensus, quum is ex acribus potius gignatur humoribus q̃ q plethoræ indiciũ sit: talis.n. is sensus est, qualis in exulceratis excitatur partibus, quum tactu, aut quum purulento quopiam humore, acriue medicamento irritatur, immo ex solis quoq; motionibus prouenit. Profecto vt tensio copiæ humorum ea à quibus continentur distendentium, affinis est: ita vlcerosus sensus acrem sequitur qualitatem, & proinde in multis nonnunquam per vniuersum suboritur C corpus, ne moderatam quidem sanguinis mensuram, nedum plethoram habentibus.

An in solo sanguine Plenitudo consistat, an ex molestia, tensione, & cæteris Empiricorum indicijs veri percipienda sit. CAP. 8.

HÆc si ita se habeant, sicuti nimirum se hñt: operæpretium sanè erit, iam nonnulla ex his, q̃ dũ examinaremus signa ab Erasistrato descripta, in hunc locũ distulimus: definiamus. Satius sanè fuisset distinguere, nũ plenitudo tam ea q̃ virium cõparatione, q̃ ẽt ea q̃ ad capacitatem rerum continentiũ intelligit in solo possit sanguine, vel in alijs ẽt cęteris humoribus consistere, quum id
.1. & 1. d. 4. 8. 2. ipsum quoq; illi indefinitum reliquerint. Porrò quum nõ mõ affectus ꝗ ipsos arripiãt humores, nẽpe copia & defectus, verum & praua qualitas: oẽs equidẽ medicos interrogaui tum eos qui ex viribus, tum eos ẽt qui ex humorũ incremento plenitudinẽ æstimant, an solo.s. sanguine eous q; adaucto vt ferri nõ possit amplius, venas extẽdi cõtingat: an vero si in quapiã p̃terea particula, vel in ipsis ẽt venis, pituita, & cũ hac aut sine hac ẽt bilis aliqua, vel alius quidã purulentus humor (græci ἰχῶρα vocãt) vel flatuosus spiritus, adeo excrescant, vt capi amplius vbi cõtinebat, nequeat: hic ẽt ab animante tensionẽ sentiri necesse sit. Et sanè, quum particula q̃ tenditur particeps sensus fuerit: necessum est vt quæcunq; fuerit ea res, q̃ eò ipsam distẽdit vt capi nequeat: tensionis sensum in D animante excitet, & is affectus qui tunc mẽbra occupat, tensio appellatur: q̃ si plurimum augeat, erit ẽt necessarium, vt id quod tendit, rumpatur. Et mihi quidem hoc cum his quę quotidie apparent, consentire vr̃. Videmus siquidem nõ mõ neruos ac funes, sed & dolia quoq; præ multo ex flatuoso spiritu turgente, vi tẽsionis dirumpi. Nup etenim vas stãneum ita medicamẽto ex vipis quo plenũ erat, inflatũ est: vt & coriũ quo iuolutũ erat, & funiculus quo erat deuinctum, rupta sint, & incuruatum fuerit operculũ. Neminem p̃terea esse reor, qui, si ea q̃ quotidie in his qui ægrotãt, cõspicimus, studiose obseruare & perpendere voluerit, nõ nouerit, ex flatuoso spiritu in animãtiũ mẽbris intercepto, & præsertim in crassiore intestino aliquos sæpe vehemẽtissimis doloribus detẽtos fuisse. Quare p̃stiterit sanè arbitrari ex quacũq; substantia humida & flatuosa posse tẽsiuo affectu particulas occupari, q̃ q is solum ex oĩbus humoribus sanguinem consequatur. Ab his itaq; rursus ad eos redeamus qui plenitudinẽ semper virium cõparatione constituendã putant: & ab illis hoc ipsum, quod maxime in prõptu ẽ, sciscitemur, si tñ antea loco exempli, huiuscemodi quandã hypothesim, pposuerimus. Sint duo hoĩes qui onera humeris imposita ferãt, & alter quidẽ lignũ quodpiã, vel lapidẽ, aut grauissimã aliã quãdã sarcinã: alter vero spinas paucissimas & acutissimas. Hoc igit̃ pposito spectaculo, ab eis, qui plenitudinẽ virium semper cõparatione intelligunt, quęramus nũ paucas illas spinas onus appellent: an potius sarcina quidẽ vtraq; commune hoc habet symptoma,

ſymptoma,quod illis hoībus non paruā moleſtiam afferat,vt tamen nō eadem ſit, immo plurimū E differens illius moleſtiæ ſpecies: is.n.abſq; vlla pūctione grauat,at ille ſine vlla grauedine pungit. Vñ ſiquis pungi,vel morderi,vel quæcunq; aliaq́ moleſtiæ eſſe poſſunt,onus,atq; ēt multitudinē appellauerit: is tandē coget & ſimplicē aliquā ſpinā,& tenuiſſimā qñq; acū,onus vocare: quo neſcio an poſſit aliquid aliud magis ridiculū excogitari. Porrò hæc abſurda ſunt,& pter cōem oium hoium ſniam: noſtrū vero inſtitutū ē vt ſeruemus nō aūt euertamus cōes oium ſentētias. Id igitur quod aggrauat,multū: quod vero pūgit,aut mordet,aut vtcunq; quis nominare voluerit,moleſtū appellabimus. Plures aūt reperiri humores mordaces,qui partim in nobis gignant,partim extrinſecus inferantur,iā oībus hoc cōpertū eſt. Quorū quatuor penes magis & minus extant dñæ: q.n. modice mordēt,pruritū inferūt,vti ſcilla: qui vero magis, rodunt, queādmodū cępa: nā ſi noſtrū corpus alteri cuipiā huiuſcemodi naturæ corpori occurrerit,cui diutius hæreat,exulcerabit. Sed ſi aliqua præterea adhuc his fuerint acriora,horrorē excitabūt, in primis vero ſi particulis vlceratis adhibeant: ꝓrogato vero atq; aucto horrore ſymptoma illud rigor appellat. Atq in nobis quoq; mordaces gignunt ſucci eadē rōne per has quatuor ideas diſtincti: eorū.n. pruriginoſi illi ſunt, q modice acres ſunt: vlceroſum vero ſenſum pariūt,qui his ſunt mordaciores: q aūt hos quoq; mordacitate ſuperāt, horrorē: ſicuti qui ptereà iā mordaciſſimi ſunt,hi rigorē inferūt. De his in multis F libris ſermo eſt à nobis habitus: pñt tñ ea q̄ à nobis tū i libro de Cauſis Symptomatū,tū in quarto libro de Tuēda valetudine ſunt expoſita,illi ſatis eſſe qui voluerit horū aliquod habere cōpendiū. Sed ſi quis rōnē naturæ acriū rerū ſciēter tenere magis voluerit, is habebit libros de Facultatibus medicamētorū,& de Tēperamētis,qui hos ēt pcedunt,quos legat. Verū bona medicorū pars ꝑin

de Frac. ſect 2. t.12.7ª. 233.h

de affecti ſunt,ac illi,de quibus meminit Hippoc. ‖ nēpe qui in fracturis, aliſq; huiuſcemodi affectionibus, nolūt ea facere q̄ medici iubēt: quippe illi, & ſi cupiāt ſanitatē recuperare, ita tñ laborē curationis,vt iſti diſciplinæ,tergiuerſant. Sed nequit fieri vt vel illi ita ſtatī hac tantūm ō rōne q̄ cupiāt voti ſui fieri cōpotes,ſani euadāt: vel iſti fiāt docti,ni viā illā vniuerſā, quā mō īſinuaui,cōfecerint. Cognoſcēt.n.ſi mō velint,vlceroſum in vniuerſo corpore ſenſum, ſiue mō is ex multa pter cōſuetudinē exercitatione,ſiue ēt abſq; hac ſuboriat, à mordaci ſucco gigni. Et ꝓinde gymnaſtæ eos qui pter modū fuere exercitati,oleo copioſiore curāt, atq; ēt mollibus frictionibus, & balneis dulciū aquarū calidis exacte tēperatis,vt mordaciores ſucci diſcutiant,qui eliquatis tū adipe,tū molliori carne,vel ipſis ēt ī noſtro corpore humoribus nimis ex maiori q̄ par eſſet exercitatione excalfactis,gignunt. Vñ ſi quis tantiſper ſuſtinere voluerit,donec horū demonſtrationes addiſcat: ſolus is poterit ſibi firmiter perſuadere,vlceroſā affectionē ex ſuccis mordacibus gigni: vbi vero gra G uitas eſt,à multitudine ꝑ viriū cōparatione: at ea q̄ eſt cū tenſione, ipſa quoq; humorū multitudinē ſequitur: nō quidē per collationē ad vires cōtinentiū corporū,ſed tm̄ ad ſpatiū quo illi cōtinēt. Eraſiſtratus aūt in primo ſalubriū libro plethoræ geniturā explicans,tertiā hāc affectionē aptiſſime è tribus illis edocet: mox vero vbi ſermonē ad ſigna conuertit,non ea magis q̄ iſtius, q̄ q̄ aliarū ſunt,profert. Ad hāc quippe teſio tantūmō pertinet,qđ ipſe adimpleri vocat: vlceroſus vero ſenſus neq; nuper dictę plenitudinis ꝓpria nota ē,neq; illius ēt q̄ vires reſpicit: atq; & id lōge minus q̄ nimirū ſe tū grauiores tū ad motū difficiliores ſentiāt: eſt.n.& hoc illius plenitudinis indiciū, q̄ viribus ęſtimat. Parum igit abfuit quin vniuerſam nobis ēpiricorum ſyndromē deſcripſerit. Sed & quandā illius notationis partē,q̄ ab Herophileis introducta ē,& græce τρίχρονον, quaſi tritēporaneā dicas,appellāt,nō ſecus ac empirici aſcripſit,dum ita inquit: Alimento quod diſtribuit,neq; » appoſito,neq; de more vniuſcuiuſq; elaborato,neq; alioqn excreto. Nā nec quicq̄ intereſt ſi ita lo » quaris,vel ſi vt illi dicas vitā in otio tranſactā excrementorū q̄; ſolitorū ſuppreſſionē. Quū.n.ait, nō de more vniuſcuiuſq; elaborato,vitā otioſā: quū vero ait,neq; alioquin excreto, ſuppreſſionē inſinuat excrementorū. Plenitudinis vero denotatio ex tēpore deſumpta,q̄ pteritū quidē tēpus reſpicit,otioſū cōplectitur victū vnà cū ſuppreſſis excrementis: q̄ aūt pſens,adimpleri, vlceroſū ſen H ſum,pigritiē ad motū,corporis q̄; vniuerſi grauitatē,& quęcunq; præterea alia hmōi hi addidere: q̄ vero futurū,q̄ ſi ij,qui eo ſe hñt mō,vacuent,illis probe cōfert,id quod ab Eraſiſtrato fuerat pter miſſum: quod tñ teſtimoniū eſt rectę tū dignotionis, tū curationis, ita vt dignotionis, vel (vt illi aiunt) notationis,ne vlla quidē pars fuerit,ſi affectus quidē ꝑ notationē denotari volumus,vt inde ſ. opportunā curādi rōnē inueniamus: nā ſi fieri poſſet ut aliunde rectā aſſequeremur curandi rationē, ſuperuacanea ſanè notatio foret. At vero quū pſentis tēporis meminit,ruborē, vaſorum q̄; prætermiſit diſtenſionē: q̄ ab oībus Empiricis,& à pluribus Dogmaticis,ſicut & alia quædā (vt iā diximus) addita ſunt. Et profectò nō ab re,quatenus plethoræ generatio in ſolo ſubijcit ſanguine, eius dignotioni rubor additus eſt,vaſorū q̄; diſtētio. Adhuc ſanè magis,quatenus ipſe ait brachia & manus tibias q̄; impleri,id nō magis plenitudinis quę carnes & vniuerſos muſculos,q̄ quæ venas teneat,indiciū ſtatuet,ſi proprias ſequi hypotheſeis voluerit. Quod tñ ſi poſuerimus,mox erit neceſſe duplicē ēt inſtituere dignotionē,alterā illius plenitudinis quę haſce ſenſiles venas oībus hoibus cōſpicuas,reſpiciat: alterā vero eā,quā ſolus ipſe vř fuiſſe ituitus. Iā ergo (vt egdē arbitror) palàm his qui animū huic rei adhibuerint,factū ē,nō eſſe rē parui negotij plenitudinē cognoſcere. Qñ.n.neq; ſermone facilis eſt dignotionis eius explicatio,imo plurimū potius difficilis: quo mō

poterit

A poterit deinde ab his ita tumultuarie, casu quodam res hęc in ipsis operibus recte transigi: q̃ prius nec de ea quicquam vel cogitauerint & vnquam vel repererint.

Aduersus plethoricam Syndromen Empiricorum. CAP. 9.

SEd rursum ab Empiricis nostrũ de plenitudine sermonem exordiamur, posteaq̃ ipsi caute admodũ has omnes difficultates euadere videntur, dũ fatentur nihil se prorsus ex his scire, q̃ ad essentiam plenitudinis pertinent: sed ex obseruatione, aiunt se id habuisse ꝙ nimirũ sanguinis detractio in ea syndrome semp ꝓfuerit, quã plethoricã appellamus. Illis.n.oĩbus in vnũ collectis, q̃ à Dogmaticis qbuscũq; ꝓferunt, putant se ex his istorũ euasuros difficultates. Sed siqs eis aĩum aduertat, q̃ ab illis dñr, lõge ẽt ex his ipsis magis cõuĩcunt. Verũ pstabit forsitan ea rursus oĩa ab exordio repetere. Fingas itaq; qđ pcesserit victus ratio præterito tpe vsq; ab initio cõsueta, quantũ ad cibos spectat, in eorũ tñ quibusdã copia q̃ antea largiori, fuerit ẽt excremẽtorum interceptio, & vita vniuersa otio transacta: sit vero in præsenti totius corporis tẽsio, aut saltẽ partium quarundã, sit ẽt tũ ad motiones pigritia, tũ ad actiones infirmitas. & grauitatis ꝑterea atq; ẽt vlcerosæ cuiusdã affectionis sensus, nõ sine venarum tumore: accedat quoq;, si lubet, rubor, postq̃ & hoc addũt nõnulli, sed & totius corporis tumor & inæqualitas quędã ac lassitudo, nã hæc quoq; addidere qdã. Tunc

B ergo ex illis ea erunt sciscitanda, q̃ ego puer adhuc Empiricũ pceptorẽ iterrogabã, quo tpe primũ me ille hæc docere cœpit. Nẽpe num ea oĩa q̃ mõ narrata sunt, necesse sit simul cõgredi, ad recordationẽ (vt ipsi aiũt) euacuationis: aut potius, si vel vnum ex eis tm̃ cõspexerint, statim sint sanguinem missuri. Ille vero prõptus admodum primę huic interrogationi respõdit, oĩa opus esse vt conueniant. tale.n. qppiã syndrome est, quasi conuentũ dicas, collectio inq̃ eorum oĩum quibus ea cõplent. At vero quũ illi in memoriã duos reuocassem qbus ipse paulo ante secari venã iussisset, alterum qui valida oculorum inflammatione tenebatur: alterum vero qui è curru ciciderat, à quo loris implicitus tractus fuit ita, vt membra quædam illi contrita fuerint. Eo vero mox silentium agente: tertium etiam præterea quendam meminisse volui, cui ille quoq; sanguinem detrahi fecit, quũ neq; ꝑter modũ febricitaret, sed doloris ꝭm caput esset impatiẽs: & aliũ subinde, q etsi pleuriticus eẽt: nõ aderat tñ vniuersa ea syndrome .i. cõuentus. Vñ ille quid respõderet plurimũ hæsitabat. Ego aũt vlterius alios quoq; nõ nullos illi pariter recẽsebã. Sed & ipsũ illud monebã, ꝙ his, quos mõ dixi, venã ipse secuit. qui tñ eo aberãt ab hoc, vt illis vniuersa ea syndrome adesset, vt ego affirmauerim me neq; meminisse in his hoĩbus vel duo ex illis quæ ad eam spectarent affuisse. Nã ille qui è vehiculo delapsus est, quotidie exercebatur, solita excremẽta excernebat, moderate come

C debat, nobiscum ẽt tota ferè die versabatur, & neq; illi neq; alteri cuipiã vlla alioqui videbatur egere vacuatione, quum tñ ex casu aliqua illi membra fuissent attrita, & quãuis neq; rubore aliquo, neq; vasorum tumore, neq; tandẽ alio quoquã ex illis quibus ea syndrome cõstat, ipse fuerit detẽtus, sed solum ꝙ illis partibus quæ attritæ erant, doleret: venam secandam censuit. Pari ẽt mõ & lippiẽti, atq; illi qui capitis dolore vexabat̃, & si nullũ eorum q̃ in plethorica illa syndrome complexi sumus, ipsi tenerent, venam: tñ cædi voluit: & alios præterea quã plures (inquam) noui, quibus vos venã incidistis, qui vel oĩbus illis q̃ nos syndrome plethorica cõprehendi diximus, carebant, uel saltem non ea oĩa habebant. Nunc.n. (inq̃ ego) dum oẽs quibus vos sanguinem detraxistis in memoriam reuoco: ne vnum quidẽ habeo, quẽ ꝓferã, cui ea oĩa symptomata affuerint, quibus ea constat syndrome: sed alij ꝙ lassitudine esset detentus, nec alia re præterea laboraret sanguinem misisti: alij, ꝙ valida febre, uel oculorum capitisve dolore affligeretur, vel ꝙ mariscarum fluxus, aut ꝙ mulie bres menses essent suppressi: nunquã aũt ea oĩa aderãt, q̃ vos in plethoricam syndromẽ coire vultis. Quare si eos omnes affectus vbi obseruatum sit expedire sanguinem mitti, tu syndromas plethoricas nominandas censes: iam & lippitudinem, & pleuritim, & vehementem dolorẽ, & casum è curru, alia q; innumera, plethoricas syndromas appellabimus. At si nullum horũ ad syndro-

D men plethoricam attinet, quippe quæ potius eorum symptomatum quæ modo recensuimus collectio sit: non erit sanè alicui vena secãda, nisi ea adsint omnia. Quo autem modo ad hæc ille mox responderit, atq; etiam quam nihil vnquam quod rem hanc deceret attulerit: maiori esset otio exponendum, & præterea neq; ad præsens institutum hoc satis pertinere videtur. At vero quum nõ multum mihi nunc ad nugandum otij relinquatur: statui nõ hic, sed in libro de vena secanda oẽs istius remedij scopos expedire, quos nullus vnquam exacte & dearticulate descripsit.

Quo pacto tensio, & tumor vniuersi corporis venarum q; , ad indicandam vel non indicandam Plenitudinem sese habeant. CAP. 10.

RElictis itaq; Empiricis, denuo ad rationales redeamus, & sigillatim symptomata q̃ ab his sũt literis tradita, disquiramus. Ex illis nanq; alia ad plenitudinẽ spectant q̃ vires respicit, alia ad eam quę infusionẽ, illi, ἔγχυμα dicunt: nõ nulla ꝑterea non sunt oĩno plenitudinis notæ, sed huiusce plenitudinis. quædam vero nullius quidẽ plenitudinis sed humorũ potius prauitatis & corruptionis signa sunt, aut viriũ imbecilliũ, aut tumoris solidiorum corporũ. Tu vero, si his q̃ dicentur

1. f. 1. d. 1. fol. 19. d attenderis: facile pdisces ista in hunc se habere modũ. Illa itaq; affectio q̃ cũ tensione est, nisi exercitationis comes sit: plurimã, oĩno substantiã in corpore quod sensu pditum sit, cõtineri insinuat, vt tñ, quod ad id quidẽ solũ spectat, tẽdi inquã, neq; quæ nam ea sit, neq; quæ sit illius species indicet, cõe siquidẽ idipsum cuiuscunq; substantiæ est, tam tenuis, q̃ crassę, quàm ẽt mediæ consistẽtię,

vel

vel flatuosæ,atq; ēt tam calidæ,q̃ frigidæ,vel mediocris,sed alijs ad horũ discretionẽ opus est indi- E
tijs.Imbecillitas vero quæ in actionibus esse deprehendit,vires inualidiores ostendit, dũ id quod
mouet impeditur: queadmodũ fit in languidiori manuũ motu, id quod plures status consequi po
test. Nam si in aliquo carneum ac adiposum particularũ genus,viribus tñ eosdẽ fines seruantibus,
adaugeatur: necesse fuerit motiones fieri imbecilliores,moto siquidẽ aucto,mouente vero ęquali
pmanente. Sed si aut vnus quispiã ex humoribus,aut oẽs ẽt simul excrescant,nec vires alioquin
vnà augeãtur: sic quoq; necesse erit actiones inualidas reddi: nec secus si ambo creuerint,humores
nimirum atq; ea q̃ παρεγχύματα dicta sunt,nullo autẽ in viribus cremento facto. At hæc si pari-
ter se habuerint,vires vero imbecilliores euadent. Fieri ẽt posset vt hæc vtraq; simul conueniant,
nẽpe vt & de virium robore dematur,& humores vnà cũ παρεγχύμασι vel plures fiant,vel pau-
ciores: horum vero vtrũuis eueniat,vires inualidiores ea propter euadent,siue modo id f̃m vnum
istorum accidat,siue f̃m duo,siue f̃m plura,vel etiam omnia. Nam arbitrari q; ex solidorum cor-
porum εὐτροφία(quasi bonam dicas nutritionem)non nunquam imbecillior edi possit motio ho
minis est,qui ignoret facultates per vniuersa solidiora corpora pmeare,ita tamen,vt spiritui tã ar-
teriæ quàm nerui,fistularum & canalium officium pręstent. Si vis autem huiusce opinionis defe-
ctum nosse: cum alios multos ex nostris,tum vero de decretis Hippocratis & Platonis, atq; de na- F
turalibus facultatibus libros,legere potes. Solidorum itaq; corporũ εὐτροφία,proprie ad bonũ ha-
bitum attinet,sicuti ad carnium incrementum,εὐσαρκία & πολυσαρκία: plurimum vero & adeps
seruata eius proportione augetur,quandoq; tñ magis adeps quàm caro augetur,vel solus etiam
adeps. Sed de his à nobis in libris de temperamẽtis sermo habitus est. At vero queadmodũ in car
nis ratione & εὐσαρκία est,quasi carnis bonum dicas statum,& πολυσαρκία,ac si carnis exuberan-
tiam dicas: sic etiam in sanguine dixeris εὐαιμίαν,quasi bonum sanguinis statum,& πολυαιμίαν,id
est sanguinis affluentiã. Est vero satis apertum,quod ad αἰαιμίαν pertinet,vt sanguis exquisite suã
seruet rationem,tam quod ad quantitatem spectat,quàm quod ad qualitatem: in πολυαιμία aũt
recta carnis in qualitate ratio seruatur,in quãtitate nõ omnino culpa vacat,quum maior adsit eius
copia q̃ suapte natura & ex suis generationis exordijs sibi debeatur,vel saltem quàm virium ratio
exposcat: fit.n.quandoq; vt simul hęc vtraq; pari ratione vltra quàm generationis eorũ ratio exi-
gat,augeantur: quemadmodum in athletarum habitu bono qñq; videmus,in quibus pariter hu-
mores & carneæ partes atq; etiam vires,eadem seruata proportione,augentur. Iã igitur plene cõ-
stat q; hi q inter plethorica inditia,corporis tumorem reponunt, minime veraces sint: venarũ ete
nim tumor poterit forsitan esse plethoricũ signum: at carnis & adipis moles eorundem sanè indi- G
cabit multitudinem,non tñ illius plenitudinis,quàm nos hac parte inquirimus, signum vtiq; erit,
nempe quæ plethora appellatur. Sermone.n.de eiusce generis plenitudine,q̃ s.euacuationem in-
dicat,instituto: non nulli mox æquiuocationibus decepti,eò aberrauerunt, vt ad plenitudinem tũ
carnis,tum adipis delati sint. Sic itaq; perperam corporis tumor inter plenitudinis notas positus
est. Venarũ vero tumor,eas forsitan quas tumentes videmus,plenas esse insinuabit: nulla tñ neces
sitas propterea cogit,vt alię etiam quæ in profundo latẽt,plenæ sint: quum fieri possit, vt sępe illis
quæ exterius in propatulo sunt distensis,non æque deinde aliæ quæ interius latent,distendantur:
quemadmodum frigore inualescente sanguis ad interiora repellitur,& ita exteriores venæ sangui
ne redduntur vacuæ,vt vix illæ conspicuæ sint: at ingruente calore,vel siquis ẽt se lauerit, sanguis
contra,corporis internis partibus relictis,ad externas & ad cutẽ effertur: si præterea ardens quoq;
febris adsit,efferuere,ac quasi vri sanguinem necesse est,& proinde fundi ac in flatum verti. Sic er-
go venarum tumor nõ erit sanè inseparabile plenitudinis humorum indicium,nisi quum corpus
ita primum se habuerit,vt neq; interna externis,neq; hæc illis,caleant magis: mox vero neq; calor
immodicus vniuersum corpus animalis detineat. Si res hoc pacto definiatur, erit quippe venarũ
tumor sanguineæ plenitudinis signum,vt tamen sanguis secundum dominationem intelligatur: H
nã neque fieri alioqui põt,vt adeo sincerus in venis reperiatur sanguis, quin illi aliquid,aut bilis,
aut pituitę,aut serosi humoris permixtum sit. Vnde & ego superius censebam hoc eodem modo
semper audiendum,quotiescunq; aut sanguinem,aut cęteros humores abũdare dicerem: sincerus
siquidem ab alio humore sãguis & impermixtus nusquã in venis habetur. Nos etenim alibi mon
strauimus nihil oĩno referre, si humores,vel si sanguinẽ appelles: quotiescunq; tñ is cum alijs fue-
rit non vtcunq; permixtus,sed definita quadam proportione seruata,in ijs nimirum animantibus
quæ ita se habeant,vt ipsa eorum natura postulare videtur. Nam quum humores omnes intra suã
ex natura sibi debitam mensuram creuerint,idem tunc significat sanguinis dominantis ac humo-
rum nomen: neq;.n.quicquam differt affirmare humores augeri,ac ipsum sanguinẽ: is.n. sermo
istorũ qui ita loquuntur,hoc ipsum insinuat,nempe eum intra antiquam proportionem omnino
crescere. Hæc itaq; sic à nobis sint definita: iterũ vero ad institutum nostrum redeamus. Porrò ve
narum tumor sanguinis quidẽ plenitudinem indicat,si tamen is à nulla gignatur externa consti-
tutione omnino inualescente,aut ex fusione,vel ebullitione: cauendum erit ẽt ne ea particula fue-
rit decliuis,aut ne paulo antea illa cęteris vehemẽtius mota fuerit. Has aũt oẽs particulares defini-
tiones facile qs poterit vna quapiã ratione cõplecti,ex tumore venarũ sanguinis tũc ĩdicari pleni-
tudinẽ dicens,quũ oẽs corporis particulæ eundem statũ obtinuerint cum mediocri etiam calore.

Nam

A Nã si illæ pariter oẽs p̃ immoderato calore ferueãt, fundunt inde humores, atq; ita venæ in tumorẽ tolluntur, & proinde ex hoc flatuosa potius q̃ sanguinea insinuatur plenitudo: humores.n. cõcalefacti vertunt in flatũ. Vnde & illi q̃ pnũtiauere venarũ tumorẽ esse plenitudinis signũ: recte qdẽ dixisse videri poterũt, si mõ qs huic istorũ sermoni addat, id esse intelligẽdũ ẽm eas venas qbus hoc ipm cõtigerit. Necesse siquidẽ est, vt ea substãtia q̃ tumorẽ venis infert, sit copiosior q̃ antea fuerit: attñ nondũ ppterea innotescit cuius nã generis ea sit plenitudo: quũ tumor qui p̃ter naturã est, ad quancunq; substantiã, dũmodo multa sit, pertinere possit, siue is sincerus sanguis sit, siue biliosus, siue serosus, siue pituitosus, siue flatuosus. Sed et venarũ tẽsio nõ secus ac istud cuiuscunq; differẽtię plenitudinis cõe est: qppe q̃ & ipsa plenitudinis quãtitatẽ potius, q̃ particulares sequit̃ specificasq; differẽtias: tã igit̃ tumor, q̃ tẽsionis sensus nihilo magis cuiuspiã humoris, q̃ flatus prçfefert multitudinẽ. Quares siquis sic proferat, Necesse nimirũ est, vt vbi tensionis sensus est, sit ẽt plenitudo: is à vero nõ aberrabit. Sed nec ille ẽt mendax erit, qui autumabit plenitudinẽ q̃ in particulis sensu p̃ditis cõclusa sit, tensionis sensum excitare. At si posthabito cõi, aut humorũ, aut plenitudinis nomine, sanguinẽ in suo sermone pferat: minime necessum amplius erit hunc oĩno veracẽ esse, ob eas, quas mõ exposuimus causas. At vero q̃ neq; simpliciter plenitudinis, sed ipsius magis differẽtię, q̃

B p pluris aut minoris rõne esse hẽt, proprius sit tumor, aut tẽsionis sensus: ex his q̃ paulopost dicemus palàm fiet. Porrò nulla particula p̃ plenitudine dolet, nisi ea prius violẽter distendatur. q̃ si in tumorẽ attollatur, id vero violẽter nequaq̃ fiat: nondũ pars ea distenditur. Quapropter tumor ille qui cũ tensione est, maiorẽ p̃sefert plenitudinẽ: minorẽ vero, q citra eã est. Sed q̃so cur ergo nullus inter initia tumor in venis apparet, qñ tñ tẽsionis sensus plurimus est? tensiuã etenim affectionẽ sp̃ opus est maximis esse copulatã tumoribus. An id est, quia qñq; tumor internas venas q̃ in pfundo sunt occupãs, partes eas distẽdit? † Si tñ plenitudo ea de qua nũc à nobis sermo institutus est, p cõparationẽ ad alterũ dicit̃: nã vel ad capacitatẽ vasorũ, quod ẽt plenitudinẽ appellamus, nõ tñ ita vt illa tẽdantur adhuc: vel ad tunicæ distẽsionẽ, tumor venarũ increscit quũ sanguis auctus puenerit in eã multitudinẽ, q̃ naturalẽ vniuscuiusq; modũ excedat: ita vt eius cõparatione multus dicat̃: at quũ tẽdunt tunicę, insinuat excessum p̃ter eã mensurã, q̃ illis debet̃, quum id nõ sit sibi ex natura, eas nẽpe distẽdi. Iam igit̃ vtrunq; multũ est, tã si sanguis p̃ter naturalẽ symmetriã crescat, q̃ si ad tensionẽ vsq; tunicarũ. Et Erasistratus qdẽ horũ vtrorũq; meminit, nõ tñ ita distincte neq; apte sicuti nos fecimus, sed eò saltẽ deuenit, vt indicaret duplicẽ ẽe rei istius naturã. dũ.n. ait, Inter initia igit̃ repletis moderate vasis, robustiores se ipsis & validiores redduntur p̃ter eorũ morẽ: insinuat sanguinis immoderationem, quum id quod ex natura cuiq; debetur, superat. Quum aũt subinde intulit: Quòd si vlterius pleniores fiant, brachia & manus suræq; implentur: eam tetigisse videtur, quę tunicas sanguinẽ cõtinentes respicit: vt tandem duo sint termini sanguinis vltra naturalem mensurã aucti: alter, si venarũ tunicæ replete, in maiorem eleuẽtur tumorem, q̃ vniuscuiusq; ratio naturalis status exigat: alter, si præter id, eis insuper tensio accedat: quorũ tamen neutrũ in ea plenitudine q̃ viriũ cõparatione æstimanda est, conspicitur. Hæc vero satis nobis sint, quantũ ad hæc ipsa ptinet.

† Videntur nõ nulla in gręcis exẽplaribus a sententiæ integritatẽ deesse.

De rubore ac cæteris indicijs quibus plethora, vicium humorum, ac multitudinis species significantur. CAP. II.

.l.1.f.2.d.3. 1.c.3.44.f

VErũ rubor, cuius ẽt isti meminere, nõ est qdẽ plenitudinis in vniuersum, sed sanguineę inditiũ: easdẽ tñ is ẽt, quas tumor, exigit distinctiones: quũ possit ex aliqua externa occasione suboriri, vtpote ex Sole, vel balneo, vel exercitatione, vel itinere, vel (vt vno verbo absoluã) ex calore, nec nõ ex ira, verecũdia q; & ex alijs q̃ his sunt similia, in quẽ ordinẽ & acutæ febres referẽdæ sunt. Si itaq; ęqualiter corpus vndequaq; fuerit affectũ, neq; quicq̃ ex his q̃ mõ recẽsuimus, affuerit: erit sanẽ rubor iã nota sanguineę p totã aïal distributæ plenitudinis: at si secus, saltẽ ea parte vbi ille cõspiciendũ se offerat. Nã & eas inflãmationes, q̃ vel in summa cute, vel in musculis cõstiterint, qppe quũ & ipsæ plethorici morbi sint: is color cõsequit̃. Nos vero in alio libro, vbi de tumoribus p̃ter

D naturã loquuti sumus, abunde de inflãmationibus tractauimus: ibi.n. mõstrauimus eos oẽs ex humorũ multitudine aliàs in alias partes decũbentiũ cõsistere. Nunc vero nõ de his à nobis in p̃senti sermo institutus est: sed de ea plenitudine (vt iã diximus) q̃ plethora appellata est, & ex humorũ affluentia in vniuerso corpore ortũ habet. Non ita tñ eã multitudinẽ corpus vniuersum tenere diximus, vt vtraq; corporũ genera inde lædantur: vasorũ inquã & carnis: contingit siquidẽ nõ nunq̃ eorũ alterũ tm̃: quẽadmodũ si vtramuis ex illis partibus detineat, nec in vna particula vel duabus id accidat, verũ aut in aïali vniuerso, aut in pluribus illius particulis, & in illis q̃ maxime principes sunt. Porrò tumorẽ qualis nã sit exquirere, hoĩnis videtur esse qui satis, abunde q; in hisce rebus dignoscẽdis exercitatus fuerit. In genere itaq; carnoso, alter quidẽ tumor est qui ad eas ipsas carnes ptinet, alter vero ad ipsos humores, nẽpe quũ caro perinde ac spõgia vel lana supfluente quopiã humore implet̃, & huiusce generis in carne plenitudo, illi ex pportione respõdet, q̃ iuxta ἔγχυμα in vasis appellat̃: altera vero ei q̃ vires respicit, vel quę non sine grauitate consistit, vt tñ sp̃ meminerimus, nihil referre, si de cõposita carne, vel si de musculo sit nostra disq̃sitio: atq; ẽt q̃ quotiescunq; sermo fuerit de plenitudine institutus q̃ in carnibus est, id de musculis audiendũ est, nõ aũt de simplici ea carne q̃ à nõ nullis παρέγχυμα appellari solita est. Quippe in arterijs & venis, plenitudo q̃ vires respicit, nõ ęque ẽ à laborãtibus sẽsu pcepta, imo nõ nisi ab his q̃ suapte natura vegetiori sensu p̃diti sunt: solis eteni his subobscura qdã, & in pfundo apparet i corpe grauitas: vñ fit vt alia in

grenda sint huiusce plenitudinis manifestiora inditia. At vero quũ medicorũ q̃plures rẽ, hãc segni E
ter tractauerint, eorum enim alij nullam illi cõsiderationem adhibuere, alij autem satis imperfecte:
nullum repertum est signũ motu arteriarũ certius, de quo nos in libris de pulsibus plene egimus.
Plurimum.n. venę cũ arterijs, ob eorum vasorum mutuã confluentiã, quã sæpius alibi ostendimus:
plethora simul arripiuntur: quandoq; tamen crassis et glutinosis humoribus in venis collectis, nõ
ita facilis fit ab ipsis in arterias transfusio: sed id sanè rarum est: nam semper transfluunt, nisi quam
maxime humores crassi atq; tenaces sint. In huiuscemodi itaq; affectibus nulla euidẽs in venis cõ-
gestę plenitudinis nota ex arteriarũ motu haberi potest, & si id quammaxime Nicarcho, Praxago-
ræq; videatur, quantumlibet illi arterijs minime sanguinem impertiantur. At in cæteris plethoræ
affectionibus fides signis ex pulsu desumptis adhibenda est, de quibus priuatim in alio opere huic
rei dicato, scripsimus. Plenitudinis autẽ species, quum ea in vniuersum corpus pariter distributa
est, in hunc modũ dispartiendæ erunt. Rubor sanguineę plenitudini attestatur: color vero subpal-
lidus, flauæ bili: quũ autẽ pituita nimis excreuerit, in albũ magis q̃ ex natura conueniat, color ver-
git, queadmodũ in atrũ, si bilis atra. Sed opus profecto fuerit, vt cũ vnoquoq; istorũ, simul sanguis
augeatur: alioqui.n. si sola exuberauerit bilis pallida vel flaua dicta, queadmodũ his euenit qui re-
gio morbo impliciti sunt: is affectus nõ amplius plenitudo, aut plethora appellari meretur, sed po F
tius vitiosorum humorũ copia, gręce vero cacochymia: & idipsum de bile atra ac pituita dicendũ
est. Quòd si, vt iã prius diximus, grauitas, vel tumor præter naturæ modũ adsit: erit sanè ea affectio
plethorica nuncupãda, verũ humoris vincẽtis species ex colore erit dignoscenda. Sola attamen bi
lis neutrũ ex symptomatibus illis, quæ nunquã à plenitudine seiungi possunt, afferre valet, nẽpe
neq; tumorẽ, neq; pondus: nam anteaquã ita ea increscat, alia illi superuẽtura est affectio. Cęterũ si
sola pituita augeatur, hæc vero non oĩno, sed solũ in ea aquę intercutis specie, quę leucophlegma
tia gręce dicitur: potest forsitan per vniuersum corpus exuberare. Manifestũ pręterea est, eum hu-
morẽ, qui crudus appellatur, inter pituitæ species in hoc sermone esse ponendũ: nã si alioquin illũ
ab hac esse diuersum statuerimus: istis quas modo retulimus, differentijs plenitudinis, ea etiã adij-
cienda erit, quę ex istiusmodi humore ꝓdit: est vero is humor q̃ alia pituita sit, crassior, ac minus fla
tuosus: cuiusmodi ille est, qui in vrinis subsidet pręsertim in illis, q̃bus præ nimia voracitate pluri-
mũ illius redundat sedimenti, quod elixã fabã imitatur: sæpenumero etiã per aluũ is humor ab illis
corporibus confertim deijcitur quæ relictis exercitationibus, sese crapulæ dediderunt, nec à balneis
post cibũ se continent. Verũ enimuero istius humoris, sicut & pituitæ, comes est corporis totius al
bicãs quędã decoloratio. Sunt autem alię species pituitę, dulcis nẽpe vna, alia acida, alia vero salsa. G
Ex dulci somnolenti fiunt: ex acida, quũ redundat, famelici: quemadmodũ siticulosi ex salsa: ex ea
vero quã modo diximus, cruda inquã, amittitur appetentia. At vero quod somnũ spectat: aliæ pi-
tuitæ paulo maiorẽ q̃ ex natura cõueniat, somnũ cõciliant: crudus autẽ humor, vt dulcis etiã pitui-
ta, iã manifeste somnolẽtos reddit. Alibi.n. à nobis monstratũ est, ꝙ si humescat ac refrigescat sen-
tiendi principiũ: statim soporosa affectio (græci κῶμα appellant) oboritur: quemadmodũ si sicce-
scat ac incalescat, in vigilias illabitur: & perinde oẽs biliosi ex vtraq; bile, insomnes degũt: id tñ pe
culiare habent qui atra bile tenentur, ꝙ difficiles sunt, atq; pręter oẽm rationẽ sunt tristes. Quòd si
non in vniuerso corpore, sed s̃m vnam quampiam particulã prædicti humores colligantur: tumo
res in corporibus pręter naturã pariunt, de quibus aliàs disputauimus. At ea istorũ symptomata, q̃
nunc recensuimus, pręter decolorationẽ: tunc maxime fiunt, quũ illi vel cerebrũ occupant, vel ven
triculũ: vigiliæ etenim et somni causam in cerebro habent, appetẽtia vero atq; eiusdẽ defectus ex
stomacho aliàs alio modo affecto proueniunt. Patet aũt stomachũ hoc loco os ipsius ventriculi ap
pellari: vbi si pituita colligatur, appetitiones excitat: si vero biliosi humores, & bilis ea flaua fuerit,
sitim & cibi fastidiũ pariet, & præterea os illis erit amarulentũ: at si atra, morosi & tristes, & sine si
ti, saliua q; plurimũ illis scatet: nec ita tamen oẽs cibũ fastidiunt, immo eorũ nonnulli satis famelici H
sunt, in q̃bus nimirũ atra bilis acida qualitate fuerit affecta: quod fit vbi ea malignior reddat̃. Por-
ro dũ ea veluti fex sanguinis ꝑmanet, neq; exacte adhuc acida facta est, satius forsitã sit, nondũ me-
lancholiã seu atrã bilẽ nominare: sed (vt nos solemus) melancholicũ potius humorẽ: q̃n prope ac
cessit, vt in melancholiã vertatur. Verũ nõ est is sermo à nobis institutus, vt de differentijs vitioso
rũ humorũ dissereremus: quũ neq; eos plenitudinis vocabulo cõprehendi dixerimus. Nos autẽ ꝓ
posueramus nõ quencunq; quoquo modo exuberantẽ humorẽ inuestigare, sed de plenitudine dis
quirere: q̃ copia est humorũ in vniuerso aĩalis corpore. Quare neq; tumorũ particulatim, neq; etiã
vitiosorũ humorũ species in hoc libro vllus speret se à nobis auditurũ: sed quũ vel oẽs priori serua
ta proportione aucti fuerint: vel vnus alios q̃dem, parũ tñ alios superauerit. Et sanè in plethoricis
cõstitutionibus põt sanguis alios oẽs lõgo excedere interuallo, verũ nõ ita aliorũ humorũ q̃spiã:
id nanq; iã in cacochymiã, à vitio humorũ sic dictã, trãsit, nec amplius plenitudo neq; plethora erit
vocitãda. Vnde & pulsus in cacochymijs exq̃site cũ humorũ natura cõgruentes sunt: in illis vero
quas mõ diximus plenitudinibus, nõ ęque cõspicue eas seruãt differẽtias: q̃ppe ꝙ humor ille sup-
fluẽs semp plurimũ sanguinẽ secũ habeat: si tñ nimis superet, & sit flaua bilis, tales necesse est pul-
sus reddi, quales fieri diximus, quũ cor calefit ac exiccat̃: ꝙ si atra bilis, rursus tales quales diximus
fieri, quũ refrigescit & exiccatur: & eodẽ mõ, si pituita supra alios excreuerit, pulsus illi edẽtur q̃ so
lent

A lent in frigida & humida gigni affectione: vbi vero sanguis omnino se secũdum naturam habuerit, nulla fit ab antiquo statu permutatio: sed si is qui humidior sit redundauerit, pariter & pulsus alterantur: vti etiam si quàm ipse esset, aut calidior fieret, aut frigidior. At vero iam hęc omnia distinximus in libris de pulsibus. In præsentia vero nobis tantum dixisse suffecerit, quòd ex ocio atq; humido victu sanguis, excrementis in eo aquosis redundantibus, humidior se ipso redditur: ex ira autem, exercitatione, æstu, frictione, medicamento alimentoq; calfacientibus, & meraciori vino atq; vetustiori, calidior efficitur: quemadmodum frigidior, ex recenti frigore. Si etiam quispiã alimentis temperaturæ siccioris diutius vtatur, quæ tamen alia nulla teneãtur intemperie: sanguis in eo siccior euadet. Atqui & secundum varias complicationes, simul & frigidior & humidior, vel frigidior & siccior, vel calidior & humidior vel calidior & siccior, pro causis iã dictis sine vllo etiã alio in eo exuperante humore efficietur. Quòd si ob eorum quoq; mixturã in intemperiem illabatur: ea quidem intemperies non sine cacochymia cõstare poterit: quę adhuc dicetur quòd sanguine frigidiori & sicciori constat, vel frigidiori & humidiori, & ita secundum alias sex intemperaturas, octo etenim illę vniuersę sunt: alio attamen modo, quàm quãdo ille solus & per se fuerit talis. Pro horum vero octo intemperamentorum differentijs, pulsus talem obtinebunt formam, qua-
B lem nos in libris de pulsibus exposuimus. Sed mox an solius sanguinis sit, an vero alterius humoris illi intermixti, ex vniuersi corporis colore discernendum erit: vel etiam ex alijs symptomatibus quæ nuper recensuimus, nempe quæ de somno & vigilia diximus, de q; cibi appetentia & eius defectu: et de alijs præterea quę modo à nobis relata sunt: insuper ex prioris victus ratione, ab exercitationibus, & ijs quę ęgrotanti accidere consueuere: nec non & ex anni tempore, regione q;, & naturali corporis tum densitate tum raritate. Sic enim pręstiterit potius ex omnibus fidem dignotioni desumere, quàm ex vno tantum, vel duobus: quum probe nouerimus quòd hoc ipsum in hac arte ex coniectura plurima deprompsit, vniuersa inquam artis pars, quę dignotrix est, & non solũ ea quæ in dignoscenda plenitudine aut cacochymia versatur, de qua nos nunc disquirere institui mus. Nam quę ad actiones, vel morborũ causas pertinent, quę q; ad curandi rationes, magis scienter cognosci possunt. Sed de his alibi plenius egimus, erit q; nobis satis nunc, posteaquam plene quod fuerat propositum definiuimus: hic etiam huic libro finem imponere. Is vero sermo sufficere poterit, si exemplo fuerit abunde explicatus. Ponamus igitur homini, qui omni febre vacuus sit, venas in maiorem tumorem attolli, totum etiam corpus rubicundius euadere: statim ergo animaduertendum, num illi causæ aliquæ occurrerint ex illis quæ vim calfaciendi habent: & si forte
C hoc videatur, præstabit huiusce rei dignotionem tantisper differre, donec motio ab illis in corpore vniuerso excitata conquieuerit: neq; enim eum qui ira excanduerit, vel qui lauetur, lotus ve sit, vel qui exercitatus sit, aut vinũ nuper ingurgitauerit, aut qui quouis alio modo incaluerit, in hoc iudicium adducere oportet, sed eum, qui ab omni externa motione iam quieuerit: qui si tunc talis videatur, sanguinem sane in hoc homine abundare iudicandum erit. Mox vero & alia consideranda erunt, & ea primum quæ vim habent maximam, subinde autem & alia: huiusmodi vero ostendimus esse grauitatem, tensionem, & pigritiam ad motum, postea pulsus, vigiliam q; & somnum, appetitiones cibi, eius q; fastidium, & tãdem quęcunque alia istius generis sunt: deinde ea quę pręcessere, si vim habeãt generandi plenitudinẽ, vlla ne excretio aliàs illi solita intercepta sit, vel exercitatio neglecta, atq; num plura vel quę plurimum nutriant alimenta ingesta sint, vel si post cibũ se præter morem lauerit: insuper etiam si solitus sit ille plethoricis morbis arripi: præterea vero addenda sunt ea quæ ad anni tempus & regionem pertinent, & si quid aliud in eodem cum istis ordine sit, ita tamen vt non sit his omnibus ęqualis causę ratio attribuenda: quod & in alijs huiusce artis partibus obseruatur. Sunt etenim inter hæc indicia quędam scientifica, vtpote tensio, grauitas, tumor venarum, pigrities in motu, color, atq; etiam pulsuum motus, citra tamẽ quascunque exter-
D nas motiones. Sunt & quæ ab his deficiunt, in quo ordine sunt suppressę excretiones, ociosa vita, copiosi cibi & qui plurimum alant, balneæ q; insuetæ post cibum: hæc tamen si omnia in vnum coeant, propè scientifica accedunt inditia. Tertium vero ab his ordinem obtinent, si sit solitus is vir plethoricis teneri morbis: demum autem regionis & temporis ratio accedat, quę hæc omnia ferè constituit. Nam hieme & vere, locis q; tum frigidis, tum temperatis, maior colligitur plenitudo: minor vero, locis et temporibus calidis & siccis: & ita etiam qui densa sunt cuti frequentius eam colligunt: qui eandem raram habent rarius.

(Margin: l. 1. f. 2. d. 3. l. 2. c. 6. 4. g)

GALENI DE TVMORIBVS PRAETER NATVRAM LIBER,

Horatio Limano interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ causæ sint & nomenclaturæ tumorum præter naturam.

Quid sit tumor præter naturam. CAP. 1.

EX his quæ corporibus accidunt, id vnũ est, ad quod indicandũ onci vocabulo vtuntur: sic enim Græci spatium in longitudinẽ, latitudinem, & profunditatem nominarunt: {Latini tumorem appellant} interdũ etiam quod est supra id, quod est secundũ naturam, incrementũ, oncon dicunt: {tumorem latino sermone} quæ res non ægrotis solũ in parte qualibet, sed ẽt ipsis sanis inest. Nã & obesi aucti sunt supra id quod est secundum naturam in profunditatem & latitudinem, nondum tñ præter naturam se habent: vt.n. sæpe dictum est, tertia quædam constitutio est ea quæ est corporum non natura dispositorum: quæ est media G inter ea corpora quæ se habent secundum naturam, & ea quæ se habent præter naturã. Obesus igitur aut tenuis nõ præter naturã est, sed tñ alter quidẽ est supra id quod est secundum naturam, alter verò est infra, vterq; autem non natura dispositus est. Quem verò tumor ex aqua intercute occupat, aut quem tenuitas ex tabe, ambo ij præter naturam dispositi sunt. Nunc aũt in pręsenti libello propositũ est considerare de tumoribus præter naturam, qui & totum corpus occupant, & quãlibet eius partem: Eo tñ etiam determinato, ꝙ excessus dispositionũ quæ non natura sunt, præter naturam sunt: læsio verò actionis est terminus excessus earum. Sed de tumoribus his longiori oratione non est opus. Omnes enim homines cognoscunt, non solùm ipsi medici, ꝙ plus carnis & adipis ꝗ iustum est eos tumores generat: Alios autẽ quicunq; secundum dispositionem ipsorum corporum, non solùm secundum quantitatem primãm ab eo quod est secundum naturam excedunt, iam consideremus, à phlegmone.i. inflammatione incipientes.

De inflammatione. CAP. 2.

SOlent Græci nomen hoc dicere de partibus quæ in maiori tumore sunt, carnosis, intentis, renitentibus, pulsanti dolore dolẽtibus & calido, & rubẽtibus. Quæ verò causa est, ob quam hæc symptomata fiant, non modo nõ multitudini hominũ, sed ne ipsis quidẽ medicis omnibus cognitum est. Plures.n. eorum via aliqua inquisitionẽ ipsam nõ faciunt, sed quod ipsis videtur, id simpliciter enunciãt. Cõsideratio verò fieret, si quis via hac procedat. Tumor maior nunꝗ circa corpus vllum fieret, nisi eius substãtia ex duabus rebus altera affecta sit, vel vt à multo calore veluti inferuescens fundatur, aut foris aliquã nouã substantiã assumat. Cum.n. funditur, in spiritus vertitur, & refrigerata pristinũ tumorem resumit facilè: spiritũ aũt in partibus inflãmatis non videmus cõtentum vt in alijs tumoribus multis: & eædẽ inflammationes refrigeratæ neq; statim neq; semper ad pristinã constitutionẽ redeunt. Manifestũ est aũt ex incisione ꝙ spiritus nõ continetur. Si.n. incidatur pars inflammata, apparet sanguis multus effusus, & totus locus euidenter sanguine plenus, queadmodũ spongię madefactæ: spiritus verò neq; statim excidens, neq; post. Sed color quoque sanguinis solus, ꝓprius simul & inseparabilis est: partiũ.n. corporis vel humorũ nihil aliud est rubrum præter carnẽ & sanguinẽ. Sed neq; multitudo carnis est affectus inflãmationis: & si ẽt multitudo carnis in corpore cõstituatur sola sine sanguinis multitudine, tumor quidẽ maior fit ꝗ pro modo naturæ, color aũt in terminis salubribus ꝑmanet, neq; pristinã naturã euariat. In nulla.n. re quæ secundũ substantiã augetur, intendit pristinus color: sic.n. & nix magis alba fieret, & pix magis nigra, & aurũ magis flauum. Incrementũ igitur substãtiæ diuersa res apertè est ab alteratione:

nam

A.l.1.f.1.c. c.5.29.h

H

A nam augetur secundum quantitatem,alteratur verò secũdum qualitatem.Est autem & color quoque indicium qualis substantiæ nõ quantæ: hanc ob rẽ multitudo carnis,diuersa res est ab inflãmatione.Eandem quoq; ob rẽ existimaret quis in ipsa abundare humorẽ sanguinis. Sed & cũ vlceribus quoq; maximæ inflãmationes interdum fiunt,& apparet quędam effluens sanies (ichorem appellant) aquosa & tenuis ipso loco circũ cruento apparẽnte. Necesse est igitur in hoc densitatẽ carnis,quã in terminis vulneris sibi ipsi assumpsit,in eam mediocritatẽ venire,vt ipsas sanies excidere cõcedat,sanguinẽ verò eius intus includat.Et sanies quãtò tenuior est sanguine, tantò aut etiã magis crassior est spiritu. Quare si caro vulneris ipsas sanies excidere concedit,& ipsum spiritũ certè cõcessisset.Eo aũt semel euacuato, desisteret inflãmationis tumor. Profectò sic fieri apparet in ijs partibus,in quibus spiritus verè est aggregatus : dissectis.n.ipsis,statim cõsidet oĩs tumor. Sed generatio quoq; inflãmationis quæ in vulneribus fit,testis est.In principio.n.recẽtibus adhuc vulneribus multitudo sanguinis excidit: supprimit̃ aũt statim aut nobis refrigerãtibus,aut sponte à contineñti refrigeratus. Sed cõprimẽtibus quoq; nobis manibus,aut deligãtibus,ꝓhibitus effluere retinet̃. Dein in oris dissectorũ vasorũ retentus & occlusus,cogit̃ & concrescit,non secùs ac grumus: prętereꝗ ꝙ grumus est aggregata cõcretio sensibilis sanguinis: qđ verò in vlceribus fit, nõ aggre-
B gatim,sed in paruis & multis oris dissectorũ vasorũ sistit,& crassum reddit sanguinẽ.Cũ igitur hic crassior est,vasorũ verò orę angustiores,sanguis iam retinetur,sanies verò excidit. Hæ oẽs coniecturæ maximæ sunt,ꝙ inflãmatę partes sanguine abundant.Calidior quidem est q̃ pro modo naturæ,in ijs quæ inflãmata sunt: non tñ eatenus calidior,vt sola fusione tm̃ tumorẽ efficiat. Multæ aũt tibi huius quoq; rei coniecturæ sint. Prima quidẽ exardentissimæ febres: quantò.n. vehementior est in his calor eo qui in partibus inflãmatis est,tantò tumorẽ maiorẽ esse oporteret. Secunda coniectura est,ex ipsa sanguinis substãtia: non.n.vt pix resina q; & cera à frigore cõcreuit,sed semper & natura calidior est.Illis,cũ calefiunt,ad contrariũ est transmutatio: sanguini verò natura calido tumor quidem paulò maior fieret,non tñ tantò,quãtò inflãmationes partes affectas attollũt. Pix quoq; & resina & cera in tm̃ calorẽ venientia,in quantũ veniũt ea quæ inflãmata sunt, parum sup principium augent̃.Non exigua quoq; præter ea quæ dicta sunt, hæc tibi alia coniectura est, ꝙ tumor partiũ inflammatarũ propter solã fusionẽ non fit: alteratio sanguinis exigua quidẽ est in calore,tumor verò non paulò maior est. Id vero quod apparet,tibi sit idonea cõiectura. Nõ enim vt resina & pix & cera vehemẽtius incalescẽtia,ad plurimũ fusionis veniũt, sic sanguis quoq;, sed seruat q̃uis in igne coquat̃,pristinum tumorẽ,aut in nullã aut omnino in minimã magnitudinem
C elatum. Dictũ est à me suprà quoq;, ꝙ refrigeratis inflãmationibus nõ semper desistere contigit: vigentẽ.n. & magnã in qua impactus est fluor,& si vehementius refrigeras, tumorẽ non tolles, sed liuidã frigidam q; efficies partem, & in scirrhum mutabis affectũ. Facillimè verò antequã impactus sit fluor,refrigerãtibus & adstringentibus repellit̃,& maximè cum exiguus est. Tenaciter verò antè impactus nihil ab adstringentibus iuuatur,euacuatione verò eget. Inuentum igitur est à medicis tum non modò calfacientibus discutere, sed etiam aliquid ipsius sanguinis sensibiliter euacuare scarificationibus in cute factis. Omnia igitur hæc magna indicia sunt, ꝙ inflãmata pars humore sanguineo plena est. Immodicè autem calida non statim ab initio sed tempore fit, retenta propter obstructionem omnium foraminum pristina perspiratione. Necesse igitur est & sanguinem moram trahentem putrescere : quæ enim calida & humida corpora calido loco congregata sunt,omnia facilè putrescunt,si neque euacuentur neq; refrigerentur: quare quæ ex putredine eius est caliditas,ei superuenit quam antè habebat.Quòd igitur per partes inflammatas in ipsis vasis plus sanguinis aggregatum est,tumoribus earum coniectandum est.Nihilo minus eo quoq; quòd venæ prius ob paruitatem visum effugientes,apparent,non sanè in inflammatione genitæ, sed eò quòd sanguine repletæ sunt,in tantum magnitudinis elatæ, vt sensibiles fiant. Maximè au-
D tem in oculis accidere hoc videtur,& pene,& mammis. Quòd verò omnis quoq; caro, cuius iam maxime q; affectio est inflammatio,repleri fluore sanguineo videatur,et color & tumor ipse ostendit: ob id vero & humida omnis & madescens vt lana & spongia,apparet. Huius rei testis est quæ effluit sanies,cum inflammatio ostiolum habet. Iurè autem arbitror,& ipsa cutis,vnà cum tumoribus eorum quæ subiacent,attollitur & circuntenditur.Et interposito tempore & ipsa de fluore aliquid accipit,vt vasorum tunicæ quoq;: sic quoq; & ipsæ quæ in inflammata parte sunt, membranæ: quin etiam ipsi nerui & tendines,tempore procedente ipsius inflammationis participant: interdum tamen vulneratis ipsis aut aliter affectis,ex illis ipsis primò ipsum malum incipit. Vniuersaliter verò nihil inflammatæ parti,secundum naturam exactè se habere perseuerat,cùm mora inflammationi est,sed omnia cum carne de fluore fruuntur: vt non nunquam ipsa quoque ossa attingat,quemadmodum ex ipsis promouetur interdum primò affectis. Cùm igitur secundum naturam se habet,laxa cutis est non obesis quidem: & locus qui interest,vacuus est,cui ipsa insidet. Eodem modo loca quæ in carne sunt,de quibus in anatomicis aggressionibus abunde dictum est, inania omnia sunt,maximè quæ circum arterias in circulo earum dilatationibus disposita sunt.In inflammationibus autem omnia sanguine replentur,ex vasis quidem ipsis per tunicas resudante,in omni verò carnis particula more roris permisto.

De Abceßibus & Empyematis CAP. 3. E

CVm "autem ipso procedente tpe vincit quidē natura, coctus verò sit oīs fluor & factus pus, extra carnē expellitur à virtute quæ in ea est depultrix rerū alienarū. Vbi igitur vel foramen naturale conspicuū est, vt riuus effluētibus excrementis paratus, vel ipse locus ibi rarus est: ex pure pars expirat, pars sensibiliter effluit. Vbi verò circūsidet cutis densa & dura, qualis est quę extrinsecus nobis est, ibi retinetur pus, & à subiecta carne eā abducit: post & acrimonia perrodit, & exit foras, nisi quis eā scarificare pueniat. Victa aūt à fluore natura, non in pus, sed in alienā quandā mutatione aliàs aliā deuenit sanguis. Cōmuniter verò oīa hæc à pluribus medicis Apostemata i. Abscessus vocantur, & maximè qua intus in profundo sunt. Non nulli verò non oīa sic appellāda putāt, sed ea solū quę ipsam alteratione non in consuetū & bonū pus, sed in corruptionē aliā quandā habent. Vt suppurantia omnia alij quidē Empyemata vocant, alij verò Diapyemata: quēadmodum ipsum Empyiscein, & Diaphyiscein. Nō nulli verò non sic, sed cū in viscere tale aliquid factū est, id solū Empyema nomināt, & q sic affecti sunt, Empyus. Rursus qdā alij medici eos solos Empyus nominare rectè putāt, quibus inter thoracē & pulmonem pus aggregatum est. Nomina igitur (id quod à me semper dictum est) eatenus curare oportet, vt dilucida significatæ rei interpretatio sit: ipsas aūt res de quibus oratio habetur, inuenire sic studēdū est, vt nihil ex his lateat: oēs enim hę ad curandi methodū pręparationē afferunt, qua methodo dispositionibus ipsis non earū nominibus medemur. Huius igitur rei semper memores, ad eas quæ ex ipsis rebus reliquæ sunt, eundum est. F

A.l.4.f.3.t c.20.455.a

De sinibus & eorum curatione quando callosi fuerint CAP. 4.

CVm corpora pus excoriat, abducitq; & diducit ipsa à subiectis cōtinentia, dein euacuato quoquo modo pure, nequeunt quæ distant pristinā constitutionem recipere, affectus nominatur Sinus. Nisi verò quis celeriter eum curet, callum contrahit, & durus efficitur spatio temporis, nec subiectis agglutinari potest. Coercetur tñ siccatus à medicamentis & ratione victus, vt habere sanitatē irreprehensibilē pars videatur. Si quidem perpetuò quis accurato victu vtens, salubre verè & superfluitatibus vacans corpus habet, cohibitus manet sinus: Superfluitate verò aliqua subnutrita, rursus repletur, rursus q; fit qui ab initio fuit abscessus: iterumq; vt cōuenit medentibus euacuatur, siccatur q; & coercetur, & semper lōgè faciliora ei hæc omnia fiunt, q̄ ijs quæ primo abscedūt. Neq; enim q diuelluntur dolent partes: etenim iam distant, celerrime q; repletur, facilè fluorem suscipiēte sinu. Quin & celeriter euacuatur, via ipsis effluxionibus facta: vt si agglutinatæ partes fuerint, rursus doleant, cum rumpitur abscessus. Non solum verò ex inflamatione generatio abscessibus est, sed etiam statim ab initio non nunq̄ propter alium aliquem humorem spatio tpis excoriantem, & obducentē à subiectis ea quæ continent. Igitur & incisi omnigenam speciem humidorum solidorum q; corporū intus habentes apparēt. Etenim cœno, & vrinæ, & grumo, & succo mellito, & muccoso, & ossibus, & lapidibus, vnguibus q; & pilis, in abscessibus inueniūtur similia corpora. Quin & animalia sæpe inuenta sunt, oībus ferè ex putredine generationē habentibus similia. G

De Fistula, Atheromatis, Steatomatis & Melliceridibus. CAP. 5.

EST verò & quæ "Fistula nominatur, angustus & longus sinus, quæ sicut alij sinus coercetur, & rursus abscedit ob influxum superfluitatum, quemadmodū illi. Atheromata verò, & Steatomata, & Melicerides alij quidem inter abscessus reponunt, alij verò ad aliud genus referunt. Patet aūt & natura horū ex ipsis nominibus. Pulticulæ.n. aliquid simile in ipsis atheromatis inuenitur: melli verò in ipsis meliceridibus: seuo aūt in ipsis steatomatis. Vt plurimū verò tunica quædā membranosa omnia hæc cōtinet. Hi igitur oēs præter naturā tumores sunt. Prętar hos quoq; carbunculi, gangrænæ, & herpetes, & erysipelata, scirrhi q; & œdemata, & cancri, & inflationes, quæ neque ipsa ignorari à medico oportet, sed diligēter cōsiderari & singulorū generationē & substantiam.

A.l.4.f.3.t c.4.457.g

De Carbunculis. CAP. 6.

G"Angrænę "qdē & Anthraces i. Carbūculi, cū q veluti inferbuit sanguis, ꝓpe q; inflāmationē est, cutē perusserit. Quaꝓpter & cū crusta fiūt, & bullæ pcedūt vlceri, quēadmodū in ambustis, febrem q; acutissimā afferunt, & periculū de vita propinquū. Nigra verò vbiq; & cinerulenta apparet carbunculorum vlceris crusta: non tamen vt in alijs, inflammationis quæ circum est, color ruber est, sed ad nigrius declinat aliter, q̄ quæ sanguine suffusa sunt, aut quæ algore frigent. Non enim vehemēter liuidus, vt in illis, tumor est, sed habet aliqd splendens, vt bitumen & pix: talis autem est exacta bilis atra. Malignitas igitur vlcerum quæ in carbunculis sunt, inde est: par est enim aut ab initio statim, aut perassatum in ipso feruore sanguinem melancholicum fieri. H

A.ibi.t.1.c. 454.a.b

De Cancris. CAP. 7.

IPsa "verò sine feruore atra bilis Cācros efficit, eos q; cū vlcere, si acrior sit. Hāc ob rem nigriores colores sunt ijs q̄ inflāmata sunt, et minimè calidi. Implenē aūt venæ in his & intēdunē magis, q̄ in inflāmationibus: minus.n. excidit è vasis in circūiectā carnē ob crassitudinē humoris q cācros gignit: nō tñ rubrę quoq; vt in inflāmatiōibus, venę sunt: sed hoc quoq; ꝓ rōne infestātis hūoris.

A.l.4.f.3.t c.15.459.g

De Gangræna quæ post magnas inflammationes exoritur. CAP. 8.

SEquitur aūt magnas inflāmationes quæ Gangræna, vocaē, quæ & mortificatio est affectæ partis, & nisi qs ei celeriter medeaē, facilè mortificaē quæ sic affecta pars est, quę q; continua sunt apprehendit,

A apprehendit, hominem q; interficit. Cum enim validè obstructa sunt per maximas inflammationes, & ora vasorum & foramina omnia quæ cutis sunt, naturali perspiratione priuata, quæ sic laborant corpora, facilè mortificantur. Et primum quidem eorum coloris ipse flos extinguitur, qui cũ inflammationibus erat. Deinde dolor & pulsus pereunt, non sedata quidem dispositione, sed ipso sensu mortificato. Inseparabilis autem ab inflammatione magna pulsus est: sic autẽ nominare videntur antiqui motum arteriarum ipsi laboranti sensilem, siue sine dolore siue cum eodẽ fiat. Quare in inflãmationis symptomatis pulsui quidam addunt hoc, cum dolore. Hæc in nomine quidem controuersiam habent: melius autem est generationem eorum scire, appellatione neglecta. In ipso quidem secundum naturam, motus arteriarum insensibilis nobis est: in ipsis verò inflammationibus, sensibilis cum dolore. Percutit enim arteria, cum dilatatur, quæ circũm corpora sunt, & percussione dolemus propter inflammationem. Cum verò ipsa quoq; iam tunica inflammata est, percutiens simul & quæ percutitur, dolorem geminat. De his quidem satis dictum est.

De Erysipelate, Herpete, Oedemate, & Scyrrho. CAP. 9.

DIcendum deinceps de biliosis fluoribus. Vicit enim nescio quõ medicorũ mos, vt siue bilem nominemus simpliciter, siue biliosum humorẽ, audiamus pallidam amaram q;, non acidam B & nigrã: illam.n. semper cũ adiectione nominant, appellationi humoris colorẽ adiungentes. Cũ igit̃ biliosus fluor decubuerit, q exactus quidẽ est, cutẽ vlcerat: qui verò aquosa sanie sanguine' ve mistus, minus est acer, magis q; in tumorẽ attollit partem, q̃ vlcerat: hoc quidem Erysipelas nomi-

l. 4. f. 3. t. 1. 6. fol. 453. g natur: alterum, Herpes. Humorem verò qui fecit, & color & calor affectionum indicat. Cũ autẽ rursus acer ipse, alter quidem minus talis, alter verò magis, sciendũ ex acriore || Herpetem Esthiomenon constitui, sic enim ipsum nominauit Hippocrates: ab altero verò alterũ, cui non nulli post Hippocratẽ Miliaris nomen posuerunt, quia milijs similes eminentias efficit in cute. Mihi quidẽ talis fluor pituita mistus videtur: alter verò exactę bilis esse: hanc ob rem cũ corrosione fit, ipsum cutis continuum semper apprehendente affectu, vnde ei nomen est. Æquali verò sanguine bili misto, in medio amborum erysipelatis & inflammationis affectioni species & natura est. Si verò alterũ multũm superat, ab ipso superante appellatio affectui est: prædicatur verò quod ei mistum

5. Aph. 22. Ext. ord. 39 d. Et in li. de vsu humidorũ ad finem.

ibidem. c. 4. l. 452. d est. Erysipelas igitur inflammatoriũ ex flaua superante, Inflãmatio verò erysipelaris, sanguine superante dicitur. Similis cæterarũ quoq; mistionum interpretatio est. Inflãmatio scirrhosa, & Scirrhus inflãmatorius: Oedemaq; inflammatoriũ, & œdemosa Inflãmatio. Quatuor.n. hi sunt qui frequenter fiũt affectus propter influxũ humorũ, Erysipelas & Oedema Inflammatio q; & Scirrhus.

ibidem c. 4. l. 457. d C Erysipelas igitur, vt dictũ est, bilioso fluore superãte: Inflãmatio vero, sanguineo: Oedema tenui cõstitutione pituita: vt crassa quidẽ & glutinosa, alterũ scirrhorum genus. Alterum.n. fæx sanguinis efficit. Est aũt ipsa quoq; duplex, altera quidẽ species, quam Hippocrates nigrã vocat: altera verò & ipsa quidẽ nigra est, propriam verò appellationem habet: nominatur.n. atra bilis. Huius quidẽ Cancri: alterius verò nigræ vna quædam Scirrhorum species effectũ est. Distinguitur verò ab altera pituitosa, colore: Cõmunia verò ambarũ sunt, maior q̃ pro ratione naturæ tumor, idẽ q; sine dolore, & durus. Et vtriusq; generatio interdum quidem ab initio, aliquando verò ex lapsu, aut inflammationis, aut erysipelatis, aut œdematis, cum immodestius refrigerata sint.

De Effusis & Nigroribus. CAP. 10.

PRopinqua verò scirrho sunt & quæ Ecchymomata i. effusa vocantur, & Melasmata i. Nigrores: senibus maximè contingentes collisis venis. Ex his autem sunt non nulla, vt dictum est, nigra: maxime q; senibus fiunt hæc propter leues occasiones. Non nulla verò rubri nigri q; in medio, quæ peelidna i. liuida vocantur. Omnia autem hæc fiunt sanguine è venis effuso, nunc quidem per tunicas contusas, nunc verò in finibus reseratas.

De Aneurysmate, & Syderatione. CAP. 11.

D ORe aũt in arteria facto, affectio Aneurysma vocat̃. Fit aũt vulnerata ea, cũ ad cicatricẽ deuenerit q̃ ei adiacet cutis: manet verò arteriæ vlcus, ea neq; cõglutinata, neq; ad cicatricẽ simul p̃ducta, neq; à carne obstructa. Dignoscũtur verò tales affectiones pulsibus, quos arterię fecerunt: sed ẽt cum premuntur, delitescit omnis tumor, recurrente in arterias substantia quæ eũ efficit, quã tenuẽ simul flauum q; sanguinẽ esse tenui multo q; spiritui commistum alibi monstrauimus. Planè verò calidior quoq; est sanguis hic eo qui venarũ est, vulneratum q; aneurysma eiaculatur sanguinẽ, vt vix contineri possit. Cedit igit̃ in œdematis quoq; materia premẽtibus digitis, foueam q; pars recipit: verum neq; pulsus est in hoc affectu, albidior q; est color: œdema q; multò latius maius q; aneurysmate ẽ, nisi grumus qs ingenitus ex aneurysmate Sphacelõ i. Syderationẽ faciat. Sic aũt voco corruptionẽ solidorũ corporũ oẽm, vt ipsis quoq; ossibus insit, nedũ carnibus quidẽ vasis' ve. Gãgræna verò mortificatio ipsa quoq; est solidorũ corporũ, sed nec ossibus inest, magnas q; inflãmationes sequitur: quæ syderationũ species quædã est, propriã q; & selectã appellationem supra cõem assecuta est. Hæc satis diffinita sunt. Et iam tp̃s est vt de melãcholicis fluoribus dicamus.

De Atræ Bilis decubitu. CAP. 12.

CVm verò in carnẽ bilis atra decubuerit, cũ mordax est, circũiectã cutem perrodit, vlcus q; efficit: cũ verò modestior est, efficit cancrũ, qui sine vlceratione est. Dictũ aũt antea est, ab hoc magis q̃ ab inflãmationibus venas attolli, earũ q; qualis sp̃es coloris| sit. Nõ solũ aũt cãcrosum vlcus,

ſed alia quoq; multa cũ tumoribus corporũ eos cõtinentiũ cõſtituũtur: oĩa mali humoris aut bilio E ſi cuiuſdã, aut melãcholici, aut aliter quoq; viruleñti prauiq; ex corruptiõe maiori ſubnutriti effecta.

De Phagedænis, ſcabie, & Lepra. CAP. 13.

QVę verò depaſcũtur, attingũt q; q̃ circũ ſunt, ipſum continẽs ſanũ corpus perrodentia, hæc oĩa phagedænica vocãtur. Ex ambobus aũt cõpoſita. ſ. vlcere ipſo & circumiecto tumore, phagedęnã noĩant. Depaſcit Herpes quoq;, q̃ circũ ſunt perrodẽs, ſed ſolũ cutis exulceratio eſt. Phagedęna verò cũ cute, q̃ ſubiecta ſunt, attingit quoq;. Chironia verò & Telephia vocare vlcera ſupuacuũ eſt. Sat. n. eſt omnia cõiter Cacoethe i. maligna appellare. Scabies quoq; & lepra melãcholici affectus ſunt ſolius cutis: vt, ſi quidẽ in venis quoq; & carne fiant, cancer nominatur.

De Elephante. CAP. 14.

MElancholica affectio & ipſe Elephas eſt, primã quidẽ generationẽ ex ſanguine melãcholico habens: ſpatio verò tpis ipſius nigrę plus ſanguine fit, cum male olentes ſunt, & moleſti viſu. Horũ non nullis vlcera contingunt. Hanc affectionem, cũ incipit, Satyriaſmon nominant, qm̃ ſatyris ſimiles fiunt vultu: aliqui verò quę in temporibus ſunt oſſeæ eminentię ſic vocant. In alijs partibus quoq; tales oſſiũ fiunt eminentiæ: eas q; vocant aliqui Exoſtoſeis: vt naturales quoq; pudendorum diſtentiones non deſiſtentes, Satyriaſmum aliqui vocant, aliqui verò priapiſmum. F

De Achoribus, Cerijs, Myrmecijs, Acrochordonibus, Pſydracibus, Epinyctidibus, Furunculis, tuberculis, Bubonibus, Strumis, & Ramice. CAP. 15.

ESt & Achor quoq; vlcus paruũ in cute capitis, cõiectares aũt id pituitæ ſalſæ nitroſæ effectũ eẽ. Ex eo igiť ſanies q̃dã effluit neq; aquoſa ſimplr, neq; iã craſſa vt mel, ceu in ijs q̃ Ceria i. faui nominanť. Etenim hæc cũ tumore quodã foraminibus q; pluribus fiũt, mellito humore effluẽte. paruus & horũ tumor eſt, ſed nõ tm̃, quantũ q achoris eſt. Quin ẽt his minores tumores p̃ter naturã in cute fiũt Myrmecię q; & Acrochordones et Pſydraces & Epinyctides, oĩbus notę affectiões. Notus nõ minimè & Dothiẽ i. furũculus eſt, mitis q̃dẽ cũ in ipſa ſola cute cõſtituiť, malignus verò cũ altè exoriť: Phymati enim i. tuberculo ſic ſilis eſt, ſola q; duritie à tuberculo talis furunculus diſtat. Ambo aũt affectus inflãmabundi ſunt, quos p̃ter tertius quoq; ipſe Bubo, quartus q; quẽ nominãt nõ nulli Phygethlõ, calore ſimul & celeritate gñationis ab alijs tuberculis diſtinguẽtes. Sũt quoq; q dicãt in inguinibus & alis ſolis phygethla fieri, q̃ adenũ q ibi ſunt, iflãmationes ſint. Hi cũ ĩdurati ſunt affectus Chœras i. Struma noĩať, vt ipſis quoq; teſticulis ĩduratis, nomẽ morbo Sarcocelen poſuerũt, quẽadmodũ cũ aquoſus humor in tunicis q̃ circa teſticulũ ſũt, aggregať, Hydrocelen vocãt, & Epiplocelen, atq; Enterocelẽ. Præter hæc ex ambobus ẽt cõpoſitũ plus iuſto cõnexũ, G Enteroepiplocelẽ, medicorũ iuniorũ nomẽ, oẽs teſticulorũ tumores κήλας i. hernias ſiue ramices noĩantiũ, vt p η, elementũ pria ſyllaba dicať, nõ p α, vt ab Athenięſibus. Sicut verò ſingula q̃ dicta sũt noĩa, indicãt ptis morbũ de quo dñr, ſic Cirſocele recẽtius nomẽ oñdit affectũ, de quo dictũ eſt.

A. l. 4. f. 3. c. 3. 457. a

De Varicibus, Ruptura peritonæi, & Hydropicis. CAP. 16.

KIρσὸς aũt i. varices, alias quoq; venas oẽs dilatatas antiqui noĩant: κιρσὸς & has iuniores vocãt medici ι, elemẽtũ cũ κ, ponẽtes, nõ quẽadmodũ Athenięſes. Fiũt aũt & in cruribus varices ob ĩbecillitatẽ venarũ q̃ ibi ſunt, magis q; cùm ſanguine craſſo abũdat corpus. Mẽbrana aũt interiore abdominis (peritonęũ appellãt) vulnerata aut rupta, pòſt nõ cõglutinata, tumor mollis fit in loco. Si verò in inguine fiat, Bubonocelen vocãt. Si in vmbilico accidat hoc, Exõphalos vocãt non nulli medici eos qui ſic affecti ſunt. Peritonæi aũt ſolius non eſt harum affectionum vlla, ſed oportet omnino ipſius quoq; muſculi nerueã appendicẽ affectã eſſe, quam in diſſectorijs tractatibus qualis nam ſit, oſtẽdi. Hæ igitur affectiones tranſuerſorũ muſculorũ ſunt. Qui verò in inguine ramices ſunt, obliquorũ, aut rupta, aut dilatata, vnà cũ peritonæ tunica, ipſorũ appẽdice, q̃ eo in loco eſt. Fiunt & alij quoq; locorũ quæ huc ſpectant, tumores, ob aliquod ſubiectorũ viſcerum ſublatum. Dictæ verò affectiones ſunt, q̃ tumores eorũ efficiunt. Inflãmationes. n. ſunt, ſcirrhiq;, & abſceſſus, H & quæ talia ſunt. In Hydropicis aũt eo loco multitudo aggregatur, aquoſa quidẽ in ipſis Aſcitis, ventoſa verò in Tympanitis, pituitoſa autẽ in ijs qui Anaſarca & Leucophlegmatiæ nominãtur.

De Epulidibus, Parulidibus, Thymis, Vuis, Tonſillis, pariſthmijs, Polypis, Encanthidibus, Vnguibus, & Staphylomatis. CAP. 17.

IAm verò q̃dã alij quoq; tumores, ꝓpria noĩa adepti ſunt, nihil ſelectũ hñtes, Vt Epulides, & parulides, & Thymi, cęteraq; q̃ talia carnoſa germina ſunt: Vt rurſus Vuę, atq; Pariſthmia, & Tõſillæ, nihil aliud q̃ inflãmatiões ſunt: Vuæ q̃dẽ gargareonis, Tõſillę verò adenũ eorũ q in pricipio fauciũ ĩter ſe oppoſiti ſũt, quẽadmodũ Pariſthmia corporũ eorũ q̃ in faucibus ſunt. Vr aũt Hippocrates nõ oẽm gargareonis iflãmationẽ Vuã noĩare, ſed vnã ſolã ſpẽm, qua gargareonis terminus ſilis acino vuę ẽ. Verũ & Polypi aut iflãmatiõe, aut tuberculo, aut aliquo germine, aut vtcũq; noiare q̃s velit, in naribus cõſtituto efficiunť: inflãmabundi verò ſunt humidi q; ꝓpter locũ, Encãthis aũt ipſa quoq; q̃dã p̃ter naturã tumor in magnis hirq̃s fit, nõ eſt aũt toto gñe p̃ter naturã. Pterygia verò. i. Vngues germina ſunt adnatæ oculis extrinſecus mẽbranæ, q̃ ab ipſo circũoſſali delata, ad coronã puenit. Quæ aũt Staphylomata vocãtur, alia q̃dẽ ſolo poſitu, alia verò ipſa diſpõne p̃ter naturã ſunt. Dictũ aũt eſt alibi de oĩbus talibus, q̃ in oculis affectiones conſtituuntur. Iam igitur tps eſt finire ſermonem, nulla adhuc tumorum præter naturam ſpecie, quæ dicta non ſit, relicta.

2 de Morbis.

GALENI DE MORBORVM TEMPORIBVS LIBER VNVS

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quot ad summum sint tempora particularis morbi,& quam hallucinentur veteres in temporibus morbi dignoscendis.

De proportione temporis morborum ad animantium ætates,& dubitatio an principium aliquod sit in morbis. CAP. I.

Valis res animalibus est differentia secundum ætates,talis morbis sunt tpa,quæ καιροί Grecis vocant.Neq; enim tps simpliciter hoc vocabulo significatur,neq; cōueniens illud tps,in quo præsidia ēt consideramus. sed tm̄ morborum,vt diximus ętas quæ temporū vicissitudine immutatur,vt animal ætatibus:quod omnibus corruptelæ subiectis corpori
C bus,aliis magis,aliis minus adesse vr̄.Nam si natura ipsorum immutationis alterationis q; perpetuo expers maneret,nimirū non corrūperetur.Queadmodū igitur & ipsi nos geniti ad vigorē vsq; augescimus, inde iā contabescere incipientes,ad extremā vsq; corruptionē declinamus,si oēs ętates pertrāsituri sumus: pari modo singuli morbi à prima eorū constitutione ad statum vsq; increscunt,dum pro augmenti prioris portione decrescentes in totū dissoluantur. Videbitur aūt forsan morborū pro tpe immutatio hoc solū ab animantiū ætate discrepare,q̄ his proprium generationis tps est,quo oēs ad vitam necessariæ partes figurantur formanturq;:morborum nullum huiuscemodi tps est propriū,sed à primo statim ingressu augescūt: idq; rōne probabili.Nā illa,corpora sunt: hi,corporum accidentia.Quare figurationē generationemq; † morborū proprietas non postulat:accidentia vero ipsis,vt quæ nullā figurationem expectant,primo aditu protinus generationē simul acquirunt,& ad incrementum festinant.Quæ.n.inflammationis generatio esse possit?an qualis est animātis nascētis figuratio? vel quæ erysipelatis? vel quæ,verbi gratia,febris? Nam vnūquodq; horū,statim cum primū ceperit initium, hmōi speciem habere vr̄,qualem eius generis maximū habet: deficit aūt sola ab illo magnitudine. Etenim
D inflammata pars calidior q̄ prius,euadit cū tumore maiore,item dolore simul & tensione: sed hęc parua primo adito sunt,inde verò ad magnitudinem quandam non omnibus æqualē increscunt. Ex quo tpe deinceps vel discutitur præsidiis tumor præter naturā,simul q; cum ipso dolor quoq; & calor remittit: vel in pus mutatur. Sic.n.inflammationes soluunt,si finiri debent. De his aūt sermo nobis primū instituatur,consideratione de morbis qui non soluuntur,nunc in posterū dilata. Tempus itaq; nullum inflammationis generationi singulariter proprium attribuitur ab eo quod augmenti est,diuersum,sed vnum est vniuersum à primo insultu,vsq; ad statum affectu increscente. Sic habet etiam de erysipelatis,omnibus q; aliis: siquidem febris genere quidem caliditatis, vt arbitror,quæ præter naturam est,comprehenditur: huius autem proprium singulariter generationis tempus diuisum non est,sed vbi corpus primum calidius q̄ antea febrili calore fieri cœperit, inde aliud atq; aliud tempus affectionis incrementum ad vsque perfectam consistentiam excipit, quam in singulis rebus summam esse magnitudinem intelligimus.

†Vetus trāslat. legit: Corporū ꝓprietas requirit.& ita quoq; codices Græci. antiqui.

Solutio prædictæ dubitationis & de ratione principii morborum dignoscendi. CAP. 2.

Hic sermo † {cōtentionis plenus est,} & agonistā aliquē ad responsionē strenuū requirit, qui propriā morborū initiis speciē esse demonstret: vt animantibus primū hoc ordinatū tps dū formant,quod finibus propriis circūscribitur: de quibus iā sententiā meam docere supersederem nisi

† ἐπιεικῶς ἐστι

nisi mihi casu quodã in hac sermonis parte versanti, Archigenis diuisio succurrisset, qui morbos E in prima & maxima tempora diuidens, post initium statim vigorem seu statum ponit: medio tpe, ascensu siue incremento videlicet, omisso. Cum enim totius principij proprium tps non esse videatur, sed id omne quod à primo insultu ad statũ intercedit, incrementũ existat, quõ quis Archigeni consentiat, qui quod omnibus confessum est, præterit: ambiguũ verò tanq̃ confessum prom ptè ponit? Hac igitur ratione sermonem omnino deseruisse videtur, qui magno certamine indigeat, quo morbi principium propriam figuram habere, non paruitate modo à sequentibus ipsum differre ostendatur. Nos vero iam morbi principium specie quadam ab incremento post ipsum, diuersum demonstrare conabimur. Initium autem sermonis ex his quę euidenter omnibus in pluribus morbis apparent, sumetur. Quo puto medici propemodum omnes moti, qui Archigenem præcesserunt, initium quoddam cuiusq; morbi dicunt non primum illum simplicem duntaxat insultum: sed tpis longitudinem latitudinem q; notatu dignam aliq̃n ipsi ascribunt: post hoc ascensum, deinde statum, ab hoc declinationem. Spectauimus "enim non nullos, dum actionem nescio quam obirent, paulatim inhorruisse primum: deinde iterum atq; iterum inæqualitatem quandam validiorem horrorem q; euidentiorem sensisse: vt quæ prius citra offensam agebant, neq; agere, neq; sustinere potuerint, sed & decũberent, & cooperiri desiderarent: atq; hoc alijs accidisse horis F tribus, alijs paucioribus, vel pluribus: Ex eo aũt tempore calorem insuauem, eum q; prçter naturam sensim augescentem percepisse: quandoquidem in his ipsis principium accessionis ab incremento singulari specie differre manifesto videtur. Nemini vero dubium est quosdam augmentũ vocare incrementum, quemadmodum alios quosdam ascensum. Græci tripliciter αὔξησιν & ἐπίδοσιν & ἀνάβασιν appellant. Nos omnibus vocabulis vt in mentem venerit vtemur, omnia siquidem rem vnam denunciãt. Hæc itaq; res tribus nominibus appellatur. Sistit qñq; & ab incremento cessat & sibi ipsi ęqualis vel lõgiore vel breuiore quodam tẽpore permanere videtur. Deinde minor q̃ fuit, vel citius vel diuturnioris temporis spatio fieri, interdum q; febricitantis dispositio ad integritatem sic reuerti apparet. Est cum à secundæ accessionis insultu eandem speciem cum prędicta habentis deprehenditur. Interim omnino prædictã secundo rursus ægrotanti adueniũt: plerunq; tertio, quarto, & quinto, morbo videlicet ex ijsdem ad eadem per ordinem ipsum, circulum quendam ambiente, quem singuli medici periodũ, i. circuitũ appellitãt. Nõ nulli ex huius generexxiiij horis describuntur, vocantur q; quotidiani. Aliqui xlviij, hoc est duobus diebus & noctibus, quos tertianarum febrium circuitus nominant. Alios quosdam lxxij horarum tps describit, quorũ febres ipsas quartanas nuncupant: circulũ autẽ vniuersum, qui ad vnum principium G reuertitur, quaternarium circuitum: sic etiam ternarium simul cum tertiana febre, & quotidianum singulis diebus reuertentem simul cum quotidianis febribus. At hi circuitus oẽs aliquando ad integritatem perueniunt, vt in prædictis febribus, quotidiana, tertiana, & quartana: aliàs ad declinationem solùm, vel propius ad integritatem, vel etiam longius ab ea venientem.

A.l.1.f.2.d.1. c.7.fol.30.b

De Morbi temporibus exemplo febris tertianæ. CAP. 3.

ITaq; de tertiana febre exempli gratia verba primum faciamus. Incipit "horror hmõi febrium mediocris: deinde extremæ partes membrorum simul cum horrore vehementiore refrigerantur: postea iam & rigore & frigore cõcutiũtur plurimæ corporis partes. Pulsus "earum in hoc tpe durior, & minor q̃ prius euadit: velocior manifesto in systole idest cõtractione, ijs qui systolen sentire nouerunt. Nam diastole. i. eleuatio, multo q̃ fuit tardior, prefertim in insultu est: interdũ vero similis priori constitutioni permanere tibi videbitur. Quin & illa quies quæ post systolen est, largior quodammodo est: quæ verò post diastolen est, eodem cum illa modo, sæpe quidem est priori æqualis, aliq̃n vero non æqualis. Hęc quibusdam, horis ęquinoctialibus duabus fieri nata sunt: quibusdam vel pluribus eis, vel paucioribus. Inde pulsus maior simul & velocior, densior q; fieri incipiens, sensim singulis commemoratis increscit. Statim vero calidiores q̃ antea cum relatis pul H sus mutationibus redduntur. Quo fit, vt quidam multum calorem intus sentiant, artubus adhuc frigescentibus. In summa, inęqualitas quępiam nõ parua in corpore per hoc tps exuperat Secundum vero hoc tẽpus illius primi est, in quo ex priore statu vniuersum quidem corpus refrigeratũ fuit: pulsus autem in contraria prioribus cõciderunt. Vbi sanè febris ad integritatẽ peruenit, quã διάλειμμα, i. intermissionẽ seu interuallum nominare liceat, quoniam & Hippocrates eã hoc nomine dignatus est, pulsus in naturali statu consistit, quantũ nos sensu percipere possumus. Huiusmodi vero interuallum longè optimum est: quippe quod simul atq; animal refrigeratum fuerit, in dictas ante paulum differentias repente transmutet: postea rursus vbi incaleat, ad contrarias deducat. Primum itaque tempus totius periodi exacte est, quo corpus cum mutationibus pulsus prædictis inalserit, vel ex sanitate, vel ex interuallo ad hoc perueniens. Aliud ab hoc secundum est, quod pulsum & calorem in contraria mutat, donec tota corporis moles ęquabiliter concalescat. Post hoc tertium, quo calor etiamnum augescit, pulsibus magnitudine celeritate & frequentia ei respondentibus. Quarta constitutio post tres commemoratas conspicitur, omnibus iam dictis æqualem sibi magnitudinem pro sensus nostri iudicio conseruantibus. Ad hæc quinta alia, cum iam calor manifesto decrescit, halitus autem per cutem excernitur, pulsus ad naturalem

A.l.4.f.1.t.1 c.36.f.423.a.b

A.l.4.f.1.t.1 c.4.fol.412.b

* Mihi non dũ contigit, vt legerĩ apud Hip. hoc nomẽ διάλειμμα, at sæpius verbum διαλείπειν, & participiũ διαλείποντες, vt 4ª. Aph. 43. 46. 47. 48. 49. 50. Ex ord. 32. f g h. & 33. a. b. c. Et in Progno. com 3. t. 27. 4ª 210. a. Et 1. Epi. com. 1. t. 23. 3ª. 106. a. & cõ 3. t. 2. & 10. 218. c & 120. a

A lem habitum redit, reijciens omnia quæ præter naturam ex magnitudine, celeritate, & frequentia {& duritie} conquisierat: hoc tẽpore plurimis ipsorum sudor oritur. Post hoc interualli tempus sextum ad prædicta peruenit. Nulla horum abditæ rei hypothesis est, sed quotidie fere in omnibus tertiana febre laborantibus euidenter ita euenire apparent. Atq; huic sermoni ab Hippocrate tradito, addendum est: ꝙ qui etiam medicus non est, hucusq; posset rectè cognoscere, si pulsus mutationes à sermone excipiamus. Maius enim in se negocium habent, quàm vt ab idiotis queant intelligi. Cæterum caloris mutatio, etiã si ægrotantes assequi nolint, stimulare ipsa, pungere q; eos nata est, vt non lateat. Referunt omnes ęgri tam subitò quidem vel inæqualitatem, vel horrorem eius vltro citro q; cursitare: inde simul cum extremorum refrigeratione horrorem intendi, sequi q; ipsos totius corporis concussionem: postea rursus huius concussionis quę rigor dicitur, interim fieri remissionem, extremorũ algores resolui, æstus vehementis, qui phlogosis Græce dicitur, sensum, intus esse & sitim: ad hæc rursus omnem quidem inæqualitatem discedere, corpus verò totum æquabiliter aduri: atq; hoc semper, magis q; eis euenire: ac calorem tandẽ aliqñ sistere, sibi q; similem manere: postremo solutionis sensum oboriri, id ꝙ ad constitutionem vsq; illam non cessare, in qua primũ se vri non amplius senserunt. In tertianis itaq; febribus particulares B circuitus differentiæ huiusmodi quædam sunt. In alijs aũt aliæ, de quibus ordine dicturi sumus.

Quæ veteribus medicis errandi causa, ac de recta nominum impositione. CAP. 4.

NVnc ad hoc primum, quod prius instituimus, sermo dirigat̃. Primũ igit̃ erat tp̃s quod integritati cohæret, frigoris sensum p̃bens, quod, initiũ appellauimus: Secundũ quod frigus, vt dictũ est, paulatim deponit, & vocabit̃ cõpendij gratia inæqualitatis tp̃s: Ab hoc tertiũ quod est æqualis incrementi: postea quartum, quod est consistentiæ: quintum quod est imminutionis: postremò sextũ, quod ẽ, integritatis. Quòd igit̃ sex dictæ regulares ĩ tertianarũ febriũ circuitibus *Al. p̃ticulares. drĩæ sũt, sensu & memoria, nõ dmr̃atione logica indiget. Porrò nomina ipsarũ simul ponere, tũ cõpẽdij, tũ claritatis gratia præstat: queãdmodũ lex quędã est cõmunis omnibus Græcis, vt quarum rerum nomina apud vetustiores vsurpata inueniamus, his vtamur: quarum verò non habemus, vel ab aliqua earum rerum quarum habemus nomina, transferamus, vel ipsi secundum rerũ quandam similitudinem ad ea quæ denominata sunt, fingamus, vel de alijs dictis abutamur. Licet quidem, si velis, nec consueta Græcis seruare, si facere ipsum oporteat, ad prædictos scopos respicientem. Atq; hæc frequens est apud recentiores medicos, vt qui non puerili disciplina, quemadmodum veteres, instituti sunt: concedendum itaq; ipsis est vtut velint appellare: q̃m cõtentiosi sunt, C & impudentes. Frequenter ẽt nominibus vtendum, vt illi præcipiunt, quò nugacitatem ipsorum fugiamus. Neq; enim propter trangressionẽ legis in nominibus ægrotantes incõmodi quicquam l. 4 f. 1. t. 1. 41. f capiẽt. Cũ aũt vel * tẽpus aliquod occultent, vniuersum prætereuntes, vel prædictis id quod sensibus non apparet, adducant: non ipsis concedendum est: tanq̃ huiusmodi peccato ad ægrorum offensam modo spectante. Melius itaq; est, interim erratorum causas prospicere, ob quas medicorum plurimi falluntur: ne ipsi erroris quippiam committamus, & illis veram rei viam, si velint, ostendamus. Quidam enim ex eis huiusmodi ingenio refractario sunt præditi, vt ne vel si Apollinem ipsum, vel Æsculapium habuerint desiderantes docere ipsos, monentes q; vt aliqñ obtemperent, audire, atq; aures præbere aliquando possint, nedum hæc dicta animo suscipere: quare nec illis hæc scribentur. Hęc igitur erroris ipsorum causa prima & maxima est, morborum differentiæ ignorantia. Tertiana siquidem, ut iam expositum est, moueri, & veluti ætates suas perficere consueuit: q̃q̃ non similem motum quiuis morbus obtinet: ob quod neq; nos rectè, quæ de tertianis diximus, ad omnes trãsferemus: nec alius quispiam in alio affectu communem vnam omniũ rationem esse existimabit: vnde hæc prima maxima q; errati ipsorum causa est.

In quot ad summum partes morborum tempora diuidi queant, ac quibus nominibus singulæ appellandæ. CAP. 5.

D ALias aũt pro vsus ordine deinceps explicabo, vbi nomina prius cõmemoratis tertianę periodi tp̃ibus imposuerim. Proinde cũ Hippocrates dixerit, ‖ Febres quæcunq; nõ intermittẽtes 4. Aph. 43. Ex. or. 32. e tertio die fortiores fiũt, magis p̃iculosæ fiũt: quocunq; aũt mõ intermittãt, periculũ abesse significatur. hoc Intermittere. quod græce διαλείπειν dixit, nõ de alia parte circuitus, ĩtegritatẽ trãsgrediendo capere debemus. Nõ. n. iã hoc ait, quocunq; mõ declinent, nã hoc falsum est: quippe cum semitertiana febrium deterrima sit: tñ in declinationem manifestam multis peruenit: & alijs omnibus hac parte cõsimiliter, nisi synochis appellatis: q̃m hæ solæ febres nec inclinationẽ sensibus expositã, nec vniuersum circuitũ, aliamq; prædictorũ differentiã obtinent: sed qualẽ tertianarũ magnitudinis aliquo tp̃e statũ esse diximus, talem illæ hñt vniuersum ferè ipsarũ decursum. Si igitur, vt dixi, ex sua ipsarũ natura periculo vacant q̃ ad integritatẽ desinunt, sicut in libris de febribus ostendimus, non aliud Hippocrates/intermittere/nominauit, ꝙ ad integritatẽ finire. Quãobrẽ meritò quis veterem cõsuetudinẽ secutus, in tertianarũ periodis διάλειμμα, i. Intermissionẽ seu Interuallũ, tp̃s integritatis appellauerit: queãdmodũ & in maxima magnitudine subsistẽtiã, quantũ nos tactu ipsi q; ægrotãtes p̃cipimus, ἀκμὴν, i. Vigorẽ. Ita sanè & ætatũ vigor p̃fectissimũ ẽ, vt̃ q; Hippocrates hoc vsus vocabulo, sicut & verbo, Intermittere. Sed & primã partẽ circuitus quæ primo die

venit

venit post decidentiam ex naturali statu,ac tertio & quinto & reliquis iuxta proportionem, similiter circumit post interuallum,principium vocant,non Hippocrates modò, verùm & alij propè oẽs medici. Post principium,quod frigore manifesto cognoscitur,secundũ tp̃s inęqualitatis erat: tertium Augmenti, vsq; ad vigorem. At participantia ipsa inter se,specie differre non exactè oẽs conspexerunt,nominant q; ex ambobus compositum tanq̃ vnum totum, alij Incrementum, alij Augmentum,reliqui Ascensum accessionis. Quin etiam veri nõ nihil dicunt. Nam post primum tp̃s,quo extremę partes refrigerantur,sanguis verò in altum confluere clarè apparet,aliud tempus est totum huic toti oppositum,cum videlicet calor cum frigore decertat, sanguis aũt in exteriores partes extenditur. Atq; si hoc pacto vnum ipsum dixerunt, vt iam exposuimus, nihil referet hoc tp̃s vniuersum ascensum appellare: si verò ita vocantes,indiuisum reliquerint,non mediocriter artem offendent. Etenim inæqualitatis in eo tẽpus primum aliorum præsidiorum indicationem habet,& non omnino eorundem cum sequenti tp̃e,in quo æqualis quidem totius corporis constitutio est: augmentum verò ipsis in eadem specie ad statũm vsq; permanentibus. Reliqua declinatio tempus vnum est specie sibi simile: † nisi quòd maioris minoris q; ratione partes ipsæ differunt. At hoc ẽt in primo principij tp̃e,& secundo inæqualitatis,ad hæc tertio ascensus seu incrementi adest: siquidem vnicuiq; horum dum sensibiliter immutatur,particularis quædam est differentia. Non enim cuiusq; dicti tp̃is principium fini omnino est simile: differunt autẽ inuicem & à medio tp̃e manifestè. Principium.n. accessionis paululum à naturali constitutione recessit, sicut finis plurimum. Vbi verò hæc maximis differentijs mutuo dissenserunt, medium planè tp̃s ipsorum aliquod est,magis quidem q̃ principium à naturali statu remotum: minus autẽ q̃ finis. Hoc modo inequalitatis ẽt initium à cohærente ipsi primi tp̃is fine paululum diuariat: plus aũt abscedens,medium q; existens,prædicto primi tp̃is fini & tertij principio counitum est. Eádem opinor ratione & quæ secundi huius temporis inæqualitatis principijs cohęrent tertij tp̃is, constitutionem illis assimilem obtinent. Similiter etiã tertij ipsius tp̃is rursum prima,à secundi postremis parum euariant: postrema verò,status speciei quodammodo similia sunt: medium amborum æquè ab vtrisq; extremis recessit. Quapropter miri nihil est, si vt hic temporibus singulis, ita declinationi quoq; aliud principium,aliud finis,aliud medium existat. Porrò vnumquodq; horum propria appellatione vocare potes,si visum fuerit. Audio enim frequenter medicos dicentes, Inclinauit nunc status,nunc submittit,nunc dimittit,nunc remittit. Si igitur hæc dicunt, integrum est eis prima declinationis nominare Inclinationẽ,vel Submissionem,vel Dimissionem, vel Remissionẽ,vel horum aliqua,vel omnia: quin etiã licet vno prędictorum nomine media & postrema nuncupare, pari modo,vt Archigenes quoq; declinationis postremum, Remissionẽ nominat. Verũ malè hic agit,q̃ eam à declinatione specie quadam differentem existimet. Etenim cum oĩum partium totius circuitus aliam principium,aliam finem,aliam mediam faciat: sic quoq; remissionem ipsam diuidit,tanq̃ proprium quoddam tempus ex prima diuisione, quę speciebus quibusdam, non solùm maioris minoris q; ratione mutuò discordent. In vtrisq; igitur clarè peccat,augmentum ex prima sectione tollens,quod omnes manifestius ac principium intelligunt: adijciens verò remissionem circuitus termino. Si nanq; ad integritatem veniret,manifesta huiusmodi temporis ad alia vniuersa differentia esset. Quòd si secundæ accessionis insultus trifariam diuisus, inclinationem accipit,in hoc totius inclinationis partem,remissionem vocare licet: non tamen aliud quodpiam tempus propria natura quapiam insignitum, quemadmodum prius dicta, putare conuenit. Quòd igitur omnes tertianę circuitus partes manifestis inuicem differentijs separatas videre licet,nemo ignorat,qui vel vnum quempiam hoc morbo laborantem ęgrum conspexerit. Porrò si non nulla eorum nomine carent,ad contentiosos dicemus,tempus primum, secundum, tertium,quartum,quintum,deinde integritatis sextum: ad eos autem qui nominum vsum sciunt,ipsi componentes idonea nomina, primo tempori proprium Initij nomen imponamus, secundo Inæqualitatis nomen,tertio Incrementi,quarto Status seu Vigoris,& quinto Declinationis: sextum integritatis,Interuallum ac Intermissionem nominemus.

Circuitus morbi in duas partes diuisio. CAP. 6.

NIhil obstat & alio quodã modo totum circuitũ in maiores partes diuidere. Siquidẽ in duas ipsum totũ potes diuidere, vnam primę accessionis à primo insultu ad extremã vsq; remissionẽ: alteram, quę in declinationis & insultus secundæ accessionis medio cõsistit. Voco iã Gręce εἰσβολὴν παροξυσμοῦ,hoc ẽ insultũ accessionis, tp̃s indiuisibile, exactè iã primũ: Idẽ hoc Græci ἐπισημασίαν,hoc est febris significationẽ nominare cõsuerũt. Et quod ab Hippocrate dictũ est,in accessionibus abstinendũ esse, secundum eandem diuisionem pronunciatũ existimo. Cum.n. prædixisset conuenienter, ‖ Quibus statim vigor adest, ijs statim tenuis victus adhibendus: quibus po- »
1ª.Aph.10.Ex. or.4.h
stea vigor aduenit, ijs in illo ipso, & antea illũ, tenuiter viuẽdũ est, antea verò plenius nutriri opor- »
tet, vt æger sufficiat: intulit, In accessionibus abstinendum esse, docens nos videlicet solum illud »
tp̃s quod accessionem vocat, obseruandum esse. Nunq̃ enim in hoc nutrimus, verùm in reliquo omni tempore remissionis, interdum in alia atq; alia eius parte: quia ex simplici interim declinatione, interdum ex declinatione & interuallo, cõpositum est. Hæc quidem vnius circuitus in duas partes

A partes est diuisio: alteram eius partem primam Accessionem appellamus: secūdam, vel Remissionem, vt paulo ante, vel vt quidam, Interuallum. Nam interuallum non pauci medici vniuersum id quod post statum est, qualicunq; natura preditum nominant: siue id ad integritatē veniat, siue non. Verum nos appellationes prędictas obseruabimus, ne vlla sermoni obscuritas accedat: vocabimus q; omne quod accessionem sequitur, Remissionem. Sed neq; prohibemus, vt dictū est, si quis ipsum totū nominet Interuallum, vel Declinationē, vel Remissionem, vel Submissionem, vel Ablationem. Instituimus enim non de verbis disceptare, sed circuitus partes inspicere, quot numero sint, & quomodo inuicem differant.

De temporibus simplicium febrium quae non intermittunt. CAP. 7.

HÆc igitur est diuisio omnium febrium quæ ad integritatem desinunt quotidianarum, tertianarum, quartanarum: vt quæ sex partes speciebus manifestis inuicem diuersas habeant. Alia verò non intermittentium, quę in quinq; partes diducuntur. Sunt autem & hæ permultæ. Nonnullę quotidie accessionem habent, quædam tertio quoq; die. Non tñ quæ quarto habent, frequenter, sed raro euenire videntur: plurimum, n. earum genus ad integritatem desinit. Porrò & duplex harū spēs est, q̃ ad integritatē nō finiūt, quotidianarū, tertianarū, quartanarū. Quædā. n. B magnitudinem quoq; pulsus, celeritatem, frequentiam, & duritiem deponunt: quędam alia tria ad naturalem statum deducunt: seruant autem celeritatem, hæ magis, illę minus. At non est pręsentis sermonis, illarum distinctionem proponere: qm̃ partes circuitus in vno quoq; morbi genere enumerare cogitauimus. Igitur cū paulò ante sex in febribus intermittentibus esse dixerimus, deinceps non intermittentium partes referemus, quinq; esse dicentes, cum aliæ similiter ipsis se habeant, solùm aūt integritatis pars deficiat. Cęterum in alijs partibus similitudo necessaria est, vt accessionum insultus cum systole, i. contractione fiat. Nomino aūt sic, quæ cum frigore fit: nā hāc sequitur, pulsus intus magis moueri cum paruitate, sanguine in viscera se recipiēte, quem rursus inęqualitas, ex necessitate sequitur: inde incrementum, status, & declinatio. In quibus sanè citra sensibilem contractionem accessionis insultus accidit, tria tpa in vnum recidere necessitas est, totum q; vsq; ad statum incrementum fieri: nam vbi contractio nō fuit, ibi nec inęqualitas. Statum verò nunq̃ deficientem vidi, verùm semper sensibili ęqualitate in omnibus febribus aliquandiu permanentem. Insultum certè millies sine predictis initij symptomatis conspexi: quorum pręcipuum erat omnibus ferè principijs accessionum, perfrictio: quemadmodum ad interiora arteriarum motus: de quo in opere de pulsibus diffusius dictum est: in pręsenti libro ipsum cōtractione C celeritatis definire sufficit. Quę verò alia symptomata signa q; accessionum initio propria sunt, prædiximus: alia frigori superueniūt, alia secus. Paruitas siquidem pulsuum, raritas, & tarditas diastoles, i. eleuationis, frigus consequitur: rigor alias occasiones, quas in symptomatum causis exposuimus. At vniuersum hoc accessionis genus omnino, sicut dixi, perit: & nos multos frequenter à mirandis illis medicis vel ad balneum missos, vel cibum assumere iussos, tanq̃ suspectas iam horas accessionis prætergressos prohibuimus. Contingit autem ipsos cum arteriam exactè tangere ignorent, huiusmodi errores committere. Omnibus enim quibus talis accessio euenit, contractio velocior redditur: quam cognoscere non cuiusuis est, sed exercitationem magnam artis, maximè hoc opus, si quid aliud, desiderat. Hanc autem cōsequi nemo potest prius, q̃ eo modo quem in primo de pulsuum dignotione præscripsimus, institutus sit. Si igitur arteriarum contractionē noueris, hanc ipse accessionis partem, qua contractionem velociorem factam sine eleuatione deprehendis, circuitus initium potes statuere: quæ verò sequitur hanc, incrementum ad statum vsq;. At si hanc quoque ignores, videatur autem tibi insultus ἀθλίπτως, i. incompressè omnino factus, totam accessionis partem vsque ad statum, ascensum, vel incrementum, vel augmentum nominabis: secans ipsum in prima, & postrema, & media pro maioris minoris q; ratione, non speciebus D diuersis, vt prius dicebam in frigorę sensibili. In huiusmodi igitur febribus vniuersa tempora tria erunt, augmentum, status, imminutio. Nihil enim mali est imminutionem illud vocare, quo ex febris magnitudine quippiam demitur. Quibus verò circuitus non est, vt eis quas synochos vocant, neque accessio quædam omnino est, neque prędictę partes: attamen hę quoque secundum diuersa tempora totius morbi particulas habent, alijs modis innotescentes q̃ per accessionum tēpora: quæ paulò post subijciā: & hoc nomine potissimum, q; omnes medici in ipsis errent: quamquàm Hippocrates rectissimè ea docuerit.

De Semitertianæ & reliquarum febrium temporibus, quæ tertia die faciunt accessionem. CAP. 8.

AT nunc ad eas quæ circuitu quodam accessionem habent, sermonem dirigamus, totum id, quod inconsideratum reliquimus, distinguētes. Vnum iam & primum in memoria teneri volo, nempè vniuersum hactenus sermonē de simplicibus periodis nobis fuisse. Nam in cōplexis tps vigorem sequens, interdum arctius redditur, dum alia mox accessio anteq̃ prior circuitus adamussim absolutus sit, inuadat. Frequenter secundū suā ipsius naturā febris ex intermittentiū genere est, vt tertiana: cōplexus aūt nullū integritatis tps priori circuitui relinquit, dū secunda accessio, anteq̃ prior absoluatur, inuadere anticipet. Dictum est mihi de hmōi complexibus in duobus

commentarijs

commẽtarijs de crisibus, & de febrium differentia: vbi ẽt complexum à mistura distinximus. Itaq; E
semitertiana" ex mistura & temperamento quotidianæ & tertianæ febris fieri demonstrata est. Subinde etiam semitertianæ simplex aliqua febris copulatur, vel tertiana, vel quotidiana. At huiusmodi varietas ad hunc librum non pertinet. satis enim hic est propria vniuscuiusq; febris tpa diligenter inquirere: qm sic complexum earum prompte nos decernere potuerimus. Exacte igitur simplices prius dictæ sunt, de commixtis deinceps disseram. Itaq; horridus ibi insultus aliquãdo ẽ, oẽs principij peculiares notas habẽs præter rigorem: interdum & huius significationem. Etenim vehemens horror, vel initium aliquod rigoris, vel paruus rigor esse videri potest. At exactum rigorem, qualis in tertianis, quartanis q; est, huiusmodi febris non accipit. Atque ob hoc ipsam φρικώδη, i. horridam appello: & multo magis, q vbi signa quædam secundi temporis pręmonstrauerit, initium rursus alterius inuasionis horrificum efficit: quod nonnulli repetitionem, alij reduplicationem appellant. Aliquando hoc secundo, quibusdã tertio facit: deinde vix æquabiliter simplex redditur ad vsq; statum increscens. Hęc febris ad integritatem nunq̃ desinit: nã permultum temporis vsq; ad vigorem ipsa habet, item declinationem sine perspiratu sensili, multo vero magis abest vt cum sudore ad integritatem proficiscatur. Quemadmodum igitur à primo insultu accessio ad vigorem vsq; multo tẽpore peruenit, eodẽ modo à vigore paulatim diminuitur: ideo q; F
postridie altera ipsas accessio horrida quidem similiter aduenit, sed quæ non item cum priore repetitiones habeat: aut si qñ, id q; raro habuerit, vnam duntaxat faciet, breuem & exiguam. Porro & hæc accessio ad vigorem longo tpe ascendit, nec exiguo pariter inclinat: atq; ob hoc ipsum tertio die eadem quę primo accessio succedit: postea rursus quarto similis ei quæ secundo habita est, id q; ordine perpetuo., Hanc ego febrem compendiosæ clarę q; doctrinę gratia vno volens appellare vocabulo, imposui ei nomen semitertianæ. Si igitur Hippocrates quoq; talem febrem semitertianam vocasset, vt ego persuasum habeo, duo ex sermone vno commoda consequereris: nempe rem medicam disceres, & nomen vetus ei imponeres. Quod si aliã quandã febrem ab Hippocrate semitertianam vocatam esse putas, falli me in vocabulo ratus, rem ipsam addiscas. Quod .n. talis quædam febris, qualem dixi, accidit, neq; hic testimoniũ vel Hippocratis, vel alterius, cuiusq; oratio requirit, cum quotidie fere nos ipsam videamus, potissimum Romæ. Sicut enim in alijs locis alia, sic in illa ciuitate hoc mali abundat. Porro alia quædam ei adiecta est, quæ nec secundo die aliam ferat accessionem, nec primo & tertio repetitiones. Habet autem nec ipsa modum vnum ac simplicem: interdum etenim sine horrore, aliquãdo cum horrore inuadit: alias cum extremis partibus membrorum manifesto inalgentibus. Visa aũt est interim etiam citra sensibile frigus febris G
hęc quinq; tpa obtinere: principium, inæqualitatem, incrementum, statum, & inclinationẽ. Temporibus iam diuisis breue est principium: sic ipsius inęqualitas: ascensus non æque omnibus, sed quibusdam breuis, quibusdam longior. Quinetiam vigoris tps spatium omnino sensibile & latũ occupat, sed in maioris minoris q; relatione non mediocriter differt: sic etiam declinatio lõgo quidem tempore omnibus contingit. At in hoc differentiæ quippiam sustinet, q nõnullis manifesto diminuitur, & celeriter finiendi spem præbet: post hæc sistit, æqualem declinationis magnitudinem reliquam conseruans, nõnullis lente ab initio ad finem omnino inclinat: quare ex tpis interuallis longioribus conijcienti tibi, videbitur decreuisse plane quippiam, tñ hoc nimis q̃ modice. Huiusmodi quædam sunt & aliæ differentiæ particulares febrium tertio die accedentium, quas vniuersas τριταιοφυεῖς quasi ex tertia natas appello, ad dispotionis vnde excitantur, cognitionem vtilissimę, ad pręsens aũt opus inutiles, Propositũ enim est nobis hic circuituum, totius q; morbi tempora distinguere, tempestiui auxiliorum vsus gratia, cui nihil talis orationum varietas conducit, sicut nec illa quæ ex quotidianæ figuræ variatione constat. Siquidem harum non paucæ quotidie accessionem habentes, interuallum nullum ostendunt: dicam tñ ipsarum paucas differentias exẽpli gratia, non vt institutæ hypothesi commodas, sed quoniã medicorum aliqui ab his omnino quę sine ratione nugantur, se iactitant, & gloriam apud indoctos aucupantur, tanquam diligentes & studiosi, sapientius q; aliquid his qui sola vtilia scribunt, intelligentes. H

De temporibus febrium quæ singulis diebus habent accessionem. CAP. 9.

INuadit" ergo accessio febrium, quæ singulis diebus eam habent, interdum sine manifesto frigore, interdum cũ ipso, & initij tempora quibusdam breuius, quibusdam diutius permanent: Atq; sic etiã inæqualitas his breuiore, illis longiore tpe. Postea hæc febris vsq; ad vigorem ascendit, diuturniore tempore, q̃ quę tertio quoq; die accessionem capiunt: cæterum tale quippiam ipsi adest, quod ẽt illis interdum sed raro accidit. Multo autẽ magis clarum hæc ascensum moliri videtur: consistit aliquo tẽpore nihil increscens, deinde rursus increscit. Similiter in declinatione vel æqualem fert imminutionem, vel interim in eadem magnitudine † {alijs hora vna, alijs duabus} consistit: post hæc imminuitur: quinetiam ad secundæ accessionis insultum vsq; non nullis diminuitur: quibusdam in magnitudine qua est, permanet. At magis hoc tertio quoq; die accessionẽ habentibus adest: quoniam circuitus earum longior est. Nam duplex fere tempore circuitus est febriũ tertio quoq; die accessionem sustinentiũ, si cũ ea quæ quotidie intenditur, compares. Quare pp hoc manifesto declinationis ipsius reliquũ protrahitur, in æquali magnitudine permanens.

Margin notes: A. l. 4. f. 1. c. 16. 417. a — A. l. 4. f. 1. c. 47. 416. a — " Al. multam — † In antiqs cod. hæc nõ habẽt.

Cæterum

A Cæterum multi alij circuituum modi sunt differentijs particularibus euariantes, ad præsentem disputationem superuacanei. Huius rei gratia quorundam memini, quod medici talem doctrinam huius considerationis non esse propriam nescientes, de ijsdem conscripserunt, errantes quoque in ipsorum enarratione. At nunc eos reprehendere in hac non sibi propria speculatione tempus non postulat. Disces autem artificiosè, quod inutilia nugentur, quodque quum Hippocrates miro quodam modo methodum circuituum inuenerit, nemo eam elaborauerit: ad hæc, quod multi eam deprauarint, in illa maximè sermonis parte, qua iam dictis temporibus auxilia coniuncturus sum. Faciam sanè hoc, vbi totius morbi tempora ostenderim. Etenim hactenus particularia tantum recensui.

GALENI DE TOTIVS MORBI TEMPORIBVS LIBER

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Indicia temporum totius morbi salubris, letalis, simplicis, & cum cæteris iuncti, declarantur.

Libri propositum. CAP. 1.

.1.f.2.d.1. | c.7.30.b

Itaque totius morbi tempora similiter ac animantium ætates consideramus, vnum "quidem & primum generationi eorum attribuitur, alterum ascensui seu incremento, tertium vigori, quartum declinationi, cùm ægri salui futuri sunt. Nam si vel in ascensu vel in vigore prius decesserint, liquet talem morbum non omnia tempora pertransijsse. Qui verò pertransit, de omnibus ferè eius particulis opinionum dissensiones obtinent: quippe cum non nulli vigorem vnum esse tempus dicant, quod intellectu solo deprehenditur: alij vigorem, vt in synochis, nôn* esse vniuersum: alij vigorem ad breue adeo principium reducant: alij non in his solum, sed etiam in reliquis omnibus morbis principium auferant: quidam interim & declinationem tollant, si morbus ex abscissione, vt illi dicunt, quæ Græ D cè ἀποκοπὴ nominatur, solutus sit. Primùm igitur opiniones hæ diluendæ sunt: inde exactæ morbi totius temporum notiones instituendæ: postea ipsorum notæ tradendæ sunt. Proximum huic fuerit, vtilitatem ostendere, ijs quæ de circuitibus præcepimus, admiscentes.

* Demerda est illa neg: tio nā grece pro μὴ legendū est μὲν. vide. 3. de cr.ii bus cap. 5.

Quodnam sit totius Morbi principium. CAP. 2.

QVare morbi principium, quatenus aliquando salubri statu corporis labascente inuadit, in omnibus ipsis est, sine temporis productione æstimatum: cum hoc sanè † conceditur et cuiusuis morbi generationem esse, sicut in animantibus contemplamur. Non enim ex particulis quibusdam, vt animal ex capite, thorace, & artubus, sic et morbi compositi sunt: si quidem vbi ex naturali habitu decidunt, breuissimo quodam temporis spatio generationem sortiuntur, inde vsque ad vigorem ascendunt. Esto iam morbus ex intemperie, verbi gratia, vnde febris et constitui nobis demonstrata est. Necessarium igitur, vbi calor hic naturæ contrarius primum nascatur, hominem febricitare, caloremque adusque statum intendi. Nam cuius non sunt partes, quo hoc temporis spatio generabitur? Hæc mihi dicta sunt, & statim ab initio ad ea respondi, de febribus quæ cum frigore inuadunt, mentionem faciens. At in circuitibus abundè responsio sufficit. Vnum enim particularium temporum

† Vetus trāslat. addit non.

4.t.1.c.3. | 411.e totius morbi atque ordine primum est, tempus "inquam frigoris. Ridiculum maximè foret primum tempus accessionis primæ, totius morbi principium existimare: etenim hoc tempus, quod morbi principium

pium nominant,ad præsidia ferenda mirum in modum conducit. Ac Hippocrates huc respiciẽs E
A 2ª.Apho.9. Ex.or.16.f inquit:[a] || Incipientibus morbis si quid mouendum vr,moue: consistentibus verò,præstat cõquie »
scere. Similiter & illud dixit: [b] || Circa principia & fines oĩa imbecilliora sunt. Quinetiam de pur- »
B 2ª.Aph.30. Ex.or.16.g gatione scriptum reliquit:[c] || Cocta purgare cõuenit,& mouere non cruda,neq; in principio, nisi »
stimulauerint. Ad hæc:[d] || In morbis acutis raro,& in principijs vtendum purgationibus.Multa »
C 1ª.Aph.22. Ex.ord.10.b insuper alia partim Hippocrates,partim alij medici oẽs veteres memorię prodiderunt: quibus nõ
primę accessionis impetũ,sed lõgum magis tp̃s principium esse nobis persuadent,nẽpe quo san-
D 1ª. Aph.24. Ex.or. 10.c guinẽ detrahere,& clysterio vti possimus: interim si res vrgeat, etiã purgare.Præterea ridiculum
esse,morbis qui intra diem septimum finiunt,& ijs qui in annum durant, queadmodum interim
quartana,æquale principium statuere.Multa sanè de hoc principio etiã in primo de crisibus libro
diximus,ostendentes quõ primum hoc tempus quispiam cognouerit. Erat autem eius summa,
morbi cruditas. Satius est autem & hìc ad illa adijcere,quæ præsenti narrationi conueniunt.

Quibus notis quatuor tempora in salubribus morbis distinguantur. CAP. 3.

Fingamus igitur primũ inflammationis principiũ inquiri. Quis iam negauerit generationem eius toto illo tpe esse,quo pars sanguinolenta substãtia replet? Siue.n.propter coincidentiam eiusmodi contingit,siue propter impactionem obstructionem q; omnium vasorum,siue ob cir- F cunstantiam quandam molium quę meatus occupãt,siue,vt nos docuimus in libro de inæquali in temperie,item in cõmentario de tumoribus præter naturam, abundantia quæpiam sanguinis inflammatione oborta,in particula constituitur: hoc erit primum tp̃s,quo pars, affectus generat oĩ subiecta repletur. Cùm aũt influxus cessauerit,& quod in particula inflammatione obsessa continetur,putrefieri inceperit,calor quidam ob putredinem nascitur,& fusio magis propter calorem, vñ etiam spiritus generatur.atq; ob hæc ambo particula magis q̃ antea distendit,ẽt si nihil influat: secundum hoc tp̃s est inflammationis augmenti.Porrò cũ in pus iã vertitur,maximi videlicet dolores tunc partem apprehendunt,nam in puris generatione dolores, febris q; magis q̃ iam factò infestant: vocatur aũt huiusmodi tp̃s vigor affectionis. Si aũt fluor qui suppuratur, vel digeritur, minorem tumorem & tensionem reddat,huiusmodi est declinationis principium. Sic quidem in inflammatione tpa diuiduntur. In febre quæ ex illa prouenit, eadem tp̃a consistunt. Quæ ex humore citra inflammationem proficiscitur,humorum molestantium cruditatis tp̃s,principium ponendum est. Vbi "concoqui cœperint,initium finiri:ſm autẽ tẽpus, quod ascensum nominant, A.l. 4.f t.t
accedere.At cum ipsa concoctio maximè conficitur,vigor.Inde rursus declinatio, qua quidem & c.3.fol.411.
symptomatum magnitudo,& humorum copia cessauit,restat verò modicum in ea humorum ad- G huc,qui concoctionem requirant. Indicauimus in opere de iudicijs & notas vniuersas cruditatis, & concoctionis obscuræ,euidentis,& perfectæ: has quidem earũ quæ in ventriculo fiunt, concoctionum proprias: illas verò earum quæ in venis fiunt proprias: alias item earum quæ in respirandi instrumentis fiunt concoctionum,proprias. Cæterum alię notæ ex deiectionibus,aliæ ex vrinis alia ex sputis sumebantur. Atq; hæc copiosissimè in illo commentario simul cum Hippocratis dictis percensui. In præsentia verò tantum dixisse modò sufficit, quòd vlcerum quoq; eadm sunt tempora.Primum enim sanies aquosæ,incoctæ,& tenues ex ijs defluunt: inde pauciores & crassiores: postea iam pus tenue: postremò minus quidem copia,sed crassius & albidum magis redditur. Quapropter nullus morborũ qui soluunt est,qui non quatuor hæc tp̃a percurrat: non tñ ex quodam alio q̃ cruditatis & concoctionis signis,quæ ex recrementis deprehendunt,cognitio ipsorũ constat. Nam quis ignorat ventriculum malè conconquendi munus obijsse, deiectiones nõdum in chylum mutatas contemplatus? Quis nescit vrinam in vasis ipsis concoctione esse frustratam, aquosam conspiciens? Quis tenue sputum in pleuritide vel peripneumonia redditũ similiter intuens,non intelliget morbi adhuc esse principiũ? Sic etiã in lippitudine,principio quidem copiosus humor,tenuis,& incoctus plurimùm defluit: deinde paucior,crassiorq;,notã quandam conco H ctionis accipiens: postea tpis processu copia decrescente,consistentia verò ad crassitiem spectante,adeo concoctionis signa augentur, vt etiã palpebrę dormientium inde conglutinentur. Is humor & ipse primùm tenuis & copiosus,tpis aũt spatio paucior & crassior euadens,morbi concoctionem,eius q; declinationem ostendit.Quinetiam humorum qui è cerebro per palatum & nares defluunt,initium quidem est,cùm aquei tenues q;,item copiosi & acres apparent. extremam enim hæc cruditatem indicant.Concoctionis notæ iam sunt, crassior, & minus acris, & modicus humor descendens. Quòd si muccus & blena,vt dicunt,simul egrediantur,certius iam hoc est cõcoctionis indicium: quemadmodum si crassiora pauciora q; reddantur,multo magis concoctionem innuunt. Atq; hæc sanè morborum tempora sunt,ex quibus ægri seruantur.

De Latitudine durationis temporum morbi. CAP. 4.

DE alijs verò in quibus pereunt,paulo post dicturus sum,absoluens priùs ea quæ distinctione quadam prędictorum indigent. Vnum igitur ipsorum est vigor,siue perpetuo temporis expers ex sua sit natura,licet cum temporibus mentione dignis frequenter extendi sensibus appareat: siue perpetuo latitudinẽ quandam habeat,nunc maiorem,nunc minorẽ: siue in morbis quibusdã tẽpore vacet,in alijs ipsum habeat.Quia vero longiorem sermonem disputatio requirit,visum

A sum est mihi omnia relinquere, imitato Hippocratem de humeri luxatione verba faciente: ‖ Non tamen prolabatur nec'ne confirmaturio, licet de eo habeam quid dicam. Quemadmodum enim ille perpetuò visis sibi contentus fuit, in eum modũ ego quoq; nunc, quæ semper viderim, in medium producam. Omnem vigorem particularium accessionum temporis spatio fieri conspexi. Quare si ex natura tempore careat, ne vlla quidem vtilitate inde fruemur. Nam cùm primùm sensui manifesta declinatio fiat, tunc conuenientibus ei pręsidijs vtimur. Quousq; ab æqualibus numeris febris magnitudo constiterit, eo vsque vigoris magnitudini propria agere conuenit. Simili modo in oculorum vitijs, pleuritide, omni inflammatione, & in alijs morbis singulis generalia tempora sensu æstimata, diuersorum auxiliorum vsum significant. Logica igitur fit contemplatio de vigoris latitudine, siue de particularibus accessionibus, siue de toto morbo consideres. At nunc huiusmodi distinguere propositum mihi non est, vt ij qui omnia in omnibus adducunt, facitare solent: quorum vnus est & Archigenes. Immiscet enim hic vir cõmentarijs maximè medicis interim de nominibus inquisitionem, interim de ipsis rebus, sed logicam. Nos sicut hoc cauimus perpetuò, ita nunc quoque faciemus, relicta de vigore quæstione alijs, temporis'ne expers sit, an cum tempore quodam, & vsum quẽdam metiemur: naturam eius, & in ætatibus eã, quę viget, tẽporis B latitudine manifestò dissolui conspicientes: itidem in morbis interdum longiore, frequenter minore tẽpore, omnino autẽ sensibili. Verùm hanc ipsam tẽporis differentiam clarius videre licet in animantium ætate vigente. Etenim canes venatorios & equos pugnaces proprium aliquod opus augmenti tẽpore facientes iam videmus, post hæc etiã adultos ipsos euasisse dicimus, & manifestò conspicamur fortiores q̃ antea: quin & pari robore non anno vno, sed duobus quoq;, interim tribus permanentes: sicut homines pugiles nõ tribus annis modo, sed quatuor etiam & quinq; frequenter æquali fortitudine, quantum sensu deprehendimus perdurare. Eadem ratione & in morbis, vt dixi, particulares accessiones vigorem manifesto tempore faciunt: & multo his magis vniuersalia totius morbi tempora latitudinem quandam obtinent: ad hęc alia omnia, & his nihilo minus vigor, aliaq; singula. Cognoscere autẽ morbos interdum apertè licet, aliq̃n obscurè: vel etiam prorsus diu ignorantur. Hinc quidam statim vbi vigent, inuadere videntur: quod ex eorũ numero est, quæ fieri non possunt. Neq; enim synochos febris protinus à vigore qñq; inuasit, verũ à primo insultu vsq; ad perfectissimũ vigorem horis vel quatuor vel tribus, quod minimum est, peruenit: inde prorsus ęqualis sibi permanens, cõtinuè ad iudicium properat. Sed neq; repente adeo inuadentem, vigentem apoplexiam dixeris: qm̃ tale ad amussim nõ est: sed breui tempore & prin C cipium, & ascensum percurrit, nõ tñ caret principio, nec statim perfectissimè inuadit: quemadmodum nec comitialis morbi accessio. Nullus siquidem tam subito symptomate corripitur, vt ij quibus ceruix detrũcatur: quanquã horum quoq; sectio primum aliquod tempus habet, & secundũ, & tertium, & quartum: vt si chirurgus rem quãlibet diuidat. At enim si vis, cõcedamus sine temporis spatio comitialem attonitam q; concidentiam fieri, καταπτῶσιν appellant, vt quod ab initio proposui, recenseam. Hęc etenim cataptosis symptoma eorũ est, morbus autem nõ est, verum corporis aliqua dispositio dicenda, sicut ostensum est: & si vel generatæ ipsius, vel increscentis notam nullam habemus, ideo sequens sermo nõ peruertitur, quo omnem morbum necessariò per ascensum ad vigorem peruenire dicebamus. At difficulter interdũ, multis etiã minimè scitur, aliquod morborum augmentum cõfitendum esse. Porrò verum hoc esse quod dico, paucissimis verbis hisce tibi persuasero. Scirrhosos tumores subinde in cruribus conspexi statim ab initio sine inflammatione præcedente constitutos, tribus interdum & quatuor annis paulatim augescentes, sine manifesto necessariarum cruris actionũ impedimẽto: temporis autem processu, propter magnitudinem conspicuam postea incessu quoq; molestatos. Quamobrẽ cõsidera (nõ enim impossibile) tumorẽ quendã in cauis iocinoris partibus cõstitui scirrhosum. Latebit aliquãdiu huius constitutio, D postea tñ dispositio ipsa manifestior euadet: quippe cũ nos ꝓpter quẽ corporis statũ hoc accidat, inuenire non possimus. At temporis interuallo postea iam affusio aquæ continget, tumore scirrhoso videlicet nunq̃ ex tactu significationem præbente: qui post illa conspicuus apparens, prioris nos ignorantiæ cõmonefacit. Multos itaq; vidi in tali symptomatum via breui tẽpore tumorẽ in iocinore scirrhosum non paruum enunciasse, cõstitutũ quidẽ iamdiu, sed latentem propter ipsius paruitatem, & probam musculorum, qui pręcordijs subiacent, nutritionem. Cùm verò scirrhus augescens pariter gibbas iocinoris partes ascẽdit, simul autem infelicis nutritionis, atrophiã vocant, author tum alijs animalis particulis, tum musculis præcordiorum fiat: ex vtrisq; his euidẽter breui spatio dignosces, magnitudine ipsius scilicet iã insigni. Huiusmodi sanè omnia, affectarum partium inspectioni coniuncta sunt: de qua in pręsenti cõsiderare institutum meum non est: de cõmunione ipsarum non citra frugem disputauimus. Verũ sermo primũ institutus oportunè modo repetet. Morbi "vniuscuiusq; ꝓprium est generationis tempus, interim sensui manifestum, interim secùs: post quod rursus augmẽti tempus est, nõ æquè manifestum ita in omnibus: quæ vigoris sequitur tẽpus omnino sensile: dum fateamur nos nullã aliq̃n notã euidẽtem principij morbi & augmenti esse. In his igitur ex artis vsu verè dices, solũ vigoris tẽpus esse. Si verò salus futura est, sequi id prorsus declinationis tempus, & hoc sensui subiectum: vt quod non simplici, sed lato

de Artic. com. 1. t. 3. 7ª. 251. g

4. f. 1. t. 1. 411. f

ſpatio cõſiſtat. Etenim ſi per ſanguinis fluorem vel ſudores aliquis acutè iudicetur, tempus certè E declinationis & huic eſt manifeſtũ. Quòd ſi minus hoc in alijs morbis fiat, tribus vel quatuor, vel pluribus diebus declinãs, hoc nihil priorẽ ſermonẽ offendere videt: neq; ꝓnunciati ſummam ſubuertit, ſed relinquit adhuc omniũ morborũ qui ſoluunt, vt vigorẽ, ſic & declinationẽ quandã eſſe.

De natura morborum mortalium. CAP. 5.

HIs igitur à nobis abundè demonſtratis, de morbis qui nõ ſoluũtur, cõſiderabimus. Duplex autẽ eorum natura eſt: nõ nulli enim ipſorum pręparationẽ habent, vbi exactè illam abſolutam ſint cõſecuti: alij ex genere quidẽ illorũ ſunt qui ſoluuntur: ſed cũ occidere feſtinãt, hoc eis fieri cõtingit. Triplex quoq; horũ modus eſt: vel enim ꝓpter ægrotãtiũ imbecillitatẽ, vel ꝓpter morborũ fortitudinẽ, vel ꝓpter vtraq; prius occidunt, q̃ ſoluti ſunt. Alia rõne cõmunis vnus omnium huiuſmodi modus eſt, cũ ſupra vires exiſtunt. Nã quod ægrotantis perniciẽ cõtinet, in hoc ſitum eſt: quippe dum nec ſeruari quis poteſt, niſi natura morbũ ſuperauerit: neq; perire, niſi natura victa ſit, morbus q; ea ſupior euadat. Hinc eſt ꝙ nõ nulli vnũ ex magno morbo, qui ad aliquid relationẽ habet, ſignificari arbitrantur, ignorantes interim & ſic magnũ morbũ dici, queadmodũ ſi maiorem etiã diceremus, cũ ſupra vires noſtras fuerit. Dicitur autẽ ex propria ſubſtãtia, vt homo, vel equus, vel bos magnus. Cęterũ de huius duplici ſignificatu frequẽter iã alibi diximus, ſed omnia in F omnibus inueſtigare, nugatoriũ eſt: quod ad pſens opus cõducit, hoc enarraturus ſum. Itaq; morbi ſinguli ex ſua qdẽ natura magnitudinẽ quandã poſſidẽt: melius.n. eſt ſic dicere claritatis gratia. Hæc morbi magnitudo vel ſupra vires eſt, vt eas grauet: vel econtrario viribus ægri imbecillior, vt ab illis ſuperetur, omnibus ꝓbè eueniẽtibus. Proinde cũ ſupra vires fuerit, homo ꝓrſus morietur.

A.1.4.f.2. c. 99 fol.44 f

De indicijs & temporibus letalium morborum. CAP. 6.

AT morbi tempora tunc partim ſimili modo cũ prædictis ſumuntur, partim diſsimili: Si quidem initium ſimiliter in morbi generatione conſtituit: Aſcenſus non in concoquendo, ſicut in ijs qui ſuperſtites futuri ſunt, ſed in cruditatis, letalibus q; ſignis cõſiſtit. Demõſtrauimus enim niſi fallimur, hæc inuicem differre: attamen & nunc ipſorũ nõ nulla ob memoriam renouandam dicentur. Itaq; vrina boni coloris, & mediocriter craſſa omniũ longè eſt optima, quantũ ad colorẽ & conſiſtentiã pertinet. Adeſſe verò ei vel ſalubre ſuſpenſum, vel nebulã conuenit, vel ſubſidentiam, vtcũq; morbi natura poſtulauerit. Alia.n. in billioſis morbis, alia in abundantijs quæ ex crudis humoribus proueniunt, reſidere tibi demonſtrauimus. Ex oppoſito, vt ita dicam, cruda vrina eſt quæ nec ſuſpenſum quicq̃, nec ſubſidẽs, aut nebulã habet: immo quæ nec craſsitiem aliquam, vel pallidũ colorẽ aſſumpſit, ſed alba eſt, & conſiſtentia tenuis aquæ ſpeciẽ referens. Si certè nebu- G læ quædam, vel aliquid nigri ſuſpendet, vel ſubſidet, & maximè ſi tota ſit turbida, letalis eſt: queadmodũ ſi quędã parti farinę craſsiori ſimilia, vel lamis, in ea apparet. Quin etiã quę fœditatẽ odoris habet, & quæ pinguis eſt, quam ἐλαιώδη i. oleaceam vocant, mortẽ minatur. Hæ igitur ſunt vrinę, magni morbi notę: quẽ ſecundũ ipſius naturã magnũ eſſe dicebam. Magnum autẽ, ſi etiã ſputum pleuritide & peripneumonia laborãtibus, vel nigrũ, vel fuluum vehementer, vel ſpumans vel impenſe fœtidum eſt, vel nõ omnino expuitur, ingenti dolore, vel ſpirandi difficultate hominẽ occupante. Reſpondent his & alij morbi, qui iecur & ventriculum exercent, eodẽ letaliũ ſignorum genere cõprehenſi. Vnde in huiuſmodi morbis vigorem ſimiliter cum eo qui ſalubrium eſt, determinare non licet: nam illic maximæ acceſsiones ſtatũ definiunt: hic autẽ maximæ acceſsiones non æquè poſſunt determinari: quippe cum morbus omnino non concoquatur. Verum intellectu id quod maximũ eſt, capere oportet, ad quod, aliàs morbus peruenit, aliàs præueniens occidit. In inflãmatione quę ſoluitur, puris generatio vigoris terminus eſt. In ea verò quæ nõ debet ſolui, fieri quidem poteſt, vt homo in eius aſcenſu moriatur: fieri verò etiam poteſt, vt vires validiſsimæ exiſtentes, ad extremam vſq; magnitudinem perdurent. Huius etenim inflammationis qñ non debet ſolui, immenſa magnitudo vel in gangrænam, vel in putredinem terminatur: quouſq; verò H horum nihil aſſit, augeri ipſa poteſt. Similiter & aliorum morborum vniuſcuiuſq; generis incrementa cenſeantur. Diximus nos ipſorum non genera modo, ſed etiam differentias & ſpecies integro commentario, cui titulum, de morborum differentia, indidimus: illi maximè animum te adhibere pręcipio, quo prætermiſſo, non mediocriter quis errare poſſet.

De ratione temporum dignoſcendorum, quando plures vno tempore morbi hominem infeſtant. CAP. 7.

NAm vno & eodem tempore duobus tribus've morbis homo infeſtari poteſt, quorum alius iam inclinat, alius principij tempus adhuc, vel augmenti primordia occupat: tertius plurimũm auctus eſt: deinde hominem mori contingit, non propter inclinantem, neq; nunc incipientem, ſed ob vehementer auctum. Qua de cauſa tria facultatum corpus totum gubernantium principia maximè conſidera, quo ſtatu prædita ſint. Dico autem hæc, cerebrum, cor, & iecur: deinde alias quoq; vniuerſas particulas, ex ſingulis principijs ortas, neruos, venas, & arterias: ad hæc illas quæ naturam propriam quidem habent, ſed ab omnibus principijs regũtur: quædã ſanè æqualiter, quædam ab hoc magis, ab illo minus. Quoniam ex hac ſpeculatione, primum, ſiue vnus, ſiue plures in homine morbi ſint, inuenies: poſtea, cuiuſq; propria tempora inſpicies ad præſidiorum inuentionem neceſſaria, ob quam ſermo hic nobis elaboratur.

Quem

A *Quem vsum doctrina temporum morbi ad eius curationem præstet.* CAP. 8.

Etenim circa initia & fines, omnia imbecilliora sunt: in vigore fortiora: quæ hęc intercedunt, medio ordine consistunt. Quia principio vicina, vigori propinquis imbeciolliora sunt, sicut etiam fini contigua: quæ vero æque à principio & vigore absunt, mediam vtrorumque extremorum fortitudinē obtinent: pari modo quæ à vigore & fine æquè recedunt, media & hæc propriorum summorum sunt. Igitur in vigore, quod mitigandi vim occupat, in curatione præpollere debet: in principio & fine, quod vehementiam habet: at media tempora pro summorum proportione capiantur, vt in medendi methodi commentario copiosius dictum est. Nunc descriptionis gratia ipsa capita rerum percensui, vtilitatem temporum differentiæ in morbis ostēdens. Neque enim quam quis victus rationem instituet, inuenire poterit, neq; vnquā nutrire, sine certa temporum distinctione. Si quidem conijcere signis oportet statim ab initio, quando morbi vigor futurus sit, & quantæ laborantis vires existant. Si "nanque vigoris tempori etiā sine alimenti exhibitione sufficere queat, optimū fuerit, donec morbus inclinare cœperit, à cibo abstinere. Quòd si verò sufficere citra cibū nō potest, protinus ab initio in quolibet tēpore quod alimentū admittit, alendus æger est, porrò tempus hoc est remissionis: voco Remissionem modo grece ἄνεσιν, secundā partē totius B circuitus, in duo vniuersa diuisi, accessionem & remissionem. Hippocrates itaq; omnium primus quorum memoria ad nos peruenit, rectè hæc distinxit. Pręstat verò artem ipsius excolere, quod nemo propè factitauit. Non nulli etiam ab ea planè recedentes, ad nugacitatem diuerterunt: vt Archigenes cum in alijs omnibus, tum in duobus libris quos de morborum temporibus inscripsit. Disces clarè quod dico, si hæc duo ad amussim disquisieris, vnum sanè, si hæc quæ integro hoc volumine declaraui, ad curationem & præsagium vtilissima sunt: alterum, si quid ab Archigene dictum est: si enim nullo hisce deficiente dicere videtur alia, modo duplici peccat, quòd videlicet neque vtilia doceat, & lectores longis inutilium nugis grauet.

1ª. Aph. 30. Ext.ord.16.g

.l.4. f.1. t.1. 1.fol.411.g

GALENI DE TYPIS LIBER

Ab Augustino Gadaldino, antiquorum exemplarium & translationis veteris ope, latinitate donatus.

Sunt qui putent hunc libellum Galeni non esse, quòd multa quæ hic traduntur, ijs quæ in alijs eius libris dicta sunt, repugnent.

ARGVMENTVM LIBRI

Typorum simplicium, ac inuicem iunctorum, naturam & differentias explicat.

Libri Propositum. CAP. 1.

D Vm multi latius de typorum speculatione tractauerint, necessariū ego duxi, vt ipse de eis magis terminatè ac per circunscriptionem percurrerem, existimans nimirum hoc pacto facilius hanc rem ab ijs, qui nuper ad artem se contulerunt, disci posse: quippe quæ simplex sit, & † cū simplicitate facilius percipiatur, } ac veluti ex promptu multis occurrat. Hinc autem auspicandum est.

*In antiquis ē, εὐκαταμάθητον.

†Ita ex antiqs legendū, & ex translatione veteri.

Quid Typus, & Periodus. CAP. 2.

Typus est ordo intentionum ac remissionum: Periodus seu circuitus est tempus intentionum & remissionum in morbis factum. Pauci verò sunt affectus qui typos non habeant, quales sunt atrophia, id est nutrimenti cessatio, resolutio, elephantiasis, & his proportione respondentes. Plures autem affectus, typos quidem habent, sed infrequentius. Maximè verò omnium affectuum febres typos habent, † exceptis tum ijs, quę σύνοχοι i. continentes, vel διηνεχεῖς, id est perseuerantes, dicuntur, tum inordinatis.

†Ita ex antiqs legendum.

Quot Typorum differentiæ. CAP. 3.

Typorū alij primi, alij secūdi: & hi quidē ꝑsistunt, alij mouent: & rursus hi quidē sunt simplices, alij verò cōpositi. Primi igitur sunt, qui paruā ἐπισημασίαν i. accessionē seu adnotationē, &

longam remissionem habent, cuiusmodi sunt tertiani & quartani. Secundi vero, qui longam ac- E
cessionem habet, & paruam remissionem, qualis est quotidianus, & extensus semitertianus. Hic
enim solus ἐξηλλαγμένος, id est immutatus ab antiquis nominatus est: ἑστῶτες, id est pisistetes sunt,
qui eisdem horis accedunt ac remittunt: κινούμενοι autem, id est qui mouentur, qui diuersis horis
semper accedunt {ac remittunt:} quorũ qui præueniunt, citiusq; horas persoluunt, προληπτικοὶ,
id est anticipantes dicuntur: qui vero tardant, ὑστερικοὶ, id est posterius venientes nuncupantur.

† Ant. Simplices sunt qui vnam † genere intensionem, & vnam remissionem} faciunt. Compositi, ex pluribus accessionibus & remissionibus constant. Compositorum typorum alij ex genere simili-

† Ant. bus constituuntur, alij ex genere diuersis. † Ac ex genere quidem similibus constituuntur quando, verbi gratia, quotidianus duplex, vel duo quotidiani, vel tertianus duplex, vel duo aut tres tertiani, vel rursus duplex quartanus, vel duo aut tres quartani extiterint. Ex genere diuersis, quando quotidianus, exempli gratia, tertiano, vel tertianus quartano, aut alicui alteri, qui eiusdem generis non sit, complicatur.

De Typis febrium, & quæ symptomata singulos comitentur. CAP. 4.

QVotidianus autẽ est qui quotidie vnã & eandem accessionem, & eam quidem longitudine commensuratam, & vnam eãdem q; remissionem facit. Tertianus, qui tertio quoq; die F
vnam & eandem accessionem longitudine commensuratam, & vnam ac eandem remissionem facit. Quartanus qui quarto quoq; die vnam & eandẽ prolixam facit accessionem, ac vnã & eandem remissionem. Eadem de quintano & septimano intelligenda sunt, & si quis præterea alius typorũ ordo inueniatur. Quotidianum″consequitur habitus humiditas, vomitus pituitosi, A.l.4.f.1.t c.47.fol.42.

A * Al. comatosus. sitis haud intensa, totius corporis grauitas, somnus [a] carôdes & cataphoricus: pulsus [b] magnus, rarus, ac laxus: facies [c] subliuida, ac laxa, flaccida, multam q; materiæ cachexiam ac versionem præ se

B* forte paru⁹. ferens: lienis etiã durities in hoc typo subsequetur: quod si ipse perseuerauit, tremulæ veternosæq;

C *Al. ὕπο-πελιδνοι. subtumida. cataphoræ insequentur, thoracis rheumatismi, & superfusiones hydropicæ. Constituuntur autem maxime ob stomachum male se habentem. Tertianum″insequitur sitis intensa, exustio, acres ac biliosi vomitus, inediæ, proiectationes: ac plerunq; sane rigores hunc præcedunt, non nunq̃ vero A.l.4.f.1.t c.36.fol.42. a.b

A * forte magnus. perfrigerationes: pulsus autem tertianarijs [a] paruus ac frequens insequitur: noctes quæ accessionis dies antecedunt, [b] † grauiores fiunt: cùm autem morbus protrahitur, non amplius grauiores,

B † Al. Ex trãslatione veteri, facile tolerabiles fiunt: ꝓlongata vero ægritudine difficile tolerabiles fiũt Ac ẽt qui sic febriunt, tertianam &c. sed & febrẽ sistunt: & qui ita febriunt, tertianam in semitertianam febrem aliqñ cõmutant. Typus autem hic tertianus, [c] facilius quàm omnes alij typi soluitur, præcipueq; si æstate constiterit. Id quod etiam Hippocrates adnotauit inquiẽs: [d] ‖ Tertiana exquisita in septem circuitibus, quod lõ G gissimum est, iudicatur. raro autem diuturna fit, præcipueq; nisi constiterit autumno finiente, hyemem q; attingente, adsunt etiam his ipsis vrinæ flauæ, vigiliæq;. Quæcunque autem omnia tertianum insequuntur, eadem semitertiano contingunt. Nam & eiusdẽ generis ambo sunt participes, quippe qui accessionum ac remissionum repetitiones per triduum faciant.″Semitertianorũ tñ typorum proprium est, ipsa accessionũ productio, quod q; reditus accessionum, quos proprie A.l.4 f.1.t. c.41. fol.4: e.f

C * In antiqs εὐλυτώτερος ἐπαναδιπλώσεις græce appellamus, sæpissime cum perfrigeratione ac vigoribus non dum completis, assideant [e] †. Periculosa porro est semitertiana, vt quæ non oris ventriculum solummodo ac

D 4ª. Aph. 59. Ext ora. 33 g neruosas partes, & summatim media attingat, sed & veternosas cataphoras, vigilias q; cum delirio ac syncopòsas diaphoreses inferat: linguam præterea valide exiccet, atq; animi defectionem

E † *Quidam cod. antiquissimi addunt quod q; pulsus sint imbecillimi.* efficiat, vehementer quæ in profundo sunt, [f] commouens. In vniuersum ferus periculosissimusq; hic typus est. Sane aliàs a primo die constituitur, aliàs a secundo, & a tertio incipit, vnde maxima deceptionis causa medicis oritur ob eiusmodi inuasionem. Generatur autem a tertiana extensa: et cùm soluitur, nunc in tertianam reuertitur: aliàs ob longitudinem accessionis, in duas tertianas ac quotidianas discinditur. Ceterùm frequentius visitur, quod ad sexum, in viris: quod ad ætates, in vigentibus: quod ad anni tempora, in autumno magis, quando nimirũ valde periculosus existit. H

F* Al. euacuãs. Est [g] † autẽ nõ semper continua, verùm & intermittens reperitur semitertiana febris, traditum q;

G † Vide tamẽ in libro de totius morbi temporibus cap. 5. & in lib. 2. de differentijs febrium & alibi, vbi affirmat semper esse cõtinuam. ab Hippocrate est [h] ‖ ipsam non modo inter acutos morbos, sed etiã inter diuturnos cõnumerandam esse. Habet autẽ tres in magnitudine differẽtias: nam vna, parua: altera, media: tertia, magna semitertiana est. Parua igitur est, quæ circa xxiiij horas vertitur: media, quæ circa xxxvj: magna, quæ circa xxxxviij, quæ profecto continuæ febri proxima est. Sane non nulli aiunt semitertianã ita nominatam fuisse, quemadmodum semicirculum & semiglobum, ipsam tertiani circuitus dimidio minorem esse asserentes. Alij vero dicunt semitertianam appellatam fuisse, non secus ac hemiolion, id est sesquialterum numerum: ita vt si tertianaria accessio, verbi gratia, ex duodecim horis componatur, semitertiana duodecim ipsas horas tertianæ in sese comprehendat, eis q; dimidium

H 1. Epid. cõ. 3.t.5.3ª.118.h duodecim horarum addat, vniuersæq; simul euadant duodeuiginti. [i] † Thessalus autem semitertianam eam nominat, quæ dimidio sit maior quàm tertiana extensa in modum quotidiani circui-

I † Ex ant. trãslatione. tus, vt sit horarum vigintiquatuor.} Agathinus ob relationem ad tertianam, nominatam fuisse ait semitertianam, per triduum enim vtrisque accessiones accedunt. Vtrum igitur horis an interuallis semitertiana charactere signatur? Secundum quidem Agathini opinionem, nec horis nec interuallis: hæc enim vtraq; adscriptam habent magnitudinem: semitertiana vero indefinitam

habet

l 4. f. t. t. 2. ct. fol. 419. c A habet in latitudine horis q; subsequentibus constitutionem. Quartanum typum insequuntur intenti rigores, vomitus pituitosi, lienis phlegmone ac intumescentia: non nunquam verò etiam inappetentia & saliuatio consequitur: interdum autem ex contrarijs, appetentia intensa: tussicula q; aliquando ipsi adest, quādo corporis habitus corrumpitur. Ob id difficulter dissoluuntur, ac diuturniores quàm cæteri typi sunt, ita vt {quandoq; } ad biennium vsq; protrahantur. Sanè ipse sibi, dum vehementior euadit, complicatur, vt duo & tres fiant quartani, vel etiam vsq; ad quandam continuitatem perueniant: rursus q; dum moderatior fit in vnum reducitur. Fit autem non nunquam periculosus ob implicita sibi symptomata, vt phthisim tandem vel hydropicas superfusiones efficiat. Abundat autem præcipuè autumno, is q; difficulter admodum soluitur: qui verò æstate fit, facillimè soluitur. Ac magna ex parte alijs præcedentibus inordinatè succedit, rarò autē à principio constituitur.[a] † Pulsus autem non adeo exiguus magnitudine tertianarios insequitur, sicuti quartanarios: nec vsq; adeo in tumorem eleuatur, sicuti illis qui quotidiano morbo vexantur. Mediocritas enim pulsuum in hoc typo {secundum magnitudinem} inuenitur: non nunquā verò etiam in accessionum principijs rariorū, quàm qui secūdum naturam sunt, reperitur. Inuenitur etiam præter iam dictas, febres inordinatæ seu erraticæ,[b] † quarum quædam typicos dierum motus seruant, quædam non. Quæ igitur typicos dierum motus seruant, extra horas consuetas vel celerius vel tardius accedunt: inordinatæ verò fiunt & ob motuum formam, ita vt aliàs quidem celerius, aliàs tardius veniant: atq; vtreq; sanè inordinatè, propterea quòd modo inordinatè mouentur, modo inordinatè persistunt, nunquam verò ordinatè, vbi sanè à nullo prohibentur, manente nimirum dierum figura in solis particularibus inordinationibus. } Quæ verò typos non habent, præter iam enumeratos omnes modos ac præter dierum ordinem fiunt: ac non nullæ quidem accedunt {cum indicijs, } quædam verò omnino sunt inordinatæ. Differentias verò secundum speciem plures esse contingit. Licet autem prædicto modo considerare, ac prædictorum typorum proprietates, vt quis voluerit, complicare.

A † Vetus trāslatio habet, Pulsus autem quartanarijs nō ita frequēs sicuti tertianarijs, neq; vsque adeo &c. Tu tamē cōsidera an alterum an neutrū Galeni sententiæ in libris de crisib' & ad Glauconē & alibi traditæ cōsentiat.

B † Antiqua translatio habet, quartanarū quædam habēt typos, quędā nō. Et quę habent typos, quædā typicos dierū motus seruāt, quędam nō: & quędam anticipant, quędā autem postponunt: inordinatę sunt ex eo quod aliqñ stant, aliqñ aūt mouentur, nunq̄ vero ordinate.

Quo pacto Typi duplicentur, ac inter sese complicentur. CAP. 5.

EX typis duplicātur primi vocati, vt quotidianus, tertianus, & quartanus. Quotidianus igitur duplex, est, qui singulis diebus bis eodem modo accedit, ac bis remittit.[c] † Duplex verò tertianus, qui tertio quoque die, bis similiter accedit ac bis remittit. Duplex quartanus, qui quarto quoq; die bis similiter accedit, ac bis remittit. Duo verò tertiani sunt, quando diuersæ accessiones,[d] † vel vno vel duobus diebus} accedāt, quarū vnaquæq; alicui priori per triduū respondeat. Duo C quartani, quando vno die integro existente, duobus deinceps diebus febricitari contingat, temporum figuris, quæ per quatriduum fiunt, in vnaquaq; accessione seruatis. Complicatur item quotidianus cum tertianis, quando prima dies duas accessiones & duas remissiones habeat: quæ verò sequitur, vnam: tertia verò rursus similis primæ existat. Complicatur autem quotidianus cum quartano, quando prima quidem dies bis accedat ac remittat, duabus verò subsequentibus semel: quarta item æquè ac prima, bis. Complicantur inter sese mutuò, quotidianus, tertianus, & quartanus, quando prima dies tres accessiones tres q; remissiones habuerit, secunda vnam, tertia duas, quarta tres, quinta vnam, sexta duas, septima rursus tres: ac reliqui deinceps dies eundem cum primis ordinem seruarint, ita vt ad eundem modum coeant, ac in eandem figuram reducantur. Complicatur tertianus quartano, quando prima dies duas accessiones duas'que remissiones infert, secunda nullam omnino, tertia vnam, †[e] quarta similiter rursus duas, quinta vnam, sexta nullam omnino, septima duas: } ac reliqui deinceps eodem modo prioribus respondeant. Implicantur etiam tertianus, quartanus, & quintanus, quando prima quidem die, {simul omnes} accedunt, secunda remittunt, tertia tertianus accedat, quarta quartanus, quinta tertianus & quintanus simul accedat. Sed & alio quodam modo huius typi inuasio fit. Nihilò autem secius tertiani complicatio D cum semitertiano ad eundem circuitionis modum incidere videtur, sicuti in subscriptione habetur. Huic prima die vesperi cum rigore incœpit: manè soluta est, integritas ad octauam vsque horam perdurauit: mox accessio cum perfrigeratione incidit, quæ subsequentem noctem diem'q; ad octauam vsq; horam perdurat, rursusq; remissio succedit: postea in noctem rursus accessio cum rigore, atq; in diem rursus remissio illi similis, quę sibi proportione respondebat. Deinceps ordinatim eodem modo circulus fit.

C † Ex veteri translatione.

D † Ita in veteri trāslatione. Nam cod. græci impressi habeant, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, i. quotidie.

E † Ex anti. translatione.

GALENI LIBER CONTRA EOS QVI DE TYPIS SCRIPSERVNT

Victore Trincauelio interprete.

Nunc summa cura diligenter recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

In quot errores lapsi sint veteres medici, qui species & multitudinem typorum falsa methodo inquirebant.

Errata veterum medicorum in dignoscendis typis. CAP. I.

PRiscis illis medicis hoc sanè satis erat, si tantummodo dixissent, quod morborum non nullis per circuitus accessiones fierent, vt neq; præterea adderent quid circuitus, vel, vt græci aiunt, periodi nomen significaret: quippe qui rectè nouerãt, se græcis hominibus suos libros scribere, quibus palàm esset quod si quid specie idẽ, æquali fiat tpe, tempus id græci oẽs periodũ appellãt: & ita periodos quasdã olympicas, alias vero pythicas appellabant. At iuniores, primũ quidẽ periodis, typi (quasi formulam dicas) appellationẽ ingessere. Sed mox eorũ alij hæc oĩa, periodus, ordo, typus, idẽ significare arbitrati sunt: alij vero nequaquã: definire ẽt hæc vniuersa aggrediuntur: alij tñ alio modo: qui non suas modo definitiones comprobant, verum & alias aliorũ confutant. Quicunq; igitur nimis ambitiosè solas pertractant definitiones, concedunt q; tribus illis nominibus eandẽ rem significari: typo inquam, circuitu, & ordine, ij minus nugantur. Qui autem circuitum, tempus id, quo idem fit, typum vero, non omnino eiusmodi tempus omne, sed quum integris circunscribitur diebus ac noctibus: illi longas nimis, inutiles q; nugas afferunt, vt mox cogantur & suum, ac discipulorũ tempus frustra conterere, vnde quum ægros adeunt vulgaribus sunt deteriores. Vulgari siquidem, modo is mente non careat: simul atq; quempiam conspexerit, quem accessio quotidie inuadat, siue ea tardius aliquanto acedat, siue tẽpestiuius, statim aliqua quotidiani circuitus imaginatio occurrit. Qui vero diligens sit, ac artis medicæ studiosus: illi statim ingeritur duarũ tertianarũ, vel trium quartanarũ cogitatio, id q; sibi à medicis definiri exposcit. At q huiusmodi hypothesibus sunt addicti, si ægroto occurrerint, cuius accessio quotidie duas anticipet horas: circuitum eum constare aiunt duabus ac viginti horis, arbitrantur q; vniuersum illum typum simplicem nõ esse, sed cõpositum: & subinde secum non parum inquirentes, ac digitis non nulli supputantes, alij vero tabella alicui libro depicta, aiunt typũ hunc duodecim cõstare duodecumanis: qui vbi eos qui audiunt, ex his ridere viderint, ægre ferunt. Insuper vero longè etiã magis, si quando videãt accessionẽ vnica hora pręgredi, tũc etenim pronuntiãtes quatuor esse ac viginti, εἰκοσοτεταρταίους, quasi dicas vigesimoquartanas, & ipsi deridẽtur, & alios medicos cuiusdã ignorãtiæ suspicioni penes vulgares obnoxios reddũt. Qui quũ viderint quadã cũ grauitate tanq̃ rem quampiã magnã pfitentes, ex libris se inuenisse vigintiquatuor vigesimoquartanas, illis subit in mentẽ, vt oẽs eos cõtemnant qui libros legũt. Atq; sic deinde se eorũ curæ, qui artẽ irrationali quadã tractant experientia, cõmittere malũt. Itaq; siquis has horũ ita garrientiũ medicorũ hypotheses sequatur, tertianã q; si hora vna vel pcedat, vel etiã subsequat, oĩa alia potius quàm tertianãq; velit nominare, illã quę puertit, quippe q̃ quatuor ac viginti sit dierũ futura, dicet cõplexum esse quadragesimoctauum, eã vero q̃ accedit tardius: quinquagesimanũ, quũ quinq; & viginti dies cõprehendat. Porrò quis fuerit huiusce attonitæ sapientię author primus, ignoro: dicã tñ quãdo primũ illã explicari audiuerim. Decesserat paulo ante de vita Antoninus q Adriano in imperio successerat. Regnabat aũt Seuerus, q seipsũ nomine mutato, Antoninũ appellauit, Luciũ vero, quẽ imperij fecerat participẽ, Seuerum nominauit. Eo igitur

A igitur tẽpore, primũ miratus sum quosdã audiens sic ferè proponentes: Si quempiã horis quinq; accessio detineat, quæ duabus postea remittatur, vt circuitus totus septẽ horis definiatur, idipsum q; subinde fiat: qualis esse typus ille existimãdus est? Quibus statim respondi, id ne fieri quidẽ posse, qa accessiones ita breues, lõgas habeãt remissiones, atq; tandẽ oĩno terminentur in febris vacuitatẽ. Tu vero, inquã, accessionẽ morbi lenissimi exponis, quẽ tñ circuituũ cõtinuitate mox perniciosissimũ esse insinuare videris. At ille, nullã nunc rationẽ habeamus inquit, ea'ne hypothesis possibilis sit, vel secus: sed, exercitationis gratia, nobis permissum sit huiuscemodi inquirere, quippe quod id nos, faciliores redditurũ sit ad inuestigationem variorum typorum. Ego autem illi tunc, ꝙ exercitatio hæc potius nos ineptiores reddat quàm expeditiores, ostendere conatus sum: & nũc etiam alijs ostendam, si modo prius explicauero, cui rei vsui futura sit huiusmodi speculatio.

De vsu prænotionis typorum, ac de errore illorum qui circuitus vltra trium dierum numerum producunt. CAP. 2.

QVum igitur nihil vtilius sit, & præcipue in febribus, quàm futurarum accessionũ principia prænouisse: is plurimum ægroto per totum illius morbi spatiũ proderit, qui statim ab illius initio poterit artificiali quadã coniectura id ipsum assequi. Quod si statim à principio id B nequeat, possit vero tẽporis successu: reliquo eo tempore iuuabit, ita vt quo citius sit notionẽ speciei morbi consequuturus: eo etiã longiori tẽpore sit profuturus laborãti. Quare statim inter exordia experiundum est (vt in libris de crisibus ostensum est) si dignoscere possimus qualis'nam ea febris sit, quod illis indicijs, quę ibidem exposita sunt, magna ex parte firmiter haberi poterit. Quod si aliqua circa primam diem oboriatur dubitatio: illa in secunda erit discernenda, at si hanc etiã forte effugiat, in tertia saltem oĩno cognoscetur. Sin autẽ hanc quoq; preterea, quod tñ raro euenit: in quarta ex necessitate apprehendetur. Si quis vero sit, qui neq; in hac, morbi speciem nouerit, verũ adhuc hęreat: is non exiguam artis partem ignorat. Etenim tum alia, tũ vero febrium accessiones, vel quotidie, vel tertio, vel quarto quoq; die inuadũt. In ꝗplurimis siquidẽ morbis, vbi sanè maxime vtilis sit futuræ accessionis prænotio, ea vel alternis diebus fit, vel quotidie: in paucis vero quibusdam per quartam. Poterit fortassis quispiã ex his recentioribus sophistis, aliquos fieri circuitus per quintum asserere, aliquos per sextum, & septimum, & alios per plures etiã extendi dies: quos ego beatos de mirabili hac sapientia existimarẽ, nisi ex his quæ ipsi dicunt, id assequerentur: ꝙ vniuersam vtilitatem ab eo negotio, quod de typis est, auferũt. Nam omnes qui se statim à prima die minime species febrium discernere nouisse fatentur, ad quartam vsq; morantur, neq; vnquã se aut C quintanam aliquã periodũ, aut sextanam, aut aliã vltra has vidisse profitentur: & proinde si non secunda vel tertia: saltem sequentibus possunt sperare se posse de futura accessione aliquid cõsequi. At vero qui circuitus in maiorẽ dierum multitudinem protrahãt: nunquã poterunt ij futurã prenoscere accessionẽ. Nã ea accessio q prima die superuenit, potest & quotidianæ esse, & tertianæ, & quartanæ, & quintanæ, ac ẽt subinde aliarũ oĩum. Vnde si die secũda accessio suboriatur, & si etiã nõ suboriatur: nihil hi qui hos longos introducunt circuitus, de tertia die vel sperare poterũt. Supponamus ergo nullã post primã diem inuasisse accessionẽ, ita vt neq; secunda neq; tertia: illi nimirũ qui tres tantummodo nouere periodos, hominem è lecto erigunt, atq; ad consuetas actiones delegant: illũ iam esse ab omni suspicione liberum existimãtes. At vero qui alias quoq; multorũ dierum periodos fieri posse autumant, causam habent cur nihilo minus quintã, ꝙ alias priores suspectam habeant, & pari passu sextã, & septimã, & sic ẽt subsequẽtes alias. Quod si deinde accessio aliqua secũdo die adoriatur: res in ambiguo erit, nũ ea primæ ex proportione, ẜm quotidianę figurã, respõdeat: an sit potius initiũ alterius circuitus: & pari etiã modo, si post secundã, tertia ẽt die suboriatur. Ibi siquidẽ, qui statim à principio nescit discernere, sit ne quotidiana, aut tertiana, aut alia quępiã febris: incertũ etiã est vna ne sit quotidiana, vel duarũ tertianarũ cõplexus vel ẽt triũ quarta D narũ, & aliarũ etiã periodorũ maiorũ erit par ratio. Sic igit, ꝙ illi q nõ tres solas periodos, sed alias longe plures esse arbitrantur, nunꝗ poterunt futurã prænoscere accessionẽ, satis demõstrauimus.

De errore illorum qui tres periodos ex accessionum tantum repetitionibus æstimabant. CAP. 3.

MOx vero de his sermonẽ habeamus, q tres quidẽ arbitrant esse periodos, attamẽ nõ ex ꝓpria vniuscuiusq; earũ natura, sed ex earũ ẜm accessiones reditibus, nã sic illi accessionũ ꝓportiones appellare cõsueuerũt. Porrò isti, & si futurã accessionẽ nõ oĩno sicuti priores ignorẽt, ignorãt tñ ad quartã vsq; diẽ, vel ẽt quintã ex necessitate. Ponamus.n. vnã fieri prima die accessionẽ, secunda vero duas, & tertia itẽ duas, & identidẽ in quarta: põt igitur is esse simpliciũ accessionũ cõplexus, vt prima die quotidiana inceperit secunda vero tertiana, at in tertia põt quidẽ tertiana, potest & quartana suboriri: nam incertũ hoc ante quintã erit: mox vero in quarta, & secũda illius quartanę accessio quæ prima die suũ habuerat ortũ, & secunda itẽ tertianę q secunda die inuasit. Patet aũt ꝙ quinta dies duas sit habitura accessiones, secundam. s. tertianæ illius quæ tertia die suborta est, & secundã etiã quartanæ secũda die exortæ. In sexta aũt quartanæ q tertia die incepit, secũda succedet accessio, & tertia ꝑterea eius tertianæ, q secũda. Sed & cõtingere põt vt alijs eodẽ se habẽtibus modo, tertio die duæ etiã alię exoriantur tertianę, vel aliæ duæ quartanæ: quũ.n. in hac huiuscemodi hypothesi dies quartus nullã cũ tertio cõionem habeat: possunt in tertia die duę exoriri tertianæ,

possunt etiã duę quartanę, potest & vna quartana vna q; tertiana. Mirandũ sanè est cur ij qui hu- E iuscemodi cõplexus cõponunt, non etiã arbitrentur quandoq; posse duorũ typorũ accessiones in eandem horã conuenire: quod si non nunq̃ eueniat, ipsis indicia repetitionis corrũpentur: igitur iuxta ꝓpositã hypothesim potest contingere vt quartana quæ primo die ortũ habuit, secunda inuadat hora, alia vero quartana hora vndecima: qbus se ita habẽtibus, in quarta die vnica erit accessio, & ea hora secunda: illi vero penes hypothesim hanc nunquam aiunt vnicam esse, sed semper duplicẽ. Contemplandũ præterea est quo modo fieri possit, vt tres simul in eandẽ horã accessiones conueniant, ita tamen vt neq; propterea eos qui norunt cuiusq; typi simplicis speciẽ dignoscere, huiuscemodi lateat cõplexus. Ponamus enim primo quidẽ die quartanã incepisse circiter horam tertiã: secundo autẽ, illa eadem hora, tertianam, & eadem etiam hora die tertio quotidianam: his itaq; sic suppositis die quarto, hora tertia vnica erit accessio, tribus periodis in idẽ inter se cõuenientibus. Quod tamẽ ex illis nullus vnquã scripsit: immo oẽs ex vno quasi ore in ea iã dicta hypothesi, quarta die tres fore accessiones asserũt. Et siquis quotidie ægrotũ ab accessione arripi posuerit, eorũ non nulli absolute quotidianã eam esse statuunt: alij posse duas tertianas esse aiunt, atq; etiam tres quartanas: quæ tñ deinde quomodo discernẽdæ sint, magna illorũ pars ne inquisiuere quidẽ: aliqui vero horarũ differentia id coniectant, quasi non possint sexta (verbi gratia) hora oẽs varijs F tñ diebus inuadere. Quod si contingat, singulis diebus vna videbitur triũ periodorũ simul inuicẽ perplexarũ accessio, quotidianæ (inquã) & tertianæ & quartanę: prima nanq; dies solam habebit quartanã, secunda vero tertianã, tertia quotidianã: sed quarta, tres illæ oẽs in vnũ tempus concurrunt: quinta vero ab his iterũ solam habitura est quotidianam, sexta vero cum hac tertianã quoq;, septima tres in vnum congressas tempus. Quare, sicuti diximus, occultum sanè erit, vna'ne sit quotidiana, vel duarum tertianarũ mistura: vel tertianæ & quartanæ, vel quartanę & tertianæ & quotidianę. Neq; tñ eadẽ est quartanę, & tertianæ, & quotidianæ curandi ratio, nisi & id etiã voluerint arbitrari. Ex quo enim tẽpore imperitia & impudẽtia eorum, qui arti insultãt vigere cœperit, nihil amplius mirũ videri debet, hęc tãta etiã à qbusdã ignorari. At nos ꝓbe nouimus q; egeant diuersa curandi ratione, vna quotidiana à duabus tertianis, & tertianæ à quartanis: quanq̃ fieri nequeat vt hæc ab his discernantur qui vniuscuiusq; febris speciẽ ignorãt. Ac sępius medicos vidimus, qui in ægrotantibus duarũ tertianarũ cõplexum vnã existimabant quotidianam: quibus nõ sine magno labore vix tandẽ persuadere potuimus, à duabus illũ detineri tertianis, ea quæ mitior erat, iam soluta, atq; alia difficiliori adhuc perdurante. Porrò oẽs, qui de typis libros scripsere, ne curasse quidẽ mihi videntur, quã id tum ad pręnotionẽ, tum ad victus rationẽ, cõducat: sed ita facere (vti etiam G aiunt) adolescẽtibus hæc ad exercitationẽ similẽ ferè ęnigmatis, quæ post cœnã ꝓponũtur, describẽtes: quũ tñ potuissent, si exerceri eos omnino voluissent, ad geometriã & arithmeticã & logisticen atq; etiã dialecticen illos introducere. Quòd si in hanc descendunt exercitationẽ gratia prænoscendi accessionẽ superuenturã, aberrant penitus, dũ iuuenes prauis vijs insistere persuadẽt, vnde nihil possint reperire, quod illis vel ad p̄noscendi vel curandi rationẽ vtile sit futurũ: quũ possint ipsi eos docere accessionẽ quotidianę febris discernere tertianæ q; & q̃rtanę, & semitertianæ, & illius q̃ tertianę naturã refert, & aliarũ oĩum q̃ nõ mõ ex piodorũ forma, sed ex vniuersa eorũ natura differũt. Nã q has ipsas agnoscere didicere, ipsis inutilis est ea oĩs de typis cõtẽplatio: & forsitan melius dixerimus, q futilis ea vniuersa sit. Qui vero ex ꝓprijs indicijs vnãquãq; febrẽ cognoscere se exercuerit, nõ mõ id emolumẽti reportabit, q vanã eã garrulitatẽ cõtemnet, sed ẽt q speciẽ victus rõnis q̃ vnicuiq; cõducat pręnoscet: sed hi quidẽ nõ oĩno intolerabiles sunt, nã & Agathinus vir sanè nõ vulgaris eruditionis, huic doctrinę subscripsit. Illis vero q septẽ horarũ circuitũ faciunt Philistione potius, aut alio quopiã simili, à quo hæ ipsorũ nugæ deluderent, q̃ nobis, opus esset.

Methodus qua veteres medici Typorum species, ac multitudinem comprehendebant. CAP. 4.

AT vero, quoniam nos non nulli ex iunioribus rogantes coegerunt, vt methodum inueniendi typos iuxta huiuscemodi hypotheses, quam eis ludens exposueram, literis mandarẽ: iccirco libens vt illis morẽ gererẽ, in hac re vnius diei operã collocaui. Iam itaq; hãc horũ doctrinã hinc exordiamur. Typũ isti nõ oẽm appellant periodũ, sed illã q̃ ex integris cõstat diebus ac noctibus: Vnde & sigillatim penes dierum vnãquanq; multitudinẽ, suũ esse typũ volunt, ita vt nõ modo viginti, aut triginta dierũ, verũ etiã vltra hos, typorũ periodos protrahunt. In his vero typis, tẽpus id quod ab vna ad alterã accessionẽ est, ipsi nõ typum sed hoc ipsum tantũmodo (periodũ inquã) ipsi appellãt. Iã autẽ quendã audiui, librũ integrũ, nec illũ exiguũ cõscripsisse, quo doceret quo quisq; mõ, quacunq; periodo, q̃ accessionẽ haberet, ꝓposita, possit tũ speciẽ, tũ typorũ numerũ inuenire: & deos testor q admirabar, quæ'nã ea esse possent, q̃ per illũ librũ docerẽtur: methodus etenim eorum, vnde inueniri possit quot typis cõstet cõplexus, poterit paucissimis etiam versibus expediri, quippe quæ talis sit. Porrò operępretium erit horarum numerum vniuscuiusque typi in promptu habere, vel in memoria reconditum, vel charta descriptum. Quotidianæ typum vigintiquatuor: Tertianæ quadraginta octo, atque subinde etiam eodem modo: Quartanæ quidem septuaginta duæ, quintanæ nonaginta, sex sextanę centum et viginti, septimanę centum & quadraginta quatuor, & aliarum etiam vt hac tabula descriptum continetur.

Hic aliquid desideratur.

Typi

A TYPI HORAS.

Quotidianus	24	Vigeſimanuſſextus	600
Tertianus	48	Vigeſimanuſſeptimus	624
Quartanus	72	Vigeſimanuſoctauus	648
Quintanus	96	Vigeſimanuſnonus	672
Sextanus	120	Trigeſimanus	696
Septimanus	144	Trigeſimanuſprimus	720
Octanus	168	Trigeſimanuſſecundus	744
Nonanus	192	Trigeſimanuſtertius	768
Decumanus	216	Trigeſimanuſquartus	792
Vndecumanus	240	Trigeſimanuſquintus	816
Duodecumanus	264	Trigeſimanuſſextus	840
Tridecumanus	288	Trigeſimanuſſeptimus	864
Quatuordecumanus	314	Trigeſimanuſoctauus	888
Quindecumanus	336	Trigeſimanuſnonus	912
B Sexdecumanus	360	Quadrageſimanus	936
Septemdecumanus	384	Quadrageſimanuſprimus	960
Octodecumanus	408	Quadrageſimanuſſecundus	984
Nouemdecumanus	432	Quadrageſimanuſtertius	1008
Vigeſimanus	456	Quadrageſimanuſquartus	1032
Vigeſimanusprimus	480	Quadrageſimanuſquintus	1056
Vigeſimanuſſecundus	504	Quadrageſimanuſſextus	1080
Vigeſimanuſtertius	528	Quadrageſimanuſſeptimus	1104
Vigeſimanuſquartus	552	Quadrageſimanuſoctauus	1128
Vigeſimanuſquintus	576	Quadrageſimanuſnonus	1152
		Quinquageſimanus	1176

Qui facile ſupputare nequeũt hi tabellã ĩ charta deſcriptã ſibi paratã habeãt: quã vbi parauerit, attẽdãt poſtea, acceſſio ꝓpoſita quas hẽat horas pꝛodicas iuxta rõnẽ acceſſionũ, & is primus numeruscuius eorũ q deſcripti ſunt, particula ſit: hoc.n.ſi ĩuenerit, erũt aſſecuti typi illius genus (nã neq; ẽt qcq̃ pter ea, quo ad pñs attinet, differre putauerim, genus dixiſſe, vel ſpeciẽ, vel formã, vel naturã) ex ea particula numeris typorũ reptis. Si.n.numerus horarũ illius pꝛodi tertia fuerit particula
C horarũ typi, dices tres eſſe typos inuicẽ ĩplexos: ſi vero quarta, quatuor: & ſi qnta, qnq;, ſemp numeri nomen ab ipſa pticula ſumẽtes. Vt aũt exẽplo methodus hęc clarior reddat: Sit vt aliqs acceſſiõe ſex horis detineat, q̃ mox duabus remittat, ut vniuerſa pꝛodus horis octo cõſtituat: in hac hypotheſi primũ cõſiderato q̃ nã pars huiuſce numeri xxiiij, octo, ſit, atq; deinde repto ꝙ tertia ea ſit, proferes tres eſſe implexas quotidianas: quotidianas quidẽ, quoniã, octo, particula quædam eſt numeri vigintiquatuor: tres vero, qm̃ tertia. Sed rurſus ſupponamus acceſſionum periodũ ſexdecim horis cõſtare, itaq; quum ſexdecim nulla ſit pares vigintiquatuor, ſit vero tertia quadraginta octo, qui numerus tertianæ eſt pꝛodi: dices tũc tres eẽ tertianas ſimul iũctas. Et iterũ quoq; ſupponai acceſſionũ circuitus eſſe horarũ octodecim, q̃ nulla pars eſt numerorũ horarũ, q̃ vel ad quotidianã, vel ad tertianã attineant, ſed potius quę ad quartanã, horis.n.cõſtãt ſeptuaginta duabus. Vñ tibi dicendum erit, quatuor eſſe quartanas ſibi inuicẽ commixtas, & quartanas quidem, qm̃ ſeptuagintaduarum horarum numero conſtant: quatuor vero, quia octodecim numerus quarta pars eſt numeri ſeptuagintaduo. Supponatur item acceſſionũ periodum continere horas quinq;, quinq; vero pars eſt cẽtum & viginti, vigeſimaquarta: quapropter dixeris typum eſſe viginti quatuor ſextanas ſibi inuicem coniunctas. Subijciatur etiam, ꝙ ſm acceſſiones periodus ſit horarum ſeptẽ,
D id autem pars eſt vigeſima quarta centum & ſexagintaocto horarum, qui quidẽ numerus ad octanum ſpectat typum: quare affirmabis typum illum conſtare vigintiquatuor octanis. Mox etiam fingamus periodũ acceſſionum nouem horis finiri, quæ pars eſt ducentarum ſexdecim horarũ vigeſimaquarta: ſunt autẽ ducẽtæ ſexdecim horę decumani typi periodus: & proinde in hac hypotheſi erunt decumani typi quatuor & viginti. Supponatur iterum ꝙ periodus acceſſionum decẽ horis deſcribatur, qui numerus duodecima pars eſt cẽtenarij ac vicenarij, qui item numerus ad ſextanam attinet periodum: vnde duodecim erunt ſextanæ. Ponamus præterea acceſſionum circuitum eſſe horarum vndecim, qui numerum ducentorum & ſexagintaquatuor, quater & vigeties metitur, & ſic erũt quatuor & viginti duodecumani typi inuicem cõpoſiti: vndenarius ſiquidem numerus, ducenta & ſexaginta quatuor, quæ duodecumanum typum cõponit, ex quatuor, & viginti metitur. Quare ſemper typorum ſpecies ex numeris in ea tabella deſcriptis inuenienda erit: eorundẽ autem multitudo, ex notitia, quota pars illius numeri ſit numerus horarum quibus durãt acceſſiones apprehẽditur: quod idem eſt, ac cognoſcere, quo numero numerus ille qui acceſſionum eſt, numerũ menſurat ipſius typi: à ſe.n.mutuo appellationem, tum numerus, tũ particula accipiunt: neq; n.quicq̃ differt dicere quaternariũ tertiã eſſe duodenarij partẽ, aut duodecim tribus mẽſurari à quatuor: quod ẽt idẽ eſt ac ſi ita dicamus, quatuor metiuntur duodecim ex tribus. Hac

itaq;

itaq; methodo iterũ in breuia quędam capita redacta,oratio ad aliud erit conuertenda: nimirũ hęc E erũt illius veluti definitiones quędã. Cõsiderare oportet,horę periodorũ accessionibus cõstantiũ, quota pars earũ horarũ sint,quibus typus constat: numerus etenim q ab ea parte denominationẽ habet, multitudinem insinuabit typorũ: ille vero quẽ hic metit̃,ipse typus ẽ.Id ipsum vero põt & alia oratione exponi in hũc modũ. intẽde animũ vt cognoscas quẽnã ex his numeris in ea tabula descriptis,numerus horarũ,qbus piodi accessionũ cõstituunt̃,dimetiat̃: qa tabulę numerus typorũ speciẽ aperit,is vero,quo hunc ille q horarũ accessionũ periodũ cõplet,metit̃: eorũ multitudinẽ declarat. Sed & alia quoq; dictione hoc idẽ põt explicari: quoties horarũ numerus,qbus piodi accessionum definiuntur, aliquem typorum numerum metitur: toties ille idem typus secum ipse complicatur: nec differt etiam nunc,implicatur,vel,complicatur,dicamus.

Quot errores ex superius tradita methodo consequantur. CAP. 5.

POtuissemus aũt hãc eadẽ methodũ multis præterea alijs modis interpretari: nobis tñ satis sit eò vsq; in vana hac istorũ arte ꝓcessisse,vt ex breuibus qbusdã capitibus(ab eis tñ q̃ maxime sint in prõptu sumpto exordio)possimus quot eã sequant̃ errores ostẽdere. Quũ.n.vbi accessionũ circuitus fuerit horarũ duodecim,possint & duæ esse quotidianæ,possint & quatuor tertianæ, & nihilo ẽt minus sex quartanæ,& octo quintanæ,& decẽ sextanæ,& duodecim septimanæ,& qua- F tuordecim octanæ,& sexdecim nonanæ,& octodecim decumanæ: rursus hoc ẽt mõ ampla garrulitati via pãdit̃,q̃ nusq̃ persistere possit,& nullũ ꝑterea (vbi eã describere opus sit) definitũ sit habitura scopũ.nã q̃ vnquã ratio erit,cur ea ad octodecim decumanas potius ꝓtrahẽda sit, q̃ ad viginti vndecumanas,vel duo & viginti duodecumanas,vel aliq̃ aliã deinceps periodorũ? põt.n.dici,esse qdẽ vigintiquatuor quartodecumanas,esse aũt sex & vigintiqnq; sexdecumanas,& octo supra vigintiquinq; decumanas. Sed & his licet pariter alia addere.nã satis superq; de quotidianis hactenus actũ est. In tertianis vero & quartanis nugacior res hæc est,& lõge ẽt magis in illis oĩbus q̃ deinceps sunt.Periodus.n.q horas sexdecim cõprehendit,nihilo magis in tres referẽda tertianas est, q̃ in sex quintanas,vel nouẽ septanas,sed & in duodecim nonanas, & in quindecim decumanas, & in octodecim tredecumanas,in vnã supra viginti quindecumanas,& eadẽ erit subinde aliarũ ratio.mihi.n.satis fuerit viã oñdisse tẽpus in istis cõterẽdi. Atqui & piodus quindecim horarũ (vt.n. & istius viã ostẽdero, ad alia transibo) quatuor sanè quartanarũ est, sed & octo septanarũ,& vndecim decumanarũ,& horũ oĩum eadẽ methodus est. Ego vero horũ vnũquodq; ꝓ lusu illis respondeo qui statim possunt hæc apprehendere ob id,qa puerilẽ ætatẽ in numeris exercuerint. nã q ea exercitatione caruit,non mõ mensibus,sed integris ẽt annis ad hoc egeret,vt in rebus inutilibus sapiens videret,quas tñ nonnulli sibi inuicẽ magno ẽt studio proponũt,nec eos huiusce rei pudet. Quòd igitur oẽs hi qui de typis libros edidere,bifariã peccent,quũ neq; morborũ formas doceant, & ꝑterea rebus omni vilitate carentibus tẽpus cõterãt, satis abunde iã demonstratũ esse arbitror.

Quàm innumeræ & inexplicabiles,ex veterum hypothesibus typorum coniugationes oriatur. CAP. 6.

VErũ qm̃ nos ẽt cõpulerunt,relictis illis q̃ vtilia sint,tẽpus in his refellendis ꝑdere, ostẽdamus quò stupiditatis deuenerint tũ ipsi,tũ illi q ipsis nõ secus,ac si vtile quippiã doceant,attẽdũt. Nã vt illis cõsentiamus,sermonẽ ab ipsis de ea re haberi q̃ fieri minime possit,sed q̃ tanq̃ exercitatio q̃dã ꝑtractanda sit: cur ꝑter id q̃ hæ istorũ hypotheses sibi inuicẽ pugnãt,tantã ẽt huic rei exercitationẽ adhibent,q̃ ne millesima qdẽ artis curãdi pars est? Ego vero primũ eas hypotheses recensebo. Eorũ itaq; nõnulli ponunt typorũ circuitus ad quindecim vsq; dies ꝓuehi: alij vero ad mensem: nec desunt q velint ad duos & tres ẽt mẽses. Nimirũ qd ego de his sẽtiã,q̃ ab Hippocrate ꝓlata sunt circa illas periodos,q̃ sunt ꝑter quartanã, alibi insinuaui,vbi eã tradidi cõtẽplationẽ,q̃ (vt mihi ꝑsuadeo) arti vtilis est. In præsentia vero,quũ minime instituerim aliqd in hoc sermone docere,verũ eos redarguere,q res inutiles literis tradidere,atq; eã laudãt speculationẽ, q̃ omni ꝓrsus H careat vtilitate: ad eos me primos vertã,q exercitationis gratia typos vsq; ad quindecumanũ protrahunt. Hi sanè nõ animaduertũt,qd hanc suam euertũt hypothesim,alijs quas ipsi ꝓposuerunt: quia si febris,cuius accessio horis teneat tribus ac viginti,non fuerit quotidiana q̃ horã anticipet, erit necesse,vt sint quatuor & viginti vigesimoquartanæ: quẽadmodũ si ꝑ horã tardius inuadat, erunt vigesimo sextanę,& illę quidẽ viginti quatuor. Quare quũ dicũt typos ad decimã quintam vsq; diẽ ꝓgredi,à veritate aberrant: quod lõge adhuc magis faciũt,quũ tertianarũ aut quartanarũ aut quintanarũ periodos,si duabus horis vel ꝑuertãt,aut remorent̃: in typorũ cõplexus referũt cõsimiles vigesimo sextanis quatuor & viginti. Sed iã relicto eorũ circuitu,qui quindecim dierũ sit, quintanũ aggrediamur,in quo si accessio hora vnica ꝑcedat, erũt vigintiquatuor nonagesimosextanæ: si vero retardet,nonagesimoctanæ rursus vigintiquatuor. Qui itaq; hęc ponũt,ac deinde cõcedunt aliquas accessiones anticipare,aliàs retardare, suam aperte tollunt hypothesim. Vnde necessarium quidẽ est,vt ipsi supponant typos integris diebus & noctibus finiri,alioqui.n.nihil erit quod ipsi nugent̃. At eo posito,vel ipsis inuitis,typi in longũ dierũ numerũ prouehentur. Quapropter melius illi egere,qui statim inter initia statuere dierũ numerũ in typis esse incomprehensibilẽ, quippe quũ saltem id effugiant,q̃ secũ nõ pugnãt,& si nihil ipsi præterea dicerent: nec illos imitantur

1.Epid. Sect.3. tex.2.3ª.118.c

A imitantur qui ipsi se ipsos conuincunt, dum ponunt typos ad quintamdecimam diem vsq; posse peruenire: & subinde coguntur illis vti, qui non modo multis decenarijs numeris sed etiam centenarijs constant. Et proinde sicuti fugere non possunt typorum multitudinem: ita nec eorum inuicem complexus. Porrò sicuti qui tres tantummodo ponunt typos, quotidianũ, tertianum, & quartanum, ex eorum tñ complexu plures eorũ conficiunt coniugationes: ita quoq; erit istis opus omnes inuicem typos cõplicare. Quare vt qui tres esse typos aiunt, eos cõponunt, primũ quidem secũ eorũ vnũquenq;, mox vero cũ alijs mutuo: ita & istis erit necesse vt simul eos typos cõplicet. Nos aũt à quintana exordiamur, & ostendamus φ ea complicata, plurimas pariet coniugationes, nihil autem refert si coniugationes dicat aliquis, aut complexus. Prima itaq; coniugatio hæc sit: Prima die oboriatur quintana, sed mox tertia & quarta sit ab omni febre immunis: quinta vero ea accessio, quæ ortũ prima die habuit, iterum inuadat, & sexta accessio quæ secũdo die: postea autem septima & octaua absq; febre fuerint, nona subinde tertiam afferat primæ quintanæ accessionẽ, & decima ipsa quoq; tertiã illius secundæ, & secundũ eandẽ proportionẽ quarta progrediat̃, vt nihil tñ in præsenti differat, duas dicere quintanas, vel duplicẽ quintanã, quod tñ neq; cõcedũt. Secũda vero cõiugatio duarũ quintanarũ erit, si primo die vnius quintanæ accessio hominem detineat: se
B cunda, febris nulla sit: tertia autem alteram habeat quintanam exorientem, cæteris subinde eundẽ ordinẽ seruantibus. Tertia duarũ quintanarũ coniugatio. Primus dies alterã earũ, alterã vero quartus exorientẽ habeat: reliqui aũt dies semper hanc proportionẽ seruent. Quarta coniugatio duarũ quintanarũ: Earum altera prima inuadat nocte, altera die secundo. Quinta earundẽ coniugatio: Altera initium habeat primo die, altera nocte secunda. Sexta quintanarũ duarũ coniugatio: prima quidẽ primo die suã habeat originẽ, altera vero tertia nocte. Septima coniugatio duarũ quintanarũ. Altera primo oboriatur die, altera circiter quartam noctẽ. Has septẽ coniugationes complexi sumus, supposito semp ex binis quintanis priorẽ semp primo die ortũ habere. Totidẽ aũt efficiemus, si ponamus earũ alterã priori nocte incipere. Quòd si pari ẽt passu sextanã complicuerimus: patet φ plures gignentur cõiugationes, & plures adhuc si septimanã istis iunxerimus: atque ẽt longe plures si octanã, vel decumanã, vt vigesimanã, & trigesimanã, & quadragesimanã silẽtio prætereã, & cæteras quoq; alias quas necessario has istorũ hypotheses conseq monstrauimus, sed illas dimittamus in p̃senti. Sufficiat aũt nobis ad decumanã accessisse. Vbi mihi attende, qm̃ nũc cõplexus exposuimus, qñ duplex est q̃ntana. Sed si ea triplex fuerit: cõstat sanè aliã coniugationũ multitudinẽ futurã nõ paruã. At põt & quadruplex ea esse, si vnaquaq; die inuadat accessio. Põt
C vero & quincuplex esse, qñ.s. quinta alia præter dictas quatuor quintanas, quintana & ipsa, nocte aliqua illis intermisceatur: q̃d quadrifariã põt contingere, quũ hæc possit vel prima nocte suboriri, vel aliqua aliarũ deinceps, secunda inq̃, vel tertia, vel quarta, vel quinta, Porrò eadẽ quoq; p̃inde ac in his varietas erit in alijs typis, & maior ẽt, quo maiori dierũ numero constiterint. Si igitur vniuersam quintanæ diuersitatẽ cum illis cõposueris q̃ ad sextanã p̃tinent: poteris (vt arbitror) q̃ sit harũ multitudo perpendere. Sed si præterea istis septimanã, vel octanã, vel aliarũ deinceps quãpiã, & mox rursus ex his quatuor typis simul cõmixtis si alias pepereris coniugationes, deinde ex quinq;, & subinde etiam ex pluribus, poteris (credo) ratiocinari quãtus sit futurus coniugationũ numerus, vel quot etiã libris hęc horũ doctrina egeat. Ego aũt breuibus qualis sit futurus earũ plexus, hinc exorsus, insinuabo. Penes typum vnumquenq; opus primo erit varietatem coniugationum percurrere, vt paulo ante in quintana nos ostendimus. postmodum illas simul cõponere, primum vnam quintanę coniugationem, verbi gratia, cũ alia sextanæ, vt ex his duabus cõiugationibus tertia quędam alia efficiatur: & deinde omnes cum omnibus coniungere ita, vt vnã duabus, mox & tribus, post & pluribus, quousq; omnes complexi typi cõiugationes cũ vna commisceas: post hoc duas eiusdem typi, vtpote quintani, cum vnaquaq; aliarum componas: ac deinde cũ dua-
D bus, cũ tribus, cũ quatuor, donec inuicem oẽs complexus fueris, & ita rursus quatuor cõiugationes illis quæ ad vnũquẽq; typũ attinent, miscendæ erũt, postea quinq;, deinde sex, quoad omnes quintanæ cũ oĩbus aliorũ coniugationibus cõposueris, nõ oẽs quidem simul, sed sigillatim vnãquanq;, vt quæ sunt ipsius quintanæ cũ illis q̃ septimanarum sunt, postea cũ octanis, vel nonanis, vel decumanis, vel ẽt alijs subinde. Sed vt quintanas alijs quibuscunq; cõmiscuisti, eodẽ modo & decumana erit cum alijs quibuscunq; miscenda. & sic septimana, octana, & reliquæ oẽs. Quod vbi feceris, necesse postea erit typorũ triũ coniugationes omnes omnibus complicare, deinde quatuor, postea quinq;, & sex, & septẽ, & sic deinceps, quousq; omnes oĩum fuerimus complexi. Quòd vero plurima sit harũ coniugationũ multitudo, vt ferè quot milia sint futura ne numerari quidẽ facile possit, credo: vnũquẽq;, vel si supputandi artis etiã fuerit ignarus, posse cogitare. poterit tñ is & ab his qui arithmetices periti sunt, eius numeri amplitudinẽ habere. Nã si hæc velim p̃sequi, maiore mihi libro erit opus, quàm illi sint quos isti qui hęc garriũt, edidere, nec id cogitãt φ vix vel millesimam particulã istorũ cõplexuũ, quãuis nugas plurimas effuderint, attigere. Vñ si vtile esse existimant typos simul componere, sciantse minimam huius tam vtilis rei inuenisse partem. Si vero inutile, erubescant iam, & Vulcano suos tradant libros: nã tẽpus, si hoc ipsi facere noluerint, eos perdet. Nã quis. n. alius vnquã eos describet, vel quis hos quoq; dissectos vsibus diurnis nõ accõmodabit.

Altera

Altera methodus Typorum inueniendorum. CAP. 7. E

HIs iam cõscriptis & quibusdam amicis traditis, qui volebant alios etiam docere, quomodo tabula ea se haberet, illis sic proponentibus ego statim typorum multitudinẽ attuli. Hęc itaq; methodus non est diuersi cuiusdam generis, sed priori illi potius subiecta. Persuasum autem & tu quoq; habebis rem hanc sic se habere, si primum memoria repetas, & horum recordationem in promptu semper habeas, Nos in præsentia diem, tempus id vniuersum appellare, quod diem noctem q; comprehendit: id ipsum quidam nychthemerum (quasi nocte diem dicere velis) appellãt: & ea ratione dicunt annum constare diebus tercentis & sexaginta quinq;, & quarta etiam parte vnius. Horę itaq; quatuor & viginti, diem vnum absoluunt: duos autem, octo & quadraginta: tres, duo & septuaginta. Typis vero nomina indita sunt, non ex diebus ipsos complentibus, sed ex accessionum reditu. Tertianam quippe appellamus, vbi accessio tertio quoq; die inuadit, duo bis interim absolutis. Quartanam, in qua quarto, in hac quoq; tribus iam perfectis: & in alijs quoque secundum eandem rationem. Quare cum periodum inueneris typi alicuius quatuor continentem dies, illum quintanam dixeris: neq; enim idem est accessionem quinto oboriri die, & circuitum esse dierum quinq;. Quum hæc igitur memoria tenueris, reminiscere præterea methodi, quam tabella descripsimus. Porrò diximus horarum periodicarum propositum numerum, qui ni F mirum inter duo initia accessionum medius continetur, esse considerandum, si ille aliquem numerum ex illis in tabella descriptis, quicunq; ille sit, metitur, ij vero ex multiplicatione horarum vigintiquatuor perficiuntur. Vt vero absq; vlla etiam tabella id ipsum ex digito inuenias, age sic. Si sex proponantur atq; etiam octo, facilis erit eiusce rei inuentio. Si enim horis sex proposita cõstet periodus, quatuor erunt quotidianę: tres vero, si octo. Vbi vero septem proponantur, vel numerus alius qui horarum xxiiij numerum non metiatur, considera tunc, si is propositus numerus partẽ aliquam habeat, vel nullam aliam præter vnitatem: & si quampiã aliam ab vnitate partem habet, quemadmodum, verbi gratia, nouem tertiam habet partem: quindecim vero, & tertiam & quintam: mox attendẽdum erit si quępiam ex eius partibus aliquam cum vigintiquatuor habeat communionem: sicuti statim vigintiquatuor horarum numerus, tertiam quidem habet partem, quintam vero minime habet, vt quindecim habet. Igitur si contingat, q̃ proposita periodus sit horarũ nouem, huius partem tertiam sume, & tertiam item vigintiquatuor, octo inquam, & dices octo esse typos tribus diebus circunscriptos: hoc autem te meminisse volebam huiuscemodi typos quartanos appellari. Quòd si circuitus quindecim fuerit horarum accepta tertia parte quindecim, quinque dierum typos esse dixeris, quod ad sextanam attinet. At quoniam octo tertia pars est vigintiquatuor, totidem etiam dices esse sextanos typos. Sin autem numerus ille propositus pars nulla G sit, sicuti septem, xxiiij, octanas. Ita etiam si propositus circuitus decem sit horarum, affirmabis esse xxiiij, typos decem dierum, quod idem est, ac si vndecumanos dicas. Sic quoque si periodus xiij horas cõtineat, xxiiij erunt typi. Simili etiam mosio si circuitus propositus horas excesserit xxiiij: quemadmodum si fuerint xxv, dicere poteris xxiiij esse vigesimosextanos typos, sicuti & viginti. Vbi vero vtriusq; fuerit aliqua communis mensura, vtpote in septem & viginti, tertia reperitur pars, tunc asseras octo esse decumanas, quoniam xxvij tertia pars est nouem, xxiiij vero viij. Constat autem q̃ decumani typi periodus numero dierum nouem absoluitur, qui numerum horarum ducentarum & sedecim perficiunt: cuius pars octaua erat numerus iam propositus, vigintiseptẽ inquam. Continetur igitur methodus hęc in ea communi, descripta in tabella, hoc solum ab ea differens, q̃ possit facile hac absq; vlla descripta tabella reperiri horarum numerus, qui mensuretur dierum periodis, cuius numeri, ille qui propositus est, pars sit. Id autem theorema ab Euclide in libro de elementis demonstrat̃, septimo capite. Oportet sanè accepto eo maiori numero qui vtriq; communis sit, inspicere quoties communis hæc mensura vtrunq; numerum dimetiatur. Verbi gratia in quindecim & vigintiquatuor prima communis mensura est ternarius numerus: is vero H per quinq; quindecim metitur, vigintiquatuor autem per octo. Siue igitur vigintiquatuor per quinque multiplicaueris, siue quindecim per octo, eundem semper numerum obsolui inuenies, centenarum inquam & viginti horarum, dierum vero quinque: & proinde sextanum dices typum. Eadem etiam ratione, si numerus propositus sit horarum tredecim, communi quadam ratione tum is, tum vero vigintiquatuor, illum permetientur, qui ex his ambobus inuicem multiplicatis redditur: qualis est trecentarum & duodecim horarum: est autem tredecim in primis numeris: illos etenim hoc nominant modo, quorum preter vnitatem, nulla est communis mensura. Trecentum ergo & duodecim numerus est, quem illi vtriq; metiuntur, habet enim hic tredecies horas viginti: & typus continebit tres ac decem absolutos dies, idest quartodecumanus erit. Quum is etiam, quater & vigesies metiatur trecentum duodecim, multitudo typorum erit quatuor & viginti. Sic itaque & hanc huiusce methodi demonstrationem habeant, quamuis vel inuitus hęc inutilia vos docuerim: nam pręstat ista omnino neglexisse, Pythici pręcepti memores,

Tempori parcendum esse.

Galeni

GALENI LIBER DE CAVSIS PROCATARCTICIS

Nicolao Regio Calabro interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Probat causas dari procatarcticas,& refellit veterum medicorum sophismata.

Aduersus sophistas qui procatarcticas causas negarunt, ac quot & qualia sint genera causarum. CAP. I.

Aturales philosophi illi veteres,quorũ studium erat, vt humano generi prodessent: nõ modo ea quę apertè cognoscuntur,tractabãt, verùm & operam nauabãt,vt abditarum etiam rerum complures inuenirẽt: & inde proueniebat vt illis temporibus rerum inuentionibus maxima fieret accessio. At vero ex his posterioribus tã philosophis quàm medicis non nulli,gloriæ quidem cupidi,desperantes vero, vt par est, eius se posse fieri compotes,quibusdam versutijs impliciti fuere. Alij autẽ quum ꝓpositas sibi cauillas diluere non possent, è duobus alterũ passi sunt: nam vel illis perinde ac veris acquieuere, vel arbitrati sunt æquũ esse vt de omnibus dubitaremus.Et nimirum circa causas à Gręcis procatarcticas quasi pręcipientes vocatas, (nos forsitan non ineptè antegressas appellare possemus) aliquod etiam reperitur sophisma,quod in causa fuit cur priores,alios quidem ex his qui fuere,in dubitationem ducerent:alios verò ad id vt illi assentirent adducerent: ita vt eam contẽplationem,quæ ipsa per se & sufficiens & necessaria est,quàm q̃; longam artem Hippocrates nominauit,istis suis his mirabilibus captionibus longiorem reddant. Tu verò ò Gorgia, quum huiuscemodi medicos derideas,præsertim autem nuper, dum videres quẽdam delusum atq; ab ipsis huius artis operibus redargutũ,efflagitasti à me,vt de antegressis causis, seu procatarcticis, quas etiam antiquorum complures,occasiones vocant,commentarios tibi scriberem: ob id.n. censuerunt eas esse morborum occasiones dicendas, ꝙ in primis imbecillitatem corporum animalium monstrant. Nullus etenim qui bono constet corporis habitu,si vel secundum crura frigeat, vel calore ęstuet,vel pręter modum exerceatur,vel tristitia vel alia huiuscemodi re afficiatur, statim etiã ęgrotat. Sed huiusce generis causæ sola inualida corpora cõmouent, & inde (vt quidem arbitror) præstitæ sunt sophistis occasiones argumentorum,dum probare nituntur,quod si aliquando non obsunt,non sunt etiam quum imbecilles tangunt,pro veris causis habendę. Quia si ea sint natura vt agant,ex se vim haberent agendi,neq; ab inualidis corporibus haberent vt effectrices viderentur,quod tamen secus est: videmus siquidem mille simul in theatro sedentes, è quorum numero quatuor tm̃ æstuant,& in eis vnus à febre arripitur, nec plures, quemadmodum & Menandrum familiarem nostrum,pridie vidimus: qui quum è stadio post certamen exiret, conquerebatur ꝙ secundum caput doleret,& paulò pòst cœpit febre teneri. Illum nos secunda die visentes iussimus (vt nostri) caput rosaceo oleo foueri, mox dormire,postmodum impensè lauari, nihil timentes, si aliquę adhuc reliquiæ febris viderentur relictæ: cęteris tñ medicis censentibus expectandum tantisper,donec videretur qualis foret inuasio quæ per tertiã diem solet inuadere, Græci diatriton dicunt. Habitis igitur verbis multis, quorum gratia hæc à nobis literis mandari rogasti: dum neq; nos vnq̃ illos,neque illi nos de sententia mouere potuissent,ęgrotanti facultate permissa,vt quod ille mallet,eligeret: omnes vnà recessimus. Sed paulò post accessit ad nos qdam ex Menandri domesticis rogans vt ad illũ rediremus,id quod fecimus. Nã neq; adeo erat Menander rudis, vt eas rõnes vel nõ appręhẽderęt,vel nõ cognosceret ęas q̃ veriores sint eẽ efficaciores, vel ignoraret ẽ

1ª.Aph. 1. Ex. ord.1.b

iudicem

iudicem diffidentium rationem esse in primis experientiam: nec obliuioni præterea mandauerat E ea quæ peractae rant, quando iuuenis ille, qui ex labore febricitauerat, balneis adhibitis, reclamantibus tñ medicis alijs, confestim integritati restitutus est. Sed & alium (vt te non latet) qui diceret se præ æstu febre fuisse arreptum, balneis pluribus sanaui. Quum q; cæteri timerent, & faterentur se ignorare qualis esset futurus euentus morbi illius in iuuene, qui iam delirabat, ego subridens non multò post, inquam, fluorem sanguinis è naso patieris, & sic omnino à morbo liber euades. At illi irridebant, aiebant q; nequaq̃ hæc diuinari posse: verùm statim è dextra nare sanguis defluxit. Sed & sudorem qui deinde superuenit, prædixi, & copiosam alui deiectionem, & vomitum, & multa etiam alia quę ad naturam & curationem morborum attinent. Illi autem eo absunt, vt credant posse quippiam tale opus perfici, vt vatum potius q̃ medicorũ munus esse putent, huiuscemodi præsagire. Non ergo eis ille credere debebat: qui etiã mihi dixit, eorum se nullum à principio aduocasse: sed illi hoc etiam inter alia mirabile agunt, q; neque etiam accersiti ægrotos adeunt. Tu verò (ait ille) me doceas quo me velis modo rosaceo vti, quibus etiam cibis à balneo vesci: ob id ipsum.n.te rursus vocaui. At ego his, sicut tunc mihi visum est, institutis, ad alium accessi ęgrotum, qui parum ab vrbe aberat: & mox altera die rediẽs reperto homine absq; vlla omnino febre, iussi iterum lauari & copiosè etiam, & deinde solitas aggredi actiones: & sic ea omnia obiuit mu- F nera, quæ sibi ex natura debentur, famoso illo non expectato diatrito. Nosti pręterea & aliũ adolescentem, qui penè cõsilio huiuscemodi medicorum deperijt. Is siquidem biliosissimus, nec non & calidissimus erat: atq; iter per ęstum, loca q; profunda ac arenosa, concitato motu fecerat: & ita exiccatus in gymnasium se contulerat, nam ex ijs erat, qui ea exercitatione delectabantur.) Vbi post frictiones & vnctiones alter adolescens illi ætate par, obuiam factus & amplexus, eum iterum exagitauit, ita vt iã & frictionum oblitus, & quòd inunctus esset, colluctauerit diutius. Mox q; tertio quum se lauisset, domum q; rediret, illi oblata est occasio maioris erroris. Occurrit nanque quibusdam amicis, qui inter se rixabantur, iam q; ad verbera deuenerant: quos dum ille diuellere conatur, adeo exiccatus est, vt horrere statim cœperit, vri q; sibi videretur: tãdem domum delatus, decubuit. Sed quum in istorum medicorum manus incidisset, illi inuasionem tertiæ diei expectari iussere: nobis tamen consulentibus, vt quàm primum vberrimè lauaretur, & cibus quàm humidus administraretur. Tu verò probe tenes, quòd quum tertię diei inuaderet exacerbatio, ille pulsu penitus carebat, & frigebat, nec se aut mouere, aut transferre poterat. Præ siccitate autem virium q; imbecillitate, neq; os neq; linguam mouere, neque vel modicum quid loqui potis erat. Necessitate igitur ea famulus ipsius compulsus, nos adijt rogans, vt quàm celerrime accedere- G mus, & opem adolescenti ferremus. Quem accedentes tabe confectum vidimus, & postea vix diebus pluribus valetudini restituimus: & tu, qui interfuisti, hęc omnia scis: id enim medicis omnibus videbatur esse præter omnium opinionem, quum ab antiquorum nemine scriptum reperiatur: & censebant hoc nostræ potius esse temeritati adscribendum, velle ante accessionem cibum atque etiam vinum adolescenti offerre. Sed & os quandoque illi vi aperiebam, vt cibum ingererem. Quum verò ille se melius habere cœpit, ante inuasionem ab exhibendo cibo me continebam, vt animaduertere posses, quo pacto ille dissolueretur, frigidus q; & propè sine pulsu redderetur. His tamen sic etiam peractis, vix potui illis medicis qui aderant, persuadere, id ipsum fuisse, vinum inquam cibum q; ante inuasionem obtulisse, quod adolescentem superstitem seruauit. Illi autem ex me sciscitabantur, qua tandem ratione id agerem: erat enim illis hoc admirationi. At ego existimabam non esse par, vt illis responderem, qui in ipsis statim artis initijs aberrarent, vtpotè quum & quæ sint elementa animantium, & qualis morbus febris sit, ignorent. Verum in alijs literarum monimentis de his disseruimus: neque operępretium est vt pleniorem de his sermonem habeamus, quę sunt præter institutum, quamuis sint etiam vtilia, quàm de ijs de quibus loqui instituimus. Nobis enim proposuimus nullius præterquàm H vtilium rerum per hos libros meminisse, immo ea omnia remouere, quę male se habent, eos imitantes qui vias veteres spinis ac sentibus obsitas, depurgant. Nam neque illis is erat scopus, vt spinas & sentes resecarent: sed dum ad negotia sua properarent, puncti ab his syluestribus plantis, coguntur primum ea abscindere, & ita deinceps ad id quod sibi inter initia proposuerant, redire. Quòd si non modo spinis & vepribus via sit intersepta, sed hamis quoque, & alijs præterea quæ illi possint esse impedimento: multum ille, qui eam purgaturus est, tempus conterere cogetur. Porrò in hac nobis in præsenti proposita contemplatione, non nulla reperiuntur sophismata, quæ spinarum similitudinem gerunt, quædam verò veprium, alia hamorum, à quibus, incautus si quis ceciderit, statim capietur. Et proinde non secus odio habendi sunt illi qui huiuscemodi sophismata consuunt, quę beneficæ arti impedimento sunt: ac illi etiam qui ea in vijs, per quas homines frequentes transeunt, seminant. Nos itaque & horum non nulla rescindamus, aliqua emendemus, alia conteramus, vt antiquam viam quæ non ad ciuitatem, sed ad artem omnibus ciuitatibus vtilem, fert, expurgemus. Primum igitur eos qui nunquam inter morborum causas immodicum frigus, vel æstum, vel repletionem, vel alia eiusce generis, numeranda censent, interrogemus quãnam illi sapientiæ ratione, aut qua

A opinione inducti, ista nobis suadere velint. Num ex his quæ hic in terra degunt? Atqui nemo nostrum est, qui media æstate, circa meridiem, præsertim sub ortu canis, si in calidis regionibus ventis non expositis, quo maxime tempore venti † {qui per annum flare solent,} nulli feruntur, se offendi non animaduertat ac fugiat. Quod si immoderatiores æstus omni carerent offensione, quis vnquam esset frigidarum domorum vsus? quæ frigidarum aquarum commoditas? quæ vini aut balnearum delectatio? quid sibi præterea vult declinatio ea, quum eo tempore ad vmbrosiores domos diuertimus? nam quis tunc nō hortatur ad vtendum vino moderatè, vt via ad pulmonem humecta reddatur? Vnde si citra quodlibet periculum possemus æstui nos exponere, superuacaneum esset ab eo fugere. Cur ergo mulieres pileum non abijciunt? cur bubulci atque etiam pastores ceteri coronas ex virentibus ramis non deponunt? Nullus tandem viator contecto capite iter faciat. Careant etiam conuiuia æstiua hedera, careant coronis ex rosis contextis: fugiamus cætera quę nobis æstuosis temporibus solatio esse solent, doceamus pastores bubulcos q; ne solem meridie fugiant, ne etiam ad vmbrosa & aquilonibus exposita loca pecudes conducantur. Cur enim hæc fugienda si molestia carent? Cur etiam his quæ nullum afferunt incommodum, remedia quærimus? Nunquam sanè ista illis persuadebis, neque poteris vnquam B cætera quę à natura sunt procreata, ita docere, quin ea quæ ex natura contristant, sint fugienda. Dic quæso tu vnde huc accedis? ex quo tandem mundo exortus es? non'ne hic omnia vsquequaque animantia suis functionibus deliramenta hæc tua redarguunt? quippe quę per multa stadia peregrinantur, vt æstate calorem, frigus vero hyeme fugiant: & quę præterea fugere nequeunt, æstum ac frigus locorum mutatione, cauernis'que & similibus habitaculis, vel tectis declinant. Ego autem libenter vellem, ò sophista generose, vt tu æstate media, oriente cane, in regione aliqua humili, nullis peruia ventis stares, nudo capite, neque etiam per totam diem, vel subinde per multos, sed vnico tantùm, immo tribus solummodo horis illis tamen meridianis. Nam non modò vrereris, febre q; laborares: sed delirares, exanimareris quoque. Neq; malum præterea esset, si hyeme media, niuosis temporibus, & plurimum pluuiosis, nec ita modò, verum exiens ex tepidioribus balneis: sentires siquidem quid frigus possit, & quas etiam causas morbus sequatur. Neque possum non admirari, quum tu balnea damnas ceu non rectè administrata. Nam quid aliud est malè balneas administrari, nisi eas non habere temperatum calorem? vel cur etiam eas damnas, quæ q sint iustò calidiores vel frigidiores, temperiem excedunt: si nihil nos possumus à calore vel frigore lædi? aut cur ij qui in balneo concluduntur, mortem obeunt? cur etiam mul- C ti in itinere ex frigore antequā ad hospitium peruenire potuerint, interiere? Nisi forsitan verum quidem esse putas aliquos ab immoderatioribus caloribus vel frigoribus posse mori, non tamen ab his ipsis quenquam posse lædi, quasi possit quispiam absq; vlla læsione mori. Profectò hos iniquos sophistas deceret, vt sub terra se absconderent, vel saltem præ pudore prauas has opiniones desererent. Hi tamen adeo ab hoc absunt, vt subinde etiam non vereantur vt alia quoq; sophismata, quæ & absurditate & impudentia maiori referta sunt, prioribus annectant. Dicunt enim se contendere, non quidem q ab huiusce modi rebus non lædantur homines, sed q non sint nocumenti causæ: quia si causæ existerent, semper eandem haberent rationem. Oportet autem nos dissoluere hosce nodos, quorum vis non in rebus est, sed in verbis: quia si aliquid sit quod possit quidem nocere, verùm non semper sit morbi causa, & tu nolis, quia aliquando solum noceat, & aliquo tempore, causam appellare: iam non amplius de re erit quęstio, sed de nomine tantum erit ea cauillatio. Dic ergo id sanè nocere, nec tamen esse nocumenti causam: & noxium appella, illius tamen appellationis rationem nega. Noxium siquidem, sicut & salubre, nuncupatio quædam. Istius vero nuncupationis nulla alia ratio est, nisi quia nocumenti causa est. Vnde si quispiam horum quę à te proferuntur ignarus sit, & illi dixeris aliquod esse noxium: intelliget D ille quod nocumenti causa est. Dices quod mihi nocet non est omnino noxium, causa enim semper causa est. Atqui saltem quum nocet, necesse est fateri, esse causam nocumenti corpori cui nocet: & idipsum est quod nos quærebamus. Nam quemadmodum si semper noceret, semper causa esset nocumenti dicenda: ita quum non semper, sed aliquando noceat: tunc quoq; solummodo causa dicetur: q si tu hoc volueris vocare noceri, nihil hoc ad rem faciet: lis enim erit tantummodo de nomine. Quòd si quæras, quid igitur est de re ipsa litigare? De re, inquam, est quæstio, quum quærimus si is homo qui nunc febrit, id passus sit à nocumento sibi à solis æstu, vel à gelu, vel ab immodicis exercitijs illato. Differere verò an id quod nocuit, sit appellanda causa, vel ne: non est ea amplius dissertatio de re, sed de verbis. & si quis his assentiet, nihil propterea medicinæ oberit, non tamen hæc sunt admittenda. Possumus nos quidem & sine vllo ferè negotio explicare quid hoc nomen causa significat: & ea res adeo exigua est, vt nullus ferè in hac lingua eductus illius ignoret significatum. Si.n. quempiam se in forum conferentem interrogaueris, quanā ille de causa domo exierit, aduerte quid ille respondeat: dicet etenim, q aliquid empturus, vel amicum conuenturus, vel aliquid aliud huiusmodi, ita vt semper insinuet id quod sibi opportunum est, causam fuisse. Vnde hæc oīa ad idem genus attinent, siue id dicas propter quod aliquid factum est, siue vtilitatē generationis eius, siue finem, siue scopū, (nam nec quicq̄ inter hęc interest.) semper

Marginal notes: † etesię. — l. 1. f. r. d. r. fo. 3. c

per nimirum te velim id intueri quod dicitur,non aũt semper de vocabulis esse sollicitum.Quòd E
si alia quoq; exẽpla desideras,pete à fabro qui lignum perforat,vel dirigit, vel dolat,vel congluti-
nat,propter quam causam id efficiat: ille statim respondebit,lecticę causa, Vnde & ipse scopũ suæ
actionis causam vocat: quem vbi est assecutus, vniuersa actio desinit. Nec secus etiam textor, si
cum interrogaueris cur fila staminis deducit,vel lanam pectit: propter id respondebit, quod suæ
actionis finis est: affirmabit.n.se omnia indumenti gratia facere.Quòd si rursus quam ob causam
indumentum fecerit,ab eo petas: dicet ille vt corpus contegat,& à frigore tueatur,& id genus cau
sæ quàm maxime omnibus est in vsu.Est "& aliud non minus hoc cõsuetum,quum causam in ma A.ibidem.d
teriam referimus: vnde si reprehendatur faber q̃ paruam fecerit lecticam,statim ille id lignis attri-
buit,figulus verò terræ, & pictor coloribus.Quis enim est qui non frequenter homines audiat,
quum petitur cur lignorum compagines in lectica dissolutę sint, aut cur floridus picturæ color
citò defloruerit,quid etiam fuerit in causa q̃ ædes citò corruerint: respondẽtes, fuisse id, quoniam
ligna viridia erant,quæ subinde, quum aruere,distorta sunt: quòd etiam optimorum colorum co
pia pictorem defecit.ædificator vero ait,q̃ vel calx,vel lutum,vel quippiam aliud his simile praua
fuere. In omnibus siquidem his materiam causamur.In his etiam instrumenta ponimus. Si enim
causam quæris cur faber lecticam malè coagmentauit,qui tñ non esset malus artifex: ille statim re- F
spõdebit,q̃ prauè affecta erat dolabra,terebellum crassum,lima & malleo carebam, securis etiam
erat obtusa. Pari etiam pacto si ex librario petas,cur nõ rectè scripserit: dicet ille,chartam asperam
extitisse,atramentum verò fluidum,pennam autem obtusam,defuisse etiam cultellum quo ipsam
rectius formaret.Is etiam dum chartæ & atramenti meminit,materiam profert: dum pennæ & cul
telli,instrumenta. Sed "quis est præterea qui ignoret,q̃ etiam ipsos artifices culpamus tanq̃ causas A.ibidem.
errorum,qui in opificijs committuntur: tunc in primis quũ nihil habemus quod possit in instru-
mentorum defectum referri? Præstantium quoq; opificiorum causam fuisse artifices profitemur.
Dicimus enim q̃ is (vtpotè Phidias)statuam illam effecit,alius verò Iouis Olympici simulacrum:
nec non & medicum sanitatis,quam in ægrotis efficit,causam,& gubernatorẽ nauis, quam à pro
cella seruat.Dicimus etiam causam esse nauis illum qui eam construit: & idem de lectica, carpen-
to,& similibus. Vt tandẽ duæ quidem sint primæ causæ,atq; maximè principales: scopus inquã,
cuius gratia fiunt omnia quæ fiunt,& effector à quo ea fiunt. Has dignitate sequuntur tertia &
quarta,instrumenta nimirum quibus,& materia ex qua.Porrò in humanis artibus, nisi causæ oẽs
conueniant,nullus vnquam effectus absolui poterit: nam nisi aliqua esset lecticæ vtilitas, nunquã
faber illam construeret. Sed si aliqua sit illius vtilitas,careat verò dolabra,serra,terebello, alia q́; in G
strumentorum supellectili,neq; sic lecticam coagmentabit: & si hęc illi omnia præsto sint,& mox
ligna deficiant,neq; ita componetur lectica. Neque si instrumenta & materia parata sit,& vtilitas
vrgeat,absit autem artifex,vnquam quicquam fiat. Et hoc in omnibus alijs artibus pariter inue-
nias,Omnes siquidem alicuius gratia agunt,egent etiam tum instrumentis,tum materia. Quòd
si aliquando secus fiat, tunc vnico videntur genere causæ orbata, eo inquam, quod dicitur cuius
gratia fit,quod in his accidit,quæ casu fiunt: ea quippe nullius gratia fiunt: deficit tñ quandoq; &
id per quod fiunt.Per quod autem est instrumentum,sicut propter quod,est vtilitas generationis
rei: à quo,est artifex: ex qua,est materia.Et iam quidem hoc cõstat,nihil vnq̃ reperiri posse, quod
materia nõ egeat ex qua cõstet, & efficiente à quo fit: nec aliquod reperias quod contra se habeat,
Semper etenim necesse est vt sit conuentus alicuius patientis,quod vicem materiæ habeat,& alte-
rius quod circa ipsam agat,& efficientis rationem teneat,& hoc eget nonnunq̃ instrumento si ali
cuius gratia egerit.Agit tñ aliquando etiam sine instrumento, quum nullius gratia agit. Nempe
si quis calcitratus in pugna inde fuerit mortuus: q calcitrauit causa effectrix (vt ita dicam) mortis
fuit,instrumentũ autem crus fuit,materia corpus illius qui fuit calcitratus: & si id ex proposito ille
fecit,causa alicuius id effectum est: q̃ si non alicuius gratia factum est, illud in fortunam referendũ H
est. At quum ex frigore continentis aeris vel æstu læditur quispiam: aer continens effectrix causa
est, materia corpus quod afficitur.Quare nunq̃ speraueris te posse aliquem reperire effectum, nisi
efficiens & materia coeant: ablato enim eo quod patitur, ex quo fiat id quod faciũdum est, qui po
terit esse efficiens à quo fiat? Vnde oportet vt hæc vtraq; aliquid ad generationem rei conferant:
quæ autem ad rei generationem cõducunt meritò causæ appellandæ sunt.Iam.n.omnes homines
causas appellant,quæ ex sui natura ad rei generationem aliquid afferunt. Potes autem tu vel cau-
sam nominare,si libet,vel principium. Verum in omnibus his aliquid istis oppositum reperias.
quod tñ per accidens est.Faber nempè,terebellum,& lignum ad vasis generationem aliquid ex
sui natura conferunt. Statim.n.vt id constructum est: poteris intueri lignum & foramina,quæ te-
rebello fuere à fabro facta. At locus vbi iacebat lignũ,vnde à fabro fuit ad hoc opus assumptum,
& aer qui id in orbem comprehendebat, causæ dicentur, non primum, sed per accidens: & quia
artifex homo erat,eum aliquo contineri loco necesse est. Quod quum ita sit, nec præterea opus sit
intercedere inter ipsum & lignum corpus quod solidum sit,obsisteret enim ne ille in id agere pos
sit: necesse fuit vt illud quod inter vtrunq; medium est,aut inane,aut si secus, saltẽ corpus sit quod
cedat: qua ratione & aer aliquid ad vasis generationem affert.Hæc vero magis tibi euidentia vi-
debuntur,

A debuntur, si cogitaueris artificem, perinde ac ipsa natura facit, per vniuersam permeare materiam, dum agit: non aũt vti nos, qui exterius tantummodo eam attingimus. Tũc enim satis erit apertũ, nullum tunc loci vsum fore ipsi opifici, nisi illius forte quo materia continetur, neq; aeris in orbẽ circũfusi, neq; inanis. Quapropter sæpe in lapidibus atq; ẽt in terra gignuntur animantia, vbi eundem penitus locum opifex occupat & ipsum opificium. Indiget itaq; faber, vt agere possit circa lignum, spatio intermedio quod non impediat, non ea ratione qua artifex est, sed qua corpus est, quod alium ab eo qui materiam quæ efficitur continet, locũ occupat. Hæc nimirum ex accidenti sunt, & tanq; ea sine quibus nõ. Ea vero quæ ex accidenti sunt, quatenus præsentia sunt, nihil ipsa operantur: videntur tñ ea ratione adiuuare, q dum ea adsunt, ab eo loco ea quæ obsistere possunt, procul sunt: vnde magis valent, si absuerint, impedire actum, q̃ quum presto fuerint. Solidũ quippe corpus interiectum inter fabrũ & ipsum lignum, impedimẽto est, quo minus faber possit circa lignũ operari: quòd si de medio tollatur, ex accidenti consequit̃, vt aer in illius locũ subeat: quũ.n. nusquam in hoc mundo inane consistere possit, locus, quẽ solidum illud corpus dereliquit, inanis oĩno persistere nequit, sed aere, qui in orbẽ id continebat, defluẽte repletur. Cõstat igit̃, fabrũ aere ex accidẽti indigere. Palàm præterea est, q qui ambulat substrato corpore solido eget, cui nitatur:

B alio vero circũfuso quod cedat. Non sunt tñ hæc illi opportuna qua ambulans est, sed qua corpus est, quod deorsum, hoc est versus mũdi cẽtrũ, fertur: quodq; rursum in sublime ambulãdo nequit ferri, citius.n. deorsum versus terram delaberetur. Sed neq; anterius progrederet̃, eo à quo continetur, illi non cedẽte. Quapropter recte illi, qui hec pertractauerũt, dixere hæc ipsa potius rõnem rei tenere sine qua aliquid fieri non potest, q̃ q causæ sint generationis eius. Porrò ambulationis causæ sunt ipsius vtilitas, vis animalis, atq; ẽt crura. Causæ vero sine quibus id fieri nequit, externæ, corpus circũfusum cedẽs, interius vero alterũ quod resistat. Iam itaq; vniuersum de causis sermonẽ absoluimus, & explicauimus quę illę sint, quotq;, & quales, & quo modo inter se, tum etiam ab ijs quæ per accidẽs, vel sine q̃bus non, differãt. Quòd si nolit rursus sophista fateri fabrum esse causam generationis lecticæ, respõdeat queso, num fateat̃ saltem factã esse lecticam à fabro: si vero id concesserit, an postea de appellatione adhuc disputabit? Si.n. vel q ex se facta sit respõdeat, vel q ab eo, vtroq; modo delirare redarguetur: quia si dicat ab aliquo quidẽ factã, de appellatione tñ voluerit mox disputare, nõ'ne primum verecũdabitur, q nõ de re aliqua, sed de noĩe est sua ipsius lis? Deinde totã quoq; vitã euertit & cõfundit. Vt.n. dixerit fabrũ fecisse quidem lecticã, nõ fuisse aũt illius causam, non'ne, perinde ac si quis concedat aliquem alium quempiam occidisse, illum tñ

C nolit fateri fuisse causam mortis istius, putabitur extrema insania teneri? Libẽtissime vero audirẽ illum coram iudicibus loquentẽ, atq; ita dicentem. Viri qui iudices constituti estis, fatetur quidẽ Dion se occidisse Tiphonem, nec tamen putandus est Dion extitisse causa mortis illius. Profectò si id quod quippiam facit, est etiã eius causa: conuincetur Dion fuisse causa mortis Tiphonis, q si alius sit à quo fit aliquid, & alius est rei illius causa, ille à quo occisus est, hic non fuit mortis istius causa, nec reus ipse habendus est, & proinde absoluetur, qui conuinci non poterit fuisse causa mortis. Sed quis non iudicabit hæc esse deliramẽta & insaniam longam? Quare satius erit iam his relictis alia aggredi horum deliria, vt quod præterea superest viæ purgemus.

Aduersus Erasistratum qui Procatarcticas quidem Causas admittebat, sed Negabat habendas in numero causarum. CAP. 2.

.l.i.f.2.d.2.fu. .c.1.30 f.g.h

EST & alterum sophistarum chorus, qui sanè concedunt aliqua fieri, ac interire, lædiq; & alterari, atq; etiam horum omnium aliquas existere causas putant: mox tamẽ verentur cõcedere procatarcticas, id est antegressas, appellandas esse causas, vtpote qui nolint ab æstu, vel à frigore, neq; à plenitudine, neq; à labore fieri vnquam morbos. Quorum amentia mihi magis mirãda videtur, q̃ priorum, qui eas oĩno, ac si non sint, negãt: istorũ enim sophisma occasionem aliquam à

D mutata appellatione illius nominis habet: illorum vero penitus sophisma est, immo, si vere loqui liceat, potius cirũuentio. Quia si hi existimant aliquid esse causam, hoc addidisse deberent, an ea materia circa quam id agit, impatibilis sit, an vero patiatur. Quòd si ipsi impatibilẽ esse affirmauerint, ne materiam quidem seruabunt: hoc enim est esse materiæ, vt ab efficiente patiatur, atq; facile ab eo regatur. Si aũt fateantur materiam pati, nunq̃ amplius negabunt, quin hæc quidem magis, illa vero minus patiantur: nam causæ quę in eam agunt materiã, aliquæ sunt fortiores, aliquæ imbecilliores comparatione materiæ. Quæ omnia vbi illi concesserint, quæ deinde rõ afferenda erit, cur è mille qui in theatro aderant, quatuor tantummodo fuerint à febre arrepti: num hos tantum à Solis calore comburi contigit? Nam si non modo decem, sed vnus solummodo in febrim sit illapsus, nihil hoc absurdi secũ habet: quid.n. vetat quo minus hic solũ idoneus fuerit, vt in eo tpis spatio ab ea affectione læderetur, aliorum non nullos ob corporis bonum habitum æstum omnino neglexisse, aliquos vero imbecilliores quidem fuisse q̃ vt possent se ab æstu omnino tueri, verum fuisse opus longiori interuallo temporis, vt ea læsio in febrem desineret? Sed nos iam illum introducamus qui primus adeo fuit in his impudens: & ipse suismet verbis loquatur, quæ in hunc se habent modum: Causas sanè febrium primum atque etiam nunc sciscitari solent, & ab

ipsis ęgrotis audire volunt, an is morbus ex frigore, vel labore, vel plenitudine, vel alia simili cau- E »
sa originem habuerit: qui nec vere, neq; vt conuenit causas morborum inquirunt. Etenim si fri- »
gus febris causa esset, qui magis refrigerãtur, magis febre tenerentur: sed hoc non ita est, multi si- »
quidem qui ad extremum vsq; periculum prę gelu deuenere, mox ab eo seruati, absque vlla febre »
permansere. Nec secus ẽt in labore & plenitudine fieri videmus: in fortioribus enim quidam la- »
boribus versati, maiori q; repletione graues, nunq̃ febrẽ passi sunt. Hæc sunt Erasistrati verba in primo libro de febribus. Hæc vero ipse ita impudẽter proferre coactus est, vt suum dogma sequeretur, sicuti paulo post exponemus. Sed de Erasistrato non tm̃ mirãdum est: ipse enim gloriæ cupiditate adductus, multa ex ijs quæ à prioribus tradita sunt, innouauit, multa ẽt diruit: quantum de ijs qui ipsum sequuti sunt, illius siquidem gloriæ ipsi minime erant participes. Vnde si isti hęc cõsulto agunt, manifeste insaniunt: si vero secus, admodum ignari sunt, quippe qui ipsam veritatem non agnoscentes, facile decipiuntur. Porrò huius dissolutio sophismatis neq; multam etiam dialecticæ disciplinæ peritiam exposcere vr̃: sic enim ait ipse, Si refrigerari, febricitandi causa est, qui magis refrixerit, ille magis febricitabit. At res hæc non ita se habet. Quia si effectrix causa ipsa id absq; patiente apto efficere posset, qui magis refrigerarentur, magis quoq; febricitarent. At si frigus non omni corpori febrem afferre potest, sed illi tm̃ quod paratum est ad hoc, tunc nõ am- F
plius erit necesse, vt qui frixerũt magis, magis quoq; febricitent: immo facile reperias aliquos qui ne semina quidem febris concipiant: quæ vero sint febris semina, non spectat ad nostrum in præsenti institutum. Sanè nulla cogit necessitas, vt febricitare magis sequatur eos qui magis refrigescunt: potest nanq; & id euenire, vt qui magis refrigeratur, magis febriat: potest ẽt & omnino secus: sed & tertium accidere potest, ꝙ magis, inquã, quis refrigeretur: & minus febricitet: & quartum quoq; fieri potest, vt magis refrigeretur, pari vero febre arripiatur. & præterea potest qui magis refrixit, nulla teneri febre, potuit siquidem quispiam nihil quidem febricitare, verum fieri attonitus, vel torpidus, vel tremulus, vel cõuulsione apprehendi: vt accidit Alexãdro, dum tpe æstiuo in Cydno Ciliciæ flumine se lauaret. At vero nec illud ẽt re vera confici potest, vt qui magis frigescit, magis quoq; lędatur: nẽpe id sequeretur si ille pari modo aptus esset, tunc nimirũ si magis frigeret, magis læderetur. Porrò nec id ẽt sequitur, vt si magis lædatur, magis febricitet, quum aliqñ contingat vt aliquis magis lędatur, qui tñ non modo non magis, sed nec omnino febricitet. Quia si nocumẽtum oẽ in solam desineret febrem, vbi maius esset nocumentũ: ibi maior quoq; adesset febris: quum aũt multi sint nocendi modi, qui possunt eos qui refrigerañ, alij alios sequi, falsum esse multifariam monstrari potest, ꝙ qui magis refrigescit, magis febricitet. Quòd si non est neces- G
se, vt qui magis friget, magis febricitet, vel magis nocumentũ subeat: fatuũ erit dicere, ꝙ idem homo, quum magis riget, magis ẽt vel febricitat vel magis lęditur. Esset quidem necessarium, si ipse eodem esset affectus modo sicuti prius, vt qñ magis rigeat, magis sit febri obnoxius: sed si secus, nulla amplius necessitas est vel magis febricitare, vel magis lædi. Hæc profectò Erasistrati dictio eo libro descripta praua oĩno est, quippe quæ sophismati occasionem & fidem potius pręstat, q̃ ꝙ illud dissoluat. Sed mihi admodum temerarij complures videntur, qui nunq̃ in logica disciplina versati, ita vt ne ea quidem sophismata, quæ fallaciam in promptu & oĩbus expositam habẽt, possint discernere, audent tñ de veris decretis aliquid statuere: & deinde similes illis videntur, qui ambigunt an motus oĩno sit, qm̃ rationes, quæ de eo afferuntur, intelligẽtia consequi nequeant. Diogenes vero Cynicus rationes illorum qui motum negabãt, apposite satis deludebat: quum enim hac de re interrogaretur, Miror equidem (aiebat) cur, si motus non sit, nautæ quotidie clamant ad Rhodum, ad Cnidum, ad Co. Et ipse ne tentabat quidem huiuscemodi diluere sophismata, quæ aduersantur ijs quæ euidẽtia sunt. Dialectici vero in his potissimum versantur. Ipsi etenim rõnẽ statim falsam esse cognoscunt, ex eo quod repugnat ijs quæ manifesto conspiciuntur: mox vero inquirunt num in proloquijs, vel in figura lateat fallacia: & si in proloquijs, an in oĩbus, an in ali- H
quibus, an in vno, & quo ẽt modo. Quod si in figura: hic quoq; inuestigant vbi error cõmissus sit, & vnde ratio habet, ꝙ quãuis sit falsa, veri tñ similitudinem ingerat: neq; enim iudicãt par esse, aut omnino tutum, velle eas rationes examinare quid, inquam, veri cõtineant, anteq̃ in ijs, quæ aperte falsa sunt, fuerint exercitati. Nos aũt sæpe videmus multos homines, qui quũ per hãc artificiosam viã incedere nolint neq; ẽt per compendiariam illam Diogenis, & subinde diiudicare velint falsos sermones, id nec rectè nec perfectè facere posse. Porrò si sint philosophi Cynici, nullũ quidem quod abditum sit, aggrediantur, præsertim si illis quæ manifesto apparent, videatur aduersari: quin & rõnes eas, quæ istis contrariæ sunt, omnino spernant, adeo vt neq; velint exquirere qua parte fallant. Si vero sint Dialectici, statim paruo ẽt negotio hasce captiones agnoscẽt. Verũ ipsi vtraque de causa culpandi sunt, nimirum & ꝙ adeo temerarij sint, vt in eas rationes, quarum sunt imperiti, se ingerere velint: & quòd ea omnino obliuioni tradiderunt quæ manifesto apparent. Sed velim recorderis, quòd non modo viri sapientissimi, verum etiam rustici omnes bubulci, cæteriq; pastores, immo & ipsæ pecudes, gelu & calorem immodicum fugiunt: non'ne multi ob horum excessus interiere? an forsitan tu solus inter mortales, ex balneis male administratis nũquam

læsus

A læſus es? Non potes Eraſiſtrate eas rōnes diſſoluere quæ afferuntur contra cauſas procatarcticas:
Et non modo has,ſed nec illas etiam quæ contra motum,quæ contra demſtonem, nec eas quæ con
tra doctrinam,vel diſciplinam,vel inquiſitionem,vel inuentionem,nec etiam eas quæ contra ho-
rum cauſas afferuntur. Num igitur hæc oīa erant à te, tanq̄ non entia , ſpernenda: vel potius fides
ijs,quæ euidentia ſunt,præſtāda erat,vt ſi quid ab aliquo fiat,hoc illius cauſam appellemus? Num
ab immodico frigore vel immodico ęſtu nihil fit? at ob vtrunq; moriunt̄ multi. Num moriuntur
quidem, non tñ lędunt̄? qui fieri hoc vnq̄ poteſt? Num ēt ab alijs forſitan cauſis quis lædi poteſt,
vt præ ęſtu vel gelu nunq̄ à febre poſſit inuadi? Oportet ſanè attendere ea quę quotidie fiunt: res
etenim hæc non eget demſtone. quum plerunq; videamus nocumentum, quod ex æſtu eſt ,vel in
febrem deſinere,vel in quippiā aliud ſimile: & illi (vt ego quidem puto) qui memores ſunt eorum
quæ ob hæc quotidie eueniunt, eos derident qui in hunc modum delirant. Quidam ſe in theatrū
contulit,quum nullum in corpore ſentiret incōmodum: ſed vbi Soli ardenti caput expoſuit, illud
paulatim & calidius & plenius redditum eſt: mox cœpit dolere & exuri,ſubindeq; ſecundum vni
uerſa tēpora dolens diſceſſit: qui poſtea difficultate tenebatur cutem,quæ circa frontē & caput eſt,
mouendi,aridamq; eā ſentiebat, & paulo poſt febris illum adorta eſt. Sed medicus die ſequēti acce
B dens,caputq; omphacino oleo frigido,vel roſaceo ēt perfundens, & adminiſtratis balneis,illum ſa
nitati reſtituit. Quid quæſo putas quempiā vel vulgarem exiſtimaturum de tuo hoc ſophiſmate?
Quid præterea ſi videat aliquē qui probe quidē concoquat, nec vllo alioqui ſymptomate teneat̄,
niſi ꝙ poſt exercitationem, ex litigio quodam rurſum exerceri adhuc magis coactus, cœpit arti-
culos calidiores ſentire,& paulo poſt totum etiam corpus aridum & inæquale,quod dum mouere
vellet,videbatur ſuboriri ſenſus quaſi vlceroſi cuiuſdā doloris,moxq; febricitauit: ſed peritus me-
dicus inclinante febre, adhibito balneo, ipſum priſtino & aſſueto victui reſtituit: Putas'ne igitur
illi vnq̄ perſuaſum iri,nō poſſe quenq̄ ex labore febricitare? At mirabitur quiſpiam fortaſſis, cur
nulli vulgari homini hæc Eraſiſtratus perſuaſerit, medicis vero nō paucis perſuadeat. Sed id qui-
dem mirādum non videbitur ſi audierit eorum plures aſſerentes, eſſe potius patriam prodēdam,
q̄ propriū dogma. Cur ergo tp̄s perdimus dum Eraſiſtratiorū dogmata redarguimus? huiuſce-
modi enim deliramentorum ea vnica cauſa eſt, ꝙ qui putat omnem febrem ſequi phlegmonen,
oportet vt mox exponat, quo modo ille qui ex exercitio in febrem illapſus eſt, paulo poſt ratione
victus inſtituta liber euaſit.Non erat aūt veriſimile rem ita ſuccedere ſi phlegmone adſit: atq; lon-
ge ēt minus,ꝙ ex ciborum ac vini oblatione id contingat. Vnde illi duorum alterum erat neceſſe,
C vel vt nihil ex his immutaret, quę ex ratione prius tradita fuerant ,vel vt ad ſophiſmata conuerte-
retur. Primum autem ille nequaq̄ poterat perferre,quippe qui ſibi hoc perſuaſerat, ſi vſquequaq;
antiquos imitaretur,apud oēs in nulla ſe gloria futurum: vnde coactus poſtea eſt ſecūdum aggre-
di, & mendacia cauillaq; confingere. Nec modo in his Eraſiſtrato ac eius ſectatoribus neceſſe fuit
cauillari,verum & in illis quę de hypoſtaſi in vrina tradita ſunt. Nam ſi ſuos aſſuefacerent diſcipu
los in dignoſcenda diſcernendaq; hypoſtaſi, quæ purulenta eſt,ab ea quę ſubinde in ſanis conſpi-
citur , redarguerentur facillime ex ijs in primis quæ videmus quum phlegmone in ſuppuratio-
nem verſa ſoluitur,per purulentas vrinas. Neq; enim illis ſimiles ſunt,quæ ſolutis febribus excer-
nuntur: in ijs ſiquidem id quod reſidet album eſt,neq; fœtorem habet, neq; colorem ēt quem pu-
rulentæ retinent,neque lentorem. Ne ergo aperte conuincantur, ſe deridere eos præſeferunt,qui
hæc obſeruāt: & eos tinctores appellant,qui aliquid ex vrina percipere volunt, quos ſuppoſititia
etiam vrina ſæpe decipiunt. Et hæc omnia agunt ,vt admirandum illud dogma defendant, quòd
omnes febres ex phlegmone fiant. Ob id etiam neq; frigidam aquam potandam illis concedunt,
qui ardente febri tenentur: ea.n.opportune exhibita,confeſtim ſudant,liberiq; à morbo euadunt.
Et tu Gorgia nos id ſæpe effeciſſe intuitus es,quum nulla obſtabat viſcerum inflāmatio, tūc enim
D maximam febrem ſoluit frigidæ potus. Hi igitur,nequaq̄ bibenda eſt, aiunt,vt omnia ea decline-
mus , quæ noſtram ſubuertere ſectam valent. Sed & alia præterea artis huius auxilia reiecerunt,
quippe qui timeant, ne ex illis redarguātur. In quo ordine repoſuere ēt rationem cauſarum pro-
catarcticarum , quum minime monſtrare poſſint, quo pacto homine exæſtuante , vel laborante,
vel irato,vel mœrente,transfuſio ea ſanguinis fiat in arterias,quam ipſi παρέγχυσιν vocant. Vnde
varias rationes contexunt,ſophiſmata machinantur,commentis quibuſdam excogitatis illis inſi-
diantur,qui eò accedunt vt artem benignam & vitæ opportunam addiſcant. Quibus ex tot horū
inſidijs ſecus ac ipſi ſibi prius propoſuiſſent,euenit: dum enim rudes eſſent & imperiti, cōmunes
omnium notiones ſeruabant , & ijs quæ maniſeſto apparent,credere aſſueuerant: mox vero adeo
ab iſtorum mirabilibus ſophiſmatis peruertuntur ,vt adducantur ad id, ꝙ non amplius rebus ma-
nifeſte apparentibus credāt,eorum nodos ſoluere neſcientes. Hoc etenim admirandum commen
tum contra ſuos diſcipulos excogitauere huiuſcemodi medici,vt neq; eos permittant ſoli inſiſtere
experientiæ: neq; ad rationem adhortantes ad dialecticos remittunt,vt eos his irretitos ſophiſma-
tis detineant. At illi,qui nullam vnquam adhibuere exercitationem in diſſoluendis ſophiſmatis,
hos præceptores quaſi deos admirantur. Tu ſanè noſti ꝙ non nulli , qui à quadam veluti aduerſa

fortuna ad tales medicos delati sunt, fatentur sæpe, ꝙ dum in memoriam reuocāt ea quæ ipsi aliàs E passi sunt, assentiuntur ꝙ ex æstu alijsq; huiuscemodi, febres accendi possint: at quum ea quæ ab Erasistrato literis mandantur, perlegunt, statim sententiam mutant. Qui si alicui præceptori artis dialecticæ perito adhæsissent, facillime eius fallacias agnoscerent, vbi ipse inquit, ꝙ multi in longe maioribus versati sunt laboribus, atque in maiori plenitudine fuere, q̄ ij qui febricitauere, & tñ ab omni morbo liberi permansere. Sed quæso, num propterea ꝙ qui in maioribus laboribus versati sunt, nulla sunt arrepti febre, nō potuere alij minus laborātes in febrē incurrere? Sed in medium proferamus nos aliquē oratorē, defendentē quendā pugilē, qui ꝙ pugno vetulā percusserit, vnde illa mortua est, ab aduersarijs accuset, & in iudiciū trahat: vbi ab actore probat ꝙ ille eam percusserit, quódq; ea mortua est: fingamusq; rei patronum hoc mō cauillis Erasistrati cōfisum illū defendere. Vos o iudices, millies hūc hoīem in stadio pugnantē vidistis, ac maximis aduersarios plagis pulsantē, vicissimq; ab illis pulsatū, nec tñ is ab illis, aut illorum aliquis ab hoc, interfectus est. Non ergo ꝙ percusserit, causa mortis extitit, quia si percuti in cā esset ꝙ quis moreret, qui vehementius percuteretur, citius moreretur: quod quidē falsum est, quū iste maximas intulerit, ac ēt pertulerit plagas, nec ipse mortuus inde est, nec aliū interfecit. Quis igitur credat ꝙ ex illata plaga non admodum ēt magna, obierit anus? Nimirū si ex plaga non īmodica posset quis mortē oppetere, hic qui F alioqui plurimis & validioribus plagis expositus fuit, è vita iam multoties decessisset. Quid obsecre facturos iudices si talia audierint putatis? nō'ne irridebūt palàm tā patrono, q̄ reo qui huiuscemodi patronū protulerit? Nā nemo mehercle est, qui non cōprehēdat, ꝙ robur athletarū multas pōt vel ēt validas spernere plagas, quū tñ anus pre virium imbecillitate, ne mediocrē quidē & vnicā possit ferre. Is sane orator solis vsus sophismatis Erasistrati nec iudices decipere, nec aliquid obtinere poterit. Accedat aūt alter orator isto quidem peritior, qui inspecta vetula à iuuene percussa, respirante adhuc, paulo post tñ moritura, affinibusq; ipsius illum homicidij accusantibus, à quo illum defendere velit: & ita dicat: Si hic totum fere vitę tp̄s tum feriendo tum ictus perferendo transegit, nec vnquā vel ipse interfectus, nec ex aduersarijs quenq̄ interfecit, non est profecto ipsi causa mortis istius vetulæ tribuēda, sed potius eius imbecillitati. Nam si vnica plaga mortem inferre posset, longe magis & multæ & validiores inferrent: quod tñ non ita est. Quare si vetula mortua est, ob suā mortua est imbecillitatē. Hic quidē orator multo est priore præstantior, qui nō modo reum vr̄ causa velle absoluere, verum & illam aliò transfert: nihil tñ & ipse efficiet, quum necesse sit tandem fateri, ꝙ anus percutiente iuuene mortua sit. Attamen Erasistratus nec isto etiā dicēdi modo vsus est, quo sæpe nostri vtuntur, vt nimirum causam eius quod æstum vel frigus se- G quitur, in ipsam transferret rationem rerum patientium. Primo.n. occursu ratio ea quæ ex translatione causæ depromitur, plurimum vr̄ audienti efficax: qui tñ si illi mox institerit, diligenterq; perpenderit, inueniet aliquid in ea afferri, quod congruere non videatur. Nam oportet tādem asserere ꝙ is affectus ex conuentu amborum nascatur, frigoris inquam ac imbecillitatis rei patiētis: siue modo effectus sit ex ijs, quæ sponte & casu proueniunt: siue ex ijs, quæ plurimum: semper enim & frigus cum imbecillitate patientis concurreret. At hoc nihil decretis Erasistrati fauere potest: vtcunq; etenim fateamur frigus, æstum, laboremq; aliquid ad febrem facere, statim interrogandus erit, quo id fiat modo. Vnde quum ipse respondere nequeat, necesse est ipsum non parū turbari: neq; enim hoc leue est, rationabili interrogationi respondere non posse: sed longe adhuc grauius est, ab huiuscemodi rebus omnibus, suppositiones ipsius coargui. Etenim qui in ęstu versatus est, is febrem sentit: quę in capite primum exorta, in vniuersum corpus mox diffundit, tanq̄ à lare vbi accensa est: Alter vero, qui plurimum laborauit, ab articulis accensum calorem in reliquum corporis transmitti. Quis enim est qui si plus iusto ambulauerit, nō sentiat sępissime ex motu crura calefieri? quæ si adeo subinde calescant, vt vnà partes cęteras calfaciant, perueniente tandem calore in viscera, necesse est febrem exoriri: Quę quidem febris in huiuscemodi rebus mani- H festa est cunctis hoībus, quippe cuius substantia ex abundantia caloris cōstat: Sed & id constat ex procatarcticis causis, labore inquā, calore, & istiusmodi cęteris augmētum illi pręstari. At vtrunq; negat Erasistratus, qui neq; febris intellectum seruat, nam & eius substantiā acceptaret: ait vero ꝙ semper quācunq; febrē phlegmone pręcedit. Si.n. ipse eundem huius affectus, quē cęteri oēs, intellectum teneret, easdem ēt causas generationis illius teneret: moxq; ab experientia res quæ euidentes sunt doctus ipse, ab ijs exorsus ad alia accederet: sed nihil ille haberet postea quod de Hippocrate dicere posset. Vnde omnis illum sermo defecisset: ipse vero aliquid dicere sibi necessariū esse putabat, hoc siquidē illi constitutū erat. Quare constat ꝙ illi necesse fuit multa innouare, & sophismata aduersus ea quę euidentia sunt, cōminisci: vnde ēt nos cogimur in his Erasistrati captionibus immorari, ac si nullū aliud nos negotium detineret. Habuit itaq; aliquam cām Erasistratus, vt diximus, cur non concederet ꝙ causa nocumenti ex infirmitate est eorum quibus nocet: vt.n. hoc concesserit, & præterea aliquid oīno fieri à causis procatarcticis, statim vniuersa ipsius de febribus decreta corruēt manifeste, eorūq; absurditas apparebit. Porrò causæ notio aliquid vr̄ in se confusi & indeterminati cōtinere: & propterea alij quidē dixere cām nihil in se habere, qđ melius

sit

A sit aut præstātius: alij vero, in quibus sunt empirici, dubij fuere sit'ne causa nec'ne: alij vero, vt Herophilus, acceperunt quidem causam esse, sed ex hypothesi. Sed illi, qui tanq̃ principem Erasistratum sequuti sunt, ex ordine causarum procatarcticas remouent: has autem omnes nomine mutato, & confictis rationibus, occasiones appellant. Attamen si cōcedamus quod vtilitas rei quæ fit, ab hominibus causa vocetur: quodq; & effectrix, quæ principium dicitur vnde fit, & cum his materiam atq; organa: facile deprehendetur ꝙ ij cauillant, dum aiunt procatarcticas non esse causas: immo hinc oīa ea pendent, quæ perperam de causis prolata sunt. Inde.n. ipsi conficere volūt, nullam esse cuiuspiam rei causam, ꝙ nullum ex ijs, quæ quippiam efficere dicitur, in omnē materiam agere videatur. Nequaq; tñ hoc illud est, quod inde conficitur, sed id potius, ꝙ nulla causa sola ipsa absoluta & perfecta esse possit: materia siquidem semper effectricē causam, & effectrix materiam aptam, exposcere videtur. Superius autem iam mōstrauimus, ꝙ ea quæ ab Erasistrato cōtra procatarcticas causas adducta sunt, nullā aliunde q̃ ex mutatione huius vocis, causæ scilicet, habent verisimilitudinem: apertius tñ id ipsum ostendetur, si ipsa eius verba ascripsero. « Si refrigerari causa « febris esset, qui magis refrigerarentur, magis essent febri obnoxij. Vbi nos ea quæ Erasistratus consulto omisit addentes, rationem vniuersam absoluamus: & ostendamus, ꝙ ꝓpter id quod ab B ipso pretermissum est, accidit sophisma. Vt id igitur videatur, sit vniuersa eius series hæc: Si refrigerari sola esset febricitandi causa, tunc qui magis refrigerarentur magis febricitarent. At non est ô Erasistrate ea sola febricitandi causa, refrigerari inquam: verum opus est patiente natura, vt qui magis refrixit, magis febricitet: sicuti quum dicimus quòd ille qui magis calcitratus fuit, magis quoque læsus fuerit. Profectò, & si ea istorum ratio solis causis procatarcticis videatur aduersari, omnes tamen in vniuersum causas oppugnat. Vnde non esset admodum difficile, si modo sophistæ resipiscere vellent, eis ostendere quo modo vniuersa hominis vita vtatur nomine causæ: facile ēt erit, omnē in his ambiguitatem, ea quæ manifesta sunt sequendo, de medio tollere. Sed hæc ipsa etiam res palàm tibi faciet, ꝙ nullus vnquam ita sibi cauere sine dialectica disciplina potest, quin decipiat. Et proinde medici qui ab experientia Empirici dicti sunt, ea quæ in vita hominibus eueniunt, sibi obseruanda proponentes, ab horum tñ sophismate deuicti sunt ita, vt dubitarint de procatarcticis causis, & de ijs nihil pronunciare ausi sint: qui adeo tñ sapere visi sunt, vt concesserint aliquam oīno causæ rationem in procatarcticis seruari. Erasistratus vero, qui eas oīno subuertit, palàm est quòd nullam eorum ipse rationem habet, quæ vel ratione vel experientia reperta sunt. Vnde si in alicuius Erasistratij medici manus quis inciderit, ex æstu vel labore in febrem illapsus, C necesse erit vt tertium & quartum diem expectet: quum tñ possit citra tertium bene se habere: possit etiam alioquin in lōgiorem morbum vel etiam in grauius incidere periculum, quemadmodum illi adolescenti, de quo iam meminimus, contigerat. Oportet itaque non hæc tantummodo animaduertere, sed oēs etiam quantumlibet simplices sophistarum sermones. Et si enim hoc satis videatur exiguum, non vti nimirum in omnibus ratione, sophistæ tñ semper nouissima queq; sectantur. Vellem autem te in hoc quoq; libro exerceri, si tibi dandam operam dialecticæ putas.

Aduersus Erasistrati Sophismata, quibus Repletionem Nullius esse Morbi Causam monstrare conabatur. CAP. 3.

POterant hæc sane ad hos sophistas redarguēdos satis esse: verum qm̄ eos omnino confutare instituimus, iccirco rursum reuertamur ad Erasistratum, qui vnà cum cæteris procatarcticis causis repletionem etiam tollit, ac si illa nunq̃ vllius morbi causa sit. Ait enim ipse, ꝙ ea est veluti materia quę nullius morbi proxima causa est, nisi aliquid aliud interim agat, sicut omnes pro comperto habent. Oportet siquidem vt ex eorū quę comedunt vel bibunt ingestione, in venis aliqua gignat plenitudo: ab ea vero (vt ipsi græci aiunt) parēptosis (quasi intercidētiam dicas) in arterias: in præsenti.n. ex suis decretis hūc sermonē instituimus. In hac vero paremptosi cor vehementius D spiritū mouet & sanguinē, vt expellat ad extremas arteriarū partes: vbi ea cōculcata phlegmonen pariunt. Materia igit ea est, quæ media plethora seu plenitudine & parēptosin facit, ac tandē cōculcationē. Sed si ita est, q̃uis plethora nō sit prima phlegmones causa, quū tñ illam in ea causarū cōsecutione tam ordine q̃ tpe primā admittant, dū à repletione plethorā (sic.n. ipsi nomināt venarum plenitudinē) fieri autumāt, à qua mox fieri aiunt parēptosin, subinde vero conculcatione et phlegmonen, nescio, cur postea nō audeāt affirmare repletionē esse morbosam cām, & de noīe postea litigent. Hæc vero videt maior illius, q̃ in alia quapiā re fuerit, impudētia, nimirū ꝙ concedat repletionē plethorā efficere: hāc vero, sanguinis parēptosin ad arterias: & hāc, phlegmonen: & postea nolit, his hoc modo constitutis, concedere repletionē phlegmones causam existere. Nā & nos pari pacto dicemus, ꝙ q plaga homini illata venas colli secuit, nō extitit illi causa mortis: quo modo aūt? quoniā causa ꝓxima & materia fuit, non ille qui percussit, sed sanguinis potius effusio. Vnde accersamus oratorē aliquē Erasistratium, qui velit percussorem ab homicidij crimine eripere, & hoc modo dicat: vtamur vero definitis nominibus, vt res clarior fiat. Nō est Orestes causa mortis Clytemnestræ: mouit.n. ille manus quidē, nā id nos fatemur ꝙ manu sua ille hoc fecit: manus vero Orestis, non ipse Orestes, ensem mouerunt: vnde iam ex hoc Orestem insontem esse ostendi-

mus: Sed ex alio etiam magis, nam ab ense præterea incisæ sunt venæ in collo, non ab Orestis ma- E
nibus: fuit postea in causa effusionis multi sanguinis sectio venarum, non Orestes. Quod vero mors Clytemnestræ à venarum sectione & sanguine multo effuso prodierit, neque ab ijs qui accusant negari arbitror. Quare non est putandus Orestes fuisse causa mortis Clytemnestre, quum ne queant accusatores nostri monstrare, quod idem sit Orestes & multi sanguinis effusio. Quod si hec non sunt vnum & idem: & iam pro confesso habetur, quod horum alterũ fuerit mortis causa: relinquitur alterum nulli amplius crimini esse obnoxium. Quo modo ergo volunt isti, simul & fluorem sanguinis, ac etiam Orestem, fuisse mortis causam, quum minime fuerit Orestes causa cur sanguis fluxerit, sed potius venarum sectio, sicut istius, ensis? Quod si vos propterea culpare Orestem velitis, quia eius propositum causa fuerit cur ille ensem mouerit, videte ne eadem etiam ratione Clytemnestram criminis ream efficiatis. Vnde quotiescunq; effectus alicuius prima proximaq; causa reperta, hac non contentus, aliam voluerit quis antiquiorem ista inquirere, & illa aliam, illi profecto res hæc in infinitum abibit. Cur igitur non sit satis, attulisse causam mortis Clytemnestræ fuisse sanguinis profluuium? Verum si tu vlterius prouectus dicas, At non esset sanguis effusus, nisi venæ fuissent sectæ: nec illæ incisæ, nisi ensis fuisset admotus: nec is admotus esset, si manibus Orestes illum non tractasset: neq; manus id effecissent, nisi sibi illud Orestes F
ꝓposuisset: Nos quoq; pari modo vlterius ꝓgressi, de hac re, sicuti & tu fecisti, differamus, quum possimus hoc afferre, ꝙ neq; Orestes esset, nisi illum Clytemnestra genuisset: quo deinde fiet, vt sit necesse affirmare Clytemnestram ipsam sibi suæ mortis causam fuisse. Sed poteramus nos statim in prima assignata causa persistere, nec vlterius eousq; sermone prouehi, quod videretur Clytemnestra fuisse suæ mortis causa. Vnde talis profecto videtur is orator, qualis ille qui nos docet, quod si semel cœperimus impudentes esse, nulla nos sophismatum copia deficere possit. Sed itẽ nobis permittatur, vt liceat in exemplum secundum afferre iudicium. Accusatur medicus quod exitiale medicamentum dederit: dedit autem illud puero cuiusdam mulieris, quæ illi, vt id emeret, mandauerat: illa vero posteaquam venenum id habuit, iussit, vt seruus qui priuigno ministrabat, illud ipsi offerret: quo assumpto, ille mortuus est: vnde omnes damnati sunt, nouerca, & ille qui venenum obtulit, & ille qui emit, & præterea medicus qui venenum vendidit. Accedat itaq; orator ab Erasistrato instructus, & dicat: Quod mortuus quidem puer sit, nemo negat: non est tamen à puero qui venenum exhibuit, interfectus, sed à medicamento potius: est etenim præter rationem omnem, quum causam apertam habeamus, id velle in hominem innoxium referre: neque enim idem est homo, & medicamentum, sed diuersa sunt hæc. Quod si propinatum medi- G
camen mortem peperit, cur amplius oportet alteri esse molestos? longeq; minus culpanda est nouerca, quæ venenũ misit, vel ille qui illud attulit. Sicuti si quis alicui funem tradidit, qui postea ea facto laqueo, se suspendit, vnde necatus est, iustum minime est vt ille accusetur, qui funem vendidit. Is itaq; orator si ab Erasistrato edoctus, & in dicendo callidus fuisset, hæc omnia susq; deq; versando, potuisset forsitan iudicibus persuadere, vt medicum absoluerent: sed nullam ille habuit cum Erasistratijs consuetudinem, qui in disceptando vehementes admodum sunt, dum nos docent, quod repletio non est morborum causa. Quis ergo amplius erit qui nos præterea vetet cibo potuq; repleri? cur quispiam nos ab inconcoctione auocat? cur nõ exercemur? cur victus rationem qui suo constet ordine laudamus? Hæc omnia à nobis reijcienda sunt, quum ita ab Erasistrato didicerimus. Negligamus æstum, frigus, quemadmodum & vigilias, hæc enim primum pituitã gignunt & cruditatem. Facile autem cruditas negligi posset, quæ aliqua ratione nihil possit officere: nam neque ex cruditate febris oriri potest, omnes siquidem cruditatem passi febricitarent: neque conuulsio, nam conuellerentur qui cruditatem passi essent: sed neq; membrorum resolutio, nec quisquam morbus alius: eadem enim est eorum omnium ratio. Et proinde predicare merito præclarum hoc Erasistrati inuentum possumus: atq; eius admirari benignitatem, qui nos H
ea vana superstitione, qua nos omnes tenebamur, liberauit, quæq; nostram vitam lædebat plurimum. Ne igitur amplius timentes laborem, prohibeamus, quo minus quis se totam diem & noctem exerceat: nec etiam ab æstiuo Sole quenquam abigamus: neq; serui indumentis vtanť: neq; nobis calciamentis est amplius opus. Stultum enim est ꝙ suspectum frigus habeamus, vel æstum, vel laborem, vel vigilias, si hæc nos lædere nequeunt. Neque erunt mox hi increpandi qui se cibo nimis replent, vel qui inebriantur, si vana ea est opinio quod possint ex repletione ægritudines fieri. Cur ergo non delendi sint antiquorum tum medicorum tum philosophorum libri, qui cruditates, repletiones, refrigerationem, æstumq; damnauere? Cur Erasistrato aurea statua Delphis non sit collocanda, & plurimæ illi gratiæ referendæ, qui hæc nos docuerit iusseritq;, tanquam illi qui pre tot viris gloriosis et raris primus veritatẽ adinuenerit? Neq; enim Diocles, neq; Polybus, neque Hippocrates potuit vnquam huiuscemodi rationes contra gelu & æstum, laboremq; & repletionem inuenire, vt hæc omnia omnino negligamus. Secus præterea philosophis videtur. Aristoteles enim, Theophrastus, & ante hos Democritus, & Empedocles, & multi præterea ex minoribus philosophis, cõsulũt, vt ab excessibus caueamus: Solus vero Erasistratus noluit quicquam

A quam horum esse à nobis timendum. Est ergo ipse vti Deus adorãdus. Ego autem quàm libenter hoc vnum, si possem, ab eo sciscitarer: at non possum, quum iam vita functus sit: si tamen viueret, facillime nos forsan doceret, à qua inquam re nobis cauendum sit. Ego enim si neque ab æstu, neq; à gelu mihi timendum sit, neq; à labore, neque à crapula, neque à vigilijs, neque ab ira, neq; à mœrore, facile sperauerim me posse assequi propemodum immortalitatem. Et fortassis neq; verendum est, quòd me quispiam interficiat, vel sumpto veneno inteream: ab alijs enim omnibus quæ priores timuere, nullus mihi videtur timor imminere, ab ijs siquidem omnibus opera Erasistrati ereptus sum. In reliquum ego neq; balneum tanquam male administratum damnabo: neq; caput vel pedes cooperiã: nil amplius domibus in hyeme, vel indumentis calidioribus, erit opus: non ciborum vel potuum moderatione, vel eorum quæ externa sunt. Horum itaq; omnium gratia, Erasistratum vt Deum colamus.

Aduersus Herophilum, qui Nullam dari Causam censebat. CAP. 4.

Sicuti autem nobis de Erasistrati sapientia, quam in suis præ se fert rationibus, mirandum est, ita Herophilus de timore damnandus: qui quum de causis omnibus ipse multis & validis rationibus dubitauerit, demum illum inuenimus dicentem, Sic hominibus multis videtur. Hoc vero
B maximam videtur ostendere timiditatem, relicta ratione, hominum sequi opinionem. Ait igitur ipse: « An vero causa sit vel nõ, ne inueniri quidem potest: refrigerari autem, æstuareq;, ac cibo impleri, quadam potius opinione constare videntur. Sed rationes illæ, quæ ex † nominis mutatione} assumptæ sunt, caput hoc in dubium reuocarunt: & illæ præterea, quæ ex modo quo gignuntur ea quæ quomodocunq; sunt, depromi solent: & hæc insuper, qua quæritur, si sit alicuius rei causa, quæ incorporea existens, alterius corporis opifex sit: vel ipsa corpus existens, incorporeæ rei sit effectrix: an etiam ipsa mota, moti, vel potius manentis: præterea an præsens præsentis, vel præsens futuri. Et postea, vt ea omnia quæ ex ea partitione inuenta sunt, prosequutus est, quæ tamen nequeunt probari, tãdem infert non esse rei alicuius causam aliquam. Ipse enim sic inquit: « Aut causa corporis incorporea est, aut corporea. & cętera quę ex partitione recenset: Manifestum autem quòd nullum horum sit: & proinde causa omnino esse non potest. At tu sophista generosissime non animaduertis, quòd vniuersam hominis vitam subuertere potes modo eo argumentãdo in ijs etiam quæ manifesto apparent. Nam quum videmus aliquid, fit illud quoniam vel ab ijs quæ videmus aliquid egrediens ad oculos nostros peruenit: vel ab oculis aliquid exit, quod ad id fertur, quod à nobis videtur: vel id quod à nobis exit, illi occurrit quod ab illis egreditur, &
C hæc mutuo se tangunt, & ita videmus: vel neque ab illis ad nos, nec à nobis aliqua ad illa feruntur loco aliquo, sed sensus per medium quasi per baculum, fit: Sed nullum istorum est, neq; primum inquam, neq; secundum, neq; tertium, neq; quartum: vnumquodq; enim horum multifariam in quæstionem trahitur: Vnde sequitur quòd nõ videamus. Potest & hoc idem alio modo probari, si distinguamus: Aut tam id quod videt, quàm id quod videtur, corpus est: aut incorporeum est quod videt, corpus vero quod videtur: aut cõtra: aut vtrunq; incorporeum: ac deinde vnoquoq; horum demonstrato quod verum nõ sit, inferat quispiam nos non videre. Potest & id ipsum alio modo trahi in dubiũ, vt distinguat aliquis, Quòd si rei cuiusquam in nobis sensus excitetur, oporteat, quod vel quiescens moti sensum moueat, vel motum quiescentis, vel quiescens quiescentis, vel motum moti: mox autem ostenso quod nullum horum sit rationi cõsonum, astruat nos nihil videre.

† significati uũ spositione.

GALENI IN PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS LIBRVM COMMENTARII TRES

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

Ab Augustino Gadaldino pluribus in locis emendati

COMMENTARIVS PRIMVS

Principium, quod in alijs impreßionibus desiderabatur à Nicolao Machello Medico Mutinensi latinitate est donatum.

ARGVMENTVM

Liber Hippocratis legitimus, In cuius prima parte Austrina squalida ac veluti nebulosa Tempestas describitur.

On hoc quidem libro Hippocrates Cous agere instituit de proprijs cuiusq; regionis morbis, sicut sanè aliàs non nunquam, quòd ferè sermo G ipsius omnis sit de morbis qui Epidemi i. passim grassantes nominantur: Qui ab Endemis. i. regionalibus sic differunt, quòd hi quidem per aliquod tempus aliquam regionẽ peruadant: hi vero incolas, ac si cognati essent, nullo non tempore comitentur. Igitur in libro de aquis, aere, et locis, regionales ęgritudines docet, quę p singulas habitatiões fiant: hoc autẽ libro Epidemiorũ ęgritudines, quę per aliquod tẽpus passim vel ciuitates vel nationes totas adoriant. Et consueuit quidẽ ambo hęc ęgritudinum genera & communia & passim grassantia nuncupare, cæteras vero omnes σποραδικὰς i. dispersas, scilicet quæ nõ communiter multos, sed seorsum vnumquenq; prehendunt: nam sępius græci σπείρειν pro dispergere & abinuicem separare vsurparũt. Et ad eum modum Thucydides de iuuenibus ait, Vere autem alij in alia ciuitatis parte dispersi perierũt. Horum aũt morborum sicut generatio, ita & causa cõis. Cum aũt tres sint causę à quibus morbi auspicantur, vna quidem in ijs quæ offeruntur: altera vero in ijs, quę fiunt: & tertia in ijs quæ extrinsecus incidunt: per vnamquanque sanè communes morbi fieri consueuere, ac præsertim quidem per affectum aeris nos ambientis. Non enim frequenter accidit vt per ingestos cibos morbus communis ciuitatem, vel nationem, vel exercitum peruadat: sicut neq; per communes tum occupationes, tum labores: At continens nos aer si immoderatius calefiat, vel frigescat, vel humescat, vel siccescat, corporum symmetriam, quæ sanitas est, confundit, interturbat, ac corrumpit. Alijs enim causis neque omnes simul obuiamus, neq; integrum diem subijcimur, sed aer solus extrinsecus omnes ambit, & inspiratur. Non enim fieri potest, quin corporum animãtium temperaturæ cum eius permutatione afficiantur ac permutentur. Et propterea, vt Hippocrates ipse docet, ‖ vere quidem sanguis, humorum temperatissimus, in bene temperata constitutione abundat: hyeme pituita, frigidissimus humor, in frigidissima tẽpestate: sicuti flaua bilis, calidissimus humor, in calidissima hora: & reliquus scilicet bilis atra autũno, perustis in ęstate duobus succis, scilicet sanguine & pallida, quæ etiam flaua bilis nominatur. Sic demum etiam morbi pro ratione vniuscuiusq; tempestatis fiunt, similitudinem habentes cum natura succi exuberantis. At si per dictarum tempestatum appellationes dicti generarentur succi, nunq̃ vtiq; fieret, vt à sua temperatura aliqñ degenerantes, alios generarent. Quia vero vnaqueq; pro ratione suæ temperaturæ ac non propter nomen, prædictos succos auget, necesse est, vt qñ ambientis nos aeris temperatura permutat, permutentur etiã succi, sicut ipse dicebat in aphorismis: ‖ In tempestatibus si eadem die

A.l.1.f.2.d.1 8.30.e

A.l.1.f.2.d. fu.1.c.1.30.f

de Natu.hum. cõ.1.t.32.33. 34.1.31.h. Et 32.a.b

3ª. Apho.4.Ex. ord.20.c

A die nunc quidem æstus, nunc vero frigus fiat, morbos autumnales expectare oportet. Sicut, cum singulæ tempestates propriam temperaturam seruabant, pro suarum naturarum ratione morbi creabantur, ita si præter naturam permutentur, ad constitutionis æmulationem morbi fient. Cur igitur in vnaquaq; tempestate non omnes vno & eodem morbo capiuntur? Quoniam sane non parum ab inuicẽ distant & per connatas naturas, & per ætates, nec non per viuendi formas. Quocirca hic quidem facile cedet malitiæ temperaturæ præsentis tempestatis: alius vero quàm multũ repugnabit: alius vero læderur omnino nihil: alius vero per malam viuendi rationem prius morbo occupabitur, quàm tempestatis sentiat læsionem. Nam, sicut cum ab ambiente lædebatur, tali ægritudine capiebatur, quæ illius temperaturæ responderet, ita fiet, vt ægrotet pro delicti ratione, quod committitur in viuendi forma. Hæc igitur quicunque nouit, non ⅃ solum qui in singulis tempestatibus emergunt, morbos præsciet, sed & victus ratione immoderatis circunfusi aeris statibus contraria admolienda, ne existant prohibebit. Neque enim obscurum est, quin si commoda temperatura primorum est sanitas, eam aeris corrumpet intemperies: conseruabitur autem à contraria viuendi ratione. Quo fit, vt cum hos Quintus male tum Aphorismorum libros interpretetur, in quibus ad hunc fere modum scriptũ est: ‖ De anni temporibus, si quidem hyems sicca B & aquilonia fuerit, ver vero pluuiosum & austrinum, æstate febres acutæ & lippitudines existant necesse est, & dysenteriæ. Asserit hoc enim Quintus, nulla habita causæ ratione, sola perspectum esse experientia. Vbi primum in eo offendit, ꝙ illorum, quæ hisce in aphorismis Hippocrates docuit, causas ipse ille rursus in libro De aqua, aere, & locis, scripserit: Deinde, quòd partem vtilem præterijt doctrinę. Nam interpretum sunt virtutes duę hę, vt & libri seruent sensum, & commentariorum suorum lectores, quę conducunt, doceant. Vtrunque autem Quintus, dum morbos vigentes cum ambientis nos aeris non coniungit statu, corrupit. Vult vero hęc Hippocrates coniungi, quando incognito incommodo, quo nostrum corpus aeris afficit intemperies, nequeamus neque preuidere futuros morbos, neque occurrere orientibus, aut qui iam inuaserunt curare. Quippe ceterorum etiam cunctorum, qui sunt pretermissi, statuum hac ratione vim ipsi inueniamus. Quam ob rem qui lectionem librorum De morbis vulgaribus magno sibi studeat ad artem emolumento esse, huius magnopere intererit, ante omnia euoluisse librum De humana natura, & De aqua, & aere, & locis: Ad hęc eos aphorismos, in quibus egit de anni temporibus, & facultatibus frigidorum, calidorum, siccorum, & humidorum statuum. Requiritur preterea Presagiorum lectio. Quę enim in citatis à nobis libris docuit, hęc doctrina, quam in libris De C vulgaribus morbis tradit, subsequitur: Primum quòd calidi, frigidi, sicci, & humidi symmetria primorum sit corporum sanitas: Alterum, quòd ver, dum suo temperamento constat, sit temperatissimum, quę causa est, cur in eo abundet sanguis: sicut vltra modum calida & sicca estas: hyems humida & frigida: inęquali autem autumnus temperamento, in quo dominatur siccum & frigidum: & quòd singuli in illis singulis humores vigeant, vt paulo ante dixi. Iam tertium & quartum in illis libris declarata sunt, vulgarium esse causam morborum aerem, in libro De natura humana: in Pręsagijs signorum, quorum vestigijs futura pręscimus, quę cuiusque tum in qualitate tum in magnitudine sit vis. Atq; te, quicunque in pręsentem lucubrationem incides, omnia volo, quę commemoraui, expedita memoria & prompte teneas, vt ea quę à nobis dicentur, assequi valeas facilius. Prę ceteris commentarium De aqua, aere, & locis, lectum velim potissimum, vt cognoscas, quibus hęc libris ipse Hippocrates tradiderit. Et nos genera confirmabimus morborum, quos diximus, ab Hippocrate sic distinctorum: qui morborum quidem vulgarium aerem esse causam asserit: Cuius in libro De natura humana hęc sunt verba: [a]‖ Morbi vero fiunt, partim à victu: partim à spiritu, cuius attractione viuimus, proueniunt. Vtrosque hoc modo distingues. Vbi multi vno morbo homines corripiuntur eadem tempestate, causam illi attribuere D debemus, quod est maxime commune, & quo pręcipue omnes vtimur. Id autem est, quod respirando attrahimus. Tunc enim victum cuiusque nostrum nequaquam in causa esse manifesto constat, cum morbus omnes iuxta attingit, tam iuuenes quàm senes, tam fœminas quàm viros, perinde vinum ac aquam bibentes, tam qui mazam quàm qui panem comedunt, tam qui parum quàm qui multum laborant. Ergo non fuerit victus ratio in causa, cum homines quoquo victu vtentes in eundem incidunt morbum. At vbi diuersis eodem tempore morbis homines afficiuntur, suus cuique victus sine controuersia causa est. His verbis cœlum constituit, non victum, esse vulgarium omnium causam morborum. Potest tamen interdum efficere morbum vniuersalem haustus aquę infectę: quod quidem memorię proditum est in castris accidisse: Itidem ob loci naturam, vbi cuncti eodem loco castrametati commorabantur: Interim cum ex barathris Charonijs, quę vocant, venti spirant frequentes. Hi igitur, quia aerem contaminant, morbos generant, ac in superiore oratione comprehendentur. Porrò qui à cibo proficiscuntur, & potu, tum infrequentes, tum cognitu sunt facillimi. Quare in libro De natura humana [b]† causam eius quod multis est morbis commune, ⅃ communissimam appellauit: in libro De aere, aqua, & locis, qui sic generantur morbi, πάγκοινους hoc est vniuersales, vocauit, adeoq; hęc eius sunt verba: [c]‖ Annunciare autem poterit, qui quoq; tempore procedente & anno, vniuersales morbi ciuitatem tenebunt,

Hucusque deerat.

3[a]. Aph 11. àx: ord. 20. h

A de Nat hu. com. 2. t. 1. & 2. 7[a]. 182. b

B † Græ. legitur τὸ αἴτιον τῶ κοινῶ πολλοῖς νοσήμασιν. ut uertit interpres. Arbitror aut uel intelligẽdũ eẽ de multis morbis qui indiuidui sint ac sub vna spẽ constituti: uel pro νοσήμασιν legẽdum esse νοσήματος, ac ita uertendũ esse. causam morbi qui multis est communis.

C de Aere, aqs, & locis, cap. 1. 2. 2. d

de Aere,aquis, &locis. cap. 2. 2ª. 2. f
Ibidem.g
Ibidẽ.ca.3.3.b

bunt,seu æstate,seu hyeme. Et nõ multo post: ‖ Hi morbi sunt his vernaculi: & siquis vniuersalis E » irruat morbus ex temporum anni conuersione, sunt hi illius quoque participes. Et paulo mox: » ‖ Viris hi morbi peculiares sunt: & extra ordinem, siquis dominatur ex immutatione communis » morbus. Deinde inferius: ‖ Hic illis est collactaneus morbus æstate simul & hyeme. At vero nec » hoc te velim latere in superioribus capitibus, quod item in certis dixit alijs libris Hippocrates, qui perpetuo tenent locum quempiam, qui quidem ἔνδημοι id est publici, vocantur, eos item ex il lorum esse genere, qui multis communes sunt, vt pestis quoque: nam & hæc in communibus morbis est. Quod quidem ipsum ille in libro De ratione victus in morbis acutis aperte indicauit

de Victus rat. ĩ morb.acut.cõ. 1. t.9.7ª. 109.a

his verbis: ‖ Cum enim nullum commune genus pestilentis morbi vulgetur, sed dispersi, dissimi- » lesq; inter se sint morbi, hi quàm reliqui vniuersi, maiorem multitudinem perimere solent. Itaque » patet ex vulgarium morborum esse genere eos, qui malignissimi sunt, & pestilentes appellantur. Vulgares vero de genere sunt popularium & vniuersalium, qui morbis dispersis è regione opponuntur. Hæc ille his nomina posuit. At pestes appellant omnes homines, sciũtq; exitiales morbos esse. Et vero etiam ad deos sæpe referunt, de curatione earum consulentes. At vero non hoc

in Prog.cõ.3.t. 38.4ª.112.a

tantum loco verbum vulgari (hoc est ἐπιδημεῖν) scripsit, sed in Præsagijs etiam, vbi ait: ‖ Morbo- » rum item qui semper vulgantur, ortum, ac temporum anni statum, sedulo obseruare oportet, nec F » anni temporis ignorare statum. Adeoq; in ipsis vulgarium morborum libris interim illum dice-

1.Epid. cõ.2. t. 66.3ª.114.c
3.Epid.cõ.3. t. 64.3ª.145.g

re audias: ‖ Vulgabantur autem etiam dysenteriæ æstate plurimæ: Aliquãdo vero, ‖ Alia febrium » genera vulgabantur: Item, Etenim hic morbus satis vulgaris erat. Hoc nomen ἐπιδήμιον (id est » publice grassans, nos vulgare semper appellamus) quibusdam in exemplaribus scriptum quatuor est syllabis, quarum constat postrema ex μ & ο & ν: In alijs quinque, ex μ & ι, & altera syllaba quæ vltima est, ex ο & ν. Horum oportet ad ea quæ post dicentur, meminisse: tenendumq; quosdã mor bos inuadere multos in communi, qui scilicet communes appellãtur: quosdam separatim quemlibet, quos σποραδικὰς i. dispersos nominarunt. Inter communes alij publici sunt, quos vocant ἐνδήμους Græci: alij vulgares, qui ab illis tum ἐπίδημοι, tum ἐπιδήμιοι vocãtur: tã enim quatuor, q̃; syllabis quinque, vt diximus, & scribunt & enunciant. Horum perniciosissimi quiq; pestilen-

†Græci cod.habẽt μαλθακὰ, ὡς ἐν νοτίοισι. Vt vertit ĩterpres. Ex quibus verbis sequi videretur lenes imbres fieri solere, cũ spirat Auster, cum tamẽ vehementes, ac confertos imbres quandoq; etiam videamus flante austro: Vt etiam apparet ĩ principio 2 Epidemiorũ. Arbitror itaq; legẽdum esse μαλθακῶς ἐν νοτίοισι. i. leniter, spirãte Austro. quo etiam modo videtur legisse Galenus in commẽto, qui hoc aduerbium μαλθακῶς oppositũ esse ait aduerbijs ἀθρόως, et λαβρῶς & σφοδρῶς. et 3 Epid. sect. 1. com. 1. pag. 140.g

tes vocantur, qui perinde ac totum vulgarium morborũ genus, ex cœli statu proficiscuntur. Atq; etiam pestilentes non nullas tempestates descripsit, vt eas, de quibus in tertio libro tractatur, eo q̃ & genere vulgaris est morbus pestis. Atq; hæc quidem prius explicauisse, quàm reliqua enarrarem sigillatim, operæpretium esse duxi: quò me nunc tandem conuertam, si vnum modo hoc prę- monuerim, id quod in multis iam à me libris conscriptis dixi, vbi illos, qui studẽt artem medicam G perdiscere, vt se in singularibus, quæ sensu apprehenduntur, exerciteant, cohortor, vt ea quę ante di dicerunt in vniuersum dignoscant. Quæ quidem singularia autumant Empirici vniuersalis constitutionis esse principium: illaq; tandem asserunt vera pręcepta esse, quæ constituuntur ab experientia. Nobis multo aliter, adeoq; numerosa præcepta inuenta esse ratione videntur: quorum tamen de veritate iudicium facimus, prout stabiliuntur ab experimentis & fidem accipiunt. Nam sic quidem, etsi quæ inuenta ratione ac demonstrata sunt, de eo, quid magnitudine Sol à Luna distet, his credamus, tamen, cum ab sensilibus multis alijs, quæ geometricæ docent rationes, & ab eclipsibus singularibus confirmentur, fidem habemus maiorem. Quando igitur ab experimentis singularibus comprobata, quæ per geometriam demonstrantur, accipiunt maiorem fidem, perq; eam fidem stabiliuntur firmius, longe magis quæ ex medica disciplina sunt in vniuersum inuenta, singularibus sunt probationibus constituenda. Quæ obseruari nos in libris vulgarium morborum docebimus.

PRIMA TEMPESTAS

IN Thaso, Autumno, circa Aequinoctium, & sub Vergilias, Pluuiæ erant multæ, continentes, † lenes, vt cum spirat Auster. H

Ad vulgarium morborum disciplinam, cognitionem quoque loci, infra ostendam magnopere interesse. Nunc verba ipsa auctoris sunt explananda, quæ sic habent: Circa ęquinoctium & sub Vergilias. Nam cum bina ęquinoctia, binę item Vergiliarum sint significationes, vtrum illorum dicat, adiecto sermoni autumno, significat. Fit enim vere alterum, atque eius hoc est principium ad nostrum tractum: quemadmodum etiam finitur prorsus sub Vergiliarum ortum: Alterum autumno ęquinoctium fit, & Vergiliarum occasus, quas appellant Gręci tam plurali numero πλειάδας, quam singulari πλειάδα. Occidunt autem Vergilię ab æquinoctio autumnali diebus circiter quinquaginta. Neque hoc nos præterit, fieri omnibus eodem tempore in plagis tum æquinoctia, tum solstitia: cum exortus syderum & obitus varient ita, vt suum quæque habeat regio: quippe ijs tantum, qui sub eodem vertice habitant, syderum communes & ortus sunt & occasus. At vocant ferè, quod ex multis constat stellis, Sydus, græce ἄστρον: verbi gratia, Taurum totũ, vel aliquam eius partem, vt Hyadas, aut Vergilias. Est tamen cũ singulas stellas, sydera appellent. At non quod est conflatum ex multis, stellam (hoc est ἀστέρα) id appellãt, cæterum semper hoc demum modo sydus: Vnam vero quanq; solam non tantum stellam, vt dixi, sed & sydus, vt Arctu-

rum.

A rum, Caniculam, Luciferum, Hesperum. Atque est ad omnem propositam disputationem cum
primis necessarium, vnaquaque in regione, vbi obire medicam artem instituimus, cuiusque per-
spexisse syderis emersus, occasus'que: quia tempora ab his anni circunscribuntur. Exempli gra-
tia: Veris in Hellesponti parallelo est initium, quod id temporis est æquinoctium & finis, Ver-
giliarum ortus, qui item principium est æstatis: Sicuti Arcturi ortus, finis æstatis: principium ve
ro autumni, qui ad dies duodecim æquinoctium autumnale antecedit. Iam Vergiliarum occa-
sus & hyemis principium, & finis est autumni. Porrò non caret admiratione, & est inuestigan-
da causa, cur sit præteritus in sermone stellæ ortus illustrissimæ, qui in æstatem incidit, Caniculæ
vocitatæ à Latinis, à Græcis σειρίου. Hanc aliqui, nomine abutentes totius syderis, Canem etiam
nominant. Atqui Cani vniuerso syderi est nomen: stellæ vero quæ in eius est mandibula, Canicu
læ: quam rectè Anticanem, non Canem appelles. Cuius quidem stellæ ortus Opωræ quam vo-
cant est principium. Atque in septem tempestates qui annum distribuunt, æstatem ad Canis vs-
que exortum protendunt: Ab hoc ad Arcturi ortum, opωram. Atqui ijdem hyemem in tres par
tes dissecant: Cuius, sub solstitium tempus, medium constituunt: de extremis duobus, primam,
Sementem: postremam, Φυταλίαν, quod est inserendi tempus: nam hoc illi pacto appellant ista.
B Et quidem in libro De septimanis, qui Hippocratis nomen præfert, in septem partes diuisum
annum inuenias: ita vt autumnus & ver integra constent & indiuisa: diuidantur autem in par-
tes tres hyems, & in duas æstas. Ac est illa quidem etiam vtilis partitio, vt in progressu sermonis
patebit. Vtilis porrò & in quatuor tempora sectio, vti & ipse prius Hippocrates docuit, vbi de
exuperantia humorum, & de morborum generibus agit, & quæ ista ambo præcedunt, de aeris
temperamentis: quorum differentiæ sunt quatuor. Etenim vt maximè bifariam, quod intercedit
tempus inter Vergiliarum ortum & Arcturi, diuidas, nihilo minus omni est communis nimia
siccitas: vt etiam hyemi immodicus algor & humiditas, quamuis in tres partes diducas. Atque ita
temperamenti magnæ differentiæ, quas rectè generales appellaueris, annum diuidunt in qua-
tuor tempora, genere inter se aut specie differentia, vtcunque tibi appellare visum sit. At ho-
rum si differentias singulas in maius & minus seces, in duas tibi æstas, in partes tres hyems distri-
buetur. Quæ anni temporum diuisio ex spacio ipsorum efficitur. Est enim inter Vergilias & Ar-
cturum tempus, mensium quatuor. Plurium etiam quàm quatuor, quod inter Vergiliarum oc-
casum & æquinoctium vernum interest. Veris autem tempus, ne habet duos quidem solidos
menses: quo factum est, vt iure indiuisum permanserit. Hinc etiam autumni erat tempus, veris
C maius, quod in menses duos extenditur: hoc tamen magnitudine longe ab æstatis tempore &
hyemis vincitur. At mihi hæc semel iam dicta sint, quæ ego ad omnia, quæ sub hæc dicemus,
memoria velim teneri, quo promptius ad omnium nationum menses, qui alijs alij sunt, transire
queas. Nam si ijdem sint apud omnes, nullam Hippocrates faceret, neque Arcturi, neque Ver-
giliarum, neque Canis, nullam etiam aut æquinoctiorum, aut solstitiorum mentionem: sed tan-
tum diceret, In Macedonia, verbi gratia, initio mensis quem Macedones Dion appellant, eiusce-
modi fuisse statum in temperamento aeris. Nunc quia Dion solis est Macedonibus clarum, con-
tra obscurum Atheniensibus cæteris'que mortalibus: volebat autem omnibus nationibus iuxta
prodesse Hippocrates: non potuit melius, quàm neglectis mensibus, solum scribere æquino-
ctium: Est enim æquinoctium, vniuersale: at menses, singulis gentibus sui. Qui ergo Astrono-
miæ imperitus est, hunc cælatum nolim, ipsum haudquaquam obsequi Hippocrati, ad illam ob
prædictorum vsum cohortanti. At quia esse humanitatis videtur, vel istis præsto esse, faciam, vt
quantum res facultatis est habitura, præscribam auxilium: cui si attendere animum velint, ex cun-
ctis quæ refert Hippocrates, fructum capient. Age diuidatur in quatuor tẽpora annus pro æqui-
noctiorum & solstitiorum ratione: si hîc semel virum rogaueris versatum in Astronomia, qua-
D tuor hæ partes quos'nam in menses incidant, mox his perceptis poteris, vbi de reliquis singulo-
rum syderum significationibus sermo sit, assequi. Vt, verbi gratia, si iam cognoscas in principium
mensis Dij autumnale incidere æquinoctium, videbis solstitium brumale fore ab hinc menses
ferè tres, initio mensis † καθ᾽ ἑαυτὸν πέρατος appellati, } nam hoc nomine denotatur apud Mace- † Forte κατ' ἐνιαυτὸν πέρατος, quia sit finis anni.
donas: vernum æquinoctium principio Artemisii: sic æstiuum solstitium initio Loi. Nam in
principijs mensium, quorum meminimus, æquinoctia & solstitia fiunt apud Macedonas, qui isto
pacto & numerant & appellant menses. Hæc si perceperis, ac insuper ante autumnale æquino-
ctium duodecim ferè diebus oriri Arcturum didiceris: Vergilias vero occidere post dies circiter
quinquaginta: scies quoto mensis cuiusque anni die vtrunq; sydus exoriatur. Obseruabis etiam,
si sequi Hippocratem velis, quæ acciderit aeri temperamenti mutatio. Cæterum non sunt pro
Lunæ ratione menses subducendi, quod multis iam Græciæ ciuitatibus est solenne: sed pro ratio-
ne Solis apud omnes vrbes antiquiores, & nationes complures, numerantur. Et Romani vni-
uersum annum in menses duodecim dispertiunt, quorum est vnus duodetriginta dierum, quem
à solstitio brumali numerant alterum. Ipse vero primus post solstitium quem totius faciunt an-
ni primum, vnum supra triginta assumit. Itidem tertius post solstitium: nam & hic dierum est
triginta

triginta vnius. Quartus triginta diebus constat. Quintus præter triginta continet vnum. Sextus E triginta dies habet. Qui sextum sequuntur duo, triginta sunt & vnius dierum. Qui hos excipit, triginta dierum est. Huic proximus vnius est & triginta, qui numero decimus est, totius anni. Triginta est dierum vndecimus. Duodecimus vnius supra triginta. Quod si cunctorum mensium dies in summam subducas, omnes sint quinque supra trecentos sexaginta. Iam si in hunc modum quatuor annos supputaueris, †anno quarto tertium mensem triginta duorum dierum faciunt: vt singuli anni tricenûm sexagenûm quinq; sint dierum, prætereaq; quadrantis vnius diei.

† ἐν δὲ τῷ δ τὸν τρίτον ἀπο τοῦ δ ποιοῦσι δυοῖν κ λ ἡμερῶν. *Tu tamen considerato. Nunquã enim alibi, quòd sciã, traditum est, mẽsem vllum anno quarto fieri 32 dierum, sed Februariũ 29 dierum.*

Vt vero Palæstini computant, duodecim menses efficiunt dies numero trecentos quinquagenos quaternos. Nam quando tempus à Lunæ cum Sole coniunctione vsq; ad aliam quamuis coniunctionem supra dies vigintinouem, alium præterea diem dimidiũ assumit, idcirco duos menses continentes quinquagintanouem dies, in partes diuidunt inæquales, atq; alterum dierum triginta faciunt, alterum vigintinouem. Quare quibus hæc est ratio mensium, aliquem facere intercalarem coguntur, vt primum præteritorum annorum reliqua cumulentur, & tempus fiat vnius mensis. Nam quando menses intercalares sint intercalandi, scriptum reliquerũt cum alij Astronomi, tum Hipparchus. Quare apud illos, qui menses hoc pacto numerant, non est dies constituere, quibus æquinoctia & solstitia fiant, & oriantur illustria sidera: apud eos, qui ad Solem rationem ineunt, F statuas: id quod à Romanis dixi, & Macedonibus, nostratibusq; Asiaticis, & vero etiam aliis nationibus obseruari non paucis. Itaque quando hæc percurri, omni disputationi sequenti communia, referam me ad institutam orationem: Vbi aeris statum, qui in Thaso accidit, auspicans ait, Autumno, circa æquinoctium & sub Vergilias, multum pluisse. Nam cum autumnus ad æquinoctium sit, & sit duorum mensium, non sub initium statim iste status cœpit, sed circa æquinoctium exortus est, pertinuitque ad Vergiliarum vsque occasum, dies circiter quinquaginta. In Thaso, autumno. De Quinti sententia nihil regio planè quicquam affert indicii ad morbos pręsagiendos, neque possunt futuri pręsciri vlla ratione: cæterum hoc tantum, incidisse morbos aliquos corrupto natiuo temporum anni temperamento. Interdum autem eorum ait formam non via & arte rationali, cęterum notum sola esse experientia. Et vero etiam intemperierum commissuras, quas συνδρομάς hoc est concursus, appellant medici empirici, aphorismos enarrantes, certorum morborum esse inuentas causas, experimentis referebant esse compertum. Exempli gratia: ‖ Cum hyems sicca & aquilonia fuerit, ver autem pluuium & austrinum, æstate existent fe- »
bres acutæ, lippitudines, & dysenterię. Et iterum: ‖ Hyems si pluuiosa & austrina fuerit, serenaq;, »
ver autem aridum & brumale, mulieres quibus instat in vere partus, ex qualibet occasione abor- G »
tiunt. & cętera, quę his subiunxit, vbi quatuor tantum differentias tempestatum scripsit, cum permultę sint. Quod attendere Quintus debebat, ac deinde animum intendere, ac requirere primum quidem quod ad anni tempora attinet, de natura deflectentia: deinde, vbi esse inuenisset plurima, omnium indagare numerum: Sub hęc considerare, quid solorum quatuor Hippocrates meminerit: Quę simul ac inuēta sint, viam perquirere atque rationem, cuius pręsidio omnium aliarum vim tempestatum poterimus cognoscere. Siquidem hic denique solus ad ea quę exoriuntur, & morbos vulgariter grassaturos pręsagiendos, erit accommodus: Immo occurrendi etiam, quoad eius fieri poterit, ne quis in eos incurrat, huic facultates soli dabuntur, qui via commemorata insistat: Aut si hoc per causę magnitudinem non poterit, vt iis quidem certe maxime remissis afficiatur. Nam facilius inuenturum sanè morborum curationem eum, qui ad hæc, quorum est à nobis facta mentio, mentem exercitauerit, quàm illos, qui nihil ante sunt meditati, neminem esse vel de plebe arbitror, quem istud fugiat, nedum probe institutos. Nam quòd plures ipse Hippocrates cognosceret, quàm quatuor, quas in aphorismis descripsit, tempestates, ex his ipsis libris, quos enarrare hic instituimus, satis cõstabit: in quorum primo, Primum descripsit statum, de quo dicit ad exitum, Cum esset autem totus hic status austrinus, & squalidus. Alterum, vbi item ait, H »
Cum totus esset frigidus annus, & humidus, aquiloniusq;. Tertium inæqualem & varium, qui »
paulo ante Arcturum cœpit, fuitq; frigidus & humidus: deinde ab æquinoctio autumnali ad Vergiliarum occasum omnino austrinus, vnà cum immodicis humiditatibus: postea frigidus & siccus simul cum ventis aquiloniis maximis per totam propè hyemem: deinde frigidus & siccus ad canis vsque ortum: dehinc affatim magni vsque ad Arcturum æstus, sub quem imbres austrini vsque ad æquinoctium. Hæc quãquam tempestas inæqualis esset, attamen frigus & siccitas in ea dominabantur. Statum præterea scripsit in horum librorum tertio, quem postea in vnum caput reduxit, his verbis: ‖ Annus austrinus, pluuius, à ventis in totum silens. Iam alium statum initio »
secundi scripsit ad hunc modum: ‖ Erant Cranone carbunculi æstiui, plueràt per æstum largo im- »
bri, idq; assidue. Acciderant autem magis Austro spirante. Nam hic vt est calidissimus & modice humidus, in vno scilicet anni tempore, quo accidit, æstate, ita ille de quo in tertio libro agitur, per totum annum. Iam vero sunt alii status proditi in Morborum vulgarium libris, de quibus in Aphorismis verbum nullum fecit. Cæterum quatuor illos, quos scilicet aliis frequentiores intellexit, ita vt essent exemplum, adiunctos cum causæ declaratione, quam in libro de aqua, aere, & locis

3ª. Aph. 11. Ex. ord. 20. h
3ª. Aph. 12. Ex. ord. 21. e
3. Epid. cõ. 3. t. 1. 3ª. 140. f
2. Epid. sect. 1ª. ĩ ipso lib. prin.

A locis expedit)in aphorismis tradere voluit. Quin etiam si vel præteriret prorsus causarum declara
tionem,liceret inuenire nobis eam ex ijs quæ in aphorismis tradidit, quæ viro sunt satis rationem
meditato ad ante dicta inuenienda. Neq; enim hoc te velim ignorare,id quod tametsi frequenter
multisq; locis abunde ostendimus, nihilo minus nunc dicemus, quatenus eius meminisse res po-
stulat. Singulæ in omnibus artibus complicationes medicamentorum simplicium, quia tantus * σαρμάκων.
est numerus,experimentis cognosci non valent: sed omnium harum vna est via inueniendi,eaq; Sed forte πραγ
per sua cuiusq; elementa,vti fit in Grammatica. Proinde & quæ statuum elementa sint,ab ipsa rei μάτων: i. rei.
ingressi essentia,cōtemplemur,vt in libris de demonstratione didicimus. Quare sermonem à ca-
pite arcessemus, exponemusq; tibi ordine omnia, re prætermissa nulla. Humiditate, calore, fri-
gore, & siccitate tempora anni mutuo distant. Nam Hyems quidem humiditate alijs frigoreq;
præstat: Æstas item calore ac siccitate: Ver planè in medio est vtriusq;: nam in vtraq; oppositio-
ne neutrum alteri illic præstat, neque sicco humidum, neque calido frigidum, verum est quasi am
barum æquilibrium oppositionum,æquabilitasq; horarum omnium totius propè diei & noctis,
atq; nulla in illis fit magna immutatio aut exuperantia, cuiuscemodi conspicias in autumno: Hic
enim de matutino frigus viget, circa meridiem magnus æstus, qui rursus ad crepusculum vesper-
B tinum transit in algorem: dominatur tamē in eo siccum humido, & frigidum calido. Habes tem-
porum anni temperamentum: quorum ferè mutatio fit paulatim, vt à nemine toto tempore sen- * κατὰ βραχύ.
tiatur: sin † cōfertum, sentiatur: non tamen affatim aut immoderatè in humidorum temporum
& naturalium mutationibus. Igitur oriēte Arcturo pluit ferè, simulq; spirant venti frigidi: quòd † κατὰ μείζονα.
tum autumni est principium, tum finis æstatis. Deinde tempore sequente paulatim, ita vt non
percipiatur, fit mutatio in frigidum: quam vicissitudinem facit Vergiliarum occasus sensibilem.
Dehinc vndequaque similiter ad æquinoctium vernale venit, ac interim par fit adiectio vsque ad
Vergiliarum ortum: Sæpius vero etiam manifesta quædam sub tempus æquinoctij, at modera-
ta tamen. Iam ab ortu Vergiliarum augetur calidum & siccum vsque ad Canis ortum modicè &
pedetentim. Qui vbi adsit, aliquantisper regnabunt austri. Mox succedent pluuiæ tantæ, quan-
tæ spirent Etesiæ ad ortum vsque Arcturi. Itaque experimentis & ratione didicimus, vbi in hūc
modum anni tempora procedant, & in se mutuo conuertantur, non existere neque pestem vllam,
neque quenquam alium morbum vulgarem, sed solos dispersos, quos vocat, morbos, qui victus
comites sunt. At quia singulis anni temporibus singuli vigent humores (vt ab illo accepimus)
hyeme pituita, sanguis vere, æstate bilis, autumno bilis acida, ideo fit, vt qui praua vtuntur ratio-
« C ne victus, non ijdem eos tenent omni tempore morbi, sed, vti ipse docuit, Vere melancholiæ, in-
« saniæ, morbi comitiales, & sanguinis profluuia, alijq; morbi, quos secundum hos recenset: Æsta-
te alij, alijq; autumno: Item alij hyeme: qui ex offensione quidem in ratione victus proficiscūtur,
cæterum immutantur eorum formæ pro anni tempore, ætate, & natura. Nam quia pro naturis &
ætatibus tum corporum alterantur temperamenta, tum humorum exuperantiæ dissident, pro-
inde pro harum etiam ratione commutatur nunc species morborum. Ac de differentijs quæ in-
« sunt in ætatibus, in hunc modum scripsit: [a] ‖ In ætatibus autem exercent paruos pueros & infan- A 3ª. Apho. 24. Ex. ord. 25. a
« tes oris vlcera, quæ aphthæ vocātur, & vomitiones. & reliqua quæ subiunxit his per omnem æta-
« tem. De naturis hoc pacto: [b] ‖ Inter naturas, hæ ad æstatem, illæ ad hyemem bene aut male com- B 3ª. Aph. 2. Ex. ord. 20. a
paratæ sunt. [c] † Quo fit vt obtineat parem vim laborantis corpus ad concitandam causam, ac aer: C Al. Quo fit ut laborantis corpus parē rōnē causæ efficientis obtineat, ac aer.
quæ vbi ambo coeant, acquisititium efficiunt temperamentum, cuius comes est vulgarium mor-
borū ortus. Iam si videamus, quid in corpus humanum calor possit aeris, quid autem frigus, sic-
citas, & humiditas: videamus item ipsam patientem materiam, qualis sit: facile iam fit inuenire &
præsentire futuros morbos: immo vero ante hæc etiam illud rectè dictum cognoscemus: [d] ‖ In cō
« stantibus temporibus, cum tempestiuè tempestiua proueniunt, morbi constantes & boni iudicij
« D fiunt: in inconstantibus inconstantes & difficilis iudicij. Itaq; quænam sint qualitatum earum fa D 3ª. Aph. 8. Ex. ord. 20. f
cultates, quarum meminimus, humiditatis, siccitatis, caloris, frigorisq;, audiamus ipsum Hippo-
« cratem in aphorismis dicentem: [e] ‖ Ex anni autē tempestatibus in vniuersum siccitates imbribus E 3ª. Aph. 15. & 16. Ex. ord. 22. g. h
« sunt salubriores, & minus lethales. Morbi autem in imbribus magna ex parte sunt febres longæ,
« alui profluuia, putredines, morbi comitiales, apoplexiæ, & anginæ. In siccitatibus vero tabidæ lippi
« tudines, articulorum morbi, stranguriæ. Hæc ille de productis in longum spatium tempestatibus
retulit. Atque vt hic de differentia humiditatis & siccitatis docuit, sic quæ caloris sit & frigoris dif
ferentia, ibi tradit, vbi de aquilonijs & austrinis scripsit statibus. Nam in nostro tractu aquilo fri-
gidus est, calidus auster: nisi forte (id quod rarum est) ineunte vere frigidus sit, aut alio quopiam
anni tempore aliquantisper talis spiret: atqui ne tum quidem est aquilone frigidior. Quare atten
« de sequentia, vt scripsit de his in aphorismis, sic orsus: ‖ Austri auditum hebetantes, caliginosi, ca- 3ª. Apho. 5. Ex. ord. 20. c
« put grauantes, pigri, dissoluentes: quando huiusmodi tempestas dominetur, eiuscemodi vigent
« morbi. At si aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, laterum do-
« lores & pectoris: quando hæc tempestas dominetur, talia in morbis expectanda sunt. Habes
quæ de vehementibus australibus & aquilonijs statibus, qui multo tempore durant, ab eo dicta
sunt.

funt. Oſtendit enim per verbũ δυναςεύειν .i. dominari, nomina hæc non eſſe eius, qui vere aut mo E
dico tempore ſpirat: nec ei, qui pluribus quidem diebus, ſed imbecillus eſt, hoc ſe nomẽ tribuere.
3ª. Aph. 17. Ex. ord. 23. c — Iam de temporarijs auſtrinis & aquilonijs ventis accipe, quę dicat. ‖ Tẽporarię autem tẽpeſtates,
aquilonię quidem corpora denſant, contendunt, roborant, & reddunt coloratiora, auditũ iuuãt,
aluos exiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis obſederit, eum augent: Auſtrinæ remit-
tunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, caput grauant, & vertigines creant, & oculis at-
que corporibus difficilem motũ efficiunt, & aluos lubricant. Porrò prodita ſunt ab eo in Apho
riſmis & alia, de natura temporum, & conuerſione inter ſe ſubita: quorum ſingula ſuo loco citabi
mus. Hic ſat erit, ſi didicerimus primas elementares ſtatuum virtutes ab ipſo eſſe Hippocrate pro-
ditas. Quarum veſtigijs in quibuſuis qui inciderint ſtatibus, nos via oportet & ordine progreſſos
inuenire, cuiuſmodi impendeãt morbi, & quemadmodum eis ſit occurrendum: aut ſi iam inuaſe-
rint, qua ratione curandi. Hic ſcilicet huius eſt commentationis maximus fructus. At in elemen-
tis horum locus eſt ẽt, qui etiam ad prouidendos morbos non nihil coindicat: vt itẽ natura vniuſ-
cuiuſque, ætas, vitæ ſors, victus ratio. Oſtenſum autem ab eo eſt dilucide in libro De aqua, aere, &
locis, qui cuique regioni frequentes ſint morbi. Poteris itaq; hinc, quam ob rem aeris nimium fri-
gidus & humidus ſtatus morbos, prout poſtulat ipſius natura, ab eo oſtenſos parturus eſt, ſimile F
indicium ſumere à loco, ac ab ætate, natura, vitæ inſtitutis, & victus tota ratione. Etenim qui & na
tura ſunt frigidi & humidi & externis circunſtantijs, facilius morbis, quos humidus & frigidus ſta
tus parit corripientur: contrarij, ægrius. Si igitur plaga humida & frigida per ſe talem ſtatum ha-
beat, morbi generabuntur facile ei ſtatui familiares, faciente ad hoc etiam plaga. Quemadmodum
ſanè rurſus ſi aliquando calidior ſiat & humidior ſtatus, qualem in ſecundo de vulgaribus morbis
2. Epid. ſect. 1ª. ſtatim in principio. — libro deſcripſit in principio: ‖ Pluebat, inquit, per æſtum largo imbri aſſidue. Intereſt certe ad di-
ctorum putridorum generationem morborum aliquantulum ipſe locus, præſertim ſi vtrinq; in-
temperatus ſit, calidior ſcilicet, & humidior. Referet etiam, ſi alterutra parte intemperatus ſit, vt
Cranon, in loco concauo ſita & meridionali: vnde maxime morbis putridis, vt carbunculis, infe-
ſtata eſt: atq; præter cætera incommoda, auerſa eſt etiam à ventis aquilonijs, ventorum ſubiecta
tranquillitatibus, quas νηνεμίας appellant Græci. Atq; Cranon huiuſcemodi eſt. Thaſus aliter cõ
parata eſt, expoſita eſt enim ventis aquilonijs & frigidis, Thraciæ ex aduerſo. Vnde cũ ad auſtri-
na ſpectaret totus ſtatus, adiunctosq; haberet ſqualores, ſua ſponte quidem reſiſtebat ſtatui locus
Supra. 101 h. t. 1. — hic: qui certe ſi meridionalis & in conualli eſſet, peſtilentiſſimus ei fuiſſet hic ſtatus. ‖ Pluuiæ erant
* μαλθακῶς. — multæ, continentes, lẽnes. Tribus modis pluuiæ multæ fiunt, interim ob ipſum imbrem cõfertim G
decidentem: interim diuturnitate temporis, licet guttatim tantum ſingulis diebus decidat: inter-
dum ambobus coniunctis: quorum habes omnium in libris de morbis vulgaribus ſcripta exem-
1. Epid. cõ. 2. — pla. Primi modi ſtatum quem auſpicatur in hunc modum: ‖ In Thaſo ante Arcturũ pluuiæ erant
t. co. 3ª. 113. c — multæ. Significat enim has fuiſſe magnas multitudo pluuiæ conferta. Alterius modi exemplum,
Supra. 101. h. t. 1. — id eſt, quod modo eſt dictum: ‖ Pluuiæ multæ, continentes, lẽnes. nam aquæ erat collecta multitu-
* μαλθακῶς. — do, propterea q; longo tempore perpetua pluuia eſſet, & non prorſus larga vno tempore. Tertij
2. Epid. ſect. 1ª. ſtatim ĩ princ. — modi exemplum eſt, quod initio libri ſecũdi de vulgaribus morbis proditũ eſt: ‖ Pluebat per æſtũ
larbo imbri aſſidue. largum enim cum ſuperiore modo conuenit: aſſidue, cum ſecũdo. Sed illos
ſtatus aliàs explicabimus, ſuo vtrunque loco. Is vero, de quo ſermonem inſtituimus, qui incidit in
* μαλθακῶς. — tra æquinoctium autumnale & hyemis principium, imbrem, quandiu vigeret, lẽnem habuit, vt
eſt ab eo dictum: quod oppoſitum eſt his, confertim, large, vehementer.

2 *Hyems Auſtrina.*

Non ſe latuiſſe finem eſſe Autumni Vergiliarum occaſum, quem nomine breui Vergilias ap- H
pellat, non obſcure indicauit. Nam poſtquam ante dixiſſet / circa æquinoctiũ / addidit / & ſub Ver-
gilias: / ſcripſitq; deinde / hyems auſtrina / quaſi nullum interceſſerit peculiarem requirens declara
tionem tempus, ſed coniuncta ſit cum Vergiliarum occaſu hyems.

3 *Parui Venti Aquilonij.*

Paruos, inquit, ventos fuiſſe hyeme: q; ſi in natura ſua hyems conſtitiſſet, omnino fuiſſent ma-
gni. Atq; ijs hoc duplici nomine accidat, vti & nunc parui videantur fuiſſe, cùm ſua ipſorum ma-
gnitudine, tum temporis prolixitate. Spirarunt enim diebus paucis aquilonij, atque hi non vehe-
mentes: cum habere hyems magnum aquilonem, & longo ſoleat tempore.

4 *Squalores.*

Tempeſtatem iuſto ſicciorem appellauit parum vſitate αὐχμὸν .i. ſqualorem, cũ ſoleamus nos
non ſimpliciter ſicciorem, ſed extreme ſiccam ita nominare. Qui autem fieri potuit, aut cui proba-
tur eò ſiccitatis deueniſſe hyemem, vt iuxta ac æſtas ſqualidam terram redderet? Neque enim
eiuſcemodi

A eiuſcemodi fiat in vere ſtatus, cui nunc fuiſſe aſſimilem omni ex parte hyemem dicit.

5 *Omnino Similis Veris Hyems fuit.*

Sicciorem quidem, quàm eius natura poſtularet, hyemem ait fuiſſe, non tamen æque ſiccam atque æſtatem. Itaque ſqualorem, quem eſſe nuper diximus improprie vſurpatum, accipere par eſt non abſolute hoc loco eſſe ab eo dictum, ſed ad aliquid, ſicut formicam magnam aut montem paruum. Nam vt hyems erat in præſenti, non ſimpliciter ſqualida: quemadmodum nec magna formica eſt magna ſimpliciter, ſed vt magna formica, quæ ſanè paruo etiam eſt monte minor: nec nõ hyems ſqualida, eſt humidior æſtate: Sicut hyemem præſentem comparando ait: Omnino ſimilis veris hyems fuit.

6 *Ver Auſtrinum, Frigidum, Paruæ pluuiæ.*

Videtur quidem dixiſſe ver auſtrinum, non quin oĩno in eo fuerint venti aquilonij: ſed quòd pauciſſimi initio, atque adeo pauci, vt temporis illius ſtatum totum auſtrinum appellaret.

7 B *Aeſtas ferè tota erat Nubiloſa, Nihil pluit: Eteſiæ paucæ, paruæ, ſparſim ſpirarunt.*

Siquis, quæ dixit de æſtate, omnia colligat, dicat ẽt hanc auſtrinam ſimul ac ſqualidam fuiſſe.

8 *Cum eſſet autem Totus hic ſtatus auſtrinus & cum ſqualoribus.*

Non quin aliquando plueric toto anno, dixit cum ſqualoribus, ſed ꝙ quàm pauciſſime. Nam dempto primo tempore ab æquinoctio autumnali, vſq; ad Vergilias, quicquid ſucceſſit temporis, ſatis caruit imbribus. At αγωγὴν Hippocrates aeris appellat ſtatum. Quare ſi verum eſt cũ aere ſimul alterari animalium corpora, per imbres fiẽt humidiora, per ſqualores ſicciora. Et cum vigent calores, caput erit firmũm: cum frigora, erit ipſum quidem leuiſſimum, cæterum thorax & pulmo laborabunt. Vnde quæ corpora commemorato ſtatui, qui propoſitus nobis eſt, mediam obtinenti naturam inter ſerenum omninoq; clarum, & pluuioſum, aſſimilantur, medium ſtatum habebunt temperamenti: quẽ mihi nubiloſum, da, vt appellẽ. Nã hoc aeris ſtatu exiſtẽte, cõſtitutoq; ſimul alterari corpora noſtra, atq; aſſimilari huic, quò euadat ſermo clarior, nihil fuerit cauſæ, quin ſtatum in ijs genitum appellem veluti nubiloſum quendam. Vt igitur cum hyems ſuum ſeruet temperamentum, non poteſt non generari humor frigidus & humidus, pituita: æſtate contra
C calidus & ſiccus, pallida videlicet bilis: Ita cum nubilus ſit aer, aliquis dominatur humor, in pituitoſis quidem naturis nebuloſa ac nubiloſa, vt ita dicam, pituita: in bilioſis vero, nebuloſa ac nubiloſa bilis. Etenim ſemper aliquid è corpore noſtro vaporoſum emanat: ſed in ſiccis ſtatibus plurimum, in humidis pauciſſimum. Atq; cum in corpore aceruatum hoc ſit, ſimilem reddit nebulæ et caligini innatum nobis ſpiritum. Æmulatur enim in ambiente animantes aere ſpiritũ vapor. Vnde ne hic dubitemus dicere, in tali ſtatu talẽm generari inſitum nobis ſpiritum. Atqui vbi eodem tempore duo hi affectus, aut nebulæ aut caligini accidũt, vt & attollatur & ſtipetur, alba efficitur nubes: nam quando planè vacat humiditate aer aquilonius, nequeat conſtitui vnquã nubes. Efficitur ea aut ſplẽdida aut atra, cauſa raritatis vel ſpiſſitudinis. Ac rareſcens nubes in ſe Solis lucem ſuſcipit, quo fit, vt ſplendeſcat, illuſtrante videlicet eam Solis ſplendore, quale in corporibus pellucidis cernas. At ſi conſtringatur nubes condenſeturq;, quia nullus eſt Solis luci tranſitus, atra merito hęc apparet, nõ aliter ac nocte ipſe aer deſtitutus lumine ſolari. Sanè videtur manifeſte in terram ſubinde nebula decidere, qui ros appellatur: Interim ſupera petere planeq; nubes fieri vel cãdida vel atra: Candida, vbi intra ſe totam radios admittat ſolares: Atra vero, cum eos plane excludat: Medios inter hos colores nubes pro quantitate ſplendoris, qui ipſis admiſcetur, accipiunt.
D Sed videbitur forſitã hic ſibi ſermo minus conſtare, eleuari in altum dicens humorem & conſpiſſari. Suſtolli enim caloris opus eſt, frigoris conſpiſſari: non poteſt porrò idem ſimul eſſe & calidũ & frigidum. Sed ſi ipſum animaduertas, qui ſupera petit, vaporem eſſe calidum, atq; eius gratia in ſublime ſubuehi: frigidum autem eſſe aerem, qui vaporem excipit: deſines dubitare, qui fiat, vt ſimul & ſurſum feratur & conſtipetur. Nam vt ſuſtollatur, ſua ſponte habet: vt cogatur ac conſtringatur, per excipientem aerem, qui quo erit frigidior, hoc aſcendentem nebulam cõſpiſſabit magis ac coget. Vbi itaque nec calfacit magnopere aer, nec perinde refrigerat, eleuata nebula neceſſario in eo commorabitur talis, qualis erat à primo: euadetq; planè per ſe cãdida nubes, vbi à Solis creatur ſplendore: media vero inter albam & nigram, quando eam Sol nõ vndequaque irradiat. Proinde noli mirari, qua de cauſa animantium corpora huius aliquando cœli ſimilem habeant intus
« affectionem: quin potius crede dicenti Hippocrati, || Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput 3. Aph. c. Ext. ord. 2o. c
« grauantes, pigri, diſſoluentes. Perſequitur enim his verbis corporis vitia, quibus eſt obnoxium in auſtrinis ſtatibus. Vnde vt hæc / caput grauantes, diſſoluentes, & pigri / ad ea quæ ab Auſtro parãtur in corporibus noſtris planè referuntur: ita eſt cenſendum, caliginoſum eſſe dictum, vt indicet eam quæ ab illo in nobis coaceruatur, „& non aeris caliginem.

Aure

9 *Ante Ver ex priore cœlo, quod huic subcõtrariũ fuerat, aquiloniumq́; Paucos Ardentes febres corripuerũt, eosq́; admodum stabiles, Paucisq́; Sanguis erupit, Nec ex his peribant.* E

Non fuisse aquiloniam tempestatem ante ver diuturnam hinc constat, quòd nuper totum tem-
peramentum vocauerit austrinum: non ita dicturus, si multos dies Aquilo spirasset. Attamen cũ
aer fuisset vel paucis diebus aquilonius, corripuerunt paucos morbi ardentes, atque hi admodum
leues, & qui statim consisterent: ait enim/eosq́; admodum stabiles. Scribunt autem alij πάνυ εὐστα
θῆ, alij Ionice εὐσταθέα, in æquali tenore & nullo periculo cõiuncti. Ad hæc paucos ait sanguinis
eruptionem habuisse: quod vehementibus erat febribus ardentibus peculiare, vt etiam delirare, et
mori. At ista ijs, quæ tum vigebant, non erant adiuncta, sed cum moderatissimæ fuerunt, tum mi-
nime multos inuaserunt: quòd vehemens & quasi germana ardens febris à flaua bile, quam qui-
dem etiam pallidam vocant, sit oriunda. Hanc, vt ostendebamus, in proposita tempestate superio
ri æstate tantum habebant qui natura erãt biliosa: eamq́; non multam, nec postea, eò ꝙ cum hu-
midus ante dictus esset status, etiam atque etiam caliginosior ac nebulosior euaderet. Optimo er-
go iure pauci in ardentem febrem inciderunt, qui perquam essent biliosi: neq; tamen hi in exqui
sitam neq; vehementem, sed lenẽ ac discussu facilem. Itaq; quos corripuit, hac de causa corripuit. F
Sanè enim præcesserat æstas autumnum, quæ secũdum naturam comparata fuerat. Orditur enim
Hippocrates enarrare tempestates inde, vbi de natura sua primũ aer deflexerit. Sed necessario per
æstatem naturalem aceruabatur multũ biliosis plenior hic succus. Vnde qui succedebat status per
totam hyemem vsque ad ver, hunc humorem nec auxit, quippe quæ calida non esset magnopere
aut sicca, vt æstas: nec imminuit ẽt, neque enim satis erat frigida, vt quę in statu est naturali hyems:
at nec per halitum digessit, nam non erat exacte sicca. Restat igitur integrum illum permãsisse, ac
formam sibi quasi caliginosam comparasse atq; nebulosam, propter modicam aeris humiditatem
& calorem, qui cum vapore coaluerat. Verum ante ver, cum subito præter morem Aquilo spiras
set, isq́; in interiores corporis partes impulisset humores, tenuissimus primus fluebat, itaq; febrem
ardẽtem induxit. Neque enim in quibuslibet corriuatus partibus corporis, febrem potest humor
hic excitare ardentem, verum circa "ventriculum & huius præcipue os, circaq́; iecinoris partes si- A.l.4.f.1.
mas. Itemq́; non prorumpebat sanguis. Sanè proprium est, siquid aliud, synceris febribus arden- c.40.424.c
tibus, per sanguinis eruptionem iudicari. Appellat autem Hippocrates αἱμοῤῥαγίαν.i.eruptionẽ
sanguinis, non adiecto ex quo vacuatur sanguis membro, eam quæ ex naribus fit. Atqui nihil ha
bet admirationis, si recludantur & dirumpantur huius regionis venæ à sanguine, qui sursum inci- G
tatus calore efferẽ: à quo necesse est ipsum inflari, ac tũ reserari venas, ac rumpi ob spiritus copiã,
qui dirumpit vel vtres ac dolia, cum in musto feruescente accumulatur. Cæterum hoc symptoma,
præsentes febres ardentes non est comitatum, ꝙ essent, vt est dictum, moderatæ.

10 *Tubercula vero Multis secundum alterutram aurem, Plurimis secundũ vtranq; extiterunt, Febre carebant, Erãt recti. Nõ nullis parum Accendebantur, sed extincta omnibus sunt citra incommodũ: Nemini q́; Suppurarunt cuiquam, vti solent, quæ alijs ex occasionibus extuberãt. Erat eorum hæc natura, Laxa erãt, magna, diffusa, citra phlegmonem, atque citra dolorem, Obscure omnibus euanescebant.*

Omnia "quę dicta sunt, ob dominantem acciderunt caliginosam materiam, à qua alia solent cũ A.l.4.f.31.
pituita existere, vt œdematosa: alia cum flaua bile, vt erysipelatosa: nõ nulla cũ sanguine, vt phleg c.9.454.b
monosa. Quę tamen omnia resident facile, quòd prompte eiuscemodi materia digeratur: E diuer
so quæ crasso constant, & lento humore, ægre discutiuntur. Porrò quæ acciderunt in tempestate
præsenti, laxa erant, id est mollia, & digitis cedentia, & quæ ad eorum impressionem cauabantur.
Citra phlegmonem, hoc est citra phlogosin.i.inflammationem. Citra item dolorẽ, ꝙ vtroq; scili- H
cet, quod dolorem parit, vacarent: quæ sunt, corporum contentio, & intemperies magna. Conten
tio fit ob crassos humores & glutinosos, adeo partibus impactos afflictis, vt resolui citra negociũ
nequeant: Intemperies autem valida, quòd ferueant illi nimium, aut frigidi sint. Quare sunt meri
to tumores laxi & sine exulceratione, à dolore liberi: qui quia essent eiuscemodi, facileq́; residerẽt,
ideo non suppurabant, vti solent qui alijs ex occasionibus exurgunt. Hoc autem nomine προ-
φάσεις Hippocrates (nos vertimus occasiones) aliquando (vt vulgo assolet) in causis vsurpat
cõfictis: interdum causas manifestas sic vocat: non nunquam simul omnes. Hic appellauit sup-
purationes alijs ex occasionibus prouenientes, quas euenire ipse in febribus docuit, in quibus
humores sunt aceruati multi, crassi, & crudi, qui propter vehementiam & acuitatem & copiam
febrilis "caloris caput petunt: hos deinde in adenibus aurium deponit natura: vnde Parotides, A.l.1.f.23.
quas vocant, exoriuntur. Verum enim vero non erat in hoc statu ea humorum affluentia: & su.1.c.106.
qui constiterant ad aures tumores, quia materiæ erant spirituosæ, statim digesti sunt. Patet er-
go morbos ardentes in principium incidisse veris, cum spirassent Aquilones: istas autem pa-
rotidas toto viguisse reliquo tempore: sed erant moderatissimæ, ob causas nimirum quas recen-
sui, vt

A sui, vt homines ab ijs ὀρθοστάδην id est recti affligerentur, hoc est vt illas absq; dolore sustinerent obambulantes, ac solita munera obeuntes: neque, vt in morbis grauioribus, necesse haberent decumbere: etenim preter cetera neq; insigniter febriebant. Quod si quis esset etiam ex illis calidior, non diu hoc patiebatur. In causa erat exuperãtis, vt est dictum, natura humoris, qui maiore ex parte aerius erat & frigidus.

11 *Accidebant hæc Adolescentibus, Iuuenibus, Adultis, atq; præter cæteros Luctatoribus, & Athletis, Mulieribus vero parum multis.*

Communis hæc causa in omnibus attendenda est decubitibus humorum, quam aliàs Hippocrates exposuit, Humores calidiores in sublimiores partes corporis decumbere, frigidiores in infernas. Quando igitur dominans hoc statu humor subfrigidus esset aeriusq; ac mediam teneret naturam inter eos qui facile ascendunt, & qui deorsum vergunt, ideo solis his in caput inuadebat, qui erant aut propter ætatem, aut vitæ genus, temperamento calidiore. Nec præterit nos, adolescentulos ob ætatem esse non ob vitæ sortem calidos, vt etiam adultos: qui vero in palæstris ac gymnasiis versantur, hos ob vitæ institutum. Quo sanè pauciores infestauerunt mulieres, easq; B iuuenes, & natura calidiores, & quæ non vixerant in ocio.

12 *Multi præterea Infestabantur Arida tussi, Nihilq; excreabant, Nec multo post Raucescebant.*

Quæ'nam tusses aridæ sint, ipse aperit hisce verbis /nihilq; excreabant./ Hæ fiunt autem, interdum exasperatis modo faucibus & gutture, nullaq; pulmonem tenente affluentia humorum: atq; hi nihil expuunt, neque enim superflui habent quicquam, quod reijci vel expelli oporteat. Aliæ etiam fiunt aridæ tusses ob intemperiem respirationi seruientium instrumentorum: at ne hic quidem est, quod expui desideret. Præterea aliæ, vbi illis inhærescunt humores, qui euacuationem requirunt: qui quidem non excernuntur tamen duabus de causis: Vel φ lenti sint & crassi, & pulmonis firmiter chartilaginosis infixi fibris, quas bronchos appellant Græci: quod in lateris doloribus (quos ἀπτύστους hoc est in quibus nihil expuitur, vocant) accidit: Vel quòd humor, qui a capite defluit, non aliter atq; aqua, sit subtilis. Etenim prius hic per guttur & asperam arteriam delabendo in pulmonẽ funditur, quàm à spiritu concitato per tussim subduci possit. Quod accidisse tum Thasiis videtur, quorum esset ab austrino statu caput repletum, & hoc destillationem transC mitteret omnibus regionibus thoracis: nam talem tum tussim fuisse, symptoma huius comes te-« statur: Rauci inquit enim, qui eo modo tussirent, euaserunt. In causa humor erat destillans, à quo vocis instrumenta irrigabantur, vt in libris de voce declaratum est.

13 *Non nulli multo post. Quibusdam Testiculus alter, alijs Vterq;, cum dolore Inflammabatur.*

Illius pars, qui in pulmonem decidit ex capite, pro eo quòd inter se consentiunt instrumenta, ad testiculos peruenit. Quatenus autem cum genitalibus conueniat thoraci, in alijs libris tractauit. Cæterum quod in testiculos decubuit, erat id malignius, neque iam primo illi simile, vt quod in thorace diuturnitate computruisset. Recte ergo erant testiculorum inflammationes cum dolore coniunctæ, neq; perinde vt parotides à dolore immunes. Nam quòd aut alteruter, aut ambo testiculi humorum excepissent abundantiam, in causa erat copia illorum. Siquidem quibus paucus proueniret, his in alterum: quibus amplior, in vtrunque impegit.

14 *Quidam Febricitabant, quidam non.*

D Qui tum abundabant humores, hos neq; magnopere calidos esse, neq; nimium frigidos diximus: sed inter vtrosq; tum natura, tum temperamento intercedebant. Vnde pro ætatum & naturarum tẽperamentis vitaq; laborãtium, alijs ad calidius inclinauerunt, itaq; febricitarunt: non nullis quod à primo habuerant, retinuerunt temperamentum, febrem excitare impotens.

15 *Plurimis hæc Laboriosa fuerunt.*

De omnibus quæ commemorauit, hoc dixit: prædixit autem tusses, raucedinem, & in testiculum abscessus, & quosdam tenuisse illorum etiam febres. Hæc ergo, inquit, symptomata maximæ ægrorum parti laboriosa acciderunt, hoc est moleste, neque vt recti incedentes facile sustinerent, sed plurimi ipsorum decumberent, quòd longitudine temporis in dies collecta excrementa euaderent etiam atque etiam acriora atque maligniora. Nanque austrinæ tempestates, si diuturnæ sint, putredines inducunt, potissimum vbi sint humidæ: verum quando hic status humidus non esset, diutissime nihil erat molestum corporibus: tempore vero molestiam afferebat. Et hæc quibusdam de illis tandem euenerunt, quæ mox ab initio omnibus accidissent, si austrinus status humidus fuisset.

16 *Cætero quantum ad Ιητρεῖον, Sine morbo degebant.* E

Bifariam dictionem κατὰ ἰητρεῖον scriptam in exemplaribus inuenias. In aliquibus, vt nunc est dictum, postrema syllaba per ο scribitur: in alijs per η. Significat autem prior lectio ea, quæ in medica officina fiunt, altera quæ secundum materiam medicam: vt aut operibus quæ in medica officina in laborantibus administrantur, Thasii abstinerent: aut ijs, quæ per materiam medicā fiunt, in ijs, qui prædictis detinentur incommodis. Ex vtraq; sententia & lectione apparet leuiter afflictos fuisse homines, dum duraret ver: quòd morbos quę parerent causæ malignum haud dum qc quam haberent, quod diuturnitate temporis consecutæ sunt.

17 *At vero ante Ineuntem æstatem, per eįj; Aestatem & Hyemem, Multi, qui longo iam tempore submarcescebant, ex Tabe decubuerunt: Quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit.*

* ὑποφθειρομένων. al. ὑποφερομένων i. sustinebant, vt uertit īterpres pag. 146. a. & 151. b

Quos dixit superius tussire quidem, excreare tamen in vere nihil, hos æstate ait, & secundum æstatem intabuisse, rem enarrans, quæ cum ijs constat, quæ oculis conspicimus. Etenim quæ capitis destillationes tussim primo concitant hominibus & raucedinem, neq; tandem consistunt, alteram hæ tabis differentiam generant. Sunt enim duæ eius maximæ differentiæ: Vna ex illis, quos caput demittit, fluxibus cōstat: Altera quę ex affectibus ipsius pulmonis proficiscitur, omninoq; postquam expuitur sanguis, potissimum vase rupto: sępenumero etiam fluxione impleto viscere hoc, alia de causa ex partibus alijs, nō ex capite. Quòd si ergo à vere austrino in statum æstas aquilonium sit mutata, non fuissent manifesti, qui à tabe clam exedebantur, neque prorsus tabuissent. Quia vero non modo in aquilonium non trāsiit status austrinus, sed erat etiam nubilosa ferè ęstas, idcirco capitis destillationes erant perpetuæ: ac destillantes humores omnes præcipue in pulmone computruerunt, ita vt ijs ad meram tabem generandam nihil deesset. F

A. l. 3. f. 10. i c. 18. 271. f.

18 *Quibusdam autem cœpit primum: Atq; his vergebat ad Tabem natura.*

Tabidos græce φθινώδεις appellant veteres medici, qui morbo tabifico, quam etiam φθόην vocant, sunt opportuni. Tales planissime sunt, qui adeo sunt angusto thorace & restricto, vt à tergo in morem alarum promineant operta scoptula: vnde etiam hos πτερυγώδεις quasi alatos vocant. Prçterea quibus caput facile impletur, quodq; spiritus organis multas destillationes demittit, hi facillime tabescunt. G Hæc si ambo in vnum cocāt & thoracis figura, & capitis imbecillitas, sunt eiuscemodi quidem naturæ semel tabi obnoxiæ, ambabus nature de causis. Etenim hi quorum caput ad pulmonē mittit fluxiones, diuturnitate temporis fiunt tabidi, ac in pulmone sæpe rumpitur illis vas propter visceris angustiam & infirmitatem. Habes de tabidis. Quia vero dixit Hippocrates /quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit/ id est æstate: ac deinde subijcit /quibusdam autem cœpit primum, atq; his vergebat ad tabem natura/ mihi parū videtur eius oratio consona rationi: nam erat multo probabilius tales vere, quàm æstate, incipere, quòd qui accommodati sunt, vt certis incommodis facile capiantur, citius isti in eos incidant, ac imparati. Videtur igitur, vt etiam in alijs locis horum librorum de vulgaribus morbis, ordo esse inuersus orationis, lapso eo qui hæc primus descripsit, neq; errato postea emēdato, & item quoq; huic loco accidisse, ac orationis hæc esse series: Quando etiam multis ambigentibus tum confirmauit, quibus vergebat ad tabem natura. ac deinde: Quibusdam autem cœpit primum. Postea

A. ibidem. g

* φύσεως .i. naturæ. sed forte φθίσεως .i. tabis.

19 *Mortui vero multi sunt, & plurimi de his, & illis qui decubuerunt. Atq; haud scio, an vel mediocri quis tempore vitam produxerit.* H

De tabidis scilicet: nam id intelligendum est: siquidem in hunc modum est totum hoc scriptū caput. Nam vel iam quæ subdidit omnia, sunt communia tabidis: quod perspicies, si Hippocratis dictiones attendas: auspicaborq; ab hac, quæ mox adscripta est.

20 *Interierunt Celerius, quàm talibus esset consuetum.*

Tabidos inquit solito vitam finiuisse celerius. Cuius mox ipse causam subiungit, vbi ait /febres horrificæ, continuæ, acutæ/ id enim præter consuetudinem tabem comitatur, quod tum videtur accidisse. Causa est, cur hæc ambo congruerent tabes & eiusmodi febris, quòd status esset antecedens ad corpora affecta comparatus. Siquidem dixi paulo ante, qui calidiore erant temperamento, illos in primis laborasse ex destillationibus capitis: horum nanque caput præcipue erat in austrina tempestate repletum. Quibus ipsis longius protracto nebuloso statu, vsu venit vt humores, qui in corpore essent, putrescerēt: vnde malignitas extitit febrium. Quòd siquibus minus esset calidum temperamentum, his neq; computruerunt humores, neq; caput repletum est, extra paucos, idq; temporis diuturnitate. Nam quod citius patiūtur naturæ iniuriæ opportunæ, id cæteris

A teris tardius accidit. Neq; sane erat mirum, cum priori austrino statui æstas succederet non austrina modo sed nebulosa etiam, prouenisse hinc putredinem quandam humorum vel in frigidioribus corporibus, nedum in calidioribus.

21 *Nam Alios quidem & Diuturniores, & Cum febre coniunctos, Facile ferebant, nec moriebantur: De quibus iam scribemus.*

Alios inquit morbos præter tabificos, de quibus ille verba fecit, etsi essent longiores, & febrem haberent adiunctam, non tamen grauiter tulerunt. Cuius paulo superius causam diximus, quod humor his non ita erat ex putredine redditus malignus.

22 *Sola enim & Præ cæteris maxime, qui tum viguerunt, morbis, multos Tabes peremit.*

Huius causa est non ita dudum dicta, vbi corporis temperamentum in culpa poneremus, per quod morbis tabificis sunt correpti, febribusq; malignis: de quibus sub hæc sermonem habet.

23 *Infestabant illos plerosq; Hæc incōmoda, Febres horrificæ, continuæ, acutæ, omnino non intermittentes. Modus*
B *erat semitertianus, vno die leuiores, altero grauius iterum inuadentes. In summa, in dies acutiores euadebant.*

Plerosq; omnes tabidos, de quibus agebat, passionibus ait affectos fuisse, quas ipse deinde collegit. Atqui παθήματα (id est passiones, nos affectus vertimus) omnes vocant Græci, quæ in corporibus nostris fiunt præter naturam. Præ cæteris autem meminit, febres fuisse horrificas. Quod quidem significat, per ascensum & incrementū, quod vocant, accessionis, horruisse diutissime ęgros. Neq; enim, quibus initio accessionis horrores incesserunt, isto appellauit nomine, sed quibus per totam prope accessionem produceretur symptoma horroris. Et fit bifariam, modo cum reduplicationes faciat intensio: modo hoc ipsum solum, inæqualem scilicet ascensum. Diuersitas in temporis consistit quantitate. Nam, breuibus si interuallis a se se sint mutuo motus horrifici dirempti, inæqualis dicitur & horrificus motus: Sin ampliora sint interualla, fit illud symptoma reduplicatio, & dicitur. Hæc fit præcipue in semitertianis, vt vocant, febribus: quocirca ternę plerunq;, & quaternæ sunt. Sed in commentationibus de febribus declarauimus, consistere semitertianam ex humore inæquali, qui partim amara bile, quæ acris est, partim pituita putrescente constat. Has itaque tum viguisse febres horrificas dicit ob antecedentem statum, vti supra dictum est. Continuas
C autem eas nominauit, significans eas ad integritatem non desinere, quod quidem ipsemet interpretatur his verbis /omnino non intermittentes./ Intermittentes enim illas febres proprie appellant, quæ a vigore integritatem quandam præstant: At quæ remissionem habent apertam, nunquam corpus tamen præstant integrum, acutas has & continuas vocat: quæ totum habēt quidem circuitum, plurimum octonûm & quadragenûm horarum, quantum etiam tertiana: sed ad integritatem nec veniunt, & altero die mitiore alteram iterum afferunt accessionem: remissiorem illam quidem priore illa alterius circuitus, ac reduplicationibus carentem, cæterum quæ ægre incalescat & vix ad vigorē perueniat. Est præterea illius proprium, circuitus, qui primum consequuntur, neq; inter sese æque acutos esse, neq; perinde ac primum, verum vsque ad totum morbi vigorem increscere in dies, intendiq;.

24 *Sudabant semper quidem, Sed non toto corpore. Multum Extremitates frigebant, vt vix calorem reciperent.*

Febrium malignarum esse hæc accidentia, in Præsagijs didicimus.

25 *Alui Turbatæ erant biliosis, paucis, meris, tenuibus, mordacibusq;: & Frequenter desidebant.*

D Excretiones ἀκράτους i. meras solet vocare plane biliosas: sin aūt mistus cum humiditate aquosa euacuetur talis humor, non iam merum appellat. Quin etiam hoc ipsum didicimus de meris excretionibus, || quarum aperuit malignitatem in præsagijs, & de humoribus qui tenues sunt, omnes esse inconcoctos, & vt concoquantur, robustam desiderare naturam. Mordaces porro erant haud iniuria, vt quæ biliosæ meręq; essent. Præterea earum erat mordacitatis comes assidue desidere. Quo factum est, vt ex hoc quoq; symptomate vires laborarent ægrotorum. in Prog. cō. 2. t. 20. vsq; ad. 24. 4ª. 199. f. g. h

26 *Vrinæ Tenues, inconcoctæ, decolores, & paucæ: Aut Crassitudine præditæ, & paruo sedimēto, nec probe subsidentes, sed cum crudo quodam intempestiuoq; sedimento.*

Et de vrinis didicimus, tenues, decolores, & paucas, {vel crassas, & paucas,} prauas esse: quemadmodum etiam crassas quidem, sed quod subsideat, aut omnino nihil, aut parum habentes: quod sane ijs accidit, eo quod parum bene subsideant. Hoc iam ijs frequens febribus est, in quibus multus calor & flammeus feruorem accendit quendam crudorum crassorumq; humorum. Par igitur est in ijs aut prorsus non esse: aut esse id, vt Hippocrates dixit, crudum et inconcoctum. || Cęterum de prauis sedimentis in præsagijs tractauit. in Prog cō. 2. t. 28. 29. 4ª. 200. c

27 *Tußiebant, ac Pauca, cocta, coacta, paulatim, vix excreabant. Quos vero violentißime vrgebant, His minime concocta erant, sed perpetuo cruda spuebant.* E

In tabibus malignissimis, quibus proxima est mors, sputa ne paulululum quidem cōcoquuntur: In alijs vero, quæ moderatæ sunt, & quæ in longius tempus extrahuntur, hac ipsa de causa cōmode concoquuntur humores in pulmone superflui, excreanturq; facile. Cęterum ij qui in pręsentia tabescerent, istorum habebant nihil. Nam aut semel inconcoctum expuebant: aut coctum quidē, paucum tamen, & quod paulatim vix excreabatur. ‖ At meminit in præsagijs huius sputi.

in Prog.cō.2.t. 45.4d.202.c

28 *Plerisq; horum Fauces assidue à primo dolebant, & cum Inflammatione rubebant. Destillationes paruæ, tenues, acres, statimq; liquescebant ac affligebantur.*

Simul vt symptomata, quæ ad tabescentium conspiciebantur fauces, prędixit, causam adscripsit his verbis /destillationes paruæ, acres/. Nam quia malignæ erant destillationes quę à capite manabant, dolebant fauces: quod vero ab ijs vellicarentur, ruborem & inflammationem habebant. Quia vero ipsa etiam calida erat destillatio, non erat mirum in Thaso, si prę cęteris tabescentibus, qui ita haberent, ad extremam deuenirent gracilitatem. F

29 *Cibos Quosuis perpetuo Fastidiebant.*

∴ Appellant Græci appetentia carentes, qui cibum non sumunt, ἀσίτυς: qui vero oblatos fastidiunt, ἀποσίτυς. Constat autem hoc fastidij symptoma tabidis accidisse, eo quod destillationis, quæ fauces & pulmonem infestabat, pars aliqua in ventrem deflueret.

30 *Non Sitiebant.*

∴ Non ex malignitate destillationum, quas appellauit ipse acres, hoc tabescētibus symptoma accidit. Quo factum est, quantum equidem iudico, † vt cum fuisse illas Hippocrates nouas et absurdas indicare vellet, ascripserit /non sitiebant/. Est.n. maximæ signum malignitatis, vbi calida & adurente febre, aut fluxione delabente in ventriculum acri, non sitiant. Atq; hoc symptoma, partis virtutem sentientem, deperditam indicat & extinctam, siquidem particulę affectus nō sentit.

† *clarius. vt cum rei nouitatē (hoc est τὸ παράλογον) indicare uellet Hippocrates, ascripserit. vide huc modū loquēdi in libro de comate cap.2.*

31 *Pleriq; circa mortem Delirabant. Sed de Tabidis hactenus.*

At ne hoc quidem accidere alijs tabescentibus consueuit, sed quæ erat febrium tum vigentium malignitas, huius status morbos comitabatur. G

32 *At vero Aestate iam & Autumno Febres multæ, continuæ, non vehementes, diu quidem tenebant ægrotos, qui cætera minus incommode habebant.*

Nam ante etiam retulit, vnam fuisse tabem exitialem, nosq; adiunximus causam. Ergo conueniunt cum illis, tum quæ hic agit, tum quæ ijs subdit, vbi sic ait.

33 *Plurimis erat Aluus turbata sine molestia tamen, & propè nihil offendebat. Vrina item Plurimis boni quidem coloris erat, & pura, sed tenuis, & post tempus circa iudicationem concocta.*

* Et reliqua, quæ de vrinis in medium attulit. Nam, vt quæ de tabidis nuper recensuit, erāt maligna, ita quæ nunc dicuntur, admodum sunt moderata.

34 *Non valde Tußiebant: neq; Difficultatem, quæ tußi excreabantur, præbebant: Nec solum Cibum non fastidiebant, Sed etiam valde licebat offerre.*

Eorum, qui hunc librum sunt interpretati, maxima pars, hoc eum loco ad tabescentes autumāt transiisse. Ego vero adhuc de cæteris censeo, de quibus disputat, febribus hunc haberi sermonem. Qui enim, cum antea de tabescentibus dixit eos perpetuo quosuis cibos fastidiuisse, hic iam dicat /nec cibos solum non fastidiebant, sed etiam valde licebat offerre? Cur ergo hoc loco scripsit/ nō valde tussiebant? Nempe hoc est, quod istos adduxit in eam opinionem, vt hæc existimarent dici de ipsis tabescentibus. Ego sic statuo, cum etiamnum de alijs febribus fierent verba, ascriptum illud esse. Infestantur enim tussi, quæ incidit ratione symptomatis: non tamen tabidi omnino sunt hi. Quare nihil habet admirationis, simul & cœpisse Thasios quosdam febricitare in ante dicto statu: & quia erat id temporis ipsum caput repletum, accedente ad statum febre, tussi esse molestatos. Sed nec erat hoc illis nimium molestum symptoma: nec quę per tussim reijciebantur, negocium præbebant, neq; enim hi tabescebant. H

35 *In summa, qui Tabescebant, Leuiuscule ægrotabant, non more tabescentium, à febribus horrificis parum exudantes, aliàs alij, vt quos inuaderent febres erraticæ: & in summa, quos nunquam febres relinquerent, sed inuaderent more febris, tertianæ naturam referentis.*

Hoc

A Hoc rursus capite præcedenti annexo, multo magis adducti sunt interpretes quidam superiorem etiam orationem de ipsis tabescentibus habitam. Verum nulla ratione ad eos referri illam potuisse, planum est factum, cum ostendi fastidiosos ab eo vocatos esse tabescentes, non fastidiosos,hos. Sequens oratio,quæ nunc nobis proposita est, duobus modis exponi potest. Primo, vt hoc modo dicamus. Sed faciam vt repetam superiorem orationem, ac mox huic aptem, vna ei syllaba, quò euadat clarior, interserta. Non valde tussiebant: neque difficultatem, quæ tussi excreabantur, præbebant: nec solum cibum non fastidiebant, sed etiam valde licebat offerre. Nam in summa,qui tabescebant, leuiuscule ægrotabant,non more tabescentium. Verisimile est autem hoc pacto illum dixisse de ijs, qui alio modo febricitarent, scribentem commune symptoma morborum habentium comites tusses, & nō ipsorum tabescentium. Nam videtur sermonem de tabescentibus habitū,retractasse,vt in memoriam reduceret differre hosce ęgros, de quibus nunc agit, ab superioribus illis tabidis. Etenim eadem illa hic commemorat iterum symptomata,quæ nuper retulerat. Atque hanc quidem vnam afferas *causam hoc loco sermonis de tabescentibus repetiti. Altera est, quam sæpe & multis in libris accidere scimus. Siquidem cum interdum super eadem re dupliciter scribamus,vt sit altera scriptura in cōtextu, altera in alterutro margine, quò per ociū B expēdamus & iudicium faciamus de altera, qui primus descripsit librum, vtranque scripsit: quod deinde, quia admissum nō animaduertimus,nec emendauimus erratum, postquam in multorum manus venit, mansit incorrectum.

* παραμύθιαν .i.consolationē, seu excusationem.

36 *Iudicabantur autem, Quibus inter hos breuissimi essent,circa vigesimum diem, Plurimis circa quadragesimum, Multis circa octogesimum. Non nullos ne sic quidem,sed erratice & citra iudicationem, deserebant: Quorum plurimi non diu à febre intermissi repetebantur, atque hi à recidiua ijsdem circuitibus iudicabantur: Multis vero sic producebantur, vti sub hyemem languerent.*

At qui erāt isti,quorum ait iudicatum esse morbum ad vigesimum diem? Nempe reliqui ęgroti, de quibus faciebat verba,vt ego sentio, non tabescentes: cui assentiuntur, quæ consequuntur omnia. Etenim quibusdam de illis ad octogesimum diem ait esse extractum morbum: atque alios erratice & citra iudicationem deseruisse: & ad hos ipsos plurimos redijsse,quas quidem febrium recidiuas ijsdem iterum circuitibus iudicatas fuisse: ac non paucis horum in hyemem morbum esse protractū. Hæc sanè omnia cum superius dictis planè conueniunt, vbi dixit: At vero æstate iam, C & autumno,febres multæ, continuæ,non vehementes, diu quidem tenebant ægrotos: qui cætera minus incommode habebant. Hæc cum ijs symptomatibus congruunt,quę hoc loco ille recenset: quæ vero de tabescentibus adduxit, non assentiuntur: quod perspicies, si tecum partem eorum,quę de his tradidit,animo reuolueris,cum ait /interierunt celerius,quàm talibus esset consuetum/ quod ab eo de tabidis pronunciatur,quos ait esse celerius mortuos. At de ijs,qui aliter laborarent, statim post hæc in hunc modum scribit: Nam alios quidem & diuturniores & cum febre coniunctos facile ferebant, nec moriebantur: de quibus iam scribemus. Hæc igitur ijs concinūt, quæ proposito nunc nobis sermone de febricitantibus per autumnum & hyemem disputantur. Immo vero,quòd prædixit /de quibus iam scribemus/ alium autem,si à præsente de ijs habito sermone discesserimus, ab eo scriptum de ijs producere nullum queamus, necessitas exprimit, de ijs qui alio morbo,non tabifico,affecti fuerant,totum hunc habuisse Hippocratem sermonem.

37 *Inter omnes, quorum fecimus mentionem in hac tempestate, solis Tabidis lethalia acciderunt: † Febricitantibus alia febre, nequaquam.*

† *Al. quādoquidē alijs omnibus tolerabiliter: nec lethalia in alijs febribus euenerunt.*

D Eorum, quæ de primo statu ille fecit, postrema sunt hæc verba: quæ nihil præcipiunt amplius,sed tantum ante dicta in summam colligunt: quod facere ille frequenter solet.

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMENTVM

Duæ describuntur Tempestates, Altera humida frigida, aquilonia & procellosa: Altera frigida sicca, & secundum partem inæqualis.

SVperiore volumine de mutua anni temporum conuersione dictum est. Expositum est præterea vniuscuiusque temperamentum natiuum: tum autem principij eorum, item ac finis, stata dies. Itaque velut in memoria illis habitis, vbicunq; præsens sermo interpretem requirat, exponam, comparans me non ad prorsus imperitos tantum, neque solum ad eos, qui multum profecerunt: nam omnibus erit is sermo mediocriter accommodatus. Ex alijs vero, is qui extreme rudibus conuenit, doctis propter longitudinem stomachum faciet: qui vero his aptus erit, indoctis fit obscurus. Sed non debent in huiuscemodi commentariorum lectione acquiescere: verum accipere aliud ab alio atque alio, latius sæpe eadem poterunt, itaq;, si attendere animum velint, aliquid addiscere boni. F

TEMPESTAS SECVNDA

1 *IN Thaso ante Autumnum Frigora non secūdum tempus, sed repente, spirante mulum Aquilone & Austro, humida, præerumpentia.*

Autumnum dixi incipere ab exortu Arcturi, qui antecedit æquinoctium autumnale. Eo tempore inquit, antea q̄ oportebat, magna fuisse frigora. Nam hoc illi /non secundum tempus & præerumpentia/ significat. Atq; /nō secūdum tempus/ anticipasse tantum indicat: /prærumpentia/ autem, etiam cum pluuijs largis ea fuisse coniuncta.

2 *Hæc autem Durabant vsq; ad Vergiliarum occasum, & sub Vergilijs.* G

Vergiliarum occasum finire autumnum, antea diximus: Præterea etiam duos esse menses ab Arcturo ad Vergilias: Atq; vnam esse significationem in aere ab arcturo, duas à Vergilijs: alterā quando autumno hyems committitur, cum in fine sit: alteram, quando ver æstati. Arcturi autem mentionem non nisi solius ortus facere Hippocrates solet, quandoquidem sub eo incipit autumnus, æstas terminatur. Diximus autem iam superius, de totius anni in quatuor partes diuisione, & de diuisione in septem: Et æstatem Vergiliarum & Arcturi ortu circunscribi: atque hanc esse diuisionis in septem totius anni quandam portionem, cum in duas secatur partes æstas, in tres hyems. Dictum etiam est, πλειάδα numero singulari græce dicas, an πλειάδας plurali (quas nos Vergilias appellamus) nihil interesse.

3 *Hyems Aquilonia.*

A Vergilijs, Hyemis meminit, Autumni esse Vergilias terminum clare innuens. Itaque quæ Hyems illa fuerit, differentem eum attente audiamus.

4 *Imbres erant multi, largi, magni: Niues: mista Suda plurima. Atque hæc habebat omnia, Frigora vero non admodum erāt intempestiua. Iam uero post Brumale solstitium, et vbi Fauonius spirare cœpit, Aspera erat extrema hyems, Aquilo multum spirabat, Ningebat, Pluebat multum & continenter, Cœlum procellosum atq; nubilum. Quæ durauerunt, nec remissa sunt ad Aequinoctium vsque. Ver autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumq;. Aestas non admodum fuit feruens, Etesiæ perpetuo spirarunt. Mox circa Arcturum spirante Aquilone permultum Pluebat.* H

Multas fieri pluuias dicimus aliquo tempore propter diuturnitatem, licet non largæ tum decidant. Appellamus etiam multas, si vel breui tempore incessant largæ: quæ quidem & magnæ appellantur. Verum vbi quis continenter pluuias ait largas fuisse & magnas, vt Hippocrates scripsit, Largas intelligamus, repentinas, vehementes, & breues: Magnas vero, neq; repentinas, neque breues omnino, nec etiam diuturnas. Sed, quo omnia clariora euadant, nihil causæ est, quin paulo vtamur narratione prolixiore. Fiat igitur subito admodum multa pluuia horas tres aut quatuor, deinde mox cesset, largam hanc appellabimus: Alia vero paulatim incipiat, paulatim item increscat, atque ita fiat totum diem & noctem: deinde à vigore, detrahatur paulatim de eius abundantia non nihil sequenti toto die, postea consistat: eiusmodi pluuiam non largam, cæterum

A terum magnam vocabimus. Ergo, quam narrat, hyems modo largas pluuias habuit, modo magnas per interualla, atque interea non raro erat sudum: quippe hoc significat, quod est ab eo scriptum μεξαιθεια τὰ πλεῖστα. Preterea hac hyeme niues ait fuisse, nec adscripsit, nec multas, nec paucas, vt quæ neutrum admodũ obtinerent, sed quę magis consuetudini vrbis responderent: ideoq; ipse adiecit: Et frigora non admodum erant intempestiua. Et reliqua, quæ sequuntur, omnia frigidam fuisse & humidam eam hyemem testantur, ac pro eo naturaliter solam ipsam habuisse, atque adeo plus æquo fuisse humidam. Iam etiam ver pluuiosum, algidum, & aquilonium fuisse dicit, præterea nubilosum: Æstatem vero quodam modo moderatam: Post hæc omnia, circa Arcturum, spirante non nihil Aquilone, multum pluisse. Sub hæc totius tempestatis summam in oratione profert: Cum totus fuisset humidus annus, & frigidus, & aquilonius. Cœlum procellosum, nubilosumq;. Cœlum more vulgi appellauit aerem, qui supra nos est vsq; ad nubium regionem: illud vero quod appellant astronomi pariter ac philosophi Cœlum, à Lunæ regionibus incipit. Procellas autem (græce λέλαπας) ventos repentinos & vehementes vocamus, pręcipue cum coniuncti sint cum pluuia larga.

5 B *Cum Totus fuisset humidus Annus, & frigidus, & aquilonius, per Hyemem ferè commode habebant: At sub Ver multi, adeoq; plurimi laborabant.*

Demonstrauimus ante institutum esse Hippocratis, ibi incipere narrare tempestates, quæ aeri acciderũt, vbi primum de naturali deflexerit temperamento. Neq; id ab re facit, qui cum ambientis nos aeris intemperie vulgarium morborum instituit genera coniũgere. Quando igitur est ab autumno exorsus, † vtique cum præcedit æstas, illiq; succedit, quod ipsi præit. Autumnus igitur frigidus & humidus, corpora, quantum ad anni tempora pertinet, secundum naturam habentia excipiens, tantum aberat, vt mali attulerit quicquam, vt fortasse etiam quibusdam corporibus magno adiumento fuerit, quæ temperamentis calidioribus & siccioribus æstate à iusta temperatura deflectere solent. Itaque his instar fuit medicinæ autumnus, frigidum habens & humidum statum. Quinimmo ne hyeme quidem vulgabatur morbus explicatione dignus. Nam hoc innuit, cum dicit / per hyemem ferè cõmode habebant / erat enim humidior quidem hyems, at frigidior nihilo, quàm eius postulabat natura: quocirca agens de eius statu dixit / frigora vero non admodum erant intempestiua. Porrò ibi primum morbos emergere oportebat, vbi plurimum aer degeneraret, cum dicat / ver autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumq;. Nam decet ver C temperatum non frigidum esse, sicut nec nubilosum aut pluuiosum. Veris autem initium esse æquinoctium, quod hyemem sequitur, superiore commentario exposuimus, atque adeo ipse hoc sermone Hippocrates dilucide ostendit: qui cum dixisset, extremam hyemem fuisse asperam: ac deinde adiecisset / quæ durauerunt, nec remissa sunt ad æquinoctium vsque / postea ascripsit / ver autem frigidum, aquilonium, pluuiosum, nubilosumq;. Age iam videamus qui hoc sunt cœlum comitati morbi.

† Forte. vtiq; & æstas q̃ autumnum, & ver q̃d æstatẽ p̃cessit, suam ipsorum naturam seruauerunt.

6 *Primum igitur cœperunt Lippitudines manantes, dolorificæ, humidæ, inconcoctæ: Lemiæ paruæ, ægre multis erumpentes, plurimis redibant: Tandem sub Autumnum recesserunt.*

Quam ob rem vere morbi vulgares generari cœperint, supra est dictum. Cur autem lippitudines præ cæteris viguerint morbis, si eius statum memoria teneas, cognoscas: fuisse enim dicit frigidius, aquilonium, pluuium, & nubilosum. Si quidem igitur à ventis tantum oculi fuissent verberati, citra fluxionem eos lippitudines arripuissent: quia vero multa erant coniuncti humiditate aquilonij venti, rectè sanè manasse ait lippitudines, hoc est fuisse humidas, vt ab humido generatas statu. Dolorificæ erant vtrobique, & vbi cum fluxione constarent, & absque fluxione, D propter frigoris diuturnitatem, cui profecto nihil ad dolorem oculis inducendum deest. Nunc vero auctos dolores esse par est, quando frigus oculorum cum eorum fluxione coniunctum esset. At inconcoctæ erant, & longo tempore durabant, tum propter humiditatem, tum frigus: siquidem maturationem fluxiones, cum ab insito calore superantur, consequuntur. Atqui minore superantur negocio, vbi paucus sit humor, & minus frigidus: cum autem multus est & frigidus, difficulter concoquuntur. Iam vero naturalis animantium calor si sit validus, humores earum superfluos celerius concoquit: sin imbecillus, vix longiore interuallo superior euadit, & vincere humores valet. Quo magis, si qui fuerint curati, de integro inciderunt in illas: nam debilitatos quidem lippitudinibus oculos frigidus aer, aquilonius, & pluuius, nubilosusq; iure lædebat. Huiusce modi lippitudinibus lemia ferè obuenit parua, ægre ob densitatem tunicarum, quã ex frigore contraxerunt aeris, erumpens. Quare toto vere necessariò oculi deteriores euadebant: æstate vero, quam comparauerant, scirrhosa affectio ad concoctionem pedetentim deducebatur: siquidem non potuerunt, qui longo tempore collecti sunt morbi, ijq; præcipue ab algoribus & humiditatibus, statim depelli. Merito itaque dixit Hippocrates oculorum incommoda esse autumno penitus sublata.

7 *Aestate iam & Autumno Lienteriæ, & Dysenteriæ, Tenesmi, Alui fluxiones biliosæ, tenues, multæ, crudæ, & mordaces: non nullis etiam aquosæ. Multis præterea Offusiones dolorificæ, biliosæ, †ramentosæ, purulentæ.* E

† In quibusdã codicibus additur ἢ ὑδατώδεες idest aquosæ.

Non hi tantum morbi Thasios, et symptomata tentabant, sed etiam alia, de q̃bus posthac aget: nam varie admodum ægrotabant, quod in diuersos incidissent morbos. Quare communem rationem, quæ ad id conducit, quo non omnes, qui in ea fuerunt tempestate, ægrotarent, primo loco exponam: deinde ad singulos morbos descendam. Attendes omnibus in statibus ætatem & naturam cuiusque hominis, vt sit ad statum appositus: nam vel facile vel difficulter illi cedentem, vel modice ad illum comparatum inuenies eum. Mox genus vitæ applicabis, atque salubrem victus rationem vniuersam statui ipsi aduersariam. Atque, vt vel facile vel ægre corpus externis caussis sit inferius, aut similis aut dissimilis ratio temperamenti in causa est, vt est sæpenumero dictum. Cum enim constet sanitas ex symmetria quatuor elementorum (siue qualitates, siue facultates velis appellare) humiditatis, siccitatis, caloris, & frigoris: quædam corpora, naturæ, & ætates intemperata sunt: quibus quidem similes tempestates sunt insalubres, & contrariæ ijs proficiunt. Temperatis corporibus salubres sunt temperati status, intemperatiq; noxij. Sed vt nullus est intemperatus status commodus temperatis, ita nec nocuus perinde vt intemperatis. Etenim status magnopere humidi & frigidi, corpora maxime lædunt intemperata humiditate & algore: Itidem humidi & calidi status temperamenta humida & calida offendunt: Eadem ratione calidi & sicci, similia. Quæ enim corpora iam prope sunt, vt tali morbo ægrotent, ex propria intemperie coarguuntur. Quæ vero contra sunt, ac aer, temperata, cum nullam iniuriam accipiunt, tum vero multo efficiuntur meliora, cum ab excessu vindicentur: Contraria enim contrariorum remedia sunt. Proinde calidis & siccis temperamentis humida tempestas & frigida, pro eo quatenus ad contrarium cogit, atque ita efficit temperamenti mediocritatem, commodo potius quàm nocumento est. Atque id erat causæ, quo minus ægrotarent omnes in statibus intemperatis. Quod qui cognoscat, applicando victu contrario, corporibus sanitatem tuebitur. Nam humidus & frigidus si sit aer, calefacienda corpora sunt, maxime frigidiora & humidiora: quare exercitationes plurimæ his prosunt, & vinum modicum, quod calidiore sit natura atque aquam ferre possit, tum cibi calfacientes. Atque etiam vniuscuiusque quantitatem cum ex corporis, tum ex cœli cognoscemus temperamento, si quatenus de optimo temperamento diuerterit alterutrũ, consideremus. Nam pro diuerticuli magnitudine, victus est etiam mutanda quantitas: vt quod longissime discesserit ab optima temperatura corpus ad humiditatem & frigus, hoc plurimum nos in hoc statu & exiccabimus & calefaciemus: quod si mediocriter ad id, absurdum sit omnino huic idem facere, sed portione. Itaque siccis & calidis corporibus multo minus victus adhibendus est vehementer calidus & siccus, nam id sua sponte obtinent. Hoc autem duntaxat obseruandum est, quatenus aer deflexerit à iusta temperamenti mediocritate: Qui si parum, omnino non est committendum nobis, vt mediocrem victus rationem corporibus calidis & siccis immutemus: sin amplius, sat erit mediocriter mutasse. Hæc quisquis perspexerit, generandi morbi cuiusque in quacunque tempestate causas obseruabit. Quintus vero, dum it inficias cum Empiricis, non posse eorum, qui sic existunt, affectuum cognosci causas, refert autem eas ad vnam experientiam, conuenientium inuẽtione præsidiorum deficitur: etsi vel ob id ipsum generatio morborum vulgarium sit cognitu vtilis. Itaque præsens cœlum inspiciamus, ac primo repetamus.

F (margin, beside "Etenim status")

Fuit hoc, vti significauit Hippocrates, humidum & frigidum, ab autumno ingressum: quę causa fuit, vt ipso in autumno & hyeme proxima, haberent Thasii mediocriter. Sed vere quando hoc etiam frigidum fuit & humidum, omnium primi oculi laborarunt, quod non solum esset aer humidus & frigidus, sed & antea fuisset procellosus. Oculos ergo cum frigidi ferirent venti, non mirum sane erat, si ante partes corporis cæteras laborarent, pro natura causæ efficientis. Itaque non temere fluxiones eos humidæ & frigidæ corripuerunt. At vero quia non deuenit ad extremam status humiditatem, idcirco nullus aliorum affectuum quisquam, qui dominante tali statu in aere apparere solent, est consecutus, apoplexias dico, conuulsiones, palpitationes, tetanos, peripneumonias, lateris dolores. Verum postea, humoribus iam ob nimiam in corpore moram putrescentibus, morbi cum corruptione plethorici prouenerunt. Etenim frigidæ causæ cutem constipantes, humores prohibent digestione: tum autem humiditas aeris non modo non remouet à corpore quicquam, sed adijcit. Quæ cum vna in hac tempestate ambo fuissent, superfluitas est in ægrotantium corporibus congesta non eadem omnibus. Nam quibus erat in corpore excrementum biliosum, hoc non digestum, creauit affectum biliosum: quibus pituitosum, aut melancholicum, aut sanguineum, continuo humoris erat non euacuati affectus similis. Atqui cum tale excrementum corrumpi in corpore & putrescere solet, alios in alios incidere morbos cõsonum erat. Cui accedebat non omnium corporis partium similis status: quippe huic infirmius iecur erat, illi lien, alij venter, non nulli intestinum, alij aliud. Quare cum ex validioribus excrementum partes exciperent imbecilliores, consequebatur pro natura membrorum ex Thasiis alium

aliter

A aliter laborare. Vnde dysenteriæ, tenesmi, fluxiones alui, lienteriæ, fluctibus supfluitatibus in intestina extiterunt: vrinæ difficultates, in vesicam deflectentibus: vomitiones, ad os ventriculi peruenientibus. Cæterum per aeris frigus hæc quidem intro in corpus irruperunt. Æstate vero corporum temperamentis calidioribus, & internas partes robustiores obtinentibus, sudores par erat citos esse: atque hoc quibusdam citra febres accidisse, cum haud satis computruisset superfluitas: non nullis etiam cum febre. Iam etiam temporis progressu variæ febrium formæ extiterunt: nam & putrescentium erat diuersitas humorum. Nec enim ab aere erant generati, cæterum coaceruati, scilicet quod frigidus esset, non calidus status: vt, cum sua ipsius ratione corpus excalfacit Canis ortus, semper solent vigere febres ardentes. At nunc quidem non ab ipso statu istud præcipue accidit, immo vero quia constipatio intercedebat cutis. Habes malorum compendium, quæ in præsentia vulgabantur. Nunc ad singula conuertar, simulq; verba Hippocratis, sicubi obscuriora sint, interpretabor.

8 *Stranguriosæ non nephriticæ, sed his Alia pro alijs.*

Et per sedem excretiones fiunt prauæ sæpius, cum liber quidem ab affectu venter sit, per eum B vero purgetur totum corpus, aut abscessus in illo fit ab effluxione aliqua. Nam vult Hippocrates ipse non solum decumbendo, sed etiam || effluendo fieri abscessum. Ita etiam per renes non nunquam & vesicam, nullo illos laborantes suo affectu, repurgatur totum corpus: quemadmodum in hoc accidit statu. Quam ob rem in progressu sermonis dicit ad verbum: Solum vero bonum maximum que inter signa quæ fiebant, quod que multos maximis periculis liberauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hoc abscessus fierent. Atque id ipsum est, quod hic commemorat /non nephriticæ quidem, sed his alia pro alijs/ etenim totius corporis excrementa in renes & vesicam defluxerunt: atque ita excretiones sunt nephriticis excretionibus assimiles consecutæ. 1. Epid. sect. 1^a.

9 *Vomitiones pituitosæ, biliosæ, & Ciborum inconcoctorum Reiectiones.*

Ex humorum exuperantia, quæ intro vergebat, quod ad sedem defluxit, fluores alui, tenesmos, dysenteriam, lienteriamq; cōcitauit: Aliud excretionem per renes & vesicam habuit. Itidem iam superfluitas in supremum fluxit ventrem: ac innatans per vomitiones est reiecta, ita vt naturis pituitosis pituitosa esset vomitio, biliosis biliosa. Est enim dictum, congesta per statū superflua fuisse, C a se inuicem qualitatibus pro naturis corporum distincta. Neque certe mirum, si inconcoctos cibos vomitione reiicerent, humoribus in ventrem pituitosis & biliosis confluentibus.

10 *Sudores.*

Quibus, inquam, multum per cutem effluxit, id temporis valebat excrementum huc reiicere natura, itaq; sudarunt hi.

11 *Omnibus vndequaq; multus Plados, (id est nimia humiditas.)*

Superfluam humiditatem πλάδον vocare solet. Cum igitur aliis aliter, ac quibusdam multifariam collecti longo tempore humores euacuarentur, ob id merito dicit: Omnibus vndequaq; nimia humiditas.

12 *Multis Hæc accidebant Rectis, & febre liberis: Multis vero Febricitantibus, De quibus iam scribemus.*

Quibus coaceruata abundantia, aut quid biliosum, facillime putrescens, in febrilem conuersum iam putredinem fuerat, hi sunt statim febre correpti: quidam vero non decubuerunt, aut non D prius in febres inciderunt.

13 *Quibus autem, Quæ ante dicta sunt, cum dolore acciderunt, Autumno iam & sub Hyemem Tabidi fiebant.*

De altero scilicet autumno loquitur, hyeme que altera: quandoquidem de priore supra dixit in hunc modum: Per hyemem ferè commode habebant: at ante ver multi, adeo que plurimi laborabant. Deinde iis, quæ vere acciderunt, commemoratis, mox æstatis meminit: à qua alterius autumni, de quo in fine totius tempestatis dixerat, Statim vero circa Arcturum cum Aquilone permultæ pluuiæ. At quos tabidos dixerit, parum cōstat. Nam solet eos, quorum quocunq; extenuantur modo & tabescunt corpora, illo vocare nomine, nedum eos, quibus ob pulmonis exulcerationem totum liquescit corpus. Et sic hoc loco, tabidos accipi ab eo est verisimile, quorum attenuaretur quocunq; modo corpus, nullo certe de pulmonis morbis verbo prius facto. Nam cum neq; sanguinem ex eo prædixit esse reiectum, neq; fuisse peripneumoniam, neq; in viscus hoc destillationem inuasisse, quæ causa sit verisimilis cur existimes tabidos euasisse dicere eum ægros in præsentia ex pulmonis vitio? Veruntamen potuit certe, vt ad ventrem et renes superfluitatis peruenit ex toto corpore portio, & in membra spiritus item decumbere.

Febres

14 *Febres Continuæ.* E

Quod,sub hyemem,inter nouissimam orationem est & hanc dictum, alij illi,alij huic assignãt. Ego vero totum sermonem esse statuo hunc: Et autumno iam tabidi fiebant aliqui,similiter hyeme. Iam vero etiam continuæ febres, & autumno viguerunt, & hyeme. At constat alterius illum hyemis non conscripsisse statum,vt quæ proprium hyemis temperamentum conseruasset. Itaque didicimus, quibusdam temporibus anni per accidens prouenire morbos, quæ nihil ipsa affecta, offensiones exceperunt priorum.

15 *Et eorum paucis Ardentes.*

Non propria tempestatis ratione ardentes inciderunt febres,sed per accidens, vt supra commemorauimus,quę acciderunt. Quia impedita totius euaporatione corporis,illa quæ naturæ cuique prouenire excrementa solent,vacuatione prohibita, peculiares sibi morbos excitauerunt. Nã qui erant magnopere biliosi,hi quod naturę illi erat solenne,in ardentem febrem inciderunt. Quo fit, vt postea de his dicat: Ardentes vero febres quàm paucissimos corripuerunt,& minime ex ægris hi laborauerunt. Neq; enim calidus has, & torridus, squalidusq; generauerat status: multæ enim F viguissent,& in multis,simulq; cum magnis doloribus.

16 *Diurnæ, Nocturnæ, Semitertianæ, Tertianæ synceræ, Quartanæ, Errantes. Singulæ autem ex iam descriptis febribus multos arripuerunt: Ardentes vero paucissimos, & minime ex ægris hi laborauerunt.*

Qua de re omni contigerit febrium generi in prædicto statu existere, ante dictum est. At dictio /syncerę/ quę inter tertianam & quartanam est posita, vtriq; videtur tribuenda.

17 *Nec "Sanguis de Naribus, nisi paucis, & admodum paucus erupit: Nec delirabant: & Alia cuncta erant leuia.* A.l.4.f. c.42.424

Habet hoc Hippocrates, vt obiter vtilia præcepta doceat. Nam peculiaria morborum symptomata,quæ tum non fuerunt,hoc solet interpretari modo,ex eo quod non acciderunt in præsentia, frequentia ea vt esse doceat. Nam in germanis,vt ita dicã,ardentibus febribus, quia ob caloris copiam humores ad caput attolluntur,sanguinis fiunt eruptiones,& delirant. Nunc vero,cùm vera non esset ardens febris,optimo iure symptomata non habuit propria febrium ardentium.

† *in septemdecim diebus, cũ intermittentibus.*

18 *Iudicabantur his plerisq; stato admodum ordine, † ac Intermittebant septemdecim dies.* G

Iam hoc quoq; ardentium febrium est illius status proprium, non commune cum alijs, quas vocant germanas. Illæ enim vt febres habent vehementes, ita siti etiam, & vigilijs, molestia, ac non nunquam conturbatione mentis vexant. Quia vero tam sunt acutæ,ideo etiã celeriter decernunt. At febris ardens,quæ in præsenti vulgabatur,vt mediocriter acuta erat,ac à dolorificis remota omnibus symptomatibus,sic nec certum habebat iudicium,sed quasi medię fortis,vt à repetitione iterum iudicaretur. Nam cum dicat /† ac intermittebant/ præiudicatam quidem fuisse imperfecte, verum à repetitione iudicatam iterum ostendit.

† *cum intermittentibus.*

19 *Nullumq; tunc Febre ardente vidi Mortuum, neq; in Phrenitim incidisse.*

Nullus hac febre ardente perijt,quod esset moderata: cuius est ante dicta causa. Phrenitis vero non viguit,quia cum totus esset status frigidus,non replebatur ijs caput. Ostensum autem est constitui phrenitidas,vbi cerebri calfiunt regiones.

20 *Tertianæ vero febres Numerosiores erant Ardentibus, grauioresq;: Stato tamẽ ordine à prima accessione in omnibus his Quaternos circuitus habebant, in Septem autem absolute iudicabantur, Nullaq; harũ recidiuam habuit.* H

In commentarijs de differentijs febrium, et de iudicijs, cum alia tum hoc declarauimus, propter flauæ bilis exuperantiam febres & ardentes & tertianas oriri: atque hoc conuenire inter illas: locis vero, in quibus superfluus contrahitur humor, distare. Etenim si ardentes febres sint, in venis abundat, præcipue iecinoris & ventris: Tertianæ fiunt, cum in totius corporis carnibus dominetur bilis flaua. Proinde spiraculis impeditis eorum, qui natura biliosa sunt, quantum bilis in carnoso congestum genere ante vacuabatur, in hoc statu non vacuatum, tertianas generauit ardentibus frequentiores. Nam hæ quidem non perinde trahunt originem ex biliosis retentis excrementis, sed calore in vasis & visceribus aucto ab inflammato statu præter modum calido: quo modo in ijs qui se plus satis exercitauerunt, fit, aut in magnopere sollicitis, aut qui multum apricati sunt, vel cibis sunt adurentibus vsi liberalius, vel qui de his plurima vel omnia fecerunt & passi sunt. Verum præsens non erat nimium calidus status, quo minus corripuerunt multos febres ardentes, quin potius admodum biliosos, atq; hos moderatissimæ: ac hos ipsos magis etiam febres tertianę tentauerũt, quod pristini impediti effluxus erant biliosorum excrementorum. Quocirca merito acciderunt illis hoc grauiores quàm ardentes, quo germaniores erant, & iudicia habuerunt sua.

Quartanæ

21 A *Quartanæ vero Multis ab initio ordine quartanæ cœperunt. Quibusdam nec ijs paucis, Ex alijs febribus & morbis Abscessus in quartanas fiebant. Atq; Diu hos, vt solent, atq; adeo diutius Tenuerunt.*

At ne hæ quidem ob statum per se ortæ sunt: sed, quia melancholicis naturis non vacuabatur atræ bilis affluentia, contigit in eiusmodi eos incidere morbos. Longius autem produci accidit ob humidum & frigidum statum, in quo omnes causæ quàm diutissime in corpore manent sine concoctione ac sine digestione. Tu vero fac memineris, vt hic vsurpetur rursus hoc nomẽ ab Hippocrate, cum dicat Abscessus in quartanas factos esse. Videtur nõ tantum abscessus quosdam per effluxionem appellare, verum etiam cum alius transit morbus in alium.

22 *Quotidianæ vero Nocturnæ ac Errantes multæ, Multos diu exercitauerunt, tam Rectos quàm Decumbentes.*

Hæ cum non modo ex humorum copia, sed temperamento etiam status prouenirent, non mirum si multæ, & multos detinuerunt. Siquidem status humidus & frigidus, vt hyems, pituitosum generat humorem: ex quo generari quotidianas docuimus febres. Errantes diuersorum humorum soboles esse ostensæ sunt. Nec quicquam habet admirationis, si hæ febres longæ fuerint, vbi B status humidus esset frigidusq; & eo magis concoctione prohiberet humores: quæ alioqui propter frigus diuturnæ atq; concoctu difficiles essent.

23 *Horum Plurimos Febres sub Vergilias & in Hyemem vsq; comitabantur.*

Constat non harum eum meminisse, quæ in hoc erant statu, Vergiliarum, sed earum quæ post alterum statum in secundo erant anno, vti supra diximus. Nam scripsit in fine illius status: Mox circa Arcturum cum Aquilone permultæ pluuię. Ac loquitur postea, quasi ad naturalem iam statum ordo sit temporum anni reuersus, tum reliquum totum quod excepit Arcturum, tum quod hyemem. Quo factum est, vt quæcunq; essent prioris reliquiæ status, concoctæ sint autumno, & hyeme nullus iam Thasijs reliquus esset morbus.

24 *Multos Conuulsiones, & maxime Pueros, ab initio tentabant, & Febricitabant, febribusq; Conuulsiones succedebant. Erant hæc Plerisq; Diuturniora & innocua, Præter eos, quibus etiam alia cuncta perniciala essent.*

Conuulsiones fiebant, quod frigidus esset humidusq; status. Pueri autem propter neruosi generis infirmitatem, conuulsionibus sunt opportunissimi: quo facilius etiam paruis de occasio- C nibus hoc ijs mali accidit, minusq; est periculosum. At dicit à primo statim quosdam conuulsionibus fuisse affectos: aliquos vero vbi præcessisset febris, vtcunq; scilicet ad alterutrum comparati illi essent, qui conuulsionibus & febre arripiebantur. Nam ad quod quisque erat paratior, hoc prius inuadebat: cui successit alterum. Atque conuulsiones non iniuria diuturnæ erant, cum secundus autumnus iterum, de quo in fine scripsit totius status, humidus esset & frigidus, atque aquilonius.

25 *†Continuæ vero Febres omnino nunquam intermittebantur, sed Inuadebant omnes more febris naturam tertianæ referentis: & Vno die aliquantum remittebantur, Altero ingrauescebant. Omnium erant, quæ in id tempus inciderunt, violentissimæ, longissimæ, laboriosissimæq;: Lenes à primo, de cætero in totum semper increscebant: ac Decretorijs diebus accedebant, ac peiores inuadebant: Aliquantum remittebantur, citoq; rursus ex intermissione violẽtius increscebant. Diebusq; decretorijs multo deteriores reddebantur. Rigores autem Omnibus inordinate & erratice fiebant, ac paucissimi his, minimiq;: In alijs vero febribus maiores.* †Clarius. Quæ vero continuæ quidem in totum erant, & nihil intermittebant, inuadebant autẽ omnibus more febris naturam tertianæ referentis, vno die aliquãtum remissiorem habentes, altero inuadẽtes, omnium erãt etc.

Nisi ipse, quemadmodum febres quæ tum vigebant, ordinâtas accessiones faciebant, adscri- D beret, magnam nobis hesitationem reliquisset, inuestigantibus, quas nam vocet τριταιοφυεῖς id est tertianæ naturam referentes. Sed cum dixit /more febris naturam tertianæ referentis/ nulla restat de re quæstio, sed de significato huius nominis τριταιοφυοῦς. Huic autem coniungitur, quid significet tertiana & semitertiana: tum vtriusque differentia, syncera tertiana, & non syncera sed aliquantulum remissa, aut magis aut plurimum: & quousque producantur harum singulæ: tum quæ magna semitertiana, quæ media, quæ parua. Agathinus certe integrum scripsit librum primum de semitertianis, dum, quid hoc denotet vocabulum, interpretatur. Iam vero, si velim quæ de hoc nomine sunt à methodicis prodita, quæ postea ab Archigene non semel sunt sed pluribus in commentarijs relata, simul que quæ bene vel male tradiderunt, disceptare, tria sane volumina vix capiant. Quatenus autem interest ad artis opera, disputaui iam in commentarijs de febrium differentijs. Hoc loco satius est hoc febris genus, quod hoc statu dicitur fuisse, describere. Ipse igitur ait, Altero die ingrauescere: altero aliquantum remitti, quod græce ὑποκουφίζεσθαι dixit. Quod quia verbum cum præpositione ὑπο scripsit, aliud par est nos accipere significari à simplici dictione, ac à composita: à κουφίζεσθαι enim queas intelligere insignem denotari remissionem febris: ab ὑποκουφίζεσθαι, moderatiorem. Veruntamen non distribute, nec clare exposuit, vtrum qui eum in modum febricitarunt, hos postridie altera inuaderet accessio leuior ea, quæ pridie: an

illa

illa perpetua, postridie remitteretur. Equidem contextum censeo innuere vnam fieri tertio quoque die accessionem, remissiorem postridie. Addit rigores ipsis erratice fieri: quod denotat nõ in singulis accessionibus, cæterum interdum, hos'que paruos: Iam etiam sudores paucos, & vero etiam frigus extremitatum tale, vt calfierent ægrè. Ex quibus omnibus liquet crudis pituitosis putrescentibus humoribus talem existere febrem, admista ijs flaua bile. Ac quæ ex sola quidem eiuscemodi bile generatur, ei tertianæ nomen est: quæ vero parem assumpsit crudum humorem, exquisita efficitur semitertiana, Romæ illa incolis frequentissima, vt quæ illius sit vrbis familiarissima. Hæc quidem horrifica est, atque cum reduplicationibus, quas vocant, fit: accedens non tantum priori die, sed & postridie: quæ quidem accessio præcedente minor est, minus'que horrifica: tum repetitionem vel minorem, vel certe prorsus habet nullam. Nunc de ea quę tertio quoque fit die, mitigat autem in his alterum diem, sermo habetur: quæ propinquior esse videtur naturæ tertianæ, accessionem iterantis, ac longius à semitertiana est remota: †multum enim interest, num inuadat postridie, an sine reduplicatione fiat. At enim paruus rigor parum distat ab horrore: tametsi ne hunc quidem perpetuo accessioni esse adiunctum dixit, sed erratice: nisi certe erratice de alijs dixit febribus, & non de tertianæ naturam referentibus. Etenim cum minimos his & paucissimos rigores ait accidere, horrorem indicauit: non priuauit tamen penitus ijs accessiones. F At vero, quo hæc cognoscas, sic se res habet. Febris hæc iure τριταιοφυὴς id est tertianæ naturam referens vocatur. Neque enim est semitertiana, vt quæ secundo die non inuadat, nec reduplicationes faciat: neque producta est, siquidem nunquam febris hominem relinquit: quare erat æquum huic tribuere nomen illis finitimum. Erat porrò rationis nullum instituere aliud nomen, ac τριταιοφυῆ id est tertianæ naturam referentem. At vero deteriorem fieri ferè diebus decretorijs, tertianæ naturam referentium est proprium, non commune omnium: nam in libris De diebus decretorijs didicimus, vsu venire istud morbis malignis. Aliquantulum remittebantur, citoq; rursus ex intermissione violentius incessebant. Si in memoria habeas, quę in libris sunt de iudicijs dicta, & decretorijs diebus, & differentijs febrium, non est quod repetam: illic enim ea sunt explanata omnia, cuiuscemodi est, quod hic dicitur / remittebantur. Sanè generantur istæ febres, non ex succo vno, sed pluribus: quorum calidior febrem acutam succendit, statimq; discutitur: quæ dum corpus tenet, contingit frigidioribus corrumpi ac putrescere: itaq; iterum accendi ex illa remissione (ἐπίχεσιν vocat) quod est veluti requie, & imminutione febris: atq; ista febris deterior euadit priore, videlicet quòd vires à prioribus molestijs defatigatas offendat. Nam non obscurum * est, si vel pari sit magnitudine, quin qui viribus sunt infirmioribus, quàm qui sunt validioribus, G magis molestabit.

† magna.n.distantia est, nõ inuadere postridie, & sine reduplicatione fieri.

* arbitror legẽ aũt esse in Græcis cod. οὐδὲ παρεκτεταμένος τριταῖος. i. neq; producta seu extẽsa tertiana est vide pag. 39.g 119 d. 164.c

26 *Sudores Multi.*

Sanè in alijs febribus conspecti sunt multi sudores. Potuerunt & alijs citra febrem vitijs, vt conuulsionibus, accidere multi sudores ex collecta in corpore multa humiditate frigida propter statum, quæ à conuulsionis vi expellitur. Cæterum quibus id dixit accidisse, hi, vt erat consentaneum, multum sudauerunt.

27 *Hâs Tantum aberat Vt recrearent, Vt etiam contra læderent.*

* Al. His aũt minimi: qui tãtu aberat etc. & ita omnino legendum videtur. vide supra in hac eadem pag. e.

Has, inquit, febres, de quibus verba fiunt, tertianæ naturam referentes, sudores comitabantur inanes. Causa in promptu est: nam attribuimus inconcoctis morbis nec prodesse sudores, nec signum esse bonum. Nam vel copiam denunciant humorum, vel virium infirmitatem.

28 *Frigebant his multum Extremitates, ac Vix Calor his reuocari poterat.* H

Cum ob insignem inflammationem viscerum in accessionibus calfactu efficiuntur difficiles extremitates, tum propter frigidorum multitudinem humorum: vt de vtrisq; in ante citatis commentariis demonstrauimus.

29 *†Non Dormiebant prorsus hi, & rursus Comatosi erant.*

† Al. Non vigiles erãt, omnino, maxime uero hi.

Rursus vigiles ait eos fuisse, ex parte potius, & non omnino: nec contrarietas magna est. Dicit enim ex parte comatosum quoq; symptoma accidisse, hoc est, vbi in somnum delabuntur, nec vigilantium queunt subire munera, vt ostendimus.

30 *Ventres Omnibus Turbati erant, & praui, at multo His peßimi.*

Humorum in ventrem fluente abundantia, vt ante dixi, par erat eum turbari. His itaque naturam tertianæ referentibus, de quibus hic disputat, vt præter cæteros morbos malignis, necessario etiam ventres deprauabantur.

31 *Vrinæ autem Plurimis horũ erant Aut tenues, crudæ, decolores, ac tempore non nihil concoctæ decretorie: Aut crassitudine*

A *craßitudine quidem prædita, turbatæ tamen, nec consistentes, nec subsidentes: Aut pa icæ, crud e, vitiosæ, & quæ subsidebant pessimæ.*

Cuncta hæc in vniuersum, in libro præsagiorum docuit: quæ quidem etiam hic tanquam per exempla priuata fidem accipiunt. Quæ quando ante in præsagijs enarrauimus, non est quod de consensione horum cum illis, cum sit conspicua, dicamus amplius: nam ibi ostendimus, ea crudorum esse & inconcoctorum signa humorum.

32 *Tusses comitabantur†, sed Quem vsum vel detrimentum tunc afferret Tußis, non habeo quid scribam.*

∴ Vbi humores nimij expurgantur, solent sequi tusses.

33 *Itaq; Diuturna hæc erant, molestaq;: & valde Inordinate & erratice, atq; sine iudicio plurima horum permanebant: quibusdam perniciose habentibus, quibusdam non. Si quos autem eorum paululum desererent, statim redibant. Quibusdam autem, ijsq; paucis, circa Octogesimum cum breuißime iudicabantur: Atq; horum non nullos repetierunt, vt etiam Hyemem plurimis eorum morbus protraheretur. Plurimos vero absq; iudicio reliquerunt.*

B Nulli dubium est, quin secundam hic hyemem Hippocrates appellet, nõ etiam primam, quam in principio retulit totius status. Quos enim hic commemorat, morbi omnes altero potissimum autumno viguerunt: deinde ineunte hyeme, quidam horum discesserunt, non nulli longius sunt producti. At vero quod inordinati essent atq; repeterent, frigori id quidem, & copiæ morbos excitantium humorum, merito referendum est acceptum. Quo factum est, vt ex æquo ea etiam superstitibus euenirent.

34 *Ex Aequo hæc ijs qui superstites fuerunt, & qui non, acciderunt: Multaq; fuit Acrisia in morbis, eaq; varia. Ac Maximum Signum & peßimum ad finem vsq; plurimos persecutum est, quod Omnem cibũ fastidirent, præter cæteros, quibus cætera quoq; exitialia erant. Sitiebant autem non admodum intempestiue in his febribus.*

‖ Mente constare, & oblatos cibos libẽtem admittere, optimum esse alias Hippocrates dixit in vniuersum, & hic singulari confirmat exemplo. Quod porro non perinde sitibundi essent, nimirum abundantium humorum qualitatem est consecutum.

35 *Cum autem Diu hæc durarent, Multiq; essent dolores et mala colliquatio, His succedebant Abscessus, aut maiores*
C *quàm vt ferri possent, aut minores quàm vt prodessent quicquam: sed Statim redierunt, & Deteriores euaserunt.*

Vbi multa sit inconcoctorum humorũ copia, abscessus fiunt: qui parui si sint, nihil conducunt: sin autem magni, vires ijs non sunt pares. Quod autem etiam hoc loco vacuationes per effluxum, abscessus vocet, proxima oratione clare significat.

36 *Quæ hos infestabant, hæc erant: Dysenteriæ, Tenesmi, Lienteriæ, et Fluxiones alui: Non nullos etiam Aqua inter cutem, quæ vel hæc habebat adiuncta, vel non habebat [a] †.*

Quos superioribus verbis extitisse summatim ait abscessus, hic nunc sigillatim exponit. Superius diximus merito tales fuisse morbos, confluentibus in ventrem excrementis: Dysenterias scilicet cum cruentis excrementis quocunq; modo ortas: Tenesmos vero, qui sunt tensiones vehemẽtes ex vlceratione in recto intestino facta: Lienterias, quæ celeres sunt ciborum non mutatorum transitus. Fluxiones ventris vocat, cum sine dictis his affectibus dejciuntur & semper & assidue humida excrementa. Aliquos etiam [b]† in aquam inter cutem ait incurrisse, propter copiam humorum frigidorum & humidorum: hos quidem vna cum prædictis symptomatibus, illos citra hæc.

D

37 *Quæ autem ex his Violenta erant, statim Opprimebant, vel rursus nihil Proderant.*

Qui procedunt morbi à concoctionis difficultate & copia crudorum humorum, nullũ ab excretionibus consequuntur emolumentum. Dixit enim multas quidem & violentas cõfestim opprimere vires: at quæ tales non sunt, nihil iuuare: Quæ cum etiam duplices sint, nihil proficient, quę concoctionem non habent adiunctam: [c]† quia scilicet hi etiam multi relinquuntur, nihil commodabit absq; concoctione quicquam.

38 *Papulæ paruæ, quæ non essent excernendis morbis, Statimq; euanescebãt: Aut secundum aures Tumores [d] nigricantes, qui nihil denunciarent.*

Omnium quæ tunc inciderent incommodorum erat caput, inconcoctio humorum. Quod siquando per vim natura ad aliquos eorum excernendos aggressa esset, nihil proficiebat: immo vero ab ijs superata aut in profundum recurrere permisit, aut propter paucitatem excretionum, abscessum moliebatur.

Quibusdam

† Additur in quibusdam exemplaribus τοῖσι πυρετοῖσι, i. ipsis febres.

* Al. vigesimum. Vide et Gal. 2. de dieb. decr. cap. 5. cl. 4 pag. 153 d

2[a]. Aph. 33. Ex. ord. 17. a

A† Additur ĩ aliquibus cod. manuscriptis & impreßis ἅπαντα i. fastidia. in aliquibus non est, nec in Gal. explanatione.

B † εἰς ὕδερους ὀξέας i. in aquam ĩter cutem acutã, habent Græci codices omnes, quos vidimus. interpres tamẽ dictionem acutam consulto etiã fortasse omisit.

C † Al. quandoquidem etiã si multæ sint excretiones, nihil tamen conferunt, si absque concoctione eueniant.

D * μελαινόμενα i. nigricantes. al. μὴ λυόμενα id est quæ non soluerentur.

39 *Quibusdam in Articulos, præsertim in Coxendicem decumbebant: Paucis decretorie cessabant: Statimq; superati ad priorem statum redierunt.* E

A † Græce mendose legitur καὶ ὅτι μάλιστα. Sed [illegible] addendũ [illegible] ut sic vertatur. quodq́ in primis ad articulos.

*B * ἐκκρίνοντο .i. excernebantur, sed in antiquis ἐκρίνοντο .i. indicabantur. & sic etiam videtur esse legendum.*

C † tumores cum cessarent facta sursum latione, redirentq́, ad priorem &c.

Quod igitur abscessus, qui decumbendo fit, maxime in diuturnis accidat morbis, [a]†in primis ab illo docti in vniuersum sumus, & hic exemplo priuato testatum habebimus. Quod vero multa esset affluentia crudorum & frigidorum humorum, & inconcoctorum, ideo in maximum articulum multis decubuit. Cæterum propterea quod essent difficilis concoctionis, non [b]excernebãtur. Qui sicuti etiam discussi viderentur, confestim redierunt. Scilicet hoc est, quod indicatur,[c] †tumores cum ad cutem propellerentur, redirentq; ad priorem relapsi statum sunt. Etenim hoc significatur ab eo, cum dicit: Statimq; superati ad priorem statum redierunt.

40 *Moriebantur autẽ Ex omnibus, sed omnium plurimi Pueri ablactati iam, & qui Natu maiores essent, Octennes & Decennes, & qui Pubertatem iam attingebant. Accidebant ijs hæc, non sine illis, quæ ante dicta sunt: Superiora vero multis sine his.*

Cum in hoc statu potissimum dominaretur humiditas, quippe quę modum naturalem plurimũ excesserat, minus erant obnoxij huic malo ab humiditate & frigiditate profecto, frigidi & sicci. Nam esse obnoxia magis corpora illis causis ostendimus, quæ cognata sunt ipsarum intemperiei. F

41 *Vnum vero Bonũ maximumq; Inter signa quæ fiebant, quodq; multos à maximis periculis vindicauit, hoc fuit, quibus ad Stranguriam diuerterent, & in hoc Abscessus fierent. Accidit autem plerisq; Strangurία in his ætatibus potissimum: Item alijs multis, qui non decumbebant, & in morbis. Et subita his magnaq; omnium mutatio fiebat. Etenim Ventres, & si forte humecti essent, statim maligno modo sistebantur, Cibosq; omnes libenter sumebant, & posthac leuiter Febricitabant. Sed diuturna his Strangurίa, ac laboriosa erat.*

Dixerat etiam antea stranguriosa his & non nephritica symptomata accidisse, etsi communitatem quandam habeant, sed alia pro alijs. Nosq; diximus, vbi per renes excrementa purgantur totius corporis, vrinæ illos stillicidium corripere, cum ob alia, tum præcipue propter confluentium vrinarum acredinem: quę etiam nunc in causa fuit. Tenendumq; rursus memoria est, hic quoque abscessus dicere illum in stranguriam factos, licet per effluxionem, non autem decubitum, de toto emanarent corpore infesti humores. Vt enim repurgatur non raro per ventrem vniuersum corpus, & item quoq; per renes & vesicam. Sed erat his strangurία diuturna, & cum dolore per stranguriam repurgabatur totum corpus. Has autem partes erat necessarium, per quas acres excernebantur vrinæ, affici: quia vellicabantur scilicet, continuaq; excretione sollicitabantur: vnde etiam in ipso vrinarum transitu offendebantur. Eiuscemodi autem symptomata ob excremẽtorum, quæ expurgabantur, copiam longiori tempore illis perdurabant. G

42 *Erant his Vrinæ copiosæ, crassæ, variæ, rubentes, pũrulentæ, cum dolore.*

Omnia hæc accidebant, quod superfluitatem humorum vitiosorum totum corpus deponeret. Quo factum est, vt saluarentur omnes. Cũ autem varia ea esset (vti superius docuimus, aliud enim alij abundabat) non mirum si varietas quædam fuit vrinarum, vt hæ omnes similes non essent, sed alijs aliæ.

43 *Atq; hi Superstites omnes fuerunt, nec vllum horum perijsse cognoui. Quæcunq; vero non periculose.*

Quam ob causam omnes superstites essent, prædictum est: nam per vrinas purgati sunt. Hoc autem /quęcunq; vero non periculose/ quidam sequenti orationi præponunt, vbi hoc interpretabimur post secundum statum. H

44 *Maturationes Excremẽtorum omnes vndiq; Tempestiuæ aut bonæ, et Decretorij Abscessus Cõsiderandi sunt.*

Sunt qui finem prioris status constituant huius narrationis initium, vt talis sit: Quęcunque vero non periculose maturationes excrementorum omnes vndique tempestiuæ aut bonæ, & decretorij abscessus considerandi sunt. vt orationis hic sit sensus: Quicunque vero sine periculo exoriuntur affectus, in ijs animaduertendæ concoctiones sunt. At nihil tamen causæ est, quin per se proposita oratio legi possit, vt oratio illi semel de omnibus morbis qui sinẽ maturatione sunt, in vniuersum habeatur. Concoctio enim quædam eorum quæ præter naturam sunt, est ipsa maturatio morbi. At ipsa concoctio in coquentis substantiam deductio quædam est eius, quod concoquitur. Ergo vbi corpus bene habet, cumq; ei, quod concoquitur, naturæ intercedit familiaritas cum concoquente, mutatio fit & alteratio totius concoquendæ materiæ, aut maximæ partis eius, minimumque superat semicocti. At vero quando præter naturam affecta sunt (quod accidit, vbi sint à natura immutantis & alterantis aliena) id quod assimilatur, paucum est, semicoctũ vero excrementum multum. Iam sicut in corporibus sanis concoctionem indicant excrementa,

non

A non ſecus in corporibus affectis indicabunt. Itaq; eorum quę in ventre coquuntur, deiecta per aluum excrementa inconcoctionem & concoctionem ex ſua forma arguunt: eorum quæ in pectore & pulmone, tuſſi excreata: eorum quæ in cerebro, per nares excreta: eorū deniq; quæ in venis, cum vrinis effluentia. Sed hæc in commentarijs ſunt de facultatibus naturalibus declarata: atq; in ijs libris, quibus de iudicijs egimus: præcipue autem in libris de temporibus morborū, in quibus concoctionis morborum indicia ſunt deſcripta. Id ipſum hic quoq; iubet Hippocrates facere, morborum conſiderantes concoctiones ex ijs quæ excernuntur. At in fine orationis quidā pro /conſiderandi/ ſcribunt /faciundi/ ſermonem eſſe non dignotionis, ſed actionis volētes, & curationis, conſilijq;. Si enim conſiderare iubet concoctiones, ad dignoſcendum & præſagiendum pertinet oratio: ſin autem facere, ad medendum. Iam maturationes efficere calfacientia mediocriter omnia obſcurum nō eſt, tum cibos, tum fomenta & cataplaſmata: frictio item modica, & balneum, huius ſunt generis. Verum iſtorum ſingulorum in libris eſt methodi medendi explicatus vſus. Atqui non modo concoctiones par erat morborum reſpicere, aut facere ipſum, vtrunq; enim verū eſt: ſed abſceſſus etiam ex effluxione, id quod in primis eſt elaborandum: aut abſceſſus ex decubitu in partes ignobiliores, nam alterum eſt hoc propoſitum, vbi abſceſſum per effluxionem aſſequi ne-
B queamus. Quare ſiquidem ad ventrem excrementa contendunt, his præſto eſſe debemus clyſteribus, qui eò attrahere valent: adeoq; ijs quæ tota in victus ratione ad hoc conferunt: Sin autem ad renes, vrinam cientibus: Quòd ſi ad cœlon, acribus medicamentis illud calfaciendo.

45 *Concoctiones Celeritatem portendunt Iudicij, Securitatemq; ſalubrem.*

Superiori capite quoſdam dixi conſiderare concoctiones iubere: non nullos etiam facere: & vtroſq; finem orationis dupliciter ſcribere in enarrando: alteros conſiderare medicos, alteros facere. Equidem ex vſu eſſe vtrunq; dixi medicos meditari. Itaq; ſi /conſiderandi ſunt/ ſcriptū ſit, omnino comitatur id etiam facere: nam || Æmulum Hippocrates pariter ac adminiſtrum vult medicū eſſe naturæ. Veruntamen in priore oratione /conſiderandi ſunt/ ſatius ſcribi planum fecit, cum dicat hic concoctionem celeritatem portendere iudicij, ſecuritatemq; ſalubrem. Non profecto /portendunt/ dicturus, ſed /faciunt/ ſi conſuluiſſet ipſis medicis cōcoctiones efficere: ſed iſtud quidē, vbi morbos curat, dat conſilij. Nunc in commentatione morborum vulgarium dignotiones illis & præſagia proponit: interim eadem opera medendi rationē generatim ſimul innuit, non tamen
C exprimit. Nam ꝙ ſimul innuat, liquet illud quidem. Etenim ſi, quæ probe à natura fiunt, vult imitari medicum, concoctiones autem naturæ opus ſunt, clarum eſt eas celeritatem iudicij, & ſecuritatem, & ſanitatem ſignificaturas: tum vero nos ijs vnà auxiliando, concoctiones effecturos.

Paulo inferius t. 51.

46 *Cruda vero, & Inconcocta, atque In malos abſceſſus conuerſa, Aut Acriſias, aut Dolores, aut Diuturnitatem, aut Mortem, aut Recidiuas.*

Vt fiunt concoctiones natura cauſas noxias ſuperante, ita non ſuperante, contraria. Itaque ei quod eſt in cōcoctionibus dictum /celeritatem iudicationis/ aduerſatur morborum diuturnitas: ei quod illic /ſecuritatem/ repugnat acriſia, mors, & recidiuæ: ei deniq; quod illic /ſalubre/ in communi quidem nunc dicta omnia, ſeparatim vero dolores. Nā corpora ſana, ſiue ἀπονίαν, ſiue ἀνωδυνίαν, ſiue ἀοχλησίαν, hoc eſt doloris carentiam, indolentiam, moleſtiæ vacationem appelles, proprium habent perpetuum. At acriſiæ vocabulum bifariam in mentem mihi venit ab illo vſurpari: cum aut omnino iudicium futurum nullum, aut prauum ſit: atq; in vtroq; hoc ſignificato ſunt inconcoctionum morborum comites acriſiæ. Atqui meminiſtis omnem concoctionem morborum fieri in alteratione humorum. Etenim protenſa eſt per ſolida corpora natura, quæ illorum eſt
D virtus, concoctionemq; à ſolidis corporibus ſanis humores conſequuntur: nam ſi hæc ipſa ægrotent, in habitu iam hic eſt morbus, ac non nullos in extremum adducit diſcrimen. Curari autem prius nequit, ꝙ ſuam virtutem ſolida ipſa recuperauerint corpora: quæ in ſymmetria poſita eſt calidi, frigidi, ſicci, & humidi. Vnde ipſa etiam ſanitas ſolidorum corporum in horum poſita ſymmetria eſt: vt nihil intereſſe videatur, bonam ſimilarium temperaturā dicas ſanitatem eſſe: an elementorum, ex quibus generati ſumus, ſymmetriam. Verum quî morbis ſolidorum corporum mederi conueniat, in libris methodi medendi expoſuimus. Neq; enim omnia vbiq; debeo perſequi. Satis enim ſit eorum, quæ ſeſe obiter de curationibus conſideranda offerunt, hic capita tantum annotare, quemadmodum in curationibus, dignotionū. Etenim quod vniuſcuiuſq; eſt tractationis proprium, id decet omni ex parte elaborare: quod vero obiter incidit, hoc indicare ſummatim.

47 *Quid autem Horum erit potiſſimum, ex Alijs Conſiderato.*

Quorum fecit de arte præſagiendi mentionem, ea in opere de Præſagijs tradidit. Nam ſingula quæ ſunt commemorata, ex eo libro citata ſunt, quem nos commentarijs tribus ſumus interpretati.

A † *Corrupti sūt cod. græci. Arbitror aūt hūc esse huius loci sensum. Præterea antequam commentaria in librum præsagiorū scripsissem, in libris de iudicijs explicauerā præsagia et ī perniciãlibus etc.*

B in Prog. cō. 1.t.2.4ª. 189.c

tati: Et ad finem ostendimus libros Vulgarium morborum sequi post præsagiorum librū: [a]† Præterea esse scripta à nobis in illum librum commentaria, propter libros de Iudicijs, quorū sunt præsagia explicata & in pernicialibus & lenibus morbis: & quæ constituta sunt iudiciorum in vnoquoq; & quæ iam bona iudicia, quæ vero mala: ac firma, atq; non firma: deniq; de omnibus alijs, quæ ad præsentem speculationem pertinent. E

48 *Præterita dicito, Præsentia cognoscito, Futura prædicito.*

Et in præsagiorū libro statim à principio dixit: [b]‖ Presentiens enim et predicens præsentia, preterita et futura. q; scilicet circa tria versetur tempora præsagitio. Quod quemadmodum sit præstandum, per commentaria in illum librum scripta apertum est.

49 *Hæc Meditator.*

Hoc loco μελετᾶν id est meditari, pro ἀσκεῖν idest exercere, dixit: Alibi sępius τὴν ἐπιμέλειαν id est curam, vocat μελέτην id est meditationem.

50 *Exerceto Circa morbos Duo, Vt prosis, aut Nequid noceas.* F

Hoc ego tenue duxi aliquando, nec Hippocrate dignum: siquidem omnibus hominibus censui esse perspicuum, quòd debet spectare in primis medicus, vt ægris commodet: sin minus, vt certe ne incommodet. Postea quam vero non parum multos vidi claros medicos iure ob id reprehensos, q; vel in mittendo sanguine, vel lauando, vel medicamento dando, aut vino propinando aut frigida, offendissent, cogitaui mecum fortasse etiam ipsi Hippocrati tale quid vsu venisse: necessario itaq; multis etiam alijs eius æqualibus medicis. Atque exinde omnibus anteuertendum duxi, vt siquando magnum afferam ægro auxilium, ante perspiciam apud me, non solum quantū profuturus sim, si ex sententia cadat, sed etiam nequid lædam. Nihil itaque vnquam institui, quin apud me prius periculum facerem, ne quid, si votum non obtinerem, offenderem ægrum. Quidā vero medici perinde ac ij, aleam qui iaciunt, solent ęgrotantibus remedia afferre, quorum affert offensio magnum ęgrotis incommodum. Proinde ijs qui artem addiscunt, sat scio, prodesse aut non lædere, indignum visum iri, vt mihi quondam, quod ab Hippocrate literis mandaretur: at vero medicantibus iam, non dubito, quin eius vis appareat. Quòd siquando per vehementis medicamenti vsum temerarium, perimi contingat ægrum, maxime tum sentient, cuius nunc Hippocrates vim ante oculos proposuit. G

51 *Ars his Tribus constat, Morbo, Aegro, et Medico artis administro. Aegri est vnà cū medico morbo Reluctari.*

Tria esse vniuersa inquit, in quibus & per quæ curatio conficitur. Primus morbus, deinde medicus. Oppugnant sese mutuo, & vt ita dicam, inter sese depugnant ac dimicant, medicus & morbus: Morbum enim studet medicus euertere: illi cōtra, vt ne sit inferior, propositum est. Tertius est præter illos æger: qui si quidem medico sit audiens & faciat imperata, socius in certamine efficitur huic, morbo hostis: Qui ab eo si desciuerit, ac quæ dictat morbus exequatur, duobus nominibus medico facit iniuriam, vno quidem q; destituerit solum: altero, quòd duos fecerit, qui erat ante vnus: enimuero duo necesse est, vno præstent. Porrò aperte imperata facit morbi, deserto medico æger, vbi cum ei interdicat medicus frigidę potione, ille à febris ardore adducitur, vt istud committat: itidem si lauet, aut vinum bibat, aut eiusce modi aliud, à quibus abstinere eum volebat medicus. Næ morbum ille scilicet augebit, faciundis ijs, quæ illi placent: atq; medicum prodet, faciundo quæ nō vult. In multis itaq; est exemplaribus scriptum /medicus artis administer/ in quibusdam non artis, cæterum scriptum est, naturæ. Nihil tamen ad orationis totam sententiam interest.

H

52 *Capitis & Colli dolores & grauitates, Cum febribus, & Sine febribus sunt.*

Hoc tituli vim obtinet, per quem recipit Hippocrates, quò capitis solent & colli dolores atque grauitates tandem erumpere, ac quas habeant differentias, sub hæc dicturum. Proinde eum hoc agentem in sequentibus, attendamus.

53 *Phreniticis Conuulsiones.*

Conuulsiones inquit phreniticos infestant, capitis & colli permanentibus doloribus & grauitatibus.

54 *Sed & Virulenta Vomunt, & Ex his quidam Subito Moriuntur.*

At demonstrauimus nos talia alui excrementa & vomitiones, vbi aduritur flaua bilis, fieri: quare subdit /subito quidam moriuntur/ hoc est, statim à vomitionibus intereunt, ipsum cerebrū scilicet eiusque membranas tenente phrenitide à flaua bile profecta. Quo minus mirandum, si

desiccatis,

A deſiccatis his partibus, exiſtāt conuulſiones. Atq; quidam ſimulatq; contracti ſint & vomuerint virulenta, è veſtigio agunt animam. Aliqui ob robur virium vnum ſuperfuerunt diem aut alterum, aut tres, aliquando quinque.

55 *In Ardentibus autem, Cæterisq; febribus, quos Colli dolor, Temporum grauitas, Caligo oculorum, vel Hypochondrij etiam contentio neque cum dolore corripit, his è Naribus Sanguis erumpit.*

Cum enarrarem librum Præſagiorum, de ſanguinis eruptione, quæ ita fit, verba feci, interpretans orationem, cuius eſt initium: Quibus tali in febre dolet caput: & pro oculorum caliginibus cæcutiunt, ac ſplendor obuerſatur: & pro ventriculi dolore in hypochondrij aut dextra, aut læua parte, aliquid contenditur, neque cum dolore, neque cum inflammatione: ſanguinis his è naribus profluuium pro vomitione expectandum eſt. At ſcripſiſſe illic de his illum abſolutius, ſi capita inter ſeſe componas, planè videbis. Tantum igitur erit hic à me adijciendum, eo quod in præſenti capite ſcripſit Capito, Et hypochondrij contentio cum dolore. Neq; enim recte negationē /non/ detraxit, tum ob veritatem ipſam, tum quòd in præſagijs dixit Hippocrates: Cū in hypochondrij aut dextra aut læua parte aliquid contenditur, neq; cum dolore, neq; cum inflammatio- in Prog.cō.3.t. 33.4.211.a Ibidem.
B ne, ſanguinis his è naribus profluuium expectandum eſt. Eſt enim impetus humorum in caput, hypochondrij ſine dolore contentio, ſignum. Quod quidem ſi ei accedat dolor, inflammationem ſequitur viſcerum. Quando vero calore capitis ſurſum ſanguinem trahente, & iecore impellente contentio fiat, ſanguinis eſt expectanda eruptio.

56 *At vero Quibus totius Capitis grauitates, tum autem Cordis dolores, & Faſtidia ſunt, Biliosa post ac Pituitosa Vomunt.*

Hunc etiam ſermonem his docuit verbis in Præſagijs: Sicui in febre non exitioſa, inquit, caput doleat, aut etiam caligent oculi, vel ventriculi huic dolor acceſſerit, bilioſa vomitio imminet. Sin rigor præterea apprehenderit, & ſubter hypochondrium partes algeant, adhuc citius vomitio aderit. Si vero bibat edatq; hoc tempore, perquàm cito vomet. Si quibus horum cœpit dolor primo die, quarto affligantur magis quàm quinto, ſeptimo vindicantur. Pleriq; tamen eorum incipiunt dolore affligi tertio die, quinto laborant grauius, deinde liberantur nono aut vndecimo. Quòd ſi quinto die eos dolor inuaſerit, & alia in his antecedentibus reſpondeant, ad quartumdecimum morbus finietur. Hæc accidunt viris & mulieribus potiſſimum in tertianis: minoribus na- Ibidē.t.30.31. 32.210.e.g.h
C tu accidunt cum in illis, tum vero maxime in febribus cōtinuis, & in germanis tertianis. Hæc oratio de iiſdem, quæ hic docet, in Præſagijs ſcripta eſt: quam nos in tertio, quem in illum librum conſcripſimus, commentario interpretati ſumus. Quare cum exactius totum hunc ſermonem in præſagijs videamus ſcriptum, nihil eſt, cur eadem hic retractemus. Sin autem noui quid inſit in hoc libro, id in ſequentibus capitibus interpretabimur. Atq; hoc memoria tenendū eſt, quod proprie interpretari vocatur, id circa orationes obſcuras verſari: at nunc interpretum inſtituto, per abuſum etiam cauſarum declarationes eorum quæ dicta ſunt minus clare, interpretationes appellamus: Id quod & nos, morem, qui iam inualuit, conſequētes, hoc loco facimus: etenim dictionem per ſe apertam ac nullum quærentem interpretem, componentes cum eo, quod ab illa ſignificatur, cauſas aperte exponere conamur.

A.1.f.2.c.5. 21 f 57 *Pueros ferè In eiuſcemodi incommodis Conuulſiones potiſſimum Corripiunt.*

Pueri propter infirmitatem ſimul ac molliciem neruoſi generis conuulſionibus ſunt opportuniſſimi.

58 D *Eadem etiam Mulieribus accidunt, Tum ab Vtero dolores.*

Quæ ante diximus, accidunt omnia fœminis iuxta atque maribus, quatenus & homines ſint, & omnia habeant eadem ac viri membra. Quatenus vero eximia illis pars vterus ſuppetitat, hactenus huius etiam morbis corripiuntur, ac præcipue in quibus ſtomacho conſentit.

59 *Natu Maioribus autem, & Quos iam calor deficit, Paraplegiæ, aut Inſaniæ, aut Cæcitates.*

Sermo illic de his erat, quibus caput grauatur, dolet cor, & faſtidio laborant, quos ait poſtea vomere bilioſa & pituitoſa, maxime ſi pueri ſint, quos etiam plus quàm iuuenes conuulſionibus tentari. Quin etiam ab his mulieres dicit & ab vteri doloribus vexari. Inde iam ſeniores dicit paraplegias, inſanias, & cæcitates exercere. Addidit autem ſermoni /quos iam calor deficit/ cauſam, quare hæc eueniunt, reddens. Paraplegias vocat, reſolutiones ex apoplexia in partem aliquam decumbentes: Inſanias, deliria citra febrem. Hæc ſolent accidere ſenibus naturę imbecillitate, quę excernere vomitu, aut eruptione ſanguinis, excrementa in capite collecta nequit. Vnde non nunquam proueniunt cæcitates, vbi in oculos irrumpant.

TEMPESTAS TERTIA E

60 *IN Thaso paulo ante Arcturum & sub Arcturo multi & magni spirante Aquilone imbres. Circa Aequinoctium & vsq; ad Vergilias, austrini imbres parui, modici. Hyems aquilonia, squalores, frigidi venti, magnæ niues. Iam sub Aequinoctium frigora maxima. Ver aquilonium, squalores, pluuiæ paucæ, frigora. Circa Solstitium æstiuum, imbres pauci, magna frigora vsq; ad Canem. A Cane ad Arcturum vsq; æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo & sensim increscentes, sed perpetui vehementesq; : non pluit: spirauerunt Etesiæ. Circa Arcturum vero pluuiæ ad Aequinoctium vsq; vernum austrinæ. Hac in tempestate Hyeme Paraplegiæ cœperunt, multosq; corripuerunt: ex quibus non nulli subito moriebantur, etenim hic morbus satis vulgaris erat, cætera incolumes constabant.*

Dictio hæc in cod. quibusdā græcis non est: tamen intelligendi de æquinoctio autumnali id quod etiā infra co. 72 et 73 & 74 manifeste apparet.

Frigidus est & siccus status, quem hic exponit, ac etiam ex parte inæqualis. In omnibus igitur his cum autumno esset similis, morbos etiam habuit, qui maxime solent in autumno vigere. Atq; fuisse inæqualem hinc constat. Nam circa Arcturi emersum cum aquilonijs vêtis pluuias ait magnas fuisse: Deinde secutum totum huic contrarium statui autumnum: pro aquilonio austrinum fuisse, pro pluuioso paruas habuisse pluuias: Mox hyemem aquiloniam & siccam fuisse: postea item ver totum vsq; ad Canis ortum. Vnde planum est, in hoc statu siccum & frigidum satis valuisse. Iam etiam patefactum est, principium eius vsque ad hyemem fuisse inæquale. Inde F rursus post Canem ex aquilonijs & frigidis æstus ait subito fuisse magnos & vehementes: Sub hęc imbres iterum austrinos. Manifestum est igitur totius finem status, qui post Canem fuit, perquam fuisse inæqualem. Itaque morbos ordine exponit clare omnes, qui tum viguerunt, ac nulla est hic obscura, nisi raro, dictio posita. Cæterum quando morborum, qui inciderunt, commemorare causas instituimus, faciũdum est, vt illas ad verba eius applicemus: verba autem ipsa in breuia secemus capita, quæ assequentur, qui ea, quæ tum primo sunt libro, tum supra in hoc exposita, memoria teneant. Ergo paraplegias dicit in hyeme fuisse, capite scilicet læso vêtorum afflatu, qui ea tempestate spirauerunt, frigidorum: maxime vero quod totus autumnus austrinus calfecerat & rarefecerat ipsum, simulq; repleuerat: nam caput quod sic est ante affectum, plurimum læditur flantibus ventis frigidis & aquilonijs. Haud tamen alius hyemem sollicitauit morbus, quod esset sicca: siquidem in aphorismis est dictum, || Squalores esse imbribus salubriores. At ex paraplegijs tamen peribant: siquidem ipse dicit Hippocrates /etenim hic morbus satis vulgaris erat/ perinde ac insolentes, propter paraplegiam, quæ præter consuetudinem accidit. Siquidem illa quæ frequens est, in membri resolutionem decumbit: veruntamen hominem non perimit. At vero G quæ in præsenti statu viguit paraplegia, lethalis erat, vtpote multum refrigerato capite.

3 Aph. 15. Ex. ori. 22. t

61 *Ante Ver Febres Ardentes cœperunt, ac ab Aequinoctio ad Aestatem vsq; perdurabant. Itaq; qui Vere & Aestate ineunte statim cœpissent ægrotare, Plurimi superstites fuere: atq; Parum multi moriebantur.*

In propatulo est non hoc eum dicere, quanq; ex ipsis febribus ardentibus, quæ ante ver cœperant, in ętatem vsq; esse productam, sed quod ipsarum generationi toto eo tempore, vulgari contigerit, ita vt modo hoc tempore, modo illo, Thasij ea febre corriperentur. At non est in omnibus exemplaribus eodem modo hęc scripta oratio. Equidem optimam censuerim scripturam secundum sequentem orationem vt hoc significet, tota æstate perdurasse ortum febrium ardentium: ac tota fuisse hac tempestate moderatas, nec exitiales: initio autumni, qui his corripiebantur, perijsse multos. Itaque quod diu essent febres ardentes lenes, rationi videtur consonum, erant enim moderatæ, sicuti quæ antecessissent hunc statum: nec syncere, vt non a mere calido & sicco statu genitæ: nec omnibus etiam incesserant temperamentis, cęterum ijs, quę iampridem bilis copiam collegerant. Omnino quid in causa fuerit, cur tum febres ardentes inciderent, est inuentu obscurum, H eo quod æstatem precedentem prorsus pretererit Hippocrates, atq; ab autumni initio narrationem sit auspicatus: & vero longe implicatius, quod sit verisimile æstatem illam tenuisse naturale suum têperamentum: quæ profecto si omnino aliqua ex parte degenerarat, declararet Hippocrates eius statum. Ergo calidior fortassis fuit, ac non ita multum natiuum statum inflexit: vnde nec scribendam duxit illam, quasi præter naturam iam affectam. Veruntamen quando æstate, vt etiam in natura sua constet, amaræ bilis succus increscit necessario, hac de re, cum ea æstate esset non tantum solito, sed longe etiam copiosior, ab insequente est gelu in corpore conseruatus, quo minus difflaretur & digereretur: qui postquam diu delituisset, ac diuturnitate computruisset, febres excitauit ardentes.

62 *In Autumno iam, ac cum pluere cœpisset, Lethales erant, Plurimiq; peribant.*

Reuocemus ad memoriam, quod in exitu sermonis, quem de hoc habuit statu, scripsit: Pluuiæ multæ vsq; ad æquinoctium vernum. Dixit præterea de tempore post Canis exortum, vsque ad Arcturum ad verbum sic: || Æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo & sensim increscentes, sed

supra. t. 60.

tes, sed

A tes, sed perpetui vehementesq́ꝫ: non pluit: vnde liquet eum statum bilem generasse. Quare cum pluuiæ illam austrinæ exciperent, iure ardentes febres complures eæq́ꝫ lethales viguerunt: quando Auster dissoluere corpora consueuit, humoresq́ꝫ fundere, adeoq́ꝫ putrefacere simul, vbi cum largioribus sit coniunctus imbribus.

63 *Febribus autem Ardentibus hæc accidebãt. Quibus rite & largiter Sanguis per Nares erupit, ea de causa maxime Seruabantur. Nec vllum noui, si recte ei erupisset sanguis in hoc statu quéquam mortuum. Nam Philiscus quidem, Epamenon, & Silenus, quibus parum quarto die & quinto è naribus stillauit, mortem obierunt.*

Cum alioqui est ardẽtibus febribus peculiare, per narium eruptiones ferè iudicari, tum eo tempore ait multis sanguinem de naribus erupisse. Atq́ꝫ de singulis ægris omnia, quæ postea prodidit, vnum hoc habent caput: Quibuscunque abunde erupit sanguis, fuisse hos superstites: quibus parce aut prorsus nihil stillarũt nares, solos hos perijsse: Alios iam non nullos, quibus alię fierent naturales excretiones, vel per ventrem, vel per vrinas, seruatos esse.

64 *Plurimi igitur ægrorum circa iudicium Rigebant, potissimũ ij, quibus Sanguis non erupisset: Qui quidem ijdem* B *postea Superriguerunt, ac Exudarunt.*

In sermonibus de rigore ostensum est amaram bilem, quæ cum impetu per sensibilia & carnea corpora ad excretionem fertur, consequi rigorem. Declaratum est præterea motui huic sudorem comitari consentaneum esse: interim vero biliosas etiam vomitiones, & alui deiectiones.

65 *Erant qui Sexto die Morbo Regio afficerentur: sed his Purgatio profuit per vesicã, vel Turbata aluus, vel Larga sanguinis eruptio: Vt Heraclides, qui apud Aristoclidem decumbebat: Cui per nares sanguis erupit, aluusq; fuit turbata, & per vesicam est purgatus: Vigesimo autem die iudicatus est longe aliter, ac Phanagoreon seruus, qui, cum ipsi horum eueniret nihil, perijt.*

Quibus non valuit bilem natura excernere, his collecta ad cutem morbum regium excitauit. Prauum erat autem, vt etiam in aphorismis est dictum, ante diem septimum existere illum. Atq́ꝫ horum ipsorum illi soli fuerunt salui, quibus alia ratione natura retrimentum excernere valuit: quas tres cõmemorauit, excretiones vrinarum, ventris turbationem, ac sanguinis eruptionem.
C Quosdam autem omnia ait hęc habuisse, vt Heraclidem: huncq́ꝫ vigesimo die iudicatum fuisse.

66 *Sanguis autem Plurimis erupit, præcipue Adolescentulis & Adultis: Quorum perijt maxima pars, quibus sanguis non erupit. Senioribus vero ad Morbos regios, aut Turbatas aluos, aut Dysenterias res deuenit: Vt Bioni, qui apud Silenum decumbebat. Vulgabantur vero Dysenteriæ & Aestate: ac Non nulli qui diu ægrotarant, quibus etiam acciderunt eruptiones sanguinis, in dysenteriam tandem inciderunt: Vt Eratonis puer & Milus, qui post sanguinis multam eruptionem in dysenteriarum statum delapsi sunt.*

Adolescentibus ex ratione sanguinem erumpere è naribus in confesso est, ac post hos adultis quoq́ꝫ. At vero qui his seniores essent, imbecillis iam viribus, insitoq́ꝫ calore imminuto, in morbum regium magis bilis abundantia decubuit. Etiam quibusdam ventris contigit turbida excretio, aut dysenterica, quibus hinc excrementum ventris exijt. Quare ex ijs, quæ ante dicta sunt, & quæ deinceps dicentur, nõ addubitabis sanguinis eruptiones in ardentibus febribus ob dominantem fieri flauam bilem: quæ sanguini permista, postquam eum deusserit, cum eo multum ad caput calorem subuehens, venis narium diruptis, sanguinis efficit eruptiones.

D

67 *† Copiosus igitur Hic humor fuit, maximeq; abundabat. Etenim Quibusdam circa iudicium Sanguis non erupit, sed Turbercula ad aures excitata euanuerunt: Quæ cum euanuissent, secundum Sinistra ilia, in Summamq; coxam grauitas decubuit. Cumq; post iudicium Dolores incessissent, Vrinæq; tenues redderentur, † sanguinis pauxillum erumpere cœpit. Ac circiter quartum & vigesimum diem Antiphonti Critobuli filio Abscessus fiebant in sanguinis eruptionem: Quæ sedata est, & est iudicatus prorsus circa diem quadragesimum.*

† Al. Multis igitur hic humor maxime abundabat.

† Al. sanguinis pauxillum erũpere cœpit circiter quartum & vigesimũ diem. Et Antiphõti & c. vide et 2. de dieb. dec. ca 5. cl. 4 pa. 153.e

Certe propter periculum. Etenim magno erant in discrimine: nihilq́ꝫ propius factum est, q̃ vt non seruarẽtur: cum vix vigesimoquarto, et quadragesimo die, auxilium sint à sanguinis eruptionibus consecuti.

68 *Multæ præterea Mulieres languerunt, Non tamen ita ut Viri frequẽtes, minusq; multæ perierunt. Plurimæ aũt Grauem partum habuerunt, & A partu in ægritudinem inciderunt: quæ quidem potissimũ moriebãtur: Vt Telebuli filia, quæ sexto à partu die defuncta est. Plurimus itaq; Menses in febribus apparuerunt. Quibusdã è Naribus Sanguis erupit: & multis Virginibus id tum primũ accidit. Non nullis simul & Sanguis è Naribus & Menses apparuerunt: quod in Detharsis filia virgine tum primum animaduersum est, largeq; ex naribus sanguis profluxit.*

Atq; Nullam de his, quibus horum quicquam rite euénit, Mortuam cognoui. Quibus vero contigit Prægnantibus Aegrotare, Omnes, quas equidem noui, Abortiebantur. E

Optimo sanè iure minus mulieres ægrotabant q̃ viri, minusq; in discrimen adducebantur, vt quæ per sanguinis eruptionem iudicia efficerent: quippe habebant congenitum auxilium menstruam purgationem. At difficultate laborarunt pariendi, quòd frigidus esset status. Atque quas corripuit morbus quispiam, hæ abortiebantur eadem ratione.

69 *Vrinæ autem Plerisque Boni quidem coloris erant, cæterum Tenues, & Pauca habebant sedimenta, cum Retrimentis tenuibus biliosisq;. At Multi alij, qui iudicati erant, ad Dysenteriam deueniebant: vt Xenophanes & Critias.*

Has vrinas tenues esse, hoc est aquosas ait. Et quidem paulo post iterum scripsit,

70 *Vrinæ Aquosæ, Multæ, Puræ, Tenues post iudicium, In quibus multa subsederunt. Aliaq; sunt rite iudicata. Subijciam, quibus hæc acciderunt: Bioni, qui apud Silenum ægrotabat: Critiæ, qui apud Xenophanem: Arctonis filio, & vxori Mnesistrati.* F

Recensitis nominibus eorum, quibus ea erat vrina, subdit,

71 *Postea Hi omnes Dysenterici euaserunt. Quòd Vrinas reddiderint aquosas, Attendendum est.*

Etenim verisimile erat, quòd biliosum excrementum per vrinas non esset euacuatum, vbi in ventrem fluxisset, dysenterias generasse. Consentaneum porrò erat, eo quòd multum hic humor valeret ac vigeret, *nisi biliosa excrementa per vrinas essent euacuata, ex eo quod etiam tum reliquum erat in corpore, dysenteriam illis excitatam esse.

*Al. etiã si.

72 *Circa Arcturum Multi habuerunt Iudicium Vndecimo die: atque his Recidiuæ non rite fiebant. Sub hoc autem tempus Comatosi fiebant, atq; hi maxime Pueri: Qui quidem omnium minime interibant.*

Clarum est eum o: tus meminisse Arcturi alterius anni, quem descripsit in exitu narrationis. Erat igitur hic austrinus cum imbribus vsque ad æquinoctium autumnale. Atq; hac ait tempestate die vndecimo secure multos iudicatos fuisse, simulq; comatosos, ob austrinum sanè statum: ob quem iudicia etiam illis fuerunt certiora ac alio tempore, vbi aeris dominabatur frigidum temperamentum, in quo diuturna ait iudicia fuisse. Cæterum tempus quod inter Canem intercessit & Arcturum, quod quidem calidum habebat & siccum statum, non memorauit: quo verisimile erat celerius fuisse multos iudicatos, vt ne septimum diem quidem superarent. Itaque hoc tanquã illi tempori familiare prætermisit, morbos vero vulgatos solos persequitur. G

73 *At vero circa Aequinoctium vsq; ad Vergilias & sub Hyemem consequebantur Ardentes Febres. Et vero Plurimi etiam tunc Phrenitide corripiebantur: Quorum moriebantur pleriq;.*

Ardentium febrium & phrenitidis pro loci quem tenent diuersitate, auctor idem est humor. Nam "cum in vasorum capedinibus vnà cum sanguine continetur flaua bilis, vtcunq; accedatur, contingit febres ardentes prodire, præcipue vero vbi in ventris, aut iecinoris, aut pulmonis venis bilis efferuescat. At quando ad solidas corporis partes perueniat, ac ea permeet, rigorem constituit. Sin autem in cerebrum eiusq; membranas sit impacta, phrenitides inducit. Verum prius quàm inhærescat, perfluens venas in his sitas, non phrenitides, cæterum, quæ in vigoribus sunt febrium, deliria efficit. Proinde bilis, quæ primo in venis inferioribus ardentis febris causa fuerat, in statu hæc austrino ab Arcturo ad æquinoctium, ad caput sublata, & in cerebro defixa eiusq; membranis, phrenitides generauit. H

A.l.4.f.r.t. 48.424.d

74 *Aestate item Pauci In eam inciderunt.*

Paucos ait in phrenitim incidisse. Nam eius pars vsque ad Canem erat frigida, pars vsque ad Arcturum calida & sicca. Proinde non poterat hæc caput interim replere, vti nec Auster ille, qui sub Arcturo ad æquinoctium vsq; flauit. Neq; enim humidum erat, †neque diuturnum, quod inter Canem interuenit spacij & Arcturum. Dictum est, vbi multa bilis in cerebri regiones influxit, phrenitidas excitatas.

†Cod. antiqui græci addunt. οὐδὲ νότιον. i. neq; australe.

75 *At cũ Febres Ardẽtes inciperent, Annũciabãt quibus Exitiũ impenderet. Siquidẽ statim ab initio, Febris Acuta eos corripiebat, à qua parũ superrigebant, Insomnes erãt, Grauiter angebantur, Sitibũdi, Fastidiosi. Paululum in fronte & clauiculis exudabant, sed nemo per totũ corpus. Multũ Delirabant. Timores, mœstitiæ. Extremitates subfrigidæ, vt summi pedes, magisq; manus. Accessiones diebus paribus. Plurimi quarto die maxime laborabãt. Sudores diutißime subfrigidi. Extremitates non iã ad calorẽ redibãt, sed liuidæ erant et subfrigidæ. Nec sitiebãt. Ad hæc erant Vrinæ his nigræ, tenues, paucæ. & Alui sistebantur. Nec Erupit è naribus sanguis, ne his quidẽ, quibus hæc accidunt,*

A *accidunt, sed parũ stillarunt. Neq; Recidiua ulli horum aduenit, cæterum ad Sextũ diem cũ sudore Moriebantur.*

Vt omnia huius operis, eorum sunt, quæ alijs in libris absolute traduntur ab eo, exempla, singula ipsis oculis examinante, ita etiam quæ hoc loco adducit. Nam exitiosis febribus ardentibus symptomata accidisse ait: Ab initio rigentes statim, vigilantes, fastidiosi: ad hæc in fronte & clauiculis parum exudantes. Nam quod acuta laborarent febre, simulq; sitirent, erãt hæc quidem naturę propria ipsius affectus: Quod vero statim a primo rigerent, proprium erat malignitatis. Etenim iudicare ardentes febres rigor solet, non tamen elucere statim decretoria oportet: At vero vigiliarum & angoris symptomata semper prauum est, nedum in principio, vt etiã exudare. Iam vero delirare, quod est absurda loqui, id est desipere, lęsum significat cerebrum. Timores vero magnopere acris & deustæ flauæ bilis symptomata sunt. Cognatæ iam timoribus sunt mœstitiæ. At partium extremarum frigus perniciosissimũ febribus ardentibus symptoma est & signum: Quemadmodum etiam desipere, febris ęstu caput inflammante, cum proprium sit & familiare febribus acutis vri extremis partibus corporis: quæ siquando refrigerentur, regionesq; ardeant ad viscera continentes, in corporis meditullio coactum sanguinem esse indicio est: extrema autem B membra sanguinem desiderare, refrigerari, & semel emori, destituente iam ea natura. Iam accessiones, cum diebus paribus fiunt a principio statim, interim ad sextum diem pessimum iudicium fore prenunciant: interim in longum producendum morbum. At si quidem admodum moueantur, quarto die prauam habente accessionem, ad diem sextum de vita decedunt, vt hi de quibus sermo habetur. Ad quartũ igitur diem eos habuisse dixit maximos labores, hoc est, dolorifica omnia symptomata, & sudores diutissime subfrigidos. Quare liquet diem sextum mortẽ his cum sudoribus allaturum. Quod vero extremitates liuescerent, neque eis amplius calor rediret, demori eas indicat: & est argumentum constans, non posse vltra diem sextum vires sustinere. Huc accessit ad cumulum aliud signum exitiosum, quod cum antea æstuassent, amplius non sitirent. Atqui quando, qui antea siti flagrarent, postea essent a siti liberi, horum duorum sit necesse est alterutrum, aut morbi solutio: aut virtutis extinctio ita, vt præsentia mala amplius non sentiant. At non contigit a morbo his vindicari, siquidem exitialia erant symptomata. Proinde his signum erat perditi sensus, non sitire. Itaque cuncta hæc, quæ retulims symptomata, mire cacoete sunt, & exitialia: atque vna cum his vel maxime Vrinæ, quæ nigræ erant, tenues, & paucæ. Nigræ quidem, vtpote adusto iam bilioso humore: paucæ, quod omnis esset ex sanguine humor ab ar- C dente febre tostus, quodq; vrinæ instrumenta iam emortua essent. * Eandem ob causam etiam alui sistebantur. Quin etiam stillasse nares, quod perniciosum est signum cum in alijs, tum maxime in febribus ardentibus, ait. Nam ardentibus febribus hoc perniciosissimum esse patet, siquidem eis est familiarissimum sanguinis eruptio.

* *Non reddit rõnem cur tenues. forte hæc pars deest.*

76 *Phreniticis autem Quæ supra sunt scripta, Omnia nõn acciderunt: Indicabantur ferè die Vndecimo, non nulli Vigesimo.*

Qui citra ardentem febrem in phrenitim inciderunt, his illa non euenerunt. Nam hos qui vna cum ardente febre ad sextum diem moriebãtur, geminato ipso malo phrenitis arripuit. Ad diem vero vndecimum consecutum dicit esse iudicium, non nullis ad vigesimum.

77 *Quos Non statim a principio inuasit Phrenitis circa Tertium vel Quartum diem, Sed primo tempore mediocriter habebant circa Septimum diem his Acutus Morbus euasit.*

Quibus circa tertium aut quartum diem cœpit, interpellataq; est, dimidia facta iudicatione. Cęterum phrenitis non erat nimium acuta ęgris: conspeximus enim etiam tales phrenitidas.

78 D *Itaq; extitit Morborũ magnus numerus. Inter Aegros aũt cum primis Moriebãtur Adolescẽtes, Iuuenes, Adulti, Glabri, Quibus albida esset cutis, Recti capilli, vel nigri, Nigri oculi, Qui in ocio & socordia vitam degerant, Qui sonora voce essent, vel gracili, vel aspera, Blesi, Iracundi. Mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribant.*

† Sicut ante dixi illum, quæ erant obscuriora, exponere, adijci autem a nobis causas: ita iam sermonis affirmo sententiam non esse apertam. Vtrum enim de phreniticis solis, de quibus verba fecit, sint interpretanda illa, an de morbis omnibus antedictis, incertum est. Quin etiam ipsum sermonis initium diuerse scribunt: quidam hunc in modum: Morborum autem magnus fuit numerus. de ipsis phreniticis solis, quibus hæc subiecit, hæc verba fieri volentes. Aliqui hoc pacto: Itaque fuit morborum magnus numerus. qui quidem contra de omnibus volunt prædictis sermonem haberi. Si de omnibus intelligamus, neq; definiamus, quã de re adolescentes, iuuenes, & adulti pereant: qua de re autem glabri, & albidam cutem habentes: qua de re qui rectos habent crines, nigros, & nigros oculos: qua de re qui in ocio vixerunt, et socordia: iam vero qua de re qui gracili sunt voce, qui blæsi: itidem qua de re iracundi, & qua de re mulieres: Hæc nisi sint omnia plane distincta, ex ijs quæ dicta sunt, nihil nobis quicquam, neque ad præsagiendum conferet,

† *Al. sicuti ante dixi illũ qui dẽ ea q̃ fiebat, clare exponere. vide supra pag. 113. f*

* *κατά τινα. i. ex quibus, scilicet morbus & sic ubiq.*

neque ad medendum. Sin autem non de omnibus morbis, verum de quibus verba faciebat, so- E lis phreniticis hæc interpretemur, maximo vel sic negocio inueniantur causæ, quare ex commemoratis perierint plurimi. Huc accedit, quod ipsum /plurimos perijsse/ duplex sit: Alterum, posteaquam multi tales phrenitico sunt morbo correpti, qui ea tempestate passim mortales perimebat, propterea dictum est multos eorum esse sublatos: Alterum est, eorum, quos inuasit phrenitis, partem maximam interijsse accipimus. Quo fit, vt etiam causæ euadat declaratio duplex: vt omnes, quos retulit, opportuni essent in hoc statu phrenitidi: atque declarandum nobis, inter eos qui phrenitide laborassent, hos potissimum interijsse. Atque sermonis obscuritas ea est & tanta. Ei autem anteuertendum est, vt vniuscuiusque commemoratorum temperamentum inueniamus: nam absque hoc nequit hic sermo tempestati aptari. Videtur autem Hippocrates in sua oratione, Ætatum calidissimarum meminisse: siquidem adolescentes inquit, iuuenes, & adulti: Naturarum vero, quibus ægre digeritur habitus corporis: nãque, glabros, & qui cute sunt albida, item qui capillis rectis, capillis nigris, nigris oculis, & qui domi in ocio inertem vitam egerunt, ostendimus cum in alijs commentarijs, tum in his quos de temperamentis conscripsimus, minus digerere habitum, quod frigidiore sint temperamẽto: Et eadem de causa mulieres, quas propter menstruam purgationem minus status offendit, vt supra diximus. Quod si quæ morerentur, ex F hoc erant illæ genere. Reliquum igitur est, vt de ijs qui gracili sunt voce & aspera, item de blæsis & iracundis videamus. Ac primum de ijs qui sunt gracili voce, qui primo sunt loco relati. Igitur ἰσχνόφωνοι significat gracilem vocem habentes: ἰσχνόφωνοι enim sunt, qui etiamnum appellentur, vt etiam λεπτόφωνοι id est exili voce. Vtrunq; itaq; nomen idem significat: nihilo minus hi ab illis qui voce sunt gracili, differunt, vt est in libris de voce dictum: vbi demonstrauimus illam fieri ob angustiam asperæ arteriæ gutturis: at gracilem vocem, propter musculorum guttur mouentium innatum vitium. Vtriq; in prima conformatione contrahunt ea vitia ob caloris innati infirmitatem. Et quemadmodum deteriorem à principio guttur mouentium musculorum figuram graciles voce consecuti sunt: ita linguæ musculorum, blæsi. Aspera vox fit propter asperitatem vocis organorum. Vocis organa voco, per quæ spiritus redditus vox efficitur. Hæc sunt aspera arteria, guttur, fauces veluti spiritus plectrum per ipsas transeuntis: nam hæ vocis instrumẽtum esse sunt ostensæ: vt locutionis, lingua. Non nihil etiam ad eam gignendam fauces cõferunt, quæ densam reddunt. Hæc igitur organa, vbi læuia sint, leuem ostẽdimus vocem reddere, aspera asperam. Atqui asperitatem ex siccitate docuimus oriri. Ita quæ post ætatem hactenus diximus omnia, "signa A. l.3.f.10. sunt temperamenti frigidi: sola vero siccitas vtriq; temperamento coniungitur, & frigido, & cali- G c.2.269.b do. Quare qui simul cum sicco temperamento frigidi sunt, his ægre digeretur corporis habitus, vt antedicti: qui vero his sunt calidiores, nõ statim adest hoc. Vnde hos ab oratione excepimus: alios relinquimus, quibus est consentanea oratio. Erat porro propositum multos mortuos esse, inter quos ætates recensuit, & naturas. Ego ætates calidas dicebam esse, in quibus amaræ bilis succus viget: naturas, quæ difficilem habent habitus digestionem. Itaq; ex ijs, quorum ab initio hactenus meminimus, reliquum est, de iracundis hoc est † ὀξυθύμων, vt agamus: quos maxime contrarios ait esse iratis, id est θυμώδεσι. Magnanimi enim Irati sunt, & humilium rerum contemptores: contra Iracundi pusillanimes, q generoso viriliq; animo non sint. Quare iracundi temperamento frigidiore erunt, vaporesq; digerent difficulter. Cæterum quod ad exitum est capitis dictum /mulieres quoq; plurimæ ex hoc genere peribãt/ non constat, an ad finem sit modo referendum, an ad ea quæ ante sunt dicta. Postremi autem sunt illorum iracundi, & mulieres huic generi affines plurimas interijsse subiecit. Attamen potest vtroque modo vera esse oratio, siue ad omnia referat supradicta Hippocrates, siue ad postremum tantum. Quod si ad omnia referre sit verum, rectius sic interpreteris. Pueris enim, quod vltimo est loco dictum, etiam attribuitur. Ceterum ad hunc modum non sunt omnia dicta: sed tamen mulieres huius generis dicit mortuas esse, compa- H rans eas viris. Nam superius est dictum: Multæ præterea mulieres, non tamen ita vt viri frequentes, minusq; multæ perierunt. Verum hoc nunc vult dicere: Mulieres his captæ morbis, magis interibant, quæ prædicti generis essent.

Nulla fit mentio in cõmẽto, corũ qui sonora sunt voce.

† Per ὀξυθύμους videtur ĩtelligere eos, quos Hippocrates in contextu appellauerat ὀργίλους.

At vero Hoc statu Quatuor his præcipue Signis Seruabantur: Quibus enim aut ex Naribus probe Sanguis erupisset: Aut qui per vesicã Vrinas multas & multo bonoq; præditas sedimento reddidissent: Aut per Ventrem turbida, biliosa, tempestiue: Aut qui in Dysenteriam incidissent. Multis vero Vsu venit, vt non ab vno illorum iudicarentur, sed per omnia plurimi excernerent: Qui quidem grauius habere videbantur. Veruntamen omnes, Quibus hæc acciderunt, Superstites erant. Fœminis Virginibus eueniebant etiam omnia, quorum meminimus, signa. Quibus autem Aliquod ex his rite fieret, aut Menses largius superapparerent, per hæc Seruabantur, & iudicabantur: Nec harum, quibus istorum quid recte eueniret, Mortuam vllam vidi. Nam Philonis filia, cum ex naribus ei sanguis copiose fluxisset Septimo die intempestiuius cœnata, defuncta est. 79

Tum hoc caput apertum est, tum sequens, vbi de mulieribus agit. Nam summa quidem, quam tradit,

A tradit, hæc est, aliquos per sanguinis eruptionem, alios per vrinas aut per aluum, non nullos decumbentibus in dysenteriam causis, incolumes esse potuisse.

80 *Quibus in Febribus Acutis, atq; adeo ardentibus, Spontaneæ effluunt Lachrymæ, his est (siquidem reliqua non sint exitialia) è Naribus Sanguinis eruptio expectanda. Qui Incommode habent, his Non sanguinis eruptionem, Verum portendunt Mortem.*

Et hoc etiam portendit sanguinem erupturum, quod in superioribus præteritum hic profert. Porrò est ipse satis sermo clarus, si memoria teneas ea, quę supra tum hoc ipso in libro dixit, tum in libro presagiorum. Equidem hęc omnia cum proprijs limitationibus in commentarijs in librum præsagiorum & in libris de iudiciis à me dicta sunt.

81 *Tubercula secundum Aures, quæ in Febribus cum dolore extuberant, Non nullis, cùm febris decretoriè sedatur, non resident, neq; suppurant. Hæc, Fluxio alui biliosa, Vel Dysenteria, Vel in crassis Vrinis Residentia discutiunt: Id quod contigit Hermippo Clazomenio.*

In primis hæc refert cum modò prædictis meminisse, vt ne arbitremur semper signum esse prauum parotidas non suppurare. Nam hoc ait in statu, febribus quidem decretoriè quosdam liberatos, hoc est die decretorio, & cum sudore, vel quopiam alio sic iudicantium: at remansisse parotidas tamē: Deinde diuturnitate temporis resedisse, per quas dixit vrinas, & per alui excrementa, et dysenteriam expurgatis morbum constituentibus causis.

B

82 *Iudicia Vero, Ex quibus cognoscimus, aut Similia, aut Dissimilia sunt.*

Quæcunq; Hippocrates de iudiciis & de decretoriis diebus docuit, hæc habes duobus in voluminibus à nobis collecta, in libris de decretoriis diebus, & iudiciis. Nihilo minus nunc etiam huius sermonis caput breuibus dicam. Iudicia partim dicit similia, partim dissimilia fuisse. Deinde adiicit, multos in recidiuam incidisse, eosq; iisdem constitutis temporibus planè die decimoseptimo iudicatos fuisse: Deinde alios à recidiuis die vigesimo, eosq; non similiter. Exempli gratia, primum meminit duorum fratrum in hac oratione.

83 *† Vt Duo Fratres, qui habitabant prope Theatrum, simul eadem hora cœperunt ægrotare: erant autem Epigenis fratres. Horum natu Maiori decreuit morbus die sexto, Minori septimo: Repetijt simul ambos eadem hora: Intermisit Dies quinq;. Ab recidiua, Ambobus simul est decimoseptimo die in totum iudicatus. Plurimis Vero iudicatus est ad diem quintum: intermisit die septimo: ab recidiua, iudicatus est die quinto. Aliquibus iudicatus est septimo: intermisit septimo: ab recidiua, iudicatus est tertio. Quibusdam iudicatus est die septimo: tertio intermisit: septimo iudicatus est. Nonnullos reliquit die sexto: intermisit die sexto: † tertio inuadebat. Aliquos reliquit die primo: inuasit, & iudicatus est die Vno: quod factum Euagunti est Daipharsis filio. Fuerunt, quibus iudicatus est die sexto: reliquit die septimo: & ab repetitione, iudicatus est die quarto, Vt Aglaidæ filiæ. Plurimi itaq; ægrotātium in Hoc Statu, hunc in modum languebant. Neq; quemquam noui Superstitem fuisse, quem Recidiuæ rite factæ non repetierint: Omnesq; seruabantur, quos equidem noui, quibus hoc genus Recidiuæ euenerunt. Neq; ægrotantium hoc modo Quenquam noui, quem Recidiua iterum repetijt. Plurimi, qui perierunt ægri, Sexto die sunt defuncti, Vt Epaminundas, Silenus, & Philiscus Antagorei filius.*

C

† Alio modo cōtextus hic citatur a Gale. lib. 2. de dieb. decr. cap. 3. cl. 4. pag. 152. c

† Verius ex aliis cod. græcis, tertio inuasit, intermisit die Vno, et uno inuasit, ac iudicatus est: quod &c.

Quod huius orationis est vtile, clarum est ex superioribus: inutile vero, obscurum: quare inuestigare ipsum non conueniebat. Cæterum qui vtilibus student, elaborant inquirendo, quonam modo Hippocrates, cum dixerit seniorem habuisse die sexto iudicium, iuniorem septimo: & rursus /rediit simul ambobus eadem hora/ mox adiunxerit /intermisit dies quinque/. Neq; enim fieri potuit, vt vtrique intermitteret dies quinq;, sed alteri soli. Et quidem hoc ipsum quod dicūt, possis de solo vno intelligere, secundo in hac narratione, qui primo iudicio est septimo die iudicatus. Iam si huic dies quinq; intermisit, constat illi, qui sexto die fuit iudicatus, intermisisse dies sex. Potest etiam à primo statim corrupta scriptura à librario, permansisse: id quod aliis multis accidit tum apud Hippocratem, tum apud alios non paucos. Quod esse librarii erratum dico, hoc est: Potuit hæc fuisse scriptura: Intermisit alteri dies sex, alteri quinque. ille vero lapsus scripsisse, Intermisit quinque dies. Et est verisimilius maiori intermisisse dies sex, minori quinque, cum inciderit recidiua ambobus in duodecimum diem. Post hæc itaq; dicit: Plurimis iudicatus est die septimo, intermisit quinto: vt coniicias ipsos etiam fratres exemplum esse iudiciorum, quæ plurimis contigerunt. His expositis alia descripsit iudicia varia, quæ omnia die septimodecimo circunscribuntur: cæterum huiuscemodi nullum, quale in duobus fratribus intelligendum confirmo, vt redirent ambobus duodecimo die, cum iuniori quinq; dies intermitteret. Neque ab re sic est de illis dictum, vt & id quod cum aliis his conueniebat, conseruaretur, quòd à repetitione die septimodecimo iudicarentur: & etiam peculiare, quòd ad diem duodecimum repeterentur. Sed, quod dixi, cum id quod vtile est teneas, non est quòd sis curiosus. Itaq; de iudiciis, quæ deinceps retulit, omnia prætereamus, quādo capita habemus, partim similia ea fuisse, partim dissimilia. Nam cum

D

prima

prima iudicia aut sexto die tollerent ægros, aut essent incerta, ita vt redirent morbi ad vltimum & E absolutum iudicium, die septimodecimo inuadentes, in hoc simile fiebat & dissimile. Post hæc alia commemorat iudicia & recidiuas, quæ in diem incidebant vigesimum, vt ibi perfecte iudicarentur. Decumbebant circa Theatrum. Scribunt quidam non θέατρον, sed θέρατρον, vt habeant locum, quem interpretentur ita esse παρὰ τὸ θέρεσθαι id est ardendo nuncupatum. Ad præsentē speculationem, quemadmodum scribas id genus voces, nihil interest. Nec vero an Perigenis, an Dionis, an Theonis fratres essent, quicquam refert. Verũ qui ea, quæ artis sunt medicę, probe nequeunt enarrare, ad tales deflectunt curiositates.

84 *Quibus autem Tubercula secundum Aures essent, His die vigesimo iudicabantur: Restinct.i omnibus sunt, quibus non suppurarunt. sed ad vesicam deflexerunt. Cratistonactæ, qui apud Heraclium habitabat, &* [a] *† pictoris ancillæ suppurarunt. Obyt Scymni pictoris ancilla, suppurauit. Quibusdam die septimo iudicatus est, intermisit nouē, redyt, iudicatus est ab recidiua* [b] *†. Iudicabatur die septimo Phanocritus, qui ægrotabat apud Gnatonem pictorem.*

A † Al. scymni pictoris ancillæ suppurarũt, & obierunt.

B† Alÿ cod. habēt, die quarto. Quibusda iudicatus est die septimo, intermisit sex, postea rediit, iudicatus ē septimo, in totũ vigesimo, vt Phanocrito, qui &c. Vide Gal. lib. 2. de dieb. decr. ca. 3. cl. 4. pag. 152. e

Quia quiddam dixi nuper esse memoria dignum, referam hic, quod singularius est illo, & rarius. Nam parotidas curatas esse citra suppurationem, excretionibus per regionem inferiorem, F exemplum parum frequens est. Eius tamen nouitatem excedit, quod in hoc sermone scripsit Cratistonacten, & pictoris ancillam, cum tubercula secundum aures suppurassent, perÿsse: nam cum hoc pugnare videbitur: [c] ‖ Concoctiones celere iudicium, & securam sanitatem promittunt. „ Sed ne nunc quidem causæ febrium, quæ intra venas continerentur, erant concoctæ Cratistonactæ, & ancillæ pictoris, nam non obirent. At parotides erant tamen maturæ: quod infrequens esse, & debere memoria teneri dicebam: Nam posse fieri quapiam in parte priuatim concoctionem, toto morbo non concocto. Quicquid est reliquum, quod est hunc in modum de iudicijs traditum, exacte sumus executi in commentarijs, quos de Iudicijs & Decretorijs diebus conscripsimus.

C Supra t. 45. 112. b

85 *Hyeme sub Solstitiũ brumale, et vsq; ad Aequinoctium, Febres Ardentes perdurabant, et Phrenitides: Multi diem suum obibant. Iudicia tamen variarunt: & Plurimis die ab initio quinto iudicabatur, quarto intermittebat, repetebat, ab recidiua quinto iudicabatur: Numerus dierum totus quatuordecim. Atq; Pueris plerisq;, Aetate etiã prouectioribus, iudicabatur. Non nullis iudicabatur vndecimo, repetebat quartodecimo, iudicabatur exacte vigesimo. Quòd si qui superrigerent circa vigesimum diem, his iudicabatur quadragesimo. Superriguerunt autem plerique G sub iudicium primum. Aliqui superriguerunt à principio sub iudicium, & in recidiuis vnà cum iudicio.*

Meminit hic hyemis anni secundi, non primi, quam in ipso statu exposuit. At dixi superius causam, cur phrenitides non primo, sed postea viguerint. Insuper iudiciorum constituta tempora esse dicit immutata, quorum varietatem recenset: quibus hoc cum superioribus conuenit, quòd cum recidiuis fierēt. Atque pueris quidem, & his etiam ætate prouectioribus penitus iudicatum quartodecimo die morbum refert: nam ocyssime his digeritur & concoquitur morborum causa. Ceteris non tantum in diem ait vigesimum, verum etiam in quadragesimum productum ex recidiua vltimum iudicium. Et quid habet admirationis in varietate morborum insignes extitisse iudiciorum diuersitates?

86 *Vere Superrigebant paucissimi, Aestate frequentiores, Autumno etiam plures, Hyeme longe plurimi: at Sanguinis eruptiones Cessabant.*

Veris hic meminit, quod in primo statu commemoratum est, non in secundo anno. Neq; enim eò narrationem produxit morborum, qui vigebant, verum ad secundam vsque hyemem extendit. Cur autem temporis longitudine in dies etiam atque etiam numerus augeretur rigen- H tium, iam ego supra quasi innui eo loco, cum admonerem. Ostendi fieri rigorem, cum flaua bilis corpora permeet solida, non autem in vasorum contineatur cauitatibus. [d] † Cum igitur primum cieretur, febres ardentes generauit. Deinde in carnem transiens, vbi per eas foras impelleretur, rigorem induxit. Paulatim vero sanguinis eruptiones sistebantur, quòd bilis non amplius in venis, sed in totum esset diffusa corpus.

D † Græci legitur ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν ἐν κινήσει οὖσα, τοὺς καύσους ἐγέννησε. Sunt tamen qui meliorem lectionem esse existiment, si pro κινήσει scribatur, κοιλότησι idest cauitatibus, scilicet vasorum: vel ἀγγείων idest vasis, vt sic postea vertatur: Ac in principio quidem, cũ in vasis esset, febres ardētes generauit. Tu tamen considerato.

Galeni

GALENI IN LIBRVM PRIMVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS TERTIVS.

ARGVMENTVM

Docet Præcepta quædam ad Morbos dignoſcendos ac ad Præſagiendum vtilia: Ac ad finem Quatuordecim Aegrotos deſcribit.

1 *Morbos Dignoſcimus, docti ex Communi omnium Natura, & cuiuſq; Propria: Ex Morbo, Aegro, Oblatis, Offerente: Nam facilius ex his vel difficilius: Præterea ex vniuerſo et ſingulari Cœli ſtatu, & Singulis locis, ex Conſuetudine, ex Victus ratione, Vitæ genere, Aetate cuiuſq;, vnà cum Sermone, Modis, Taciturnitate, Imaginationibus, Somnis, Vigilijs, Inſomnijs, quibus et quando, Vellicationibus, Perfrictionibus, Lachrymis, Acceſſionibus, Deiectionibus, Vrinis, Sputis, Vomitionibus: et Quæ ex quibus, in quos Succeſſiones morborum, et qui Abſceſſus in exitum vel iudicium: Sudor, Rigor, Algor, Tuſsis, Sternutamenta, Singultus, Spiritus, Ructus, Flatus ſilentes, ſtrepentes, ſonori, Sanguinis eruptiones, Hæmorrhoides. Ex his Conſideres, quæ per hæc accidunt.* B

Quidam hæc exiſtimant eſſe aſcriptitia, quod eiuſdẽ interpretationis & ſententiæ ſint, atque illa, quæ in libro de humoribus ſunt ſcripta, quæ alijs ante commentarijs ſumus interpretati. Sunt quidem hæc præſagiendi præcepta, quibus auctor tradit communia propoſita, à quibus ſumenda ſint præſagia. Communem itaq; vocat naturã, omnium hominum: propriam, vniuſcuiuſq; noſtrũ naturam. Quòd autẽ ex vtraq; ſint conſtituendæ dignotiones & præſagitiones, certior vero ſit, quæ proficiſcitur à propria natura, in libro præſagiorũ didiciſti, & in libro de fracturis, & articulis, atq; de capitis vulneribus: quos item libros ante interpretati ſumus. Iubens igitur ſemper affectã partem cum ſuo ſtatu priore natiuo conferre, adiecit ſuo ſermoni, aliena non eſſe negligenda. Simili etiam modo cum dicit: || In acutis morbis ſic conſiderandum, in primis quidem ægri facies an valentium, maxime vero ſuæ ipſius, ſimilis ſit: ea enim optima cenſenda eſt. Atq; ſi proprium teneamus colorem cuiuſq; ægri & magnitudinem, non eſt quod quæramus communem. Quia vero omnium hominum ante non cognoſcimus naturã, ſed nec opinãtes ſæpe ad ignotos accerſimur, principium cognoſcendorum morborum præſagiendorumq; à cõibus inſtituimus. Quorũ enim naſus non acutus, nec oculi concaui, nec collapſa appareant tempora, nihil rogamus quenquam de ægro. Quòd ſi naſus acutus, oculi concaui, ac tempora videantur collapſa, tunc qua eſſet facie valẽs, quærimus. Atque ita conſequentium fiunt etiam ex Morbo præſagia. Pluribus enim planum tibi factum eſt in libris de iudicijs, & in commentarijs in aphoriſmos, ſubito tertianam exquiſitam iudicari, quartanam eſſe diuturnam, vtranq; vero à periculo remotam: phrenitim autẽ & lethargum periculoſos eſſe & acutos: duritiam lienis pernicialem & diuturnam. At ex ipſo Ægro bifariam futura preſentimus. Alter modus hic eſt: || Modeſtus, inquit, ſi acerbe reſpondeat, malum eſt: contra turbidus in ægritudine non ſolum ſi loquatur aſpere, ſed ne ſi deſipiat quidẽ in exurente febre, in diſcrimen venerit. Alter is eſt modus: Si æger omnia officia præſtiterit, ſitq; audiens medico, ac ne ſic quidem profecerit quicquam, grauiter is ægrotat. Omnino fit contrarium, ſi cum nuſquam in officio ſit, attamẽ mediocriter habeat. Itidem ex Oblatis prædicere licet. Nam prauis oblatis, ſi nihilo habeat deterius, morbus mediocris eſt. Verum cum recte omnia adminiſtrantur, ſi præterquam quod nihil commodetur, etiam exacerbetur, eſt hoc malum. Me quidem non tãtum morborum modos, verum formas etiam ex oblatis cognouiſſe ſæpenumero conſpexiſtis. Verum, vt dixi, pluribus aliàs de his omnibus egi. Cum vero ex Offerente dicit etiã prænoſci promptius vel difficilius, in morbis intelligas. Quod ſubinde conſpicientes, ſiue ſit diuturnus morbus, ſiue affectus febriles longi, etiam ex eo quod ſciamus, qui curabat medicus, notitiam augemus. Si enim clarus ſit, parum de curatione ſperamus: nam morbum conſtat cacoethe eſſe, vbi cum recte omnia adminiſtrẽtur, nihilo fiat mitior: Sin autem ille imperitus ſit, probatur nobis, ſi omnia probe inſtituantur, hominem incolumem fore. At etiam ex Statu ait, hoc eſt ex peculiari aeris temperamẽto, fore præſagia. Iſtud autem /vniuerſo & ſingulari cœli/ eſt tale, ſi, quæ in ſtatibus ſupra deſcriptis tribus expoſita, memoria tenemus: vbi ipſe Hippocrates, quæ in aere accidebant per calorem & frigus recẽſens, ad finem illorum præpollens temperamentum pronunciauit: verbi gratia, vbi dicit: || Cum eſſet totus hic ſtatus auſtrinus & cum ſqualoribus. tametſi totum annũ nec Auſter ſpirauerat, nec ſqualor fuerat. Iam etiã cum dicit: || Cum totus fuiſſet humidus annus, & frigidus, & aquilonius. pro excellentia pronunciat. Nam, vt nullus fuerit toto anno, neq; calidus dies, neq; ſiccus, neq; auſtrinus, haud fieri potuit. Ita etiam morborum formas ſanè multo conuenientius erat tales eſſe, nõ

C / D (margin letters)

in Prog cõ. 1. t. 5. 4ª. 190. g
1. Prorr. cõ. 2. t. 9. c 4ª. 170. c
Supra cõ. 1. t. 8. 104. b
Supra cõ. 2. t. 5. 108 a

tamen

tamen quin aliȩ intercurrerint. Hic ergo cum ſtatum primum omnem expoſuiſſet, in eius fine ad E
Supra cō.1.t.37 107.d verbum ſic ſcripſit: ‖ Inter omnes, quorum fecimus mentionem in hac tempeſtate, ſoli in lethalia »
tabidi incurrerunt. Cætera commode habebant, neq; alijs moriebantur febribus, neq; vna vulga- »
batur morborum forma, neq; vna fuit perpetua toto anno tempeſtas. Per excellentiam vero nos
temperamenti, vel frigidum, vel humidum, vel aliud temperamentum dicimus. Hippocrates ve-
ro ſcripſit, Vere nanq; alij morbi, æſtate alij, autumno & hyeme alij atq; alij inciderunt, in ſingulis,
quos deſcripſit, ſtatibus. Sed tamē per totum annum hoc ſtatu hic dominabatur morbus, alio ille.
Atq; illud eſt quod dicitur, Ex vniuerſo & ſingulari cœli ſtatu. Addidit autem ad orationem /cœ
li/ quod ſcilicet ſi nude ſine adiuncto proferatur, ſtatus nomē & loci formam poſſit indicare, reiq;
cuiuſuis. Ac nimirum connectens dicit, Ex vniuerſo & ſingulari cœli ſtatu, & Locis ſingulis, &
Conſuetudine. Nam ad futura præſagienda magnopere loci formam facere, crebro eſt oſtenſum.
Hoc loco ſatis ſit, ꝙ ad librum vos remittam de aere, aqua, & locis: vbi tradit qui morbi quibus lo-
cis vigeant. Nam eſt horum generatio indigenis congenita: minuſq; habent, tanꝙ familiares, di-
ſcriminis. Immo vero vel Conſuetudinem ad præſagiendum conducere docet. Itaque in præſa-
in Prog. cō.1.t. 19.4ᵐ.193.h giorum libro, cum notas aſcribit ex conſuetudine, Alias ad hunc dicit modum: ‖ Si pronus iaceat »
is, qui per bonam valetudinem ſic cubare non conſueuit, aut delirium aut ventris dolorem porten F »
Ibidem. t. 20. 194.b dit. Alias ſic: ‖ Stridor dentium 'in febribus præter cōſuetudinem a teneris contractam, inſaniam »
ſignificat & mortem. Sed ex Victus quoq; ratione, quam ȩger ſeruauit, queas quid ſit quantūq;
humorum, qui exuperant, ſcite cōijcere: quibus perſpectis, facilius cognoſcitur præſens ſtatus cor
poris, expeditiorq; euadit de euenturis præſagitio. Iam & præſagiri ex Vitæ inſtitutis vult. Vo
cant autem vitæ inſtituta, hoc eſt ἐπιτηδεύματα, omnia quæ obeunt homines, aut vtilitate addu-
cti, aut neceſſitate, ſiue nauigent, ſiue terram colant, ædificent, fabricentur, venentur, aut colāt exer
citationem, vt ſæpe in calida vel frigida lauent. Eſt igitur ex ijs, ad quȩ ſtudia ſua conferunt, de mor
bi coniectare conditione. Nam ruri qui egit tempore æſtiuo apricatus, duriter & tenui victu, ama
ram bilem potius, quoad huius eſt, ꝗ pituitam coaceruauerit. Qui cōtra ac ille, vrbem colit in vm
bra, lauans bis quotidie, tum autem in ocio perpetuo cibis ſe ingurgitat, hic pituitam citius. Eadē
eſt in cæteris ratio. Ætatem vero præſentibus cognoſcendis, & præſagiendis impendentibus, nō
3ᵃ.Aph.24. Ex. ord.25.a & c paruum vſum pręſtare cognoſces ex aphoriſmis, in quibus de ‖ ætatibus ſermonem habuit: quem
quidem nos librum iampridem ſumus interpretati. Sermo præterea ægri, præſentium notitiæ,
& conſequentium diuinationi, poteſt adiumento eſſe. Verum eſt coniunctum hoc ſignum, eiq;
cum iudicio conuenit, quod proficiſcitur a conſuetudine. Si enim ȩger ſuo more loquatur, quo lo G
let ante integra valetudine, nihil expectabimus mali: Sin vero contra morem ſuum ȩger verba fa
ciat, eſt illud prauum ſignum: nam eſſe eius ſuſpicamur hinc offenſam mentem. Quod deinde
Hippocrates Τρόποισιν dixit (nos modis vertimus) videamus quid denotet. Vſurpant hoc vo-
cabulum veteres duobus in ſignificatis: ac modo pro animi moribus vtuntur, modo pro differen
tijs aut formis eius, qua de re ſermo habetur. Exempli gratia, ſi habeatur de victus ratione oratio,
hic ſcriptor ſi modos dicat rationis victus, differētias ipſas aut formas ſignificat. Itidem ſi febrium
eſſe modos multos dicat, differentias harum aut ſpecies interpretatē. Itaq; hac dictione /modis/ aut
animi ſignificat mores, aut ſermonis differentias, quandoquidē de ſermone meminit, quaſi ad hūc
modum orationem inſtitueret: Ex ſermone, & ipſius formis, aut differentijs. Nam, differentias, an
ſpecies, an formas dicas, nihil intereſt impræſentiarum: ſiquidem hæc fiunt omnia diſſecandis ijs,
quæ generatim ſunt mente concepta. Vt autem de ſtatu ȩgri docet aliquid ſermo, ſic & Tacitur
nitas inſolita, aut natiua ægri. Nam vt eſt ea taciturno ſua ſponte ſecundum naturam, ita loquaci
præter naturam. Quocirca hunc aut ſoporans torpor tenet, aut eſt melancholiæ initium. At ſi ta-
citurnus non taceat, ſed amplius conſuetudine loquatur, delirium denunciatur. Sub hæc cum
Imaginationes ſeu cogitationes (hoc eſt διανοήματα) dicit, nullā rem ſenſibilem indicat, aut appa H
rentem, ſed quam argumentis ſeu coniecturis aſſequimur. Argumētum autem eſt quod ægri vel
eloquuntur, vel agunt.″ Nam cum de nobis quidam mane de more ægrum inuiſeret, totam ait no A.l.1. : d.ſ
ctem ſomnum ſe non vidiſſe, dum cogitaret, quid ſit nam futurū, ſi laſſus Atlas non ducat amplius ſu.1.c.7.h
ſuſtinendū cœlum: ex cuius verbis intelleximus principium eſſe quoddā melancholiæ. Ex Geſtu
itē ægrorum animi mores produnt. Poſt hæc auctor dicit, Somnis & Vigilijs: de quibus mihi
† Additur ex antiquis. Si fumū, vel caligi nē, vel profundas tenebras, atra bilis. uide ēt libro de dignotiōe ex inſomnius. cl. 4. pag.213.c certum eſt hoc loco nihil dicere, ꝙ ante in aphoriſmis & in præſagijs, ſomnos et vigilias expoſue-
rim. Et vero de Inſomnijs etiā mihi ante explicatum eſt, cū alijs, tum ijs quæ corporis aliquē affe
ctum indicant, ſicut ēt in libro de victu valentium eſt traditum. Nam ſiquis per inſomnium videat
incendia, hunc offendit flaua bilis: † Si imbres, abundare frigidum humorē declarat: Sic ſanè, ſi ni
uē glaciem & grandinem, pituitam frigidā. Siquis in fœtido ſe loco eſſe putet, putredinem humo
rum: Si gallorum gallinaceorum criſtas habere, aut rufa quædam, ſanguinem exuperare: Si caligi
noſa cernere, aut in locis eſſe caliginoſis, flatus indicat. Vnde etiam huic verbo /inſomnijs/ adiecit
/quibus & quando/ vt Quibus, illorum differētias indicet: quod etiam ſi omitteret ipſe, clarū ſit:
& Quādo tempus denotet, quo inſomnia fiunt, hoc eſt, ſi aut in principio acceſſionū, aut in vigo-
re, aut

A re, aut alio tempore: Atq; si à cibo ac tali statim, aut sine cibo: Sumitur enim non nihil ex his indicij. Itaq; qui se niue putet conspergi, idq; sub accessionis initium, vnà cum rigore vel horrore vel algore accidere sibi imaginetur, tempori id potius, q̃ affectui corporis, est attribuendum. At vero si eiusmodi insomnium videat in febris remissione, fidelius præbet argumentum frigidorum succorum: Longe etiam magis, si nihil comederit ante ciborum pituitosorum: nam dum illi in ventre continentur, potest talem habere quis imaginationē, vt assimilis non sit corporis totius status.

Quod deinde est dictum /vellicationibus/ aliàs in commentarijs de succis exposuimus, vt etiã alia, quæ hic sunt cõmemorata multa, quæ de floccos carpentibus dici, & festucas colligentibus valent: aut ẽt de vellicantibus aliquam sui partẽ, vbi subest in profundo dolorificus affectus. Et sępe partem, quæ pus aut alium continet acrem humorem, vellicant: quæ quidem etiã est non nunquã nota delirij. Iam quod est deinde scriptũ /perfrictionibus/ mordaces esse ad cutẽ humores significat, qui ad scalpendũ irritant. De Lachrymis iam docti sumus tam spontaneis q̃ inuitis, quid nã denotare soleant vtræq;. Iam & de Forma accessionũ, Immo de deiectionibus quoq;, vrinis, sputis, vomitionibus, est in præsagijs sat superq; declaratum. In aphorismis ẽt non raro est de illis facta mentio, vt item in prædictionum libro. Postea dicit, Et quę ex quibus, in quos morborũ successiones, & abscessus in exitium vel iudicium. Hic ea sunt, quæ ante sunt tradita, quæ tum enarrauimus, ad memoriam reuocanda. Nam fiunt successiones morborum perniciales & decretoriæ, pro ipsorum differentiis morborum & locis affectis. Nam in morbos successio leuiores, & locos ignobiliores, est salutaris: in morbos grauiores, locosq; principaliores, perniciosa. Eodem modo abscessus, qui cum effluxione fiunt, sunt illi meliores: qui vero cum decubitu, minus commodi: Ac horum ipsorum quidem remotissimi quiq; à loco affecto, & in partes ignobiles ægri, boni sunt: contrarii horum mali. At vero in iis quæ post hæc sunt dicta per totum opus, plurimum elaborauimus in libris, quos olim sumus interpretati. Etenim in aphorismis & præsagiis de rigore, sudoribus, tussi, sternutamento, singultu: At aliis in lucubrationibus, quas conscripsimus, de his alia diximus, & de cæteris omnibus quę ad dignotiones referunt, & pręsagia. Quòd autẽ Algoris iam facit mentionem, animaduertẽdum est, num vniuersi corporis frigus, vt profunditas inardeat, interpretandum sit, an partium extremarum, an potius sit de omnibus illum his arbitrãdum dicere. Siquidem aliud, quod est initio accessionis, significat frigus: aliud in remissione: sicut sanè si per totam commoretur accessionem, quod quidem haud bonum est signum: sic si tali frigore interiora perpetuo ferueant: de quibus oĩbus in libris, quos narrauimus, & in opere de iudiciis verba fecimus. Spiritus vero cum dicit, respirationis intelligimus differentias. Qm̃ vero Flatuũ inde meminit, sunt illi quoq; in genere spirituum. At de his ẽt in cõmentariis in præsagia est tractatum: & in opere de dyspnœa, & de voce, de spirituum in respiratione differentiis: quemadmodum de flatibus in libro præsagiorum. Iam Ructus quoq; in genere spirituum sunt: eaq; illis res quodã modo cum respirationis spiritibus conuenit. Quatenus vero in flatuosorum sunt spirituum genere, hactenus cum flatibus etiam habent commertium. Proinde & hi spiritum in superiore ventre flatuosum generari indicio sunt. Quod vero in fine capitis dixit, planum est. Sanguinis nanq; eruptiones, & hæmorrhoides, quemadmodum hæ cladem afferunt, illæ præstant vsum, didicimus.

2 *Inter Febres, quædam Continuæ sunt: quædam Interdiu tenent, nocte intermittunt: Vel Nocti tenent, die intermittunt: non nullæ Semitertianæ sunt, Tertianæ, Quartanæ, Quintanæ, Septimanæ, Nonanæ.*

A.4.f.1.t.1.c. 1. 1.d

〃Bifariam veteres vti continui nomine & intermittentis videntur. Nam continuas vocant febres quandoq; omnes, quæ ad integritatem non desinunt: quandoque non omnes, quæ non desinunt ad integritatem, sed solas præcipuæ illas, quæ omni carẽt vsque ad iudicium mutatione. Ita intermittentes interdum appellant illas solas, quæ in integritatẽ finiunt: interdum eas, quę non finiunt in integritatem, sed insignes faciunt mutationes singularum accessionum, in initium, incrementum, vigorem, & remissionem: At medici quidam iuniores, quæ nullam magnam mutationem habent, non continuas i. synecheis, cæterum synochos idest continentes, nominant: cõtinuas aũt has solas, quæ nõ veniunt ad integritatem, & intermittunt singulis accessionibus. Has vocant antiqui interim continuas, interim intermittentes: nam sunt certe inter continuàs & desinẽtes in integritatem mediæ. Proinde recte, vbi cum synochis conferuntur, intermittentes appellantur: cum ad integritatem venientibus, continuæ. Hoc loco differentiam febrium Hyppocrates scribens, aliquas esse earum continuas dicit, & sunt quidem in vtroque continui significato continuæ multæ: quasdam aũt aut nocte intermittere, aut interdiu. Ex quibus quæ ad integritatem non desinunt, iuniores quidam medici μεθημερινοὺς, vel καθημερινοὺς, id est diurnas vocant: illas, quæ desinunt, ἀμφημερινοὺς, quod est quotidianas. Qua vocum arguta obseruatione vacabant maiores. Nam cũ intermittere intelligatur & dicatur bifariã, quemadmodum supra retulimus, quæ singulis diebus & noctibus inuadunt, intermittentes dicemus, siue integritatem, siue remissionẽ quam vocant, assequanĩ. Inde ordine recẽset à superioribus diuersas febriũ differẽtias, semitertianas, tertianas, quartanas, quintanas, septimanas, nonanas cõmemorans. Tertianæ & quartanæ clare ad integritatem

* *In Græco legitur συν.. χ.. v i. cõtinuus sed forte legẽdum συνοχ... i. cõtinentes.*

A B C D

gritatem veniunt: At ex semitertianis, quædam vtraq; incedunt via, quædam altera tãtum earum E quæ ad integritatem non veniunt. Si vero consideres vt, sicut inter eas quæ occupant quotidie, hę ad integritatem veniant, illæ ad remissionem: ita earum quæ tertio aut quarto quoq; die inuadũt, quædam differẽtia sit: planè cernes nihil de re, sed de significato nominis semitertianæ quęri. Quæ quarto quoq; die incessunt, has integrum corpus scimus plurimum pręstare: ac quę quarto quoq; inuaderet die, quæ ad integritatem non veniret, rarissime visa est. Non eadem in illis ratio est, quę tertio quoq; die accedunt: complures enim sunt differentiæ. Igitur in his, inquam, non de re, cæterum de significato habetur & nomine quæstio, quas de istis febribus tertianas conueniat, & semitertianas, & tertianæ naturam referẽtes, appellare. Iam cum esse aliquas dicit febres quintanas, aut septimanas, aut nonanas, non de dictionis significato, sed de re ambigit. Nam sunt medici, qui confirmant vltra diem quartum, circuitum se nullum conspexisse: quidam assentiũtur Hippocrati. Equidem inde vsq; ab ipsa adolescentia obseruaui ad hũc diem, sed" septimanum, vel nonanum A l.4. f. 1. omnino non vidi, nec clare, nec obscure. Quintanos certe vidi circuitus obscuros, sed non exacte c.67.431.t aut aperte, vt quotidianos, tertianos, & quartanos. Sed res (quantum equidem censeo) quandoquidem ex experientia de ipsa iudicium fit, ratione non quærit demonstrari. Si enim sit, qui exacte cõspexerit, & crebro, aut septimo quoq; aut nono die accessiones fieri (neq; enim iterum aut ter sit vi F disse satis) sit ille inductus, esse nõ nullos etiam tales circuitus. Sin autem non viderit ab initio ętatis ad senectutem vsq;, quos visit ęgros, frequentes eo febricitare modo, iam illi hoc cõstat è diuerso, non incidere eiusmodi circuitus. Quamobrem in Hippocratem cum ratione disputare, quod Diocles fecit, valeas. Nam quibus dicas ex signis, aut humoribus oriri, vel quintanum, vel septimanum, vel nonanum circuitum, non habebis. Quinimmo nec scripsit quenquam ita ægrum laborasse. Et quidem erat hoc eius officij, vt communia præcepta alia non parum multa priuatis plana fecit exemplis, iam idem quoq; in his præstare. Sanè sciẽdum est in multis exemplaribus esse scriptum initium huius capitis, genere orationis, quod ἀσύνδετον vocant, ad hunc modũ: Febres continuæ interdiu tenent, nocte intermittunt: nocte tenent, die intermittunt. Quod cum dixi vocari genus ἀσύνδετον, simul explicaui eius interpretationem. Oportet autem tanq̃ in numero nos dictorum adiunctas intelligamus, quæ prætermissæ sunt in orationibus, coniunctiones.

3 *Sunt autem Acutissimi, Maximi, Grauissimi Morbi, ac præ cæteris omnibus Lethales, in Continua febre.*

Absolutissima omnium horum disciplina in commentarijs est de febrium differentijs tradita. Hoc loco, vt iam sępe testatus sum, non constitui veritatem demonstrare: neq; omnia singillatim, G vt nihil prætercam, docere: sed senis interpretari verba. Summam vero singulorum, quæ commẽtanda incidant, non præteribo. Igitur acutissimos ait, & maximos, & grauissimos esse in febre cõtinua morbos: acutissimos dicit eos qui pauco tempore decernunt: maximos, validissimos: grauissimos, qui cum periculo sunt coniuncti: quod interpretans ipsemet, mox præ cæteris omnibus appellauit illos lethales. Et quoquo modo continuam febrem accipias, vera dixit: nam morbi acutissimi, maximi, & grauissimi, tum in febribus eueniunt, quæ vocantur proprie synochi: tũ in alijs iuxta, quæ singulis progrediuntur accessionibus, ac initia efficiunt, incrementa, vigores, & inclinationes manifestas, nec ad integritatem veniunt tamen: de quibus hoc loco fuerit satius interpretari, quandoquidem synochis contigit in his non his in synochis contineri. Quòd si quis orationem intelligat de solis synochis habitam, eximere videatur alias continuas, ceu non periculosas, nec vehementes, aut acutas.

4 *At vero Omnium est Quartana Securissima, facillima, longissima. Hæc enim non est ipsa quidem tantum per se talis, sed etiam à magnis alijs vindicat morbis.*

Facillimam esse dixit quartanam, quod est perinde ac leuem. Etenim continuæ, quia nullam ha H bent vsq; ad iudicium remissionem molestiarum, sed perpetuo infestant, merito graues & dicuntur, & sunt. In quartana, maxime vbi sit moderata, licet diebus, qui inter accessiones intercedunt, prodire, ac non nunquam solita munera obire. Cæterum mos est tibi veterum, vbi de febribus disputantes audias, cognoscẽdus. Nam si iecinoris inflammationem, aut lateris alius'ue partis, febris consequatur, pleuritim, vel peripneumoniam, vel hepatitim, nominant morbum, non febrilem. Qui vero citra inflammationem febricitat, febre hunc dicunt laborare. At nunc quoq; de quibus agit febribus, sic accipe institutam orationem: quãdoquidem ex" liene sępenumero grauiter vidimus homines febre laborasse quartana, ac deinde collecta aqua inter cutem, esse defunctos. Verũ A.l.4.f.1.a 61.429.l ipsa sua sponte quartana periculo vacat, quæ quidem alijs etiam morbis liberat. Atq; ita nouimus morbos comitiales fuisse à quartana diu infestante discussos. Sed eius didicisti originem in commentarijs de febrium differentijs, & de iudicijs.

5 *In" Febre, quam Semitertianam vocant, cum Morbi eueniunt acuti, tum Præter cæteras hæc est Maxime lethalis. Ac Tabidi, & Qui longis alijs morbis detinentur, Hac præcipue ægrotant.* A.l. 4. f. 4 c.17.437

Non

A Non possum medicorum vulgus adducere, vt à vocum & significationum consideratione, ipsam rerum disiungant considerationem: quibus iure quidem ignoscendum est. Vbi.n. Agathinus, ne alios appellem, solidum librum primum scripsit de semitertiana, in quo nominis significationem inuestigat, quid erit causæ, cur minus veniam his des? Tametsi erat illud minoris quidem negocij, de ijs quæ cernimus, separatim institutionem tradere continuam, separatim de eorum nominibus, id quod nunc ego faciam. Nam febrium, quæ tertio quoque die inuadunt, hæ ad integritatem veniunt, illæ secus. Rursus vtrarumque harum ea est differentia. Ex venientibus ad integritatem, quædam accessionem habent horis duodecim circunscriptam, quædam longius productam. Earum vero quæ ad integritatem non veniunt, quædam cum horrore venientes, cum à primo impetu ad incrementum quod vocant, se conferunt, tametsi esse iam mediocriter prægressæ videantur, alterum horrorem cum constrictione inducunt: ab hoc alterum incrementum, deinde aliam constrictionem & horrorem: nam iterum hæc & ter repetunt. Postridie aliam habent priore minorem accessionem, sine priorum repetione: isque illis est perpetuus deinceps orbis, vt binæ, quas dixi, binis fiant diebus accessiones. Præterea aliæ habent tertio quoque die accessionem citra horrificas illas quas diximus inuasiones & repetitiones: vnamque habent accessionem B tertio quoque die, atque accessione carent secundo die. Vnum hæ & continuum habent & æquabile ab inuasione ad vigorem incrementum. Habes iam febrium, quæ tertio quoque die inuadunt, differentiam semper conspicuam in ægris. Ostendimus autem à bilioso & pituitoso succo febrem cum horrore venientem proficisci: eam vero quæ caret horrore, à bilioso quidem, sed lentiore, & concoctu difficiliore, † quam ferunt esse principum partium inflammationem. At quæ cum rigore inuadunt quidem, cæterum ad integritatem cum biliosis vomitionibus, aut deiectionibus, aut sudoribus veniunt, harum est causa totum corpus permeans flaua bilis. Quare cum hęc se ita, vt dictum est, habeant, siquis causam singulorum inuestiget aut curationem, officium medici ille, simulque operepretium fecerit: quęrere vero quo quodque dictorum commode nomine appellet, haud dum medicinæ interest: alioqui tamen res cognitu est necessaria, vbi alios docere instituat legere. Nam ad morbos quidem in ægris cognoscendos nobis, & futura præsagienda, videmus nominum exactam rationem nihil referre, quando vulgus non ex his de medicis existimat: verum cum à sanguinis missione conspiciat ægrum commodius habere, cibumque in tempore sumere (nam vel de hoc potest plebeius, cum vidit, iudicium facere) deinde non statim cibum accessionis principium excipere, sed longiore post tempore, tum medicum collaudat. Iam etiam C si frigidam eum porrexisse lauisseque, itaque febre ægrotum liberauisse cernat, continuo illum suspicit. Sic etiam, siquid de sequentibus prædicat. Profecto hæc illa sunt, quæ illustrant prorsus & vere medicum. Sophistes vero, dum de vocibus & significatis contēdit, tempus corrumpit & suum & discipulorum. Nos autem non instituimus docere hoc loco opera artis (nam hoc quidem aliàs abunde effecimus) cæterum breuibus mentem inspicere Hippocratis: quod vt faciam, hic facultas datur. Etenim supra etiam ipse Hippocrates dixit: ‖ Infestabāt illos plerosque hęc incommoda:
" horrificæ febres, continuæ, acutæ, omnino non intermittentes: modus erat semitertianus, vno die
" leuiores, altero grauius iterum inuadentes. Rursus hoc loco dicit: In febre semitertiana cum mor
" bi eueniunt acuti, tum præter cęteras hęc est maxime lethalis. Lethalem igitur semitertianam esse, aperte Hippocrates ipse dixit: febrium vero ad integritatem venientium lethalem esse nullam, in
" aphorismis clare docuit, his verbis: ‖ Febres quæ non intermittentes tertio die ingrauescunt, sunt
" periculosæ. Quocunque autem modo intermiserint, periculum abesse significatur. Qui itaque in venientibus ad integritatem semitertianam esse, Hippocratem sequens, dices? Atqui sane qui aiunt, si horas quatuor & viginti quis febre vacet, mediam eum semitertianam habere, in numero habent talem febrem intermittentium. Sic etiam, qui mediam & paruam à magna distare horarum D numero ferunt, studentes vtranque ad integritatem deducere, ab Hippocratis sensu discedunt, dum in febribus intermittentibus ponunt semitertianam: quia nihil hæc periculi habebit, quāuis ab illo lethalis dicatur. Satius igitur sit, vti censuimus, vocabula repudiare, atque curationes dinotiones præsagiaque cuiusque febris meditari. Sed enim quia clarior per vocabula & compendiosior doctrina euadit, † prius exponemus oratione febrium differentias, quæ tertio quoque die inuadunt, vt modo faciebat tribuens suum cuique earum nomen, id quod facere semper solet, ad constituendas febrium, quæ tertio quoque die inuadunt, differentias: Deinde quæ intra duodecim horas cesset, breuioris institutionis gratia appellabimus exquisitam tertianam: Quæ diuturniorem hac accessionem habeat, adhuc ea tamen remissionem longiorem, vocabimus illam simpliciter tertianam: Quæ vero accessionem plurimum productam, paruum autem interuallum, eam iam tertianam nominabimus productam: Quæ ad integritatem non veniat, sed horrificas primo quidem die faciat repetitiones, altero simplicem vnam accessionem, semitertianam hanc appellamus: Sin autem simpliciter tertio quoque die inuadat, τριταιοφυῆ hoc est tertianæ naturam referentem. Omnia in hoc sermone diffinita habes, tam vtilia, quàm inutilia. Hęc igitur semper tibi sunt memoria tenenda, & eorum habenda expedita notitia: ita enim nugas iuniorum medicorum,

Tertia Classis. qqq quas

*ἐν τῷ πεϱιοδίζα. unde hanc dictionē infra pag. 134. g

* Dictio hæc uidetur abūdare

† Græ. legitur [illegible] ... Arbitror autem legendum esse ἐλεγχουσαι nō ἐλεγχομένην, ut sic uertatur. Ferūt āt ipsā et inflammationes principum partium. considera.

Supra. 106. a. cō. 1. t. 23.

4ª. Aph. 43. Ex. ord. 32. e

† Forte clarius. cū prius explicuerim oratione differentias febriū quæ tertio quoq; die inuadunt, deinceps iuxta unā [illegible] ipsarū propria appellatione [illegible] modū [illegible] facere [illegible] diuidere oportebit [illegible] rentias. Febrium, quæ tertio quoq; die inuadunt, quę intra duodecim horas cesset, breuioris institutiones & c.

quas de prædictis fecerunt nominibus, cum de rebus interim differere sese crederent, damnabis. E

At nullam ex ijs, quæ ad integritatem euadunt, semitertianam vocare Hippocratem ostensum est. An vero eam vnam, quam proprie ego vocare consueui horrificas repetitiones facientem: an etiam eam, quæ absq; his sit: dignum est attentione. Si enim tabidis, & aliter diu ægrotantibus solet accedere hæc febris, fortassis etiam si horrore careat, vocabimus eam semitertianam, si die secundo iterum inuadat. Sed, quod dixi, quando de vocabulo quæstio est, nihil intersit, si cui potissimum tribuat febri nomen semitertianæ Hippocrates, non plane teneamus: adeo cum ipsius de febribus artem perdocti, habeamus quæ ad artis opera requirimus, vel sine illarum nominibus. Videbitur fortassis conuenire, vt videamus, qua de re Hippocrates apposuit (quam vocāt) & non pronunciauit simpliciter, In febre semitertiana cum morbi eueniunt acuti. Equidem illum, vocabulum censeo vt improprium reprobare. Siquidem illis, quæ integram non sunt absolutionem consecuta, dimidij attribuimus vocabulum: itaq; dicimus semimortuum, semideum, semiuocalem, semiasinum, semiassum, & ita id genus reliqua proferimus. At vero semitertiana tantum abest, vt dimidia sit, vel multitudine symptomatum, vel viribus, vel horum tota conditione, vt longe etiam sit tertiana deterior: vt potius huius illa, quam hæc illius, esse videatur dimidia. Quare non venit in mentem mihi, quare adducti, sic potius nomen posuerunt primi istius F auctores nominis, quam aliter. Potuerunt tamen hi, cum tertiana febris habeat, vt & tertio quoque die inuadat, & ad integritatem veniat, quod semitertiana alterum habeat de his, alterum non habeat, ita vocabulum instituisse: habet enim vt tertio quoque die inuadat, vt autem ad integritatem veniat, non item: Potuerunt præterea, quod & accessione careat cum rigore incipiente: Ad hæc, quod non cum excretione finiatur: Iam etiam q diem secundum non habeat integrum. Licet ad hæc aliud eiusmodi illis afferre, qui commentantur nullius frugis sapientiam, & verum artis vsum negligunt.

6 *Nocturna Non admodum Lethalis, Longa tamen est: Diurna Longior: Sunt quibus ad Tabem vergat.*

Principio simpliciter numerum descripsit febrium, deinde harum mores ordine docet. Cum itaq; ante in catalogo dixisset: Inter febres quædam continuæ sunt, quædam interdiu tenent, nocte intermittunt: vel nocte tenent, die intermittunt: Inde continuas cum exposuisset, ac mox sub illis de tertiana & semitertiana tractasset: Hic ad febres accessit, quæ die inuadunt, nocte intermittunt: vel nocte inuadunt, interdiu intermittūt: quarum alteram nocturnam, diurnam alteram vocat: Nocturnam illam, quæ nocte inuadit: Diurnam, quæ die. Sed quæ videbantur nocturnæ tribuere laudi, hęc ipsa non minus vitio vertunt, eo quod nō simpliciter dixerit, nocturna non est lethalis, sed addiderit, non admodum. Nam si nō valde est lethalis, liquet mediocriter lethalem esse. Diurnam autem nō modo nocturna esse longiorem dixit, sed etiam esse cum ad tabem vergat, vt vel ea conditione sit deterior. Partim enim quo tempore digeri & rarescere magis solet, si constringatur corpus & conspissetur, inuadens merito videatur malignior: partim quod tempus habet, quo consuli ei debebat, [a] incommodum. Quo enim oportebat tempore [b] cubare, hoc cogitur ægrotus medico consulenti dare operam: [c] † quæ causa est, cur temporis diuturnitate marcescant tabescantq; propter alterutrum, si cubent interdiu, somni defectu: si non cubent, quod vespertilionis vitam & non hominis agant. G

A l.4.c.11. c.54.427

7 *Septimana Longa est, Verum Non lethalis. Nonana hac Longior etiam, at Non lethalis.*

Neq; Hippocrati decet diffidere (præ se fert enim oculis arbitrata hæc conscribere) neq; mentiri conuenit, dicereq; etiam sese vidisse. Quare obseruandum nobis est sedulo & experientia de veritate existimandum: sed ita, vt idem nobis non accidat, quod vulgo hominum, qui aliquem forte conspicati, qui septimo die iterum ac tertio febricitasset, ab initio duxerunt esse quendam septimo die circuitum. Potest enim casu id interdum euenire, atque adeo simili etiam victus ratione. H Qui enim ægroti non prorsus sunt affectione morbosa liberati, sed semen aliquod retinuerūt, his vsu venit ad victum negligentioribus, sæpe sexto die a principio febricitare, sæpe septimo, non raro octauo, sæpenumero alio: & cum febris cessauerit, putantibus se prorsus esse liberatos, eodem omnino victu vtentibus, ex semine morbi reliquo totidem diebus in eandem affectionem deuenientibus, similiter febricitare. Quod quidem sæpe potest accidere, vt & æquale sit, quod affectionis est residuum, & ægroti eundem victum habeant. Hic vero re vera est circuitus morbi, quando exacte ab illis seruata ratione victus, febris in idem constitutum peruenit, quemadmodū fieri in quartana videmus.

8 *Tertiana Exquisita Cito iudicatur, Nec est Lethalis.*

Dictum paulo ante est, vt summatim referam, quæ accessionem habet parui temporis, tertianam exquisitam hanc esse. Quę vero secum fere adducit, persecuti omnia sumus in commētarijs de differentijs febrium, & de iudicijs.

Quintana

*A * insolitū. B * dormire. C † καὶ διὰ τοῦτο καταφθείρονται τῷ χρόνῳ καὶ ἐκθίνωσι δυοῖν θάτερον. εἰ μὲν δὴ κοιμῶνται, τῆς ἡμέρας ἐνδεῶς ἀπολαβόντες τοῦ ὕπνου. εἰ δ' οὐ κοιμῶνται, νυκτερίδος βίον οὐκ ἀνθρώπων ζῶντες. Locus certe difficilis, qui ad uerbū ita fere posset uerti. Atque ob id tēpore marcescunt tabescūtq; propter alterutrū: si dormiant, die diminute frutti sōno: si non dormiat, uespertilionis uitā non hoīum agētes. Si tamen dictiones duas hoc est ἡμέρας in ἡμετέρας, et ὕπνου in προνοίας mutes, hic erit sensus, & fortasse nō malus. Qui diurna febre laborat, ob duorū alterū tandē marcescunt tabescūtq;: si noctu dormiāt, quòd nostra prouidentia diminute usi fuerint: si nō dormiat, quod uespertilionis, nō hoīum, uitam agat. Bis autē nunc superius ēt uoce προνοίας usus est Galenus, licet īterpres ea per uerbum consulere trāstulerit. Tu tamē considerato.*

9 A *"Quintana Pessima est omnium. Etenim & Ante tabem, & Iam tabidis superueniens, Perimit.*

A 4. f. 1. t. 2. c. 7. 431. c

Tabidi hectica febre laborant nūquam cessante: Cuius totam naturam, vt cæterorū, in cōmentarijs de differentijs febrium didicisti. In quibusdam vero vidi ei immistam aliquam ex circularibus, aut tertio quoq; die inuadentibus, aut quotidie: & vt Hippocrates ait, ēt infestātur quintana: de qua eadem à nobis tibi dicta puta, quæ de septimanis paulo ante & nonanis audiuisti.

10 *Modi autem & Status & Accessiones singularum harum febrium, tam Continuarum quàm Intermittentium, sunt hi. Atque exempli gratia, Continua quibusdam incipiens floret, & viget maxime, infestatq; grauius: Circa iudiciū vero & in iudicio imminuitur. Non nullis molliter incipit & submissim, sed increscit in dies, & exacerbatur: Sub iudicium vero & in iudicio abunde elucet. Quibusdam etiam leniter incipiens, augetur, & exacerbatur: Et simulatq; aliquandiu viguerit, vsq; ad iudicium, & sub iudicium rursus se remittit. Vsu veniunt hæc & accidunt Omni in febre, & in Omni morbo.*

Modos febrium non nunquam mores vocant, non nunquam differentias & essentias. Hic formas eum singularum prædictarum febrium describere constat. Continuam itaque dicit incipere
B vehementissime quibusdam, sed vsq; ad iudicium paulatim imminui: Interdum mediocriter cum inchoauerit, crescere pedetentim ad iudicium vsque, in quo eam ait elucere: quę quidem contrarium inter sese iudicium obtinent. Alium præterea modum esse tertium dicit, ex ambobus constitutum: vbi leniter incipiat, & postquam paulatim increuerit, & iustam sit magnitudinem assecuta, remittat se, dum prorsus discutiatur. Hos tres modos illum quidā febribus continuis tribuere censent, non attendentes quæ in orationis suæ scripsit fine: Vsu veniunt hæc, & accidunt omni in febre, & in omni morbo. Proinde non iam solarum cōtinuarum, sed omnium etiam aliarum febrium, quæ continuæ sunt & diuturnæ: immo vero cuiusuis etiam morbi, acuti certe simul & prolixi, eosdem modos tres esse confirmat. Iam etiam symptomata eadem ratione iudicantur cuncta. Iamq; dolorem attendamus. Hic maximā sæpe incessit vi: marcescit autem paulatim, vsq; dū prorsus discutiatur. Interim leniter auspicatus, vbi ad vehemētissimū increuerit paulatim, subitam habet decessionem. Interim à vigore absoluto, quanto tempore increuerit, tanto remittitur.

11 *"Est autem Ex horum consideratione Offerendus Victus.*

A 1. f. 2. t. 2. c. 2. 0 a

Præsagum te motus morborum vult esse, vt accommodatum illis victum præbeas. Siquidem
C morbi futurū vigorē respicientibus, est victus nobis ineūda ratio. Atq; in opere de victus ratione in morbis acutis, & in aphorismis, quo debeas pacto commemoratos morborum modos cognoscere: item in commentarijs in præsagia & in libris de iudicijs accipies: quæ hoc libro summatim scripsit, in primo huius commentarij capite.

12 *Multa iam Alia quoq; opportuna Signa his germana sunt, de quibus partim aliquando scriptum est, partim iam scribetur: Ad quæ Disceptato, expendito, attendito, Cui horum præceps Malum & Mors portendatur, vel Incolumitatem polliceatur: & Cui Offerendum vel non, & quando: & quantum, & quid sit, quod offertur.*

Quanquam multa, à quibus est præsagiendum, prædixit: esse tamen & alia dicit, partim iam prodita, in libro scilicet præsagiorum, partim prodenda.

13 *Quæ Diebus Paribus accedunt, Paribus iudicantur: Quorum vero sunt in Imparibus accessiones, Imparibus iudicantur.*

Sępius diximus fieri in accessionibus iudicia tum ꝙ in ijs humores vehementer moueantur, & veluti ebullientes erumpant sanguinis eruptione, vel sudoribus, vel vomitibus, vel deiectioni
D bus, vel hæmorrhoidibus, vel menstruo mulieribus: tum propterea ꝙ id temporis ad excernenda illa impellatur natura: simul ꝙ grauata & afflicta ad excernendum irritetur: simul ꝙ illis magis fusis & discretio noxiorum humorum promptior, & iudicium fiat procliuius.

14 *Est autem Primus Decretorius Circuituum, qui diebus Paribus iudicant, Quartus, Sextus, octauus, Decimus, Decimus & quartus, Vigesimusoctauus, Trigesimus, Quadragesimusoctauus, Sexagesimus, Octogesimus, & Centesimus. Circuituum vero, qui iudicant Imparibus diebus, Primus, Tertius, Quintus, Septimus, Nonus, Vndecimus, Septimusdecimus, Primus & uigesimus, Vigesimusseptimus, & Trigesimusprimus.* Vide 2° de diebus decr. ca. 6. cl. 4. pa. 154. c

Videtur mihi non proprie vsurpare nomen hic circuitus. Nam ipsos dies quibus fiunt iudicia, ordine omnes descripsit: & in præsagijs circuitus, qui in quaternario numero fiunt, diligenter exposuit. Vnde videntur hęc speculationem requirere decretoriorum dierum. Primum itaq; dicit decretorium diem esse parium dierum, quartum: inde sextum: post hunc in plerisq; exemplaribus est scriptus octauus: tū decimus. In alijs est scriptus quartusdecimus post sextum, deinde vigesimus: sub hunc in aliquibus vigesimusquartus, in non nullis trigesimusquartus. Ab hoc quadragesimus: sub quē sexagesimus, octogesimus, centesimus. At vero morborum, qui impa-

ribus diebus iudicantur,primum dicit circuitum esse(sed satius, vt indicauimus, erat dicere nō de E principio)tertium,deinde quintum,mox septimū,ab hoc nonū,sub quem vndecimum,ab hoc septimumdecimū,tum primum & vigesimum,postea septimum & vigesimum,postremo primum & trigesimū. Ostēdimus vero in lucubratione de diebus decretorijs,oīum esse decretoriorum validissimos, qui quaterno vel septeno circuitu hūt: moderatiores his esse, qui intercalātur: de quibus, quia probabilem habent generationem,dicamus. In cunctis imparibus nihil est erratum: ex paribus parum recte dixerunt vigesimumoctauum, & decimum, qui nequaq; decretorij sunt.

15 *Porrò Sciendum est, ut Si aliter iudicentur extra hos præscriptos,significent Recidiuas fore,fiantq; Perniciales.*

Predictos dies bene & firmiter iudicare,tum iudicatos morbos omnino esse firmos,cuadere autem non nunquam exitiales,illis commentarijs est declaratum.

16 *Insuper est Animaduertendum, & cognoscendum, Quæ sint his temporibus futura iudicia ad Salutem, vel ad Perniciem: aut Momenta ad Melius, vel Peius.*

Hoc loco significatum dictionis iudicij docet,quod breuiter dicas morbi repentinam esse mutationem. Nam fieri mutationem quadrupliciter,ipse dilucide significauit: ad salutem vel perniciem: aut momentum ad melius, vel peius, insigne quidem. Prætermisit vero dicere, insigne, vt F quod in communi significato dictionis iudicij contineatur.

17 *Præterea Errantes Febres,quartanæ,quintanæ,septimanæ, & nonanæ, Quibus Iudicentur circuitibus, Considerandum.*

Ne de his quidē in libro presagiorū disputat. Etenim errantes singulas accessiones hnt inordinatas: verum signis tamen,quæ decretorijs diebus animaduertuntur,illarum præscitur iudicium. At de circuitibus,qui ad integritatē veniunt,cuiusmodi tertianarum sunt,& quartanarum,ostensum est vulgo medicorum præceptum incognitum,quod semper nos in egris sumus experti.Nō enim sunt dies primi attendendi,neq; isto ordine numerandi simpliciter,ceterum accessiones: vt

4a. Aph.59. Ex. ord.33 g — ille de exquisita tertiana in aphorismis dixit: || Exquisita tertiana,septenis circuitibus, vel longissimum,iudicatur. Nā vt hæc septenis circuitibus iudicatur, eadem ratione alia nouenis circuitibus, » alia vndenis, atq; ita deinceps pro numero decretoriorum dierum. Ac de quartanis eadem est ratio. Vnde in libro præsagiorum ait: || Fit autem quartanarum etiā status hoc ordine. Ego vero ēt »

in Prog.cō.3.t. 7.4t. 207.f — hanc speculationem cum apud Eudemum philosophum prædicerem,qui tribus tenebatur quar- G tanis, primam de illis recessuram primum, quæ certis diebus inuadebat: & post totidem circuitus ab hac depulsa,alterā certo die: similiq; modo cum postea tertiam prenunciarem,ex diuinandi arte hec prædicere iactabant,non ex medica speculatione: tametsi vates nunquā vidissent vera Romæ de egris predicentes.Nā illorum,qui alijs in vrbibus sunt, nullum feci periculum. Nos(quod Deo approbante dicam)nulla re vnquam,prædicenda offendimus. Atq; si ea quæ de iudicio sunt exposita mediteris,Hippocrate eris arteq; dignus. Sed hæc obiter mihi dicta sunto. Nunc iam ad propositam interpretationem reuertamur. Nam vt in libro præsagiorum omnē absoluit de diebus decretorijs disputationem, ita de circuitibus quoq;. At nusquam de quintanis meminit, vel septimanis,vel nonanis, non modo in præsagijs de ipsis quicquam prædicens, sed ne in aphorismis quidem. Enimuero cum in libro præsagiorum dixit, Fit autem quartanarum etiā status hoc ordine. & in aphorismis, Exquisitam tertianam septenis iudicari circuitibus.poterat eádem opera de quintana,septimana, & nonana idem pronunciare,si ita scripsisset: Fit autem quartanarum » etiam status,eodem modo quintanarum,septimanarum,nonanarumq;, hoc ordine. »

De Qvatvordecim Aegrotis
Qui hoc Primo Epidemiorum libro sunt scripti. H

Sed priusq; enarrare singulos ægros aggrediar,interesse mihi tum ad claritatem,tum ad breuitatem videtur, in cōmune vt de illis omnibus aliquid dicam. Ostendi cum in alijs operibus, tum in medendi methodo, duplicem esse quæstionis inuentionem: vnam, quæ ratione assequitur cognitionem vniuersalis & cōmunis singulorum formæ: alteram per singularia ad communem & vniuersalem peruenire: Atq; hec quidem complere vniuersitatem: opera vero artificum circa formas versari indiuiduas, ad quæ debere exercitari, qui vniuersale iam ante inuenit: Iam etiā ad confirmationem eorum quæ sunt generatim inuenta, singularia conducere: Ad discipulorum præterea captum,hæc veluti exempla sunt generalium præceptorum. Qua de causa ego quoq; in lucubrationibus oībus meis,non vniuersalia tm̄,sed & singularia ex Hippocratis libris collegi: precipue vero capita ex libris de morbis vulgaribus adscripsi,in quibus à principio vsq; ad finē est omnia,quæ egris acciderunt, persequutus. In libris de dyspnœa hoc est difficultate respirandi,oēs cō memoraui, qui in libris morborum vulgarium difficulter spirauerunt: In libris de diebus decretorijs,iudicatos,similiq; in alijs modo.Quare prolixioris explanatiōis nihil opus sit ijs qui ad artis opera

A opera properant. Sed quando contextus Hippocratis non nullis eſt in locis obſcurior, ideo operæpretium viſus mihi ſum facturus, ſi eas ego lucubrationes explicarem. Nam omnium ſymptomatum, quæ ſingulis narrat morbis accidiſſe, ſi ſtatuam totam naturam declarandam, aut generationis cauſas, quicquid vnquam ſcripſi, cogar huc omne transferre: ſimulq; eò mihi res deueniat vt in ſingulos ægros ſingula habeam ſcribenda volumina. Quòd ſi, quæ in libro præſagiorum ſunt plene tradita, eorum hic exempla tantum indicem, reijciens ſummam diſciplinæ ad libros, quos conſcripſi, in ſpem venio fore mihi ſermonem compendioſum.

AEGROTVS I

18 *Philiſcus propter mœnia habitabat. Hic morbo decubuit. Primo die Febris fuit Acuta, ſudauit: laborioſam Noctem habuit. Poſtridie omnia ſunt exacerbata, veſperi à clyſtere aluus bene reddidit: Nocte quieuit. Die Tertio mane & ad meridiem vſq; febre viſus eſt liber eſſe: ſub crepuſculum vero febris eum acuta corripuit, vna cum ſudore: ſitibundus erat: lingua præterea exaruit: nigras vrinas reddidit: Noctem grauem habuit, non dormiuit, omnino delirauit. Quarto cuncta exacerbata ſunt, vrinæ nigræ: Nox tolerabilior, vrinæ melioris coloris. Quinto ad meridiem parum de naribus, idq; merum ſtillauit: vrinæ variæ, in quibus erant ſuſpenſiones quædam rotundæ, genituræ*
B *ſimiles, diſperſæ, non reſidebant: ſubdito balano, pauca retrimenta flatuoſa exierunt: Nocte ſe grauiter habuit, ſomni pauci, verba, deliramenta: extremitates vndequaque frigebant, nec iam ad calorem illæ amplius redibant: minxit nigra, aliquantum dormiuit: Sub diem obmutuit, frigida ſudauit, extremæ partes liueſcebant. Die Sexto ad meridiem eſt Defunctus. Spiritus huic erat perpetuo quaſi reuocato, rarus & magnus: Lien in tumorem rotundum elatus erat: Sudores perpetuo frigidi: Acceſsiones diebus paribus.*

In hoc ægro, tertio die mortem impendere, qui generalium præceptorum meminit, clare perſpiciat. Nam primo die inuaſit acuta febris, quem ſudor excepit: vnde febris non eſt diſcuſſa, ſed nox etiam grauis fuit. Secundus omnia exacerbauit. Inde tertius dies excretionem habuit nigrarum vrinarum. Itaq; etiam quod primo die accidit, ſtatim perniciale erat. Nam decretoria non iudicātia, aut lethalia, aut difficilis ſunt iudicij: Lethalia, ſi qua ijs ſymptomata vel ſigna lethalia accidant: Difficilis iudicij, ſi abſq; his ſigna permaneant inconcoctorū humorum. In Philiſco vero ſignum accidit lethale, quòd ad ſudorem non diſcutiētem febrem tertio die nigræ vrinæ & ſitis acceſſerint, linguaq; inſuper inaruerit, & implacidus fuerit tota nocte, vigilauerit, delirauerit. Hæc cum ita eſſent facta, quarto ait die omnia exacerbata fuiſſe, & vrinas iterum nigras fuiſſe. Quare fac memineris, vbi quartus perinde vt tertius grauia habeat ſymptomata & ſigna in morbo acu- *2. Epid. sect. 1.*
C to, breui expectandum iudicium eſſe: ſi paribus diebus potius inuadebat, in paribus: ſi vero imparibus, in his: Atq; vbi iudicium, illic ſcilicet et mors, in morbis quidem exitialibus. Et vero ad ſextum diem Philiſcus perijt, quòd acceſſiones paribus diebus haberet: nam hoc ipſe declarauit Hippocrates, qui ad exitum totius narrationis ad hūc modum ſcripſit: Spiritus huic erat perpetuo quaſi reuocato, rarus & magnus: Lien in tumorem rotundum elatus erat: Sudores perpetuo frigidi: Acceſſiones diebus paribus. Alius fortaſſis æger paribus ſymptomatibus & ſignis, non die ſexto, ſed octauo obiret, ſi & viribus eſſet Philiſco robuſtioribus, & minus ſymptomata ſint & ſigna pernicioſa. Nam cum hic tertio & quarto die nigras vrinas redderet, aperte quàm eſſet cacoethes morbus, prodebat. Sudores prȩterea frigidi & ſanguinis ſtilla quinto die comprobarunt impendens exitium in propinquo eſſe: multo id magis, quod adiecit ſtillæ /merum/ hiſce verbis: Quinto ad meridiem parum de naribus, idq; merum ſtillauit. Ergo cum vel deiectionem alui dicit vel vomitionem meram, intelligit non miſtam, deiecta vel euomita, aut flaua ſyncera bili, aut atra, aut virulenta. In ſtilla vero ſi accipiamus purum ſanguinem, rubrum (quando eius hic eſt peculiaris color) falſi quippiā cogitemus. Rubri enim ſtilla haud eſt in morbo exitiali viſa vnquā, ſed atri ſemper. Proinde veriſimile eſt hunc ipſum atrum dicere Hippocratem merum, intelligereq; vehemē
D ter atrum. Itaque clare apparuit die tertio morbi exitium: non tamen quando erat moriturus, conſtabat. Atqui vbi quarto die vrinæ nigræ permanerent, & acceſſiones fierent diebus paribus, ſi quidem ætate & robore virium repugnaſſet, ad octauum diem ægrum ſuffecturum probabile erat: ſin ſecus, die ſexto diem ſuum obiturum eſſe. Iam cum præter illa quintus dies haberet ſanguinis ſtillam meri: tum frigidos ſudores, quos per totum morbum eueniſſe affirmat: optima ratione expectes ægrum acceſſioni ſexto die inſtanti nequaquàm fore perferendæ. Hæc itaq; aſſentiri illis videntur, quæ in vniuerſum de decretorijs diebus, vrinis, ac ſudoribus tradita in libris ſunt decretorijs, ad hæc in libris de dyſpnœa, & delirio. Nam cum in libro præſagiorum dixerit: Spiritus frequens, aut doloris, aut inflammationis ſupra ſeptum tranſuerſum, indicium eſt: Magna reſpiratio, & ex longis interuallis, delirij nuncia eſt: Et modo deliraſſe Philiſcum oſtendat, nulla facta difficilis reſpirationis mentione per totam narrationem: recte in exitu orationis addidit, Spiritus huic erat perpetuo quaſi reuocato, rarus & magnus. Liquet autem perinde eſſe rarum dicere, ac ex longis interuallis. Quaſi reuocato, ſignificat, vt admonito: ſiquidem in cōmentarijs de dyſpnœa, ob offenſionem mentis fieri ſpiritum rarum & magnum oſtendimus, quaſi obliuiſcente actionum ægro, vt neſciat, nec quando cohibere eas, nec quando auſpicari debeat. *in Prog cō. 1. t. 24. 4. 194*

AEGROTVS II E

19 *Silenum, qui in Platamonis ædibus prope filios Eualcidis habitabat, Ex laßitudinibus, potationibus, & exerci-
tationibus intempeſtiuis, Ignis corripuit. Cœpit ſimul ex lumbis laborare, & capitis grauitate tenebatur, collumq;
contendebatur. Primo die aluus biliofa, mera, ſpumoſa, affatim colorata, multa reddidit: Vrinæ nigræ, in quibus ni-
gra ſubſiderent: ſitibundus erat, lingua arida: Nocte nihil dormiuit. Altero die febris acuta, retrimenta plura, te-
nuiora, ſpumoſa: Vrinæ nigræ: Nox grauis, aliquantulum delirauit. Tertio cuncta exacerbabantur, hypochondrij
contẽtio ſubmollis vtrinq; promiſſa ad Vmbilicum: deiectiones tenues, ſubnigræ: Vrinæ turbidæ, nigræ: Noctem in-
ſomnem duxit, multa Verba, riſus, cantus, moderari ſibi non potuit. Quarto die eadem erant. Quinto deiectiones
meræ, bilioſæ, læues, perquam pingues: Vrinæ tenues, perlucidæ, paucæ: mente conſtitit. Sexto caput parum exuda-
uit, extremitates algebant liueſcebant, multum ſeſe iactauit, aluus nihil excreuit, Vrinæ reſtiterunt, febris acuta. Se-
ptimo die obmutuit, extremæ partes non amplius redierũt ad calorem, nihil minxit. Octauo frigidus toto corpore ſu
dor: papulæ cum ſudore rubentes, rotundæ, paruæ, Varis ſimiles permanebant, nec abſceſſum efficiebant: aluus paruo
iritamento ſtercora tenuia, ueluti inconcocta, multa, cum labore reddidit: Vrinas reddebat cum dolore mordaces: ex-
trema parum recaleſcebant: ſomni tenues, *comatoſi, obmuteſcebat: Vrinæ tenues, perlucidæ. Nono nihil mutabatur.
Decimo potum non ſumebat: comatoſus, & ſomni tenues: ſimilia alui excrementa: minxit multum, quod ſubcraſ- F
ſum in matella euadebat: quod ſubſidebat, erat ſimile farinæ craßioris, album: extrema membra iterum frigebãt. Vn
decimo Obijt. A primo hic ad finem vſque Spiritum magnum habuit, & rarum: Hypochondrij perpetuam palpita
tionem. Annum ætatis agebat circiter Vigeſimum.*

**Al. comatoſus:*

In hoc ęgro, quod nõ fecit in primo, ętatem adſcripſit. Ille enim merito perijt die ſexto, ꝙ in acu
to morbo, exitialia cõtinẽter ab initio haberet ſigna & ſymptomata. Hic non aliter atq; ille à prin
cipio affectus, tamen ad diem progreſſus vndecimum eſt per virium robur: quod veriſimile erat
cum alioqui ſuppetitare: tum vero, ꝙ adiecit ætatem, declarauit: quã in Philiſco non addidit. Vn-
de eo ꝙ illam prætermijt, ſignificauit illum fuiſſe ætate maiorem, ita vt minus validæ vires eſſent.
Alius autem æger iiſdem ab initio ſignis & ſymptomatibus, validis viribus ſi non foret, periret
ad ſeptimum diem. Adeoq; hic ipſe, nihil eſt factum propius, ꝙ̃ vt eo die moreretur, de quo ſcri-
pſit /ſeptimo die obmutuit, extremę partes nõ amplius redierunt ad calorem, nihil minxit/. Qua-
re planum ex his eſt proxime illum mortem deueniſſe. At quia viribus erat robuſtis, potuit ad diẽ
proximum, qui decretorius erat, vndecimum perdurare: qñquidem tertio & quarto die in peſſi-
mis verſatum ſignis & ſymptomatibus, ſeptimo oportebat vita excedere, ꝙ ſcilicet eſſent magis G
acceſſiones diebus imparibus: id quod hiſce verbis ſignificauit /tertio cũcta exacerbabant/ & po-
ſtea iterum /quarto die eadem erant/. Cum igitur robore virium ſeptimum diem, vt dixi, potue-
rit ſuperare, octauo papulas cum ſudore habuit rubentes, rotundas, paruas: natura eius morbo re-
pugnante, et humorum ſuperfluitatem malorum ad cutem propellente. Idq; fuit cauſę, cur die no
no non ſit mortuus, ſed vndecimo. Quòd ſi die octauo nihil tale accidiſſet, reſtabat, vt nono ille
obiret, cum is certe ſeptimus, quem dixit, fuiſſet. Quia vero ęger etiam in morbo delirauit, idcir-
co fini adiecit narrationis, ſpiritum eum rarum habuiſſe, & magnum toto morbo. Iam etiam hy-
pochondrium illi perpetuo palpitaſſe affirmauit: ‖quod quidem turbationis vel delirij eſſe ſignũ
in libro preſagiorum eſt dictum. Videtur homini inflãmatio aliqua fuiſſe in ſepto trãſuerſo: quã-
obrem dum tertium diem exponeret, ſcripſit /hypochondrij contentio ſubmollis vtrinq; promiſ
ſa ad vmbilicum/. Submollis autem eſt ſubuacua, hoc eſt citra tumorem: qui fit vbi hypochõdria
inflammantur. Sed vbi inflammatione ſepti tranſuerſi hypochondrium per continuitatem ſur-
ſum trahitur, contenditur abſq; tumore. Et iam in totius narrationis initio dixit, ex lumbis illũ la-
borare, & capitis grauitate teneri, collumq; contendi: quæ morbo ad exitium ſpectante, delirij no
tæ ſunt: quæ quidem ſi coniuncta vigilijs ſine grauitate eſſent, phreniticus euaderet. Nunc ca- H
pitis grauitas abundantiam declarans contineri in eo humorum, non admodum calidorum, aut
bilioſorum (nam prorſus inſomnis eſſet) ęgrum ſignificauit comatoſum fuiſſe. Verum de his af-
fectibus, in quibus ſimul comatoſi ſunt, & delirant, cum primam exponemus orationem libri prę
dictionum, latius agemus. Neq; hoc loco prętereundum id mihi eſt, quod & melius eſt, quod ẽt
ſæpe diximus alias, vbi quis manifeſtis ex cauſis febricitare cœperit, ſiquidem nequaquam ſit mor
bo corpus opportunum, diaria corripi febre. Atq; prorſus Sileno id accidiſſet, qui ex laſſitudini-
bus, potationibus, & exercitationibus intempeſtiuis erat correptus febre, niſi corpus iam ad mor-
bum eſſet comparatum: quod cognoſces ſymptomatibus & ſignis, quæ primo ſtatim die & ſecun
do apparebant. Primum itaque eum, inquit, ignis corripuit, ita ſuo more febrem vehementiſſi-
mam appellãs. Deinde, primo die aluus billioſa, mera, ſpumoſa, affatim colorata, multa deiecit. Po-
ſtea vrinæ, in quibus ſubſiderent nigra. Poſt rurſus, ſitibundus erat, lingua arida: nocte nihil dor-
miuit. Sileno mox primo die permulta acciderũt ſymptomata, & ſigna exitialia, vt itelligere aper
te poſſes, laſſitudines, potationes, & exercitationes morbi occaſiones fuiſſe. Nã appelles pręter cę-
teras proprie occaſiones, quas Gręci προφάσεις vocãt, manifeſtas cauſas. Cum vero alia præterea
acceſſerint,

in Prog cõ. 1. t. 28. 4ª. 195. g

A accesserint, quæ homini impendere morbum arguant, multo tamen tempore præcesserint, verisimile tum fit, potuisse & Silenum hunc, ꝙ longo tempore vixisset illa ratione, ea de re morbũ comparasse. Nam siquis laborando & operando sese ad lassitudinem vsq; affligat, potet autem large, tum intempestiue exercitationes subeat, id est aut à cibo, aut vbi tardius concocti sint cibi, antequam probe sit in sanguinem versum nutrimentum, hic tum partim bilem propter labores aceruet, partim crudos & inconcoctos humores, ex potu & intempestiuis exercitationibus. Sunt autem morbi hi multo grauissimi, in quibus vtriusq; magna colligitur copia.

AEGROTVS III

20 *Horophontem Febris Acuta corripuit. Per initia aluus pauca, et cuiusmodi in tenesmo solent, deiecit: deinde tenuia, biliosa, subcrebra: non dormiebat: Vrinæ nigræ, tenues. Quinto die mane obsurdescebat, omnia exacerbabantur, lien intumescebat, hypochondrium contendebatur, pauca & nigra aluus excreuit, desipuit. Sexto delirabat: Sub noctem sudabat, frigebat, in delirio perseuerabat. Septimo circunfrigebat, sitiebat, desipiebat: Sub noctem ad mentem rediit, obdormiuit. Octauo febricitabat, lien residebat, omnia intelligebat, doluit ei inguen primum secundum lienem, deinde in vtranq; tibiam dolores demigrauerunt: Noctem facilem habuit: Vrinæ erant melioris coloris, & residebãt B in ijs pauca. Die Nono sudauit, Iudicatus est, intermisit. Die Quinto rediit, simulq; splen intumuit, febris acuta, surditas iterum. Post Reciduam, tertio die residebat lien, imminuebatur surditas, crura dolebant, nocte sudauit. Iudicatus est Die Septimodecimo: Neq; in recidiua delirauit.*

Hic præter expectationem superstes fuit, quem scilicet primis diebus merito moriturum suspicatus esses. Etenim nigra minxit: Et excremẽta alui biliosa, repressa, insecuta surditas est, vt quę in caput ascenderant: vnde non immerito desipuit. Nihil vero erat boni, quod vrinas nigras, q̃ quidem erant prauæ, compensaret, nisi quod lien die quinto intumuit, excepta parte malorum humorum. Deinde, die octauo cum ex liene in crura transirent, hic diminuebatur quidem, cæterum ad crura dum transirent, primum ei inguen doluit sinistrum, hoc enim positum est secũdum lienem: postea transierunt ad vtranq; tibiam dolores. Post quæ symptomata commode nocte habuit. Etiã minxit vrinam coloris melioris, quæ paucum haberet & album sedimentum. Mox die sequenti, qui nonus erat, cum sudore est iudicatus. Tanti scilicet erat decessisse quæ molesta erant ad partes imas, vrineq; concoctio. Veruntamen ne sic quidem potuerunt hæc à morbo prorsus ęgrum vindicare, qui die nono sudauerat. Quare reliquias quasdam habebat prauorum humorum, quæ reci- C diuam quartodecimo die excitabant, à qua omnino est die septimodecimo iudicatus. Seruabatur etiam in hoc ægro iudicium diebus decretorijs.

AEGROTVS IIII

21 *Philini Vxorem in Thaso, quæ filiam pepererat, purgatam ex præscripto naturæ, & cætera recte habentem, decimo & quarto à partu die, Ignis inuasit cum Rigore. Huic cor primum dolebat & hypochondrium dextrum, muliebrium dolores, purgatio desita est. Subdito autem, hæc quidem facta leuiora sunt, cæterum capitis, colli, & lumborum dolores permanebant: nulli erant somni, extremitates frigidæ, siticulosa erat, venter ambustus est, pauca excreuit: Vrinæ tenues, & decolores per initia. Sexto die noctu multum delirauit, deinde resipuit. Septimo erat sitibũda, alui excrementa syncere biliosa. Octauo superriguit, febris acuta, conuulsiones multæ, dolorificæ, multum delirauit, surrexit, balano supposito multa bile offusa deiecit, non dormiebat. Nono conuulsiones. Decimo aliquantum mente cõstabat. Vndecimo dormiuit, omnia meminit, sed statim in delirium recidit: Vrinam vero reddebat vna cum cõuulsionibus affatim multam, raro, admonentibus, crassam, albam, qualis est quæ in matellis subsidit, cũ agitata fuerit: reposita multo tempore, nõ subsidebat, color & crassitudo assimilis iumentorũ vrinis: hæc illius erat vrina, quam ego vidi. Circa diem Decimum et Quartum palpitationes, totum corpus dolebat, multum loquebatur, aliquantisper mente constitit, D breui rursus desipuit. Circa diem Septimumdecimum obmutescebat. Vigesimo Obijt.*

Duo sunt huius narrationis: quorum alterum est cum superius & postea descriptis ægris commune, decretorij s. dies: alterum huius proprium. Mulieri. n. huic ex retenta à partu purgatione, & morbus constitit, & mors. Obijt die vigesimo: cum diem quartumdecimum, & septimumdecimum cæteris esset peiores experta. Subdito, cum sit cum dictione /balanus/ scriptum, constat quid denotet: Vbi vero nihil sit additum, intelliges balanum, vt volunt quidam, aut pessum, qui mitigat, & inflammationem discutit. Illud certe in omnibus mulieribus, quarum impedita à partu est purgatio, sciendum est & memoria tenendum, esse, quæ in extremum mortis discrimen veniant: perpaucas admodum, quæ modice infestatæ sunt, propterea quod plurimis vterus inflammetur: quibusdam in ipso partu sanguis effusus diuersa sit qualitate, his biliosus, illis melancholicus, alijs virulẽtus, aut pituitosus, aut mediocriter bonus: sed exquisite inculpatus haud vnquam, nã eius optima portio in fœtus incrementum est insumpta. Demonstrant naturã eius, symptomata, quæ consequunt̃ cohibitam à partu purgationem: id quod huic accidit de qua hoc loco verba fiũt. Rigor, acuta febris, sitis, biliosus affluxus, delirium, vigilię, biliosi sunt humoris indicia abundãtis. At vero cõuulsiones, & palpitationes, & similis vrina iumentorũ, crudi ea sunt & crassi spe-

cies.

cies. Itaq; morbi sunt pessimi, in quibus vtriq; memorati succi abundant, quibus succedere demon E
strauimus febrem semitertianam. Cur igitur periculose ægrotaret mulier, hæc erat causa. Vtrum vero morbo supererit, an morietur, docere symptomata statim à principio & signa valent. Quare faciamus vt exercitationis gratia hęc attẽdamus. Primo die, qui à partu erat quartusdecimus, ignis inquit, corripuit cum rigore mulierem. Scimus autem illum, ignem appellare febrem ardentissimam: cæterum haud dum erat illud planè exitiale: nec vero etiam cor ei dolere id est os ventriculi, nec muliebria, nec item dextrum hypochondriũ. Sed addit /nulli somni erant/ ergo augetur quidem ex omnibus his cognitio malitiæ morbi: nõ tamen ex his omnino perituram constat nobis: Itidem, nec quòd sitibunda erat: nec quòd erant vrinæ tenues & decolores: tempus enim ad concoctionem eiuscemodi vrinæ desiderant, non tamen sunt omni ex parte perniciales. Cęterum iam extremæ partes, inquit, frigidæ erant: hoc vero multo perniciosissimum est, vbi initio morbi ad vehementissimam febrem adiunctum est. Hic si scirem, quo esset robore mulier, etiam de longitudine morbi possem dicere ex prædictis symptomatibus, & vtrum obscuram quandam haberet præter opinionem, spem incolumitatis. Quod quia nos præterit, huius certe debetis meminisse, vt quãdo ægros inspicitis, cum exitiosis symptomatibus notam quæ à viribus proficiscitur, cõiungatis: atq; ita demum secure pronunciare poteritis. Hanc ergo mulierem dolores, qui circa diem quartũdecimum totum corpus tenebant, & delirium, instare mortem denunciauerunt aut die septimodecimo, aut vigesimo, ex natura dierum decretoriorum. Et sanè vtrunq; contigit: nam die septimodecimo illa obmutuit, vigesimo est defuncta. F

Aegrotus V

22 *Epicratis Vxor, quæ ægrotabat apud Archegetem instante iam partu, Rigore correpta est, non incaluit, Vt ferebant. Postridie eadem erant. Tertio die filiam peperit, cæteraq; rite cõsecuta sunt. Postridie partus, eam Febris acuta inuasit, cordis dolor & muliebrium, nulli erant somni. Per suppositũ autem hæc releuata sunt: sed caput, collum, et lumbi dolebãt: aluus pauca, biliosa, tenuia, mera: Vrinæ tenues, subnigræ. Sexto die, à qua illã febris corripuerat, sub noctem delirauit. Septimo omnia exacerbata, Vigiliæ, delirauit, sitibunda, deiectiones omnes syncerae biliosæ. Octauo superriguit, plus quieuit. Nono eadem erant. Decimo crura magno dolore afficiebantur, iterum cordis dolor, capitis grauitas, non delirauit, dormiuit plus, Venter restitit. Vndecimo sudauit: minxit melius colorata, quæ multum habebant sedimenti: cõmodius habuit. Die Decimo & quarto superriguit, febris acuta. Quintodecimo Vomuit biliosa, flaua, subcrebra: sudauit, libera febre: Sub noctem Vero febris acuta, Vrina crassa cum candido sedimento. Decimo & sexto exacerbabantur: Nocte magna cum molestia non dormiuit, delirauit. Decimo & octauo sitibunda, G lingua torrida, somnum non cepit, multa delirauit, crura ei dolebant. Circa diem Vigesimum mane aliquantulum superriguit comatosa, quiete dormiuit: Vomuit biliosa, pauca, nigra: Sub noctem surduit. Circa diem Vigesimumprimum sinistri lateris grauitas undiq; cum dolore adiuncta, parua est tussis insecuta: Vrinæ crassæ, turbidæ, subrubræ, quæ depositæ non subsederunt: cætera leuiora, igni nõ libera. Mox ab initio fauces ei dolebant, rubescebantq;, columella reuulsa: destillatio acris, mordax, salsa, perpetua erat. Circa diem Vigesimumseptimum febre erat libera, Vrina sedimentum habuit, latus non nihil dolebat. Circa diem Trigesimumquartũ igni est correpta, Venter fluxione turbatus est biliosa. Quadragesimo Die puca Vomuit, biliosa. Iudicata est, & ab Igni Liberata prorsus die Octogesimo.*

Mulierem hanc, cum iam partus instaret status dies, riguisse citra febrem dicit. Adiunctum autem est orationi /vt ferebant/ propter rei nouitatẽ. Nam veteres ferè omnes spontaneis rigoribus febrem succedere necessario existimabant. Spontanei illi vocantur, qui nullam habent externam causam. Itaq; in præfatione libri probe inscripti, Prima de morbis, necessario febrem rigoris esse comitem scriptum est. Sed nos ostendimus hunc rigorem, quem non sequitur febris, frigidorum esse & crudorum succorum prolem: atq; idcirco nunc magis quàm olim existere, quòd tota viuendi ratio dura vnà cum balneis à cibo, contrahere humorum copiam consueuit. Videtur & Epicratis vxor eorum humorum plena fuisse. Quamobrem primo die eam ait riguisse, nec incaluisse, hoc est nec febricitauisse, similiter que postridie: Die tertio peperisse, vt fortasse vel ante diem statum pareret vi rigoris. Vnde postridie partus, cor illi, id est ventriculi os dicit doluisse, & muliebria: vbi subintelligendum est membra, vti etiam supra: Post hæc per subditum, eam esse releuatam. Ante est dictum, & balanum, & pessum, in subdito posse intelligi. Inde ordine symptomata recenset morborum acutorum, capitis, colli, lumborum dolorem: vigilias, & deiectiones mere biliosas. Quo patet, non crudum modo, sed & biliosum abundasse humorem. Cæterum cum vrinæ essent tenues, necessario morbus producebatur: quas quia subnigras ait fuisse, †significat & turbationem, & rem à periculo non abfuisse. Et ad vndecimum quidem vsq; diem nihil de mulieris salute habebat certi: quòd nullum intercederet illustre signum, vnde vel salutẽ expectares, vel mortem. Die vndecimo illuxit signum quoddam incolumitatis, vbi ait: Vndecimo die minxit melius colorata, quæ multum habebant sedimenti: commodius habuit. Eo die cum tandem humores inciperent concoqui, necessario diuturnior erat futurus morbus: quare decimo et quarto die primum est iudicata, vt iam periculo liberata esset. Interea loci vsque ad quadragesimum diem ægrotabat: prorsus vero est liberata octogesimo. Quare fac memineris, id quod experimenta attestantur, H

diem

*ταλαίπωρον i. laboriosa. sed forte legẽdum ἀταλαίπωρον i. labore vacãs. vt ẽt 2 de causis symptomatũ ca. 5, & li. de tremore cap. 7

† *Græce* τοῦτο δή, τὸ σὺν ἀγῶνι καὶ ταραχὴν δηλοῖ, *idest hoc sane rem cum certamine fore, et turbationẽ significat.*

A diem quadragesimum & octogesimum decretorios esse: & mendacium esse, nec experientia ap-
probari, integris hebdomadibus decretoriorum dierũ rationem iniri. Alioqui enim alter & qua-
dragesimus, sexagesimustertius, & octogesimusquartus iudicia, non quadragesimus, sexagesimus,
& octogesimus afferrent.

AEGROTVS VI

23 *Cleonactidem, qui supra Heracleium decumbebat, Ignis corripuit erratice. A primo caput ei & sinistrum latus
dolebant, cæteraq; laborabant perinde ac lassa: febrium accessiones aliàs aliter inordinatæ erant: modo sudabat, mo-
do non: ferè accessiones inuadebant decretorijs diebus maxime. Circa diem Vigesimumquartum extremas manus
dolor affecit: Vomuit flaua, biliosa, subcrebra, & paulo post æruginosa: cuncta remissa sunt. Circa diem Trigesimum
ex vtrisq; naribus prorumpere sanguis cœpit, idq; erratice paulatim vsq; ad iudicium. non abhorrebat à cibo, nec si-
tibundus erat toto tempore, neq; insomnis: Vrinæ tenues, non decolores. Circa diem Quadragesimum subrubra min
xit, cum rubro sedimento multo: leuius habuit: post variarunt vrinæ, interim sedimentum habebant, interim non.
Sexagesimo multum habebant vrinæ sedimentum, album, & læue: omnia sunt remissa, febres intermiserunt: vrinæ
iterum tenues quidem, sed boni coloris. Die Septuagesimo febris intermisit decem dies. Octogesimo riguit, acuta fe-
B bris inuasit, multum sudauit: vrinæ sedimentum rubrum, læue habuerunt: Prorsus Iudicatus est.*

Cleonactidem, inquit, ignis corripuit, hoc est, vehemēs febris detinuit. Statim adijcit /erratice/
quod est, nullo circuitus ordine, vt nunc, verbi gratia, tertio vel quarto quoq; die febricitaret, nunc
quinto vel sexto: cæterum eam semper optima consequerentur signa, appetitus ciborum, & som
ni: tum q; non sitiret, nec decolor esset vrina. Nam hæc Hippocrates ad verbum ita scripsit: Non
abhorrebat à cibo, non sitibundus erat toto tempore, nec insomnis. Simulq; redundantem succũ
non esse biliosum & calidum his significabatur: nam ab eo quidem sitibundi & insomnes efficiũ-
tur, atque adeo fastidiosi id est appetitu carentes. Quare si vt vrinæ perpetuo boni coloris erant, * ἀπόσιτοι i. solet autē fre-
sic mediocre habuissent sedimentum, non ita esset morbus extractus, sed fortassis die quadragesi- quētissime in-
mo esset iudicatus. Si item nubem habuisset bonam, ocyus morbus esset depulsus. Nunc quia vri- terpres per di-
næ semper tenues erant, multum spatij requirebant concoctioni. Igitur die ait quadragesimo sub- ctionem fasti-
rubra illum minxisse, quæ sedimenti haberent rubri multum. Talem vero vrinam multo dicit in diosus intelli-
præsagijs esse ea, quæ album habet sedimentum, diuturniorem, perquàm salutarem tamen. A die gere quod græ
quadragesimo scripsit varie fuisse vrinam eius affectam, vt sedimentum interdum haberet, inter- ce dicitur ἀσώδης.
C dum non haberet: quod consentit errantibus accessionibus: illæ siquidem ab humorum diuersita
te, qui morbos pariunt, concitantur. Et vrinæ inconcoctio & concoctio alternantes, aliquos indi-
cabant illorum concoqui, aliquos permanere incõcoctos. At vero die sexagesimo multum dicit,
& læue, albumq; sedimentum extitisse: ideoq; subdit /omnia sunt remissa, febres intermiserunt/.
Verum quia postea scripsit /vrinæ iterum tenues, sed boni coloris/ residuos quosdam fuisse incõ-
coctos humores innuit: quibus paulatim cõcoctis, dies octogesimus absolutum iudicium attulit:
de quo ad verbum sic scripsit /octogesimo riguit, acuta febris inuasit, multum sudauit: vrinæ sedi
mentum rubrum, læue habuerunt: prorsus iudicatus est. Hic rursus memēto sedimenti formam
maximi esse momenti. Vrinæ quidem sedimentum album, sed crassum, fuisse vel ijs qui obierunt
« docet: nam de Sileno, quem alterum hoc libro descripsit, ita dicit: ‖ Minxit multum, quod subcras- Supra t.19.121.c
« sum in matella euadebat: sedimentum simile farinæ crassiori, album, cum tamen hic Silenus po-
stridie obiret die vndecimo, qui decimo commemoratam vrinã reddidisset. Iam circuitus etiam
memineris decretoriorum dierum. Sexagesimus enim præiudicauit, non sexagesimustertius: dein
de octogesimus, non octogesimusquartus. Tanq; tres septimanæ, non ad diem primum & vigesi
mum progrediantur, sed viginti diebus terminentur.

D

AEGROTVS VII

24 *Metonem Ignis corripuit: lumborum dolorifica grauitas. Postridie cum multum aquæ biberet, bene aluus reddi-
dit. Tertio capitis grauitas: retrimenta tenuia, biliosa, subrubra. Die Quarto cũcta exacerbata sunt, bis de nare dex
tra sanguis paulatim fluxit, nox grauis fuit: deiectiones, vt erant die tertio: urina subnigra, in qua subnigra pendebãt
dispersa, non residebant. Die Quinto e dextra nare affatim profluxit merus, sudauit, Iudicatus est. A iudicio insom
nis erat, delirauit: vrinæ tenues, subnigræ: capitis lotionibus vsus est, dormiuit, mente constitit. In hoc non erat reci
diua, sed crebro Sanguis etiam post iudicium erupit.*

« Hic æger confirmat vniuersum hunc sermonē. ‖ Largæ de naribus eruptiones sanguinis liberãt 2.Epid.sect.1[a].
« ferè. Sanè enim à sola videtur sanguinis eruptione, & iudicatus, & seruatus: quamuis non omni-
no tuta signa haberet. Nam quarto die dicit habuisse eum vrinas subnigras: cui annectit /in qua
subnigra pendebant dispersa, non residebant/. Atq; die quinto tametsi sanguinem erupisse dicat
de naribus, & sudasse, & ab his iudicatum: tamen postea, vrinæ, inquit, tenues, subnigræ. Dein-
de, peruigilauit, delirauit, nugatus est. Huius te præsentissimum remedium docuit, capitis lo- * παρέλεγε
« tionem. Dixit enim in libro de ratione victus in morbis acutis, caput non lauandum esse ijs, * παρελκλει
quibus

quibus de naribus erumpit sanguis, nisi minus iusto fluat: nunc vero erat iusto minus, siquidem E perpetuabat vigilias & deliria. At etiam, ‖Quæ ducere oportet, eò ducenda esse, quò potissimum vergant ad loca accommoda, rectè in vniuersum dictum ab hoc casu fidem accipit. Non est negligendum præterea, quod est, cum tertium diem exponeret, dictum, grauitas capitis: vnde capitis repletio significatur. Iam memoria teneas etiam die quarto, qui decretorius erat, cœpisse sanguinē erumpere: die quinto vbi prorsus sanguis eruperat, sudaueratq;, esse iudicatum. Sed hæc in libris de decretorijs diebus plenius persecuti sumus. Quod vero in exitu totius narrationis scripsit: In hoc non erat recidiua, sed crebro sanguis etiam post iudicium erupit. eo est dictum, ꝙ absq; vrinarum concoctione esset iudicatus. Didicistis autem hoc ipso in libro, ‖concoctiones celere iudiciū, & certam sanitatem promittere: at cruda & incōcocta in malos abscessus deflectere, aut in acrisias, aut labores, aut interitus, aut diuturnitates, aut recidiuas. Atqui cruda adhuc erant, & inconcocta, non tamen in malos abscessus conuersa fuerunt. Itaq; abscessus ipse optimos esse docuit, qui effluxione fiunt: ab ijs, qui remotissimi sunt à locis affectis, & ad inferiores corporis partes.

1a. Aph. 21. Ex. ord. 10 a. Et in li. d'Humorib.

Supra 112. t. 2ō. 2. t. 45

Aegrotvs VIII

25 *Erasinus, qui prope Bootæ torrentem habitabat, Igni est à cœna correptus: Noctem habuit molestam. Diē primum quiete: Noctem laboriose transegit. Altero die omnia exacerbata sunt: Nocte delirauit. Tertius dies laboriosius fuit, multum delirauit. Quartus fuit molestissimus: Nocte nihil dormiuit, insomnia, imaginationes: deinde peiora, magna, & periculosa, timor, implaciditas. Quinto die mane recreatus est, & omnino resipuit: Multo autem ad meridiem furore percitus est, sibi imperare non poterat: extremitates frigidæ & sublìuidæ, vrinæ crudæ: Ad Solis occasum Obijt. Habebat hic Febrem perpetuo cum sudore: hypochondria sublimia contenta cum dolore: vrinæ nigræ, suspensiones continebant rotundas, non subsidebant: venter stercus excreuit: sitiebat continenter non valde: conuulsiones multæ cum sudore, & sub mortem continentes.* F

* *ἄπεπτα i. inconcoctæ, seu vt ipse vertit, crudæ. in aliquibus tamen cod. ὑπέςη i. substiterūt seu suppressæ sūt.*

Erasinus hic διὰ τέλεος hoc est semper, sudauit, id est per totum morbum sine iudicio. Hypochondria admodum male erant affecta, & vrinæ nigræ. Quam igitur habebat salutis spem? Itaq; quia omnibus est perspectum, quid de hoc homine futurum sit, merito quis existimet nequicquā scriptum de eo esse. Verum fortassis hunc hominem exemplum adduxit celeris interitus. Nam in libro præsagiorum primum dixit: ‖Febres, siue sanus quis ab his euadat, siue pereat, pari dierū numero iudicant. Deinde, ‖Omnes, inquit, quæ benignissimæ sunt & firmissimis fulciuntur signis, quarto die vel ante iudicātur. Ac postea: ‖Et malignissime, & quibus periculosa adsunt signa, die quarto vel citius perimunt. At Erasinus, quanquam omnia grauia haberet, ad diem tñ quintū mortē produxit, ꝙ die primo mediocriter haberet. Vnde est de eo sic scriptum ad verbum: Diem primū quiete transegit. Quintus itaq; ab initio quo decessit, non adnumerato primo, quartus efficitur.

in Prog. cō. 3. t. 1. 4a. 206. d
Ibidem. t. 2.
Ibidem.

Aegrotvs IX

26 *Critoni in Thaso, recto ambulanti, Pes dolere ex pollice vehemēter cœpit: Decubuit eodē die, horrescens, fastidiosus, parū calens: Nocte desipuit. Altero die tumor toto pede & ad talū subrubens, cum contentione: pustulæ nigræ, febris acuta, valde insanijt: deiectiones meræ, biliosæ, subcrebræ fuerunt. Perijt Postridie, quam ægrotare cœperat.*

Æger hic, quia tam perijt subito, memoratu dignus est. Quòd si ratio sit mortis adscripta, tum sermo nobis vndequaq; accommodet. Nunc ex illis quæ scripsit, copia humorum permulta fuisse videtur, quos natura est à principibus partibus ad crus molita deponere. Cum autem id mēbrum omnem capere non valeret superfluitatem, residuum recurrens ad caput ascendit: quod, qua erat malignitate, furiosum delirium excitauit. Malignitatis excremēti statim erat iudicium, ꝙ pustulæ nigræ generarētur ad talum. Vnde mireris, quid causæ fuerit, quo minus huic initio morbi secuerit venam. Sed scimus ad plurimos eum, quos descripsit, morbo iam progresso accersitum esse. H

Aegrotvs X

27 *Clazomenium qui iuxta Phrinichidæ puteum decubabat, Ignis inuasit. A primo illi caput, collum, & lumbi dolebant: statim surdus effectus est, somnis carebat, acuta corripuit febris, hypochondrium in tumorem attollebatur, cōtentio parua, lingua arida. Die Quarto de nocte desipuit. Quintus Dies laboriosus fuit. Sexto omnia exacerbata sunt. Circa diē Vndecimū fuerūt remissiora. Deiectiones ab initio ad diē vsq; decimumquartū multæ, tenues, aquei coloris: quod ad aluum exonerandū attinet, commode habebat. Inde aluus restitit: vrinæ perpetuo tenues quidem, cæterum boni coloris, & multum habebant suspensionū dispersarum, non subsidebant. Die Decimo & Sexto minxit paulo crassius, habebat aliquid sedimenti: aliquantum recreatus est, magis mente constitit. Septimodecimo iterū tenues, secundum vtranq; aurem tumor cū dolore, nulli erant somni, delirabat, crura illi dolebant. Vigesimo Die febre liberatus est & iudicatus, non sudabat, prorsus mente constitit. Circa diem Vigesimūseptimū coxæ dextræ vehemēs dolor, subito sedatus est: at tubercula auriū non residebant, neq; suppurabant. Tenebatur dolore die Primo Trigesimo: venter fluebat multis aquosis excremētis, ac qualia esse in dysenteria solent: vrinas reddidit crassas: tubercula aurium resederūt. Circa Quadragesimū diē oculus dexter illi dol... obtusior erat visus: ad statum suum redijt.*

Vir hic

A Vir hic vel testimonium, vel etiam exemplum est non paruum generalium præceptorum. Instituamus autem orationem ab vrinis: de quibus scripsit, Die vndecimo vrinas perpetuo tenues quidem, cæterum boni coloris minxit, & multum continebant suspensionum dispersarum, non subsidebant. Perinde enim quasi ab initio tales fuissent, & permansissent eodem in statu ad diem decimum & sextum, ita loqui videtur. Die sextodecimo earum mutationem indicauit, vt tum primum incidētem: nam hęc sunt eius verba: Die decimo & sexto minxit paulo crassius, habebat aliquid sedimenti. Planum ergo est, tenues, sed boni coloris vrinas, ob coloris bonitatem promittere salutem: Quatenus autem erant tenues, hactenus tempus requirebant concoctioni. Cęterum eorum quæ molestiam creabant, non vnum erat genus. Nam cum prius die decimo & sexto vrinę commutationem declarasset, postea dicit: Die septimodecimo iterum tenues. Eodem die dicit, secundum aures eius tumores excitatos. Quòd si adiūctas habuisset vrinas crassas, vigesimo die omnino rediisset ad sanitatem, q̄ dies decimusseptimus sit vigesimi indicatorius. Itaq; eo die est prorsus iudicatus. Non erat tamen constans & absolutum iudicium: immo vero tubercula secundum aures non resederunt, neque suppurarunt. Dolore pręterea infestabatur, et alui fluxio incepit vnà cum excrementis dysenteriæ, hoc est ramentosis, quæ acredinis erant humorum, qui descendebāt,
B notæ. Quibus cum vrinæ accederent crassæ, tumores iuxta aures resederunt. Quæ cum ita procederent, solida morbi decessio in diem quadragesimum incidit. Quare memineris in eiusmodi iudiciis, non tantum vltimi, quod fit in circuitu decretoriorum dierum, sed etiam eius, quod in medio est. Etenim in omnibus ægris, non his solis videas iudicia diebus decretoriis fieri. In decretoriis diebus tumores sunt ad aures exorti. At septimodecimo extiterunt parotides. Die vigesimoseptimo coxæ dolor dextræ inuasit, natura excrementum deorsum protrudente, nec dum excretionem valēte per aluum efficere, quam ab hinc quatriduum excitauit. Nam habuisse etiam diem vigesimum iudicium non absolutum, antea didicimus. Quo fit, vt testimonio eorum, quæ dilucide in ægris conspiciuntur, constituantur circuitus dierum decretoriorum.

Aegrotvs xi

28 *Dromeadæ Vxorem, quæ filiam erat enixa, cæteris rite cōsecutis, postridie Rigor cepit, Febris acuta. Primo die circa hypochondrium laborare cœpit, fastidiosa, [a] horrens, implacida. Sequentibus diebus somnum non cepit: spiritus rarus, magnus, statim [b] reuulsus. Postridie eius diei, quo riguerat, aluus commode reddidit: Vrinæ crassæ, albæ, turbidæ, cuiusmodi sunt, quæ in matellis subsiderunt, cum agitatæ fuerint: repositæ multo tēpore, non subsidebant: Nocte*
C *non dormiuit. Tertio die circa meridiem superriguit, febris acuta, Vrinæ eædem, hypochōdrii dolor, fastidiosa: Nocte magna cum molestia nō quieuit, sudor vndiq; [c] frigidus, e uestigio calor illi rediit. Quarto dolor hypochōdrii remissus est, capitis vna cū dolore grauitas, aliquantulum soporata est, parum nares stillarunt: lingua perarida, sitibunda erat: Vrinæ paucæ, tenues, oleosæ: paulisper dormiuit. Quinto fastidiosa, sitibunda, Vrinæ eædem, nihil deiecit: Circa meridiem multum delirauit, statimq; ad mentem aliquantulum rediit, surgebat, ac deinde mox aliquantulum soporata est, paululum frigebat: Nocte dormiuit, delirauit. Sexto die mane superriguit, cito percaluit, toto corpore sudauit, extrema membra frigida, delirauit: spiritus magnus, rarus: paulo post, conuulsiones a capite cœperunt. Subito Obiit.*

Hanc primo statim die laborare morbo acuto fuit clarum. Die secundo, ex symptomatibus, quę recitauit, cum iam præcesserat ex vrinis signa, optima ratione potuit aliquis celerem eius mortem expectare. Vrinæ satis malæ, conturbatæ, & nequaquam subsidentes. Quin die etiam tertio vrinæ & symptomata cuncta permanserunt, confirmantia expectationem mortis. Quarto cū nares pręterea stillarent, vrinæq; oleosę viderentur, iure sanè die sexto est defuncta. Hanc ipsam quoq; dicit spiritum habuisse rarum & magnum, [d] † qui deliraturam annunciat.

D

Aegrotvs xii

29 *Quidam calescens cœnauit, & potauit largius, vomuit cuncta. Nocte Febris Acuta, hypochondrii dextri dolor, submollis in partibus [e] externis inflammatio, noctem moleste transegit: Vrinæ primo rubræ, crassæ, depositæ non consistebant: lingua perarida, non valde erat sitibundus. Quarto die febris acuta, vndiq; eum affligebant dolores. Quinto minxit læue, oleosum, multum: febris acuta. Sexto vesperi multum delirauit, nec nocte dormiuit. Septimo omnia irritata sunt, Vrinæ similes, multum loquebatur, sibi imperare non potuit: aluus irritamento, liquida, turbida, cum lumbricis excreuit: Noctem similiter laboriosam habuit. Mane riguit, febris acuta, sudauit multum, febre carere visus est, non multum dormiuit, à somno frixit, sputatio: Vesperi multum delirauit: non multo post vomuit nigra, pauca, biliosa. Die nono frigebat, magnopere delirabat, somnum nō cepit. Decimo crura doluerunt, omnia exacerbata sunt, delirauit. Vndecimo Defunctus est.*

Hæc nos historia primum docet operæpretium esse attendere, vt primum inuadunt morbi. & non temere, & citra iudicium cibum exhibere, etiam si parui videantur morbi. Hic nāq; vir quia intempestiue cœnatus erat in initio febris quæ parua esse videretur (hoc enim declarat nomine calescens) læsus sanè etiam est, quòd intempestiue cibum sumpsisset. At largius etiam inquit, potauit

*A * dictio hæc non habetur in aliquibus cod. antiquis græcis, nec etiam in Galeno lib. 2. de diff. resp. cap. 10. clas. 3. pag. 68. c*

*B * Est quidē ī codice Aldino ὑποχόνδριον αὐτίκα ἀνεσπασμένον, i. hypochōdrium statim reuulsum. In aliis tamē cod. nō ita legitur, sed vt nunc est in contextu Latino: de spiritu enim reuulso, qui spasmum significat, sermo hic habetur: vt clarissime a Gal. tractatur lib. 2. de diff. resp. cap. 10 clas. 3 pag. 68. c. & li. 3. ca. 9. pag. 73. c*

*C * Al. subfrigidus.*

D † Al. asseres ipsam delirasse.

*E * Al. internis.*

potauit, nescius magni esse principium morbi. Non iniuria igitur hæc vomuit: febrisq; vna cum E
symptomatibus non leuibus acuta inualit, sed intolerabilibus. Tum vrinæ crassæ non subsidentes.
Die quinto conspicuum erat illi instare mortẽ, præter prædicta symptomata redditis vrinis oleosis, quas etiam die septimo excretas dicit. Perijt autem & hic die decretorio, vndecimo.

Aegrotvs XIII

30 *Mulierem quandam, quæ decumbebat in littore, trimestri fœtu grauidam Ignis corripuit. Mox ei cœperunt dolere lumbi. Die Tertio dolor colli, & capitis secundum clauiculam, & manum dexteram: statim lingua obmutuit: dextera manus cum conuulsione elanguit, vt paraplecticis solet: prorsus delirabat: Nocte cum molestia non dormiuit, aluus turbata est biliosis, meris, paucis. Quarto linguam vox defecit, eadem conuellebantur, dolores omnium perdurarunt, † hypochondrium cum dolore est conuulsum, somnum nõ cepit, prorsus delira erat, aluus turbata: vrinæ tenues, non boni coloris. Quinto acuta febris, hypochondrij dolor, plane delirauit, excrementa alui biliosa, nocte sudauit, febre liberata est. Sexto mente constitit, ab omnibus est releuata, cæterum clauiculæ sinistræ dolor non est sedatus, sitibunda, vrinæ tenues, non dormiuit. Septimo tremuit, aliquantulum est soporata, non nihil delirauit, dolores clauiculæ & brachij sinistri permanserunt, reliqua remissa sunt, mente constitit plane. Tres eam dies febris reliquit. Vndecimo redijt, superriguit, igni est correpta. Circa Decimumquartum vomuit biliosa flaua subcrebra, sudauit, febre li- F
berata est. Indicata est non citra dolorem ab illis ipsis affectibus.*

† Al. in hypochondrio eleuatio cũ dolore. Vide ẽt Gal. in li. 2. de diff. respir. cap. 10. pag. 68. d

Superfuit hæc, etsi graues commemorauit morbos omnes, vel etiam periculosiores. Nec possum non mirari, quid de ætate illius nihil conscripserit. Operæpretium sane est dictorum habere memoriam, vt cognoscas esse exemplum rarum, prægnantes aliquas præter abortionem talibus morbis defungi. Iam illud quoq; meminisse par est, fœtum trimestrem & quadrimestrem præter cæteros iniurijs resistere. Cuius non ignarus Hippocrates, in aphorismis dixit: || Grauidæ purgã- »
dæ sunt, si materia turgeat, a quarto mense vsq; ad septimum mensem, minus vero has. Minores »
& prouectiores caueto. Itaq; fœtus vincula, quibus adhærent vtero, imbecillia habent, & vniuersum corpus tenerum. Qui vero prope partum sunt, quia sunt iam magni, multo indigent alimento: quo si deficiantur, crebro in morbis acutis pereũt. Quo fit, vt bonam victus rationem his præscribere difficillimum sit, quæ acuto morbo laborant, si conceperint. Nam si vt non prægnantes parce nutrias, perditur fœtus: sin huius habita ratione, liberalius illas cibes, in discrimen ipsa prægnans adducitur. Quamobrem fœtus trimestres & quadrimestres magis ac alij seruantur. Huic
ergo mulieri, cum vel essent vrinæ [a] albæ & coloris non boni, tamen propter naturæ robur, conti G
git superstitem esse, [b] † q nocte per sudores febrem discussisset: verum morbus diebus consequentibus vsq; ad vndecimum non poterat validus esse, quo die cum rigore cum redijsset, vomitu est & sudore [c] † perfecte iudicatus. Nam a die quinto ad vndecimũ, quæ intercesserunt symptomata, ad neruorum pertinebant, & non venarum, aut arteriarum genus. Itaque die, inquit, septimo tremuit, aliquantulum est soporata, non nihil delirauit: nam in venis quæ essent, melius post quinti diei iudicium maturabantur. Quare de sexto die scripsit vrinæ tenues, [d] † addito, non boni coloris.

Hæc memoria tenenda: præterea istud quinti diei, vt certaminis plena adducit iudicia. Siquidem alium nuper ægrum sanguinis eruptione iudicabat: & mulierem, de qua nunc verba facit, sudore: quamuis morbus vtrisque inconcoctus esset ipso illo die: quæ causa fuit, cur minus faceret absolutum iudicium.

5a. Aph. 29. Ex. ord. 40. c

*A * Arbitror legendum esse græce λεπτῶν i. tenues, non λευκῶν i. albæ, cum ita ẽt ĩ cõtextu Hippocratis legatur.*

B † Clarius locus hic intelligitur, si græce legatẽ, ,τις ε ἐν νυκτὶ, i. q̃ quinto die nocte &c. confer cum contextu Hippocratis.

C † Adderem ego, quartodecimo die. ita. n. ĩ cõtextu Hippocratis habetur.

D † Legerẽ ego negatiue, non addito: quandoquidem nec etiam Hippocrates addidit.

E † Legerẽ ego, De hac ẽt, non scripsit etc. nã in principio nihil de vrinis, sed in septima die.

Aegrotvs XIIII

31 *Melidiæ, quæ decubuit iuxta ædem Iunonis, cœpit caput, collum, & pectus, vehementer dolere: statimq; Febris eam Acuta corripuit, menses pauci apparuerunt, dolores omnium horum perpetui. Sexto die comatosa, fastidiosa, horrida, malarum rubor, aliquantulum delirauit. Septimo sudauit, febris intermisit, dolores permanserunt, repetijt, somni H
pauci: vrinæ perpetuo boni quidem coloris, cæterum tenues: deiectiones tenues, biliosæ, mordaces, admodum paucæ, nigræ, fœtidæ: in vrinis subsedit album, læue: sudauit: Indicata absolute est die Vndecimo.*

[e] † De hac etiam, scripsit initio vrinarum speciẽ. At in vltima parte narrationis ait: Vrinæ perpetuo boni quidem coloris, cæterum tenues. nam plane quæ tenues sunt, natiuum bonum colorem non habeant. Etenim modice sunt pallidæ, quæ boni sunt coloris: at prorsus tenues, albent. Quatenus uero valet bonus vrinarum color cum tenuitate coniungi, eatenus interpretari debes eum, cum dicit vrinas perpetuo boni quidem coloris, cæterum tenues fuisse. Sed videtur hæc quoque mulier naturæ firmitate conseruata.

Galeni

GALENI IN LIBRVM TERTIVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARII TRES

Hermanno Cruſerio Campenſi interprete.

Ab Auguſtino Gadaldino ad antiquiſsimorum exemplarium Græcorum fidem diligentiſsime emendati.

COMMENTARIVS PRIMVS

ARGVMENTVM

Liber Legitimus, in cuius priore parte Deſcribuntur, quæ ab Hippocrate in Tribus Aegrotis obſeruata ſunt.

Aegrotvs primvs

1 *Ythion, qui propter Telluris Aedem habitabat.*

C Pro titulo id ſcriptum ſeorſum puta eſſe, Pythion qui propter Telluris ædem habitabat. Ac in altero principio lege hiſtoriam eorũ, quæ illi acciderunt. Nam ſic ſatius dictionem exiſtimes ſcriptam eſſe, ꝙ ſtatim Hippocratem initio ſolœciſmum conſulto commiſiſſe: cum nullã ſcripſerit toto in libro eiuſcemodi figuram, nec cum ęgros, nec cum peſtem exponit. Sunt tñ, qui datiuo caſu ſcripſerunt, Pythioni, qui propter Telluris ædem habitabat. ſcrupulum ſtudentes ſolœciſmi vitare,

2 *Cœpit Primo die Tremor à Manibus, Febris Acuta, Nugabatur.*

Primo ſtatim die Pythionem ait vnà cum acuta febre in ſymptomata incurriſſe duo, in tremorem manuum, & inſipientiam quandam paruam. Nam hoc illi eſt familiare, vt alijs atq; alijs nominibus quantitatem ſubijciat deſipientiæ, ληρῆσαι, & παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι, & παρενεχθῆναι dicens, i. nugatum eſſe, deliraſſe, deſipuiſſe, dementẽ fuiſſe: aliàs παρακόψαι, & ἐκστῆναι, μανῆναι, & ἐκμανῆναι, i. veſanum fuiſſe, vel amentem, inſaniuiſſe, & furore eſſe exagitatum. Quare ſi nugatus ſit Pythion, conſtat modice deſipuiſſe. Atq; didicimus tremoris cauſam eſſe muſculo-
D rum infirmitatem: Deſipientiam vero fieri cerebro ob inflammationem, vel copioſum bilioſum ſuccum, offenſo: Et acutam febrem putredinis eſſe humorum comitem. Si igitur quæ morbum præceſſerunt, quod in alijs fecit, item in Pythione aſcriberet, ex illis forſan indicatio quædam nobis fieret præparationis morbi: Nunc quia omiſit, conabimur nos ex ijs demũ, quæ aſcripſit, eam indagare: cùm & ex eo quod nihil prodiderit de ijs, quę morbum pręceſſerunt, affectio indicetur corporis. Nã ſi vel ex intẽpeſtiua exercitatione, vel potu, vel venere, vt ſcribere ſolet, vel ex aliquo alio, quod lõge ab inſtituta victus ratione recedebat, febricitare Pythion cœperat, haud erat ꝑtriturus. Vnde longo tẽpore morbum liquet clam fuiſſe præparatum. Cum itaq; tremores cauſam habeant, vt ita dicam, continẽtem, virium imbecillitatem: illæ aũt imbecillæ reddantur aut per ſe, aut per humorum exundãtiam grauantem: non exiſtit tremor, qui virium cõſequitur offenſam, in principio morbi citra validam ægritudinem, aut famem, aut laſſitudines, aut vigilias, aut ſolicitudines, ad hæc immoderatam venerem. Quorum ſiquid ſit factum, omnino id Hippocrates, vt ſolet, meminiſſet. Quia igitur tale nihil ſcripſit, vires exiſtimes ſanè opprimi plenitudine. Quia verò iam intremiſceret manus, quarum oriuntur nerui ex medulla ceruicis: tum vero ꝙ nugaretur homo: cerebrum etiam ipſum aliquem excipere infectum humorem indicio eſſet. Oportebat igitur Hippocratem, cum hominem animaduerteret in periculo eſſe, ad ſanguinis miſſionem

accedere, aut primo die, si nullum contineret venter inconcoctũ cibum, aut omnino altero: hocq; E
magis ꝙ primo die exposito, ipse scripserit,

3 *Altero die Cuncta sunt Exacerbata.*

Videtur enim increscere morbus, non quasi paruus, aut à qualibet profectus affectione corporis, sed cum ipse ingens, tum causam habens non leuem. Quia vero non in Pythione tantum, sed in alijs ægris multis, qui sanguinis missionem, quãtum nos ex ipsius scriptis conijcimus, videbantur quærere, non inuenitur ascribere eam, alterutrum necesse est cogitemus, aut non detractum illis hominibus sanguinem, aut hoc eum auxilij in narratione omisisse. Atqui nemini eorum qui id requirebant, missum fuisse est improbabile, cum ille vir remedium illud amaret: vt in germanissimis suis libris significauit, in aphorismis, & in libro de victu in morbis acutis, in libro de articulis, ipsoq; adeo in hoc tertio de vulgaribus morbis libro, vbi de quodam ægro in hunc modum
3. Epid cõ. 3. t. 79. 3ª. 150. b scripsit: ‖ Octauo die cubitum secui: multũ, vt debebat, fluebat. Nam cùm octauo die sanguinem »
illi detraxerit, multo sanè prioribus diebus magis hoc vsum præsidio censeas. Quòd autem singulis nõ ascripserit, quibus hoc adhibuit remediũ ægris, cum meminerit eo minorum, ipsiusq; adeo suppositionis balani, improbabile est. Ergo siquando vtrinq; est oratio absurda, minus absurdũ F
eligendum est. Censeo equidem auxilium in multis esse assumptum, sed prætermissum in narratione vt clarum. Quò me adducit potissimum, quod in ijs prædictum est, quibus octauo die missus est sanguis. Etenim hoc vt rarum scripsit, & sanguinis ante diem octauum missionem vt consuetam præterijt. Quòd si in veris suis operibus, magnis infestantibus morbis, semper sanguinis missione vtitur, simul cum ea duo hæc respiciens, ætatem pariter & ægri vires: & his ipsis in libris de vulgaribus morbis octauo die cuidam ait missum esse sanguinem: nihil aliud excogitare possumus, quàm quòd in ægris quidem non præteritum fuerit hoc remedium: in narratione vero, vt clarum, præteritum fuerit. Quare de sanguinis missione, quia oratio ad ęgros spectat omnes, semel dixisse sufficiat, vt & cætera quæ sunt communia. Verum hæc, quę ad vnumquenq; pertinẽt separatim, exponemus, initium à Pythione, vt instituimus, facturi.

4 *Tertio eadem erant. Quarto aluus pauca, mera, biliosa deiecit. Quinto omnia exacerbata sunt, tremores manebant, somni erant tenues, aluus constitit. Sexto sputa varia, subrubra. Septimo os est distortũ. Octauo omnia exacerbabantur, tremores etiamnum permanebant. Vrinæ à primo ad octauum vsq; diem tenues, decolores, quæ suspensionẽ habebant nubilosam. Decimo sudauit, sputa subcocta, Iudicatus est, vrinæ circa iudiciũ subtenues. Quadragesimo ab iudicio die Suppuratio circa sedẽ, et Strãguriosus factus est Abscessus.* ΠΙ.Π.ΟΥ.Μ.Υ. *P.M.V.Q.S. Idest, Probabile Multitudine Vrinarum Quadragesima Sanatum.* G

Cætera huius orationis narrationẽ continent symptomatum & dictione & sententia apertam: frequentia nãq; sunt acute ægrotantibus. Quorum & in libro presagiorũ perspeximus facultates, & in libro horum ipsorum vulgarium morborũ primo. Præterea non pauca in secundo sunt dicta, quæ conferunt ad explicandos ægros. Cæterum cũ sextũ diẽ exponeret, quia sputa dixit varia, subrubra, neq; ascripsit vel pleuriticum Pythionẽ, vel peripneumonicũ fuisse, inquirendũ reliquit nobis, an ẽt possint alia ratione incidere acute ægrotantibus ea sputa, an peripneumonicis solis & pleuriticis. Et arbitratur, vt videtur, etiã alia ratione fieri ea, cum in pulmonem vitiosi succi confluant, cæterum hi prorsus pauci, vt viscus nõ inflãmetur. Nam nõ fuisse nec pleuriticum nec peripneumonicũ hinc liquet, ꝙ Hippocrates nõ meminerit, nec nominatim horũ vitiorum, nec ab inseparabili eorũ vllo symptomate. Meminisset.n. doloris lateris, vel dyspnϾ, hoc est difficultatis respirandi. Neq; ẽt capite offenso aliqñ animaduersa eiuscemodi sputa sunt: at cũ tussi, dyspnœa, & lateris dolore aliqñ cernunt talia sputa. Ac duos vidi citra febrẽ, q talia sputa colore pallida extussirẽt. Sed alterũ paulatim febriculæ paruę exceperunt: quo factũ est, vt in longum tps ducta affectio pmanentibus febribus tabidũ hoiem indicaret: Alterũ absq; febre, cũ talia expueret cõtinuis diebus paucis, nihil est mali cõsecutũ. Quamobrem est ꝓbabile in primis thoracis regionibus, vbi est cõtinens ad vltimas ceruicis vertebras, affluentiã aliquã humorũ cõstitisse non multã, quæ dyspnϾ nõ esset excitandæ, ꝙ nõ referat magnopere ad officiũ respirationis primũ intercostale: Sed cum istud esset vitiũ in neruorũ radicibus, qui ad manus pertinent, neruiq; degrauarentur, tremulas effecisse manus. Nam ex primo intercostali & vertebris ei superpositis nerui enascuntur, qui musculos manuum mouent. Hæc inde cõfirmantur, ꝙ tremores vnà cum sputis, quę successerũt, permanerent: & etiam ꝙ vbi aliquod in his signum apparuit concoctionis, non amplius fierent tremores, morbusq; tolleretur, cum iudicium consequerẽt per sudores. Et quanquã inconcoctę essent vrinę, sputorum tñ concoctio iudicauit, & iudicium adduxit, vt neutrum signũ quod solet denotare, falleret. Siquidem æger quando gemina teneretur affectione, vna febrili in succis, quos continent venę: altera quã modo diximus, in thorace: prior in totum non est depulsa sudoribus, nã incõcocta etiamnũ erat: sed recessit altera, ꝙ nihil esset ꝓrsus in thorace residui. Itaq; hũc ille in modũ scribit / decimo sudauit, sputa subcocta, iudicatus est, vrinę circa iudicium subtenues / indicãs quæ in præsagiorum libro de tenuibus vrinis, quæ duplices sunt, tradidit. Primæ sunt hę:

Quoad

« A Quoad vrina rufa tenuisq; sit, incõcoctũ morbũ significat. Alterę hę: Si vrinas tenues et equa- in Prog.cõ. 2. t.
« biles diu reddat, & reliqua salubria sint signa, his abscessus in locis portenditur septo transuerso 30.4. 200. a
« subiectis. Quare ad finem eorum, quæ acciderũt Pythioni, ad verbum sic scripsit quadragesimo Ibidem. t. 34. 201. b
à iudicio die suppuratio circa sedẽ, & strãguriosus factus est abscessus/. At quia & tremoris manuum & nugarum primo statim die meminit, & in sequentibus scripsit /omnia exacerbata sunt/ ac in septimo die addidit /os est distortum/ discutiendum venit, vtrum increscẽte cerebri malo, an deorsum diuertente, os sit detractum. Atqui videtur ex ijs, quæ subdidit, migrasse in regiones inferiores, non consensisse cum cerebro illas: fortasse ꝙ homini missus sit sanguis, itaq; mirificã con-
* secutus opem sit. Sed nec dum primis diebus quicq̃ apparebat sputorum eius quæ in latere est affectionis, nõ propter ipsius malignitatem. Scimus.n. grauissimas peripneumonias esse & pleu- 1. & 3. de Morbis, & in sputationib° conatis.
ritidas τὰς ἀπτύστους i. in quibus nihil expuitur, vt ẽt ipse docuit Hippocrates: Ceterũ hic nõ ob morbi grauitatem cẽsendũ est nihil primis esse diebus sputi redditũ, verum quia ad primũ solum intercostale constabat affectio. Quo'd si ẽt ipsa difficilis erat, in eo tm̃ loco facta erat, ob idq; nihil
— expuebatur. Itaq; potuit auxilio missi sanguinis succis reuulsis, qui hoc loco affluebant, initiũ habuisse concoctionis affectio sexto die, vbi meminit primo sputorũ. At quod de die decimo com-
B memorãdũ produxi, id est: Neq; in his vulgariũ morborũ libris est plane quisq; iudicatus die decimo, neq; ipse asseruit vsquã esse decretoriũ diem decimũ: sicut dixit non raro vndecimum. Habes capita in cõmentarijs de diebus decretorijs collecta eius oĩa, vbi ẽt quadragesimus ostenditur, nõ quadragesimus secundus, morbos iudicare: vt quorundã fuit opinio, qui circuitus dierũ decretoriorũ fieri integris septimanis ducebant. Quo'd si ob id solum arbitretur quis non esse morbũ iudicatum in totũ, ꝙ die decimo sudarat nõ vndecimo Pythion, nõ recte existimet. Nã iudicium nõ integrum eo, ꝙ haud dum sit concoctus morbus, necessario fiat. Multos enim cũ ipse conscripsit Hippocrates, tũ nos conspeximus diebus decretorijs nõ ex toto iudicatos per solã vrinę inconcoctionem. Hęc si ambo coniuncta sint, †imbecillis decimo die, & vrinæ incõcoctio, nõ oportebat † decimi diei imbecillitas.
fortassis hoĩem iudicari, aut nõ salubriter sanè & decretoriè. Potuit igitur cũ vndecimo esset scriptũ non decimo, statim ab initio in eo esse offensum, qđ in alijs multis cernas: quę ab ijs, qui primi descripserunt, neglecta in perpetuũ manent. Sed de die decimo hæc satis sint. Iam animaduerte-
« re interest nõ obiter, quã nubilosam esse suspensionẽ sit cẽsendũ. Nam in præsagijs est scriptum:
« Nubes in vrina peruectę si albæ sint, sunt bonę: sin atrę, malę. Neq; igitur vrina nubilosa in prę- Ibidem. t. 29. 200. g
sagijs, neq; suspensio dicta est, quis eo libro accurate vniuersam sit in acutis morbis præsensionem
C ex vrinis persecutus. Ac ne interpretum quidẽ quisquã, quam esse nubilosam vrinã Hippocrates velit, enarrauit. Equidem, quæ mihi probantur hoc inquirenti, referre non dubitabo. Nubis nomen solent medici ab aere ad vrinam transferre, siue Hippocrates hoc nomen primus pro aliqua eorum, quæ pẽdent in vrina, specie, vel vrinarũ: siue his alius attribuerit. Vt ergo in aere interim tẽpestas fit, vbi nubibus cõdensatus sit atris, caliginosa: interim purus apparet & serenus, †videnturq; nubes per eũ quædam disiectæ, ac tum aer nubilosus dicitur: quo quidem tpe nubium cernimus colorẽ non exquisite atrũ, nec lucidum, sed inter hos medium: Haud aliter vrinam mihi & suspensionem appellare Hippocrates nubilosam videtur, quæ nec colore sit albo, nec etiam planè nigro, cęterum horũ medio. Queadmodũ igitur alba quidẽ suspensio bona est, nigra vero praua: sic quæ inter has media, neq; exquisite bona, neq; praua est, sed media. Quare Pythionẽ talem est suspicãdum habuisse suspensionem. Nam alba si esset, iudicium non efficeret non completum: si iam atra, non probũ. Qm̃ vero inter albã & atram intercedebat, bonum est factũ iudicium, sed nõ absolutum. † Additur in antiquis, τότε δὲ ὥσπερ sic uertatur: interim uero ẽt uidetur nubes & c. et ita oĩno uidetur legendum.
Quod erat reliquum, quadragesimo die in duplicem erupit abscessum, quem ẽt non probe interpretantur, cum per consensum abscessus in sedem putent Pythioni stranguriam accidisse: cum ipse scribat Hippocrates, simpliciter interim factam esse stranguriam, interim non sim-
D pliciter, sed adiungat illi abscessus nomen: vt primo de vulgaribus morbis libro, in secunda tem-
« pestate, vbi ita scribit: Solum vero bonum, maximumq; inter signa quæ fiebãt, quodq; multos à 1 Epid. cõ. 2. t. 41. 3ª. 111 d
« maximis periculis vindicauit, hoc fuit, quibus ad stranguriam diuerterent, & in hanc abscessus fie-
« rent. Nam appellat etiam abscessus, qui excretione noxiorum humorum sunt facti, nedũ qui decubitu: & merito: quo modo in dysenteriam alio loco, sic hoc loco in stranguriam, factos ait abscessus. Nam mali humores, quos habẽt venæ, vtrãq; expurgãtur excretione. Ergo id in ipsa secunda tempestate de vrinis, aliquãto ante locũ, quem modo protuli, hoc pacto scripsit: Strãguriosæ nõ Ibid. t. 8. 109. a
« nephriticę, sed his alia pro alijs. Cum.n. per morbum ob renum affectionem strangurja fiat, hanc ipse ab ea quæ in secunda tẽpestate facta fuit, separans, ratione abscessus, adiecit strãguriosæ non nephriticę, sed his alia pro alijs, i. pro venarum vitioso humore, ac febribus huic succedentibus, inciderũt purgationes, per vesicam excretis vitiosis humoribus, vt non nunquã per intestina. Mordicatio itaq; ab excrementis, quæ acria erant, profecta stranguriam inducebat. Vesica enim, vt est ostensum, ad reddendam vrinam in strangurja prius properat, q̃ iusto sit eius modo impleta, duabus de causis, vel ꝙ eius non ferat qualitatem iam mordacis: vel ꝙ per debilitatem prius, q̃ sit vrina coaceruata, vt pauca planè sit, grauetur. Eiuscemodi igitur Pythionẽ dicit abscessum habuisse: nec scripsit simpliciter hoc pacto, stranguriosus, sed adiunxit, abscessus. Habet.n. in hunc modum

dictio /suppuratio circa sedem, & stranguriosus factus est abscessus/. At alterutrũ cõmittũt, vt ea E »
aut preteream, aut male multi interpretes enarrent. Morari vero in ijs non est necesse, de quibus semel hic statui dicere. Ego esse ducebam melius, quę longo tpe indagaui, & certo iudicio inueni, hæc literis sola prodere citra vllã malorum interpretum reprehensionem. Sed quia quidam propterea, quod nequaquam puerilibus disciplinis instructi fuerunt: nõ nulli vero & natura ad intelligendũ tardi, cũ sint, vbi incidant in quorundã scriptorũ nouas cõmentationes, hac ipsa sola capti nouitate eas celebrant: ideo sum adductus, vt semel aliqñ istorum interpretum mẽtionem facere: cum

a Fracturis, cõ. 1. t. 6. 7[a]. 225 b etiã ipse dixerit Hippocrates: ‖ Extraneũ, quia nõ assequunt, celebrãt prę consueto, quod iã bonũ sciunt esse: & absurdum præ aperto. Quare quò lectores nostrorũ cõmẽtariorum præmoniti, qui »
mores sint malorum interpretum, eos queant agnoscere, prolixius mihi hic certũ est de his agere. »
Nec vero quæratur quisquam de sermonis prolixitate, habiturus eũ ad malas cognoscẽdas interpretationes pro adminiculo. Atque est vnũ istarum genus, quod in proposito ægro quidã fecerũt, quorum vnius ascribam ipsa verba, nequis me de illo existimet mentiri. Atqui Telluris ędes, intelligit »
Cereris. Apposuit autẽ ędes forte ad demonstrandam causam, vnde manuũ illi tremor & morbus »
incidit, vt illi cui propter mensium suppressionem, vt est verisimile, quod otiata ea esset pars. Rursus »

6. Epid. sect. 8. in fine. in sexto scribit, ‖ viro absente feriatã illo mẽbro mulierem, sublatis ad os mensibus, barbam produ- F »
xisse: quod quid est aliud quàm fœminã in virum mutatam? Sic igitur Pythion dum coitu abstinet, quod »
ad solum sanũ curam conferret, in morbum incidit. Hæc vnius est ex interpretibus oratio, qui se »
ipse hac re conuincit, quod cũ crebro Hippocrates quidẽ noĩatim domicilia cõmemoret, hic non illorum oĩum enarrationẽ, sed planè paucissimorũ conscribat. Nam si nõ temere domicilia sint ęgrorum prodita, sed indicent ẽt aliquid quod ad artẽ faciat, qui in paucis ęgris eorũ vim exposuit, pręterijt aũt in alijs ijsque permultis, parum suo functus est officio: vt, verbi gratia, de primo, quem in

A 1. Epi. cõ. 3. t. 18. 3[a]. 121. a vulgarium morborũ libro primo descripsit. Nam [a] ‖ Philiscus, inquit, qui prope mœnia habitabat. »
Deinde, [b] ‖ Epicratis vxor, quæ ęgrotabat apud Archegetẽ. Tũ, [c] ‖ Erasinus, qui ad Bootæ torren- »
B Ibidẽ. t. 22. tem habitabat. Mox, [d] ‖ Clazomeniũ, qui iuxta Phrinichidai puteũ decũbebat. Postea de muliere »
C Ibidẽ. t. 25. quadã, [e] ‖ Dromeadai, inquit, vxorẽ, quæ filiã erat enixa. Inde, de [f] ‖ alia muliere, quæ in littore decũ »
D Ibidẽ. t. 27. bebat. In hoc item tertio de vulgaribus morbis libro multos inuenias alios scriptos ægros ædibus »
E Ibidẽ. t. 28. adiectis, vbi cõmorarent, quas oĩno non enarrãt. Ac [g] ‖ Cherio, inquit, qui apud Demonetũ decũ »
F Ibidẽ. t. 30. bebat. Deinde, [h] ‖ Eurianactis filiã virginẽ ignis corripuit. Sub hãc, [i] ‖ Quædam, quæ angina erat »
G 3. Epi. cõ. 2. t. 2. 3[a]. 135. e correpta apud Bitonẽ. Postea, [k] ‖ Adolescẽtulus, qui in foro Mẽdaciũ decũbebat. Et qd multa opus »
H Ibibem. t. 3. est recẽsere, cùm tali scriptura liber penè sit totus refertus? Sed ad institutũ reuertamur. Qm cõ- G
I Ibidem. t. 4. plures ita sunt descripti ægri, vbique oportebat, aut nusquã domicilia exponere. Verũ hactenus q-
K Ibidem. t. 5. dam interpretes librorũ adeo cõtẽnunt auditores, vt ego Alexãdriæ quondã huiuscemodi audiuerim de quodã ægro interpretationẽ in libro primo de vulgaribus morbis descripto illo capite, cu-

1. Epid. com. 3. t. 19. 3[a]. 121. c ius est initium: ‖ Silenus, qui in Platamonis ędibus habitabat. Nã exponendis Hippocrates ijs, quę illi acciderant, ita scribit: ‖ Noctem insomnẽ duxit, multa verba, risus, cãtus. His igitur acclamabat, »

Ibidem. qui enarrabat librũ, scilicet Σειληνὸς erat i. lunaticus. His præ admiratione discipuli in clamorem eruperunt. Non nulli interpretes tam sunt arguta sedulitate, vt querãt, vtrũ in Platanonis habitaret ædibus Silenus: Quidã p m Platamonis scribendũ esse putẽt: quidã per n Platanonis. Simili-

1. Epid. cõ. 2. t. 83. 3[a]. 116. b ter quærũt isti interpretes, vbi dicit Hippocrates: ‖ Decũbebat in theatro, θέητρον ne satius sit scribere, an θέατρον. At eos qui in his tempus terunt, reprobant: hos vero, qui per ea quæ in Prædictionibus & Coacis præsagitionibus produnt, historiã ægrorũ in his libris exponũt, multi suspiciunt. Sed quàm sint vitiosa, quæ in libro prædictionum sunt tradita, certis declarauimus cõmẽtarijs, quos in illũ librũ scripsimus. Nam eius libri videtur auctor ex vno sæpe aut duobus priuatis exẽplis sibi conspectis vniuersalia facere decreta. Demonstrauimus item multos eum concursus facere, ex genere dissimilibus signis coactos. Et vero etiã declarauimus eam doctrinam tam numerosa H
habere quæ concurrant, vt recenseri nequeant. Ad hæc illud est declaratum enarrandis ijs, quæ scripsit auctor libri prædictionũ, non posse doctrinã vllam esse meliorẽ, quàm Hippocratis in præsagijs cuiusque virtutẽ signi sigillatim tradentis: neque .n. aliter multis vnà coeuntibus quicquam præsciri. Proinde qui vtrunque legerunt librũ, prędictionum & præsagiorum, satis scio oĩa his aperta esse quæ diximus. Iam siquis prius nostros commentarios in eos libros ęditos legerit, poterit ille citra illa, quæ sunt nũc à me cõmemorata, prauitatem animaduertere eiuscemodi interpretationis. At qui illos non legerint, ante volo illos vt hi consulant, deinde huc se recipiant audituri, & de ijs quæ dixi ęstimaturi. Siquidem cum nuper quiddam in manibus sumerem de commẽtarijs, quos Lycus Macedo in hunc librum cõscripserat, in expositione Pythionis tria offendi capita ex prędictionũ

A 1. Prorrhet. com. 1. t. 33. 4[a]. 168. a libro citata, qui in primo ad verbũ sic dicebat: [a] ‖ Tremula, obscura, palpantia deliria, magnã denun- »
ciant phrenitim, quod Didymarcho accidit in Co. In secũdo sic: [b] ‖ Tremores, si sudoribus super- »
B Ibidẽ cõ. 3. t. 13. 181. a ueniant, repetere consueuerunt. Ac tertiũ his erat verbis scriptum: [c] ‖ Vrinę à turbulentis vigilijs »
decolores cum nigris suspensionibus, deliriũ portendunt. Hæc ex prædictionibus capita à Lyco »
C Ibidẽ. cõ. 1. t. 4. 162. e sunt ascripta, quasi ita Quintus in expositione huius Pythionis dixisset. Mihi vero, quando compulsus sum errores reprehendere (licet prioribus id commentarijs vitauerim) operæpretium

videtur

A videtur istorum interpretationum prauitatē detegere. Primum ijs, quæ dicta de Pythione sunt, « non cōgruit illud ex prædictionibus caput, Neq; n. cum silentio, neque magnopere phreniticus fuit. Nam cum librum prædictionum enarraremus, quæ sint deliria cum silentio ostendimus: & quare magnopere ea phrenitica appellauit: Quorum fuit in Pythione neutrum, siquidem nec cū « silentio delirabat, & modice insaniebat. Secundum caput, in quo dicit, Tremores, si sudoribus su « perueniant, repetere consueuerunt. contrarium demonstrat casus Pythionis: nam non succedebant, sed a primo vna inuadebāt, pōsteaq; die decimo sudauit. Itaq; non videntur tremores sudo- « ribus, sed tremoribus sudores successisse. Reliquum & tertium caput, vbi ait, Vrinæ a turbulētis « vigilijs decolores cum nigris suspensionibus deliriū portendunt. recte atq; ordine esset citatum a Lyco, si Pythion vigilasset primum vna cum turbatione, & vrinam reddidisset nigra prēditam suspensione, itaq; desipuisset postea: verum quia neq; minxit talia, nam nubilosa suspensio permultum a nigra distat: neq; a vigilijs turbulentis phreniticus euasit, sed a primo statim die delirauit: non est recte adductū. Nā quid causæ erat, quin diceret suspensionē atram? aut vigilias primo vel secundo die: post has, primo die rursus: mox deliriū? Immo vero Lycus ipse cum vocabulū nubilosam interpretaret, non fuit ausus dicere ab eo atrū denotari. Quare superfluo hęc adiecit (si qui-
B dē dicendū est superfluo non modo ad propositū inutilia, sed ēt oīno falsa) & pręcipua quæq; Hippocratis sermonis neglexit aduertere, Quę tremorum affectio sit: Qui in tremulis manibus locus affectus: Vnde varia sputa, et multa his succedētia: de quibus ego disputaui. Oīno enim nihil horum considerauit: & quod prorsus non erat inquirendum, pro quæstione sibi obijcit ad verbum, « sic: Septimo die os est distortū. Videt quod hic narrat, cū dicto pugnare, quod in aphorismis sic « habet: || In febre non intermittēte si labrum, vel oculus, vel nasus, vel supercilium peruertat, vel nō 4ª. Aph. 49. Ex. « videat, vel non audeat, debili iam corpore, quicquid horum euenerit, mors in propinquo est. Hęc ord. 35. b Lyci est oratio, sibi in eo scrupulum mouentis, quod omni vacabat ambiguitate. Nam in aphorismis dixit, corpore iam debili: atqui Pythioni non debili distortum os est. Iā ēt extricando ipse hoc quod posuerat Lycus, nihil ad solutionem attulit aliud, ac id ipsum, quod nūc diximus. Itaq; quod erat apertum, tanq; dubium proposuit: aliorum quæ ad artem referunt, nihil quæsiuit, nec q̄ esset Pythioni affectio, ob quam antedicta symptomata sint cōsecuta: nec qui locus, aut q esssent affecti. Ac ne de sanguinis missione quidem p̄termissa admonuit. Humorū et tēperamentorū non nunc tm̄, verum nec loco alio vllo in enarrandis ægris, aut cœli statibus, mentionem fecit, quæ in primis Hippocratis librū enarranti erant cōsideranda: Sicuti, si Asclepiadē interpretaretur, pori & tumo
C res incompactaq; elemēta & latio ad tenuitatem erant illi declarāda, q̄ ad hæc ille principia omnia reducat. Calidum vero, frigidū, humidū, & siccū Hippocrates causas statuit, queadmodū ambientē aerē, in animantium corporibus: Itidē quatuor humores inter sese temperamēto distantes sanitatis auctores æque ac morborum esse: Sanitatis, vbi ex ęquo sint inter se moderati: Morborum, vbi eorum maior sit aut minor copia, aut de propria sede cōmigrarint in alienā. Itaq; ad hęc principia ēt qui ante Lycum & Quintum, aliquē Hippocratis librū enarrauerūt empirici, vniuersa referre student: velut in fabula agunt quidā solā, quam habent impositam, personam. Nam vt Erasistrati interpres recte de humoribus & temperamentis sileas, ita si quicq; dicere in scripta Hippocratis instituas, merito ad ipsius vocem interpretationē dirigas. Fortasse ergo vt adulterino æmulo Hippocratis, veniā dare Lyco, vbi offendere videatur, æquum sit: ni hoc exprobres, q̄ cū interpretationes scribere nō valeat, agat fabulam: quippe quod est assimile huic, si aggrediaris comœdiam vel tragœdiam, cū actor esse nequeas. At vero si ad hos te cōuertas, qui Hippocraticos sese nuncupant, vbi iuxta ac alieni & adulterini sectatores errant, immerito illis ignoscas. Iam cū istorum errores absint non solum ab Hippocratis sn̄ia, sed ab ipsa rerum veritate, duobus eos nominibus insecteris. Siquidem melius est nihil, atq; si ambobus interpres his scopis constet, vt simul &
D consentanea cum scriptore & vera dicat: qui alterū tm̄ obseruat, hoc est reprehendendus, q̄ dimidium corruperit totius. Interpres vero, qui neq; vera dicat, neq; consentanea cum auctore libri, maxime censendus est peccare. Sabinus quidē eiusq; auditor Metrodorus germanissimi illi quidem inter priscos Hippocraticos habiti fuere: est tn̄, male vbi videātur Hippocratē enarrare. Ver « bi gratia, in proposito ægro ita ad verbū dicunt: Nā vt conuulsio a vacuatione et repletione pro- « ficiscitur, haud aliter tremor, qui parua est cōuulsio, a contrarijs efficit. Ac causa quidē, quāobrem « hæc vitia fiant, dogmaticorum virorū est, nō empiricorum, attendere: attamen ea cognoscere, & « discernere alterum ab altero posse, empiricis est necesse. Hac sane in re primum videtur Sabinus falsus, q̄ paruam dixerit cōuulsionē tremorem esse. Nam toto genere inter se differūt hi affectus: nihil vero nūc intersit, affectus voces an symptomata, functionū noxas. Neq;. n. affectiones certæ sunt in solidis animalis partibus, vt œdema, & inflāmatio, & scirrhus: sed sicut actiones dum fiūt, consequunt vt existant, non quia constāter & secundū habitum insunt, ita & affectus quoq; earū. Nam cum oīs in actione positus motus sit: sitq; quidam in animalibus motus volūtarius, vt alter inuoluntarius & naturalis: offensæ volūtarij in motibus fiunt musculorū, a quibus ēt cum secundum naturam fiunt, scimus obiri. Sed quod in eis est secundum naturā, vnū est & simplex: Quod est præter naturam, in primis fit duabus differentijs, aut pręter voluntatē, aut de voluntate, non tn̄

secundum naturam. Sed hoc loco secundum appetitum dicas, an secundũ volũtatem, nihil interest. At vero motuũ, qui citra voluntatem fiunt in volũtarijs instrumẽtis, quę ad motũ sunt cõparata, hæc conuulsio, illa vocatur palpitatio, alius rigor, inter sese diuisi. Sed plene de his integro volumine disseruimus. Iam motus volũtarius, qui nõ secũdum naturã, obitur, vna est forma, q tremor appellat̃: de quo necessariũ est, qm̃ alios huius gratia attigimus, hic verba facere. Fit ergo Tremor nõ tm̃ in musculis affectis & neruis, sed etiã bene valentibus, vbi qs vltra vires onus attollere moliatur, aut manibus baiulãdo, aut imponẽdo humeris. Itaq; nõ nulli cõspiciuntur robustissimi adolescentes, dum onus portant prægraue, cruribus tremere, maxime vbi ascendere scalas tentent. At illis quod in maximis molibus, hoc senibis & alia ratiõe infirmis vsu venit in minoribus: nam sunt hæc etiã grauia imbecillibus. Sunt iam etiã certe affectus animi, q tremorem inducunt. Nam in libro de humoribus dictum est, per abruptum trãseunti, metu scilicet vires dejciente crura tremere: nec non si quis alius in se inuadentẽ conspicatus bestiam sit, aut latrones aut hostes metuat. Recte igitur in cõmentario de tremore cõuulsione & rigore, ex infirmitate viriũ semper tremorem fieri demonstrauimus. Quæ qm̃ sua sponte interim sint infirmę: interim ꝑpter affectum animi: aut etiam haudquaq; per se affectæ, ab onere graui hoc patiũtur: tres eius causarũ esse diximus differentias, instrumentorũ intemperiem voluntati attributorũ, affectũ animi, grauitatẽ oneris. Quare si, q nec metuat, neq; molem sustineat, tremat, alterum certe, aut organorum est intẽperies, aut in ipso corpore põdus circa musculos aut neruos. Verũ sermoni nõ nulla subest dubitatio, de qua in cõmentario De tremore conuulsione palpitatione & rigore, verba feci. Nam quibusdam videas manus & caput tremere præter eorũ mẽbrorũ mouendi studiũ: ac ideo esse falso videtur dictum, si instituerit quis aliquid agere, euenire. Cęterũ si intelligas reclinata in ceruicale ceruice sisti capitis tremorem: manusq; depositas, sic ne has quidẽ tremere: credes esse recte dictũ, quibus ociat̃ quodcũq; mẽbrũ, hoc esse à tremore immune: sin attollãt, aut sublatũ illud seruẽt, tũ symptoma illud incidere. Tm̃.n. abest vt qui ita agunt, musculis quiescant, vt oppositos inter se musculos simul moueãt. Vt in manu, qui attollunt, & qui hoc membrũ detrahunt, extendũt eã & flectunt: & validiorum viriũ est opus ijs, qui manũ in angulũ ductam sublimem seruãt, q̃ qui extendũt aut flectunt. Nam qui extẽdunt, vno genere musculorũ operant̃, quod cõparatũ est ad id operis, feriãtibus interim ijs, qui flectunt eam. Atq; cũ flectũt, agunt ijs qui ad flectẽdum sunt accõmodati: & in ocio sunt, qui extẽdere possunt. Quòd si eleues in angulum ductam, & sublimẽ retineas manũ, nec flectas, nec extẽdas, vtrisq; musculis æqualiter operaris, vt in tetanis quos vocãt. Est igitur nõ minori robore opus ijs, qui in eadẽ figura vel crus, vel collũ, vel manũ seruãt citra fulturã solidi cuiuspiã corporis vehentis sustẽtantisq; membrũ. At cũ longè partiũ ponderi, quæ vehuntur, vires motrices præstãt, citra negociũ attollunt, citra negociũ eas sublimes seruãt: At vero si multo sint inferiores, sicut in resolutis, haudquaq̃ possunt eleuare: Quæ si pares sint, vicissim succũbunt: vincentes seruãt immotã manũ sublimem, superatæ, delabi sinunt. Hoc mihi cogita continẽter in hũc modum fieri, vt simul ac superiores sint, mẽbrum sustollant: mox victæ à mole eorum quæ eleuantur, permittãt pessum ire: simulq; vires illorũ rursus victrices corripiẽtes ipsa iterũ erigere studeãt. Deinde cum singulis tẽporis momẽtis fiat hæc vicissitudo, vt quod est infra, confestim attollatur: & quod membrũ alleuat, extemplo detrahatur: non prorsus incõcussum seruetur & stabile membrum, tum nec motus habeat in vtrãq; partem insignes, vt qui breuibus interuallis & temporum & locorũ seruentur. Atq; talis est motus tremor, vt quæ longius sum in libro supra cõmemorato persecutus, paucis cõplectar. At quę fit in morboso rigore partium concussio, absq; volũtate obitur & contrariorum motuum magnis interuallis sese mutuo excipientium vnà cum frigoris sensu. Huius alius affectus est quodam modo germanus, musculorũ & neruorũ, quæ cõuulsio appellatur: ac in eis per totum similis illi atq; ijsdẽ organis fit motus, qui cũ de voluntate moueãtur, fit: cæterum in eo tñ differt, ꝙ pręter volũtatẽ, vbi cõuelluntur, mouent̃. De palpitatione necesse hoc loco non habeo disserere, ne cogar simul de pulsu dicere, qui aliquid habere cũ palpitatione cõmune videtur. Satis.n. iã vel de tremore productus mihi est inuito sermo in explanatorio libro. Qui aũt ad vnguem volet oĩa prædictorum symptomatũ perspicere dignotionẽ, & originem, legat licet librum, vbi illa exacte oĩa tradidi: qñ & de singultu, tussi, sternutamẽto, & non nullis id genus alijs motibus egi in causis symptomatum, vbi dignotiones & differentias motuũ, tum vero etiam causas, à quibus procedãt, percurri. At Sabinus in oĩbus illis nunc plus nũc minus præterijt. Itaq; contra Quintus & Lycus vt isto saniores probãdi sunt, ꝙ ne aggressi quidem de his sint dicere, sed vt empirici interpretationes fecerint. Tametsi empirici quidã, vt dixi, in fabula impositam personam agant, Hippocratis librum enarrantes vt Hippocratici, Erasistrati aliquem & Herophili & Asclepiadę atq; aliorum istorum, perinde ac si de cuiusq; sint eorum secta. Igit̃ quod semper dico, vbi hic quoq; cõmonuero, aliò transibo. Singulorum, quę scire medicus debet priuatim est disciplina tradenda, ac tum ad enarrãdos accedendum libros Hippocratis: & conclusiones demonstrãdæ singulis locis memoriæ gratia, at ipsæ tñ demonstrationes non cõmemorãdæ: quod quidẽ nos præstitimus. Ex ijs vero qui in opera Hippocratica scripserunt explanationes, nemo quisquã, cæterum lapsi sunt in his oẽs. Etenim alia est, quæ ipsas res tradit institutio, absoluta constans fusaq; explicatione:

A.l.3.f.2.c. 208.d

A explicatione: alia, quæ in explanatione consistit librorum: cuius non est vtriusque idem institutum. Nanque quę per fusam explicationem fit, spectat veritatis inuentionem: in explanationibus propositum est sententiam senis, cognoscere. Qui ergo ante singula exacte didicerit, hunc denique ad veterū librorū explanationes accedere oportet: vt tamē primum senis sensum valeat inuenire: secundo loco, recte ne ille, an secus sit assertus: simulq; admoneat demōstratorum in opibus de vnoquoq; medico pcepto. Qui vero interpretes suis dictis nequeunt demōstrationē inferre, auditores loquacitate obtundunt: itaq; a scriptoris sententia retrahunt, volentes sua verba ex illis fidē habere: quāobrem de capite ad caput transeunt, quæ ne ipsa quidē quicq; ad rem propositam referunt. Porro fieri non posse, vt in explanationibus demōstrationes disputationū, qbus pariuntur scietiæ, scribantur, ex iam dictis planum est. Nam qn̄ Hippocrates nō in Pythione modo verū in multis etiam ægris prædictorum symptomatum meminit, si quidē nusquā demonstrationibus cōprobes placita, nullā animis discipulorū, quæ scientiā pariat, doctrinā infundes. Quod si tradas in quibusdam ægris demonstrationes, in quibusdam prætereas: atq; in primo morborū vulgariū, verbi gratia, eas oēs persequare, in alijs ad illas reijcias: facies tu quidē, quod diximus, vno in libro absolutissimam tradendo cum demonstrationibus doctrinam, in cæteris eius conclusiones adducendo. Sed id ipsum tn̄ vtroq; est modo absurdum. Nam in primum vulgariū morborū librum,
B si hunc enarres, primum quinquaginta commētaria sit necesse scribere, & singula aut bina in singulos alios. Itaque cogeris, si aut præsagia aut aphorismos legere velis, ante quinquaginta illos libros euoluere interpretantes primum librum morborū vulgariū. Haud secus si ab alio quopiam cœperis cōmentaria scribere, in illum quinquaginta scribes: qui autem aliū legere volet, ante oīa necesse habebit quinquaginta illos libros legisse. Atqui multo præstabat singulas quæstiones, vel præcepta, vel quolibet noīe appelles, esse singulis descripta libris, atq; hos tm̄ consulere, vbi firma imbui scientia de ijs voles, quę in ipsis prodita sunt. Ideoq; nos cum de tremore conuulsione palpitatione & rigore, tum de alijs oībus, lucubrationes ædidimus separatim: & demonstratorum in interpretando vsurpamus conclusiones. At Sabinus, cum neq; demonstrauerit vsquā quid inter hos quatuor intersit affectus, tremorē palpitationem conuulsionem & rigorem: neq; vllam, si nō planè veram rationē & demonstratiuā, at verisimilem adduxerit: primum esse tremorē asserit paruam conuulsionem, paulo post speciem esse tremorem cōuulsionis dixit. Verum quo me ocyus his reprehensionibus, quas inuitus institui in improbos interpretes, explicem, Esto tremor conuulsio, aut conuulsionis species: iam ab eo discamus, quo modo Pythioni inciderit. Stomachum,
« C inquit, homo affectum habebat: atq; manus, quæ cum illo haberent consortiū, tremebant. At nec
« incōmodum illi vllum fuisse ad stomachū, docere quisquā potest, cp nullum sit symptoma noīatū in narrandis Pythionis accidentibus, qd̄ indicare stomachi valeret vitiū. Nec stomacho esse quicq̄ cū manibus cōmune ostenderunt. Nam ipse ait fieri tribus modis consortia, aut pp viciniam, aut pp familiaritatem vel generis vel operis: Generis, vbi neruosum neruoso, venosum venoso, arteriosum consentiat arterioso: Operis, cū māmę & thorax partibus genitalibus. Sed in nulla harum communitatum cōsentire manus possunt cum stomacho: neq;.n. officium his est commune, neq; neruorū consensus, quāobrem in manibus neruosum genus in cōsensum veniat stomachi affectu. Nam stomacho a sexta deducta de cerebro propagine tribuuntur nerui: manibus a spinalis medullæ regione ad sextam, septimam, & octauā vertebrā. Itaq; quæ a sexta cōiugatione partes sunt neruos consecutæ, has stomacho consentire, non manus, conueniebat. Atq; de tremore hæc nugantur, qui propter abstinentiam veneris ducunt nimiā humorū copiam Pythionē coaceruasse.
l.3.f.20.t.1. 11.372.h. Quanq̄ venus vt vacuatione plenū fieri nō permittat corpus (tribuamus sane hoc illis) stomachū certe labefactat nō mediocriter, cū eum veneris abstinentia, etsi corpus impleat, cōfirmet vt quod maxime. Nā non parū absurdum sit cēsere, si quis moderate viuat repleri humoribus hūc: neq;.n.
D his, sed ociosis corpus impletur. Quod si quis a venere se contineat, exercitetur tn̄ more athletarū, fossorū, & messorum, aut artem agētium aliquā manuariam, non colligat humorum copia. Verū quia quæ sciunt, hæc nequeunt reticere, vsu venit sero discentibus dicere planissime pugnātia, dū importune verba funditant. Quid.n. attinebat scribere, dixisse Democritū paruum morbū comitialem cōcubitum esse: & Epicurum, nunq̄ prodesse veneris vsum, pręclare agi si non officiat: nā ista oratio ad ægrotantes ob immodicam venerē pertinet, nō ad eos qui diuersam instituerunt rationem viuendi. Et quidē Sabinus hęc scripsit, nō videns quæ insit in verbis pugnātia. Iam vero absurdissimum est ob continētiam veneris delirasse Pythionem. Ferūt enim aceruatā in cerebro genituram, multitudine id opprimentem, delirij symptoma efficere: vt solet os premens in capitis fracturis, & nostra manus, creare deliriū. Quare iam monstrat, non se cuiq;, cui terebra adigeretur, affuisse. Cum.n. aut digitis premas vnà cum membranis cerebrum, aut per vocatas membranarū custodes, aut etiam ante perforationē os cōpressum has premat partes, deliria non existunt, sed cataphoræ opprimūt, motusq; & sensus perit: nā soporantur interdum magnopere ita affecti, vt in vehementibus apoplexijs. At vero cum etiā varia sputa dicant genitura retenta accidisse, præstat il[illegible] s nihil confutare. Nam qui reprehendit sedulo, quæ nulla sunt digna sedulitate, se ipsum afficit contumelia. Atqui non hæc modo, sed longe protulerūt plura haud dissimilia illis: de quibus est

hoc vnum: Abscessum ad sedem aiũt ortum Pythioni pp loci vicinitatẽ, quo genitura excernit: E & abscessus in sede comitẽ fuisse stranguriam. Deniq; alia ẽt afferunt, quibus adducaris veneris cõtinentiam non paucorum esse nec paruorum auctorẽ morborũ. Et hæc cũ scribant in propositis exponendis ægris, Democritum proferunt & Epicurũ nihil vnq̃ proficere affirmãtes venerẽ. Et quod oĩum est sapiẽtissimũ, vt cõuulsio, inquiunt, comitat̃ repletionem & inanitatẽ, ita cõsequuntur libidinem & continẽtiam cõia symptomata rationis & neruorũ affectorum. Proinde horum nos sapientia inducti, ac fidẽ eorum verbis habentes, ne Athletis quidẽ à venere permittemus abstinere, ne forte hinc conuellant, aut desipiant. Hæc scilicet omnia, insuperq; cætera, quæ narrauit Hippocrates accidisse Pythioni, iactant, perinde quasi illius morbo coitus abstinentiam præcessisse planè ipsis sit certum: tametsi initio dixerint verisimile esse à coitus abstinẽtia (quã illi ἀπογνὴν vocant) hæc accidisse Pythioni: deinde obliti eius, quod initio modeste dixerant, verisimile esse: ac si planè ita se haberet, orationẽ instituũt. Et quidem vt apud Telluris ędem commoraretur, cur à venere sese contineret, nihil erat causæ, qui nec sacerdos nec æditwus esset deæ. Omnino enim de eo Hippocrates ampliorẽ mentionẽ faceret, q̃ p iuxta Telluris templũ habitabat. At si ẽt æditwus aut sacerdos esset, nõ erat illi in perpetuũ necesse, vt à venere abstineret, quo modo si Dianæ esset vel Palladis sacerdos. Cæterum quod dudũ dixi, reprehẽdere sedulo, quæ sedulitate sunt indigna, F est absurdum. Quare iam finẽ eorũ faciam, quæ interpretes in Pythionem cõmiserunt errorum, ac me ad ꝓximum ægrum conferã Hermocratẽ, meoq; instituto interpretabor parua habita illorum ratione, quæ scripserunt quidã perperam, nisi multum res vrgeat. Sed prius de notis dicam.

De Notis, Quæ sunt Singulis Aegrotis Adiectæ.

Miror huius libri, vt aliorum etiam Hippocratis multorum infœlicitatem, quorum hi sunt dissipati, illi aliquid habent scriptis Hippocraticis adiectum. Rectius dicã fortasse infœlicẽ nõ fuisse librum, cæterũ eius nos lectores, qui tempus in re pdimus inani. Ad exitũ igit̃ narrationis euentorum Pythionis ascripta est, Primum Π literæ nota, rectam habens in medio lineã sic ΠΙ, vt quidam scribunt noningentorum notã. Deinde scripta est Π literę nota, nihil in medio habens. Mox ΟΥ, sub quam Μ, postremo Υ. Coacti igitur sumus, notæ hæ quid significẽt, inuestigare: idq; incerti, Hippocratis ne sint, an alius ista singulis ascripserit ægris. Verum nobis cum hoc ipsum cõpulsi indagaremus, in mẽtem venit, Si vt hoc in libro eas inuẽnimus notas, sic in alijs etiam libris vulgarium morborum oĩbus comperissemus narrationi eorũ, q̃ ægris acciderunt, ascriptas, non sit fortassis absonum ab Hippocrate dicere adscriptas: Nunc cum neq; in alijs libris inueniantur, neq; etiam in ipso hoc tertio in oĩbus æque exẽplaribus, merito in suspicionem non nos tm̃ vẽnimus, sed maiores etiã nostri, ab aliquo esse ascriptas, fortasse qui discipulos detineret, vt posset declarare quasi quid mirificũ, quod vnaquæque earũ denotaret. Potuit ẽt compẽdium sibi quis soli facere vtilitatis, quã caperet ex singulis ægris: Vt in hoc ipso, quẽ commemorauimus Pythione, quod deductam per medium lineam habet ΠΙ, videt̃ πιθανὸν i. verisimile significare: Sequẽs Π πλῆθος id est abundantiã: à quo statim ΟΥ, scriptum, οὖρον id est vrinam, significare videt̃: vt ex ambobus significet̃ πλῆθος οὔρων id est abundantia vrinæ: Deinde Μ quadragesimum nobis diẽ ob oculos ponere: Υ ὑγείαν id est sanitatẽ: atq; hæc ambo interpretari, quadragesimo die hoĩem conualuisse. Et collectam ex oĩbus notis hanc esse sñiam, Verisimile esse ob abundantiã redditæ vrinæ propulsatum ipsum morbum esse, & persanatum hoĩem quadragesimo die. At hæc nõ inueniri ascripta hoc modo in omnibus exẽplaribus ante dixi. Nunc dico, nec in quibus inueniunt̃, in ijs omnibus primũ ægrũ habere talẽ notam. Ergo quæ exẽplaria notas habent in fine ascriptas narrationis de Pythione, hunc habent in modũ scriptas, ΠΙ. Π. ΟΥ. Μ. Υ. Porrò q̃ rationi consentaneum sit vnãquãq; notã, quod modo dixi, significare, confirmãt illæ, quæ alijs sunt ægris adiunctæ. Nam vbiq; adiacet ΠΙ lineã habẽs mediũ intersecãtem: Ad finẽ vero superstitibus Υ additũ est, ὑγείαν denotans id est sanitatẽ: Defunctis Θ, quod scilicet θάνατον i. mortem indicat. Prima H igit̃ qñ ea significare vident̃ quæ diximus: & media sint ꝓbabilia, quippe q̃ Hippocratis de ægris orationi esse cõsentanea possint: nobis quidẽ inanis labor in Pythione cõfectus est, & in alijs cõficiet̃, tp̃s frustra terentibus. Sophistæ vero talibus exponendis vt vates q̃dã suspiciunt̃ à discipulis.

AEGROTVS II

5 *Hermocrates qui ad nouum murum habitabat, Igni est correptus. Cœpit Caput illi, lumbusq; dolere, Hypochondrium molliter intendebatur, lingua initio adusta fuit, statim obsurduit, somnum non habuit, sitibundus non admodum: Vrinæ crassæ & rubentes, depositæq; non subsidebant: Ab aluo, combusta & non pauca exibant. Quinto Die reddidit tenues vrinas, suspensionem habebant, nec subsidebant: Sub noctem delirauit. Die Sexto auriginosus euasit, omnia exacerbata sunt, mente non constabat.*

Nec desinunt hic nugari quidam interpretes huius libri: sed ideo esse aiũt scriptum ad nouum murum, quòd recens calce inductus homini obfuerit. Alij ab his dissentiunt, seduloq; student ostendere non propter calcem appellasse eum nouum murum, verum quòd præter morem exclusis ventis, & cum iam ædes, in quibus Hermocrates commorabatur, non bene perflarentur, morbus hominem corripuit. Verum de loco satis, ac potius, vt id quod est dicam, nimium. De

ijs

A ijs iam quæ illi acciderunt. porrò videndum est: ac eorum quæ aliàs demonstrauimus, reuocanda
memoria: de quibus hoc est, Tria esse prima febrium genera: vnum earum quæ diariæ appellant:
alterum hecticarum: tertium earum quas acutas vocant, comites putridorum humorum. Atq; ex
tertio horum genere febrem afflixisse Hermocratem hinc constat, quod cum incipit de illo facere ver-
« ba, statim dicat Hippocrates, Igni est correptus. Nam, vt in alia historia scripsit, Quidam incale- 1.Epid cõ. 3.t.
« scens cœnauit, vt hoc vocabulo calens, febris mediocritatem ostenderet, quę cœnatum tenebat: ita 29.3ª.125.d
hic ignem appellauit validam febrem. At caput quoq; illi cœpit dolere vnà cum surditate. Itaque
ex his in caput liquet inualuisse quandam humorum abundantiam. Declaratum iam est frigidiori-
bus & pituitosioribus succedere somnos veternosos lethargicaq; mala: calidioribus aut prorsus * καρώδεις di-
mordacibus vigilias & deliria. Proinde cum vigiliæ eum tenerent cum surditate, & capitis dolore cit, quem
lumbiq;, suspicari replentes caput humores consentaneum erat mordaciores esse. Visu venit por κάρον inter-
rò his, vbi cum calida febre & flagrante cerebrum offendãt, sequi, vt didicisti, deliria. Quod si duos pres hic modo
dies aut tres aut quatuor hæc symptomata durent, certius præscies delirium. Id quod hic accidit soporem, mo-
Hermocrati: nam exponendo quinto die scripsit delirasse hominẽ. Iam vero febrem fuisse qualis do veternum
dicta est, vel linguę indicat symptoma. Quid nãq; dicit? Lingua in principio adusta fuit. hoc enim vertit.
B nomen eam omnino siccam significat fuisse: potest etiam nigram. Atqui in tali lingua, febreq; ta-
li, si absit ingens sitis, alterutrum indicat, aut mentem læsam ægri esse: aut ventris naturalem facul
tatem, qua subinde cibos appetimus, emori. Porrò cum narrationi hæc sunt adiecta, Hypochon-
drium molliter intendebatur, in iecinore conijcias febrilis affectionis originẽ extitisse. Quia enim
singulari numero quem vocant, dixit hypochondrium, alterum tantum indicat non vtrũq; fuisse
intentum. Quando autem aut dextrum sit necesse aut sinistrum hypochondriũ nos accipere, dex-
trum fuisse intentum sit verisimilius propter excellentiam, qua præstat alteri. Siquidem talia citra
appositum & distinctiones proferunt. Atqui etiam modus ipsius febris, & ipsius adustio linguæ,
satis iecinoris affectum indicare possunt. Nam intentionem, quæ dicitur fuisse mollis, hypochon-
drij constat veluti vacuam indicare: nam vacuum significatur ex molli: huic est oppositum cũ tu-
more, quemadmodum tensum laxo: Ac si ita diceret, dextrum hypochondrium intendebatur, sed
citra tumorem, vel quia non magna fuerit inflammatio iecinoris, vel in simis partibus duntaxat
quibus ventriculum amplectitur, cum gibba non dum vnà cum simis in tumorem essent eleuata.
Iam ventris combusta excrementa etiam ignitionem huius visceris indicant. Quare si vrinæ ad
hæc lethales accessissent, celerrime perijsset homo. At quia vt talibus, erant mediocres, fieri speres
C posse vt producatur morbus. Nam bonæ quidem vrinæ haudquaq; in isto affectu incidant: Ru-
bræ vero spatio longo laboraturũ hoĩem, non tñ planè moriturum arguunt: vt in commentarijs
in librum præsagiorũ & prædictionum planum fecimus, vbi eius libri reprehendimus auctorem.
Nam quæ alia de occasione ægrotantibus acciderũt, quia ad aliud refert, errat. Iam in ijs cõmẽtarijs
prolixius sumus tũ phrenitidis peculiaria signa persecuti, tum quod in libris Hippocratis citra contro
uersiam germanis, de quibus præsagia sunt, vniuscuiusq; facultatẽ signi exactè & sigillatim expla
nauit. At de rubris vel prubris vrinis verbũ nullum fecit: sed de subrubra vrina cum mẽtionem
« facit, simul prubrarũ vim indicauit. Atq; adeo de subrubris vrinis hæc scribit verba: Si vrina fue- in Prog cõ.2.t.
« rit subrubra, ac subrubrum quod subsidet, diuturniorem hæc quidẽ morbum quàm prima significat, 27.4 .200.e
sed admodum tñ salubris est. Cum ergo sit subrubra, præter cæteras salubris quidẽ, longius tamen
quàm prædictæ trahat, quas ocyus dixit morbum exoluere, quæ magnopere sunt rubrę, longius signi
ficabunt spatium, cæterum non mortem quantum ex se ipsis, neq; delirium. Siquidem per flauam
bilẽ in cerebro exundantem deliria oriunt: quemadmodum si ea sit adusta, vt iam transeat in atrã,
μανιώδη id est furiosa. At vero sanguinẽ abundare incõcoctiorem & serosiorem rubra indicat vri
na, qui in venis videlicet iecinoris & profundi corporis continetur: vt flauam bilem rufia & atra.
D Quid igitũ venit in mẽtem cum alijs non nullis, tum Lyco, vt hunc approbarent, qui in prædictio-
« nibus scripsit: Surditas vrinæq; prærubræ, in quibus suspensiones non subsideant, delirium nũ- 1.Prorr. cõ.1.t.
« ciant: qui morbo regio si corripiantur, malum est. Apparet enim ex ijs, quæ hoc sunt loco de Her 31.4ª.167.f
mocrate tradita, auctorem illius libri vniuersale collegisse præceptum: sed longe aberrat & ab rei
ipsius natura & Hippocratis sententia, tum vero ab ijs, quæ in ægrotis obseruantur. Nam rei natu
ra demonstrat siccos temperamento humores & virtute mordaces in cerebrum elatos concitare vi
gilias & phrenitim: id quod in commentarijs de locis affectis ostendi. At Hippocrates tales hu-
mores cognouit, flauam & atram bilem: humidum vero succum & frigidum, pituitam: mitissi- de Natu.hum.
mum autem simulq; nobis familiarissimum, sanguinem: præterea vrinam, serum esse humorũ in cõ. 1. t. 18. 1ª.
venis contentorum nos ille docuit. Quare ratio conuincit, vbi amplior semicoctus sanguis per ... f. Et 31.b.
vrinas expellatur, rubras eum has efficere, atque ideo diuturnum fore morbum, quòd requirat t 32.
scilicet ad concoctionem longius spatium sanguis: siquidem spatio temporis fiunt concoctio-
nes. At non erit talis morbus, vt ab vrinis exitiosus, neque phrenitidi obnoxius. Sed non opor-
tet hic nos longiores esse, posteaquam istarum iam orationum in commentarijs in prædictiones
importunitatem prodiderimus. At enim cum crassas etiam fuisse indicet nec subsedisse vrinas,
planè sunt illæ ex conturbatis & turbidis, vt solet hic appellare, quæ semper turbationem cru-
dam

dam annũciant multo præditam ſpiritu flatuoſo, vt muſtum. Quo fit, vt capitis dolores his vrinis ſint adiuncti, ꝙ ſpiritus caput cum calidioribus ſuccis petat: à quibus merito intenduntur vigiliæ, & periculum eſt delirij futuri, ſi acrimoniam humores obtineant. Hæc cum ſtatim ab initio Hippocrates cuncta expoſuerit & ſymptomata & ſigna Hermocrati accidiſſe: deinde nihil de diebus proximis prodiderit: duraſſe hæc ad quintum vſq; diem innuit omnia, ac tum ſe demum ad alia acceſſiſſe enarranda, vbi aliqua ex parte variaſſent. Proinde quinto dicit die, illum reddidiſſe vrinas tenues, quare ad eius diei expoſitionem tranſeamus. Quinto die reddidit tenues vrinas, ſuſpẽſionem habebant, non ſubſidebant, ſub noctem delirauit. Cum primũ immutata prima vrina, & deſiit homo, die quinto ſcripſit Hippocrates, præterita, vt diximus, ſecũdi & tertij & quarti diei declaratione, nimirum ꝙ eadem permanſiſſent in his ſymptomata. Quare de tenuibus vrinis reuocemus ad memoriam, quid in præſagijs dixit his verbis: ‖ Qui tenues crudasq; diutius vrinas reddunt, ſi cetera vt ſuperfuturis portendantur, his abſceſſus in regionibus infra ſeptum tranſuerſum expectandus eſt. Itaq; altero modo inconcoctus eſſe morbus ſignificatur per tenues vrinas, vt etiã per craſſas, vbi non ſubſidant. Siquidem conturbatæ, ſed dum depoſitæ ſunt ſubſidentes, cõcoctionis alicuius indicant initium, potiſſimum vbi illico ſubſidant. Quæ vero non ſubſidunt, vltra flatuoſam turbationem craſſitiem eſſe inconcoctorum humorum ſignificãt. Atq; ex his liquet morbum producendum: Inſuper qua erat prauitate febris, & quia ſub noctem delirauit homo, cũ periculo eſſe coniunctũ. Reliqua iam videamus, num eſſe his conſentanea videatur. Auruginoſus euaſit, omnia exacerbata ſunt, mente non conſtabat. Diſtinctio hoc tibi ſit intentionis hypochondrij ex iecinore profectæ. Diffunditur etenim non nunquam per totum corpus flaua bilis, quod decretorium eſt, vt in aphoriſmis quoq; eſt eo libri loco declaratum, vbi ait: ‖ Aurigo ante diẽ ſeptimum mala eſt. Reduc item ad memoriam ante concoctum morbum, crebro te audiuiſſe, nullũ quemlibet abſceſſum proficere, nedum auriginoſum. Is enim impediri ſignificat bilem, quo minus ex viſcere expurgetur, & euacuetur per ventrem, vel ꝓ oppilationem eius, vel inflammationem. Morbo aũt iam cõcocto decretorie interim natura ad cutem excrementũ reponit cum quorundam aliorũ humorũ, tum flauæ bilis: nam hoc quidem loco flauam appelles, an pallidam, nihil intereſt. Porrò cum affectio increſceret iecinoris, auruginoſam affectionem extitiſſe ex eo indicatur, ꝙ exacerbarentur omnia ſexto die: ſimulq; ꝙ mente ille non conſtaret, quod eſt, deſiperet. E F

in Prog. cõ. 2. t. 34. 4ª. 201. b (margin) »
4ª. Aph. 62. Ex. ord. 34. b (margin) »

6 *Die Septimo grauiter ſe habuit: Vrinæ erant tenues, ſimiles, proximis diebus eodem modo. Circa diem Vndecimum omnia illi Viſa ſunt remiſſa eſſe.* G

Quæ die quinto vrinæ fieri cœpiſſent deteriores, non correctæ ſunt multis diebus. Non enim ſeptimo modo die, verum ſequentibus etiam ad vndecimum vſq; diem in iiſdem fuiſſe dicit ſymptomatibus verſatum & ſignis Hermocratẽ: Circa vndecimũ diem oĩa illi viſa ſunt remiſſa eſſe. Recte ſanè /viſa ſunt/ dixit: neq; enim perículoſiſſimis ex ſignis potuit ſubito, cum eadem permaneret humorum inconcoctio, ad meliorem ſtatum peruenire: idq; adeo cum nihil eluxiſſet decretorii die vndecimo: id quod ſolet non raro conſpici, ꝙ tum natura ſolet aut ſanguinis excretione vel alui, aut vomitibus, aut ſudoribus, aut parotidibus, aut decubitu quopiam, ex diſcrimine hominem vindicare. Attendamus itaq; iam, quæ die vndecimo acciderunt.

7 *Coma cœpit: Vrinæ craſſiores, ſubrubræ, infra tenues, non ſubſidebant: aliquantulum Mente conſtabat.*

Solidum ſcripſi librum interpretans ſignificationem huius dictionis, coma, in quo indicatur propenſionem delationem've in ſomnum ſic appellaſſe Hippocratem. In ſomnum autem propenſionem voco, cum vigilare ægri nequeant, non apertos habentes oculos, ſed conniuentes: vel altis ſomnis, vel tenuibus, vel vigiliis detineantur. Vnde exactam quærit diſtinctionem, multam etiam prudentiam & exercitationem, vt ex qua affectione æger comatoſus fieret, aſſequaris: Frequenter enim, vbi multum humectata pars ſit, quæ eſt ſenſus fons (in qua et ſomnũ recte Ariſtoteles fieri demonſtrauit) coma ſequitur, vt non nullis vſu venit ebrijs: Subinde ob ſolum frigus: Eſt cum ambobus his profundus ſuccedat et comatoſus ſomnus: Quin etiã ″ propter infirmitatẽ virium talis affectus fit adeo iam emorientium, vt apertas palpebras ſeruare non valeant. Ac ita affecti hoc habent, vt poſtquàm oculis conniuerint, aut nihil prorſus aut parum dormiant, ſed vigilent, nec attollere tamen palpebras queant: quod quidem vitium ab eo quod committit humiditas & algor, pulſus diſtinguunt potiſſimum languidiſſimi, tardi, rari, & parui. Quòd ſi hãc eſſet Hippocrates contemplationem iuxta ac alias perſecutus, vel pulſuum in ægris genus tradidiſſet, fieret, vt etiam exactiorem nos cognitionem eorum, quæ ægrotis euenerunt, aſſequeremur. Quã quia præterijt, vt quidam vrinarum, ex iis, quæ literis mandauit, de ægrotis eſt coniectandum. H

A l. 3. f. 1. c. 1. 200. g (margin)

Ac in cerebrum ſe ſuccum contuliſſe pituitoſum vndecimo die, non eſt rationi cõſonum in morbo, qui ſiccus & calidus à primo ſtatim impetu fuit. Siquidem lingua aduſta, vigilia, febris vehemens, ſexto die auriginoſa perfuſio, excrementa alui combuſta, totam eſſe igneam affectionem corporis declarant. Huc accedit, quòd ſi qua craſſities eſſet collecta ſuccorum in iecinore & eius venis, non ea in toto continebatur corpore, quam oſtendit iam inde vſque ab initio vrinarũ craſ-

ſities.

A sities. Reliquum ergo est perfrigerationem insignem cerebri, aut facultatis imbecillitatem Hermocrati coma induxisse die vndecimo. Vtrum autem sit horum, extreme est perniciosum. Nam insanabilia ea esse demonstratum est frigora, cum calidis morbis & siccis succedant. Recte ergo Hippocrates scripsit /omnia visa sunt remissa esse/ nam cum exitiosissimum signum die vndecimo coma incepisset, haud potuit fieri, vt salubrem tum statum corpus recuperaret. Immo vero ne medius quidem est vllus in talibus status: sed si a salubri statu ea deflectat forma febris, in contrariā impingit perniciem, in qua extinguitur natiuus calor. Ergo quia coma symptoma ita perniciosum vndecimo die extitit, attendamus vrinas: nam si exitiosæ etiam hæ appareant esse, propinquam significent mortem: sin mediocres, in longius tempus trahetur: nam optima vrina in talem statum nullo pacto incidat. At quid de eis referat, audiamus. Vrinæ inquit crassiores. Hæc quidam ita connectunt, vt post dictionem /coma/ supradictam /cœpit/ vrinis attribuant. Nam cum intercedat hoc inter coma & vrinas, vtrilibet assignes licet: Vt duplex sit lectio, vna hæc /coma cœpit/ altera hæc/ cœpit meiere crassiora/: etenim verbo οὔρει id est meiebat, per indicatiuum quē vocant modum prolato, adijciunt ν literam, ac scribunt οὐρεῖν cum ν id est meiere, modo vt vocant infinitiuo, vt verbo /cœpit/ consentiat scriptura. Cæterum dictioni /coma/ est verisimilius verbū
B /cœpit/ adhærere, cum nunc inceperit primum: vrinę vero crassæ vsq; ab initio fuerant: siquidem in narratione diei primi scriptum est his verbis /vrinæ crassæ erant & rubrę, depositeq; non subsidebant/. Quare non conuenit hunc dicere nunc cœpisse vrinas crassas esse, cum tales ab initio ad quintum vsque diem fuissent: nam die quinto quidem mutatas, tenues dicit factas: deinde septimo die eas fuisse commemorauit easdem. Recte igitur dixit /vndecimo die reddebat vrinas crassiores/ conferēs cum his illas quæ a quinto die hactenus tenues fuerant. Iam etiam subrubras eas fuisse ait, & infra quædam tenuia parua habuisse, quæ subsiderent. Subintelligendū enim est huic, /infra/ parua quædam tenuia habuisse, quæ subsiderēt. Quare videntur ambegisse hæ vrinæ inter bonas & exitiosas. Porro, in fine quod dicit, bifariam legunt. Quidam ita: /non subsidebant aliquantulum/ adiungentes dictionem /aliquantulum/ vrinis non subsidentibus. Alii sic /subsidebant/ deinde iterum ab initio /aliquantulum mente constabat/ quod propius videtur ad sensum accedere. Nam, aliquantulum si sit prędictum subsidere vrinas, solent sic Grçci dicere: at non subsidentibus raro id genus nomina adiiciunt. Habes ergo quę vndecimo die symptomata & signa acciderunt. Videamus iam, quæ de quartodecimo descripserit.

8 C *Quartodecimo Die a febre erat liber: Non sudauit, dormiuit, omnino mente constabat, Vrinæ eædem.*

Nequicquam videatur adiectum /non sudauit/ cui est simile /non illi profluxit sanguis, nō vomuit, parotidas non habuit/. Sed vt non multo ante dixit /sub diem vndecimum omnia illi visa sunt esse remissa/ qui, cum dicere potuisset simpliciter /omnia sunt remissa/ adiecit /visa sunt/ quo
« illorum admoneret, quæ alibi scripsit /Iis, quæ non secundum rationem releuant, non est haben- da fides/ ita etiam hic non dubitauit cumulum addere /non sudauit/ vt ob oculos proponeret, quàm sit infida remissio morbi. Nam si, quæ postulabat res, quartodecimo die euenissent, conseruassent hominem. Itaque quia non apparuerunt, hinc malignitatem nobis morbi subiecit. Quos quidem affectus ignorat vulgus medicorum, & gaudet si qua videatur alleuatio, tametsi hæc de exitiosis signis et symptomatibus prioribus proficiscatur, nescium, cum natura enecatur, & extinguitur insitus calor, tales solere affectiones incidere, non secus ac partes quæ de fluxione mala in tumorem assurgunt, vbi natura præ infirmitate haudquaquam attingit concoctionem humoris 2.Aph.27.Ex. ord.16.b
« qui excitauit tumorem. Nam cum generatur, inquit, pus, dolores fiunt & febres, quod natiuus calor humores tumoris auctores immutet: quare quando omnino hic a concoquendo abstinet per imbecillitatem, nec laborant nec febricitant nisi perparum. Ideo fit, vt in iis qui suppurarunt 2.Aph.47.Ex. ord.16.b
D excreto pure, pars sit, in quam fluxio impegit, salua: at vbi suppuratio, & manifestus dolor, & febris abest, putrescit pars, vt eam cogamur solidam aliquando præcidere. Huic igitur non dissimile est quod iis accidit, qui sine signis & sine ratione explicati sunt febre, post signa lethalia. In hoc casu fuisse Hermocratem, vel coma, quod hominem die vndecimo arripuit, arguebat. Siquidem vna cum ardente febre, & succum habente mordacem acremq; adiunctum, si quis symptomate teneatur humidos & frigidos humores atque non mordaces comitante, non esse profligatum incommodum ostendit, cum nihil acciderit decretorii, sed suffocari & extingui natiuum calorem. Sed hæc alias longius tractauimus. Quin etiam hic summatim satis sit dixisse de ijs, qui a febre in grauibus ægritudinibus præter rationem liberantur: nam quo habere, cum signa præcesserint exitiosa, commodius videantur, hoc morbum habent perniciosiorem. At vero Sabinus dixit, Insidians morbus more feræ, aut hominis scelerati (animantis enim est ratione præditæ petere insidiis) nec opinantes adoritur, quos petiuit. Verum eiusmodi verba nugas iure dixeris. Siquidem cum nihil quod scientiam faciat afferant, nisi loquacitate obtundant, institutum se putant exemplo demonstrare, quod nulla ratione his, quibus cum confertur, consentiat. Quare hos relinquamus, & ipsi iam, quæ instituimus, absoluamus. Mihi vero hic animum diligenter aduerte, ac caue mireris, qui sæpe ego, cum quempiam perniciose se habere dixissem, qui interim

rim repente haberet belle, adeo vt & lauaret: illudererq; non à plebeis tantũ, sed & à medicis qui- E
busdam: in prędictione tamen constarem: Postea cum repeteretur ille à morbo, qui videbatur recte habere, moreretur q; ex diuinatrice non medica speculatione habitus sim prædixisse, cum hæc præclari isti ipsi medici nusquam esse affirmauerint literis mandata. Equidem vnde mortem quibusdam in vndecimum diem, aut salutem præsagiuerim, abunde scripsi de eiusmodi prædictionibus omnibus in commentarijs de iudicijs, & in libris etiam de diebus decretorijs: quorum est omnium princeps diuinus ille Hippocrates. Sed cætera in illis quos citaui modo libris, & vero etiam non nullis alijs prosecutus sum. In præsentia qui illos reuoluerint, his planam faciam propositam disputationē. Vndecimo die Hermocrates melior esse visus est, quartodecimo perfecte liberatus. Constituto iam hoc & præcognito recidiuam omnino fore, & periturum eum, diem septimumdecimum consentaneum erat ijs quæ die vndecimo et quartodecimo euenerant, recidiuam attulisse. Nam morbi mutatio in dies incidit decretorios. Didicimus namq; in pręsagijs & aphorismis dierum quaternarios orbes in vigesimum, non in primum vigesimum incidere, atq; idcirco vndecimum quartidecimi esse indicem, decimum vero & septimum vigesimi. Ergo tum morbũ redijsse die septimodecimo Hermocrati in primis est consonum, tum consecutam aliam esse mutationem vigesimo: Non tamen iam lectis Hippocratis scriptis, quæ die vigesimo mutatio futura esset, con F
stat. In causa est, ꝙ nos lateat, quo modo vires laborantis haberent, atq; certissimum earum signũ, ipsos nimirum pulsus ipse pręterierit. His enim simul perspectis facillimũ erat dicere vigesimo'ne die moriturus esset æger, an in spatium longius protrahendus morbus: Ignoratis vero obscurum. Itaq; audiamus, quæ de die septimodecimo, quæ item de vigesimo, Hippocrates dicat.

9 *Circa diem Septimumdecimum redijt: In Sequentibus diebus incaluit, Febris erat acuta: Vrinæ tenues, delirauit.*

A.l. 4. f. 2. t. 1. c. 82. 446. c Alia quidem sunt symptomata recidiuæ. At vrinæ tenues morbum esse inconcoctum significant. Itaq; vt non sint magnopere signa, quę apparebant, exitiosa, fore incolumem hominē dicere nequeas, conspiciens septimodecimo die eam vrinarum inconcoctionem. Nam Hippocrates ipse dixit in talibus, ‖ vt æger diuturnitatem morbi sustinere possit, esse periculum. in Prog c. t. 31. 4ª. 100

10 *Iterum Vigesimo die est Iudicatus, à febre liber, non sudauit.*

Quo die rationi consonum fuisset febrem exacerbari, siquidem natura omnino aggressa concoctionem humorum esset, qui inconcocti erant vt ostendebant vrinæ quæ tenues permanebāt, eodem die febris perfecte cessauit. Neq; enim septimodecimo accessit natiui caloris ratione, sed sola G
putredinis, succensis febriliter humoribus. Itaq; eorum feruor digestus, à febre hominem vindicauit. Sed quia exitialia symptomata manebant, vt postea dicit, Hermocratem clarum erat obiturũ. Sicuti autem in die quartodecimo scripsit /non sudauit/ ita & in vigesimo idem addidit, admonens remissionis, quæ sine signis aduēnit. Quod autem permanserint symptomata, extingui ęgri naturam, ex his perspicias, quæ vigesimi diei subiunxit narrationi: Quibus iam animum adhibe.

11 *Perpetuo à Cibo abhorrebat, omnino mente constabat: loqui non Valebat: lingua inaruit, non sitiebat: obdormiscebat aliquantisper, comatosus.*

Hæc, q̃ retulit, oĩa sunt emorientis vitalis facultatis signa: vt, verbi gratia, ciborũ fastidium inappetentiã significans, interim à vētriculi ore ꝓficiscit̃ ab aliqua humorũ aliena qualitate affecto: interim ob ipsius facultatis extinctionē: cuius erant in secunda valetudine munera indigentiã sentire, & q̃ sunt se curatura appetere. Eiusdē sunt munera, humidę materię indigentiã & repletionem sentire. Vt ergo in his se habuit, aperte Hippocrates declarauit hisce verbis /non sitiebat/: et huic /ꝑpetuo à cibo abhorrebat/ subiũxit /mēte constabat/: illi /lingua inaruit/ hoc /non sitiebat/. Et /mente constabat/ ad cõem vtriusq; declarationē assumpsit: /non sitiebat/ vero, ad alterum. Cõis H
itaq; declaratio hoc dicit, non sentiebat indigentiam vel siccæ materiæ, vel humidæ: non quin animaduerteret, sed quia extingueret̃ ipsius facultas. Huic vero /lingua inaruit/ adiecit /non sitiebat/ vt declararet nõ humiditatis gratia nõ sitijsse hoiem, vt quidã, qui humidũ & frigidũ succũ aceruarunt: sed cũ siticulosissima esset affectio, facultas eam tñ emoriens non sentiebat, nedum sermonis defectus ex huius noxa euenerit. Quare si symptomata illi hæc & vigesimo die, & ꝑ totã ꝓpè ęgritudinē inerant, febrē planũ est calore emoriente natiuo hoiem vigesimo die deseruisse. Huic assentit̃ etiam hoc /obdormiscebat aliquantisper, comatosus/ non. n. vt sani dormiebat, sed facultatis imbecillitate inuitus conniuebat, adeo vt aptos oculos nõ valeret tenere, nictabatq;, & parũ dormiebat. Adiunxit. n. verbo /obdormiscebat/ aliquantisper/ ꝙ hęc esset facultatis nota infirmę, nõ somnorum naturaliũ. Quare est probabilius hoiem somnolento comate tentatum fuisse hoc tempore ꝓp facultatis imbecillitatē, q̃ ꝑ primarij sensus instrumēti humiditatē. Proinde mireris, nõ cur perierit Hermocrates, sed qui attingere diem vigesimũseptimũ potuerit: nã non multo post vigesimum diem esse consecuturam mortem verisimile erat. Vnde iuuenem liquet, et valida fuisse natura: quo factum est, vt morbo resisteret paulatim marcescens. Est enim coniectari ex omnibus, quę homini acciderunt, quem vocant medici iuniores marcorem torridum fuisse. Atque ipsum
die

A die vigesimoseptimo peremit febris, quæ vigesimoquarto ex putredine humorum concitata erat, quã explicat proximo capite. Porro operæpretiũ est indicare, quid hoc loco scripserit /oĩno mente cõstabat/ siquidẽ non oĩno videt̃ compos mẽtis fuisse, qñ ipse Hippocrates illum in quinti diei narratione scripserit delirasse: & addiderit deinde in sexto /mente non constitit/ mox in septimodecimo /delirauit/. Quare quo alterum, aut his cũ tm̃ diebus delirasse, reliquo tpe sui fuisse compotem significaret, scripsit /omnino mente constitit/: aut vigesimo die, quem proposito capite explicauit, omnino mente constitisse, hoc est, ne paululum quidem desipuisse. Quod cur adscripserit,
.4.f.1.t.2.c. ..424.f paulo ante exposui." Nam, qñ non sitiant nec cibum appetant quidam in morbis, vel propter delirium non sentiant quæ patiuntur, aut propter extinctionem naturalis in ventriculo facultatis, Si id citra delirium habeant, facultatem relinquetur eorum naturalem extingui.

12 *Circa diem Vigesimumquartum Incaluit, aluus lubrica cum fluxione tenui & multa. Proximis diebus Acuta Febris, lingua combusta est. Vigesimoseptimo Defunctus est.*

Hoc in ægro vigesimusquartus vnus, vt ostẽdimus ex decretorijs circuitibus, vigesimusq; septimus longe hoc etiam magis portione innouationes quasdam attulerunt. Nãq; vt septimodecimo
B die repetitus, vigesimo visus est commodius habere, cum re vera non ita haberet, sed falsa speciei lusus vulgo, q calor insitus extingueretur, a febre relinquebatur: ita vigesimoquarto cum febricitare ex residuorum humorũ cœpisset putredine, & aluo inde deiecisset multa tenuia & maligna: vigesimoseptimo perijt, q ipsa acuta esset & sicca febris. Vnde etiam combusta fuit lingua.

13 *Hic perpetuo obsurduit. Vrinæ aut crassæ, et rubentes, non subsidentes: aut tenues, decolores suspensionem habentes. Gustare non poterat.* ΠΙ.Ε.Δ.Κ.Ζ.Θ. *P.D.S.V.S.M. Hoc est, Probabile Deiectionibus Suppressis Vigesimaseptima Mortuum.*

Declarato vigesimo die, subdidit quod nunc est dictum /gustare non poterat/ quod idem significat ac fastidiosus cibi. Vrinas dixit a septimodecimo die ad vigesimum vsq; fuisse tenues. Prædixit autem, siquid meminimus, & de ijs, quæ rubentem suspensionem nec subsidentem habẽt. Atq; hic quidem retractatis omnibus, simul iis quæ demonstrauit, hoc innuit, aliàs aliam illũ reddidisse vrinam, at bonam haud vllam vnquam. Iam etiam fuisse illi ægrotanti perpetuam surditatem, antea haud dictã, recte hic ascripsit. Cęterũ miror non de auriginosa perfusione quicquã meminisse, cuius par erat etiam mentionem facere: itaq; fortasse, quasi apertum sit perpetuam fuisse, reticuit. Nam cum nec sudor Hermocrati euenisset, nec vacuatio bilis vel per ventrem, vel vrinas, vel vo-
C mitus, consecuta fuisset, non poterat submoueri aurigo. Vnde ex his collectis quæ dicta sunt, est perspicuum mire fuisse iecur affectum principium vegetatricis & naturalis animæ: cuius ostẽsum est quatuor esse virtutes, attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem, quæ suppeditant corporibus & nutrimentum & augmentum. Et hac affecta mirum in modum appetitus perit, vt mori citius, quàm gustare quicquam, sustineant ægri.

¶ *De Notis, Quæ sunt Adiectæ.*

Vetustiora exemplaria initium habebant notarum ægris adiunctarum a muliere apud Bitonẽ angina correpta, quæ septima ab initio descripta est. Et sane qui ascriptas huic libro sunt interpretati notas, ab illa omnes inceperunt, primis ægris dicentes eas non additas esse. Attamẽ in quibusdam, quæ nunc in manibus versantur nostris, etiam primis ægris offendimus notas esse ascriptas. Et vero etiam eas habet annexas Dioscoridis æditio. Atq; huic quidem Hermocrati primum est subscriptum ΠΙ, in medio habẽs lineam, primam oĩum notarũ, quas reperiri ascriptas diximus in omnibus ægris: deinde Ε scriptum est: mox Δ cum linea recta deorsum signata veluti subscripta: sub hoc Κ, & Ζ, postea Θ, ad hunc modũ, ΠΙ.'Ε.Δ.Κ.Ζ.Θ. Prima itaq; nota, vt ante πιθανὸν id est verisimile est, designat. Quemadmodũ extrema ' litera, quę nunc Υ nũc Θ est scripta, ὑγείας qui-
D dem i. sanitatis Υ: θανάτου vero i. mortis signum Θ est. Quæ hanc antecedit, dierum numerũ, quibus aut periit homo, aut oĩno conualuit, denotat: quæ interiacent, rationẽ qua hoĩem contigit aut seruari, aut interire. Nunc ergo qñ Ε cũ signato infra Δ scripsit, ἐπισχεθέντων τῶν διαχωρημάτων, id est aluo compressa, vigesimoseptimo die probabile ait esse, Hermocratẽ periisse. Sunt ex interpretibus, qui q proflueret vigesimoquarto die venter, morte illum dicãt affectũ esse: ac ex p̃dictionibus ,pferunt, quod habet hæc verba: ‖ Surditas & vrinæ prærubræ nõ subsidẽtes, & quibus su- *1. Prorr. cõ. 1.*
« spẽsiones insunt, deliriũ portendunt. His si regius morbus accedat, malũ est. Malũ item, si morbo *t.3 1.4.167.f*
« regio superueniat fatuitas. His mutos, verũ sentiẽtes, fieri cõtingit: & aluus, mea quidẽ sententia, fluit, vt Hermippo, vnde periit. Hoc est illud ex p̃dictionibus caput, de quo, cum librũ illum enarraremus, disputauimus: hoc loco tantum sit satis dixisse, quo in memoriam reducam, quæ illic sumus interpretati, & in hoc libro hactenus. Nam Hermocratem quidem neque per astrictam contigit aluum, neq; per solutam perire. Verum hæc symptomata ipsi affectui superapparuere, sicuti cum excerneret antea combusta: quorum vtrunq; iecoris affectiones sequitur, vt ostẽdimus cum aliis in locis, tum in commentariis de locis affectis. At periisse potissimum hic iecinoris videtur vitio, iam etiam q caput non commode haberet. Quin etiam hunc ægrum interpretant̃ absurdius, qui ob id scriptũ dũtaxat aiunt, quo vim examinaremus dierũ decretoriorũ, quasi vero non id sit

in

in oībus obſeruatū ægris. Quę ſingulis ſeorſum inciderūt, ꝑ affectibus, qui eos tētarēt, exoriebanť. E

Aegrotvs iii

14 *Qui in Dealcis Decumbebat horto.*

Et hic adiectum quoq; Sabinus hortum ait, qui ēt ad morbū faciebat homini excitādum: et ſcribit ſic ad verbū: Ideo forte hortū appoſuit, hinc innuens morbo anſam extitiſſe. Neq; vero eſt animal ad herbas edēdas natū homo: itaq; alieno victu veluti innouationē quādā ſuſtinuit. Hęc ſunt, quæ ille ſcripſit. Ego, qñ præter inſtitutū meū ſcribere aliquid in hiſce cōmentarijs ab amicis ſum adductus in abſurdarū ſugillationem interpretationum, faciā vt & hoc loco pauca eiuſdem generis adiungam. Ac primū, non ſemper hoīem dixit in Dealcis horto habitaſſe, ſed decumbere tantūmodo ſcripſit: qui dudum, dum integra ſanitate eſſet, potuit alibi commorari: morbo autē affectus accommodatius tabernaculū requirens, id in Dealcis eſſe horto nactus. Deinde in horto diuerſantē nihil eſt neceſſe oleribus, vt animal, qđ nihil in eſca præter herbas habet, ſemper veſci. Vt nec ſi prope eos habites, qui caprinā vel ouillam vēdunt, has eſſe quotidie, vt oratores. Neq; enim ſi laniorū ſis vicinus, ſtatim multas carnes deuorare neceſſe habeas, quemadmodum athleta. Tertio iam, cum multa ſuppeditarent ad hortorū calumniādum aerem, totam hanc repudiauit partē, F ad olera vero deflexit. Atqui et cloacarum poterat meminiſſe, vt quę latrinas fere in hortos repurgant, omnemq; eius generis fœtorem: olerum item & arborum halitum, fruticumq;, vt braſſicæ, careæ, & buxi: nam manifeſto vicinus aer ab horum inficitur conſuetudine. Sed ſatis iſtas iam interpretationes confutaui: Nunc ad vtilia tranſibo, ac ad Hippocratis me verba accommodabo.

15 *Diu Capitis conſlictabatur grauitate, atq; dextrum tempus dolebat: Cum occaſione Igne eſt correptus, decubuit.*

Supra 130. h. t. 5.

|| Ignē Hippocrates, vt oſtendi iam ſæpe ante, vehementē febrē appellat. Ad hęc ꝙ proprie magis, vt oēs ēt mortales ſolēt paruas cauſas vocare προφάσεις i. occaſiones, ita appellet ipſe quoq; interdū, declaraui & hoc. Siquidē qdā ſunt, quæ cōmittere ꝑ ſe ipſæ morbū nequeūt: quę ad corpus ſi acceſſerint morbo opportunū, totius cām morbi exiſtimanť ſuſtinere: vt in propoſito hic nobis ægro. Nam capitis diuturna grauitas, & tpis dextri dolor, hominem iam ad morbū demonſtrabat fuiſſe cōparatū. Sanē recte ſibi cōſuluiſſet, ſi prius, ꝙ̄ de tenui externa cauſa ægrotaret, quæ eſſe ad morbū ꝑdidit ſe accōmodatū, medico ſe ipſe, qui occurrere impēdēti valuiſſet morbo, cōmiſiſſet.

16 *Secundo Die modicum Meri Sanguinis de ſiniſtra manabat.* G

Non ē directo dextri tēporis, de quo prædixit, vt dolore laborante, modicum dicit profluxiſſe meri, ſed ex ſiniſtra. Merū vero i. ἄκρατον, vbi de flaua, aut atra bile, aut æruginoſa dicatur, in aperto eſt, vt iam docui frequenter, quid ſignificet. Nam proprium vbi colorem quiſq; humor & formam retineat ſyncerā, ibi eum dicimus merum edi. In ſanguine vero fortaſſe ē contrario accipiendum eſt ab eo dici merum i. male miſtum. Sanguinis autem naturalis conſtat rubrum eſſe colorē: decolorem vero, non eum, cæterum vel nigriorem, vel inſigniter rufiorem. Et quidem merū ſanguinem ſolemus frequentius nigrum appellare, qui ſimul eſt craſſiore conſiſtentia. Ergo fuiſſe prius huic ægro, ſi quidem validis viribus erat, mittendum ſanguinem liquet. Nam ꝙ Hippocrates remedium non prodidit, eadem erit quæſtio tibi ac illa, quæ de primo eſt ægro ſcripta.

17 *Aluus ſtercora recte Deiecit.*

Hoc vnum in morbi principio fuiſſe mediocre videtur: cætera cuncta praua, quæ in proximo ſunt capite ſcripta.

18 *Vrinæ tenues, cum uarijs ſuſpenſionibus minutim diſperſis, perinde ac farina craſſiore ſemen referente. Tertio die Febris acuta: Deiectiones nigræ, tenues, ſpumoſæ. quæ in retrimentis ſubſidebant, liuida erant: non nihil Veterno tentabatur, ægre deſurgebat: in Vrinis quod reſidebat, liuidum erat & ſubuiſcidum.* H

Oīa fuiſſe hæc ſymptomata & ſigna praua, qui ſunt memores eorū quæ in ꝑſagijs ſunt prodita, nō ignorant. Iam in cōmentarijs quoq; in primū de morbis vulgaribus librū nō pauca diximus.

19 *Quarto Vomuit biliosa, flaua, pauca, poſtea Virulenta: de ſiniſtra aliquantum fluxit meri ſanguinis: aluus eadē, & item Vrinæ quoq;: exudauit circa caput & clauiculas: Lien intumuit, femur è directo doluit, hypochondriū dextrum ſubmolliter contendebatur: Nocte non dormiuit, delirauit aliquantulum.*

Sunt & hæc mala omnia ſymptomata, quæ commemorauit, præterꝙ̄ abſceſſus, qui in lienem & in ſiniſtrum femur fieri videbatur.

20 *Quinto Deiectiones plures, nigræ, ſpumoſæ, in his nigra ſubſidebant: Nocte nihil dormiuit, delirauit.*

Adhuc pernicioſa ſunt hæc omnia: itaq; ſequentia attendamus.

21 *Sexto die Retrimenta nigra, pinguia, ſpumoſa, viſcoſa, graueolentia: Dormiuit, mente melius conſtabat.*

Ex his, dormiuiſſe, & mente melius conſtaſſe, mitia ſunt: cætera vero & ipſa praua.

Septimo

22 A *Septimo, Lingua arida, sitibundus erat: non dormiuit, delirauit: Vrinæ tenues, haud boni coloris. Octauo Retrimenta nigra, pauca, compacta: dormiuit, mentis fuit compos, non admodum sitibundus erat.*

Hactenus omnia illi symptomata fallacia fuisse videntur.

23 *Nono superriguit, Febris Acuta, sudauit, infrixit, delirauit, dexter oculus distortus erat, lingua arida, sitibundus erat, isomnis. Decimo, eadē. Vndecimo oīno mēte cōstabat, febre erat liber, sudāuit: Vrinæ tenues circa iudiciū erat.* * ὑδρωσεν *est ī aliquibus græcis impressis: ī alus* ἰ... ωσεν *i. dormiuit.*

Apparet hunc virum fuisse validis viribus, vt quæ cum grauissimo morbo luctantes resisterēt. Itaq; cum nihil illi hactenus accidisset boni, videtur die nono rigore decretorio consecuto, et deinde, quod solet, febre acuta, & post eam sudore, nō cōtinuò pp morbi magnitudinē febre fuisse explicatus: verūtamē, cum eadē manerēt (nā decimo, inquit, eadem) vndecimo statim fuisse à febre liberatus. Nam q̄ delirauerit in nona, et dextro oculo strabo fuerit, res sunt quę solent in iudicijs euenire. Neq; vero repēte de illo videtur nono die esse decretū, verum in vndecimum diem esse protractum, quo iam, dicit, oīno mente constabat. Porrò adiunxit /vrinæ tenues circa iudicium erāt/ vt fidem apud nos ne habeat, & putetur firmum, sed recidiuam expectemus breui. Nam cum alioqui, tum qua erat morbus magnitudine, in tali expectatione erat consentaneum esse.

B

24 *Duos Dies à febre integer Intermisit. Rediit Quartodecimo: statim nocte non dormiuit, prorsus delirabat.*

Cōfecto dimidio & infideli ad diē vndecimū iudicio, duos illū dies ait intermisisse, hoc est, duodecimū & tertiūdecimū: Deide repetijsse quartodecimo, ijsdéq; iterū cōflictatū symptomatibus.

25 *Quintodecimo, Vrina turbata, cuiusmodi ex ijs, quæ subsederunt, fit, vbi agitantur: Febris Acuta, prorsus delirauit, non dormiuit: Genua & tibiæ dolebant: Aluo subiectus Balanus reddidit nigra stercora.*

Recidiua iterū euasit acuta cū ob morbi magnitudinē, quæ illi inerat à primo, tum quia vndecimo die, quo primum fuit iudicium, haud adessent vrinis coctionis signa. Cæterum genuum quidem dolores & tibiarum, qui ad partes imas efficientes morbi humores vergere nunciant, in bonis certe erant. At balanis suppositis nigrorum stercorum exitus, malus est propter colorem.

26 *Sextodecimo, Vrinæ tenues, quibus inerat nubilosa suspensio: delirauit.*

Et vero hæc etiam de integro incessentis illum acutæ febris & signa & symptomata sunt, siquid C meminimus eorum quæ in præsagijs & in primo morborum vulgarium demonstrata sunt: nempe sexcenties dicere non oportet eadem.

27 *Septimodecimo mane Extremæ partes infrigescebant, cooperiebatur, Acuta Febris: Toto corpore sudauit, alleuatus est, melius sapiebat, nō tamen febre liber, sitibundus: Vomuit biliosa, flaua, pauca: Venter stercora deiecit paulo mox nigra, pauca, tenuia: Vrinæ tenues, non boni coloris.*

Rursus septimusdecimus dies sudorem attulisse videtur, qui valetudini non erat exacte profligandæ propter humorum cruditatem, ex quibus homo ægrotasse videtur.

28 *Octauodecimo Mens illi lababat, comatosus. Vndeuigesimo in eodem erat statu†.* † *in aliquibus codic. additur Vrinæ tenues.*

Videtur homini nihil planè septimusdecimus dies magni adiumenti attulisse: nihilo minus eius certe naturalis facultas cum morbo certare videtur, & fortasse victoriam obtentura.

29 *Vigesimo Dormiuit, planè mente constabat, sudauit, liber erat à febre, non sitiebat†. Primo vigesimo parum delirauit, non nihil sitiebat, hypochondrium dolebat, & ad vmbilicum perpetua erat palpitatio. Vigesimoquarto vrinæ habebant subsidentiam, prorsus mentis erat compos. Vigesimoseptimo dextra coxa dolebat: vrinæ tenues, in quibus subsidentiæ erant: cætera mitissima habebat. Circa Vigesimumnonum dexter oculus dolebat, vrinæ tenues. Quadragesimo aluus pituitosa, alba, subcrebra deiecit: multum toto corpore sudauit, absolute est Iudicatus.* † *in aliquibus codic. additur vrinæ tenues.*

D

Tertiū quidē est hoc iudiciū, vbi molita nūc ēt est natura p sudorū excretionē in die decretorio
* soluere morbū, vt & in prioribus, qui ęq̄ decretorij erāt, et Coacis p̄sagijs.* Addidi aūt illud nulla alia de cā, q̄ vt demōstrē auctores p̄ceptorū, q̄ in p̄dictionibus sunt falsa, labi, & lōge lateq; ab sensu Hippocratis & præsagitione in ægris abesse, ideoq; logiatri sunt (eo.n.noīe appellāt vulgo docti ineptos in obeūdis opibus) medici vero nō sunt, qui ægris credētes, qui in libris Prædictionū sunt & Coacis descripti p̄sagijs, alia pro libito p hos confirmāt, citantes q̄ in libro Prædictionū & Coacis p̄sagijs errata sunt: & generalia in præsagiis & aphorismis tradita præcepta, itēq; in libris vulgariū morborū negligētes. Nā qd̄ in Prædictionibus, & Coacis præsagijs habet veri, hoc vniuersum (id quod ego in cōmentarijs in p̄dictiones ostēdi) ab aphorismis, præsagijs, & vulgariū morborū libris, auctores istorū librorum mutuauerunt, & in istos libros retulerunt. Lycū vero nescio quo modo & ipse similis nequitiæ plenus Quinto eā assignat, cui tñ non fuit vel vnius anni cum Quinto consuetudo: cū Satyrus & Fecianus, qui cū eo diu vixerunt, nullā Quinto talē adscripserint interpretationem. Equidem hanc rem, cum vtroq; sim præceptore vsus, habeo compertam.

Galeni

GALENI IN LIBRVM TERTIVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMENTVM

Explicatur Obseruatio Symptomatum quæ Nouem Aegrotis accidere.

Vllum ego librum vnquã, nisi requisitus ab amicis, vel familiaribus, pcipue longam profectionẽ suscipiẽtibus, scripsi, qui commentariũ habere eorum, quæ à me acceperant, aut q ipsis in animantibus demonstraueram insecãdis, atq; ægris, auebant. Quorũ quidã euulgati, etiã probati alijs sunt. Qui à me ipsi quoq; vt artem medicam suis absoluerẽ oĩbus numeris, contẽderunt, eodẽ vt iam dedi quibusdã modo: ac id quidẽ pstiti. Cũ vero cognoscerẽ in oĩbus me, quæ conscripserã, Hippocratis semper interpretatũ sententiam esse, F simulq; dictiones citasse eius accõmodatissimas quasq;, visus sum mihi, si singula capita cõmentarijs explicarem à capite ad calcem oĩum eius librorum, operæpretiũ nõ facturus. Verum qñ & hos habere quidam ex amicis efflagitassent sibi, à germanissimis Hippocratis ac vtilissimis ingressus sum, idem tenens in hisce libris propositum, ac fecerã in prioribus. Est aũt hoc, Quę perpetuo, aut sæpe in ægris spectant, hęc literis sola mandare, citra vllam horũ sugillationem, qui aut rara, aut nunquam visa tradunt, & falsa omnino. Sic cõmentarios in librũ de fracturis, & articulis: sic ẽt in librũ de vlceribus, & vulneribus capitis, & in aphorismos, atque præsagia scripsi. Deinde amicorũ exhortatione persuasus, cõmentarijs libri de victus rõne in morbis acutis partem exposui primã ad balnearum vsq; vsum, quæ quidẽ germanissima habet: A qua secundam, nam & hæc multa videt ex sententia Hippocratis præcepta complecti. Deinde suum librum de humoribus succincte quidem & paucis diebus interpretatus, q discedere, qui ad eos me cõmentarios induxerat scribendos, properaret. Qui cum doctis placuissent (vulgati enim erant) inde vsu venit, vt non iam necessarij tantum me mei, sed & alij medici, quibus familiariter vtebar, vt Hippocratis interpretarer omnia scripta, frequentes adhortarent. Et feci sanè in librũ τοῦ κατ' ἰητρεῖον idest de officina medici, & in primũ & fm morborum vulgariũ. A quibus cum in tertium essem G explanationes inchoaturus, forte quidam me obnixe, vt in prædictiones tum scriberem, orarunt. Acciderat autem vt id contenderent, cum deambulantes in sermonem nos aliqñ venissemus, de ijs, quæ in præsagijs sunt & aphorismis tradita. Nam hæc omnia multum valere in ægris demonstraui: si vero, quæ sunt in prædictionum libro omnia scripta, quis accipiat pro generalibus, lõge hunc lateq; erraturum. Huius etiam generis esse partem eorum plurimam, quæ in Coacis præsagijs sunt prodita, demonstrabam, commixta cum quibusdam, quæ in aphorismis dicta vel in præsagijs sunt: cum quibusdam item, quæ in libris de vulgaribus morbis, quæ profecto illorum, quę libri illi habent, vera sunt sola: quæ reliqua sunt in Prædictionibus & Coacis præsagijs, erroribus sunt plena. Et quidem in librum secundum & sextum de morbis vulgaribus interiecta sunt quædam, vt etiam ad finem aphorismorum: cætera omnia libri secundi & sexti vulgarium morborum, sunt Hippocratis magna ex parte in commentarijs reperta: partim vero eorum is, qui ea contraxit, adiecit, vt aiunt. Erat ille Hippocratis filiorum clarissimus, Thessalus nomine, qui exacte sententiam est patris æmulatus. In primum librum vulgarium morborum & tertium, aut nihil, aut sanè perpauca infarcta suspiceris. Communia præcepta hisce libris sunt pauca scilicet mandata: q hic persequatur demum, quæ acciderũt aut omnibus in communi tempestatibus vul- H garibus, aut cuiq; priuatim. Peractis iam commentarijs in secũdum librum, tres interea forte scripsi, à postulantibus inductus, quod dixi, commentarios in librum prædictionum: quibus in eo libro ostendi plurima vitiose dicta esse: multa pro vniuersalibus dicta esse, cum sint infrequentia: non pauca indistincta, quæ requirant distinctiones. Et quò sermo sit apertior, afferam vnum de ijs, quæ male quidam scripserunt in commentarijs & in prædictiones & in ægros in libris vulgarium morborum. Scriptũ quoddam est in prædictionibus huiuscemodi caput: ‖ Febres ex hypochondrijs malignæ sunt. Hic quidam huius libri interpretes subijciunt in libris vulgariũ morborum descriptos ægros, hos solos proferentes, quibus defunctis Hippocrates in ægritudine hypochondriorum dicit accidisse contentionem, vel dolorem, vel palpitationem, vel si quid sit tale: prætereunt, qui de illis conualuerunt. At vero Hippocrates tradidit in præsagijs cum alia quę ad morbos acutos referunt, tum de hypochondrijs, eo loco libri, cuius hoc est initium, ‖ Hypochondrium optimum est, si dolore vacet, si molle & æquabile sit dextra ac sinistra parte. Hoc totius dictionis, quæ quidem est prolixa, initium est, vbi de hypochondrijs Hippocrates docet. Qui vero simpliciter febres ex hypochondrijs esse malignas confirmat, conuenientibus neglectis distinctionibus, quas in præsagijs scripsit Hippocrates, mentitur aperte. Quippe longe erat verius dicere

ἐν προρρητικῷ. vide hanc dictionem sup. pag. 119.a

1. Prorr. cõ. 2. t. 21. 4ª. 171. d

in Prog. cõ. 1. t. 27. 4ª. 195. c

A dicere, Febres à cerebro affecto malignæ sunt: febres à membranis, quæ cerebrũ cõtinent, affectis malignę: febres à pulmone affecto malignę: iam prę his etiã febres à corde affecto malignæ: Aut febres quæ ab hypochondrijs proficiscuntur (si proprie vocabulũ hypochõdriorum accipiamus) omniũ febrium acutarũ sunt mitissimæ: Sin minus proprie, & hac voce etiã ventrẽ complectamur, iecur, lienem, & septũ transuersum, quædam malignę, quædam etiã mites sunt: vt in libris de terminauimus de locis affectis. Atq; hoc tibi vnũ sit male scriptorũ in prædictionibus excẽplũ: & interpretum, qui, vti modo dixi, libros inuicem alterum per alterum enarrant, & sic in prædictionibus interpretantur: Recte dixit, febres ex hypochondrijs sunt malignæ: in libris.n.de vulgaribus morbis ille & ille, qui ex hypochõdrio laborarent, interierunt. In ipsis vulgariũ morborũ libris, vbi ad eos ipsos accesserint, merito aiunt hunc ægrum perijsse: nã proditũ in vniuersum esse in prædictionibus, febres ex hypochondrijs malignæ sunt. Atqui si interpretandũ in istum modũ est, primũ contraria illi, q̃ in prędictionibus est, enũciationẽ producas licet: Febres ex hypochõdrijs sunt moderatæ. Deinde eos potes ꝓducere, qui libris vulgariũ morborũ superstites fuerũt lęsis hypochondrijs. Hoc itaq; habes vnũ (vt dixi) malarum interpretationũ exemplũ. Alterũ est mutuo implicatorum affectuum, quo quidẽ freqũter vti auctor prædictionum videtur: id quod B in commentarijs, quos in eas conscripsi, aperui. Implicatos voco affectus, in quibus multæ sunt affectæ partes: nam potest idem homo nõ solum laborare ex thorace, sed etiam ex pulmone, & ex capite: his addas licet, et ex ventre & ex iecinore. Proinde siquando symptoma scribat, quod phrenitim denunciat: & mox illi aliud adiungat peripneumoniæ propriũ, & iecinoris inflãmationis, aut ventris, aut membri cuiusquam alius: deinde difficiliori dicat affectione eos mortales detineri, qui duobus aut tribus afflictantur partibus: peruersam tradet doctrinã. Nam hic sermonis mo
« dus erit: ‖Qui in principio comatosi fiunt cum capitis, lumbi, hypochondrij, colli dolore vigilan 1.Pror. cõ.1.t.1.4ª.160.h
« tes, sunt ne phrenitici? Nares his si stillent, perniciosum est: maxime si quarto ab initio die vẽtris
« sit rubra proluuies. Iecinoris hoc symptoma est, & potest cũ prædictis existere: vt si pleuritis vel peripneumonia comatosos istos arripuisset, non eiusdem tamen est affectus signum. Quòd si errata instituas, quæ in prædictionibus sunt admissa, & eos qui illius præcepta libri, ęgrosq; in libris vulgarium morborum interpretantur vicissim alterum per alterum refellere, legas commẽtarios in prædictiones. Equidem in primo & secundo libro ægros descriptos citra vllã malorum interpretum confutationem ante exposui: sed quia multi à me amici in paucis ægris contenderunt, vt malos interpretes detegerem, necesse habui in tres duntaxat ęgros integrum commentarium con C scribere superiorem. Nunc iam satius duco esse, eodem vt modo enarrem residuos, quo supra in primo vulgarium morborum libro enarrabam: vereor enim, vt ne in alterum incidam vitium, vt apud hos male audiam, quos magni commentarij longiq; offendunt.

AEGROTVS IIII

1 *In Thaso Caput Philistæ diu dolebat, et tandem ueterno aliquantum arreptus decubuit. † Cum vero pocula febres continuas excitassent, dolor nocte grauior esse cœpit, Incaluit primum. Primo die biliosa, pauca vomuit, flaua illa primum, sed deinde virulenta, pluraq;: aluo stercora excreuit: Noctem habuit molestam. Altero die surditas, Acuta febris: dextrum hypochondrium contentum est, ac intro inclinabat: Vrinæ tenues pellucidæ, suspensionem habebant paruam genituræ assimilem: Circa meridiem vehementer insaniuit. Tertio die grauiter se habuit. Quarto conuulsiones, omnia sunt tritata. Quinto summa luce Defunctus est.*

† Al. ex ãtiquis. Ex potationibus aũt continuis dolor exacerbatus ẽ. Nocte incaluit primum.

Nequid sim longior, non aliter ac ad eos, qui memoria tenent, quæ in præsagia aphorismosq; interpretatus sum & prædictiones, præterea in primum & secundum vulgarium morborum librum, sermonem habebo. Vir hic cum nõ decumberet lecto, ęgrotabat capitis (quemadmodum qui ante ipsum est descriptus) dolore: verum non vulgare in hoc symptoma adiunxit, veterno ali D quantum tandem correptum illum. In illo addidit etiam morbi initium: huic ex maximo errore ait accidisse: nam capite grauiter affecto potio vini larga maximum est malum. In illo ex occasione dicit incepisse morbum: proinde illi haud dudum censet læsum cerebrum fuisse, sed abundantium tantum in capite symptomata humorum esse: At Philistę huic ipsum etiam caput in tempore in prauum deuenisse statum. Cum huc iam noxa à potu accessisset, ita excitauit magnos atq; validos affectus, vt quinto illum die raperent. Quæ hisce ait diebus symptomata Hippocrates extitisse, partim ad acuitatem pertinent morbi, vt si neq; cerebrum sit offensum: partim ad cerebrum ipsum. Ac acuitatis quidem morbi sunt vomitus symptomata, qualitasq; vrinarum: ipsius cerebri, surditas, conuulsio, vehemẽs insania. Quod vero est ab auctore dictum /dextrum hypochondrium contentum est, ac intro inclinabat/ illud fit, vbi à septo transuerso vicinæ partes velluntur. At ipsum tenditur septum transuersum interim in pleuritide ob inflammationis magnitudinem succingentis membranæ costas: interim ob originẽ neruorũ ad se neruos, qui ad septum trãsuersum pertinẽt, attrahẽtem: interim vero per suam ipsius inflãmationem. Sed de his tribus memoratis verisimilius est à septo transuerso ob neruorum tensionem attracto hypochondrium quoq; retractum fuisse. Atqui ferè in his affectibus vtraq; hypochondria intro consident: nõ nunquam alterum tantum, vbi principij neruorum pars altera sit grauius affecta, altera nihil, vel modice.

AEGROTVS V E

2 *Cherionem, qui ægrotabat apud Demænetum, ex Potu Ignis corripuit: Statim est capitis dolorifica grauitas consecuta, non dormiebat, aluus turbata est excremẽtis tenuibus biliosioribus. Tertio die Acuta febris, capitis tremor, præcipue inferioris labri: paulo post rigor, conuulsiones, planè desipuit: Nocte grauiter laborauit, non dormiuit. Quarto aliquantisper quiete dormiuit, delirauit. Quinto cum dolore cuncta exacerbata fuerunt, nugabatur: Noctem molestam habuit, non dormiuit. Sexto nihil est immutatum. Septimo superriguit, Febris acuta, per totũ corpus sudauit, Iudicatus est. Huic perpetuo erant deiectiones biliosæ paucæ, meræq;: Vrinæ tenues, & boni coloris cum suspẽsione nebulosa. Octauo die urinæ erant melioris coloris, in quibus subsideret candidum, & paucum: mente constabat, febris intermisit. Nono repetijt. Circa diem Quartumdecimũ Febris acuta. Sextodecimo biliosa vomuit, flaua, sub crebra. Septimodecimo superriguit, febris acuta, sudauit, febre est decretorie Liberatus. Vrinæ ab recidiua & iudicio, boni coloris, & subsidentiam habebant, nec per recidiuam delirauit. Octauodecimo non nihil incalescebat, aliquantulum sitiebat: vrinæ tenues, suspensio nebulosa: paulum delirauit. Circa Vndeuigesimum febre carebat, collum dolebat, vrinæ habebant subsidentiã. Planè vigesimo est Iudicatus. ΠΙ.Χ.Π.Ο.Υ.Κ.Υ. P.M.B.V.V.S. Hoc est, Probabile Multitudine Biliosarum Vrinarum Vigesima Sanatum.*

Videtur homo ex abundantia & maxime biliosorum humorũ ægrotasse. Quòd si in ipso quæ de diebus sunt decretorijs & vrinis monstrata examines, offendes consentire, & rite eum die vigesimo esse perfectè à morbo liberatum. Sunt tamen exemplaria, quæ ad exitum narrationis careãt /vigesimo/ cum spectatissima quæq; orationem sic scriptam habeant. F

AEGROTVS VI

3 *Euryanactis Filiam virginem Ignis inuasit. Hæc perpetuo nihil sitiebat, nec quicquã sustinebat gustare: deiecit pauca: vrinæ paucæ, tenues, non boni coloris: incipiente vero febre secundum sedem dolebat. Sexto die febre erat libera, non sudauit, Iudicata est. Quod secundum sedem erat, aliquantum suppurauit, et cum iudicatione erupit. Ab iudicatione die Septimo riguit non nihil incaluit, sudauit. Ab iudicatione Octauo aliquantulum riguit, postea extremæ partes semper algebãt. Circa Decimum diem à sudore, quem habuerat, delirauit, confestimq; ad mentem redijt. Ferebant autem, quod racemum gustasset, ita fuisse afflictam. At, cum diem intermisisset, Duodecimo iterum multum delirauit: aluus turbata fuit biliosis excrementis, paucis, meris, tenuibus, mordacibus, crebro desidebat. Die Septimo, à quo postremum delirasset, Decessit. Huic ab Initio morbi Fauces dolebant, semperq; rubebant, gurgulio retractus: Destillationes multæ, paruæ, tenues, acres: Tussijt, concoctum nihil excreauit: Quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit, neq; appetiuit quicquam: Non sitijt, & nihil effatu dignũ bibebat: Tacita erat, nihil loquebatur, mœsta animum desponderat. Erat autem & Natiuum quoddam Tabidum.* G

Vt percurrit, quę huic ægrę ad mortẽ vsq; acciderũt, morbi totius adiunxit hypothesin, ex qua iure interijt. Nam à capite ait huic in pulmonẽ malas fuisse destillationes faucibus ac gurgulioni nocentes. Adiecit porrò sermoni /erat autem & natiuum quoddam tabidum/ quod oportet meminisse, nec fidem habere sophistis, nullum asserentibus esse affectum innatum. Cæterum illud per se solum tam repente ipsam non sustolleret: sed quia cum hoc affectu extinctio cohærebat naturalis facultatis, quò celerius periret, in causa fuit. Significatur hæc his verbis /hæc perpetuo nihil sitiebat, nec quicquam sustinebat gustare/. De quorum ego symptomatum malignitate ante in priore libro verba feci: atq; ipse Hippocrates iterum in fine narrationis suo more demostrans, quæ ægrotis & mortis fuerint & salutis causæ, adscripsit /quosuis cibos toto hoc tempore fastidiuit, neque appetiuit quicq;, non sitijt/ summo significans odio illi cibos venisse, vt ne desiderium quidem veniret cuiusquam: quo quidam, qui perdiderunt appetentiam, cum recordentur illa, qbus aliquando sint oblectati, tenentur. Non nullos enim in morbis fastidio occupatos conspicimus, simulatque quicquam gustarint, id auersari: quosdam vero ne gustare ausos, attamen hi requirentibus ex se ecquid appetant, respondent certa edulia, quibus se recordantur quondam gauisos esse. Sanè maximum tibi sit facultatis signum ciborum appetitricis semel emorientis, si parata hæc, quæ desiderare dicebant, vt gustarunt, culpent, nec etiam edant. Qui tametsi habeant pessime, deteriore sunt tñ in statu qui nihil appetunt, extremam indicantes extinctionem naturalis virtutis, qua cibum ac potum appetimus. Ob hęc itaq; muliere hac mortua, exemplariorum diuersitatem nihil est q̃ respiciamus, & de diebus quæramus, cum illi nullum habeant ordinem: quandoquidem mortem à capite destillatio attulit, & natiuum tabidum. Ideo & discordiam exemplarium iuxta & iudicatu difficilem & inanem arbitratus prætermisi. H

AEGROTVS VII

† Desũt hic q̃dã ad balanũ & clystere spectãtia, quoꝝ tñ Galenus vt ab Hippocrate dictoꝝ in fine cõmẽti huius meminit.

4 *Illius Anginosæ quæ apud Bitonem agebat, primum à Lingua cœpit obscura esse vox, lingua rubens, desiccata erat. Primo die horrida, incaluit. Tertio rigor, Febris acuta: tumor colli & pectoris ex vtraq; parte subruber, durus: extremitates frigidæ & liuidæ, spiritus sublimis: potus per nares effluebat, deuorare non valebat: deiectiones & vrinæ substiterũt.† Quarto cũcta exacerbata sunt. Quinto Perijt Anginosa. ΠΙ.Δ.Ε.Ε.Θ. P.D.S.Q.M. Id est Probabile Deiectionibus Suppressis Quinta Mortuam.*

Neque in exemplaribus reperitur omnibus hoc modo finis descriptus orationis, neq; scire interpretes

A terpretes huius libri videntur omnes. Sed etiam quidam ex iis pro quinto scribunt septimo, alij octauo. Capito vero haud scio qua re adductus, diem & anginosa, detraxit, atq; paulo ante ex hoc /quarto cuncta exacerbata sunt/ quarto detrahit, facitq; hunc totius dictionis exitum /aluus et vrine subsiterunt, cuncta exacerbata sunt, perijt/. Ac de meliore quidē lectione inferius videbimus. Prius (quod mihi præter cætera est in explanatorijs libris propositū) quæ in muliere hac sunt obscurius dicta, exponemus. Mihi vero /spiritus sublimis/ non vr̄ clarū esse. Sabinus quidē scripsit de eo in hæc verba: « Sublimis aūt spiritus erat, hoc est summis naribus respirabat, ꝙ ex arteriæ inflammatione præclusum esset viæ spatium, nec iam spiritus attractio posset in pulmonem fieri. « Est vero etiam ipsius obscura oratio Sabini, vt alium etiamnum interpretem quærat. Equidem illos eum puto significare respirare summis naribus, qui respirādo narium pinnas mouent. Siquidem multos nos ægros sic vidimus spirare, † vt eas in expirando contraherent, in inspirando vero dilatarent. Quod quidem incidit ijs, qui ab angina suffocantur, vel à peripneumonia, vel suppuratione, præterea ijs qui infirma sunt facultate. Verum istud quemadmodum in ęgris fiat, non est ꝙ nunc referamus: Quo autem in his pacto, qui propter angustiam spiritus organorum, hoc loco reddemus, simul iam cur sublimem Hippocrates eum spiritum appellauerit expposituri. Cer B nimus enim in ijs, qui sunt ita affecti, summum moueri ad operta scoptula vsque thoracem: quam nunc probabile est respirationem sublimem dici, quæ non in angina modo, verum etiam in peripneumonia, & in suppuratorum quos vocant, fit affectibus. Quæ quidem etiam citra febrem accidit ijs, qui proprie vocantur orthopnoici, & asthmatici. Nam à talibus euentis vtrunq; affectus hic nomen est sortitus, asthma quidem, id est anhelationem, propter coactam respirationem, quā etiam, qui velociter currunt, habēt: & orthopnœam, ꝙ se, quia cū decumbunt suffocant̄, erigunt: sunt qui cogantur plane exurgere. Iam in præsagijs quoq; scriptum ad verbum sic est: « Anginæ autem grauissimæ sunt, subitoq; perimunt, quæ nihil in faucibus signi ędunt, neq; in ceruice, sed « multum prębent laboris, & orthophnœam. Itaq; eadem causa tum orthopnœam inducit affectibus strangulantibus, & quem modo vocabat sublimē spiritum. Nam integra constante sanitate, vbi nobis oēs quiescunt voluntarię actiones, solis inferioribus thoracis, quæ ad septum transuersum sunt, partibus spiramus, vt in commentarijs ostēdimus de respirationis causis: Sin ampliorē inspirationem requiramus, etiam partes infernis vicinas vnà mouemus: Vbi plurima indigeamus, tum partes etiam ad operta scoptula agitamus, totius thoracis valida opera vtentes. Sec hoc nobis fit sanis, vbi velociter currimus, aut quocunq; modo valide mouemur, quod multo spiritu C opus sit attracto: In peripneumonijs vero & suppuratorum vitijs aut malis, & orthopnoicis cum febribus, ob spiritus angustiam organorum: quę non possunt tantam aeris substantiam suscipere, quanta est animanti ex vsu. Incompletus igitur respirationis vsus in periculum adducit suffocationis. Itaq; compelluntur vt continue omniq; thorace peragant respirationem. At in angina receptacula in pulmone spiritus, quibus respiramus, reclusa sunt, & pura: sed ꝙ inflammatione gutturis musculi teneantur, constringitur externi aeris, quem per inspirationem attrahimus, primus ingressus. Quo fit, vt vel hic altera quidē de causa, sed æque tn̄, vsui respirationis non respondeatur, vt in suspiriosis, suppuratis, & peripneumonia affectis fiebat. Itaq; contendunt, qui suffocantur, exurgere, & toto thorace externum aerem magna vi attrahere. Atq; idcirco in his censeas, qui angina laborant, sublimem appellatum spiritum esse. Potest etiam, ꝙ se ipsi illi volunt in sublime erigere, ita vocitatus esse, vt idem sublimis spiritus significet, ac orthopnœa in Præsagijs. Porro in historia mulieris angina detentæ, quæ in sermone est proposita, scriptū est, potum etiam in nares resilijsse, quod vsu venit ijs, qui eum deglutire nequeunt, vel ob gulæ transitum restrictiorem, vel ob ipsius internitionem resolutionemq;: quorum est vtrunque pręcipue exitiosum: vt etiam quod antea est ab eo sic in tertio die scriptum /extremitates frigidæ & liuidæ/. Nam cum prædixisset D /tertio die rigor, febris acuta/ subdidit /extremitates frigidæ & liuidæ/. Nam natiui caloris signum est internitionis extinctionisq; frigus extremarū partium & liuor in acutis febribus. Atq; hinc etiam factum est, vt huic ægræ deiectiones & vrinæ suppressæ sint, quod iam omnes emorerentur functiones. Quo est verisimile nec septimo mulierem, nec nono die perijsse: neque enim tantum spatij perdurare poterat tertio iam die symptomata habens & notas naturæ frigescentis. Et Hippocrates, qui in tam acutis morbis solet, quæ vnoquoq; acciderent die, persequi, non committeret, vt tacitus diem quintum, & septimum præteriret. Quando igitur absoluto de tertio die sermone, quartum commemorat solum, omnia tum exacerbata fuisse dicens, multo iam est clarius non valuisse ad septimum vel octauum diem vitam mulierem ducere. Nam paradoxas quidem conuersiones, quæ raro incidunt propter robur naturæ, cum ipsi non raro vidimus, tum vero in narrandis ægris scripsit Hippocrates, simulq; id ipsum significat & indicat, commodius habuisse ægrum. Nunc, quando tertio die vnà cum acuta febre extremæ partes algerent liuescerentq;, & vrina supprimeretur, etiam si non subiungeret /quarto die omnia exacerbata fuere/ omnino erat die quinto peritura. Quod ille cum adscripserit, etiam affirmes securius, ita affectam sextum diem viuam non attigisse, multoq; etiamnum potuisse minus septimum vel octauum. Vnde iure mireris, qua ratione adscripserit ita ille, qui primus huius fuit rei auctor, notas, vt indicent octauo

† in codi. quibusdam antiquis legitur ὡς ἐν μὲν ταῖς εἰσπνοαῖς προστέλλειν, ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς διαστέλλειν αὐτά, i. ut eas in inspirādo contraherent, in expirando vero dilatarent.

in Prog. cō. 3. t. 16. 4°. 209. a

l. 3. de sp. c. 7. 13. c

illam díe defunctam: & eo etiã magis,quo mõ Zeno Herophileus vir nequaq̃ obscurus ascriptas E exponens notas in tertio libro morborum vulgarium, etiam ipse octauo die dicat hanc periisse anginosam, idq; huiuscemodi notis indicari: ΠΙ. Δ. E. H. Θ. Harum notarum prima πιθανόν id est probabile significat,quę per Π literam scribitur mediam habẽtem lineã rectam vtriq; aliarum parallelam seu æquidistantem, quo modo quidam nongentesimum numerum scribunt. Et semper in omnibus id ægris denotat præposita omnibus sequentibus notis. Quæ harum est postrema,hoc loco θάνατον i. mortem significat,quam litera Θ denotat: in aliis ęgris ὑγείαν i. sanitatem, quam demonstrat litera Υ. Penultima nota semper dierum numerum, quibus propositus vbiq; æger in sermone laborauit, significat. Quæ vero inter hanc interiacent & omnium primam, declarant,cur sit saluatus, vel perierit homo, causam. Vt in hac anginosa, duæ sunt notæ, altera primam omnium sequẽs,cuius medium recta secat linea, ΠΙ: ab ac alia atq; alia. Igitur quæ omnium primæ succedit, cuius secatur medium, elementum est Δ: a cuius oritur media inferiori linea, alia recta linea deorsum ducta, sicut I scribimus. Sequens est literæ E nota. Atq; ex his indicari Zeno ἐπίσχεσιν τῶν διαχωρημάτων id est suppressionem dieciionum tradit,deorsum signato Δ secundum vnumquenq; modũ διαχωρούμενα i. excrementa significante: etenim sudoris ipsum ẽt, nedum vrinarũ, aut deiectionum,esse signum affirmat: Et ἐποχὴν siue ἐπίσχεσιν i. suppressionem, F vtro libeat modo appellare: Vt signorum sit hæc tota sententia: Verisimile est excrementis suppressis octauo die obiisse mulierẽ anginosam. Quare,vt dixi,miror,cum fideliora exẽplaria quintum diem habeant,huic lectioni etiam litera ipsa E consentiente,vt ostendi paulo ante,ipsum Zenonem tñ octauum diem scire scriptum: eos vero qui in illum disputant, hac de re nihil meminisse: at de notis illum reprehendere, q̃ secundam literam non scripserit,& fecerit signatum Δ, cum scriptura non ita habeat in tertio libro vulgarium morborum: cęterũ post primam notam P scriptum, vt illi autumant. Hic residuus iam sese longus mihi sermo offert. Putaueris enim re vera has notas ægris Hippocratem subtexuisse: siquidem aduersarii Zenonis P esse asserunt,non deorsum signatum Δ scriptum. Verum si aduersariorum Zenonis libros legas, nec Hippocratis esse dicentium has notas, & librum quendam extare Ptolemęi cognomine Euergetis,habentem suppositas illas a medico quodam Pamphilio genere ex ciuitate Sidica, de secta Cleophantia: audias præterea causam, qua adductus libro has notas inseruit Mnemon: videantur haudquaquam sibi constare, qui Zenonem confutant, nec esse Hippocratis, nec esse sic illas notas scriptas, vt ille exposuit. Mihi vero quæ sunt hactenus dicta, vana videntur esse, nihilq; afferre lectoribus ad artis opera vtilitatis, quo properare, qui hanc meditatur, debet. Verum quia cum essent adscriptæ, vi- G sum est amicis, quibus morem gerẽs quibusdam locis primi libri reprehendi male explanantes ea quæ ad ægros spectant, vt vno certe huius libri loco aliquid de hisce notis afferrem, induxi animum vt facerem: tametsi nõ ignorem, quod semper dico, scriptos a iunioribus medicis commentarios cum tps nostrum corrumpere,tum nihil docere,quod intersit medicinę: propter quos ego singulas separatim medicas lucubrationes feci. Quæ vero sunt contra sophistas, qñ has etiã ex viu iuuenibus esse animaduerto, qui ab istis peruertuntur, scripsi eas item priuatim singulas: vt sicui suppetitet tempus abunde vt & has reuoluat, contra sophistas non secus ac hostes sit succinctus. Sic igitur nunc quoque, tametsi res sit inutilis ad probe medicinam exercendam,quod ad has notas pertinet,non pigebit tamen totum percurrere,quãdoquidem ita est amicis visum. Sane enim puderet me, si ad eas me deflexissem nugas,nisi antea ego,quæ referunt ad artem medicam,multis voluminibus oĩa pertractassem, itaq; tandem ad Hippocratis descendissem enarrandos libros: in quibus artis discipuli nihil addiscere noui valent, extra illa quæ clare & fuse exposui in lucubrationibus medicis, vt vel ad intelligendum hebetes sermonem queant assequi: sed historiæ cognitionem obtinebunt, cuius gratia multi mortales interdum suspiciunt quosdam, qui artes aliquas tractant, homines qui multa legerunt retinueruntq;, statim artis etiam ducentes præcepta tenere. H Nunc itaq; omnem de notis historiam exponam: qñquidem hoc amici pariterq; familiares semel hic fieri statuerunt oportere. Hæc itaq; quæ sum dicturus, tradita a Zeuxide sunt primo in hunc librum commẽtario. Et quidem præstiterit fortassis,quod ego facere in talibus solebam,qui hanc cupiunt historiam cognoscere, ad illum librum eos remittere: sed qm̃ Zeuxidis commẽtarii non iam perinde grati,; sunt infrequentes: ideo me voluerunt ea recensere, initio eius ab ipso Mnemone sumpto. Quidam enim eũ aiunt,cum legendi gratia tertium accepisset vulgarium morborum librum ex magna illa Alexandriæ bibliotheca, restituisse adulterinis ascriptis simili atramento & literis hisce notis. Sunt qui ex Pamphilia eum affirment deportasse: ac tanto fuisse regem Ægypti erga libros studio Ptolemæum, vt omnium appellentium ad se libros deferri iuberet, quos relatos in nouas chartas dominis descriptos daret, a quibus in portum inuectis ad se allati libri essent: allatos vero in bibliothecas reponeret: atq; inscriptioues erant, Ex nauibus acceptorum. Inter eos esse ferunt repertum tertium librum vulgariũ morborum, titulo insignitum, Ex nauibus, sub correctore Mnemone Sidita. Quidã non esse scriptum sub correctore aiunt, sed solum nomẽ Mnemonis: quia & aliorum ẽt omnium,qui cum libris appellebant,regii ministri noĩe reponendos in apothecas libros insigniuerũt. Neq; enim cõtinuo eos in bibliothecas asportasse, sed prius

in certis

A in certis ædibus cumulatim deponere. Nam tanti studij ad veterũ libros comparandos Ptolemæi illius, magnum esse argumentum referunt, rationem, quam habebat cum Atheniẽsibus: qui quindecim pigneratis argenti talentis, Sophoclis ab eis accepit & Euripidis Aeschyliq́ libros, vt eos tantum describeret, & mox fartos tectos restitueret: magnifice cum apparauisset eos in pulcherrimis membranis, quos ab Atheniensibus acceperat, retinuit: illis misit, quos ipse parauerat, orans quindecim talenta tenerent, acciperentq́ nouos pro veteribus quos ipsi dederant libros. Quòd si Atheniensibus ne nouos quidem remisisset libros, sed veteres retinuisset, non erat quòd ægre ferrent, qui argentum hac lege acceperant, vt hoc ipsi seruarent, si ille retineret libros. Itaque illi simul & nouis libris, & argento sunt potiti. Quare Mnemon, siue ipse librum attulerit, siue ex bibliotheca accepto adscripserit, quæstus videtur gratia fecisse. Nam solum dicebat tenere se, quid notæ illæ interpretarentur: ita mercede eas exponebat. Quod si est, probabilius est librum in bibliotheca repositum, esse ab eo adornatum: siquidem multo erat expositio eius fidem habitura maiorem, si regia haberet bibliotheca notas: nam librum si domo deferret, suspectus erat. Nec vero scriptas dubitarem ab Heraclide tum Tarentino tum Erythræo demonstrationes, adulterinas esse notas commemorare, ni prudentibus existimarem hoc pro comperto esse, & festinarem ab

B hac loquacitate pedem referre. Quare ad vtile redeo, cuius causa horum ægrorum historiam reuoluimus. Nam ideo putare mulierem esse defunctam, quòd suppressę deiectiones essent, ridiculum sit: neque enim ob suppressionem perijt, cæterum propterea illi contigit supprimi deiectiones, quod naturales functiones extinguerentur. Neque vero, quia frigidæ erãt & liuidæ tertio die partes extremæ, ideo obijt: sed quod moreretur, factum est, vt & illæ emorerentur. Et ipse autem Hippocrates quasi vaticinatus adscripsit in exitu narrationis /perijt anginosa/ tametsi statim initio prędixerat /illius anginosę, quę apud Bitonem agebat/: sed additio ad finem illa hoc demonstrat/ perijt mulier hæc angina/. Atque ita in Præsagijs scripsit de exitiosis anginis Hippocrates. Nam hæ primo die suffocant statim, & altero, & tertio. Quare propositam hic nobis mulierem oportebat ea de re tertio die obijsse, cum extremæ partes liuidæ ac frigidæ essent, deiectionesq́ supprimerentur. Vnde viribus conijcias validis fuisse, itaque attigisse quintum diem: nam, vt octauum, nõ potuit fieri. Sed de his satis. Quòd si cogites, siue ipse Hippocrates susceperit mulierem hanc procurãdam, siue inuiserit vnà cum medico eius, si nihil aliud, paruum cataplasma certe imponeret, aut diaclysma præberet illi. Probabile autem est eum reliquisse recensenda cum alia remedia ægris adhibita, tum sanguinis missionem: solum vero clysterem & balanum subditum, non principaliter,

in Prog. cõ 3. t. 16. 4. [illegible]. a

C cæterum obiter scripsisse. Nam cum vrinas recenseret, & vomitiones, & deiectiones: adiungeret præterea earum suppressionem, vnde nihil æger excernebat per se: in his adscripsit obiter simul cum excrementorum qualitate, balani vsum & clysteris.

Quid Quæq́; Nota Significet.

Equidem omnino statueram ab hac importuna de notis loquacitate me referre: sed quia integram multi familiares disputationem hanc quærunt, egoq́ bonam iam nunc partem exegi nugarum, faciam, vt quod superest, adiungam. Atque constitueram, quemadmodum, quę nihil ad artẽ faciunt, separatim solebam scribere, sic his librum dicare, ac separatim commentari, abductum ab alijs, vt si qui velint etiam in huiuscemodi esse curiosi, habeant, quibus nugis inanibus vacent. At quia iam longe processisse video secundum hunc cõmentarium, & satis esse longum, vt reliquos nequeam ægros etiam hic exponere, ac pestilentem statum ordine hos sequentem coniungere: neq́ vero dissecare mihi certum est tempestatis expositionem, vt partẽ eius in hoc peragam commentario, quod residuum est, in proximo: ideo disputationem de notis hoc libro perficiam, vt pręcidam hunc nugarum aceruum. Si enim quæ attulerunt, qui scripserunt de his notis, hęc inquirere velim, & quę recte sunt & secus dicta, disceptare, non vno mihi libro ad hanc rem opus sit. Prę

D cedit ergo, quod dixi, omnes, quæ per medium habet lineam ΠΙ, denotans semper πιθανὸν id est verisimile. Postremo vero loco aut Υ videtur litera scripta esse, aut Θ: hęc θάνατον id est mortem: illa ὑγείαν id est sanitatem, significans. Ante has dierum est, quibus ægrotauit vel perijt æger, numerus. At quæ inter has intercedunt notæ, omnes quidem sunt descriptæ ordine literarum, quas vocabuli elementa significant, excepto deorsum signato Δ. At quam horum quodq́ habeat significationem, demonstrabo. Igitur memoria tenendum nobis est notas, quæ vltimam præcedunt (à qua mortem diximus aut sanitatem demonstrari) numerum dierum denotare: de cęteris, quæ inter has & principium scriptæ sunt, orationem instituam: Α ἀποφθορὰν siue ἀπώλειαν i. interitum seu internitionem: Γ γόνον i. semen, vel γονοειδὲς οὖρον i. semini assimilem vrinam: Δ vero signatum (vocant signata, quæ rectam lineam, qualis est, quę deorsum ponitur, habent, hoc modo Δ) διαχωρούμενα i. excreta per sudorem, & alui fluxum, & habitus digestionem, & vno verbo vacuationem quãcunq́: Ε ἐποχὴν hoc est suppressionem, ἕδραν hoc est sedem: Ζ ζήτημα i. quæstionem. Θ θάνατον i. mortem, vt est antedictũ: Ι ἱδρῶτα i. sudorem: Κ κρίσιν i. iudiciũ, vel κοιλιακὴν διάθεσιν i. ventriculosam affectionẽ: Μ μανίαν i. furorẽ, vel μήτραν i. vterum: Ν νεότητα i. iuuẽtutem, & νέκρωσιν i. internitionem: Ξ ξανθὴν χολὴν i. flauã bilem, & ξένον τι καὶ σπάνιον i. nouũ quoddã & rarũ, & ξυσμὸν i. strigmentũ, & ξηρότητα i. siccitatẽ: Ο ὀδύνην i. dolorẽ, vel οὖρον

id eſt vrinam. Quidã vero volunt, vbi impoſitum ſibi Υ habeat, eo nimirum modo ſcriptum, quo E
vocem ὄντως ſcribere cõſueuerunt, tunc vrinam ſignificare: Π πλῆθος i. abundãtiam, vel πτύελον i. ſputum, vel πῦρ i. ignem, vel πνεύμονος πάθος i. pulmonis affectũ: Π vero in medio habens I, hoc modo ΠΙ, πιθανὸν i. probabile (vt ſupra diximus) ſignicat: Ρ ῥύσιν i. fluxionem, vel ῥῖγος i. rigorem: Σ σπασμὸν i. conuulſionem, vel στομάχου πάθος id eſt ſtomachi affectum, vel στόματος κάκωσιν id eſt oris malum: Τ τόκον i. partum: Υ ὑγείαν i. ſanitatẽ, vel ὑποχόνδριον i. hypochondrium: Φ φρενῖτιν i. phrenitidem, vel φθίσιν i. tabem: Χ χολὴν i. bilem, vel χολῶδες i. biliosum: Ψ ψύξιν id eſt frigus: Ω ὠμότητα id eſt cruditatem.

AEGROTVS VIII

5 *Adoleſcentulum, qui in Mendacium foro decumbebat, corripuit Ignis ex Laſsitudinibus, laboribus, & curſibus inſolitis. Primo die turbata aluus erat bilioſis, multis, tenuibusq́; Vrinæ tenues, ſubnigræ: non dormiuit, ſitibũdus. Altero die omnia exacerbata ſunt: deiectiones plures, intempeſtiuiores: non dormiuit, mente turbatus, aliquãtum exudauit. Tertio grauiter ſe habuit, ſitibundus, faſtidioſus, multum ſe iactauit, perplexus erat, delirauit: extremæ partes liuidæ, & frigidæ: hypochondrij vtrinq; ſubmollis contentio. Quarto non dormiuit, malum in peius procedebat. Septimo Obijt. Annum Aetatis circiter Vigeſimum agebat. Acutum.* ΠΙ. Ξ. Ζ. Θ. F

Cœpiſſe huic morbum dicit ex laſſitudinibus comitibus inſolitarum exercitationum. Scimus enim πόνους i. labores, illum noĩare exercitationes: ſicut κόπους i. laſſitudines, corporis affectus, in quibus ſi parum modo moueatur, tentionis ſenſus vel vlceroſus illi fit. At laboribus quia curſus adiunxit, ſuperfluo labores adſcripſiſſe videtur: continentur enim, vt genus in ſpecie, in curſibus. Vnde quidam pro πόνων i. laboribus, πότων id eſt potibus ſcripſerunt, cõuerſo primo ν ſecundæ ſyllabæ in τ. Reliqua narratio tota eorum, quæ inciderunt adoleſcentulo, exẽplum ſunt acuti morbi in ætatem maxime iuuenum cadentis. Alia igitur ſymptomata morbi ſunt acuti. Sed vnde periculum præſagias, vel mortem? Primo quidem die relatæ ſunt ſubnigræ vrinæ: ſecundo die parũ exudauit: tertio multum ſe iactauit: at omnibus diebus nihil planè dormiuit. Atq; hęc quidẽ periculoſa ſunt. Extremæ vero partes tertio die liuidæ & frigidæ in acuto morbo lethales ſunt, atq; adeo hac ætate: fiunt.n. vel ex nimia inflammationis viſcerum magnitudine, vel natiuo intereunte calore. At enim de hypochondriorum cõtentione ſubmolli iam ante diximus, tenſionem citra tumorem Hippocratem innuere iſta dictione. Oſtendit aũt ea contentio nullũ de externis corporibus, qui muſculi ſunt abdominis, inflãmatione obſideri, verum aut ſeptum trãſuerſum, aut iecur, aut lienem. Ac periculoſa quidẽ inter cætera hęc ſunt. Mortis vero apertum ſignum eſt extremarum partium liuor & frigus, quæ tertio die in morbo acuto, & ætatis vigeſimo anno, accidunt. G
Quod ſanè fuit in cauſa, vt vſq; ad ſeptimũ viueret adoleſcẽs. Potuit etiam alia de cauſa, ꝙ validis eſſet viribus, non ꝑ ſolam ætatem. Itaq; ex huius ægri hiſtoria, qui capi fructus poteſt, hic eſt. Nã inueſtigare, qua in ciuitate vocetur aliquod Mẽdacium forum, vt Athenis Aſtutorum forum eſt appellatum, & quæ id genus in ſingulis ægris alia quidã interpretes ſcripſerunt, ſi quid in ijs eſſet, quod ad artis opera faceret, non prætermitterem. Acutum / hoc inter præcedentem & proximũ inferiorem eſt ſcriptum, quod poſſit attribui vtriq;, ꝙ vterque videatur acute ægrotaſſe. Verum quia in ſuperiore ægra, quæ angina laborabat, eſt adiectum /anginoſa/ certiſq; alijs ægris eius generis quiddam ad exitum narrationis eſt adſcriptum, quò hiſtoriæ vtilitas ſit conſpicua, probabilius eſt priori ægro /acutum/ eſſe ſubditum. Potuit etiam, qui notas adiecit, itẽ hoc addidiſſe. Nos paulo mox in ægro ordine decimo de eiuſcemodi additis ſcripturis plene agemus.

De Notis Prædicto Aegro Adiectis.

Quia conſultius puto eſſe in tertium commentarium reſeruare tempeſtatem peſtilentem, ſubtexam non nulla prædictis, quæ in controuerſia apud medicos ſunt de aſcriptis ſignis huius adoleſcentis hiſtoriæ ſeptimo die defuncti. Zeno nãque has ſcripſit notas. Præoĩbus ΠΙ per mediũ H
lineam rectam habens, quod πιθανὸν id eſt veriſimile ſemper ſignificare docuimus. Secũdum Ξ, tertium deinde Ζ, quartum Θ, hoc pacto ΠΙ Ξ Ζ Θ. Igitur Ζ ſeptimum diem ait denotare, Θ θάνατον i. mortem. Sed hæc ſunt in oĩbus communia: Ξ vero ξένον i. nouum vult indicare. Nouũ fuiſſe adoleſcenti ait in narrationis initio ex laſſitudinibus & curſibus inſuetis eum incidiſſe in morbum. Quæ igitur aduerſus Zenonem dicta ſunt de primo ſigno, quod ſignificet πιθανὸν i. veriſimile, qñquidem oĩbus ſunt communia ægris, paulo poſt, ſi viſum mihi erit, apponã. Prius quæſtiones de hoc ægro priuatim iactatas videamus, ꝙ de re ille medica mouiſſe controuerſiam videatur. Nam cum conſcripſiſſet Zeno, vt antea memini, de notis non paruum volumen: ac alterum illo maius aduerſus eũ empiricus Apollonius: ac rurſus Zeno eidem reſpondiſſet: Apollonius cognomento Cyclas, poſtea & ipſe ſcripſit defuncto iam Zenone de notis librum, non vt ſuppoſitas ſolum culpãs, ſed corollarium addidit, quo inſectatur Zenonem. Nã ita inſtituit reprehenſionem, vt contra illum, qui quæ ſint à Mnemone concinnata, non valeret recte interpretari: ſed vbi probabili deficeretur ratione, notas, quò commodius exponeret, conuertiſſet: neque librum in regia bibliotheca inuentum, neque illum ex nauibus, nec quem ędidit Bacchius, habere ad eum modum notas, vt in hoc ſcripſit adoleſcente Zeno, affirmans. Enimuero in hanc miror

importunitatem

A importunitatem potuisse Tarentinum Heraclidem impelli, & quidem in perpetuum studentem interpretationes ad vtilitatem referre. Hic vero contendere magis cum Zenone videtur, quam spectare vtilitatem. Exponit.n.notas,ac si duo Z ante vltimũ Θ scripta sint: & alterum,quod prope Θ est,septimum diem indicare ait: alterum,quod huic, Z dico, præpositum est, significare ζητητέον εἶναι, id est quærendum esse,cur septimo die interierit, cum accessiones haberet diebus paribus: Nam erat probabile, vt ipse dicit Hippocrates, morbi iudicium diebus accessionum fuisse.

" ‖Nam quorum,inquit,diebus paribus fiunt accessiones,horum fiunt etiã iudicia diebus paribus: 1. Epid.cõ.3.t.
" quorum vero in imparibus,horum item imparibus diebus iudicium: Subiecta aũt est generali iu 13.5°.120.c
" dicij significationi mors. Atq; de notis sic statuit Tarentinus. Attendamus iam, ecquid afferat præclari. Nam quod mors ferè in dies accessionum incidat,rarumq; sit diuersum exẽplum, fatendum est,& concedendum verum dicere Tarentinum. Non videtur habuisse hic tñ diebus paribus accessiones.Quippe primo die Hippocrates,quæ initio morbi acciderunt,descripsit: Sub hunc, inquit,oĩa exacerbata sunt,propter morbi, qui acute mouebat, incrementum. Itaq; tertio die adhuc magis intentum morbum indicat esse. Nam cum in secundo die prædixisset /non dormiuit, mente turbatus erat/ tertium diem exponẽs scripsit primum /grauiter se habuit/ quod primo die non

B scripserat: ab hoc /sitibũdus/ deinde /fastidiosus/ mox /multũ se iactabat/ postea /perplexus erat/: Quorum vel vnum,si tertius dies haberet, posset ipsum secũdo peiorem ostendere.Nã vna nocte non dormire,mentisq; turbatio,assidue in acutos morbos citra insigne discrimẽ incidere cernuntur: at quæ sunt de tertio die scripta, fuerunt periculosa vniuersa. Præterea tertium ideo secundo peiorem esse dicit,quòd secundo die scripserat /mente turbatus erat/: tertio die, cum alia symptomata, quæ paulo ante retulimus, commemorat extitisse, tum vero mentem fuisse non iam turbatam (quippe parum id quidem sit) cęterum delirasse ait.Quam ob rem cùm ipso hoc symptomate videtur secundo peior tertius fuisse: tum, quòd addiderit inibi hypochondrij submollem tentionem, quæ antea non suberat, coniectes hinc secundum illi moderatiorem fuisse. Nanq; viscus antea malo vacãs cum cœperit in aliquo die laborare, illum esse prioribus peiorem significat. Ac præter omnia,quæ commemorata sunt perniciosissima symptomata eo die apparuisse videntur,frigus partium extremarum, liuorq;. Quo maior, vt paulo ante dixi,admiratio subeat,quid'ni adolescens perierit die quinto. At enim dicet aliquis Tarentinum defendẽs, post prædicta scriptum esse /quarto non dormiuit, malum in peius procedebat/. Verum & huic ipsi in memoriam reducemus medicum illud præceptum, nimirum quartum septimi indicatorium ab Hippocrate esse

C dictum,propterea quòd bonorum aut malorum, quæ dies ille attulit, euentus non minus sed magis septimo die quàm sexto fiat. Qua igitur ratione dicit Tarentinus, probabilius erat sexto defunctum esse adolescẽtulum,posteaquam accessiones haberet diebus paribus? Nam tertio die plurima symptomata illum videntur tentasse: die quarto autem creuisse: tum sustinuisse se, & repugnasse ad septimum diem,quia forte firmis natura viribus erat,& vero etiam per ętatem: nam hęc illum si defecissent, quinto die obijsset. Quare equidem Tarentinum censeo insectandi citius studio Zenonis,quam rei sedulo excutiendæ, huc descendisse. Idem Apollonius fecit, qui itẽ diligenter literam Ξ secundo inter notas loco positam exponit. Quem sunt multi sequuti alij, maxime cùm quod medicum aliquod præceptum dicat se vtile exponere citra notas: tum quod eius dictis illi fidem haberent. Hac siquidem de re adolescentem ait obijsse,quod præter morem lassitudines, labores, & cursus obijsset. Ego vero affirmauerim labores & cursus, siquidẽ hoc nomine plures exercitationes significantur,non præcedẽte morboso corporis statu, haudquaquam potuisse mortem inducere. De potibus,vt quidam volunt (nam sic dixi esse qui corrigant) hoc quidem in adolescẽtulo,quid certi dicam,non habeo, quod nec qualitatem nec quantitatem teneam istarum potionum,cum tñ multa sit in ipsis differentia: Siquidem etiam differũt ipso tempore potiones: quædã enim diebus duo-

D bus et tribus,alię permultis fiũt: ipsiusq; quotidiani haustus mensura haud paruam habet differentiam: Potionis ad hęc qualitas,hi.n.meraciorẽ,illi sumunt dilutiorem,non nulli temperatam: sunt qui frigidam, alij calidam, atq; harum vtranq;, aut de more aut insueti, biberunt aliquando. Huic accedit non parua ipsorum vinorum in genere ac tempore diuersitas: neq; enim eũdem affectum vinum nouum ac vetus parit: neque crassum,ac tenue: nec albũ,atq; nigrum: nec odoratum,ac fœtidum: nec item austerum atq; dulce. Quare, vt dixi, de offenso per vinum adolescẽte nihil habeo firmi statuere, nisi hoc Omnium est vinorum immodico vsui cõmune,quod neruos tẽtet & mentem. Sed horum tamen solẽnis noxa non dominabatur in huius adolescentuli morbo: neq; enim conuellebatur, vel tremebat, vel infestabatur phrenitide: quare & scripturam potibus minus puto conuenire. Sanè magis est consonum adolescenti inconcoctiones præcessisse etiam fortassis in ventre: sin secus,in venis quidem certe: vnde plurimi coacti sunt crudi humores, vt testantur vrinæ, & alui excrementa,tenuia illa quidem,verum non biliosa tamen. Nihilo minus videtur biliosi quoque humoris aliquid in toto contineri habitu corporis, comitis laborum quos subierat: quibus est verisimile etiam delirium quoddam successisse & febrem acutam.

¶ De Nota illa ante cæteras posita, qua Πιθανὸν hoc est probabile, significari aiunt.

Quoniam hoc in libro interpretum loquacitatibus plurimum vsi sumus, haud deterius vtique

fuerit aliquid etiam exempli gratia de illa nota scribere, quæ πιθανὸν id est probabile significat. E
Nam quis fortasse illorum librorum admirabitur magnitudinem, quos Zenonis Apollonijq; sectatores conscripserunt. Si igitur in vna tantum nota intelliges, quo pacto ipsis in prolixitatem paulatim deuenerit controuersia, causam quoque longi sermonis facile perdiscere poteris: cauebisq; (si mentis compos fueris) ne tu ipse quoque in eiusmodi nugacitates incidas. Itaq; in prima statim nota, qua πιθανὸν significari dicebant, inquiunt in nullo alio libro solere vnquã hac voce πιθανὸν vti Hippocratem: ob idq; non decere nunc vnico in libro signo eius vocis sæpenumero vti, qui nunquam alibi vsus ipsa fuerit. Hanc autem rationem euertẽtes, qui cum Zenone sentiunt, in germanissimo illo libro qui est de fracturis inscriptus, dixisse aiunt, vbi de Solene instrumento disputat, πιθανώτερον. Cum enim prius dixisset Hippocrates Solenis instrumenti non esse vtilitatem, subiunxit: || At πιθανώτερον id est probabilius est, vulgo minus accusabilem fore medicum, si Solen subijciatur. Scite ergo cum probabilem responsionem visi fuerint inuenisse Zenonis fautores, tres ipsi ab aduersarijs obuiationes factæ fuerunt, duæ quidem litigiosiores potius quam veriores: tertia vero idonea admodum est, omnibusq; illis audientibus satisfacit, quotquot græcis literis bene instituti sunt. Prior itaque ex litigiosis responsionibus hæc est. Hippocrates illic πιθανώτερον dixit, non πιθανὸν: at isti ex hac nota indicari aiunt πιθανὸν. Quibus Zenonis adiu F
tores respondent: Si quis apud Apollonium scriptum inuenerit primitiuum nomen non iam statim ipsi concedimus deriuatiua vsurpare, nisi prius quendam nobis ostendat ipsis vsum fuisse: qui autem deriuatiuum inuenerit, is audacter & primitiuo vti poterit. Nam quod ab aliquo genitum est, id eius quod generauit subsistentiam indicat: quod vero à nullo, aliud generet nec ne, dubium est. Prima sane fabulæ pars hic finiatur, cum nimirum ex prædictis apertum iam sit, quo modo in longissimam loquacitatem produci ipsa possit. Ad secũdam vero (iam enim semel in fabulam nosmetipsos introduximus) accedamus. Aiunt igitur qui contra Zenonis sectatores dicunt, posse quidem aliquando quæ semel scripta est dictio, & ipsum scribentem latere, quippe qui moris græca lingua exquisite loquentium oblitus, ac sola multorum consuetudine adductus sit: vno vero in libro deinceps quoddam vocabulum sæpius vsurpare soli ij possunt, qui alias eodemmet ipso vti consueuerunt. Quæ vero ad hæc respondeant Zenonis consectatores, narrare superuacaneum est, quippe quæ frigidiora longaq; sint. Mihi enim sat fuerit ad tertiam fabulæ partem accedenti responsionum duntaxat principia tãgere. Tertia autem hęc est. Placere quidem posse & vulgo & antiquioribus, si & δυνατὸν & ἐνδεχόμενον, & εὔλογον & εἰκὸς dicas (id est possibile, contingens, rationi consentaneum, decens) & ipsum etiam πιθανὸν, cum forte tunc in G
vsu esset hęc dictio, sed rariori sane, & apud idiotas potius: Contra vero, vocem secundum conferendi modum, quod grammatici comparatiuum nuncupant, ab εἰκὸς formatam antiquis insuetatam esse: vere enim diceremus εἰκότερον: rariusq; omnino hoc cõparatiuum inuenies quemadmodum & ipsum πιθανὸν. Constat autem antiquorum multa admodum volumina voluenda illi esse, qui has cõtrouersias dijudicare voluerit. Neq; enim aliter cognoscere potest, an πιθανὸν ab ipsis vsitatum non sit, sed πιθανώτερον: secus vero insolens εἰκότερον, tritum εἰκὸς. Si vero quispiã ex ijs qui artem medicinalem discere decreuerunt, ad lectionem se conuertat antiquorum omniũ librorum, quos rethores, aut historici, aut medici, aut deniq; philosohi conscripserunt, conteret certe in hoc tempus, seq; artem assequi posse diffidet, cum hoc ad morborum nec dignotionem nec prænotionem cõferat. Quamobrem satius fortasse fuerit fabulæ in tres diductæ partes finem constituere, ne longius tempus consumamus in duorum deinceps dierum appositione: cum præsertim tragœdiam vel comœdiã agamus. Ad reliquos igitur ęgrotos venientes (supersunt enim adhuc quatuor ante statum pestilentem descripti) hic secundum commentarium absoluamus. Tertium vero aggredi erit vtilissimum.

de Fracturis, cõ.2. t.64.7ª. a 39.c

H

AEGROTVS IX

6 *Apud Tisamenum Mulier decumbebat, cui Voluulus cum molestia excitatus est. Ciebantur multæ uomitiones, potum non continebat, hypochondria dolebant, & infra secundum ventriculum dolores, tormina perpetua, non erat sitibũda, incalescebat. Extremæ partes perpetuo frigidæ, fastidiosa, insomnis. Vrinæ paucæ, tenues: † deiectiones crudæ, tenues, paucæ: ‡ Nec erat remedio locus. Defuncta est.*

† Forte vel delẽda sunt hæc verba, vel ita legẽdũ, deiectiones nullę. considera.

Male scribunt quidam in hac muliere ὑλεώδεα per υ, cum εἰλεώδεα sit per ει, scribendum. Εἰλεὸς enim id est voluulus, appellatur affectus, cuius habuisse symptomata scribit mulierem, multos vomitus, potũ cõtinere nõ posse, dolores esse ad hypochõdria, & tormina cũ doloribus in ventre: quæ omnia voluulosis assident. Quod postea scripsit, non est ex ijs quæ eis assident, cæterum ex illis, quæ malo ad malignum tendenti superueniunt, potissimum perpetuo esse extremas partes frigidas. Prauum item, fastidium est. Quin & vrinas adscripsit tametsi in venis non contineatur & succis affectus, verum in intestinis: quod cum in his cœperit magna inflammatio, prædicta incidere symptomata soleãt. Vocatur autẽ εἰλεὸς i. voluulus, affectus. Parua igitur ex vrinis, vt sint bonæ, salutis sic habentium est spes: sed non paruũ ad exitium momentum, si prauæ sint. Nam cum, A.l.3.f.: t.4. c.30.35
qui eo

A qui eo modo affligantur propter intestinorum inflammationem in præcipiti sint, si alia videatur
præterea esse in corpore affectio praua, increſceret vna ęgro malum. Atq; sic consueuit Hippocra
tes, vbi aliquod instrumentum spiritus sit læsum, inspicere vrinas. Quæ si secundum naturam ha-
beant, in solis spiritus instrumentis versatur periculum: Sin hæ quoq; prauę appareant, offensum
iam significant etiam nutritionis instrumentum: quo modo nunc, quanquam sit affectus venter,
eiusq; ex deiectionibus perspiciatur affectio, nihilo minus vrinarum fecit mētionem, vt tenuium,
quæ succorum significant in venis incōcoctionem. Atqui vrinas semper memineris vt simul in-
spicias in ventris affectibus, thoracis, pulmonis, neruorumq;. Nam bonæ si appareant, haud ma-
gnum præbent momentum ad salutem: contra si prauæ, amplificant simul ægri periculum. Et cū
sit periculosus omnis voluulus, qui in sublimibus intestinis consistunt, ijs, qui in crassis sunt dete-
ibidē c. 31.b riores, vt qui contagio iecur afficiant & lienem." Discernes eos vomitionum assiduitate, & vehe-
mentia, & q̄ potum continere nō possint: Adhuc magis ex eo, q̄ nihil per aluum deijciatur: Præ-
terea tormina & dolores faciunt ad notitiam, quando teneant hi alta intestina: Qui stercus si vo-
mant (aduertitur enim hoc etiam fieri) clarissimum sit signum tibi esse subtilia intestina affecta.
Est autem acutissimum hoc malum: quare id hic proposuit Hippocrates: simulq; adscripsit /nec
B erat remedio locus/. Sed mihi hoc fac memoria comprehēdas ad commentationem de sanguinis
missione. Cùm enim nullum scripsit aliud remedium in ęgris horum librorum, tum nec illā: non
quin præsto fuerit laborantibus auxilio, sed q̄ ascribere auxilia singulis ægris non oporteat: nisi
quid forte noui inciderit, vt in eo, cui fuit octauo die sanguis detractus. Porrò diem pręterijt, quo
hæc ægra decessit, vt quæ secundo statim die mortua fuerit, aut longissime tertio ob morbi acuita-
tem, quam in narratione ipse ostendit.

Aegrotvs x

7 *Quædam Mulier quæ apud Pantimedem degebat, ex Abortione infantis Primo die Igni est correpta: lingua arida, sitibunda, fastidiosa, insomnis: aluus erat turbata multis, tenuibusq;, & crudis. Postridie superriguit, Febris acuta, aluus copiose reddidit, non dormiuit. Tertio die intendebantur dolores. Quarto delirauit. Septimo Interijt. Aluus erat perpetuo lubrica, eiusq; multæ, tenues, crudæ deiectiones: Vrinæ paucæ, tenues: Febris Ardens.*

Si qua de causa externa mulieri huic abortire contigisset, declararet Hippocrates. Itaq; ex mor-
bo constat vitiosis collectis humoribus abortijsse. Adiunxit huic ex abortione dictionem /*νηπίε*
C i. infantis/ indicans, ni fallor, hoc adiecto paruum fuisse elisum partum. Appellant enim homines
infantes puellos non ita pridem natos. Quare per metaphoram videtur Hippocrates valde pu- *Al. cōceptos.
sillos fœtus sic appellasse: quippe hi potissimum eijciuntur. Acutam igitur fuisse & magnam fe-
brem, cùm quod dicit /igni est correpta/ significat: tum quod addit /lingua arida, sitibunda/. At
vero /fastidiosa/ febris demonstrat, qua tenebatur, malignitatem. Attende diligenter excreto-
rum speciem. Nam cum scripsit /aluus erat turbata, multis tenuibus que & crudis/: tametsi ipse in
fine narrationis dixerit febre ardente illam laborasse, memineritq; febris, quę die primo cœpit, at-
que exacerbabatur secundo die: tum addiderit /lingua arida/ & /nō dormiuit/ ac /sitibunda erat/:
cruda tamen deiecta ait fuisse: Ardentem autem febrem ex humoribus nasci biliosis scimus. Igi-
tur consentaneum est in tota mole corporis huic mulieri biliosum fuisse aceruatum humorem, in
primis autem venis lactium & simis iecinoris cruda contenta. Iam etiam vrinas illius crudas di- * Græce λε-
cit fuisse, iuxta ac crudas deiectiones, non solum in primis venis, sed & in gibbo iecinoris crudis πτὰς i. tenues
humoribus abundantibus. Porrò /febris ardens/ in fine narrationis huius ęgrę adscriptum est in vt etiam ha-
multis exemplaribus. Quædam non hoc habent tantum scriptum, sed adiectum etiam A. Itaque betur in con-
suspicamur aut quòd prima hęc ęgra ardente febre fuerit correpta: Aut quòd hęc fuerit prima spe textu Hippo-
D cies ardentis febris: secunda autem quæ deinceps sequitur, in muliere, de qua sic orditur, Alteram cratis.
ex abortione. Ego vero in octauo ægro, cuius est principium, Adolescentulum, qui in Menda-
cium foro decumbebat. plenius ostendi me de hisce adscriptitijs verba facturum, cum decimum
ægrum enarrarem: præstaboq; nunc duabus de causis suspicans ab alio esse non ipso auctore hoc
/ardens febris/ adscriptum: Primum quòd non vni ęgro aut alteri, morbi formam subtexuisset ad
exitum narrationis, sed (siquidem & has nos docere volebat, vt quidam fecerunt eius successores)
omnibus aut plurimis: at ille scilicet tanquam his qui cognoscere morbum valerent, exponit
ægrorum accidentia. Videas item alios veteres in lucubrationibus suis non respicere hos, qui du-
dum ad libros accesserunt, sed qui iam in illis profecerunt. Hanc meam sententiam vltra id quod
dixi, hoc præterea confirmat, quod tertio duntaxat Vulgarium morborum libro adscriptæ sint.
Omnibus igitur, qui hunc sunt librum interpretati, probabatur ab alio, qui notas illas sententiā
complectentes adscripsit, etiam hæc esse adiecta. Nam in muliere quidem anginosa concedas sanè
esse ab Hippocrate adscriptum /anginosa perijt/ qui ex ipsa angina vellet periisse mulierē: In hac
quæ nunc dicitur obiisse, non possis ita accipere. Nam vt dixit /septimo interiit/ subiecit /aluus
erat perpetuo lubrica, eiusq; multæ, tenues, crudæ deiectiones: vrinæ paucæ, tenues/. Mox adie-
ctum est /febris ardens/. Non nullis etiam A est additum. In quibusdam pro eo scriptum est pri-
mus:

mus: in aliis prima. Omnino enim hunc librum hisce adscriptis multi contaminarũt iuniores medici. E Clarum est ergo non, vt in illa quæ angina laborabat, ad calcem adiecit /periit anginosa/ eodem modo conuenire esse hic adscriptum /febris ardens/: neq; enim dixit /periit καυσουμένη i. ardẽte febre/ sicut in illa, quæ angina laborabat /periit anginosa/: sed hoc /febris ardens/ recto casu scriptum ostenditur: inter hoc /& periit/ interiacent /aluus erat perpetuo lubrica/ & quę sequuntur. Quando itaq; nec mortua est ex ardente febre, nec prorsus inter se hæc cohæret, constat ab aliquo hoc esse adscriptum, non ab ipso scriptum Hippocrate. Potuit etiam quis adscripsisse sibi, sicut solemus talia in marginibus commentariorum memoriæ gratia adscribere: postea aliquis, qui excriberet hunc librum, in contextum, quasi auctoris esset, transtulisse.

AEGROTVS XI

8 *Alteram ex Abortione ad quintum mensem Oecetai Vxorem Ignis corripuit. Primo comatosa erat, rursusq; insomnis erat, lumbi dolor, capitis grauitas. Secundo die Venter turbatus est, ac paucis, tenuibus, merisq; primũ. Tertio die plura, ac peiora: nocte nihil dormiuit. Quarto delirauit, metus, mœstitia. dexter oculus erat distortus: sudor secundum caput paucus, frigidus: extremitates frigidæ. Quinto cuncta exacerbata sunt: multum delirauit, statimq; ad mentem rediit: *sitis, *Vigiliæ: Deiectiones in totum multæ & meræ: Vrinæ paucæ, tenues, subnigræ: Extremæ partes frigidæ, sublinidæ. Sexto eadem erant. Septimo Mortua est. Phrenitis.* F

* Al. ἄδιψος i. siti carens.

* Græci omnes co. quos uiderim, habent ἀκαίροισι i. intempestiuæ. Interpres mutauit in ἀκρήτοισι.

Quam ante hanc descripsit, infantem adhuc fœtum elisit. Infantem interpretare, fœtum inquã, vnius mensis, aut bimestrem, aut longissimum trimestrem. At hæc nunc nobis proposita quinto mense abortiuit, ne ipsa quidem externa de causa, sed ex corporis affectione. Cum enim vehemẽtius salierint, aut subito horrendi quid conspicatæ timuerint, mulieres abortiunt. Est cum ex dolore, vel ex insigni inconcoctione, vel ex medicamentosi cuiuspiã esu, vel omnino puri potione medicamenti, vel quod insit aliquid abortiui. Iam etiam propter sanguinis missionem, & sanguinis ex vulnere eruptionem, aut ex nimia hæmorrhoide, quædam abortierunt. Noui etiam quasdam, quæ ex vuluæ ceruice profuso sanguine prægnantes iandiu, tandem partum eiecerint. Quorum accidisse mulieribus hic ab Hippocrate descriptis nihil vel hinc constat, q; non addiderit in narratione earum, cum omittere ea non soleat. Non ergo febricitarunt, quia abortierant: immo cõtra, quod febricitarent, ideo abortiebant. Videtur vero ex hac muliere inductus prædictionum auctor hoc modo dixisse: ‖ Qui comatosi in principiis cum capitis, lumbi, hypochõdrii, colli dolore, G nunquid phrenitici? Potuit etiam alteram vel alterum ita vidisse affectum. Hanc itaq; dicit mulierem comatosam fuisse, rursusq; insomnem, & laborasse capitis grauitate, & lumbi dolore: nihil de collo tamen addidit. Item ventrem ait conturbatum fuisse, & excreuisse tenuia & mera, nec addit hic præterea quicquam de colore illorum: possunt enim mera, pallida, flaua, rubra, virulenta, & nigra deiici. Nempe enim mera scimus illum appellare, quæ proprium colorem retinent cum nullo humore mistum alio. Si tamen coniiciẽdum est, biliosa deiecit mera, hoc est vel flaua colore, vel rufa: nam virulenta & nigra addito colore proferre, & huic et aliis medicis familiare est. Et nos quoque citra adiunctum biliosa solemus deiici dicere, de flaua bile eam vsurpantes dictionem: excrementa vero virulentæ, vel atrę, vel alterius bilis, nõ dicimus simpliciter biliosa, sed coloris ipsis discrimen addimus. Quæ cõsuetudo in omnibus obtinuit, q; semper euomatur & aluo reddatur pallida & flaua bilis etiam sanis, nedum ægris: contra raro aliæ, atq; his duntaxat, qui tenẽtur morboso aliquo affectu. Quod igitur dixit in narratione tertii diei /nocte nihil dormiuit/ comatis autẽ amplius mentionem nõ fecit, innuit mox deliraturam. Proinde sub hæc merito dixit /quarto delirauit, metus, mestitia, dexter oculus erat distortus /præterea/ sudor secundum caput paucus, frigidusq;/ cum esse iam mulierem ostendit phreniticam, tum habere admodum incommode. Cum vero etiam ad signa prędicta & symptomata accederet extremarum partium frigus, magis etiam morituram expectes, quemadmodum mortua est, consequentia prædictis symptomatibus habens, quæ quinto & sexto die euenerunt. Quæ vero in prædictionibus tradita sunt veluti horum testimonia, etsi ante in commentariis, quos in illum librũ scripsi, quàm sint absurda demonstraui, commemoremus tamen illa memoriæ gratia, quamuis ista scribere sumus deprecati. Cum igitur sit in prædictionibus dictum, Ex lumbi recursione sequitur distortio oculorum. ideo huius admonent mulieris, vbi verba de ipsa faciunt in prædictionum libro, quo loco hoc caput tractant: quæ sunt omnia, vt ostendimus, absurda. Scimus enim in vniuersum, haud bonum esse signum distortionem oculorum, siue ex lumbi recursione fiat, siue vtcunque aliter. Improba etiam est doctrina, & aliena ab Hippocratis verbis: neque enim ex lumbi recursione diceret, sed vt in Præsagiis his verbis: ‖ Dolores, qui cum febre lumbum tenent, & infimas regiones, si septum transuersum attigerint, inferioresque partes reliquerint, exitiales admodum sunt. Atqui non est, qui in hac ægra ad caput sublatos esse possit abundantes in lumbro probare humores. Atque vt temere hæc quidam interpretes dixerunt, ita hoc ex prædictionibus caput male his accommodant, quæ exposita sunt de hac ægra: vbi ait, Ventris prærubra proluuies, cum in omnibus mala est, tum in pro-

1. Prorr. cõ. 1. t. 1. 4ª. 160. h

in Prog. cõ. 2. t. 70. 4ª. 205. h

H

positis

A poſitis maxime, cum non dixerit Hippocrates fuiſſe prærubram huius mulieris proluuiem ven-
« tris. Multo etiam abſurdius hoc citant caput: In febribus ardentibus cum aliquanto frigore veniẽ
« tibus, & deiectionibus cum aqua biliosis multisq́;, oculorum diſtortio cum alioqui malum eſt ſi-
gnum, tum maxime ſi catochi fiãt. Nihil vero aiunt referre, catochum dicas, an comatoſum, igno-
rantes ipſum Hippocratem à vigilante dirimere profundum coma: itaque profundum coma, ali-
quod habere cum catocha, vt vocant Archigenes & Philippus, conſortium, non vigilans: quod
hanc dicunt mulierem in principio morbi corripuiſſe, nõ quo tempore oculus eſt diſtortus. Por
rò mireris etiam hoc de ijs, qui vtrunq; caput attulerunt ad exponendam hanc ægram, in qua ait
/ventris proluuies prærubra/ & /deiectionibus cum aqua biliosis/. Neutrum enim eorum de hac
muliere ſcripſit Hippocrates: neq; quaſi ſcriberet vtrunq;, exponunt. Præterea eadẽ deiectio pre-
rubra eſſe, et cum aqua bilioſa, nequit. Adijciunt alia etiamnum capita multa viciſſim alterum per
alterum prædictiones & ęgros in libris de morbis vulgaribus interpretãtes. Sed omnia reprehen
dere, vbi lapſi ſunt, non eſt huius loci, quandoquidem aperte ſimul & abſolute iſtarum interpreta
tionum vitium in commentarijs in prædictiones aperuimus. Phrenitis /& hoc eſt de aſcriptitijs,
vt ante /febris ardens/ quippe quod non habeatur in omnibus exemplaribus. Neque enim in alio
B ægro tale quid aſcripſit: nec inſtituerat hic morborum tradere diſcrimina: ſicut inuenias in libris
conſcriptis de morbis. Abſurdum præterea eſt, cum nullam habeat conſequentiam.

AEGROTVS XII

9 *Mulierem, quæ decumbebat in Mẽdacium foro, primum Enixam cum dolore maſculum, corripuit Ignis. Initio ſta
tim ſitibunda, cor illi dolebat, faſtidiõſa, lingua arida, venter turbatus tenuibus paucisq́;, non dormiuit. Altero die
aliquantulum riguit, febris acuta, modicus ſecundum caput et frigidus ſudor. Tertio cum dolore deiecit aluus cruda,
multa, tenuia. Quarto ſubriguit, omnia iritata ſunt, inſomnis. Quintum diem laborioſe tranſegit. Sexto eadẽ erant,
aluus reddidit humida, copioſa. Septimo ſuperriguit, febris acuta, ſitis ingens, ſe iactauit: Sub veſperum per totũ cor
pus ſudauit frigidum: frigus partium extremarum, nec redibat illis calor: Iterumq́; nocte ſuperriguit, extremitates
calorem non recipiebant, non dormiuit, non nihil delirauit, ſtatimq́; ad mentem redijt. Octauo circa meridiem redijt
calor, ſitibũda, comatoſa, faſtidioſa: vomuit bilioſa, pauca, ſubflaua: Nocte grauiter ſe habuit, nihil quieuit, multum
affatim minxit inſcia. Nono omnia fuerunt remiſſa, ſub veſperum comatoſa, aliquantulũ ſuperriguit: vomuit ama
ra, bilioſa. Decimo rigor, febris exacerbata eſt, nihil dormiuit: Mane multam† in qua nihil ſubſideret, reddidit vrinã,
extremæ partes receperunt calorem. Vndecimo virulenta, bilioſa vomuit: non multo poſt riguit, rurſusq́; extremæ
C partes frigeſcebant: Sub veſperum rigor, ſudor frigidus, multũ vomuit: Nox grauis fuit. Duodecimo vomuit mul-
ta, nigra, fœtida: ſingultus multus, ſitis laborioſa. Tertiodecimo nigra, virulenta vomuit, rigor; Circa meridiem mu
ta. Quartodecimo die ſanguis de naribus: Defuncta eſt. Huic perpetuo Venter erat lubricus, Horrebat. Annum
Aetatis agebat circiter Septimumdecimum. Febris ardens.*

*Non eſt in antiquis. vide & Gal. 2. de Dyſpnœa ca. vlti.

† *ὑπόστασιν οὐκ ἔχον eſt in cod. Græco, vt vertit interpres. in alijs tamen eſt ὑπόστασιν ἔχον, i. quæ ſubſidentiam haberet.*

Siue Athenis in Aſtutorum foro decumberet hæc muliercula, ſiue alia in ciuitate, alijs permit-
timus inueſtigare. Nos quæ per totum acciderunt morbum attendamus, à quibus illa non poterat
ſuperſtes eſſe: ſiquidem ab initio omnia mortalia erant. Ac magis mireris, quî factum ſit, vt diem
quartumdecimum potuerit attingere. Sed ideo, quantum cenſeo, ad finem eorum, quæ ei accide-
runt, addidit /annum ætatis agebat circiter ſeptimumdecimum/. Habuit igitur etiam ętatẽ adole-
ſcentem, ideoq́; robuſtam. Conſtat autem præter ætatis robur, & eam fuiſſe ſua ſponte naturę non
infirmæ, alioqui non perduraſſet. Nam cum neq; aliud illi quicq; accideret ſalubre: ac ſecundo ſta-
tim die riguiſſet aliquantulum, & acute febricitaſſet: tum ſecundum caput ſudaſſet non nihil, & id
frigidum: deinde eſſent die quarto iritata oĩa, dieq́; ſeptimo iterũ ſuperriguiſſet, ac lingua inaruiſ-
ſet, febricitaſſetq́; acute: iamq́; vltra quod extremæ partes frigidę illi eſſent, etiam nõ rediret his calor:
D quî illa non aut nono die, aut vndecimo, ſit neceſſario mortua? Produxit itaq; vitam ad diem vſq;
quartumdecimum propter ætatem & naturæ robur: quæ idem robur oſtendit concitanda
quartodecimo die ſanguinis eruptione. Sed enim morbo maximo non erat ſanguinis
vacuatio diſcutiendo. Morbi vero magnitudinem cum alia aperuerunt ſympto
mata, tum vomitionum nigrarum graueolentia. Nam ſemper exitioſa, quę
« fœtent, ſunt. Vnde etiam in Præſagijs ipſe dicit: ‖Putres omnes & in Prog. cō. 2. t. 42. 4d. 201. h
« graues odores, quauis in vomitione, mali ſunt. Quod autem
in fine eſt aſcriptum /febris ardens/ perinde eſt ab-
ſurdum, ac id quod in ſuperiore ægra ad
exitum ſcriptum erat, ni-
mirum /phre-
nitis/.

Galeni

GALENI IN LIBRVM TERTIVM HIPPOCRATIS DE MORBIS VVLGARIBVS COMMENTARIVS TERTIVS

ARGVMENTVM

Deſcribit Auſtrinam humidam ac omnino peſtilentem Tempeſtatem, Aegrotis Sedecim ad finem Adiectis.

QVia ſtatum hîc peſtilentem Hippocrates deſcribit,quæ ad interpretãda ea, q̃
dicturus eſt,conferunt, ſuperius à nobis elaborata hic ſummatim cõmemo-
rabo: deinde ad eius accedã verba. Primùm *κατάστασιν* i.ſtatũ ab eo ſolere
4 non tẽperamentũ tm̃ aeris p̃ter naturã,ſed ẽt oẽm cuiuſuis rei formã ita appel
lari recordemur. Poſtea naturale quoddã eſſe vnicuiq; anni tpi temperamen F
tum. Deinde mutationẽ eius præter naturã in cauſa eſſe, cur corpora noſtra
corripiant morbis. Ad hęc ad memoriã illa reuocemus,q̃ ſcripſit in aphoriſ-
3ª.Apho. 15.& 16.Ex.ord.22. f.h mis in hæc verba: ‖Ex anni aũt ſtatibus (quod in totũ dixerim) ſiccitates im »
bribus ſunt ſalubriores,& minus lethales. Morbi vero in pluuijs ſtatibus magna ex parte exiſtunt »
febres longæ,alui profluuia,& putredines. Iam ea quoq;,quæ cum principium interpretarer ſecũ »
di libri Vulgarium morborũ ſcripſi,ad memoriam reducamus: Præterea quæ in primo libro vul-
garium morborum,vbi de ſtatibus egimus. Hæc aũt,quæ retuli,ſi quis retinuerit,ac nauiter ea le-
gerit,ad horum interpretationem,quæ nunc ſunt nobis propoſita,perueniat.

STATVS {PESTILENS}

1 *Annus Auſtrinus, pluuius, A ventis in totum ſilens.*

Primo libro morborum Vulgarium tempeſtates ſeu ſtatus tres deſcripſit: Hic vnam duntaxat
hanc,quam nos hic interpretari inſtituimus. Et vero ẽt ſecundo morborum Vulgarium ſunt ſcri
ptæ aliæ: quem tñ conſcripſiſſe,quo ǽderet,vt primũ & tertiũ,nõ videt.Nec vero præſcripſit mox G
ab initio ijs in libris narrationi eorum,quæ acciderant, Status: ſed ſtatim narrare auſpicat̃ quæ ani-
1.Epid. com. 1. t.1.3ª.101.g maduertiſſet in morbis,qui viguerant,& in aeris temperamento. Itaq; ‖in Thaſo,inquit, Autum »
no circa æquinoctium,& ſub Vergilias,multum pluit,contineter & †leniter flãte Auſtro. Itidem
† *μαλθακῶς ἐν νοτίοισιν. vide 1. Epid. ſect 1. com. 1. pag.101.g.h* duos auſpicatus eſt ſequentes ſtatus. At in præſenti ſtatus nomen in oĩbus fere exemplaribus ha-
betur: non tñ quo hæc loco acciderint ſignificatur. Peſtem ſiquidem, quæ multarũ fuit gentium
cõis,hoc libro narrat. In exemplaribus,quæ vt legebat Dioſcorides habent,non ſolum ita eſt ſim-
pliciter ſcriptum /ſtatus/ ſed additum eſt /calidus & humidus/: atque in medio ſpatij quod lineas
interſecat,totum hoc ſcriptum eſt,ſicut in alijs exemplaribus ſolum /ſtatus/. Inuenias quædã,quę
ne hanc quidẽ in medio habeãt inſcriptionẽ: quędã item,q̃ nihil plane. Vnde non eſſe inſcriptio-
nem ſuſpiceris Hippocratis,ſed forte illorũ,qui ęgrorũ hiſtorijs ad finẽ notas adſcripſerunt. Verũ
hæc vtcunq; ſe habeãt,nec vlli læſioni ſunt,nec vſui vel ad præſagiendũ,vel curandum. Ad ea itaq;
exponenda,vnde aliquid commodi prouenit,conuertamur. Annus auſtrinus, pluuius, à ventis
2.Epid.ſect.1. in totũ ſilens. Huic ſimile tẽpeſtati principiũ eſt ſecũdi Vulgariũ morborũ hac ſerie dictũ: ‖Erãt »
in Cranone carbunculi æſtiui,pluerat p̃ æſtum largo imbri, idq; aſſidue. Acciderãt aũt magis Au »
ſtro. Differunt tñ inter ſe hi ſtatus,tum ꝙ hic toto in anno id fuiſſe aeris circunflui intemperamen H
tũ,in ſecundo libro æſtate tm̃: tũ ꝙ hic adſcripſit /à ventis in totũ ſilens/ id quod illic non addidit.
Arbitreris fortaſſis, quod illo libro addidit /acciderunt magis Auſtro/ hinc tale quid ſignificari:
nam hic ẽt auſtrinũ ſimul & tranquillũ totũ dicit annũ fuiſſe, nobis ita accipientibus tanq̃ poſſit
tranquillus ſimul & auſtralis aut aquilonius eſſe & dici totus annus: quod paulo inferius declara-
bitur. Ad memoriã vero reuocemus multas nos tẽpeſtates vidiſſe à ventis ſilentes,& tranquillita-
te præditas,non tñ eodẽ inter ſe modo,verũ hanc lenẽ & irriguã: illam ſiccã et gelidam,atque hæc
oĩno eſt ſerena. Lenis autem eſt nebuloſa & turbida tempeſtas auſtrinaq;, & non nunq̃ nubium
plena: Cõtraria huius, aquilonia,& vbi prorſus nullus in aere apparet motus,ſed plane ſit,quam
vocant, tranquillitas. Haud alius enim videtur aeris ſtatus eſſe, ac maris. Sicuti igitur illic ſemper
eſt fluctus in alto,vel maior,vel minor,qui interim ob paruitatem non animaduertitur, ni ſtrictus
eum excipiat locus, quod in Chalcide Eubœæ, & Meſſina Siciliæ cernas: ſic aer quoq; plane im-
motus & quietus haud videtur vnquam eſſe, tamen interdum nos, quia motus eſt paruus,fugit.
Ac nubes per eas tranquillitates conſpicimus, quæ frequenter nobis conſiſtere videntur, cum
re vera moueantur. Nam conſpiciuntur ſtatim in alia aeris regione: quod illis ſi nequaquam mo
uerentur, non vſu veniret. Huiuſcemodi etiam hæc cenſenda eſt toto anno tempeſtas fuiſſe. Tan-

tum

A tum autem hæc distat ab eo quæ fuit in Cranone descripta secundo libro, quãto est diuturnior. Tñ affectus vtriusq; cõis tempestatis putredo est, vtiq; cõem etiam causam obtinens, humiditatẽ citra ventos. Et videtur putredo õis ex materia quidem gigni humida: ex causa vero efficiente, extraneo & præter naturam calore: augeri porrò immobilitate. Nihil itaque putrescere quod omni ex parte est siccum, omnes manifeste videmus: neq; enim lapis, vel tegula, nec aurum, nec argentum, nec æs, aliud'ue eius generis putrefieri cernitur. Iam eorũ quæ putredini sunt obnoxia, hæc superesse in temperamentis frigidis diutissime, ne hoc quidem præterit quenquã: adhuc magis, vbi ab eiuscemodi ventis ventilantur. Sanè vestem etiam homines continenter quatiunt, præcipueq; cũ humidus sit calidusq; aer, quod immobilitas eam putrefaciat. Ita arteriarum in animãtibus motus cũ alias commoditates, tum eum vsum præstat. Et vero ipse in Aphorismis Hippocrates asserit, vt prædixi, in pluuijs tempestatibus putredines existere. Quare corporis humores hinc liquet necessario computruisse. Iam ipsius dictiones subsecuti, separatim singula consideremus.

2 *Cum paulo superioribus anni temporibus Squalores præcessissent, sub Arcturum flante Austro multum Pluit.*

B Didicisti iam in statibus libro primo descriptis aeris temperamentum ex salubri & naturali ordine variasse. Didicisti etiam, qui hic sit status, & quatuor eius esse præter naturam simplices, quatuor item alteras compositas conuersiones: Simplices in calore tantum, frigore, humiditate, et siccitate: Compositas in calore & humiditate, calore & siccitate, algore & siccitate, algore & humiditate. Nunc ergo horum, quæ didicisti memor, subsequere huius status narrationem. Hippocrates, Cum paulo, inquit, superioribus temporibus squalores præcessissent. deinde adducit, Sub Arcturum flante Austro multum pluit. Videtur etenim superiore iam anno aeris circunfusi non vndequaq; temperamentum constitisse naturale, non viguisse tamen ea tempestate vllus morbus, vt vocant, vulgaris. Nam in aphorismis didicisti, vbi sic dicit: " Ex anni autem statibus, vt semel dicã, 3ª. Aph 15. Ex. ord. 22. f
" squalores imbribus sunt salubriores, & minus lethales. Hoc etiam minus incidit eiusmodi aliquis morbus, quod siccitate tantum excelleret temperaturæ immutatio, præter vllam alterius oppositionis mutationem, à qua aut calidus fieret magnopere, aut frigidus aer. Verumenimuero illa vehemens conuersio sub Arcturi videtur exortum se protulisse: qui aliquãto spatio autumnale æquinoctium præcedit. Iam vero qui illi autumnus, quę deinde bruma successerit, postea quę hanc exceperint tempora anni, si eius persequamur dictiones, discemus.

3 C *Autumnus Vmbrosus, nubilosus, Large pluit. Hyems erat austrina, humida, & lenis.*

Vmbrosum dixit pro caliginoso: quod non lucidum significat, nec purum, neq; omnino serenum. Nanq; solent etiamnum qui Asiam incolunt Græci, σκιώδη & σκιαρὰ id est vmbrosa, omnia quæ ad nigrum declinant, appellare. His etiam dictionem ζοφῶδες i. caliginosum attribuunt, & φαιὸν i. fuscum, quod prope ad nigrum accedit. Apertum est aũt huiuscemodi non posse fieri aerem, nisi multis nubibus, ijsq; non splendidis, obducatur. Nubilosum igitur virtute complectebatur vmbrosus. Sed te non latet eam loquendi rationem non Hippocrati tantum, sed multis etiam esse alijs veteribus familiarem. Iam etiam dixit, Hyems erat austrina, humida, & lenis. Sũt qui Austrum semper ducant esse humidum: quod non est ita: videtur enim siccus aliquãdo esse, quem Leuconotum vulgus {Latini Caurum} appellant. Et Poeta talem nobis Austrum indicat dicens,

" Αὐτὰρ ἐγὼ ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο νότοιο.

Siquidem purum Austrum, quem fieri sine imbribus scimus, eo vocauit nomine. At vero primo etiam Vulgarium morborum in primo Hippocrates statu: " Cum esset autem totus, inquit, 1. Epid cõ. 1. t. 8. 3ª. 104 b
" hic status austrinus & cum squaloribus. Atq; is Auster subinde vehemens est. Semper ergo aper-
D tum habet motum. Lenis alius est Auster, cuius motum in aere & nubibus non sentias, qui calidus semper est. Caurus interim frigidus manifeste videtur.

4 *Multo post Solis reuersionem, circiter Aequinoctium, Aspera erat extrema Hyems. Et iam sub Aequinoctium †Boreas spirauit, & Ninxit, non ita diu.* * Βόρεια χιονώδεα χειμὼν οὐ πολλόν.

Pars hæc quædam tempestatis contrariæ intercessit, vt hic dixit, non ita diu.

5 *Ver Rursus Austrinum, sine Ventis: Pluit multum & continenter ad Canem Vsque.*

Indicauit tibi lenem hyemem scribendo ad hunc modum /ver rursus austrinum, sine ventis/ nã verbum rursus, vt contrarius status interuenit, innuit ad suum temperamentũ redijsse aeris statũ.

6 *Aestas serena erat & calida, magni erant æstus. Etesiæ paruæ dispersim spirarunt.*

Lenitas hyemis, & Veris tranquillitas, cum æstate ęstuosa suffocante'ue cõgruunt. Nam cũ sua sponte sit æstiuum tẽpus calidũ, si ventorum accesserit tranquillitas, necessario æstus suffocatio'ue cõsequitur. Hoc fit, vbi neq; Prodromi (quos vocant) flant, neq; qui eos sequuntur, quos Etesias appellãt. Dirimit eos Canis ortus. Et ipse ẽt Hippocrates addidit /etesiæ paruæ dispersim spirarũt/.

7 *Sub Arcturum Rursus spirante Borea multum Pluit.* E

Rursus, ad pluuiarum exundātiam, non ad Boream refertur. Nam superiore Arcturi ortu multum pluerat, & subinde postea, Boreas vero rarus spirauit.

8 *Cum esset totus Annus Austrinus, humidus, et lenis, per Hyemem quidem Salubriter egerunt, præter Tabidos, de quibus modo scribemus.*

Integrum statum, ꝙ parui omnino aquilones fuissent, ab dominantibus in eo humidum appellauit, & austrinum: nam ꝙ tranquillum & calidum, lenem appellet, antea didicisti. Verum haud dum ea tempestas, licet esset repētina, mortales magnopere offendit propter superioris anni squalidi temperamentum. At cœperunt affectus quibusdam tabifici, qui scilicet huic vitio patebant. Ipseq; adeo posthac se recipit scripturum quæ illis acciderunt.

9 *Ante Ver vnà cum frigoribus consecutis, Sacri Ignes multi hos cum occasione affecerunt, illos non: Qui maligni cum essent, Multos interemerunt.*

Sacrum ignem didicisti à biliosa fluxione oriri, at non illa semper tñ praua & putri. Planè.n.cō- F tra, vbi mitis sit fluxio bilem pallidam obtinens, quæ in nobis naturaliter gignitur, solet quidem sacrum ignem facere, nullum tñ ex eo dare damnum, si quidem rectè tractes. At non erat nunc talis, qui sacrum ignē excitauit, humor, sed malignus, qui eroderet putrefaceretq;, ab exuperāte humida ventorū trāquillitate generatus illis potissimū mortalibus, quibus cū sua ipsi spōte alijs essent biliosiores, et victus biliosum magis eis succū cōgessisset. Siquidē morborū proficiscunt differentiæ ab aeris circūflui tēperamento, pp naturā cuiusq;, & victū quē sanus seruat. Victū (græce δίαιταν) appello, non hunc tm̄, qui cibo & potione constat, verū etiam qui oībus alijs, vt ocio, exercitatione, balneo, venere, somno, vigilijs, & vero oībus, quæ quouis fiunt modo in corporibus humanis.

10 *Multi è Faucibus laborabant, Voces erant Vitiatæ.*

Quibus caput sua sponte prompte replebat, his in præsentia exundantia humorum plenū, in pulmonē cœpit & ventrē per fauces fluxiones demittere. Porrò iure dicit voces etiam his affectas fuisse, nempe & hoc assidue fieri videt destillationibus, vbi abunde fauces & guttur irrigauerint.

11 *Febres Ardentes, Phrenitici.* G

Ardentes febres extiterunt inuadentibus in iecur & ventrem biliosis excrementis: Phrenitici vero caput petentibus.

12 *Ora Aphthis Vitiata, Pudenda tuberculis: Lippitudines, Carbunculi.*

Singuli hi affectus ferè non sunt cacoethes, vti de sacro igne diximus paulo ante: nō nunquam vero etiam sunt cacoethes, vti nunc, ꝙ putridus esset, qui abundabat, humor. Quare in omnibus quos recenset morbis, hoc mihi semper memoria teneto, neque aphthas puta ægros tenuisse, vel quodcunq; aliud incommodum de more, sed simul cum membrorum putredine. Memineris etiā hanc communem rationem, ab eodem statu genitum omnibus putrē humorem non easdem insidere partes, ꝙ nec per naturam omnium in eadem cōditione corpus esset eo statu, sed esset alia alijs pars infirmior. Aphthæ itaq; frequentissimè sollicitant puerorum ora, quæ exulcerationes sunt in summo, quia omnia eorum sunt mollissima membra, & quasi muscosa: insuper os est omnino etiamnum insuetum cibarijs & poculis. Vbi ergo acrimonia quapiam lac sit mammæ præditum, aphthas generat: quæ facile sedantur, si infantis os modice astringas. Si vero humor affluat prauus, semper aphthæ prodeunt cacoethes. Iam carbunculorum perpetuo est periculosus affectus, H nam ex vitiosis constat humoribus. Quare nunc erat verisimile fuisse perniciosissimum eum, qui vltra natiuam malignitatem, etiam quam status afferebat, adiunctam haberet. Verum satis de huius est affectus origine dictum, cum principium secundi Vulgarium morborum enarrabam. Reliqua huius capitis clara sunt.

13 *Alui Turbatæ, Cibum fastidiebant.*

Ex vitioso humore, qui à capite defluxerat in fauces, quod in pulmonem inuaserat, tabificos constituebat affectus. Quòd vero in ventrem deriuatum erat, quia subibat mordicando†, ventris profluuium concitabat: quod significauit hisce verbis /alui turbatæ/. In transitu item, ventris facultatem ciborum appetentem afflixit, vnde cibos fastidiebant.

14 *Quidam Sitibundi erant, Quidam non.*

Pluribus de causis nec siti caruisse omnes, nec fuisse sitibundos probabile est. Videtur humiditas omnibus putredinosa fuisse collecta, verum nō pari quantitate, aut æque praua. Quamobrem fieri potuit Aliquos non sitire, vt illi qui cibum fastidiebant, ob facultatis potus appetendi offensam:

† Codex græcus Basil. habet ἐκτάραξιν αὐτῆς ἐποιεῖτο, i. ventris exturbationē (interpres vertit profluuium) cōcitabat. Ald. n° verba hæc non habet, sed vacuus est locus, ac si aliquid hic deesset. In alijs tamē cod. antiquis græcis nec ea verba adsunt, nec locus videtur mancus. Atq; ita posset tota hæc sententia verti. Quod vero in ventrem descendebat, deorsum subibat cum mordicatione, id quod significauit &c. Atq; ita omnino arbitror legēdū: neq;.n. turbatio hoc in loco videt esse profluuium, sed trāsitus materiæ (paucæ uel multæ) cū mordicatione et dolore. Vt clare etiam mox īfrà com. 15. apparet.

A ſam: liquet autem peſſimam fuiſſe horum affectionem, nec malignam illis humiditatem in ventrem confluxiſſe: Alios vero ſitibundos fuiſſe, quo'd conflueret in ventrem vitioſus humor, nec dum adeo lęſiſſet eius os, vt potionis appetens facultas iam corrupta eſſet.

15 *Lotia turbata, multa, mala.*

Lotia fuiſſe turbata ita accipe, vt dudum, cum diceret /alui turbatæ/ nam ad renes quibus vitiatus humor defluxit, his neceſſario lotia turbabant, hoc eſt cũ mordicatione & dolore pertrãſibant. Quod huic eſt annexum /multa, mala/ poteſt ẽt de lotijs dictum eſſe: Poteſt ẽt ipſum ſeorſum, vt vna hac oratione multitudine indicet ſymptomatũ prauorũ fuiſſe id tẽporis ægrotantes affectos. * *in impreßis legitur* ἀνα-κάλιον ... *quibus* ... τως ἐγένετο *i. merito.*

16 *Comatoſi diu, Rurſusq; inſomnes erant.*

Coma vigilijs vacãs ab humiditate didiciſti, et refrigeratione fieri cerebri: "Vigilias comati nõ commiſtas, a' ſiccitate & calore. Nunc ergo cum, qui increuiſſent humores, humiditatem obtinerent exuperantem, verum non eam tñ vniuerſam acrem, humiditas comatoſum affectum: acredo ex putredine induxit vigilias. Itaq; cauſæ contrariæ contraria merito ſymptomata peperere. ...3. f.1.t.4.c. .01 e

17 B *Multi prorſus Non iudicabantur morbi, Quidam ægre.*

Quæ erat humoris vitioſitas, quidam morbi haudquaquam decreuerunt, aliqui praue.

18 *Aquæ inter cutem.*

Vel hoc pathema quoſdam dicit ex abundantia prauorum humorum affeciſſe. Omnem enim hæc poteſt morbum concitare, alium alio in corpore, pro eorum naturalibus differentijs & viuendi diſſimili ratione, vt paulo ante {eſt dictum.}

19 *Tabidi multi.*

Retuli etiam ſupra, quod ex capite in fauces defluxerat, vbi per guttur in aſperam arteriam & pulmonem veniſſet, eiuſcemodi vitia produxiſſe.

20 *Habes Morbos, qui Vulgabantur.*

Vnus de vulgaribus morbis, & ipſe peſtilens eſt, vt in libro quoq; de victus genere acutorum
«C dictum eſt his verbis: ‖Nam ſiqñ nulla morbi peſtilẽtis forma cõis vulgetur, cęterum diſperſi ſint de Vict. rat. in
« morbi. Neque enim certi eſt morbi nomen vulgare vel peſtilens, cæterum quicunq; vno in loco morb. acut. cõ.
multos ſimul inuaſerit, vulgaris hic vocatur: qui ſimul ſi hoc habeat vt multos perimat, peſtis fit. 1.t.9.7[a]. 109.a

21 *Ex Qualibet morborum, quos recenſuimus, ſpecie Complures ægrotabant & moriebantur. Acciderunt autem cuiq; horum in hunc modum.*

Cum dicit, & complures moriebantur, peſtilentes fuiſſe morbos, qui vulgarentur, demonſtrat. Qui quando diuerſi fuerunt, de ſingulis ſeparatim infra acturum promittit.

22 *Multis quidem Sacer Ignis cum occaſione ex quibuslibet & admodum paruis Vulnuſculis in toto corpore accidebat, præcipue Vero ſexagenarijs, ſecundum caput, ſi Vel minorem paulo quis curam adhiberet. Magna pars in ipſis etiam curationibus, magnis Inflammationibus corripiebantur: Sacerq; ignis multum celeriter Vndiq; depaſcebatur.*

Cuius præ omnibus meminit primi pathematis, iure nunc primi etiam ſingulas reddit differentias: quod accidiſſe quibuſdam dicit paruis de cauſis, quas vocauit occaſiones: et multos qui à medicis curabantur, magnas eſſe inflammationes conſecutas, ꝙ ſacer ignis ſcilicet plurimum depaſce D retur. Plurimis iam caput hunc ſollicitaſſe, quando repletum hoc maxime in auſtrinis eſſet & calidis ventorum tranquillitatibus. Cur autem ſexagenarios hic præter cæteros tentaret, hoc in cauſa eſt. Foris ambiens præter naturam calor cauſa, quamobrem corporis putreſcerẽt humores, fuit, ſicut natiuus calor, vbi ſuum natiuum exacte temperamentum ſeruat, plus alijs humoribus ſanguinis efficit: quando vero in magis igneum verſus fuerit, pallidam & flauam bilem. At calor externus putredinis auctor humorum eſt: nam materia quidem humiditas eſt: cauſa efficiẽs calor præter naturam. Quare ſenes, qui ſuperfluas ſemper humiditates ob naturæ imbecillitatem coaceruant, vt his acceſſit aeris calor ex illa effectus tempeſtate, humorum putredinoſę corruptioni fuerunt iuuenibus opportuniores.

23 *Pleriſq; itaq; horum in Suppurationes Abſceſſus contigerunt: atq; Carnis multũ et oßium neruorumq; decidit.*

Malignitas abũdantis humoris ex magnitudine conſtitit putredinis: atq; dictis ſubtexẽs dicit,

24 *Erat aũt illa Fluxio, quæ collecta erat, non aßimilis puri, uerũ alia quæpiã putredo: ipſaq; Fluxio multa et Varia.*

Hippocrates aperte tibi indicauit, quod nos ſæpe iam diximus, corporis humores propter humiditatem & aeris tranquillitatem computruiſſe: atque idcirco pus non generauit. Compu-
treſcebant

treſcebāt vero ob prauos humidos humores ſolidę partes. At variam eſſe fluxionem propter pu- E
treſcentium diuerſitatem, ratio erat: nam à communi putredinis cauſa ſingula putreſcentia pecu-
liarem obtinent corruptionis ſpeciem.

25 *Quorum ergo Caput horum quid tentaret, His caput totum Glabreſcebat et mentum: Oſſáq; denudabantur, deci*
debantq;: Multæq; extiterunt fluxiones. His adiuncta aliquando, aliquādo non, erat Febris. Erant autem hæc for-
midabiliora, quàm deteriora. Quibus enim ad Suppurationes hæc ſpeciēs deuénit, plurimi Superſtites horum erant:
At vero quos Inflammatio reliquit & ſacer ignis, nec talem abſceſſum effecit vllum, hi frequentes Perierunt. Et ſi
vſquam loci alterius in corpore oberraret, euenerunt hæc. Etenim multis Brachium vel totus Cubitus decidit. Qui-
buſdā hæc Anteriora latera afficiebant, vel poſteriora. Non nullis totū Femur, vel Tibiæ denudabātur, peſq; totus.

Humorum putredo, cuius eſt commune munus, vt illas partes, in quas impingat, corrumpat,
terribiliorem in capitis partibus ſpeciem præbuit, propterea, quod licet vel paulum de natura hic de-
flectant, maiór fiat ſugillatio, quàm cæteris in partibus multum à natura diuertentibus. Nam, à femo-
re vel brachio vel tibia vel cubito ſi cutis receſſerit, minorem prębet mali ſpeciem: at ſi capitis vnà
cum cute crines defluxerint, atq; adeo mēti cum illis, vitij ſit facies magna, periculum vero minus,
quàm ſi is pudenda affectus teneat, aut guttur, aut thoracem, aut aliam principem partem. Neque F
tamen, quæ caput ita tentabant, formidabilia magis erant quàm peiora, verum etiam quæ cuilibet
aliæ parti decidebant. Peiora enim erāt, in quibus in profundum ſeceſſit humor ignem ſacrum ef-
ficiens, cum in viſcera ſe & in principes partes conferens, præter alia ſymptomata febres etiam acu
tas generabat. Quibuſdam tamen, quibus in ſuperficie erat eiuſcemodi putredo, partes etiam ci-
tra febres marceſcebant: quorum quidam hac de re præcipue incolumes euaſerunt, vitioſis humo
ribus ſimul cum ipſis partibus quas ij putrefecerant, emiſſis. Oberrabat enim, vt ipſe vocauit, flu-
xio per totum corpus, hoc eſt temere nulloq; ordine & caſu vagabatur, vt præſagire medicus arte,
quò eſſet decubitura, non valeret.

26 *Erat omnium id Grauiſſimum, cum Pubem & Pudenda vrgeret.*

Etiam abſque peſtilente ſtatu, vbi has regiones inflammatio vel ſacer ignis obſederit, facillime
putreſcunt, vnaq; partes ſuperiores afficiunt. Vnde nobis eſt ſæpe neceſſe, vt putrida præciderí-
mus, locum veluti radicē inurere. Nihil habet ergo admirationis, vbi is eſſet ſtatus, vt brachium,
cubitus, femur, tibia, latus, caput, computreſcant, ſi plurimum offendantur pudenda.

G

27 *Atq; Vlcerum, & eorum quæ occaſionem habuerunt, Hæc fuit conditio.*

Hactenus verba de ſacro igne fecit, qui ex vlcere, aliam'ue ita paruam ob cauſam externam con
ſtitit. Poſthac de ijs, quæ ſine tali cauſa inciderunt, tractabit.

28 *Multos autem vnà Cum febribus, & Ante febrem, atq; A febre arripuerunt.*

Non ob vlcus his, aut alia de cauſa externa quæ ſit manifeſta, ſed vt cōſueuimus dicere, ſua ſpon
te prouénit ſacer ignis: atq; partim ſimul cum febre inuadebat, partim eum febres aut conſecutæ
ſunt, aut præceſſerant.

29 *Habebant hæc illud, vt Quæ per ſuppurationem abſceſſum molita eſſent, Aut ſi cōmode turbata eſſet aluus, Aut*
vrinarum bonarum extitiſſet excretio, hinc Soluerentur: Quibus horum Nihil acciderat, obſcureque euaneſce-
bant, vt Lethalia eſſent.

Paulo ante etiam cauſa reddita eſt, cur ſuperſtites eſſent magis, quibus per putridam partem ma
lus humor vnà cum illa de corpore decideret. Nec eſt obſcurum, quin ſi & per ventrem & vrinas
expurgatus fuiſſet, moleſtus, dum excerneretur, fuerit, profuerit tamen vniuerſo corpori. H

30 *Vere longe Plurimos exercebant Sacri Ignes: tenebantq; Aeſtate & ſub Autumnum.*

Genuit quidem, vt dixi, vitioſos humores ſtatus difficulter tranſpirans, qui humidus calidusq;
erat & ventis carebat, quos in corpore frigora concluſerunt, vt etiam in primi libri vulgariū mor
borum prima tempeſtate eſt dictum. Merito itaque vere varij morbi inceperunt paulo ante com-
memorati: nam hoc loco illi eſt de ſacro igni ſermo: quem, quando emicuit primus, primū quoq;
deſcripſit. Itaq; de his, inquit, ſacris ignibus, qui inceſſerunt initio veris, quidam totam æſtatem
durauerunt, & autumnum. Cum autem vtroque modo hæc verba intelligi poſſint /tenebantq;
æſtate & ſub autumnum/ & quòd, quamuis ipſi in vere generarentur, eorum tamen ſubſiſtentia
vſq; ad autumnum duraret: & quòd, cum adhuc generarentur, eorum generatio vſque ad autum
num duraret: ita vt alij quidem vere generarentur ac deſinerent, alij ęſtate, alij itidem autumno ge
nerarentur ac deſineret: rectius ſecunda hac ſignificatione accipias. Neque enim rationi conſenta
neum eſt ineunte vere natum ad autumnum vſq; productum eſſe ſacrum ignem. Omnino enim
interea hominem interemerit, ſi magnopere eſſet cacoethes: vel per putreſcentes partes putredi-
ne expurgata diſcuſſus ſit.

Non

31 A *Non nullis multa erat Turbatio, Tuberculaq; ad fauces, Linguæ inflammationes, Abſceſſusq; ſecundũ dentes.*

Affectus hoc loco perſequitur partium, de quibus antea non meminit.

32 *Voces multis ſignificauerunt quòd eſſent Vitiatæ & κατειλοῦσαι, Maximè iis quidem, qui cœpiſſent tabeſcere: Tamen etiam ardente detentis febre, phreniticisq;.*

Equidem etiam quod eſt ſupra in ægro, qui ordine eſt vndecimus, ſcriptum, vbi ſic ait, δεξιὸν ἴλλαινεν (quod nos, dexter oculus erat diſtortus, vertimus) ſuſpicabar eſſe ab alio inductum. Etenim Heraclidis filius Hippocrates, cuius etiam Aphoriſmos eſſe & Præſagia autumant, vſitatiſſimis eſſe vſus et proinde claris vocabulis videtur, quę vocare rethorici ciuilia ſolẽt. At vero ἰλλαίνειν non eſt iſtius generis: eoq; minus κατιλλαίνειν, vel κατιλλαίνουσαι, maxime cum de voce, non de palpebris dicitur. Ad hæc propter dictionis formam, quæ actiua, non paſſiua eſt: rectius enim (ſiquidem prorſus voci ſtatuerat adaptare hoc nomen) erat κατειλουμέναι ſcripturus non κατειλοῦσαι: & multo quidem rectius hoc, κατιλλαινόμεναι. Nam de ἰλλαίνειν participium ea deducas figura: appello autem hoc ſcilicet participium more grammaticorum. Atqui nullus ſit ſen-
B ſus, ſi de vocibus dicatur κατειλοῦσαι, vt quidam intelligere nos interpretes voluerunt, tanquam tendat verbum ἰλλαίνειν ad diſtorquere. Nam κατειλοῦσαι ſignificat diſtorquentes, κατειλουμέναι vero diſtortæ. Multi itaque vna in dictione errores commiſſi videntur, dum κατειλοῦσαι accipere, vt multis eſt viſum interpretibus, volumus, quaſi à dictione ἰλλαίνειν deſcenderit. Etenim actiuum eſt ἰλλαίνουσαι, ἰλλαινόμεναι paſſiuum, & adiecta propoſitione κατιλλαίνουσαι. Atqui εἰλοῦσαι & κατειλοῦσαι ab ἰλλαίνω deriuari non videntur: nec vero etiam εἰλουμέναι & κατειλουμέναι. Per autem raro inuenias apud veteres hoc genus verba & nomina, ἰλλαίνειν dico & ἰλλός, à quo videtur Sophron comparatiuum quod vocant grammatici, feciſſe, ἰλλότερον τἀνκύονα. Quare rectius dixeris, ſi quidem de his velis nugari, non ἀπὸ τῆς ἰλλώσεως deductum εἰλοῦσαι, ſed ab alio quodam, quod cùm Plato, tum Antipho vſurpaſſe videtur. Plato quidem, cuius hæc
« ſunt in Timæo verba: Hanc igitur circuitu totam cutem [a] †deurebat ſulfur: qua vulnerata, cum
« humor per eam efflueret, humidum & calidum, quod quidem ſincerum erat, emanauit: miſtum
« vero, in quibus cutis erat, foras à [b] corruptione productum, longum fiebat, [c] †ſubtiliter extenſum
« ab impulſu. Quia vero ſenſim impellebatur ab aeris frigore, intro iterum ὑπὸ τὸ δέρμα εἰλούμενον
« κατερριζοῦτο, id eſt ſub cutem coactum firmabatur. Videtur enim pro concluſum vel repulſum
C in altum, εἰλούμενον hic vſurpaſſe. Quo ſignificato videtur etiam hæc ab eo eſſe ſcripta oratio: Ter-
« ram vero nutricem noſtram εἰλουμένην, id eſt quæ reſtringitur ad rationem in perpetuum conſti-
tutam. Eſt item apud Antiphontem in ſecundo libro De veritate inuenire hoc ſcriptum voca-
« bulum eo loco: Vbi ergo in aere imbres & venti ſibi mutuo aduerſentur, ibi cogitur aqua, & multum ſpiſſatur. Quod autem eorum, quæ committuntur, ſuperius ſit, hoc denſatur & cogitur, ὑπό τε τοῦ πνεύματος εἰλούμενον καὶ ὑπὸ τῆς βίας, id eſt à vento contortum & à vi. Sane & hic cõcluſum vel contractum in ſe denotare per dictionem εἰλούμενον videtur. Nunquid igitur in libro, quem explicare inſtituimus, qui de vocibus ſcripſit κατειλοῦσαι, tale quid ſignificari innuit, voces quaſi occluſas & coactas oſtendens? vt accipiamus de vocibus eſſe dictum, quæ exire nequeunt: quod incidit iis, qui gracili ſunt voce. An hoc minime conuenit? Potuit enim ſiſtentes, vel impeditas, vel tardas, vel aliquid tale ſcribere, qui ſignificare volebat adeo impedita eſſe voce hominẽ, vt vix loqui poſſet. Iam etiam à vinculo licet veluti vinctam accipere vocem eſſe dictã hoc loco: adeoq; indicat de vinculis ſe Poeta dixiſſe,
« *Ἴλασιν οὐκ ἐθέλοντα βίῃ δήσαντες ἄγουσι.*
« Ducunt vi vinclis religatum, qui renuebat.

A †Al. ſcon-pũgebat deus. B *Al. ſe-pãs i. latione. C †Al. tenui-tatẽ punctioni æqualẽ habẽ: propter tenui-tatem vero a ſpiritu circũ-ſtante retruſũ intro &c.

D Liquet porrò rectius fuiſſe, ſi κατειλουμέναι ſit ſcriptum, quàm κατειλοῦσαι: qui quidem communis eſt omnis expoſitionis lapſus. Nam quicquid ſtatuas à dictione κατειλοῦσαι ſignificari, actionem ſignificat, non paſſionem. Vnde maxime ſuſpiceris Hippocratis non eſſe dictionem: neq; enim adeo erat græci ſermonis imperitus, vt in eo offenderet ſimiliter vt pueri, qui modo literas diſcere cœperunt. Videtur enim paſſionem quãdam vocis indicari, ſignificatur tñ non paſſio ſed actio: paſſio vero vtiq; ſignificaretur ſcripto vocabulo κατειλουμέναι. Præterea ſi vel κατειλουμέναι ſcribamus, non eſt Hippocratis inſtitutum inuſitatis & infrequentibus vti noĩbus. Iam qui diſtortũ ſignificari putãt, cum his hoc pugnat, quod ille in Prȩſagiis diſtortum interpretaturus, ſic ſcripſit:
« ‖ Si reflexa ſit palpebra, aut labrũ aut naſus. ſed neq; reflexum, neq; aliud ex dictis, proprie de vocibus dicatur. Quare quidam huius interpretes libri, omnibus, quæ commemorauimus, abdicatis, pro /voces/ linguæ/ ſcribunt, exponẽtes linguas κατειλούσας quaſi deuinctas et difficulter motas. Quos quidem oportebat, vt voces mutauerunt in linguæ, ita vel potius quàm voces, dictionem κατειλοῦσαι in κατειλουμέναι vertere. Verum iam ſatis de dictione κατειλοῦσαι, non magno vſui, vt inuenta ſit, futura. Sat eſt enim noſſe, hic generatim dici & intelligi, propter deſtillationem, quæ illis ex capite deſcendebat, læſis vocis organis ſimul vitiatam eſſe vocem. Nam in humidis tempeſtatibus & calidis deſtillationem caput repletum ventri demittere & thoraci, operæprecium

in Prog cõ.1.t. 12.4.193.c

est scire, Primum discernendi causa, vtrum alia causa hoc ægris vitij induxerit, an ex vulgaribus sit E morbis: Deinde vt occurras ne in tale quid incurras: nam offensiones ex aere si prouideas, vbi & quemadmodum fiant, toto victus genere à tempestate dominante diuerso instituendo, declines. Præterea si prædicere consequentia velis, id quod certe ex vsu nobis est, vt in præfatione Præsagiorum ostensum est, vel ad hanc rem hoc commẽtabere, vt corporis in omnibus ambientis aeris statibus affectiones cognoscas. Quare contenti (vt diximus) hoc læsas voces fuisse, prærteritaq; dictione κατειλῦσαι, quod illi proximum est, inspiciamus. Primum enim hos ait, qui cœpissent tabescere, incidisse in id symptoma: secundo loco ardente detẽtos febre phreniticosq;. Proinde censeas tabidis hoc, affectus ratione accidisse: nam cũ multas alias causas & corporis status tabes consequitur, tum precipue destillationem capitis, quam potissimum vocis vitium comitatur. Verum febribus ardentibus & phrenitidi per se tale vocis vitium non succedit, vt incipientibus tabidis. Quia vero in hoc statu, qui calidus & humidus & sine ventis fuerat, caput contigit affici, phreniticos & ardente detentos febre consecutum hoc est communi de causa symptoma, nõ propter priuatam morbi molitionem. Desiccantur enim potius in illis, non irrigantur, partes voci attributę: vt accidit in hac tempestate. Quamobrem vox clangosa & acuta à siccitate efficitur vocalium organorum, rauca ab humiditate. F

33 *Quin Febres etiam Ardentes, & Phrenitis, ante Ver cœperunt post illa frigora, quæ præcesserant: ac Plurimi tum diu Aegrotabant. Acuta autem his & Lethalia contigere.*

Humorum putredinem, quam pridem pepererat aeris temperamentum, verisimile erat à frigore succedente in extrema hyeme impulsam in altum, morbos concitaturam sacro igni assimiles. Alios igitur quosdam, qui fuerunt huius generis exponet, hosq; ordine ab sacro igni primos iam scribit: hæ febres sunt ardentes & phrenitis, ab eadem illa quidem profectæ causa, sed differentes locis affectis. Nam quibus in iecinoris & vẽtris regionem maximeq; in eius os prauus humor decubuit, hos febres ardentes sollicitauerunt: quibus in cerebrum peruenit, phrenitis.

34 *Febrium Ardentium, quæ Vigebant, Hæc erat natura. Initio comatosi erant, fastidiosi, inhorrescebantq;: Febris non acuta, neq; magnopere erant sitibundi, neque deliri.*

Quę symptomata propter eam quę tunc erat tempestatẽ ardẽtibus febribus euenirent nõ propria morbi ratione, hęc annotat. Quare quidam pro κωματώδεις id est comatosi, male scripserũt, καυματώδεις i. æstuosi: nam est hoc febribus ardẽtibus peculiare, vt ẽt perpetuo sitire. Nullumq; G prope dixeris eximium esse aliud febrium ardentium insigne, verum abũde ex hisce duobus affirmaueris compleri, sitim assiduam atq; exurentẽ calorem ægris sentiẽtibus. Verum hic status cum caput multa humiditate impleret, comatosum aut oĩbus, aut plerisq;, vtcunq; laborarent, symptoma attulit, sub morbi inuasionem, vbi praui humores non dum eò deuenerant acredinis, vt vigilias vehemẽtes, deliria, phrenitimq; cõcitare possent. Ac coma perraro febribus ardẽtibus est adiunctum, fastidium persæpe: non est perpetuum tamen, vt prædicta duo, assidua sitis & deurens calor. Horrent vero, qui febre ardẽte tenẽtur, raro: quare hoc etiam annotauit. Quod iam sequitur /febris nõ acuta/ aliqui simpliciter, absq; negatione /febris acuta scribunt/ alij cum negatione in hunc modum /febris non acuta/ diuersam vtriq; scripturam, ratione inducti probabili, habentes: Qui omittunt negationem, q; diuelli ab ardente febre acuta febris nequeat, vti nec sitis: Alteri ideo scriptum cum negatione confirmantes, q; raro ijs & nouo exemplo acciderit cum coma, tum hæc febris. Quippe his quoq; illũ aiunt subiunxisse /neq; magnopere erãt siticulosi/ tametsi sit etiam febribus ardẽtibus hoc peculiarissimum: Esse itaq; cõsentaneum, sicut erãt non perinde sitibundi, sic eos nõ valde febricitasse acute. Potuit etiam, quod Hippocrates scripserat /febris nõ valde acuta/ esse ab eo qui primus excripsit corruptum, errorq; mansisse. Hic se offert non parua de omnibus Pathognomonicis signis quęstio. Nam si remotis ipsis, affectus potest species cõseruari, alia his pathognomonicis signis erũt nobis ad affectus cognoscendos certiora: quod qui constituat, volet illa merito pathognomonica indicia appellare: & quæ ante vocabantur indicia pathognomonica, assidentia. Quorum separari illa non possunt, & affectus (vt ita dicam) constituunt essentiam: Assidentia vero, ex ijs sunt, quæ sæpe illis accidunt. Si æger ergo non sitibundus sit, nec magnopere febricitet acute, qua iam nota esse morbum illum febrem ardentem dicemus? Quanq̃ enim permultis febre ardẽte affectis esse fastidiosis contingit, nõ est tñ hoc affectus propriũ: quippe cum multi ẽt alij quomodocunq; ægrotantes fastidiosi fiãt. Quare neq;, quod visum quibusdam est, qui sese duxerũt huiuscemodi dubitationes declinaturos, etiam nobis est pronunciandum, ab excrementis cognosci in primis febrem ardentẽ. Neq; enim mera in solis ardentibus febribus biliosa alui reddunt: neq; his solis syntexis id est colliquatio, accidit: verũ sunt hæc quidẽ symptomata maligna & exurentiũ febrium: ista tñ qui excernunt, multi modice sitiunt, & calores febris ferunt. Verum in præsenti statu ne tales quidẽ erant deiectiones. || Nã aluus, inquit, » his plerisq; turbata erat, atque deiectiones crudas excernebant, & multas, & tenues. Videtur ergo » Hippocrates febrem ardentem assiduitate cognoscere sitis, calorisq; exurentis: sicut phrenitim perpetuo

A.I.4.f.7. c. 40.414.c

Paulo inferius t.40.

A perpetuo delirio. Sic enim, quamuis non perinde sitiāt ęgri neq; valide exurantur, per totum aūt morbum dicta duo sint symptomata, febris ardens esse dicetur morbus: existetq; alia febris hac calidior, vt & corpus fundat, reddatq; deiectiones biliosas, & colliquatiuas. Sed non appellabitur ardens febris, nisi adiuncta perpetuo habeat per totū morbū paulo ante cōmemorata duo, irrequietam sitim, quantūlibet biberint: ac iniocundū, & ardentē, fastidiosumq; calorē. Proinde adest ferè illis intentissima sitis, & febris feruidissima. At raro, vti nunc, cum febris non esset planè acuta, ēt non perinde ægri erant sitibundi: quæ ob id ipsum signauit, sicut ēt hoc, nullo pacto fuisse deliros eos, qm̄ hoc ēt ardentibus febribus accidit. Nā paruæ esse signū dementiæ deliriū, ante docuimus.

35 *Nares Pauca Stillarunt.*

Hoc in comitibus est malignarum ardentium febrium, vt sanguinis eruptiones lenium. Et vt breuiter dicatur, omnis de naribus stilla, vt docuimus, prauum est signum.

36 *Accessiones pleriq; Diebus Paribus habebant.*

Et hoc quoque inter rara est. Nam febres ardentes solent, adeoq; omnes, ita vt illæ, morbi mul-
B tum acuti, accedere diebus imparibus.

37 *Obliuio sub accessiones, Languor, Vocisq; defectus.*

Et obliuio manifesta est: & monstrata frequēter est de exitialibus esse. Languorē, id est ἄτονιν, veluti dissolutionem & remissionem omnium corporis partium ipsum dicere par est, cum nō aliter ac resolutis proiectæ appareant. Quod quidem inter signa esse perniciosa didicisti, vt de alijs quoque symptomatis omnibus, quæ hoc libro recensuit. Quare hic interpretāda sunt ea tantum, quæ obscura videntur: & quæ demonstrauimus aliàs, solum ad memoriam reuocabo, non autem absolutam tradam eorum doctrinam.

38 *Extrema Pedum & Manuum his frigidiora erant, & multo maxime circa accessiones: Quibus calor pedetentim nec probe redibat: Redibantq; ad mentem, & loquebantur.*

Varietatem symptomatum, quæ morbi eius tempestatis habebant, commemorat, quæ sunt omnia praua.

39 C *Detinebantur aut Comate perpetuo, non somnolento: aut Vigiles erant cum laboribus.*

Nec hoc quidem obscurum ei est, qui ea habet in memoria, quæ in libro de comate tradita sunt & in prioribus commentarijs. Cum enim vigilare ægri apertis oculis non valent, sed conniuent spe somni conciliandi, & vigiles tamen manent, vocitamus illud, non somnolentum coma. Quibus si quis adsit dolor manifeste vigilabunt magis ita affecti, adeo vt ne in phantasiam quidem tenuis somni deueniāt. Siquidem istis, qui eo comate tenentur, vsu venit eiusmodi quiddam vt medij inter plane vigiles intercedant & dormientes.

40 *Aluus his plerisq; Turbata erat: atque Deiectiones crudas excernebant, & multas, & tenues.*

Vel hinc liquet, non attendere Hippocratem in dignoscendis ardētibus morbis speciem deiectionum. Cruda itaq; dicit & tenuia, qui tum tenebant febre ardente, deiecisse: nec verbum fecit de meris biliosis, vel colliquationibus, quæ quidam indicia esse febriū ardentiū maxima existimāt.

41 *Vrinæ Multæ, tenues, Nihilq; decretorij quicquam, vel boni.*

Vbi de vrinis agit, quæ acciderunt his solet tradere, nec addere, bonum an malum denuncient,
D nos putans, quę in presagijs didicimus in vniuersum de vitio vel bonitate vrinarum memoria tenere. Hic adiūxisse puto, quanquā eas prędixerat tenues esse, ꝙ illis adscripserit /multæ/. Nam memor docuisse se multitudine vrinarum interim iudicium fieri, indicauit hoc loco quamuis multæ essent, nihil tamen decretorij fuisse, neq; boni. Neq; enim quò purgaret corpus & infestantia amoueret, videtur nunc molita natura multam vrinam: sed quemadmodum didicisti sudores & deiectiones interdum vt superfluitatis humorū in corpore malorum symptomata, excerni: interdum expurgante natura: ita nunc abundātis in corpore serosi humoris sunt vrinę symptomata. Ideoq; eis addidit /nihil decretorij quicquam, vel boni/ siquidem reddebantur, quia ob nimiam copiam eas vasa sustinere non poterant: vel ꝙ mordacitate vehementi offenderentur, itaq; ad excernendum contenderent. Huiusmodi etiam hac ipsa tempestate erant quæ per ventrem excernebantur, vt est supra dictum: & vero etiam sudores illis erant consentanei.

† Adducitur in quibusdam contextib⁹ Hippocratis hæc verba. Iis quidē qui perniciosè habebāt, hæc accidebāt. postea sequitur, explanatio Galeni, Qui perniciose &c.

42 *Nec Vero Decretorij aliud in ita habentibus ullum apparebat: Neq; Sanguis rite profluxit: Neq; alius consuetus fiebat Abscessus decretorius. Moriebatur quisq; scilicet Erratice: Plerunque tamen circa iudicia: Quidam longius producebantur, qui largius sudassent. †*

Qui perniciose habebant, hæc ijs accidebant, quæ tibi hic collegit, nimirum symptomata eorum

rum, qui febre ardente laborantes perniciose habebant. Quorum symptomatum quodq; iam au E diuisti ante frequenter, cur sit perniciosum.

43 *Similia & Phreniticis.*

Finita de ardentibus febribus oratione, transit ad ea, quæ phreniticis acciderunt. Itaque & hic eius verba attendamus.

44 *Sanè hi Nihil Sitiebant.*

De phreniticis agit. Fuisse eos dicit non sitibundos, non tam quò illis multa humiditas in ore ventriculi afflueret, q̃ φ quæ patiebantur non intelligerent, & facultatem haberent stomachi appetitricem, quæ extinguebatur.

45 *Nec Phreniticorum Valde Insaniuit quisquam, quod Vsu uenit alijs: Sed alia quapiam Cataphora segni grauiter Peribant.*

** βαρέως idest grauiter, est ĩ impreßis. Sed in antiquis legitur καρηβαρέες i. capite grauati. Vide et primo prorreth. cõ. 1. cl. 4. pag. 161. b. Et cõ. 33. p. 168 a. Et libro de Comate ca. 2. cl. 3. pag. 50.*

Si non prædiceret /nec phreniticorũ valde insaniuit quisquam/ sed simpliciter dixisset, præsentes phreniticos cataphora segni perijsse, non erat absurdum accipere, eos conuersione in lethargũ F facta, ita defunctos esse. Nunc cũ sit prædictũ /nec valde insaniuit quisquã/ probabilius est perijsse cum cataphora manentes phreniticos hoc est dementes: hoc enim discrimine solo, cũ febre, phrenitim accipimus, nulla re alia distantem à mania i. insania, φ febre. Mentis siquidem vtraq; noxa est: sed proprium insanientium est febre liberum esse, vt febricitare phreniticorum. Nõ est igitur mirum in corpore crudis collectis humoribus, vt excreta cõmonstrarunt esse, comatosos illos simul & demẽtes eualisse: comatosos quidem ex multitudine & frigore succorum crudorum: Dementes, quòd putrescentes acredinem pariebant & calorem.

46 *Erant præterea Aliæ Febres, De quibus iam Acturus sum.*

Reuocemus ad memoriam, φ postquam supra dixit /febrium ardentium, quæ vigebant, hæc erat natura/: vtq; hanc narrauit, & quæ illis acciderunt ordine omnia: & deinde rursus dixit /similia & phreniticis/: postea iam disputatione de his peracta intulerit /erant præterea aliæ febres, de quibus iam acturus sum/. Nam his verbis febrium esse species, febrem ardentem, & phrenitim ostendit: Febrem ardentem, φ perpetuam habeat sitim cum perpetuo & multo ardore: Phrenitim vero, vt quæ sit assidua, vnaq; dementiam perpetuam habeat. G

47 *Os multis Aphthis Vitiatum Vlcerosumq;, Fluxiones ad pudenda multæ, Exulcerationes, Tubercula foris & intus secundum inguina.*

Et ante quidem de his sermonem habuit. Verum quia de vnoquoq; seorsum agit, posteaquam ad autumnum vsque generationem productam sacri ignis dixit, planè de ijs, quæ nunc post eum describuntur, omnibus idem ostendit. Hac ergo de causa eorundem iterum meminit.

48 *Lippitudines humidæ, longæ, diuturnæ, laboriosæq;: Palpebrarum foris & intus Germina, quæ multorum perderent aciem, quæ Vocant Ficos.*

Abundantis humoris superfluitas videtur duplicem habere speciem in crassitiei & tenuitatis differentia, vt ferè in humidis & tranquillis tempestatibus fieri semper solet. Nam nisi peculiaribus vtens exercitationibus ventiles corpus, & totum lustres concitesq;, copiam aceruabis crassorum humorum & tenuium: crassorum, propter socordiam: tenuium & aquosorũ, quòd vacuati non sint. Tenuitatis igitur eorum coniecturæ sunt, ea quæ per aluum excernuntur tenuia, similesq; vrinę: Crassitiei, φ omne producitur, & plurimis est assidens coma. His ergo merito, quibus H ad oculos affluentia vergebat, humidas lippitudines fecit ob tenuitatem, & palpebrarum germina causa crassitiei. Nam quod ex humore in oculis manãte humidi exiret, fecit lippitudines, hoc est cum fluxione humida & aquosa: Crassius vero partibus adhærescens affectis, tubercula excitauit, collium modo. Quod vero crassi humoris in profundo oculorum erat, dolores peperit.

49 *Expullulabant cum alijs in Vlceribus multa, tum in Pudendis.*

Quæ materiæ crassitudine in palpebris excrescebant, non hic tantum, verũ in pudendis quoq; extitisse ait, & siqua pars alia forte esset exulcerata: humorum crassitie, vt dictum est, eiusmodi efficiente excrescentias, quas fungos vulgo vocant.

50 *Carbunculi Aestate multi, & Alia quæ Putredo Vocantur.*

Atque quòd cõmoraretur in corpore prauus humor, putredo increscebat: æstate vero excipiente, neque ipsa Etesias habente, multo magis eualuit. Ideoq; calidi morbi plures, & prioribus maligniores viguerunt. Ostendimus enim carbunculum ex calido quidem feruore, verum crassa materia constitui.

Papulæ

51 A *Papulæ item Magnæ.*

Apertũ eſt ab ἐκθύειν, quod eſt ἐξορμᾶν id eſt erũpere, deriuatum eſſe ἐκθύμασι id eſt papulis, nomen, in ijs quæ ſponte extuberant in cute. Hæc conſtant ſuperfluis ſcilicet humoribus. Atque qualitatem etiam non iniuria ſubſequuntur, cum tenues humores exulcerationem potius, q̃ tumores creent: at craſsi in tumorem pellem attollant. Liquet autem, quæ nunc in cute ſponte ſunt genita, eiuſdem eſſe generis cum illis, quæ in palpebris & vlceribus prædixit excreſcere.

52 *Herpetes multis Magni.*

Magnos, aut ꝙ multum occuparẽt loci, aut quo'd adiunctam malignam exulcerationem haberent, appellauit: vtrunq; autem ſuccedit dicto humorum vitio.

53 *Quæ ad Ventrem attinebant, multis multa incommoda euenerunt. Primum Teneſmi multis cum dolore: plurimis vero Pueris, omnibusq; Impuberibus: Quorum plurimi Peribant, multi Lienterici erant.*

Tum humiditate ætatis, tum quia plus cibi ſumentes pueri, nutrimenta ſæpe corrũpunt, merito teneſmo corripiebantur. Qui Cum alioqui dolorificus eſt & moleſtus affectus: dolorificus, propter tẽſionẽ: moleſtus, ꝙ aſsidue deſidẽdum ſit: Tum vero in hoc ſtatu, quem plethoricum ſimul et prauis humoribus fuiſſe exundantem diximus, multi magis lienteria tenebãtur: Nam debilitata facultate retentrice, fieri lienterias didiciſti. Eſt porro' conſentaneũ, ſicut extincta fere' erat facultas vẽtris nutritiua, vnde cibos prorſus ait paulo poſt eos faſtidiuiſſe, ſic retentricẽ ẽt fuiſſe læſam.

(margin: B; 1.3.f.13.t.5. 1.302.f)

54 *Dyſenterici, Neq; hi admodum Doloroſe.*

Conſentaneum erat inferri hoc prædictis quibuſdam, qui non doloroſe ægrotarant. Sed nullus is eſt prædictus. Immo vero contra magis, & priores oẽs, & qui ante lientericos dicti ſunt teneſmo laboraſſe, doloroſe ægrotarunt. Quare eſt fortaſsis ſcriptura corrupta: quo modo in multis libris aliæ mendæ multę, a' primo librario cõmiſſæ, manſerunt. Nã rectius ſcriptum ſit / hiq; admodum doloroſe /. Quidã vero dictũ aiunt / neq; hi admodũ doloroſe / perinde ac / multi dyſenterici nõ fuerunt / volente indicare Hippocrate ex hoc / doloroſe / generationẽ morbi, nõ modum. Quidam ꝙ dyſentericis nullo dolore affectis adiunctum ſit, ideo dicunt / neq; hi admodum doloroſe / ab eo eſſe adiunctum: vt intelligamus lientericos neceſſario eſſe dolore vacuos.

55 C *Biliosa, pinguia, tenuia, aquoſa: Atq; ipſe morbus multis eò decubuit citra febrem, & in febre: Tormina cum doloribus, malignæ item reuolutiones: Multorum, quæ in corpore inerant ſuppreſſaq; erant, exitus: Quæ autem exibant, dolores non ſoluebant: Multæq; erant corporis Partes affectæ.*

Præſens ſermo omne genus continet morbi, quatenus natura inter ſe homines, ætatibusq; & victu diſtant. Ergo cum alijs alius abundaret ſuccus, a' ſtatu aeris hunc, vt demõſtrauimus, auxit: tandem putredine excipiẽte, putrefactio pro humorum dñia collectorum variabat. Iam quia hæc in locum ſe cuiq; ægro natura imbecillimum conferebat, multis, quia ſatis multi hoĩes eſſent, contigit partibus lædi. Proinde erat probabile natura bilioſis, & ijs qui in ætatis erant flore, & ſollicitis, ijsq; qui laboribus ſeſe & adminiſtrationibus conficerent, hęc abundaſſe. Pinguia colliquationis eſſe ipſe ſigna docuit: Aquoſa, tenuis & ſeroſæ humiditatis. Porro' multos dicit hoc morbo laboraſſe, hoc eſt, deieciſſe talia: etenim etiam citra febres hoc dicit quibuſdam accidiſſe. At exitus, hoc eſt vacuationes, illis ait contigiſſe multorum, quę inerant in corpore, et ſuppreſſa erant: quod fortaſsis ſignificat, cum etiãnum multa in corpore retinerentur, tñ multa exijſſe, quo minus exeuntia dolores ſoluiſſe. Nam quõ ſoluere illa, cum quæ ſupprimerentur eſſent etiam multa, poſſent?

56 D *Et Oblata ægre admittebant. Nam Purgationes multos offendebant: Quorum qui ſic habebant, cito multi peribant: multis malum producebatur.*

Oblata poteſt dicere tum omnia in cõmuni remedia, tum priuatim cibum et potionem. Purgationes, quarum fecit mentionẽ, vtriſq; poſſunt annumerari. Nã nihil cõtuliſſe ita affectis remedia, ẽt ſi ille nihil dixiſſet, in aperto eſt. Siquidẽ cũ multi morerenẽ, nullius erãt vſus oĩbus illis auxilia.

57 *Vnoq; verbo, Qui longis morbis, vel acutis tenebantur, Ventris vitio omnes præcipue Mortui ſunt. Cunctos nanque Venter ſuſtulit.*

Et peſtis quoq; illa longiſsima, quæ noſtra ætate vulgata eſt, ex ijs quæ per aluum vacuãtur, oẽs prope peremit. Quę euacuabãtur, erat colliquatio: Quod quidem eſſe ſymptoma videtur in perpetuum febris, quam peſtilentem priuatim vocitant, cum mortales vel citra peſtem corripiat.

(margin: 4.f.1.t.4. 434.d)

58 *Omnesq; in quos equidem tunc incidi, Cibum, quocunque detinerentur prædictorum morborum, Faſtidiebant. Multi autem, maxime ij, & qui ex his erant, & qui ex alijs, Pernicioſe ſe habebant.*

Etiam hoc ſymptoma oẽs cepit, qui in peſte diuturna, quæ modo viguit, laborabant: quare fa-

ctum est, vt multi morerentur. "Fortiores ergo, qui vim sibi ipsi afferentes, cibũ oblatũ assumpserũt, E A.ibidem.
oẽs ferè supstites fuerunt. Plurimi vero mori, q̃ comedere quicq̃ prius duxerũt: atq; hæc ipsa acci
disse illis vñr, q̃ tũ ægrotauerũt, maximè vitio vẽtris: etenim & huius est opus ciborum appetẽtia.

59 *Erant hi Sitibundi, Illi non.*

De ijs hoc loco, qui ob alui turbationem, vt ipse appellauit, citra febrem afficiebantur, sermonem habet: quod est ex his verbis clarum, quæ subdidit /ex ijs, quos febres tenebant aliaq; , nemo circa potum intempestiuus erat/. Apertum est etiam ex illis, quæ supra diximus, cur non essent sitibundi omnes, nec siti liberi. Crassitudo enim humorum, & tenuitas aquosa, erat aceruata, frigida illa quidẽ sua sponte ũtraq;, sed acquisititium à putredine calorẽ mutuans. Quare in quibus excellebat iam putredinosus calor, erant sitibundi: in quibus non dũ, hi cõtra merito non sitiebant.

60 *Ex Iis quos febres tenebant aliaq;, Nemo circa potum Intempestiuus erat.*†

† In aliquibus cõtextib' Hippocratis hæc adduntur. sed licebat circa potũ diætã instituere, ut volebas.

Posteaquam priori capite dixit de ijs, qui ex ventre laborarunt, q̃ partim sitibundi, partim non essent, hîc nunc de ęgrotantibus simul cum febre ait, non magnopere vllum fuisse sitibundum, neque vt medicis non esset audiens. Quod hinc est factum, quoniam non perinde his tãtum putre- F
dinosæ saniei in ventrem, quantum prædictis, conflueret.

61 *Vrinæ Multæ erant: Neq; erant illæ ex potu ingesto, sed illũ excedebant: Multumq; et Vitiosæ erant vrinæ redditæ: neq; enim inerat crassitudo, vel concoctio, vel purgatio proba. Nam Purgationes per Vesicam cõmodæ, bonum multis portendebant: Plurimis vero colliquationem, turbationem, dolores, diuturnitates, & nulla iudicia.*

Quæ sunt dicta, clara omnia sunt, & memoriam, non interpretationem postulant. Ipse nanque superiori sermone, quem ego exposui, non obscure ostendit, quòd aliquando vrinę symptomatis ratione vacuentur, sicut sudores, vomitiones, & deiectiones.

62 *Comatosi erant in primis Phrenitici, & Qui febre ardente tenebantur: Tum etiam in Alijs morbis omnibus maximis, quòd febrem adiunctam haberent.*

Coma creauit materiæ crassitudo, & præter cæteros ijs, quibus erat affectum caput. Est"autem A.l. 3. f.1.1
phreniticis affectum per se, sed in ardentibus febribus per accidens. Nam febris calor prauos hu- c.1.200.f
mores, ad caput subuehit: abundabant autem tunc crudi & frigidi.

G

63 *Perpetuo Plerisq; vel graue Coma comes erat, vel Tenues atq; parui Somni.*

Graue coma, à quo ęgre quis excitetur, accipiendum est: cuius contrarium est, quod tenues & paruos somnos habeat. Quorum accidit primum ijs, quibus crassitudo & copia exuperabat frigidæ materiæ: alteri, quibus putrefacta tenuitas.

64 *Multa præterea Febrium alia genera vulgabantur, Tertianarum, Quartanarum, Nocturnarum, Cõtinuarum, Longarum, Vagarum, Fastidiosarum, Inconstantium.*

Quia humores noxij erant diuersi, ideo cùm alij morbi, tum plura iam inciderunt febrium genera. Meminit autẽ intermittẽtium, quæ numero tres sunt, quotidianarum, tertianarum, quartanarum: Tertianarũ quidem & quartanarũ nominatim primum: quotidianarũ vero dicendo, nocturnarũ. Nam, earũ ex quo duplex est differentia, quatenus hæ interdiu accedunt, illę noctu, inde diuersa nomina inuenerunt. Hippocrates earũ, quæ tum vigebant, mentionẽ fecit, quæ erant nocturnæ. Memoria itaq; repetamus etiã, q̃ cùm & primo libro & secundo morborũ vulgariũ, tum multos separatim ægros adduxerit, tum integras sit tẽpestates persecutus, nusquã nec quintanam, nec septimanã scripsit, vel aliã febrem multorum dierum. Nec vero etiã in tertio libro vulgarium H
morborũ, neq; ante, neq; posthac ad finem vsq;. Vnde mihi in mentẽ venit, illa quæ primo libro vulgariũ morborũ tradita sunt, infarcta ab alio suspicari, vbi alias esse pluriũ dierũ q̃ sit quartana statuit. At in p̃dicta oratione intermittentiũ genus ꝓpria appellatione non noĩauit, queadmodũ cõtinuarũ, sed est tñ oẽs eius species persecutus. Deinde cõmuni noĩe continuas indicauit, quarũ febres ardentes p̃dixit, & phrenitidas. Postea longarũ nomen & vagarũ ꝓdidit: vbi mihi memor sis eius, quod est initio ꝓpositæ orationis dictũ, ipsum oĩa quæ collegit, febriũ species appellare.

65 *Omnes Hæ cũ multa Turbatione erant coniunctæ. Ventres enim plerisq; turbati, Horrores, Sudores non decretorij: & Vrinæ eæ, quas supra descripsimus. Hæc erant illorum plerisq; Longa. Nam qui ipsis Abscessus fiebant, nõ iudicabant, vt in alijs. Omnia quidem omnibus difficulter iudicabantur, Vel omnino non iudicabantur, Vel producebantur: his vero multo maxime. Tamen horum pauci circa octogesimum diem iudicabãtur. Maximam partem temere reliquerunt. Horũ pauci moriebantur ex Aqua inter cutem, qua non decumbebant. Multos etiã in alijs morbis Tumores exercitabant, præ cæteris vero tabidos.*

Prædictas dicit omnes febres adiũctam habuisse multam turbationem: mox ipse, quæ esset turbatio, exponit: describitq; earum symptomata. Reliqua, nisi priora exciderint, clara sunt.

Maxima

66 A *Maxima erat et grauissima Tabes, hæcq; plurimos peremit. Nam cùm multi Hyeme cœpissent, magna ex parte decubuerunt: partim recti esse sustinuerunt. Verùm ante Ver, qui decubuerāt, ferè perierunt. Reliquorū Tusses nemi nē reliquerunt, remissiores tamē Aestate fuerunt. Ac sub Autūnum oēs decubuerunt, atq; multi obierunt: quorum ægrotabant plurimi diu. Cœperūt igitur horū plurimis subito ex his esse deteriores, tū Horrores crebri, sæpe Febres continuæ, acutæ: Sudores intēpestiui, frigidi, multi perpetuo. Multū vero erat frigus, & vix eis calor reuocari poterat. Ventres varijs modis substiterūt, rursusq; statim humectabātur.† Quæ Pulmonem infestabāt, per aluū omnia reddebantur. Copia Vrinarū nō bonarū, colliquationes malæ. Multæ Tusses tenuerunt perpetuo, et multa excreantes cocta & liquida, minus tamen cum labore: quæ et siquando essent difficiliores, rursus lenius omnibus purgabantur, quæ pulmoni incommodabāt. Fauces non admodū mordaces, neq; salsugines quicquā molestabant. Lenta uero & alba & liquida, spumosaq; multa à capite veniebant. At multo maximū hos & alios comitabatur malū, Fastidium ciborum, vt supra diximus: nam ne potum quidem libenter cum cibo sumebant, sed valde citra sitim degebant.* *ὑπερέροντο. † Additur in antiquis mus exemplaribus ἀεὶ δὲ τὴν τε λευτὴν παλιν βιαίως καθυγραίνεσθαι. Sub morte at oībus mol. ater humectabantur.

Dixi etiam supra, repleto in calida & humida ventisq; vacua tempestate capite, ex destillatione in pulmonem descendēte tabidam affectionem constitisse: cuius etiam per stomachum portio in ventrem delata eum turbauit. Quę deinde dixit de tabidis, etsi ijs, qui prædictorum meminerunt,

B clara sunt, faciam tñ vt quæ videbuntur referenda, hæc declarem. Primum hoc inter ea est, ineunte vere plerosq; tabidos obijsse, ex aeris immutatione. Dixit enim extremam fuisse hyemem asperam, & circa æquinoctium iam † Aquilone spirāte ninxisse: quæ tabidis mutationes infestissimæ † βόρεια χιονώδεα.

« sunt. Atq; ob id autumnus etiam perniciosus est: vnde in Aphorismis ‖ eum ipse dixit tabescenti-

« bus aduersarium esse. Et alioqui quidem Aquilo partibus thoracis officit vniuersis. Quare in 3. Aph. 10. Ex. ord. 20. h

« Aphorismis ait ‖ Tusses, fauces, laterum dolores & pectoris existere, flante Aquilone: multo vero 3. Aph. 5. Ext. ord. 20. c magis quibus iam sunt hæc vitiosa, et caput repletum destillationem trāsmittit. Vnde æstate tusses dicit remissiores fuisse, hoc est imminutas & moderatiores. Nam fuit, vt ipse scripsit, serena æstas & calida, vt è diuerso principium insequentis autumni tabidis inimicissimum. Dixit enim: ‖ Sub 1. Epid. com. 2. t. 60. . 113. e

« Arcturum rursus flante Borea multum pluit. Quòd autem longo spatio produceretur nō solum tabes, sed & alij morbi, in causa crassities fuit materiæ nihil habentis sua sponte acredinis & caloris, sed tempore à putredine mutuantis. Planissimum hoc fecit hisce verbis /fauces non perinde mordaces, neq; salsugines quicq̄ molestabant: lenta vero, & alba, & liquida, spumosaq; multa à capite veniebant/. Quod reliquum est huius capitis, omne memori superiorum clarum est.

67 C *Grauitas corporis,* {*Comatosi.*}

Sæpe est dictum emoriente sustentatrice & motrice corporum facultate, quæ pridem ab ea vt leuia ferebantur & mouebantur, grauia videri.

68 *Quibus ferè omnibus Oedemata fiebant, quæ in Aquam inter cutem eruperunt.*

Non mirum, si pp abundantiam incōcoctorum humorū ad hunc affectum quidā deuenerunt.

69 *Horrebant, & Sub mortem Delirabant.*

Cum prauitas humorum ex putredine parta incresceret, horrore corripiebātur & delirio progressu temporis, in quo etiam moriebantur.

70 *Genus erat Tabidorum, glabrum, subalbum, pituitōsum, subrubicundum, cæsium, leucophlegmatiæ, ac quibus scapulæ in morem alarum prominebant, mulieresq;. Itidem Melancholicum genus & Subsanguineum. Febres Ardentes hos & Phrenitides & Dysenteriæ tentabant: Tenesmi Iuuenes Pituitosos exercitabant: Diuturna alui Profluuia, & acria excrementa pinguiaq;, Biliosos.*

D Corporis formas eorum, qui tabificis morbis corripiebantur, narrat. Glabrum igitur græce λεῖον, quod est depile, indicat iusto frigidius temperamentum. Nec hoc ad pueros refertur, semper sunt enim hi propter ętatem calidi: sed ad adultos, vt in commentarijs de temperamentis declarauimus. Itidem albus color: vbi quidem miror, quid prępositionem /sub/ addiderit /subalbum/ dicens. Nam in rubicundo rectè sanè dictum est subrubicundum. Didicisti nanq; rubentem colorē calidum denotare temperamentum: subrubrum non perinde ac album frigidum, non tamen etiā calidum. Qui vero alba pituita affluunt (quos Græci λευκοφλεγματίας appellant) si quam habemus traditorum in libris de temperamentis memoriam, citra controuersiam sunt frigidi tempera menti. Est his molle corpus & tumidius quodam modo, propemodum vt aqua affectis inter cutem, quam Leucophlegmatiam appellant. Itaq; omnes hi sunt planè frigidi temperamēti: pituitosi vero vt audiuisti, temperamenti malorum pleni humorum. Præterea de cæsijs, semelq; de oculorum coloribus, in commentarijs de temperamentis didicisti non esse existimādum pro certo ex tali signo de totius temperatura corporis, nisi solorum oculorum, sed neq; horum quidem euidenter in prædictis. Nam primum oculos, qui χαροποὶ hoc est cæsij, vocantur, qui sint considerādum, reuocandumq; ad memoriam, Poeta quæ scripsit, vbi ait,

Αρκτοιτ', ἀγριότεροίτε, σύες, χαροποίτε λέοντες. idest vrsiq; agrestioresq; sues, charopiq; leones.

Deinde vbi videris multos leones, ita memoriæ color oculorum mandandus est, vt valeas, cum E in hominibus conspiciatur, facile agnoscere: cumq; videantur illi tales esse, temperamẽtum quoque, quod ad oculos attinet, calidum & siccum dices. At huic non parũ, multa in præsenti oratione repugnant. Primum enim cum frigidiore temperamento cæsium collocauit. Postea picrocholos i. biliosos appellauit, quasi ab his dissidẽtes, cũ aperte sint hi tẽperamento calido & sicco. Immo vero ipsi morbi, quos descripsit à corporis formis, significãt primo loco relatos esse omnes frigidiores, rubicundos calidiores, biliosos abunde calidos. Nam hæc tempestas in corpore videtur humores aceruasse, & repleſſe caput, idq; omnibus morbis cõmune fuisse, sed fuisse suo quęq; morbo alium alio correptum, pro sua cuiusq; natura: Alui profluuijs, acribus prodeiectionibus pinguibusq; biliosos. Nã ipse in præsagijs dixit, ‖ pinguitudines innatantes similes aranearum telis reprehendẽdas esse, indicant enim colliquationem. Quare biliosi merito in febres colliquatiuas inciderunt, offendebanturq; alui deiectionibus. Rubicundi vero, & ad melancholiam appositi, & crasso sanguine calidoq; præditi, non iniuria phrenitide sunt & febre ardente correpti, & etiã cruentis dysenterijs vt par erat maxime. Duplices enim eas scimus esse, Intestinis exulceratione erosis, alteram differentiam: Alteram, cum copiosus sanguis per venas, quæ ad intestina pertinent, euacuatur. Quę autem essent naturę vel calidiores tantum, vel frigidiores simul & humidio F res, has par erat, vt & quæ nec facile febribus cedebant, nec biliosis affectibus, in solas incidisse capitis destillationes, ideoq; intabuisse. Quia vero scripsit Hippocrates / genus tabidorum erat glabrum, subalbum, pituitosum, subrubicundum / & sermoni etiam cæsios inseruit, dignum mihi hoc quæstione visum est. Consentaneum erat non cæsios, sed glaucos potius dicere, quòd hi frigidi, illi humidi, alij pariter frigidi & humidi temperamenti esse videantur: quorum nihil cum præsente disputatione pugnat. Comparemus iam cum his infantes, Scythas, Gallos, & Germanos, qui planè temperamento sunt humidiore, frigidiore vero non citra controuersiam. Mihi igitur visum est operæprecium, vt de colore oculorum cæsiorum haberetur quæstio. Interpretes libri huius Empirici quidem, vnaq; cum his Lycus, vt alia multa, sic hoc missa causæ inquisitione prætereunt: Hippocratici vero quidam temperamenti esse calidi signum cæsium, quidam sicci dicunt. Sunt qui neutrum iam addant. Sabinus quidem hoc demum satis habuit dicere: Cæsium vero, quia est valde siccum, opportunum est tabi. neque causam, cur id scripserit, adducit: neque alia quibus hoc est adiunctum, esse omnia frigidioris temperamenti & humidioris signa. Num ergo pro glauco Hippocrates cęsium falsus vocabulo scripsit? nam quid dicas aliud? Sed hoc in communi sit considerare propositum. Ad reliquam iam orationis partem accedamus. Nam in G morbis tabificis vnà cum prædictis etiam πτερυγώδεις, id est quibus scapulæ in modum alarum prominent, commemorauit: qui non propter temperamentum, sed propter vitiosam thoracis figuram, obnoxij tabi sunt. Probabile tamen est eius figuram natiuum calorem sequi. In fine, vbi de tabidis tractat, quando Hippocrates adiecit / & mulieres / animaduertendum est, vtrum hoc modo dixerit, quasi dicas, mulieres perinde ac viros tabe fuisse correptas, quæ erat eorundem generum: an, licet his notis carerent, frequentes tamen dicat in hunc affectum mulieres incidisse, cũ humidiores sint & frigidiores, vt, qui affectus quosdam viros ex suo cuiusque temperamento tentauit, ille idem permultas mulieres ex communi. Equidem vtrunque censo consentaneum esse. Nam est verisimile frequentiores viris mulieres, propter temperamentum suum commune, tabe captas esse: ac præ cæteris illas, quæ eius erant generis, cuius recensuit viros. Quia vero subdidit melancholicum genus & subsanguineum, febribus ardentibus præcipue fuisse & phrenitide affectum, ad memoriã, quę didicimus, reuocemus, Quibus multus sanguis & calidus generatur, prõpte in melãcholicorum humorum hos vitium deuenire. Quare accipe nõ hos, qui atram iam multam bilem aceruauerunt, sed qui ad generandam eam essent appositi: qui sanè, vt calidis arriperentur morbis, quòd natura essent calidiore, merito factum est. Posteaquam autem supra dixit pitui- H tosos esse tabificis captos morbis, nunc addita his ætate dicit / tenesmi iuuenes pituitosos exercitabant /: nempe quòd non tantum naturale temperamentum esset ad commitendum tenesmum pronum, sed ætas quoque calida esset: vt ex acri & putredinosa pituita tenesmum intelligamus ortum.† Siquidem meatum ad ieiunum intestinum ea pituita exulcerans, ad excretionem assiduã ægros iritauit. Tensiones autem & desidendi cupiditatem tenesmo laborantes vehementiorem habent, quàm dysenterici, propterea quòd ægre pituita excerni potest: corporibus enim prę crassitie & viscositate inhærescit, non vt flaba bilis, statim permeat. De naturis autem biliosis antea dicebam, merito illis acres deiectiones esse propter pallidam, flauam, & amaram, quam vocãt, bilem: pingues vero propter colliquationem: quibus deiectionibus ob collectorum copiã vitiosorum humorum longa successisse profluuia ventris.

in Prog. cõ. 2. t. 35. 4. 201. c

† Siquidẽ, dũ ad rectũ intestinũ pertransiret ea pituita, læsionẽ ulcerosam partis efficiẽs, ad excretionem &c.

71 *Omnibus, quos supra descripsimus, Ver erat infestissimum, Plurimosq; sustulit: Aestas commodissima, Paucissimiq; periere. Autumno rursus, & sub Vergilias Multi interierunt* Τεταρταῖοι.

Vitioso humore, qui collectus erat, in corporis profunditate retruso ab aeris frigore, quo extrema hyeme & ineunte vere erat infestus, haud iniuria maxime quidem tabidis, vt ante dixit,

A xit,& vero etiam alijs vere contigit perire: æstate, quæ serena erat & sicca, oẽs releuari: iterumq; ae re sub Arcturum in humidum vertente, merito multi toto autumno vsq; ad occasum Vergiliarũ in fine præsentis status τεταρταῖοι i. quartani perierunt. Quædam exemplaria adscriptum habent τετάρτῃ i. quarto: alia τεταρταῖοι i. quartani: & quæ his sunt vetustiora, literam Δ quæ alijs literis est maior. Sunt quibus nihil est oĩno adscriptum. Qui itaq; cum ι scribunt τετάρτῃ, hoc est quarto, quare datiuo casu esse id dictum iudicent, hoc modo interpretãtur/multi die quarto perierũt/: Qui sine ι, esse id additum: similem esse hũc ante expositis in primo libro Vulgarium morborum volunt, & quartum esse statum, commemoratis scilicet cũ eo tribus illius libri statibus. At quibus in exemplaribus pro quarto, Δ tantum est ascriptum, idem significatur ac quarto: quod quidem non aliter, atq; notæ à Pamphilio Mnemone scriptæ, symbolice videtur positum esse: atque hanc veteres vnam lectionẽ agnoscunt. Quidam qui hæc deflectere studebant, commutata scriptura fecerũt τεταρταῖοι, hoc est quartani: atq; hanc esse totã orationẽ statuerunt/Autumno rursus & sub vergilias multi quartani interierunt/. Itaq; tantum legit in suis exẽplaribus Capito: cui tamẽ subesse videtur mendacium, siue de ægrotantibus, siue de febribus accipias. Nam de ægrotãtibus quidem prorsus est absurdum: †neq; enim probabile est præsentem humoris statum adeo esse conse- † οὐ γὰρ εἰκὸς ἦν ἐπὶ τῇ προκειμένῃ διαθέσει τοῦ χυμοῦ οὕτως ὀξέας γενέσθαι τὰς νόσους.
B cutos acutos morbos, vt quarto die perimerent ęgros: De febribus vero verisimile erat, tum quoniam deustam diuturnitate crassam materiam probabile erat in melancholicum transisse excrementum: tum ꝙ anni erat tempus Autumnus." At febribus tamen vigentibus quartanis, non perijssent multi: securam etenim scimus esse per se hanc febrem, vt de ea Hippocrates dixit.

A 4. E 1. t. 12. c. 419. c

De ijs Quæ ad Exitum Libri sunt Adscripta.

A pestilente tẽpestate sedecim narrat ægros ad finem vsq; libri. Inde sunt adscripta quædam, de quibus videt̃ recte Dioscorides statuere, qui vult ea statim tẽpestati subtexta: huncq; illis libri locũ in sua æditione attribuit. Itaq; ea hic nos exponemus, si prius hoc tm̃ dixerimus, ꝙ videt̃ mihi hæc
" quoq; alius adscripsisse, non ipse scripsisse Hippocrates: ‖ Verum illa mihi æstas videt̃ ẽm rationẽ Infra. t. 88.
" profuisse. Nam æstiuos morbos hyems succedens soluit: hyemales æstas insequens transmutat. 151. h
" Quanq̃ ista per se æstas haud stabilis fuit: sed subito calida, austrina, & à vẽtis silens euasit: profuit tñ ad aliam tempestatẽ transmutata. Enimuero reuocemus ad memoriam, quæ de æstate in narranda tẽpestate scripsit in hæc verba: Æstas serena erat & calida, magni erãt æstus: Etesię parui disper
" sim spirauerunt. Quare par erat moderatiores æstate morbos esse, ex humorum, vt est dictum, ortos exuperãtia, qui ineunte vere potissimũ prodierunt. Quia illud frigidũ humores in altũ corpo
C ris repulerat: iam ęstas, q̃ illud squalida & calida excepit, simul & ad cutẽ malũ traxit humorem, & digessit eius portionẽ non paucam. Quo tp̃e si Etesiæ spirassent, morbosum humani corporis statum oẽm absterlissent. Quia vero eius supererat pars, moxq; sub Arcturum flante Borea multũ pluebat, humores qui nimis per cutem manabant, rursus impediti sunt, & in profundũ corpus impulsi. Hinc de integro ægrotare, multiq; mori cœperunt. Hac ergo de causa ægrotantibus id tp̃is, æstas non nihil profuit: non quia morbos, qui hyeme cœperunt, cessare sit probabile æstate. Tametsi ita se habeat res, vt qui hyeme emerserint, æstate profligent: & quos produxit æstas, hyeme. Æstiui siquidẽ & hyemales morbi intelligendi sunt, qui ęstate, quę in natura sua constat, et hyeme,
" præ cæteris existũt. Ita. n. in Aphorismis Hippocrates dixit: ‖ At morbi omnibus oẽs temporibus 3ª. Aph. 19. Ex. ord. 23. h
" anni & existunt & exacerbantur. Sunt tamen, qui certis anni temporibus præcipue emergãt exacerbenturq;. Sub hęc, quę vere regnãt ęgritudines, quæ ęstate, & autumno, hyemeq;, recensuit: nimirũ vbi nihil in aeris temperamento innouetur. Nam si vere eodẽ die modo calor, modo algor intendat̃, morbos ait autumnales impendere. Neq;. n. temporum anni nomina, cæterum temperamenta, certas morborum formas committũt: quę vbi varient, non possunt non vnà secũ morbos commutare. Iam vero proposita oratio morbos vult, qui hyeme extiterunt, ęstate repelli, vel si vi-
D tioso sit ęstas tẽperamento: cuiusmodi cum aliq̃n in Cranone fuisset, carbunculos statim excitauit. Qualis si in pręsenti esset, plurimos malorum succorum & putrescẽtium abundantia aucta & iam putrefacta peremisset. Quamobrem mendacium esse apparet, & pręter Hippocratis mentem, hyemales morbos prorsus ęstate discuti: cũ qui hoc prepoſuit, nesciuerit quos nã morbos ducat Hippocrates singulis anni tẽporibus esse proprios. Nec vero ẽt est necesse quę post hęc deinceps ab ipso scripta sunt, hoc loco referre, cum alibi ab ipso in vniuersum tradita sint. Quare illa omnino pręteribo. Plana nanq; sunt omnia, & in libris, quos antehac enarraui, abunde de his disputaui.

De Aegris Post Tempestatem.

Sedecim post tempestatem ęgros descripsit Hippocrates, qui, vt quidam censent, in ea laborauerunt: quando ipse, vbi finem facit de ijs, quæ tum acciderant, narrandi, sic dixit/omnibus τοῖς ὑπογεγραμμένοις ver erat infestissimum/. Potest tamen de supra descriptis dictum esse verbum hoc ὑπογεγραμμένον: qui vsus apud multos est. Nã sedecim hos ægros aliud tenebat morborum genus, ac commemoratos ab eo in tempestate pestilenti. Verum quæ de his ægris prodidit, non fusam iam requirunt interpretationem, si memoria, quæ ante exposuimus teneas. Nam omnium propè symptomatum & signorum, quorum Hippocrates meminit in ægris, de quibus verba

fient

fient, reliquum, quod non sit ante dictum, est nullum. Itaq; summatim percurremus ea quæ in his E
sunt scripta: sicubi quid se offerat, quod antea non habuimus, illud solum elaboraturi.

AEGROTVS I

72 *In Thaso Pariū quendā, qui supra Dianæ Aedem decumbebat, Febris corripuit acuta, primo continua et ardēs, In principio sitibundus erat, & comatosus, rursusq; insomnis. Inter initia venter *turbatus, vrinæ albæ. Die Sexto erat oleosa vrina, deiectiones biliosæ, pingues: delirauit. Septimo omniā exacerbata fuerūt, nihil dormiuit, cæterum similes erant vrinæ, & mens perturbata, ab aluo item biliosa pinguiaq; reddidit. Inde die Octauo parum ex naribus stillauit, vomuit virulenta pauca, parum dormiuit. Nono nihil est mutatum. Decimo cuncta fuerunt remissiora. Vndecimo sudauit, at non toto corpore: circunfrixit, statimq; recaluit. Duodecimo Febris acuta: deiectiones biliosæ, tenues, multæ: vrina suspensionem habebat, delirauit. Septimodecimo grauiter laborauit: [a] † neq; enim vel somni, vel febris producebatur. Vigesimo vndiq; sudauit, [b] insomnis, deiectiones biliosæ, a cibo abhorrebat, comatosus erat. Quarto & Vigesimo Recidiua. Trigesimoquarto febre fuit liber, aluus non subsistit, atq; calor redyt. Quadragesimo febre liber, [c] † aluus spatio paruo non subsistit, a cibo abhorrebat: rursusq; aliquantulum febricitauit, idq; semper erratice, modo a febre liber, modo non liber: nam siquando intermitteret, essetq; leuior, rursus statim repetebat: ferculis etiam multis vitiosisq; vtebatur. Circa recidiuas somni mali, delirauit: vrinasq; tum reddidit crassas illas quidem, cæterum turbatas & malas: aluus astricta, rursusq; laxata: febriculæ continuæ: deiectiones multæ, tenues. Centesimo Vigesimo die Obyt. Erat huic Aluus continenter ab initio ad finem vsq; lubrica, excreuitq; biliosa, humida multa: cum subsisteret, feruidas, & inconcoctas: Vrinæ perpetuo malæ: comatosus plurimum erat, cum doloribus insomnis erat, [d] † a cibo abhorrebat. Continenter Ardente febre laborabat.* F

A.l. 1. f.2. d
su. 2. c. 2. 32

A † Al. Neq; insōni aderat & febris intē debatur. et ita oīno legēdū ē. unde etiā libro de comate. ca. 2. pag. 49. c

B [a] ἄγρυπνος i. insomnis. sed legendū uidetur ἄπυρος i. a febre liber, cū mox dicat, quarto et uigesimo recidiua.

C † Al. aluus nō multo tempore substitit.

D † a cibo cōtinēter abhorrebat. Febris ardens.

Curiose & hoc in loco rursus interpretum quidam aiunt, ęgri patriam non esse temere adiectā. Etenim dictum esse ab Asclepiade, Parios maximum consequi a sanguinis missione emolumentum. Absurdum vero sit, quando nihil hic de sanguinis missione dixit Hippocrates, ideo ęgro putare patriæ adscriptum esse nomen. Multo iam faciunt absurdius hi interpretes, qui nūquam inuestigauerunt, cur in tanto numero ægrorum semel Hippocrates sanguinis missionem meminerit, quod nos sumus commentati. Quare istis repudiatis, quæ iuuenum interest audiuisse, hæc referemus. Verbi gratia, quod de vrina scripsit oleosa in præsente ægro sexto die. Nam quidam pinguem vrinam ita censuit ab eo dictam esse, quæ liquescente pinguitudine per morbum feruidum & adurentem fit: Non nulli colore & crassamento olei similem. Equidem talem sæpe vrinam nullo ægri detrimento redditam conspexi, immo vero interim plane e contrario, ex morbi concoctione. Haud tamen est ita visa prorsus, vt oleum, pinguis vrina. Nam ea, quam modo narraui, vrina oleum & colore & crassamento repræsentans, minime pinguis videtur. Et ipse autem in Præsagÿs Hippocrates dicit, || Pinguitudines telis araneorum similes innatantes esse considerandas, nam colliquationis sunt signa. Nos vero pinguitudines fluitantes vidimus frequēter, verum nunquā excretam talem prorsus vrinam, neque in medio pinguia pēdere, quo minus subsidere: nam ita est comparatum natura, omne pingue vt reliquis humoribus inuehatur. Ac ne in Pręsagÿs quidem Hippocrates verbum de his vrinis fecit, quamuis omnia sit, quæ in acutos morbos cadunt, sedulo & aperte persecutus. Iam etiam die eodem sexto ægrum dicit, de quo hoc loco agimus, biliosa atq; pinguia deiecisse: quæ videntur aperte liquanti pinguedinem febri esse consequentia. Atque videbitur ÿs, qui pinguem putant esse vrinam oleosam, suffragari. Potest autem ad contrarium ēt referri. Nam omnino Hippocrates vrinas pingues diceret, † si quidem hę quoq; oleo similes sunt. Iam cum diuersa in vrinis & excrementis nomina vsurpauerit, innui videbitur, suam vtrisq; significationem illum tribuisse. Mihi ergo probabilius videtur, vrinas olei referētes colorem & crassitiem, hic oleosas dici. Explanationem vero vtroq; modo faciam. Etenim si pinguitudinem quandam habuissent vrinæ, quemadmodum & deiectiones, sint illæ censendæ quidem prauæ, at non omnino exitiales tamen: quod non perinde sit carnem colliquescere ac adipem. H G
Nam calor est feruentissimus, qui carnem fundit: moderatior, qui pinguedinem: nempe & colliquationes quæ per ventrē excernuntur, putant oēs medici, a pinguibus deiectionibus distare. In peste quidem longissima nostræ ætatis, colliquationes cuncti prope excreuerunt, quidam mere fuluas, quidam moderatius, omnes certe putidas. Verum enimuero eæ excretiones lethales sunt, nec tempus perferunt. Parius autem hic viginti dies vltra centum ęgrotauit, idq; cum malā haberet rationē victus. Nam ipse de eo Hippocrates scripsit (& ferculis etiam multis vitiatisq; vtebat̄) quo est factum, vt pinguem vrinam redderet die sexto et proximis. Non erat ergo eum cito mori necesse. Quod si non fuit pinguis vrina, sed olei colore & crassitie assimilis, vt ab vrina oīno erat ēt probabilius hoīem nō moriturū. Sed quod in eiusmodi obseruaui vrinis, rē multo vtilissimā, iam pferā. Nam vt nō est ipsum oleū exquisite vnius neq; coloris, neq; crassitudinis, sic nec oleosa vrina: pallida qdē omnino existens, sed aut plus aut minus. Quicquid igitur ipsius ad candidiorē tēdit colorē, exoluto colore pallido, humorum denotat cruditatem: quod vero vehementer pallidum est, vt ad flauum accedat, biliosum calorē. Periculum igitur his vrinis non ob malignitatem subest, sed ob vim febris. Eorum aliqui, si reliqua sunt cuncta salubria, breui iudicantur. Nihil habet ergo admirationis, si in talibus vrinis quis lōgo tēpore morbū traxerit, vtro modo oleosas accipias.

in Prog. cō. 2. t. 35 4. 101. c
* Al. damnandas.

† Al. εἴπερ ἦν κατ' αὐτὸν ἐλαίῳ παραπλήσια, idest si quidē ex ei⁹ opinione essent oleo similes.

A cipias. Non enim ſunt illæ quidem ſalubres vrinæ, non tamen magnopere pernicioſæ. Porrò ex ijs quæ in exitu ſcripſit hiſtoriæ, prauitas humorum quædam tenebat Parium biliosa, & ventris iecinorisque extinguebatur facultas. Nam vbi finem imponit his narrandis, quæ illi acciderunt, ſcripſit, perpetuo vſq; ab initio turbatam aluum fuiſſe, deiectionibus bilioſis & humidis: Interim etiam ſuppreſſam fuiſſe feruentibus inconcoctiſq; deiectis. Hinc tibi humorum, qui morbū indu xerunt, liquet vitium. Itidem ex eo ꝙ toto ferè morbo comatoſus fuit et inſomnis. Iam ꝙ extingue batur naturalis facultas, eius ſignum proprium eſt ipſa, quę in morbo euénit, inappetentia. Neque enim latet, Hippocratem ἀποσίτους more antiquorum Græcorum eos, qui appetentia carent, ap pellare. Atqui videtur imbecilla fuiſſe natura, quæ iudicium ſæpe moliretur, nihil tamen proficeret, ſed morbo eſſet inferior: huc acceſſit malus hominis victus, qui quidem non leue affert ad exitium momentum. At vero dierum decretoriorum ratio exactè & hic obſeruata videtur. Omnes enim decretorij motus & recidiuæ in hoſce dies ægro inciderunt. Etenim vndecimi meminit, & quartidecimi, à quo decimi & ſeptimi, poſtea vigeſimi, & vigeſimiquarti, & trigeſimiquarti, atq; quadrageſimi, poſtremi omnium cēteſimiuigeſimi, quo defunctum eſſe hominem ait. Quod ve ro dixi ante, non præteribo hic. Si quis errores interpretum huius libri refutet, in crimen incidet
B loquacitatis. Itaque vt illic quædam ſum exempli gratia referre compulſus, ita hoc loco faciam. Sabinus ergo quid de ægri patria attulit, ſupra indicaui: Quæ vero de oleoſa ille vrina, hoc loco com memorabo: non parum enim refert huiuſce rei conſideratio. Itaque de ea in hæc verba ſcribit:
« Oleoſum igitur ſunt qui bilem dicant eſſe, verum non eſt bilis, quandoquidem non ita eſſet per-
« nicioſum: nam bilis frequenter exit, neq; offendit quicquam. Alij neruorum, oſſium, & charti-
« laginum dicunt liquationem eſſe, huius enim coloris omnia hæc eſſe. Sed fallūtur ij, qui colorem
« oleoſum oſſibus ferunt & chartilaginibus neruiſq; eſſe ſimilem: neq; enim tanta fuiſſet vitę pro-
« tractio ſolidis partibus marceſcentibus. Vigeſimo enim die ſupra centeſimum vita exceſſit, {ne-
« que perijt quiſquam} tali vrina reddita. An vero propterea potius hic eſt ęger deſcriptus, vt ideo
« oſtendat, oleoſa reddita vrina nullam eſſe mortis expectationem, ſed aliquandiu ſuſtinere potuiſſe
« acuitatem, deinde mortuum eſſe, itaque ſalutis ſpem fuiſſe nullam ſuperata morbi acuitate? Hic
« prædictis Sabinus mox adiungit: Quid eſt ergo oleoſum? Vt oleum ignem externum alit, ita no
« ſtræ naturæ, quæ aſſimilis eſt igni, alimentum eſt coctorum ciborum adeps. Proinde oleoſa vrina
« nutrimentum eſt naturæ: oſtenditq; naturam cibum non ſentire, ideoq; iam interijſſe, quia non
« nutritur natura. Longus vero hic morbus iure erat, ꝙ pars tantum detraheretur, non vniuerſum
C naturæ alimentum. Hæc verba ſunt Sabini, cuius eſt ſententia: Quemadmodum externus hic ignis oleo nutritur, ſic inſitum nobis calidum: itaq; aliquando oleum eſt ijs ex vſu, qui corpus recuperare volunt. Ad hæc, vt colore & craſſitie ſit ſimilis oleoſa vrina oleo, non pinguitudine tamen, vel olfactu, vel guſtu. Quare mireris ſanè hos, qui cum aliena male reprehendant, ſua placita nullo iudicio literis produnt.

AEGROTVS II

73 *Mulier quædam, quæ apud Frigidam aquam in Thaſo ægrotabat, poſtquam Filiam peperiſſet, nec eſſet purgata, Tertio à partu die Febre correpta eſt Acuta, horrida. Multo tamen ante partum febriculoſa decubuerat, cibumq; faſtidierat. Vt riguiſſet, febres fuerunt continuæ, acutæ, horridæ. Die octauo, Proximiſq; Diebus multum delirauit, redijtq; ſtatim ad mentem: aluus turbata multis tenuibus & aquoſa bile miſtis: non ſitiebat. Vndecimo mētis erat cōpos, ſed erat comatoſa: Vrinæ multæ, tenues, & nigræ: inſomnis erat. Vigeſimo aliquantum circūfrixit, ſtatimq; recaluit, non nihil delirabat, inſomnis erat, aluus eadem erat: Vrinæ aquoſæ, & multæ, malæ. Vigeſimoſeptimo febre vacabat, ſubſtitit aluus: non multo poſt dextra coxendix grauiter diu doluit: febres rurſus comitabantur, & Vrinæ aquoſæ. Quadrageſimo coxēdicis dolor remiſſus fuit: tuſſes Vero aſſiduæ, humidæ, multæ: aluus eſt repreſſa, cibum*
D *faſtidiebat, in Vrinis nihil eſt innouatum: at febres Vero omnino non intermittebant, erratice, nunc accedebant, nunc non. Sexageſimo tuſſes ſine ſignis euanuerunt: neq; ulla enim ſputorum erat concoctio, nec alius cōſuetus abſceſſus: dextra maxilla detracta eſt, comatoſa, iterum delirauit, ſtatimq; reſipuit, ſed ad cibos auerſo animo ſe habuit, maxilla ad locū ſuum redijt: aluus bilioſa, pauca reddidit: acutius febricitauit, inhorruit: Sequētibusq; Diebus obmutuit, redijtq; ad mentem, & eſt locuta. Octogeſimo Obijt. Vrinæ huius perpetuo nigræ erant, tenueſq; & aquoſæ: Comaq; conſequebatur: Cibūm non ſumebat: Animo erat deiecto, inſomnis, iracunda, implacida, animo melancholico.* * ἄσιτος. in atiquis ἀσιτος i. cibum faſtidiebat.

Annotādum puto, quî factum ſit, vt nihil de hoc/apud frigidam aquam/ Sabinus dixerit: cum ille dicere poſſet, hac de re mulierculam refrigeratam in valetudinem incurriſſe. Nam hoc multo erat probabilius ijs, quæ in Parium ſunt dicta, & in eum qui in horto decumbebat, & qui prope ædem Dianę, eumq; qui propter nouum murum habitabat. Itaq; videtur ſuppreſſa à partu purgatione incidiſſe mulier in morbū: quippe mēſtruorum ſuppreſsio offendit, tamen non perinde, vt ſi à partu ſupprimantur, officit: ꝙ non abundantiam modo, ſed inſignem etiam humorum pa-
A. f. 1. d. 5. c. 22 riat prauitatem. Nam meliorē ſanguinem ad ſe fœtus nutrimenti cauſa alliciens, relinquēſq; deteriorem, cauſa eſt vt prægnātes prauis humoribus impleant, quos à partu euacuat natura. Quod cum maiores animaduertiſſent, λοχίων κένωσιν ideſt puerperarum à partu vacuationem, excretionem

tionem sanguinis vocitauerunt." Est verò etiam menstrua vacuatio, non solũ vacuatio, sed & pur E gatio: verum non est ęquabilis tamen multitudo vitiosorum humorum, neq; pari spatio mẽstruis circuitibus congeritur, quanta dum partum gerit. In vniuersum vero melancholicus apparet sanguis, quem à puerperio euacuant. Proinde etiam conspiciuntur vrinæ omnibus infectæ esse, vt si fuligo quæpiam in eas incidisset. Quod vtiq; Hippocrates & de hac scripsit muliere: vndecimo die, dicens, vrinæ multæ, tenues, nigræ. Equidem quandam noui, quæ talibus vrinis magna copia euacuatis auxilium percepit. Alias non est huic talis euacuata, nam in aquosas conuersę sunt ei vrinæ multæ, tenues, nigræ. Quare in vigesimi diei scriptum est narratione /vrinę aquosæ, multę, malę/: postea quadragesimo die /in vrinis nihil est innouatum/. Quin nec aliam est illa vacuationem consecuta, nec abscessum. Itaq; postquã diu laborasset, octogesimo die obijt. Nam ipse sic Hippocrates scripsit. Neq; enim vlla sputorum erat concoctio: nec alius solitus abscessus: licet studeret illico natura redundantiam ad coxẽdicem deponere, sed hæc videtur reciprocata: nã ille dicit /quadragesimo coxendicis dolor remissus est: tusses vero assiduæ, humidæ/. Enimuero sæpius iam audiuimus, ꝙ thoraci consortium cum genitalibus sit. Habes eorum, quæ huic mulieri acciderũt capita. De ijs vero, quæ in proposita oratione sunt separatim scripta alui excrementa ὑδατόχολα, quidam per χ & λ scribunt, quidam per χ ο & λ: atq; esse illa quidem tenuia, vt aqua est (nam tenue vtrunq; nomen indicat) cęterum colore diuerso: ὑδατόχλοα τῆς χλόης i. graminis, reddere colorem, ὑδατόχολα τῆς χολῆς id est bilis. Iam tertia etiam scriptura est per χ & ρ, ἡ ὕδατος χρόα id est aquæ color, quæ nec in antiquis & fidelibus exemplaribus, reperitur, estq; planè mẽdosa. Nam aquosæ vrinæ ex nominis argumento, & materiam repræsentant tenuem, & colorem albũ. Porrò in historia huius ægræ Hippocrates est affectata quadã abusus dictione, alioqui clarissime hoc libro omnia locutus. Scripsit ergo dictionem in hunc modum /πρὸς δὲ τὰ γεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, hoc est, sed ad cibos auerso animo se habuit/ maximo appetitus defectu, et eorum odio ex voce illa indicato: quod signum esse prauum, frequenter est dictum. Operæpretium est autem mirari, cur nihil Sabinus de notis cuiq; ægro subditis dixerit: de quibus quia secundo commentario satis disputaui, nihil est etiam quod hic de eis faciam mentionem. Atqui ille in singulis ægris instituit, & detegere conatur interpretum ineptias.

A.l.1.f.1 d
su.1.c.1.51

Aegrotvs III

74 *In Thaso Pythionem, qui supra Herculis fanũ decũbebat, ex Laboribus, lassitudinibus, parum habita victus ratione, magnus cepit Rigor, & Febris Acuta. Lingua maruit, sitibundus erat, biliosus, nõ dormiuit: vrinæ subnigræ, G suspensio sublimis, nõ subsidebat. Altero Die sub meridiẽ extremæ partes frigebant, præter cæteras manus & caput: obmutuit, voce defectus est, diu breuispirus, redijt calor, sitijt: Nocte quieuit, circa caput modicũ sudauit. Die Tertio interdiu quieuit: Vesperi sub Solis occasum aliquantum frixit, turbatio: Nox laboriosa fuit, nihil dormiuit: ab aluo pauca, compacta stercora descenderunt. Quarto mane quieuit: Ad meridiem omnia irritata sunt, frigus, mutus, sine voce, in deterius, calor redijt: post paulo urinas nigras cum suspẽsione reddidit: Nocte placide dormiuit. Quinto releuatus visus est esse, ventrem tamen cum dolore grauitas tenuit, sitibundus: Noctẽ laboriosam habuit. Sexto mane quieuit: Ad vesperũ dolores increuerunt, exacerbatus est: Vesperi indito Clystere cõmode aluus reddidit: Nocte dormiuit. Septimo die fastidiosus, ĩplacidior erat, oleosum minxit: Nocte est multũ turbatus, delirabat, nihil dormiebat. Octauo mane aliquatum dormiuit, moxq; frigus eum cepit, ac vox eum defecit: spiritus exilis & imminutus: Vesperi rursus calor redijt, delirauit: Iam antelucano aliquanto leuius habuit: deiectiones meræ, paucæ, biliosæ.*

† Nono cum excitaretur, comatosus erat, & non ualde sitibundus: Sub Solis occasum grauiter tulit, delirauit: Noctem incommodam habuit. Decimo mane sine voce, multũ frigus, febris acuta, multus sudor, Obijt. Diebus huic Paribus Labores.

† Al. Nono comatosus erat, fastidiosus cũ excitabatur. Vide et lib. de comate ca. 2. pag. 49. g

Vel huius offendes omnia ab initio symptomata & signa lethalia fuisse, & accessiones diebus paribus, vt ipse indicauit Hippocrates, cum in decimi diei narratione, quo obijsse illum dicit, addidit /diebus huic paribus labores/ etenim mortem generale iudicij significatum amplectitur, vt est H ostensum. Iam seruatum in hoc etiam est ægro, vt iudicia ijs essent ferè diebus, quibus grauiores labores: nam cum in dies pares inciderent, mors quoq; in die est cõsecuta pari. Porrò in narratione symptomatum huius duo sunt, quæ interpretem requirunt, quorum in respiratione est alterum. Nam /βραχύπνους id est breuispirus/ est in diei secundi expositione scriptus: & /spiritus exilis imminutus'que/ in octaui enarratione. Didicisti autem tum in primo de dyspnoea commentario, tum secundo in præsagia (vbi hanc dictionem sumus interpretati: ‖ Spiritus si frequens sit, dolorem significat, vel inflammationem supra septum transuersum) paruum esse quendam pariter & rarum spiritum, qui, cum refrigeratur & emoritur iam vitalis facultas, fit: quod symptomate quodam separabili indicauit, hisce verbis: ‖ Si frigidũ è naribus & ore expiretur, exitiale iam est admodum. Eundem puta eum hic dixisse, secundo die breuem, octauo exilem & imminutum. Nam quidam est alius præterea spiritus breuis simul & frequens dolorem denotans, vt demonstrauimus, aut in respiratorijs partibus, aut illorum vicinis. Verum ambos si inter se compares, pauciorem multo foris aerem attrahi intrò in altero offendes, quem paruum simul & rarum dixit fieri. Nam frequentia si ad breuitatem accedat, assiduitate defectum cuiusque inspirationis resarcit,

in Prog. cõ. 1. t. 24. 4d. 194 h

Ibidem.

A ſarcit, vt qui aſſidue bibunt modicum: ſiquidem hos βραχυπότους id eſt modicum potantes, appellabis, qui & parum bibunt, et magno interiecto ſpatio. Nam ſi parũ quis, & aſſidue bibat, hunc ſimpliciter non βραχύποτον †ſed μετὰ βραχὺ πίνοντα i. paulatim bibentem, appellaueris. Haud aliter qui proprie breuiſpirus vocatur, quoties ſpiritum trahit, non paruum tantum, verum etiam interuallo longo interpoſito externum per guttur aerem attrahit. Quęras ergo fortaſſis cur cum Hippocrates primo die febrem prædixerit acutam fuiſſe, altero die hominem breuiſpirum fuiſſe dixerit: nam nos in vehemẽtibus febribus demonſtrauimus magnum ſpiritum & frequentẽ eſſe. Reſpondemus, Primo quidem die calorem per putreſcentes humores ſuccenſum febrilem, ipſum quidem digeſtum eſſe, relictum vero natiuum tantum adeo iam infirmum, vt iam prius extingueretur, quã febrilis de integro accenderetur calor, veluti feruefactis, qui computreſcerent, ſuccis: Alterum vero diem frigoris dominantis attuliſſe ſignum. Cuius quidem eſt maxima demonſtratio, quod breuiſpirum dicat tum hominem fuiſſe, & frixiſſe. Nam de ſecundo die ita ſcribit /altero die ſub meridiem extremæ partes frigebant, præter cæteras manus & caput, mutus, voce defectus, diu breuiſpirus/. Rurſus de octauo die hæc tradit /octauo mane aliquantum dormiuit, moxq; frigus cœpit, & vox eũ defecit, ſpiritus exilis & imminutus/: Vbi mihi hoc quoq; attẽde: Cum eſt refrigera-

† Cod. non nulli græci habẽt ἀλλὰ συνεχῶς τε καὶ βραχὺ πίνοντα i. ſed aſſidue et parũ bibentem. Alii. ἀλλὰ κατὰ βραχὺ πίνοντα i. ſed paulatim bibẽtem.

B tus, vnà cum vitiata reſpiratione, voce eſſe eũ defectũ dicit, quod ſolet ẽt interim extinctionem naturæ comitari. In quarto die cum ſcribit /frigus, mutus, ſine voce, in deterius/ oſtendit, adiecto /in deterius/ etiam breuiſpirum illum fuiſſe. Reliquum ergo eſt, hic vt declaremus, cur poſt /ἄναυδος i. mutus/ addiderit /voce defectus/. Cuius hæc eſt ratio. Sermonem (græce αὐδὴν) nec oẽ quod auditu proprie ſentitur, antiqui vocare vident: nec illud ſpecies eius ſit ſola, quod de induſtria per animantis emittit os, in quo continet fletus, ſibilus, luctus, tuſſis, & id genus alia: ſed vnã hominis vocem, qua inter nos colloquimur, ſermonem (græce αὐδὴν) nominãt. Itaq; ẽt Poeta, vbi ſuos equos alloquentem inducit Achillem, ibi alterum eorum ait reſpondiſſe lingua humana. Inquit enim,

Αὐδήεντα ἔθηκε θεὰ λευκώλενος ἥρη, id eſt,

Hunc regina loqui fecit dea candida Iuno.

Nõ quod antea voce careret, neq; communem equorum vocem haberet, cęterum quod non illam, quem ſermonem (græce αὐδὴν) appellant. Sic deam dicit loqui, quæ humana vteretur lingua: quod eam ẽt humana eſſe forma ferant, cum dij eius figuræ omnes non ſint. Nam Sol planè & Luna, reliquaq; ſidera longius ab humana forma receſſerunt. Vnde etiam Hippocrates obmutuiſſe quidem dixit, quod loqui non valeret: voce defectum eſſe, quod nec lugere, nec clamare: quod certe multo liquet eſſe

C deterius, quã obmutuiſſe. Nam quibus ſola eſt reſoluta lingua, poſſunt interdum clamare altiſſime, tamen loqui non valent: qui ſi ne vocem quidem mittere queant, extremæ eſt hoc extinctionis facultatis ſignum: vbi, qui eo in ſtatu ſunt, neq; lugent, neq; gemunt, neq; ſonare omnino poſſunt. Sabinus, ita vt alij, qui nullam omnino habet vocem, hunc arbitratur mutum eſſe dictum: voce vero defectum perinde ab Hippocrate ait ſcriptum eſſe ac attonitum: quaſi vero ita affectum, attonitum vocare non potuiſſet. Atqui nec reliqua, quæ in hoc ſunt affectu dicta, conſentiũt, pręſentem ægrotum attonitum fuiſſe.

Aegrotvs IIII

75 *Phreniticus Primo, quo decubuit Die, virulẽta vomuit, & multa, & tenuia: Febris horrida: copioſus ſudor, aſſiduus toto corpore: capitis et colli dolorifica grauitas: Vrinæ tenues, ſuſpẽſiones paruæ diſperſæ, non reſidebãt: Aluus ſtercus affatim reddidit: multũ delirauit, nihil dormiuit. Poſtridie mane vocem amiſit, febris acuta, ſudauit, non intermiſit, palpitationes per totum corpus: Nocte conuulſiones. Tertio die cuncta exacerbata ſunt: †Defunctus eſt.*

† Eſt quidẽ in omnibus contextibus Hippocratis quos viderim, quarto defunctus ẽ. Galenus tamen in cõmento videtur legiſſe, tertio.

Acutiſſimæ phrenitidis hic æger eſt exemplum, primo ſtatim die vnà cum febre inceſſentis.

D Omnes que certe vidimus, qui quidem ita phrenitide perciti eſſent, intra ſeptimum diem mortuos eſſe: Perpauci, hiq; rari, hunc ſuperarunt. Eſt vero eorum morborum admiranda generatio, quonam pacto in commode valentes ſubito inuadat. Neque enim ſicuti ipſorum generatio ſubita eſt, ita & generationis cauſa, vt ſi medicamentum homo lethale ſumpſiſſet, vel beſtia eum virulentiſſima momordiſſet: ſed pedetentim in corpore cauſæ, quæ ſunt excitandis huiuſcemodi malis, creſcunt: quod morſis vſu venit à rabidis canibus. Nam apertum eſt quod canis venenum (licet in morſis non ocietur nec conquieſcat) nullam ſui ipſius notam prodit multis interim proximis menſibus: Subito autem illis, cum viderint aquam, formido inceſſit, poſteaq; breui moriunt. Longo enim tempore cauſa, quæ rabiem efficit, augetur: quæ vbi eò tandem peruenerit, mortem affert repentinam. Item in hac phrenitide vitioſus in corpore humor coaceruatus fuit, veneno lethali aſſimilis, in corporibus vicinis aliquid paulatim agens: quæ quando vitio iam aliquo pacto opportuna erant, humorq; ipſe euaſerat maligniſſimus, lethale repẽte apparuit ſymptoma. Nãq; ſic phreniticus initio ſtatim vomuit virulenta: quod febribus adurentibus ferè eſt conſequens. Itaq;, vt veneno epoto lethali quidam poſtridie vel tertio die moriuntur, qualitate eius, non copia mortem afferente, & itẽ hic quoq; æger ſtatim tertio die cẽſendus eſt obijſſe, à qualitate ſuccorum virulentorũ, non à phrenitide, perẽptus: at phrenitis illũ eſſe ſubſecuta, ſymptomatis vice. Equidem

dem quarto die & quinto acuta à primo statim correptos phrenitide vidi exanimatos esse: tertio E non vidi: sic nec vigesimum diē attigisse. Quare hunc videtur Hippocrates vt velocissime perem ptum, ob oculos nobis proponere: & alterum paulo post, qui præter omnium expectationem diu vitam produxit. De quo suo loco differemus.

AEGROTVS V

76 *Larissæ caluo Dextrum Femur doluit repente: nihil ex ijs, quæ offerebantur, iuuabat. Primo die Febris Acuta, ardens †paulatim, neq; comitabantur dolores. Altero Die femoris remissi sunt dolores, febris vero increuit, implacidior erat, non dormiebat, extremæ partes frigidæ: multa vrina, neq; ea bona reddebatur. Tertio femur desiit dolere, mentis alienatio & turbatio, multumq; sese iactauit. Quarto ad meridiem Perijt. Acutum.*

† Aliqui cod. græci post dictione ardens interpungunt. postea sequitur ἀτρεμέως εἶχεν οἱ δὲ πόνοι παρεῖποντο. i. quiete se habuit, uerum dolores comitabantur.

Hoc lecto ęgro, si quidem animū dictis diligenter nō aduertas, in quouis dolore timidus eris: si vero diligenter attenderis, non pręcipitāter timidus eris neq; temere securus. Sed si qua forte pars doleat primum, nunquid ob externam quandam causam dolor euenerit, animaduertas. Nanq; in motibus quibusdam imprudentes quidam læsi sunt: & dormiendo qui minus cōmode partem ali quam composuerint: in conuertendoq; & contorquendo subito, partes rigentes, & ante refrigera F tæ, conuulsionibusq; & elisionibus correptæ, dolores maximos creant. Et vero rupturæ etiā quibusdam dolorē afferunt, præ cæteris, qui sicco sunt temperamento, atq; adeo magis si inclinata ętate, vel senes sint. Quòd si nulla talis doloris videat̄ causa esse, proximum est considerare, quę pręcesserit ratio victus, ecquid ignauior præter institutū sit, aut cibo sit homo pleniore vsus magni nutrimenti, aut solitę illi excretiones substiterint. Nam siquid tale sit, aut si oīno plenitudo causa doloris antegressa videtur, q̄ primum hoīem vacuato: tum enim securissime fluxiones reprimentia partibus dolentibus applicueris. Nam, si ante vacuationem id tentes, humorum abundantiam ad maxime principes partes retorquebis. Immo ne calefacere quidem & lenire ante corporis vacuationem partes dolentes licet: nam sæpe ad partem affectā omnino ob ea remedia allicitur humorum affluentia. Ita alterū homini discrimen accedit, vbi nimium sit inflammata pars. Etenim etiā ipse, vt iam nosti, verba fecit de istis abscessibus, quorum aut capax pars non sit: aut si sit, non ferat. Sin nulla ex præcedente victus genere esse affluentia in corpore appareat, remedijs ad dolorem facientibus tutò vtaris licet, fomentisq;, ac medicamentis humidis, & calidis facultate, quorum in commentarijs de medicamentis materiā didicisti. Qui si his non cedat, relinquitur vt totum corpus vacuetur. Etenim sæpenumero in eo abūdantia paulatim est coaceruata, vbi apud se ciborum homo G non animaduertat neq; quantitatem, neq; qualitatem. Aliqn̄ vero etiam cutis se ipsa densior reddita ab aliquibus causis hominem idiotam latentibus, perspirationē cohibens, causa euasit plethoricæ affectionis. Quare dolorem si remedia non sedent, æger primo quoq; tēpore est vacuandus. Ego vero in caluo hoc certe, detractus ei sanguis sit, nec'ne, nō habeo conijcere. Nam quatenus dicit Hippocrates nihil ex ijs quæ offerebantur, iuuabat, possit aliquis dicere, inter ea quæ offerant̄, Hippocratem sanguinis missionem commemorasse. Alius dicat nō esse de oblatis illi auxilijs: verum quia mente excidit, in quatuorq; diebus obijt, relicta auxilia esse. Porrò ad finem in exemplaribus cōcinnatis, tum huic ægro, tum proximo, est adscriptum primum quidem /acutum/ deinde vero notę illæ, de quibus vt dixi, prudenter Sabinus nihil dixit. At Zeuxis in vnoquoq; ęgro malos interpretes reprehendit. Nobis vero adscriptitia illa præsenti sermone visum fuit p̄terire. Scribam enim, si visum fuerit, ijs, qui in istis libenter curiosi sunt, separatim integrum librū, vbi de notis cuiq; additis ægro sermo habebitur. In præsenti vtilibus admiscere non decet inutilia.

AEGROTVS VI

77 *Periclem Abderæ Febris corripuit Acuta, continua cū dolore: multum sitiebat, fastidiosus erat, potum nō poterat continere: erat sublienosus, grauatoq; capite. Primo die ex sinistra nare Sanguis erupit multus, tamē febris increscebat: minxit multum, turbatum, album: reposita vrina non considebat. Secundo die omnia exacerbata sunt: ac vrinæ crassæ quidem erant, verum magis subsidebant: fastidium leuatum est, dormiuit. Tertio febris emollita fuit: vrinæ multæ & concoctæ, in quibus multum subsidebat: Nocte quieuit. Quarto circa meridiem Sudor prorupit toto corpore multus & calidus: sine febre Iudicatus est, neq; redijt. Acutum.* H

** Est quidem ī græcis impressis et in manuscriptis, quos uiderim, πολὺς μέν τοι ὁ πυρετὸς &c. i. multa tamē febris &c. Galenus tamē uidetur legisse πολὺ et retulisse ad sanguinē.*

Exemplū hic æger est acutissimi morbi, horrendi illius quidem rudibus, cæterum breui iudicandi, prudētibus. Nam cum sublienoso primo statim die de sinistra nare copiosius erupisset sanguis: vrinæ item crassę essent, & non consisterent, & albo colore essent: tum altero die consisterent: melior erat de ægro spes. Ad hæc, vbi secundo die hominem fastidium reliquisset, & dormiuisset, certior iam breui fore hominem incolumem spes erat. At postq̄ tertio die essent optimę & copiosissimæ vrinæ, clarum iam erat quarto die liberatum hominem iri morbo.

AEGROTVS VII

78 *Abderæ Virginē, q̄ †in vestibulo tēpli decūbebat, Febris cepit Acuta et ardēs: siticulosa erat, et insomnis: mēses autem*

† ἐπὶ τῆς εἰσόδου. Al. ἐπὶ τῆς ἱερῆς ὁδοῦ i. in sacra via. parui tamē hoc refert.

A *ses autem ei primum profluxerunt. Eam Sexto die multum cepit fastidium, rubuit † colore phœniceo, } languebat. Septimo die eadē erant: Vrinæ tenues, sed boni coloris: Venter non vexabat. Octauo surditas, febris acuta, [illegible], fastidiosa, horrebatq;, mentis erat compos, Vrinæ similes. Nono nihil est mutatum, nec Proximis Diebus: mansit item surditas. Quartodecimo mens perturbata fuit, febris remissior. Septimodecimo multum fluxit ex naribus, surditas est non nihil imminuta. Sequentibus Diebus eam fastidium surditasq; tenebant, eratq; delira. Vigesimo ei pedes dolebant, surditas & delirium eam deseruerunt, aliquantum è naribus erupit, sudauit, febre fuit liberata. Quarto & Vigesimo repetijt, redijt surditas, pedes assidue dolebant, mente excidit. Vigesimoseptimo multum sudauit, febre caruit, surditas eam reliquit: Restabat pedum dolor, cætero fuit exacte Iudicata.*

† Al. horrebat.

Ex humorum hæc abundantia videtur ægrotasse: & quantum portendebant prima symptomata, mortem certe huic timeres. Sed bonus vrinarum color in ijs, qui humorum copia laborant, maximum est signum: quæ quia crassæ non erant, fore longinquiorem morbum denunciabant. Porro vt in omnibus ægris, & ita etiam videntur hic seruati decretoriorum dierum esse circuitus. Iam natura quoq; in hac decretoria signa & symptomata videtur prætulisse.

AEGROTVS VIII

79 B *Abderæ Anaxion, qui ad Thracias portas decumbebat, in Febrem Acutam incidit: Dextri lateris assiduus cū dolor cruciabat, tussim habebat aridam, neq; primis diebus expuit: sitibundus erat, & insomnis: Vrinæ boni coloris, multæ, & tenues. Sexto die delirabat, fotibus nihil remittebatur. Septimo magis laborabat: quippe febris intendebatur, nec imminuebantur dolores, simulq; tusses infestabant, difficulter etiam spirabat. Octauo cubitum secui, multū, vt debebat, effluebat: leniores ibi euaserunt dolores, sed tusses aridæ permanebant. Vndecimo febres fuerunt maiores, aliquantum circa caput sudauit, etiamnum tusses durabant: & quæ à pulmone exibant, liquidiora erant. Decimo et Septimo cœpit pauca concocta expuere,[a] leuatus est. Vigesimo sudauit, febre liberatus est: a iudicio rectius habuit, siticulosus vero erat, & à pulmone non bonæ purgationes. Vigesimoseptimo redijt febris, tussijt, multa excreauit concocta, in Vrina multa subsidebant alba, desijt sitire,[b] dormiuit. Trigesimoquarto toto sudauit corpore, cessauit febris, in totum est Iudicatus.*

In hoc vno ægrorum, primo & tertio libro descriptorum de sanguinis missione Hippocrates fecit mentionem, non vt solo, cui sanguinem misisset, sed vt octauo die solo. Nam tum etiam medici quasi lege certa vltra quartum diem venā non secabant. Quando igitur huic octauo die missus sanguis est, multo certe plures censeas sanguinis missionem requirentes, secundo, tertio, quarto die auxilio hoc esse vsos. C Reticuit autem Hippocrates, sicut remedia alia omnia: tamen necesse interdum habuit scribere, nihil eos ab ijs, quæ offerebantur, adiutos fuisse, vt malignitatem suggereret morbi: neq; enim lucubrationem hic curationis instituit, sed præsagitionis conscribere. Non nullis etiam ægris videtur non fuisse ab initio præsto: quare adscribit interim, Huic perpetuo, postquam ego ipsum vidi, hoc & hoc accidit exacte. Ego vero ignorantibus,[c] etiam horum ægrorum libro primo de iudicijs præscripsi vsum: Vbi quo modo inconcoctum exquisite morbum cognoscas: quo modo eum, qui iam primum maturescit: quo pacto, qui progreditur in concoctione: quemadmodum qui iam perfectæ concoctioni proximus est: dilucide studui ostēdere. Ideoq; Anaxion hic, dum semper tussiret, nihilq; plane expueret, inconcoctissima conflictabatur pleuritide. Cum vero die vndecimo expuere cœpisset, morbum significauit concoqui: deinde pedetentim tēpore progrediente, ita scripsit Hippocrates in vigesimoseptimo die /multa excreauit concocta: in vrina multa subsidebāt alba/. Quam ob rem trigesimoquarto est prorsus iudicatus.

A* In antiquis codicibus græcis, quos ui derim, non habetur hæc dictio, leuatus ē. Nec ēt ī com. 12. primi aph. nec in 1. de crisibus pag. [illegible] dictio hæc examinat̄, quamuis in quibusdā cō textibus illic legatur. Adduntur prærea hoc in loco in cod. græcis post dictionem leuatus ē, siticulosus vero erat & a pulmone non bonæ purgationes. quæ tamen a Gal. lib. de crisibus referuntur ad vigesimū, & ēt in lib. aph.

B* [illegible] sed Galeni cod. et in aphorismis, & in libro de crisibus habet [illegible] id est bene spirans.

AEGROTVS IX

80 *Abderæ Heropyto Caput dolebat, nec decumbebat, quod tamen fecit paulo post. Hic ad superiorem viam habitabat.* D *Captus est Febre Ardente & acuta. Primo Vomuit multa biliosa: sitibundus, multum implacidus: Vrinæ tenues, nigræ, suspensio sublimis interdum, interdum non: Noctem habuit laboriosam: febris alias aliter exacerbabatur, sed ferè inordinate. Circa diem Quartumdecimum surditas, febres creuerunt, Vrinæ eædem fuerunt. Vigesimo multa delirauit, itemq; Sequentibus Diebus. Quadragesimo multum ex naribus sanguinis erupit, menteq; constitit magis: surdus quidem, sed non perinde fuit: febres fuerunt remissæ. Proximis Diebus crebro ex naribus sanguis & paulatim erupit. Circa diem Sexagesimum è naribus quidem substiterunt eruptiones, sed dextera coxendix admodū dolebat, febresq; increuerunt. Haud multo post partes inferiores omnes dolebant: fiebat autem, vt vel febres maiores essent, maiorq; surditas: vel hæ quidem remitterentur, alleuarenturq;, verum partes inferiores ad coxendices sitæ vehementius dolerent. Iam vero circa diē Octogesimum cuncta remissa sunt, nihil tamen desijt: etenim Vrinæ boni coloris, & copiosiores subsidentias habentes exierunt, deliriaq; imminuta sunt. Circa diem Centesimum aluus fuit turbata multis biliosis, durabantq; diu multa talia, deinde dysenterica cum dolore. Reliqua leuia fuerunt. In summa, febres eum reliquerunt, discessitq; surditas.[d] Centēsimo est absolute Iudicatus. Febris Ardens.*

C* Al. ex antiquis [illegible] & quod vtilitas ex hoc ægroto capiatur, ostendi lib. 1. de crisibus.

D* Al. centesimo & vigesimo. [illegible] lib. 2. de dieb. decr. cap. [illegible] 4. pag. [illegible]

Hic vir memoratu dignus est, qui morbum grauem virium robore excepit, alioqui tanto morbo futurus impar. Et omnino pulsibus eius inerat robur, simul quę reliqua omnia secundum naturam constabant. Dixi vero & alibi Hippocratem prætermisisse hanc partem in febricitantibus

præsagitionis

præſagitionis. Iam etiam reſpiratio videtur, & appetitus laboranti inculpatus fuiſſe: quæ magni E ſunt, vt ille ipſe docuit, ad ſalutem pōderis. At febris primo quidem acuta inuaſit, verum eius poſtea eſt acuitas retuſa. De qua ſcripſit Hippocrates: Febris alias aliter exacerbabatur, ſed fere inordinate. Vnum vero habebat æger periculoſum ſignum, vrinarum tenuitatem & nigritiem. Vnde natura vix longo tempore morbum debellauit, ſanguinis concitata eruptione die quadrageſimo ex decretorijs vno: coxendicisq; dolore, & omnium inferiorum partium, poſtea creato: Nempe enim magni morbi etiā quærunt, quæ iudicent ſe, egregia. At neq; hoc plane eſt diſcuſſus morbus: ſed circa diem octogeſimum ſigna eluxerunt ex vrinis eius maturationis: poſtea vſq; ad centeſimum diem paulatim concoctus, omnino eſt profligatus.

Aegrotvs x

81 *Abderæ Nicodemum ex Venere & Potu corripuit Febris. Initio faſtidioſus erat, cor ei dolebat, erat ſiticuloſus, lingua exuſta: Vrinæ tenues, ac nigræ. Poſtridie febris exacerbata eſt, horrebat, faſtidioſus erat, non dormiuit: Vomuit biliosa, flaua: urinæ ſimiles: Noctem quietam duxit, dormiuit. Tertio die ſunt cuncta relaxata, et remiſſio fuit: Sub Solis occaſum rurſus grauius habuit: Nox laborioſa fuit. Quarto rigor, febris multa, omnia dolebant: Vrinæ tenues, ſuſpenſionem habentes. Sexto multum delirauit. Septimus dies leuis fuit. Octauo alia fuerunt omnia remiſſa.* F *Decimo, Proximisq; Diebus tenuerunt illum quidem dolores, cæterum omnes illi leuiores. Huic Acceſſiones et Dolores præcipue Diebus paribus ſemper inceſſerunt. Vigeſimo albam Vrinam reddidit, quæ craſſa erat, ſed repoſita nō deſidebat: multum ſudauit: uiſus febre liber eſt eſſe: Veſpere redijt calor, ijdemq; dolores, horror, ſitis, aliquantum delirauit. Vigeſimoquarto multam Vrinam & albam reddidit, in qua multa ſubſidebant: ſudor et toto corpore copioſe calidus emanauit. Sine febre Iudicatus eſt.*

* & ipſe Hippocrates ſignificauit dicēs, Acceſſiones & dolores diebus paribus. Quare etiam à vigeſimo die ſudore eſt iudicatus. Sigillatim vero qui omnia tenet memoria, quæ ante expoſuimus hoc libro, & ſuperioribus duobus, atque ante hos in præſagijs & prædictionibus, inuenire omnia ipſe poterit.

Aegrotvs xi

82 *In Thaſo Mulier quædā moroſa ex Mœrore cum occaſione, recte ſtans, Inſomnis eſt facta, & [a]cibō abſtinuit: eratq; ſitibunda & faſtidioſa. Habitabat hæc prope filios Pyladæ in Leio. Primo die circa initium noctis, timores, Verba multa, mœſtitia, leuis febricula: Mane multæ conuulſiones: Sicubi multæ illæ conuulſiones deſinerent, delirabat, & loquebatur [b]contūmaciter: multos dolores, magnos, aſſiduosq; habebat. Altero die eadem permanſerūt, ſomnum non cepit, febris magis acuta. Tertio conuulſiones conquieuerunt: coma & in ſomnum inclinatio, rurſusq; Vigiliæ, exercitauerunt eam: continere ſe non potuit, multum delirauit, febris acuta: Sub hāc noctem ſudor multus toto corpore & calidus prorupit [c] †: liberata febre dormiuit, planè mēte conſtitit, Iudicata eſt. Circa Tertium diē Vrinæ nigræ, & tenues: ſuſpenſio [d] mūltum erat rotunda, non ſubſidebat. [e] Sūb Iudicium Menſes copioſi prouenerunt.* G

*A * ἄσιτος. ſed legerē ego ἀπόσιτος i. a cibo abhorruit. ſuperius enim diſcrimē poſuit Galenus inter ἄσιτον et ἀπόσιτον.*

B Al. turpia.

C † Galenus ī cōm. addit ēt menſiū excretione, cuius tamē nullam in contextu Hippocratis mētionem videmus.

*D * ἐπὶ πολὺ i. diu.*

*E * περὶ δὲ τὴν κρίσιν Galenus tamen videtur legiſſe μετὰ δὲ τὴν κρίσιν i. poſt iudicium.*

Quid dictio δυσάνιος id eſt moroſus, ſignificet, docuit Critias: cuius ſunt hæc verba: Moroſus eſt, qui vilibus de rebus ſtomachatur, & de magnis, plus cæteris mortalibus diutiusq;. Erat ergo triſtis vel tetrica, quam hic moroſam Hippocrates vocat, quæ diu in triſtitia perſiſtebat: Quod iterum paulo poſt de ea dicit, quæ Cyzici gemellas filias enixa erat: Tacita vero & tetrica, nec ad animi æquitatem perduci potuit. Verum non poſſum non mirari, cur in hac muliere non addiderit, vel cohibitos omnino fuiſſe menſes, vel non perfecte profluxiſſe. Nam acute ſimul & ex humorum abundantia videtur laboraſſe, atque tertio die ſub noctem per ſudores eſſe & menſium excretionem iudicata. Quin etiam multi menſes poſt iudicium euacuati, morbi deceſſionem confirmauerunt. Vrinę vero color, licet eſſet niger, nihil attulit periculoſi: quòd retenti menſes eſſent H magis melancholici. Vnde mulier merito moroſa euaſit, & timida, interimq; delirauit, & comate eſt detenta.

Aegrotvs xii

83 *Virginem quandam Lariſſæ Febris cepit Ardens et acuta. Inſomnis: ſitibunda erat: lingua fuliginoſa, & arida: Vrinæ boni coloris, ſed tenues. Secundus fuit dies laborioſus, non dormiuit. Tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximisq; diebus talia commode. Quarto Vrina tenuis & pauca, habebat ſuſpenſionem elatam, non ſubſidebat: Sub noctem delirauit. Sexto ex naribus largiter multum fluxit, inhorruit, ac mox ſudauit toto corpore multum & calidum: ſine febre eſt Iudicata. Dum febricitaret, & iam iudicata eſſet, Menſes tunc illi primum prouenerunt, quippe Virgo erat. Perpetuo autem faſtidioſa erat, et horrebat, facies rubicunda erat, oculi dolebant, caput graue erat. Huic non repetijt, ſed Iudicata eſt. Dolores diebus Paribus.*

Aetatem puellam attigiſſe menſium, ex ipſis liquet Hippocratis verbis /menſes tum primum prouenerunt/ & ipſum etiam fuiſſe morbum ex humorum copia, iudicatumq; die ſexto eſſe, ꝙ dolores in dies pares incurriſſent, vt ipſe ſcripſit. At mirum non reuertiſſe, cum ſextus dies non iudicet

A dicet vnquam fideliter. Quare nouum hoc & rarum illi accidisse indicauit, cum scripsit /huic non repetijt, sed iudicata est/ tanquam debuisset repetere. At vero causam etiam cur non redierit, scripsit addendo /dum febricitaret, & iam iudicata esset, menses primum illi prouenerunt/. Nam vacuationis perseueratio diebus post iudicium, satis erat, vt firmum seruaretur iudicium, quod die sexto præcesserat per sanguinis eruptionem & sudores, maxime quod nulla esset princeps pars inflammata, neque maligna humorum abundantia. Ipse certe plethoricum vitium esse significauit, cum dicit, perpetuo in facie ruborem infuisse, in oculis dolorem, in capite grauitatem. Planum ergo erat, solam requiri vacuationem, quam natura tertio die incepit, consummauit sexto. Nam per naturam, non vt morbi symptoma, ventris vacuationem accidisse ipse dilucide his verbis indicauit /tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximisq; diebus talia commode/: hoc adiectũ denotat, quæ ostendebant, excerni. Porro ex ijs, quæ sunt in eius historia exposita etiam hæc duo ad predicta, declaranda duxi, primum quod initio est scriptum /lingua fuliginosa & arida / alterum hoc / quarto vrina tenuis & pauca, habebat suspensionem elatã, non subsidebat, delirauit/. Nam horum Prius relatum, vtile tibi est, vt ne omnino putes fuliginosam linguam esse exitialem: sic autem appellat tinctam quasi fuligine quadam, quæ sicca erat ex vaporibus: Alterum,
B quia etiam in alijs ęgris cum dixerit /suspensio elata/ statim subiecit /delirauit/ innuens quod eiusmodi suspensiones delirium comitatur: Quanquam in præsagijs, vbi omnia, quæ accidunt vrinis, est persecutus, nullum fecit præsagium ex eis delirij. Quare signum hoc videtur per se ipsum, delirium nunquam denunciare, sed casu non nunq̃ commonstrare, quia flatuosiorem esse sanguinem indicat. Nam, nullus plane si flatus insit, deferuntur ad ima vasa suspensiones.

AEGROTVS XIII

84 *Apollonius Abderæ morbum rectus diu sustinebat. Magna autem illi erant Viscera, ac circa iecur consuetus dolor multo tempore consequebatur: & sane tunc etiam morbus eum regius cepit, euasitq; flatuosus, ac subalbidus. Cum aquam bibisset: & edisset intẽpestiuius bubulam, cum paruus calor primum inuasit, decubuit. Deinde, cum lacte visus fuisset cocto crudoq; copioso, caprino & ouino, victuq; malo, omnia multum offensa sunt: nam: febres exacerbatæ sunt: venter nihil ingestorum effatu dignum reddidit: vrinæ tenues redditæ, & paucæ: somni non aderant, inflatio mala, magna sitis, comatosus erat, hypochõdrij dextri eleuatio cum dolore, extremæ partes vndiq; subfrigidæ, aliquantum delirabat, omnium obliuiscebatur quæ locutus esset, mente mouebatur. Circa diem Quartumdecimum cũ à rigore incaluisset, decubuit, & valde insanijt: clamor, perturbatio, multa verba, rursus quies: ac tũ de-*
C *niq; coma incessit: Postea aluus turbata multis biliosis, meris, crudis: vrinæ nigræ, paucæ, tenues, multũ implacidus erat: deiectiones variæ erant, nam erant vel nigræ paucæ & virulentæ, vel pingues crudæ & mordaces, tandem etiam lacti similes reddere visus est. Circa diem Vigesimũquartum leuius habuit, cætero nihil immutatum: aliquantulum mentis fuit compos, ex quo autem decubuit, meminit nullius: rursumq; subito desipuit, omnia in peius vergebant* [a] †. [b] † *Circa diem Quartum & Trigesimum Obijt. Huic semper, postquàm hominẽ ego uidi, Aluus turbata fuit: Vrinæ tenues, et nigræ: comatosus ipse, & insõnis: Extremæ partes frigidæ: Delirus perpetuo, Phreniticus.*

* ὑπεσί,ετο.

* *In græcis cod. quos uiderim, dictio hæc non habetur.*

A † Ex alijs cod. græcis hæc adduntur. Circa Trigesimũ, febris acuta deiectiones multæ tenues, delirus, extrema frigida, mutus.

Iam in hoc etiam Hippocrates, vt in alijs multis, in fine ipse narrationis breuibus capitibus symptomata & signa quæ acciderunt, docuit: ex quibus instare mortem præuideas. Habet autem dictio sic: Huic perpetuo, postquàm hominem ego vidi, aluus turbata fuit: vrinæ tenues, & nigræ: comatosus ipse, & insomnis: extremę partes frigidę, delirus perpetuo. At singula clara sunt, si quę ante exposuimus, meministi.

B † Al. Quarto & trigesimo obijt. Libro tamẽ 2. de diebus decr. ca. 4. cl. 4. pa. 153 b. legitur primo & trigesimo, nisi illic sit mẽda.

AEGROTVS XIIII

85 *Mulier Cyzici, quæ Gemellas filias Difficulter pepererat, & minus erat purgata, Primo Die in Febrem incidit*
D *horridam & acutã: capitis suberat & colli dolorifica grauitas. Insomnis initio, tacita & tetrica, nec ad animi æquitatẽ potuit perduci: vrinæ tenues* [c] †, *siticulosa, fastidiosa sæpenumero: aluus erratice turbata, rursusq; constitit. Sexto die sub noctem multum delirauit, non dormiuit. Circa Vndecimum valde insanijt, rursus ad mentem redijt: vrinæ nigræ, & tenues, deinde aliquanto post oleosæ: aluus multa, tenuia, & turbata excreuit. Quartodecimo multæ conuulsiones, extremæ partes frigidæ, nihil amplius sapuit, vrinæ restiterunt.* [d] † *Perijt. Phrenitis.*

C † Additur ĩ aliquib' cod. græ. κ̀ ἄχροα i. et decolores.

Non tantum, quia non probe fuit à partu purgata, superfuit mulieri huic sanguis magis melancholicus (quæ causa erat, cur initio tacita esset & tetrica, nec posset ad animi perduci ęquitatem: & postea multum deliraret, vt valde insaniret) verum etiam propter difficilem enixum inflammato vtero febris est aucta. In conspicuo porro est vitiosis humoribus ad caput sublatis delirium furiosum extitisse, simulq; conuulsiones consecutas esse. Decretoriorũ dierũ circuitus, vt in oĩbus ęgris, ita & hic conseruãtur. Sicubi videatur raro quicquam esse labefactatum, illud solum adnotamus.

D † Al. Decimosexto muta, Decimo septĩo perijt. Galenus ẽt li. 2. de dieb. dec. ca. 4. cl. 4. pa. 153. e. dicit hãc mulierẽ decimo et septĩo die obijsse.

AEGROTVS XV

86 *In Thaso Dealcis Vxorẽ, quæ in Leuo decumbebat, ex Mœrore Febris horrida acuta corripuit. Ab initio cooperiebatur & perpetuo: semper tacita villos straguli captabat vellebatq;, & scalpebat: plorabat, moxq; ridebat, non*

dormiebat: aluus iritamento nihil deijciebat: admonita paululum bibebat: vrinæ tenues, & paucæ, non habentes subsidentiam: febres ad manum tenues, partium extremarum frigus. Nono die multum delirabat, rursusq; ad mentem redijt, tacita. Quartodecimo spiritus rarus, magnus, per interuallū, rursusq; breuispira. Septimodecimo aluus iritamento, turbata deiecit: postea ipsi potus non pertransibant, prorsus mente falsa est, nihil sapiebat, † nihil sentiebat, cutis distenta et arida fuit: Vigesimo multum est locuta, redijtq; ad mētem, muta, breuispira. Primo & Vigesimo Defuncta est. Huic erat Spiritus perpetuo rarus & magnus: Nihil sentiebat: Semper cooperiebatur: Aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo. Phrenitis. E

† ἀναισθήτως εἶχεν πάντων et ita et paulo post. vide Gal. libro 2. de diff. resp. ca. 6. cl. 3. pag. 65. a. ubi hæc verba obiter declarat.

A primo hæc fuisse phrenitica videtur. Sunt autē tales, vti prius dixi, grauissimæ phrenitides: ac ocyssime quosquos inuadunt, tollunt: sed nunc quidem hæc febricitans acute, ad diem vigesimumprimum se sustentauit, fortasse quia modice febricitaret. Proinde vt insinuaret hoc, scripsit in hac vna ægra / febres ad manum tenues /. Sanè videtur hæc delirij speciē ex melācholia & phrenitide habuisse mistam: nam hoc / aut multa loquebatur, aut perpetuo tacebat / ostendit eiuscemodi mixtionem. At nescio, cur Hippocratis interpretes nihil scripserint in hæc verba, vbi ait / spiritus rarus / quod est perinde ac per interuallum: atq; sanè videtur deinceps idem dixisse. Forte ergo aut vt raritatis augmentum indicaret per interuallum, addidit: ac si ita dixisset, per magnum admodum interuallum: est enim interdum consuetum, vt magnum relinquatur, solumq; vsurpetur per interuallum. At non perpetuo (quemadmodum in alijs) immo nec diu mulierem hāc ita toto morbo spirasse indicat. Itaq; subdit / rursusq; breuispira / indicans etiam hic, vt antea, ex frigore, non paruo tantum, sed magno interuallo etiam, mulierem respirare: qui re vera est breuis spiritus. Nam rarus & magnus, quatenus rarus est, minor est frequente & magno: quatenus vero magnus, hactenus præstat paruo & raro. Secundum vtrunq; igitur paruus est breuis spiritus & rarus. Videturq; nunc quidem quasi etiam ea refrigeratione fuisse muliercula hæc, qua quæ apnœa i. suffocatione, prehenduntur, tenentur. Itaq; de ea scribit / vigesimo die multum locuta est, redijtq; ad mentem, breuispira /. Vocis vero defectus fere adiunctus est cum breui & raro spiritu. At vero per interuallum cum raro scriptum, pro longo admodum interuallo est accipiendum. Nam pauco morbi tempore significare non potest, quando in fine historię scripsit hęc / huic perpetuo spiritus rarus & magnus erat / nam perpetuo (gręce διὰ τέλεος) dicere pro toto morbi spatio ad finem vsq; solet. Et quemadmodum hoc / perpetuo / sic illud dicit / semper cooperiebatur, aut multum loquebatur, aut tacebat perpetuo /. Nam multum loqui phreniticorum est: tacere melancholicorum: & cooperiri est commune vtrisque, nisi quando & ex frigore cooperirentur. F G

AEGROTVS XVI

87 *Adolescens Melibœæ ex nimio Potu & Venere diu calfactus decubuit: horrebat, & erat fastidiosus, insomnis, nec sitiebat. Aluus Primo Die multa stercora reddidit cum multa offusione. Sequētibus Diebus multa diluta, quæ bilem referebant: vrinæ tenues, paucæ, decolores: spiritus rarus, & magnus per interuallum: hypochondrij contentio submollis, ex vtrisq; oblōga: perpetua cordis palpitatio, reddidit oleosam vrinam. Decimo delirauit modice, modestusq; & tacitus erat, cutis arida & distenta: deiectiones vel multæ & tenues, vel biliosæ & pingues. Quartodecimo desipuit, cuncta exacerbata sunt, multum delirauit. Vigesimo valde insaniuit, sese iactauit, nullam vrinam reddidit, modicum potionis continebat. Vigesimoquarto Obijt. Phrenitis.*

Multa quidem pocula neruis nocent, & origini eorum cerebro. Venus vero cùm hæc satis lædit, tum vires elidit, & debilitat. Itaq; adolescens hic vitiosa collecta humorum abundantia merito à modicis febribus cœpit: qui cum indies peius haberet, in phrenitim tandem exquisitam incidit. Nam oriri illam magnus & rarus spiritus indicabat: & eius modestia, & perpetua taciturnitas modice ægrum desipere. Nam leues & turbulenti homines, deliri leuibus de causis fiunt: qui contrarijs sunt moribus, de magnis. Cur aūt raro spiritui / per interuallū / addiderit, in superiore ęgro tractauimus. Et de hypochondriorum palpitationibus & aliubi, & in præsagijs egi: Itidē de submolli hypochondrij contentione, illum eam quæ tumore caret appellare: quę fit, vbi nullo musculi in vitio sunt, sed offensæ sunt partes, quæ intra peritonæum sitæ sunt. H

Hæc sūt quorum superius meminit Gal. pag. 147. b

88 ¶ *Verum illa mihi Aestas videtur secūdum rationē profuisse. Nā æstiuos morbos Hyems succedēs soluit, hyemales Aestas insequens transmutat. Quanquam ista per se Aestas haud stabilis fuit, sed subito calida, austrina, et à uentis silens euasit: profuit tamen ad aliam tempestatem transmutata. At in Magna Parte pono Artis esse recte posse de ijs quæ tradidimus, existimare. Is enim qui nouit, & vtitur his, non magnopere mihi in arte falli videtur posse. Singulos autem Temporum Anni Status perdiscere est operæpretium, et Morbos: Quid boni habeat status uel morbus commune: & quid mali, statui sit vel morbo commune: Et qui longus morbus & lethalis, qui longus & sanabitur: qui acutus & lethalis, qui acutus & sanabilis. Series hinc Dierum Decretoriorum obseruanda est, et Prædicendi hinc facultas scienti datur. Hinc scire est, quibus, quando, & quæ sit Victus præscribenda Ratio.*

Galeni

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM EXPLANATIONES

à Iunio Paulo craſſo Patauino in linguam latinam verſæ

Denuo rurſus ab eodem diligentiſsime recognitæ.

TOMVS PRIMVS

ARGVMENTVM

Liber Nihil ferè quod ad Vulgares morbos attineat continens, ſed multis quaſi Aphoriſmis ab Hippocrate forte ad memoriam collectis, per Theſſalum vel alium quempiam conflatus.



C Extum Hippocratis librum de popularibus morbis multi explanatores corruperunt, alij aliter (vt quiſq; ſe veriſimiliter explanaturum eſſe ſperabat) ipſius verba permutātes. Quamobrē & propter hoc ego veteres codices indagare, & eorum commentaria qui primi librum hunc explanauerunt, euoluere coactus ſum. Inter quos & Zeuxis Tarentinus, & Erythræus Heraclides cenſetur: ante quos etiam Bacchius, & Glaucias extiterunt. Iſti ſanè ſi veterem prius ſcripturam edocentes, locum eſſe mendoſum poſtea dicerent, conſentaneū eſſet propterea & ipſos verā Hippocratis ſcripturam hāc aut illā eſſe cogitare: eorumq; mihi diligētia probaretur, ſi poſt loci caſtigationē eos aliquid vtile vnà & & veteris magiſtri opinioni cōſentiens edocere perſpicerem. Quapropter, cum illi non nunquā in vtroq; aberrent, illud mihi longe ſatius fore viſum eſt, ſi antiquam lectionem ſeruans eam ſemper interpretari ſtuduero. Quòd ſi hoc interdum facere nequiuerim, ipſam aliqua veriſimili caſtigatione emendauero: quemadmodum Heraclides in ſecundo libro de morbis popularibus fecit loco illo, vbi ſcriptum eſt, Ad Aphrodiſium autem vræ (græce οὖραι) ſpectabant. Quoniam ab explanatoribus hæc dictio οὖραι minime probabiliter declarata eſt, forſan (inquit) prius D θύραι per literam θ ſcriptum erat: linea vero, quæ in ipſa media erat, abolita, librarius οὖραι ſcriptum fuiſſe exiſtimauit. Fieri nanque hoc modo potuit, vt membrana tenui deleta ſimul & hæc linea deleretur: & ab initio protinus ipſam debilius obſcuriusque ſcriptam temporis longinquitate prorſus euanuiſſe. Inter omnes autem, qui veteres ſcripturas peruerterunt, Capitonem & Dioſcoridem ad hoc faciendum audaciſſimos inuenio. Ego itaque cōſiderans, num omnium iſtorum, an eorum tātummodo qui rectè ſcripturas commutarunt, an nullius prorſum, meminiſſe æquius foret, mecum ita conſtitui, ſi nullus eorum, qui commentaria hæc lecturi ſunt, ipſorum longitudinem ægre laturus eſſet, omnium meminiſſe rectius fore: Sed, multi cum ſint, qui non huiuſmodi ſolum commentaria, verum etiam moderatiora vituperent, ſolumq; vtilibus ſtudeant, mediam quandam inter vtraque hæc extrema explanationem facere. Atque id ſtatim ab initio teſtatus ſum, vt ab hiſce commentarijs recedant, qui ipſis non delectantur. Ego etenim, quemadmodum alia multa rogantibus amicis obtemperans confeci, ita & haſce explanationes illorum cauſa facere aggreſſus ſum. Ea vero, quæ à me ſcriberentur, in vulgus exire conſiderans his procemijs opus habui. Quemadmodū igitur hæc præfatus ſum, ita & illud præfari neceſſum eſt, locutionis videlicet genus hoc in libro longe ab eo eſſe diuerſum, quo in primo & tertio de morbis popularibus libro Hippocrates vſus eſt: quos ferè oēs conſentiunt, ſolos ab Hippocrate, vt

emitterentur, fuisse cõscriptos: ex alijs autem quinq; quintum & septimum proculdubio spurios E esse ac subdititios. Sextum vero hunc, quem in præsentia habemus in manibus, & ante ipsum, secundum librum, ex illis quæ sibi ipse Hippocrates collegerat, Thessalum eius filium aiunt conflauisse: quin & non nulli ipsum Thessalum aliquid ex propria sententia adscripsisse opinantur: non nulli vero post ipsum alios. In primo sanè atq; tertio libro quasdam aeris constitutiones Hippocrates exponit, post quas morbi in vulgus grassati enumerantur: hanc.n. dictionem ἐπιδημήσαντα illis attribuere Hippocrates conspicitur: & hanc ob causam librorum inscriptionem talem fecit, populares ipsos appellans (grȩce ἐπιδημίους) quia de morbis in populum passim sȩuiẽtibus in ipsis agitur, nõ autẽ περὶ τῶν ἐπιδημιῶν, hoc est, de ipsius Hippocratis peregrinationibus, quibus multas ciuitates peragrauit. In duobus autem his libris hæc est exigua portio: sed plurima doctrinæ portio aphorismi quidam esse videntur, singuli propria circunscriptione separati. Quare duo hi libri cum propria inscriptione carerent, aliorum communem suscepisse dicuntur, vt & ipsi videlicet populares vocarẽtur, cum minimum in ijs contineretur, quod ipsi inscriptioni consentiret. Quartus autem liber istis locutionis forma persimilis, contemplationis vtilitate longe superatur. Quicunq; vero librum hunc sextum Thessali constitutiones appellauerunt, manifeste falluntur. Hæc mihi prædixisse satis sit, cum & alia non pauca à quibusdam explanatoribus scripta fuerint, quæ, ne longior essem, congruens fuit prætermittere. F

1 *Quibuscunq; ex Corruptione.*

Communem aliquem sermonẽ de re cõmuni semel tm̃ facere constitui: cuiuis autem lecturo, secundum propriam linguam, vt libuerit, scribere liceat. Non nulli quidem ὅσησι primã dictionẽ ex tribus syllabis constantem scripserunt, aliqui vero ὁκόσησι ex quatuor: quidam nõ per κ scribunt ὁκόσησιν sed per π, secundam syllabam: quemadmodum Capito non in hoc modo, verum etiam in omnibus alijs huiusmodi nominibus fecit. Nihil autem artis operum, hoc, an illo modo scripseris, interest. Quocirca melius esse mihi persuasi, si eas solum scripturas in meis cõmentarijs attulero, quæ sententiæ significationem permutant: quȩ vero solis verbis, sententia minime violata, dissentiunt, eas cuiusq; arbitrio scribendas ac proferendas permisero. Rursum igitur ab altero initio supra positam dictionem repetens ad ipsius explanationem me conuertam.

2 *Quibuscunq; ex Deperditione circa Vterum, & Tumoribus in Capitis grauitatem permutatur, In sincipite dolores, & quicunq; alij ab Vteris, istis, octo aut decem mensibus in Coxendicem finiunt.* G

Quod Attici ἄμβλωσιν idest abortum vocant, id Hippocrates ἀποφθορὰν hoc est deperditionem, appellare consueuit: & verba vero huic appellationi congruentia, & à grammaticis vocata participia, ipsi proportione quadrãtia scribit: Αμβλώσκειν autem, hoc est abortiri (fortassis enim quispiam & id ipsum ignorat) de imperfecta fœtuum emissione, vtcunq; facta fuerit, pronũciãt: medicamenta quoq; id prȩstãtia, amblotica i. abortiuũ facientia, nũcupant. Significatum quidem dictionis semel nunc dixisse abunde sit: mox vtiliora incipiemus. Illud tantũ prius admonebimus, veteres explanatores dictionem illam in hac parte ita scripsisse /quibuscunq; à perditione circa vteros, & tumoribus in capitis grauitates conuertitur/ perditionem, non deperditionem, volẽtes ipsum abortum nominare. Alij vero /de/ prȩpositionem adiungentes, deperditionem scilicet ipsum appellare voluerunt: atq; ita sȩpius Hippocrates appellauisse deprehenditur: num vero & hoc loco ita fecerit, obscurum est. Quemadmodum autem in hac dictione, & si varijs modis scribant, eadem tñ orationis sententia retinetur, ita si quis vteros plurali numero aut vterum singulari, & capitis grauitatem aut grauitates dixerit, orationis sententiam minime variat. Qua de causa & ego Galenus has in locutione dissensiones, quȩ rerum significatarum nullam permutant, recensendas examinandasq; nequaquã iudicaui. Quod igitur ab Hippocrate dicitur, hoc est: Quibus H mulieribus ex fœtuũ abortu œdemata i. tumores, in vtero passis, per cõsensum grauitas capitis acciderit, his in sincipite dolorẽ excitari: nec non & alias capitis grauitates, quæcunq; ex vteri affectibus oriuntur, eadem ratione sincipiti inhærentes dolores cõcitare. Primum igitur quid œdematis nomen significet, considerare opus est. Videtur.n. semper Hippocrates (vt plerũq; ostensum est) oẽs prȩter naturam tumores hoc vocabulo noĩare, siue dolore careãt, duriq; sint, quos proprie scirrhos Grȩci appellant: siue dolorẽ inferant, quos phlegmonas i. inflãmationes, proprie vocãt: siue absq; dolore laxi atq; molles sint, hos vero solos œdemata Grȩci noĩant. In præsentia sanè videtur eorum tumorum meminisse, quæ diutius permanere, & capiti grauitatem inferre valeant. Quòd in abortibus quidẽ id euenire soleat, res ipsa sensibus apparẽs testaẽ: verũ quid sit in causa, quare inter alias capitis partes sinciput magis dolore afficiatur, quidam huius libri explanatores indagare conati inter se dissentiunt. Alij.n. situm è regione, quem Grȩci κατ' ἴξιν vocant, causantur: lumborum nãq; & planè dorsi partibus affectu aliquo diuexatis in posterius cerebrum situs rectitudinem pertinere affirmãt: non nulli & ipsius vteri posterioribus partibus affectis occiput, prioribus sinciput, affectum participare testãtur. Verum alij situs rectitudinem, quam & κατ' ἴξιν Hippocrates nominat, dimittentes, cerebrum in cõsensum vteri affectuũ duci contendunt, vtpote quæ

A quæ neruosa particula sit, cerebrum vero neruis originem prębeat, atque iccirco capitis grauitates oriri: sed cum plurima cerebri pars in sincipite locetur, propterea eo maxime loco dolorē sentiri. Alij partem hanc capitis infirmissimam esse dicentes, ideo & magis q̃ alias obnoxiam esse vitijs affirmant. Cæterum qui ex medijs cerebri partibus in sincipite positis in vterum neruos descendere aiunt, neq; vt ipsorum mentio fiat, digni sunt: sicut neq; etiam illi fortasse, qui asserunt, quia neruosus vterus est, ideo ipso patiente simul & neruorum principium affici: cur nāq; peritonęon vtero vicinius, intestina, ventriculus, & septum transuersum, quæ & ipsa neruosa sunt, non in affe ctuum vteri partipationē trahuntur? Quàm isti, adhuc illi magis damnandi sunt, qui vnà cum testibus cerebrum affici tradunt, qm̃ & ipsi ex eadem materia, ex qua & cerebrum, creati sunt: atq; ideo nihil mirum, si & vteri affectus cerebrum sentiat, quandoquidem & vtero testes inhærescāt. Quòd si adhuc rudiores istis recensuero, forsitan me quispiā increpuerit, & eorum, quæ supra posui, immemorem appellauerit. Satius igitur fuerit ipsorum nugis semel posthabitis nequaquam amplius eorum, quæ dixerint, meminisse. At eorum sermo, qui neruosum esse vterum prædicāt, secundum aliquam significationem verus, secundum aliquam falsus esse putandus est. Tria enim †similarium corporum in animalibus genera sunt, quę & exāguia & sinu carentia videntur: horū B aliqua ex ossibus, aliqua ex cerebro & dorsi medulla, aliqua ex musculis prodeūt. Horū primum genus ab Hippocrate quidē oīno ‖copula noīatur, secundum ‖neruus & ‖tonus, tertium vero ‖tendo. Sed certi quidā hoīes oīa hęc neruos appellantes ob eam, quā dixi, similitudinē, primum ipsorum genus colligatoriū esse aiūt, secundum aūt sentiēs atq; electorium, tertium aponeurosim hoc est nerueam propaginem, cognominat. Ex nullo istorum trium generum vterus neruos multos suscipit. Sed qm̃ ipsius corpus latissime distendi, contraq; in breuissimum spatium contrahi cernitur (quod à nullo carnoso mēbro, aut pingui, præstatur) hac ratione vterū neruosum esse ex quadam similitudine dicimus, deriuatum à neruis nomen ei quoq; imponētes: quemadmodum sanè & vesicam & reliqua oīa alba & exangui materia ita nuncupare soliti sunt, qn̄ plurimum extendi, rursumq; in se ipsa retrahi & subsidere videntur. Hac eadem itaq; ratione & vocatū colem in marium genitalibus, & vteri ceruicem, neruosos esse confirmant: nō nulli vero et cauernosum neruū penis colem appellāt, ab eoq; penem & ipsum totum neruosum dicunt. In hunc itaq; modū non secundum proprie neruorum potentiā, verum secundum corpoream substantiam similitudinem accipientes deinde quærunt, quid est quare colis affectus neruorum principia non simul vehemēter afficit: principia neruorū aūt cerebrum dorsiq; medullam appello. Atqui in uterum nerui C quidā planè inseruntur: alioqui enim quo modo sentiret? sed admodum pusilli sunt isti, si cum membri magnitudine comparentur. Quamobrem nō leui consideratione dignum est, si quis ista physice speculari voluerit, quid nam aliquæ ex istis mulieribus, quas ob frequentes vteri affectus vterarias vocant, contractionibus ac distentionibus neruorum conuulsioni similibus corripiantur: cum tñ in vteri phlegmone haud ita multum id accidere cernatur, licet febres valde vehementes & calidæ concitentur, ob quas lingua (vt ipse deinceps hoc in libro narrabit) veluti à fuligine denigrescat. Oportebat igitur eos hæc prius explorare, quicunq; de capitis vteriq; in affectibus societate dicere aliquid aggrediuntur. Calidas autem vehementesq; febres ab vtero prouenire neminem in artis operibus versatum præterit. Nam in Alexandria sophisticam artem edocentes, à quibus potissimum libri lōgis falsisq; sermonibus referti sunt, inter adolescentulos à gregibus & armentis venientes, & ad ægros nunquam accedentes, ipsi quoq; hac in re minime exercitati plerunq; versantur: ab omnibus enim istic hominibus victus ratio valde neglecta est. Quisquis igitur ex vteri phlegmone laborātes mulieres cōspexit, quo modo calidæ magnæq; febres omne corpus occupantes caput haud aliter exurant, atque illæ, quę sine vteri vitio similes oriuntur, apprime nouit. Cęterū, etsi nec adhuc euidenter illæ febricitent, quibus menstrua purgamēta suppressa D sunt, periculū tamen impendet, ne cito in febrem incidant: istarumq; caput graue redditur, & halitibus †calidisq; humoribus repletur: quocirca & ipsarum non nullæ, febrim habeāt postea, aut nō habeant, sopore opprimuntur. Hæc sanè ita fieri sensu percipitur. Quæ causa vero sit, propter quam ab huiusmodi vteri affectibus caput repletur, postea quærere oportuit votis qdem iuenire expetentem, sin minus, at illud saltē quod experientia ostendit, obseruantem, memoriterq; tenentem. Igitur nos aliquas id genus effectuum sensibus apparentiū causas assignare conabimur, atq; hinc initium capere decreuimus. Inter oēs corporis partes plurimas grādissimasq; venas vteri habēt. Cumq; eos aut mēses, aut à partu purgamenta suppressa, aut phlegmone aliqua vtcunq; orta, male accipiūt, ipsos sanguine cōpleri necessum est. Quo" deinde putrescēte si febris excitetur, inter synochorum species ipsam cōnumerari opus est, nā id genus febriū ex putrescēte sanguine accēdi ostēsum est: hæ vero calentiū vaporū vim haud paruam in caput submittūt. Verū capite quauis de causa horū vaporū pleno grauitates maxime in sincipite hominē vexātes apparere, illi quibus artis opera curę sunt, prius quàm à me audiuerint, notū habuerunt. At quę huius euenti causa sit, forsan scire aues: tibi igit̃ eā, quę mihi verisimillima visa fuerit, exponā, neq; hāc vnicā, sed plures.

Primum quidē vapores illos calidos proxime dictos per arterias in caput subuolare ratio ostendit: ipsas quoq; arterias per collū ab vtraq; vocati infundibuli parte rectà in sinciput discurrentes

Tertia Classis. uuu iij videre

† Al. neruosorum.

‖ Oībus hisce noīb' vsus est Hipp. in lib. de natura ossium, & tū alibi, tum in lib. de Articulis cō. 1. t. 24. 47. 48. 52 53. 54. 72. 256. c. 258. c. h. 259. a. b.

*Al. conuulsiones.

† Al. tum calidis tū frigidis.

A. f. 1. t. 2. c. 43. 44. h

videre licet. Præterea & omni sanitatis tempore tenuia & halituosa cerebri excrementa maxime E per sinciput difflari solere affirmamus: siquidē in ipso suturæ laxissimæ sunt, & ipsa caluaria subtilissima plurimisq; meatibus peruia: Ad hęc & multa sentientia corpora iuxta suturas sunt: mēbranulæ.n.quædam crassum cerebri inuolucrum pericranio vocatæ tunicæ connectunt, & multitudo tenuium conceptaculorum per suturas exiliunt: æquos autem magnitudine affectus magis sensoria naturaliter corpora magis pcipiunt, magis vero sentiētia ab inferētibus dolorē causis magis cruciantur. His sanè de causis in sincipite dolores fiunt. Modo illa inueniēda causa superest, ꝓpter quā octo aut decē mensibus mulieribus ita male habitis in coxendicem finit, hoc est, irruit morbus. Verū qm̄ nō nulli nō octo aut decem mēsibus, sed octauo aut decimo, scribendū cēsent: dicuntq; in multis & potissimum vetustissimis codicibus hoc græcum elementum η & hoc ι reperiri, η quidē loco huius dictionis octo, ι loco decem, scriptū esse: vlterius quæ & in istis sit differentia, ꝑpendamus. Si.n.ita legamus, octo aut decem mēsibus in coxendicem finire, ab abortu, nō à conceptu mēses numerabimus: si vero octauo mense aut decimo, sic à cōceptu tps significari affirmabimus. Mihi sanè id fieri posse videtur, vt secundū vtrāq; lectionē vtroq; modo sentētia accipiat̄. At huius, quod dicitur, iudiciū experiētiæ cōmittendū est: queadmodum ego & in oībus id genus, & in eo, de quo nūc loquimur, semper feci. Atq; obseruāti mihi, nō nūquā quadraginta F diebus, nō nunquā duobus mensibus, aut quatuor, morbus finiri atq; aboleri visus est: quibusdam vero & in plures menses ꝓductus fuit: & nō nullæ re vera ad octauum mensem, aliæ & ad decimū peruenerūt. Vidi quoq; ex vtero in coxendicē migrare colligiq; materiā: id vero haud in multis, quāuis multas ex vtero male habēte diu laborātes spectauerim. Eius itaq; inuestigare causam grauabar, ꝙ nō dum an re vera ita eueniret, certior factus essem. Aristoteles nanq;, an est, prius firme cognito, deinde, ꝓpter qd est, queri oportere præcepit: ꝙ siquis antequā, an est, firma notitia perceperit, propter quid sit, inuestigauerit, homo iste nugari garrireq; maluisse, ꝗ; veritatem explorare, aperte videtur. Igitur qui & nunc ꝓpositæ rei causam reddere conati sunt, hæc in mediū afferunt. Quicunq;.n.à tempore abortus vsq; ad octo aut decem mēses numerare dignum putant, vterum duobus his tēporibus, octauo scilicet mense & decimo, malis tolerandis assueuisse dicunt: octauo enim mēse fœtum conuerti, decimo aūt in lucem ędi: sic igitur et in pręsentia ijsdem statis tēporibus contristātes humores excerni, qui in locum vicinū, suscipereq; transmissa potētem, irruerunt, asseuerant. At, qui à conceptionis tēpore numerandū esse iubent, rationi magis cōsentaneum esse dicunt, vt, quemadmodum etsi tempore intermedio fœtus nullo vitio tentatus sit, nouum tamen aliquem motum vterus circa ipsum temporibus istis, dum aut conuertitur aut partu ęditur, habuerit, ita & nūc habeat. Cęterum vtriq; falluntur, qui fœtus motiones vtero tribuant. Qn̄ enim octauo mense conuertitur, hūc sanè motum oīno ex se ipso ciet, atq; tunc paritur, cum vehemētius cōmotus, aliquā ex continentibus membranis effregerit: hoc.n.& in libro de pueri natura hisce verbis testatum est: ‖ Cum vero mulieri partus tempora adueniunt, tūc puero cōmoto manibusq; & » pedibus sese agitanti aliquam intimarū mēbranarum dirumpere accidit: vna effracta reliquæ im- » becilliorem facultatem habent: atqui prima fœtum ambiens laceratur, deinde vltima. Qn̄ igitur » nec dum vtero fœtus per abortum eiectus continetur, neq; vt motus ipsius incolumes seruentur, fieri potest. Perinde vero, atq; isti, neq; illi fide digni sunt, qui septimū mēsem ac nonum fœtuum partus efficere: octauū vero ac decimum egressiones præter naturam vno mense naturalibus tardiores efficere asserunt: quod secundo popularium morborum libro dictum esse volunt in illis verbis, vbi dixit, ‖ Postero. ac si dixisset posteriore tempore aut mense: sed hoc prius in eo libro de- » clarauimus. At ego si hoc dictum ita se habere prius vidissem, perquisiuissem vtiq; ipsius causam diligentius: sed, qm̄ per multa stata tempora vteri affectus iudicari, & iudicatoriorum dierum circuitibus consonare perspexi, vt ipse in libro de præsagijs docuit, causæ inuētionem relinquo, cum neq; semper, neq; plerunque ita fieri videam. Verum scriptorem hunc, siue Hippocrates sit, siue H Thessalus, siue alius quispiam, in duabus forsan aut tribus mulieribus ita euenisse fortuito conspicatum, inconsultius de re neq; semper neq; crebrius incidēte (vt diximus) in vniuersum pronunciasse existimo. Sed de his hactenus à nobis dictum esto. Eorum aūt meminerimus, qui in narratione Hippocratis coniunctionē / & / interiecerūt, inter eā partem / in capitis grauitatē vertit̄ /, & eam / in sincipite dolores /: totamq; scripturā ita constituemus / quibuscunque à perditione circa vterum, & tumoribus, in capitis grauitatem cōmutatur, & in sincipite dolores, & quicunq; alij ab vteris, ijs octo mensibus aut decem in coxēdicem desinit /. Medicinalem sanè quandā pręscriptionem ad præsagiendum vtilem, non causas reddentē priori sermoni adiungunt, talem iudicantes esse sententiam: Quibuscunq; mulieribus in vtero ex abortu tumoribus excitatis in capitis grauitatem fit cōmutatio, & in sincipite ijsdem dolores fiunt, istis octo aut decem mensium spatio in coxendicem vterum vexantia decūbunt: tanq̄ non omnibus vteri tumoribus sincipiti dolorem inferentibus, neq; oībus in coxendicem abscedentibus, sed illis, tātummodo, qui in sincipite dolores creant. Verum cū id quoq; ego obseruauerim, haud ita fieri compertum habui. Quin etiam neq; ipsi huiusce rei aliquam rationem afferūt: cur.n.soli illi vteri tumores, qui sincipiti dolores intulerunt, in coxendicē ab his migrare putētur, assignari causa nō potest. Quamobrem neq; nos ipsis

crediderimus,

In lib. de Natura pueri circa finem libri.

2.Epid.sect.1.

A crediderimus, vtpote neq; ab experientia, neq; ex rei natura, indicatoric sermonis huius affirmatione consecuti. Illud quoque in cōfesso est eam partem, quam ita scripsit Hippocrates / & quæcunq; aliæ ab vteris / duobus modis explanari. Quidam sane ad vteri affectus sermonem referūt, tanq̄ omnibus ipsis haud minus, q̄ prædictus, capitis grauitates & in sincipite dolores euenientes habentibus. Alij vero ad capitis affectus sermonem referunt: ac si ita omnem verborum seriem scripsisset: Quibuscunq; à perditione & tumoribus in capitis grauitatem vertitur, in sincipite dolores sunt, & alij quoq; capitis affectus ab vtero exorti in sincipite maxime sese ostendunt. Alios affectus intelligamus capitis grauitati proportione respondentes: aliquos autem ex ipsis cephalæas vocant, aliquos hemicranias, aliquos cephalalgias i. capitis dolores simpliciter.

37 *Acutum habentes Caput, si quidem Valida ceruice sint, & alijs robusti sunt, & ossibus, Caput autem dolentes: Quibus etiam ex Auribus sordes manant, istis Palatum concauum est, & Dentes male positi.*

Hoc loco etiam nihil refert, vtrum craterauchenes græca voce per quinq; syllabas, aut cratrauchenes per quatuor, quispiam scripserit: robustis enim ceruicibus homines vtraq; vox significat. Macrauchenes vero i. longicolli, vt non nulli veterem scripturam permutantes scribunt, non eandem rem significat. Valida enim ceruix robusta nominatur, ob duritiā magnitudinemq; ossium B plerunq; talis existens: ita quoq; se habent ipsi circūpositi musculi, tendones, & copulæ: At longe ceruices, tantum abest, vt vi aliqua polleant, vt etiam prorsus vitiosæ sint, perinde atq; angustum longumq; *pectus: quandoquidem id amplum esse, non latum duntaxat aut longum, oportet. Amplum autē in lati profundiq; dimensione, pectus collum & aliud quodq; membrum consistit, cum proportione inter se congrua ea aucta fuerint: in ipsis vero prorsus & longitudo aut maior est, aut æqualis ijs, quæ moderate se habent. Hominum quidem nobis obuiam venientium pectora non prius apparent, q̄ eorum corpora nudata fuerint: sed caput illico aspicimus, & quod nam in formatione ac magnitudine vitiū habeat, cognoscimus: In magnitudine, si minus sit, aut maius q̄ coueniat: In formatione, si exquisite rotundum sit frontis occipitijq; prominentia carens penitus: aut acutum productiores, q̄ deceat, eminentias habens, aut vtrasq;, aut alteram tantū: aut vna duntaxat eminentia præditum, altera vero priuatum. In maiore itaq; capite & acuto & excessus quantitas cōsideranda est, & ipsius ceruicis excellētia, vt ipsis melius ne an deterius caput formatum sit, dignoscere valeamus. Declaratum est enim in libris de tuenda sanitate non mediocrem vtilitatem medicos ex huiusmodi cognitione percipere & ad seruandam membri sanitatem, & ad C futuram vitij emendationem, siquando didicisse prius acciderit. Sed in capite euideter paruo paruitatem quidem nouisse opus est: & ea præterea, quæ ad collum pertinent ex abundanti consideranda: quoniā perinde ac trūcus, dorsi spina ex capite tanquā ex radice progerminat. Alibi enim didicisti medullæ dorsi à cerebro, & ortus initium & facultatum copiam suggeri: hanc medullam vertebræ includunt tenuem quidem, pusillæ: crassiorem autem factam, ampliores. Quemadmodum igitur magnum pectus ampla interius cauitate inane est, in qua duo magna viscera pulmones scilicet atque cor nulla ex parte compressa continentur: perinde & exiguum pectus proportione sibi respondentia hæc viscera continet, exigua videlicet & in angustijs versantia: haud aliter caput & dorsi spina magnitudine respondentia & cerebrum & medullam includunt. Cum enim membra hæc grandiora sunt, & cerebrum & medullam ampliores, latioresq; spiritus cauernas in ipsis efficiunt: at si pusilla fuerint, contrarium euenit. Vis preterea cogitandi ijs, qui aut nimis magna capita, aut nimis exigua, euidenter possident, oblæsa est. Sed exigua capita semper praua sunt: magna vero, licet raro, nō nunquam tamen & bona fuerint, & ob facultatis eorum formatricis robur, & ex materiæ, vnde creata sunt, vbertate: Quali capite Pericles Atheniensis vir prudentissimus fuisse traditur: vnde & comici eius capitis magnitudinem dicterijs lacessunt. Pre D terea vero magis grande caput bonum sit, si & naturalem figuram retineat, & ceruicem validam, & oculos acute cernentes habeat: tunc enim optime huiusmodi caput sese habere sciendum est. Verum acuta capita (nam & ex his quædam non esse improbanda affirmauimus) optima figura aliquantulum permutata fieri dicimus. Optima enim capitis figura oblongo orbi vtrinq; compresso similis est: deficit autem acuto capiti aut occipitij, aut frontis eminētia: aut vltra, quàm deceat, productam habet. Plerunq; igitur (vt dixi) quemadmodum magnū caput, ita & huiusmodi acuta, mendosa improbaq; reperies: raro tñ & ex his aliqua bona fuerint, facultate materiā, ex qua homo in vtero creatus est, efformante admodū valida, neq; sanguinis in vterum deducentis multitudine superata: sed contra eius vim sustinere, resistere, eleganterq; effingere potens fuit. Qñ igitur ob alterutrius eminentię defectum aut excessum acuta capita redduntur, primum quidem te illud animaduertere decet, vtrum aucta aut diminuta prominentia acutum caput euaserit: vitiosum enim semper est ex cōminuta mucronatum caput: nō semper malum ex adaucta. Verum tūc præterea considerare conuenit, In primis quidem decoram incrementi formam: deformia enim incrementa praua sunt: Secundo, vtrū capitis excessus, qui in occipitio est, plus quàm ea, quæ à facie est, pars excreuerit: melius enim putandum est occipitij eminentiam maiorem esse, ibi nanq; & nobilissimus cerebri sinus, & dorsi medullæ exortus, locati sunt. Postea deinceps ceruicē considerato,

*Al. omnino.

siderato, imbecilla'ne sit an robusta: nam, si eminētia neq; indecora fuerit, neq; vltra modum gran E dis, validumq; eam collum sustineat, huiusmodi capitis acumen probato: hos enim homines & aliorum membrorum, sed ossium pręcipue viribus pollere comperies. Sed hoc loco et illud perpendito, quid sibi voluerit cum dixerit / & alijs /: num intellexerit pectus & iecur, vt eiusmodi hominibus tria generosa principia insint, non solū cerebrum: an & alia, illa sola dicat, quæ primum initium & ortum ex capite habent: ea vero sunt dorsi medulla, & nerui, & cum ipsis ossium musculorumq; materia, qui necessario vna cum capite augescunt & roborantur. Hæc membra vero plerunq; insimul augeri comperies. Quando enim sanguis, ex quo capitis partes creatæ sunt, multus atq; bonus est, vitalem quoq; potentiam quam ex corde prodire ostendimus, & naturalem nutricemq; vocatam quā ex iecore in venas promanare didicisti, statim ab initio robustas esse credibile est: atqui huiusmodi animali prima veluti fundamenta totius corporis magnifica esse ac generosa necesse est. At in capite contra deformi effigie & exiguitate vitioso, præterea & in ore palati partes inspicito: ita vero appellāt in eo altioris spatij partem illam, quæ supra foramina, e naribus in ipsum pertinentia sublimis est: inuenies enim & hanc partem illis cauam, quorum acutum valde caput ac deforme est: hos autē pręcipue vocant homines φοξοὺς hoc est acuti capitis. In multis quoque dentes male positi videtur, idest non recte e regione superiores cum inferioribus com F mittuntur, neque incisores cum incisoribus, neque canini cum caninis, neque molares cum molaribus, sed veluti reuulsum iuxta atque distortū in ipsis os apparet. Hos igitur crebro dolore capitis vexari conspicies, ipsorumq; aures destillatione laborare, non nunquam sanie quadam tenui & liquida, non nunquam ceu purulento humore ac fœtido emanāte: imbecilla nanq; membra multum prauumq; excrementum colligere consueuerunt. Igitur cum iam scriptoris sermo explanatus fuerit, paucis quibusdam additis ad aliam partem transibo. Ea vero pauca huiusmodi sunt, reminiscētia scilicet vnius, quod a me huius sermonis initio dictum fuit: Videtur enim iam aperte liber iste commentario magis, q̄ iusto volumini, similis esse, Hippocrate sibi ipsi, vt memoriæ subueniret, non nulla scribente, prout vnumquodq; aut experientia comprehēdisset, aut rationali meditatione excogitasset. Nulla enim cognatio vel propinquitas primæ parti cum secunda intercedit, quemadmodum rursum neq; tertiæ cum istis.

4 *Quibuscunq; Os a palato recessit, His Medius nasus Subsidet: Quibuscunq; uero inde, Vnde nascuntur dentes, Extremus nasus Simus efficitur.*

Os nasi duo foramina intersepiens alio quodam tenui osse nititur initium superius ab osse fron G tis sumente, & ad nasi finem, vbi pinnæ locatæ sunt, desinente. Hac igitur in parte nasi interseptū locis illis incumbit, ad quæ dentium, qui incisores nominantur, extremitates perueniunt. Pars aūt his superior palatum quidem nominatur, & ea mediū nasi interseptū nititur. Vbi igitur aliquod fulcientium ossium decidens perierit, ibi interseptū subsidens nasum eo loco cauum efficit: atque id eius symptoma simitas appellatur.

5 *Infantium Fulgores cum Pubertate non nūquam Mutationes habent & alias: Et in Renem dolor grauis, cum cibo explentur.*

Hanc omnibus explanatoribus scripturam agnoscētibus, & omnibus antiquis codicibus eam habentibus, non nulli recentiores alius aliter eā mutare conati sunt. Quidam.n. epilepsies scribūt, aliqui catalepsies, alij epilampsies hoc est effulgescentiæ. Ipsorum autem interpretatio ab ipso morbum comitialem significari vult, "qui plerunq; ab infantia laborātibus in ipso a puerili ætate A.l.3.f.1. c. ad pubertatem transitu euanescere consueuit. Etenim id ita fieri compertum est, nisi quispiam eo 8.209.d tempore vitiosa victus ratione vtens sibi ipsi conseruandi morbi auctor fuerit. Oritur sane plerunq; ob frigidam cerebri tēperaturam humiditate adiuncta frequenter: idq; sæpius accidit, quo- H niam raro ex alicuius membri vitio prouenit. Finitur autem, quo tempore pubescunt, si & in alijs ægrotus, vt decet, se gesserit, quia totius corporis temperamentū ad siccius calidiusq; conuertitur. Quo.n. pacto iuuenis puero calidior sit, in libris de temperamentis didicisti: vbi etiam quo modo puer iuuene sit calidior, declarauimus: iuuenis quidem absolute calidior, puer vero non absolute, sed eo, q plus innati calidi possideat. Illi itaq;, qui se ipsos Hippocraticos nomināt, ipsum fulgores calidi dicere volunt per translationem ab externa flamma: quæ cum materiam vicit, eamq; sibi ipsi omnem assimilauit, effulget manifestaq; omnibus redditur, cum prius humidam materiam exiccans occultaretur. At Zeuxis & cum ipso pariter non nulli Empirici fulgorem haud ita interpretantur, sed altero quodam modo: intelliges autem ex Zeuxidis sermone in hunc modum descripto: Infantes vsq; ad pubertatis annos appellat Hippocrates: isti autem pubescendi tempo- » re effulgent. Atq; hic magnam vim exprimendi habente translatione vsus est: tunc.n. magis car- » nosi fiunt, & adultiores, coloreq; & forma gratiores, viribus ingenioq; prestantiores. Repente au- » tem ac simul hæc oīa eueniunt: eorumq;, qui natura formosi sunt, tūc magis effulget pulchritudo. » Idem iste autem Zeuxis infantes appellari omnes pueros inquit, quemadmodum & Herophilus ipsos appellauit: de hac.n. re hūc in modū scribit hisce verbis: Videt Hippocrates infantes noiasse »

« A se vsq; ad pubertatis annos: non eos tantum, qui nuper nati sunt, ad quinq; vsq; vel sex annos, vt
« pleriq; nunc intelligere solent. Contentus fuit autem & Herophilus tam grandes natu, infantes
« vocare per hæc verba: Infantibus non erumpunt semina multa, neq; menstrua purgaměta, iidem
« non concipiunt, non caluescunt. Neq; enim prædictam ætatem natis hæc accidere negat, hoc est à
« primo statim ortu (vt non nulli accipientes ipsum derident tanquam res omnibus notas edocen-
« tem, è quorum numero est etiam Callimachus) sed illis, qui ad pubertatem vsque peruenerunt: quod
« non nulli & in istis ea fieri opinarentur. Hactenus Zeuxis locutus est. At mihi quid per infantes significari videatur, & antea quidem dixi, & nunc iterum manifestiori sermone repetam. Comitialis affectus aut à naturali intěperie prouenit, cum humidum valde cerebrum est, tűcq; morbus iste puerulus appellatur, quemadmodum ipse in libro de aquis, aere, & locis ita scribens significauit: ‖Pueris accidere conuulsiones, & suspiria, siue anhelitus: quæ putant puerulum efficere, & sacrum morbum esse. In his verbis clare patet illi dictioni /puerulum/ subintelligendum esse affectum, vt locutio ita se habeat: Quæ putant puerulum affectum efficere, & sacrum morbum esse. Accidit autem hic idem affectus pueris etiam ob errata, medici curationem postulãs. Quando vero ob humiditatem oritur, plane infantes statim inuadit, desinitq; ætatis conuersione, nullum nobis negocium facessens. Quapropter quoscunq; pueros nõ à prima statim ætate, cum adhuc sunt infantuli, sed annorum progressu vexare inceperit, proculdubio ob peccata in victus ratione commissa, aut ob aliam quampiam externam causam, exortus est: in quibus ætatis conuersionem præstolari non cõuenit, sed factum morbosum affectum discutere. Illud vtiq; non exigua consideratione dignũ est, si secundum antiquã lectionem fulgores acceperimus, vt Hippocrates & Zeuxis acceperunt: oratio enim huiusmodi est: Infantium, cum pubescunt, fulgores calidi & alias quidem non nullas in ipsis mutationes habent, quin etiam renum affectionem: quam ipse deinceps explanat. Prætermittetur enim & in hoc sermone epilepsiæ nomen. Atq; ideo non nulli haud absq; ratione scribere videntur epilepses, quemadmodum & alij catalepses. At hos decebat tanquam nõ ita scriptum inuenientes, sed quod melius esset ita scribere, dicentes, ad prædictam explanationem accedere. Cum vero hæc vox /&/ apposita sit, hanc rursum alij adimunt duas orationes nullo vinculo inter se connexas esse volentes: vnam hisce verbis satis declaratam /infantium fulgores, simulatq; pubescunt, in non nullis mutationes habent & alia/: alteram hoc modo dicentem /in renem dolor grauis, cum cibo replentur/ & reliqua, quæ sequuntur, de renum vitijs ipso tradente, ab altero initio: non quod in pueris, cum pubescunt, in hoc vitium comitialis morbus transeat, haud enim ea ætate renum morbus creari videtur, quemadmodum vesicæ lapis: iste nanq; in pueris magis, renum autě affectus in declinante potius ætate contingit. Adscribamus igitur ea deinceps, quæ de renum vitijs in hunc modum ab eo tradita sunt.

de Aere, aquis, & locis, cap. 2. 2ª. 2. f

B

C

Al f. 18. t. 2. c. 1 61. b

6 ‖ *In Renem Dolor grauis, cum cibo impleantur. Vomuntq; pituitam: Cum vero dolores abundauerint, æruginosa. Et leuiores quidem euadunt: Liberantur vero, cum cibis euacuati fuerint. Arenulæq; ruffæ subsident, et Cruentũ meiunt. Stupor Femoris è regione positi. Quiescere non cõducit, sed exerceri, non repleri: Iuuenes Veratro purgare, Poplitem incidere: Vrinarijs mundare, tenuare, ac mollire.*

Dolorem grauem aut tanquam alicuius rei grauis loco incumbentis sensum inferentě, aut acerbum, intelligere possumus. Siquidem vtrunq; verum est, diuersis tamen temporibus, in renibus fieri: in calculorum enim creatione atque exitu acerbissime dolent: reliquo autem tempore, vt rei cuiuspiam grauis loco incumbentis dolorem percipiunt. Quicũq; igitur in renum cauis lapillos concrescere arbitrantur, in solo per vrinarios meatus transitu laborantes dolere aiunt. At, quicũq; in ipsa renum carne calculos creari sibi persuaserunt, non solum inter exeundum, verum etiam creationis tempore eo in loco dolorem ipsos inferre testantur: deinde & quando in renum sinus peruadunt. Calculos autem in renum carnibus generari proportione tophis in articulorum morbo genitis respondentes, orationem in testem adducũt ex libro de natura hominis & victus rõne
« ita se habentem: ‖Quibuscunq; arenosum subsidet, aut tophi in vrinis, istis ab initio tubercula secundum
« venam crassam orta sunt, & suppurauerunt. Postea vero non celeriter ruptis tuberculis tophi ex
« pure concreti sunt: qui foras per venas cum lotio in vesicam traduntur. Hæc est sane Hippocratica narratio. Cęterum renum calculi vtroque fieri modo possunt, et nuper dicto, & eo, quem paulo ante declarauimus, cum in ipsorum sinibus temporis interuallo exustum arefactum'que crassum & viscidum humorě ad tophi spissitudinem redigi asserebamus. Eodem quoquo tempore si obstructio aliqua in ipsis fiat, aut mediocris phlegmone, grauitatis magis quam doloris sensus efficitur: quemadmodum & in iecore, propterea quod vt renes, ita & iecur, perexiguis neruis praeditũ est. Dolores autem eo potissimum tempore in renibus excitari dicit, quo replentur cibo. Cumq; duo ab hac voce /cibus/ apud ipsum significentur, in vtroq; significato veridica oratio est, siue de assumptis cibarijs, ex quibus sanguinis multitudo creatur: siue de alimenti recrementis, quæ in intestinis colliguntur, intelligas: non nunquam enim & ista cibos nuncupat, vt in libro de ratione
« victus in acutis, ita inquiens: ‖Quibus enim cibus in intestinis occlusus est, nisi quis aluum prius
« ducěs sorbitioně dederit, vehementer lædet. Dolor itaq; à cibo ita signante excitatus in renibus, quod multitudine

D

de Natu. hum. cõ. 2. t. 18. 7ª. 180. f

de Vict. rat. in morb. a. at. cõ. 1. t. 32. 7ª. 114 a

multitudine ponderecq; excrementorum premantur, onerenturq;, simulatque ista deiecta expulsaq; fuerint, remittitur atque planè finitur. At dolor ex sanguine in venis contracto proueniens, quando in renes incubuerit, etiam si venam cæcideris, haud illico discutitur, & ob renum corporis densitatem, & quoniam ob multa ipsis superiniecta corpora, exterius appositorum remediorum facultas ad renes iam debilior effecta peruenit. Soluit autem ipsorum dolores non id solum, verum etiam & per superiorem ventrem facta excretio: quæ tam coli quàm renum dolore vexatis commune quoddam symptoma est: continenter enim renes laxo intestino, & laxum intestinũ renibus, per tunicam peritoneum vocatam copulantur. Inter initia itaq; pituitosi vomitus fiunt: huiusmodi enim succus in ventriculo creatur plerunq; ex ciborum multitudine, ac multo magis, si isti crassi naturaq; pituitosiores extiterint. Quòd si increscat perseuerent'que affectus, his ita patientibus vomitus æruginosus superuenit, ob dolores ac vigilias corrupto sanguine, id'que maximè, cum vnà febricitauerint, & inedia macerati fuerint. Et melius quidem (inquit) à vomitibus habent: ab accessionibus quidem liberantur, sed non ab affectu, cum cibis vacuati sint. Vtroque autem modo & nunc cibi nomen accipere possumus, sed potius de ventris intestinorum'que excrementis intelligere debemus. Arenulæ autẽ ruffæ (inquit) subsident, hoc est in vrinis: id enim accidere euidens est, si ruffum colorem talem esse intellexeris, qualis est & sandaracha quæ vocatur. Quapropter & non nulli in artis operibus diligenter versati, subsidentias oroboides appellant, hoc est, erui similes: alij sandarachodes, id est sandarachæ colorem referentes: interdum & re vera ruffas nominant. Nempe duæ priores & iecinoris affectus comitantur: tertia renum morbos sequitur: quemadmodum & quãdo veluti arenæ colore subsidentiæ euadunt. Nam in vrinis subsidentium colores maioris minoris'que ratione inter se differunt: verum ex materia crassa tenacique modo crassitudinem maiorem, modo tenacitatem, modo vtranque paribus omnino portionibus habente, planè fiunt. Itaque si ex sola pituita crassa & viscida subsidentia facta sit, color cinereus erit aliorum tophorum colori similis, qui in aquis sponte calidis multis in regionibus lapidibus adnasci accrescere'que cernuntur: & in vasis alioqui, vbi aqua calefit. Quin etiam in animalis corpore ex purulento humore, aut ex purulento pituitosoq; composito, huiusmodi tophus non nunquam creari potest: quemadmodum & in articulorum morbis accidere cõsueuit: eodem enim prorsus modo in his & renum affectibus lapides concrescunt. At si quibusdam parum sanguinis cum pituita crassa lentaq; mistum sit, vrinarum subsidentiæ color pro succi maiore copia euadet, non nunquam veluti ex pallido alboq; mistus, aut ex rubro & albo, aut ex flauo & albo. Non nunquam vero & ruffus erit, & ipso sanguinis colore ad colorum differentias faciente: neque enim sanguis hominibus exquisite ruber semper est, sed interdum quidem ad atrius, interdum ad flauius & ruffius vergit. Aut igitur omnes, quas modo recensui, colorum differentias præter cinereum ab hac voce /ruffum/ significari putandum est, ipso dicente arenulas ruffas subsidere: aut adiectam illam vocem /sanguineum/ ex communi sensu dictam fuisse accipiẽdum est. Dico autem, nõ nunquam: quemadmodum enim cruentum ipsis interdum lotium emittit, non semper tamen, neq; in omnibus renum affectibus, pariter & interdum arenulę ruffę in vrinis subsidentes apparent. In cõmentarijs nanq; de naturalibus potẽtijs, quicquid in venis serosi tenuisq; cum sanguine permistum est, renem ad se ipsum attrahere demonstrauimus: meatibus autem id in renis ventriculum percolãtibus latius patefactis, aliquid etiam ex crassioribus succis simul illabitur. Quando igitur istud calefactum in renis cauo ad tophi consistentiam redactum fuerit, si renum vis expulsoria omne id vnà cum lotio extruserit, arenosæ in ipso subsidentiæ fiunt: quod si renis cauo impactum tenacius inhærescat, aliquid aliud eiusdem materiæ ex vena caua suscipiens sibiq; apponens, plus augetur: semper enim quod recens influit, priori circumaffigitur: atq; ita insigni magnitudine tophus grandescit. Verum non nulli inquiunt, cur sanguinem meiunt? quoniam calculus egrediẽs cum angulosus sit, proximas particulas vulnerat, & cruorem euocat. Quòd si ex vena caua in renem pertinens meatus patentior fiat, sanguis aũt liquidus sit, neq; multus, neq; viscidus, cruẽtum ita lotium reddit. At dolorem stupidum in crus descendẽtem, propter vasorum dorso incumbentium, cauæ s. venæ magnæq; arteriæ, cum renibus & cruribus coniunctionẽ, ortũ habere putandum est. Maximæ nanq; in ipsos renes expullulant: post eas quædã haud magnæ in lumbos inserunt: postea vtrunq; conceptaculum bipartito diuisum in vtrunq; crus delabitur, per ipsumq; totum distribuitur. Quicunq; vero per meatus vrinarios, aut quasdam membranas, aut neruos, vel etiam peritonæum, renes cum cruribus sociari asseuerant, dissecandorum corporũ planè imperiti sunt. Quæ'nam igitur renum vitio laborantibus accidant, hactenus narrauit Hippocrates. Deinceps vero de ipsorum curatione hisce verbis loquit/ quiescere non cõducit sed exercitationes, non impleri: iuuenes veratro purgare, poplitem cædere: vrinarijs euacuare, tenuare, & mollire/. Sibi ipsi formulam quandam renũ curationis hisce verbis per capita constituit, nõ nulla quidem omnis ætatis, corporisq; habitus communia, non nulla iuuenum & robustorum propriè scribens. Cõia sunt aũt quę primo scripta sunt, & quiescere (quod ipse ἐλινύειν vocat quod ociose viuere significat) quod ipsis non cõducere ait: & exercitationes, has.n. conducere arbitrat tanquã multitudinem euacuantes, & pituitosum, crassum, immaturumq; oẽ ad maturitatẽ ducentes & attenuantes

Margin letters: E (line 1), F (line 17), G (line 33), H (line 48). Marginal note beside lines 10–11: A.I. 1.f.1: c.16.286.:

A tenuantes,& corporis omnes particulas roborãtes. Sed te animaduertere oportet, ipsum nõ prorsum magnas exercitationes in præsentia dicere, veluti equitationes, aut armis aut lucta aut pancratio certare, aut humum fodere, aut id genus aliud facere, sed oẽm absolute motionẽ, quę pro ætatis, habitus, roborisq; renibus ægrotãtis ratione, corpus exercere valeat. Verũ etiã nõ impleri cuiusq; ætatis & corporis habitus commune documentum est. Quæ sequuntur, iuuenibus, vt ipse ait, cõgruentia scribit ita dicens /iuuenes veratro purgare, poplitem incidere/. Veratro quidem purgare, si valde antiquus affectus sit, & ceu vectibus (vt ita dixerim) extrudendus: ad huiusmodi enim morbos veratro vtimur: Venam autem cædere, vbi sanguis multus aut crassus in venis abundet. Quòd si vtroq; auxilio ipse homo indigeat, à venæ sectione incipiendum esse patet. Aliàs autem didicisti membra supra iecur, cubiti venæ sectionem postulare: infra vero crurũ, in poplitibus venas nobis cædentibus, aut omnino saltem iuxta malleolos. Quod deinceps dixit /vrinarijs mundare/ omnibus vtile est: neq; simpliciter dixit vrinarijs vtendum esse, sed hoc verbum /mundare/ adijciens modum adiumenti ab ipsis prouenientis declarauit, non solum tenacia & crassa renibus inhærentia purgantibus, verum etiam cum ipsis & ea, quæ in venis præter naturam sanguini mista innatant, educẽtibus. Quod autem in calce narrationis dictum est /tenuare/ omnibus renum
B vitio laborantibus vsui est, & quos ad veratri sumptionem preparamus, & quos sine hoc per sanguinis missionem curamus, vel etiam post eius assumptionem. Dictum est autem /tenuare/ de humoribus, hos enim tenuare conuenit: /mollire/ de membris solidis: siquidem vtrunq;, veratrum hausturis percommodum est, vt tutò purgatio fiat. Igitur nisi humores prætenuati fuerint: & mẽbra, per quæ fit vomitus, mollia reddita sint: & ad distentiones distractionesq;, antequam damus veratrum, tractabilia effecta: in suffocationis discrimen ob humorum crassitiem ęgrũ adducemus: aut neruorum conuulsione in vellicationibus ob membrorum in dilatando duritiam, qui purgatur, capietur: aut vasculũ aliquod dirumpet. Quin etiam licet veratrum nõ præbeat, optima res est humores tenues esse, et renum ipsorum corpora mollia, vt per ipsa trãsire facile humores possint: nam ab initio neq; calculus in ipsis vnq; generabitur, si quis hæc ambo diligenter obseruet.

7 *Muliebria Aqua laborantibus Diu permanent: Cum Vero Non celeriter ferantur, Intumescunt.*

Aqua laborantes non nulli intelligunt eas, quæ vt aqua inter cutem corripiantur, idoneę sunt: nõ nulli eas, quę tenuem naturaliter aquosumq; sanguinem habẽt. Potest aũt & de vtrisq; dictum esse intelligi, sed magis de illis, quarum sanguis natura subtilis est, nullo alio morboso affectu cor-
C pus infestante: in istis enim mẽstrua purgatio, quam muliebria vocauit, diu permanet. Dupliciter enim & id ipsum /diu/ intelligi potest, aut de diebus, quibus huiusmodi mulieres purgant, aut de ipsarum ætate: si de diebus intelligas, significabit, pluribus deinceps diebus istas, q̃ alias mulieres, purgari: si de ætate, per plures annos menstrua excrementa durare: nam re vera in istis multus tenuisq; sanguis colligitur, quemadmodum contrario modo affectis paucus & crassus. Albæ quidem sunt priores & molles: nigræ autem duræ & graciles omnino eæ, quę atribilarium sanguinẽ procreant. Clarumq; est istas ab initio contrarijs inter se temperaturis constare: nam quæ ab ipso nunc aqua laborantes vocantur, humidioris sunt ac frigidioris temperamenti: his contrariæ siccioris atque calidioris. Quòd si ex morbo aqua abundauerint, non omnibus menses pluribus diebus feruntur: interdum enim ipsa suppressio morbi earum causa est: rursum suppressio ob osculorum vteri obstructionem sanguinisq; crassitiem efficitur. Quapropter non nulli arbitrantes dictum hoc de mulieribus ex morbo aqua abundantibus accipiendum esse, loco verbi /permanent/ permanere legunt, sic /muliebria aqua laborãtibus permanere diu/ subintelligere nos, conueniẽs, iubentes: ac si & ita dixisset /muliebria aqua laborantibus diu conuenit permanere/: vt consultorius iuxta & curatorius sermo sit, eius tantum, quod fit, narrationem in se continens. Huic sen-
D tentiæ consentire aiunt id, quod in calce sermonis dictum est /cum vero celeriter non ferantur, intumescunt/. Velle enim ipsum dicunt, vt pluribus diebus, ita & breui tempore, huiusmodi mulieres expurgari, quoniam tarde exeuntibus menstruis purgamẽtis tumores fiunt. Atqui hoc etiam & in habentibus aquosum sanguinem contingere ait: istis etenim carnes aquosiores generantur, haud statis temporibus accedente purgatione.

8 *In Cranone Veteres dolores frigidi, Recentes uero calidi, Sanguine autem plurimi, et Quæ ex Coxendice frigida.*

Hæc quoq; sibi ipsi scripsisse videtur Hippocrates reminiscentiæ causa sub breui compendio: propter quod et obscurior oratio est. Dubium est enim dolores'ne tãtum in Cranone factos fuisse dicat, eosq; in ventre'ne, an etiam in alia quapiam parte: an vero affectus cũ dolore coniunctos. Illud autem antiquos dolores frigidos esse, nouos autem calidos, & si clare dictum esse videatur, obscurum tamen non nihil atq; ambiguum est. Aut enim antiquos dicit, qui iampridem excitati fuerunt, aut diu perseuerantes: quemadmodũ et recentes aut nunc excitatos, aut cito desinẽtes: & frigidos, aut frigoris sensum inferentes, aut qui à calidis mitigantur: pariter & calidos, aut caloris sensum facientes, aut qui à frigidis sopiãtur. Quidam etiam dolores frigidos vocatos esse dicunt, qui leues sint: calidos, qui vehemẽtes: haud secundum vsitatum Græcis loquendi morem significationes

ficationes has accipientes. Verum, quo anni tempore Hippocrates hæc facta fuiſſe ſcripſerit nos ignorantes, neq; etiam qñ excitati ſint, aut quo modo, aut quãdiu permanſerint dolores, euidẽter inuenire poſſumus. Sed nouos quidem dolores prorſus ſanguine creatos eſſe idem eſt, ac ſi dixiſſet ex ſanguine calido videlicet ac multo: at de antiquis doloribus loquens, cum ſuccum non adiecerit, ſignum eſt ab altero quodam ſucco frigido ipſos ortos fuiſſe: et ea q̃ ex coxendice frigida ipſis oborta eſſe ait, aut affectus dicens aut dolores, frigido ſcilicet & iſtos humore cõcitante. At multos explanatores demirari licet in huiuſmodi locutiones, de quibus nihil affirmari poteſt, multa ſine demonſtratione ſcribentes: vbi vero aliquid demonſtrari, & vtiliter inueniri poteſt, aut nihil penitus aut pauca & ſine demonſtratione tanquam mandata ſcribentes. E

9 *Qui in Rigores validos tendunt, Non admodum mitigantur, ſed prope ſtatum.*

Ita ſcriptum eſſe hunc ſermonem antiqui explanatores agnoſcunt. At recentiores ipſum in clariorem permutantes ita ſcribunt /rigores validi exiſtentes non admodum mitigantur, ſed prope ſtatum/: hãcq; locutionem id nos docere volũt, omnes validos in morbo rigores non admodum vllo alio morbi tempore miteſcere, præterquam cum prope ſtatum eſt. Secũdum priorem autem ſcripturã /qui in rigores validos tendunt/ hoc eſt perueniunt affectus (ſubintelligendus eſt enim affectus) oportet ipſum intelligere, hos ante ſtatum nõ miteſcere. Quidam ſanè ipſum ſtatus, quæ vniuerſi morbi pars eſt, meminiſſe dicunt: alij vero eius, qui in priuatis exacerbationibus inuenitur: vt rigor, cum vehemens eſt, antequam tempus ſtatus aduenter, non deſinat. Id quidem nõ nullis euidenter accidit: iſtumq; appellamus rigorem anecthermanton græco vocabulo, hoc eſt calefieri nequeuntem, non autem validum. Contingit autem & vi rigorem ipſum fortem dicere: multo enim malignior eſt, quã qui immodice vehemens ſit & celeriter deſinat. Quòd ſi vniuerſæ ęgritudinis ſtatum intelligas, maxime in quartanis febribus ſermo iſte vtilis fuerit. Nam ſi cum validis rigoribus acceſſiones inuadant, ſi nihil remittantur rigores, fieri non poteſt, vt ad ſtatum morbus peruenerit: quin etiam multo minus huiuſce quartanæ declinationem fore ſperandum eſt prius, quàm rigor ſedatus fuerit. Quare ſermo prognoſticus eſt de febribus ad rigores vehementes aſcẽdentibus, quæ prius, quàm rigor ſedatus ſit, diſcuti nequeunt: id autem prope ſtatum efficitur. At id genus rigores ex frigidiſſima pituita vitrea nominata, aut ex atræ bilis ſucco, proueniũt: verum ex prægelida pituita rigor fit non vehemens, ſed ægre incaleſcens: ex ſucco autem melancholico non nunquam vtroq; modo, non nunquam alterutro: ſed huiuſmodi ſuccus quarto quoq; die acceſſionem facit, vitreus vero quotidie. Nihil planè huiuſcemodi rerum, interpretes declarant, ſed illa vberrime accuratiſſimeq; perſequuntur, quæ nullum penitus fructum auditoribus ferũt: nam & in ſequenti ſermone plurimum medicinalis eruditionis cõtinente nullum ex celeberrimis præceptis ſcire deprehenduntur. F G

10 *Ante Rigorem Vrinæ ſuppreſſiones, ſi ex bonis fluxerint, & Aluus excreuerit, & Somni adſint: Forſan uero & Febris modus: Forſan & quæ ex Laſsitudinibus.*

Per deos quid dicere debeam, neſcio, quando vtiliſſimum pręceptum millies'que in laborantibus deprehenſum libri huius interpretes ignorant. Sed alios quiſpiam minus demiretur: Sabinus vero, Ruffusq; Epheſius, viri in libris Hippocratis diligentiſſime verſati, magna profecto admiratione digni ſunt, niſi frequenter iudicatorio rigori vrinę ſuppreſſionem anteceſſiſſe viderũt: de qua in præſentia Hippocrates meminit, nos iudicatorium rigorem in morbo futurum præſagire edocens. Si in acuta febre & alia ſigna tibi ſalubria videantur, & iudicationem paulo poſt fore ſperes, te ſcire oportet ſuppreſſo lotio iudicatorium rigorem neceſſario futurũ. Quòd ſi & nox difficilis anteceſſerit, & dies iudicatorius ſit, certius futurus rigor prædici poterit. At ſi nota ex arteriæ pulſatu (vt didiciſti) idẽ tibi oſtenderit, non rigorẽ modo, verum ẽt acerbiſſimũ rigorem, indubitãter fore expectato. Illud igitur /ex bonis/ aut vrinis ſolis, aut ẽt ex alijs bonis ſignis vnà cũ ipſis vrinis, te intelligere oportet. Tãta nempe ſignorũ ab vrina in acutis febribus vis eſt, vt & ſoli ipſi credendum ſit: alijs vero accedẽtibus etiam diuinatio tibi erit firmiſſima perpetuoq; veridica. Verum vrina etiam aluo multa excernente ſupprimitur: illuc enim ſeroſam humiditatem vergere ſignum eſt: cuius redundantis triplicẽ euacuationẽ eſſe didiciſti, per aluum, per lotium, per ſudores. Igitur ſi aluus plura deiecerit, vrinæ ſuppreſſæ ad futurum rigorem præſentiendum fidere non conuenit: at ſi aluus fluxa nõ ſit, proximamq; eſſe morbi iudicationem prænoueris, ęgrotum rigere ſudareq; neceſſe eſt. Quid ſibi volunt autem verba illa /& ſomni adſint ſ'/ nam ſi vt vnum quiddam ex bonis ſignis adductum eſt, maxime dictis in præſentia quadrabit. Illud vero / ſi ex bonis fluxerint/ velut exemplum quoddam dictum eſt. Quòd ſi & hoc tanquam futuri rigoris ſignum ſit, non ſimpliciter id à te intelligendum eſt: plerunq; enim nox iudicationem antecedens, antecedẽs inquã rigori & iudicationi poſt ipſum factæ, moleſta eſt: qñ firmiſsimã cum antedictis rigoris futuri præſenſionẽ habebis. Interdum aũt, ſed raro cũ ſomnis placidis trãquilla nox eſt, atq; in iſtis non rigorem, ſed excretionem ſignificans pulſus apparet. Sed de iſtis abunde in voluminibus de pulſibus actum eſt. Te pręterea iubet Hippocrates & modum febris cõtemplari, hoc eſt, H

an calida

A an calida sit & biliosa & ardens, an ex alijs quæpiam: nam quicunq; in acutis & febribus & potissimum ardentibus rigores iudicatorij fiunt, hos ex bile flaua extra venas per sensoria corpora delata excitari didicisti. Propterea & febres ex lassitudinibus prouenientes temperatura biliosissimæ, ad præsensionem tibi & ipsæ conducent. Hæc itaq; est ab externis causis ad diuinationem percepta vtilitas vnico quidem veluti exemplo explicata, tibi autem & in alijs externis causis, quęcunq; biliosius corpus efficiunt, futura percommoda. Hæ sunt autem moræ sub Sole æstiuo, vigiliæ, cogitationes, angores animi, ira, alimenti inopia, biliosorum ciborum nimius vsus. Primam sane tutissimamq; naturæ febrium notitiam ex ijs, quę in corpore apparent, acquires: quemadmodum in commentarijs de differentia febrium didicisti: Secunda vero & ab externis causis notitia ad eorũ, quæ inuenisti, certiorem fidem haud parum expediet. Mirandum est igitur quo'nam pacto hæc vtilissima contemplatio explanatores latuerit.

11 *Abscessus Non admodum, Quibus Rigores.*

Raro abscessus illis, qui cum rigore febricitant, eueniunt: quemadmodum in quartanis tertianis'que febribus videre licet. In istarum enim accessionum remissionibus excretiones multitudinem educunt: propter quod permultam esse oportet vexantium humorum abundantiam, vt B naturæ abscessum facere necesse sit.

12 *Crurum Effœminationes, Veluti Aut ante morbum Iter facienti, Aut à morbo illico, Eo quòd fortasse id, quod ex lassitudinibus, in articulos decubuit: ex quo crurum effœminationes.*

Euidẽter cognosci nequit, vtrum solas imbecillitates effœminationes dixerit, an eas, quæ cum penuria nutrimenti omnium crurum fiant. Quantum enim ad prius ex antedictis exemplis pertinet, & eas, quæ per inopiam alimenti fiant, intelligere licet: quantum vero ad ẽm spectat, cũ dicit /eo ꝙ fortasse id, quod ex lassitudinibus, in articulos decubuit/ extenuationes quispiam recte intelligere nequeat, sed absolute imbecillitates, quæ & citra maciem crurum actiones debilitare, vel etiã abscessus excipere queunt. Quod in calce autem sermonis adiectum est /ex quo crurum effœminationes/ dictum fuit & ab initio: quapropter non nulli eorum, quæ deinceps scripta sunt, istud antecedens faciunt, primum quidem hæc verba /ex quo/ auferentes, vnaq; cũ his aliqua ex sequentibus permutantes. Verum quod ab initio dixi, & nunc repetam. Hoc est autem, huiusce libri sententias varie ac multifariam scriptas esse, quemadmodũ & hanc: quarum præterea nõ nullæ haud C recte disiunctæ sunt: alię contra haud congrue copulatæ. Quorum omniũ si meminerim, simulq; errantes confutare velim, in immensam longitudinem producetur oratio.

13 *Tubercula Foras extumescentia, & acuminata, in turbinemq; gracilescentia, æquabiliter maturescentia, non circundura, decliuia, & non bifida, Meliora: Contraria vero Mala: &, si Quàm plurimum Contraria, Pessima.*

Ab ijs, quæ ex terra progerminant, Græci homines phymata vocauerunt hoc est tubercula, eos præter naturam tumores, qui prorsus sine causa externa, proueniunt: sed potissimum eos hoc nomine vocant, qui extra corporis superficiem extuberant. Verum ob nominis alterius inopiam interdum & latos, paulo'que naturalibus partibus elatiores, hoc eodem nomine appellant: quod & Hippocrates hoc loco fecit, bona esse tubercula extumescentia dicens, hoc est, quibus insignis tumefactio inest, aut quæcunq; non introrsum sed extrorsum versus augescunt: quemadmodum « in libro præsagiorum scribens dixit, ‖ Quæcunque exterius vergunt, optima sunt quàm maxime in Prog. cõ. 1. t.
« extrorsum spectantia, & in aciem turbinata: sed quæcunque, ait, introrsum rumpuntur, optima 40. 4ª. 196. g
« sunt, quæ externas partes minime attingunt. Melius quidem est extrorsum vergere: sed si intrò declinent, melius rursum in istis omnibus est ipsorum eruptionem in interiores locos fieri. Tu-D berculorum sane generatio in abdomine atque etiam pectore est: istis enim inanes cauitates subsunt tuberculorum introrsum spectantium præter naturam tumorem excipientes. Sed ex ijs, quæ exterius intumescunt, acuta ac turbinata latis meliora sunt, vtpote ex calidioribus tenuiorisq; materiæ succis procreata, & iccirco celeriter suppurantia: nam ex crassis tenacibusq; constantia, vtpote frigidis & lata sunt, & ægre coquuntur: quin etiam putrescunt potius, quàm coquantur longiori tempore. Præterea laudat & æquabiliter suppurantia. Nam quæ ex aliqua parte suppurãt, reliquum vero totum non suppurans habent, primum quidem eo quòd alijs statim suppurantibus diuturniora sunt, secundo vero quòd difficilius curantur, peiora censentur: alijs enim auxilijs suppurantes partes egent, alijs non suppurantes. Non circundura autẽ circunduris mitiora sunt. Circundura vocat autem, quæ in medio mollia suppurantiaq; sunt, circum vero dura, & ægre aut nequaꝗ̃ suppurãtia. Laudat præterea & tubercula decliuia: hæc sunt autem deorsum versus aciẽ suæ suppurationis habentia. Hoc enim loco adaperta facile defluere materias sinunt: nisi ea ex inæqualibus esse te latuerit, in ijs enim aliquid boni inest, aliquid mali: verum quæcunque æqualiter suppurantia aciem in inferioribus habent, hæc omnium optima. Non bifida etiam bifidis meliora esse nos admonet: in bifidis enim medium non sine vitio inuenitur, sed crudum atq; durũ. At clare patet, ex tuberculis, quæ diximus, contrario inter se modo habẽtibus, quęcunq; plurimũ inter se

ter se formis dissidet, hæc viribus ac moribus etiam longe distare. Nam satis magnam latitudinem E prædictis differentijs habentibus aliquod inter cõtraria medium esse necesse est: & à medio aliud magis, aliud minus recedere: vt in duris ac mollibus (in vna siquidem oppositione tanquã exemplo sermonem facere satis erit) durum quidem molli peius est: inter dura, magis durum: durissimum vero pessimum est. Ita sanè mediocriter molle mediocriter bonum est: & perfecte molle, est perfecte bonum. Quæ itaq; in hac oppositione audiuisti ad prædictas omnes applicare poteris.

14 *Ferinum Autumno, & Cordis dolores, & Horridum, & Melancholicum.*

Seu ventris vermiculos, qui ascarides dicuntur & lumbrici, ferinum vocet: seu elephantem, & cancrum: seu phthisin, vt non nulli voluerunt: seu omne malignum vitium: iure autũno hæc omnia procreantur, & ob mali succi tunc temporis abundantiam, & ob aeris inæqualem temperiem. Nihil igitur mirum, si & cordis dolores, & horrores, & atra bilis autumnali tempore abunde generantur: omnia enim hæc antedictas causas comitantur. Cęterum in enarratione secundi voluminis de morbis vulgaribus latissime de omnibus autumno grassantibus morbis disputauimus.

15 *Ad initia Exacerbationes Considerandæ sunt, & In omni morbo: Veluti uesperi exacerbari, & annus ad uesperam, & ascarides.* F

2. Epid. sect. 1ª. non longe à principio.

Et in secundo de morbis popularibus libro hoc modo scriptum est: || Ad initia morborum cõsiderandum, si confestim florent. vtitur enim interdum Hippocrates hac voce /ad initia/ quemadmodum & hoc in sermone vsus est: Ad initia morborum refert considerare, num statim floreant. quemadmodum & in dicendo, quod & ad calefaciendum, & refrigerandum, & siccandum, & humectandum, multa sanè quispiam huiusmodi inuenerit: neq; enim vt aduersans, neq; vt contradicens, his verbis vtitur, sed vt ad calefaciendum, refrigerandum, siccandum, et humectandum iuuantia multa, inquit, huiusmodi inuenire quispiam possit: id vero et à nobis in illis commentarijs declaratum est, quibus 2m librum de morbis vulgaribus explanauimus. Quòd nisi quis ita velit dictionem accipere, ita necessario intelligenda hæc verba sunt /ad initia/ hoc est, secũdum initia, aut, circa initia. Neq; tñ in solis initijs id considerandũ esse nos admonet, sed in morbis vniuersis. Deinde exemplum adiecit, quod bifariam legi potest, vno quidem modo /ad vesperam exacerbari, & annus/, deinde ab altero principio /ad vesperam et ascarides/: Alio item modo /vt ad vesperã exacerbari, & annus ad vesperam/, deinde ab alio principio /& ascarides. Diem nãque toti anno proportione respondere censet, vt matutino tempori ver simile sit, meridiei æstas, vesperi autumnus, G nocti hyems. Dictum est autem & de his vberius, vbi secũdi morborum popularium voluminis eam partem declarauimus, cuius initium est, Ascarides vesperi.

16 *Infantibus Tussicula cum Ventris perturbatione & Febre continua significat post iudicationem Bimestri, prorsus Vigesimo & Tumores in articulos.*

Omnes enarratores scriptis similiter credunt, nec eorum, quæ laudant, quæpiam intelligunt, siquidem non nulla (& si affectate dixerim) veluti artis nerui sunt, alia perexiguam vtilitatem afferũt, alia vero neq; exiguam: quemadmodum id, quod in præsenti parte proponitur. Etenim ego, quæcunq; in ægrotantibus eodem semper modo fieri videntur, memoratu digna censeo, & ex his ipsis ea potissimum, quæ magno vsui sunt: quemadmodum paulo ante de præsensione ex rigore dicebam. Interdum nanq; in vehementissima febre adiuncta vigilia, fastidio, siti, impatientia, non nunquam & delirio, omnibus ægrotantis domesticis perterritis ac flentibus, quempiam licet rigorem & sudorem morbiq; solutionem scienter prędicentem, Æsculapium esse videri. Sed in proposita sententia primum quidem quid dicat, obscurum est: deinde & si omnes ipsius scriptoris verisimiles intellectus habere quispiam se crediderit, nihil tamen ex ipsis prædicere poterit. Esto enim H infans aliquis tussiens, ventre perturbato, cum febre perpetua: deinde vtcunque, quo quis velit, die iudicetur, siue octogesimo à partu, siue sexagesimo: Duobus enim modis sermo iste declaratus est /bimestri, prorsus vigesimo/, non nulli quidem ab ortu bimestrem esse volentes, quo die infans iudicatur, vigesimum autem à die, quo ęgrotare incepit: at non nulli aiunt duos menses nato morbum accidisse, atque viginti dies post initium iudicatum esse: his que hunc in modum habẽtibus nos prædicere posse, puerulo isti à iudicatione abscessum aliquem in articulos impetum esse facturum. Atqui neque semper, neque plerunq; istud eueniet. Prædictiones autem aut veraces esse in perpetuum decet, aut raro mentiri: nam raro veritatem assequi & plerunq; aberrare nequaquam artificosum est.

17 *Si Infra Vmbilicum quidem Superiora constiterint in inferioribus articulis, Bonum est: Sin Supra, Haud perinde morbum discutiunt, nisi suppurauerint œdemata.*

Quòd de pueris adhuc ista loquatur, ex inferius dicendis constat. Verum sermo iste non de particularibus est, sed de communibus, & in secundo de morbis popularibus, & in aphorismis, & in libro præsagiorum repetitus: quos omnes locos dudum explanauimus. Vult enim Hippocrates

A crates ex superioribus locis in inferiora vmbilico factos abscessus salubres esse: non huiusmodi autem haud salubres, sed eorum malignitas aliquantulum obtunditur, si œdemata suppurauerint. Vsus est autem & hoc loco œdematis appellatione in communi significato omnium præter naturam tumorum, vt & antea dictum est.

18 *In Humeris autem Suppurantia tantulis, eis Breuiorem Humerum reddunt.*

Quòd de infantibus adhuc disputet, ipse declarauit inquiens /tantulis/ dignum censens nos & modo dicta ad initium sermonis referre. Verum quomodo ‖ isti breuiori humero reddantur, in libro de articulis, nostrisq; in ipsum commentationibus didicisti. de Articulis, com. 1.t.60.7ª. 259.h

19 *Soluerit autem & Vlcusculorum In inferiora eruptio, nisi rotunda profundaq; sint: Huiusmodi enimet alioqui Perniciosa sunt, & puerulis maxime.*

Ab hoc Græco verbo ἐκθύειν, quod erumpere significat, vocabulum ἔκθυσιν hoc est eruptionē deriuauit Hippocrates media syllaba producta: perinde ac si cum impetu exitum dixisset. Ipsa vero affectus abscessu egentes discutere inquit, nisi rotunda & profunda sint, hoc est, nisi summopere maligna fuerint. Infestā nanq; infantibus sunt, neq; dolores, neq; curationem ferre potentibus: quin & alioqui ægre sanabilia huiusmodi vlcera sunt. B * Al. insanabilia.

20 *Soluerit autem & Sanguis emanans, Frequentius autem Perfectioribus id incidit.*

Sanguinem profecto emanantem omnibus id genus vitiis prodesse sæpius iam didicimus: in infantibus autem, de quibus sermonem facit, ab initio neq; sanguis apparet, præterquā raro. Ideo & ipse addidit /frequentius autem perfectioribus id incidit/ hoc est, iis qui sunt adultioris ætatis. Qui affectus autem sint, qui per abscessus quos dixit, & sanguinis profluuia, & vlcuscula, in infantibus iudicantur, non clare admodum aperuit: initium enim sermonis erat /infantibus tussicula cum ventris perturbatione, & febre continente/: potest autem ex iis, quæ dixit, symptomatis, et de lateris, pulmonis, iecoris, atq; ventriculi affectibus intelligi.

21 *Lachrymæ in Acutis male habentium Spontinæ quidem Bonæ: Inuoluntariè autem defluentes Malæ.*

De lachrymis huiusmodi dictum sanè est & in libro [a] ‖ præsagiorum, & in [b] ‖ aphorismis: sed accuratius in primo volumine de morbis popularibus vbi ait, [c] ‖ Quibuscunq; in acutis febribus, magis autem in ardentibus, inuoluntariè lachrymæ cadunt, his de naribus sanguinis profluuium expectandum est, nisi alia perniciose habeant: in male autem habentibus nō sanguinis profluuium, sed mortem significant. Et nos in eius libri explanationibus hunc sermonem declarauimus. C A in Prog. cō. 1.t.10.4ª.192.c B 4ª.Apho.52. Ex.ord.33 d C 1. Epid. cō. 2.t.80.3ª.116.a

22 *Quibus Palpebra Circuntenditur, Malum est.*

Idem affectus talem palpebram efficit, qualis in præsagiorum libro descriptus est: ‖ Cutis circa frontem dura & prætenta. Quòd autem de acutis morbis hoc & alia deinceps in prognosticorum volumine dicta sint, ab ipso declaratum fuit & hisce in verbis dicente, Lachrymę in acutis male habentium voluntariè quidem emanantes bonæ sunt, inuoluntariè autem malæ. in Prog. cō. 1.t. 7.4ª.191.b

23 *Malum est autem & Inarescens veluti spuma.*

Id quoq; in morbis acutis fieri cernitur, cum summe aridi sunt, & vires imbecillæ, perexiguis lachrymulis ab oculis excidentibus, deinde ibi inarescentibus. * Al. lippitudinibus.

24 *Et Obscuratio Malum est.*

D In acutis morbis obscurari oculorū aciem infirmitatem & interitum visorię potētię significat. 4. f.2.t.1. 3.143.a

25 *Et Squalidum Malum est.*

Erat quidem & habens veluti spumam squalidum: sed nunc, etiam si sine spuma sit, malum esse significauit.

26 *Et qui Interius Corrugantur.*

Quando membrana musculis oculum mouentibus agnata ad circulum vsq; coronam appellatum porrecta dissoluta relaxataq; fuerit, tunc oculos interius corrugari accidit: nam, si exterius corrugati fuerint, erit sanè cutis ipsius hæc affectio. Imbecillitatis autem ac refrigerationis hoc signū esse testimonio est id, quod in valde senibus contingit: ipsorum enim oculi rugosi esse cernuntur.

27 *Concreti, & Vix Versiles, & Obtorti.*

De oculis hæc quoque disseruit. Nam concreti, hoc est immobiles, perfectissimam eius potentiæ extinctionem significant, à qua musculi, cum naturaliter affecti erant, mouebantur. Illud autem /& vix versiles/ proximum isti affectum declarat: obtorti autem oculi aut delirium, aut tremorem

morem ipsos mouentium musculorum indicant. Hęc omnia vero in acutis & periculosis morbis E ob principis membri noxam oboriuntur.

28 *Et Quæcunq; alia Omissa sunt.*

Quę nam sunt hæc, quæ oculis euenientia omissa esse dicit? an scilicet ea, quæ in præsagiorum volumine per hæc verba enumerata sunt? Si lucem enim fugiant, aut lachrimentur, aut inuertan » tur, aut alter altero minor sit, aut alba rubra appareant, aut in ipsis venulas liuidas aut nigras ha- » beant, aut lippitudines circum oculos, aut si suspensi videantur, aut prominentes, aut valde caui. » Prius autem in eo libro cum alijs omnibus & hæc explanauimus.

in Prog. cō. 1. t. 10. 4[a]. 192. c

29 *Febres Aliæ quidē mordaces sunt manui, Aliæ vero mites: Aliæ nō mordaces quidē, sed post insurgētes: Aliæ vero acutæ, sed q̄ à manu uincūtur. Aliæ statim perurētes, aliæ in totū debiles, aridæ: Aliæ salsuginosæ: Aliæ pephingodes, aspectu terribiles: Aliæ tactui humectæ: Aliæ ualde rubræ, Aliæ valde pallidæ, Aliæ liuidæ: et Id genus Alia.*

Rursum & hoc loco in fine sermonis adiecit /et id genus alia/ quoniam ab ipso solę febrium insignes differentiæ designatę sunt. Primas itaq; differentias scripsit ab ipsa propria febrium essentia acceptas. Essentia vero febrium est non ƒm Hippocratem modo atq; præclarissimos medicos, F sed etiam ƒm communem omnium hominum notionem, præter naturam caliditas, maxime quidem in totum animal effusa: sin minus, at omnino vel in plurimis partibus, vel in nobilissimis, accensa. Sæpius nanq; vniuersa cutis nullam euidentem præter naturam caliditatem neq; nobis exterius tangentibus, neq; ipsis laborantibus, prę se ferre videt: Sed in profundo corpore ipsam ęgrotantes sentiunt, visceraq; sibi incendio flagrare aiunt: non nulli præterea & fastidio afficiuntur, & siticulosi sunt, atq; peruigiles. Nunc igitur Hippocrates febrium differentias, quæcunq; à medicis dignoscuntur non ex ijs, quæ laborantes referunt, sed ex ijs quæ ipsi tactu visu'que euidenter percipiunt, enumerat. Primæ autem sunt & præcipuæ & ex propria (vt dixi) febrium essentia acceptę, quę per calorem traduntur: neq; enim arteriarum motu febrium essentia continetur: hac in re nãq; quo modo Erasistratus & Chrysippus hallucinati sint, alias didicisti. Febrilis igitur caliditas febricitantia corpora tangentibus aut acrem mordacemq;, aut mediocriter molestam, sese offert: suaue enim illud atque familiare, quale naturali calori inest, nequaquam habet. Quemadmodum igitur & alia pleraq; maioris minoris'que ratione inter se differentia adstantibus gratiora loquendo, quàm veriora explicamus: ita & caliditatem parum molestam interdum nihil molesti tristisq; habere dicimus, ipsam scilicet calori valde infesto comparantes. Itaq; non nunquam caliditas plurima iuxta atq; acerrima videtur: plerunq; vero non pauca quidem, sed ab acerrima differens: aut rursum acerrima quidem, sed non multa. Et hæ singulæ, quas dixi, interdum aliquo tempore post, non primo statim manus impositu apparent: quemadmodum & quæ primo tactu magnæ acresq; visæ sunt, tibi non nunq; per longū tempus iniecta in ægrotantem manu diminui videbuntur. Igitur squalida interdum atq; valde arida caliditas apparet perinde, atq; si lapidem aliquem calefactum tangamus: plerunq; vero roridam se, humectam & halituosam repræsentat, vt halitus quidam permultus ex laborantiū corpore emanans perspicue sentiatur. Atq; horum rursus ipsorum, quemadmodū & prædictorū, quædam statim ab initio apparentia perseuerant: non nulla vero aut augescentē, aut decrescentē, quę ab initio apparuit, qualitatē habent: nō nulla & alteram nequaquā à principio visam, ac penitus ab ijs, quæ à principio apparuerunt, differentem. G

Differētię itaq; ab ipsa febriū essentia acceptę huiusmodi sunt. De reliquis autē posterius videbimus: prius enim bene est enumeratas differentias Hippocratis verbis accommodare. Cum dicit igit' /febres quidē aliæ manui mordaces, aliæ vero mites/ tibi significat ab ipso de febribus in totū mordacibus, aut mitibus apparentibus, sermonē fieri. Subijciens igitur inquit /alię non mordaces quidē, sed post insurgentes/ per hęc verba significans febres initio mordaces non visas diutius inhærente manu mordacitatis sensum inferentes: Contra vero, atq; istæ, illæ se habent, de quibus dicit /aliæ acutæ quidem, sed à manu victæ/ initio enim acutæ cum apparuerint, paulatim remittuntur. Eam aūt dictionem /acutæ/ de caliditate celeriter manui occurrente, suumq; ipsius velocē motum ostēdente, te intelligere opus est: quemadmodū acutos aliquos † & acres ⊱ nominamus, quod idem est, ac si celeres dixeris. Acutos etiā morbos dicimus, quicunq; propria tēpora vsq; in finē velociter pertranseunt. Siue aūt manibus siue manui dicas, ad cognoscēdas prædictas differentias, nihil referet: quandoquidē mentem sanam habenti clarum est id genus differentias non oculis, sed manibus sensiles esse. Adijciūt aūt & omnes homines qnq; huiusmodi appendices, ad hoc natura ducti, quæ dictorum euidentiam augeant, & in illis rebus maxime, in quibus per cōiecturas quasdam & signa, non per sensoriam cognitionem, quod quæritur, inuenire licet. Ita ergo & Hippocrates non solum sermonis initio manuum meminit, sed etiam cum dixit /aliæ acutæ quidem, sed quæ à manu vincuntur/. At deinceps febrium in magnitudine differentiam demonstrans, inquit /aliæ statim perurentes, aliæ in totum debiles/. Per quid igitur huiusmodi imago tangentibus sese offerat, vt multa aut pauca caliditas videatur, in posterum reijciamus: nūc solum, quo'd ita appareat, dixisse abunde est. Quemadmodu m enim in externis si oculis quis velatis flammam H

† *Al. cursores.*

tetigerit

A tetigerit, aut multam ſentiet ipſius ſubſtantiam, aut paucam, nullam in caloris qualitate differentiam percipiens. Hoc itidem modo in febribus habet: interdum nanque caloris ſecundum qualitatem dignotio eadem cum illa apparet, quæ in alio corpore fit, ſed multitudine inter ſe differre videntur. Ex verbis autem ſequentibus illud / aridę / ſatis clarum eſt: ſed illud / ſalſuginoſæ / obſcurum: neq; enim ſalſum tactu, ſed tm̄ guſtatu, ſenſile eſt. Eſt vero adhuc magis obſcurum, quod ſequitur, cum dicit / aliæ πεμφιγγώδεις aſpectu terribiles: nam hoc loco diuerſam ſcripturam reperimus. In plurimis quidem codicibus huic voci / πεμφιγγώδεις / adiacet hęc / aſpectu /: in paucis poſt hāc vocē / aſpectu / & hæc / terribiles / adiecta eſt. Solum autē inter explanatores Sabinū inueni, qui exemplar ita ſcriptum agnoſceret: quem Metrodorus ſecutus eſt, & quicunque ab ipſis vſq; ad † deriuati ſunt: nihilo minus tamē in pauciſſimis codicibus ſimpliciter ſcriptū inueni / alię πεμφιγγώδεις / neq; hac voce / aſpectu / neq; hac / terribiles / addita. Salſuginoſas aūt febres ad tactum aliquis redigens eas eſſe dicet, quæ pruritum aliquem ac morſum tangētibus inferunt, vt à muria & reliquis ſalſis corporibus excitari ſolet. Pemphingodes autē febres, hoc eſt, ſpiritibus affluentes interpretamur: ſentimus enim plerunque per febricitantium cutem aereum quendam halitum effluētem. Quod niſi tales, ſed eas, quę cū puſtulis ſunt, pemphingodes febres quis eſſe ve-

†Licet in Græcis lib. hoc loco nihil ſit, tamen aliquid deſideratur quod fortaſſe ſuppleuis, ſi addas, hoc tēpus.

B lit, aliquam ex neceſſarijs differentijs prætermiſerit ex prædictarum videlicet genere, quas ab ipſa maxime febrium eſſentia aſſumi diximus. Vt enim mordax valde, aut vehemens, aut arida, aut ſqualens in multis febribus caloris ſpecies eſſe videtur, ita etiam flatuoſa, manu quendam in ipſam ſpiritum exilientē non nunq̄ halituoſum, non nunquam aridum, percipiente. Verum cum plura hoc vocabulum pemphinx ſignificet, aliud alius explanator accipiens, tanq̄ vnum illud ſolum, quod ipſe poſuit, ſignificet, probabilis audientibus eſſe videtur. Forſan igitur ſatis eſſet dixiſſe, pemphingodes febres flatuoſas eſſe: ſicq; in genere hactenus dictarum differentiarum cēſeri: & eum qui non ita intellexerit, hanc differentiam prætermiſiſſe videri. At cum in pleriſq; exemplaribus hæc vox / aſpectu / iſti / pēphingodes / adiecta ſit, neceſſe nobis eſt grāmaticam garrulitatē interdum & ipſam ad hæc vtilem attingere. Sed exactius quidē de obſcuris apud Hippocratem dictionibus alibi proprio opere egimus. In præſentia vero ſatis erit me grāmaticorum dicta ſequutum ſecūdum eorum placita de vocis huius / pemphinx / ſignificatis aliquid dicere. Videtur
« enim Sophocles ipſam in Colchis pro flatu accipere ita dicens: Abduxit pemphixi, non prope
« vēti ſecūdi. Et idem in Salamine ſatyris: Et fore vtique cerāunia pemphingibus tonitrui & tetri
« odoris occupauerint. Aeſchylus autem in Prometheo: Deuicte recta, rependo autem, et q̄ primū
« C quidem boreæ veneris ad flatus, caue fremitum irruentem, ne te rapiat procelloſa pemphinge conuertens repente. Et pro radijs ipſis vti videtur hac voce, pemphinx, Sophocles in Colchis
« hiſce carminibus: Et vtiq; admiratus ſum hàc contemplans pemphinga auream intuitus. Ita &
« Aeſchylus: Ex aduerſo neq; pemphinx Solis aſpicitur, neq; ſydereū os Latonię puellę. Pro gutta
« autem idē accepit in prometheo: Bene caue, ne tibi in faciem incidat pemphinx: amara enim &
« nō pro vita halitus. In Pentheo quoq;: Ne ſanguinis vero pemphinga in ſolum ſparſeris. Pro ne
« bula etiā poſita eſſe videt hoc in carmine apud Sophoclē in ſalamine ſatyris: Pemphinge omnē
* tarde ridens ignis. Et apud Hibicum, denſas pemphingas epoti. Dictus eſt autem ab eo ſermo iſte per quandam comparationem de ijs, qui procella iactantur, dici ſolitam. Icirco & plurimi ex ijs, qui futura præſagiunt, de ſtillis, quæ per imbres cadunt, dictas eſſe pemphingas aiunt. Sed Callimachus hunc in modum ait: Ne per pemphingas inducentibus permitte. Sed Euphorion ita inquit: Floribus pēphinges admurmurāt mortuis. Pēphingis itaq; ſignificata iam recenſuimus: deq; duobus ex iſtis ſupra mentionē fecimus, q͏ omnes videlicet optimi explanatores Hippocratē ſecundum illa ſermonem ſuū feciſſe voluerunt. At nunc modo dictis ſignificatis, & aliud tertium adieciſſe conuenit, vt pemphingodes febres eas intelligamus, quę veluti ſcintillarum exi-

*Al. fulmina.

D lientium manuiq; noſtræ occurſantium imaginem reddunt: atque huiuſmodi febres ex duabus ſimplicibus iam prædictis compoſitæ fuerint, flatuoſis ſcilicet atque igneis. Huic autē declarationi ſolum illud aduerſabitur, ſi huic dictioni / pemphingodes / adijciatur hæc / aſpectu /. Non immerito igitur quidam hanc abſtulerunt. Qui non abſtulerūt autem, aut febres cum tuberculis intellexerunt, aut eas, quæ animam vitiant. Et qm̄ cum tuberculis febres à ſymptomate cognominantur, probabiliter ſanè à ſymptomate ipſum peſtilentes febres denominare intelligere poſſumus: eſt enim re vera & hæc vna febrium ſpecies. Quod autē in ipſa tubercula oriantur, & Thu-
« cydides teſtatur ita ſcribens: Et exterius quidem tangenti corpus neq; valde calidum erat, neque
« viride, ſed ſubrubrum, liuidum, tuberculis exiguis & vlceribus efflorescens. At quicunque febres animam lædentes pemphingodes appellatas eſſe contēdunt, longe à propoſita febrium diuiſione aberrant: non nulli enim veteres medici & febrem quandam phreniticam appellauerunt: quemadmodum ſanè & lethargicā, & pleuriticā, & peripneumonicam. Sed febrium enumeratio nūc in præſenti ſermone propoſita à differētia caloris accipitur: ſub qua & peſtilens febris putridum calorem habens contineri poteſt: phrenitica non poteſt, cum non, vt alijs, ita & Hippocrati mos ſit febris ſpeciem phrenitim aſſerere: neque à ſymptomate nuncupata, qualis ea eſt, quæ puſtulas excitat, in dictis differentijs ab ipſo includitur: quemadmodum neq; aliæ, quarum proxime mentio

tio facta est. Phreniticorum nanque febris calorem habere mordacem inuenitur in omne corpus E
æquabiliter,& omni iniectæ manus tempore profusum: quare prima omnium ipsarum dicta est.
Itaque neque eorum interpretationem admittimus, qui salsas febres à qualitate in ægrotãtium ipso-
rum ore sensu percepta nominatas esse confirmant. Hippocrates nanque omnes, quæ ad tactum
spectant, notitias secundũ caloris differentiam, in quo genus febrium vniuersum atque essentia
consistit, deinceps enumerasse visus est. Etenim si pestilentem febrem pemphingodea nomina-
tam esse probauerimus, appellationem quidem ab accidente, speciem vero ipsam secundum pro
priam febrium essentiam sortita erit. Eadem quoque ratione & salsas febres eas esse dicentes,quæ
omnia,quotquot gustet ægrotans,salsa videri efficiant,neque isti propositarum in præsenti doctri-
na febris differentiarum meminerunt. Quòd si inter febrium differentias & istas Hippocrates col
locasset,omnino & illas vnà cum his enumerasset,in quibus & ipsa saliua,& omnia quæ gustet fe
bricitans, amara videantur. Has quidem differentias non inter febrium, sed potius inter saporum
notitias collocare satius est: febres autem inter caloris differentias enumerandæ sunt: quemadmo-
dum enim sapores gustatu, ita & febres tactu sentiuntur. Verum quòd neque Sabinus recte hanc
vocem /terribiles/ adiecerit, ita seriem verborũ scribens /aliæ pemphingodes aspectu terribiles/
antea dixi,& nũc in memoriam reuocabo,nempe terribiles aspectu ipsos dictos esse, à nobis qui- F
dem, si cum pustulis & vlceribus sint: ab ipsis autem,si insaniant, & torue intueantur. De his au-
tem ambobus quid sentire oporteat,ante retulimus. Pari modo peccauerunt et illi,qui febres istas
"spirituosas dictas esse voluerunt non ad tactum notitiam referentes, sed ad difficilis spirationis A.l. 4. f t.4
speciem,in qua magnus creberque spiritus redditur. Igitur verisimillimum est febrem pemphingo c.2.411
dea dictam esse aut spirituosam, quæ ad tactum referatur, aut pestilentem. In sermone autem
cum huic voci /pemphingodes/ hæc /terribiles/ adiecta sit, sola pestilens febris denotatur: cu-
ius ab alijs calor per putredinis excellentiam differt: sicut in hac nostræ tempestatis longissima pe
stilentia visum est. Atque iccirco neque calidi et perurentes, qui peste laborabant, tangẽtibus vide-
bantur,quamuis interius magno flagrarent incendio: quemadmodum & Thucydides aiebat: Et
"exterius quidem tangenti corpus neque valde calidum erat,neque viride, sed subrubrum, liuidum, A. l.4. f t.4
pustulis exiguis & vlceribus efflorescens: interiora autem ita vrebantur, vt neque valde subtilium c.2.434
vestimentorum,neque linteolorum velamenta,neque aliud quicquam præter nuditatem ferre possent.
Dicta est sanè pemphinx & in Gnidijs sententijs, quas Euriphõti medico attribuũt hisce verbis:
Mingit parum subinde,& vrit,& supernatat pemphinx vt olei viridis instar araneæ. Videntur sa
nè isti pemphinga vocare non totam ampullam, sed solum id, quod ipsam exterius araneæ instar G
circunscribit. Cum absoluisset igitur Hippocrates maxime proprias & principes febrium diffe-
rentias, deinceps ad eas, quæ à colore sumuntur, transgressus inquit /aliæ valde rubræ, aliæ valde
pallidæ,aliæ vero liuidæ/. Valde rubras dixit, nõ simpliciter rubras: & post has deinceps iterũ,val-
de pallidas,non, pallidas: liuidas vero simpliciter, nihil ipsis incrementi significatiuum adijciens,
vt si & ipsas liuidissimas dixisset: semper enim color iste malus est, sed ruber ac pallidus vsitati &
familiares sunt. Febres autem valde rubentes vehementissimam caliditatem indicãt, & materiam
esse sanguinem, quemadmodum valde pallidæ pallidam bilem testãtur. In ipsis vero deiectiones
† Al. nã si eas sine bile inueneris. considera: †nam si eas bile tinctas inueneris, ⟩ ex eius effusione naturalem colorem permutatum
esse cognoueris: †at si sine, * in differẽtia febris colorem ponito.⟩ Huiusmodi febres profecto,
† Al. si vero cũ ea, p differẽtia febris colorem ponito. nisi cum rigore atque sudore aliquando præiudicatæ fuerint, tabem inferunt. Valde rubræ autem
inter synochos numerantur & venæ sectione ad animi vsque defectum ducente iuuantur,vt in vo-
luminibus de arte curatrice didicisti: vbi & magna vtilitas ex huiusmodi differẽtiarum cognitio-
ne percipitur, ipsis videlicet singulis propriam medicationem requirentibus. At liuidæ febres
à colore sanè & ipsæ cognomen adeptæ sanguineum succum deficere nunciant, & cum ipso iti-
dem ingenitum calidum: atque iccirco mortiferæ sunt: ex quibus non nullæ syncopas euacuationẽ H
sequentes efficiunt: de quibus in libris de arte curatrice notitiam accepisti. Id genus febres Euri-
phon liuidas nominat ita scribens: Liuida febris habet,& sinciput aliàs & aliàs caput dolet: & vi »
scera dolor torquet,& vomit bilem: & cũ dolor cruciat,intueri nequit,quoniam grauatur: & venter sic- »
cus redditur,& cutis tota liuida: et labia,qualia exesis moris esse solent: te oculorum alba liuescũt: »
aspicit perinde ac si stranguletur, interdum vero minus id patitur,sæpius etiam cõmutatur. Quin »
etiam & in libro de morbis Hippocrati adscripto, quem Dioscorides ab altero Hippocrate Thes
sali filio scriptum esse voluit,de quodam morbo liuido mẽtio fit: libri autem initium tale est,Mul-
Libro 2. de Morbis. tam vrinam facit,quando caput excalfactum fuerit. Sed de liuido morbo ad verbum hæc scribit: ‖ Mor »
bum liuidum febris arida comitatur,& horror aliàs,& aliàs capitis dolor: & viscera dolor male ha »
bet: & bilem vomitu reijcit: cumque dolor vexat,nequit intueri,sed grauatur: & venter aridus red- »
ditur,& cutis liuida: & labia & oculorum alba liuent, aspicitque ac si stranguletur: interdum & co- »
lorem mutat, atque ex liuido subuiridis efficitur. Alij vero rursum hoc loco liuidã febrem male in-
terpretati sunt, eam scilicet, in qua liuidæ deiectiones apparent: istis nanque pari ratione conueni-
ret & nigram febrem eam appellare, in qua nigræ materiæ expulsio fit. Superest nempe adhuc
extremũ dictionis Hippocraticæ explanãdum,vbi inquit /& alia similia/ prædictis scilicet similia.

Recensuit

A Recensuit autem postremas secundum colores differentias, non secundum ipsam febrium essentiam, alijs tamen quæ ab aliquo accidente proueniunt propinquiores: quemadmodum cum aut intermittentes, aut continuas febres esse dicimus: & intermittentium hanc tertianam, illam quotidianam, aliam vero quartanam: at continuarum aliam semitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam, aliam succensam, aliam pestilentem, aliam palustrem, aliam hepialam. Cæterum Praxagoras inter acutarum febrium differentias, & phreniticas, & letahargicas, præterea & ictericas quasdam nuncupauit. At recentiores medici non solum continuam, sed etiam synochum febrem quandam appellauerunt: eiusq; differentias posuerunt omotonam videlicet seu acmasticam vocatam, & epacmasticam, atq; paracmasticam. Item secundum aliam diuisionem alijs quoq; morbis communem non nullas acutas febres appellamus, non nullas diuturnas. Alia quoq; diuisione boni moris febres & mali moris dicimus: Quin etiam alias ordinatas, aut inordinatas: Præterea quasdam statum circuitum seruãtes & erraticas. Quidam autem veteres à diuersis membris accensas febres ab illis cognominabant, lateralem febrem aliquã vocantes, & iecorariam, & lienariam: Alias verò à symptomate soporificam, somnolentã, lethargicam, phreniticam, auriginosam. De quibus omnibus in proprijs de ipsis libris late notitiam adeptus es: sed in præsenti sermone quæ B ad explanationẽ pertinent abunde tractata sunt. Nõ meam enim solum sententiam protuli, verũ etiam illustrium interpretum mentionem feci, alios omnes silentio inuoluens, quicunq; de febriũ differentia seorsum ab explanatorijs commentarijs aliquid prodiderunt: inter quos est & Archigenes: de quibus in alio volumine sermonem faciam. *Al. oleosam.

30 *Contentiones Corporis, & Articulorum duritiæ, & ipse dissolutus, & Articulorum confractiones, Malum.*

Contento relaxatum contrarium est, duro molle: quare ipse deinceps dicturus est / cutis duræ mollitio, contentæ relaxatio/. Siue cutem cõtentam, siue articulum, siue corpus dicat, ad naturaliter affectum ipsum conferentes ita dictum fuisse intelligemus. Secundum naturam autem se habet, quod neque contentum, neque laxatum, sed mediocriter se habet. Contenta sanè interdum per proprium affectum contenduntur, interdum à quibusdam alijs attracta: per proprium quidem affectum, cum aut vehementi frigore conglaciauerint, aut ab aliqua exiccante causa arefacta fuerint, sunt enim vt nouisti, plures: distenduntur autem quædam à continuis particulis, cum arefiunt, aut inflãmantur, aut congelascunt. Contra quædã vltra naturales fines relaxantur multo humore sine frigore madentia. Obdurescunt autem quæ dura fiunt frigore siccescẽtia, aut scirrho, C aut siccitate: phlegmone nanque non durum sed resistentem tumorem efficit, perinde atq; vtres sunt liquidæ materię, atq; aeris pleni. Quẽadmodum autem renitẽs duro simile apparens ob commune accidens (nam durum quoque renitens est) longe tamen secundum propriam naturam differt, ita & molli corpori exolutum simile cum sit aliquantulum, quantum ad sensibilem apparentiam pertinet, non eodem tamen affectu præditum est: siquidem ægrotantium corpora potentia musculorum motrice debilitata exoluta & abiecta iacere cernuntur. Hunc itaq; affectum manifestauit dicẽs / & ipse dissolutus/: deinceps vero manifeste subdidit / & articulorum cataclasies/ hoc est confractiones. Sed quidam tertiam syllabam non per a scribunt, cataclasies, sed per i cataclisies hoc est decubitus. Vtro modo autem melius fuerit scribere, facile inueniemus, si eorũ reminiscemur, quæ in libro de præsagijs de decubitu per hæc verba tradidit: ‖ Ægrotantem vero à medico deprehendi oportet in dextrum latus aut sinistrum decumbentem, & crura manusq; paulum inflexas habentem. Animaduerte vero hic /crura & manus paulum inflexas habentẽ / nam aut nequaquam, aut plus q̃ conueniat, inflexas esse, vtrunque malum est, quia præter naturam sint. Ipse igitur dixit, ‖ Ita enim & plurimi recte valentium cubant. iccirco postea subiunxit, ‖ Supinum autem iacere manibus cruribusq; extẽtis minus bonum. Tibi vero declaratum est facultatis infirmi- D tatem ab huiusmodi decubitu indicari: et adhuc magis ab eo, qui deinceps his verbis exprimitur: ‖ At si pronus fuerit, è lectuloq; ad pedes delabatur, grauius est. Tales igitur decubitus in pręsenti sermone per hæc verba significauit / & ipse dissolutus / siquidem manus & crura parum inflexas habere laudabile est: quod vltra hos fines transit, maiorem articulorũ fractionem indicat: Ita nanque ipsam appellauit: at in libro de Præsagijs in his verbis, ‖ Mortiferum est autem ore aperto dormire, cruraq; supini iacentis inflexa esse & explicita. quod significat latissime distantia. Siue autẽ inflexa, siue explicita scribat, vtroq; modo articulos confractos esse indicat. Atq; ideo melius hoc loco fuerit cataclasies articulorum per a scribere, hoc est confractiones: nam per i scribere, cataclisies hoc est decubitus, non admodum recte articulis quadrat, vniuerso corpori huiusmodi appellationes non articulis Hippocrate attribuere solito. in Prog.cõ.1.t.13.4ᵈ.193.c Ibidem. Ibidem.t.14. Ibidem.t.15. Ibidem. t.17. & 18.

31 *Oculi Audacia Deliratoria: & Abiectiones, & Infractiones, Malum.*

Audacia quidẽ nota est delirij, maximeq; cũ impudẽs est, sicuti pluries dictum est. Oculorũ aũt abiectio audaci inspectui cõtraria est: declarat nãq; pręfacultatis palpebras regentis imbecillitate oculos diutius aptos patere nõ posse. Infractionẽ vero oculorũ appellat cũ palpebrę inuertunt, vt i libro de p̃sagijs narrauit, ingens, ‖ Sin icurua fuerit, aut liuida palpebra, aut labiũ, aut nasus, malũ. Ibidem.t.12.

GALENI IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM EXPLANATIONVM

SECTVM SECVNDVM

1 *Ilatare, Constringere Alia quidem, Alia vero non.*

Curationum & isti modi sunt contrarijs affectibus conuenientes: dilatare nanque densata oportet: dēsare autem, quę vltra decens amplificata sunt. Ideo secũdam syllabam huius vocis στενυγρῶσαι cum tenui spiritu non cum crasso legendum est: neq; enim cum hac dictione ὑγρὸν, vt quis forsan putare posset, composita est: nam ignorat iste ab Ionibus angustum stenygron appellari. Huius autem rei testis locuples Simonides fuerit in his carminibus ita scribens: Non sanè quisquam sic vmbrosis in montibus vir leonem timuit, neque parda- F » lim, solus stenygro idest angusto, occurrens in tramite: idem enim significat, quod arcto. Arctan » tur autem & dilatãtur vltra naturalem modum interdum vasculorum quorundam aut membrorum sensilia oscula: plerunque vero & ratione visilia tam in cute, q̃ in profundo corpore posita: Atque densata aperire & rarefacere mediocriter calefaciendo: patentia vero cogere adstringendo ac refrigerando opus est. Sed perfectum de his sermonem, sicut & de alijs curatiuis præceptis in libro de arte curandi faciendum habebitis.

2 *Succos Hos quidem expellere, Istos vero exiccare, Illos autem addere: Ac partim quidem sic, partim uero non.*

Et in libro de succis istorum doctrinam accuratius traditam didicistis, quemadmodum & in nostris de curatione libris proditum est, Quòd videlicet non nunquam redundantes humores sensibiliter euacuare conuenit aut vomitionibus, aut clysteribus, aut purgatorijs medicinis, aut per lotia, aut per sudores, aut per venæ scissionem, aut per ani sanguifluas vocatas venas, aut per vterũ, aut scarificando: interdum vero digerere exterius adhibitis medicamẽtis oportet: ex quibus modis hunc exiccare appellauit, priorem vero expellere. Cumq; vtriq; commune sit euacuare, quod tertio contrarium erat, scripsit, ipsum addere vel imponere nominans, hoc est deficientes humo- G res creare. Clarum est autem nos per cibos potusq;, ipsorum qualitates idoneas & modum seligentes, vtq; concoquantur, digerantur, corporibusq; apponantur, procurantes istos reparare.
Illud autem / partim quidem sic, partim vero non / & si non dictum fuisset, manifestum erat: interdum enim vno in homine aliquæ particulæ in tumorem elatæ euacuationis, aliquæ nutrimento carentes repletionis indigent.

3 *Extenuare, Crassum facere, vas, cutem, carnes, & alia: Et hæc quidem, ea vero non.*

Per vas totum corpus intelligẽdum est: nã ipsum immodice crassum extenuare, & emaciatum plenius reddere, haud raro nobis propositum est: plerunq; vero non totũ, sed aut carnes aliquas, aut cutem solam: interdum & humores, quos significauit illa verba adijciens /& alia/. Illud vero /& hæc quidem, ea vero non / eo modo intelligendum est, quo proximum sermonem explanaui.

4 *Complanare, Exasperare, Obdurare, Mollire, aliqua quidem, aliqua non.*

Commune & in vniuersum medicaminum propositum cum ab ipso didiceris, singula omnia curationis præcepta consequi poteris. Nam si contrariorum contraria sunt medicinæ, præter na- H turam exasperata complanare, læuia exasperare opus erit. Asperantur sanè fauces plerunque sensibiliter, & aspera arteria, & os, & vniuersa cutis in scabiosis leprosisq; affectibus: & pustulis quibusdam milij granulorum instar, aliquibus minoribus, aliquibus maioribus. Asperãtur quoq; & ventris partes plerunq;, cum per ipsas biliosus succus merus copiosusq; excernitur, interdum vero & ex acribus erodentibusq; alimentis id sequitur. Atq; hinc euidens est per medicamina asperitatem tollentia curationem esse faciendam: quod ipse / complanare / appellauit. Cõtra autem, atque hæc, se habent, quibus exasperatio conuenit. In cute quidem & circa barbæ capitisq; pilos ∴ id accidit: circa pilos quidem capitis, vt in alopecijs vocatis, & ophiasi, & mydriasi: in barba vero, cum tarde vix'que pili exoriuntur, in quibus & ipsis omnia medicamina ad alopecias facien- ✳ tia experti sumus. At in alijs corporis particulis, †vbi sunt caua vlcera & integri sinus, } abstersorias medicinas infundentes locos illos exasperamus. Et ventriculum tenaci pituita refertum exasperãtibus medicamentis non nunquam detergemus. Eiusdem generis sunt & pessi per sanguifluas venas purgationes proritantes. Quin etiam palpebrarum tubercula, græci sycoses vocant, prius aliquo exasperantes ita detractorijs medicamentis oblinimus: id'que facimus, vt vlcerata tubercula in profundum vires medicaminum accipiant. Nouistis sanè in istis me marinarum bestiarum,

†AP. vbi agglutinare vlcerũ labia aut integros sinus volumus.

A stiarum, quæ cete vocantur, corijs asperis, & sepię testis, & pumice vtentē: hisq; non præsentibus ipso paruo cyatho scalpelli angustum non latum extremū hābētis. Verum ēt achoras, & vocatos fauos, & myrmecias verucas, & quæcūq; id genus alia medicamētis discutere volumus, aut nostris vnguibus, aut duriore linteolo, aut aliquo ex antedictis prius mediocriter fricātes, deinde ipsis medicamina supdamus. Obdurare, mollire/: hæc nobis quoq; vsu veniūt, plerūq; in omni corpore, nō nunquā in parte vna. Nā eos, qui vniuerso corporis habitu subtumido & in hydropē vergēte sunt, duriores reddimus linteis prius fricantes, et aspera frictione vtētes, atq; in puluere exercētes: hæc aūt non ferentes medicamentis emplasticis arefaciūt medici, & lauationis abstinētia & dictis frictionibus, pro viribus s. atq; paulatim eas augētes. Verū vnam interdū particulam ita affectam ſm ea quæ dixi, curabimus. In extremis autem membris potissimum id fieri assidue cernitur. Vlcerum quoq; omnium, cum carne repleta sunt, cicatricem hoc modo facimus, durescēs enim caro cutis naturā induit, cicatrixq; efficitur. Iterū per cōtraria, callosa, & in scirrhum versæ phlegmonæ molliuntur: quēadmodum & obdurati lienis medela perficitur: Et crassescētem cutem in affectu, quē elephātē vocamus, & cicatrices, q̄ cōueniat duriores, remollimus: sicut molliores induramus.

5 B *Excitare, Stupefacere.*

Excitare sensum & motum in ijs, qui eos debilitatos habeant, non mediocrē vsum medicis præbere omnibus notum est. At stupefacere in solis vehementibus doloribus interdum ex vsu fuerit, cum medicamenta ex opio, mandragora, & alterco exhibemus: nam ipse dixit, Stupor vero moderatus dolorem soluit. Quod si quis potentioribus, aut pluribus medicamētis stupefactorijs vtatur, refrigerantur extinguunturq; corpora.

6 *Et alia, Quæcunque Huiusmodi sunt.*

Illa dicit, quæ per contrarietatem antedictis similem fiunt, aut refrigerando, aut calefaciēdo, aut humectando, aut exiccando, † aut intrusa expellendo: ⁊ aut illud excidendo, quod toto genere inimicum est corpori: aut abscidendo, quod magnitudine naturalem modum excedit: aut contortum dirigendo, aut obstructū recludendo, aut reliqua quęcunq; in arte curatiua dicta sunt: Quorum omnium commune propositum est contraria affectibus adhibere. †Al. aut elapsa reponendo.

7 *Deriuare.*

C Curationum modos ad succos pertinētes hic docere incipit, in libro de succis accuratius descriptos: sed nunc quoq; reminiscentiæ causa narrabunt. Deriuationē sane appellare consueuit Hippocrates, qn̄ succus aliquis euacuationis indiget, neq; per conuenientem regionē ferri inceperit, neq; tamen valde procul à conuenienti, neq; ad remotissimū locū: Vt si per lotij vias exire tētauerit vitiata vesica, aut renibus: tunc.n. per aluū deriuare satius fuerit. Quēadmodū ēt si per aluū vitiatis intestinis ferri inclinauerit: contra.n. in istis succum euacuandum ad vrinarios meatus dirigemus. In mulieribus vero non nunq̄ ad vterum, aut è contrario interdū vteri profluuiū ad vrinę vias ac aluum, deriuabimus. At si in aliqua id genus euacuatione vomitum citauerimus, reuulsionem hanc nominat: vt si vomitus etiam retraxerimus, ad vterum, aut vesicam, aut sedem incitātes.

8 *Deriuare, Cedentem retrahere statim, Renitenti cedere.*

Consentaneum erat, vt deriuationi reuulsionem subiungeret, sicq; deinde quo modo quis optime reuulsionem faceret, edoceret. Sed Hippocrates reuulsionem silentio præteriēs, illico ad illud se contulit, quod bene reuulsuris humores male in membrum aliquod irruētes vtilissimum cognitu erat. Neq; enim semper in retrahentibus auxilijs permanendum est, sed aliquod tēpus, quod re-
D trahentibus vacet, interponere oportet: vt succum, qui in affecto membro prius inhæserit, excerni permittamus: in mēbro enim remanens ipsum bifariam contristabit, & multitudine distendēs, & qualitate discrucians. At si humores in particulā prius illatos exire permiseris, ipsam dolore liberabis, faciliusq; reuulsorijs auxilijs aliquid proficies, non amplius in se ipsum membro propter dolorem succos proritante vltra eam, quam à principio non recte acceperant, inclinationem.

9 *Alium succum, non qui exeat, ducere: Exeuntem vero vnà effundere Facere simile, vt dolor dolorem sedat: Dissimilia, si sursum vergant elata, per inferna soluere: Et contraria itidem, vt capitis purgatio, venæ incisio, quando nō temere detrahitur.*

Alium quidem succum non exeuntem ducere, ex ijs patet, quę in aphorismis & in libro de succis tradita sunt. Nam si humor infestans excernatur, cum moderata est euacuatio, id nihil aliud curantem admittere oportet: quemadmodum si immodica fuerit, ipsum medicum aliquid facere necesse est, non nunquā euacuationis redundantiam supprimentem, non nunquam eius defectum incitantem, quod ipse nominauit exeuntem συνεκχυμῶν, hoc est vnà effundere. Consueuit enim ecchymoses appellare ex vasculis effusiones & inanitiones: facere autem, idem, quod permu-

 tare

tare aut miscere, significare didicisti. Ambiguum vero est, vtrum antedictis connectendum sit, E an deinceps dicto applicādum: vtroq; n. modo non proprie dici videt: Atq; ideo nō nulli ipsum tanq̃ consequens antedicta, cum illis coniunxerunt: deinde ab altero principio posuerunt / simile, vt dolorem dolor sedat/. Verum alij sequentium principium hoc fecerunt / facere simile/. Qm̃ vero (vt dixi) vtroq; modo dictum neutro verisimile est, multi ad ipsius scripturam permutādam se conuerterūt: quemadmodum & alia, quecunq; vno in noīe obscuritatē continent. Et non nulli quidem per ο & ρ primam syllabam, secundam vero per γ & ι scribunt, ὀργίσασθαι i. irasci: alij primam syllabam per ε & ρ, secundam per γ & α, ἐργάσασθαι hoc est facere. Deinde aiunt, deinceps loco exempli additum fuisse illud / veluti dolorem dolor sedat /. Sanè ita in multis codicibus scriptum reperitur: sed recte in Dioscoridis exemplaribus scriptum non est: videtur enim ab aliquo explanationi adiectum fuisse, postea vero inter auctoris ipsius verba ab libri scriptore fuisse insertum. Verum quod per γ & ι scriptum est, ὀργίσασθαι id est irasci, affectatum admodum, & ab Hippocratis elocutione longe alienum est, siue de nobis ipsis, siue de ijs, quæ curantur, membris, siue de humoribus dicatur: nam ipsa veluti ad iram concitare, & ad expulsionem stimulare significari aiunt per hoc verbum, ὀργίσασθαι. Sed hæc contemnenda exiliaq; sunt, quemadmodū & reliqua omnia, quæ incolumi rerum veritate de vocabulis disputantur. Quòd si & ipsæ res labefactentur, F huiusmodi à nobis scripturæ fugiendę sunt: sicut hoc loco omnibus ferè interpretibus curationes quasdam interdum per similia fieri concedentibus, & non semper à contrarijs: quod ipse Hippocrates suspicatus aliquando quosdā opinaturos, vnico exemplo eorum deceptionem indicauit in

5. Aph. 21. Ex. ord. 39. b

Aphorismis scribens: || Quandoq; in neruorum distentione sine vlcere iuueni carnoso, æstate media, frigidæ multæ infusio caloris reuocationem facit: calor autem hæc sanat. Frigidum nanq; affectum neruorum distentionem simili auxilio se curare quispiā putauerit, si frigida ipsum aqua conspserit: id vero haud ita habet, nam retractionem caloris efficiēs iuuat, quā nisi efficeret, summā noxam inferret. Atqui sicuti hoc auxilium frigidum esse cum videatur, calfaciendo non nunq̃ frigidum morbum neruorum distentionē tollit, ita alia contra calefacientia ex accidenti refrigerant, igneum calorē digerentia: de his vero mihi in omnibus de methodo curatiua libris late disputatū est, per auxilia affectui aduersantia semper curationem fieri declaranti. Sed qui maiori dolore minorem curari arbitrantur, mirifice fallūtur: neq; n. dolor dolorem curat, sed remedium, quod cum dolore affectum doloris auctorē delet. Nam alibi didicisti, nulli symptomati primario, sed ipsum creanti affectui, curationem semper deberi. Quòd siquis neutiquam primò, sed interdum ex accidenti similia similibus curari per media illa, quæ primò contraria sunt, dixerit, iste vera dicit: idq; G ita esse & ex libro de ratione curandi p̄ scientiā didicisti, & adhuc ex nostris in Aphorismos commentarijs. Quod vero aliqui dicunt quempiam coxa adusta, vt in coxendicis morbo cōtingit, dolore dolorem sanauisse, nimirum perspicue absurdum est: neque enim à dolore, sed ab exustione, cui forte dolor adiunctus erat, ægritudo sanata fuit. Nam si quispiam contudisset, aut secuisset, aut quocunq; alio modo dolorem membro intulisset, nequaquam ipsum sanare potuisset: atqui si dolor sanitatis auctor esset, vndelibet excitatus coxendicis morbum tollere debuisset. Eodem modo & dentem dolore vexatum siquis euellens hominem dolore liberet, non per dolorem in extrahendo dente concitatum, sed per extractionem, cui dolor coniunctus erat, id assecutus fuit: quoniam si citra dolorem etiam dentem eximere potuisset, pariter ægrotans à dolore liber euasisset: quemadmodum si & absque euulsione quis dentem premens aut quatiens dolorem iritet, dolorem quidem acerbiorem reddiderit, nihil tamen leuamenti attulerit. Vtrinque apparet igitur, quantum in ipso est, inutilem dolentibus esse dolorem. Etenim per auxilia anodyna vocata, hoc est dolorem sedantia, multa dolentia membra sanantur: in alijs vero plerunque dolores magni per exterius adhibita illati ex aliquo affectu dolentibus nullum laxamentum præbuerunt. vnum enim solum est, quod medeatur, quod affectum vtcunque siue citra dolorem, siue cum do- H lore excindit: dolor vero suapte natura non dolorem sedare, sed cōtra omnino iritare idoneus est. Hoc igitur exemplum euidenter falsum est: verum ad alterum quoddam eorum, quæ isti dicunt, transeuntes, illius quoq; absurditatem cōtemplemur. Dicunt igitur vomitum vomitu, & acri clysteri mordaces deiectiones sæpe curari. Est vero & in hoc casu vna sanè curatio affectum excindere, ob quem vel nauseabundi sunt, vel crebro intestinorum morsu stimulati ad exonerandum ventrem consurgunt. Id autem, vt didicistis, bifariam fit, vno quidem modo nobis eos humores euacuantibus, qui & nauseam stomacho, & intestinis morsum inferunt: altero autem eos cōcoquentibus, & in optimam qualitatem mutantibus, aut contemperantibus. Ostensum vero est & in his medicationem per contraria fieri: nā prorsus euacuare alienum naturęq; inimicum humorē, eiusdem retentioni contrarium est: & qualitatis mutatio per contrariam qualitatem fit. Cęterum huiusmodi quęstionis agitādæ hic locus non est, cum in oībus curatiuæ methodi voluminibus semper à contrarijs curationē fieri demonstrauerimus. At, qm̃ sępius Empiricorū Methodicorumq; rationibus adducti quidam hoc medicinę fundamentum impugnare atq; euertere conātur, rationes proxime dictis similes afferentes, fortasse melius fuerit, postquam pręsentis libri explanationē absoluero libellum aliquem componere, in quo apertissime demonstretur, contraria sola, primo

atq;

A atq; per se, contrariorum esse remedia: ex accidenti nãq; caluus medicus caluum ęgrotantem, similis similem medicari potest, & oblongi acutiq; capitis medicus oblongi acutiq; capitis ęgrotãtem, & claudus claudum. Futuri autem libri inscriptio talis erit, Quòd rectè ab Hippocrate dictum sit ‖contrariorum cõtraria esse remedia. Nũc iterum ad propositę vocis declarationem reuertamur, in qua per ε & ρ primam syllabam in veteribus codicibus scriptam esse, & hanc vetustissimos interpretes agnoscere dicebamus. Hanc vero & Dioscoridis sectatores seruauerunt, quamuis multas ex antiquis scripturis permutarent. Hippocrates igitur vt per commentarium sibi ipsi, quemadmodum & alia multa coniecturaliter ac breuiter, ita & hoc forte scripsit / facere simile /: cũ præ dixisset, non nunq̃ melius esse ijs, quę vacuantur, auxiliari, subdidit / efficere simile / hoc est, cõmiscere cum eo, qui bene euacuetur, humore alium similem. Possumus autem & quod sequitur / dissimilia / in eandem sententiam interpretari: etenim dissimiles quoq; humores vnà cum ijs, qui cõgrue euacuantur, exhaurire conuenit. Siquis aũt / operari, vel efficere / ita explanare velit, hoc est, mutare, & alterare, & concoquere, ita quoq; medicinalem sententiam sermo habuerit. Si enim succus aliquis merito excernatur, συνεκχυμῶσαι τούτῳ i. isti similes reddere, vnaq; euacuationis indigẽtes succos excernere cõuenit, siue ipsi aliquo modo similes, siue dissimiles sint. Possumus quoq; B & sermonẽ diuidẽtes, finẽ prioris facere / efficere simile /: posterioris aũt rursum principiũ hoc ita tuere / dissimilia si sursum vergãt elata per inferna soluere /: vt huiusmodi sententia sit, Humores mẽbris in totum dissimiles sursum versus petẽtes deorsum trahere: si vero deorsum vergant, sursum reuellere: nobis ea dissimilia dicta esse intelligentibus, quę à locis aliena sunt. Eodem modo & alterã scripturã explanabimus, vbi prima dictionis syllaba per ο & ρ scripta est. Nã / iritare simile / id significare dicemus, vt s. vnusquisq; nostrũ vt humores effundãtur ęque, atq; ij, qui euacuantur, efficere debeat: pariter aũt & dissimiles similes reddendi sunt. Sed forsan (vt non nulli crediderunt) hoc verbũ iritare per translationẽ ab aĩalibus turgentibus, hoc est in venerẽ concitatis dictum esse poterit: ita enim ipse vti videtur, cum dixit in Aphorismis, ‖Medicari in valde acutis, si turgeat, eodẽ die. nã in humoribus ad exitũ paratissimis, & ad euacuationẽ properantibus, in proxime dicto et in alijs aphorismis hac voce / turgere / vti videt. Ita igitur & hoc loco, aiũt, par est ab eo de humoribus / iritare / dictum esse, hoc est, ad expulsionem habiles ipsos efficere. Rursum itaq; ab altero initio ad aliquod vtile, quoad eius fieri potest, orationẽ conuertamus. Postq̃.n. dixit / sursum elata, deorsum soluere, & cõtraria itidem / elata quidem idem, quod concitata significare putandũ est: vt de primo affectus exortu ipsi sermo fiat iubẽti ad cõtraria loca statim retrahe- C re, deorsum quidem in ijs, quę superius ortum habẽt, sursum vero in ijs, quæ inferius: vt eàdem regula vtẽtes opem feramus, & ad differẽtia loca abducamus. Igitur si in pedes & crura fluxionem decũbere senserimus, ex cubiti venis sanguinem mittemus, aut vomitu purgabimus: non (vt quidam putant) nequaq̃ sursum retrahendum est, licet ad inferiora proruentibus succis magnus aliquis in ipsis morbus futurus sit. Potest aũt intelligi et illud / sursum elata / de humoribus superiora petẽtibus, vt ea vox / elata / magis proprie dicta sit: sñia vero & nunc eadẽ remanet. Humores nãq; sursum elatos, hoc est, sublime petentes deorsum versus retrahere haud rectè impetũ faciẽtes oportet, & contra decurrẽtes in oppositũ ducẽdi sunt: vt in capite vitiato purgatione per aluũ, & sectione venæ cubiti vtendũ est: vtrunq;.n. euacuat, retrahitq; deorsum. Verisimile autẽ fuerit & contraria ab ipso in huiusmodi sensum dicta esse: Superius elatos humores & creatos affectus ad inferiora statim ab initio retrahere cõuenit, & cõtraria his deinceps facere, quod est à loco euacuare: vt in capite, posteriora capitis dolẽtem recta frontis vena incisa iuuat: quæ locale remediũ est.

In lib. de Flatibus.

4a. Aph. 10. Ex. ord. 28. c

A. f. 13. t. 1. c. 10j. c

10 *Abscessus veluti bubones, Signum quidem sunt Germina habentium, tum aliorum, tum præcipue viscerum: Maligni autem sunt hi.*

D Galeni explanatio desideratur.

10 † *Spiritus Parui, crebri: magni, rari: Parui, rari: crebri, magni: Extra magni, intus parui: Intus magni, extra parui. Hic extendens, ille vrgens: Duplex intro Reuocatio, vt superinspirantibus. Calidus, frigidus.*

† Sñia hęc diffuse explicatur in 3. lib. de difficul. resp. ca. 3.

* * ‖ Spiritus autem creber phlegmonem in partibus supra interseptum significat. Magnus vero, & longo temporis interuallo post rediens delirium ostẽdit. Frigidus vero si ex naso & ore prodierit, iam valde perniciosus est.

‖ I Prog. cõ. 1. t. 24. 4a. 194. h

10 *Medicatorium Oscitationum Continuarum Longa Spiratio est.*

Hunc sermonem etiam in secundo de popularibus morbis libro declarauimus.

11 *In Abstinentibus à Potu & vix breuis Spiratio.*

Quemadmodum in secundo de popularibus morbis plurimi codices verba ita scripta habent / in abstinentibus à potu & vix longa spiratio / ita hoc loco, scriptum est / breuis spiratio /. Satis autem à nobis de vtraque lectione in commentarijs illius secundi libri actum est.

12 *Secundum Rectum & Costarum dolor, & Præcordiorum contentiones, & Lienis elationes, & ex Naribus eruptiones, & Aures secundum rectum: Horum plurima huiusmodi & in Oculos.* E

In plurimis exemplaribus lectio, vt nunc scripta est, reperitur. Raro aũt & hanc inueneris / secundum rectum & costarum doloris, & præcordiorum tentionis, & lienis elationis, & ex naribus eruptionis / quã & ego lectionẽ & medicinalẽ & dilucidam approbo. Nihilo minus tñ & quod ab altera lectione significatur, idẽ est: & antea in secũdo de morbis popularibus hũc sermonẽ enucleauimus. Hoc loco quidem abundat id, quod de auribus et de oculis additũ est, vtpote & his partibus regulæ / secũdum rectum / dicenti subiacentibus, quemadmodũ & alia membra, dupliciter: interdum enim ex se ipsis in alias quasdã partes materias secundum rectam regionem propellũt: interdum vero ab alijs membris patientibus in aures aut oculos humores transmittuntur.

13 *Vtrum igitur omnium, aut Quæ quidem ab Inferis sursum, qualia quæ iuxta maxillas, aut etiam oculum, aut etiam aurem: Quæ vero à Superis deorsum non secundum rectum. Atqui & in Angina rubores, & costarum dolores secundum rectum.*

In secundo de morbis popularibus non est adiecta hæc dictio per quam dubitat, vtrum ex inferioribus in superiora abscessu facto semper membri rectitudo vtiliter seruetur: ex superioribus autem in inferiora corrumpantur ac fiant quidam nõ secundum rectam regionem abscessus. Ignotum vero est, vtrum secundi de popularibus morbis libri sententiæ prius, an istæ, scriptæ fuerint: neque enim ꝙ ille secundus, iste vero sextus liber inscriptus sit, ex eo illius sententias prius scriptas fuisse putandum est. In illis enim, quæ ab ipso, vt diuulgarentur, scripta sunt, rationabiliter huiusmodi ordo apparet: in commentarijs autem non itidem. Scripta nanq; ab Hippocrate in diuersis vel chartis vel tabulis eius filium Thessalum collegisse aiunt, duosq; hos libros secundum videlicet, atque sextum integrasse: non nulli & quartum addunt. Primum vero atq; tertium, vt ęderentur, cõpositos esse constat. Atq; ideo quidam dicunt, si quę in secũdo libro continentur, prius: ea, quæ in sexto, posterius scripta sunt: Hippocratem par est, cum postea abscessum in inferiora non e regione vtiliter factum vidisset, ita præsentem sententiã conscripsisse: sin aũt hoc loco dubitans, posterius ea, de quibus dubitauit, dijudicans, constanter in secundo de morbis popularibus libro sententiam tulit, illis potius credendũ est. In his igitur, quæ nunc scribit / atqui & anginę rubores, & costarum dolores secundum rectũ / de trãsmutatione non ex costarum morbo in anginam, sed ex angina in costarum vitium, sermonẽ esse intelligẽdum est. Hęc enim à superioribus in inferiora fit, de qua ambigens prædixerat / quæ vero à superis in inferiora, non secundum rectum /. Hęc itaq; cum sibi ipsi obiecta subintulisset, postea ea infert, quæ in sequenti oratione ita se habent. F G

14 *An & ea, quæ Infra Iecur, aut Supra distribuuntur, Vt quando in Testes & Varices.*

Angina laborantibus costarum dolores secũdum rectum fieri præfatus, deinceps quærit, in abscessibus ad inferiora corporis depulsis semꝑ situs rectitudo seruet̃ nec'ne, quemadmodum in proximo ante hunc sermone in dubiũ reuocauit. Sed ibi dixit / abscessus, qui ad inferiora / nunc dixit / abscessus infra iecur / superiorum inferiorumq; oĩum corporis partium iecur, vt videt̃, terminũ statuens. Ipsius enim deuexum transuerso septo adnexum est: quocirca & quæcũque supra iecur sunt, hæc eadem & supra septum extãt, cor scilicet, pulmo, & hæc ambiens pectus, adhucq; multo magis collum & caput: reliqua omnia in inferioribus corporis esse dicuntur. Eorum etiã, quę superius sunt, si inter se conferant̃, aliqua magis supra sunt, aliqua minus. Nobis vero est cõsuetudo in oĩbus ita dictis, interdum qd̃ minus supra est, infra esse dicere, vt ad superius ipso cõparantibus: quod autẽ minus infra est, & id inferioribus cõparantes, superius esse diximus. Ac ꝑꝑ huiusmodi locutionis incuriam cõsuetudine longinqua confirmatam noĩs ambiguitas quędam atq; confusio in sermonibus oritur: quã memoria complectẽtes, cum Hippocratem dicentem audiuerimus abscessus‖in inferioribus corporis partibus obortos meliores esse, considerare debemus secundum quem significationis modum / inferius esse / acceperit: simulq; membrorũ dignitates definiemus. Ideo nãq; vt plurimũ abscessus in superioribus excitati difficiliores sunt, quod mẽbra illa maius, q̃ inferiora, discrimen afferunt, cum vtraq; eodem affectu vexata sunt. Siue enim cerebrũ, siue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor inflãmata sunt, mortifera ægritudo est: membris infra iecur inflãmatis pauci admodum pereunt, potissimũ si recta curatio adhibeatur. Quin ẽt iecoris ipsius deuexum concauo longe periculosius est: & non nulli ipsum inter superiores corporis totius partes, quemadmodum & os ventriculi, reponunt. Hæc itaque à nobis obiter dicta sint, & si non præter propositum sint. Reliquum vero explanationis in propositum sermonem deinceps absoluamus. Quærere nanque videtur Hippocrates, vtrum quæ infra iecur ex superioribus delabũtur, vt in testes & varices, è regione fieri melius sit: aut, licet non è regione fiant, superiorum tamen partiũ vitijs æque auxiliari queant. In non nullis planè neq; an è regione facta sint, dignosci potest, vt ꝙ varices è regione facto abscessu furorẽ curauerint: neque enim perspicere licet, in dextris'ne cerebri partibus, an in sinistris, affectu oborto in furorem acti fuerint: quemadmodum neque si diutius tussientibus sine lateris dolore abscessus in testiculum fiat. Atqui forsan et in his loci H

2.Epid.sect.1.

ci

A ci recta oppoſitio ſeruatur, etſi vtra pulmonis aut cerebri pars affecta ſit, haud certo ſciamus: quin & melancholiam ſanguinis per venas ſedis effuſio plerunq; ſanare poteſt, neq; tũc nobis loci paſſi rectam oppoſitionem cognoſcentibus. Sanguinis quoq; ex vtero copioſum profluuium multos curare morbos oĩbus in aperto eſt: ſed neq; hic an ex dextri vteri venis, an ex ſiniſtri, an ex vtroq; excretio facta ſit, agnoſcere poſſumus. In his itaq; affectibus cognitu difficilis eſt, aut oĩno ignota, languentis membri recta oppoſitio: in quibus vero ipſam dignoſcere licet, & in ijs Hippocrates, vt videtur, conſiderandum eſſe ait, num ſemper ex abſceſſibus ad inferiora trãſmutatis meliores illi ſint, qui ſecundum rectam oppoſitionem fiunt.

15 *Conſideranda Hæc, Quò, & Vnde, & Propter quid.*

Solis'ne vltimis, an omnibus antedictis de abſceſſibus è regione & non è regione factis hoc ſubiunctum ſit, in incerto eſt. Quod dicitur autem, ipſum huiuſmodi eſt: Conſiderandum eſſe inquit & locum, in quem abſceſſus decubuit: hoc enim ex ea voce /quò/ ſignificatur: et membrum, ex quo, et hoc ea vox /vnde/ ſignificat: pręterea cauſam, propter quam abſceſſus oboritur, hoc rurſum duæ illæ dictiones /propter quid/ oſtendunt. Scire nanq; oportet nũquid à natura concocto B morbo, aut vexante humore adhuc crudo ex vno membro in alterum delapſo, abſceſſus obortus ſit. Poſſet item aliquis & hunc ſermonem ab antedictis ſeparare & deinceps dicendorum initium facere hunc in modum,

16 *Conſideranda Hæc, Quò, & Vnde, & Propter quid Venæ temporum non firmæ, neq; Viriditas ſplendida.*

Dicebam & hunc in modum totum ſermonem diuidi poſſe, quemadmodum & alio quodã modo, eo videlicet /venæ temporum non firmę, neq; viriditas ſplendida, ſi ſpiritus in ipſis relinquat/ & alia deinceps. Niſi enim /viriditas ſplẽdida/ in oratione interiecta eſſet, multiformiter diuidi poſſet, quippe quod commentarius, non liber ſit: ſuperius enim intellexiſti de hoc. Hoc autem interiecto /viriditas ſplendida/ adhuc etiam magis obſcura oratio reddita eſt. Alibi enim etiam ſuperius diximus, vbi hæc vox /viride/ ſcripta eſt, qualis'nam per ipſam color ſignificetur, non poſſe manifeſte intelligi, quemadmodum neq; ſi /chloaſma/ ſcriptum ſit, vt non nulli ſcribere conſueuerunt. Videmus enim etiamnum hac tempeſtate, vt in Co ipſa Hippocratis patria, ita & in tota noſtra Aſia viridia quidem appellari olera, & arbores, & ſtirpes, veluti χλωρὰ id eſt herbida: & pecudes Græci χλωράζειν dicunt, quod ſignificet herbas verno tempore pabulari. Dicunt quidem C & homines quoſdam virides, non q; herbæ ſimilem colorem habeant, ſed potius pallidum. Incertum eſt igitur, vtrum Hippocrates ſubpallidum colorem viridem atq; herbaceum dixerit, quod permultis accidere conſpicitur: an herbę coloris ſimilem, quod perraro accidiſſe viſum eſt. Igitur, cum vox hæc per ſe obſcura ſit, adiecta hac dictione /ſplendida/ maior adhuc obſcuritas oritur: difficile nanq; eſt excogitare, quid'nam per hæc verba ſignificare voluerit /viriditas ſplẽdida/. Atque iccirco non nulli interpretes hanc omnem obſcuritatem euitare cupientes hoc modo ſcripſerunt /neq; color ſplendidus/: intelligendumq; eſſe aiunt ſplendidum de ęgrotantis natiuo colore: ita quoq; & Sabinus opinatus eſt.

17 *Venæ Temporum non firmatæ, neq; Viriditas ſplẽdens, ſi Spiritus intus relinquitur, aut Tuſſis arida, nõ ferina, In Articulos decumbere. Expectare ſecundum diſtentionum rectum inceſſum, quæ in Ventre fiunt.*

Iam dixi & ſine prima huius ſermonis parte, iſtam per ſe hunc in modum legi poſſe/ ſi ſpiritus intus relinquitur/ & quæ deinceps ſcripta ſunt. Spiritum vero nũc intelligemus eum, qui, quàm naturaliter conueniat, maior ſit, vt oratio in hunc modum ſe habeat: Si in morbo aliqui ſubleuati temporum venas habeant non firmatas, hoc eſt latius diſtentas, & non genuinus color ſit, ac reliD qua deinceps enarrata, iſtis in articulos abſceſſus expectandus eſt. Quæ ſequuntur vero huiuſmodi ſunt, primum quidem hoc /arida tuſſis/: ſecũdum autem illud /nõ ferina/. Aridam tuſſim eam, per quam nihil expuitur, appellare mos eſt. Iſtud ſanè ita in libro accurate compoſito conſcriptũ, auctorem ęnigmatica locutione gaudere aperte demõſtrat: at ſibi ipſi adũbrationem quãdam per commentarium ſcribentẽ nullus iure vtiq; reprehẽdat: multa.n.ſic nobis ipſis p quaſdã notas deſignare cõſueuimus. Forſan igit̃ & nunc ſibi ipſi hęc ſcripſit Hippocrates de pluribus affectibus ſermonẽ faciens, hoc quidẽ loco de tuſſi arida in pulmonum & coſtarum inflammationibus: nam & hæc vox /ſpiritus/ illis aſtipulatur: ſed ſuperius dicta, cum de ijs, quę in facie contingunt, ſcriberet, de febribus calidis & perurentibus intelligenda ſunt: cęterum & illa de pectoris pulmonumq; affectibus dicta eſſe poſſunt. Integra igit̃ oratio talis erit: Si diutius vnà cum antedictis tuſſes aridæ ſint, abſceſſum in articulos expectare cõuenit. Sed cõditionẽ quandã tuſſibus obſcuram adſcribẽs quęſtionẽ alteram excitauit, quæ'nam ſint ferinæ tuſſes. Nõ nulli ſanè lũbricos inteſtinorum, cum ad oſtiolũ ventriculi repẽtes ipſum mordeant, aridas tuſſes excitare aiũt: quod ſi re vera ita accidere compertum foret, nulla prorſus quæſtio eſſet: ſed millies abſq; vlla tuſſi lumbricos os ventriculi infeſtantes vidimus. Quocirca plures explanatores ad alias interpretationes ſe cõuerterũt: Quidã hanc vocẽ /ferinæ/ de phthiſicis dictã eſſe volẽtes, qm̃ ipſorum vngues, vt ferarum, incuruantur:

tur: Non nulli de maligno morbo: in iudicatorijs nanq; abscessibus, vt crudum, ita & sanabilem E esse morbum oportet: concoctus enim citra abscessum solutionem nunciat: perniciosus autē neq; vllum iudicatorium abscessum fore promittit. At si diutius et crudus morbus perduret neq; malignus sit, tunc aliquem fore abscessum expectādum est. Quo'd autem crudus vna & malignitate carens diutius morbus perseuerare debeat, vt abscessum fore sperandum sit, manifeste ipse in libro de Præsagijs ita scribens manifeste declarauit: || Quicunq; sane lotia tenuia & cruda multum temporis fecerint, sin alia perdurationis signa adsint, in istis abscessum ad partes intersepto inferiores expectare oportet. Erit itaq; tota oratio huiusmodi: Si aliquis pectoris, aut pulmonis morbus crudus permaneat, nihilq; malignitatis habeat, abscessus expectādus est. Quo'd crudus sit, signum est arida tussis: nam siquid expuant, concoctionis indicium est. Id autem, quod expuitur, si liquidum ac tenue sit, mediocris: si crassum, perfectæ concoctionis nota erit. Verum de his & in commentarijs librorum de ratione victus in acutis, & in libris de iudicationibus, vberius disputatum est, neq; minus etiam in libello de quatuor morbi temporibus. Sed quod in calce huius partis adiecit dicens /distentionum, quæ in ventre/ plurimi quidem cum antedictis copulant: non nulli vero & per se solum propriam habere sententiam asserūt. Igitur si quidem cum antedictis coniungentes legerimus sermo talis erit: Cum ex antedictis abscessum fore speraueris, ventris distentiones pręterea conspice: ex his enim comprehendere poteris, vtrum in dextram corporis partem, an in sinistram, morbi abscessus futurus sit: huiusmodi nanq; distētiones secundum ipsarum rectum situm abscessus fore nunciant. Quod si iterum istud per se aliquis legat, secundum earum, quæ in ventre fiunt, distentionum rectum situm, sententia hæc erit: Quemadmodum in spirabilibus instrumētis crudo morbo, & sanabili, laborantibus abscessus fieri cernimus, ita & in ventris partibus incidere comperies: erunt autem & ipsi e regione passorum membrorum. F

in Prog. cō. 2. t. 34. 4ª. 201. b

18 *Ita vero se habent ex his Plurimi, & valde Rubentes, & naturaliter Albioris modi: Neque de naribus Sanguis erumpit, aut paucus erumpit.*

Subintelligendum planè est ipsos in morbis facies valde rubicundas habere, ac naturaliter albioris esse coloris: siquidem multi in morbis salubriter longis, cum futurus abscessus est, facie diu rubescunt, præcipueq; si secundum aures excitari debeat. Quibus vero ita se habentibus facies valde rubescat, declarauit inquiens huiusmodi homines albioris esse coloris: nigrioribus enim natura, & si non nunquam sanguis in facie exuberet, non tamen euidenter apparet: at in alba corpora & in ista externa cum exiguum quippiam alterius coloris inciderit, statim omnibus conspicuum est. Hoc quidem ipsi adiectum est. Sed orationis continuitas talis fuerit: Istis valde rubentem faciem habentibus cum salubris ægritudo perdurat, per abscessus iudicationem fore sperandum est, nisi de naribus sanguinis profluuium redundantem sanguinem euacuatione præuertat, qui in aliquem articulum impetum facturus erat. At quibuscunq; ita habentibus vt diximus, aut nihil penitus sanguinis, aut modicum, neq; morbi magnitudine dignum effluxerit, hunc in modum abscessus eueniunt. G

19 *Atq; Si quidem effusis intus Relinquitur, Paratus est.*

Nisi ea coniunctio /quidem/ scripta fuisset, perspicua narratio esset. Nam cum dixisset faciē valde rubicundam habentibus nō effuso de naribus sanguine, aut pauco effuso, abscessus excitari, merito subiunxit, si effuso aliquid relinquitur, ad abscessum morbus paratus est. At quoniam ea coniunctio /quidem/ adiecta est, subintelligere præterea conuenit /sin autem intus aliquid non relinquitur, abscessus nō erit/. Non solum autem in commentarijs, quos sibi ipsi homines conscribunt, huiusmodi locutiones inuenire licet, sed etiam in libris accurate scriptis, vt cōiunctione /quidem/ præposita, nihil præterea ipsi respondens subiungatur. Id autem maxime Dioscoridis sectatores animaduertisse nouimus: quippe qui se magis, q̄ alios, grammaticæ peritos esse iactāt: & veterem lectionem tuentur, quam omnes explanatores agnoscunt, & omnes codices retinent. Aut si coniunctio /quidem/ plane superuacua visa fuisset, ipsam expungere q̄ in hanc vocem /non/ conuertere maluissent. Hæc enim locutio /& si non effusis intus relinquitur, paratus est/ secum ipsa pugnat, hac voce /intus relinquitur/ ea, quæ non in totum, sed ex parte euacuata sunt, significante: ea vero /& si non effusis/ contrarium indicante, sicut & hac, copiose fluxisse. Quemadmodum igitur hoc loco /intus relinquitur/ dicere non conuenit, ita et neq; vbi nihil prorsus effluxit. Nam nisi de vexante humore, intus relinqui, dictum esse, vt non nulli voluerūt, acceperimus (isti enim ad morbum orationem referunt) quo'd in sanguinis parcis effusionibus accidere solet, hęc pars /intus relinquitur/ insinuat. Effusio enim sanguine, sed non quantum satis est, imperfectę morborum iudicationes fiunt, in quibus istud /intus relinquitur/ dicere conueniens est. H

20 *Situs Intus relicta, & Oris exiccatio, & Insuauitas, & Inappetentia eadem ratione.*

Quando finita febre aliqua symptomata remanent, aliquid intus relinqui morbi reliquiarum dicitur.

A dicitur. Hippocrates igitur eorum exempli causa meminit, quæ inter remanētia principatum obtinent, sitis videlicet, & oris siccitatis, & insuauitatis, & inappetentię i. priuationis appetitus. Quare huiusmodi sermo id, quod in antecedente comprehensum est, enucleat, vbi aiebat /et si quidem effusis intus relinquatur/. Bifariam enim intus relinqui intelligimus, vno quidem modo humorem morbi auctorem, altero autem morbosum affectum: nunc morbosi affectus intus relictū signa explanat.

21 *Febres autem Non acutæ Eiusmodi sunt, sed Reuertentes.*

Et hoc vnum ex iis est, quæ ad futurorum abscessuum præsensionem faciunt: siquidem acutæ febres cito iudicantur, & per excretionem ex toto consumuntur: non acutæ autem, quæ reuertentes nominantur, & diuturnæ sunt, & imperfectas solutiones habent: postea rursum exoriuntur, et per secundam in abscessum expulsionem integre soluuntur.

22 *Quæ Relinquuntur post iudicationem, Recidiuam facere consueuerunt.*

Hic idem sermo & in secundo de morbis popularibus libro scriptus est, & post hūc alij ad eum B vsq; /quæcunq; tertianæ naturam habent/ quos supra declaratos præteribimus.

23 *Quæcunq; Tertianæ naturam habent, His Nox ante accessionem Molesta est.*

Quas nam febres tertianę naturam habentes intelligat, explanatū fuit, † semitertianas videlicet & extensas tertianas ⁑. In vno enim solo recētiores medici cōcordāt, dum prædicta vocabula enucleant, in exquisitis scilicet tertianis, q intra duodecim horarum spatiū tertianæ exacerbatio circūscribitur, reliquæ aūt horæ febre vacant: de methodicorum nanq; monstroso semitertianarum nominis abusu neq; vlla mentio facienda est. At si exquisita tertiana minorē, q duodecim horarū, accessionem habet, cuius accessio quindecim horarum spatio continet̄, ea tertiana simpliciter absq; vlla adiectione vocabit̄: ac, si quis accuratius loqui velit, tertiana non exquisita. Atqui si ipse Hippocrates pronunciauit, ‖ Febres, quæcunq; non intermittētes tertio quoq; die vehementiores euadunt, oēs malę: quocunq; aūt modo intermittant, nullū instare periculū signū est. oēs tertio quoq; die exacerbatæ, in integritatē aūt desinentes, discrimine vacabunt. Quod si mentē Hippocratis sequētes has discrimine vacare dixerimus, semitertianā vero ipse non sine discrimine esse cognouit, ex intermittentiū numero febris ista non fuerit: Sed febres, quarū integritatis tp̄s non breuius ho C ris vigintiquatuor est, oēs simpliciter tertianæ vocabunt̄: quibus vero integritatis interuallū hoc tp̄e breuius est, exacerbationes vero longiores, istæ protensæ tertianæ dicunt̄. Verū cum quatuor oīa interualla sint, oīno ad tria vsq; perueniunt ſm eū, qui tertio quoq; die fit, circuitum. Duo nāq; dies duæq; noctes inter duas accessiones interponunt̄ in oībus illis, quæ tertio quoq; die exacerbātur: raro aūt febrē vltra tria interualla exacerbatā, et ad integritatem finientē reperies: quam Agathinus magnam semitertianā appellare cōsueuit, quemadmodū illam mediā, cuius accessionis integritatisq; tp̄a æqualia sunt: cuius accessionis tēpus breuius est, & cui intra quatuor & viginti horarū spatium accessionis tēpus concluditur, hanc paruam semitertianā vocat: quare neq; tertianā, neq; protensam tertianā, vnquam noīat. Nā si exacta tertiana duodecim horas non superat, has autem superans illico † longa tertiana ⁑ est, nulla erit tertiana simpliciter: adhuc vero magis neq; extensa tertiana: quibus haud positis neq; exactā tertianam noīare necesse fuerit: cum nulla enim sit non exacta, adiectio hæc vana erit. Quo nam igit̄ pacto ‖ exquisitā tertianam Hippocrates appellare consueuit, cū tertianam simpliciter appellare liceret, siquidē ea sola tertiana est, quæ duodecim horis breuiorem accessionē habet? Cōstat igit̄ hanc ab eo exquisitā tertianam esse vocatā, adhucq; magis eam, quę et alias notas à nobis in cōmentarijs de iudicationibus scriptas habeat: simpliciter D vero tertianā vltra duodecim horas extensam accessionem habentē: q si quatuor & viginti horas excesserit, tertianā longam, aut extensam hanc appellabimus. Quę vero vltra tria interualla exacerbationē producat, raro in vocatā integritatem desinere inuenietur: verū neq; semitertianā statim istam vocabimus, si neq; repetitiones horridas faciat, neq; altero die accessionē alteram sine repetitione habeat: hāc quidē semitertianā appellabimus. Sed si qua febris tertio quoq; die exacerbet, neque p minimū interuallū ita mitescat, vt in eo febricitās prope syncerā integritatē esse videat̄, hanc acutā febrē noīabimus id ipsum, quod est, de ipsa dicentes, q videlicet tertio die exacerbatur. Sola igitur adhuc ex his, quæ tertio die exasperantur, tritęophyes, hoc est tertianæ naturam sapiens, nominabitur: quæ ferme in integritatem remittitur. Siquis vero & alias oēs acutas febres, quęcunq; alternis diebus iritātur, tritęophyes nominare velit, forsan & ipse non sine ratione in hanc sententiam descendisse videbitur: non tamem quampiam ex febribus in integritatem desinentibus ab Hippocrate semitertianam vocari concedemus: istæ nanq; securæ sunt, semitertiana vero periculosa: inter quas tritæophyes appellatæ mediæ sunt, quas noctē ante accessionē molestā habere dicit: prorsus enim hoc ipsis proprium est, extensis vero tertianis non omnibus. Cæterū vt ne molestia afficiar sæpius de semitertianæ significato scribens, interrogantibusq; respondens, vnum hac de re libellum separatim cōposui. In libris sane aphorismorum nullam de febribus, tritæophyes quæ

† Al. vbi & de semitertianis, & de extensis tertianis, disputatū est. vide hac pag. d. et supra pagi. 118. e. f. & 119. d

4. Aph 43. Ex. ord. 32. e

† Al. parua semitertiana.

4. Aph. 59. Ex. ord. 33 g

1ª. Aph. 13. Ex. ord. 12. c quæ vocantur, mentionem Hippocrates faciēs absolute dixit, ‖ Quibuscunq; iudicatio fit, his nox E » molesta, quæ ante accessionem: subsequens autem, tolerabilior plerunq;. Iudicationem vero ali- » qui eam intellexerunt, in qua repentina quędam atq; insignis mutatio fit: aliqui simpliciter acces- sionem significari voluerunt. In omnibus autem ferme tertio quoq; die accessionem habentibus febribus præter exquisitas tertianas nox ante accessionem re vera molesta esse solet. Quòd si & in exactis tertianis id non nunquam eueniat, iudicationem sequenti die futuram portendit, potissi- mumq; si & reliqua futuræ iudicationis indicia consentiant.

24 *Tusses Aridæ parum irritantes in febribus ardentibus, & si non secundum proportionem, siticulosæ, neq; linguæ valde torrefactæ, non ferino, sed spiritu. Constat autem. Quando enim loquuntur, aut os hiat, tunc tussiunt. Quando non loquuntur, neq; hiant, non tussiunt: Hoc vero in febribus laboriosis maxime euenit.*

4ª. Aph. 54. Ex. ord. 33. c Et in aphorismis de ijsdem hoc pacto scripsit: ‖ Quoscunq; " diutius tusses aridæ parum irritātin A. l. 4. f. 1. c. 41. 424. f febribus ardentibus, non admodum siticulosi sunt. Id igitur /non admodum siticulosi/ idem signi ficat, quod non secundum proportionem siticulosi. In ardentibus nāq; febribus sine arida tussi ma gnopere sitiunt: quòd si tussis arida accedat, siti quidem carere non possunt, sed ipsorum sitis acrimo- nia retunditur, vt aliquantum planè, sed non secundum febris magnitudinem sitiant. Illud autem, F parum irritantes tusses excitari, non frustra adijcitur: nam vehementes si fiāt, pectoris pulmonisq; partes calefaciunt, atq; inde febrem sitimq; adaugent: ac, si pusillæ tusses sint, et per longiora inter- ualla excitentur, tantisper membra commouent, dum in ipsa humor aliquis delabatur: atq; ita eue nit neq; tusses vehementer agitare, neq; febrem accendere, humoreq; particulas irrigare, ad ipsas modica tussi commotas defluente, propter quem laborantes minus siticulosi redduntur. Siccis au tem tussibus ex aliqua etiam morbi malignitate nascētibus, quam deinceps qualis nam sit dicam, ab eis has, de quibus nunc loquitur, distinguens ait /non ferino, sed spiritu/. Aliqui vero non sim pliciter ipsum omnem malignitatem ferinum vocare arbitrantur, sed alij quidem phthisim, quo- niam curuescentibus vnguibus, feris, quantum ad hoc attinet, similes esse videntur: alij vero pul- monum vlcus, therioma proprie vocari contendunt: alij vero, cum in os ventriculi lumbrici ascē- derint, tunc ipsos tusses excitare aiunt: neq; tamen ratione hoc, neq; experientia demonstrare pos- sunt. Ferinum igitur satius est malignum intelligere, siue ex capite humore destillante, siue ex ali- cuius spirabilium viscerum vlcere, siue ex aliquo in ijsdem orto abscessu, siue ob ea quæ vocantur empyemata, tussiant: alię vero tusses sunt ab eis diuersæ * * quæ malignę non sunt, aut ex instrumentorum spirabilium intemperie, aut faucium, arteriæ'ue asperitate obortæ, non nun- G quam etiam ex alimentis potionibus'ue exasperantibus, alia's vero & ex ambientis aeris qualitate

3ª. Apho. 5. Ex. ord. 20. c concitatæ. In aphorismis enim ipse scripsit, ‖ Si vero aquilonia tempestas fuerit, tusses, fauces, ven- » tres duri, difficultates vrinæ, horridi, dolores costarum, pectorum. Aer nanque admodum frigi- » dus inspiratus interdum faucium asperæq; arteriæ loca exasperat atque refrigerat, non nunquam & toti pulmoni pectori'que intemperiem affert, sæpius vero & ambo hæc contingunt, modi- ce'que ex his arida tussicula vexantur. Quòd hęc ita se habeant, signum est ipsos, cum spiritum at trahunt ad tussim prouocari, cum multus simul aer ipsis loquentibus & hiantibus & ore spiritum ducentibus intrauerit: sed cum per nares attrahunt, & aerem externum quispiam in ædibus ipso- rum calefecerit, tunc aut omnino parum, aut nequaquam tussiunt. Quo circa & ob nares quidam panniculum ponentes ita inspirant, exacerbari tussim experti, cum aer externus frigidus multus simul membris prius refrigeratis atque exasperatis obuius fiat. Maxime autem laboriosis febribus id accidere inquit: quas autem laboriosas febres vocet, ignotum est, num eas, quæ ex vehementi- bus motionibus accenduntur: an eas, quæ sponte lassitudinis sensum inferentes exoriuntur. Hu- iusmodi sane differentias nullus fere aut nostræ tempestatis medicus, aut antiquus obseruat, etsi exemplum Hippocraticæ diligentię habeant: quam imitari eos deceret, qui veritatem ipsam pro- H pter se, non gloriæ aut lucri causa, consequi student. Ego vero, quod dictum est, experientia exami nare satius esse animaduerti. Laboriosis quidem febribus ab externis fatigationibus ortis huius- modi tussiculas accidere conspexi, alijs vero non omnino. Quin & ipsis febribus ab externis la- boribus ortis non simpliciter, sed per frigus aut vehementem æstum, & maxime in via pulueru- lenta laborantibus. Quamobrem & ex accidente quodam potius, quàm ex laborioso affectu, tus- sire mihi videbantur. Nam propterea, quòd faucium loca ob frigus (vt dixi) aut puluerem, aut immo- dicam ariditatem ipsis ab aere circunfuso genitam exasperati sint, ad hæc etiam propter ipsorum instrumentorum intemperiem, isti tussi diuexantur: siquidem & propter intemperiem tusses exi- stere alibi didicistis.

25 *Nihil Contemnere, Nihil Temere.*

Id quidē & ipsum per se dictū & scriptum nullo alio ex prædictis, aut ex subsequētibus indiget, vt intelligatur, aut ipsi fides adhibeat: hoc vero loco omnino apposite ad id, de quo agit hæc sentē tia collocata est. Huiusmodi nanq; pcepta plerisq; exigua, vilia, nulloq; pretio digna videntur, atq; propterea ab ipsis contemnuntur, vt neq; ratione neque experientia, harum rerum naturam con- templentur.

A templentur. Quemadmodum verò, quod nihil despicere oporteat, prædictus sermo exemplum est, ita etiam quod nihil temere nihil inconsiderate affirmandum sit, vt ego ipse in oratione quæ ante hanc est, & in alijs omnibus feci. Neque id in Hippocratis solum scriptis, sed et in alijs omnibus antiquorum libris obseruo, vt non temere, quę quisque ipsorum dixerit, approbem: sed experientia et rōne, verū ne, an falsum sit, quod scripserunt, examino. At, qui se vnius auctoris doctrinæ veluti seruos aut libertinos addixerunt, simulatque ab eo scriptum aliquod inuenerunt, inconsiderate ac temere credunt: Vt in hoc dicto maxime, in laboriosis febribus aridas tusses excitari, neque in quibus laboriosis id fieret, quæsiuerunt: nunquid ab fatigationibus & externa vexatione, an & citra hæc eundem affectum habentibus: neque vtrum simpliciter, an ex accidenti, lassitudo ipsis euenerit. Quod vero in his, id etiam in alijs infinitis contingere sciatis, & ipsis, qui libros conscripserunt, & ijs, qui eos interpretati sunt, & adhuc multo magis illis medicis, qui quotidie in ciuitatibus circūcursant sola irrationabili exercitatione vtentes. Multa enim isti vt exigua despiciunt, nescientes multis interdum exiguis coniunctis vnam ex ipsis summam haud contemnendam integrari: temereque alicuius viri scriptis assentiūt, cui ipse se ipsum vnusquisque seruum tradiderit. Sin autem quis id non fecerit, at alio certè modo ei non nunquam, quod primo imaginationis captu verisimile visum fuerit, *Al. tussis.
B absque longioris temporis & per se & vnà cū alijs contemplatione assentiens, rem raro visam perinde ac si plerunque aut assidue conspiceretur, temere celebrat. Atqui sectarum dissidia hinc maxime orta esse par est, hominibus sapientiæ opinionem affectantibus, sibique nimium tribuentibus, quæ verisimilia visa fuerint, non sępius vnà cum multis considerata vera esse credentibus. Quemadmodum vero nunc de significatiuo præcepto exempli loco sermonem fecimus, ita quoque in curatiuis nullum eorum, quæ pusilla esse videantur, spernendum est: neque temere atque inexplorate dictis ipsorum facultatibus credendum, vt in libris de methodo curandi percepimus.

26 *Per Adiectionem Contraria adhibere, & Interquiescere.*

Curatiuum consilium atque salubre hoc tibi appellare licet, Hippocratemque illud, quod prius dixerat /nihil negligere, & nihil temere/ in hoc sermone veluti exemplo declarare. Consuetudines igitur, vt rem pusillam non nulli medicorum despiciunt, nullam ab ipsis indicationem, quæ medelam commutet, oriri arbitrantes. At alij non contemnunt quidem, à prauis vero consuetudinibus quosdam ad contrarias repente traducere conantes non modico errore tenentur: quandoquidem neque ipsas negligere, neque statim traducere conuenit, sed paulatim, et ipsos interquiescere per-
C mittendo. Bifariam autem verbum /interquiescere/ intelligere possumus, Vno quidem modo, vt non solum in contrariam consuetudinem paulatim aliquos trāsferamus, sed & antequam vniuersa mutatio facta sit, inter mutandum quiescamus: vt quando ex ocio ad exercitationes conuertimus, primum quidem à breuissimis incipiemus, atque paulatim has adaugebimus, deinde nō nunquam vnum, vel etiam duos ociosos dies interponemus: Altero modo hæc vox /interquiescere/ intelligenda est, tanquam illi verbo /adhibere/ contraria sit: vt in quos, quæ prius haud inerat, consuetudinē inducere volumus, ipsam paulatim inducamus: à quibus vero prius seruatam remouere, paulatim rursum & istos quiescere, hoc est, desinere iubeamus.

27 *Posteriora Capitis dolentem in Fronte Recta vena incisa Iuuit.*

Veteres interpretes hoc verbum /iuuit/ in tempore pręterito scriptum agnoscunt, dicuntque in aphorismis ‖/iuuat/ in præsenti tempore scriptum esse, antiquo magistro in eo volumine communem sententiam pronunciante. Hoc autem loco eum ad propriæ memoriæ præsidiū de vno quodam /iuuit/ scripsisse, vt postea, cum in multis hoc remedium expertus esset, ipsum in vniuersum promulgare auderet. Cōstat autem remedium hoc locale esse, & ad cōtraria reuulsorium. Rectam 5ª. Aph. 68. Ex. ord. 45. c
D autem in fronte venam & ante dissectionem euidenter conspicere licet: istam verò vna cū ijs, quę vtrinque adiacent, confluentem esse dissectio ostendit. Haud bene igitur quidam hanc vocem /recta/ de incisione dictam esse autumant, neque enim propter sectionis figuram, sed propter sanguinis effusionem, dolentibus vtilitas affertur.

28 *Exceptiones Præcordiorum, ex qualibus, & aliæ, & Viscerum inflammationum, qualia possunt, siue ex Iecore Lien, & è contrario, & Quæcunque huiusmodi.*

Non solum /ex qualibus & aliæ/ scriptum inuenimus, sed etiam /ex qualibus qualia alterant/ & /ex qualibus qualia faciūt/. Ac primam quidem lectionem veteres enarratores agnoscunt, & Ruffus: hanc vero /ex qualibus qualia alterant/ Sabini, Dioscoridisque sectatores: Lyci autem discipuli, /ex qualibus qualia faciunt/ legunt. Sed antiquæ lectionis sententia cōe quoddam edocet, aliæ vero priuatum: de exceptionibus enim solum, quæ in præcordijs fiunt, non de omnibus, loquuntur. Satius est autem, vbi fieri potest, verumque est, arbitrari Hippocratem commune potius, quàm priuatum documentum tradere. Communis itaque sermo talis est: Exceptiones autem considerare conuenit, & in præcordijs, & in alijs omnibus membris ortas, ex quibus affectibus aut locis, in quos affectus & loca fiant, vt in iecore ac liene. Ipse enim istorum exempli causa meminit, nobis

nobis scietibus ex liene in iecur exceptiones periculosas esse, discrimine autem vacare: potius'que E vtiles esse, quæcunq; morborum trāsumptiones ab iecore in lienem fiunt. Omnia vero, quæ ad abscessus pertinent, & quos natura sola per se, quosq; nos aut soli, aut vna cum ipsa, moliri consueuimus, & in libro de succis & in secundo de morbis popularibus superius explanauimus. Aliæ quoque lectiones sunt præter eas, quas in hoc, & in alijs multis locis ascripsi: sed ego initio statim me paucas interpretationes lectionesq; memoraturum esse promisi, ne huiusce libri multa fierent commentaria.

29 *Reuellere, si, quò non oportet, vergat: Sin autē, quò oportet, his oportet aperire, quemadmodum singula vergunt.*

in lib. de Humorib. statim in principio.

Alias iam & hæc didicisti, || ducenda plane esse quo vergunt, per conuenientes regiones: auertenda autem atq; reuellenda, quę non bene vergant. Aperire autem dixit nunc, non vt in abscessibus dicere consueuimus, pro eo, quod est scalpro diuidere, sed in communiori significato accipit, sub quo & recludere continetur, & venas nobis in mariscis, & venas nasi atq; vteri, cum per hæc itinera euacuamus, recludentibus, & fistulas aliquas satis longo tēpore patere consuetas sed aliqua de causa obstructas. Et aliquo per aures cerebri purgamenta eijcere solito, si repēte euacuatio suppressa sit," ac proinde vertigo oculorumq; tenebrę superuenerint, si ad aures materiam per aperientia medicamenta incitemus, statim hominem subleuatum nouerimus. F A.I. 1. f. 3. 73.e

30 *Latæ Pustulæ Non admodum Pruriginosæ, quales Simon Hyeme habebat: qui cum ad ignem inungeretur, aut calda lauaretur, iuuabatur. Vomitus non iuuabant. Puto, si quis calida fomenta adhibuisset, vtilitatem percepisset.*

Vt de tuberculis dicebamus, quæcunq; ex calido humore nascuntur, celeris videlicet ea iudicationis esse ac minime lata: ex frigido vero, lata atq; diuturna: eadem ratione & de pustulis differendum est, neq; enim toto genere, sed humoris ipsas generātis qualitate à tuberculis differūt. Egerminant autem, natura corporis altiores sedes repurgante vt non nunquam per excretionem, ita et per depositionem ad cutaneas partes. Subtiliores siquidem dilutioresq; succos extenuans natura discutit: crassioribus autem cuti, sed potius pelliculæ, epidermis quæ vocatur, vtpote densiori inhęrescentibus pustulæ exoriuntur: idq; magis illis incidit, quicunq; densiore ac duriore cute sunt, difficilis est enim per ipsam pinguiorum tenaciorumq; succorum trāsitus. In hunc modum igitur & Simoni hyeme latas pustulas efflorui∫se narrat, quo tempore corpus lauationibus vso aut propè ignem perunctо insigniter calefactum fuit: alio tempore autem succi, id genus pustularum auctores interius latitabāt. Deinde inquit ipsum nullum ex vomitibus fructum percepisse. Vtrum vero G ipse Hippocrates an alius quispiam vomitionibus vti consuluerit non declarauit: verum neq; id scire nobis necesse est: tantum illud nouisse satis sit, succos ad cutem vergentes per eam esse euacuandos: nam iterum ad intima corporis reuulsio ipsis valde longinqua est, vt per aluum, aut vomitum euacuentur. Sed forsan me dicere putabis nunquam purgatione per aluum in talibus vtēdum esse. Ego vero non id dico: nam in libris de arte curandi, in quibus corporibus permulta humorum copia est, ijs vtiles esse purgationes didicisti: priusquam enim ita redundātem materiam, aut venæ scissione, aut purgatione quis eduxerit, si fouens, hoc est calidis vtens ipsam discutere conetur, plus attrahet, quàm per cutem euacuabit. Sed cuti inhærentium succorum curatio prorsum per fotus & calida medicamēta præstatur: ac præcipue si latæ pustulæ fuerint: signum est enim earum succum non calidum, non tenuem, sed admodum crassum ac frigidum esse. Iam vero & tuberculorum superius notitiam habuistis, q; videlicet in acutum fastigiata & veluti turgētia calidorum succorum germina sunt, contra sese habentia, frigidorum. Ipsa vero turgere ex pruritu atque dolore dignoscere licet: moderate enim calida pruritus solum excitant, sed vehementius calefacientia statim mordent atq; contristant.

31 *Quæcunq; Concoqui opus est, Occludi conuenit: Contraria vero Exiccare, atq; Aperire.* H

Et de his sæpius nostrā sententiā audiuistis, & maxime vbi de ducentibus ad suppurationē medicamentis locuti sumus, nō oportere s. eorum facultatem discussoriam esse, sed retentoriā atq; inhæsoriam, à Græcis emplasticā appellatam: hæc.n. impediunt, retinent, atq; occludunt insitum calidum, ipsum difflari non permittentia: ab hoc vero excremēta concoquuntur. Cæterū ne rursum hoc loco obaudite, ac nolite putare me oīa concoctu difficilia nullūq; pus habentia ita curari dicere. Non nulla.n. ex his ab emplasticis istis medicamentis putrefiunt aut pp humorum ipsa creantium prauitatē, aut ob affecti mēbri imbecillitatem ingenitū calorem ita pusillum ægrumq; habentis, vt neq; humorum in ipsum delapsorū concoctionem aggrediať. Porrò in horum curatione scarificationibus altissimis cutem rescindimus, & plerunq; vsq; ad profundum in multis affecti membri partibus dissecamus, medicaminibusq; siccātissimis vtimur. Hmōi nanque inflammationibus gangræna impendet, ab ipsis deuicto iam ac propè ad perfectam extinctionem accedente calore ingenito. In quibus igitur inflammationibus, aut omnino quibus in tumoribus, innatū calidum, non vt extinguatur funditusq; aboleatur, periculum subit, atq; ideo remedio adhibito vincere humores potest, ad id genus vitia medicamētis emplasticis vtimur: quæ per hæc verba manifeste declarauit

A clarauit inquies /quæcunq; concoqui opus est/. At quæ ad id deuenerunt, vt mox in gangrænam casura sint, & quæ iam computrescunt, statim neq; concoctionem postulant. Iccirco alia quidem (vt dixi) euacuationibus per scarificationes & incisiones, medicamentisq; valentissimis curamus: alia vero iam putria recidimus atq; perurimus. Recte itaq; adiecit /contraria vero exiccare ac aperire/ hoc est, suppuratione non egentia: opus est enim in non admittentibus suppurationem omnes exitus recludere, affectaq; membra arefacere. Ex his itaque patet non recte à quibusdam scri-
* ptum esse /quęcunq; exiccari opus est, iacere oportet/ hoc est, iacentia quiescere: præter id enim quod exiguum quoddam est ac manifestum, vt accurate de ipso Hippocratem scribere opus nō esset, & oppositio ipsa declarat, quæ non verbo /iacere/ sed voci /occlusa esse/ respondet: occlusis nanq; et cohibitis contraria sunt quæ digeruntur atq; siccantur. Huic sermoni quidam sequentem copulant, & maxime qui post hunc vocem hanc /quemadmodum/ scriptam esse volunt, vt tota oratio ita se habeat /quęcunq; concoqui opus est, occludi conuenit, contraria vero exiccare atq; aperire/: Quemadmodum oculis fluxione laborantibus, si aliter videtur conducere, in fauces retrahere conuenit. Atqui quod hæc verba docent, prædicto simile non est: siccare enim & aperire aliud est, quàm retrahere. Quomodo igitur, cum prædixerit /contraria exiccare oportet & aperire/ poterit exem-
B pli loco de oculis fluxione vexatis dicere /retrahere in fauces?/

32 *Sicut Oculis Fluxu laborantibus, si aliter videtur conducere, in Fauces Retrahere conuenit. Et Vbi Eructatio confert, & quæcunq; alia eiusmodi.*

Auxiliorum reuellentium hæc vna quædam species est, ipso nobis consulente diuturnas oculorum fluxiones traducere, ad fauces videlicet per acria medicamenta retrahētibus: quibus palatum inungere, vtq; gargarizent, iubere conueniet, si nihil ex hoc peius effecturi sumus. Nam in quibus suspicamur, ne forte in asperam arteriam & pulmones fluxio diuertat, tunc ab huiusmodi reuulsione cauemus. Quemadmodum igitur hoc loco consuluit, ita & in aliis te animaduertere iubet, ne quod ex membris, ad quæ materiam retrahis, magnum detrimētum subire periclitetur. Aliqui vero de oculis vitio, quod rhyas vocatur, laborantibus ab ipso sermonem hunc factum esse aiunt, quemadmodum & Lycus voluit: qui longam orationem contexens ab oculis in palatum vsq; meatum quendam pertinere dicit, illorum excrementa per hanc regionem euacuantem: hūc meatum autem prope maiorem angulum situm esse: Ac morbum eum, rhyada quem nominant, tribus modis suboriri, aut foramine aliquo modo clauso, aut obstructo: aut multo excremento in
C oculo collecto, adeo vt effundatur, nequeunte meatu ob naturalem angustiam ipsum totum continere: alio item modo, cum cicatrix in angulo effecta meatum obcæcauerit: quam & post encanthidum vocatarum excisionem, & aliter vlcerato loco obduci ait: Hāc insanabilem esse, alias vero curabiles, nobis ad fauces materiam retrahentibus. Illud autem /& vbi eructatio cōfert/ adiectū est, Hippocrate per notas quasdam sibi ipsi conscribente. Quod enim, vbi eructatio conducit, ibi ructus citare conueniat, satis constat: quibus autem conducat, non dixit. Sed neq; in oculis rhyade laborantibus quicquam huic simile est: propterea & sine ordine interpositum obscuritatem peperit: ad oculos enim rhyade vexatos reuulsiuum auxilium scripsit. Hæc autem verba /& vbi eructatio confert/ aut de oculis rhyade tentatis dicta esse conuenit (sed nihil ad ipsorum medicationem eructatio conferre videtur) aut alterius esse orationis initium. Propterea & non nulli coacti sunt ipsa à superius dictis separantes alteram locutionem hunc in modum instituere /& vbi eructatio confert, & quæcunq; alia eiusmodi, transitus aperiri/ verum neq; item hæc, quę subiiciuntur /vt nares, & alia, quibus opus est/ & reliqua, isti locutioni respondere, ac propria esse videntur. Itaq; quicunq; Hippocratem istud solum per se sibi ipsi notasse aiunt /vbi eructatio confert/ ipsum censere putant, vt interdum ructus mouendos esse consulamus: hosq; illis, quorum venter inflatus est, cō-
D uenire affirmant, atque illis potissimum, in quibus flatuosus spiritus per inferna exhalare non potest. Quin etiam & os ventriculi infirmum per eructationes, tanquam per propriam exercitationem corroborari aiunt: eructationesq; citare consulunt non per medicamina solum, sed etiam ipsum assidue ructare studentem, cum quamlibet exiguum spiritum in ore ventriculi sentiat. At Sabinus ex vasculo angustioris bibentem ructus mouere iubet. Alii vero flatuosi spiritus expulsiones vndecunq; sane & vtcunq; fiant, eructationem ipsum appellasse contēdunt: secundum quorum sententiam tussis, sternutatio, singultus, ventris crepitus, atq; per omne corpus spiritus difflationes, eructationes vocabuntur. Non nulli autem et omnem excretionem non spiritus modo, verum etiam aliquorum humidorum, eructationem appellatam esse dicunt, poetæ verba in testimonium recitantes, vbi inquit, Eructante mari foras. hācq; vitiosam explanandi viam aperiūt. Nam * Al. eructato.
si à poetis raro & quodam poetico modo dicta vt proprie accepta quis interpretetur, etiam omnia dilucide narrata peruertere poterit.

33 *Transitus aperiri, vt Nares, & Alia, quibus opus est, & Vt conuenit: & Qualia, & Vbi, & Quando, & Quantum oportet, vt Sudores, & Alia planè omnia.*

Id per se quidem memoratu dignum est: conducit enim omnes superuacuorum excretorios meatus

meatus aperiri. Et cum superioribus verbis coniungi potest, duplicem sic vtilitatem prębens, pro E
priam quidem in oculis rhyade morbo vexatis: communem vero omnium, in quibus retrahere, aut deriuare conuenit. Nam si reuulsione quidem opus sit, ipsam autem facere vereamur, deriuare sanguinem, ac totum corpus inanire conuenit: sed quæ deinceps scripta sunt persæpe iam ab ipso in omni euacuatione commoda esse didicimus. Oportet enim, cum euacuatio requiritur, non simpliciter ad ipsam accedere, sed prius definientē, qua ratione facienda sit, & quę debeat esse euacuanda materia, per quam regionem, quo tempore, & qua mensura. Nunc vero etiā reminiscentiæ causa de singulis breuiter agamus. Istud quidem, vt conuenit, tale quoddam significat: Transitus recludendi sunt, non simpliciter quidem ac vtcunq;, sed vt cōuenit: id vero modum significat, quo euacuationes facimus, vt in ijs, quæ in ventre sunt, per clysterem, per glandulā, per subducens medicamentum: & in horum singulis per quædam certa, nam & clysteres, & glandulæ, & subducentia vocata medicamenta multiformiter componuntur. Eę igitur particulę /vt conuenit/ tale quiddam significant: hæc vero /qualia/ euacuandorum qualitatem innuit, hoc est, nunquid aquosa & tenuia euacuare melius sit, an pituitosum succum, an biliosum, an melancholicum: & horum num aliquem, an & omnes. Ea vox /vbi/ partem corporis, per quam euacuare oporteat, indicat. Etsi nanq; per inferiora faciendam esse euacuationem cognoscamus, nihilo minus, per quam ex infe- F
rioribus partibus faciēda sit, definire opus est. Propterea & quidam loco huius vocis /vbi/ quā scripserunt, per quam partem significantes, vtrum per vesicam, an aluum, an vterum: item per superiora vtrū per nares, aut os: est quædam ēt per omne corpus euacuatio, & quæ per sudores, & quæ per latentem vocatam transpirationem. Ea vox /quando/ euidenter tempus, quo sit euacuandū, declarat, vtrum scilicet ab initio ante morbi concoctionem, quando, vt ipse inquit, materia turget, & natura animalia regens ad humorum excretionem compellitur: an post vexantium humorum concoctionem: nam & hoc ipse, quemadmodum & prius dictum, in aphorismis docuit. Illud vero /& quantum conuenit/ in calce sermonis dictū materiæ euacuandæ quantitatem ostēdit, quam sibi proponere & coniectura percipere, medicū oportet. Deinde loco exēpli illud ponit /vt sudores/. Quāuis enim ægrotantibus conducere sudor videatur, attamē & ipse modo eget: immodicus enim vires debilitat. Cum in sudoribus vero excessus multitudinis noxius sit, multo sane magis in ijs, quæ euomuntur, aut deijciuntur, aut per mariscas, aut vterum euacuantur.

34 *In Ingentibus malis Facies si sit Bona, Signum Optimum: In Paruis autem Contraria bonæ significationi significans, Malum.*

G

Et istius orationis secundam partem ex libri enarratoribus alius aliter scribit: at si quis ipsi articulum /τῇ/ addiderit, omnis quæstio tolletur, hunc in modum /in paruis autem contraria significans τῇ εὐσημείῃ, hoc est bonæ significationi, malum/ vt & integra oratio talis sit: In ingentibus malis, siue affectibus, siue symptomatis, si sit facies bona, hoc est naturali similis, bonum est signū: in paruis vero (rursum & hic affectibus aut symptomatis intellige) si facies fuerit significans contraria prædictę bonæ significationi, malum aliquod significabit. Non nulli quidem palàm, tanquā ab initio lectio articulum /τῇ/ haberet, ita explanauerunt, non edocentes vetera exemplaria cum articulum bonæ significationi adiectum non habere, fortasse primo libri scriptore decepto. Alij non solum aliter scripserunt, sed etiam absurdam explanationem commenti sunt. Ego vero, vt ab initio dixi, cauens ne longius commentaria producerem, multa minus rectè dicta silentio præterire decreui. Satis nanque congruens explanationis propositum mihi esse videtur, si & vera quis in ipsa, & ad veteris mentem edoceat: quemadmodum & nunc facienti à loquacitate discedere licet. Nam si in magnis affectibus pro eorum magnitudine facies collapsa non sit, bonum signum est: in paruis autem è contrario malum quoddam significat. Licet igitur & his, sicui placeant, vti: ego vero ad veterem lectionem, & ab omnibus alijs explanatoribus concessam me recipiam. H

35 *Apud magnum, Vbi mulier post herourn, Arquato superueniente.*

Siue superioris locutionis finis est, hæc particula /apud magnum/ aut loci alicuius index, illis quærendum relinquam, qui medicinalia prætereuntes, vt grammatici quàm medici interpretari maluerunt. Satis est enim de his vocibus /apud magnum/ illud tantum dixisse, quod veteres interpretes dixerunt, aut theatrum, aut odion id est locum vbi poemata recitabantur, aut gymnasium heroum, aut domum aliquam, aut quodlibet aliud hmōi, ab hac voce magnum significari. Transgressum aūt deinceps ad artis opera, illa considerare vtile est. Quòd post Heroū, aut post Menelaū (quidam enim ita scribunt) ægrotus ille iaceret, nihil quicquam vtilitatis habet: quemadmodum neq; quod deinceps dictum est /arquato superueniente/ & si q̄ maxime ipsi Hippocrati ad reminiscentiam vtile foret, fortasse quidem prædictorum: forte vero & ipsum per se, affectus enim aut coloris arquati mulieri superuenientis memoriam reuocat. Et hoc loco apud veteres explanatores, & in vetustis codicibus, verba hæc in margine scripta sunt secūdum alios quosdam ēt interpretes his vocibus /arquato superueniente/: hec adiecta est /permansit/ quemadmodū & apud quosdam

A dam alios cum negatione / non permansit /: non nulli vero & hanc vocem / ipsi / apponunt. Sed istud quidem in locutione differentiam, non in sententia facit: at priora sensum in contrariũ mutant: nam cum arquatum affectum aut colorem altera lectio permansisse significet, altera nõ permansisse affirmat. Per se igitur pręsens sermo scriptus neq; si / permãsit / dicat, neq; si / nõ permãsit/ quicquam vtilitatis nobis afferre potest, quo modo ægrotaret, aut quo modo affecta esset, ignorantibus. At si supra scriptis annectatur, prorsum superuacuus est: satis est enim solum hoc dictũ esse / arquato superueniente / hoc exemplo circa faciem apparente, tanquam alia exigua esse, si sola dicta forent, viderentur: at ipse contrarium significauit, quoniam valde à naturali statu mutata est. Quod enim infertur hoc me testari docebit, ad quod alias præsentis sermonis explanationes dimittentem transire iam tempus est. Fortassis enim & ea, quæ nunc dicta sunt, præter nostrum propositum longiora fuerunt: cum prætermittere decreuerim, quæcunque legentibus ipsa adolescentibus nihil ad artem profutura sunt. Neque enim ad sophisticam facultatem, quam prorsus odio persequor, eos præparare constituo, sed ad artis opera in præsagiendo atque curando, in quibus etiam me semper exercui.

36 B *Qui apud Timenei neptem, Iste nigro viridiq; colore suffusus.*

Si ad ea, quę de facie dicta sunt, & hoc quis referet, aliquid vtilitatis percipiet, ac si loco exempli dictum sit. Par est enim & hunc, cũ alia essent exigua, corpore à naturali statu longe permutato, propter id solum aut mortuum esse, aut in mortis discrimine versatum. Quòd si μελάγχλωρος scriptum sit, pro eo, quod est μελάγχρους, hoc est nigræ cutis, vt in quibusdam codicibus reperimus, adhuc etiam magis solus iste color magnam quandam noxam significare videbitur, quamuis alia in ægrotante exigua forent.

37 *In Perintho Seminis speciem referẽs, tale Iudicatoriũ: Et quæ circa abdomen talia, quia mictus liberant: quoniã neq; flatu multo, neq; stercore multo tenaci deiecto euacuabatur: neq; enim magna erant præcordia. Brassicam Septimo die comedit adhuc ægre spirans, partes circa abdomẽ purgatæ sunt, rectè spirãs effectus est, aluus ipsi expulit.*

Non præsentis sermonis initium, sed prioris finem has voces / in Perintho / Sabinus esse censet: hunc enim sermonem communem, illum priuatum esse dicit: consueuisse autem Hippocratem priuatis sermonibus aut locorum, aut ægrotantium, nomina adijcere. Atqui præsens sermo ꝙ in parte sit, ex his constat, quæ ipse Hippocrates subdens ait, ꝙ neq; multo flatu, neq; stercore multo tenaci deiecto euacuabatur. Multa vero in voluminibus de morbis popularibus in quibusdam particulatim visa scripta sunt, vniuersalibus autem præceptis aut perpetuo aut plerunq; veris subiecta sunt. Sic igitur & nunc gonoides, hoc est seminis speciem referens, siue lotiũ, siue alui recrementum eiectum in Perintho iudicatorium apparuit. Vtrum paucis, an multis, an vni, istud acciderit nõ est ex ipsius Hippocratis verbis definitũ: sed verisimilius est istud ea tẽpestate, qua hæc Hippocrates scribebat, in multos grassans apparuisse. Quãdo enim aliquod in vno quopiam fieri scribit, aut locum ciuitatis, in quo hominem decũbentem vidit, aut ætatem, aut nomen apponit. Ciuitatum autem nomine proprio meminisse in illis narrationibus solitus est, in quibus multos eadẽ passos conspicatus est: hoc vero, quantum ad artis opera pertinet, nõ multum refert: & hoc / in Perintho / cum quibus velit quispiam, coniungito. At seminis speciẽ referens lotiũ, vel etiam deiectio, fuerit sanè iudicatoriũ, quando humor à Praxagora vitreus nominatus euacuatus est. Sed hoc / & quæ circa abdomẽ talia / ad antedictum sanè referri debet: talia enim ad alterum referri dicuntur, nihil autem de abdominibus prædictum est. Fortassis igitur cum primum exemplar ex Hippocratis commentarijs describeretur, aliquod huiusmodi scriptũ omissum fuit: aut ipse sibi ipsi hoc, quod ad primum ęgrotum referatur, memorię causa scripsit, de quo id solum D predixerat / qui apud Timenei neptem, iste nigræ cutis erat /. Verum nõ nulli propter hanc ambiguitatem sic sanè †duplicem lectionem} explanabant, / iudicatorium, & quæ circa abdomẽ / perinde, ac si ita scriptum esset: Seminis speciem referens vrina, iudicatoria est, & ab affectibus abdominis extrahi oportet: iterũq; ab alio initio dicatur / talia quia mictus sanant / vt intelligamus / talia / quę in abdomine fiũt. Atq; huius rei testimoniũ deinceps scripsit / ꝙ neq; multo flatu, neq; stercore multo tenaci deiecto euacuabatur / hoc est, nullo alio effecto, quod abdominis tumorem dissoluere posset, per sola seminis similia lotia morbus iudicatus est. Forsan enim tale quoddam abdomen erat, quale in præsagiorũ libro ipse per hæc verba narrauit: ‖Ex præcordijs dolores & tumores, si recentes sint, & absq; inflãmatione, soluit strepitus in pręcordijs ortus, & maxime quidẽ cũ stercore & lotio & flatu egressus: si vero ipse non transgressus sit, iuuat saltem & in inferiores partes descendens. Neq; enim phlegmonem aut aliquod aliud ipsa etiam contumacius in iecore, aut intestinis, aut ventriculo cõflatum, seminis simile lotium solum redditum discutere potuisset. Propterea igitur ipse intulit / neq; enim magna erant præcordia / quoniã si magna fuissent, non vtiq; per vrinæ semini similis excretionem dissolui atq; attenuari potuissent. Cęterum, quoniam quod subditur, cũ ita prædictis non admodum concordare videtur, iccirco non nulli ab alio initio ipsum legebãt, hanc vocem / οὗ / cũ spiritu crasso scribentes, & articulũ masculinũ genitiui casus

† Al. dupliciter hác partẽ.

in Prog. cõ. 1. t. 25. 4. 100. a

facientes, vt si & eiusmodi oratio esset: Cuius enim hominis magna erant præcordia, brassicam E is septimo die comedit adhuc ægre spirans: postquam vero abdomen purgatum est, recte spirans fuit, hoc est, bene spirãs, & naturaliter spiritum ducens. Non scripsit tamen, vtrum ducens aluum brassica subsidio fuit, an digestionis ratione. Sed quidã hanc vocem / recte respirans / explanaue rũt, orthopnoicon vocatũ difficilis spirationis modũ ab ipsa significari dicẽtes. In ęnigmaticis.n. sermonibus quicquid libuerit quisq; dicere potest, nullam insignem vtilitatem nobis ex illis percipientibus, in quibus neq; certam Hippocratis mentem, sed explanatorum, perdiscere licet.

38 *De sanguine Ichoroide, quòd in Pauidis talis, aut in Vigilantibus, & siue malus, siue bonus.*

Non simpliciter tenuem & aqueum sanguinem ab ipso ichoroidea vocari suspicandum est, sed eum, qui venenosa aliqua & maligna facultate præditus sit. In secundo nanq; de morbis popularibus ipse scripsit, || Et sub cute ichores creabantur, inclusi autem calescebant, & pruritum excitabant: deinde pustulæ, vt ambustis, exurgebant, & sub cute vri se putabant. Constat igitur, vt ex ichoribus haud exigua symptomata oriri dicat. Plato etiam in Timæo per hanc vocem / ichores / tale quiddam significat hæc inquiens: Ichor autem sanguinis quidem serum, mitis: nigræ vero bilis, sed acidæ ferus. Ichoroides itaque sanguis vocatur in se prauam ac tenuem humiditatem continens, non aqueam & morsu carentem, sed mordacem & erodentem. Dicente autem Platone, Ichor vero sanguinis quidem serum, mitis: nigræ vero bilis, sed acidæ ferus. nobis declaratum est, quemadmodum in lacte serosa quædam humiditas est, veluti colamentum & circunfluitans crassiorem eius partem, eodem sane modo in omnibus succis & humoribus serosum quendam ac tenuem liquorem reperiri. Differunt autem inter se secundum eorum scilicet humorum naturas, quorũ serum esse dicetur: & erit infestissimũ atræ bilis serum: minus infestum flauæ: minus item, quàm hoc, ępituit: sed omnium mitissimum est sanguinis serum & ichor, nihil enim in pręsentia referet hoc aut illo modo dicere. Verum quoniam bifariam sanguinem appellamus, interdum eũ à nuper dictis humoribus distinguentes, interdum à superante omnes in vasculis succos sanguinem vocantes, ichoroides sanguis nunc in secunda significatione accipiẽdus est: quemadmodum & omnes medici in venæ sectione dicere assolent, interdum serosum, interdum melancholicum, aut pituitosum, aut biliosum, non nunquam & naturalem, sanguinem effluxisse dicentes. Omnino quidem pauidos, hoc est cum terrore perturbatos, præterea etiam vigiles, ichoroides sanguis efficiet: quòd si vitiosi alicuius succi non modo sanguinis serum in sanguinarijs vasculis contineatur, & deliria, & phrenitidas, & furores pariet: sed hoc loco sanguinei seri meminisse videtur, G quoddam sibi ipsi memoriæ subsidium scribens. Timiditatem quidem, pituitæ serum facere par est, non tamen vigiliam, aut perturbationem, aut animi motũ cum terrore: torpor enim ipsi & frigus inest solum, non mordacitas atq; malignitas: nisi forte & ipsa planè vitiata acida aut salsa eua serit. Sed illud profectò quæsitu dignũ est, quod ipse inquit / & siue malus, siue bonus / nam si qs absolute malum esse ichoroidea sanguinem asserat, recte dicere videbitur: omnis enim sanguis ita vocatus naturali comparatur. At si quispiam aliorum succorum ichoribus sanguineũ comparans non prauum eum aut & bonũ esse dicat, iste quoq; verum dicere haud iniuria putabitur. Plerunq; autem & nostræ tempestatis homines, & antiqui, minus malum bonum, aut probũ, aut laudabile, aut aliqua id genus voce appellare consueuerunt, & præsertim cum magnus quidam excessus fuerit valde praui ab eo, quod modice à naturali statu discesserit. Quare & ichoroides sanguis, quærente Hippocrate, malus'ne an bonus sit, possumus nos ita ferre sententiã: Optimo quidem sanguini comparatus, malus est: alijs vero omnibus, quibus alterius cuiusdam vitiosi succi ichor admistus fuerit, longe melior & optabilior, atq; iccirco bonus est.

39 *Quibus Lienis est decliuis, Pedes, & manus, & genua Calida: Nasus & aures Frigidæ semper: Num propter hoc, quòd tenuis sanguis? Num & natura talem isti habent?* H

Quòd decliuis lienis deorsum vergens dicitur, & ex ipsa voce discere licet. Vtrum autem ob ipsius tumores in partibus inferioribus excitatos, an cum in ipsas inferiores corporis partes vitiosos in se contentos humores depellit, iccirco decliuem lienẽ appellauerit, hoc non item ex voce hac percipi potest. Possumus quidem, quantum ad rerum naturam pertinet, secundum vtrũq; dictum modum, decliuem lienem ab ipso vocatum esse intelligere: pedes enim inquit, & manus, & genua calida: nasus autem, & aures frigidæ. Genua quidem & pedes in decliui liene calida apparere rationabile est, quemadmodum & nares & aures frigidas: manus autem in decliui morbo calidas esse nulla ratio demonstrat, potius enim quispiam ipsas inter superiores partes collocauerit: sin minus, at saltem neq; inter inferiores. Quòd igitur aures & nasus frigidi sint, inferiores vero partes calidæ, causam speculans Hippocrates inquit, vtrum propterea, q tenuem habent sanguinem, cum lienes decliues sunt? Aliqui vero non lienibus cõtra respondere istud aiũt / num & natura talẽ isti habẽt? / sed illi, quod postea scriptum est: totumq; sermonẽ ita constituũt / num & natura talẽ isti habent, vt suppurationibus? / Cõsiderandũ igitur deinceps exquisitius de ipso erit an / vt suppurationibus / cũ istis pręddictis ita scribẽtes copulẽt: sed qui hoc deiceps scriptorũ initiũ

esse

Margin: 2. Epid. sect. 1. statim in prin.

A esse volunt, hanc vocem /vt/ auferunt, ac talem orationem faciũt / suppurationibus terminus, suppuraturis ventres perturbantur / suppuraturorum indicium ventris perturbationem statuentes. Nō de oībus autem suppurantibus, sed de ijs solis, quę per intestinorum excretionem erumpunt, signum hoc scribit Hippocrates. Quòd vero sine distinctione, de quibus intelligat, narrationem fecerit, nihil mirũ, si eius, quod à principio dictum est, meminerimus, ipsum videlicet sibi ipsi hæc vt materiam quandam ad libros conficiendos perscribere: solum enim ad eorum, quæ significare sibi ipsi vult, reminiscentiam pertinet in scriptura propositum, istud scilicet / ventres perturbãtur / ipso dicẽte ventres in huiusmodi suppurationibus perturbari, quæ cum erupturę sunt, ichor quidam tenuis ex pure prius exudat, à quo intestina demorsa conturbationem ventri inferũt, hoc est, morsus, & assiduas excernendi cupiditates. Aliqui vero & hanc lectionem agnoscunt.

40 *Suppurationibus Vmbilicus terminus: Quibus suppuraturis Ventres turbantur.*

« Voluit breuibus docere, quod in præsagiorum libro clare dictum fuit: ‖ Minime vero, quę infra vmbilicum, in suppurationem vertuntur: at quibus eruptura est suppuratio, vẽtres prius conturbantur. Verum & aliter multis modis scribunt, ac diuidunt non hæc solum verba, sed etiã alia — in Prog cō. 1. t. 37. 4ª. 196. f

* B plurima huiusce libri interpretes, vt quis ad artis opera festinans multum retardetur: ac non nulli id facere videntur, quod Timon per similitudinem dixit, Quid vis? pauca caro, ossa multa. Quidam autem & sequentem sermonem, cuius initium est / lienis durus non superius / cum præsenti coniungunt, vt de lienis differentijs oratio ipsi habita sit. Transeuntes igitur ad ipsum, differentias istas videamus, aliquid enim vtilitatis continent.

41 *Lienis Durus Non superius, Inferius Teres, latus, crassus, longus, tenuis.*

Tumorum lienis præter naturam differentias his verbis scripsit sibi ipsi fortasse designãs, quoniam decliuis lienis paulo ante meminerat. Prima igitur differentia huiusmodi lienis est, cum durus fuerit sed non superius, manifestum est, ꝙ in ima parte durus est. Secunda vero ex ijs, quas in propositis verbis recensuit, differentia iterum ipsorum decliuium lienũ propria est. Istorum enim decliuium lienum commune cum sit, superiores partes nō duras habere, sed imas, aliquis teres est: aliquis latus: aliquis in lōgitudinem excreuit, aut cum tumore præter naturam, aut sine eo, solum * longitudinis incrementum habẽs. Priorem quidem differentiam innuit dicens / crassus, lōgus /: secundam vero, cum dixit / lōgus, tenuis /. Nam, cum vox hæc / lōgus / bis ab Hippocrate, vt quis C cōijcere potest, scripta foret, alteram exemplaris scriptores ademerunt, talemq; orationem qualem nuper ante scripsi, reddiderunt. Rationi autem cōsentaneum est ipsum primę differentiæ meminisse, vbi inquit / lienis durus non superius / hoc est ab ima parte durus, quemadmodum & decliuis est. Deinde rursum ipsius quatuor differentias enumerauit, vnam, per quã teres est: secundam, per quam latus: quibus ambabus cōmune est, in longitudinem protensum non esse liene: Duas reliquas differentias ponit, vnam quidem longi & crassi lienis: alteram lōgi, & tenuis. Cum bis enim vt dixi, hæc vox / longus / scripta esset, par est eũ, qui ex veteribus codicibus descripsit, hanc, vt superuacuam omisisse. Vetus quidem lectio talis est, in qua vocẽ hãc / longus / ab Hippocrate bis positam, semel à librario fuisse descriptam, ego contendo. Forsan autem, & si ab ipso Hippocrate semel inter has voces / crassus & tenuis / scripta esset, à communi sensu intelligi posset, & cum prædicta, & cum sequenti coniungi: nam & multa id genus alia apud veteres reperiuntur. Verũ explanatores ego demiratus sum hæc verba multis modis alium aliter trãscribentes. Siquis enim prorsum à veteri lectione discedere audeat, aliqua verisimili de causa id facere debet, sicut ego nũc rationabile esse dixi, cum dictio hęc / longus / bis scripta foret, alteram esse omissam. Quòd huiusmodi autem lectionem omnes veteres explanatores agnoscant, & Zeuxis locupletissimus testis D est. Ipse nanq; Glauciam vtpotè male presentia verba interpretatum, nihil, quantum ad lectionẽ pertinet, reprehendit, quãuis & ista locutio ipsi ambigua videatur: sed ꝙ dictis negationes addiderit, vitio vertit: ipsum.n. hęsitantẽ, & proposita verba enucleare nequeuntem, oībus prædictis negationes adiecisse inqt, perinde ac si ita scripsisset Hippocrates / inferius teres, nō latus, nō crassus, non longus, nō tenuis /. Glaucias nanq; lienem oīa hæc vitia suscipere nō posse arbitrabatur, quæ vnà consistere minime valerent: quasi in vno homine omnia hęc intelligenda esse necesse foret, & non sibi ipsi deinceps differentias memoriæ causa Hippocrates persecutus esset, vt antea difficilis spirationis & febrium, ita & nunc tumorum præter naturam in decliuibus lienibus. Quòd si affirmatiuè dictis negationes addere licet, hoc modo aliquis omnia placita deprauabit, nullãq; veterum sententiam stabilem conseruabit.

42 *Minus capitis Grauedine Laborantibus.*

Nihil aliud intelligere possumus, ꝙ̃ ꝙ vitia lieni accidere dicta minus capitis grauedine laborantibus eueniunt. Huius vero causam & Rufus & Sabinus dicũt, quia sanguis per grauedinem repurgatur: propterea.n. putant nihil in lienem descendere. At satius fuerit ad communem rationem, non ad priuatam, hæc verba redigere. Perrarum.n. est in omni corpore duo aliqua membra

ęqualiter eſſe debilia. Nam in plurimis vnum planè eiuſmodi eſſe deprehenditur, in quod, ſeu ple E nitudo, ſeu uitioſi humores in corpore cõtracti ſunt, omnia ſuperuacua feruntur: vnum autem ſi hæc preoccupauerit, reliqua membra in naturali ſtatu permanent. Non ſolũ itaq; capitis grauedine affectis, ſed ẽt aliquam ſpirabilium partium, aut ſ͠m renes, & iecur, & vẽtriculum, infirmam naturaliter habentibus, eam magis, q̃ lienem, vitijs obnoxiam eſſe reperies. Hoc vero cõmune cum ſit, & vniuerſale, propriũ eorum, q̃ nunc dicunt, aliquis adijciat, In qbus pituitoſus humor, aut tenuis & aqueus colligitur, quales profecto & illi ſunt, qui capitis grauedine vexantur, iſtis haud ita ſępe prȩter naturam tumores, qui ex craſſis melancholicisq; humoribus conſtãt, in liene ꝓcreari.

43 *Circa Aegrotantem Adminiſtratio, & De morbo interrogationes. Quæ narrat, Qualia, Vt accipiendi ſermones. Quæ ad Aegrotantem, quæ ad Aſtantes, quæ ad Externos.*

Proprium dicendorum nomen inuenit, œconomiam i. adminiſtrationem inquiẽs. Neq;.n. vt in alijs ferè oĩbus libris, aut affectuum notitias, aut curationes, aut futurorũ præſenſiones ſcripſit, ita & in præſentia fecit: ſed quo quis modo medicinalibus, quæ didicit, præceptis cõmode vteret, in propoſito ſermone declarat, non ipſa ſingula, ſed cõmunia tñ capita deſcribens. Atq; inter hęc primo de interrogationibus, quibus medicus ſ. ægrotantem interrogat, mẽtionem facit: ſecũdo de F laborantis ſermonibus. Multa.n. laborantes dicere cõſueuerunt, quę dicẽtis mentẽ pateſacere poſ ſunt: vt, niſi prius ipſum nouerimus, ex ijs, quæ narrauerit, qualecunq; ſit ipſius ingenium, ita nos ipſi accommodare ſciamus. Nam ſi prudentem hoĩem hunc, præterea non timidũ, eſſe cognoueris, vera ipſi dicere conaberis, nihil eorum, quæ in morbo futura ſunt, ſubtrahẽs, neq; diſſimulãs: at ſi ſtultũ atq; timidum, oĩa ea, quibus ipſe meliori aĩo futurus ſit, dicito, neq; tñ magnopere mentiaris. Quòd ſi interdum ob extremam laborantis formidinem ipſi certã ſalutem polliceri coactus fueris, egreſſus ſaltem eius curam gerentibus vera dicito. Ipſis quoq; laborantibus, & ſi maxime timidis, ne, vt aperte mẽtientes faciunt, ſalutẽ polliceri tentato, niſi illud addideris in primis, Sanitatem quidẽ affuturam, oĩa ipſo recte agente, & medicorum præceptis obtemperãte. Ita.n. neq; ille animum deſpondebit, & tu plerunq; vera retuleris: nam plurimi periculoſi morbi ęgrotos medicis morem haud gerentes necant: qñquidem perpauci admodum prorſus mortiferi ſunt, ſi neque medicus erret, neq; ęgrotus, neq; miniſtri, neq; aliud quicq; extrinſecus fortuito noxium inciderit. Quicunq; enim in periculoſis morbis plus, q̃ deceat, ægrotantes hilares & bonæ ſpei plenos reddunt, in multo maiorem conijciunt triſtitiam ſequẽtibus diebus, cum aut in peius morbus cecidiſ ſe vř, aut vltra promiſſa medicorũ producit. Quin ẽt plures hoĩes cõfiſi, perinde ac ſi ſine pericu- G lo ęgrotent, medicis non obtẽperãt. Itaq; laborantis ingeniũ prius, cũ recte valebat, expertos ſcire melius eſt: at, ſi nũc primũ ipſi occurrimus, de eius locutione, qualis'nã ſit, ꝑcipiemus. Ex ijs vero, q̃ præſcimus, aliqd ad morbũ vtile inuenire licet: nã ſi natura modeſtus audacter rñdet, prudẽs itẽ natura in loquẽdo imprudẽs deprehendit, hinc eius mẽtem lęſam eſſe nobis indicabit: queadmodum ẽt ſi ſobrius & cogitabũdus, aut puigil, & natura loquax, in locutionibus atq; reſpõſionibus tardus torpẽsq; appareat. Itẽ ex ipſa voce aliqd de morbo cõiectura deprehẽdi poteſt: qdã.n. vix vocẽ edũt, aliqui raucã aut acutã ipſo morbi tpe, nõ nulli balbi ac blęſi ſunt: hæc ſingula qd ſignificent, alibi didiciſti. Ex his planè medicus aliqd ad ęgroti notitiam pertinẽs elicere poterit, qualis videlicet ſit eius mens atq; mores, & ipſius morbi quæ ſpecies ſit. Rurſum vero ipſe & ægroto & aſtantibus, qualis in arte medica ſit, ex ipſis interrogationibus demonſtrabit. Nam quiſpiã in acuto morbo naſum acuminatum, oculos cauos, temporaq; ſubſidentia intuitus interrogat, num euacuatio aliqua ipſi acciderit, aut vigilia, & mœror, num ciborum abſtinẽtia, & fatigatio magna. Sin autẽ faciem minime contabuiſſe inſpexerit, ſciſcitabitur, num aliqua ex vſitatis excretionibus ſuppreſſa ſit, num præter morem ocioſe & largo cibo vſus vitã duxerit. Poterit itẽ & de frigore, ęſtu, nimio vini potu, & id genus alijs oĩbus appoſite percunctari, vt in hoc ipſo primũ à præſentibus H laudetur. Etenim ſi præterita & ægrotãti aſtantibusq; præſcita medicus interrogãdo veſtiget, ſtatim ipſum admirantur: quemadmodum cõtra dãnare ſolent, qñ aliqua ijs, quæ facta ſunt, contraria perquiſiuit. Verum ẽt ſi eorum aliqua, quæ ægrotis acciderunt, priuſquam ab ipſis audiuit, in media locutione in interrogando ac reſpondendo ipſe forte dixerit, magnam ſui admirationẽ concitat. Hæc ſanè oĩa à nobis alibi tradita ſunt: & hoc loco, vt dictum eſt, hæc ſola primaq; capita recenſente Hippocrate, nos quoq; ſecundum primam quandam diuiſionem ipſa narrauimus: q; ſi oĩa ſingulatim dicere voluero & in prognoſtica explanationes, & de iudicationibus commentaria, huc trãsferre coactus fuero. Sed præterea ad œconomiam vſumq; conducunt quędam ab Herodoto ſcripta in libro, quem ipſe medicum ſcripſit: à nobis vero, & vbi de præſagiendo ſermonẽ fecimus, dicta ſunt. Igitur rurſum ab initio orationis noſtræ capita repetentes ad aliquod eorum, quæ primo ſcripta ſunt, tranſeamus. Quemadmodum in vita omnia opportuna poſſidere, veſtes dico, vtenſilia, ſeruos, iumenta, & alias pecudes, ædes item, frumentum, legumina, bellaria, vinum, oleum, aliaq; id genus omnia, ab eorum cõuenienti vſu, quem œconomiam vocant, longe differt, Sic & in medicina artem didiciſſe, & ijs, quæ quis didicit, appoſite vti haud idem eſt: vt ipſe in tempore interrogare & dicere ſciat: in tẽpore aliquid ab ægrotãte, aut eius familiaribus audire, ipſosq;

A ipſosq; edocere, vt ad ſeruitia vtiliſſimi ſint, & extrinſecus incidentia animaduertat, quæ à medicis & ægroti domeſticis negliguntur. Inter quæ maxime vtilia ſunt, quæ ad decubitus pertinent: vel ad ędes prorſus malas: vel ad cubicula, in quibus ęgroti iacent, propter odorem tetrum, aut aerem calidum ſeu frigidum valde, aut ſitu & putredine vitiatum. Præterea moleſtiæ ac vexationibus, quæ à vicinis, aut ijs qui in publicis vijs verſantur, ægrotis exhibentur, medicum proſpicere conuenit, ac de his omnibus cum familiaribus amicisq; ægrotantis diſſerere. Hæc eſt enim atque huiuſmodi circa laborantes vocata œconomia, id eſt adminiſtratio.

44 *Quoniam in Calidiore firmiorum, In dextris & nigri. Iccirco & extra venæ, & longe bilioſiores.*

Hoc quoq; loco id, quod maxime totam orationem continuat, omiſſum eſſe nihil mirum eſto: neq; enim liber iſte compoſitio eſt, vt diuulgetur, ædita, ſed apparatus quidam, vel annotationes, quales nobis ipſi conficere ſolemus. Nam, ſi integer liber eſſet, ita ſane incipiēs, vt in aphoriſmis
« ſcripſit, quæ conſequuntur adieciſſet, totam orationē talē reddens: ‖Fœtus maſculi quidem in dex- ſ². Aph.48.Ex. ord.41.h
« tris vteri partibus conſiſtere magis inueniuntur, fœminę in altero eius ſinu, ſiniſtro videlicet. Decēs enim eſt in calidiore vteri parte calidiorē fœtum coaleſcere: calidior eſt aūt maſculus, vt ipſius
B venarum magnitudo & color indicat: nigriores.n. plerunq; viri mulieribus ſunt. Ita nāq;, ſi exactū opus ſcripſiſſet Hippocrates, quale eſt de fracturis, de articulis, de præſagijs, atq; id genus alia, locutione vſus fuiſſet: qm̄ vero, vt dixi, hæc ſibi ipſi veluti delineauit, iccirco orationis caput omiſſum eſt, ipſo non ſignificante de maſculis vtero contentis hæc dicta eſſe. Marē ſane in dextra vte-
« ri parte cōcipi & alij vetuſtiſſimi viri teſtati ſunt. Parmenides.n. ita inquit: In dextris quidē pueros, ſiniſtris vero puellas. At Empedocles ſic: In calidiore.n. parte terræ maſculus fuit. & nigri ic-
« circo & viriliores viri, et hirſuti magis. At opinionem de maris temperatura vt calidiore verā eſſe exquiſite in commentarijs de tēperamētis explicauimus: Nunc vero, vt ſępius repetiuimus, Hippocratica decreta, niſi obiter, ratione confirmare nō decreuimus, ſed eius tantū verba interpretari. Verum & hanc lectionem non nulli recentiores explanatores immutare auſi ſunt, hāc dictionem / firmiorum / in hanc / firmius / conuertentes: iſtis nanq; *rationabile eſſe videtur dextram partem *Al. irrōnabile
vteri, vt calidiorem, ita & firmiorem eſſe debere: ſimiliter enim quantum ad firmitudinem pertinet, ſe ſe habere videtur. Atq; ideo ſcribēdum eſſe aiunt / qm̄ in calidioribus firmius in dextris, & nigri / hoc ſignificantibus verbis, in calidiore vuluæ ſinu conceptum eſſe firmius, quod idē ſignificat, ac valentius & robuſtius, quandoquidem & calidius eſt natura. De veritate aūt huiuſce pla-
C citi, in præſentia (vt dixi) non eſt tēpus diſſerendi. Cæterum qm̄ non nulli aduerſus dicentes omnes dextras partes ſiniſtris ob iecoris ſitum calidiores eſſe ac valentiores, contradicentes inquiunt, At in læua parte cor ponī: neq; dexter oculus exactius q̄ ſiniſter cernere, neq; dextra auris audire, aut dextrū crus melius ambulare, cognoſcī: ſed in dextra manu ſolum id veriſimile eſſe videtur: Iccirco pauca in iſtos dicentur: maxima nanq; demonſtratio, ꝙ plurimi mares in dextra parte concipiantur, illud eſt, quod ex animalium diſſectione conſpicitur. Duos quidem ſinus habente vtero per ceruicem ambobus communem copulatos, mares ſane plerunq; in dextro, fœminę vero in altero, concipi deprehenduntur. Quare ſatius erat huiuſce rei ſenſui apparentis cauſam explorare, & non veritatem ſubuertere cauſæ ignoratione conari. Sed vos & cauſam in libro de diſſecandi arte didiciſtis, ad dextram vteri partem per renes ſanguinem repurgatum, ad ſiniſtram vero immundum adhuc atq; ſeroſum, deſcendere intuiti: cor etiam in medio pectore non in ſiniſtris collocatum eſſe vidiſtis. In hac autem parte quidam ipſum magis ſitum eſſe haud iniuria crediderūt, quoniam pulſus hoc in loco percipitur nempe ſiniſtro cordis vētriculo ſe ſe in ipſo cōmouente.

45 *Concretum eſt, Conſtitutum eſt, Citius motum eſt, Inquinatum eſt, & Tardius augetur, & per longius tempus.*

D Crebrius dixi hoc in libro mille eſſe lectionū modos, propter obſcuritatem alijs aliter ipſas concinnantibus, vt cuiq; explanatio veriſimilis fore viſa fuerit. Sed ego veteres ſcripturas præpono, etſi minime veriſimiles eſſe videantur, maioremq; legentibus ambiguitatem prębeāt. Ob id enim ipſum quiſpiam eas ita dictatas fuiſſe credat, quoniam, licet ſit explanatio dubia, nihilo minus inter vetuſtiſſimos interpretes de his conuenit: ſi in ipſas autem mutare auſi eſſent, in clariorem locutionem permutaſſent, vt ipſa interpretatio veriſimilior foret. Propoſitis igitur verbis ita nunc in antiquis codicibus ſcriptis, & vetuſtis explanatoribus huiuſmodi lectionem agnoſcentibus, plurimi recentiorum hanc vocem / inquinatum eſt / exemerunt: aliqui vero ei voci / motum eſt / eam / tardius / addiderunt, vt locutio eiuſmodi ſit / concretum eſt, conſtitutum eſt citius, motum tardius augetur /. Item alij has voces / & propter hoc / orationi prępoſuerunt, vt talis fiat / & propter hoc concretum eſt, conſtitutum eſt /. Sententia quidem in omnibus his lectionibus haud ita multum diuerſa eſt: volunt enim interpretes marem, q̄ fœminam, citius concreſcere atque conſtitui, eo ꝙ calidior ſit: atq; ob hoc idem, ipſum citius moueri aiunt: quin etiam inter omnes fere medicos marem q̄ fœminam non ſolum conformari, ſed etiam moueri citius conſtat. De his autem & in libro de natura pueri aperte narratum eſt, quemadmodum & apud Dioclem in voluminibus de mulierum morbis. Ruffus autem ſolum Apolloniatem Diogenem in contrariam abire ſenten-

tiam inquit in secundo libro de natura: sed liber ille in manus nostras non venit. Quin etiam & E ipsæ vterum gerentes, mares & citius moueri incipere, & pluribus validioribusq; motibus agitari apparere, testantur. Dicitur autem in propositis verbis, ꝙ citius concretus est, & constitutus est, hoc est, compactus & firmus factus est. Postea vero mas, quàm fœmina, tardius crescit: incrementum autem, vtrū id, quod in vtero solum fit, an quod à partu, in præsentia dicat, in obscuro est: sed illud verum est, quòd & à partu fœmina cùm velocius adolescit, tum prius incrementum in ipsa finitur. Quòd celerius augescat, corporis mollitudo in causa est: eiusmodi nanque corpora in tres distantias, longum scilicet, profundum, ac latum exporrecta, facile incrementum suscipiunt. Verum quòd incrementum in ipsis prius, quàm in maribus desinat ac finē sumat, non item ob corporis mollitudinem, sed propter imbecillitatem id accidit: facultas est enim in animātibus naturalis, quæ ipsorum incrementi effectrix est, propter quam imbecilliorem quidem plus augescunt, sed citius crescere ob eius imbecillitatem desinunt. Si quidem igitur ipse Hippocrates hanc vocem /inquinatum est/ scripsisset, tale quiddam significare videretur, quale et in secundo de morbis vulgaribus, vbi ait, || Secundum autem sinistram tumor, postero autem die & secundum dextram, minor vero iste: & complanabantur hi, & inquinati sunt, & non suppurauerunt: nam à celeri motu transmutationeq; desinens ac refrigeratum ita nominauit. F

2. Epid. sect. 2. nō lōge a prin.

46 *Iccirco Solidus factus est, & Biliosior, & magis Sanguinosus, quia iste calidior est locus animali.*

Propter hoc inquit marem solidiorem, biliosiorem, & sanguinis pleniorem creatum esse, quoniam locus, in quo gignitur, eiusmodi est: dicit autem dextrum vteri sinum. Hæc quoque verba alius aliter scribit: omnes tamen eundem sensum seruant: quandoquidem & accurate nimis, quænam sit vera Hippocratis dictio, inquirere superuacuum est: melius est enim, non hoc speculari, sed an id, quod dicitur, verum sit. Veritas autem, vt diximus, per dissectiones exploratur, maribus plerunque in dextra vteri parte conceptis. Causa quoque, quòd hæc pars calidior sit, tradita est & ipsa, per dissectionem cognita.

GALENI IN SEXTVM DE MORBIS POPVLARIBVS HIPPOCRATIS LIBRVM SERMO TERTIVS G

1 *CVtis raritas, Ventris densitas. Cutis colligatio, Carnium incrementum. Ventris torpor, Omnium confusio, Vasculorum immunditia. Cerebri consumptio, Ideo & caluities. Instrumentorum attritio.*

Non nulli hanc à medicis dignoscendorum enumerationem esse putant: sed potius quædam res inter se iūctæ coniugatim dictæ esse videtur. Prima autem coniugatio dicta est, vbi inquit / cutis raritas, ventris densitas /: non nulli enim propterea ventrem densum, hoc est suppressum & astrictum habent, quoniam per cutem euacuantur multa: sicut cōtra alteri per superficiem ægre difflabiles multam vrinam faciūt, aluūq; exonerant. Item altera deinceps coniugatio scripta est / cutis colligatio, carnium incrementum / vnde innuitur cutis coitionem adstrictionemq; immodici carnium incrementi plerunq; causam esse: Tertia huic proxima coniugatio per hæc verba scripta est / vētris torpor, oīum confusio /: torporem autem intelligemus in concoquendis cibis vētriculi infirmitatem omnium planè corporis vitiorū causam esse. Sed quod deinceps dictum est / vasculorum immunditia / potest quidem & cum modo dicta coniugatione coniungi. Quod enim in ventriculo H male concoctum est, plerunq; vasorum immunditiæ causa fit: potest verò etiā pręterquam ꝙ cum ventris torpore coniungatur, & de venarum deprauata concoctione intelligi, vt, quemadmodum ventriculi non rectè cedens concoctio multa in toto animali confundit, sic & in venis nō ad bonum finem perducta primum in ipsis immunditiā contrahit, hoc est vitiosorum succorum copiam, deinde & magnam noxam affert. Quare quod est inter hanc clausulam / ventris torpor / & hanc / vasculorum immunditia / commune ambabus est, quod ipse appellauit, omnium confusionem. Quod deinceps autem dictum est / cerebri cōsumptio, ideo et caluities / mihi quidē istud significare videtur. Cum cerebrum se ipso longe minus euadit (istud vero ipsum naturaliter siccius habentibus euenit) tunc ab ossibus superiacentibus recedit, quæ ab artis dissectoriæ professoribus græco nomine bregmata vocantur, Latini sinciput dicunt. Hęc verò duo sunt, vtrunq; rectis quatuor lineis circūscriptum, vna quidē per suturam in longum porrectā vtriq; ossi cōmunē, posterius aūt lambdalis suturæ lateribus, anterius verò coronarię vocatæ, vtráq; aūt parte squammosis cōmissuris. Verum ab aliis caluariæ partibus potissimum quidem cerebrum nō admodum recedit. Quòd si & quandoq; recesserit, at saltem ob carnes ossibus subiectas haud prorsum cutis

humiditas

A humiditas exareſcit: quocirca neqꝫ crines defluunt, quandoquidem in commentarijs de temperaturis didiciſtis, neqꝫ ex præhumida cuti, neque ex valde arida pilos enaſci. Capitis ſanè cutis pueris, mulieribus, & eunuchis humida eſt, ſed caluis immodice arida. Cerebrum quidem in iuuenibus molle cum ſit atque humidum, caluariam tangere, omnemqꝫ interiorem inanitatem complere, in ſenibus vero ſicceſcens ſubſidensqꝫ ab ea diſtare, ſæpius in animalium diſſectionibus conſpexiſtis. At nunc Hippocratis decretorum oſtenſiones afferre, niſi obiter, non eſt propoſitum, ſed obſcura verba illuſtrare, ſimulqꝫ per capita interdum cauſas adijcere demonſtrata placita conſequentes. Conſumptionē autem cerebri, hoc eſt perfectum interitum, vt ipſum ex toto abſumptū ſit, neque cogitari poſſe in viuo animante fieri omnibus in confeſſo eſt. Quamobrem ſi id non ſit, hoc ſupereſt intelligendum conſumptionem cerebri, comminutionem eſſe, quam ex ſiccitate in calueſcentibus fieri diximus: vt ſincipitis oſſa alijs fiſtuloſiora & molliora ac ſuper incumbētia ob cerebri defectum exareſcant, cum ad ipſa vſque non pertineat, neque ea attingere poſſit: ſubſidet enim in ſuamqꝫ ipſius baſim depreſſum cadit. Conſequenter igitur oſſibus iſtis reſiccatis, & ipſis prætenta cutis inareſcit, atque ipſi ſenſui valde ſicca in caluis apparet, vt rationali demonſtratione non egeat. Quando igitur valde cerebrum exaruit, vt quibuſdam in extrema ſenecta contingit,
B tunc & neruorum exortus inareſcere neceſſe eſt: quare neque perinde, vt prius, videre licet, neqꝫ audire, neque aliud quicquam per ſenſus & voluntarios motus valenter perficere: ſed omnia iſtarum actionum inſtrumenta, per quæ illæ fiebant prius, exoluta, infirma, atque debilia redduntur: quod par eſt ipſum inſtrumentorum attritionem appellaſſe, per translationem à veſtibus attritis & vaſis appellationem accipientem: & hæc enim poſt diuturnos vſus ſe ipſis aridiora euaſiſſe cernuntur, quando ipſa attrita eſſe dicimus. Quidam ſanè hæc ſcripta coniugate intelligi nequaquam putantes, & ſingula prædictorum ſeparatim accipientes, hiſce verbis Hippocratem conſulere aiūt, vt ipſorum facultates per ſe cōſideremus, Vt ſtatim cutis raritas (prima enim hęc ſcripta eſt) cognoſcere quid valeat, conuenire aiunt, vt ipſam, cum vſus poſtulat, faciamus: cumqꝫ opus
« non fuerit, amoueamus. Scriptum eſt quidē, inquiunt, & in libro de alimento, ‖ Raritas corporis
« ad difflationem: quibus plus adimitur, ſalubriores: quibus vero minus, morboſiores. Sed his repugnat quod inter hæc ſcriptum eſt / ventris denſitas, cutis colligatio / ſi quidem erat rerum medico ſcitu vtilium enumeratio. Quin etiam & quod poſt hæc ita ſcriptum eſt / ventris torpor, omnium confuſio / ipſum omnia ea ſcribere indicat, quæ in vnum natura coire apta ſunt: & non ſimpliciter qui ſint in corpore affectus orientes, quos cognoſcere opus ſit. Iſtud enim / omnium cōfu
C ſio / non eſt affectus vllius, ſed malorum ex affectu prauo naſcentium indicatorium.

In libro de Alimēto, poſt prīcipiū interpoſitis ferè quadraginta verſibus.

2 *Detractio Curſibus, Luctationibus, Quiete, multis Ambulationibus, velocibus: Ouibus, elixa Maza, plerunque Panis paucus.*

Euacuationis nomē de ſolis liquidis dicitur: Detractionis, de ſolidis quidem magis, interdum vero et de liquidis: nempe modo dicta liquidorum ſolidorumqꝫ minutionis communia ſunt, cum ſine purgatione, aut ſanguinis euacuatione, ipſam facere in ſanis ſcilicet voluerimus. Ægrotum enim nullus curſibus & luctationibus curauerit: nam his alijsqꝫ ſimilibus exercitationum genus commune eſt, diſcorum telorumque iactus comprehendens, item ſaltus, halteras, armatorum certamina, & omnia vitæ munia, præſertim quæcunque in agri cultura exercent arantes, metentes, ac fodientes. Omnes igitur exercitationes & carnium, & adipis, & ſuccorum abundantiam minuunt. Vnum autem corpus omnibus iſtis vti non poteſt, ſed ſecundum habitus, & ætates, & vires, & conſuetudinem, ſingulis idoneam exercitationem inuenire conuenit, vt in libris de tuenda ſanitate didiciſtis. Nunc enim ex Hippocratis voluminum explanatione medicinæ pręcepta non diſcitis, cum hęc prius ordinatim in proprijs libris didiceritis: in quibus omnibus & ipſius placita
D cum demōſtratione cognouiſtis, & placitis conſentanea particulatim omnia habuiſtis. Cæterum vos dictorum ab ipſo ſeriem aſſequi ſtudentes hæc me vobis commentaria conficere, etſi id facere non ſtatuiſſem, rogatum voluiſtis: obſcuræ nanque dictiones ſcientificam explanationem non admittunt. Nunc itaque ſtatim hac voce deinceps ſcripta / quiete / aperte cognoſcere non licet, quid per ipſam Hippocrates ſignificare voluerit: ſed quemadmodum in alijs obſcuris locutionibus, ita & in iſta, per coniecturas agere opus eſt, vt hoc iſti, illud alij veriſimilius videatur, quemadmodum & viſum eſt: & alius aliter quietem interpretatur. Poteſt enim & de ceſſationibus, quæ
« exercitationibus interponūtur, dicta eſſe: ſicut in aphoriſmis dixit, ‖ Cum inceperit laſſeſcere, quietem agere, ſtatim laſſitudinem tollit. Poteſt etiam et de ceſſationibus per integros interiectos dies futuris intelligi. Poteſt autem & integram quietem aliquibus corporibus conſulere. Nam ſi ip-
« ſe ita dixit, ‖ Motus roborat, ocium tabefacit. poſſet ſanè & ocioſa vita corpus attenuare: ita enim quibuſdam ab exercitationibus ad ocium traductis euenire cōſpeximus. Sed certas diſtinctiones ſtatuere opus eſt, vt ſciamus quinam ſint, qui iſtis extenuandi cauſa indigeant: neque enim abundantium humorum euacuatione opus eſt: nunquam enim id præſtare ocium poteſt. Iure itaque non nulli de carnium detractione ſermonem ipſi nunc eſſe aiunt, non de humorum inanitione, vt in plenitudine, & aquoſis habitibus fit. Poteſt quidem de ambabus ipſo ſermonem faciente,

2ª. Aph. 48. Ex. ord. 19. a

de Iis ꝗ in medicat. ſunt cō. 3. t. 28. 7ª. 219. a etſi ibi legitur uſus nō mot⁹.

omnium auxiliorum enumeratio esse, & quæ vtriq; detractioni communia sunt,& quæ alteri ipsarum propria. Potest autem & post exercitationes quietem scripsisse, de singulorum dierum exercitationibus quieteq; ipsis succedente sermonem faciens, ne exercitati cibaria (vt moris est) illico assumant, in corpore adhuc ab exercitatione calorem seruantes, sed postquam exacte refrigerati sunt: nam & hoc in libris salubribus & ab alijs & ab Erasistrato recte dictũ didicistis. Quare & ex hoc constat multum coniecturæ in dictorum ob breuitatem obscurorum interpretationibus inesse: præterea cum verba, vt lubet, scribere liceat, longe sané obscurior veteris sentẽtia redditur. Nunc quidem in proposito sermone aliqui scribunt / quiete multa / neque vetustis codicibus, neq; illis, qui primùm volumen hoc interpretati sunt, huiusmodi lectionem agnoscentibus. Siquis vero hanc nos explanare cogat, quietem post exercitationes multam interponi debere ipsum præcipere dicemus. Verum hæc omittenda est: & ab omnibus concessam scripturam declarantes, vt ambulationibus multis ac celeribus quis vtatur, ipsum consulere affirmabimus: tarde enim, quemadmodum & tardæ exercitationes, corpora pinguiora efficiunt. Atqui demiror, cur de illis loquens omisit hanc particulam / velocibus / siquidem veloces cursus, exercitationesq; similes, & carnium molem detrahunt, & succorum exuberantiam inaniunt, ferè q; ab omnibus hoc & exercitatoribus & medicis cõceditur. Hippocrates igitur deinceps detractione egentibus aptã alimoniam descripsit, ab vno exemplo (vt solitus est) eius, quod cõmuniter omnibus conuenit, sibi ipsi commentarium faciens. Istis autem in vniuersum alimenta multum nutriẽtia non danda sunt, qualis est suilla caro, sed parum nutrientia, qualis est ouilla caro, quæ sané pecudis est: & placenta sané, quæ græce maza dicitur, inter modice alentia reponitur: quocirca ipsius quidem plurimum, panis vero exiguum accipi iubet.

3 *Detractionis Signum, Eandem horam diei seruare: Repente enim Trahitur.*

Pręsentia verba cum ante scriptis, vbi detractio vt facienda esset, edocebat, coniungi clarum est. Vt igitur cognoscamus, num eius modum recte coniectura assecuti fuimus, huiusce rei signum nunc tradit. Sed iste sermo propter eam, quam sępe iam diximus causam, nobis obscurus redditus est, quòd videlicet, non, vt emitteretur, hunc librum scripsit, sed vt formulam quandam & apparatum sibi ipsi moliretur: ad æditionem enim scribens vtique omnino declarasset, quam diei horam eam dicat, in qua detractionis signum obseruare oporteat. Cum igitur ipse non scripserit, quid aliud quisquam probabilius intelligere possit, quàm quòd eádem diei hora eum ducentes ad exercendum, qui detractionis indigeat, obseruemus, vt iussit nunquid de repente subtrahatur, hoc est, G moles quidem corporis concidat, cadat autem & debilitetur facultas: nam haud dubie hæc vox εἰρύεσθαι trahi significat. Potest autem & ab illo ad hæc transferri, propter rerum naturam, de quibus verba fiunt: quibus, vt sępius dixi, in obscuris narrationibus, quæ prius ipsi nouimus, adaptamus. At quidam loco huius vocis εἰρύεται hoc est trahitur, hanc scribunt ἐρείπεται hoc est cadit, rei declarationem ex hac voce magis lucidam fore sperantes: sed antiqua scriptura hanc vocem εἰρύεται hoc est trahitur, habet.

4 *Remittito Labores, Aut defluet.*

Et hoc loco non nulli scribunt / subtrahito ex laboribus, aut defluet /. Orationis autem vis hęc est, omnis euacuatio nisi paulatim fiat, vires prosternit, & corporis habitum subito valde digerit. Propterea igitur quidam scripserunt / submittito labores, aut defluet / copiosam repente euacuationem per hoc verbum / defluet / significare volentes. Alij vero scribunt ᾗ εἰρύεται i. quatenus consumitur, literam η addentes, & circunflectentes, atq; item iota subscribẽtes, vt significetur, ita ex laboribus subtrahere, vt homo consumitur. Hoc verbum autem εἰρύεσθαι de corporis consumptione, viriumq; casu ab ipso dictum fuisse aiunt: vt eiusmodi oratio sit, Minuas labores, cum vires prosternuntur, & corpus digeritur. Quin etiam & qui ἐρείψεται hoc est labetur, scribunt, ad virium casum orationem referunt. H

5 *Similiter enim Totum Concidit.*

Hanc partem post superiorem in antiquis exemplaribus omnibus inueni: quam ita se habere veteres etiam explanatores asserunt, nec non & ex recentioribus Sabini sectatores: nullam tamen eius interpretationem attulerunt. Totam enim antepositam dictionem cum adscripsissent, deinde singula eius verba interpretati huiusce partis explanationem nõ dixerunt, queadmodum neque Zeuxis ex antiquis interpretibus vnus & ipse. Quidam sané aiunt ab Hippocrate dictum fuisse / similiter enim totum concidit / tale quid innuere volente: Vt repletio nocet, ideóque ipsam detrahere oportet, sic & præter modum euacuatio æque, ac repletio, noxia est: ob ipsam enim corpus detrimentose tabescit, sicut ex plenitudine mole nimia turget. Sed quidam hanc interpretationem vt incredibilem vituperantes, aut nullo pacto hanc partem scripserunt, aut in hæc verba transmutarunt / subito enim valde fluet / Hippocratem nobis præcipere volentes, vt diligenter corporis detractionem obseruemus. Repẽte enim ipsis magna digestio ac defluxio in

A in exercitationibus accidit, cum deinceps pluribus diebus aliquis ipsos valde exercuerit, tenuiterq; cibos exhibuerit.

6 *Cum vero iam Contabuerint, Præbere Suillas assas oportet.*

Per antedicta immodicam detractionem cauere nos iubet. Sed, quoniam interdum inuitum in eam incidere contingit, vult & ad ea medicum paratum esse debere, siquando repente magna detractio facta sit: tuncq; suillas carnes tostas exhiberi consulit: suillas quidem carnes, quod multum nutriant: tostas vero, quod solidam & in exiguam molem astrictam, non humidam laxam que carnem creent. At quidam loco huius verbi / præbere / offerre suillas assas / scribunt, eandem quidē sententiam seruantes, sed vt magis proprio verbo / offerre / loco istius / præbere / vtentes.

7 *Cum Replentur autem, Signum rursus, Floridum Corpus est.*

Et id ipsum breuibus descripsit omnis refectionis commune signum. Floridum enim corpus euadit, & in exercitationibus, & illis alioqui, qui ex bono sanguine instaurantur.

8 B *In Exercitationibus Signum, Sudor stillatim vt ex aquæ ductibus exit, aut Depressio ex elatione.*

Et hoc loco sermoni deest, casus, aut detractionis, aut id genus aliquid. Quocirca ipsum non nulli addentes, tanquam principio ita scriptum non dubitarunt interpretari, talem orationem red dentes: In exercitationibus collapsionis signum, sudor, vt ex aquæ ductibus effluens: deinceps autem signum aliud est, depressionē magnam subito ex elatione: oportet enim et hic subintelligere, subitaneā ac magnam, licet modo scriptum non sit, ipso superius dicente / repente nāq; trahitur /. Hæc autem corpore immodice digesto euenire palàm est.

9 *Mulier, quam primo in Cranone curaui, Lienis magnus natura, Febris ardens, valde Rubra, Spiritus Decimo die, Sudor multus superius, verum etiam Inferius Decimoquarto die.*

Nihil notatu dignum ex his verbis discere nobis licet. Admiratus autem essem, si & ipse Hippocrates omissa vrinæ mētione ita scripsisset: quoniam si eam adiecisset, aliquid plus ad reminiscētiam lucratus fuisset, ac nobis etiam eadem ratione profuisset. Et hoc quoq; dictionis huius initio scriptum obscurum est / quam primo curaui /: nam quęstione dignum est, vtrum sua ipsius causa, vt nominum & locorum, in quibus ægroti iacebant, meminisse consueuit, ita & nunc adscripserit C /quam primo curaui / quò nominis mulieris memor esset: an nunc ex recidiua hominem ægrotasse significet. Ita vero & spiritus, qui decimo die accidisse scriptus est, obscuritatem parit, num quālibet simpliciter spirationis difficultatem, an solum incitatam & valde crebram ęgre spirandi speciem significet. Sed quidam & in ventre multum spiritum collectum esse per hęc verba significari putant. Hæc quidem, quantum ad verba pertinet, obscura sunt, Alia verò, quantum ad solam sententiam, non minus difficultatis continent. Vtrum enim ex solo male affecto liene mulieri acciderit & ardenti febre, & spirationis angustia, seu ventris inflatione laborare, & colore perrubro esse: an & alius quispiam febrilis affectus ipsam vexauerit, ob quem in hæc mala inciderit, incertum est. Sed permagni (vt dixi) interest nos lotia, qualia vsq; ad iudicationem fuerint, & cur decimo die sudores apparuerint, ignorare. Ipse nāq; qbus diebus accessiones vehemētiores sint, ascribere solitus est: vt ipsum sciamus ex multa in singulis experientia peritiam acquisiuisse, ex " qua in vniuersum sentētiam hanc de omnibus morbis protulit, Quorum accessiones imparibus 1. Epid. cō. 3. t.
" diebus fiunt, eorum & iudicationes imparibus diebus absolui. Quod omnium verò in proposita 13. 2. 110. c
parte absurdissimum est, id vtiq; dicam, mortua'ne an sanata sit mulier, prætermissum esse. Iccirco & eam vocē / minus / quę inter hunc & sequentem sermonem scripta est, quidam sanè huic adijD ciunt, alij sequenti præponunt. Profectò si scriptum fuisset, decimoquarto die mulieri bonam iudicationem factam esse rationi consentaneū vtiq; foret huic orationi eam vocem / minus / nō adijcere. Cum dixisset enim, decimo die sudores mulieri emanasse maiori ex parte superius: ac postea deinceps subiecerit / verum & inferius decimo quarto /: quo modo profectò, si omnino liberata est mulier, hanc particulā / minus / adscribere potuit? Igitur verisimile magis est bona iudicatione facta per omne corpus effusos esse sudores. Rursum siquis mortua muliere perniciosos fuisse sudores crediderit, iure propositi sermonis calci hanc voculam / minus / adiecerit, vt oratio talis sit: Sudauit quidem, & decimo die superius magis, verum etiam inferius: sudauit autem & decimo quarto, inferius minus. Ad sequentem igitur dictionem iam descendamus: in ipsa enim fortasse aliquid clarius inueniemus, vnde, quo loco eam particulam / minus / ponere debeamus, an in pro positę calce, an in sequentis initio, percipere valeamus.

10 *Minus ijs, Qui ex capite Grauedine laborant, & Raucitate, Cùm febre correpti sunt, vt puto, Recidiuæ fiunt.*

Subintelligere oportet, finita febre: quî enim aliter ipsis recidiuas minus accidere putabimus, nisi prius febris desierit? Quod si hāc vocē / minus / ab his verbis abstraxerimus, vt qbusdā eā superiori

periori orationi subiungẽtibus visum est, huic cõtraria verborũ sentẽtia erit, Iis videlicet, qui ex ca E pite grauedine laborant & raucitate, cum febre correpti sunt, recidiuas fieri nobis intelligentibus. Igitur quod in oĩbus facimus, non orationis verisimilitudine, sed ijs quæ euidẽter in ęgrotis cernũtur, quæsita dijudicantes, si & nunc faciemus, hanc particulã /minus/ verbis istis recte fuisse præpositam inueniemus. Febris nãq; post grauedines & raucitates veniẽs, ipsas firmius & certius concoquit: ut non iterum facile reuertant, etiam si aliquid erroris cõmissum sit, alijs †sine febre ob aliquã eiusmodi causam affectis} post cõmissos errores in morbum recidẽtibus. Sed cur in sermone hoc additum est /ijs, qui ex capite grauedine laborant/? neq;.n.ab alio membro grauedines oriuntur? An sermo iste ita dictus esse potest, vt in his verbis ẽt dictum fuit /vertebræ autem, quæ in dorso/? Potest quoq; has particulas /ex capite/ addidisse, qm̃ raucitate laborantiũ in ipsis verbis meminerat: nam & alia ratione raucitates fiunt. Potest quoq; /ex capite/ adiectũ esse, ipso sibi ipsi reminiscentiæ causa breuiter scribente, quo à grauedinibus, quæ ab externa aliqua exigua causa prouenniunt, ipsas distingueret, vt indicaret de illis à se sermonẽ fieri, qui ob naturalẽ capitis imbecillitatem eo vitio facile caperentur: hos enim quispiam iure ex capite grauedinosos appellet, non à frigore, aut æstu, aut aliqua simpliciter externa causa. Illud autem verbum /puto/ in quibusdam codicibus additum est, significans ipsum, de quibus rebus loquebatur, ambigere: sed consentaneum F est, & sine illo verbo /puto/ scribi posse, cum verum sit id, quod dicitur. In sequentibus autem verbis ea, quæ recte dixerat, ratione corroborat. Ad ipsa igitur iam transeamus.

† febricitantibus absque eiusmodi causa.
* Al. spina.

11 *Quicquid Suppurat Non recidit. Ipsamet enim Concoctio, & Iudicatio, simul & Abscessus.*

Haud obscura oratio est memoria tenentibus ea, quæ sæpius iam de concoctione dixit. Nunc vero & eorum (vt dixi) superiorum verborum causa meminit: vt integra oratio talis sit: Et grauedinosis, & raucis ob destillationes ex capite, cùm superaddita febre, frigida iuxta atq; humida fluxio concocta fuerit, & concocta fuerit expulsa, firmam morbi iudicationem fuisse, neq; hominem denuo ægrotaturum spera.

12 *Aliquibus, cũ Venere utũtur, Inflatur uẽter, ut Damagoræ. Aliquibus uero in eo Strepitus. Arcesilao Tumebat.*

Hæc quoq; verba alius aliter scribit. Et quidã ipsis hęc addũt /cũ incipiũt/, dictionẽ /aliquibus/ initio positam adimẽtes, & narrationẽ talem facientes /cum incipiunt venere vti, inflatur venter/. Voluntq; isti incipientibus venerea, hoc est primum aggrediẽtibus opus illud, ea quæ in sermone deinceps tradunt, accidere: tametsi lectionẽ hãc neq; liber aliquis antiquus, neq; explanator agnoscit. G Nihilo minus Sabini sectatores de coire incipientibus ipsi sermonem esse aiunt, quãuis Hippocrates nomine proprio hominis vnius Damagoræ meminerit. Id autem facere consueuit, cum paucis res, quam narrat, acciderit. Atqui præterq; q; de his quicquam Hippocrates scriberet, experientia oportuit, quid appareret, addiscere: neq; enim primũ venere vti incipientibus ventrem inflari, aut strepitũ in ipso personare contingit. Sed quibusdam potius raro, iam inclinante ætate, & affectu flatuoso vocato, præcordiali, & melancholico vexatis, cum venere vtuntur, inflari magis ventrem contingit: ijsdem quoq; ipsis, vt assidue coitum appetant, euenit. Quod igitur plerunq; iam antea dixi, siue scripturas varias, quas in his verbis fecerunt, omittam, siue oẽs recensẽa, vtrũq; multi reprehendent, ex suis ipsorum cupiditatibus, non ex rerum natura, modum in orationibus æstimantes. Quin etiam si quædã ex dictis & scriptis dixero, quædam prætermisero, sic etiam non nulli, qui accusent, inuenientur, q; aliqua dixerim prætermittenda, præsertim cum nugatoria sint: aliqua dicenda subticuerim, q̃ dictis deteriora non essent. In congressibus vtiq; quotidianis quãcunq; explanationẽ, qui intersunt, audire velint, ab eis ipsis percunctati eorum voluntatibus nos aptare & assentiri respondentes conamur, at in libro id facere nõ licet: propterea mihi cõstitutum est in plurimis quidem Hippocratis sermonibus aut nequaq; meminisse veterẽ scripturã permutã H tium, aut absurde prorsus interpretantium. In quibusdã vero, quæ dicta sunt, non omnino à veritate abhorrentia, eorũ commẽtaria legentibus mentionẽ facere oportet: in singulis.n. partibus ea-
* dẽ repetere pergraue est. Quod igĩ dicebant Sabini sectatores, q; primũ venerẽ expertis, in propositis verbis dicta eueniant, vt verũ credentes, ipsius causam afferre conanĩ. At alij contra, q̃ hi, verborũ lectionẽ hanc faciunt /sunt, quibus, cum venere vtunĩ, inflatur venter/. Sabini quidẽ sequaces non præter rõnem coire incipientibus id accidere asserũt, primum quidem qm̃ magna innouatio, ac permutatio in corpore fit (scribit enim sic ipse), ob quam immutationem, flatus, comi-
⁖ tialis morbus, renum affectus, aliaq; longa vitia procreantur: postea vero quoniam & Democritus inquit, homo ex homine in coitibus proseminaĩ: quin etiam qm̃, inquiũt, multũ pruritum ac morsum ob seminis salsuginem atq; acrimoniam patiunĩ. Cumq; fœminarũ (vt aiũt) & marium communis ratio sit, in fœminis euidentem causam esse dicunt: vtero nanq; intestinum subijcitur, vesica superiacet: par est itaq; ipsum distentum & in venerem concitatum vtriusque excretionem retinere: flatu igitur incluso assidue inflari, atque lotio retento abdomen intumescere. Hæc sane à Sabini sequacibus haud verisimiles causas eorum, quæ non fiunt, assignantibus referuntur: neq; enim hæc adolescentulis coire incipientibus, sed atra bile vexatis & flatuosis nominatis, eueniunt:

qui

A.I.13.t.5. c.1.1.h A qui quidem et post declinantem ætatẽ huiusmodi vitijs afficiuntur: prorsus enim flatu repleri ab ingeniti caloris debilitate prouenit, eo nanq; recte valente horum nihil exoritur. Nam Aristoteles in libro suo de Quæsitis & causam quærit, ob quam melancholicis libidinosis esse cõtingat: dicitq; in ipsorum præcordijs haud paucum spiritum flatuosum excitari, atq; ideo eiusmodi vitia spirituosa præcordialiaq; nominari. Diocles etiam & Plistonicus alijq; multi medici sic ipsa vocari dicunt. Verum haud malum fuerit & quædam verba ab Aristotele scripta retulisse. Hæc ita se habent: Cur melancholici libidinosi sunt? an quod spiritu abundant? semen enim spiritus excretio est: cũ iste igitur copiosus sit, necesse est ipsius purgandi sæpius incessat cupiditas, leuantur enim. Propterea et Ruffus * pro hac voce /strepitus/ maluit scribere /timor/ vt Hippocrati de melãcholicis sermo sit, quorum maxime proprius timor est. Aliud enim alij formidolosum videtur, vnum quiddam saltem ipsis singulis omnino, quando planè modice contristãtur: Si vero immodice, & duo, et plura, et permulta: quibusdam etiam ipsorum omnia. Erit itaq; secundum Ruffum lectio huiusmodi /quibusdã, cum venere vtuntur, inflatur venter, vt Damagoræ, vnde his timor/. Verum secundum veteres interpretes ita se habet, vt ab initio scriptum est: illorum enim scripturam semper adijcio, & si ab illis primis librarijs corrupta fuisse videatur: satius est enim, vt iam sæ-
B pius repetiui, lectionem, vt inuenta est, enarrantes, ita deinde ipsos aliquid vlterius excogitantes addere, idq; ipsum nos facere admonere. Hactenus Sabini explanatio tradita est. Capito autem ita scripsit /aliquibus non nunquam, cum venere vtuntur, inflatur venter, vt Damagorę, aliquibus vero in his strepitus/. Dioscorides vero sic /aliquibus quidem, cum venere vtuntur, inflatur vẽter, vt Damagorę, aliquibus in his strepitus/, iste enim eam particulam /vero/ abstulit. Quin et in nomine hoc /strepitus/ explanando, inter ipsos explanatores non conuenit. Non nulli quidem murmur significari dicunt, quidam ructũ, alij flatus per sedem exhalantes: item alij quodlibet istorum simpliciter, qualiscunq; in intestinis motus sit, qui ab auribus sentiatur: sunt enim & alij quidam preter murmura in intestinis motus ac strepitus, non nulli quidem sonis persimiles, aliqui vero sibilis, aut alicui alij huiusmodi voci. At Arcesilao, inquit, non modo venter inflabatur, sed etiã tumebat, hoc est, œdema id est tumorẽ, habebat. Dixi autẽ alias sæpius œdema ab ipso vocari omnem præter naturam tumorem, siue phlegmonis, siue erysipelatis, siue scirrhi naturam sapiat, cum recentiores medici solum laxum tumorem œdema vocent. Cæterum qualem nam Arcesilao tumorem excitatum esse dicat, quæstio haud parua est. Mihi sanè œdema propriè à iunioribus acceptum dixisse videtur: non tamen incredibile est aut erysipelas, aut phlegmonem, aut scirrhum, aut
C eiusmodi aliquid coitus tempore, vel paulo post, exortum fuisse, rursumq; haud ita multo post id resedisse: ab interpretibus autem tota hæc speculatio silentio præterita est. Huius quidem Arcesilai et alio huius libri loco mentionem fecit Hippocrates, vbi ait, In accessibus, quibusdam strepũt, vt Arcesilaus. Manifestum est igitur huiusmodi hominibus ventrem flatu esse repletum, huncq; præ contentione in coeundo facta excerni contingere. At Dioscorides ita hæc verba scripsit /Arcesilao autem male olebat flatuosum/ pro eo, quod est, malũ odorem exhalabat flatuosum, ita enim scriptum esse voluit. At reliqui omnes hanc vocem /flatuosum/ sequentis partis initium esse voluerunt, vt deinceps scriptum est.

13 *Flatuosum in Furfurosis simul causa est. Etenim flatuosi sunt.*

Quos furfurosos dicat, inuentu difficile est, modo quis ne, velut Herodoti & Ctesiæ, tanquam historiam, veterum medicorum libros euoluat, sed quò ad artis opera magis proficiat. Multi autem interpretes id negligunt, & maxime quicunque sophisticam doctrinæ speciem æmulati ad eam explanationem deueniunt, quæ ad manum est, quamq; verba ipsa præseferunt: neque prætera in ægrotantibus dictorum veritatis periculum faciunt. Igitur ita quoque nunc eos furfuro-
D sos dictos esse intelligentes, quibus assidue in capite furfures creantur, istius rei causam referre conantur, dicentes ab excrementis caput subeuntibus furfures prouenire, excrementaq; in sublime à calido spiritu ferri, ob idq; istos flatuosos esse. At ipsorum improbus sermo est, Primo quidem quoniam euidentis rei testimonio caret: mille enim minime flatuosos nouimus, quibus in capite perennis furfurum prouentus est: Secundo, & si res ipsa testimonium ipsis fauens præberet, omnibus calida excrementa contrahentibus communis hæc ratio esset: Et tertio ad hæc, quòd ipsius capitis plerunque ob propriam eius temperiem symptoma est furfures creare, & si humores naturaliter affecti sint. Iure igitur quidam veterem lectionem commutantes scripserunt /flatuosum causa simul est alatis/: medicis autem consuetudinem esse eos alatos nominare, qui scapulas eminentes auium alarum instar, retrorsumq; productas habent, vos non latet. Iltis igitur inquiunt flatuosum simul esse causam, vt in affectum incidant, quemadmodum incidunt, hoc est, eiectionem sanguinis, ipsos enim flatuosos esse. Quod quidem ad frangendum aliquid in pulmone, adiuuans causa sit flatuosum, neminem præterit: an vero & angusti pectoris homines flatuosi sint, id experientia nobis curiose inuestigandum est. Mihi quidem ferè omnes eiusmodi visi sunt, & forsan ob vitalis caloris penuriam, quem ex corde emanare didicistis. Igitur alati exiguum cor habentes, secundum quoque huius proportionem & calorem ab ipso in omne

corpus

corpus emanantem imbecillum habent: ob huius nanq; ab ipſa origine infirmitatem cor (vt didiciſtis) exiguum creatum eſt. Quidam autem non /alatis/ ſed /febriculoſis/ ſcribũt, locutionem huiuſmodi facientes /flatuoſum ſimul cauſa eſt febriculoſis, etenim flatuoſi ſunt/: verum neq; ipſi recte ſentiunt, omnes febriculoſos flatuoſos eſſe arbitrantes. Dioſcorides ſanè, vt paulo ante dicebam, in calce præpoſitæ ſententiæ hanc vocem /flatuoſum/ collocans, ita propoſita verba ſcripſit /ſimul cauſa alati/: vt tota ipſa continuata locutio ita ſe habeat /Arceſilao autẽ male olebat flatuoſum/: poſtea deinceps ab alio initio /ſimul cauſa alati, etenim ſunt flatuoſi/. Abunde igitur de flatuoſis iam dictum eſto: ne oratione in præſentia & ſemper multa ſcribere deuitem, re autem vera nimis verboſus eſſe deprehendar. E

14 *Frigidum valde venas frangit, & Tuſſim citat, vt nix, glacies: Et contrahit, vt Pherea, & Gongronæ. Simul cauſa Duritiæ.*

Et in libro de liquidorum vſu, & in aphoriſmis, fuſius diſputatum eſt, qualis'nam frigidi facultas ſit: nunc quoq; aliqua ipſius opera per quandam veluti deſignationem relata ſunt ad eius communem vim explorandam vtilia futura. Quãtum enim in ipſo eſt, omnia, quæ attingit frigidum, cogit, denſat, ſtringit, coarctat: quocirca & ſenſum latentes corporum diſflationes & ſenſiles efflu F

5ª. Aph. 23. Ex. ord. 39. f — xus intercludit. Sic igitur & in aphoriſmis ſcripſit: ‖ In iſtis vero frigido vti, cum ſanguis eruptu- »
rus eſt, non in ipſa, ſed circa ipſa, vnde effluit. & quæcunque deinceps opera propriæ frigidi facul-
tatis, qñ nullo intercedente medio agit, enumerauit: item cum dixit, Frigida, vt nix, glacies, pectori »
inimica, tuſſium excitatoria, ſanguinis profluuij prouocatoria, & deſtillationum inductoria. Illud quidem /pectori inimica/ ſecundum ipſius frigidi facultatem dixit: Illud autem /tuſſium excitatoria, ſanguinis profluuij prouocatoria/ per interuentũ aliorum. Quoniam enim in ſe ipſa compinguntur atq; coarctanẽ vaſculorum ſanguinem continentium corpora, propterea non nunquam ipſorum tunicas frangi contingit, vt quod à multo contento in laxis receptaculis fit, id à nõ multo diſtentis eueniat. Ideo igitur in propoſitis verbis non abſolute frigidum venas frangere, ſed val-

Ibid. Aph. 24. g — de frigidum dixit. Eandem ſententiam innuentia verba & in aphoriſmis ſcripſit inquiens, ‖ Frigi- »
da, vt nix, glacies. per exempla, quæ'nam ſint valde frigida, interpretatus. Item cum in aphoriſmis »

Ibid. Aph. 20. a — dixerit, ‖ Vlceribus frigidum mordax, cutem obdurat. nunc dixit, Frigidum contrahendi vim ha- »
bet, quod idem eſt, ac copulandi. Sic igitur & in neruoſis membris tumores creat, & in neruis ganglia quæ vocantur, & alias quaſdam tentiones, alias oblongiores, alias rotundiores. Mihiq; videẽ oblongiores vocaſſe pherea, rotundiores autem gongronas, Pherea quidem eas vocans, quæ φηρεῶν ſimilitudinem habent: ita enim quidam Iones ſatyros appellarunt, quos pingunt finguntq; oblongos apud aures exceſſus habentes: Gongronas vero rotundiores cũ duritia exceſſus, quales in quibuſdam arboribus appendices ſunt, quas gongros vocant: vt etiam Theophraſtus in primo de ſtirpibus ad verbum ita ſcripſit: Non nullę verò habent & vocatos à quibuſdam gongros, » G
aut ipſis proportione reſpondentia, vt olea. Dicunt & aliqui nunc etiam in Theſſalia ſe quoſdam »
audiuiſſe tales duritias, cum in collo creatæ ſunt, gongronas appellantes. Verum quenquam pherea dicentem neq; ipſe vſquam gentium audiui: neq; aliquem, qui audiuerit, noui: quamuis non nulli explanatores Hippocratẽ dicant pherea vocare, quæ Pheris peloponneſi ciuitate abundant. Alij per ε pſilon primam ſyllabam ſcribentes vnà cum ph ſcilicet, pherea, dicunt ipſum appellare quæ Pheris Theſſaliæ vrbe plerunq; oriuntur. At ꝙ ipſe longiores exceſſus pherea nominet, illud

7. Epid. circa finẽ libri, verſib. ferè 90. — etiam quod in ſeptimo de vulgaribus morbis ad verbum ita ſcriptum eſt, ‖ In vulgus graſſabantur »
tuſſes, maxime vero in pueros, quæ ſecundum aures multis, qualia ſatyris. teſtimonium dictis no- »
ſtris præbere videtur. Sed quod in calce propoſiti ſermonis ſcribitur /ſimul cauſa & duritię/ id ſignificat, dictorum vitiorũ à frigore creationes adiuuans cauſa eſt & corporis, in quo affectus oriũtur, duritia, id eſt cum homo dura naturaliter cute ſit: eadem enim ratione & frigidum, & dura cutis, poſitorum affectuum originis cauſæ ſunt. Nam quoniam (vt ipſe inquit) frigidum cutim obdurat, ideo huiuſmodi affectus creat, ſuccis ſub cute contractis per ipſam tranſire nequeuntibus. Quibus igitur natura cutis dura eſt, iſtis et ipſa adiutrix cauſa fuerit, vt ne craſſi lentiq; humores digerantur: ſub ipſa vero congeſti duros vocatos & ſcirrhoſos tumores efficiant. Quod etiam venarum diruptio ob frigidi vim natura durioribus euentura ſit, nemini dubium eſt. Nam ſi à ſanguine in venis incluſo effractio vaſculorum fit, in illis plus fiet, quæcunq; præ duritia ægre vixq; dilatantur. Quæ enim latius extendi apta ſunt, & ſi, quod in ipſis continetur, multum ſit, id tamen citra ſciſſuram includunt & cohibent. Item & tuſſes in natura durioribus corporibus iure excitãtur: ſiquidem dictum eſt, ea facilius, ꝙ mollia, exaſperari. Cum quidam vero in hoc ſermone pro hac voce βηχῶδες id eſt tuſſes excitans, φυσῶδες id eſt flatuoſum, ſcripſerint, aliquid & de hoc dicere conuenit: quotidie nanq; refrigeratis corporibus flatuoſo ſpiritu ventrẽ repleri cernunẽ. Verum antiqua lectio non φυσῶδες id eſt flatuoſum, ſed βηχῶδες id eſt tuſſiculoſum (vt verbũ verbo reddam) agnoſcit. Atq; in aphoriſmis (vt paulo ante retuli) frigidiſſimarum rerum, loco exempli, H

5ª. Aph. 24. Ex. ord. 39. g — mentionem faciens, ipſis nõ addit /flatuoſum/: ‖ Frigida enim, inquit, vt nix, glacies, pectori inimi- »
ca, tuſsium excitatoria, ſanguinis effluuij prouocatoria, et deſtillationes commouentia. Ac propo- »
ſitis

A sitis in verbis, & in narrato aphorismo, non simpliciter quæ à frigido, sed quæ à valde frigido fiât, edocet, hoc loco dicês /frigidum valde venas rumpit/: in aphorismis /vt nix glacies/. Quod autẽ aliquam caliditatem participare debeant, quæ inflantur sæpe didicistis, sicut & quæ

* *Deficiunt aliqua.* *

15 *Post mictum Concretio Puerulis magis. Num quoniam calidiores?*

Quod de calculosis pueris hic sermo sit, omnes libri explanatores asseruerunt: sed cur /post mictum/ adiecerit, cũ simpliciter scribere liceret /concretio puerulis/ haud perinde cõtemplati sunt: sicut neq; illud etiam, cur dubitatiuam coniunctionem adiecerit, non simpliciter dicens /concretio puerulis, quoniam calidiores/: iste enim loquendi modus /num quia calidiores?/ pro certo affirmare non audentis indicatiuus est. Atqui in aphorismis absolute protulit, Augescentes plurimũ habent insitum calidum. Nomen quidem concretionis, in solo septimo de morbis vulgaribus libro inueni, eius libri scriptore dicente, Et concretio apparebat in aqua, qua manus lotæ sunt. Sed quare /post mictum/ aut quare /num/ adiecerit, deinceps considerabimus. Ac primum de dubita- 1³.Aph.14.Ex. ord.7.a
B tione, & si secunda scripta sit, videamus. Aut igitũ adhuc dubitans hæc scripsit, temporis autẽ spatio aliqua demonstratione comperta firmam de crescẽtium temperatura sententiã tulit: aut, quod & melius est, & à nobis in commentarijs de temperamentis, & in aphorismis decretũ fuit, non absolute puer adulto calidior est, sed insito calore calidior. Calidum autem non ingenitum eo absolute calidius esse monstratum est, quo adulti plus abundant: quocirca par erat ab eo potius calido in vesica lapidem cõcrescere. Propterea igitur haud iniuria anceps est. Veritas aũt est calculos pueris in vesica ob vrinæ crassitudinẽ procreari. Porrò vrinas crassissimas à pueris reddi, & ab omnibus ante nos medicis concessum est: sed cur tales reddãtur, ipsum quidem per se speculatione dignum est, ad rem autem propositam nihil facit. Crassas enim vrinas excerni & euidenter apparet, & rerum testimonio declaratum est: huiusmodi nanque crassitudo multa collecta & in vnum coiens, cum semel aliquando non opportune excreta intus diutius manserit, coagmentandi concrescendiq; initiũ capit. Eo vero principio facto facile postea quicquid iterum reliqui crassi in vesicã delabitur, priori agglutinatur, maiorq; inde tophosus calculus redditur: quemadmodum extra & in calidis aquis sponte nascentibus, et in vasis, vbi calefit aqua quotidie, lapis coalescere cernitur. Igitur vrinarum crassitudo creandorum calculorum prima potissimaq; causa est, caliditas vero etiam
C mediocris ad huiusmodi materiam spissandam satis est: nempe & in calidis aquis scaturientibus, & si moderatis tepidiores sint, tophi concrescentes apparẽt. Hac itaque ratione Hippocrates eam vocem /num/ adiecisse mihi videtur, quoniam & tanta caliditas, quam ingenitam pueri habent, ad coagmentandum aliquid facit: verum non ipsa præcipue, sed materiæ ex qua fit lapis, qualitas, ipsius compactionis causa existit. Cæterum cur /post mictum/ adiecit, & non absolute dixit /concretio puerulis?/ quoniam de calculis in vesica, & non in renibus, nunc sermonem facit. Fit autem lapillorum in vesica concretio post mictum, in renibus ante mictum. At pueris in vesica, iam declinanti vero ætate hominibus in renibus, lapillos prouenire nos haud præterit. Ergo (quod dudum dicebam) rem ita se habere, quod sensibus apparet, manifestat: quænam vero causa sit, per ocium quærere licet. Quare explanationi iam finis factus est: causam autem, vt in superioribus, ita & modo quasi superpondium afferemus, si prius illos reprehenderimus, qui propterea in pueris calculos gigni, asserũt, quòd itinera ob vasculorum exiguitatem angusta sunt. Oporteret enim, si id ita esset, in renibus potius calculos pueris creari, angusti enim per illos transitus sunt: vesicæ autem ceruix lata adeo in pueris est, vt cuiusque materiæ crassitudo per eam facile transmitti possit. An forte neque in illis, qui iam progressa ætate sunt, meatuum per renes angu- A.l f.18 L. L1.60 g
D stia gignendis lapillis in causa est, sed & actionum infirmitas, & crassorum succorum cruditas? quandoquidem in pueris omnes naturales actiones validæ cum sint, humorum crassitudo funditur atque dissoluitur: in declinantis autem ætatis hominibus compacta est. Quin etiam in exterioribus quæcunque natura crassa per aliqua angusta transfundere volumus, quæ calore eliquata sunt, facile peruadere: quæ non fusa neque eliquata sunt, transire non posse cernimus. Huius materiæ exempla sunto pix, resina, seuum, cera, & mel. In pueris itaque cum multus sit insitus calor & actiones robustæ, materiæ crassitudo attenuata in renes fertur, atque ideo facile in vesicam percolatur, haud parum & actionum vi ad egressus celeritatem conducente: vtpote autem vesica frigida, quippe quæ & neruosa sit, & pauci sanguinis, & amplissima interius concauitate inanis, crassitudo in ipsam transmissa ibi iterum cogitur & conspissatur, vt prædiximus, initium huius conspissationis accipiens, quando in vesica diutius commoratur. Quin etiam hanc crassam materiam in pueris tenaciorem esse, quoniam magis ab insito calido elaborata est, rationi congruit: nam quæcunque à calore in concoquendo mutantur, temporis processu lentorem quendam acquirunt, & si ab initio nullum habuerint: quocirca planè magis in vnum coeunt, consistunt, atque coagmentantur: nam inter æque crassa, quod tenacius est, ad coitionem, coniunctionem, & concretionem aptius habetur. Quam ob rem cum causæ quædam præsenti sermoni haud ne-

cessariæ

cessariæ traditæ sint, de vrinæ præterea puerorũ crassitudine causam adijciam: est autem cum ipso- E
rum edacitas, tum ꝙ à cibo ludentes prosilientesq; mouentur. Lactentibus vero et materia ipsa oc-
casionem præbet: " lac enim natura crassum est, & ad calculos creandos aptissimũ. Porrò et in adul A.l.3.f.18
tis caseo frequentius vescentibus lapillos in renibus crebro suboriri cognouimus. c.16.360.

16 *Figuræ subleuantes, Vt sarmenta manu plectens & contorquens, Præ dolore procumbens, Paxilli extremum supra defixum corripiens inhæsit, & subleuatus est.*

Id, quod dicitur, admodum patet: sed ipsius causam inuenire difficile est, qñ & Hippocrates, cũ tamen posset, non scripserit, aut repente ipsi dolorem coortum esse dicens, aut paulatim incrementum cœpisse, atq; in sarmentorum plexu occupato initium habuisse, aut post ipsum illico, aut alio quopiam diei noctis'ue tempore. Sed nec quę esset particula dolens, dictum est: manum autẽ fuisse existimant, eo ꝙ ipse paxillo apprehenso dolore leuatus est. Quòd si ipse sarmenta intorquens fatigatus esset, haud incredibile foret ex huiusmodi figura ipsius dolorem fuisse mitigatum. ‖ Manus enim figura dolorẽ sedans in libro de fracturis, & in libro de agẽdis in medicatrina, qualis'nã sit, descriptum fuit. Siqua vero in versanda manu tortura musculi in homine facta esset, aut & flatuosus spiritus inter duos musculos exitum non habens inclusus foret, par erat in figura decenti F positum, ob quam spiritum exhalare contingeret, dolentem hominem subleuari.

de Fracturis, cõ. 1 t.16. 7a. 226.g Et de Iis q̃ ĩ medicatr. fiũt. cõ. 3. t. 19. & 20. 7a. 216. f. g

17 *Quem ex Oritypia circa pontem vidi ego Iactãtem crura, Altera tibia minime extenuabatur, Femoribus autem valde. Vrina, ac Genitura non retentæ sunt.*

Oritypos Græci nominant quodlibet ex montibus in ciuitatem deferentes, vt ligna, & lapides, & id genus alia. Scribente autem Hippocrate non simpliciter sic /oritypon vidi iactantem crura/ sed orationi præpositionem /ex/ addente & scribente /quem ex oritypia/ apparet quodam modo ab ipsa in montanis negocijs actione, à principio, dorsi circa lumbos hominis medullã, à qua nerui crura mouentes egerminant, offensam accepisse. Illud autem /circa pontem/ scriptum esse satis ipsi fuit, solum quò ægrotantis reminiscatur, vt nulla arte indigeat. Verum forsan superuacuum fuerit quærere, qua de causa homo ille ex cruribus laborauit: quemadmodum & illud, quid per ea verba significetur /crura iactantem/ vtrum ægrotans crura immobilia doluerit nihil patiens: hoc
* enim à quibusdam fide omni carens dictum est. Illud quidem verisimilius fuerit, impotentia crura cum essent, ipsorum in ambulando motionem talem fieri, qualem ipsa extrorsum non vehemẽter iactantes faciunt. Sed neq; ꝙ tibia vtraq;, aut altera, minime attenuabatur, femora autem valde, G audientibus nobis vllam vtilitatem afferunt, sicut neq; Hippocrati ad memoriam faciunt: haud raro nanque, sed crebro hæc fieri, & ab omnibus medicis aperte cognosci videntur. Quid'nam igitur sit, cur ita scripsit, ego declarare tentabo, si totam rem prius alijs verbis clarioribus, ac paucioribus detractis superuacuis, pronunciauero. Quidam resolutis cruribus secundum femora emaciabatur magis, q̃ secundum tibias: vrina quidem, ac genitura ipsi non suppressę sunt. Hoc igitur nobis vtile cognitu est: sed forsan quispiam interrogauerit, quid sibi vult illud, quod in libro de articulis scriptum est, ‖ Quoniam multo pluribus crura et manus debilitantur: & corpora torpescunt, »
& vrina supprimitur ipsis, quibus vertebrarum præter naturam inuersio neq; introrsum, neq; ex- »
* trorsum excesserit, sed valde concussi fuerint secundum spinæ dorsi rectitudinem. Ex his verbis non nulli persuasi, ob neruorum resolutionem ex medullæ dorsi affectu hæc symptomata contingere asseruerunt: neq; animaduertunt, vertebris ex naturali sede transmutatis, et affectus communicati ratione, phlegmonas primo, postea & prædurós tumores excitantibus circa vesicam & rectum intestinum quod vocant, naturales horum instrumentorum actiones deprauari: vnde quæ prius ab ipsis excernebantur, supprimuntur: neruis vero solis læsis, nullo prædictorum instrumẽtorum per consensum affecto non actiones naturales, sed voluntarias, vitiari contingit. Quocirca H & ipsis contra voluntatem vrina decurrit & stercus, cum eorum neruorum, qui ad musculos in finibus vesicę atq; intestini recti positos protenduntur, & à quibus vtriusq; instrumenti osculũ clauditur atq; constringitur, resolutio perfecta fuerit. Sed monticolæ illi vrinæ exitum obstructum nõ fuisse proposita verba declarant: vtrum autem inuito ipso, an volente excerneretur, non item adiecit. Porrò si liber iste accurate compositus ad ędítionem foret, ex eo, ꝙ adscriptum nõ esset, constaret quoq; non factum esse, prorsus enim ipsum indicasset: sed eo modo scriptus non est, verum (vt sæpius dictum fuit) per quasdam annotationes reminiscendi causa. Nam de deiectionibus quoq; nihil scripsit, cum tamen & has necesse sit aut nequaquam suppressas esse, sed perinde atq; vrinam, præter voluntatem effluere, aut voluntate iubente excerni. At ipsum par fuit ad eorum, quæ viderat, reminiscentiam eo, quod de vrinis dixit, fuisse contentum, alui scilicet excrementorum euacuatione ita, vt vrinę, sese habente: nam si contrarium quid circa alterutram ipsarum factum esset, omnino significasset: eisdem autem eadem consequentibus vtriusq; meminisse necesse non fuit. Verum neq; genitura, inquit, suppressa est. Naturalis enim est & ipsius euacuatio, quemadmodũ & vrinæ, & stercoris: sed, quare venere vti volentes ad hanc deueniunt, nolentes autem non, longiore oratione & in libro de Dubijs motibus disputatum est.

de Articulis, com. 3. t. 53. 7a. 274. g

Quæcunq;

18 A *Quæcunq; Alatæ naturæ Laterum, propter impotentiam occasionis. Et in Destillationibus malignis. Et si excretio sit, & si non sit, Malum.*

Quos'nam medici alatos vocent, superius dictum est. Didicistis etiam ex tertio de morbis vulgaribus eiusmodi homines ad tabem esse expositos. Occasionem autem Hippocrates dicere consueuit & omnes ferè antiqui medici omnem rei materiã, ex qua initium motus ad sequẽtes actiones prodit, siue argentum, siue aliqua alia suppellex, siue potentia quædam sit, siue locus, siue fides, siue actio, siue causa, siue quicquid aliud simpliciter. Sed quidã putant ipsum locos prius affectos « aliorum occasiones appellare: idq; ex eo sermone demonstrari aiunt, Occasiones, vnde incepit laborare, considerandæ. Si vero & hoc significatum (vt supra dixi) est, cum sit commune, multa sub ipso erunt singularia. Oratores quidem, quemadmodum & historici, & philosophi, occasiones hominum actiones dixerunt, vtpotè & qui de illis disputent: ab Hippocrate autem nomen translatum est, quemadmodum & alia multa naturalium actionum, atq; affectuum: in quibus omnibus commune est hoc, vnde incepit fieri: nunc enim in proposita parte Hippocrates dixit, vnde incepit laborare. Posset autem similiter dici et hoc, vnde incepit nauigare, bellum gerere, pacem agere,
B pugnare, inter se amare, odisse, tyrannidem exercere, & omnia id genus alia. Nunc itaq; primum initium, quo quis alatus euadat, ab Hippocrate dictum est, occasionem vero quispiam non ab re dixerit. Quæ'nam igitur hæc est? ingenitæ caliditatis, quæ ex corde habet originem, imbecillitas. Didicisti enim quemadmodum cerebro magno caput vnà augetur, paruo existente minuitur: eàdem ratione & cum corde augeri pectus, & minui: verum cor ipsum exiguum ob vitalis potentię infirmitatem creari: cuius potentiæ essentiam ingenitum calorem esse dicimus. Quando igitur imbecilla hęc alicui natura fuerit, hoc est ab initio, à prima formatione et cor & pectus parua generari necesse est. At q; tria sint animal gubernantia principia, demonstrationes didicisti in volumine de Hippocratis Platonisq; decretis. Eos vero, qui occasiones dici putãt prius affectos locos, multum & in explanandis propositis verbis delirare inuenies: et in eo, q; nos non dictionem aliquam vnã, sed integram orationem præterea: subaudire debere iubent, ac si & hoc modo sententia dicta sit, Quæcunq; alatæ naturæ laterum ob impotentiam occasionis in destillationibus malignis, maxime phthisi capiuntur: & si excretio sit, & si non sit, malum est. Cum multa ab horum verborum explanatoribus dicta sint, satis esto, quod verissimum mihi, & artem medicam discentibus vtilissimum esse visum fuerit, solum, quàm fieri potuit breuissimis designasse. Destillationes igitur à ca-
C pite in pulmonem descendentes tunc maleficas esse putandum est, si defluentia subtilia, & corrodentibus viribus prædita sint. Hæc sanè neq; in pulmone morari tandiu conuenit, quoad concocta crassescant, quemadmodum alias fluxiones ex tenui quidem materia, sed non corrosiua, et ęgre maturescente constantes: neq; rursum statim expelli. Intus enim morantia non facile concoquuntur, viscusq; ipsum lacerare deprehenduntur: si excernantur autem tusses violentas commouent, ob quas caput repletur, ipsumq; rursus in pulmonem materias depellit: atq; ob tussis vehementiã, ne aliquod in ipso receptaculum frãgatur, metus est: Qualis planè tussis illis accidere solet, qui humores tenues & aqueæ substantiæ difficulter ex pulmonibus reijciunt: ascendunt enim isti à spiritu per tussim emisso sublati: q; si tenues & aquei sint, dispergũtur, & cõtra spiritus motum prius delabuntur, quàm totam asperam arteriam egressi sint. Verum est igitur noxam sequi, siue in pulmone humores isti remaneant, siue euacuentur.

19 *Rigores Incipiunt Mulieribus quidem magis à Lumbis, & per dorsum, & tunc in caput: Verum & Viris Posterius magis, quàm à priori parte. Horrent Exteriora magis, quàm interiora corporis, Vt cubitorum, femorum. Sed etiam cutis rara: id Vero pilus indicat. A quibus autem alijs Rigent, fortasse ulceribus, incipit ex Vasculis.*

D Reliqua huius sermonis verba & in aphorismis & in secundo de popularibus morbis declarauimus. Sed quod in calce adiectum est, haud parum negocij libri huius interpretibus facessit: siquidem alius aliter ea verba scribit, omnes innuentes sermonem verisimiliter interpretari nõ posse, si antiqua lectio seruetur. Ea verò huiusmodi est, ex qua non nulli eam partem mutauerunt /fortasse vlceribus/ scribentes /vt vlceribus/ vt id ipsum aliorum sit exemplum: Neq; enim ab vlceribus solum, sed etiam abscessibus suppurantibus rigent: quin etiam non nulli vsti & secti, ex vitione & incisione riguerunt: vidimus præterea non nullos ob acre pharmacum vlceri superpositum riguisse. Verum omnes id genus rigores externam causam euidentem habent: alij vero sunt in tertianis & quartanis febribus, & plerunque vnà cum iudicationibus citra manifestam causam exorientes: de quibus dictum fuisse aiunt /rigores incipiunt mulieribus quidem magis/ & reliqua deinceps posita. Et quidem illud ipsum primo quispiam miratus fuerit, quo modo in aphorismis, vbi maxime suam ipsius sententiam explicat, & de rigore sermonem fecit, in vniuersum illum protulit sine ea, quam in propositis verbis edocet, definitione. Videtur nanque si ea quis consideret, Hippocrates opinari, non omnes rigores vno tantum modo fieri, cum dicat /à quibus autem alijs rigent, fortasse vlceribus, incipit ex vasculis/, vltra id, q; hoc ipsum, ex vasculis incipere rigorem, dixisse, nullam oppositam antedictis diuisionem habet. Licet itaq; dicere, ex vasculis rigores

res omnes ortum habere, id est ex malis succis intra vascula cōtentis: sed primum quidem lumbi, E & dorsi partes horrent, deinde & reliqua. Propterea non nulli veterem scripturā permutantes ita lectionem instituerunt /a quibus autem alijs rigent, vt vlceribus, incipit ex vasculis/ vt huiusmodi oratio sit: Quicunq; sine loco passo rigores fiunt, à lumbis & dorso initium sumunt, alij vero ab affectis particulis exoriūtur, quæ planè & ipsius rigoris causæ sunt. Aliqui vice huius dictionis /vasculis/ contrarijs / scripserunt: vt in quibus affectus locus rigoris auctor est, ad se ipsum, vt aiunt, eo quo rigent tempore ab omni corpore sanguinem attrahens, tunc rigor ex locis, qui passis sedibus contrarij sunt, prouenire videbitur, ipso superioribus inferiora, sinistris dextra, contraria dicēte. Iam igitur animaduertentibus palàm est, ex his, quę isti in scriptura transmutant, in maxime cō trarias sententias orationem trahi, non nullis ab affectis membris, alijs ab istorum contrarijs, rigores oriri asserentibus: contraria vero sunt, vt ipsi dicunt, quę longissime distant. De causa quidem, vt sæpius dictum est, licet volenti, vt lubet, dicere, sed de ijs, quæ euidenter apparent, non licet: ita enim omnes artes, hominumq; vita funditus euerterentur. Verum, vt in aphorismis prodidit, omnes || rigores ex lumbis & dorso initium capere dignoscuntur. Atq; istud in præsentia in fine propositi sermonis adiectum libri auctor (vt aiunt) Thessalus Hippocratis filius, si in patris commentarijs repertum descripsit, & libro interseruit, male fecit: nam à patre longo tempore dijudicata, & F per aphorismos in communem enunciationem redacta firmiora ipsum putare oportuit, quàm illa, quæ dum quęrerentur antea, non dum cognoscebantur. Quòd si ipse ex se id ascripsit, longe maius peccatum commisit, patris communem enunciationem inuertens atq; deprauans. At si quispiam alius Thessalo posterior librum hunc scripsit, male & ipse fecit. Vt enim sæpe iterauimus, experientia rerum euidenter apparentium iudex est, non ratio, quam sibi vnusquisq; verisimiliter commentus fuerit. Nam cum aliquid fieri fama sit, ratio inuestigat, atque id ita esse contendit: cum quid autem planè fieri cōspicitur, nugatoria & superuacua oratio est, quę ipsum fieri causam afferens dicat. Cæterum & alia quædam ab interpretibus in hac parte dicta sunt: sed ego iam sæpius omnium meminisse recusaui, & maxime cum ea, quę verisimillima esse videbantur, ad examen redacta falsa esse deprehenduntur.

5ª. Aph. 69. Ex. ordin. 45. d. Et 2. Epid. sect. 3ª.

20 *Caput ex Ortu, & Occasione, & plurimis Sermonibus & paulatim cognitis colligentem: & perdiscentem, an similia inter se sint. Et si non similia inter se sint, ex dissimilitudinibus similitudo fiat vna. Sic vtiq; fit Via. Sic & Recte se habentium probatio: & Non recte, redargutio.*

Non, quæ nunc dixit, præcipere, sed ea in ægrotantibus exequi difficile est: prorsum sanè artis G summa in ipsis est. Nam si quis accurate laborantis naturam à primo ortu cognouerit, & ex qua nunc causa laboret, & per multos sermones paulatim cognitos euidentes similitudines, & quę dissimilitudines esse videantur speculans, alia quoq; in propositis verbis enarrata bene inueniat, iste sanè optime curare poterit. Omnia itaq; contemplemur singillatim, ea, quę per alia volumina vberius pertractauimus, in memoriam reuocantes: & ipsis, siquid deficiat, adijcientes. Igitur cuiusq; eorum, qui curentur, naturam à primo ortu sciri debere præcepimus: sæpiusq;, vt optime quispiā id faciat ostendimus. Ostensum est autem haud minus, quæ de primario affectis locis, & per vitij communicationem læsis, scire & exquisite dignoscere in ægrotis oporteat: quemadmodum & de causis, quas ante incipientes vocant, & quas antegressas, & quas contentrices. Ostensum est præterea & in hoc libro, cum tradita est circa ægrotantem œconomia, quæ vtiliter quispiam ex ægri sermonibus ad artis opera colligere possit: Quin etiam ꝙ ex singularibus in ipsa consideratis speculātem dissimilitudines ad vnam vniuersalem communemq; similitudinem redigere oportet. Plurima vero eorum, quæ in his libris scripta sunt, vsu venire solent. At quod deinceps scriptum est /rursum dissimilitudines his/ ab vniuersalibus, cōibus, & similibus in differentias partitionem significat. Ostensum est autem hoc à nobis in omnibus partibus artis, in libro de differentia sym- H ptomatum, de communis symptomatis diuisione: ita quoq; & in libris de pulsuum differentia, de pulsus in vniuersum distinctione actum est. Verum & inter has differētias rursum similitudo est: iterumq; singulæ differentię, vt edocuimus, in alias magis particulares differentias distinguuntur: item & istæ quasdam habēt similitudines. Iccirco igitur cum dixerit /rursum dissimilitudines his/ sunbiunxit /& an similia inter se/ vt intelligamus deficere hæc verba /per quid/. Vult enim nos cognoscere dissimilitudines, quę quidem sunt differentiæ: per quid iterum similes inter se sint: vt ex dissimilitudinibus vna similitudo fiat: etenim ipsa per se vnaquæq; differentia communem similitudinem habet, omnesq; generalis complectitur. Recte igitur dixit /hęc enim via recta/ in omni scilicet artis constitutione, vt didicisti. Appellauerunt autem hanc viam posteriores Hippocrate non viam, sed methodum, ex qua recte inuentorum & factorum in artibus probatio est, non recte autem se habentium, redargutio.

21 *Sāguinis de Naribus profusio Aut ijs, qui subuirides nigriq; sunt: Aut ijs, qui rubri et uirides: Aut subuiridibus.*

Non est huic sermoni additum, vtrum magis in morbis fiat sanguinis è naribus profusio dictis hominibus, an magis, ꝙ̄ alios, istos iuuet. Sed neq; quos intelligat subuirides & nigros, clarum est. *

Nam,

A Nam, vt sæpius iam repetitum est, in stirpibus τὸ χλωρὸν id est viride, ἀπὸ τῆς χλόης id est ab herba, eiusq; colore Græci plerunq; dicere consueuerunt: abutentes autem, omne vigens & boni habitus ita nominant. Interdum vero & pallidos virides appellant: atq; nunc ita explanatoribus videtur Hippocrates virides & nigros accepisse, tanquam si pallidos & nigros dixisset. Hos ipsos vero non nulli sanguinis profluuio magis obnoxios esse contēdunt, q̄ pallida bilis cum sanguine permista sit, quæ vasculum possit acrimonia sua recludere: alij istos magis iuuari, quoniam prauis humoribus euacuationem requirentibus affluant. Pariter & de rubris viridibusq; vocatis dissentiunt, aliqui ad sanguinis effusionem aptiores ipsos dictos esse asserētes, aliqui ea re iuuari magis. Sed vtrisq; commune quidem est bile pallida abundare: non commune autem, magis melancholicum succum ipsi admistum esse in viridibus & nigris vocatis, magis sanguineum vero in rubris & viridibus. Non nulli sane scribunt ἐρυθροχρόους per hāc literam ρ, rubrum habentes colorem significari volentes. At tertio dictos subuirides & hoc loco intelligūt subpallidos: sed, cum vox indicet modicū ipsos habere pallorem, cui nam permistum illum esse velint, silentio trāseunt: nam, si nigritiæ, hos primos ab ipso dictos esse aiunt: si rubori, secundos. Forsan igitur, cum albori mistus est pallor, istos subuirides vocat: verum albi coloris homo haud ita multum sanguinis è naribus profluuio obnoxius est, neq; magis, quàm prædicti, ab eo leuatur. B

22 *Parum Remittentem, Crassum facere oportet Aride.*

Hæc quidē vetus lectio est. Sabini aūt discipuli nō legunt / βραχέα i. parum /, sed βραχίονα i. brachium /: dicuntq; retractionis causa in sanguinis de naribus eruptione venæ brachij sectionē prodesse, non solum propriam scripturam interpretantes, sed ēt verisimiliter nos intelligere posse volentes / brachiū remittētem / de venę in cubito solutione dictum esse. Ego vero huiusmodi venæ sectionē sanguinis de naribus immodice profusioni prodesse satis noui: retrahit enim ipsam, & ne fiat, impedimēto est. Attamen Hippocratis locutionē id exponere non video: sed hæc verba / parum remittentem / in eum sensum (vt plurimi interpretes acceperunt) dixisse videtur, vt scilicet sanguinis fluxui parum cedentes, sic deinde & ad ipsum crassiorem efficiendum transeamus. At quia non simpliciter dixit, sanguinem crassum facere, non cum humiditate, sed cum siccitate, aliqui, crassum facere arido, in ablatiuo casu scribentes, subintelligi oportere aiunt, medicamento: id enim & ex ijs, quæ subnectuntur, declarari. Sed qui volunt in præmissis verbis, ijs, qui sanguinis è naribus profluuio continenter laborāt, non in morbis, sed cum non decumbunt, consilium dari, his de victus ratione sermo intelligēdus videtur, iubente ipso ex crassum reddentibus cum siccitate bonis succis corpus replere. Halicam & amylum huiusmodi esse aiunt, & recentem caseum, & suillas carnes, & agnorum maxime lactētium, & hœdorum præterea. Alij de fluxu sanguinis in morbo vexatis sermonem factum esse volentes, consulere ipsum aiunt, vt sanguis sine cibis crassus fiat: id enim significat ea vox / aride / quoniam malos succos vult concoquere: ad concoctionem aūt bene facit inedia. Concoquentium etiam medicamētorum vsus est idoneus, qñ ipsa adstringentia sunt: nam & hæc sanguinē crassum faciunt, sicut & concoctio. Deinceps vero ab ipso huiusmodi medicamentorum exemplum positum est. Quidam autem non scribunt / aride / voce in e desinente, sed in o / arido / Hippocratem iubere dicentes per nares exeuntem in profluuio sanguinem arido medicamento crassum reddere. C * ⁂

23 *Alijs vero Minus Crassitudinem facere.*

Alios aiunt ipsum dicere, eos scilicet, qui sine prauis succis sanguinē assidue profundunt, quibus neq; pallida neq; atra bilis cum sanguine mista est. Aliqui & hic scribunt, non / crassitudinē / sed / crassum facere / locutionem magis dilucidam reddere volentes. Sententiam quidem eādem planè seruāt, siquidem & isti ipsum iubere volunt, alijs ob copiam mali sanguinis eius profluuio laborantibus minus crassum facere, Hoc videlicet / crassum facere / iterum bifariam accepto, non nullis quidem ratione victus: alijs vero per medicamenta naribus adhibita: quibusdam præterea vtroque modo, sanguinem crassum reddere pręcipientibus. Sed nullam firmam cognitionem ex his varijs lectionibus haberi iam sæpius à me dictum est. D

24 *Arido autem oportet Albo, vt Galla, Alumen.*

Hęc est sanè antiqua lectio, quam difficulter explanabilem non nulli permutarūt, hi minus, illi magis: magis quidē hoc pacto scribētes / arido aūt albo ex naribus, vt galla, alumen /. Ipsius vero sententiam hāc esse volunt, immoderate sanguinem è naribus profundentes, vltra predicta adhuc & localibus remedijs curandi sunt: localium vero auxiliorum exemplum dictum esse aiunt aridum medicamentum album naribus iniectum. Sed galla cum alba non sit, non nulli ipsi adiecerunt & alumen, scribentes / vt galla, alumen /: eas autem voces hic, aut ibi, expunxerunt non iniuria, tanq̄ exile quoddam atq; indignum Hippocrate: quippe significari hoc aiunt, per vtram narē sanguis eruperit, in illam aridum medicamen esse injciēdum. At seruata veteri lectione magnopere obscura locutio reddit. Nā quę ex naribus alba euacuare velit, aut purgare, aut concoquere,

aut sponte descendentia contemplari, omnino inuentu dubium ancepsq; est, cū ipse Hippocrates E huic voci / albo / nihil, planè adiecerit. Iure itaq; in hoc ipso primum interpretes discordes fuerūt, alius aliud subintelligendum esse existimantes: & quoniam omnibus illis, illud / vt κικὶς i. galla / aduersatur, conueniens enim erat dicere, vt κικίδι i. galla, in oblatiuo casu, nō in recto casu. Hoc
* igitur communiter omnibus repugnat, neq; euitare quis potest orationis incōgruum, neq; emendare, licet scripturam mutet. Sed non nulli dicunt etiamnum ipsi de sanguinis è naribus fluxu totum sermonem esse, consulereq; in huiusmodi astringēti medicamine vti, in narem sanguine manantem id immittentes, vsq; dū sedato sanguinis cursu alba exiuerint. Multa alia quoque perperam dicunt in verba (vt mihi quidem videntur) corrupta, & ab aliquo forsan interposita. Cæterum mirari licet, vt alijs multis, ita & hoc loco eos, qui valde audacter Hippocratis verba in quicquid ipsis visum fuerit, transmutant. Cum omnes enim interpretes in sermone Hippocratis scriptum esse sciant / ex naribus alba / ipsi mutantes scribunt / ex naribus albo /. Multoties autem dixi in perobscuris locutionibus verisimiliter verba mutare fas esse: sed prius id ipsum dicētem tūc lectionem mutare decet.

25 *Cum Venere vti Incipiunt, aut Hircire, Sanguinis Profluuio laborant.* F

Sanguinem de naribus facile profundunt non solum ægroti, verum etiam sani, qui eam ætatē agūt, in qua illud ipsis euenit, quod hircire vocant. Isti iam & venere vti planè possunt. Ac prius quidem, cum essent pueri, sanguine copioso abundabant, verum ratione incremēti haud etiam pariter copioso. Sanguis autem ipsis calidior est, propterea eius profluuio tentantur. At vos meminisse puto, ex alijs membris sanguinis profluuia cum loci appellatione semper dici: ex naribus vero, non nunq; & sine particulæ appellatione sanguinis profluuium simpliciter nominari.

26 *In Accessibus autem quidam Perstrepūt, vt Arcesilaus. Aliqui accessuri Horrentes, Rugosi. Alijs uerò post Inflatur venter, quàm accesserint, vt Damagoræ.*

Sæpius repetiui, si valde male à multis interpretibus dicta redarguam, ægre omnes ferre commentariorum longitudinem: si vero non reprehensa dimittam mediocria tantum memorans, eos qui haud tardo ingenio sunt, ab illis excitatos et reliqua dijudicare posse: & nunc igitur ita faciam. Hanc quidem vocem / accessibus / omnes ferè de coitu cum muliere intelligunt, quemadmodum & eam vocem / perstrepunt / de emittendis per anum flatibus: atque de hoc etiam paulo ante dictum est. Sed quod deinceps scriptum est / accessuri autem horrentes, rugosi / quiddam tale G significat, Aliqui venerea aggredientes, cum incalescunt, horrore tentantur: qua ratione iam sæpius didicistis omnes mali succi plenos, cum vehementius repente calefiunt, horrore vexari. At non nulli pro hac voce / horrentes / rigent / scribunt: quod mihi perrarum esse videtur, & maximæ succorum prauitatis indiciū: quare neque vllum initio coitus rigore affici cognouimus. Verum & hanc vocem / rugosi / aliqui in hanc vocem / κακώδεις / conuertunt. Alij vero interpretantur ob male habitum corpus κακώδεις dici: alij quòd tetrum odorem spirent. Quod quibusdam autem venter inflatur, supra positum est. Sed Dioscorides hanc partem, vt & alias multas, prout ipsi libitū fuit, commutauit, vt tota oratio huiusmodi sit, In accessibus sunt aliqūi perstrepētes, quemadmodum Arcesilaus: vt fœtidos ipsius crepitus esse intelligamus. Capito quidem & ipse in valde multa sermonem hunc conuertens talem fecit, In accessibus aliqui perstrepunt, vt Arcesilaus, aliqui accessuri rigent rugosi.

27 *Mutationes Cauendæ.*

Et in alijs quibusdam, & in aphorismis id cautius dixit, his verbis præpositis / multum, & repente /. Neq; n. quæ aeris mutationes, neq; quæ à nobis ipsis paulatim fiunt, periculosæ sunt, sed H tantùm magnæ ac repentinæ sanitatis amittendę periculum inferunt: quocirca & ab his cauendum est. Euitabimus autem ambientis cœli mutationes, domi nos plurimum continentes, & contrariorum vsum adhibentes, in humidis quidem mutationibus corpus siccantes, in siccis humectantes: eadem quoq; ratione & calefacientes, & refrigerantes, cum huius vtriusq; occasio fuerit. Sed in victus ratione mutationes cauere in nobis ipsis est, neq; ab exercitationibus subito ad ociū, neq; ab ocio ad exercitationes, transeuntibus: sed neq; à lauandi insuetudine ad lauationes, neq; à lauationibus ad oppositum: neq; ex aquæ potu ad vinum bibendum, neque ex vini vsu ad aquæ potum: & in alijs omnibus similiter. Hic sermo planè verus est iuxta & ab Hippocrate sępius repetitus. Cæterum ignoro, quid'nam aliqui sentientes dicant subintelligendum esse huic orationi,
2ª. Aph. 51. Ex. ord. 19. c /mutationes cauendę/ hanc vocem /ętatum/: in aphorismis enim ipse inquiens, ‖ Multū & repente euacuare aut replere, aut calefacere aut refrigerare, aut aliter vtcūque corpus mouere, periculosum est: & omne multum naturæ inimicum. ętatum nullam mentionem fecit. Neq; enim in ipsis paulatim labentibus nimium naturæ inueniri potest: neque aliqua curiosiore obseruatione indigent, quantum ad communia tuendæ sanitatis præcepta pertineat: quemadmodum neque cum anni tempora paulatim mutationem suam faciunt. Verum hæc interdū videmus magnas repente

te

A te in contrarium mutationes pati: at ætatem nullam repente elapsam nouimus, vt puer die postero in virum euaserit non paulatim per pubertatis & iuuentæ annos transitu facto.

28 *Cibi Paucitas, Lassitudinem non faciens, Nec Sitim accendens.*

Cum in vniuersum mutationes esse cauēdas dixerit, vnum quiddam, †ad naturalem statū tuendum } conferens deinceps scripsit, vt memoriæ propriæ consuleret. In vtraque enim mutatione cùm circundantis aeris, tum nostrorum studiorum, & vniuersę victus rationis, cibi paucitatem, & sitis, & lassitudinis priuationem, in omnibus quæ agimus, nobis esse proposita iubet. Sed explanatores cibi paucitate & sitim & lassitudinem tolli dixerunt. Verum id si ita vniuersim proferatur, falsum est: nam pituitosos succos, aut multum & bonum sanguinem habentibus, cibi paucitas lassitudinem tollit, & sitim extinguit: sed biliosis, aut inopia sanguinis laborantibus neq; lassitudinē sedat, neq; sitim extinguit, vt ipse in libro de victus acutorum ratione edocuit. Adhuc verò peius illi senserunt, qui ita scribunt / inedia lassitudinem tollens, sitim extinguens /: at isti planè in extrema inscitia versantur, ea quæ neq; vulgus hominum latere solent, ignorantes. Alij prę terea fini sermonis hanc vocem / esurienti / adijciunt: aiuntq; cibi paucitatem esurienti lassitudinē B & sitim eximere: esurientem vero eum dictum esse volūt, qui indigere cibo se sentiat. Atqui melius esset dicere, famem sentienti paucitatem cibi haud in tempore adhiberi, non sentienti autem conducere: signum est enim, ipsius corpus multitudine redundare.

† Alia lectio, ad cautionem.

29 *Omnis Extenuatio laxat cutim, deinde distenditur. Refectio contraria facit, cutis corrugatio concidentis, extensio refectæ. Horrens, læue, Vtrunq; signum, subbiliosum, subrubrum. Sic detrahi mammas, graciles autem sursum trahi, aut circunuelli: Etsi quispiam non arbitretur propter hoc, sed carne creata id fieri.*

Demiror explanatores obscuras locutiones, quas nemo intelligat, solos se intelligere profitentes: quæcunque vero nobis omnibus perspicuæ sunt, solos ipsos non intelligere. Propositum igitur sermonem minime ambiguum multifariā distrahunt alius aliter ipsius enunciationes scribēs, atq; commutās: & contra ea, quæ omnibus euidenter apparent, interpretantur, quæ maxime omnium ipsos obseruare oportebat: est enim Hippocrati sermo de ijs, quæ in corpore nostro conspiciuntur per tenuationes, & enutritiones. Sed non nulli, neque quid sit tenuatio, nosse videntur: tantum abest, vt omnia in istis euidenter apparentia, aut ipsorum causas percipiant: sed tamen fieri tenuationem per euacuationem prædicant. Aliqui siue euacuationem, siue tenuationem dixe C ris, nihil interesse opinantur. Verum hoc dignoscere (vt diximus) non est magnæ cuiusdā scientiæ. Iam multi haud modica sanguinis copia redundant, gracilissimi tamen sunt: sicut alij è contrario crassi, sed paucum habent sanguinem. Atqui ego cuidam mulierculæ iam octo menses purgationis menstruæ suppressione laborāti, extenuatissima cum esset, haud exiguo detracto sanguine breuissimo tempore proprium habitum restitui: sicut & alias non paucas eodem modo ad sanitatem reduxi. Sed quod illi mulieri accidit (neq; enim erat ignobilis) fuit valde celebre, ipsi quidem rescissa vena, & medicis ex eo remedio futurā vtilitatē constanter polliceri verentibus. Quin etiam non nulli mihi aduersari audebant, non solum propter mulieris maciem, sed etiam propter inappetentiam, ex venæ sectione secuturam esse noxam affirmantes. Profectò hæc melius est longiori sermone persequi, q̄ vtrius Prodici Hippocrates mentionem fecerit, diligenter inuenire conari. Verum, vt supra iam dixi sæpius, recentiores medici ad magis sophisticam doctrinæ speciem deflexerunt, ægrotis euenientia diligenter obseruare, & ipsorum affectus, causasq;, ex quibus curationis inuentio acquiritur, indagare negligentes: quæ & ipsa per experientiā dijudicatˀ. In muliere sanè, quā memoraui, primo die sanguinis sesquilibram detraxi, rursum postridie libram, tertio verò non multo plus selibra, erant enim vnciæ octo. Sophista quidem hæc legens quærere in D cipiet quis ex Græcis vnquam libras, aut quis vncias nominauit. Medicus verò & quæ alia signa præter cohibitos menses, venæ sectionem indicent, scire auebit. Illa igitur & ego recensebo, sophistis, vt valeant, nuncians, Scilicet ipsius venæ eminebant sanguinis plenæ, colore liuidæ: rescisso autem vasculo, liquidæ pici & colore & crassitudine similis sanguis emanabat: ob id ipsum sanè multo magis visus fuit largiter esse euacuandus. Hæc quidem à nobis obiter rectè mederi cupientibus dicta sunto. Rursum verò ad propositum me recipiens non rectè dicam interpretes affirmasse attenuationem corporis simpliciter ob inanitionem fieri: distinctiones enim dixisse oportuit, quòd scilicet attenuatio totius molis detractio quædam est, & collapsus, aut subsidentia, vel vtcunque ipsam nominare velint: crassitudo verò è cōtrario in tumorem elatio est. Non nunquam igitur debilitata carnosi generis facultate, & vitioso sanguine in arterijs venis'que incluso attenuatio fit: plerūque verò ex cōtrarijs crassitudo, vt in vasculis quidem paucus sanguis remanserit in carnium nutricationē distributus, illæ verò bene habitæ sint, & per eas totius moles corporis increuerit. Nouerunt autem vel omnes id quoque mangones, cutim scilicet carnosis particulis prætendi: & naturas quasdam corporum agnoscunt, quæ in molem excrescere prætenta cute non valeant. Nam ipsam summis digitis sursum trahentes, quousque à subiecta carne discedat, cōsiderant, & eousq; singula emaciata corpora se reficere posse sperāt, quousq; cutis ꝓtracta fuerit:

laxa.n.cutis in extenuatis, extenta in craſſioribus effectis apparet. Porrò extenuationes multis de E cauſis proueniunt, ſiquidem alimenti penuria, exercitationes plures,& vigilia,& cogitationes,& dolores, & morbi colliquantes & diſcuſſorij: præterea euacuatio multa per aluum,per vomitum, per ſudores, per ſanguinis profluuium: extenuationum cauſæ ſunt. Inſtaurationis autem vnus modus eſt, omnium videlicet,quibus ſani egemus, conueniẽs modus: iſta vero ſunt,vt ipſe in ſequentibus dicturus eſt, labores, cibus, potus, ſomnus, venus. Itaque cum multi modi extenuandi corporis ſint,omnium commune eſt primum quidem cutim laxari,poſtea verò perdurante macie diſtẽdi. At ſi illi ſuccedens inſtauratio facta fuerit, contrarium accidet: diſtendetur enim cutis

†Hęc deeſſe videnť, q̃ adieci, ſiquis inferiora rectè conſiderabit.

† primum, deinde laxior fiet.} Cauſas verò iſtorum iam quidem ſæpius audiuiſtis, veruntamen & in præſentia ſummatim perſtringentur. Quapropter vobis in memoriam reuocantibus, quæ ſæpius in vtribus & veſicis conſpexiſtis: repleto enim interiore cauo circuntenditur corium,euacuato relaxatur: eodem modo & in animalibus bene ſaginatis diſtenta cutis,in macie confectis laxa conſpicitur. Nam ſicut liquor in vtres infuſus eorum tergora contendit, ita carnes multæ procreatæ cutim noſtram circum ſe ipſas obtendunt: atque id euidenter intueri licet, pingues ſcilicet omnes adeo tenſam cutim habẽtes, vt eam quis apprehendens nec minimum quidem à ſubiectis carnibus auellere poſſit: macros autem adeo laxam, vt longiſſime quis ipſam protrahẽs acu traij- F cere ſine vllius ſubiectę partis vulnere queat. Hactenus quidem omnes ferè orationem rectè intellexerunt, ſed in eo conturbati ſunt, quòd ſequitur hæc verba / omnis extenuatio laxat cutim / contrarium enim ab ipſa fieri negant. Quocirca non nulli de refectione verba illa /poſtea circuntenditur/ dicta eſſe exiſtimant: neque animaduertunt, quod ſubſequitur,ipſis aduerſari, vbi ait /refectio contraria facit/. Erit enim, ſiquis ipſorum explanationis intellectum ſequatur, talis orationis ſententia: Omnis extenuatio laxat cutim, circuntenditur contra refectis,refectio verò contraria facere apta eſt. Sed primum quidem ipſum dicere par erat, refectionem non contraria, ſed contrarium facere: nam cum vnum de extenuatione dictum ſit, & refectionem vni contrariam dixiſſe ratio poſtulat. Igitur ſi extenuatio cutim laxat,eam diſtendere refectionem oportebit: poſtea vero deinceps hoc dixiſſe manifeſte videtur, cum explicatior, apertior, ac breuior ſit talis oratio / omnis extenuatio laxat cutem, refectio circuntendit /. Quid igitur eſt,quod ab ea parte ſignificatur, quæ dicit /poſtea circuntenditur? / nihil aliud ſanè, niſi id,quod ab omnibus intelligitur, quòd primo ſcilicet in extenuationibus cutis relaxatur: extenditur poſtea extenuatione manente, & non in refectionem tranſmutata: At in refectione contrarium euenit,ab initio quidem cutis obtenditur, tempore autem ſuccedente laxior euadit. Hæc profectò ſi adeo curioſe, vt Hippo- G crates,ſenſui apparentia obſeruaſſent, ita fieri vidiſſent. Primum igitur vobis in memoriam ea reuocans, quæ ſenſu conſpexiſtis, poſtea & apparentium cauſas explicabo. Illorum itaque reminiſcamini, qui in morbis contabuerunt,præſertim in tabe, quæ retorrida vocatur: in quibus mementote cutim æque ac aridum corium fuiſſe diſtentam: ſed quid mirum in illis longiori tempore tabefactis cutim diſtentam apparere? quandoquidem & non nunquam primis diebus id euenire ſoleat. Dicit ergo Hippocrates ipſe in Præſagijs,de ijs, quæ morbi initio eueniunt, ſermo-

in Prog.cõ.1.t. 7.4.191.b

nem faciens, inter alia faciei ſigna & hoc enumerans, ‖ Cutis circa frontem dura & contenta. » Quod autem ob inanitionem id fiat, docens ipſe deinceps ſcripſit, ‖ Interrogare oportet, num »

Ibidem.t.8. e

vigilauerit homo, an ventris deiectiones valde fuerint copioſæ, an fames ipſum vexet. Cæterum » id quidem ab omnibus medicis Hippocrate poſterioribus tanquam vno ore loquentibus conceditur ob immodicam euacuationem non nunquam ſenſilem, non nunq̃ ſenſus latentem, ſolere

Ibidẽ. t.6 & 7.

eiuſmodi faciem euadere, qualem his verbis pinxit Hippocrates: ‖ Naſus acutus, oculi caui, tempora collapſa, aures frigidæ & contractæ, & aurium pinnæ inuerſæ, & cutis circa frontem dura » & diſtenta. Quocirca ſenſu nos aperte docente nimiam euacuationem contra quàm moderatam, in cute affectum parere, ipſorum ratio veriſimilis quidem, non tamen vera comprehenditur,cum H dicunt, Manentibus affectum producentibus cauſis ipſam ad contrarium tranſmutari non contingit. Euidenter enim tranſmutari in immoderatis euacuationibus cernitur, ſiue ipſæ longiori tempore ſenſibiliter perdurare noſcantur: ſiue per vias ſenſibus occultas, per eliquationem ſcilicet aut digeſtionem ægrotantium, efficiantur. Ante quàm igitur ad ipſam cutis propriam ſub-

* ſtantiam exhauſtio peruenerit, perinde atque euacuati vtres,& ſacci,& veſicæ,cutis laxior reddi-

*Al.pelles.

tur: inanitione autem perdurante talis efficitur, quales aridæ vẽſicæ atque coria, quæ præ duritia extendi non poſſunt: talis vero & in vtribus, & in veſicis, cutis effecta videtur, cum exiccata admodum fuerit. At vſque dum humida ſit, & mollis, & in interno cauo aliquid ſuſcipit iterumq; dimittit, ſuſcipiens quidem, cum ſatis expleta fuerit, diſtenditur: cum inanitur autem, relaxatur. Rectè igitur Hippocrates dixit / omnis extenuatio laxat cutem, poſtea circuntenditur/: ſic enim & fieri videmus, & iam cauſa dicta eſt. Ac bene illud quoque adiecit,refectionem contraria facere: nam ab initio extenditur cutis,interiecto deinde temporis interuallo efficitur laxior. Cũ enim ſubiectis ipſi carnibus durior natura ſit atque aridior,tardius quàm illę,& in extenuationibus obdureſcit, & in refectionibus remolleſcit. Quando igitur ipſam duram & iam exiccatam refectio exceperit, primum carnes adaugens ipſam iure protendit: procedente vero tempore & ipſa

cutis

A cutis nutrimentum suscipiens, humidior & mollior fit, proinde & iterum laxior redditur, quemadmodum arida coria & pelles aqua madefactę & oleo ac seuo delibuta. Hæc itaq; vere iuxta atq; aperte ab Hippocrate enarrata male interpretati sunt, ob earum, de quibus est præsens sermo, rerum ignorationem. Sed quæ sequuntur haud ęque nota, & fortasse adiectitia, manifesta esse arbitrantur, quãuis in ipsis explanandis haud minus, q̃ in prædictis dissentiant, & antiquas lectiones permutent. Verum vt dilucidior oratio sit, singulas ipsius contextus particulas separatim explicabo. Cutis corrugatio concidentis, extensio refectæ. In extenuationibus quidem laxari cutem prius, q̃ ipsa in propria substantia quicquã perpessa sit, in refectionibus autem extendi, & exiccatam temporis interuallo in contraria permutari, supra comprehensum est: sed in hac parte ipsius concidentis corrugationem fieri inquit, refectæ vero extensionem. Rugosum quidem corpus & cutem Greci noĩant, quę in rugas & plicas contracta sunt, vt videmus in senibus: & ipsorum affectum corrugationẽ. Corrugatio vero aliqua & in iuuenilibus corporibus apparet, cum venæ * occultæ sunt, & maxime cum dissipato in ipsis abundante sanguine medicamen austerę adstringentisq; naturæ quispiam superdederit. Hunc autem & in cute collabente affectum creari dicit: idest cum ea, quę intra ipsam cutem habentur minora effecta sunt, tunc decidit in se ipsam residens: sed B contrarium eius affectum, cum in longum latumq; excreuerit, extensionem hoĩes vocant, licet nõ nunq̃ eueniat, vt tantummodo in longum aut latum extendatur ac resideat. Verum in præsentia de extensione & contractione in vtraque cutis dimensionẽ factis sermo intelligendus est. Quod siquis præpositam particulã recte intellexerit, non admodum hac egebit. Horrens, leue, vtriusq; signum, subbiliosum, subrubrum. Non nulli legunt (rugosum, læue, vtriusq; signum). Sed qm in antepositis verbis de corrugatione scripsit, rõni magis consentiens esse videbitur, vt nunc (horrẽs) dictum sit, vt Hippocrates speciem in corrugatis factam horrentibus similem esse demõstret. Similitudo aũt in cutis inęqualitate ac veluti asperitate consistit, non nullis eius particulis depressionibus, non nullis extantioribus apparentibus. Quando.n. per exigua valde interualla in tota cute id factum fuerit, id symptoma horror noĩatur: tuq; illud mente concipito, exactæ maris trãquillitati læuis corporis statũ assimilari, & proxime inceptę eius inæqualitati horrorẽ. Ita sane & poeta inquit, qualis autẽ Zephyri confundebat mare horror, nuper concitati. Læuitas igitur recreatis corporibus inest, sed velut horror contra sese habentibus: alterutrum vero ipsorum alterutrius signum est: at non alterutrum amborum, neq; ambo simul alterutrius. Eodẽ quoq; modo & subbiliosum & subrubrum alterutrum alterutrius signũ est, subbiliosum extenuati, subrubrũ refecti. C Macrescentibus.n. corpus biliosius redditur propter causas maciẽ inferentes de quibus, antea nos loquentes audiuistis: magis sanguineum autem cibo se reficientibus, nam neq; bene enutriri sine bono sanguine corpus valeret. Adiectam vero sermonis calci hãc particulam (sic) aliqui sequentis initium faciunt, non nulli huius finem: vtroque enim modo explanationem facere possumus. Quocirca de hoc quidem laboriose disceptare non conuenit, sed ad sequentia veniamus, sequentis partis initium ab hac voce (sic) faciẽtes, qm̃ plurimis explanatoribus idem ipsum facere visum est. Sic detrahi mammas, graciles vero sursum trahi, & circũtentas esse, & si non ꝓpter id quispiã arbitretur, sed carne creata id fieri. Hæc sane est antiqua lectio. Ipsam vero quidam commutarũt, alij minus, alijs magis, quemadmodum & Sabinus ita scribens (sic detractas esse longas, graciles, alias vero sursum tractas) vt graciles quidem & laxari & longas apparere, sed bene nutritas sursum tractas esse significet. At Ruffus & veterem scripturam & antiquiorum interpretum explanationem aliquid Sabinianæ contrarium edocentem retinuit: vult enim bene habitas inferius, emaciatas sursum versus, attractas esse. Huiusce autem rei sensus ipse testis locupletissimus esse videtur dicente Hippocrate (quamuis aliquis non vtiq; arbitretur) : nam cum prædixerit extenuatis laxari, bene nutritis circũtendi cutem, priori detractas esse mammas, secundo sursum versus re- D tractas, consentaneum esse inuenies: & propterea ait (quamuis aliquis non vtique arbitretur). Id sane tanquam validissimam rationem acceperunt veteres interpretes empirici Glaucias, & Tarentinus Heraclides. Per eam enim se demonstrare opinantur Hippocratem in eorum sentẽtiam descendere, vt verisimilibus dogmaticorum argumentationibus nequaquam, sed soli per experientiam cognito & euidenti, fides sit adhibenda. Quamuis & ipsum euidẽs sine definitione prolatum vtroq; modo falsum sit, siue detractas esse & laxari tales in extenuationibus, siue in superiora esse retractas dixerimus. Ergo id ipsis primum accurate exploratum esse oportuit, cum empiricis, qui rerum sensui apparentium obseruatores ac memores sunt: tum dogmaticis, quoniam eorum quæ sunt, non eorum quæ non sunt, ipsos causas reddere opus est. Quid nam igitur sit sensui apparens, ego explicabo, cum in permultis mulieribus obseruauerim, & a non paucis audiuerim non obstetricibus modo, verum etiam ab alijs nihil eiusmodi scientibus. Hæ nanque magis vere sensui patentia enarrant, quam qui placiti sui amore decepti in his caligant & hallucinantur. Quod itaq; accidit eiusmodi est, mammæ lactis plenæ secundum omne interuallum augescunt, in altum enim ac latum extuberant, longioresq; cernuntur: exhausto autem lacte rursum se ipsis minores fiunt, & in tribus dimensionibus minuuntur. At si absq; lacte in tenuitate & crassitudine tm̃, vt & alia membra permutantur, eodem, quo & illa, modo afficiũtur, Primum quidem, cũ exte-

* Al. solutę.

nuantur, relaxatę: cum vero crassescunt, magis extentæ: Sed processu temporis cōtrarium statum E suscipiunt, breuiores quidem arefacta cute euadentes: longiores autem in refectionibus, vt antea dictum est, humectata. Ita planè & in vetulis primo laxantur, postea contrahuntur. Ego quidem mammis euidēter cōtingentia recensui, & causas ipsis adieci: interpres aūt nullus id fecit, sed prout quisq; voluerit, scribēs, propriam deinde scripturam interpretatur. Haud ab re aūt & cōtrarias explanationes, et scripturas locutione mutilas & cōfusas attulerunt: vt quicquid dicat aliquis, partim verum, partim falsum dicturus sit, mammis vtiq;, cum lactis plenæ sunt, grandioribus effectis, cum vacuæ, minoribus: sine lacte vero, cum macrescunt, ab initio laxatis, deinde contractis: dum crassescunt autem, ab initio retractis, postea paulatim relaxatis, Imposita quoq; isti per cibum refectioni conditione, q̄ scilicet aliqui prius recreentur, q̄ ad tantam maciem deuenerint, vt prę ariditate cutis distendatur: aliqui post ariditatem enutriantur ac recreentur. *

30 *Iugula manifesta, Venæ conspicuæ.*

Id genus locutiones obscuram habent scriptoris sententiam, quippe cum verbis, in quibus hęc apparere velit, expressum non sit. Multi quidem natura macri, & iugula detecta habent, & venas extantes, plenasq; sanguinis: sicut è contrario alij neq; iugula, neq; venas habēt extantes. Quemadmodum autem naturalis huiusmodi corporum differentia conspicitur, eodē modo & in ijs, qui præter naturam, quam ab initio habuerunt, aut emaciantur, aut crassescunt: & abundant, aut egēt humoribus. Cōstat enim in extenuato corpore repletas venas sanguinis plerunq; corrupti intra ipsas inclusi copiam ostendere: sicuti de muliere, cui menses retēti erant, paulo ante dicebam. Cæterum miror Capitonem solum huius partis verba ita scribentem /magna repletio patens est, venæ perspicuæ/: nam si ita scripta inuenta esset, quid necesse fuisset omnes interpretes eam in clariorem trāsmutasse? siquidem eorum, de quibus ambigunt, scripturas facilioris notitię causa transmutant. Quin etiam codicem nullum ita se habere inueni, cum multos tamen ob id ipsum euoluerim, antiquas scilicet lectiones, & in quibus omnes cōsentiunt aut dissentiunt, dignoscere cupiēs. Cum omnes igitur explanatores, & omnes codices eandem lectionem habeant, haud recte Capito ipsam permutare au[illegible]s est. Sed forsan & ego male ipsius ab initio mētionem feci, cum omnes huiusmodi in scripturis mutandis ineptias me in explanando omissurum esse prædixerim. In sequentibus igitur id faciam longitudini parcens. F »

31 *Prodicus Febrientes Interficiebat Cursibus, luctationibus, fotibus calidis. Malum febriculosum, Inimicū Fami, circuitibus multis, cursibus, frictioni. Laborem labore, ipsis.* G

Et hæc verba alius aliter scribit, non nulli quidem verba hęc permutantes /circuitibus, luctationibus/: non nulli vero ab initio /luctationibus/ ponentes: aliqui eam vocem eximentes: aliqui initio /fami/ adijcientes. Circuitus sanè vocat lentas deambulationes in longius tempus productas, vt in libro de ratione victus in acutis ipse inquit, ‖ Tardum multum circuitū deambulasse: et Plato Prodici meminit, vt multis deambulationibus vtentis. Quem autem nunc Prodicum memoret, vtrum Leontium, an Selybrianū, quęrere superuacuum est: in alio enim sermone hæc omnino persequimur. Nunc vero historicas quæstiones tractare non est opportunū, q̄n non nullorū explanationibus nō paucis prætermissis satis habemus, si nostram octo voluminibus absoluerimus. Sed cur Prodicum accuset, ipse declarauit inquiens, febriculosum inimicū esse circuitibus, & fami: constat aūt, q̄ & reliquis enumeratis, nam & luctationibus, & fomēto calido, & frictioni, febriculosum aduersarium est: ita.n.ea vox /inimicum/ intelligenda est, q̄m & amicū per translationem dicere consueuerunt proprium ac domesticū. Inter vtrāq; autem dictionē hęc /malū/ posita, ab aliquibus in calce prioris scripta est, ab aliquibus initio secūdę, vt vna fiat oratio huiusmodi /febriculosum inimicum circuitibus/. Quòd autem febricitantibus & deambulatio, & cursus, & fotus calidus, & luctatio, vndiq; calorē in corpore augentes officiāt, neminē eorū, q in artis exercitatione versati sunt, præterit. Prodicus vero nō rationalē modo auxiliorum inuētionem, sed ēt empiricam obseruationē ignorare videtur. Negat.n.ratio labori laborem mederi, hoc est, noxæ noxam, & malo malum: nam contraria, nō similia, infestāti vitio adhibere auxilia cōuenit. At ille similia adhibere videtur, siquidem & ambulationibus, & luctatione, & frictione, & fotu calido, & fame vtitur: per πυρίαν aūt idest fotū calidū, oīs extrinsecus nos inuadens caliditas, siue ab igne, siue in balneis fiat, intelligenda est. Quin etiam fames prædictis aduersatur: vbi.n.fames est, laborare non conuenit. Non solum autem locutionis initiū, sed & ab initio vsq; in finem, vt libuerit, scribunt: cæterum ego veteres scripturas, & si difficilius explanētur, semper eligo. Sed vocem eam, quæ vltima in propositis verbis scripta est /ipsis/ aliqui sequentis sermonis initium faciunt: non nulli prorsus obliterant, siquidem nihil plus, q̄ antedicta, edocere videtur. » H

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 2. t. 23. 7[a]. 119. f

32 *Venarum Rubor, liuor, viriditas: Costarum Dolores laxi.*

Dixi vocem /ipsis/ in calce proximi sermonis positam isti posse præponi, vt oratio talis reddatur, Ipsis, quos prædixi: erant autem febricitantes non recte à Prodico ad motiones bene valentibus

A bus conueniẽtes deducti. Hęc,quę nunc dicit,habere contingit,nõ omnia,ſ. ſingulos homines: neq;.n.poteſt rubor vnà cum liuore & viriditate conſiſtere, ſiquidem vnumquodq; iſtorum duo reliqua tollit, & affectus diſſimiles ſequitur.Nã vires mediocres & bonum ſanguinẽ habentibus, cum exercentur, aut per fotus calefiũt, rubicundũ corpus euadit: ſed imbecilliores, aut vitioſis humoribus repleti liuidi fiunt ac virides. Non nulli verbis his hanc vocem /tumores/ pręponunt,& locutionem talem faciũt /tumores, venarum rubor,liuor,viriditas/. Sed quod in extremis verbis dixit /coſtarum dolores laxi/non nulli veriſimiliter ita mutarunt /laparæ i.vẽtris dolores/, hos importune exercitatis ſuboriri volentes: veruntamen omnes interpretes hanc lectionem agnoſcũt /coſtarum dolores laxi/: & intelligunt laxos, id eſt ſine phlegmone & tenſione dolores.

33 *Siti carentem Os claudere, Tacere, Ventum cum potu frigidum introducere.*

Hoc ſcripſit Hippocrates ex ijs vnum,quæ totam febrientium regendorum rationem in mentem reuocare queant, & id ipſum Prodici in curandis febrientibus inſcitiam demonſtrare valens. Neq; enim ea,ex quibus ſitiant,velut calefacti, ſed ex quibus ſitis extinguatur, facienda ſunt: hæc ſunt vero,prima quidem motibus oppoſita laborantis corporis quies: ſecunda, omnia reliqua, ex
B quibus febrilem affectũ comitãtia magis miteſcant, & non exaſperentur: inter quæ vnum eſt, ipſum à ſiti defendere. Per quæ autem quiſpiam ſitim prohibeat,adiecit /clauſum os habere,ac tacere,auramq; frigidã cum potu introducere/ id eſt, ventum vnà cum potu frigidũ attrahere: quod ſi cum potu,patet etiam ſine ipſo per ſolã inſpirationem.Quare & aeris inſpiratu attrahendi ratio habenda eſt,vt ne calidior ſit,q̃ conueniat,idq; magis ęſtatis tempore. Verum & hoc loco Capito atque Dioſcorides audacius veterem lectionem permutantes, hunc in modum verba ſcripſerunt /ventum inter bibendum frigidum non introducere/. Sed Dioſcorides quidem,vt cõſueuit, ſecũ-
* dam ſcripturam addidit /ex quibus ventum frigidum introducere/: At Capito lectionem in omnibus codicibus repertam,& à cunctis explanatoribus conceſſam,neq; ſecũdo gradu dignam putauit: ſed ei hanc ſyllabam /non/ adijciens, loco horum /frigidum introducere/ ſcripſit /frigidum non introducere/ perinde ac ſi nunq̃ frigidum aerem febricitans inſpirare debeat.

34 *Occaſiones, Vnde cœperunt ægrotare, Conſiderandæ, Siue Capitis dolor,ſiue Auris,ſiue Lateris: Signum dentes, Et in quibus Inguinum phlegmonæ.*

Hanc orationem & in ſecundo de morbis vulgaribus volumine in primo commentario expla
C nauimus.

35 *Naſcentia Vlcera et Tubercula febres iudicantia. Quibus Hæc non accidunt, Iudicationis carentiæ. Quibus Aliquid intus relinquitur, Certiſſimæ & celerrimæ Recidiuæ.*

Et hæc oratio priori contigua in ſecundo de morbis vulgaribus ſcripta conueniẽti declaratione illuſtrata eſt per primum in eum librum à me æditum commentarium.

36 *Rotunda Sputa Delirium futurum ſignificant, Vt in Pleno.*

Sputorum rotundorum veluti materialis cauſa craſſitudo eſt atq; tenacitas humorum in fibris pulmonis collectorum: cauſa veluti effectrix eſt loci calor. Et in quibuſdam febre vacantibus id fieri vidimus, qui per valde longum temporis interuallum nihil mali pati videbantur: attamen iſti omnes poſtea phthiſi contabuerunt. Quòd ſi ſputa hęc nõ nunq̃ in febre vnà cum alijs ſignis delirium portendentibus adſint,aliquid & ipſa ad futurum delirium præſagiendum facient, aliter vero minime.Ne igitur hoc ſolo indicio ad prædicendam inſaniam vnq̃ confidito. Porrò inſanię propriam notam frequẽter audiuiſtis. Diximus autem & in noſtris in librũ prædictionũ Cõmen
D tarijs, q̃ calor illis adiunctus ad excitandam inſaniam aliquid facere poteſt, caput ſcilicet replens: ſed ipſe per ſe nequaquam idoneum inſaniæ, & præſertim phreniticæ, ſignum eſt: præterea & in febrium ſummo impetu, quoniam caput repletum eſt,multi delirant. In propoſito autem ſermone in quibuſdam codicibus, in fine additum eſt /vt in Pleno/ & in alio /vt Plen ſoli/: & quicunq; interpretes lectionem hanc probauerunt,vt etiam Sabinus,loci cuiuſdam nomen Plen eſſe dixerunt: ſed cuius ciuitatis locus iſte eſſet, orationi non addiderunt.

37 *[a] Mariſcis laborantes Neq; morbo Laterali, neq; Pulmonario, neq; Phagedæna, neq; Furunculis, neq; Therminthis, fortaſſe verò neq; Lepris, fortaſſe neq; Alijs.*

A. f.17.t.1. c.13.c

Deficit hoc verbum /capiuntur/ & ideo prius ſubintelligendum eſt. Cur vero his malis non capiantur,clarum eſt: vitioſis enim ſuccis per mariſcas depulſis quidam ſanè mali habitus in toto corpore accidunt, & pallores, & hydropes, ſed nullus eiuſmodi morbus. Quòd phagedænas autem vocet corrodentia vlcera,quæ quidem & phagedænica veteres medici nominarunt, à nobis dictũ eſt & in tertio ſuper librum de humoribus commentario: ſiquidem & in illo ijſdem verbis hic aphoriſmus ſcriptus eſt. Porrò non nulli phagedęnas multorũ ciborũ eſus eſſe voluerunt: quos & ipſos à vitiatis humoribus immodicos edendi appetitus excitantibus prouenire & à no-

bis conceditur: non tamen huius malorum ſuccorũ copiæ, ſed melancholicæ potius, hęmorrhoi- E
das i. mariſcas, medelam eſſe ſtatuimus. Cęterum huiuſmodi ſuccorum frigidus acor talem ciborũ appetentiam excitans, interdum & in non nullis hæmorrhoidas habẽtibus inuentus eſt. Sed ter minthorum nomẽ nigras quaſdam puſtulas in tibijs maxime orientes ſignificat, à figurę, coloris, magnitudiniſq; ſimilitudine, quã cum terminthorum i. cicerum fructu habent, deriuatum. Sed quod in extremis verbis ſcriptũ eſt /fortaſſe autem neq; alijs/ quidam legunt /fortaſſe autem neq; alphis i. vitiliginibus/: quandoquidem & ipſę ex quodã prauo humore cuti impacto ortũ habẽt.

38 *Medela quidem multis Importune adhibita, Talibus non tarde capti ſunt: Et perniciosè ſic.*

Importune eorum mariſcis medentur, qui neque venam per circuitus ſcindunt, neque aluum ducentibus vtuntur, neque per exercitationes euacuant, neque vnam ex ijs ſaltem relinquunt, ſed omnes vnà tollunt.

39 *Et Quicunq; alij Abſceſſus, Vt Fiſtulæ.*†

† Alij adijciũt hęc verba, a...o rum remediũ.

Sæpius ipſum non ea ſolum, quæ in aliquam partem corporis ſeponuntur, ſed etiam ea, quæ expelluntur, abſceſſus nominare inuenimus. In quibus igitur ex his affectibus & fiſtulæ inſunt, F per eas humores ſuperuacui expurgantur. Quemadmodum igitur hęmorrhoidibus, ita & his nõ ſimpliciter, neque temere, curatio adhibenda eſt.

40 *Decubitus quidem, In quibus facta Tollit, Hæc ante facta Prohibet.*

Cum vetus ſcriptura ita ſe habeat, multi explanatores in clariorem mutauerunt, loco harum vocum / facta, & ante facta/ numeri pluralis, neutri generis, reponentes / factus, & ante factus/, vt ad ſceplin ideſt decubitum ſermo referatur. Omnes autem decubitum pro abſceſſu dictũ eſſe intellexerunt, fortaſſe et primo qui librum deſcripſit aberrante. Sed verba ſenſu non diſcrepantia in omnibus ſcripturis inueniũtur. Vult enim Hippocrates dicere, Abſceſſus in quibus morbis facti eos diſcutere queunt, ſi præuertant, ijſdem, ne fiant impedimẽto ſunt. Mihi autem & in hunc ſen ſum oratio accipi poſſe videtur, ſi hoc modo verba ſcripta eſſent: Cõſideratio quidem eſt, omnia, quæ poſt aliqua, orta liberant, eádem, ſi anteuertant, fieri prohibere. Nam cum antiqui Græci hęc duo elementa, *η* & *ε*, eodem charactere notarent, qui nunc ſolus alterum elementum tantum, *η* ſcilicet, ſignificat, multi errores librarijs commiſſi ſunt, non ſecundum auctorum mentem literarum permutationem facientibus. Quocirca & accurate huiuſcemodi ſcripturæ conſiderandæ ſunt, in G quibus elementum *η* in *ε* transmutantes, aut è contrario ſcribentes, lectionem caſtigare queunt. Idem & in elemento *ο* & *ω* faciendum eſt, quoniam vtriuſque figuræ vno iam pridem charactere ſignabantur.

41 *Loci alterius, Loci excipientes, aut Dolore, aut Grauitate, aut Alio quopiam liberant. Aut Cum alijs Communicationes.*

Hic idem aphoriſmus in libello de ſuccis ad calcẽ ſcriptus eſt, queãdmodum & ante ipſum poſiti: quorum primus eſt ille /à mariſcis tentati/. Eo igitur loco ipſos accuratius enodauimus: verũ & nunc per ſummam explanabimus. Sententia nãq; propoſitorum verborum hæc eſt: Ab alijs locis in alios ſuſceptiones morborum fiunt, prout ſucci eos facientes migrant, aut ob membri, in quod vagantes delabuntur, dolorem aliquem: aut ob ſuam ipſorum grauitatem: aut ẽt ob cauſam quandam aliam, vt medicamẽtum acre iritans, & frictionem, aut aliquem calorem extrinſecus incidentem: quin ẽt ob naturæ membrorum communionem migrationes humorum fiunt. ‖ Teſticulus igitur tumefactus in tuſſiẽtibus documentũ eſt affinitatis cum pectore, mãmis, genitura, voce. Quidã vero ea verba /cum alijs cõmunicationes/ ita ſcribẽtes /diuerſæ cõmunicationes/ ſe- H quentis aphoriſmi initium faciunt, dicẽtes, Hippocratem ad aliam cõmunicationis ſpeciem tranſiuiſſe, eam ſcilicet, quæ ſecundum humorum cognationẽ fit. Ipſe igitur (inquiunt) dicit, ob inclinationem nõ præterea ſanguis exit, ſed propter humoris cognationem talia expuunt. Ita vero & Ruffus ſcripſit, diſtinxitq; verba, veluti propoſitũ quoddã hęc verba eſſe putans /diuerſę communicationes/: quæ ſequuntur autem, veluti propoſiti explanationem. Dicit. n. cognationem ſanguini cũ pure intercedere: quibus non amplius ſanguis expuitur, cũ ipſe ſ. ad contraria inclinauerit, iſtis purulenta ſputa ſanguini eſſe cognata: atq; orationem hũc in modum ſcribit /ſed propter humoris cognationem pus expuunt/. Cæterum Sabini diſcipuli veterem lectionẽ retinẽtes proprium dictorum initium illud fecerunt /propter inclinationẽ/ ad quod iam tranſitum faciemus.

2. Epid. ſect. 1. *

42 *Propter Inclinationem Non item Sanguis exit, ſed Pro humoris cognatione Talia expuunt.*

Olim exactius hæc verba interpretati ſumus in tertio libri de humoribus commentario: ſed in pręſentia quoq; ipſa breuius explanabimus. Cum ſanguis per aliquã partem exire ſolitus, vt per ſedem, aut nares, aut vterum, aut per circuitũ ex ventre, aut fiſtula, aut ex qualibet alia parte in alia membra impetum fecerit, non item per priorem locum euacuatur. Hoc autem eſt priuatum exemplum

A exemplum ſanguinis in pectus & pulmonem decumbētis. Ex hoc enim loco ab alijs alius pro humorum cognatione expuitur, ſpumans quidem, cum pituitoſus eſt: pallidus, cum biliosus: niger, cum melancholicus: ſicut & ruber, cum ſanguis eo cōfluens purus eſt. Iure igitͬ quidam τ literam præponentes non ῥοπὴν i. inclinationem, ſed τροπὴν i. conuerſionem, ſcribūt, propter ſanguinis conuerſionem ſcilicet putantes eius conuerſioni propinquum humorem expui: mutatur enim non nunquam ad bilioſum, non nunquam ad melancholicum.

43 *Non nunquā Aliquibus Sanguinē detrahi conuenit opportune in talibus. In Alijs vero, Vt in talibus, nō cōuenit.*

Expedit, inquit, horum aliquibus ſanguinem detrahi, quibus ſcilicet is copioſus eſt, & nō dum inſigniter ad alterum humorem conuerſus. Non detrahendus eſt autem, in quibus iam mutatus eſt, propoſito à viribus ſumpto antecedente, & ſi non nunquam in ſermonibus omittatur, in quibus ſolas ab affectibus indicationes recenſemus.

44 *Impedimentum in Cruenta ſpuentibus Tempus anni, Phlegmone lateris, Bilis.*

Et hunc quidem aphoriſmum deinceps poſt anteſcriptos in fine libri de humoribus alius aliter B & ſcribit & explanat. Cum omnes igitur & ſcripturæ & interpretationes veriſimiles nō ſint, alijs tolerabilior mihi viſa eſt ſcriptura quidē modo in propoſitis verbis expreſſa, explanatio vero hęc: Cruenta ſputa reijcientibus ſectio venę impeditur, propter anni tempus aduerſarium, aut affectum lateris, aut humorem bilioſum abundantem. Quod propter anni tempus, clarum eſt, nam admodū calidis temporibus, qualia ſunt prope canis ortum, à venæ ſolutione cauemus: nec non ſi valde bilioſus homo ſit. Verum quod de lateris morbo dictum eſt, ſolum refragari videtur: neq;.n. ſecādæ venæ affectus iſte repugnat, immo indiget, viribus non prohibentibus, aut anni tempore, aut ætate. Itaq; quod dicitur, tale quiddam eſſe videtur: Sanguineum ſputum reijcientibus omnino, quantum ad hoc pertinet, ſecanda vena eſt, niſi propter lateris morbum tale reijciant: iſtis nanq; haud prorſus, vt ſanguinem ſpuentibus, venam aperies, ſed proprijs lateris morbi regulis & conditionibus medicaberis, per quas ita affectis vel ſanguinem detrahemus, vel non. Id vero mihi amplius animaduertere contigit, cum librum de humoribus explanarem. Inter explanandum enim quendam ægrotum intuitus ſum, qui me vt ſanguineo ſputo vexatus accerſiuit, ſed cruētum ob lateris affectum expuebat. Sputum igitur ego conſpicatus, ipſum interrogaui, num aliquem dolorē in coſta ſentiret: ipſe vero exiguū ſe dolorem percipere falſus eſt. Talis autē erat eius habitus atq; C vires, vt, ſi ſanguinem expuiſſet, quoniam neceſſarium eſſet ſecandæ venæ auxilium, ad ipſum accedere auſus eſſem: ſed, cum morbus lateris mitis admodum foret, neceſſe non erat. Ideo neq; id genus remedij adhibuimus: atq; euidenter hominē hunc lateris morbo laborare cognouimus, quod & alijs huic morbo congruentibus remedijs citra venæ ſectionem leuatus eſt: mitiſſimi enim illi ſunt lateris morbi, in quibus cruenta ſputa eijciuntur. Porrò quidam interpretes vocē illam /impedimentum/ fini ante ſcriptæ ſententiæ adijcientes, hanc modo propoſitam ita legunt /in cruenta ſpuentibus, tempore, morbo lateris, bile/. Et aiunt, tempus de ijs dictum eſſe, quæ opportune & decenter fiant: ipſum enim velle ſignificare in lateris morbis, cum ſanguinea ſputa ab initio reddunt, etenim ſic plerunq; contingit, poſt hæc in bilioſam naturam mutationem in tēpore fieri. Nā probum eſſe ordinem dicunt, morbo lateris ad iudicationem tendente, poſt cruenta, bilioſa expui. Alia præterea quædam ab huiuſce loci explanatoribus haud ſanè memoratu digna narrata ſunt: verum ego malo, vt iam nouiſtis, in obſcuris ſermonibus tempus non terere, cum alia multa in arte habeamus, in quibus vtiliter nos exercere poſſimus.

D

GALENI IN SEXTVM DE MORBIS VVLGARIBVS HIPPOCRATIS LIBRVM EXPLANATIONVM

TOMVS QVARTVS

1 *Vibus Secundū Aures iudicationis tēpore genita nō ſuppurauerint, hoc inanito Reuerſio fit ſecundū rōnem reuerſionum. Reuerſione facta Iterū efferuntur, & permanent, quemadmodum febrium reuerſiones in ſimilem circuitum. In iſtis Spes eſt in Articulos abſcedere.*

Secundū aures ꝑter naturam tumores in ægrotantibus exortos eparmata noīare cōſueuit, interdū locutione integra vtens, interdū mutila, quemadmodū & nūc: eſſet.n. integer, ſermo ſi ita dixiſſet: Scdm aures eparmata exorta ægrotātibus. queadmodū ſanè & in primo de morbis vulgaribus ſtatī initio primæ cōſtitutiōis ſcripſit: Eparmata vero ſm aures multis ī alterutrā partē vergētia, & ab vtraq; aure

aure plurimis, sine febre munia sua obeuntibus. Scimus autem ipsum, sicut hoc loco eparmata dixit, ita & oedemata plerũq; ea nominare. Declarauimus enim omnes præter naturam tumores ita ab Hippocrate nominari, non, vt à posterioribus, laxos & dolore carentes, qui in totum & sine vlla inflammatione consistunt. Meminimus autem ‖ & oẽs inflammationes, & si tumore præter naturam careant, ab hoc eodem phlegmonas appellari: sed ipso posteriores nomen phlegmones tumoribus præter naturam attribuunt, quando cum inflammatione, & resistentia, & pulsatorio dolore constiterint. Inquit igitur, Cum in morbo aliquo iudicationis tempore tumores secũdum aurem exorti, priusq; suppurent, inaniantur i. retrahantur & euanescant, expectare oportet ita affectis recidiuam fore. Olim verò ipsius consuetudinem sępius didicistis, hãc vocem, λαπάσσεσθαι i. euacuari, ad omnia, quæ vtcunq; retrahuntur, applicantis, quandoquidem ista magis vacua redduntur. Accidere itaq; illis dicit morbi reuersionẽ, quibus parotides nõ suppurauerint: atq; interdum ipsas (neq; enim semper) denuo reuerti, augescere, ac iudicari secundum reuersionum rationem: quod idem est, ac si dixisset, perinde vt ipsæ, & secundum eosdem dierum circuitus. Spes est autem & ipsis in articulis aliquos esse orturos abscessus: nam sæpius in longis morbis id euenire dictum est. Verum hunc aphorismum etiam in tertio commentario in librum de humoribus ad finem declarauimus. Sed cum prædixerit /secundum aurem/ atq; subintulerit /hoc inanito/ iccirco videtur mihi Dioscorides prępositione /ex/ adiecta scripsisse /ex hoc inanito/: et inquit oportere subintelligi /tempore/, aut loco huius /post hęc/ ex hoc /dictum esse. At sicut veteres scripturas immutare liceat, ipsi licebat eam vocem /hoc/ in istam †/hæc/ vertenti à molestijs liberari. E F A.l.4.f.3.c 2.45 1.e † Al. his.

2 *Vrina Crassa Alba, qualis Archigenis, in laboriosis Quartanis interdum exit, & Liberat Abscessu. Si vero vltra hoc & Sanguis de naribus profluet satis & copiose.*

Siquidem cum articulo scriptum esset /τῶ Archigenis/ subintelligeremus aut seruo, aut amico' aut familiari: si verò /τῆ/, aut seruæ, aut vxori, aut quo modo libet domesticæ. Sed diuersas lectiones afferre negamus, cum eadem sententia seruetur: & nunc iterum id pro dicendis in posterum memoriæ mandetur. Quòd laboriosas autem febres nominet, non illas in totum, quas multa motio antegressa est, sed omnes eas, in quibus aliquis laboris, seu lassitudinis sensus existit, porrò ipse in aphorismis scripsit, ‖ Lassitudines spontinæ nunciant morbos. Et nunc sanè arbitrandum potius est ipsi de ita laboriosis esse sermonem, ex multitudine crassorum vitiosorumq; succorum multoties excitatis: quapropter ipsis per vrinam euacuatis morbus finitur. Securior autem morbi solutio est, si euacuatio die iudicatorio cœpta sit. Sed quicunq; neq; per vrinam, neque per sanguinis effusionem, iudicati sunt, istorum morbus in abscessum desinere consueuit. G 2.Apho.5.Ex. ord.11.f »

3 *Cui Intestinum à Dextra parte, cum Articulorum morbo laboraret, erat quietior: Postquam vero id curatum uit, erat dolentior.*

Duplex & hoc loco lectio est sententiã permutans, antiquior sanè cum litera n in prima syllaba huius nominis /enteron id est intestinũ/: postea altera lectio detracto n addita fuit, vt sit /eteron hoc est alterum/, volentibus illis, qui ita scribunt, de tumoribus secundum aurem excitatis hãc vocem /alterum/ dictam esse: quemadmodum rursum scribentes /intestinum/ de dolentibus ex intestino, aut distentione intestini laborantibus, dictum esse affirmant. Intestinum vero singulari numero prolatum non nulli colon, quod vocatur, esse arbitrantur, alij vero cæcum: quod sanè etiam facile, cum omni vinculo solutum sit, descendit in scrotum: nempe solum hoc intestinum solutum esse, cum reliqua omnia lactibus alligentur atq; inhæreant, verissimè dicunt. An vero propter ipsum in scrotum delapsum articulorum morbo laborans subleuatus sit, deinde rursum ipso ad sanitatem reuerso in eadẽ mala inciderit, ariolari conuenit. Verisimilius igit̃ est de intestini coli dolore affecto sermonem in pręsentia fieri. Par. n. fuit ipsum articulorũ dolore leuatum esse vna quidem, quã ipse dixit, ratione, ‖ Doloribus vnà nõ eodem loco existentibus vehementior alterũ obscurat: secunda ratio est, q; humorum in articulos currentium ad colon intestinum impetus cõuersus est. Non nulli aũt interpretes hunc articulari morbo vexatum coxendicis dolore tentatũ fuisse aiunt: atq; ideo delapso cæco intestino mitius egisse, non præterea coxẽdice oppressa atq; grauata, pręter Græcorum morẽ, ischiadicũ i. coxẽdicis vitio affectũ, arthreticum i. articulorum dolore vexatũ, nominare volentes. Hactenus quidẽ omnes hæ libri huius particulæ & in calce libri de humoribus scriptæ sunt. Iam itaq; ad eas, quæ in hoc solo proposito volumine inueniuntur, transitum faciam. H 2.Aph.46.Ex. ord.18.g »

4 *Agesis filia Virgo quidem cum esset, Crebro erat Spiritu. Mulier uero facta à partu dolens, non valde diu Onus graue sustulit. Protinus quidem in Pectore quiddam concrepuisse visum fuit. Postero autem die Asthmate, laborauit, & dextra Coxendix indoluit. Hæc cum doleret, tunc & asthmate vexabatur: Dolore sedato, tunc & asthma sedabatur. Spumantia excreauit, ab initio florida: quæ cum quieuissent, vomitui bilioso tenui similia erant. Dolores autem præcipue, cùm manu laboraret.*

Ipsum plerunque, spiritum, respirationem vocantem audiuimus: quare & fœminam crebro spiritu, quæ crebro spiraret, dictam esse putandum est. Sed quibuscunque admodum incre-

buerit

A buerit hæc difficilis ſpirationis ſpecies,aſthma & orthopnœa,affectus iſte à græcis nominat: quãdo videlicet ſine febre conſtiterit,aut craſſis & lentis humoribus ſpiritus itinera obſidentibus, aut aliquo crudo tuberculo "in pulmonibus excitato. Hęc cum & antea ęgre ſpiraret,à partu dolorem paſſa eſt. Porrò ſi nihil de ſpirandi difficultate locutus ipſam dolentem euaſiſſe dixiſſet, veriſimile eſſet ipſum velle, in toto corpore mulierem hanc laſſitudinis ſenſu affectam eſſe: cum vero ipſam crebro eſſe ſpiritu dixiſſet,iure quiſpiam,dolorem in pectore excitatum eſſe, ab ipſo dictũ eſſe opinetur: qui cum modicus eſſet,et aliud quoddam eiuſmodi ſymptoma accidit: cum videlicet graue quoddam manibus tolleret,protinus quidem in pectore quędam ſtrepitum ſenſit, dirupto, vt par erat,tuberculo. Sed poſtero die ſucco in tuberculo antea incluſo ad arteriam vſq; aſperam diſſipato, & ſpirationis frequentiam increuiſſe accidit: neq; adhuc ſimpliciter crebrum eſſe ſpiritum ſed in illum iam affectum euaſiſſe,quod aſthma, appellatur: paulatim vero humore hoc excreato mulier iſta perfecte à ſpirandi difficultate libera fuit. Hactenus nihil in dubium vertitur,ſed omnia iuſta de cauſa facta ſunt. Cæterum, propter quid affectus pectoris & coxendicis vnà exacerbabantur & miteſcebant,haud iniuria quiſpiam quæſiuerit,cum nulla pectori cum coxendice, quemadmodum cum genitalibus membris, affinitas intercedat. Fortaſſe igitur imbecilliorem coxẽdicem B habens dolore affecta eſt, non nullis ſuperuacuis humoribus eodem tempore in ipſam delapſis. Neq; enim in membris naturalem ſocietatem habentibus hic vitij conſenſus factus fuiſſe apparet * non nunq; imbecillioribus membris vexantium humorum copiam ſuſcipere prius feſtinantibus. Sputi autem reiecti qualitas humoris infeſtantis naturam indicat: ſpumans enim ſputum,pituitoſum ſuccum ſignificat: floridum vero,ſanguinem abundare: quemadmodum pallidum,pallidam ac flauam vocatam bilem: eodem modo & nigrum, nigram. Multoties vero ſupra dictum eſt, cũ ſimpliciter Hippocrates bilem dicit,pallidam & flauam vocatam ſignificare,quoniam plus,q̃ alia bilis genera,colore ſuo inficiat: etenim æruginoſa bilis vomitur, & ſubrubra, & atra, & obſcura.

A.l.c.10.t.1. c.38 ſ.1.a

At quod in extrema hac parte ſcriptum eſt,ipſam, cum manuũ opera vteretur, magis dolere, ad vitij conſenſum oſtendendum adiectum fuit. Iam verò & in alio ſermone audiuiſtis,cum pectoris partes ſuperiores circa primum & ſecundum coſtarum interſtitiũ patiantur,meritò manus in conſenſum affectus adduci, neruis ab his ipſis interſtitijs ad eas peruenientibus. Veriſimile quoq; eſt & in dextra pectoris parte,quando graue illud onus ſublatum fuit,aliquid ruptum fuiſſe, & iccircò è regione dextram coxendicem affectam eſſe. Quòd ſi, cum mulier onus tolleret, neruis paſſis pectus manus noxam participauit, veriſimile eſt in ea maxime parte ipſum fuiſſe affectum, vnde C nerui ad manus pertinentes expullulant.

5 *Hanc Abſtineri ab Allio, ſue, oue, boue: In Agendis vero à Clamore & excandeſcentia.*

Diuerſæ & in hac parte lectiones fuerunt, non nullis primam dictionem in datiuo caſu ſcribentibus /huic/,atq; ita legentibus /huic abſtineri allio,ſue,oue, boue/: non nullis dimiſſa voce /hanc/ à verbo /abſtineri/ incipientibus. Oẽs vero ſubintelligendũ eſſe cenſent, Viſum fuit nobis ipſam medicantibus, vel conſuluimus ipſi,vnumquodq; iſtorum conducere. Atq; ideo de varia lectione laborandum non eſt,ſed cuiq;,quod placet,ſcribere permittendum, dummodo eadem ſententia retineatur. Poſthabita igitur de verbis curioſitate ad res, quæ præcipiuntur, tranſeamus. Hæc ſanè prædictæ mulieri,& alijs ſ. perinde affectis expediunt, ab allij,& ſuillarum, bubularum, ouillarũq; carnium eſu abſtinere,harum quidem,vt valentium & ægre coctilium,allij verò vt acris & corrodentis: à clamore autem, vt pote qui non ſolum prius rupta vaſa amplius dilacerare, ſed etiam nihil dum mali in inſtrumentis ſpirabilibus paſſa dirumpere poſſit,tenſionem quãdam,caliditatem, & inflationem in ipſis efficiens. Manifeſtum eſt autem hęc ab Hippocrate exemplorum inſtar dicta eſſe. Conſulit autem ab omnibus difficulter coctilibus, ab omnibus acribus, ab omnibus praD uum humorem creantibus, ab omnibus præterea violentam quandam tenſionem inſtrumentis ſpirationis inferentibus, abſtinere.

6 *Cui in Capite depaſcebatur Tumor, primo Alumẽ combuſtum vtile fuit. Habuit Alium priorem Abſceſſum, fortè quoniam os abſceſſurum erat. Sexageſimo die receſſit. Supra Aurem in ſummo ad verticem vulnus erat.*

Non nulla ex ita ſcriptis forſan ipſi ſcriptori ad reminiſcentiam faciebant: ſed nobis in hæc incidentibus haud ſatis euidens ex ipſis fructus percipitur. Narrat enim cuiuſdam in capite exedẽs vlcus primo à combuſto alumine ad melius fuiſſe redactũ: & illi eidem alia in parte abſceſſum fuiſſe, vbi et os poſtea ſeiunctum fuit. Adſcripta eſt etiam capitis affecta pars. Sed rem vſqueadeo raram & nullum præceptum ſcripſit,nuda ea,quæ euenerunt,perſequutus.

7 *Cola habet Cani ſimilia, maiora autem: Ex meſocolis ſuſpenſa ſunt: Hæc verò ex neruis à dorſo in ventrem.*

In aperto eſt & hæc ipſum ſibi ipſi reminiſcentiæ cauſa ſcripſiſſe, quæ ad diſſecandorum corporum pręcepta pertinent. Homo enim ſimilem cani habet colorum naturam,ſed ipſa & maiora eſſe dicit, & ex meſocolis dependere, veluti ſi ex meſenterijs dixiſſet: communius eſt enim hoc nomen meſenteriorum, preſſius autem meſocolorum. Tale vero aliud de ieiuno inteſtino aut alijs

gracilibus nomen non reperit: nam mesonestion i. medioieiunũ, aut id genus aliud nemo vnquã dixit. Continua quidem mesenteria sunt tenuium atq; crassorum intestinorum, nihilo minus distinctiones quędam propriæ apparent: ac præcipue per venas in ipsis positas separant, vna siquidem propria vena in gracilium intestinorum mesenterium deriuatur. Item & in crassorum, quæ cola nominant, altera propria delabitur, simul cum vtraq; vena arteria quoq; discurrente. Vinculum autem mesenterij, perinde, atq; mesocoli: continuum enim totum, vt dixi, ad vnam quandam lumborum vertebram post septum transuersum positam peruenit, hæc autem sub ventriculo est. Hoc quidem vinculum totum neruo simillimum est, quamuis eiusdem cum ligamento substãtiæ sit. Quæcunque enim ex ossibus orta exanguia corpora similia neruis sunt, copulatiuos neruos ea multi medici nominant, à neruis voluntatis motui seruientibus ipsa ex opposito distinguentes: quam ob rem & in hac quoq; parte neruorum appellatione ob similitudinem vocata sunt. E

8 *Laborantibus Gratiæ, Vt Munde parare Poculenta, aut Esculenta. Quæ Videt molliter, Quæcunque tangit. Aliæ non Valde lædunt, aut noxa non facile emendabili, Vt Frigida, Vbi hac opus est.*

Quæ medicum laborantibus grata concedere, aut quæ non concedere oporteat, hoc in volumine perfecte nobis contemplatis abunde erit, quemadmodũ de alijs omnibus facere consueuimus: nam cum semel aliquid exacte docuimus, nunquam iterum in alijs locis vniuersum repetimus, sed summatim duntaxat perstringimus. Dictum sanè & in aphorismis est ad hanc rem aliquid, ipso ita scribente, || Paulo deterior potus & cibus, sed suauior, melioribus quidem, insuauioribus autẽ, potius dandus. Porrò primo intuitu laborantibus aliquid oblectamenti causa gratificari videtur, non tamen re vera id faciens: omnia enim libentius atque suauius assumpta, & si paulo deteriore natura sint, melius concoquimus: longe vero vtilissimum ægrotis est assumptos cibos & potus recte cõfici. At in proposita oratione alterius generis atque rei mentionem facit, per quam medicus nequaquam morbum exasperans, ægrotis rem gratam voluptatemq; affert, vt cum immature lauari, et bibere, et fructibus quibusdam vesci, aut frigidam potare permiserit. Interdum enim cuiusque dictorum tempus idoneum atque vtile postero die fuerit, ægroti vero medicos diem vnum præuertere cogunt. Non nulli præterea ægrotantibus ista plerunque facile concedunt, vt plus lucri faciant, eorum cupiditatibus morem gerentes: verum hæc profecto non secundum artis decreta patrantur. Quod autem in aphorismis dictum fuit, & quęcunque hac in parte recenset, vtiliter laborantibus medici præstantissimi largiuntur. Istorum autem, quæ nunc deinceps ab ipso scribuntur, vsus est, vt ægros medicis magis obsequentes reddant. Nam quos libenter aspiciunt, illis magis obtemperant. Quapropter mater & pater filio cibos fastidienti suaserunt, vt se ipsum ad eos assumendos impelleret, cum nullus alius id persuadere potuisset: ita quoq; filius patri suasit & matri, & frater fratri, & amicus amico. A illis, quos moleste vident homines, & si vtilia cõsulant, obedire tamen recusant. Ad hanc igitur || ęgri obedientiam comparandam Hippocrates dicebat & prædictiones nobis esse vtiles, atque omnino ægro admirationi esse medicum. Ita sanè & apud nos Pergami qui à Deo curantur, ei obsequentes cernimus, illis plerunq; per quindecim integros dies, vt à potu penitus abstinerent, imperanti: qui profecto nulli medico id iubenti obtemperassent. Nam ad ægrotum omnibus iussis obedientem reddendum magnam vim habet, si pro certo sibi persuaserit, magnam inde ad se vtilitatem prouẽturam. †In his} ponunt ea, quæ in propositis verbis enumerant: de quibus iam singula distincte ꝓponẽtes loqui aggrediamur, Vt mũde parare poculenta, aut esculenta. Multos multoties medicus ægro potus & cibos offert, contra, q; ipse vellet, eos præparans. Iubet aũt eos munde parari: & in quibusdam codicibus vice huius particulæ καθαρῶς i. munde, καθαρίως legit, quod idem significat. Id vero fit primo, si vascula, in quibus potus cibiq; ferunt, nihil sordis habuerint: secundo si nullum aliud eorũ, per quę laborãti aliqua ministrantur. Sæpius. n. vasa cibos & potus continentia mundissima erunt, illud vero, quo frigidam seruus aut calidam feret, conspurcatum aspicies: quemadmodum et aliorum vasculorum ad ministeriũ pertinentiũ quodpiam nõ nunquã immundũ cernit. Ad hęc & ipse medicus in primis & maxime manus q; purissimas habeto, & faciem, & pilos in barba & capite, deinceps & alias corporis partes, queãdmodum & vestẽ nitidã. Quæ intuet (inquit) ęgrotans. Hæc ipsa inquam, & ęgrotantis curam gerentes, & reliqua oĩa, quę in ędibus, vbi ęgrotat, sunt, ita habẽto, vt istorum nihil ipse iniucũde & tristi aĩo cõspiciat. Quin ẽt & ex ministris illos plane adesse, quibus maxime delectat, & ex gubernantibus eos, qui gratissimi sunt, apud ipsum cõmorari decet: alios vero duorum alterũ aut nunquam eius cubiculũ ingredi, aut non diutius ante oculos eius versari. Hęc quidem curiose explorans medicus ipse conficiet atq; disponet. Non nulla verò & absq; indagatione sponte dignoscuntur. Sępius. n. inspectante ęgrotum atq; curãte medico seruus aliquis ingressus certum quendam hominem venisse nũciauit, qui ipsum visere ac salutare cupiat: tũ protinus hoc audito ęgrotans non nunquã lętari visus est, non nunq; vero magnopere contristari, tanquam ab hoĩe ipsum non vere amãte, sed simulãte, molestiã passurus sit. Atqui tunc medicum oportet, cum quis ingressus est, quẽ laborans non libenti aĩo aspiciat, paulo post aliqua verisimili rõne quietem ęgroto conferre dicere: & hac de causa oẽs, vt ab eo recedant, præcipere: constat enim, q tunc vnà cum

F

2. Aph. 38 Ex. ord. 17 g

G

in Prog. cõ. 1. t. 2. 4. 4. 189 c. e

*

† Al. pter hæc.

H

*

A cum non amicis amici egressi haud ita multo post denuo introire poterunt. Huiusmodi sane spectacula ægroti mentem modo exhilarant, modo contristant, non per ipsum visorium sensum proprie, sed per cogitationem. Cæterum quædā visilia ratione visionis ipsius iucunda sunt: quēadmodum & olfactilia, & gustatilia, & audibilia, & tactilia, proprio quodq; sensui voluptatem afferunt. Attamē non est in oibus istis æqualis oblectatio: siquidē alij alios & colores, & figuras, & flores, et stirpes, & germina, & picturas, aliqua vt tristia, aliqua vt iucunda, contemplanť. Oportet itaq; medicum ab ægrotantium domesticis pērcūctatū, quibus nam ipsi delectenť, hæc iubere in cubicula, vbi iacent, inferri. Quęcunq; mollia tangunt. Secundū ipsam solam nudamq; tactoriam sensionē iucunda hęc sunt: quemadmodum rursum flores, stirpes, & variegata, aliaq; omnia supradicta, solam oblectant visionem. Adijciemus igitur, quęcunq; eiusdem generis cum antedictis sunt, dimissa vero tāquam manifesta fuerunt. Duorum enim sensuum visus s. ac tactus solum meminit: at tu olfactum adijce, gustatum, & auditum. Et in auditu, quemadmodum & in visu, diuidito, non nulla quidem ipsum sensum solum delectantia, vt suaues voces: aliqua per auditum animum conturbantia, vt cum tristia nunciantur: e contrario alia quædam oblectant & exhilarant. Id sane & vulgus omne haud præterit, nihil eorum, quæ tristi animo æger auditurus sit, ipsi renunciari debere: B quemadmodum contra omnia ipsum vehementer oblectatura renunciari conuenit: quin & aliqua falso adijcienda sunt. In sequenti sane particula non nulla eorum, quæ & hic omissa fuisse videbanť, resumens addit /alię/. Præscriptio hæc est aliarum, quæ dicendæ sunt, gratiarum. Nam cum prædixerit /laborantibus gratiæ/, deinde inquiens /munde parare poculenta aut esculenta/, ac deinceps de omnibus quæ videntur, postea de tactui iucundis, sermone facto, præter dictas, alias se dicturum gratias pollicetur: quas paulo post auditurus es. Porro quidam hanc prescriptionē /alię/ de exemplaribus penitus deleuerunt: aliqui uero non in fœminino genere scribunt, sed in neutro vocato genere /alia ne valde lædant, aut ne noxa non facile emēdabili, vt frigida, vbi hac opus est/. Non valde lædentia, interdum exhibenda sunt vehementer ipsa cupientibus: ac nisi acceperint, medicum tum osuris, tum auersaturis, & nullum eius præceptum obseruaturis. Igitur necesse interdum est quædam illis exoptata concedere, nisi magnum sint detrimentum allatura. Prædicito autem ab ijs ægrum læsum iri, teq; ipsi gratificandi causa ea concedere: sed in posterum te vicissim ab eo petere, vt in reliquis obedientem sese exhibeat: noui enim quosdam ex ea medici liberalitate obsequentes euasisse. Hoc sane modo & ego multoties frigidam aquam in illis morbis exhibui, in quibus postridie eius vsus requirebatur, id solum ægrotanti gratificatus, vt optimum s. propi- C nandi tempus præuerterim: similiter vero & de balneis, vino, atque id genus omnibus, me fecisse memini. Verum si morbus nec postridie, neque prorsus vnquam, vllo istorum egeat, ægroto nequaq; concedendum: exiguam enim noxam futura posthac languentis obedientia emendare poterit: noxa vero adeo magna, vt extremum periculum inferat, aut morbum in longum tēpus producat, non itidem deleri & in pristinum redigi poterit. Scribitur etiā proposita pars per alia verba, Vno quidem modo sic /sed & valde nocere, vt frigidam, cum opus est/ voce hac βλάπτειν i. nocere ν habente in fine: & hanc quidem lectionem veteres explanatores agnoscunt: Alterā quoq; in alijs exemplaribus detracta ν litera ita se habentem inuenies /quę non valde nocent, aut non facile emendabili noxa, vt frigida, vbi hac opus est/: vult autem proposita oratio /aut nō facile emendabili noxa/ ea significare, quæ non cito remedijs cedere queant, vt impressa iam læsio remoueatur. Cæterum hac de re, quæcunque prius dixi reminiscentibus, nullam aliam præterea nouam explanationem poscere conuenit.

9 *Introitus, Sermones, Figura, Vestis Aegrotanti, Tonsura, Vngues, Odores.*

Ex istis oīa reliqua proculdubio ad medicum referunť, sed inter ea vox hęc posita / ęgrotāti / du- D bitationē quādam excitat. Vnde quidā ea penitus detracta sese nequaquā eam inuenisse scriptam dissimularunt: sed vetustissimi inrerpretes hanc quoq; lectionē admittunt. Verum singula dicta particulatim prius expendentes fortassis aliquid verisimile ad ipsam interpretādam nacti erimus. Et primo quidem introitus medicorū ad ęgrum, quoscunq; ipsi gratos faciunt: siquidem nō nulli A.I E 4.c.I. 72. ægri a sępius visentibus affici se molestia opinanť: alij contra crebro se inuisi magnopere letanť: Quidam autem medici sunt, qui eousq; insaniant, vt etiam in dormientium conclaue strepētes pedibus, aut vociferantes ingrediantur: ob quę expergefacti ęgroti & illis irascūtur, & maxime se lęsos esse conqueruntur. Hæc igitur oīa prouidere medicum oportet, vt neq; non in tempore accedat, neq; petulanter cum multo strepitu, & elata voce, aut incessu, aut aspectu, aut aliquo prorsum huiusmodi indecoro. Sermones. Inter pręcipua sunt & isti, cum ęgris a medicis recte aut non recte facti: quidam.n. sermones summe fatui sunt, tales sane, qualem Zeuxis a Bacchio scriptū esse testať, Callianacta fuisse Herophileū, in libro de memorabilibus Herophili, & eius sectæ studiosorū. Iste ęgrotanti cuidam atq; dicēti, moriar, hoc carmē respōdens succinuisse fertur, Pulchra prole micans nisi te Latona creasset. Alteri quoq;, moriar, dicenti, respondisse, Et Patroclus obit, te qui prestantior ipso. Cæterum quidam huiusce tēpestatis medici, & si moderatiores Callianacte sint, aspere tamen & ipsi erga laborantes se gerunt, adeo vt odio ipsis sint: sicut aliqui e contrario seruiliter

uiliter adulantes ob id ipsum cōtemptui fuere. Quemadmodum autem ægro medicum odiosum E videri non conuenit, ita neq; contemnendum: sed humanus, moderatus suauisq; cum sit, grauitatem etiam seruare debet. Nisi enim medicum æger vt deum quendam admiretur, nunquam illius præceptis obtemperauerit. Antiquissimum igitur fuerit neq; adeo medicum se submittere atque adulari, vt sui contemptum pariat: neque rursum perinde, atq; Callianactē, se rusticum atq; asperū exhibere: id fiet autem, si & aspectu, & voce, & omni corporis habitu, medici grauitatem retineat, ægrotantemq; ijs, quæ ipse præcipiat, morem gerere edoceat. Sermones vero multiformes sunt, tibiq; exempli causa aliquem proponere me non pigebit. Poterit sanè medicus à procœmio verisimili exorsus omnia ea deinceps ægrotanti recensere, quæ in hanc rē ab Hippocrate tradita sunt,

1ª. Apho. 1. Ex. ord. 2. b — primo quidem in aphorismis ita dicente, || Oportet autem non modo se ipsum exhibere ea, quæ » oportet, facientem, sed etiam ægrum, & assistentes, & exteriora: & in primo, de morbis popularibus, || Ars per tria, morbus, ægrotus, medicus. Aduersari morbo ęgrotum vnà cum medico oportet. »

1 Epid cō. 2. t. 5. 5 112. f — Cumq; tres sint, medicus, morbus, & ægrotus, si medicum solum cum morbo pugnantē æger deserat, vel etiam ad morbum transfugiens medico repugnet, medicum à morbo superari continget. At si morbo relicto, medico subsidium contra illum ferat, duobus hominibus contra vnum morbum pugnantibus futurę victoriæ magna spes est: sicut è contrario desperandum penitus sit, F si æger à morbo stans medico aduersetur, solus enim ipse relictus, à duobus hostibus expugnari poterit. Id exēplū tibi satis esto: à simili. n. multos id genus alios sermones cogitare poteris à medicis cum ęgrotis fieri. Non solum autem sermonum à medicis cum ægris faciendorum talem esse sententiam conuenit, sed etiam vocis magnitudinem, & tonum, & omnem actionem sententiæ respondere sermonum. Quòd si quis cum erudito viro colloquatur, ne solœcismis barbarismisq; vtatur, caueto: nam & ex hoc medici ægrotis spernendi videntur. Figura. Et figuram corporis totius in introeundo atq; sedendo medicus neq; humilem præ se ferat, vt contemptum mereatur: neq; fastu quodam atq; arrogantia turgentem. Quidam enim extenti ac patentes introeunt ac sedent, non nulli fracti & molles, alij vero incurui atq; abiecti. Itaq; omnes excessus deuitandi sunt, & inter eos mediocrem esse tentandum est. Quòd si non nunquam (raro tamen id euenit) æger humilitatem & abiectionem quandam amare tibi videatur, à mediocritate ad humilius te paulum descendere, humilioremq; te ipsum effingere satius fuerit. At si è contrario sese habeat, & tu contraria facito, paulum à mediocri & tibi naturali statu ad alterutrum latus declinans. Vestis. Et ipsa eâdem ratione mediocris esto, neq; valde sumptuosa, vt arrogantiam indicet, neq; sordida & nimium vilis: nisi si æger ipse immoderatius aut pretiosa vestimenta amet, aut sordidis oblectetur, G tunc enim à mediocritate ad illud, quod ægroto magis placeat, descendito, quatenus id languenti arridere coniectura assecutus fueris. Hanc appellationem /ægrotanti/ reliquis interiectam obscuritatem offundere supra dixi: at, si initio sermonis aut in fine posita foret, nihil planè dubitationis attulisset, omnia hæc s. vt ægrotanti iucundiora sunt, medico esse præstāda, introitus sermones, figuram totius corporis, vestem, tonsuram capillorum, vnguium decentem modum, odorem. Etenim in introitu alius ad alium ægrotantem, vt paulo ante posuimus, modus est. In sermonibus similiter: non nulli. n. medicis fabellas narrantibus delectant, non nulli eos fastidiunt: aliqui grauibus & serijs sermonibus gaudēt, aliqui facetis & lepidis: & de figuris corporis, & vestimētis, quónam pacto iucundiora ęgrotanti conijcere oporteat, supra comprehensum est. Tonsura capillorum. Tonsura naturaliter quidē optima fuerit, si ad capitis sanitatē conseruandam fiat: alijs. n. alia tonsuræ species conuenit: ægrotis vero non omnibus idem tonsuræ genus placet. Hoc igitur te quoq; considerare oportet, eius, quē medicaris, rōnem habentem, quemadmodum Antonino Cōmodi patre imperante oēs eius familiares faciebāt ad cutē vsq; detonsi. Lucius vero eos mimos ap

de Iis quę ī medicatr. fiūt. cō. 1. t. 20. 7ª. 204. b — pellabat, & iccirco rursum, qui cum ipso versabantur, comam nutriuerunt. Vngues. || Quantos medicis vngues esse oporteat, ipse in libro de agēdis in medicatrina edocuit, illud addēs ipsorū de- H centē modum aspectantibus esse iucundum. De vnguibus aūt, scabie, aut aliquo alio id genus vitio affectis, quemadmodum & de pilorum capitis affectibus, alopecia s. & porrigine, neque sermo faciendus est: hæc. n. vt iam præter naturam medicum pati, sicut & morbum articularem vehemētiorē, & aliquod eiusmodi aliud, turpissimū est. Odor. Porrò totius corporis odor & oris pcipue non nullis quidē natura putidus est, sicut alijs quibusdā sine vitio: nō nunq; per incuriā teter odor fit, cum medici nihil errare se putant, si cępas aut allium redolētes, ægrotos visant. Quinto sanè ciui nostro Romæ medicinā exercenti id contigit. A prandio diuitē quendā ac ppotentem hoīem vini odorē vehementer spirans inuisit. Æger itaq; cum capitis dolore magnam febrim habēs, atq; ideo vini odorem exeuntem ęgre ferens, Quintum, vt longius aliquanto recederet rogauit, qm̄ vinum immoderatius redolens ipsum contristaret: & hæc quidem ægrotus modeste dicere videbat. At Quintus ipsi stolidius respōdens, odorē vt ęquo aīo ferret, præcepit, nam & se quoq; ægrotum ex febri male olentē sustinere dicebat, multum aūt interesse, febrim'ne quis, an vinū redoleret. Alter fuit medicus in nostra Asia, cui axillæ adeo fœdum odorem expirabant, vt vir nullus elegātior eius accessum ægrotans ferre posset. Oportebat igit̄ eum prius suo ipsius symptomati mederi, atque ita ad alios curādos sese accingere. Nā etsi, vt hircis, ingenitus putor insit, ad mediocritatē tn̄

quandam

A quandam redigi poteſt: rurſum hæc mediocritas quotidianis inſperſionibus fœtorem obtunden-
tibus mitigari poterit. Alius igitur quidam os naturaliter putidum habens, eius putorem & pur-
gatione & medicamentorum ad id facientium potu mitigabat: atq; quotidie aut amomi, aut folij
malabathri, aut aliorum id genus odoratorum, in ipſum pauxillum quiddam conijciens, ita ex ędi
bus proficiſcebatur.

20 *Aqua Decocta Tum quidem Vt aerem admittat, Tum Vero ne plenum ſit, et Operculum habeat.*

In quibus affectibus, aut cuius vtilitatis cauſa, aquam decoquere aut quamcunque aut vitioſam
tantum conueniat, in verbis iſtis declaratum non eſt: quam ob rem neque vllum ex ipſis fructum
percipimus. Videtur nanque Hippocrates, ſicut alia multa in his libris quærendi magis cauſa, ꝗ̃
in vulgus ædendi, adnotauit, ita hunc quoq; ſermonem conſcripſiſſe, nobis quidem imperfectum,
* ſibi vero ipſi ad recordationem integrum. At ſi nobis ipſis hunc nodum explicandum propona-
mus, qualem aquam prius decoquere conueniat, atque ita deinde refrigeratam bibere, ſi quidem
ipſam frigidam bibere volumus: & contra rurſus, quam calidam aquam bibere volentes: haud
perinde coquemus: ſed huic operculum facientes, vaſi, in quo calefacta eſt, magnitudine reſpon-
B dens: illi vero nullum tegmen imponentes, ſed calentem aquam in nudo detectoq; vaſe ſub diuo
expoſitam dimittentes: & quæremus deinceps, qui affectus calidas, qui'ue frigidas aquas poſtu-
* lent: nos quidem vtile aliquid inueniemus, nihil tamen ad inuentionem ex propoſitis verbis pro
ficiemus, quandoquidem initium nullum clarum habeant. Quocirca & non nulli ipſa cum ſupra
poſitis copulant, vt Artemidorus voluit cognomento Capito: ſed plurimi ipſa ab illis ſeparan-
tes ſeorſum conſiderant. Igitur ſi cum antepoſitis coniungantur, huiuſmodi eorum ſenſus erit /la
borantibus gratiæ, vt munde parare aut poculenta, aut eſculenta/ & cætera, quæ deinceps dixit
Hippocrates. Deinde poſt vltima verba /aqua vero et ipſis interdum frigida propinanda, cum aut
offenſam prorſus nullam, aut perexiguam, ex eius potu fore metuamus/. Deinde ſibi ipſi ad re-
miniſcentiam, vt aiunt, deinceps modum ipſius præparandæ tradidit, fortaſſe nequaquam volens
fontanam aquam prius, quàm incaluerit, exhiberi: fortaſſe vero & aliquam diſtinctionem na-
ctus, quibus calefacta prius & mox refrigerata, aut quibus omiſſa calefactione potui dāda ſit. Aut
forſan optimam aquam non coctam, vitioſam vero coctam, præbere voluit. Fortaſſis etiam opti-
mæ aquæ duplicem refrigerationem prodit, vnam quidem, quam circunfuſus aer efficit. Porro in
Alexandria totaq; Ægypto ipſos aquam in teſtaceis quibuſdam vaſis hoc modo refrigerare con-
C ſpexi. Occidente Sole aquam prius calefactam in vaſcula fundebant: deinde ſublime totum hoc
vas in feneſtris vento aduerſis, vt ibi per totam noctem refrigeſceret, ſuſpendebant: poſtea ante
* Solis ortum vas humi depoſitum frigidam aquam circumſpargentes, frigida etiam folia toti vaſi
circundabant, non nunquam vitium aut lactucæ, non nunquam vero & aliarum id genus herba-
rum, vt frigus id, quod ſub nocturno aere acquiſiuerat, diutius permaneret: multo vero magis ad
huiuſmodi apparatum, cum optimæ aquæ ipſis facultas non eſſet, homines deuenere. Dico au-
tem optimam aquam & omni vitio carentem, quæ neque limi quicquam habet, neque male olet,
& guſtātibus nullam qualitatem præ ſe fert. Quædam enim prauas qualitates permiſtas habent ſa
lis, aut nitri, aut ſulfuris, & bituminis, & aluminis, aliorumq; id genus: in quibus omnibus præ-
ſtat, quemadmodum legumina multa præelixantes idonea eſui præparamus, & olera, & fructus,
& animalium partes, eadem ratione & aquam prius decoctione ad meliorem naturam permu-
tantes ita propinare. Præterea & ob alium ſanè vſum aquam præcalefactam refrigeramus, etſi ne-
que ſapore, neque odore male deprauata ſit, atque ſit exquiſite pura: quando in ventriculo ipſam
diutius commorari, aut percellere, aut inflare, aut degrauare ventriculum perceperimus. Sunt
enim profecto & id genus multæ, quarum præcipue ob optimis aquis diſcretionem Hippocrates
D mihi ſcripſiſſe viſus eſt, vbi inquit: Aqua cito incaleſcens, ac cito refrigeſcēs, leuiſſima. Neq; enim 5ª.Aph.26.Ex.
in lutoſis, aut male olentibus, aut quippiam medicamentoſum guſtatui imprimentibus, huiuſ- ordin.39.h. Et
modi ſignum vſui eſſe poteſt, cum illę omnibus notæ apertæq; ſint, ſed in illis, quæ omnibus hiſce 1.Epid.lect.2ª.
qualitatibus careant. Aliud vero ex aeris corrupti miſtione vitium ineſt, aut aliud quodpiam ip-
ſi aquæ ingenitum ab ignota cauſa proueniens. In his quidem ſupradicta nota optimum diiudi-
candi inſtrumentum eſt: neque enim id genus aquæ cito calefiunt, aut refrigerantur. Aliud quo-
que indicium huic ſimile ab oleribus, aut leguminibus, aut fructibus, aut carnibus, aut radicibus
in ipſa aqua incoctis accipitur: ſiquidem in optima aqua celerrime, in vitioſa tardiſſime elixātur:
vocant'que huiuſmodi vitiatas aquas veteres quidam indomitas ſiue crudas, ſiue incoctiles, perin
de ac ipſa legumina, quæ difficulter vixq; elixantur. Ob has itaque vtilitates non nunquam præ-
calefactam aquam refrigeramus. Quin et ipſam calidam bibituri, cum aut lutulenta, aut limoſa, aut
A.I. 2.t.2. fœtens eſt, hunc in modum præparamus. Nam præcalefacta cum refrixit, tunc euidenter puto-
ſu.i 6.38.a rem, quem ex putredine plerunque contraxerat, abijcit: omniſq; pars terrea facile ſubſidet: quæ
cum tota aqua prius, quàm incaluiſſet, minutatim permiſta, vnaq; cum ipſa epota haud contem-
nendam noxam infert, & maxime quibus renes, aut veſica, progignendis calculis procliues ſunt.
Ac ſub diuo quidem non aquam modo calentem, ſed etiam alia quædam exponere iſtius ſepa-
rationis

rationis causa medici mihi excogitasse videntur. Nam quæcunque ex diuersæ naturæ materijs cō- E
stant per minutas particulas mistione conflata, hæc post calefactionem refrigescentia facile secernuntur: sed statim à coctione anteq; refrigerentur, adhuc motione agitantur, atq; ideo omnes eorum particulæ permistæ sunt: sed refrigeratis graues ac terreæ fundum petunt, leues superfluitant. Itaq; si cum prædictis, in quibus scripsit Hippocrates, laborantibus gratificandum, de aquarum coctura sermo copuletur, et ipsius vtilitas euidens est: atq; id, quod dicitur, qualé nam sit, exquisite fortasse inuenerimus. Sin autē à prædictorum continuitate, modo proposita verba diuellentes separatim contemplemur, plena dubitationum erit oratio. Prius igitur ipsam, vt superioribus annexam explanabimus, dicentes aquæ ab ipsa præparationem innoxiam significari, frigidam potatu ris: quam & ego sæpius facio, cum ægrotanti alicui frigidam aquam præbiturus sum, neque mihi fontis aqua bona scatentis facultas est. Romæ nanque, sicut & multa alia in ea vrbe eximia sunt, ita & fontium elegantia ac multitudo est admirabilis, eorum nullo fœtidam aquam, aut medicatam, aut turbidam, aut asperam crudamq; effundente, sicut neq; Pergami in patria nostra: in multis autem alijs vrbibus haud paucæ deprauatæ aquæ reperiuntur. Illæ sané, quæ ex Tiburtinis mō tibus per lapideas fistulas in Romanam ciuitatem deriuantur, alijs quidem vitijs carentes crudiusculæ tamen sunt, vt neq; celeriter calefiant, vt vrbani fontes, neq; refrigerentur: neq; celeriter in ip F
sis, vt in fontanis aquis, quæcunque inieceris, elixentur legumina, & olera, & carnes. Ex his autem aliæ alijs in locis multo crudiores sunt, & ab ipsis indigenis duræ grauesq; nominantur, q; ventriculum infestent, & à potu onus quoddam plures percipiant: nam feré & alias multas causas quicquam efficientes ab effectu denominare consueuerunt: sic igitur & huic contrariam aquam, optimam scilicet laudantes, leuem & mollem appellant. Cæterum omnia hæc enarrata cognitu quidem vtilia sunt, sed nihil ipsorum proposita verba docent, neq; sine ostensione neq; cum ostensione, neq; breuiter et obscurius, neq; dilucide ac prolixius. Satius igitur mea quidem sententia fuerit omnes huiusmodi orationes integras præterire. Quam ob rem si Hippocrates, quo pacto aquam potui frigidam præparare oporteat, tradere proposuit, huiusmodi erit verborum sensus: Si aquā prædicti vsus causa decoquamus, aut nihil vasculis, in quibus decoquitur, super imponemus, sed quæ decoquitur aquam in aere ambiente libere versari permittemus: aut é contrario aliquo operculo vasculum integentes aerem excludemus. Rursum veró hæc ipsa, aut inter decoquendum, aut ab decoctione inter refrigerandum fieri debere dictum esse intelligere possumus: sed in refrigeratione intelligi credibilius est, in decoctione vero incredibile. Neq;.n. docere possumus, cui nā vsui inter coquendū aer ambiens futurus sit, quæ decoquuntur aquas ne attingat, exclusus: sed in refri- G
gerando post cocturam, vbi alicuius putei, in quem vasculū demittamus, nobis facultas est, aliquo tegmine vasculum claudere, atq; vndiq; diligenter obstruere necesse est: vbi veró puteo caremus, detectum vas, vt frigidum aerem admittat, relinquere conuenit. Cæterum non nulli explanatores verba hæc à superioribus disiuncta legenda esse censentes, Hippocrati de vitiosis aquis sermonem fieri aiunt: deq; illis maxime, quæcunq; ob aliquam terream admistam materiam huiusmodi sunt: Mensuram autem temporis cocturæ eam esse oportere, vt eóusque s. coquantur, donec puræ fiant, atq; aerem externum si admittant, perspicuę: ob huius.n. admissionē, non suapte natura optimas aquas splendidas apparere asseuerant: atq; ita de rerum natura sermonem aggrediunt, cuius ipsi nullam rōnem assignare possunt. Splendida nāq; pura aqua conspicit, non aliqua splēdida luce extrinsecus in ipsam incidēte, sed ab occurrente lumine permutata: quemadmodū et aer neq; ipse ex propria natura lucēs, alioqui & noctu oīno luceret: verū summos eius fines solari radio feriēte totus, cū sit sibi ipse continuus, alterascit et commutat. In aqua veró aut aere, inania esse spatia, cū Epicuri & Asclepiadæ de elemētis opinione concordat: Aristotelis aūt Stoicorumq; placitis aduersat, qui nullum in mundo locum esse vacuū, sed oīa corporū plena esse sibi persuaserūt: neq;.n. in pumice cauitates terreis corporibus interiectæ ipsis penitus vacuæ videntur, sed intra ipsas aerē H
contineri testant: in aqua quidem haud esse talem meatuū fabricam, qualis in pumice lapide cōspi *
cit, sed quoquouersus ipsam sibi esse continuam. Rectius igit est id, quod inquit /vt aerē suscipiat/ de vase nō operculato dictū esse putare. Nam quod deinceps scriptum est, dictam explanationem non admittit, ita se habens /tum vero ne plenum sit, & operculum habeat/, propositis sané verbis opponitur, quę sunt hæc /aqua cocta tum quidem vt suscipiat aerem/: nam secundę particulę subsequenti, quæ vas contectum esse vult, verba hæc aduersantia operculum vasi prorsus interdicūt: idq; significauit Hippocrates scribēs /tum quidē vt aerē suscipiat/: vas.n. operculatū aerem excludet, detectum vero facile suscipiet. At in aquis à frigido aere refrigeratis id fieri nos dicimus quēadmodum Alexandriæ facere consueuerunt: vbi vero torrentibus coctam aquam subijciunt, tum vas aliqua ex parte inane esse melius fuerit, quo aer inter operculum & aquam in vase positam cōtentus ipse prius refrigeratus sic deinde attactu vicinam aquam refrigeret. Vt.n. aqua facilius, q̃ omnia terrena corpora, calet atq; frigescit, quippe cum illa tenuitate partium superet, pari ratione & aer, q̃ aqua: admirandumq; mihi plané fuerit, nisi quispiam huiusce rei quotidie euenientis experimentum sentiat. Vasorum nanq; vinariorum quod reclusum apertumq; fuerit, vt vinū facile acescat, in causa est, sicut é cōtrario bene operculatum minus id patitur. Adhuc vero minus plena

A na vasa: nam quæ aliquantulum vacua sunt, qm̄ aerem inclusum habent, per illum mediū celerius ab ambiēte extrinsecus permutanť: sed plena, ita vt vinum operculum attingat, per illud quidem imbecilliter admodum atq; obscure eousq; vitianť, quousq; sane tegumenti densitas peruenit. Inuenies itaq; picata aut gypsata dolia diutius vina syncera cōseruare: sed quę solo corio, sicut & quę cuneis obstruuntur, breuiori tempore durant: quocirca obstructa prius cuneis aut corio dolia gypso deinde ac pice oblinūt. Hac ergo ratione cū aquam frigidissimam reddere voluerimus, niuem habentes, prius feruefactę aquę ipsam exterius circūponemus: sed niue carētes in puteo, aut torrēte ipsam prius calefactā, vt facilius permutetur, refrigerabimus: nā quodq; prius calefactum a vicinis in se totum alterationem prōptius ob raritatē admittit: ob prædictā vero causam ab aere frigido aquam tāgi artificiose molimur. Igitur si coctæ aquę refrigerandę causa hęc ab Hippocrate dicta fuere, verisimilem explanationem nacti sumus: at si vitiosæ aquæ corrigendę, considerare deinceps debemus a coctura iterum exorsi, quę totā ęquabiliter aquā fundens, eā ad partium separationem idoneā reddit. Permanente.n. adhuc in ipsa ob calefactionem motu, aliqua crassiora corpora in ea natātia sublimius efferri necesse est: motu vero in totū desinēte, terreę particulę ingenito pōdere descendentes, in fundo continētis vasis residebunt, aqua vero super has fluitabit. Hanc paulatim in alterū vas transfundentes, citra noxam deinde vti poterimus. Verum Zeuxis, nescio quo modo, initium secūdę huius orationis particulę ita explanauit: Vult (inquit) Hippocrates aquam
« non innatare vētriculo. acutum s. tonum secūdæ syllabę huius nominis ἐμπλέον superimponēs, non, vt alij, primæ, per ipsum volēs non vas plenum intelligi, vt illis visum fuit, sed vētriculo innatās, quod idē sonat, quod superfluitās. Cęterum qm̄ amās erga amatū caligat cęcutitq;, iccirco nrī ipsorū amor plerūq; nos in nostris solis rebus cęcos reddit, quāuis aliena pspicacissime cernamus.

11 *Quoniam ex Sanguinis profluuijs Aqua subcutanea laborant.*

Horum verborum eadem atq; istorum vis est, quoniam sanguine profuso dissoluuntur: vtrūq; enim refrigerato corpore prouenit.

12 *Si, Qualia purgari conuenit, Purgentur, & Facile tolerant.*

Non nulli sine coniunctione /&/ hæc verba scribūt, quemadmodum & in libro aphorismorū. Plurimi vero coniunctionem /&/ interponunt, volentes quidem hoc verbum /cōfert/ nos subintelligere, quod expresse in verbis in aphorismis scriptis habetur: ea vero ita scribuntur: ‖ Si qualia 1ª. Aph. 25. Ex.
« C conuenit purgari, purgentur, confert, & facile tolerant. Hoc vero loco coniunctionē /&/ additā ord. 10. h
« indicare aiunt, q̄ preter id, q̄ ipsis confert per purgationē facta inanitio, facile quoq; eam tolerant, siue nobis purgatoriam medicinam exhibētibus, siue & natura ipsa ex corpore infestos humores depellente, euacuatio fiat: nam purgationes appellare consueuit Hippocrates non solum a medicamentis, sed etiam a natura factas. Thucydides autem & euacuationes in morbis impetu naturæ per symptoma ratione morbi euenientes, purgationes & expurgationes appellauit, ita dicens: Et
« expurgationes bilis omnes, quęcūq; a medicis nominatę sunt, acciderunt. Hęc vero ab ipso in pestilentiæ narratione secundo historiarum volumine dicta sunt.

13 *In Aeno Legumina edentes assidue, Fœminæ, Mares, Cruribus imbecilli euadebant, & permanebant. Verum*
* *etiam Eruum comedentes, Genuum dolorem contrahebant.*

Deest Interpretatio.

14 *Euidenter Vigilans Calidior exterius, Interius autem frigidior: Dormiens e contrario.*

Initio partis istius posita hęc vox /euidenter/ idē significat, quod manifeste, & dilucide: sequentia vero verba huic voci /vigilans/ adnexa perspicua sunt, opinante Hippocrate extimas vigilan-
D tis partes calidiores, internas aūt frigidiores: dormienti vero cōtraria euenire. Id nēpe ex eo apparet, q̄ dormientes cum pluribus stragulis, tum & capitis egent tegumento, si frigidus, vt hyberno tempore, quo circunfunduntur, aer sit: atqui interdiu vigilantes hęc non requirunt. Quin etiā maior inspiratio plus caloris in penetralibus corporis collectum esse testatur. Perinde & concoctiones in dormientibus efficacius, q̄ in vigilantibus fieri, nō solum in ventriculo ingestorum ciborum, verum etiam humorum in iecore & venis, corporis abditas sedes in dormientibus calidiores effici signum est: cum a nobis cōcessum & supra ostensum sit ingenitum calorem omnium in corpore concoctionum præcipuum esse opificem. Ita sane & in libris aphorismorum memoriæ
« prodidit de ætatibus, temporibus, & vitæ officijs, vbi ait, ‖ Ventres hyeme & vere calidissimi sunt 1ª. Aph. 15. Ex.
« natura, & somni longissimi: his igitur temporibus & plura alimenta danda sunt, siquidem insitus calor multus: pluri igitur indigent esca: indicio sunt ætates & athletæ. In hisce quidem verbis ord. 8. a
« breuiter de ętatibus locutus est: in altero aphorismo latius, atq; ideo clarius, ita inquiens, ‖ Crescen 1ª. Aph. 14. Ex.
« tia corpora plurimum habent insiti calidi, plurimū igitur requirunt alimētum: sin minus, corpus ord. 7. a
« digeritur: Senibus vero exiguus calor inest, iccirco igitur paucis fomētis egent. Secundum ętates quidē haud intro forasq; ingenito calore migrante, sed temporis progressu tabescente, senilis ętas oīum frigidissima efficitur. At hyeme calore in penitiora se cōdēte vētriculus quidem & reliqua

viſcera calidiora,ſubcutaneæ vero partes frigidiores redduntur: Quemadmodum terræ profunditas hyeme calida apparet,propter quod & fontes calidiores fiunt: & aliqui in profundum vſq; fodientes, cum procul à terræ ſuperficie receſſerunt, euidentem caliditatem percipiunt. E

15 *Per calido natura Refrigeratio, Potus aqua, Quieſcere.*

Quod his verbis præcipitur, clarum eſt. Oĩbus.n.ijs,qui calidiores, q̃ deceat,ſunt,ſummam victus rationis ad refrigerationẽ redigere expedit.Itaq; frigidioris temperaturæ cibaria ipſis danda ſunt: & aquoſa potio, aut ipſa aqua potui præbenda eſt: parumq; exercendũ corpus eſt, ſoli nanq; ad neceſſarias actiones motus ſufficient. Nihilq; dubij eſt ab ira & curis vehementioribus eiuſmodi hominem abſtinere debere. Quin etiam quotidie lauationibus aquarum dulcium vti, non ſemel tantum,verum etiã ſæpius,ſi velit conducet. Nec non et ciborum,quos comedit, vis refrigeratoria eſto, & æſtate præcipue. Verum ante omnia illud in his ſermonibus meminiſſe opus eſt ꝑcalidas naturas appellare eas Hippocratem conſueuiſſe, quæ nõ ingenito calore, ſed acri & mordaci abundant: quem aduentitium,& non naturalem eſſe arbitratur.

16 *Somnus in Frigore Veſtibus tecto.* F

Plurimi huiuſce libri interpretes hãc particulã orationis ſeparatim explanãt. Mihi vero ipſam cum ſupraſcripta coniungere ſatius eſſe videtur, atq; vnã integram orationem hoc pacto inſtituere /percalido natura refrigeratio, potus aqua, quieſcere,ſomnus in frigore veſtibus contecto/ hãc græcã vocem ἐν ψύχει per literã ν ſcribẽtibus nobis ac proferentibus, non per μ, quod idem eſt, ac ſi cum articulo quis ita diceret ἐν τῷ ψύχει. Eos.n.qui immoderatius calida tẽperatura ſunt,melius eſt in frigido loco dormientes aerem planè frigidum per inſpirationem attrahere,& maxime qm̃ per ſomnum calor in interiora corporis mergitur. Cęterum ſi vt in ſomno,calido exteriorem ſuperficiem deſerente,interna corporis magis calent: ſic & ambiente aere cutaneis partibus frigefactis,corporis penitiora incaleſcant: haud perfecte homo aeris inſpiratu refrigerabitur. Pręſtabit igitur ſtragulis calefactorijs iniectis ad cutim calorem reuocare, frigidum vero aerem per inſpiratum admittere,vt vtrinq; ad temperaturę mediocritatem calidũ corpus redigatur. Optimum itaque (vt dixi) fuerit cum ſupradictis hęc verba coniungere. At multi huiuſce libri explanatores ipſa à ſuperioribus diſiungentes, non percalidis modo naturis, ſed etiam oĩbus hominibus generatim,conferre exiſtimant in aere frigidiore ſomnum capere, vt contractus in profundum calor refrigeretur: operimentis verò circũtegi,ne omnis calor immoderatius intro refugiat,calore eo,qui ob refrigeratas ab externo aere cutaneas partes repellitur, illi,qui per ſomnum intus colligitur,accedente. Id vero in multis naturis verum eſt, non tñ in omnibus: quemadmodum enim eos,quibus calidior ſupra modum natura eſt,refrigerare expedit,ita frigidiore temperatura præditos calefacere. Verum non nulli propoſita verba nõ ſolum à ſupra ſcriptis diſiunxerũt,ſed etiam hæc ipſa ſeparatim legẽtes diuiſerunt /ſomnus ἐμψύχει i. refrigerat/ primã ſyllabam huius verbi ἐμψύχει per μ literam ſcribentes,vt vnum verbum ſit ἐμψύχει, ſimiliter dictum atq; hoc, καταψύχει,quæ ambo,refrigerat,ſignificant: & non duæ orationis particulæ,prior quidem,prępoſitio,ſecunda vero nomen. Sed iſti neceſſario ſequentẽ oȓonem fini propoſitæ adiungẽtes ita ſanè legunt /abiecto ſomnus firmus, erectorum dormitatio/ aſſerẽtes hanc vocẽ /abiecto/quã veſtibus tecto,interpretati ſumus,pro hac /iacẽti/ eſſe poſitã.Id vero,præterq̃ ꝙ hęc vox /iacẽti /violẽter in hãc /abiecto/ mutata eſt,& alioqui eſt ignobile atq; inutile,iſtis nos intelligere volẽtibus ſomniculoſum corporis affectũ,iacentibus firmũ & ſtabilem ſomnum,ſtantibus verò dormitationem tantũ,conciliare. G

17 *Somnus Stabilis, Erectorum Dormitatio.*

℟ Quæ plurimi interpretes his verbis explanandis tradiderint,ſilentio tranſire præſtat: quæ vero inter illos magis veritati adherere exiſtimati dixerint, huiuſmodi ſunt. Vigiliam refrigerare corpus aſſerũt,huiuſq; indicium pallorem vigilantibus accidẽtem ſtatuũt. Cum igitur (dicunt) percalidam temperaturam refrigerare volumus,pręter ſuperius ab Hippocrate dicta illud ẽt adijciendum eſt,vt prius cogitationibus aliquibus & negocijs afflicti vigilent: aut ſi hoc facere nequeant, ne cubantes dormiant, arcendi ſunt: coguntur.n.duorum alterutrum facere, aut ſedere, aut ſtare. Sedentium quidem ſomnum hedræon à ſede, i. firmum, vocatum eſſe inquiunt: reſpondere aũt horum ſomnũ, ſtantium dormitationi. Atq; ideo ipſe inquit /ſomnus hedręos hoc eſt firmus,erectorum dormitatio/ perinde ac ſi tota oratio hunc in modum prolata eſſet: Percalidę naturę à plurimi ſomni vſu arcendæ ſunt: ipſis.n.& vigilare,& aliquid agere,magis conducit. Hi quidem maxime & à ſedendo arcendi ſunt: ſin minus,concedẽdum ſane fuerit id,quod ſimile eſt ſtantiũ dormitationi: ne ꝓcumbãt aũt, prohibẽdũ. Sed nõ nulli ſtabilẽ ſomnũ hoc eſt profundum, dictũ eſſe putãt,eorũ ſcilicet,qui ita ſe habeãt,vt ſtantes iã cõniueãt: ſed, cuius vtilitatis cauſa hęc ſcripſerint, nõ addentes,imperfectã orationẽ reddiderunt. Verũtamen hæc ab ipſo dicta ſunt nobis conſulente,vt eos,quos firmiter hoc eſt profunde, dormire volumus,tãtiſper vigilantes cuſtodiamus,dũ niſi conniuentes conſiſtere nõ poſſint: nã ſi ad hoc peruenerint,in altũ poſtea ſoporẽ vertunt.Nam H

multos

A multos ego, ꝙ citius cubitum irent, male dormientes, diutius vigilare cogens, vt postea suauissime
dormirent, effeci: sicut quosdam amissum ciborum appetitum cõquerentes ad multum diem ine-
dia macerans esurientes reddidi. Anteq̃.n. somnum aut cibum natura desideret, ad hos accedẽtes,
in dicta symptomata incidunt. Non oportet autem naturæ intempestiue vim inferre, sed ei in tem
pore subuenire. Ego mehercule, quæ aliquis in propositis verbis explanandis verisimiliter posse
dicere mihi videatur, exposui. Putantes vero somnum semper refrigerare, præcipuum quoddam
in arte ignorare opinor, semper enim somnus humectat, sicut vigilia semper exiccat, hocq; nos ip
se edocuit, nõ semper autem calefacere aut refrigerare natura aptus est. Verum cum in febre caren
tibus aut pituitosos, aut crudos, aut frigidos vtcunq; succos, in corpore offendens confecerit & co
* xerit, ex ipsis bonum sanguinem procreans hominem insiti caloris incremẽto calefacit. Cum ve-
ro ex huiusmodi humorum putredine iam febricitantes occupauerit, eos refrigerat febrilem extin
guens calorem, proprium vero & ingenitum augens. At si cum febre, aut sine febre, succi biliosi
redundauerint, ipsos separare, dein excernere valens, ad mediocritatem salubris temperantię cor-
pus redigit. Hæc si præstare nequeat, eandem seruat temperiem. Quòd si ex visceris phlegmone
quis febricitãs accessionis initio somno corripiatur, intempestiuus iste somnus phlegmonem au-
B gens vnà cum ipsa & febrẽ magis accendet: quocirca & calore alieno corpus calidius efficiet. Cõ
tingit quidem et vno modo interdum calidius iuxta atq; frigidius simul à somno corpus euadere:
quandoquidem caloris in corpore humano duplex genus est, vnum familiare & congenitum, al-
terum alienum & pręter naturam. Quando itaq; horum vnum somnus auxerit & roborauerit, al
terum tabefecerit et extinxerit, quomodo quispiam rationabiliter corpus vno tempore calidius si-
mul atq; frigidus se ipso à somno effectum esse negauerit? cæterum & hæc ab initio pleriq; Hip-
pocratis voluminum explanatores ignorant. Id autem ita se habere, quod dico, ex Lyci sermoni-
« bus percipies, quibus Hippocratem reprehendit in aphorismis ita dicentem: Crescentes pluri- 1². Aph. 14. Ex
mo ingenito calido abundãt. At ꝙ eorum ignoratione, quę recte Hippocrates de calorum discri- ord. 7. a
mine prodidit, ipsum calumnijs vexare Lycus ausus fuerit, per vnum integrum librũ à me osten-
sum est, cuius hæc est inscriptio, Quòd nihil in eo aphorismo erratũ sit, cuius initium est, Crescen
tes plurimo abundant insito calido, igitur plurimo egent alimento.

18 *Imbecilli Victus Frigidi, Valentes vero Calidi.*

Victus imbecillos, aut eos, qui ex imbecillis vitę officijs, cibis, ac potibus constãt, aut imbecillũ
C animal reddentes, appellauit: frigidi vero, siue ob suam ipsorum temperaturam, siue ob affectum
quem in nobis efficiunt, ita nominẽtur, nihil inter se different. Imbecilla igitur vitæ officia illa di-
ci possunt, quæ ex lenibus corporis motionibus constant: sicut contra valentia, quæ ex vehemen-
tibus. Cibi quidem imbecilli sunt, quicunque neq; odorem validum spirant, neq; gustatui vehe
mentem vllam qualitatem acoris, dulcedinis, salsuginis, amaritiei, acerbitatis, acrimoniæ'ue repræ-
sentant, sed mediocri dulcedine aut mediocri astrictione gustatum afficiunt, ac pariter modice ca
lefaciunt: valentes vero sunt istis cõtrarij. Itaq; si omnia & vitæ studia & cibi debiles corpori adhi
beantur, vehementer refrigerabitur: quemadmodum si valentes, magnifice incalescet. Quòd si
aliqua imbecilla, aliqua robusta adhibeas, secundum mistionis portionem aut propius ad alteru-
trum extremorum accedet, aut longius remouebitur.

19 *Aquarum Arte Carentium, quæ ab Aethere excreta est, aut cum Tonitru opportuna: Procellosa verò Mala.*

Ea, quibus secundum medicæ artis præcepta non solũ in ægris, verũ etiam in recte valentibus
corporibus vtimur, materiæ artis iure nominãtur: & à medicis quibusdã libri cõscripti sunt, qui-
bus inscriptio hęc pręposita est, De materia. Porrò interdum sponte natis corporibus ad curatio-
D nem & salubrẽ victus rationem vtimur: interdũ & nos aliquid ad præparãdam materiã facimus,
aliqua elixantes, aliqua cõburentes, aliqua lauantes, aut prius condientes, aut prius madefacientes,
aut refrigerantes, aut aliquid eiusmodi aliud efficientes. Sic itaq; & in præparãdis aquis artificio-
« sum aliquid molimur: quemadmodũ ipse paulo ante dicebat, Aqua decocta tum quidẽ vt susci-
piat aerem. Etenim fit ipsa decoctio, & postea refrigeratio, aut per ambientẽ nos aerem, aut vento
aliquo, aut in ędibus frigidum aerem includentibus: sunt.n. domus quędam frigidis ipelun cis per
similes. Interdum & per humida refrigeratio acquiritur, vt per niuem circundatam: aut si sub fon
te rapide labente ponatur: aut in puteo, idq; bifariam, non nunꝗ quidem in ipsam putei aquam
nobis vasculum demittentibus, in quo aqua calefacta continetur, non nunꝗ vasculum super aquam
1. d. 5. susspendentibus, sicut etiã per testas raras interdum turbulentas aquas percolantes: vt Alexãdriæ
& in Ægypto percolãtur per quędam nõ simpliciter testacea vasa, sed artificiose, vt rara sint, præ-
parata: quemadmodum & per linteolum huiusmodi vase carẽtes excolare solẽt. Hæc sanè omnia
artificiose parãtur: sicut etiã quæcunq; circa fontanarũ aquarum ductus machinamur, illos nõ ex
quocũq; lapide fabricantes, interiusq; illinentes interdũ: haud.n. exiguum discrimen in ipso illitu
est, siue picem siue gypsum illeueris, siue citra illitum, laterem vstum aut lapidem improba aliqua
aut bona, aut nulla prorsus euidẽti qualitate affectũ, imposueris. Quin etiã puteos sępius in diuer-

ſa terra defodimus,& aquam per canales & fiſtulas ab aliquo fonte, quæ meliorem aut deteriorem E ipſam reddere valeant, aut ẽt nulla ratione permutẽt, deriuamus: nempe oĩa hæc ad aquam præpa randam artificioſe præſtantur. At cum ex terra eius loci,in quo degimus, aquam ſumimus, aut ex lacu,aut præterlabente flumine haurimus,aut pluuiatilem,quæ vocatur,colligimus, prorſus nihil artis huic adhibemus. Propter hoc igitur inquit Hippocrates /aquarum arte carentiũ/ ipſas arti- ficio præparatis opponens,quas arte carentibus comparantes artificioſas appellamus. Quẽadmo dum aũt paulo ante nõ de oĩbus aquis arte paratis locutus eſt, ſicut ſi librum, vt in publicũ ædere- tur, conſcripſiſſet, ſed vnius tantum præparandi rationis mentionem habuit,vtpote ſibi ipſi com mentariolum recordationis cauſa conficiens, Ita & hoc loco non de oĩbus aquis arte carentibus, hoc eſt ſponte naturæ talibus procreatis, ſed de vna ſola ſpecie, quam (vt dixi) pluuiatilem voca- mus,ſermonem fecit. Ipſius vero duas prodidit differentias,alteram quidem,quam & aperte vitu- perat, malam eſſe dicens, procelloſam ſcilicet: alteram vero deinceps non cõſtat,an reprehẽſione ſolum carere dicat, an & aliquid aliud ei tribuat: procelloſam aũt putauit incõmodã, ſiquidem ab aere excretã,aut cũ tonitru,græco vocabulo appellat horęam,{latine dixeris tẽporariam vel tem- peſtiuã vel opportunã.} Contingit aũt temporariã aquã vt congruo tẽpore prouenientem ipſum laudantem appellare: contingit aũt & eam ſolã,quę æſtate media per imbres effunditur,tempora- F riam nominare, qñquidem hanc anni partem Græci potiſſimum ὥραν i. tempus appellant. Ve- runtamen & autumno, & hyemi,& veri, temporis appellationem accomodãt: ſed per excellentiã interdum eam anni partẽ tempus nominant,in qua fructus temporarios vocatos matureſcere ac- cidit. Id igitur quantum ad verba Hippocratis attinet, obſcurum eſt, niſi ſi nos ipſi aliquid ex ijs, quæ vidimus,aut ex naturali rerum indicatione adijciamus: ac pręterea cur procelloſam aquã im- probet,ęthercam vero & cum tonitru effuſam non improbet. Incertum quoq; eſt vtrũ ipſam nos ad potum,an ad medicinæ vſus, pręparare iuſſerit: nam oculorum medicamentis componẽdis hu iuſmodi aquam adhibemus, & ex ipſa aqueum vocatum medicamentum conficimus. Porrò tem porariam intelligere ſatius fuerit,non vernam cum impetu delapſam,vt non nulli ſtulte accipiũt: nullus.n.per excellentiam tempus anni ver nuncupauit, ſed quemadmodum & alias anni partes, abſolute tempus: neq; tunc temporis effuſus imber aliqua eximia virtute prẹditus eſſe cognoſci- tur. Sed multo antiquius fuerit putare ipſum temporariam aquã dicere,quã eo ſanè tẽpore plue- rit,quod anni tempus Græci nominant: huic.n.ſententiæ & illud ſanè fauere videbitur, quod ab ipſo dictum eſt /& aqua ab ęthere excreta/: nam veteres Græci cœlum nos ambiens exquiſite pu- rum,æthera: caliginoſum verò,aut nubibus opacum,aerem vocare conſueuerunt. Hac eadem igi G tur ratione & locum ſupra nubes æthera nominant: idq; clare & poeta ſignificauit,inquiens,

Conſtitit at leuiter ſcandens tunc abiete in alta, »
Æthera quæ ex Ida ſurgens vltra aera adibat. Contra vero,cum dixit, »
Aera ſed craſſum Iuno ſe propulit ante. »

Profundum hunc noſtrum aerem per ea verba inſinuare videtur: atq; iterum cum dixit,

Aer denſus erat naues complexus,olympo »
Nubibus obſcuris circundata Luna latebat. »

Itaq; cum æſtate aqua eius temporis calore attenuata in halitus inuiſibiles diſſipata fuerit, atq; ic- circo clam nobis in aerem ſupra terram ſubuolauerit,ac deinde propter aliquam ad frigidum mu- tationem, ac ventis inter ſe reflantibus, denſatoq; aere prætenuatos halitus iterum cogi & in aquã ſenſilem euadere contigerit,tunc imbrem illum temporarium vel tempeſtiuum eſſe dicemus, ex- tenuata aqua ac prius ab aeris calore elaborata: atq; ideo meliorem ipſam eſſe nimboſis, vtpote ne que confectis, neque vlla mutatione elaboratis: quales in non nullis fontibus aquæ ſcaturiũt,à ve teribus indomitæ crudæq; nominatæ. Verum, cur tonitrualem (vt ita dicam) aquam potius, quã nimboſam approbet, deinceps videamus. Id profecto mihi ea ratione feciſſe videtur, quod tonitrua H duorum modorum alterutro fieri nouerit, aut ob ignem interceptum, qui erumpens,circumple- xam nubem veluti dilaceret,quo etiã tempore fulmina decidunt: aut inter ſe alliſis attritiſq; nubi- bus. Neutrum in nimboſa aqua ineſt, ſiquidem in huiuſmodi ſtatu aer conſpiſſatus eſt vna conti nua atraq; nube ipſum totum occupãte. Quapropter haud immerito in hoc aeris terram ambien tis ſtatu nequaquam tonat: nanq; diuulſis nubibus,ac propria circunſcriptione vagantibus,cum inter ſe concurrunt, ratio poſtulat fieri attritionem, vnius autem totius continuæ perpetuæ'que nubis conflictus fieri non poteſt. Quamobrem neque fulmina in hac cœli conſtitutione cadunt, cùm quia calidus aer intra nubes non includitur, tum quòd neque ipſæ inter ſe magno impetu concurrunt. Nam, quando inter ſe concurſantes nubes igneum illud, quod interuenerat, intra ſe ipſas compellentes et conſtringentes exquiſite denſauerint,tunc vtique fulmen non nunquam ſurſum verſus aut in obliquum, non nunquam vero & in terram, extruditur. Hanc ſolam fulmi nis expulſionem nos conſpicimus, aliæ vero mortalibus ignotæ ſunt. Porrò à me breuibus ad propoſita verba explananda,vt tonitrua fiant, dictum eſt: curq; tonitrualem aquam (vt ipſius ver bo vtar) quàm ex nimbo prouenientem, meliorem eſſe aſſeruit. Summe vero munda ac tenuis eſt tẽporaria aqua elaborata. Inter hanc autem & procelloſam tonitrualis eſt: quę quãtum à tempo-

raria

A raria vincitur, tantum procellosam superat. Igitur in promptu iam est istis omnia vituperantibus, dicere, haud medici munus esse tam longam de rerum natura orationem habere. Caeterum (vt his respondeam) si nullam rationem afferens simpliciter asseuerassem temporariam aquam nimbosa esse meliorem, inter has vero tonitrualē mediocrem, aliquam sane eorum, quę dixissem, rationem me adijcere praecepissent: neq; se dictis meis, tanquam legibus credere, iustum esse, neque ipsis vt tyrannicis pręceptis parere, necessum esse dixissent. Quocirca, si illiteratorū iuxta flagitiosorumq; hominum latratus euitari non potest, praestat autem ob res meliores ab istis male audire, profecto rectissime tonitrui causas naturales rimati sumus: quod enim probatiōe caret, omnibus hominibus incredibile esse videtur. Neq; admodum recte dictum videtur, q̃ a medico videlicet sermo de natura faciendus non sit: indicatq; hos ipsos qui ita pronunciant nobis, vt sibi tanq̃ tyrannis edicta proponentibus obtemperemus, imperare. Verum praestabat sane non tyrannico more imperare, sed potius nos docere, aut sermoni absq; ratione magis, q̃ rationem reddēti, fidem esse habendam, aut in referenda causa a nobis aliquid non vere fuisse traditum. At isti horum neutrum faciunt: immo vtrunq; vituperant, si nullam probationem attulerimus, nos probatione carentia effutire: si rationem aliquam adiecerimus, non esse medici, vt physici munus, de veritate aliquid di-
B sputare, iactantes.

20 *Aqua Edax, Vigilia Edax.*

Ab ijs, quae & vigilia & aqua efficere aptae sunt, ipsis appellationem imposuit, vtrāq; edacem nominans, q̃ nos scilicet edaces reddat: quandoquidem & hac etiam tempestate in nostra Asia Graeci omnes, edaces homines, qui multa comesse valent, vsitato vocabulo appellitant. Didicistis autem cibi appetitiones ab aquę potu ea plane ratione excitari, qua & gelidam bibentes aut frigi-
* dum cibarium astringens've assumentes, appetentiores euadunt. Alibi nanq; ostensum est queq; ventriculi tergorum sanguinem in arctum constringentia appetentias augere ac procreare: contra vero calefacientia fundentiaq; sanguinem, deijcere finireq; appetentias. Hac itaq; ratione aqua vorax existit: Alia vero ratione vigilia, q̃ scilicet corpus digerat atq; dissoluat: de hac etenim iam, sicut & de somno, notitiam habuistis. Concoquit plane somnus, vtpote calido tunc interiora petente: dissipat vigilia insito calido, dum exterius emicat, secum haud exiguas corporeae substantię particulas educente. Igitur propterea aqua & vigilia edaces dictę sunt. At tu ne perperam accipito, ne've idem esse existimato multa comesse, & multa concoquere atque conficere. Siquidem vi-
C num aquae praestat non solum ad concoctionem, quae in ventriculo fit, adiuuandum, sed etiam ad concocta distribuenda, ad sanguinem creandum, ad nutriendum, ad lotium citandum, & ad corpora difflanda in recte valentibus. Nemini vero dubium est de his in praesentia sermonem ab Hippocrate fuisse factum, cum inter omnes constet plurimis aegrotis vinū officere. Verum & vigilia bifariam adhibita duplicem quoque a cibis finē cōsequitur. Nam si quippiam noctu agentes, vt in celebritatibus illis, quas pernoctationes vocant, totam noctem insomnem traducant, corpus quidem inane redditur, sed nullum insigne virium detrimentum inde consequitur. At, si cubantes aliquod noctis tempus somno capti quiescamus, reliquum autem vigilemus, vires profecto debilitantur, neque enim melius appetimus, neque concoquimus, neque concoctionem sequentia naturalia munera inuiolata perfectaq; obimus, languidiores omnino, quam qui bene dormie- * *Al. omnes.*
rint, euadentes.

21 *Percalidam Naturam calido tempore, In frigore Cubile Crassam reddit, In calido Attenuat.*

Dictionem hanc /percalidam/ aphorismi huius initio praepositam, a recto casu percalida, deflexam esse constat: sed vocem hanc /ἐν θέρμῳ/ in fine positam quispiā ita posset accipere, ac si ex prae-
D positione ἐν i. in, & casu datiuo θέρμῳ, esset composita: quemadmodum sane & omnes fere interpretes acceperunt, non nulli quidem orationē hanc in duas partiti, perinde ac si vtraque propria explanatione indigeret: alij vero totam, vt vnam interpretati. Porro Dioscorides & ipsam in clariorem permutauit, vt in obscuris locutionibus facere consueuit. Separatim quidem scripsit /percalidam naturam calido tempore/, his verbis adijciens hāc vocem /extenuat/, nobis significare volens percalidam naturam, hoc est multo calore feruentem, calido tempore i. aestiuo extenuari, dilabentem atq; euanescentem per eam, quae ab omnibus medicis recentioribus iam trita & vsitata voce ratione perceptilis difflatio nominatur: quam etiam altera appellatione quidam sensui ignotam perspirationem nominant: quae nobis omnibus per totum vitae curriculum inest, verū secundum aetates, anni tempora, studiaq;, ac (vt breuibus expediam) secundum omnem quam degimus vitae rationem euariat. Sed in omnibus his differentijs illud commune inest, calidioribus quidem temporibus, regionibus, aetatibus, naturis, & victus rationibus, de corpore haud exiguā substantiae nostrae portionem effluere: cōtra in frigidioribus spissescente cute plurimum retineri, exiguū dissipari. Hac igitur ratiōe percalidam naturā tempore calido extenuari verū est, duplicato s. effluxu: nēpe ex ꝓprio calore insitum habētes, nouum praeterea exterius a calido tēpore accedentem acquirunt. Verum neq; in alio vllo exemplari hanc lectionem inueni, neq; vllus expla-

nator ipsam agnouit. Sed Dioscorides ipse in libri fronte inscripsit sese in duobus solis exemplaribus ita conscripta verba nactum esse /percalidam naturā calido tempore in frigore cubile crassum reddit, in calido extenuat/. Verumtamen nos non in duobus, sed in omnibus, quæcunq; legimus, ita se habere hanc orationem comperimus, cum de industria omnia, & quæ in publicis bibliothecis reposita sunt, & quæ apud amicos inuenimus, exēplaria inspexerimus. Sed iam ad explananda verba cōuertamur omnibus ijs, quę praue ab interpretibus dicta sunt, prætermissis. Mihi sanè prior aphorismi pars ita perficiēda esse videtur /percalidam naturam calido tempore in frigore cubile crassam reddit/, has voces /calido tempore/ in sexto casu nobis legentibus, perinde, ac si in calido tempore, dictum esset: illud vero /in frigore/ idē est, ac si dictum esset in aere frigido, ex duabus orationis partibus dictione cōposita, prępositione scilicet /in/ et nomine /frigore/. Erit enim integra sententia huiusmodi: Vtile est percalidæ naturę, in calido tēpore, in frigido cubiculo somnum capere, ita nāque crassescet. Nempe haud iniuria in valde calidis naturis hæc nos facere pręcepit Hippocrates: quandoquidem calida natura cum sponte ob effluxum immodicum ad extenuandum idonea sit, si tempore calido accedente euacuatio duplicata sit, quin etiam tertia quædā alia inanitio in calido loco & calido strato cubante homine adiuncta fuerit, tum corpus triplici digestione exhaustum dissipari emaciariq; continget. Quo'd si duabus necessarijs inanitionibus à natura atque tempore prouenientibus, quas effugere non licet, tertia saltem in contrarium abducatur, non dissipare, sed coercere difflationes potens ad extremam euacuationem homo non perueniet: quinimmo pinguescet magis, q̄ extenuabitur. Frigido enim cubili non modo lectos frigidos, sed & stragula, quæ ex linteis crassioribus & attritis, atq; id genus alijs vestibus, constāt, significāte, aliud quoddam maximum remedium excessus, ratione temporis & naturalis temperamenti prouenientis, adiungitur, vt scilicet per frigidam inspirationem corpus refrigeretur. Id quidem iam & antea à nobis dictum fuit, sed nunc mentio lecti adiecta est, vt vndiq; corpus refrigescat, ac difflationis excessus ad salubrem commoderationem redigatur. Altera quidem aphorismi pars, prior scilicet, ita sanè ab aliquo potissimū explanari posse mihi videtur. Reliqua pars, vbi ait /in calido attenuat/ dilucida sanè foret, si ei voci /calido /aere/ adscriptum esset, tota oratione per hæc verba manifeste explicata: Calidiori naturæ calido tempore cubile in aere frigido si accedat, crassam reddit: in calido autem aere cubile extenuat. Per rectos quidem casus ita maxime aperte explanata oratio fuerit. Quo'd si per tertios & sextos loqui voluerimus, narratio sanè huiusmodi fuerit: Calidiori naturæ, tempore calido, & cubili in aere frigido crassescere accidit: hoc eodē vero cubili in aere calido posito extenuari continget. G

22 *Professio Tuendæ Sanitatis, Non saturitas Cibi, Impigritas ad Labores.*

Neque repleri vsq; ad saturitatem, impigrumq; esse ad exercitationes, salubris victus caput esse opinatur.

23 *Inter Vigilandum Siti in Superficie, Somnus medela est: Siti vero ex Somno, Vigilia quibusdam.*

In superficie sitim intelligere oportet valde exiguam, quæ neq; à toto corpore, neq; ex magno ventriculi partium affectu, excitata est, sed (vt dixit Erasistratus) arescētibus aut incalescētibus locis illis, per quæ ab ore in ventriculum humor delabitur. Huic itaq; siti somnus remedio est, corporis penitioribus madescentibus, vtpote per somnum sanguine ad interiora agente: contra vero expergefactis, cum in superficie sitis adest, vigilantibus facile sedatur. Huiusmodi nanq; sitis oritur incalescentibus non nunq; particulis, quarum dicebam Erasistratum meminisse: calescunt autem, dum in stomacho cibi concoquuntur. Nam cum huiusmodi cōcoctio ab insito calido perinde atq; elixatio fiat, quemadmodum in illa calidus quidam halitus effertur, ita non nunq̄ & in ventriculo & maxime vinum meracius epotis contingit. Verum si vigilantibus ipsis stomachus inanitus nullos præterea vapores suggerat, & calefactarum partium calor euanuerit, siti liberantur. H Porro' nō nulli à somno ob ciborum potionumq; calorem ventriculo excalfacto siticulosi fiunt: quorum sitis sine externo subsidio non tollitur: quocirca non nullis frigidam potare solitis hoc tempore ante balneum ac cibi assumptionem gelidæ aquæ potus non nunq; vsui fuit. Propterea igitur in secunda sitis differentia adiecit hanc particulam /quibusdam/, neque enim omnibus (vt ostensum est) à somno sitiētibus idem affectus oboritur. Hanc lectionem autem & veteres explanatores agnoscunt, & in castigatissimis exemplaribus inuenitur.

A.l.3.f. .t.2 c.10.2.

24 *Quibus Plurimum Calidum inest, Vocalissimi sunt, frigidus enim aer plurimus. Ex Duobus autē Magnis, Magna & quæ oriuntur, existunt.*

Modo pręдixi, huiusce orationis lectionem antiquam non ita inueniri, sed hoc modo /quibusdam plurimum calidum/: sicq; illi interpretes legunt, qui de superiorum verborum fine hanc particulam /quibusdam/ detraxerunt. Igitur de propositæ sententiæ veritate iam disseramus. Quibuscunque enim plurimum calidum inest, in corde scilicet (hoc nanq; veluti focum laresq; ingeniti caloris esse declarauimus) & aerem, qui inspiratu adducitur, plurimum esse necesse est: nam et

hoc

A hoc in libro de vsu respirandi explicatum est. Quod si plus caloris huiusmodi naturis inest, multusq; inspiratur aer, atq; iterum expiratur, propter hoc si vocem magnam fieri dicemus, ita absolute citra vllam distinctionem sententiam proferentes, fallemur: nam in commentarijs de voce ostensum est vocem ingentem fieri, quin multus aer celeriter expiretur, nequaq; posse: id vero fit, si aspera arteria & guttur latius pateant. Si pectus vero totum amplum sit, non solum ingentem vocem homines ædere, sed etiam diutissime vociferari posse, ibidem declarauimus: vt præcones, cum pedem vocatum canunt, efficere solent. Igitur quoniam & cor statim ab initio, cum formatur in vtero, amplificatur increscitq; illis, in qbus insitus calor plurimus inest: ad cordis vero portionem & pectus plerunque magnum efficitur, et hoc iterum pulmonum magnitudo necessario cõsequitur, nec nõ & istis asperæ arteriæ magnitudo respondet, & huic plerunque gutturis: haud ab re sæpissime percalidæ naturæ homines vocaliores esse cõtingit. Etenim si semper et omnino ad portionem magnitudinis cordis pectus auctũ esset, & nunq; ei praua conformatio accideret, percalidos homines non plerunq;, sed semper magnam vocem edere dixissem: veruntamen neq;, vt pulmonũ magnitudo pectori semper respõdere inuenitur, ita & ipsorum magnitudini in ipsis contenta tria vasorum genera respondent. Conspicitur vero & in animalium dissectionibus proportio hæc non exquisite seruari: sed in huiusmodi sane partibus aliquod pauxillum excellere, aliquod è cõtrario deficere inuenitur. Id vero in corde ratione pectoris insigne accidit: quod & in causa est maxime, vt inter æque calidos homines non nunq; in vocis magnitudine multum intersit. Hippocrates quidem soli aeris multitudini magnitudinem vocis attribuit: verum hæc inter causas magnam vocem efficientes neq; sola, neq; dignitate prima est: magnæ enim vocis materia est, vt in commentarijs de voce disputauimus.

B

25 *Ventriculo Calidi, Frigidi Carne, & Graciles. Isti Venosi & Iracundiores.*

Quod geminum in animalium corpore calidum agnouit Hippocrates, alterum quidem, quod ipse ingenitum vocat, essentiam in sanguine sanguineisq; visceribus repositam habens: alterum vero acre, mordax, & igneum, sub quo genere & febris est: in multis pridem ipsius voluminibus declaratum fuit. Quin etiam ego de hoc in quodam meo commentariolo accuratissime disserui. Eius libelli inscriptio hæc est, Nullum errorem esse commissum in eo aphorismo, cuius initium est, Crescentes plurimum habent innatum calidum. In eo sane Hippocratis partes tueor, 1ª.Aph.14.Ex. ord.7.a

C Lyci aduersus aphorismum criminationes diluens, ipsumq; ob optimorum præceptorum ignorationem Hippocrati infensum esse demonstrans. Verum huiusce caloris differentiam neq; Lycus, neque alius quispiam aut Erasistrati aut Herophili sectator, aut Empiricus, internouit: quapropter & multa Hippocratis scripta praue admodum interpretati sunt. At Hippocraticos viros saltem non decebat Hippocratis decreta improbare, ea perinde interpretantes, ac si vnus genere calor in animantibus existeret. Sed cum Hippocratem, aut alium quempiam audiuerint aliquos ventriculo calidos nominantes, vt nomen illud acceptum esset, considerare præstabat, vtrũ qui vocẽ cã protulit aut scripsit, naturale calidũ in ventriculo copiosum esse assereret: aut alterum intelligeret, quod sæpius acquisititium, interdum non naturale, nõ nunquam & à natura alienum vocatur: quo calido incalentes mordax calidumq; expirare, atque iccirco simul atque cutis densata fuerit, febre vexari contingit. Quemadmodum illi, qui altero calido vberrime affluunt, suppressa difflatione pleniores quidem fiũt, sed in febrim non incidunt: propterea * Illud etiam constat in ventriculo ciborum concoctiones ab hoc insito calido exuberante optimas fieri: vt ipse in aphorismis ita loquens edocuit: Ventres hyeme & vere calidissimi natura, & somni longissimi. His itaq; temporibus cibaria plura exhibẽda: etenim insitum calidũ multum: pluri igitur ali- 1ª.Aph.15.Ex. ord.8.a

D mento egent: argumento sunt ætates & athletæ. Itaq; sicut absoluta ciborum confectio huiusmodi ventriculorum indicium est, ita frigidiorum quidem in acidum cõuersio, calidiorum autem in nidorosam qualitatem mutatio. Quãobrem cibos recte concoquẽtibus & sanguis optimus inest, & mediocris caro progignitur: vel et interdum, q̃ deceat, copiosior, cum ociosiorem vitam degũt, & frequenti lauatione vtuntur, sed minus bona caro est, neque corporis habitui congruens: postquam vero multa copia cõgesta fuerit, totum corpus in morbos præcipitat. At ob ventriculi intemperiem male concoquentibus, & cibos in fumidam nidorosamq; qualitatem corrumpẽtibus, vitiosus in venis sanguis contrahitur, prauaq; in toto corpore fit nutricatio. De his igitur propositum sermonem intelligere debes. In iecore nanq; & corde multus ab initio insitus calor inest, in carnes vero è sanguine profunditur: atq; ideo in huiuscemodi corporum naturis, quales & nunc descripsit Hippocrates, carnes frigidas esse necesse est, vtpote sanguine non copioso, sed pauco & ipso quidem vitioso, irrigatas. Vtrunq; enim ventriculo igneo calore intemperato laborantibus euenit, vt cibaria corrupta descendant, & proinde paucum ex ijs alimẽtum corpori impartiatur, idq; ipsum non recte cõcoctum improbum sit: non coctis.n. corruptisq; in vẽtriculo cibis bonus in iecore venisq; sanguis creari nõ potest. Quod si paucus quidẽ, sed non malus in venis sanguis foret, carnes vtiq; hũc attraherent, ipsas minus nutrientem, & venas inanes relinquẽtem, vt cõtra-

(left margin, beside "quam vero multa copia"): L.l.13.t.1. 118 8.c

ctæ essent, vixq; apparerent. Quando vero nõ paucus modo, sed etiã prauus est, tunc neq; ipsum, E quãuis egeant, attrahunt: perinde ac neq; nos ipsi cibos nidore, aut altera quapiam improba qualitate infectos, & si vehementius escam appetamus, admittimus: etenim appetitus ipse huiusmodi cibo degustato extinguitur. Eadem igitur ratione carnes exiguum, quod videlicet ad nutriendum pernecessarium est, de venis exhauriunt: quare paulatim longiori tempore in venis plus sanguinis deprauati cõtrahitur. Quapropter in venę sectionibus nunq; ab huiuscemodi hominibus rubrum sanguinem profluere conspicies, sed alio colore (vt quis eum noĩare velit) affectus inuenitur: q; primum vero & male olet. Quòd si iam pridem homo purgatus non fuerit, ater etiã, qui rescissa vena profunditur, sanguis apparet, aliàs aliam in crassitudine & tenuitate constitutionem habens, non nunq; serosus & tenuior, nõ nunq; vero crassior: quemadmodum sanè interdum & valde crassus & niger liquidæ pici persimilis cernitur. Hęc igitur omnia nunc per capita enumerata in alijs quibusdam ex antedictis commentarijs, & præcipue de curandi methodo absolute disputata sunt: in præsentia vero ab explanatoribus prætermissa, breuibus à me perstricta fuere: solent enim vbi nihil refert, esse loquaces, in rebus autem vtilissimis deficere. Ego itaq;, cũ præsens oratio perutilis sit, ipsam repetens per capita rursum explicabo, & cum interpretatione propositorum verborum coniungam. Ventriculo calidos ipsum dicere putandum est, non, quemadmo- F dum pueros & athletas insito abundare calido testatus est: neq;, vt hyeme ventres calore naturali maxime calere dixit: sed vt mordacem improbumq; calorem haud exiguum in intemperato ventriculo possidentes. Hos autem carnibus frigidos merito nominauit, vtpote bonæ iuxta & copiosæ alimoniæ penuria tabescentes, quam ex sanguine naturaliter sese habente in temperatis corporibus hauriunt. Ex sanguinis autem inopia fit, vt carnes refrigerẽtur, acquisititium sanè calorem à sanguine, non proprium non insitum, vt iecur & cor, possidentes. Isti vero carnibus deficientibus graciles necessario redduntur: ipsarum enim subtractiones & incrementa tenue et crassum totum corpus efficiunt. Dicit autem hos ipsos venosos esse perinde, atq; si & ita dixisset, Istis cõspicuæ venæ sunt, hoc est eminentes: quippe quæ sanguinis plenæ, & carnium ipsas contegentium paucitate, nudæ appareãt. Quin etiam ipsos iracundiores esse dixit, non absolute iracundos, neq; per excellentiam iracundissimos, quod planè ipsis accideret, si calor in corde permultus redundaret: sed calor in ventriculo os eius contristans iracundiores efficit. Siquidem alibi declaratum est hanc particulam in consensum sui affectus & animam adducere: tardiores enim ad intelligẽdum atq; agendum homines reddit, quo tempore ipsa frigidior euaserit: contra promptiores atq; irascentes, cum magis incaluerit, haud naturali calore scilicet, sed aduẽtitio & à natura alieno, de quo G sermo iste totus à nobis confectus est. Quapropter eos, qui se Hippocraticos nominant, & pręcipua Hippocraticæ artis decreta, quibus & experimento euidentia astipulantur, ignorant, accusare æquum est, q; aliter, atq; nos diximus, interpretati sunt. Existimant enim in calidioribus ventriculis insitum calorem in profundum refugere, & extimas partes deserere, atq; ideo frigidas hominum carnes euadere. Verum huiusmodi caloris motiones pro ratione temporum, & regionũ, & prorsum cœli status, præterea pro ratione vigiliæ & somni, nec non & animi perturbationum, vt mœroris, & timoris, & corporis voluptatũ, & animi oblectationũ euariant: At neque corporis naturalis fabrica, neque ætas talem ingenitæ caliditatis mutationem efficit. Sed, quemadmodum & in libris de tuenda sanitate monstrauimus, prauæ corporis constitutiones sunt non nullæ quidem cum totius animalis intemperie: aliquæ vero cum partium inæquali statu, qualis & ista, quæ in propositis verbis habetur de ventriculi vitiosam constitutionem habentibus, & non optimam, veluti quæ natiuo calore multo affluentes, & iccirco ad bonam carnem procreandam maxime conducentes, corporis habitum pleniorem efficiunt, non extenuant, non emaciant, vt intemperatæ. *

H

26 *Terra Siccitatibus squalente Auium genus Bene habet.*

Aues enim vtpote aridiore, q; nos, temperatura constãtes, siccis temporibus rectius valẽt. Nos vero nõ pręterit & aridioribus ipsas cibis vesci, & pauco potu esse cõtentas: non perinde, vt sues, qui aqua assidue proluí, & immodico assidue potu repleri cupiunt.

27 *Cum Hircescit, Vter exterius Testis apparuerit, si Dexter, Mas: Sinister vero, Fœmina.*

Cùm puerilis ætas in adolescentiam trãsit, quemadmodum ipsis semen, & pili in locis genitalibus erumpere incipiunt, perinde & testes subito increscunt: quemadmodũ & puellis virginibus mãmæ extuberãt vnà, & menses ferri incipiunt. Tunc igitur & vocis mutatio in maribus fit pręcipue: nã cum prius ipsis acuta vox esset, cũ perfecte in puberes euaserunt, grauior redditur: tẽpore autem medio veluti raucã ipsi vocem ędunt. Quãobrem autem prędicta ætate oĩa ista eueniant, præsens oratio explorare nõ postulat, sed oĩa hęc apparere & experiẽtia demonstrat, Sicut & illud, si dexter prius testis intumuerit, hosce adolescentes factos, in ætatemq; virilem cum euaserint, filios mares potius q; fœminas geniturus: q; si sinister, è cõtrario. Idem & de vtero sensit: in aphorismis enim ita scripsit: ||Fœtus mares in dextris, fœminę vero in sinistris magis. Quę igitur à me hac

A.I.3.1.c.17. c.15.5.b

5a. Aph.48.Ex. ord.41.h

A hac de re in aphorismorũ explanatione dicta sunt, ad hunc locum accommodes, cum vna sit communis in maribus atq; fœminis causa ob quam sinistræ partes fœminarum, dextræ marium, opifices sint. Verum & de hoc in libro de Vsu partium tractatum est.

28 *Oculi Vt Valent, Ita & Corpus. Et Color in deterius, aut melius labitur.*

Constat autem ita oportere subintelligi vt oculi validi sunt /quod nõ nulli & adscripserũt/. Sẽtentia igitur verborum, vt quispiam iudicio meo plurimorum falsam interpretationem omittens rectissime explanare potest, hæc potissimum fuerit: Hippocratem docere arbitror, quó nam modo quis ab oculis, totius corporis affectum percipiat, quandoquidem isti maxime firmissimam nobis notitiam exhibent. Porrò in illis, quibus anima deficit, aut aliter vires collabũtur, neq; manum quis intuitus, neq; crus aspiciens, aut faciei reliquas partes, omissis oculis aliquid explorati habere poterit, quod ipsi vires imbecillas esse, aut validas patefaciat: quod, si oculos inspexerit, compertũ habebit, clarissime nanq; in ipsis robur infirmitasq; elucescit, non nullis quidem acute cernẽtibus palpebris patentibus, non nullis autem neq; perfecte ipsas aperire valentibus. Quin etiam ipsorũ color & moles aliquid de viribus nunciant. Viribus enim infirmis oculi caui, squalidi, & decolo-
B res apparent: robustis autem, florido colore vigent, pleniori mole constant, & splendidum humorem habent. Hæc planè fieri euidenter conspicimus, etiam si causa, ob quam fiant, nos lateat. Verũ & causa patet, qualis nam oculorum sit natura, scientibus: quod alibi, & in sermonibus de visione declarauimus, Animalem scilicet spiritum luminosum è cerebro in oculos plurimũ proficisci: iste igitur cum aut imbecillus aut paucus in oculis fuerit, modo enumerata symptomata eueniunt, & color melior fit, inquit, aut deterior. Id autem clarum est, siue de oculis etiãnum, siue de totius corporis colore, sermonem faciat: vtrunq; enim verum est, oculis quidem vt firmitatem atq; imbecillitatem, ita & bonum fœdumq; colorem, permutantibus, hos quoq; totius corporis affectũ comitãte. Nam si bene colorati oculi sunt, & gyon hoc est corpus, totum salubriter se habere significant: aliquo autem turpi colore inquinati, illico & totum offensum esse indicant: celerius vero in oculis, q̃ in alijs partibus, colorum mutatio, ob eorum munditiam nitoremq; conspicitur. At non solum id significare hæc verba possunt, sed etiam in toto corpore coloris mutationem signis in oculo apparentibus accidere & subsequi. Ab oculis igitur hoc modo ad totum corpus cognitio traduci potest. Per se autem verba hæc, omissa parte de oculis, explanari possunt, siquis ipsa cum sequentibus coniungat. Deinceps igitur ab alio principio sic ipsa interpretabor.

C
29 *Et Color in peius aut melius Vergit. Aequum est autem, Vt se habet Alimentum, Ita & quod Extimũ est sequi.*

Colorem alimento i. sanguini, proportione respondentem, in peius aut melius vergere inquit. Sanguinem autem nunc appellat omnem in vasculis inclusum succum: in quo & pituita, & bilis vtraq;, & tenues serosiq; humores continentur. Hoc enim mistum & melius & deterius redditur: in eo verò contentus humor, qui proprie sanguis dicitur, & à cuius dominatu tota congeries nominatur, prauus dici nequaquam potest, perinde vt, neq; alium habere colorem, q̃ rubrum.

30 *Signa Mortifera Per cutem nares, Calidus Vapor. Prius Nares Frigidum Spiritum reddunt.*

*Hoc verbũ in græ.co. nõ est, neq; a Galeno explanatur.

Siue in casibus accusatiuis scriptum sit /calidum vaporem/ siue in rectis /calidus vapor/ vtroq; modo aliquid subintelligitur. Verba enim hanc sententiam habere debẽt, inter signa mortifera & hæc sunt, Calidum vaporem per cutem euacuari, cũ prius per expirationem frigidus spiritus redditus sit. At si in rectis casibus eandem sententiam explicare velis, ita sanè dixeris: Maxime signa mortifera per cutem calidus vapor exiens post frigidum spiritum prius expiratione egressum. Cęterum id ipsum quidẽ frigidam i. expirationem perniciosissimum indiciũ esse, in libro de Præsen-
D sionibus dictum est hisce ipsis verbis: ‖ Frigidum aũt per nares atq; os expiratum iam valde perniciosum est. nunc aũt quoddam symptoma ita se habentibus, quod tñ non semper fit, addidit: Calidus. n. vapor multus subito de cute emanat: sed neq; omnibus, vt dixi, neq; omni tpe. Atqui istos explanatores, de quibus nõ opus est, garrientes, hæc edocere pſtabat. Illis. n. solis id euenire comperies, quorum mortẽ calidissima febris antecessit, q̃ corpus ipsum cordis torruit, atq; ideo postremo ipsum refrigerauit. Vitali ergo tenore, moriente iam corde, euanescente, in alijs quidẽ sudores syncopã inferẽtes proueniunt, multorũ s. humorũ pleno corpore: illis aũt, qui ex præferuida febre antea exaruerunt, pro sudoribus calidus vapor tangenti tibi difflari videbitur. Neq; tñ & iste quoq; morbi tempore, sed cum diu iam progresso morbo cutis, exhausta halituosa substantia, refrigeratur, quæ ob ardentiorem febrem attenuatis succis morbo vigente contracta fuerat: neque enim eo sanè tempore, quo iam cor emoritur, excitari potest nedum calidus vapor, sed neque frigidus, aut tepidus. Oẽ igitur cor prope mortem frigida intemperie affectum est: sed non in quolibet mortifero morbo huiusmodi semper est: verum in ardentissimis febribus plerunq; calidissimum, vt dictum est. Igitur cum frigida intemperie cor ęgrotat, calidum vaporem emanare nunq; reperies, quando iam vicinus morti constitutus æger frigidum redderespiritum inceperit: neque ita se habentibus humores prętenuati sunt: neq; ardenti febre isti laborant: neque succos biliosos habent, qui

in Prog. cõ. 1. t. 24. 194. h

qui temperie calida, corpore tenui sunt, siquidem frigidæ temperaturæ pituitosos, crudos, crassos, E & prorsum frigidos succos, non biliosos, calidos, tenuesq; abunde procreant.

31 *Vitalia vero Contraria.*

Hoc illis manifeste repugnat, qui dictum fuisse putant mortiferum esse signum, in naso calidissimam febrem: nam tanq; respondens verbis illis supradictis /signa mortifera/ nunc subiunxit /vitalia vero contraria/. Atqui secundum eorum explanationem his verbis /mortifera signa/ coniũcta nõ sunt hæc ita scripta /per nares calidissimum/. Verũ ista verba /per nares calidissimum/ sibi * adiectum non habent, sit'ne lethale signum, an non sit: neq; enim mortiferũ est, nisi, quod ab Hippocrate dictum est, præcesserit /prius nares frigidum spiritum reddunt/: nam, si citra hoc vapor calidissimus per cutem emanet, potest id quidem succorum calidiore febre attenuatorum symptoma esse, non mortis prorsus indicium. Quinimmo interdum & extenuati humores vtiliter difflantur: quos, cum pinguiores sunt, per sensiles excretiones natura è corpore propellit sudores citans, aut lotij deiectionum've multitudinem, aut vomitũ mouens. Erunt igitur omnia contraria prædictis mortiferis signis vitalia, neq; frigidum expirare, neq; per cutim calidum vaporem exhalare. Haud ab re autem & Zeuxis sectatores prius separatim mortifera signa interpretati, omnia hæc F verba deleuerunt, quæ ita se habent /vitalia autem contraria ad sanitatem/.

GALENI IN QVINTVM TOMVM SEXTI DE MORBIS POPVLARIBVS HIPPOCRATIS LIBRI

EXPLANATIONES

1

Orborum Naturæ Medicæ.

Crebrò superius à me dictum est huiusmodi lectiones, per quas, quod dicitur, permutatur, sed eadem prorsus sententia permanet, diiudicare mihi nõ esse propositũ, quippe qui longitudinem commentariorum vitare instituerim: verum & nunc id ipsum recordationis causa dictũ volui, quandoquidẽ G & in sequẽtibus nihil preterea de huiuscemodi lectionibus afferam. Verborum igitur sententia, siquis simpliciter, quod dicit, accipiat, perspicua est, suã ipsius mentem Hippocrate declarante, se videlicet non esse ex illorum cœtu, qui naturam arte carere arbitrantur, sed eam esse artificem, animalibusq; consulere. Verũ hoc loco per id nomen /naturæ/ vim quandam intelligere conuenit in his ipsis corporibus, quę ab ea reguntur, inhabitantẽ: cuius essentia quæ'nam sit, in præsentia quærere, sicuti & de nostra anima, aut de eius principe parte, minime necesse est: nihil enim istorum præsens oratio postulat, sed illud solũ, rectè scilicet Hippocratem opinatum fuisse naturam esse morborum medicam. Forsan enim quispiam hac oratione artem medicam tolli suspicabitur: quocirca non simpliciter verba hæc accipiẽda sunt /morborum naturæ medicæ/ altior enim sensus accuratiore indigens explicatione huiuscemodi in verbis delitescit: neque dum vsquam superius hanc rem explanauimus. Amicis autem nostrum institutum cognoscentibus, quibus gratificantes ad huiusce libri interpretationem accessimus, & nũc in memoriam reuocabimus, quodque decretum efficaci probatione indigens, cum alicubi semel exquisite tractaui, me alio in libro iterum non scribere, loquacitatem videlicet superuacuam accidere cognoscens, si ijsdem de rebus quispiam eadem repetat: quemadmodum non nulli iuniores medi H ci fecerunt, non bis modo, aut ter, sed quater, vel etiam sępius in multis commentarijs & libris eadẽ de ijsdem conscribentes. At ego aliquid cum semel rationibus declaraui, postea reliquis in libris eo vtor, solius tantum summæ mentionem faciens, admonensq; à me alio in volumine ostensum esse. Et nunc igitur semel de natura sermonem faciam, & quare ipsam morborum esse curatricem Hippocrates asserat, & q; ab hoc decreto nequaquam artem medicam euerti tolliq; contingat. Tu vero, qui hæc nostra commentaria euoluis, iam mihi orationem exordienti animum aduerte.

Morbos ab alimento, congruenti qualitate & copia, in tempore exhibito, ab humido fomento, à cataplasmatis, à clysteribus, à venæ sectione, & à quibusque id genus alijs, propulsari siquis dicat, non vtiq; mentietur, sicut neq; ille, qui à medicis morbos curari asseueret, nec qui artem medicam laborantium sanatricem esse testetur. Quemadmodum vero hæc prædicans vt mendax reprehendi non poterit, ea'dem sanè ratione neque ille, qui naturam seruandi animalis causa omnia administrare existimet. Hoc vero & illud consequitur, eam primam languoribus mederi, & maxime cum euidenter hominem sanat sudorem copiosum profundens, aut per lotium, aut per deiectiones, aut per vomitus, infestos humores eijciens. Quod'nam igitur dignitate primarium sit, quod secundas, quod tertias habeat inter hæc omnia, quę sanitatem facere diximus, contemplari conuenit,

A nit, eo etiam magis, quod & alia quædam, per quæ morbi curantur, accedunt, quorum omnium pro dignitate ordinem internosse præstiterit. Nobis enim melius dici videtur & naturam morbos medicari, recte vero & artem medicam, & medicum: vere quoque & eius ministrum, & venæ scissuram, & per ipsam factum sanguinis profluuium. Fortassis autem quispiam putauerit & coquũ aliquid conferre, & textorem, & ædificatorem, & ferrarium fabrum, & alios quosdam artifices, quorum opificijs vtimur ad eorum ministrationem, quæ hominibus sanitatis causa præparantur. Verum istorum, quædam auxiliorum materiæ non auxilia sunt: non nulla vero instrumenta auxiliantibus idonea, sed tunc auxilia fiunt, quando in tempore, atque vt decet, ea medici applicant. Nam vinum ægrotis propinatum si iuuerit, eius propinatio auxilium est: at si importune oblatum, delirium, aut phrenitida concitet, tunc morbifera, non salubris causa, neque auxilium fuerit. Quis igitur est faciendi auxilij auctor? occasionis scilicet inuentor. Quo nomine autem hunc Græci appellant? non'ne & hoc omnibus patet, medicũ scilicet istum appellari? Quapropter medicus vino potior est †ad naturalem factitiamque sanitatem.} Etenim vinum in tempore exhibitum & temperanter epotum recte valentibus prodest: languores autem, cum opus est, assumptum discutit. Cæterum medicus non quod animal sit, aut pedestris, aut bipes, aut rationis particeps, aut ciuilis, eo
B cuiusque materiæ tempus idoneum ac modum nouit, sed quoniam artem salubria atque morbosa distinguentem addidicit: nam si per illa hæc nosset, omnes plane homines eandem callerent scientiam. Quare dignitate prior medicis ars est, per quam medici fiunt: nam eius vi illi vtentes morbos pellunt. Sed quam rationem materia atque instrumenta ad medicum eiusque artem, eandem ipse rursum atque ars ad eius, qui curatur, naturam habent. Illa namque est omnia congruentia in animaliũ corporibus faciens: & alens quidem, cum alimento opus est: sibi autem sanguinem præparãs, per quem alimenti egenas particulas nutriat: atque iterum, vt sanguis ipse creari possit, cibum in ventriculo præparans atque conficiens. Quod si deuorata cibaria neque recte concocta sint, neque digesta, neque in sanguinem versa, neque alendarum partium vim inuenerint, statim mehercule neque corporis nostri alimentum fuisse dicent. Quemadmodum vero ad nutriendas partes refectionis egẽtes ipsas nutriens facultas longe princeps causa est, eodem sane pacto & ventriculi vis ad cibos cõcoquendos, & iecoris venarumque facultas ad concoctum in sanguinem conuertendũ sese habent.

† Forte, [illegible] i. ad sanitatis tum custodiam, tum creationem. Vide & hac pagina d

Verum enim vero cuncta me naturæ opera particulatim nunc recensere necesse nõ est. Nam memoria repetere satis fuerit, in commentarijs de naturalibus viribus omnes naturę communes facultates fuisse explicatas numero quatuor, quibus animal regens omnia molitur ac perficit, primam
C quidem propriorum attractricem: secundam vero, horum ipsorum commutatricem, & concoctricem: tertiam, vtilium retentricem: et quartam, alienorum expultricem. His itaque potestatibus non modo sanum animal tuetur, sed etiam ægro sanitatem restituit. Et ex his abunde constat, quantum sanitatis effectrices causas natura dignitate antecellat: omnia enim reliqua materiam ipsi parant & suggerunt: quemadmodum exterius quoque artem aliam alij ministrantem videmus.
∴ Textori nanque radios, textoria, & pectines, lignarius faber molitur: huic vero ligna, materiæ excisor: securim item & dolabram, ferrarius artifex: ferrario autem ipsi, ferrum, metallorum effossor comparat: rarum'que est artem effectiuam inuenire nulla alia egentem, quæ aut instrumenta fabricetur, aut materiam operi idoneam reddat. Ita sane & medico multæ artes aptas materias præparant: perinde vt ipse rursum naturæ cum quibusdam ministris suppeditat. Quam enim proportionem architectus erga ædificatores, lignarios'que fabros, & alios quibus imperat artifices, eandem & medicus erga ministros suos gerit. Isti vero sunt herbarij, vnguentarij, coqui, cataplasmata adhibentes, humore conspergentes, clysterem suffundentes, scarificantes, venam scindentes, cucurbitulas affigentes. At si nos etiam hæc didicimus & facimus, perinde facimus, atque gubernator remigandi peritus, & facile summum malum conscendere valens, & omnia alia nau-
D tarum munera cognoscens & exequens. Etenim multi Imperatores sæpe & arcu vti, & iaculari, & pugnare gladio hasta'que sciunt, & faciunt, & Reges pariter: sed non vt rex, vt Imperator, erat Alexander Macedo, aut eius pater Philippus, sed per alias artes imperatoriæ atque regię inseruientes hæc militaria munera obibant. Itaque & nos, vt medici, cuiusque auxilij qualitatem, quantitatem, occasionem, & vtendi modum cognoscimus: vt ministri vero, venam rescindimus, & cucurbitulas admouemus, & reliqua manibus operamur. Dignitate igitur ars medica medicis præstat, medicus arti seruienti, illa ministris, ministri artibus sibi instrumenta materias'que parantibus, illæ artificibus per ipsas agentibus, artifices vero præparatis materijs atque instrumentis. Conuerso igitur ordine firmioris notitiæ atque memorię causa enumerandis artibus accidit ad seruandam efficiendamque sanitatem nobilitate vltimos esse, qui nobis clysteres scalpella, specilla, forfices, & reliqua medicæ artis instrumenta fabricantur: cum his & eos, qui materias præparant, quos radicum excisores, & herbarios vocant: nec non & qui ex metallis effossa, alia'que id genus, præbent: supra hos vero, ipsorum artes: supra quos, & ministros medicorum: his quoque superiorem, ipsorum artem: ea superiores, medicos esse: medicis artem medicam: quæ rursum, naturæ ministra est. Atqui inter ipsius naturæ facultates non nullæ quidem primariæ sunt, per quas scilicet animal in vita seruatur, summam nobilitatem ad optimam corporis vitam possidentes: optimam

autem

autem vitam nomino, quæ in sanitate videlicet agitur, praua enim in morbis vita est: alteræ sunt E vero istarum ministræ facultates, deinde illarum item aliæ. Itaq; posteaq; hoc in sermone artes oēs ac potestates sanitati vitæq; necessarias, nunquam alibi eas prosecutus, recensere constitui, neq; regentium nos potestatum dignitates adijcere me piguerit. Primæ igitur sunt salubrē animanti moderationem in quali & quanto conseruantes. Cum enim corporis nostri substantia nec magnitudinem, nec qualitatem eandem retineat: sed magnitudo per sensus latentē exhalationem dilabatur, qualitas vero temperatura semper variante permutetur non ab aere solum ambiente, sed etiam ex nobis, quemadmodum in libris de tuēda sanitate explicauimus: ad magnitudinem sarciendam altrix potestas in nobis inest: ad qualitatem corrigendam & respiratio et per totum corpus difflatio comparatæ sunt. Sed cum nutriendæ partes idonea ac propria materia egerent, alia quędam in nobis vis inest, quam haud alienum fuerit breuis ac dilucidæ doctrinæ causa sanguificam nominare: cui rursum alia vis præsto est in ventriculo, concoctrix scilicet: omnibus autem dictis viribus communes aliæ quatuor sunt, quas paulo ante memoraui, & clarioris doctrinæ causa proprijs nominibus appellaui, attractoriam scilicet, retentricem, commutatoriam, & expultricem. Hæc igitur vos meminisse dignum puto, illud scientes, me hoc loco tantum hunc sermonem fecisse, naturam omnium artium ad medendum primariam atq; potissimam esse declarantem. F

2 *Adinuenit Natura sibi ipsi accessus non cogitatione, Partim quidem Vt Conniuere, Partim Vero & Lingua subministrat, & Id genus Alia quæq;. Inerudita Natura & Indocta, Quæ opus sunt, Efficit.*

Accessus naturæ appellauit perinde, ac si & vias aut impetus ad agendum dixisset, non, vt nos prius mente volentes, & prius eligentes facimus, ita & ipsa faciente. Conniuere igitur (sic autem dicitur, cum quis clausas palpebras cito iterum aperit) statim ortis animalibus & à nullo edoctis illico inest. Certum est autem, huiusmodi actionem maximam oculis vtilitatem afferre: fatigarētur enim palpebræ, si toto vigilię tempore paterent: multaq; exterius in oculos, ipsorum tunicas violantia, inciderent. Præterea longe isto admirabilius est naturæ opus, quod nō vulgares modo, sed etiam plures medici, etsi quotidie fiat, negligenter tamen prætereunt. Nam si bimo puero panem ostendens, eum hoc ipso nomine simul demonstrans panem voces, idq; bis terq; feceris, puer & demonstrati corporis hanc vocem /panis/ signum esse intellexit, ipsamq; imitatus pronunciat, cum à nullo, vt linguam mouere oporteat, ipse didicerit. Idē vero, quod in hoc, & in alijs omnibus motibus, quos appellant voluntarios, ab omnibus fit animalibus. Igitur si voluerint aliquem artū inflectere, id statim efficient, & si musculum illum, à quo inflectitur membrum, non cognoscāt. Eādem ratione extendere volentia per alterum musculum extendent: sed neq; quis musculus iste sit, neq; quo pacto agere possit, mouenti animali notum est. Quo enim modo ea comprehendere potest, quæ multis etiam medicis incognita sunt? quid dico multis? cum non nullos musculos quidā dissectorię artis vel peritissimi ante nos ignorauerint, vt eum, qui intra articulationem abditus poplitem incuruat: nihilo minus tn̄ omnes homines ipsius genu articulum, simulatq; voluerint, inflectunt. Quin non in solis hominibus, sed etiam in alijs cunctis animantibus, huiusmodi actionis species reperitur, vsq; adeo naturæ vis ad ea, quæ animalibus conducunt, rectius præstanda, qualibet arte potentior est. Quocirca & Hippocrates de palpebrarum motu, quo si ipsas alteri etiam negocio incumbentes agitamus, mentionem fecit dicens /vt conniuere/: motum vero in loquendo linguę, per ea verba commemorauit /lingua vero & subministrat/: nobis enim quanq; vocē proferre volentibus lingua ad ipsam dearticulandam prompte obsequitur. Pueri igitur voces prolatu difficiles nunc primum audientes, vt strax & sphinx, statim ipsas nos imitantes eloquuntur: neq; quos linguę musculos mouere oporteat, neq; quo modo ipsam extendere, aut flectere, aut circumuoluere, aut superius palato, aut prioribus dentibus, aut alij cuipiam oris particulæ admouere stabilireq; conueniat, agnoscentes. Cum dixit autem /& alia quæq;/ voluntarias motiones in memo- H riam tibi reuocat: in quibus (vt dixi) animalia cuncta non solum musculorum motus, sed etiam ipsos musculos ignorantia, simulatq; membrum incuruare, aut extendere voluerint, confestim id faciunt: sicut etiam, si in obliquum abducere, & conuertere, aut circumuoluere, siue vtcunque aliter mouere statuerint. Iccirco & istis ipsis dictis acclamauit /inerudita natura, non edocta, congruētia facit/. Vocantur quidem quamlibet disciplinam edocti in illa esse eruditi: Natura autē ita erudita est, vt maxima sine doctore nouerit: qualem fuisse Themistoclem Thucydides memoriæ prodidit ita inquiens: Propria nanq; intelligentia neq; prius ad ipsam pertinens quicquam, neq; posterius edoctus, & eorum, quæ de improuiso incidebant, celerrimo consilio deprehensor optimus: et eorum, quæ longe posterius ventura essent, perspicacissimus coniector.

3 *Lachrymæ, Narium humor, Sternutamenta, Auris sordes, Oris saliuæ reiectio, Spiritus introitus, exitus, Oscitatio, Tussis, Singultus, Non eiusdem omnino modi.*

Cum ea, quæ mihi optime ad hæc verba explananda quispiam dicere posse videtur, prius retulero, deinde ad huius libri interpretes transibo: qui omnes verba hæc à superioribus disiunxerunt, omniaque ipsa singulatim tanquam ad præsensionem facientia interpretati sunt. Veruntamen

A men nobis videtur Hippocrates propositum suum ab initio, & in præsentia per totum hunc sermonem, confirmare: ipse vero naturam salutis hominum causa omnia facientem demonstrare cōstituerat. Itaq; ab operibus eius exorsus, quæcunq; in corporibus recte valentium animantium facit, ipsisq; superiori narratione enumeratis, deinceps quæcunq; in morbosis affectibus, aut sanorum languentiumq; corporum communibus ad animalis salutem natura moliatur, præsenti oratione declarauit: Quorum vnumquodq; ego particulatim proponēs, non nulla quidem (vt dixi) morbosorum affectuum propria, non nulla ægrotantium sanorumq; communia, esse monstrabo.

Atq; in ægrotantibus lachrymæ quidem non nunq; fiunt morbosi oculorum affectus modū sequentes, vt qn̄ ipsi phlegmone tentantur: non nunq; vero natura superuacuum humorem expellente, aut deficientem in glandulosis ipsorum carnibus procreante. Nempe & hoc modo narium humor excrementis in cerebro collectis per ipsas effluentibus accidit. Sternutamenta vero & ipsa semper naturæ opus sunt, ab affectibus autem morbosis proueniunt: at morbosos affectus voco, non solum cum aliqui iam ægrotant, sed etiam cum quispiam istorum affectuum exoriri incipit. Qualis enim in oculis est proprie vocata turbatio, quæ phlegmones quoddam initiū est, tales multi morbosi affectus consistere incipientes dissoluuntur, natura vapores & succos eorum opifices B excernente. Verum de his omnibus in libris de symptomatum causis disputatum est. Nam ipsorum quædam semper à natura fiunt, quæ morbosos affectus aut iam nascentes, aut futuros impediunt, sicut alia iam factos & absolutos tollunt: Idq; est, quod explanatores fefellit, nunc s. ab Hippocrate de naturę operibus sermonem non credentes fieri. Sed tribus commentarijs, in quibus de symptomatum causis disputo, totus iste sermo diligenter à me confectus est, omnia id genus symptomata, de quibus pręsens habetur oratio, à natura effectrice manare ostendente. Aurium nanq; sordes ab illa, cerebri recrementa purgante, colligitur. Tussim quoq;, vt spiritus itinera emundarent, fieri ostensum est: quemadmodum & singultus, & oscitatio, & pandiculatio, purgamētorum expellendorū causa proueniunt. At non nulla in proposita oratione dicta neq; symptomata omnino sunt, vt respiratio, & per totum corpus difflatio. Ab ipso vero de respiratione explicatum est, vbi ait /spiritus introitus, exitus/: de difflatione aūt posterius, vbi iterum scripsit /alimēti & spirationis/: at saliuæ in ore generatio inter ea, quæ prouide à natura fiunt, connumerat, quemadmodum et sputi ex pectore atq; pulmone reiectio. De hoc vero & in præsenti parte, per hęc verba dictum est /oris saliuæ reiectio/: & oportet quidē /oris saliuę/ per se proferre, hanc vocem autem /reiectio/ separatim addita hac dictione /sputi/, fortasse quidē statim ab initio à primo librario vitia-C to primo exemplari: fortasse & ab ipso Hippocrate prætermissum est, vtpote qui sibi ipsi quādam veluti designationem, & non librum in vulgus ædendū, conscriberet. Extrema aūt illa verba /nō eiusdem omnino modi/ id sibi volunt, omnia s. enumerata non eodem in omnibus dictis se modo habere. Vt enim ostendimus, non nulla solis recte valentibus, quædam solis languentibus, quēadmodum rursum alia vtrisq; eueniunt: item ex his aliqua solius naturę opera sunt. Explanatoribus autem varie hæc verba scribentibus paulo post varias eorum lectiones recitabo: Nunc vero prius quod ex toto sermone adhuc restat, in quo naturæ opera recenset, explicabo.

4 *Lotij, Deiectionis: & Flatus, et huius vtriusq;: Alimoniæ, & Spiritus: & Fœminis: Et in alio corpore Sudores, Scalptus, Pandiculationes, & Quæcunq; huiusmodi sunt.*

Scribunt sane & hanc orationem alij aliter. Verū ego & lectionem hoc tpe à plurimis probatam, & toti verborū sententiæ congruentem, atq; in vetustis castigatisq; exemplaribus repertā delegi. Eius vero sensus talis est. Quemadmodū in superius positis symptomatis naturę sine disciplina edoctæ opera ad animalis salutem facta narrauit, eodem modo & in præsenti vrinam, deiectionē, duplicem flatum commemorauit, item & alimentū, & difflationem, & quæ in solis fœminei generis D animātibus insunt: postea deinceps & sudores, & scalptus & pandiculationes. Etenim vrinæ secretio, si, quo modo fiat recordatus fueris, mirabilem tibi in regendis animantibus prouidentiam indicabit, & renum fabricæ causa: & vrinariorum meatuum originis, quam ex renum vētriculis habent: & operculorum, quæ meatuum osculis in vesicam sese inserentibus imposita sunt: & musculi, qui astrictorio in sede posito proportione respondens, vesicæ collo circundatus est: & aliorum, quæ minora quidem sunt, & minus admiranda, tantum vero ad rem conficiendam opis afferentia, vt nisi hunc in modum omnia structa essent, praue sane, aut nullo etiam pacto vrina secerni, & euacuari posset. Haud aliter & quæ ad deiectionem attinent, hoc est quæ ad excrementorum cibi aridorum expulsionem, à natura condendis nutritionis instrumētis parata sunt, ipsius erga animalia prouidentiam, ac sapientiam demonstrant: quæ omnia in libris de vsu particularum comprehensa reperies: Nunc vero capita solum perstrinxisse satis sit. Nempe quidem vtraq; vocem initio huius sermonis scriptam, ipsam per se solam legentes /lotij/, ipsum hoc loco & stercoris mentionem facere tradunt. Quidam rursus ambas voces copulantes deiectionē vrinæ, hoc est euacuationem per ea verba significari dicunt, perinde atq; si & vrinæ excretionem dixisset. Igitur isti sermonis initio scripserunt /stercoris & vrinæ deiectio/, ac si ita dictum esset, stercoris & vrinę euacuatio. Verū quemadmodum cibi recrementa mirabile artificium in secernendo præseferunt, iti-

dem

dem quoq; in vtriusq; flatus secretione,tam eius,qui per intestinum rectum,q̃ eius,qui per gulam E
expellitur,quem ructum vocant,naturæ prouidentia conspicitur, ad extrudendum vtrũq; flatum
instrumentis,in quibus colligitur,insurgentibus.Flatus enim hos excerni deprehendes,& si dor-
miant illi,qui istis repleti sunt:& si in somnum propensius labantur:& si catalepsi,veterno,sopo-
re,delirio,& profundo somno correpti sint. Æque inueneris etiam naturæ artem,si ea cuncta didi-
ceris,quæ in administrando alimento atq; spiritu machinatur.Et longe adhuc magis demiraberis,
si omnia noueris,quæ in fœminis concipiendi fœtus causa molita est. Istis similia sunt & quę in to
to corpore ad sudores excernendos,ad scalptus, ad pandiculationes pertinent: vocant autem scal-
ptum,frictionem motumq; per vngues effectum,quod in pruriẽtibus particulis animalia natura-
liter faciunt,idq; in ipsis omnibus reperitur. Vidistis quidem & dudum, cum viuentem caprã gra
uidam dissecarem,fœtus ex ipsa ligata extractus vt humi depositus quatuor pedibus ambulare in-
ceperit, à nullo edoctus ambulandi causa membra hæc esse corpori subiecta: & paulo posterius su
peruacuum humorẽ,quo eius cutis exterius circunfusa erat,excusserit: atq; iterum paulo post vno
ex pedibus costas sibi scalpserit,ex quo vos omnes præsentes exclamauistis, primum quidem ꝙ ip
se symptomatis medelam absq; doctore inuenerit,secundo ꝙ per hoc membrum solũ id fieri pos-
set,tertio ꝙ ad hũc modum. At pandiculatio tale quidem in omnibus (vt puto) musculis sympto F
ma est, quale in oscitatione solis inferioris maxillæ musculis accidit.In libris autem de symptoma-
tum causis,si memoriter modo tenetis,euacuandorum in musculis halituosorum excrementorum
causa & id à natura fieri demonstrauimus: infantes autem & reliqua animalia id sine doctrina fa-
cere cernuntur. Hæc itaq; omnia,& quæcunq; cum ipsis dicebamus,quemadmodum et excutere
humorem paulo ante de hœdo per dissectionem extracto narrauimus, admirabilem quandam na
turæ erga animalia prouidentiam indicant,per quam & secunda valetudine fruentia conseruãtur,
& ægrotantia morbo liberantur.

5 *Hominis Anima semper Producitur vsq; ad Mortem. Sin autem Ignescat, Simul cum Morbo et Anima Cor-
pus depascitur.*

Diuinatione potius opus est,q̃ aliqua methodo,per quam intelligere quispiam possit, quid'nã
significare volens Hippocrates scripsit hoc verbũ /φύεται i.producit/: potest enim significare &,
generatur,sicut Asclepiades posterius existimauit: potest vero significare &,augetur: potest etiã,
vt quidam intellexerunt,idem sonare,quod,conseruatur,alimento & respiratione nobis vtẽtibus.
Quicunq; enim animam spiritum esse censent,ipsam et ex sanguinis halitu,& ex aere intra corpus G
inspiratione per asperam arteriam adducto, conseruari testantur.Illud vero & in aperto est, nihil
eorum,quæ dixi,nos posse tanquam verum sit,contendentes enunciare,nisi prius animæ substan-
tiam exquisite compertam habeamus. Profecto si, vt in libro de Septimanis auctor ille manife-
ste de animæ substantia disseruit,sic & in alio quopiam indubitater legitimo Hippocratis libro di-
ctum inueniretur, aliquid planè haberem, quod de hoc verbo /producitur/ dici posset: quoniam
vero nusquam in legitimis voluminibus Hippocrates clare explicauit,quid'nam hoc verbũ /pro-
ducitur/ sibi velit,præter id,ꝙ istud ignoro, neq; animæ substantiam me firmiter scire mihi persua
deo. Nempe cerebrum sensus voluntariæq; motionis principem causam esse,omnibusq; alijs par
ticulis distribuere, in libris de Hippocratis Platonisq; decretis ostendimus. Illud præterea persua-
sum habeo,spiritum in eius cauis positum primarium esse animæ instrumentum: quem vt animæ
substantiam esse dicerem, mihi temere inclinabat animus. Siue autem tota cerebri natura ex qua-
tuor elementorum temperatione ad eam substantiam vel proprietatem redacta sit,per quam sen-
sus motusq; voluntarij in animali primus auctor habeatur & memoriæ s.& intelligẽtiæ: siue quę-
dam alia vis corpore vacans à nostro Conditore cerebro indita fuerit, & morientibus animalibus
recedat,nullam hac de re firmam rõnem habeo: quin & eos,qui de hoc quicquam affirmarunt,au H
dacia magis,q̃ sapientia,nobis antecedere existimamus. Cæterum medicis quoq; superuacuam de
animæ substantia notitiam esse arbitror. Satis est enim artem medicam cum ratione tractantibus
illud nosse,quoad s.ipsius cerebri,ac spiritus in eius finibus contenti,naturalis temperies inuiolata
seruat̃,viuere posse aial: si vero contentus spiritus aut prorsum corruptus sit, aut à naturali tempe-
ratura vnà cum ea,quæ in cerebro est,longissime discesserit,mortem necessario sequi. Hæc agno-
scens medicus ipsorum bonæ temperaturæ ac permãsioni semper cõsulet, methodos à nobis in cõ
mentarijs de tuenda sanitate & de morborum curatione traditas persequens: quas oẽs Hippocra-
tem primũ docuisse memorauimus.Quã ob rem neq; legitimã hanc eius esse particulã censeo, sed
ab aliquo,vt plerasq; alias, fuisse interpositã.Forsan vero & eius filiũ Thessalũ patris rudes anno-
tationes collegisse,aiunt,in chartis,& corijs,& tabellis eas nactum,& huius generis quasdam par-
ticulas interiecisse.Non nulli sanè, qui commentaria in propositum librum ædiderunt, pro his
verbis /melior fit/ producitur/ scriptum fuisse contendunt: ipsam vero procedente ætate scien-
tiæ ac sapientiæ incumbentibus meliorem euadere arbitrantur. At neque ad medicum pertinens
sermo est,neque ijs, quæ sequuntur, consentaneus: nam de ipsius substantia hoc verbum /produ-
citur/ dictum esse, ex eo constat, quod ipse subiecit /si verò ignescat vnà cum morbo & anima
corpus

A corpus depascitur/. Atqui verbum hoc /ignescat/ indicare videtur ex Hippocratis sententia animæ substantiam calorem esse naturalem: quem naturalium operum multis in locis auctorem esse testatur. Maximum vero hoc loco placitum agitatur, de quo & inter philosophos dissensio est. Non nulli quidem vnam esse animæ naturæq; substantiam arbitrant, aliqui in spiritu, aliqui in corporis proprietate, eas consistere statuentes. Quidam vero non vnam, sed propriam ac separatam vtriusq; substãtiam esse, nec paruo quodam interuallo, sed toto genere inter se differre confirmãt: siquidem naturæ corruptioni obnoxiam, animæ vero immortalem esse, substantiam arbitrantur. Aristoteles sane atq; Plato vna appellatione vtrãq; potestatem comprehendunt, non eam modo, qua ratiocinamur atque recordamur, animam vocantes, sed etiam eam, quæ in stirpibus est, qua & aluntur, & crescunt, & seruantur, quoad temporis longinquitate consumptæ exarescant. Stoicorum autem mos est naturam vocare, qua stirpes regũtur: animam vero, qua animalia: vtriusq; vero substantiam ingenitũ spiritum statuunt: Differreq; inter se qualitate arbitrantur: nã sicciorem animę spiritum, humidiorẽ autem esse naturę: vtrunq; autem, vt permaneat, non alimento solum, sed etiam aere indigere. Et quicunq; huiusce decreti principem Hippocratem fuisse opinantur, vt in libro de septimanis dictum est, hoc verbum /producitur/ dictum esse aiũt de instauratione, quę B in ipsis fit ex vtraq; substantia, alimenti scilicet atq; aeris, vt euidenter apparet, & vtriusq; vtilitatẽ cognoscimus: alibi nãq; respirationem ingeniti caloris moderationem seruare, ciborum vero assumptionem corporeæ substantię quod dilapsum est resarcire, declaratũ est. Atq; si corporis quędam forma anima est, iure sane produci vsq; ad mortem diceretur. At si a natura, quam Aristoteles altricem, appetitricem Plato nominat, altera quædam ipsius substantia sit, verum sane, quod dictum est, fuerit, sed de cogitatrice anima vere id dici non poterit. Nempe q insitum calidum, cui maxime corporea opera Hippocrates tribuit, igneum factum non solũ priora munera obire non possit, sed neq; corpus nostrum alere, quod ipsius erat primarium officium, immo contra perdat, atq; vt ignis, liquefaciat, nobis ratione contemplantibus, & corporis eliquationes a perurentibus febribus factas euidenter cernentibus, apertum est. Verum, cum in tota hac habita oratione tertia anima prætermissa sit, siue facultas, siue vtcũq; eam nominare velis, quam Plato iracundam appellauit, & de ipsa aliquid dicere satius fuerit, vt nihil præterea in sermone de anima dicendum relinquatur. Calor sane quidam naturalis, per quem sanguis creatur, in iecore continetur: calor etiam alter in corde maior inest ad iram excitandam nobis datus, nam & ipsius quidam vsus est, vt in libris de Hippocratis Platonisq; decretis explicauimus. Et hic quidem calor spiratione eget, alter C difflatione, ita enim medicis vocare mos est duplicem in toto corpore arteriarum actionem, fuliginosum excrementum per compressionem expellentium, aerem vero circumfusum per distentionem attrahentium.

6 *Morbi Simul Nutriti in Senecta relinquunt, & per Maturationes, & Solutionem, & Rarefactionem.*

Non de omnibus connutritis morbis Hippocratis sermo est: ita vero eos appellant, qui lõginquo tempore hominum corpora infestant. Id enim accidere non cernitur, neq; ipsum latet, clare in
" aphorismis dicentem, Senes, q iuuenes, plerunq; rarius ægrotant: quicunq; vero ipsis diuturni 2. Aph. 39. Ex. ord. 17 b
" morbi eueniunt, sæpius commoriuntur. Igitur cum in hoc sermone /sæpius/ addiderit, neque vniuerse protulerit, quosque scilicet diuturnos morbos commori, aperte indicat se non nullos ante senum mortem dissolui cognoscere. Qui nam igitur sint isti, quemadmodum etiam qui nam ante
" mortem non abeũtes, in aphorismis ipse patefecit sic scribens, Raucitates, & grauedines in valde Ibid. Apho. 40.
" senioribus non maturescunt. Igitur cum hic frigidiorum meminerit, constat & ipsum concedere quosdam ex calidis in seniori ætate posse dissolui, siquidem Cõtraria contrariorum medicamina In lib. de Flatibus. sunt. Rari autem hi sunt, vt calidæ cephaleæ, & heterocraniæ vocati dolores capitis, & renum cali D di affectus, et articulares dolores, quicunq; ex valde calida affectione oriuntur. Iste quidem ex senectæ proueniens temperatura solutionis modus inter maturationes reponitur, maturatione scilicet omnem ad mediocre temperamentum adductionem significante, vt in maturescẽtibus fructibus conspicitur. Alios autem duos adhuc rariores concoctione modos adijcit, & per rarefactionem, & eum qui ambigue dictus est, siue per dissolutionem siue per solutionem intelligere oporteat. Fit iste autem, ipsa corporea substantia, quæ omnibus tam animatis, q inanimis communis est, dilabẽte: aliquid enim omnino ex ipsis defluit, sed plurimum ex mollioribus, minus ex minus mollibus. Ita sane et quidam a natura alieni tumores paulatim longiori tempore, dilabente materia, dissoluũtur: idq; recta victus ratione vtentibus euenit: nam, qui largiore cibo vescuntur, humorem affectis partibus influentem digesto æqualem facientes, affectus seruãt. Tertium vero solutionis modum narrauit corporis raritatem, a medicis quidem cõsulto effectam, a senili autem ætate raro: cũ labefactatis viribus, extenuato corporis habitu, & male nutrita cute, laxiores meatus euaserint. Nos itaq; sic verba interpretamur, cum semper ipsius sermones ijs, quæ in ægrotis cernuntur, consentaneos esse demonstrare conemur: plurimi autem explanatores omnia potius alia, quam id faciunt: qui & hoc loco tanquam de omnibus morbis sermone facto causas afferre nituntur. Magis etiam absurda illi dicunt, qui in senecta huiusmodi affectiones sedari aiunt, animæ quidem,

iracundiam,

iracundiam,auaritiam,ſuperſtitionem: corporis autem,amatorias perturbationes. E

7 *Medicatio, Contrarium cogitans, Non conſentire Affectui.*

Sermo iſte eandem vim habet,quam ille,Contraria contrariorum medicamenta.de quo ſępius iam diſputauimus.

8 *Frigidum & Auxiliatur, & Tollit quæcunq; à Calido.*

Et hoc ſibi ipſi memoriæ cauſa ſcripſit, quod proximæ ſententiæ vniuerſalis pars eſt. Etenim frigidum frigidis affectibus opitulatur,calidos autem morbos tollit: nam ab vno tanquam exemplo ad omnia contraria traducere ſermonem oportet.

9 *Excandeſcentia Attrahit & Cor & Pulmonem in ſe ipſa, & in Caput & Calida & Humidum: Lætitia autem Relaxat Cor.*

Obſcure admodum hæc locutio perplexa eſt: quocirca & eius plures lectiones,lectionibuſq; cõſentaneas explanationes fecerunt: verius autem quiſpiam dixerit,non lectionibus explanationes, ſed prius cogitatis explanationibus eos deinde lectiones affinxiſſe & accommodaſſe. Statim igitur hæc vox /attrahit/ in hoc ſermone quid ſignificat? Cor atq; pulmonem ob iracũdiam attrahi, ipſum dicere interpretabimur: ſed cum hæc verba adiecta ſint /in ſe ipſa, & in caput/ alter huiuſmodi ſenſus innuitur,cor & pulmo attrahunt,& in ſe ipſos,& in caput calida et humidum. Atqui iſta vox /calida/ penè intelligi non poteſt: potius enim calidum, quàm calida, dixiſſe oportuit. Satius igitur fortaſſe fuerit omiſſa ſingulorum in hoc ſermone verborum declaratione vtpote confuſa,ipſius ecphraſim potius facere,aut paraphraſim,ſiue vt lubet,quis noiet,i. per plura verba enarrationem: Id vero fieri nequit, niſi vnum ſaltem nomẽ interpretemur, quod eſt attrahere. Duorum.n. alterutrum,in excandeſcentijs dicendum eſt,aut pulmonem & cor ad caput attrahi: aut cor et pulmonem & caput ex inferioribus locis calorem humoremq; ad ſe ipſos attrahere: veriſimile nanq; eſt ex iecoris regionibus,vnde ſanguinis diſtributio fit, & calorem & humorem hauriri. Porrò in excandeſcentia cor atq; inſimul per totum animal diſcurrentes arteriæ maiorem vehementioreq; pulſatum efficere,cernunt. Æquum eſt aũt & cordis dilatationem implentia tunc plura adduci. In caput vero plus humoris caloriſq; efferri, oculos totamq; faciẽ occupans rubor ſignificat: quin ẽt ſi tetigeris,calidiores euaſiſſe tibi hæ partes apparebunt. Euidenter quoq; & oculi emicant, vnaq; prominentiores facti eſſe vident,et vniuerſum caput calidius. At lętitia,inquit,relaxat cor,hoc eſt ipſum derelinquunt antedicta. Nẽpe prædictorum cognitio vtilis eſt, vt ira euitet non nunquã, nõ nunquam de induſtria excitet. Vitetur quidem,cum cor & caput naturali intẽperie ſupra modum calidiora ſunt,aut aliquo aduẽtitio calido affectu laborant: excitetur autem in frigidis vitijs, & natura frigidiore corde & capite. Eodẽ modo & totius corporis temperatura, ſi calidior, quàm par ſit,aut morbo,aut natura fuerit,magnopere iracundia offendetur: illi autem cõtraria magnopere hac iuuabitur. Id enim & in ſecundo de morbis popularibus ab ipſo fuiſſe traditum oſtendimus,vbi dicebat,|| Danda eſt opera,vt ira excitetur & coloris & ſucci recuperandi cauſa.

F G * »

2. Epid. circa finem ſect. 4.

10 *Labor Articulis & Carnibus: Cibus Somnus Viſceribus.*

Quoniam hoc nomen /labor/ ſępius conſueuit Hippocrates pro exercitatione accipere, interdum pro dolore, aut abſolute pro qualibet noxa, vt in multis commentarijs antea didiciſtis, Iccirco igitur ex libri explanatoribus alius aliud trium ſignificatorum accipiens aliquis arbitratur ſanè ipſum dicere,exercitationem articulis carnibuſq; veluti cibum eſſe,ideſt alimentum,robur,adiumentum: illico enim augeri,confirmari, ac roborari exercitationibus haud ſecius, quàm cibis. Quidam vero articulis & carnibus multitudinem cibi dolorem cruciatumq; afferre, per hæc verba ſignificari intellexit: nam repletionem haud ſolum articulos ad motũ tardos reddere & carnes, hoc eſt muſculos,in iſtis enim carnium genus continetur, ſed etiam fluxiones mouere, & ex eo dolorem excitare. Huic vero ſententiæ & illud conſentit, quod per tertium ſignificatum intelligit, nõ nullis opinantibus multum cibum, hoc eſt plenitudinem, articulis & carnibus nocere. At non ſolum carnibus & articulis,ſed ẽt omnibus corporis partibus plenitudo & noxam & dolores inferre conſueuit. Secunda quidem aphoriſmi huius particula, vbi dicit /ſomnus viſceribus/ hanc habebit ſententiam: Quemadmodum labor articulis & carnibus,ſic & ſomnus viſceribus,aut exercitatio erit bonum creans habitum,aut dolorem noxam've inferet. Exerceri ſiquidem in ſomnis viſcera,quatenus tunc operant maxime,et alimentum conficiunt,recte quiſpiam intelligere poteſt: noxam vero aliquam & dolorem in ſomnis excitari,id verum non eſt: indolentiã.n. potius & remedium,quàm contrarium, afferre ſomnus ſuapte natura idoneus eſt, niſi quiſpiam initijs acceſſionum hæc ipſum facere dixerit: verum hoc loco ſine vlla diſtinctione ſcriptis verbis,ſermo neutiquã verus fuerit. Num igitur fortaſſe hoc modo legere, ſatius eſt? /labor articulis & carnibus/ deinde ab altero principio /cibus ſomnus viſceribus/ vt oratio huiuſmodi ſit: Exercitatio quidem articulis et carnibus vtilitatem præbet,cibus vero & ſomnus viſceribus. Naturali enim calido in profundum

A.l.3 11.… c.10.… H

A fundum vergente, vt ipse tradidit, & ciborum concoctiones meliores fiūt, & tunc viscera nutriuntur: at in vigilia naturali calido ad cutem profuso viscera se ipsis frigidiora euadunt: &, quæ ipsis in somnis inerant, hæc artubus omnibus ꝙ extimis partibus in vigilia.

11 *Animæ Deambulatio, Cogitatio Hominibus.*

Deambulationem pro exercitatione omnes libri interpretes acceperunt, vt oratio ita se habeat /hominibus cogitationes exercitatio/ appellatione deambulationis, pro exercitatione suscepta: vox enim hæc /deambulatio/ speciem quandam exercitationis significat. Cum aūt affectata quędam narratio sit, haud iniuria ipsam Dioscorides repudians non scripsit /peripatos hoc est deambulatio/ sed literam n adijciēs legit /περὶ παντός hoc est de omni/ vt locutio talis sit /animę de omni cogitatio hominibus/: eius vero sententia est, In qualibet re homines vim rationis exercitare debent: nam mentis volutationes cogitationes appellantur. Vnde, & Socratem cogitatorem vocabant, & prudentia hominis consilia cogitationes noīabant: vt in Aristophanis Nebulis inuenire licet, vbi Socratē lacerat, & tanquam inania garrientē vituperat. Si cui vero philosophicā speculationem, nō medicinalem, sermo iste sapere videatur, primum animaduertito, ipsum omnium B rationalium artium esse communem, in quibus vim ratiocinandi exercere conuenit, vt & ab alijs multis medicis, et ab Erasistrato non raro dictum est. Deinde & vitia quędam oboriuntur, aliqua vires animæ cogitandi ac memorandi veluti stupefacientia, aliqua sopores graues atq; profundos inducentia. Sic affectis igitur vtiles esse cogitationes putandum est, vt alibi ipse prodidit, Excandescentias vtiles esse ad bonos succos creandos, & naturalem habitum recuperandum. 2.Epi.l. circa finem lect. 4.

12 *In Vulneribus Sanguis concurrit. Subueniendum, vt Vacuum impleatur.*

Obscura inuoluta q; est & huiusmodi locutio: neq; enim quid illud verbum /cōcurrere/ significet, clarum est, neq; item quid illud /vt vacuum impleatur/. Propterea ergo nō nulli interpretes de sanguinis in vulneribus profluuio sermonē hunc esse aiunt, aliqui de superueniēte inflāmatione. Vtriq; enim in vulneratam partem confluere sanguinem censent, & in omni corpore venas inaniri: quibus prospiciēdum esse dicunt, vt iterum scilicet repleantur: ipsarum autem repletionem esse duplicem, vulneratæ partis sanguine per frigida astrictoria q; medicamenta represso, & per idoneum membri situm relabente. Alij verò quidam non de vulneribus solum, sed etiam de ossibus valde cōfractis, maxime q; vbi ipsorum aliqua pars extra cutim emineat, similiter vero & C de huiusmodi omnibus luxationibus, verberibus' que magnam in corpore contusionem facientibus, sermonem hunc audiendum esse contendunt: tromata enim, hoc est ictus, nominat Hippocrates, magnas noxas ab aliquo externo etiam sine vulnere illatas. Quòd autem concurrat ad hæc sanguis, & ꝙ euacuatum repleatur, eodem & hæc dicentes modo explanant. Verum ꝙ Hippocrates huiusmodi lęsiones tromata vocare consueuerit, iam in multis ipsius libris didicimus: nunquid vero & nunc ita intellexerit, temerarium est affirmare. Aliqui autem in vulneribus sanguine manantibus replere opus esse dixerunt idoneis videlicet medicinis, ac linamentis impositis.

13 *Sin Auris doleat, lana digito circundata Vnguen calidum infundito. Deinde inijciens interius in Volam lanam auri subijcito, vt ipsi aliquid effluere videatur. Deinde in ignem proijcito dolo.*

Non nulli propter vocem in calce positā /dolo/ hunc sermonem haud immerito adulterinum interiectum q; esse suspicati sunt. Narratio enim ante ipsam talis quodā modo est, si cui auris doleat, lanam digito, indici videlicet, interdum etiam pollici, circundatam vnguine, i. aut oleo aut adipe liquata lanam imbuens, in aurem instillato: quemadmodum & hisce temporibus facere solemus per specillum lana inuolutum non vnguen solum (vt ipse nominauit) sed omne aliud liqui- *D dum medicamē infundentes. Esto aūt liquidum illud medicamen, quo lanam inficimus, ad lucernæ flammam aut ad candelam ceream calefactum. Instillare autem non semel, aut bis, sed sæpius conuenit, vt aliquid ad extimam partē foraminis auditorij profluat: istud vero emanans subiecta duntaxat lana nos excipimus. Iubet aūt Hippocrates lanam hāc humorem ex aure defluentē excepturam in vola manus nostrę, sinistræ scilicet poni. Ex eo constat non semel aut bis, sed etiam sępius, nos infundere, ab ipso præcipi. Quod sequitur aūt, si absolute quidē scriptum esset /deinde in ignem proijcito/ recte eos interpretari diceremus, qui ipsum propterea dicunt igni inijciendum esse putare, vt ab odore, qualè nam sit, inuestigetur: ipse nāq; hoc pacto & quod ex pulmone per tussim extruditur, examinauit: Quoniam vero huic orationi adiectum est /vt ipsi aliquid effluere videatur/: & hęc vox /videatur/ extremo huius totius narrationis verbo /dolo/ scilicet, respondere comprehenditur: propterea & magis laudati interpretes in hanc opinionem deuenerunt, vt decipiendi ægroti causa ad hoc agendum accessisse Hippocratem dicant: Interdum enim ex his rebus solatium capere ægrotantes, arbitrari q; diligentiorem de se ipsis curā haberi. Atqui maiora etiam, quàm sint, vitia laborantibus apparere, vtile esse tradunt, vt ne medicis tanquam non celeriter ea curantibus irascantur: vt q; certæ & exquisitæ victus rationi obtemperent: non nulli etiā addūt & mercedes maiores, & munera ampliora, qui sanati fuerint, medicis esse daturos,

vtpote magnis languoribus se liberatos esse arbitrantes. Hoc non nulli sursum haud secundum E Hippocratis sententiam esse ducunt: ideo q; totam hanc partem ab alio interiectam esse suspicantur. Neq; enim de propositis verbis illud dicendum est, quod non nulli probabiliter inuenisse se existimant, doloris mitigationem, dolum vocatum esse putantes, perinde ac non idem sit & morbosum affectum curare, radicem veluti eius extirpantes, et dolorem mitigantes lenire. Porrò non nunquam id ipsum totum affectum peiorem reddit, quemadmodũ in intestini laxioris doloribus antidota ex opio, & alterco, & mandragora, & styrace composita: ista nanq; membra circùm refrigerantia, vt iterum ab ijsdem causis offendantur, paratiora efficiunt. Sed neq; ob mitigandũ dolorẽ, vt dixi, hæc vox /dolus/ seu /deceptio/ ascribi potuit: aduersatur.n. illis verbis /vt aliqd ipsi exire videat/ eo qui ita scripsit, indicante decipiendorum ægrotantium causa ad hanc manuariam operam medicos accedere. Satius igitur fuerit, hæc verba nequaq̃ esse Hippocratis, exstimare.

14 *Lingua Lotium significat. Linguæ Virides biliosæ: Biliosum autem à Pingui: Rubræ vero à Sãguine: Nigræ ab Atra bile: Aridæ à Fuliginosa exustione, & ab Vterino membro. Albidæ verò à Pituita.*

Linguam, cuiusmodi sit lotium, indicare ait, aut proprie sic vocatum, quod quotidie mictu eijcimus, aut succorum serum. Vterque autem modus in eandem sententiã recidit: etenim lingua, si- F cut & vrina, succorum affectiones detegit. Atq; ita fructu ex his verbis decerpto, quid'nam lotiũ significet, ex abundanti perquiremus. Vtile autẽ, quod in tota hac parte nos edocet, istud est, linguas aliquas bilis abundãtiam significare: aliquas sanguinis, aut id genus aliorum cuiuspiam: de quibus oĩbus in sequentibus speculabimur. In his.n. quæ ad artis opera cõducũt, diu versandum censeo: prætereunda aũt ea, quæcunq; sophistice inuestigata sunt. Virides itaq; linguas dixit, vt in communi vitæ vsu mortales nominant, virides quosdam se vidisse dicentes, quibus in biliosius color mutatus fuerit ob pallidam scilicet bilem. Hanc.n. simpliciter appellant, nõ sicut alias cum adiectione, aut atrã, aut æruginosam, aut rubrã, aut flauã, aut vitellinam appellãtes. Flaua quidem bilis proxima pallidæ est, & eiusdẽ ferè generis. Dicunt aũt plerunq; non adijciẽtes /pallidam/ ita absolute hoĩem vomuisse bilem: sed de flaua raro quispiã absolute protulisse inuenitur, statim.n. ipsi coloris nomen adijciunt, flauã bilem vomuisse quempiã dicentes, aut puram bilem: Æruginosam vero & atrã bilem nullus neq; medicus neq; plebeius sine adiectione noĩauit, quemadmodũ neq; isatode i. isatidi herbæ similem, nec porraceam, nec vitellinam: nam hæc bilis nomina à quibusdam medicis reperta sunt, & à coloribus quibus infecta est, deriuata. Sic vero & rubram bilem vocant, quę sanguinis serum est: sed vitellina flaua bile spissescente progignitur, quemadmodum G pallida ex eadem aqueam quandam substãtiam accipiẽte. Virides igitur linguæ nũc euidẽter pro eo, quod est, pallidæ, dictæ sunt, à pallida scilicet bile coloratæ. Etenim grandioribus venis prędita lingua & inani substantia spongiam referens, alijs duris densis q; particulis paratior est, vt serosos intra se humores admittat, ab illis q; colores instar lanarum suscipiat. Interiectum est aũt his verbis illud /biliosum à pingui/ indicante Hippocrate biliosum succũ plurimum ex pingui alimenti parte procreari. Pingue vero intelligendum est non solũ vnguinosum, sed etiã dulce, & prorsum quod naturaliter se habentibus suaue est. Soli nanq; extra naturalẽ statum constituti amaris, acerbis, acidis q; cibarijs delectantur: naturaliter aũt se habentes, & ab excrementis vacui, pinguibus, & dulcibus, & nulla vehementi qualitate præditis, cum voluptate vescuntur. Oĩa hæc igitur nihil aliud, q̃ pingue in alimẽto sunt. Quocirca & pinguẽ agrũ & vnguinosam regionẽ multi veteres appellarunt, per ea vocabula eorum fructuum feracẽ indicãtes, qui à nobis rectè valẽtibus sine vlla noxa comeduntur. Ex melle autem oĩno'que ex dulcibus, cum vehemẽtius incaluerint, amarę bilis contrahi humorem in quarto de simplicium medicaminum viribus commentario declaratũ est. Cum hoc etiam qñ hæc diutius in vẽtriculo morata fuerint, neq; prius distributa neq; cõcocta sint, luteam ex ipsis bilem procreari euidenter percipimus. Quisquis igitur tunc euomuit, huiusmodi bilem euomuit. De pallida quidem lingua abũde hæc sint. Rubras aũt à sanguine fieri ait. H Neq;.n. vel cogitari potest ab alio abundãte humore vlla in parte rubrũ colorem fieri: color enim succorum est dominantium & exuberantium, nõ deficientiũ. Similiter & nigras linguas à nigra bile fieri dicit: eadem.n. ratio & in his est: Aridas aũt i. admodũ siccas, à perurẽti febre: quę ignis instar sanguinem inflãmãs fuligini potius, q̃ vapori, similem exhalationẽ efficit. Iccirco & nigræ sæpius huiusmodi linguę efficiunt. Tales vero linguę & ab vterino mẽbro i. ab vtero, sępius fiũt: nam & hoc phlegmone correpto calidissimæ febres adueniunt. Verũ, queadmodum pallidę linguæ à pallida bile, atræ ab atra, rubræ à sanguine, sic à pituita albidæ tinguntur. Nẽpe dictis signis oĩno quæ significantur, eueniũt: rebus aũt nõ accidunt signa necessario. Inflãmato.n. vtero haud semper febres æstuantes adueniunt, quemadmodum neq; redundante sanguine lingua rubescit, quin etiam atra bile in liene aut in aliquibus inferioribus venis contenta linguę color nõ euariat, sicut neq; ob pallidã bilem, neq; ob pituitã, sed cum aut in ventriculo huiusmodi aliquid continebitur, aut multo calore fundente atq; in spiritum humores vertente in sublime halitus ferentur.

In vniuersum igitur dicendũ est, quodlibet ex narratis de lingua signis aut febrẽ perurentẽ adesse, simul q; singulos succos ab Hippocrate dictos abundare, siue in vẽtriculo contineri, ostẽdere.

Vrina

15 A *Vrina Cibo & Potui Concolor, Atq; talis, vt consueuit, vbi humiditas, colliquatio.*

Vrina ei non nunq̃, quod epotum est, colore similis apparet neq; mutatis, neq; in sanguinem
recte versis cibis, cum quibus & ipse potus cõmutatur: non nunq̃ & aliqua corporis particula li-
quescente, vt Sabinus scripsit. Hæc igitur vtraq; non ex naturæ proposito administrato corpore
eueniunt: naturaliter autem se habente creandis succis vnà commutatus potus & colore infectus
vrinarum differẽtias facit, neq; epoti humoris, neq; membrorũ in corpore liquatorũ qualitatibus,
sed creatorum humorũ formis respondentes, queadmodum & supra aliàs ostẽsum est. Qñ igitur
lotium rei potæ colorem retinuerit, si aquæ aut alicuius albi tenuis q; vini potio fuerit, aqueum al
bum'que conspicit: si vinũ crassum nigrum'que fuerit, nigrior vrina et crassior apparebit: queãd
modum & flauior, si vetustum fuluum q; vinũ sit. Indicat autẽ colliquatorũ membrorum colorẽ,
cum partes aliquæ erui et hordei speciem referentes vnà cum ipsa exeunt: à iecore enim huiusmo * [Al. farinæ crassioris.]
di corpuscula veniunt, sicut carnosiora à renibus. Ita vero & foliorũ similia, à vesica: vnguinosa,
ab adipe: hordeacea quidem magnitudine & duritia, sed non albida, colliquatę carnis notę sunt: * [Al. farinæ crassiori similia.]
sicut & nigra, lienis magis. Vrinæ quidem iumentorum lotio similes eliquationem nõ indicãt, vt
B Sabinus censebat: nã in Aphorismorũ explanationibus id genus vrinas eorũ esse explicauimus,
in quibus humor, q crudus vocatur, plurimus abũdat, & à calore fusus est: tũc.n. ipsum in spiritũ
versum flatuosas exhalationes ad caput submittere contingit, vnde & dolores capitis excitantur.

16 *Lingua extensionibus Concolor. Quocirca ex istis Succos cognoscimus.*

Obscura hoc loco est hęc vox /extensionibus/ non nullis extẽsiones succorũ è vẽtriculo ascen
dentium dictas esse, non nullis vero concretos in lingua, aliquibus & ipsam madefacientes humo
res, significari putantibus. Sed istos oẽs intelligere præstiterit, vt de succis vtcunq; linguam attin-
gentibus sermo fiat: ipsis enim concolor lingua apparet, & si ex ventriculo sursum repãt, & si per
venas eius altrices affluxerint, & si per vapores quosdam sublatos exterius ipsi adhæserint, atque
penitiora minime humectantes circumcreti fuerint. Propter hoc igitur ipsum & humores inter-
noscimus, si quidem viridis lingua fuerit, biliosos: si vero nigra, melãcholicos: ad istorum autem
similitudinem & alios, de quibus dudum dicebamus, cum eam partem explanaremus, in qua di-
cit /linguæ virides biliosæ/.

17 C *Si Salsæ carnes gustanti, Superuacuæ materiæ Signum.*

Non modo linguæ color, sed eius ẽt vis gustatoria superuacuos humores ostẽdit. Sic igitur
quibusdam amaro sapore infectam linguam habentibus oĩa quãuis dulcissima, iudicãtur amara,
quemadmodum, exempli causa, regio morbo languentibus: non nullis vero salsa propter sapo-
rem, qui salsus dicitur. Huius vero rei perspicuum indicium in ipsis recte valẽtibus est. Siquis.n.
absinthio gustato continuo ab ipso aliquid aliud degustet, amarum id apparebit: & sale comman
ducato siquid aliud confestim post ipsum assumptum fuerit, istud quoque gustatu salsum videbi-
tur. Quamobrẽ sic & in morbosis affectibus cũ lingua impura & excrementis affluens sit, pro ex-
crementi natura ciborum sapor linguæ impressum saporem referet, si modo quæ degustatur esca
omni vehemẽti qualitate spoliata fuerit: Sin secus se habeat, mistus quidam in lingua duorum sa-
porum sensus erit, & eius qui in ipsa excellit, & eius qui in cibo assumpto dominatur: quædam.n.
admodum salsa sunt, quædã amara, quædã acria: sicut iterum alia acida, alia dulcia. Mista igitur (vt
dicebam) siquis hæc gustauerit, fiet saporum istorum perceptio, & eius qui iam linguam infece-
rat, & eius qui extrinsecus ipsam attingit. Propterea igitur Hippocrates vnum quoddã ex his me
moriæ causa sibi ipsi literis mandauit, quemadmodum hisce in commentarijs facere consueuit.

18 D *Si Mammarum Papillæ & rubrum, Viride sit, Aegrotat Conceptaculum.*

Vterum appellare cõceptaculum Hippocratis phrasim non sapit: tamen quod dicitur, perspi-
cuum est. Nam si aliquod ex dictis signis mammis accidat, languere vterũ significat: sæpius enim
aliàs vterum mammas'que societate coniungi didicistis.

19 *Hominibus Sordes in Auribus, Dulcis quidem Mortifera, Amara autem non.*

Fortassis quispiam ægrotans ipse auris sordem degustare sustinuerit, medico autem id præci-
pere turpe ac detestabile fuerit. Clarum est autem, non alio tempore aurium sordem fieri dulcem
posse, q̃ quo cerebrum ęgrotat, naturaliter enim amara videtur: Atq; ideo ipsam dulcem liquescẽ
te cerebro fieri dicunt.

20 *Solum Vertere in Longis Morbis conuenit.*

Siue nauigans, siue terrestre iter faciens quispiam, in alteram regionem migrauerit, vel motus
in itinere aut nauigatione, vel aeris mutatio proderit: & maxime cum in aerem contrariæ tempe-
raturæ discesserit. Contrariam aũt dico, non solum aeris propriæ ægrotanti regionis tẽperamẽto,

ſed etiam ipſius morbi: nam, ſi humidus morbus ſit, in ſicciorem aerem migrandum erit: ſi ſiccus, in humidiorem. Eadem quoq; ratione ſi calidus morbus ſit, in frigidiorem: ſi frigidus, in calidiorem. Similiter, ſi calidus ſit morbus & ſiccus, ad humidiorem frigidiorem q; aerem abeũdum eſt: ſic & in reliquis coniugationibus. Adhuc vero magis iſte terram mutans iuuabitur, ſi pro modo, quo morbus à naturali ſtatu diſceſſit, ad contrarium aerem mutatio fiat. Morbus enim ad paulo frigidiorem à naturali temperie recedens, aerem paulo mediocri temperie calidiorem poſtulat: morbus vero longius recedens, & multo in contrarium exceſſu eget. De regionibus quoq; eundem ſermonem tibi dictum putato, exquiſite nanque inter ſe contraria ſunt à commoderato atq; medio ad vtrunque latus æqualiter recedentia. E

21 *Imbecilliora Cibaria Breuem Vitam habent.*

Imbecillus cibus haud alius intelligi poteſt, q̃ qui parum alimenti corpori exhibet: talia vero ſunt & olera, & plurimi arborum fructus. Iſti gitur, inquit, breuem vitam habent, i. ipſis veſcentes breuis vitæ reddere apti ſunt, quoniam cibaria ipſa celeriter è corpore euacuantur. Sed affectatum quoddam eſt, ciborum in corpore moram vitam ipſorum intelligere. *

F

22 *Cum adſunt Cedmata, Venæ in Auribus poſteriores Scindendæ ſunt.*

Cedmata vocat fluxiones in crura decumbentes, & ex ipſis eas maxime, quæ primum articulum, vbi coxendix eſt, occupant. Non tamen de ſecanda vena præceptum verum eſſe mihi perſuadeo, quemadmodum ẽt nulli eorum, qui id laudãt, exacte perſuaſum eſt: id enim opere ipſo ſignificant, cum nunquam in ægrotantibus ad hoc remedium confugiant. In his quidem verbis locutio impropria & vitioſa eſt, ipſo ſcribente /venas in auribus/: neq; enim venas in auribus, ſed circum aures dicere oportebat: ſiquidem venę quædam poſt aures grandiores ſunt, in ipſis vero auribus perexiguæ, vix q; aſpectabiles, & plerunq; neq; perſpicuæ.

23 *Venus à Pituita Morbis Remedio eſt.*

Non cunctis ex pituita laborantibus, ſed quibus vires firmæ ſunt, veneris vſus prodeſt. Imbecilli nanq; ab ipſa in extremam debilitatem redacti magnopere lędentur: at qui viribus excellunt, non diſſoluentur, ſed contra iuuabuntur veneris vſu pituitæ copiam reſiccante. Didiciſtis enim concubitum, quemadmodum & vigiliam, exiccare, quoniam ſcilicet humores abunde digerant. Quin etiam coitus robuſtorum corpus calefacit: infirmorum autem continuo quidem calefacit, ſed poſtea vehementer refrigerat G

24 *Eos, qui Calido Ventriculo ſunt, Validi Potus & Cibi perturbant.*

Non, quemadmodum ſupra validum victum ciborum multum nutrientium eſſe dicebamus, ita & hoc loco accipere debemus validos potus & cibos, hoc eſt, multum alimẽtum corpori exhibentes, ſed eos, qui acrem vim habent, cuiuſmodi ſunt cępæ, & allium, & †ſilphij ſuccus, & vinum vetuſtiſſimum, id q; genus alia naturalẽ intemperiem augentia, huic aũt cõtraria vtiliſſima. Naturas nanq; omni labe carẽtes iuuari à ſimilibus: intemperatas autem, quemadmodum & morbos, ab ijs, quæ eorum temperamentis aduerſantur, iuuari ſæpius alibi didiciſtis. Verum aliqui voluminis huius interpretes ſequentis partis initium huiuſce propoſitæ finem eſſe voluerunt, hoc pacto ſcribentes /ijs, qui calido ventriculo ſunt, validi potus & cibi perturbationẽ faciunt atræ bilis/. Quòd aũt eorum potiſſimum, quę in vẽtriculo ſunt, ipſum calidũ habentibus talia perturbationẽ faciant, clarũ eſt: non tñ in omnibus ſimiliter ea perturbant, quæ in toto corpore ſunt, ſed quibus vniuerſi corporis tẽperamẽtum aut calidum eſt, aut aridum, aut vtraq; qualitate immodica præditum: quapropter in his non atram bilẽ ſolũ, ſed ẽt flauam, huiuſmodi cibaria perturbãt. Atqui forſan atra bilis conturbata maius affert detrimentũ: propterea & de ipſa per excellẽtiam ſermonem intelligi voluerunt. Sed plurimi hoc ſermone ipſo per ſe circũſcripto, initiũ ſequẽtis hoc fecerũt. * H

†Al. laſer, et.

25 *Atræ bilis Simile Hæmorrhoides effundunt.*

Morbum ſanè melancholiam vocatum per hæmorrhoides leuari euidenter conſtat: multos q; clauſis illis inſaniuiſſe animaduertimus: quoſdam vero non ſolum ſemel aut bis, ſed etiam ter & quater, ſimul atque hæmorrhois ſuppreſſa ſit, in melancholiam incidiſſe: non nullos verò & ſingulis annis hoc vitio tentari ſolitos, niſi aut per venas haſce præſidium prius ſenſerint, aut atra bile medicamento purgata malum anteuerterint. Nempe iſtorum hominum plurimis ater ſanguis per hæmorroida profunditur, attamen non omnibus. At vocata hæmorrhois ideſt per ſedis venas ſanguinis profluuium, non vna de cauſa efficitur, modò ipſa natura nigri fellis ſuccũ repurgante, modò multitudinem euacuante: quemadmodum & ſanguinem per nares effundentibus accidit, non nunquã vena ſanguinis impetu in ipſam irruentis patefacta, non id prouide faciẽte natura: eo fit, vt effuſus ſanguis interdum niger non ſit. Quin etiã natura atri ſanguinis euacuandi cauſa venã aperiente non nunq̃ accidit euacuato malo bonũ ſubſequi, niſi prius concepta *

culum

A culum occludatur, sed diutius patefactum maneat. In propositis igitur verbis non hoc ipsum dicere censendum est, q̄ omnis hæmorrhois atram bilem euacuet: atq; ideo, cum fit, melancholicis prosit, repressa vero noceat: quod q; ipsa, si claudatur, aperienda sit.

26 *Increscentes Morbos Mistio.*

Vtrum ipsos iuuet mistio, aut lædat, omissum est. Omnibus q; interpretibus, vno Hercule Erythræo excepto, nescio quo modo ipsos iuuari pro certo habentibus, & mistionem pro concubitu cū muliere intelligentibus, oībus q; inter se de significato huius vocis /increscētes/ diffidētibus, quod mihi (vt in obscuris dictis fit) verisimillimū vr̄, id solum afferā. Morbos increscentes eos intelligo, qui procedente tp̄e augentur, semper q̄ nisi prius soluant, labuntur in peius, vt podagras, articulorū dolores, renū vitia, comitiales, melācholias: quæ oēs coitu exacerbant. Sabinus aūt increscentes morbos eos esse vult, qui pueros corripiunt, vna q; cū ipsis vsq; ad ętatem veneri aptam increscunt, vt ipse nominatim recensuit, comitialem morbum, & renum affectum, & quartanas febres, & dolorem capitis. Verū nō oēs vitia hæc infestare videntur, præter sacrum morbum, quem & propter id ipsum à veteribus puerilem affectum nominari cōtigit. Creatur ēt pueris in
B vesica lapillus, sed haud ita multos vt sacer morbus inuadit: quem quidē in puerilis ætatis mutatione plerūq; nisi magnopere in victu delinquāt, remoueri contingit: at vesicæ calculus nō ætatis lapsu, sed manuū opera dūtaxat, curari pōt. Porrò nos & absq; istis verbis cognoscētes comitialem & oēs alios pituitosos morbos ob mutationem ex puerili ætate in adolescentiam, omisso ēt venereorum vsu, mirifice iuuari: ad hęc & illud sciētes neq; renū vitia, neq; quartanam febrē, neq; articulorum dolores, coitu sedari: à propositis verbis perplexis & tenebricosis nihil addiscimus, queadmodū neq; ab vllis id genus alijs. Concubitus.n. interdū refrigerādo prodest, solis illis subueniens, in quibus ob naturalē intēperiē fuliginosi halitus fumidi q; redundant: qui si retenti fuerint, illis grauiter nocent: ijdem & à veneris vsu in tēpore modice q; adhibito vtilitatem capiunt.

27 *Refrigeratio, Quæ in Ventre sunt, Durat.*

In hac quoq; parte aliquid est oībus artē exercentibus vtile, siue empirici sint, siue Dogmatici: aliquid vero solis cuiusq; effectus causas scire velle sibi ꝓponentibus conducit. Dicam vero de eo prius qđ oībus vtile est. In hisce igiť verbis /refrigeratio, quæ in vētre sunt, durat/ oēs, quos ego sciam communiter de deiectionibus ab ipso sermonem fieri intellexerunt, qui idem velit atq; ille
C in aphorismis, || Sin aūt cœlum sit aquilonium, tusses, fauces, vētres duri. vtrum vero extimarum corporis partium refrigerationem solum dicat, quæ & in aquilonijs constitutionibus fit, an & internarum, inter quæ & ventris locus est, interpretes considerare omiserunt: cum tamen inter eas discrimen haud exiguum versetur. Nos etenim quæ hominibus eueniunt obseruantes, exteriorū refrigerationem semper ventrem durare cognoscimus: interiorum autem contra humectare, quę cœliacos etiam qui vocantur affectus i. ventris profluuia, interdum concitat: quo tempore ipsa quidem interiorum membrorū corpora duriora fieri contingit, liquida aūt cibis neq; recte cōcoctis neq; distributis deijci. Hæc planè medicis omnibus cognitu necessaria sunt, ipsorum autem causæ solis præstantissimis. Neq; enim quod hanc partem interpretantes dicunt, verum est, frigidum scilicet, quæ attingat corpora, cogens atque congelans ita duriora efficere. Hoc enim de refrigeratis partibus, quæ interius abstrusæ non sunt, recte dici potest: partes autem ventris adeo rigere nequeunt, vt cibi potus q; congelati obdurentur, sicut alia extra corpus nostrum hyeme frigore concreta durescunt: prius enim, quā ita frigeret, homo interiret. Verum eo tempore duntaxat, quo ab aere extima corporis ijs, quæ in ventre sunt, incolumibus, refrigerantur, deiectiones obduratæ cernuntur, calidiore scilicet ventre reddito, vt ipse dicebat, Ventres hyeme & vere cali-
D dissimi sunt natura. atqui semper dicentes explanatores inuenies calidum à frigido circumsessum in penetralia corporis refugere, cum exteriora frigefacta sunt. Sic igitur & in præsentia dico, ventre calidiore effecto, deiectionibus q; suppressis, ob causam paulo posterius dicendam, simul optime concoqui cibum, & omnem ex ipso succum dispertiri: ex quo deiectiones exiccari consequēs est: ex hoc vero & ipsas durescere accidit. Duæ nanque causæ cum sint corpora, quibus appropinquant, obdurantes, quarum vna refrigerans est, altera exiccans, causa quidem refrigerās ad ea quæ in ventre continentur, viuis nobis peruenire non potest: altera autem ob longam morā interius, cum neque concoctio neq; distributio læsa fuerit, omnino continget. Adhuc autem illud, quod hucusq; distulimus, explicandum superest, qua de causa cum cœlum nos ambiens frigidius fuerit, quæ in ventre sunt, diutius ibi morantur. Quod autem euenit, tale est. Naturale sane opus est ciborum per intestina delatio, & in commentarijs de facultatibus naturalibus, intestinorum circū illos cōstrictione eam fieri monstratum. Imis aūt partibus musculi sedem claudentes impositi sunt, qui per frigus coguntur, constringuntur q; contra affecti, atq; cum quis eos calida aqua perfundit: tunc enim remollescunt, excrementa q; impulsu & constrictione intestinorū in sedem detrusa, & maxime calido prouocante suscipiunt: hoc enim & inter omnes cōstat, excretiones à calido prouocari. Partibus autem, quæ in sede sunt, frigescentibus, atq; ideo contractis & in angustum

3. Apho. 10
Ex lord. 10. c

redactis, contrarium symptoma sequitur, constrictoriam scilicet intestinorum actionem ab inferioribus partibus incipientem sursum versus contenta propellere: Quemadmodum euidenter plerunq; conspicitur, quando aut bilem & mordacia excrementa ad sedem effusa sponte retinemus, aut inuiti: non nunq; aliquo negocio illo tempore occupati, aut à latrina procul absentes: sursum.n.velociter recurrunt, vt neq; vi facta postea prompte obediant atq; descendant. Causa planè, ob quam cibi potiones q; aere nos ambiente frigefacto diutius in ventre morentur, iã patefacta est: & hanc siccitatem consequi monstrauimus, quemadmodum & siccitati duritia euidẽter accidit. Quòd si ventris particularum corpora contingat frigescere, ex eo & concoctionẽ violari, & per eã deiectiones eliquari magis q̃ siccescere, necessum erit. Hactenus vero toto de priore lectione confecto sermone, ad alias inferius scriptas transeamus. E

28 *Mistio, Quæ in Ventre sunt, Durat.*

Omne corpus venere exiccari constat: sed non semper alui excrementa propterea sicciora fieri cernuntur. Verum, qñ ab ipsis valde oppressa fuerit, & qñ vires labefactatæ, & membra à quibus alimentũ conficitur, & in ventre contenta distribuuntur, refrigerata fuerint, tum coitus, quæ in ventre sunt, frigefacit & duriora reddit: volunt.n.ex coitu in ventre contenta frigescere, & ex frigore durari: atq; duritiam non frigoris, sed siccitatis ratione, euenire monstrauimus. Cæterũ, quod in superioribus dicere dimisimus, forsitan hoc loco narrare præstiterit. Nã cum extimorum refrigerationem deiectiones durare ostenderimus, forte quispiã solam hanc durandi, quæ in ventre sunt, causam esse arbitraretur. Non est autem sola hæc, sed & ipsius constrictoriæ intestinorum facultatis imbecillitas, & contentricis robur, & eius per quam ex ventre in iecur fit distributio, p̃terea & obtusus intestinorum sensus, & alimenti qualitas morsu carens. Siquis vero astringentes cibos & potus à nobis silentio præteritos esse opinabitur, falsò opinabitur: nam inter ea, quæ cõtentricem potestatem corroborant, reponuntur. F

29 *Veratrum epotum si Celerius Purgare Vis, Lauare, aut Cibum sumere oportet.*

Generalis quidem & cuiusq; purgationis communis rõ per hũc aphorismum tradit: Corpora vbi quis vult purgare, prius cõuenit fluxa facere. hoc loco aũt exẽplo vnius violẽtissime purgãtis medicaminis, vnius ad facilem fluxum præparationis meminit, lauacri scilicet humores quidem fundẽtis, ac si qua in parte contentũ duratũ'que corpus fuerit, relaxantis. Itaq; veratro vtentes lauare conducit: neq; multo ante, neq; multo post, q̃ ipsum acceperint, sed maxime quidem ante assumptionẽ, nõ nunq; vero & illico postea fieri põt. Quòd si purgatione aut iam incipiẽte, aut mox inceptura, hoĩem laues, humorum à purgante medicina tractorum ad interiora inclinationem retrahes ac retardabis. Quemadmodũ igitur quibus sanguis crassus est, ijs prius lotis nos venam rescindere, sic & in his, qui purgandi sunt, balneo prius vti præcepit, quò celerius simul, ac minus moleste, purgatio fiat. Ipse vero nunc solum, vt celerius fiat, memorauit. Satius autem fuerit non eo duntaxat, quo medicinam assumit, die lauare hoĩem, sed etiam superioribus, quibus ad purgationem sese præparabat. Ipse nanq; Hippocrates & id in aphorismis præceperat, cũ scripsit, ‖ Ad veratra ijs, qui non facile purgantur, prius humectare corpus oportet alimento & quiete. Quòd si quiete & alimento & oĩno corpus humectare imperat, constat etiã lauationibus nos pluribus vti in aquis potabilibus ipsum velle, siquidẽ & hę humectãt. Nũc vero & huic parti addidit /cibũ sumere/ aut eo t̃pe, quo & veratrũ homo deuorauit, aut ẽt in superiore victus rõne: cuius & aliud quoddã ꝓpositũ esse dicebamus, attenuare videlicet succos, & itinera humoribus in ventrẽ descẽdẽtibus expedire: in illis.n.verbis /fluxa facere/ qđ in aphorismis p̃cepit, hęc continent. G »

4a.Aphor.13. Extr.ord.28.f *

30 *Sanguis in Somno ad Interna magis Refugit.* H

Superiore quoq; aphorismo hanc scripsit sententiam: Vigilanti exteriora magis calent, interiora magis frigent: dormiẽti res contra se habet. Et nunc igitur eius loci explanationem propositorum verborum communẽ esse putato. Nam quæ de caloris motu, loci'que in vigilantibus ac dormientibus transmutatione, audiuisti, ea & de sanguine te audiuisse existimato: naturalis.n.calor in hoc, & in ijs, quæ ex hoc nutriuntur, maxima ex parte consistit.

31 *Rigor à Superiore Ventre, Ignis autem ab Inferiore magis.*

Ventris pars superior rigorem magis, inferior vero febrẽ, gignit aut sentit aut inchoat: quod & maxime verisimile est: & pp id ipsum hanc vocem /magis/ additã puto, tanq̃ sese vicissim solę, dictę partes cõtineant. Verũ etiam si istud concesserimus, altera quædã exoritur dubitatio nobis, ignorãtibus, vtrum dictis partibus inflãmatis istud accidere dicat, an qñ in ipsas ex corpore succi aliqui mordaces confluxerint, an qñ alimentum corruptũ fuerit. Atqui rectius illud mihi existimandum esse videtur, de noxa ex humoribus contracta, & de illa sequente ciborum corruptione, ab Hippocrate sermonem fieri. Nam cum frigidus aut mordax succus in ore ventriculi insederit, ex corruptis cibis, aut praua qualitate, vel etiam confluxu ex corpore contractus, initium rigoris

inde

A inde efficitur. In commentario nãq; de rigore mõstrauimus ob frigidam aut mordacem causam, quæ per sensoria corpora moueatur, & cum impetu feratur, rigorem excitari. Quemadmodũ vero id accidere conspicitur, ita & non nunquam febrim ex corruptis cibis accendi deprehendimus, quando scilicet corruptus cibus in inferiorem ventrem depulsus fuerit: tunc autem rigor nõ præuenit, sicuti quando ventriculi ostium mordebatur.

32 *Attractio, Pulmo, Aridus æstus: Euacuatum siccat Somnus multus.*

Quod euacuatum somnus multus exiccet, & experimento quidem, quo omnes rões dijudicantur, percipies: & ante experimentum ad huic dicto assentiendũ ex ijs, quæ antea didicisti, adduceris. Porrò si in somnis sanguis, & cum eo naturale calidũ interius abditur, in vigilia vero ad extima profundit, quæ in ventriculo & iecore sunt, per quietem concoquentur, in vigilia vero totum corpus aletur. Itaq; si in exhaustis calor interius vergat, nihil habens, quod conficiat, languescit & interit: primus enim omnium, vt ignis lignorum materia, ita ipse alimento nutritur. Caute autem addita est ea vox /multus/ paucus enim prægressum laborem tollit, quando per ventrẽ homo euacuatus est: deinde si in iecore & primis venis adsint crudorum humorum reliquiæ, eas oẽs B concoquit. Hæc quidem huiusce orationis secunda pars nullum insignem in verbis errorem habet: Sed prior hoc pacto scripta /attractio, pulmo, aridus æstus/ multum à Græcorum dicendi cõsuetudine distat: sic enim ipsam enunciare oportuit /attractio fit, quoniam aridus æstus in pulmonis temperatura est/ attractionem nobis interpretantibus inspirationem. At Quintus, nec quia siccus calidus q; esset pulmo, ob id celerem frequentem q; spirationem fieri, sed contra propter talem spirationem siccari & incalescere pulmonem dixit. Attractionem nanq; haud simpliciter spirationem quanq;, sed celerem tantum & frequentem, significare voluit: à crebra verò spiratione pulmonem siccescere, & in libro de Acutorum victu ab ipso comprehensum est.

33 *Frigidissimi Cibi Lentes, Milium, Cucurbitæ.*

Milium & cucurbita frigidi cibi euidenter sunt, & si non frigidissimi: lentem verò haud sanè frigidum cibum esse cõcesserim. Nam quemadmodum cucurbitæ, & cum ipsis atriplex, bliton, lactuca, & chondrila, & ex frumentaceis hordeũ atq; miliũ, certissime refrigerare noscunt: contrario pacto lens se habet, nullã.n. refrigerationẽ præ se fert aut statim ingesta in superiori vẽtre adhuc contenta, aut posterius in tenuia intestina vel in crassiora delapsa. At forsan, qm̃ in libris de C simplicibus medicamentis refrigeratorium quiddam in adstringente succo inesse mõstrauimus, lentem quispiam refrigerare putauerit. Sed iste in ijsdem commentarijs dictum fuisse non meminit, quæq; id genus medicamenta simplicia videri atq; dici, si ad ea, quæ per nos per compositionẽ fiunt, comparent, non tamen exactè simplicia esse. In primo nanq; de alimentorum potestatibus libro lentem ex contrarijs constare naturis asseruimus, altera quidem aluum coercente, altera vero citante. Ex his igitur quæ supprimit, frigida terrea q; est: quæ citat calida. Quocirca siccũ quidem edulũ lens est, frigidũ verò non, sicut neq; calidum, sed ex vtroq; mistum ac mediũ, aut parũ admodum à medio ad calidius recedens. Qñ igitur neq; absolute frigidam lentem quis concedere potest, qui ipsam excellenter frigidissimam cõcesserit? Quin etiam inflammatis vlceribus instar cataplasmatis superdata lens humores in affectam partem defluentes coercere atq; repellere videtur, per vim adstrictoriam id scilicet faciens: quin & vi quadã concoctrice & suppuratoria prædita certe est, quod frigidis nequaquam inesse reperitur. Siue igitur ipse Hippocrates ita scripsit, siue quis alius hæc verba interposuit, haud rectè de lentium viribus opinatus est.

34 *Vlcera exoriuntur, si Non purgatus Laboret.*

D In laboribus, hoc est in exercitationibus, calorem auctum ex profundo ad cutim succos euocare, atq; discutere, alibi didicimus. Quando igitur prius in corpore hi vitiosi contracti sunt acrimonia cutim erodit, atq; vlcera efficit: Quemadmodum, cùm crassi glutinosi q; humores sunt, iecur renes'que obstruunt, in cute autem affectus cum tumore excitant.

35 *Mulier, Capra, Elaterium aut Cucumerem syluaticum edentes, Pueris purgatio.*

Non elaterio duntaxat, quod cucumeris syluatici succus est, quemadmodũ neq; ipso cucumere solum vescentes, lac puerorum lactentium purgatorium gignunt, verum etiã si quod aliud medicamentum subductorium quod vocant, assumpserint. Siue aũt à muliere elaterio, a capra ipso cucumere, siue vtroque ab vtraque comeso, infantes earum lacte purgari dicat, nihil interest: quemadmodum neque si, comeso, aut deuorato, quis scripserit. Conducit aũt hæc oratio & ad medicorum vsum, & ad naturale decretum. Infantulos.n. purgare volentes, aut matri infantulum lactanti, aut capræ, huiusmodi aliquid esui dantes sic eos purgabimus. Et ad naturalis decreti, de quo altercatio est, dijudicationem id vtile est. Etenim quidam nullam vim ex ijs, quæ ab initio in alimẽtis erant, post concoctionem, & in sanguinem conuersionem, remanere contendunt: Aliqui è contrario validas vires diutius remanere volunt adeo, vt etiam sudores ipsas redoleant: huic

verò sententiæ, quæ modo dicta fuere, suffragantur, in istis.n.comesorũ qualitas seruata reperitur. E
Quin & apud nos verno tempore, quando capræ scammoniæ germina depastæ fuerunt, purgatorium ipsæ lac generant: q̃ si tithymallo vescantur, idem accidit. Nec non & in Doride, & Bœotia, & Thessalia, omnibus q; finitimis locis multi ex coturnicum esu musculorum distentionibus correpti sunt, quoniam veratrũ scilicet illæ comedunt. Istud idem & Athenis quibusdam accidisse nouimus, qui coturnicibus largiter nimis sese impleuerant.

36 *Calidiori quod comesũ est, Intus refrigeratio, Exterius labor, Sole, igne, veste, æstiuo tẽpore: Cõtrario aũt Cõtraria.*

Valde calido natura refrigerationem & aquæ potum conducere dicebat, & præterea quiescere, hoc est, à vehementioribus exercitatiõibus abstinere. Quo pacto igitur hoc loco (vt nõ nulli interpretantur) exercitari iubet? quo pacto in Sole & ad ignẽ calefieri? Nã balneis id genus tẽperaturas frigefieri monstratum est, fumidis fuliginosis q; vaporibus, qui ferè in huiusmodi temperaturis abundant, discutiendis, & solidis mẽbris humiditate refrigerante irrigandis: ignis autẽ & Sol calefacit, similiter & vestis, & tps æstiuũ. Et ipse igitur in aphorismis ita loquitur. ‖ Tempore »
quidẽ veris, & extrema æstate pueri, & his ætate, pximi optime degunt, & rectissime valent: æstate vero, & autũno quadantenus senes: reliqua eius parte, & hyeme, qui medias ętates agunt. Itaq; F »
si calida ætas hyeme, frigida vero æstate, rectius habẽt, valde calidos natura à Sole, & igne, & ęstiuo tpe non modo nõ iuuari, sed ẽt lędi, ipsum putare credendũ est. Vox ergo illa initio sermonis posita /calidiori/ aliquod ipsi addẽdũ subintelligi postulat aut tẽperaturę, aut naturę, aut corpori, aut homini. Sed ex eo, quod in fine opposuit, percipitur corpori & homini magis, q̃ tẽperaturæ, aut naturæ, subintelligendũ: oĩno.n.dixisset/contrariæ aũt cõtraria/ fœminei generis articulũ fœmininis noĩbus, non masculi masculis, anteponẽs. Tota igitur narratio talis fuerit: Calidiori corpori per cibos ac potiones interius refrigeratio cõueniens est, noxia verò caliditas exterior à Sole & igne, & tpe æstiuo, & vestimẽtis: quibus oĩbus arida caliditas significatur, humidã nanq; & mediocrẽ, qualis balneorũ est, potestate refrigerare declarauimus. Liquet autem nos in istis sermonibus consueta hæc balnea intelligere, vbi non apponimus aquarũ sponte nascentiũ, aut marinarũ, aut sulfurearũ, aut aluminosarũ, q̃nquidem illæ siccant calefaciunt q;, & non refrigerant. Cõtrariæ aũt naturæ corpori cõtraria /rursum hic subintelligere oportet iuuantibus iuuãtia, & nocentibus nocẽtia, ea quidem vt eligant, hæc vero vt fugiant. Etenim si calidiores naturas cibis ac potionibus refrigerare iussit, frigidiores certe contrarijs calefacere præcipiet. Itẽ si calidiores naturas à Sole, igne, & ęstate, male hẽri dicebat, frigidiores vtiq; ab his iuuatũ, à cõtrarijs lęsũ iri, significat. G

37 *Cibaria Aliqua quidem Celeriter Vincuntur, Aliqua verò Tarde.*

Solus ex ijs, quos noui, Capito pro hac voce /tarde/ scripsit /contrarie/ orationem hoc pacto instituẽs /cibaria aliqua quidem celeriter vincuntur, aliqua vero cõtrarie/. Porrò sñia in vtraque lectione eadem est: quæ enim eduntur, differre ea ratione inter se inquit, q̃ aliqua cito à corpore superantur, aliqua tarde. Intelligendum est autem superari, hoc est immutari, & concoqui, & apponi, & corpori simile effici. Singulorum igitur ciborum alij quidem cito concoquuntur, & in sanguinem mutantur, & nutriunt, alij verò tardius: quæ in tribus commentarijs habentur, vbi de alimentorum viribus omnia diligenter persecutus sum.

GALENI EXPLANATIONVM IN SEXTVM HIPPOCRATIS DE MORBIS POPVLARIBVS LIBRVM

TOMVS SEXTVS

1 

Arnes, Attractrices ex uentre, & extrinsecus. Significat sensus, quoniam expirabile, & inspirabile.

Trahere ad se ipsas inquit carnes ex vẽtre, & extrinsecus: ex vẽtre qdẽ, i. ex vẽtriculo ciborũ potionũ q;, vnde nutriunt, succũ: extrinsecus verò, non itẽ similiter. Incertũ est aũt, alimẽtũ ne dicat, an aerẽ. Possunt.n.carnes, quẽadmodum ex vẽtriculo alimẽtũ hauriunt, sic & ab extimis partibus in pfundũ reuocare: põt & aer per arterias ad cutim pertinẽtes ad carnes ferri ab ipsis attractus, quod ẽt oĩ verborũ contextui magis quadrat. Verũ de attractione decretum cõtrouersum est. Nõ nulli.n.philosophi ac medici funditus ipsam sustulerũt: nõ nulli eẽ qdẽ affirmãt, sed in carnibus esse negãt. Oĩum aũt istorũ rõnes in cõmẽtarijs explanatorijs reddi nõ posse diximus: multoties.n.eadẽ sæpius repetere cogeremur, cõmẽtaria q; ĩ lõgitudinẽ ac multitudinẽ penè innumerabilẽ excrescerent. Quin neq; vniuersum vitæ tempus ad Hippocratis libros interpretandos satis esset, si cuiusq; dogmatis semper in qualibet particula ostẽsiones afferri debeãt: lectiuris

A ctaris preterea molesta res esset: & commentaria comparaturis, longo tempore magnis q; sumpti bus conscriberent. Satius itaq; fore existimaui, si in hisce commentarijs cuiusq; partis sententiam enuclearem, quod explanatoris proprium munus est: interdum vero & dictis ab ipso causas alibi demonstratis placitis congruentes adijcerem, ipsa autem placita hoc loco non astruerē, sed quibus in libris olim à me scriptis asserta fuerint, tm̃ in memoriam reuocarem, quemadmodum & nunc fa ciam. Iis.n. quæ nutriunt, ad se proprium succum attrahentibus ad ipsa moueri alimentum in cō-mētarijs de viribus naturalibus disputatum est. Expirabile vero atq; inspirabile omne corpus esse, in commentario de vsu spirādi, & in libello de vsu pulsuum egimus: in priore quidem vtilitatem spirationis esse declarauimus, vt cordis calor moderatus seruetur: in secundo vero, in toto corpore caloris mediocritatem arteriarum opera custodiri. Hæc itaq; sola abūde sint ad prioris verborum Hippocratis particulæ explanationē. Ad secundam iam deueniamus, in qua illud /significat sensus/ neq; ſm Hippocratis morem, neq; omnino ſm græcam locutionem, dictum est. Vnde aliqui castigantes in datiuo casu protulerunt, /sensu/ scribentes: vt quod ab eo dicitur, tale sit: Perspicuū sensui est totū animalis corpus expirabile esse, atq; inspirabile. Atq; his deinde subijcitur illud /carnes, attractrices ex ventre, & extrinsecus/ sensu teste confirmatum: quod idem est, ac si diceret, ab B ijs, quæ euidenter sensibus nostris apparent. Nōnullos profecto vulgares audiui, quod ipsis ex po tabilium aquarum balneis acciderat, admirantes. Prius enim per flagrantem Solem confecto itinere domum reuersi squallidum corpus, os q; aridissimum, se habere dicebant, nec non & ardentissima siti cruciari: à lauatione autem sitim extinctam esse, os humectatum, pariter q; totū corpus molle atq; humidum effectum priorem deposuisse squallorem fatebātur. Alij vero & in solijs corpus suum aquam attrahere indubitanter se percepisse affirmarūt. Hæc sanè, quæ vel imperitis patent, decreti testimonia ab ipso sensu accepta sunt: aliqua vero ex subtilioribus rationibus à medicis inuenta sunt, quarum vna & illa est, quam ipse posterius afferet, quam q; in sequentibus verbis cognoscetis. Nam ad proposita intelligenda & hæc satis sunt, nobis ex recte dictis & praue ab explanatoribus scripta deprehendere valentibus.

2 *Calidior Venula sanguinis multitudine Exustum procreat, Illicoq; secernit.*

Per venulam calidiorem, arteriam intelligito, omnibus Hippocraticorum librorum interpretibus venoas nn ab hoc solo, sed etiā à multis alijs veteribus, & arterias appellari confitentibus. Hęc igitur, inquit, venula sanguinis multitudine incalescens exustum procreat, & secernit, exustum di C cens, quod ex calore gignitur, quod succi vehementius calefacti tanquam fuligo quędam est: id vero, vtpote natura calidum, & consistentia tenue facile secernitur. Hanc ego probabiliorē explanationem esse duco, si quidē oporteat verum simul & Hippocratis decretis cōsentaneum habere ꝑpositum. At placitum nunc à nobis memoratum verū esse in commentarijs de vsu spirandi, & de vsu pulsuum, traditum est. Nam inspiratione, qua per os & per omnem cutem aīalia vtunt, duplicem capi vtilitatem ostendimus, roborari quidem semper refrigeratum insitū calidum, vt ne dissipatum intereat, & maxime cum ex qualibet cā adauctum est: excitari aūt & valētius reddi, siqñ frigidæ materię multitudine grauet, quemadmodum & ignis ventilatione accenditur: quin etiam et hunc duplicem motum ipsi propriam naturalem q; exercitationem esse eius vires instaurantem, hæc enim est exercitationum natura et vtilitas. Postquam igitur ante dixit Hippocrates /carnes attractrices ex ventre, & extrinsecus/: deinde huic adijciens, expirabile & inspirabile esse corpus, inspirationis quidem ipsius ortum & vtilitatem per illud indicauit /carnes attractrices/, de expiratione vero nihil dixit: iure in propositis verbis ipsius meminit, de arterijs verba faciens, quæ & cordi communia sunt, licet obscuriora de illo videantur. Communem autem hunc sermonem esse, inde patet. Ab insito calido fuliginosum excrementum in sanguine creari diximus, ac potissimum qñ D est calidior. Illud igitur excerni opus est: & id quoq; natura molita est, quę à corde expellēda sunt, efflatione propellens: quæ vero ab vniuerso corpore, per arteriarum compressionem excludens. Fuliginosa igitur partim ex istis, & ex venis (ostensum est enim inter ipsas cōia ostiola interesse) per cutem q; primū arteriis cōpressis extruduntur: partim ex corde pulmo prior suscipit, qui ipsi, cum quidem dilatatur, attrahenti, cum verò comprimitur, expellenti, tanquam quoddam spiritus promptuarium pręparatus est. Nēpe hęc est nostra de propositis verbis sententia: & sequētia verba his ipsis ac superioribus connexa esse paulo post ostendam. Quicūq; autem hoc loco ipsum de ardētis febris ortu loqui crediderunt, primum quidem sermonem de ea parte /carnes attractoriæ/ imperfecte dictum reliquerunt: non modo enim sibi conueniens attrahunt, sed etiam alienū abijciunt. Attrahendi quidem vtilitas euidētior: abijciendi vero & excernendi ignotior est, & aliquā rationem ad fidem orationi faciendam postulat. Descendamus igitur iam ad sequentem partem, quę & ipsa (vt dudum dicebam) ad meliorem explanationem internoscendam aliquid facit.

3 *Et Quibus quidem Pingue, Bilis Flaua: Quibus Vero Sanguis, Atra.*

In proxime explanata parte duarum opinionum meminisse oportet. Nos enim diximus Hippocratem difflationis vtilitatem demōstrare: per difflationem aūt intelligi spiritus per totum corpus

pus ex arterijs emanationē, sicut ore faciam, expirationē vocamus. Non nulli vero de ardentis febris ortu sermonē esse putarūt: quibus non admodū fauere illud dicebā /creat exustū, & illico excernit/: neq; n. statim in ista ea excerni, q̄ ipsi vomitu aut per sedē euacuari dicunt, neq; esse necesse aliquod ardentis febris symptoma in sermone de eius ortu recenseri. At explanationem nostram meliorē esse defendimus, primū quidem, q̄ his criminationibus caret: secūdo loco, q̄ in hoc sermone oē de spiritus intrò foras q; motione decretū traditum esse conspicitur. Quam motionē in quibusdam nostris cōmentariis non solum per oris respirationem, sed etiam per difflationem à toto corpore, fieri explicauimus, non nullis quidem causa spiritus aīalis generādi, vt dixit Asclepiades: quibusdam vero, vt Erasistratus, non huius tm̄, sed etiam vitalis: aliis præterea spirituum istorum alendorum causa inspirationem fieri dicentibus, expirationis aūt vsum referre dubitantibus. Hippocrates (vt in prędictis cōmentariis declarauimus) non modo per os expirationis, sed eius etiam, quæ ex qualibet corporis parte fit, vsum in præsenti sermone perstrinxit. Aliter verò interpretantes accusare ęquū est, cuius'nam auctoris librum interpretent, oblitos: neq; n. in aliorum virorum placitum deflexissent, eorum quæ Hippocrates asseruit, consensum deferentes, ipso quidē clarissime dicente, carnes ex ventre, & extrinsecus attrahere: quod longe ab ea opinione distat, quæ cibi ex ventriculo in corpus digestionem inanis cōsecutione fieri statuit. Primo quidē nō modo vim F propriorum attractricē, sed etiam alienorum expultricem inesse in carnibus animaduertere oportuit: hoc. n. illis conuenit dicere, qui prædicant à natura saluti animalium consuli, inter quos etiam fuit Erasistratus. Secundo quid'nam excretione egeat, dicere debuerant: neque. n. sanguinem, ex quo corpus alitur, dicent. Horum quidem neutrū illi fecerunt: At Hippocrates ex sensui manifestis vtrunq; euidenter constare præfatus, deinceps ad vsum ex omni corpore difflationis explicandum transitum fecit, necessariam fuliginosorum excrementorum ortus causam asserens: etenim in corpore animantium calor huiusmodi recrementa perpetua euacuatione indigentia procreat. Hac igit̄ in parte horum excrementorum generādorum materiā ostendit: nam sicut maior calor ipsa generare aptus est, ita & materiæ quędam istis generādis habiles reperiuntur. Recta igitur ratione bilis atræ meminit: ipsam enim dupliciter contrahi didicistis ex crasso sanguine, & ex bile flaua combusta: q̄ si de ardentis febris ortu sermo ipsi foret, frustra bilis atræ meminisset. Quam ob rem & ex hoc perspicuum est explanationem nostram veram esse, iuxta & Hippocraticis decretis consentaneam, illorum autem dissentientem. At hæc eadem planè verba in alia libri parte conscripsit: nos q; ipsi ea superius enodauimus, vbi & illud dicebamus, pingue non solum de vnguinoso et adipali sed etiam de omni dulci, dictum esse putandum: vt eo sermone mel contineatur G & siræum, quod hepsema hoc est sapam, in nostra Asia Greci nominant.

4 *Mentis, Memoriæ, Olfactus, Aliorum etiam famis Instrumentorum, Exercitatio.*

4 *Labores, Cibi, Potus, Somnus, Res Venereæ, Omnia mediocria.*

Horū duorū Aphor. deest hoc loco Galeni Explanatio Posterioris meminit cl. 8 b. Et 61. g. Et 69 d

4 *Frigidior Frigido in tempore & regione Calidior erit.*

Quòd neq; affectu aliquo, neque ob ętatem, frigidior in frigida regione & tempore possit calidior effici, omnes confitentur. Iccirco & Sabini sectatores de natura frigidioribus verum esse sermonem tradunt. Veruntamen neq; de istis absolute prolatus verus est, nisi huiusmodi conditiones additæ sint. Frigidum exterius circunfusum, q̄ denset refrigeret q; cutaneas partes, inter euidenter apparentia ponendum est, non tamē corporis penetralia similiter afficit. Sed quemadmodum in aphorismis diffinitum est ea in parte, vbi inquit, ‖ Non nunquam in distentione sine vlcere iuueni carnoso ęstate media frigidę multę inspersio calorē reuocat. sic & hoc loco à nobis diffiniendū est. Frigida nāq; corpori nostro iniecta aut ita alte subit, vt intima ęque atq; extima refrigeret: aut sola cutanea frigore pcellit. Ad profundū igit̄ descendēs partes eas refrigerat, & non leui noxa totum aīal afficit ipsius frigore cōcussis labefactatis q; viribus: at q̄ superficiem tm̄ corporis lędit, non solū interiora non refrigerabit, sed ēt calidiora multo, q̄ ipsorum prior tēperatura esset, efficiet. Cęterum quicunq; de raram cutim raras q; sub ipsa carnes habētibus ipsum locutum esse existimant nunc, quoniam ob difflatum calorem istos frigidiores effectos esse dicunt, atque ideo spissescente cute, retento q; quod prius exhalabat calido incalescere, aliquid sanè veri dicunt: sed eos opinari non decebat, qui ita digerantur, & frigidiores dictos esse. Hęc enim (vt didicistis) humidis calidis q; corporibus maxime insunt: secundo calidis, licet sine humore talia sint: nullum autem frigidum corpus facile dissoluitur: sed minus quidem humida, magis autem arida hoc sustinent, vtrisq; vero naturaliter calida pręstant. Hac itaq; ratione isti mihi falsi esse videntur.

5^o. Aph. 21. Ex. ord. 39. b

5 *In doloribus Proximum Ventrem Purgare oportet, & Sanguinis Ventrem rescindere. Vstio, Sectio, Calefactio, Refrigeratio, Sternutatio. Stirpium Humores, in quibus vim habent, & Cyceon, Maleficorum lac, Allium, Vinum feruefactum, Acetum, Sal.*

Remedia, hoc loco enumerat & leuibus & sæuis doloribus succurrentia: sicut in aphorismis

oculorum

« A oculorum tm̃ doletium remedia scripsit, vbi inquit, ‖ Dolores oculorum meri potio tollit, aut bal- 6ª. Aph. 31. Ex ord. 49. c
« neum, aut fomentum, aut venæ solutio, aut cum medicamento purgatio. Hoc loco quædam adiecit remedia, oculorum doloribus non conuenientia. Primum quidem oĩum hoc in sermone enumeratũ purgatio est, quã in * † victoriæ studiosa, irritant, neq; stulta * auxilia penitus, quemadmodũ scripsit, explicauimus. Primum vero inter deinceps enumerata vstio est, q̃ pessime affectis locis ob prauorũ succorũ exuberantiã, vt in per q̃ malignis vlceribus euenit, adhibet, non nunquam palàm candentibus ferramẽtis, non nunquã vstorijs medicaminibus, ea nobis vrentibus. Post vstionẽ sectio posita est, & ipsa locorum multum iam pus habentium dolorem finiens, postquã ingentes phlegmonę prægressæ sunt. Deinde calefactio, lauationibus s. atq; fomẽtis accersita. Aliàs verò fomentorũ materias edocti estis, & quibus vitijs dolorem excitantibus admouenda sint, vt ‖ pectoris morbis p ea, quæ ipse in libro de rõne victus acutorum recensuit: oculis aũt per mollem spongiã, non ferẽte loco per sacculos & cataplasmata calefactiones: quin & ex oleo conspersio in medijs corporis partibus & in capite, calefactio cũ sit, doloribus remedio est. Et ex aquæ calidæ fotu extremorũ membrorũ dolor tollitur. Atq; frequentissimus & plurimus in dolentibus particulis calefactionis vsus apud medicos est, nam & cõtenta relaxat, completa euacuat,

† Al. contentiosa.

de Vict. rat. in morb. acu. co. 4. t. 120. 7ª. 151. d

B refrigerata calefacit. Refrigeratione autem rarius sedandis doloribus vtimur membrorũ quidem exteriorẽ superficiem densante, & propterea difflationes impediente, distenta vero magis intendente. Solas igiť calidas intẽperies sine materię multitudine factas refrigeratio discutiet: sicut in capitis dolore ob Solis æstum aut febrium ardorem. Caput igiť oleo rosaceo frigido perfundentes symptoma curamus, & erysipelata ob excellẽtem calorem dolorem inferentia * nec nõ & podagras, in quibus biliosa calida'ue fluxio est. Post dicta aũt deinceps scriptum est /stirpiũ humores, in quibus vim habent/: quorũ item verborum sententia talis planè mihi esse videť. Dolorũ medicinæ tibi non nunquã fuerint & stirpium humores: isti vero permulti sunt, quidam liquidi permanentes, aliqui spissescentes. In primis sanè oleum permultam nobis vtilitatem tollendis sedandis q; doloribus, si calidum adhibeať, præstat: deinde & alia multa longe plus q̃ ipsum calefacientia, vt laurinum, cedrinum, ricininum, sinapinum, & raphaninum. Hæc quidem liquida. Cõcreta vero alia plus, alia minus, & resinæ, maxime q; inter eas, quæ sponte sua distillant, & thapsia, & euphorbium, & succi omnes, cyrenæus, particus, medicus, assyrius, sagapenius, ex tithymallis, ex panace, qui & proprie opopanax diciť. Huius generis sunt & chalbana, & alia multa, quæ omnia in commẽtarijs de simplicium medicinarũ viribus didicisti: siue. n. succus sit alicuius, siue liquor,

C sub humoris appellatione comprehendiť. Huius itaq; generis sunt et liquida pix, et picẽum quod * Al. pissel&ũ.
vocatur, & in Cilicia capnelęon, alia q; innumerabilia, aliqua ex herbis, aliqua ex fruticibus, aliqua ex arboribus confecta, quorum cõe vocabulum stirps habetur: cuius hoc loco Hippocrates meminit, dicens /stirpium humores/. His vero adiecit /in quibus vim habẽt/ obscurũ breuitate sermonem faciens. Igitur haud ab re explanatores dissident alius aliter verba non modo interpretãtes, sed etiã scribentes. Quam ob rem vt ne nimia scribam, eos omittens, q̃ mihi simillima veri videantur, ea sola referam. Medicamẽtorum igiť quæcunq; dolores sedare apta sunt, sicut aliud alij affectui, ita & aliud alij mẽbro, prodesse idoneum est. Hac de re aũt sermo quia commentarij modum excedit, breuiter ipsum per exẽpla perstringere constitui. Porrò q̃ nõ oẽs cum dolore affectus ijsdem egeant medicamẽtis, istud tibi exemplũ esto. Mordacibus succis in intestinis contentis eluẽtia cũ prius p inferiores partes immiserimus, inter quæ mulsa est, & ptisanæ cremor, & excreta hæc fuerint, morsus deinde mitigantia, & quæcunq; inhærentia & intestinorũ tunicas operientia superne incidentes mordaces humores arceẽt, in sedem damus: edulia præterea ipsis bonum succum creantia, & q̃ difficulter corrumpanť, exhibemus. At in superiore ventre, & maxime in eius ostio lo id genus contractis humoribus, in primis eos vomere iubemus. Quòd si ad vomitum parati nõ

D sint, simplex oleum, aut cum aqua temperatum, aut quiddam simile sorbendum præbemus, per quod citato vomitu exterius aliquid adstringens odoratum q; superimponimus: sumendos autẽ cibos exhibemus boni succi, ęgre dissolubiles, et non nulla adstringendi vi præditos. Oculis vero dolentibus horum nihil facimus, sed vniuersi corporis inutilem materiam prius medicamẽto educimus. Quòd si redundet sanguis, ad cubiti venam exteriorem, quam humeralem vocant, scindendam accedimus: deinceps medicamine aliquo quàm mollissimo, & neutiquam mordaci vtimur: deinde per totum diem vsque ad vesperam ieiunantem ad balneum ducimus. Quòd si neq; purgatione, neque venæ scissione indigeat, dictis medicamentis, & post ipsa lauatione, sicut nouistis, eiusmodi dolores medicamur, neque ad ventris morsus collyrion aliquod immittentes, neque oculis tragi succum, aut capræ adipem, aut ceratum morsu vacans, aut id genus aliquid adhibentes, quale in sedem injcere soliti sumus. Hæc exempli causa dixisse satis esto ad illud edocendum, eundem affectum diuersis locis excitatum non eadem remedia postulare. Ostendere enim propositum est, in quo sensu Hippocrates dixerit /stirpium humores, in quibus vim habẽt/: illud enim /in quibus/ aut mẽbris, aut affectibus, aut modis vtendi, intelligere necesse est. Dico autem vtendi modos, cum aut ipsam causam, ob quam affecta pars dolet, remouemus: aut flatuosum spiritum ex illa creatum discutimus: id q; ipsum duobus modis efficimus, aut spiritus crassam flatuosam q;

ſam q; partem extenuantes, aut continens ipſum corpus rarefacientes. Quin etiam ad hæc modus E alius indolentiæ effector eſt,ſ.qui ſenſum hebetat ac ſtupefacit: in quo prudentiæ nō vulgaris eſt ſtupefactorio medicamento alia permiſcere, neq; eo ſolo vti. Quem.n.præterit à philonio, quod vocatur, medicamine dolori finem ſtupore ſenſus imponi? ſtuporem vero ſiue torporem papaueris ſuccus & alterci ſemen efficiunt. Hæc ſi ſola perpauca exhibeantur, dolorem ſedare non poterunt: q; ſi tm̄ ex iſtis detur, quantum acceptum ſedare dolorem poſſit, inſigni noxa membrum dolens afficietur. Igitur ne ipſum magnopere offendatur, neq; ſenſus obtorpeat, aliorū medicaminū permiſtio à Philone excogitata eſt. Quæ'nam vero ſit methodus, qua quis vtens hanc medicamētorum ſtructuram moliatur, in libris de ipſorum compoſitione proditum eſt. Et de his hactenus.

Nunc quæ ſequuntur conſideremus, Inter quę prima eſt vox illa /cyceon/. Nempe q; vinum dolores oculorum ex obſtructione oriētes mitiget, ex aphoriſmorum interpretationibus didiciſtis: nunc vero & aliorum, quicunq; eadem ratione concitantur, dolorum nō nunquam ob ſanguinis craſſitudinem, non nunquam ob frigus, vobis in mentem veniat: cum ſæpius & in ventris doloribus, & in dolore capitis vocato hemicræra, {ſeu hemicranea,} meracius vinum ſumptū confeſtim quidem manifeſte iuuiſſe, accedente deinde ſomno in totum dolorem ſuſtuliſſe, videritis. Vidiſtis autem me non illico ieiuno, ſed ab aſſumpto cibo exhibere. At hoc loco Hippocrates vtrunq; mi F ſcuit & cibum & potum: tale enim quiddam cyceon eſt, quemadmodum & apud Homerum didiciſtis, miſcentibus quidem alia cum vino, commune vero omnium ipſum habentibus: fortaſſe & * cum polenta vinum miſcebant. Neceſſario autem & alia miſceri ex hoc nomine /cyceon/ veteres * ſignificare quiſpiam putauerit, ſic eos appellationem hanc in eum ſenſum magis accipere indicās. Aliquando autem ego quempiam dolore vexatum ſine cibo vino vti iubens, vt opinionem meā confirmarem, multis ſubito calidis vaporibus affectum locum petentibus, eum, vt fui veritus, cruciatum animaduerti: ab illis enim & inæqualis intemperies & repletio membro acciderunt. Alibi vero nos explicauimus repletionem quoquouerſus corpora diſtendentem imbecillis partibus dolorem inferre, ſed inæqualem intemperiem ea ratione, quòd aliquæ partes adhuc naturaliter affectæ ſint, aliquæ refrigeratæ ipſis ſint proximæ: in iſtis enim à male affectis partibus ad recte valentes moleſta quædam frigoris diſtributio fit: at omnes refrigeratæ (vt ita dicam) hecticam quandam temperaturam adeptæ non dolent: Quibus enim (inquit) naturæ mutantur atque corrumpuntur, dolores excitantur, non permutatis iam atque corruptis. Ego profecto vinum ſine cibo epotum læſurū eſſe arbitrabar, & experientia idem teſtata firmiorem ſententiam meam reddidit: cyceon autem, cum in ſe ipſo cibum contineat, offendere nequaquam poterit, nam ex vtriuſq; me G diocri miſtione ęquabilis paulatim calefactio in partibus affectis augeſcens ſine multis vaporibus & refrigerata calefacit, & inculcata diſſipat. Quæcunque enim prius aliquibus in locis ob craſſitudinem inhæſerant, eos attenuata & fuſa permeant, continētibus etiam ipſa corporibus rarioribus laxioribus q; effectis, quæ ab æquabiliter calefacientibus fieri ſolent. Sternutationes quoq;, nam & has deinceps ſcripſit, dolores capitis ex multo flatuoſo ſpiritu ortos perſpicue remouere cernūtur. Hæc igitur omnia vſq; ad ſternutationes cum eo, quod ab initio propoſitum fuit, cohærere à me oſtenſum eſt, & male ab interpretibus in plures ſermones fuiſſe diuiſa. Ad ſequentem igit̄ partem trāſeamus, quæ plus etiam ab omnibus prioribus, q; illæ inter ſe, diſtare videtur. Poteſt autem & ipſa (vt ego ſentio) de doloribus, ſicut & illæ, fuiſſe prolata, ſed ab illis differre malitia. Exoriuntur enim dolores quidam maligni à maleficis ſeu medicamentis quæ deleteria i. mortifera vocant, ſeu feris venenum ictu fundentibus, ſiue ſuccis aliquibus ex improbo victu aut peſtilenti cœlo in corpore genitis. Ad hos itaq; id genus remedia enumerata fuiſſe dicimus, lac, allium, vinum feruefactum, acetum, ſalem. Lac nanq; venenis eroſione interficientibus aduerſatur: ſiquidem attemperatione opus eſt. Allium vehementi frigore lędentibus reſiſtit: Vinum mediocriter frigidis: ſed cum ipſi adiectum fuerit /feruefactum/ intelligere poſſumus admodum calidum. Poteſt etiam in- H telligi vinum ita decoctum, vt ſapa quam vocant, facta ſit: etenim hæc corrodentes acrimonias tēperat: Acetum vero, vt glutinoſos, quales fungorum eſu creantur, ſuccos diſſecet, vel etiam refrigerandi cauſa, ſicut aduerſus thapſiam requiritur: Poſtremo ſalem, vt totam maleficorum humorum medicamentorum q; ſubſtantiam conſumere poſſit. Cæterum quoniam vtilitates & noxæ non ſolum per ſimplices nos attingentium qualitates, ſed etiam per totam ſubſtātiam corporibus noſtris adueniunt (& hoc enim ex alijs commentarijs didiciſtis) iure ſanè optimo, & illud dictum fuerit /ſtirpium humores, & in quibus vim habent/. Proprietates nanq; ex tota ſubſtantia progenitæ aut corporibus noſtris congruentes, aut alienæ, quatuor materijs continentur, aut enim purgatoriæ medicinæ ſunt, aut alimenta, aut ad hæc tertio ea quæ hic Hippocrates malefica nominauit, aut quarto ipſorum remedia. Cum vero tertium materiæ genus & in medicamenta deleteria hoc eſt mortifera vocata, & ferarum venena, diſtribuatur, duplex & iſta curantium materia eſt. Appellantur autem græco vocabulo Alexipharmaca id eſt medicamentorum auxilia, quæ mortiferis medicamentis aduerſantur: Theriaca vero, quæ ferarum morſibus medentur. Verum fortaſſe quis exiſtimauerit & purgantium medicamentorum materiam inter mortifera eſſe cenſendam, nam & hæc vltra modum aſſumpta nos interficiunt. Id ſi conceſſerimus, conſequens erit etiam

vt alexi-

A vt alexipharmaca,& theriaca,in mortiferis enumeremus,quandoquidem & hæc nos perdere poſſint, niſi ſiquis ex ipſis omnino valde parum aſſumpſerit. Verum ea de cauſa mihi plura medicamenta non vocare mortifera medici videntur,ꝙ ipſorum temporibus quibuſdam vtilitas neceſſaria ſit: ea vero appellare deleteria i. pernicioſa,quæ nullo vnquam tempore,neq; ægrotis hominibus neque valentibus,opem ferunt: neq; enim aconitum,neq; argẽtum viuum,neq; argenti ſpuma, neq; marinus lepus,intra corpus accepta vllum nobis afferunt emolumentum, quemadmodum & alia pleraq;, de quibus & illis in commentarijs actum eſt,vbi de iuuantibus atque nocentibus per totius ſubſtantiæ proprietatem diſputauimus.

6 *Homo ex Laßitudinibus ab itinere, imbecillitas, grauitas, expuit, tußiebat enim ex Vertice: Febris Acuta,manum ſubmordens. Secundo die caput graue, lingua exuſta fuit: nares Vnguibus reſciſſæ, ſanguis non manauit: ſiniſter lienis magnus & durus dolore infeſtabatur.*

Quæ'nam huic ægroto acciderint, narrauit Hippocrates: mortuus'ne ſit an euaſerit, quorum cauſa reliqua omnia ſcripta ſunt, dicere prætermiſit. At forſan quid ego de ægro hoc futurum eſſe
* ſe prædicerem,quiſpiam audire deſideret: cui vera hunc in modum dicenda ſunt: Siquis eius mi-
B hi vrinam oſtẽdiſſet, clare ſane quid de eo ſentirem, attuliſſem. Quantum enim ad dicta pertinet, pernicioſe ægrotabat: at ſi vrina optima fuiſſet, hominem quidem euaſurum, ſed acute ægrotaturum eſſe prædixiſſem: ſin autem praua apparuiſſet vrina,breui interiturum: ſi mediocris,vt neque laudanda eſſet,neq; vituperanda,longiori tembore ſuperſtitem tandem moriturum eſſe affirmaſſem. Alia porrò ſymptomata media quodam modo inter perniciem atq; ſalutem ſunt. Illud vero /nares autem vnguibus reſciſſæ deinde non effundentes ſanguinem/ ita enim ſcripſit Zeuxis /nares vnguibus reſciſſæ non effuderũt ſanguinem/ peſſimum ſignum eſt. Quòd ſi ſcriptum eſſet,quemadmodum & in pluribus exemplaribus ſcriptũ reperitur /nares vnguibus reſciſſæ,ſanguis nõ manauit/ pernicioſum quidem & hoc eſſet, ſed minus, quàm nullo modo ſanguinẽ emittere. Patet autem,ꝙ & manus opera rite adhibita ſanguis tamen non emanarit: neq; enim ab initio hac in parte ſcripſiſſet, vnguibus quidem nares eſſe proſciſſas, neq; tamẽ ſanguinis effluuium accidiſſe,ſi abſq; manus opera id euenire potuiſſet. Referunt autem veteres medicos non proprijs vnguibus modo,ſed etiam ferramento quodam ad id ipſum præparato nares diſſecare ſolitos. Videntur q; in ægrotante, de quo nunc ſermo ſit, ad ipſarum diſſectionem propter capitis grauitatẽ curantes hominem medici deueniſſe. Illud verò de liene dictum /ſiniſter lienis magnus/ nõ nul-
C li ita additum eſſe /ſiniſter/ putant,vt lacti album poeta adiecit,& ſuibus humi cubantes,cum nullum lac non album ſit, nulli ſues non humi cubantes * diſſecta non erupit ſanguis ſiniſtra,tanquam dixiſſet,ex ſiniſtra nare,& ea lieni è regione oppoſita eſt. Atque veriſimile eſt medicum ad manus operam huic nari adhibendam fuiſſe permotum. Errãte autem primo librario accidit,vt erratum remaneret. Preterea cum in propoſito ſermone illud etiam ſit, tuſſire ipſum ex vertice,de hoc etiam inter libri interpretes magna diſſenſio eſt orta, non nullis quidem ex capite fieri tuſſim dicentibus, non, ſicut crebrius fieri conſueuit, ex pectore & pulmone & aſpera arteria, quando hæc primo affecta ſunt: aliquibus autem ex vertice proprie dictum eſſe putãtibus, vt non ſolum ex capite deſtillatio aliqua tuſſis cauſa ſit,ſed etiã ab ipſius capitis parte illa, quam verticem nominamus.

7 *Quartana Laborantes Magno morbo Non capiuntur: Si prius autem Capiantur, & Quartana ſuperueniat, Liberantur.*

* Comitiales veteres & magnum morbum &‖affectum puerilem appellabant, vt ipſe Hippocrates in libro de aquis,& aere,& locis, quoniam pueritiæ tempore abundat. Non nulli & hercu- de Aere,aquis, & locis, cap.2. 2ª.1.f
D leum ipſum vocauerunt, non ꝙ Hercules eo vexaretur, ſed videntur iſti, ſicut alij etiam nominibus eius ſæuitiam exprimere voluerunt,ita & nomen hoc magnitudinem ſignificans,herculeum ſcilicet effinxiſſe. ‖ Alij ſacrum morbum falſa opinione decepti appellauerunt,ſicut in libro de ſacro morbo explicatum eſt. Oritur ſanè & ab alijs affectis partibus nõ nunquam vitium hoc: ſed in plurimis primum ipſum cerebrum afficitur non alio affecto conſentiens. Morbi autem cauſa frigidus craſſus q; humor eſt in cerebri ſinibus collectus, neruorum q; origines,ac præcipue dorſi medullæ primum principium,occupans. Huic humori igitur & aliæ quidem febres proſunt,ſed maxime diuturnæ,& ex his omnibus quartana potiſſimum: item q; ea ipſa quartana,quæ longiſſima ſit,& cum rigore inuadat. Ipſe nanque rigor in principio libri de Sacro morbo.

* * * *

vectes

cerebri quidem initium hoc obſtruente humore. Febris autem caliditas prius attenuans & ipſum diſcutere apta eſt, præterea & totam temperaturam vehementibus rigoribus mutare, & humidam eam frigidam'que ad calidius ſiccius'que redigere. Ab hac verò pituitoſus humor interdum procreatur,in corpore, at excretiones ſequuntur conuulſionem iuuãtes, per ſudores quidem ſæpius,aut vomitum,aut alui ſubductionem: quare & per hec expurgatur mate

ria

2ª.Aph.26.Ex. ordin. 16.b. ria iuxta id, quod in aphorismis dixit, || Febrem conuulsioni rectius accidere, quàm cõuulsionem E febri. comitialis autem est totius corporis cõuulsio. In primo quidem de morbis popularibus ita

1.Epid. com. 3. t.4.3ª.118.g. scripsit de quartana: || Tutissima quidem omnium est, & facillima, sed longissima quartana: neq; » enim ipsa solum per se ipsa talis est, sed etiam ab alijs ingentibus morbis tutum præstat. Id vero » nulli dubium est, quod prius quartana febre laborantes comitialis morbus adoriri nequit, quandoquidem iam adortum superueniens quartana discutere consueuit: quo circa multo sanè magis ipsum non dum factum fieri non permittit.

8 *Pro Quibus Qui Morbi.*

Hoc supra positis congruit, hanc sententiam innuens, Pro quibus morbis qui morbi oriantur, scire bonum est: id vero subaudire opus est. Quemadmodum enim quartana comitialem sanat, & febris quæq; conuulsionem, vel etiam destillationem & suspirium, eodem pacto oculorum phlegmonen alui profluuium, leuitatem intestinorum acida eructatio, & lateris phlegmone pulmonariam, veternum phrenitis: contra vero non vtiliter phrenitis in veternum, phlegmone lateris in pulmonariam, se conuertunt. Quin etiam atram bilem hæmorrhois plerumque incipientem prohibuisse, & iam F effectam remouisse, nec non & duratum lienem sanauisse, conspecta est. At varices quoq; hos ipsos morbos, podagras præterea, & articularios dolores, discutiunt.

FINIS TERTIAE CLASSIS

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr sss ttt uuu xxx yyy zzz AAA BBB

Omnes sunt quaterniones, præter ppp & qqq terniones.

VENETIIS APVD HAEREDES LVCAEANTONII IVNCTAE



PATRIS INSOMNIVM

CRISIS PRAECOGNITIO

GALENI
LIBRORVM QVARTA CLASSIS

SIGNA QVIBVS TVM DIGNOSCERE morbos & locos affectos, tum præſcire futura poſsimus, docet.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *ob additum librum, & plurimos locos ex veterum Græcorum codicum collatione nuper emendatos, ornatior prodiens.*

Locis etiam Hippocratis in margine indicatis, quos Galenus ſparſim in contextu citat.

Librorum Catalogum ſequens folium continet.

Τὸ Σημειωτικόν.



GALENI DOCTORES

AMANTIS DIGNOTIO

HEPATICI COGNITIO

PALESTRITE CVRATIO

VENETIIS APVD IVNTAS. M D LXV.

DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA

QVARTA CLASSIS HÆC CONTINET.

Totam hanc Classem quàmplurimis in locis denuo expurgauit Augustinus Gadaldinus, adhibitis etiam multis emendatißimis codicibus græcis manuscriptis.

GALENI
DE LOCIS AFFECTIS LIBRI SEX

Gulielmo Copo Basiliensi interprete.

Ab Augustino Gadaldino in hac quarta editione pluribus locis emendati, adhibitis etiam vetustissimis codicibus græcis, summa cura hinc inde conquisitis.

ARGVMENTVM LIB. PRIMI.

Docet Methodum vniuersalem dignoscendi Locos affectos, qui sensum effugiunt, vnà cum multis exemplis particularum quarundam.

Quæ sint prima capita, quibus Sedes affecta, quæ sensum latet, intelligitur: ac de inutilibus veterum quæstionibus. CAP. I.

C  Ocos nominant ipsas corporis particulas non recentiores solum, sed ueterum quoque medicorum non pauci: ac affectus ipsis euenire solitos, dignoscere student, propterea, quòd pro locorum differentia, curationem quoque variari contingit. Sed, quàm vtilis ad curationem sit huiusmodi notitia, in eo libro, quem de curandi uia & ratione conscripsimus, videre est: Nunc uero, quo affectæ particulæ possint dignosci, explicare duntaxat proposuimus. ᵃIgitur partes in superficie constitutæ, unà cum affectuum suorũ idea speciéue, facile sensibus deprehenduntur: quæ uero in imo corpore latent, exercitatũ ratione virum desiderant cum in partium & actionibus & vtilitatibus, tum vel maxime in præcedentibus eas corporum dissectionibus: quippe hæ nos docuerunt cum alia permulta, tum cuiuslibet partis essentiæ proprietatem. Corpus igitur quoddam chartilagineum est secundum asperas pulmonis arterias, quod brõchion appellant: ᵃcuius proprietatem hi duntaxat, qui ipsum viderũt, cognoscere possunt. Id si aliquando tussiendo expuatur, maximum vlcus vel ab erosione, vel putredine, in pulmone esse existimamus: est enim & per totum collum inter pha D ryngem & pulmonem media, talis corporis natura. Tam grandis tamen vlceratio in ipso haudquaquam fieri potest, quin prius mors animal præoccupet: In pulmone vero talis fieri potest, utpote qui & facile putrescere ob humiditatem, & à vitiosis humoribus prompte erodi consueuit, & bronchia ipsa admodum exigua habet: neque enim uel particula ipsorum putrescere potest. sed totum bronchium reiici necesse est, membranosis vinculis, quæ ipsum cũ alijs coniungunt, à sua continuitate absolutis, quæ sanè suis bronchijs multo celerius afficiuntur: hæc enim & chartilaginea, & dura, & crassa sunt: membranæ vero, quæ ipsa coniungunt, tenues & infirmæ. Quinetiam frustum quoddam vasis, haud paruum, tussiendo reijci vidimus, quod ex pulmone fuisse eductũ plane intelligebant, qui dissectoriæ artis haud erant imperiti: quotquot enim ad asperã arteriã in collo perueniunt vasa, omnia capillorum ferè speciem referunt. Proinde non solum essentię proprietas, sed magnitudo quoque, sæpenumero affectũ locum haud obscure indicare potest. Sic enim, cũ intestini tunicam per dysenteriam aluo deiectam conspexeris, sitque & latitudine & crassitudine ijs, quę tenuia cõstituunt, multo maior, non abs re conijcies vlcerationem in crassis intestinis consistere. Ita, cum adolescentulum tussiẽdo, tunicam crassam lubricamque reijcere videremus, coniecimus eam internam esse gutturis partẽ, quæ ligulam (græci epiglõttida vocant) constituit: ac sanatus est adolescentulus, quãuis id non admodũ speraremus: mansit tñ vox vitiata. ᵃPræterea per essentiæ proprietatem, à vesicę vlceribus ea, quę in renibus consistunt, distingui possunt.

ᵃ Auicenna ex no 2 editiõe lib 1. Fen 2. doctrina 1. ca. 8. fo 30. litera.

AI f. 2. d. 3. c. 1. f. 43. f

A. dé. Et l. 3. c. 1. ... & 3. c

A. ; f. 19. t. 1. c. fo. 365. d

Sectione 4ª. Apho.76.81. Extra ord. fol. 36.b.h.ex nostra editione. Et de natu. humana.cō.2. textu 20.classe 7ª.fo. 180.g

Scripsit.n.in aphorismis Hippocrates: Si ea,quę cū vrinis excernuntur,lamarū speciem referāt, E in vesica vlcus esse,scire licet: si uero carunculis similentur, id erit in renibus. Neq; nō à rebus in particulis quibusdā cōtētis,creberrime locus affectus deprehendit. Nā Mitylenis adolescēs quidā ſm sedē vulneratus gladio, vulnere satis profundo, tribus primis diebus neq; cibum neq; potum ingessit: quarta vero die,adhibitis prius remedijs,cibum sumpsit ac bibit quoq;: deinde occidēte sole,iterū adhibita curatione,vrinę circiter quatuor heminas p vulnus excreuit,quū antea,ex quo vulneratus erat,nihil vrinę reddidisset: tum vero ab onere,quo circa pubē grauabatur,se perfecte liberatū esse dixit. Itaq; proculdubio constabat vesicā in hoc fuisse vulneratā. Quemadmodū, ubi stercus per vulnus excernitur, intestinorū alicui vulnus esse illatū haud dubium est. Sic ēt, quum cibus egredit,in ventriculo vulnus esse manifestū est. Iam ortum supra inguina panū ac suppuratum quū medicus incideret,stercus subsecutū,in colo abscessum esse declarauit. Atq; in hoc genere cōtinet spiritus efflatus vulnerato thorace, & sanguis ab arteria profluens: nam,quū interdum vulneratū corpus sensu deprehendi non potest,exactā ab his consequimur notitiam. Igitur,vt ex thorace spūs inter respirandum efflatus mēbranam costas succingentem vulneratā esse significat, ita sanguis saliendo eiaculatus,arteriam: sed hic protinus eo,qui ex venis erumpit,& calidior,& magis tenuis,& flauior est. At,veluti horum non incertæ sunt notæ,sic eodem modo,si aliqñ omētum aut intestinorum aliquod excidere per vulnus videatur,peritonęum discissum esse nemo ambigere debet. Si vero pulmonis aliqua fibra, extremā sui partem à vulnere exerere videatur, thoracem confossum esse ostendit: atqui nihil refert,siue succingentem membranam vulneratam,siue thoracem confossum esse dixeris. Iam vero ex iis etiam rebus, quæ adnascuntur, affectæ sedis notæ qñq; petunt: proprietas.n.essentię est eorum,quę adnascūtur, quēadmodum fungi fracturis capitis, quādo meninx,id est membrana cerebrum custodiens, fuerit affecta. Atque rursus alia proprietas conspicitur,osse particulæ cuiuspiam vitiato. Huius præterea generis est crustula quædam, ephelcis Græce vocata, quòd eius particulæ, à qua excerni videtur, vlcerationem ostendat, vt vrinæ instrumētorum,si cum vrina: spiritalium instrumentorum, si tussiendo reijciatur: gulæ ac ventriculi,si vomitione excernatur: quemadmodum,si cum alui excrementis deijcitur, intestinorum aliquod vlceratū esse significat. Est præterea ex indicijs quibusdā alius notitiæ modus, quū videlicet in alieno spatio aliquid pręter naturam continetur,vt in renibus aut vesica lapis,aut pus in thorace: ex eodem genere censetur & sanguinis grumus(gręce thrombos,) vbicunq; cōtineatur, aut alius quidam humor molestus in animalis corpore genitus, vel extrinsecus ei aduenieniens. Vnde iuniorum medicorum cōplures quęstionem ad medicæ artis opera nihil conferentem,sed logicam potius habentem contēplationem, mouere solent, utrum huiusmodi res in nobis præter naturam genitæ,ex affectis sint sedibus,an loco nullo affecto animal à causa præter naturam male afficiatur. Sed,q; inutilis(vt dixi)sit huiusmodi quæstio,cognitu facile est, si considerа ueris,quantum dignotiones ad artem conferant. Subijciamus ergo aliquem tribus diebus nihil vrinæ reddidisse,non'ne protinus,in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa, inuestigabimus,an in renibus,aut vreteribus,aut vesica,aut vrinæ fistula: neq;.n.in hepate,pulmone,liene, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsam quæremus, q; nulla ipsarum sit meiendi instrumentum. Vnde,nisi nouerimus primam vrinæ secretionem in renibus fieri,deinde eā per vreteras ad vesicam peruenire,ac demum inde excerni (quemadmodum iam antea in disputationibus naturalium actionum ostendimus) nihil huiusmodi inuenire poterimus. Verum hucusq; processisse haud satis esse videtur: quin potius perpendere oportet, quęnam sit dictorum causa,propter quā vrina supprimitur. Est autem uia contemplationis hæc. Intueri oportet omnia tum præterita tum præsentia accidentia: præsentia quidem ipsemet medicus inspicere debet: præterita vero non solū à laborante,sed etiam ab ipsius familiaribus,interrogando perdiscere. Sit igitur(exēpli gratia) tumor aliquis in pube, satis euidēter in circūscriptione vesicam impletam esse ostendens, H nihilq; excernatur: non'ne plane constat aut excretoriam vrinæ actionem necessario resolutā,aut vrinæ fistulam esse constipatam? In primis igitur considerandum est,num fieri potuerit, vt resolutæ facultatis nomine id acciderit,vbi prius meminerimus, quomodo per bonam valetudinem volentibus nobis vrina excernatur: musculus enim ceruicem vesicæ circundans, ab actione quidem tunc quiescit,fungitur autem vesica suo munere. Musculi autem actio,voluntatis nostræ imperium imitatur: at vesicæ actio,& inuoluntaria est & naturalis: nāque in cōmentariis de naturalibus facultatibus iam declaratum est in omnibus ferè corporis particulis esse vim,qua excremēta excernantur: hæc quāuis semper ipsis adsit,non tñ vtuntur ea,nisi cum vrgētur ab excremētis. Ea ergo vi excretice laborante cōtingit aliqñ ἰσχουρίαν idest vrinæ suppressionem,fieri. Proinde, si hominem ita figuraueris,vt decliuis sit ceruicis vesicæ positus,ac manibus tumorem præter naturam compresseris, expelletur vrina: quòd, si ita faciendo nihil profeceris, à causa, qua resoluta vis esse putabatur,desistere,atque vrinæ fistulam constipatam esse,suspicari oportet: quippe,musculus ei circūdatus si resoluatur,ipse nō cohibitæ,sed præter voluntatem emissæ vrinæ, causa est.

A.l.4.f. 1.c. 16.fo 4 g

A.l.3.f. 1.c. 14.fo.2 b

A.l.1.f. 3.c. 1.fo.43

A.l.3.l 9.t.1. c.1.fo. 3.c

Itaque, quot modis contingat ceruicis vesicæ meatum (quem οὐρῆθραν idest vrinæ fistulam, vocant) stipari,deinceps considerandum est. Equidem tres in vniuersum esse censeo: aut enim corpus ipsius in tantum tumorem præter naturam attollitur, vt meatus inde occupetur: aut aliquid ei præter

A.l.3 9.t.1 c.6.f.366.h

A.l.3 19.t.1. A ei præter naturam, vt vel carūcula, vel callus, innaſcitur: aut à re quapiam obſtruitur meatus. Cor
c.6.ſe.66.h pus quidem ipſius ad inſignem tumorem attollitur, ſi vel inflammatione, vel ſcirrho, vel abſceſſu,
vel alio quouis tumore fuerit affectum: in meatu autē caro quidem oritur, ſi præceſſerit vlcus, alia
vero res longo tēporis ſpacio ex craſſo lentoq; humore paulatim naſci poteſt: at obſtruitur mea-
tus vel à lapide, vel grumo, vel pure, vel craſſo lentoq; humore. Igitur hæc oīa diſtinguere opor-
tet, non ſolum ex præſentibus accidentibus, ſed etiam ex ijs, quæ præterierunt. Age igitur ſubij-
A.l.3 19.t.1. ciamus, vt puer laboret: apparuerint vero antea calculi indicia, vrina quidem aquę ſimilis, in qua
c.5.1363.h ſubſident ſabuloſa quædam: ipſe inſuper aſſidue pudendum ſcalpat, idq; vel laxum vel intentum
præter rationē: poſtea vrina de repente ſupprimatur: nō ſine ratione certe conieceris huic calcu-
A.ib.m.h lum in veſicæ ceruicem incidiſſe. Itaq; ſupino figurato puero, cruribusq; reliquo corpore multo
ſublimioribus redditis, multifariam ipſum concuties, hoc ſatagens, vt lapis ex meatu recedat.
Quibus peractis, iube, vt puer vrinam reddere tentet: idq; ſi bene ſucceſſerit, profluatq; vrina, prę
ter exactam cauſę notitiam, curationis quoque modum inueniſſe te, haud dubia erit coniectura:
Quòd, ſi nihilominus vrina ſupprimitur, rurſus cōcute, ſed vehementius: atque, ſi ſic quoq; per-
A.ib.364.a manſerit, tum demiſſa fiſtula (Grēci catheterem vocāt) ſimul & lapidem à veſicę ceruice repelles,
B & vrinæ iter præbebis. At nulla calculi nota retentā vrinam præcedente, ſi ſanguis effluxerit, par
A.l.3 19.t.1. eſt, vt grumus vrinæ fiſtulam obturet: at fieri etiam poteſt, vbi vlcerata eſt veſica, vt paulatim in
c.15.365.d ipſa grumus concreſcat vel non pręcedente ſanguinis fluore: accidit etiam, vt ſanguis ex renibus
per vreteras in veſicam defluens, grumum efficiat. Atq; in huiuſmodi coniecturis magnus eſt fi-
ſtulæ vſus, haud ſecus, ac cum vel pus vel craſſum lentumq; humorem meatum obſtruxiſſe ſuſpi-
camur. In huiuſmodi vero coniecturam, ex præcedētium notitia hoc pacto inducemur. Etenim,
ſiue veſica ſiue renes antea affectu aliquo laborauerint, per quem tale tantumq; pus colligi potue
rit, vt par ſit ab ipſo meatum fuiſſe obſtructum, probabiliter conijcies hanc ob cauſam vrinā ſup-
primi: aut ſi etiā in parte aliqua renibus ſuperiore fuerit abſceſſus, quo erupto, haud abſurde pus
in renes trāſumptum eſſe putaueris. Quòd ſi nihil huiuſmodi præceſſerit, victus rationem inqui-
A.l.3 19.t.2. rere oportet, an in ocio educatus, vel multis cibis craſſos viſcoſosq; humores generare potenti-
c.10.370.f bus fuerit vſus. Sic etiam, vbi ob carunculam aliquam ab vlcere innatam veſicæ ceruicem obſtru
ctam eſſe putamus, & ex precedentibus vlceris notis, & ex eo, quod demiſſa fiſtula vrina vacua-
tur, intelligere poſſumus. Nam & hunc affectum aliquando vidimus: quippe demiſſa fiſtula do-
lorē mouit, in ea videlicet meatus parte, vbi antea vlcus eſſe cōijciebamus: fractaq; ſub fiſtula car-
C ne, ſecuta ſunt vrinę excretionem & cruor aliquis, & carnis fragmenta. Atq; hæc diximus vt quę
ad inſtitutum opus proprie pertineant. Conſtat autem, q paulo ante citata à nobis quęſtio, logi-
ca duntaxat ſit, quodq; nihil ad artis opera conducat. Id enim vtile fuerit, vt cognoſcamus meatū
eſſe obſtructum à grumo, ſi ita contigerit, aut lapide: at quærere, vtrum affectum eſſe meatum, an
cauſam aliquam ſuppreſſę vrinę in meatu contineri, dicēdum ſit, nihil ad artem vtilitatis conferre
poteſt. Itaq; Archigenem ſatis mirari non poſſum, qui non ſolū in huiuſmodi quęſtionibus mul
tus ſit, verumetiā de ijſdem adeo obſcure ſcripſerit, vt intelligatur à nemine. Igitur rurſus propo
ſitum ſermonem reſumētes, conſequentia tractemus, quō ſcilicet tum ex pręcedentibus tum pię-
ſentibus accidentibus cauſa, cur vrina reddi non poſſit, deprehēdatur. Percuſſus ergo valide qui-
dam in ea parte, quæ femen appellatur (Græci perinæon dicunt) inflāmatione ſuborta ex percuſ-
ſione, vrinam reddere non potuit: ac veſica ipſa, vtpote plena, manifeſte ſecundum circūſcriptio-
A.l.3 19.t.2. nem intenta erat. Huic, ne irritaretur inflammatio, fiſtulam adhibere noluimus, ſed aqua calida ad
c.8.368.a fuſa, oleo perungere ſatius eſſe putauimus: quumq; tribus horis ſic eū tractaſſemus, tēſione non
parum relaxata, ac dolore, vt ipſemet fatebatur, non ita grauiter infeſtante, iuſſimus, vt vrinam red
dere tentaret: interim, quum nos veſicę tumorē ad inferiores partes impellendo, ſenſim premere-
D mus, iuuenis vrinā reddidit. Atq; in his, qui ſic afficiūtur, cauſa ſuppreſſæ vrinæ facile deprehēdi
tur: quāuis in alijs quibuſdā nō adeo manifeſte dignoſcat: in quibus artificioſa coniectura ab oī-
bus vocata nobis perquàm vtilis eſt, vtpote quæ inter exactam notitiā, & omnifariā ignorantiā,
media quodāmodo putatur. Proinde fieri nō poteſt, vt in omnibus morbis colligantur notæ, quę
pathognomonicę ſyndromæ, ideſt cōcurſus affectuum indices, ab empiricis nominantur: ſed ve
" riſſimum eſt id, quod Eraſiſtratus dicere ſolebat: Oportet (inquit) hominē exercitatum ratione
" eſſe, qui voluerit non ſolum affectus ipſius qualitatem, ſed affectum quoq; locum, probe digno-
" ſcere. Verum, vt ad huiuſmodi exercitationem decenter perueniamus, haudquaq; quærendum
eſt, an dicere oporteat, veſicæ ceruicē, ſi vel à lapide vel grumo obſtructa ſit, affectam eſſe: an ipſa
non affecta, actionem ipſius læſam eſſe. Igitur in huiuſmodi quæſtionibus ad artem omnino ſu-
peruacaneis Archigenes verſari conſueuit. Alij vero vltra hæc procedētes, ne læſam quidem eſſe
actionē dicunt, fieri enim ipſam muſculo, qui veſicę ceruicem cōſtringit, laxato, veſica autem cir
ca vrinam in ſe contētam contracta, muſculis vero abdominis ſimul exprimentibus: quum itaq;
& veſica citra noxam munere ſuo fungitur, & muſculi voluntatis imperio ſic obediunt, vt ſupe-
riores intēdantur, is vero, qui ceruicē circūdat, laxetur, quomodo (inquiunt) recte poterit aliquis
ſuſpicari, læſam eſſe actionem? Quapropter iſti dicere coguntur iſchuriæ affectū fieri non lęſa ſed

impedita meiendi actione: tanquam arti medicinæ opem ferant, si vocabulum, lædi, transmutan- E
tes, impediri, dixerint. Sed huiusmodi quæstiones (vt diximus) ad logicam pertinent ac ad mentis
exercitationem magis, q̃ vel ad affectus ipsius dignotionem, vel sedis affectæ inuentionẽ, accõmo
datur." Verũ ea, quã nuper proposuimus, ad institutum opus proprie pertinet: intelligit autẽ ex A.l.1.f. ·j.
ipsa, q̃ in primis per artem secandi corpora accurate cognoscere oportet, qualis sit cuiuslibet par- c.1.fo.43
tis essentia: deinde vero & actionem, & κοινωνίαν.i. societatem, quam cũ proximis habet, quæ etiã
in θέσεως id est positionis, vocabulo cõprehẽditur, intelligere. Quinetiã ipse quoq; partium vsus
ad affectorum locorum inuentionem magnifice conducit: actiones.n. motus sunt partium facti-
ui: vsus vero omnibus insunt, vel nihil agentibus. Ergo, quod ad" vrinẽ redditionẽ pertinet, ex- A.l.1.f.1 .j.
cretionis actio fit à vesicæ contractione, concurrente interdum musculorum abdominis auxilio, c.1.fo.36
quum videlicet admodum exigua cõtinetur vrina, aut vesica ipsa infirma est: reliquẽ vero partes
omnes, vtiles sunt ad actionem: nisi.n. vesica ipsa cum toto spatio sic figurata fuisset, ac ceruix ip-
sius tota fuisset perforata, & vreteres oblique implantati in ipsam fuissent, frustra habuisset cõtra-
hendi motum. Ex horum itaq; notitia, & affectæ partes, & affectus ipsarum, deprehẽdi possunt,
non ex ea quæstione, qua inuestigatur, vtrum dicere oporteat, obstructum instrumentum esse af-
fectum, an omnino noxa carere. Haud absimilis huic est alia quæstio, & quidem de affectis iã par- F
tibus, sed quibus non dum inest propria dispositio: vocant autem propriam dispositionem, quæ
separata causa, quæ ipsam fecit, permanet. Hac igitur consideratione rursus dicunt non nulli ne-
quaq̃ affectũ esse caput per eos capitis dolores, qui à bilioso humore in ventriculo contento pro-
ueniũt, q̃ per uomitum eiecta bile capitis dolor protinus quiescat: quemadmodum, si post vomi
tum nihilominus permanserit, tum dicunt affectum esse caput: idq; multo magis, quũ similia suf-
fusioni accidentia oculos infestant, cumulatis in ore ventriculi excrementis, hæc enim veluti vm
bras quasdam esse affectuũ. In omnibus his quæstionibus plurimũ occupati maiores nostri, per
quàm pauca de affectorũ locorum dignotione scripserunt. Nos uero diuersa incedentes via, exer
cebimus, aut (vt dixerit quispiam) instruemus studiosos, quomodo sedes affectas dignoscere pos-
sint. Igitur, quemadmodum paulo ante propositum est, q̃ intenta vesica homo vrinã reddere nõ
posset, ita in præsentiarũ subijciatur citra vesicæ tumorem vrinam suppressam esse. Ergo necesse
est," quũ sic retenta est vrina, vel vreteras vel renes esse obstructos. Quapropter rursus hic intueri A.l.3.f. .t.L.
oportet, num ante, q̃ supprimeretur vrina, aut lapidis, aut inflãmationis, aut alterius cuiuspiã ma- c.6.fo.3 h.
li præcesserint accidentia: neq; negligẽda est vniuersi corporis dispositio, vt possimus (quoad ar- Et 367.
tificiosa coniectura permiserit) distinguere, vtrum in ipsis renibus à lapide vel crassis humoribus G
fuerit obstructio, an in vocatis vreteribus, id est meatibus, qui à renibus ad vesicam protendũtur.
Quædam nanq; sunt, quæ ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulo ante dicebamus de ijs,
quæ affectẽ essentiæ proprietatem declarant: quædam vero artificiosæ coniecturæ subiacent. Vñ
prolixiorem esse disputationem accidit, etiã si sophistas valere sinas: queadmodũ hoc loco Ascle-
piadem neglexímus, qui de vrinæ in vesica collectione (vt alibi deteximus) scripsit absurda." Por A.l.de i cor.
rò ea etiam, quæ de principe animẽ vi scripta sunt ab ijs, qui eam in corde consistere existimãt, oẽs t.1.c.1.. 57.h
dissectores iam damnarunt. Et Archigenes sanè, cum ab hac opinione haudquaquam dimoueri
potuerit, quamuis eam redargui videat cum per alia multa, tum vel maxime in phreniticorum le-
thargicorumq; curatione, tum sursum tum deorsum sermones suos conuertit, modo hoc modo il
lud dicens, quamuis nihil omnino declaret: atq; huius generis est tertius Archigenis liber, quem
de locis affectis conscripsit. A nobis vero de principe animæ vi, in libris de Hippocratis Plato-
nisq; placitis, copiosissime dictum est: nunc vero hac veluti demonstrata, affectarum partium cõ-
templationem perficiemus. Quod autem omnibus affectis locis commune est, id non ad logicam
sed necessariam quæstionem porrectum, iam enarrare aggrediar.

Actionem lædi, quia pars, qua æditur, est læsa: ac quot sint modi primi læsionum. CAP. 2. H

QVælibet" in animantis corpore actio peculiarem habet particulam, per quam perficitur: A.l.1. .d.j.
eoq; actionem lædi necesse est, instrumento ipsam efficiente quomodolibet affecto. Atq; sum. 11.fo.
interdum adeo facile affectus soluitur, vt simul, atq; opifex causa fuerit separata, ipse quie 43.c
scat: interdum tanta est soluendi difficultas, vt diutius permaneat, causa etiam ablata. Accidit etiã
non nunq̃, vt efficiens causa pertransiens, non firmum in particula faciat affectum, quem Archi-
genes cum vmbra affectus comparat: veluti cum suffusis" similia quędam oculi imaginantur col- A.l.3. 1.t.1.
lecto in ore ventriculi tenui excremento, vnde vaporibus quibusdam in oculos subleuatis, in eos c.6.f.1 a.Et l.
visifica facultas incidens, ijsdem imaginibus, quibus per suffusiones, afficitur: idq; maxime eue- 3.c.1.c. 0.12
nire solet ijs, quibus oculorum humor exquisite purus est, aut visifica facultas q̃ facillime sentit. a
Eandem ob causam, vbi sanguinis eruptio aut uomitus per morbos expectatur, huiusmodi acci
In Progn.cõ.3. t.30.4ª.110.c. dentia interdum apparent, de quibus Hippocrates in præsagijs hunc in modũ scripsit: ‖ Cuicũq; »
inquit, in nõ letali febre caput dolet, aut ante oculos obscura quædam obuersantur, si cardiogmos »
{.i. cordis seu oris ventriculi morsus} accidit, is bilẽ euomet. Ac paulo post: ‖ Quibus vero in hu »
In Progn.cõ.3. t.33. 4ª.111.a iuscemodi febre caput dolet, oculi vero obscuras illas imagines nõ vidẽt, sed caligatione hebetã- »
tur, aut splendentia quædam ipsis obijciuntur, ac pro cardiogmo, in alterutra parte præcordia »
tenduntur,

A tenduntur, neque dolore neque inflammatione infestante, his pro vomitu sanguis è naribus effluet. Hæc est verborum Hippocratis series, quibus docuit sæpenumero contingere, vt ab humoribus sæpius in vẽtriculo collectis, imagines quædam oculis obijciantur. Quòd, si nihil omnino ab humoribus ascendat ad oculos, nullũ huiusmodi accidẽtiũ euenire solet: quẽadmodum, vbi neque vel ad auriũ vel nariũ meatus, vel ẽt ad linguæ corpus, quicquam transfertur. Vnde manifestũ est, quod oportet oculos participes fieri eius dispositionis, quæ ventriculũ infestat, si videndo debeat animal errare. Cum itaque rursus dicat Hippocrates, || Quibus deiectiones biliosę excũt, surditate superueniẽte finiũtur: & quibus surditas precesserit, desinit, si deiectiones sequũtur biliosæ. quis est adeo demẽs interpres, vt omittat in huius sermonis enarratione aurium affectum: ac tũ dicat nasci surditatem, quũ bilis, quæ ante per aluũ vacuari cõsueuerat, ad oculos efferatur? Igitur semper incipere oportet à læsæ actionis instrumento: deinde quærere, quis sit noxę modus, vtrum videlicet dispositio iam stabilis ac firma, an adhuc quidem fiens, stabilitatem autem ac firmitatem non dum sit adepta: Quòd si nunc quoque fiat, vtrum causa, quę affectũ efficit, in ipsa parte cõtineatur, an per ipsam transeat, inuestigandũ est. Etenim arefacto imodice humore, quem crystalloidẽ vocant, perseuerans erit noxa & essentię ipsius proprius affectus: si vero crassus humor in pupilla cõstiterit, B essentia quidẽ non dũ læsa est, verũ accidẽtis causa in oculo ipso continet: sed tũ per ipsum transire dr, cũ euaporans humor consistit in ventriculo. Qui vero partẽ quampiã tunc solum arbitratur esse affectã, cũ in essentia ipsius permanẽs fuerit dispositio, legislatoris munere, qui patrijs nominibus propria significata instituit, fungi vr. Nam, vbi vehemens dolor intestinũ infestat, firmato in vna quapiã parte dolore, vt quasi perforari videatur, quo pacto vel nequaquam affectũ esse intestinũ, aut affectũ in ipso nõ esse quis dixerit, quãuis interdũ huiusmodi dolores excreto vitreo quodã humore, vel vnico tẽporis momento finiãtur? nec vero aliud quidpiam dolorẽ concitasse putandum est præter humorem excretũ. Quo. n. excreto ilico dolor sistitur, hoc ex cõi hominũ opinione doloris causam censeri par est, idque ob naturale quoddã axioma (id est enunciatũ,) quod ex se ipso ad huiusmodi causarũ dinotionẽ, fidem habere vr. Id enim, quo nos tangente hic aliquis affectus fit, & quo separato statim cessat, causam esse, apud oẽs homines in cõfesso est: sic. n. & ignẽ vstulationis, & gladium sectionis, causam esse credimus: atque de singulis alijs similiter dicẽdũ est. Ergo & vacuatum humorem, fientis affectus causam fuisse, quo tẽpore in particula cõtinebatur, putandũ est: sed, an ob id, quod vehementer infrigidaret, aut calfaceret, aut in totum per intemperaturam locum infestaret: an quia per continua corpora transiret, ea ad excretionem vi quadam exci-C tans: aut ob flatuosum spiritũ ab eo exortum, qui cõtinentem partem extẽderet: aut quia violenter impactus esset: an quia eroderet & morderet, non dũ ex euacuationis ope manifestũ est: quippe id solum constat, quod, cum cõtinebatur, molestiã inferebat. Igitur nõ solum putare oportet huiusmodi humorẽ esse causam doloris, verũ partem quoque, in qua continebatur, illo tẽpore affici, quo ob humoris presentiã dolore cruciabatur. Sic ẽt affici aliquẽ dicimus, cum aliquid extrinsecus incidit, vel calfaciens vt ignis, vel refrigerans vt nix, vel contundens vt lapis, quo separato protinus finitus fuerit affectus, nemine propter hoc dicente partem non fuisse affectam, quod in ipsa nulla sit relicta dispositio. Igitur hoc vno supposito, quod & nomine affectus, & verbo affici, ad hunc modũ vtamur, ita dicendis animũ adhibe, quo vtilitatẽ tum in præsagio, tum in curationis ratione consequaris. Quippe fit non nunquam à causa quapiam affectus, sed ita fit, vt separata causa haudquaquam permanentẽ habeat dispositionem: interdum autem partim iam factus est, partim etiamdum fit: sępenumero fieri desiit abeunte causa, iam vero perseuerãs manet dispositio: Veluti " in dysenteria, mordax humor causa est affectus, vt pote qui ab initio & absterget & abradit, dein tẽporis tractu vlcerat intestinum: quod, si antea, quã vlcus induxerit, effluere desinat, affectus ipse non dum dysenteria dicetur: si vero vlcere præoccupet intestinum, quãuis humor finiatur, non tñ factus, si-D mul cũ ipso finitur affectus. Neque est, quod in præsentia ratione ex minutatim coaceruatis contexta, quem & soriten, id est aceruale, vocãt, moueamur: quippe multa ad vitã haud inutilia, cõmunem ex ipsa sortiuntur dubitationẽ, de quibus priores, tum medici tum philosophi locuti sunt: proinde superuacaneũ esset ea nunc percurrere, mihi presertim, qui proposui in ipsa hac parte artis, ambiguitatem ostendere: Quòd enim tẽpore ad affectuum generationem sit opus, inter oẽs conuenit: an vero, quemadmodum, cum domus fit, non dum est domus, sed totum hoc simul, fiens domus: eodem ẽt pacto quilibet affectus, dum fit, fiens quidem sit, non dum tamẽ existat, haud ab re quęritur. Neque enim omnium, quę fiunt, eadem natura est: quippe res similares nullã naturalem figuram requirentes, protinus ab initio eãdem constãt essentia: dissimilares vero, & quibus varia est forma, essentiam generatione posteriorẽ habere possunt. Neque enim, quũ domus construitur, simul fiunt fundamenta, parietes, fastigium, tegulę, ianuæ, fenestræ, ex quibus omnibus eo modo compositis atque in vnam formam redactis, domus ipsius essentia composita est? morbus vero & calidus, & frigidus, & humidus, & siccus, protinus ab initio, cũ primùm corpus temperaturæ, quę bonæ valetudini debetur, limites excesserit, eandem sibi ipsi naturam habet. Quamuis enim interdum adeo sit exiguus, vt neque à nobis cognosci, neque laborantium sensu percipi possit, nihilominus tamen propriam habet speciem. Haud aliter inflammatio quoque in quacũque animalis

4a. Apho. 28. Ext. ord. 30. d

A l. 16. t. 2. c. 7. 339. a

parte constiterit, siue maxima, siue minima fuerit, vnus atq; idem est affectus, non specie quidem, E sed magnitudine varius. Cæterum, quòd possint aliquæ affectiones in corpore consistere, quæ ob exiguitatem non dum appareant, argumento est gutta longo temporis tractu saxum excauãs, de qua recte carmen hoc proditum est.

Mollior assiduis saxum cauat ictibus vnda.

Neq;.n. vel vnus, vel duo, vel tres, vel quatuor aquę ictus saxum ferientes: cũ ne cẽtesimus quidẽ, sensibiliter videatur saxum excauare: neq; etiã fieri potest, vt primo nihil efficiente, alter aliquid faciat, quippe qui habet eandem, quàm primus habuit, ad saxum rationem. Ergo, si secũdus ictus in saxum quippiam effecerit, ipsum à primo mutatum quid fuisse necesse est, vt non omnino idẽ, quale ab initio fuerat, permanserit. Etenim, si ipsum vndiquaq; idem permaneat, atq; agẽs quoq; in ipsum causa nempe aquæ stilla, necesse est, quemadmodum à primo ictu non affectum est, ita neq; à secũdo: quod si fateare, neq; tertius quoq; ipsum afficiet: haud secus de quarto, & quinto, & reliquis deinceps omnibus dicendum est, quippe de omnibus eadẽ ratio est: etenim quoad eodem modo se habẽte saxo, eadem quoq; causa accesserit, nihil amplius efficietur. Quòd si à millesimo ictu sensibilis videatur in saxo concauitas, ad singulos ictus, affectus in saxo nunc primum sensibiliter apparentis, millesima pars referenda est. Quũ itaque causæ agunt in corpus, species F affectus ab initio est eadem, tñ ob exiguitatem non apparet. At vero huiusmodi affectus, qui adeo sunt exigui, separatis causis facientibus ilico finiuntur, natura videlicet ipsos sanante: quippe illi duntaxat externo egent auxilio, quos ob magnitudinẽ natura vincere non potest. Igitur hac ratione, quum primum mordax humor aliquod intestinorum deraserit, quãuis id, quod factum est, non dum videatur, nihilominus dispositio ipsa sub dysenteriæ specie comprehenditur. Quemadmodum igitur natura, parua quędam vlcera, quę non nunquam eueniunt, nullo adhibito medicamento sanauit, ita & intestinorum abrasiones. Hac ergo ratione, neq; verum est omnino, quod à quibusdam dicitur, nullum per huiusmodi symptomata, in corpore relinqui affectum. Quod si verum esset, tamen intestina tum fuisse affecta haudquaquam negandum est, quum ab acredine eorũ, quę deijciuntur, corrosis intestinis dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc igit̃ ad omnia, quę posthac dicturi sumus, veluti elemẽtum quoddam, obseruare debetis: sitq; hoc initiũ methodi, qua inueniri debent sedes affectę, nullam actionem vnq̃ lędi, nisi pars, quę ipsam facit, affecta sit: si enim, quum vel dolor vel tumor pręter naturam aliquis eam infestat, omnino aliqua re affecta est, affectã esse multo magis eam lęsa actione fatendum est. Atque iam supra dictum est, quòd ab excretorum natura, affectę sedis coniecturã facere possumus: id vero bifariã fieri constat, G vel ab excretæ essentiæ proprietate, vel ab ijs, quæ in ipsa parte continẽtur. Similiter diximus ab adnatis interdum rebus, de locis affectis coniecturam sumi posse: itẽm ab accidentium quoq; genere, quę quidem non mediocrem habent inter se differentiam: quæ postea explicabimus.

*Codices impßi Græci, et pleriq; manu scripti habẽt, ἔστι δὲ ἐκ τοῦ γένους τῶν συμπτωμάτων καὶ ταῦτα. i. sunt autẽ ex genere accidẽtiũ & hæc. et ita uetus tralatio. Aliqua tamen exemplaria habẽt, ἔστι δὲ ἐκ τοῦ, &c. ut uertit Copus.

In quot genera, Affectus & ipsorum Causæ distinguendæ sint, Vt patiens locus recte intelligatur. CAP. 3.

NVnc vero rursus ad principium sermone reducto, in singulis partibus tentemus inuenire notas, affectus earum indicantes, tum eos, qui in ipsarum propria essentia cõsistunt, tũ illos, qui ipsis veluti instrumentis accidunt. Rursus in vtrisq; separemus & discernamus à factis iam affectibus, eos, qui etiamdum fiũt, pertinaciter autem non inhærent: item causas, quę in affecta parte continẽtur, ab ijs, quæ ea tanquam transitu duntaxat vtuntur. Quòd vero ex dictis alij componantur modi, satis constat. Præterea distinguere oportet eos, *qui per consensum alterius particulæ accidunt, à propiis: nam magis proprium fuerit idiopathian, id est proprium affectum, quàm (vt medici solent) protopathian, id est primarium affectum, nominare, ex aduerso scilicet diuiso affectu per consensum, à proprio. Ergo, qui proprie vocabulis vti voluerit, primogenio quidẽ affectui, secundarium aut posteriorem opponet: ei vero, qui per consensum infestat, proprium. H Quanquam sæpenumero contingere potest, vt aliquis simul & per consensum & propria affectione laboret, cum in affecta per consensum particula permanẽs inest dispositio: neq;.n. primario, sed secundario & proprie, ipsam tũ affici dicemus. Id vero haud obscure in partibus externis videri potest, quemadmodum in corpore plethorico, oborto ingenti bubone ab vlcere, quum inductum fuerit vlcus cicatrice, permanet etiamdum bubon vel in suppuratam inflammationem transiens, vel in scirrhosam dispositionem, quam chœrada, id est strumam, appellant. At nemo primarios dixerit huiusmodi morbos, qui ob alium precedentem euenerunt: quippe per consensum facti ad huiusmodi permutantur idiopathian, perinde, ac si protinus ab initio protopathia, id est primaria affectio, ipsis accidisset. Ceterum in præsentia non inutile fuerit meminisse eorum, quæ in libro de medicis nominibus diximus, vbi de significatis est sermo, quæ pessime à recentioribus, tum medicis tum philosophis, confunduntur. Maxime enim proprius vocabuli/affectus/vsus est cõtrarius, & è diametro pugnat cum voce actionis: quippe id agere dicitur, quod ex se ipso motum obtinet: affici vero, quod motum habet ab alio. Quum itaque duo sint motus genera, alterationis, & lationis: vbi ad permanentem dispositionem alteratio peruenerit, sitq; dispositio scilicet pręter naturam, morbus appellatur: q̃uis per abusionem interdum, eandem dispositionem

A.l.1.f.2.d.1.c. 8.fo.30.c

A ſpoſitionem non nulli affectum nominent: qui,ſi more Græcorum,patrio nomine vterētur,partes ipſas potius affici dicerent,quum motum ſuſtinent pręter naturam: quum vero diſpoſitiones habent præter naturam,ſi proprie quis loquatur,ægrotare eas potius, q̃ affici,dicet: ꝙ,ſi ab vſu receſſerit,non ſolum ęgrotare,ſed affici quoq; dicere poterit. Equidem,quod ſemper dicere conſueui,nunc quoq; dicam,ꝙ in eis doctrinis,in quibus ſciētia acquiritur, ſatis eſt, ſi quis vocabulū atq; ſignificatum eius,pro doctoris voluntate proferens, procedat deinceps, ad rerum enarrationem.

Admonui autē nunc ſignificatorum eò,ꝙ non nulli non ſolum patriorum vocabulorum ſignificata peruertunt,verū etiam eos,qui recte ipſis vti tentant,calumnia proſequuntur: de quorū numero ſunt ij quoq;,qui dicunt,interdum lęſa actione partem ipſam non affici eo,ꝙ non dum permanentem habet diſpoſitionem,veluti vbi propter humores in ventriculo cōtentos caput dolet. Quòd,ſi cōmutata ratione,de nominibus certare deſieris,magis proprie interpretando dices affici quidem caput,qñ ventriculo cōſentit: ęgrotare vero,cū proprio affectu laborat: Similiter ventriculum affici quidem,quum à vitioſis moleſtatur humoribus: ęgrotare vero, aut per propriam intemperiem,aut quum inflammationem,vel vlcus,vel abſceſſum habet pręter naturā. Quòd, ſi omnino volueris accuratiori ſcrutinio huiuſmodi quęſtiones enodare,interdū ſimul, atq; alimen B ta fuerint corrupta,coctionis quoq; actionem lęſam eſſe dices: interdum hanc quidē illęſam eſſe, illa vero eſſe corrupta. Quippe corruptionis ciborum tres primę ac veluti generaliſſimę ſunt differentię, vna quidem fit per proprios ventriculi morbos,altera à vitioſis humoribus in ipſo accumulatis,tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hęc igitur,quum ſuapte natura,aut nidoroſa, aut acida,aut fętori,aut putredini,aut omnino corruptioni fuerint obnoxia,aut ex preparationis modo ad huiuſmodi diſpoſitionem aliquam deducta, certum eſt ea in ventriculo corrumpi: atq; hoc modo inconcocta eſſe fortaſſe dixeris. Sed oritur protinus diſcordia, nūquid affecta ſit tum ob hæc concoquendi facultas: quippe non nulli per huiuſmodi incōcoctiones eā haudquaquam affici contendunt: alij vero è contrario. Atque inuenitur tertia quoq; ſecta eorum,qui huiuſmodi alimenta non dicant inconcocta eſſe, ſed ſolum non concocta eſſe: tanquā non ſit idem per negationem aliquid enunciare,aut per priuatoriam vocatam à dialecticis dictionem. Idem intellexiſſe Eraſiſtratum puto,quum acinos,& ſeſama,& reliqua omnia,quę omnino imputria & immutata dejciuntur,nullam dixit indicare in animalibus factam eſſe incoñcoctionē, ſed hoc ipſum duntaxat, ꝙ non eſſent concocta.

l.3.f.13 t.3.c. fo.197.g.h

Quæ adhibenda ratiocinatio, vt Affecta ſedes ex excrementis deprehendi queat. C CAP. 4.

QVare in his negligenter verſari non oportet, ſed mente adhibita dijudicandū eſt, quę quęſtiones tanq; logicę prætermittendę ſint: contra, quę ad affectę ſedis notitiā conſerant,atq; idcirco accuratius tractari debeant: hinc enim & id,quod futurum eſt,præſagire,& affectum iam factum decenter curare poterimus. Itaque ſine contentioſis nominibus,ex rebus ipſis vtilitatem conſequi licet, hoc modo: Eſto, vt quiſpiam mane exurgens dicat nidoroſum ſe ructum emittere, aut aliquid huiuſmodi,vt ab ouis frictis,aut alia quapiam re magis fœtente & putri. Ille itaque,qui nidoroſum ructum percepit,fateatur ſe à cœna placentam nidoroſam comediſſe, quales ſunt, quę ex oleo & itrijs & alijs huiuſmodi preparantur: alter vero confiteatur fricta oua ingeſſiſſe, atque nunc illorum nidorem eructare: deinde alius complures radiculas comederit, vt fœtens putriſq; exeat ab eo ructus. Igitur cibos in ijs non bene fuiſſe concoctos nemo negat, quamuis ex hac re ventriculus haudquaquam fuerit affectus: neque etiam,quod ad ipſius rationem pertinet, circa actionem errauerit, veluti neque vbi quis integros acinos per aluum deiecerit. Si .n. humani ventriculi officium eſſet acinos tranſmutare, accuſaremus ob hoc, ventriculi corpus,ipſumq; vitiatum eſſe putaremus: cum vero id ſui muneris non ſit, ſed acinorum eſ D ſentiæ accidat, vt concoqui nequeant, haud ab re dicemus hos quidem non eſſe concoctos, ventriculi vero corpus naturaliter ſe habere: Quod ſanè & noſſe & definire ad medicum haud inutiliter pertinet: ſed quęrere, an dicendum ſit actionem ipſius per huiuſcemodi deiectiones fuiſſe lęſam, an contra, ad medicę artis opera ſuperuacaneum eſt. Age rurſus, vt quiſpiam nidoroſum ructum emittat, nihilq; nidoroſum comederit,nimirum huic igneum quendam calorem in ventriculo eſſe dicemus. Ac deinde rurſus diſtinguendo inueſtigabimus, vtrum ab intemperie corporis ipſius ventriculi hoc eueniat, aut à flaua bile: eaq; vel in ipſius ſpatio contenta, aut in tunicas ita, vt vix abſtergi poſſit, demiſſa. Ac ne hic quidem conſiſtemus, ſed quæremus, an iocinore male ſuo officio fungente huiuſmodi humor accumuletur, an is ex vniuerſo defluat corpore, an etiam in ipſomet gignatur ventriculo. Hæc ſunt cognitu perquàm neceſſaria, ſed quę viro indigent exercitatę rationis, qui res ipſas potius, quàm nomina quibus explicantur, ſcire ſtuduerit. Non enim, quemadmodum corruptionis forma efficientem cauſam aperte oſtendit, ſic etiam licet inuenire definitam indicationem eius generationis, quę circa formam illam eſt. Igitur,ſi in ventriculo cibi in nidorem tranſeunt non ſuapte natura,efficientem cauſam calidam: ſi uero aceſcunt, eam frigidam eſſe neceſſe eſt: ſed non protinus conſtat, vtrum intemperies aliqua,an vitioſus quiſpiam humor,ventriculi corpus infeſtet. Proinde diſtinguendum

A.l.3.f.13.t.1.c. 7.fo.288.a

A.l.3.f.13 t.3. c.2.fo.298.a

A.l.3.f.13.t.3.c. 4.fo.298.e

dum eſt: ac dādum cibos, qui ſuapte natura mō corruptionis q̄ maxime aduerſentur, vt panem E aut chondron (gratia exempli) illis, quibus in nidorem trāſmutari cibi conſueuerunt: mel aūt ijs, quibus aceſcunt. Deinde cōſiderandum tum ea, quę vomuntur, tum quę per aluum deijciuntur, num humor aliquis, cum illis quidē bilioſus & calidus, cum his vero pituitoſus ac frigidus, ſimul excernatur: an nullo vacuato humore, ipſa exiguā q̄ſdā mutationē habuerint. Quippe, vbi igneo calore ventriculus ſine humore infeſtatur, panē aut chondron deijci videbis, perq̄ exigua in ipſis facta tranſmutatione: ſi vero humor quidam prauus ſit, qui cibū corrūpat, videntur cibi in huiuſmodi humore ſubmerſi, & ab ipſius actione manifeſtius alterati: Id, quod à vomitione clarius diſcernitur, ſi laborans ſuapte natura facile vomere poſſit: nam cogere eum, qui vomere nō poteſt, abſurdum eſt. Atq; hęc ita deprehēduntur, ſi in ſpatio ventriculi noxius humor innatet. Si vero in tunicas ipſius refunditur, nauſea quidem oīno cōſequitur: ſitis vero magis in calidioribus, quēadmodū ciborū cupiditas in frigidioribus, ſubſequi ſolet. Verū cōſiderare oportet, vtrū illęſum ſit hepar, an affectu quopiam laboret: & qualis ſit ipſius affectus, vtrum calidus, an frigidus: haud ſecus de ſplene quoq;: quippe ex horū oīum cōſideratione, ſimul cū quotidiana ciborū potionumq; experientia, exquiſite poterit quis inuenire non ſolum locū affectū, ſed ēt ipſius diſpoſitionē. Huius aūt notitia eo eſt vtilior, quatenus curationis ſpecies per ipſam figuratur: etenim calida diſpoſitio, vbicūq; fuerit, ſemper refrigeranda eſt: ſed quouſq;, aut qūo, aut qua materia, refrigerare conueniat, locus affectus cōmonſtrat. Igit̄, ſi id ipſum, quod moleſtat, nihil aliud fuerit, q̄ intēperatura, calidam refrigerando, & frigidā calfaciendo, ilico iuueris hoīem: neq; nudam duntaxat opinionem, verum etiam ſcientiam & quidem haud obſcuram, ſuſceptæ habebis coniecturę: idq; multo magis, ſi vtrinq; ipſam examinaueris, refrigerantibus quidem tum medicamentis tum victus ratione videndo hominem iuuari: calorificis vero lędi.†. Quòd, ſi humor quiſpiam in ipſis ventriculi tunicis contineatur, nauſea quidem vexabit, ſed inanis & ſine vomitu, & quæ turbat ac conuellit duntaxat, nullum humorem euacuans: quemadmodum fieri ſolet, vbi ſecundum internam ſpatij latitudinem in vētriculo humor continetur: cęterum ructus ab alijs acidi, ab alijs nidoroſi emittuntur. Auxiliatur autem, illis quidem medicamentum ex tribus piperis generibus inſtitutum, aut aliud, quod huiuſmodi habeat facultatem, ex aqua vel vino epotum: his vero tum abſynthium, tum hiera ex aloe facta, quam non nulli picram quoq; appellant. Igitur, ſi per primam protinus experientiam, à familiaribus medicamentis in vtroq; humore manifeſtum videatur auxilium, ſimul habebis & firmam dignotionem & ſcientificam, & modū curationis: ſi enim ipſis vti perſeueraueris, homo ſanitati reſtituetur. Quòd ſi à ſolitis auxiliari medicamentis, vtraq; G diſpoſitionem noxa conſequatur, deceptum te circa notionem inuenies: quippe certiſſima omnium huiuſmodi diſpoſitionum notitia ab ijs deprehēditur, qui exacte intelligunt, quibus quęlibet pręſidijs ad bonam valetudinem reduci poſſit. Sic equidem quoſdam colicos vocatos ſanaui, dato in potu medicamento ex aloe: quippe conijciens mordacē humorem ad affecti inteſtini tunicas defluxiſſe, dato medicamento ſperaui omnino huiuſmodi diſpoſitionem fore quietiorem: quod vbi contigit, intelligēs recta me ductum coniectura, rurſus plus ipſius exhibui. Sed, quid me ad hanc coniecturam promouerit, operępretium fuerit enarrare. Vidi hominem à calidis tum cibis, tum medicamentis, atque ab omni calorifica victus ratione iritari: rurſus iuuari ab alimentis boni ſucci, & κατακεραστικοῖς .i. tēperantibus nominatis: inſuper inediam ei noxā inferre: doloris vero ſpeciē percontanti mihi, mordacē eſſe reſpōdit. Qua de re multo magis ſperās ad veram me perueniſſe notitiā, auſus ſum amarū ei medicamentū exhibere. Poſtremo conſpiciēs hominem mirifice adiutum, quę fuerit diſpoſitio, efficaciter me deprehendiſſe putaui. Fuit alter, quem cibi concoctu faciles iritabāt: hic de pręcedentibus interrogatus reſpondit ſe in hanc deductum diſpoſitionem, ſumpto purgante medicamento. Rurſus interrogans, quid ipſum ad ſumēdū medicamentū promouiſſet, intellexi mordaces erodenteſq; dolores multo tempore in locis ad H ventriculū ſpectantibus perſeuerantes, fuiſſe in cauſa. Coniectans itaq; vitiatum fuiſſe à purgante medicamento inteſtinum, ac in rheumaticam iam deueniſſe diſpoſitionem, & facile in ſe ipſum iecoris excrementa recipere, eaq; poſtea corrumpere, cibum exhibui haud facile corruptibilem & adſtringētem: vnde & mordaces dolores mitigati ſunt, & nihil poſtea deiecit, quū antea ſemper, vt mordacitatem ſentiebat, corrupta quędam & liquida & fœtentia excernere cogeretur. Quūq; multo poſt mordicationē tempore ea deijci audijſſem, ad ſuperiora inteſtina diſpoſitionem ipſam pertinere conieci. Ita in alio quoq;, vbi celeriter à mordicatione ſequebatur excretio, diſpoſitionē ad inferiora retuli inteſtina. Hunc igitur iniecto medicamento: illum vero dictis iam cibis exhibitis, ſanaui: quippe certo ſciebam, q̄ proximę vētriculo partes, exhibitis ſuperne tum cibis tum potibus: quę vero non ita multum à ſede diſtant, inferne iniectis medicamentis, promptius adiuuarentur. Non ſimpliciter itaq; hoc ſolū conſiderare conuenit, venter'ne affectus ſit, an aliquod inteſtinorum: ſed quiſnam ſit affectus: tum, quę notę proprię ſint affectuum, quęq; locorum affectorum, diſtinguere oportet: Quemadmodum inconcoctio, ventriculi eſt accidens: at ciborum ad nidoroſum vel acidum ructum conuerſio, ad cauſas & affectus ipſius referenda eſt. Sic aūt de inteſtinis & tēpus exitus, & excretorum ſpecies, atq; accidentiū differentia cum ijs, quæ pręceſſerunt

† Ex quibuſdā cod. gręcis antiquis, hæc, & ſi parui referāt, videntur addenda. nel ecōtra à calefaciētibus quidem iuuari, à refrigeranti-bus aūt lædi.

A.ibidem.b

A.l.3.f.13.t.1 c.17.fo.281.g

A.ib.fo.288.c

A.l.3.f.16.t.3 c.16.fo.345.i

A.ibidem.e

A.l.3.f.16.t.1 c.2.fo.333.b

A.l.3.f.10.t.1 c 6.fo.338.f.E c.7.fo.339.h

A runt & nunc in experientiam ducuntur, simul & affectum ipsum, & partem, in qua consistit, ostẽdent. Ergo age, vt per ventrem excrementa quædam deijciantur, aliqñ quidem ramenta aut veluti membranarum rasura, aliqñ cruentum aliquid, ac aliquando simul omnia, intestinũ vlcere affectum nemo dubitauerit: at vero, vtrum in exilibus intestinis an crassis vlcus consistat, nõ dum manifestum est: sed, ut nuper dicebamus, & ex rasuræ specie, & exitus tpe, & (vt tertium addatur) ex mixtione cum stercore, vt modo magis, modo minus, interdum nequaq̃ misceatur, distinguere oportet. Quippe infimarum partium vlcera nullas omnino vlcerum habent notas, alui excrementis admixtas: earum vero partium, quæ paulo altius collocatæ sunt, vlcera mixtas quidẽ cum stercore habent notas, sed id leuiter dũtaxat: quemadmodũ, si multo sint altiores, vehemẽtior erit mixtura: præcipue vero in supremis intestinis, vlceris notæ vehementer stercori vñr admixtę.

Quinq; capita, quibus Affecti loci, & Affectuum ipsorum notæ continentur. CAP. 5.

PORrò accidit sæpenumero, vt ex vno indicio simul & locus & dispositio deprehẽdantur: aut locus vnà cum causa: veluti locorum notæ & ab actione læsa, & excretis, & situ, & doloris proprietate, & propriis accidentibus sumuntur: affectuum vero & ab excretorum specie, & loci natura, & doloris proprietate, & proprijs accidentibus. Sanè actio lęsa affectam partem in-
B dicare potest, & quidem hoc modo. Si.n. accidens aliquod circa cernendi officium euenerit, oculum affici constat: verum, an proprio affectu, an per cõsensum, aut vtroq; modo laboret, alia consideratione inquirendum est. Excretorum species affectam partem indicat (veluti iam antea di-
l.1.f.1.d.3.c. ctum est) & per partium ipsius essentiam, & per contenta in ipsa. "Ac positus quoque affectã par
fo.43.g tem nimirum commonstrare sufficienter potest: quippe durus in dextra præcordiorum parte tumor, non lienis, sed iocinoris affecti, nota est: quemadmodum, si fuerit in sinistra, non hepatis, sed splenis affectum indicat. Ac positus interdum, vbi similiter se habent excreta, affectam partem cõmonstrat. Si.n. membranosæ tunicæ frustulum excernatur, id vlcus esse alicubi ostẽdit: verum, in qua sit particula, ex positu discere poteris: nam, si vomendo fuerit reiectum, aut gulæ, aut vẽtriculi: si tussiendo, gutturis, aut asperæ arterię: si screãdo, fauciũ: si cũ vrina, eius fistulę: si à sede, alicuius intestinorum: si per mulieris pudẽda, vteri affectum significat. At vero constat, ꝙ singuli dolores, pro positus varietate, affectum locum ostendere possunt (hoc ẽt pacto ea, quæ supra proposuimus, distinguere oportet) quippe apparentibus per vomitum vlceris notis, animaduertendum est, vtrum anteriores partes circa præcordia, aut posteriores circa dorsum, dolor aliquis infestet: dignoscemus aũt id hac ratione: etenim, qui in anterioribus percipitur, ventriculum: qui ve
C ro in posterioribus, gulam occupare censetur. Haud aliter os ventriculi à spatio ipsius & à gula distinguendum est, si deuoratis quibusdam acribus, hoc quidem in ore vẽtriculi: hoc vero in parte inferiore mordicationem excitet: illud vero in transitu gulæ, quæ secundum thoracem est: omnia.n. hæc positu distinguuntur: quemadmodum alia ex doloris specie. Vẽrum de doloribus latius in secundo libro dicemus. Sed nunc exẽplum aliquod afferre operæpretium vr̃, quo.s. locus affectus ex proprijs accidentibus innotescat: nam supra diximus singula, quę vlceribus adnascuntur, propriam ostensionem habere: id vero in pręsentia subijciendum est. Ore quidem ventriculi
l. 1.f.1.d.3.c. affecto, fastidium infestat: "per hepatis vero imbecillitatem, excremẽta per aluum deiecta, aquæ, in
1.fo.42.h qua mactatæ nuper carnes ablutæ fuerunt, similantur: "item maxillæ rubræ apparent in peripneu
l.l.1.f.2 d.3.c. monicis. Quin ẽt propriæ affectuum ipsorum notæ in excretis deprehenduntur, vt ramentum, vl
.fo.43.b Etl. ceris: si in vrina sabulosum residet, lapidis: cucurbitæ vero seminibus similia excrementa, latorũ
.f.10.t.4.c.11. vermium indicia sunt. Atq; à locis ipsis, morborũ indicia sumũtur eò, ꝙ quibusdam solis morbus
o.270.f hic accidat, quibusdam vero solis nõ eueniat: quippe soli oculi, suffusione laborant: lapis, in renibus & vesica nascitur, atque (vt nõ nullis placet) etiam in colo: lumbrici in intestinis gignuntur:
l.l.3.f.11..t.1. "rursus impossibile est, vt abscessum cor sustineat: quemadmodum neq; pulmo neque ligamenta
.1.fo.176.b D dolorem. Ab accidentium quoque proprietate, affectuum indicia oriuntur: nam quibusdam per
l.l.4.f.1.t.3.c. tabificos morbos "vngues adunci euadũt: sine ratione inuadẽs rigor vnà cum febre, inflammatio
3.fo.432.b nis ad suppurationem transeuntis, indicium est: lingua nigricans, ardentem febrem significat: sic
l.l.1 f.2 d.3.c. etiam coloris in vniuerso corpore proprietas, alia "quidẽ per hepatis, alia vero per splenis affectus
3.fo.44.f apparet ita, vt doctum medicũ haudquaq̃ possit fallere, sicut ne color quidem, quẽ hemorrhoides induxerunt. Cæterũ paucæ admodum sunt ipsorum affectuũ proprię notæ, quæ nõ simul locum affectum ostendant: etenim actionis noxæ affectam dũtaxat particulam: earum vero differentię, ipsius affectum declarant. Ea ergo sola sunt affectuũ propria signa, quę per aliquod accñs ipsos sequuntur: id vero clarius in vniuerso huius operis discursu patebit: nec non videbuntur cões quoq; notæ, quę sil & affectũ, & sedẽ affectã, aut duos affectus, aut duas pticulas, indicare possint.

Qua ratione Morbi per consensum à proprijs discernantur: ac qui fit, vt aliquando deperdatur motus sine sensu, aut sensus sine motu. CAP. 6.

HVic itaque libro in præsentia finem imponere statui, si de proprijs affectibus, & ijs, qui per consensum eueniunt, aliquid addidero, admonens in primis, quòd affectus, qui à reliquis medicis primarij vocantur, equidem commodius proprios affectus appellauerim: quanquam nihil refert, si eos primarios nominare volueris: quippe satius est rerum differentias intelli-

gere,

gere,q̃ cõtẽdere de nominibus. Sanè, quũ vel vaporibus vitiosis vel ipsis quoq; humoribus à E ventriculo ad cerebrũ ascendẽtibus dianœa .i. cogitatio lęditur, primogenio quidem affectu cerebrũ tũ laborare dicet nemo: q̃q̃ omni affectu carere ipsum, haudquaq̃ defendi potest. Verũ, quod per verbũ sympascheín, id est per consensum affici, apud illos ipsos est in confesso, id omnino verissimum est: quippe ex verbo per consensum affici partem non penitus ab affectu esse liberã, sed ipsam cũ alia affici, declaratur: atqui melius clariusq; enarraueris, si eã partem, quę per consensum afficitur, ob alterã affici dixeris. Igitur, quod multi medicorũ veluti somniantes obscure intellexerunt, atq; ipsum, vtpotè non intelligentes, haudquaq̃ clare enunciauerunt, id equidem veluti instituto operi perq̃ necessariũ docere aggredior, hinc sumpto initio. "Sunt non nullę actiones, quę ex idonea genita materia, ipsam ab alijs partibus pręparatam accipiunt: qua de re interdum optima ratione fit, vt nulla existente in actionis cuiuspiam propriis instrumentis noxa, actionem ipsam perire contingat, defectu.s.materiæ, ex qua fieri consueuit: veluti in voce res sese habet. Nam in libro, quem de ipsa conscripsimus, ostensum iam est, ꝙ exufflatio materia quidem vocis est, & efficiunt eam contracto thorace" intercostales musculi: igitur his nihil agentibus, animal vocem amittit, & quidem nullo interdũ in proprijs vocis particulis genito affectu. Sunt vero huiusmodi partes, summatim quidem loquẽdo, totus larynx: si vero particulatim explicare volueris, sunt F tres chartilagines: &, qui eas mouent, musculi: quibus accedunt nerui à cerebro demissi: ac pręterea in gutture ligula, Græci epiglóttida vocant: hæc maxime proprium vocis instrumentum est. Etenim, quum hęc à musculis moderate & aperitur & cõmittitur, vocem efficit: q̃q̃ vocem reddi impossibile est, nisi vehementer spiritus egrediatur: id vero, intercostales musculi perficiunt. Cecidit quidam ab alto in terram ita, vt dorsi initium affligeretur: is tertio die exiguam admodũ vocem emisit: quarto deinde die omnino obmutuit, resolutaq; simul fuerunt crura manibus omnino illæsis, sed neque spirationem amittebat neque difficulter spirabat. Quum enim tota sub ceruice spinalis medulla esset resoluta, accidit thoraci, vt tum per septum trãsuersum, & musculos super nos numero quidẽ sex, moueretur, quippe nerui ex spinali medulla, quę in ceruice est, ipsis aduenniunt: at intercostalium musculorum nerui, per quos exufflationem fieri diximus, omnes affecti erant. Quum itaq; frustra medici negocium subirent circa crura quidẽ, vt potè resoluta: circa guttur vero, propter vocis affectum: equidem id interdixi, atq; affecto duntaxat loco curationem adhibui. Proinde finita tandem spinalis medullæ inflammatione, à septima die vox restituta est iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt. Huiusmodi ergo noxæ speciem, magis proprie per consensum euenire dixeris, q̃ vbi ab humoribus in ventriculo contentis caput dolore tenta- G tur: quippe per huiusmodi dispositiones, eleuatᷓ ad ipsum aliquid: sed in dictis nuper dispositionibus, nihil noxium ad crura defertur, sed contra priuantur ea facultate, quã antea spinalis medulla ipsis suppeditabat. Guttur vero, quum vox ablata est, nõ omnino priuatur spiritu: quippe spirare animal per ipsum etiamdum videmus: at vero exufflationem amittit, quæ sanè est multi spiritus extra animal per guttur affatim facta emissio. Sed de nominibus contendere cæteris permittamus: nobis.n.res, quas illi penitus ignorãt, pertractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput, vbi contenti in ventriculo humores eleuantur, qui simul & calfacere & distendere ea, quæ sunt in capite, possunt: atq; aliter suffusorum apparent visa quædam, neque calfactis, neq; distentis oculis, sed solo vapore per ipsos trãseunte: pręterea aliter affici vr̃ is, qui eò ꝙ meatus à cerebro descẽdẽs, obstructus est, nõ videt: aliter ille (quãuis huic quodam modo sit similis) cui propter spinalis medullę inflãmationem resoluta sunt crura: atq; aliter is, cui vox aut perijt, aut vitiata est: Etenim ad crura facultas quędã citra essentiam, descẽdere prohibita est: ad oculos vero cum essentia: uerum, ad guttur quãuis materia perueniat, sufficiens tñ ipsius quantitas haudquaq̃ accedit: qui vero ob intercostalium musculorũ perforationem obmutuit, is totã vocis materiã amisit. Porrò, quemadmodũ crura per dictas spinalis medullæ dispositiones resoluuntur, ita ẽt guttur vocalibus neruis H vel incisis vel laqueo interceptis: vocare aũt vocales neruos cõsueui eos, quos ipse inueni, nã præceptores mei eos duntaxat, qui apud arterias sunt, cognoscebãt. Igitur ob horum quoq; vitia vox perire solet, qm̃ proprij gutturis nerui, quos equidem recurrentes nominare sum solitus, ipsorum essentiæ pars sunt: sed, quum ad multas alias partes distribuãtur, nullam habeo aliam magis propriã appellationem ea, qua vocales ipsos nominaui: quippe ad instrumẽta vocẽ concinnãtia, proprie pertinent. Atq; idem est modus, quo gutturis musculi lęduntur, siue recurrẽtes nerui, siue ij, qui iuxta arterias sunt, vitietur: vtrinq;.n. animalis facultas desideratur, sine qua à cõsilio & volũtatis imperio moueri illos non contingit. Et quidem incisis musculis, qui epiglóttida.i.ligulã mouẽt, animal penitus mutũ euadit, sed neq; simili oĩno modo neq; ẽt in totum diuerso ab eo, quo lęsis neruis: nam habent vtriq; hãc cõmunem noxam, ꝙ ligula continuitate, quã ad mouens principium habet, priuatur: id vero fieri solet, siue neruus siue musculus incidatur, aut laqueo intercipiatur, aut contundatᷓ, aut quolibet aliter vitietur. Equidem" vocem vitiatam fuisse memini adeo, vt penè perderet, infrigidatis vehemẽter neruis recurrẽtibus, quũ p hyemẽ in collo adhibita fuisset q̃dã chirurgia: quod quũ intelligerẽ, calorificis remedijs naturalẽ tẽperaturã neruis restituens, vocẽ reuocaui. Cęterũ, vt ob materię priuationẽ perforato thorace, ita ẽt aspera arteria tota incisa

A.l.1.f.2.d.j. c.2.fo.43.g

A.l.3.f.10.t. c.1.fo.262.h

A.l.3.f.10.t. c.1.fo.263.

A vox perit, quod nullus supersit spiritus, qui ad proprium vocis instrumentum transmittatur. Idẽ efficit, sed alio modo, laqueus toti collo circundatus: verum hic non solũ mutum reddit aial, sed etiã suffocat, tollendo .s. spirationem. Arteria autem dissecta voci quidem nocet, sed animal respiratione nõ priuat. Angina vero vocata, quum sit internarũ gutturis partium inflãmatio, strãgulationi proportione respondens, respirationem tollere potest ipsius meatum obstruendo: iccirco vocalis instrumenti, maxime proprius affectus est, † ac deinceps externorum ipsius musculorũ noxa est: cæteras vero partes omnes, quarum meminimus, non proprie, sed per consensum potius afficit. "Quum ergo ex ceruice quidam chœradas, idest strumas, in profundo incumbẽtes excideret, ac deinceps inter secandum quoddam vas, membranas non specillo secaret, sed vnguibus euelleret, imprudens ob ignorantiam simul recurrẽtes neruos distraxit: atq; hoc pacto puerulum liberauit à strumis, sed mutum reddidit. Quidam alius, in alio puero sectionem faciens, ipsum similiter semimutum reddidit, læso videlicet altero duntaxat neruo. Mirabantur vero omnes, quo pacto neq; aspera arteria neq; gutture quicquam affecto, vocem lędi contingeret: qui, quũ vocales neruos, me ostendente, conspicerent, admirari desierunt. Quibus igitur partibus, vel materiæ vel facultatis suppeditatio corrumpitur, actionem lædi probabiliter dixeris, parte ipsam faciente ne-

l.3.f.10.t.2. fo.264.b.Et l.f.3.t.2.c.10. fo.459.a

† Ex Græcis ita uertendum. Deinceps vero noxa externorũ musculorũ gutturis (.s. passio propria est vocaliũ instrumentorũ:) cæterarũ vero partiũ, quarũ meminimus, noxa, nõ propria est passio (.s. vocalium instrumentorum,) sed per consensum potius: & ita uidetur legisse uetus iterpres.

B quaquam læsa: at vero, si vel à vaporibus vel humoribus aliunde ad ipsam venientibus lædatur, eam non recte dixeris illæsam. Neque minus etiam probabile est partem vel materia vel facultate priuatam læsam esse, si, quum hæc recipiebat, dispensationẽ secundum naturam habebat. Proinde ex huiusmodi in vtranq; partem epicheremate seu conatu, logicorum problematum consideratio neq; ad affectuum notitiã, neq; ad curationem, neq; etiam ad futurorum euẽtuum pręsagia, quicquam vtilitatis afferre posse videtur. Animaduertas ergo, velim, quomodo equidẽ curationẽ ex affectu loci notitia inuentam, hac consideratione neglecta, narrare aggredior. "Occurrit mihi quidam, medicamentum tribus digitis adhibitum ostendens: dixitq; triginta iam diebus ipsorum sensum se amisisse illæsa seruata motione, sed nihil præsidij ab impositis medicamentis percipere. "Ego vero id, quod in huiusmodi casibus facere consueui, ne tunc quidem obliuioni tradidi: quippe vocato medico, qui digitorũ curationẽ susceperat, interrogaui, cuiusmodi remedia adhibuisset: quę quum intelligerem ad hanc rem esse idonea, causam inuestigare cœpi, cur nullum ab ipsis homo præsidium consequutus fuisset. Inquirens itaq;, quæ præcesserant accidentia, inueni, ipso dicente, neq; inflammationem, neque refrigerationem, neq; ictum pręcessisse, sed ipsum paulatim sensum perdidisse. Captus itaque admiratione, rursus interrogaui, num superiorum par-

l.1 f.2.d.3. fo.43.g

l.3.f.2.c.4. fo.113.g

C tium aliqua icta fuisset: ille respondit, manum quidem non fuisse ictam, sed dorsi initium fuisse afflictum. Deinde, quomodo & quando id accidisset, quum interrogarem, respondit se, quum Romam proficisceretur, à vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum incœpisse affectum. Quocirca coniecturam feci, in primo exortu nerui post septimam vertebram prodeuntis partem quãpiam ob ictum fuisse inflammatam, ac tunc scirrhosam habere dispositionem. Id vero intellexi, doctus ex arte secandi corpora, quòd nerui per propriam circunscriptionem, veluti venæ, exoriri videntur adeo, vt vnumquemq; eorum exquisite vnum esse putares, quemadmodum & venam: verum protinus ab origine multi sunt simul concreti, & communibus inuolucris contenti, quæ † à cerebri membranis} exoriuntur. Ergo neruorũ, qui à ceruice prodeunt vltimi, humilior pars ad minores peruenit digitos, per cutem dispersa ipsos continentem, ac præterea per medij digiti medietatem. Quod vero cæteros medicos in maximam duxit admirationem, quòd dimidia duntaxat pars videretur affecta, id mihi persuasit potissimum eam tantum nerui partem, quæ in cubito ab ipso egrediens iam propositis digitis finitur, esse affectam. Igitur adhibitum ei medicamentum abijcere iubens, illi præcipue spinæ parti, quæ affectæ particulæ initium & originem obtinebat, ipsum adaptaui: secutaq; est res (vt aspicientibus videbatur) & admirabilis & ino-

† ἀπὸ τῶν μηνίγγων. quod magis de spinalis medullæ, quã cerebri membranis, hoc in loco intelligendũ esse videtur.

D pinata, quòd digiti manus adhibitis spinæ medicamentis essent curati. Verum affectu omnino summoto, orta est inter medicos quæstio, quænam sit eiusmodi neruorum dispositio, vt per ipsam seruato eorum motu, sensus pereat. Equidem id ipsum dicebam, quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sensus in patiendo, motus vero in faciendo aliquid, fit: quapropter, vt quis moueatur, opus est robore; sed, vt sentiat, vel minima facultas sufficit. Cumq; recte me hunc dixisse sermonem putarent, quid igitur (inquam) num vidistis aliquando contra euenire, vt seruato sensu, motus periret? Tum cæteris omnibus se nunquam conspexisse dicentibus, vnus id confitebatur, ac nomine laborantis citato testes quoq; adhibere pollicebatur: quod cùm pugnare videretur cum ijs, quæ dicta sunt de partibus, quæ mouentur quidem, non vero sentiunt: etenim, quod ad hanc rationem pertinet, fieri haudquaq; potest, vt perdito sensu, motus à voluntatis imperio prodiens seruetur: rursus orabant, vt causam explicarem, quamobrem vtraque appareant. Ea vero (vt planè intelligunt ij, qui neruorum dissectionem didicerunt) talis est. "Omnis voluntarius motus ad musculorum officium pertinet: quippe nullus neruorum per se sine musculo vllam huiusmodi in animantis particulis actionẽ efficere potest, sed per musculos, omnes à consilio & voluntate prodeuntes motus perficiunt. Ad partes vero mouendas, musculi ipsi aliquãdo quidem manifeste perueniunt: aliqñ vero per medios tendones, quos aponeuroses, i. deneruationes

l.1.f.1.d.5. l.fo.10.b

aliqui

aliqui cognominãt: atq; ex hoc genere sunt tendones rotundi, quibus digiti mouentur, haud absi E
miles iis, qui || toni ab Hippocrate nominantur. Si itaq; musculorum neruos affici contingat, mo
tus digitorũ perit: si vero eos, qui ad cutem perueniunt, tangendi sensus corrũpitur: sed, vbi tota
resoluuntur mẽbra, cũ videlicet cõmune principiũ affectum est, simul & sensus & motus pereũt.
Et locum quidem primario affectum, ex læsorũ neruorũ multitudine duntaxat inuenire poteris,
idq; si exquisite cognoueris cõmunia ipsorũ principia, quæ in neruorũ dissectione percurrimus,
cum nullus ante me huiusmodi dissectionem accurate tractasset, sed alij quidem plus, alij vero mi-
nus, errassent. Igitur solus ille, qui in ipsis fuerit exercitatus, exquisite considerare poterit, in qua
vertebra spinalis medulla sit affecta, siue tota siue altera eius pars sit: nam accidit, vt dextra ipsius
pars duntaxat affecta sit, altera omnino illæsa: aut è contrario, vt illa manente integra, sola sinistra
affectum sustineat: atque hac ratione interdum tota pars sinistra resoluitur, dextra parte manen-
te illæsa: interdum contra, dextra pars duntaxat & affecta est & resoluta. Vbi vero non affecta
spinali medulla, tantum vnus nerui processus læsus est, eas duntaxat partes resolutio consequitur,
in quas neruus ille distributus est: accidit enim interdum, vt duo aut tres dũtaxat neruorum pro-
cessus affecti sint, quum interim spinalem medullam nulla noxa infestet. Sic quidem affectus
erat is, qui per reliquas quidem manus partes omnes ita fuit resolutus, vt neq; sentiret neque mo- F
ueretur, sed in solis digitis sensum habebat integrum. Porrò cuidam alteri non solum ij manse-
runt illæsi, sed etiam eorum musculorum, in quos neruorum propago sub septima vertebra exor
ta distribuitur, motiones seruatæ sunt. Atque alius ob casum ab alto vehementer afflictus, solos
eos musculos resolutos habuit, qui huius nerui partes suscipiũt: idem etiam in ijs duntaxat cutis
partibus sensum amisit, ad quas prædicti nerui distributiones demittuntur. Igitur, si scire deside-
ras, in qua vertebra sit affectus, vtrum in sola nerui cuiuspiam propagine, an in spinali quoq; me-
dulla, in neruorum dissectione te exercitatum esse oportet, communemq; habere methodum,
qua resolutos musculos vnà cum cute, quæ sensum amiserit, obserues. Nam, si spinalis medulla in
aliqua vertebrarum, tota affecta sit, omnes partes inferiores resoluuntur: si vero in altera parte lę
sa sit, altera manente illæsa, partes duntaxat, quæ illi è directo respondent, resolutio infestabit:
si vero nerui radix affecta sit, reliquæ partes omnes affecto loco inferiores, nihil afficientur, sed
solæ illæ partes resoluentur, in quas singuli nerui distribuuntur. Hæc si accurate didiceris, circa re-
soluta membra, relicta spina, non amplius occupaberis: sed huic adhibitis remedijs, partem affe-
ctam curabis. Sic etiam, si non circa spinam, sed in regione illã sequente, neruus affectus sit, ex mu
sculis & ex cute quærendæ sunt notæ. Cutem quidem facile est cognoscere, nam oculis subijcitur: G
musculi vero ex actione, quæ perijt, deprehenduntur. Proinde necesse est, circa musculorum se-
ctionem te exercites, & cognoscas, cuius quilibet actionis sit instrumentum: sic enim duntaxat
discernere poteris, quarum partium actio pereat nullo morbo corporalem ipsarũ essentiam in-
festante, & in quibus præcedet morbus, vel fiens, vel factus. Verum morborum genera & diffe-
rentias omnes ex eo didicisti libro, qui de morborum differentijs inscriptus est, atque similiter ex
alio accidentium differentias: at de causis vtrorumq; etiam separatim scriptum est, in vno quidẽ
de morborum, in tribus vero de accidẽtium causis: in quibus omnibus exercitari oportet eũ, qui
facile voluerit inuenire discernereq; & causam, & affectum, & sedem affectam. Etenim fieri non
potest, vt omnia per syndromas .i. concursus doceantur, quamuis eorum, qui ab experientia empi
rici vocantur, huiusmodi fuerit opinio: qui vero accurate & præcedentia & præsentia cognoue-
rit accidentia, atq; sic ad curandorum morborum experiẽtiam via & ratione peruenerit, inueniet
& locum affectum, & simul ipsam dispositionem. Sed id maxima ex parte accidit partibus, quæ
in intimo corpore constituuntur, veluti paulo ante de ijs, qui sensum vel motum perdunt, osten-
dimus: atq; non abs re fortasse fuerit narrare quædam, quæ iã facta fuerunt, cuiusmodi hæc sunt.
Puer annorum ferè sex, inuitus per aluum excrementa deijcere incœpit resoluto derepente circa H
sedem musculo: quinetiam seni quondam huiusmodi euenit accidens: atque rursus alius puer,
ætatis ferè annorum quatuordecim excrementa inuitus per aluum deiecit, infestante simul vesi-
cam dolore: Atq; alteri vrina quoq; fuit suppressa: contra alius vrinam inuitus excreuit: atq; alius
non solum vrinam, sed alui quoq; excrementa, inuitus deiecit. In huiusmodi omnibus ea, quę prę
cesserunt, scrutari oportet: nam in totum aut refrigeratam aut ictam ipsorum spinam arbitran-
dum est. Sed frigus quidem, vni duntaxat affecto musculo nocet: ictus vero, magna ex parte plu
ribus noxam infert, nam perrarum est, vt icta spina vnus afficiatur musculus, quoniam nerui ex
spinali medulla orti, in plures musculos diuiduntur. Verum, vbi ob ictum affectus est musculus,
si superueniens inflammatio ob negligentiam in scirrhum coierit, resolui ipsum contingit, q̃q̃ id
rarò accidere videatur: at vero frigus sæpenumero vnum lędit musculum, maxime eum, qui in
superficie sedis est, siue sederit quis super lapidem frigidum, siue in aqua frigida supra modum
fuerit versatus. Igitur puer, cuius & vesica & sedes læsa fuit, cum in fluuio pisces venaretur,
sic fuit affectus: non nullis etiam in aqua frigida natantibus, itidem accidit. Hos itaque sic af-
fectos curare oportet, calorifica auxilia locis affectis adhibendo. Quibus vero neruorum à
dorsi medulla ortorum quispiam fuerit affectus, spinæ adhibenda sunt remedia. Sæpenumero
etiam

de Artic. cõ. 1. tex. 47. 48. 7ª. 258. e. Et cõ. 3. t. 9. 7ª. 269. f. Et cõ. 3. t. 31. 35. 7ª. 271. e. Et cõ. 3. t. 36. 7ª. 272. a. Et cõ. 3. t. 59. 7ª. 275. d. Et 2. Epid. sect. 4. Et in lib. de natu. ossium.

A etiam, vbi ab alto loco quis cecidit, aut vehementem, fortemq; ictum spina subijt, inflammatio ad plures partes extensa, non solum musculis, sed vesicę quoq; noxam intulit, atq; illi ob vesicæ ipsius affectum vrina supprimitur. Sunt, quibus non solum vrina, sed alui quoque excrementa, penitus retinentur, affectis scilicet intestinis: nam, vt musculi affecti actiones à consilio, & voluntate pendentes, ita & vesica, & intestina naturales actiones lædunt, eo quod, dum ipsa contrahuntur, excernuntur ea, quę continent.

Quid Naturalia instrumenta ab Animalibus differant: ac de læsionibus vtrorunq; discernendis. CAP. 7.

ATq; in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus instrumentis: siquidem naturalibus cognatam actionis vim esse, animalibus vero instrumentis à principio (veluti lumen à Sole) ipsam defluere iam ostensum est. Ergo, vt magneti lapidi vis inest, qua ferrum attrahere potest, ita naturalia quoque instrumenta omnia facultatem habent, qua actionem suam perficiunt. Proinde, si permanēs esset ipsorū essentia, neq; arterijs, neq; venis indigerent: verum, quia nutrimento egent, seruareq; oportet innati caloris symmetriam, hanc ob causam, & venis indigent, & arterijs: sic etiā musculi, vt essentiam suam seruare possint, non secus, quàm naturalia instrumenta, & venis, & arterijs indigent: at, quia cognatum sensus, & motus principium non habent, idcirco neruis semper indigēt, qui illis ea suppeditent, quemadmodum Sol omnibus rebus, quas illuminat, splendorem affert. Quamobrem solis partibus, quæ & sentiendi, & mouēdi vim habent, accidit, vt ipsis interdū haudquaq; affectis nihilo minus eorū actio pereat: id quod naturalibus instrumentis accidere non solet, quoties enim horum actio læditur, semper primario affectu laborant: verum animalibus instrumentis omnibus naturalis quędam dispensatio inest, quippe, & arteriarum, & venarum adminiculo indigent ad essentiam ipsorum seruandam. Ideo accuratissime intueri, ac discernere oportet, quæ accidentia eis ea ratiōe, qua aut naturalia, aut animata sunt, soleāt euenire: veluti alterari (vt ita dicam) à vicinis, ipsis, vt naturalibus: alterationem vero sentire, vt animatis, euenit. Sic oculis quoq; sæpenumero contingit: nam vapores à ventriculo elati ipsos omnino alterant: verum tam exigua alteratio non ab omnibus sentitur, nisi exactam habeant sensificam facultatem: voco autem exactam, quæ minimas quasq; res cernere potest.

(Margin: t.1.de med. r.ca.10.fol. 10.g; B)

GALENI DE AFFECTORVM LOCORVM NOTITIA

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI

Dolorum exemplo docet exercitationem propositæ methodi: ac in Archigenem inuehitur, qui in doloribus dignoscendis aberrauit.

Tres modi, quibus vniuersa continetur affectorum locorum notitia. CAP. 1.

SCopus est, hortante semper Erasistrato, exercere mentem cum in alijs artis operibus, tū vero in ea, quam nunc proposuimus, affectorum locorū notitia. Circa quā tres sunt exercitationis modi: vnus circa singulas corporis partes, quas locos nomināt: alter circa causas, & dispositiōes: tertius est circa accidētiū differētias: igitur à locis sumptus modus huiusmodi est: Affecto cerebro, huiusmodi separatim eueniunt accidētia: ventriculo affecto, hęc sunt propria: colo affecto, hęc: atq; in reliquis similiter. A dispositiōibus, & causis, talis est: Inflāmationis seorsum, huiusmodi sunt accidētia: scirrhi, huiusmodi: refrigerationis, hæc: plenitudinis, hęc: διαφθορᾶς, id est corruptionis ciborum, hęc. Ab accidentibus, vt hoc doloris genus hasce dispositiones significat, aut hosce locos: tussis vero hæc: ita & vomitus, sanguinis profluuiū, fluor alui, cōuulsio, rigor, (quæ est cōcussio totius corporis) horror, delirium: quum.n. hęc omnia inter se hoc pacto distinguūtur, facile intelligetur, quid vel bene, vel male dictū fuerit. Quòd vero sic sese res habeat, planè disces, si singula consideraueris.

(Margin: D)

Perperam dixisse Archigenem stupidum dolorem ad neruos tantum pertinere: ac quid proprie sit stupor. CAP 2.

EXempli causa, ne te longius suspensum teneam, Quum in hoc genere, multus sit Archigenes, qui ex dolorum differentijs locos affectos significari existimauit, exacte super his considerandum est. Nam stupidum quidem dolorem in neruis fieri dicit, sed planè peccat: quippe cum stupor à frigida dispositione oriatur non in neruis duntaxat, sed & in venis, arterijs, carnibus, membranis, tunicis, & cute. Igitur, si ob id, quòd hæc omnia per neruos sensum habent, ad neruos dispositionem refert, cur non reliquas omnes dolorum differentias proprie ad neruos pertinere dicit? quippe dolor, tristis sensus est: sicuti voluptas, blandus est sensus. Ergo non solū stupidus dolor in neruis est, verum etiam reliquorum dolorū omnium, quos ipse quoq; Archigenes

(Margin: A.li 1.f.2.d.3. c.20.fol.42.a; A ibidem. ca. .. fol.42.c)

genes descripsit, vnusquisq;. Quod, si rem accuratius inspexeris, haudquaq; doloris species dicendus est stupidus dolor, veluti, neq; vlceris species vlcus inflammatũ: sed duarũ potius rerum, in his quidem vlceris, & inflammationis, in illis vero doloris, & stuporis, concursus est. Etenim "stupor refrigeratio insignis est, idcirco corporibus ita dispositis, & sensus, & motus difficultatẽ inducit: quemadmodum completa refrigeratio, & sensum, & motum omnino tollit. Sed, q stupor dispositionis sit nomen, non sensus, aut doloris, sic dicente Hippocrate declaratur: || Stupor enim mediocris dolorem soluere potest. nam stupor ob refrigerationem fit, vt plane videre est in his, qui in hyeme per frigora proficiscuntur, atq; in "refrigerantibus quoq; medicamentis: nam, si extrinsecus immodice adhibeãtur, particula ipsa stupida euadit: quę deinde sensum quoq; oĩno amittit, si vehementissime refrigeretur, idq; non solũ à medicamento, sed etiam à circunfuso nobis aere. Equidem noui quosdam adeo refrigeratis pedibus, vt primum quidem sensus periret, sequentibus vero deinde diebus emortui pedes putrescerent. Ergo, vt perfecta refrigeratio & sensum penitus aufert, & motum, sic moderatior & sensus, & motus difficultatem inducit: nominaturq; (vt dixi) huiusmodi refrigeratio, stupor. Itaque stupidum dolorem dispositio efficit frigida simul, & dolorifica, indicante nomine non doloris (vt dixi) differentiam, sed dolorem simul, & frigidam dispositionem, aut ab ipsa particulę inductam & sensus, & motus difficultatem. Constat autem, q constrictas vehementer particulas, atque eos quoq;, qui "torpedinem animal, dum adhuc viuit, tetigerint, stupor infestare solet. Et, quibus membrum aliquod stupidum fuerit, ij, quicquid tetigerint, obscuro, & hebeti sensu percipiunt, neq; moueri possunt: si vero moueri cogantur, dolent: at citra hoc, q moueri tentent, affectum ipsum stuporis haud obscure sentiunt, sed tum nequaq; dolent. Proinde male Archigenes enunciauit stupidum dolorem ad neruos proprie pertinere: stupor enim dispositionis, non loci affecti, indicium est: atqui paulo post rursus Archigenes proprie ipsum ad musculos pertinere ait. Habet autem dictio vtraq; ad hunc modũ, prior quidem: Nerui autem contorti, distenduntur, & indurantur, atq; hi stupidos inducunt dolores, atq; dure intendentes: Deinde paulo post in hũc sermonẽ prorũpit: Musculi carnis, neruorũq; mixtura, tanq; propria substantia, constituti, arteriarum quoq; in doloribus mistionem præ se ferunt, stringentes (vt ita dixeris), atq; distẽti, ac stupide pulsantes cũ capaci latitudine. In horũ sermonũ priore neruos ait stupidos inferre dolores: in altero vero, musculos stupide pulsare, stupidũ non ad affectus, sed ad partes referens. Sed, vt dicebam, stupor non particulæ cuiuspiam proprius affectus est, sed dispositio: quę quidẽ in omnibus corporibus fieri potest: sed non in omnibus sensibiliter apparet: quippe in his duntaxat apparet, quæ suos affectus sentire, & pro voluntatis imperio moueri, nata sunt. Sed & his, quę manifeste in musculis apparent, sermo ipsius repugnat: quinetiam indistincte prolatus est: ac fortasse non intelligit nusquam in corpore carnem ipsam per se inueniri. Nam musculorum id, quod neruosum est, in plurimis vel capitibus, vel extremis partibus neruosum est, vbi etiam tendones inueniuntur: id vero totum, quod in medio continetur, omnes homines carnem nominant, nemine intelligente, quum exquisite dissecatur, non esse solam carnẽ, sed cum tenuissimis quibusdam veluti fibris, in quas neruosum genus resolutum est. Voco autem neruosum genus, in vnicam appellationem cogens tum vincula tum tonos: quippe ex his per carnem dispersis, musculorum ostendimus essentiam consistere: quę, vt permanere posset, venis indigebat, & arterijs.

Margin notes: A.li.3.t.2.c.13. fol.218.b — 52. Aph.25. Extra ord.39.g — A.ibidem. fol 219.a — A.ibidem. — E — F — G

In quibus partibus Pulsatorius dolor, ac quibus ex causis possit excitari. CAP. 3.

CÆterum citra dolorem pulsare, ad solas arterias pertinet, animali etiamdũ bene valente: vbi vero ingens oborta est inflammatio, vel erysipelas, vel abscessus, arteriarum pulsum cũ dolore sentimus, quum antea per bonam valetudinem, neq; cum dolore, neq; sine dolore ipsum sentiremus. Etenim res ad hunc modum se habet. Duabus pręcipue occasionibus vehemens dolor inflammatis partibus infertur, aut quũ mouentur, aut quum à re quapiam cõprimũtur. "Inflãmato igitur toto musculo duplici modo, dum attolluntur arteriæ, dolorem sentimus: nam & mouentur, & ab adiacente carne comprimũtur, & ipsam cõprimunt. Atq; hac ratione partes inflammatæ pulsant, quem veterrimi quiq; solum vocant pulsum: posteriores vero omnem arteriarum motum, quem sensus percipere posset, similiter nominauerunt. Sed non protinus stupide pulsare, inseparabiliter, aut omnino proprie ad musculos affectos pertinet, quum ne pulsare quidem ꝓprium eorũ oĩno sit, si qdẽ pulsus (vt prius dictũ est) dolorẽ quendã insinuat. Nam in scirrhis, et œdematis, ꝓprie appellatis, atq; in intẽperiebus, quæ sine tumore consistunt, motus arteriarum dolorẽ haudquaq̃ excitat: & in inflammatorijs affectibus, non semper cũ dolore est, sed quum, maiores effecti sunt: quinetiam sine musculo arteria ipsa per se inflammatorium sustinẽs affectũ, cũ dolore pulsat: dico aũt inflãmatoriũ affectũ, vt simul cũ inflãmatione, & erysipelas & abscessus intelligatur. Huiusmodi igiť affectuũ, quũ maiores fuerint, pulsus accidẽs esse censetur. Quod, si qñ in ijs pulsus, ipsi scilicet laboranti, stupidus esse videatur (hic.n. stuporis affectum sentire potest) tum scire licet dispositionem in musculi neruis consistere, sed ita consistere, vt ad paralysin, id est resolutionem tendant: quippe stupida dispositio inter resolutionem, & integram valetudinem media est. At pulsus cum dolore factus sequitur inflammatorios affectus notatu dignos, id que semper in ipsis arterijs, atque in continentibus ipsas partibus, quas, & ob angu-

Margin notes: A.l.1.f.2.d.3. c.20. fol.42.a — H

stiam

A stiam premunt, &, quum attolluntur, modo pars affecta sentire nata sit, veluti percutiunt. Ergo neq; in peripneumonia neq; in pleuritide dolor pulsatorius euenire potest, idq; ob partium naturam: nanq; pulmo sensum non habet: pleuritis vero membranę costas succingentis, morbus est, quę, vbi costis qdem vicina est, necessario cōprimitur: at media ipsius tota pars cōprimi non potest, sed inflāmationis dūtaxat ratione dolet: atq; in hoc spacio arteriæ sunt, quæ per intercostalia vocata spacia, & per crassas laxasq; laterum partes extenduntur, ac in profundo magis delitescūt,
..3.f.10.t.4. ..fo.168.f vt succingentem costas tunicam haud quaq; attingāt. Harum igitur arteriarum motus in pleuritide ab ægrotante, sensu non percipitur, tm̄ abest, vt ei dolorem inferat. Nam inflāmatis interdum intercostalibus musculis, arteriarum eleuationem dolorem inferre necesse est: proinde laborans, ipsum facile percipiet: atq; pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflammata pulsationē. Ob hanc quoq; causam, vbi vehementissima fuerit pulsatio, suppuratur inflāmata particula, consequēte suppuratione ingentes dūtaxat inflāmationes. Constat igit̄ ex ijs, quæ iā diximus, ꝙ pulsatorius siue pulsatiuus à medicis vocatus dolor, per inflāmatorios affectus fiat, atque in corporibus sensibilibus: idq; vel per se, vel ꝓprie, vel primario affectu in arterijs, nominet enim qui libet, vt voluerit: in reliquis vero partibus sensibilibus omnibus, eò, ꝙ à vicinorum contactu pre-
.l.1.f.1.d.5. ..fo.9.c B mantur. Quare neq; in hepate, neq; in renibus, vnq; huiusmodi pulsatio apparet, q̄m nec in illis nerui per tota viscera disperguntur, sicuti nec in pulmone.

De causis Doloris, in quo grauitas, ac partium extensio sentitur. CAP. 4.

..1.f.2.d.3. ..fol.42.a. ..l.3.f.18.t.2. ..fo.357.g QVocirca grauitas in ipsis sentitur, quum tumoris præter naturam genus aliquod ea infestauerit: nam in horum viscerum quolibet, circumambiens membrana, per quam neruus dispergitur, sensu potitur: quia vero à tumore, qui est in viscere, ipsa extenditur, doloris speciem appellatione dotauit. Proinde Hippocrates primus omnium scripsit: In renē dolor grauis. 6.Epid.cō.1.t. 6.5°.155.c Post hunc vero optimorum medicorū non pauci, non acuti doloris, sed grauitatis sensum in prædictorū viscerū inflāmationibus fieri dixerunt. Quinetiam membranas, vt quibus nullę sunt arteriæ, non pulsare rationi consentaneū est: quemadmodum neq; cutem, etiam si vehemens adsit inflāmatio: atq; eadem ratione neq; adenes, quibus nullæ sunt arterię. Sed huiusmodi partes, quū inflammatæ sunt, vnico duntaxat doloris modo vexantur, extensionis: quippe huiusmodi doloris species à nullo sentientium corporum in inflammatorijs dispositionibus separari potest.

De Doloribus, qui ex intemperie, tensione, compressione, contusione, vulnere, crassis humoribus, flatu, lapide, & punctione oriuntur. CAP. 5.

C RElíqui vero doloris modi quibusdam partibus insunt, quibusdam non insunt. Igitur meminisse eorum semper oportet: ac cognoscentes singulorum locorum naturam, intueri, quis vnicuique parti modus doloris peculiariter conueniat, quis vero contra. Proinde resumētes rursus ipsos dicamus. Quippe vnus doloris modus est, qui per inæqualē intemperiem in affecta parte consistit, vel nulla re ipsam extrinsecus attingente. Alius, qui ob tensionē fit, non am-
.l.1.f.2.d.3. ..o.fo.41.h plius soli affectæ parti proprius, vt qui ob vicinas partes interdū eueniat. Est itē dolor, qui à tangentibus duntaxat, in affecta particula generatur, quum videlicet vel cōpressa, vel cōtusa, vel à re quapiam superueniente vulnerata dolet. Atq; is doloris modus, qui à motu procedit (quēadmodū paulo ante de arteria dictum est) à re quadam media dolorē efficiente pendet: etenim, quæ per se mouetur pars, tenditur: & ad vicinas accedens, comprimitur interim, & contunditur, & vulneratur: si vero nulli inciderit, eam sola tēsione dolere necesse est: veluti partes omnes ab alijs motę, si nihil extrinsecus ipsas tangat, nullo præter eū, qui necessarius est, dolore afficiuntur. Cæterum alibi me frequenter dixisse memini primas doloris species duas esse, quum affatim temperies alteratur, atq; quum soluitur continuitas. Quæ cum iam dictis haudquaq; pugnant: nanq; pars distē-
l.1.f.2.d.3. .o.fo.41.g ta, aut compressa, aut cōtusa, aut vulnerata, dolet ob continuitatis solutionem. Neq; enim, quum
D acu quispiā vulneratur, alio affectu laborat, quàm si ab acri humore facta fuisset erosio, vtpote per vtrunq; affectum corrupta continuitate. Igitur non eandem doloris speciē excitant, mordax humor, ac multus: nam ille rodēdo dolorem excitat: hic vero distendēdo, flatuosi spiritus exemplo, ac veluti vrina vesicam distendit, quum non redditur. Verum in erysipelate, & inflammatione, atque in totum in affectibus inflāmatorijs, non solum, quia distentæ sunt, ob repletionem partes
l.1.f.3.d.5. ..fo.69.h laborant, verum etiam, quia intemperie affectæ sunt, non exiguam ne hac quidem ad dolorem inducendum vim habente: Id, quod declarant ij, qui per vehementem hyemem profecti, manus ad ignem affatim calefacere tentant: intolerabilem nimirum sentiunt dolorem, & quidem maxime in vngium radice. Porrò memini mihi ipsi accidisse dolorem vehementissimum, vt mihi viderer in intimo ventre terebro perforari, in eo potissimum spacio, per quod à renibus ad vesicā vreteras scimus extendi. Iniecto deinde rutaceo oleo, quum id paulo post excernere tentarem, excreui simul grauissimo cum dolore humorē vitreū à Praxagora appellatum: quippe vitro fuso, tum colore, tum substātia, haud absimilis erat: atq; id alijs quoq; accidere conspexi. Quòd vero hic humor sit frigidissimus, iam à Praxagora dictum est, qui vitrei nomē ipsi imposuit: id.n. haud obscure percipitur sensu tactus tum ipsorum, qui illum excernunt, tum aliorum, si quis cōfestim ipsum tāgere voluerit. Sed dignū vtiq; admiratione est, qūo frigidus excidat, neq; ab excretionis violē-

tia, quum excidit, calidus euadat. Equidem putabã lapidem in altero vreterum impactum: adeo E erat, vt mihi videbatur, doloris ipsius species perforanti similis. Atqui vacuato humore, doloreq; sedato, manifeste constabat neque lapidem fuisse causam, neque vreteras aut renes fuisse affectos, sed aliquod intestinorum & forte magis crassorum. Neq;.n. tanq̃ per tenue corpus, breui tpis spatio pertrãsibat, sed tanq̃ à profundo per crassius quoddam corpus, q̃ sit tenuium intestinorũ tunica, ferebatur. Ideoq; huiusmodi dolores, omnes ferè medici colicos nominare videntur, q̃q̃, quod ad regionẽ attinet, qua dolor sentitur, nullum indicium sumi potest, ꝙ magis colon, q̃ tenue intestinum, dolor afficiat. Huiusmodi" sanè dolores perinde, ac si terebro partes perforent, molestare solent, narrãtibus ita infirmis: alij vero veluti palo infixo fieri videtur, qui & ipsi corpus affectũ crassum esse significant. Differunt autem inter se aut multitudine, aut crassitudine, aut motu, aut potentia rei dolorem facientis, siue ea humor fuerit, siue spiritus flatuosus: quippe paucus multo, & tenuis crasso, & permanens moto, minorem dolorem excitare solet: atque, qui ad vehemẽtem refrigerandi vim haudquaquam accedit, vehementissime refrigerãte minus cruciat. Verum hoc doloris genus ad crassum intestinum referendum est, siue palum ibi infixum, siue terebro perforari locum quis putauerit. Atqui huiusmodi dolores ab eo, quo lapis impactus est, discerni non possunt, nisi quis accidentia, quæ postea consequuntur, expectauerit. Non tñ ob huiusmodi ignorantiam, quod ad doloris mitigationem attinet, vllam laborãti noxam inducimus: siquidẽ vtriusque doloris præsidia omnia communia sunt, & quidẽ calorifica in primis, siue ea extrinsecus adhibeantur, siue injciantur: deinde, nisi mitigatus dolor fuerit, eorum medicamentorum, quæ dolorem obtundere possunt, aliquod adhibendũ est, cuiusmodi est id, quod à Philone institutum est. Verum, si lapis" dolorem excitauerit, ipse interdum solus, interdum vnà cum cruore excernitur: etenim radit ea corpora, per quæ trãsit, maxime si vel asper vel acutus fuerit lapis: ac, si postea vrinas inspexeris, sabulosa quædam subsidere inuenies. Quòd, si in colo affectus constiterit, neq; lapis, neq; arena, neq; cruor, sed humor aliquis, qualis iã dictus est, subsidere videtur: atq; alia, quæ ad affectum intestinum pertinent, apparent accidentia. Protinus.n. inflatio quædam, & distentio, vel flatus complures præsertim postmodum, & tormina, & excremẽta flatibus plena videbũtur: discernes autem ipsa, si super aqua natent, bubulo" stercori similia. Quin etiam cibi tum cupiditas tũ cõcoctio deterior, tum quæ præcedit morbum, tum quæ comitatur, quęque cõsequitur, quoniã ventriculus per continuitatis communitatem simul cum ea parte, quę primario laborat, afficitur. Insuper colicos nominatos affectus magna ex parte præcedit & cruditas, & flatulentia, &" vomitus, & nausea, quæ multo tẽpore inanis permanet, & in pręcordijs mordacitas, & fastidiũ, & iactatio plurima. Igitur ex huiusmodi quidem doloribus ij, qui vehemẽtissimi sunt, haud ab re in crassis intestinis consistere putantur: qui vero mitiores sunt, ex duobus alterum necessarium est, aut G ꝙ in his ipsis sint, sed à leuiori causa: aut ꝙ in tenuibus cõsistant intestinis: sed, qui mordaces sunt, à mordaci humore intestinum erodente fieri solent. Vnde dysenteriam semper huiusmodi dolores præcedunt, eam inquam, quæ cum intestinorum vlceratione fit: quam vel solam tum recentiores medici, tum antiquorum non pauci, dysenteriam nominant. Ex his non nulli non solum hãc, sed aliam quoq;, quæ cruenta, ob excretorum speciẽ nominatur, dysenteriam appellant: nam interdum syncerus multusq; sanguis, interdum veluti limus & fæx ipsius, non paruæ quantitatis excernitur. Verum hæc affecti iocinoris accidens esse censetur: ea vero, per quam syncerus multusq; sanguis excernitur, vniuersum corpus plerunque euacuat, haud secus, quàm hęmorrhoides, aut muliebris purgatio. Verum de his posthac rursus nobis agere licebit: nunc ad dolorum species redire oportet, eas enim in hoc libro persequi potissimum proposuimus. Igitur iterum incipiamus ab eo dolore, quem punctorium vocant, qui circa membranas potissimum consistit, ipsius affectus veluti radice eo loca fixa, vbi membrana pũgitur: dolore vero circa locum punctum, ad magnum spatium circulatim se fundente. Atque hoc modo in laterali morbo dolorem punctorium esse, & in inflammatione pulsatiuum, apud omnes ferè medicos in confesso est.

A.l.3.f.16.t. c.7.fo.344.e

A. ibidẽ. c. 1c fo.344.g

A.ibidẽ.h

A.l.3.f.16.t. c.7.fo.344.d

Aduersus Archigenem, qui Saporum nomina doloribus accommodauit. CAP. 6. H

NOn tamen hæmodiæ.i. dentium stupori, simile quid dolor membranosorum corporum habet, vt Archigenes scripsit: haud enim ignoramus ori dũtaxat, neq; toti tamẽ ori, accidere: sed dentes" gingiuasq; infestare solet affectus quidam, quẽ hæmodiam vocamus. Hanc vero oratione quidẽ enarrare impossibile est: sed, cum quispiam & austeros" & acidos cibos ingesserit ita, vt affectus aliquis sequatur in dentibus & gingiuis, eũ in oĩbus eundem esse credimus: siquidem videmus nos magna ex parte similes esse in affectibus habẽdis, ita, vt ab ijsdem causis eadem sustineamus. Talem quidem dolorem in ore dũtaxat fieri scimus. Alia vero quadã dolorũ genera ab Archigene perscripta, neq;, dum fiunt, cognosci: neq;, dum proferuntur, intelligi possunt: veluti holcimos id est tractorius, austerus, dulcis, leuiter acutus, salsus, viscosus, ferus, stringens. Atq; huiusmodi nomina in libro de Pulsibus scripta posteritati reliquit: quæ auditores nihilo doctiores reddere possunt eò, ꝙ doctrina quæque {sciẽtifica} propria desiderat noĩa. Si.n. de saporibus, aut oĩno de proprijs, quę lingua iudicant, sensilibus dissseramus, dicemus vtiq; austerum, & acerbũ, & stringẽtem, & mordacẽ, & salsum, & dulcẽ, & amarũ: si vero de ijs, quæ tactu iudicãtur, humidum corpus

A.l. 3. f.7. c. fo.247.g A.ibidem.c.1 fo.251.b

A corpus & aridum, & calidum & frigidum, & asperum & læue, & molle & durum, & acutum & obtusum: haud secus de ijs, quæ visu discernuntur, rubrum, flauum, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quòd, si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas, auditorum intelliget nemo, veluti de adstringēte aut austero dolore: quippe fieri non potest, vt, quid sit dulcis dolor, intelligatur: nam dolor semper molestare laborantem solet, atqui dulcia quæque iucunda sunt. Igitur quàm verissimum est Archigenem circa medicę artis opera fuisse studiosum: quo pacto vero in hmōi nomina inciderit, quum sæpenumero inuestigauerim, inuenire non potui.

Censura loci Archigenis, vbi multis dolorum generibus propositis, docere instituit, quæ quibus particulis sint propria. CAP. 7.

VIdeamus ergo, quid manifeste ex ipsis colligere possimus, veluti paulo ante de torpido labore iam fecisse videmur. Nam iustum est, vt obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputentur perinde, ac si nunquam scripta fuissent: quæ vero clara sunt, iudicentur non ratione duntaxat, sed multo etiam præcedente experimento. Quanq; huiusmodi iudiciū perdifficile est: nam plerunq; alijs nos credere oportet, qui suos affectus ob animi mollitiem neq; cōsequi planè, neq; si consequantur, eos enarrare possunt, aut quia oratione, quid patiantur, declarare omnino ne-
B queunt (quippe non paruæ facultatis ea res existimatur:) aut quia affectus ipse ineffabilis est. Ergo relinquitur, q nemo singulorum dolorum spēs conscribere potest, nisi ipsemet passus fuerit, itē; medicus, qui interpretandi alijs facultatem habeat, & qui prudenter, & sine mollitie comprehendere possit suos affectus, dum laborat. Atqui nemo inuentus est, qui per totum ætatis suę decursum omnes affectus sustinuerit, etiam si perquā morbosus fuerit. Proinde non possum nō mirari, quum eorum proprietates ab Archigene scriptas lego, ita scilicet ipso narrante, tanq̄ omnes passus fuisset, quanq; nō admodum morbosus erat Archigenes: q si etiam vnam aliquā partem, & infirmam & morbidam habuit, non protinus omnibus laborauit, veluti nec reliquorum mortalium vllus. Neq; n. inuenire est hominem eundem, qui simul & caput habeat infirmum, & thoracem, & pulmonem, & hepar, & lienem, & ventriculum, & intestinū ieiunum, & colon, & vesicā, atq; reliquas id genus partes. Videtur itaq; Archigenes proprijs quibusdā excogitationibus & quidem logicis potius credidisse, q; experiētiæ eorum, qui perpessi sunt, qui dolorum drias, vt poterant, enarrarent. Vt igitur studiosi maiori adhuc à nobis copia dotati recedāt, proposita eius oratione, electisq; ijs solis, quæ vera simul sunt & manifesta, eos, qui in arte exercentur, adhortabor, vt ijs quidem habeant fidem, quæ vero secus habent, ea prætereāt. Igitur Archigenes, quum
C reprehendisset Asclepiadem dicentem in articulari morbo neruum affectum dolore haudquaquam cruciari, q nihil omnino sentiat: carnem autem, quanquam non affectam, dolere tamen, vtpote à parte vicina compressam: postea ad verbum ita scribit: Porrò vasa solide compressa, capitis dolores sine inflammatione obortos arcent veluti prohibita in ipsa incursione, id quod barbaricum vinculum tum maxime perficere potest. Sphacelodes vero hemicranias, idest altera ca-
A.l.1.f.2.d.3.c. 20.fo.42.a pitis parte dolores, præcisio eorum, sed maxime arteriæ circunscribit. Quæ primo affecta, pulsatorium, & διαίσσοντα idest turgidum dolorem inducit, ac rotūda euadit, insigniter subhorrescēs, quemadmodum venæ quædam veluti varicosæ fiunt. Nerui vero contorti distenduntur, ac indurantur: atque hi stupidos inferūt dolores, & dure distendentes, & profundos, & infixos, & angustiæ plenos, & minime fusos. Membranæ in latum discurrentes & inæquales dolores excitāt, atque ita laborant, vt & hæmodiæ simile quidpiam habeant, transmissionis videlicet asperitatē. Dolet vero sæpenumero hoc modo etiam superficies: & membranæ in media carne contentæ; quæ dilaniantes quoq; dolores inferunt. Dolores vero à membranis ossa circundantibus dependentes, perinde affligere comperiuntur, ac si in ossibus ipsis consisterent. A venis, graues & detrahentes, & æqualiter infarcti dolores suscitantur. A carne autem & fusi & laxiores, quapropter
D non adeo extendi videntur, sed arbitratur laborans sensum asperis quibusdā rebus impleri. Musculi carnis neruorumq; mixtura tanq; propria substantia cōstituti, arteriarū quoq; in doloribus mixtionē præ se ferunt σφυζοντες (vt ita dixeris) hoc est stringentes, & cū capaci latitudine distenti, & stupide pulsantes.
A.ibidem. Ex reliquis vero vlcerosus quidē dolor, & in vlceribus graciliter acutus,
A.ibidem.h & non minime dulcior, & qui pruriginē inducere potest, ad superficiem pertinere videtur. Punctorius autem profundas partes infestat: ἐνερείδων aūt. i. infixus, cum sinus accesserit. Stimulans aūt, partim eorum, quæ in loco sunt, aliquid affectum esse declarat: partim cōtra, vtpote qui haudquaq; in profundo subsistit. Lacerans aūt est, qui in finibus consistit. Hic est primus Archigenis sermo ex libro primo de locis affectis, quo docere conatur, qūo ex dolorum differētijs partes affectæ possint inueniri. Igitur rursus ab initio ipsum examinemus, non obiter & trāscursim. Sphacelodes (inquit) hemicranias, vasorum dissectio circūscribit. Igitur quos dolores nominet sphacelodes, inuentu difficile est: non enim inter omnes cōuenit, quid hæc vox sphacelos significet. Sunt enim, qui dicunt ipsam vehementem dolorē declarare: alij tantum inflammationis excessum, vt partem ad corruptionis periculum inducat, quæ dispositio à non nullis gangræna appellatur: alij partis affectæ corruptionem ipsam, sphacelon dici volunt: alij conuulsionem: alij non simpliciter conuulsionem, sed neruosorum corporum, quæ inflammatione laborant: non nulli

non eam, quæ fit, conuulsionem, sed, quę ex inflammationis magnitudine expectatur: alij simpliciter fortem tentionem: alij putredinem. Ergo vocabulum sphacelodes, in iam proposita Archigenis oratione scriptum, ad tantam peruenit obscuritatem, vt nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquam medicorum nominum enarrationem conscribente. Per verbum autem /circũscribit/ fortasse intelliget quispiam dictũ esse ab eo, veluti celeriter vel ex toto sanat: ac subijciamus, vt ita dicatur: nam quid facere poterit is, qui intelligere cupit ea, quæ ne is quidem, qui scripsit, intelligi voluit? Deinde pulsatorium & turgidum dolorem arterias inferre dicit, cũ ipsæ videlicet per sphacelodes heterocranias. i. altera capitis parte dolores, primogenia affectione laborant. Itaq;, qualis sit pulsatorius dolor, superius enarrauimus, quamuis ante nostrã enarrationẽ oĩbus medicis notus sit: siquidem ingentium inflãmationũ accidens ipsum esse perhibet. Turgidus autem dolor est, qui à parte primario affecta veluti à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur: id vero non solum in heterocrania vehemẽtissima (vt Archigeni placuit) sed in cephalæa quoq; vocata, euenire solet: etenim in hac non nunq; arteriæ primario affectæ huiusmodi, qualem dixit Archigenes, dolore vexantur ita, vt fateantur nonnulli, vasorum ipsorum se dolorem sentire: quod interpretari tentans, arteriam subhorrentem, fieri rotundam dixit. Igitur inquirendum est, vtrum, veluti per sphacelodes heterocranias arterias ita affici dicit, ad eundem modum de venis eum sensisse existimandum sit, q; per hunc solum morbum veluti varicosæ fiãt: an commune sit accidens venarum vel quomodolibet affectarum, vel duntaxat inflammatarum. Ex eo enim, q; sermoni de arterijs iungit sermonem de venis, par est, vt conijciamus de eodẽ affectu ipsum fuisse loquutum: ex eo autem, q; mox in vniuersum de neruis atq; de alijs huiusmodi partibus scribit, non adaptans vni morbo sermonem de ipsis habitum, eadem ratione putandum est itidem de venis quoq; fuisse dictum. Itaque in hac ambiguitate satius fuerit, vt existimemus in eo sermone, quem de hemicrania conscripsit, simul cum arterijs ipsarum venarum quoq; mentionem fecisse: simpliciter vero reliquorum instrumentorum sine vllo distincto affectu neq; in neruis, neq; in ijs partibus, quæ illos deinceps consequuntur: in quibus dixit venas, graues ac detrahentes atque æqualiter infarctos dolores inferre. Verum hæc non nihil ambiguitatis continent. E F

Quod vero deinceps sequitur, vbi dicit /nerui vero distenduntur & contorti indurãtur/ recedit quidẽ manifeste ab heterocranica dispositione: definit autem id in vniuersum ad neruos quomodolibet affectos pertinere: quod planè mendacium est, neq; enim quilibet neruorũ affectus, ipsorum essentiam indurat atque intorquet. Sunt enim non nulli, per quos laxiores euadunt nerui: †quemadmodum per alios quosdam, aridiores: quinetiam sępenumero nullam sensu perceptibilem habent differentiam, ita, vt exquisite sani videantur, nihilominus neque sensum neque motum præstant subiectis corporibus. Itaq; in solis fortasse inflammationibus, aut inflãmatorijs morbis, aut pręter naturam tumoribus, dixit neruos & indurari & contorqueri, quandoquidem in ijs quidem manifeste apparet neruos intendi: nam & laborantibus ipsis, & nobis aspicientibus, intenti nerui apparent: quapropter, nisi curentur, & conuulsiones & tetani ad ipsos sequuntur. Atque omnium, quæ in tumorem attolluntur, commune accidens esse videtur, vt intendãtur: nam & arterias & venas inflammatione affectas manifeste intendi vidimus: venas quidem, vbi per summa membra, orta inflammatione, bubon exurgit: plerunq; enim totum vas intentum videtur, ac rubere magis & calere, atq; maiori dolore, si tangatur, affectum: vt sit manifestum totum inflammari, incipiẽdo ab ea parte, quæ primario affecta est, vsq; ad alas & inguina. Proinde recte dixerunt omnes ferè medici, Inflammatis partibus accidit, vt rubescant, tendantur, renitantur, intumescant & doleant: pulsus vero non omnibus, vt diximus, sed ijs duntaxat accidit, in quibus arteriæ notatu dignæ sunt: & pars sensu prædita est: & notabilis magnitudinis inflammatio: tunc enim pulsatorium dolorem sentiunt laborantes, vel nullo existente sensibili vase in affecto corpore. Sed interrogabis me fortasse, quæ sint singulorum instrumentorum propria accidentia. Id vero iam antea, neq; semel duntaxat, explicatum est, q; videlicet propria actionis noxa, qualicunq; sit specie, cuiuslibet partis proprium est accidens: neq;.n. aliud eis ex necessitate accidens, neq; etiam noxarum drĩæ existunt: sed differentiæ quidem variant pro affectus tum specie, tum magnitudine: accidentis vero ad vitiatam actionem pertinentis, siue genus, siue species, aut vtcũque nominare volueris, semper permanet. Cæterum satius fuisset Archigenem, totum via & ratione complectendo, abundantius hæc persequi, præsertim cum ab alijs negligentius essent tradita: quorum nõ pauca in plurimis alijs libris conscripsimus, quemadmodum & posthac deinceps dicentur: sed breuiori quidem compendio ea, quæ exacte alibi fuerunt exarata: longiori vero disputatione hîc tractabunt ea, quæ alibi breuiori stylo percurrimus. Nũc vero reliquas dolorum drĩas, quarum in præscripto sermone Archigenes mẽtionem fecit, persequamur. Quòd.n. peccauerit, dicẽs torpidos dolores neruis euenire, quodq; stupor non vnius cuiuspiam partis proprius sit affectus, sed causæ potius ac dispositionis rõnem habeat, iam antea dictum est: Quòd vero dolores dure distendentes in ipsis fieri dicit, recte dictũ est: quanq; melius erat, si simpliciter dixisset distendentes, nõ addẽdo, dure: nam neruorũ dolores vtrinq; vehementer distẽdere possunt, quia ad vtraq; extrema tenduntur, tum id à quo incipiunt, tum illud in quod finiuntur, non secus, quàm chordæ G H

†Græce ὥσπερ ἀτροφία σαφῶς. i. vt atrophia manifeste. interpres insecutus est veterẽ tralationem.

A.l.1.f.2.d.1.c 5.fo.29.d

A chordæ in cithara, quæ sæpenumero, vbi nimis intenduntur, dirumpi solent: & propterea citharistæ, quum instrumenta sua post vsum reponere voluerint, chordas relaxant. Et sane, quod eæ à contrarijs tum caussis tum dispositionibus intendantur, plane constat, siue humidus fuerit ambiens aer, vt rigare ipsas & implere possit, siue vehementer aridus: ab vtraque enim ambientis aeris temperie ad vltimam tensionem perueniunt: vnde non mirum, si rumpantur. Proinde recte dixit Hippocrates, neruorum conuulsiones & à plenitudine & ab inanitione euenire, vtpote quæ sint immodicæ neruorum tensiones. Sed, quod profundos dixit esse eorum dolores, id ab accidentibus, quæ plurimis neruis eueniunt, sumptum est. Etenim, quum venæ quidem semper priores in superficie sint, deinde post eas arteriæ, quibus postea nerui subduntur, idcirco laborantes eorum tensionem in imo sentiunt: Quanquam multi tendones (qui ob id, quod neruosa sunt corpora, à non nullis plane nerui nominantur) non profundos, sed in superficie, dolores habent, siquando ipsos quoque sic intendi cõtigerit: vt sunt illi, qui digitos extendunt: sunt autem, & qui illos incuruant, in superficie quidem, sed non similiter, vt extendentes. Porrò Archigenes neruorum dolores infixos esse dicit, quum huiusmodi doloris species, vt antea diximus, ad colon magis pertineat: atque accidit etiã auri cum quadam pulsatione, atque dentibus molaribus, quinetiã quandoque

6. Aph. 39. Ex. ord. 50. f

.l. 1. f. 1. d. 5. .5. fo. 24. c

B oculis: minime vero neruis infixus dolor euenire potest, etenim magna ex parte vtroque extenduntur, & ad supernas & ad infernas animantis partes. Quod vero deinceps ab Archigene dictum est, neruos angustiæ plenos habere dolores, inepte quidem dictum est: nam nihil amplius declarat, quam quũ deinceps dicit, & minime fusos. Re vera enim, minime fusos, hoc est, in latitudine porrectos, dolores nerui non habent, sed magis quodammodo circunscriptos, vtpote perueniente ipsorum tensione & ad supernas & ad infernas partes, magis verò sursum vsque ad caput: ac tum primum ipsos vniuersi corporis & conuulsiones & distentiones comitantur, nulla nerui tentione huiusmodi accidentium aliquod inducere potente antea, quàm caput ipsum attingat. Post hæc consequenter scripsit Archigenes de membranis: &, quòd quidem in latum discurrant ipsis dolores, quum afficiuntur, verũ dicit: quòd verò aliquid hæmodiæ simile habeant, non verũ dicit, vt antea dictum est. Neque etiam in totum verum est, quòd membranarum dolores sint inæquales: siquidem contrarium magis veritati consonat: quippe ex propria earum ratione videntur æquales inducere dolores eò, quòd vniuersum ipsarum corpus æquale est. Nam, quòd ob communicationem cum vicinis, inæqualitatem quandam afferunt, id interdum per accidens euenire solet. Quum enim ad affectã ipsarum partem, ducuntur & tenduntur circumiacentes, inæqua-

.l. 1. f. 2. d. 3. .20. fo. 41. h

C lem fieri dolorẽ necesse est: vbi enim intenta particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cruciantur: vbi vero sensum habet hebetiorem, ibi minus dolent. Atque ex eo quoque, quod, quæ tenditur membrana, os ipsum vel attingit, vel non attingit, non ab re dolorum differentia deprehenditur. Atque hac ratione nõ nulli pleuriticorum, iugulum dolent, porrecta in hũc locũ membrana costas succingente: aliquando tamen non ad iugulum, sed ad præcordia, dolor transit, percepto ipsius sensu in septo transuerso (vtpote quod necessario mouetur, quum pleuritici respirant) magis, quam in cæteris thoracis partibus. Quum enim veluti radix doloris in latere consistit, tũ laborantes musculis, qui illic sunt, respirare pigritant: quare tum soli septo transuerso natura respirationis officium committit, quemadmodum in bene valentibus, qui libera vtuntur respiratione, contingere solet. Igitur, quum in partibus laterum infernis oritur inflammatio, septum transuersum intentum, magis dolet: quum vero in partibus supernis, tum iugulum potius dolor infestat: cæterum septum transuersum, quia mouetur: iugulum autem, quia durum est, dolorem efficit. Vbi vero ingens in hepate oritur inflãmatio, aut vbi ipsum induratum est, dolor, qui tum iugulũ in dextra parte infestat, concauæ venæ magis, quam membranarum tentionem sequitur. Quum aũt dixit, hoc modo sæpenumero superficiem quoque dolere, quod est habere ea, quæ sunt propria

D membranarũ affectarum, plane declarat, vnde motus Archigenes dixerit ipsas dolores habere hęmodiæ non dissimiles. Quia enim simul cum hæmodiæ proprietate, stuporis etiam sensus percipitur perinde, ac si ab eadem causa vterque affectus fiat: membrana autem, quæ in superficie cuti substrata est, sæpenumero stupido dolore afficit, vtpote qui ab externis caulis & quidem frigidis celerius noxã subit, idcirco deceptus Archigenes dispositionis communitate, ceteras membranas hæmodiæ simile quidpiam pati dixit, ac sæpenumero superficiem quoque, non secundum affectæ particulæ essentiam facto dolore, sed ob membranarum ipsarũ essentiã, quæ exanguis est & frigida, quapropter facile à frigidis affectibus infestantur. Quia vero affectum ipsum, huiusmodi dolores comitantur, idcirco sæpenumero dixit fieri huiusmodi dolores, non veluti per affectæ particulæ essentiam, sic enim inseparabiles essent, sed per accidens superuenientes. Substrata igitũ cuti membrana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tensiuos & torpidos: membranæ vero, quæ in media sunt carne, veluti dilaniãtes dolores excitant, sunt. n. plurimæ, & inæquabiliter insitæ, atque eã circũdãtes: quumque aliquando ex contrarijs †secundum naturam tendi carnẽ contigerit, huiusmodi dolores euenire necesse est. Sanè à multis exercitationibus aut tensiui, aut vlcerosi proueniunt dolores, qui totos musculos occupare consueuerunt, inter quorũ partes, carnes quoque numerantur: verũ de huiusmodi doloribus satis in salubribus præceptis iã dictũ est. Sed, quod mẽbranarũ, quę

† [illegible] est in antiquo codice. i. implantationibus. & ita omnino legendum est. ita etiã legit vetus interpres.

A. l. 1. f. 2. d. 3. sum. 2. c. 20. fo. 42. b

ossibus adiacent, dolores & profundi sunt id est in intimo corpore sensum excitantes, & ossium E ipsorum veluti dolentium inducunt imaginem, haudquaquam mirandū est. Nam ij à quàm plurimis ostocopi id est ossium labores nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus euenire solent, quāuis interdū vel à frigore, vel plenitudine, fieri possint. Insuper venas dixit graues & detrahentes & æquabiliter infixos inferre dolores: verum ab initio, vbi hemicranię mētionē fecit, venas varicosas fieri ait. Ergo in hoc solo morbo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. Atqui scire licet proprium arteriæ venæq; dolorem, extensi secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam, speciem referre, nulla vtiq; profunditate simul apparēte. Æquabiliter aūt infigi venarum dolores, admodum obscurum est: quippe infigi ad nihil, quod ipsis accidere solet, referri potest. Deinde de carnibus dicit, q̄ & fusos & laxiores inducāt dolores. Atqui in totum nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vocitet, qm̄ & vasorum & membranarū dolores magis intendi videantur. Id enim confitetur eos non adeo extentos conspici ob hoc, q̄ carneæ musculorum partes breuibus lineamentis contineantur. Sed id, qd deinceps scribit, videri tactum veluti asperitatibus quibusdam plenū, an proprie ad dolores, qui in carnibus consistunt, pertineat, inquirendum est. Nam, quòd interdum aliquid huiusmodi per ipsarum dolores eueniat, à veritate haudquaquā abhorret: at, quia non semper euenit, ad vnam F potius quandam dispositionem magna ex parte in ipsis factam, non ad earum substantiam, proprie referendum videtur: neq; simpliciter intelligendum est eā dispositionem esse affectum inflāmatorium, sed qui ēt cum humore aliquo fit exasperare suapte natura potēte. Porrò deinceps de musculis scribens Archigenes, eos carnis neruorumq; mixtam proprietatem referre dicit, tanquam peculiari ipsorum essentia ex his consistente. Addit vero arterias, quoniam in ipsis inueniuntur: atqui hoc pacto venas quoque dicere debuit, atq; membranas. Vocabulum autem/adstringētes/patrio sermone de ijs dicitur, qui cum bono corporis habitu pleni sunt: atque idcirco de iunioribus duntaxat dici consueuit, de senibus vero minime, q̄ non possit ipsorum corpus, boni habitus plenitudinem suscipere: at vero, in quam rem hoc vocabulum Archigenes referre velit, inuenire non est facile, maxime quia confundere & corrumpere solet patriorum nominum significata. Quòd, si/adstringētes/de ijs dici intellexeris partibus, quæ à plenitudine intenduntur, nō proprie ad musculos, sed communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. Quum veros eos capaci cum latitudine extendi dixit, puto ipsum hanc à neruorum plenitudine voluisse seiungere. Torpide autem pulsare, haudquaq; fuisse recte dictum, iam antea declaratum est. Reliquorum vero dolorum, vlcerosus, inquit, graciliter"acutus est. Est autem hæc quoq; oratio obscura, G A.l.1.f.2.d. c.20.fo.41.g neque per se quicquam docere potest, haud aliter, quàm cæteræ ipsius obscurę orationes: quas ne explanare quidem possibile est, nisi quis rem ipsam per se intelligens, eam orationi adaptare conetur. Quum itaq; scieueris tum medicos tum gymnastas, eos dolores vocare vlcerosos, per quos inter mouendū vel tangendum lassatas partes, sensus excitat, qualis in vlceratis partibus percipi solet, facile intelliges per dolorē graciliter acutum, hm̄oi quāpiam spēm significari, qualis ab acutæ acus punctura fieri consueuit: ergo constat ipsum neq; continuū esse, neq; æqualiter per oēs partes porrectum. Hūc itaq; dulciorem esse dicit, quum dicere deberet, imbecilliorem, aut obtusiorē, aut non vehementem, aut minus molestum, aut id genus aliud quippiam: nihil enim, quod molestum est, proprie dulcius appellari potest. Id aūt, quod dicit/& pruriginem inducere pōt/inarticulate dictū est: quippe haud obscura est inter pruriginosam sensationem dispositionemq; & vlcerosam dr̄ia: verum, quia crebro pruriginosa vlcerosam antecedit, atq; soluta quiescenteq; vlcerosa, in pruriginosam transmutatio fieri solet, inde est, q̄ de ipsis confuse indefiniteq; Archigenes scripsit, vt qui neq; causas vtrarūq; dispōnum exacte alicubi tractauerit. Verum nos eas in libris salubriū preceptorū perfecte exarauimus. Igit̄ vlcerosus dolor non solū ad cutē, sed ad imas quoque partes, vt ossa, extendit̄: pruriginosus"aūt re vera ad solā superficiem pertinet, non tn̄ prima- H A.ibidem. rio, pro ratione ipsius propria, sed per accidens, eò, q̄ densior subiectis sibi partibus, cutis est. Horum ergo dolorum vterque, propriæ dispositionis est accidens: fiunt autem ob acres quosdā humores: atq; tantum ipsi, quantum dispositiones ipsæ, inter sese differunt. Sed, vt dixi, satis de ipsis in libro salubrium præceptorum definitum est. Pūctorius"vero (inquit) dolor in profundo est: A.ibidem. sed non recte, nam ad membranas, nō ad imas partes, proprie pertinet: infixus autem (vt inquit) quum sinus accesserit. Hic sermo non omnino absurdus esse videtur: quippe sinus, concauitas quædam est, quum partium antea coniunctarum altera distat ab altera. Quum itaque fluxione impletur ita, vt adiacentes partes distendantur, tum tensiuum dolorem sentiunt laborantes, nō quidem secundum longitudinem latius exporrectum, sed proprijs limitibus conscriptum: at excreto quomodolibet è sinu humore, protinus dolor conquiescit, nisi sicui ambientia sinum corpora adeo distendantur dilatenturq;, vt inflammatoria dispositione torqueātur. Hæc sunt, quę proprie ad sinus pertinent: quod vero ab Archigene dictum est, aliud ab his est: verum, quid intellexerit, quum ita scriberet, haud facile inueniri potest. At, quod deinceps scriptum est, nō minorē habet dubitationem. Nam stimulans (inquit) dolor nō in imo subsistit. Hic enim sermo cum eo, quem in initio præmisit, pugnare vr̄, quo in hunc modum scripsit: Stimulans aūt, partim eorum,

quæ

A quæ in loco sunt, quidpiam affectũ esse declarat, partim cõtra: id.n. fieri põt ꝑm profundũ in parte ossibus maxime vicina, & in cute, atq; oino in medio, hmõi dolore facto ab humore mordaci, sensibiliũ partiũ aliquã erodẽte. Deinde, quod in fine eiusdẽ orõnis sic scriptũ est/lacerãs aũt est, qui in finibus consistit/si lacerãs qdem idem signat, quod diuellens, mendaciũ est: nã illi, q in sinu est, id minime contingere solet. Quòd, si non hoc sed aliud quidpiã dicere voluerit, quõ id poterit īueniri? Atq; huiuscemodi sunt quæ in ꝑscripto sermone Archigenes posteris memoriæ ꝑdidit.

Examinat alium Archigenis locum, in quo Hepatis, splenis, renum, vesicæ, & vteri dolores traduntur. CAP. 8.

IGitur transeamus ad aliũ, qui & ipse ex dolorum dr̃ia affectas partes cognoscere docet: est aũt « ipsius dictio hmõi: Hepatis vero dolor holcimos id est tractorius, & inhærens et stupidus est, « atq; atrocius molestãs. Splenis aũt acutus nõ est, sed grauitatẽ simul & extensionẽ habet: atq; sil'is « vr̃ ei, qui ad elisionem quidẽ atq; expressionem, sed extrinsecus incũbentẽ, renitit̃. Renes & auste« ros dolores inducũt, & cũ permanẽte astrictione pungentes. Vesica vehementer adstringẽtibus « vtit̃ doloribus, atq; tẽsionibus pũctorijs. Vterus aũt acutis, turgidis, pũgentibus, distendentibus, « torminatim incidẽtibus: quippe q hmõi mixtione dolere natus est: quãobrem idiomatis quoq; « B ambiguitatẽ inducit. In hoc sermone iterũ Archigenes protinus ab initio hepatis dolorẽ holcimon id est tractoriũ, esse dicit. Verũ hoc vocabulũ/holcimos/apud Græcos in vsu nõ est: ꝑinde, quid significet, haud facile inuenire est, nã vocabulorũ significationes ex lõgo vsu deprehẽdunt̃. Atqui video eos, qui illo vtunt̃, viscidum per ipsum velle signare, quale viscũ esse vr̃, vt cuius vna parte tracta, põt per ipsam reliqua illi cõtinua simul attrahi: sic pasta quoq; ex frumento, holcima dicit̃, maxime si accuratissime subacta fuerit: sed ex hordeis aut milio pasta, holcima nõ dicetur. Atqui sub hac significatione, hepatis dolor haudquaq; holcimos euadet: ꝑinde aliã significationem quærere oportet. Itaq; vnus ex ijs, q Archigenis sectã reliquis præponere conant̃, holcimon hepatis dolorẽ dici asserit, quũ hepar vel induratũ, vel inflãmatum, detrahere iugulũ videt̃: alius, quum diuturno morbo laborat: alius, quũ mediocri dolore afficitur. Sunt, qui tardum ipsum significare velint, vtpote qui acuto aduersetur: atq; vrgẽtem & adeo vehementem, vt nullam admittat requiẽ, hunc acutum eũ vocare solitũ: contrariũ vero, nẽpe tardum, holcimon dixisse autumant. Non nulli eũ dolorẽ holcimon vel grauẽ dicunt, qui grauitatis spẽm refert: vsu.n. receptũ putant, vt de grauitate holce id est tractus, dicat̃. Multa insuper alia varie explicant admirandi illi quidem enarratores, sed quæ intelligant à nemine. Constat igit̃ hoc vocabulũ/holcimos/quod C in propositæ orõnis initio inuenit̃, nihil nos posse docere. At vero deinceps consideremus, qd vtiq; sit dolor inhærens: nã hunc quoq; hepatis propriũ esse dixit. Mihi quidẽ facile persuasum est turgido dolori, inhærentẽ per cõtrarietatẽ opponi, ipsum dicere voluisse: quid.n. aliud conijcere quis posset? Etenim hepatis dolor, si quispiam alius, vicina corpora ad consensum inducit: nam & ad iugulum vsque porrigitur, & spirandi difficultatem crebro affert, atq; interdum tussim quoq; ac dysenteriam, neq; raro nothas costas infestat: igitur quo'nam pacto vere dicetur eodem in loco permanere? At fortasse satius fuerit putare, q inhærẽtem dolorem dixerit, veluti infixum: atqui hepatis dolor, vt nuper ostendimus, haudquaq; huiusmodi est. Similiter antea iam declaratũ est ne torpidũ quidẽ dolorẽ, particulæ cuiusq; proprium esse, sed dispositionis potius: q si etiam partis cuiusdam sit proprius, at sane nequaq; iecoris, sed certe neruosorũ potius corporũ. Porrò atrociter molestans cũ torpido pugnat, vtpote qui violẽtus est atq; continuus: sed nec hmõi quidẽ, hepatis dolor est, sed potius grauis: at ne grauis quidẽ peculiariter proprius hepati est, sed spleni quoq; ac renibus inflãmatis cõis. At Archigenes (haud scio, quo pacto) in liene « duntaxat istius speciei doloris mẽtionẽ fecit: nec audiuit Hippocratem dicentem: Et in renẽ dolor grauis. Verum hoc peccatum exiguũ forte censebitur: at longe maximum est illud, quod cõ 6. Epid. cõ. 1. 2/ 6. 3°. 155. c
D mittere in multis solet, noĩa scribens cæteris sensibus peculiaria: quemadmodũ nũc de renibus quidem austeros scribit dolores, de vesica vero adstringentes: hæc enim saporum sunt noĩa, qui lingua, vt instrumento, & gustandi sensu dignoscũtur. Igitur res quædam declaratur generatim quidem per hoc vocabulum adstringẽs, sed magis particulatim per austerum & acerbũ: quippe ambo adstringunt, sed magis acerbum, qualis est omphacia vocata galla. Porrò austera sunt multa, vt mali punici genera, atq; cotonea mala, ac reliqua cõplura esui apta. Sanè acerba haudquaq; sunt iucunda, nõ solũ ea, quæ medicamentorum speciem referunt, veluti hypocysthis, & balaustium, & galla, & rhus, sed etiã illa, quæ, quũ sint hmõi, recipiuntur tamen in cibos. Quapropter non excogitari quidem potest, quid vel austerũ vel acerbum dolorem dicere voluerit Archigenes, non magis, q aut ceruleũ, aut rubrum, aut fuscum, aut alium aliquem à coloribus nominatum. Nunc aũt, quid dixerit doctor quidam ex Archigenis familia, tempus est cõsiderare. Nam dolorũ proprietates Archigenem arrogantia motum interpretari voluisse censet: at, quia re vera ineffabiles sunt, eum in hmõi nomina absurda incidisse, non intelligentẽ vnãquãq; qualitatũ, siue gustabilem siue tangibilẽ, effari posse: vbi vero multæ qualitates circa vnã essentiã apparent, ibi & proprietatem fieri contingit, idq; maxime in gustu, cum verbi gratia & amaritudinem, & dulcorem, & austeritatem, & acrimoniam in vna essentia apparere contigerit. Sic enim in gustu

proprietas quædã oritur, ineffabilis illa quidem, si vnico noĩe ipsam explicare tentaueris, sed quæ E
dici tamen potest, si per singulas qualitates discurras, eo addito, ꝙ & magis & minus declarare
haud impossibile est. Ita & herbas vniuersas & reliquam quoque materiam enarrauerunt medi-
corum non pauci, singulas qualitates, quæ enunciatis rebus insunt, explicantes. Ergo Archige-
nes, si vniuersam quidẽ essentię proprietatẽ vnico nomine cõprehendere voluisset, indoctus oĩ-
no fuisset, id quod de Archigene nequaꝗ sentiendũ est: si aũt simplices qualitates, ipsæ quidem
ineffabiles non sunt, earum vero quantitas exacta quidem mensura ineffabilis est, quanꝗ sub la
titudine quadã explicari potest. Igitur longiori sermone vti non oportet, quũ ea species ob ocu-
los omnibus sit posita, qua vti debet is, qui quãlibet rerum sensibilium interpretari aggreditur:
quippe omnium tangibilium qualitatum propria habemus noĩa haud secus, ꝙ gustabilium, vi-
sibilium, & audibiliũ: atq; omnibus ijs patrio more vti debemus, & neq; adstringentem neq; au-
sterum noĩare dolorem, vtpote quæ saporum propriæ appellationes sunt. Plurimi.n.medici ab
Archigene stantes, quum dolorum differentias conscriberent, haudquaꝗ ausi sunt à consuetudi
ne in nominum vsu recedere, quæ ab ipsis laborantibus audire licet: Qui perinde se dolere inter-
dum aiunt, quasi acu pungant: ac rursus perinde, ac si terebro perforent: quinetiã videri sibi aiũt
contũdi sese, & diuelli, & tẽdi, & retrahi, & detrahi, & grauitatis cuiusdã sensum percipere, qua in F
terdum subiectarum partium aliqua suspendi vr̃, interdum vero circundantibus incũbere. Igitur
huiusmodi omnia consueta sunt: adstringentes vero, & austeri, & acerbi dolores in insolitorũ ac
inutilium numero habentur. Hæc intelligere debuit Archigenes, quum docere nos vellet, quo-
modo loci affecti possint cognosci: nam oĩs, qui de doloribus habetur sermo, vanus nugarumq;
plenus esse censetur, nisi ex ijs, quæ laborantes ipsi dicunt, eos cognouerimus. Ergo, si ab ipsis,
quomodo doleant, discere oportet: nunquã vero dicũt acerbum, aut austerum, aut atrocem, aut
holcimon dolorem, rursus inutilis erit huiusmodi doctrina. Præterea ex eo loco, quo dicũt Ar-
chigenem interpretari velle dolorum proprietates, hæc docendi ratio tũ impossibilis, tum inuti-
lis esse planè videtur. Primum enim vel ipsis authoribus omnis proprietas enunciari non po-
test: quod cum ita sit, omnino fieri non potest, vt ad doctrinam aliquid conferat, vtpote quam ij
duntaxat, qui sensibiliter ipsam percipiunt, noscere possunt. Deinde, ea nobis ignota sit, necesse
est, qua nõ laborauerimus: nisi fortasse Archigenes omnes sui corporis partes habuerit affectas:
quod licet concesserimus, fieri tamen non potest, vt credamus vnum hominem omnes singula-
rum partium affectus fuisse expertum. Donemus tamẽ (si volueris) hoc quoque, quanquam im-
possibile est, at vteri saltem affectus nunquam scilicet percepit Archigenes: nihilominus huius G
proprietates conscripsit, quæ à solis mulieribus expertis dignoscuntur. Itaq; admirationem (ita
dij me ament) sæpenumero mihi induxit, ex qua tandem ratiocinatione tam absurdam hanc do-
ctrinam collegerit: quam & si veram contendis, nihil tamen ex ea vtilitatis prouenire fateri coge
ris, nullo infirmo suos affectus per Archigenica nomina interpretante. Nam, quod non nulli la-
borantium fastidire stomachum aiunt, id nobis eò, quòd aliquando ita fuimus affecti, planè no-
tum est: sicut etiam mœstitia torqueri, quippe quosdam sic fuisse affectos satis constat: an vero
austero dolore ab Archigene dicto quispiam fuerit affectus, intelligi non potest, vtpote nemine
sciente, cui nam rei nomen hoc adaptauerit. Nam punctorium, & distendentem, atq; eos, qui con
formiter nominantur, atq; ijs multo magis vehementem, & fortem, & violentum, & cõtinuum,
& intermittentem, nemo est, qui non nouerit, vtpote qui per nomina à consuetudine non abhor
rentia enarrantur, & quos quotidie plurimis euenire videmus: at austerum, & adstringentem,
& atrocem, & holcimon, vt nemo profert, ita, si quis fortasse proferat, nemo intelliget. Cæterum
oportet & affectum esse communem, & appellationem ipsum declarantem ab auditorum cõsue-
tudine non aberrare: veluti quum stomachum premi dicimus, id, quod nemo non dicere solet:
quippe tali″ sæpenumero sensu afficimur, qualem extrinsecus onus aliquod incumbens inducere H A.l.3. f.13.t.
potest, idq; in non nullis oris ventriculi dispositionibus, quod per abusionem non solum popula c.1.fo.285.a
res, sed probatissimi quoq; medici, stomachon appellant. Quinetiam inter″ vehementer respiran- A.l.3. f.14.t.:
dum, non nunquã grauitatem in dextra præcordiorum parte sentimus: id si citra febrim eueniat, c.5.fo.313.c
aut ob structione aut scirrhosa dispositione hepar laborare, aut abscessus generationem immine-
re conijciendum est: veluti, cum id inflammatione infestatur, febrim comitari necesse est. Itaque
omnia huiusmodi & dici possunt, & manifesta sunt omnibus medicis Archigene prioribus, atq;
sine absurdis illis nominibus doceri possunt: Archigenis vero doctrina hoc habet exactè pro-
prium, vt nõ nouarum rerum, sed nominum rem nullam declarantium enarrationi studeat. Nam
tractationem de pulsibus, huiusmodi nominibus impleuit, quãuis illa (vt in commentarijs de pul
sibus ostendimus) haudquaquam impropriorum nominum metaphora indigeat.

Qua methodo Affectæ partes cognosci queant, ac primogenij affectus ab ijs, qui per consensum eueniunt, distingui. *CAP. 9.*

EQuidem voluissem Archigenem tantorum medicorum successorem, aliquid lucis doctri-
næ addidisse: sed eam ita obscurauit, vt ne nos quidem, qui in artis operibus iam senuimus,
dicta ipsius intelligere valeamus. Quod igitur illius erat officij, id nos præstare nitamur, atque

in

A in primis in vniuersum ostẽdere viam & rationem, cuius adminiculo & ipse affectos locos inuenire, & cæteris viam ostendere possis. Igitur, vt in priore libro dictum iã est, via & ratio hmõi ẽ. In primis enim quærere oportet, vtrũ singulorum locorum propria signa, quõcunq; afficiant, inueniri possint, an p singulos affectus alterentur: deinde vtrum singulorum affectuum propria sint signa, an circa quamlibet partem varientur. Itaq; oportet & loci & affectus nõ immemores, deinceps signa perstringere: Veluti, si ita acciderit, vt pulmo inflammatione laboret, tanta inducetur spirandi difficultas tantaq; angustia, vt suffocari laborantes videantur, ac recti sedere conẽtur, quem affectum orthopnœam nominãt: quinetiam calidam sentiunt expirationẽ, idq; maxime, si erysipelatis particeps fuerit inflammatio, quocirca, vbi plurimum efflant, iuuari videntur, ac multum aerem frigidũ attrahere concupiscunt: atq; inter tussiendum sputũ expuũt, idq; modo hoc, mõ alio colore infectum, vt interdũ rubrũ, interdũ flauum, aut rufum, ac spumosum quoq;, & nigrum, & liuidum appareat: insuper grauitatis cuiusdam thoraci incumbentis sensum sæpenumero percipiunt, ac dolorem ex imo ad ipsum peruenire, & ad os pectorale & ad spinam: præ

A.l 3.f.10.t.4. c.11.fo.170.e terea acuta″est ipsis febris: pulsum vero habẽt, qualem in libris de pulsibus diximus. Sic, vbi mẽbrana costas succingens inflammata est, acuta febris infestat, accedente pulsus ea, quam in com-

B mẽtarijs de pulsibus diximus, proprietate: est autem dolor punctorius vnà cum spiritus difficultate: ac magna ex parte sputum colore infectum mox apparet haud secus, q̃ in peripneumonia. Igitur vtrosq; affectus spirandi difficultas necessario comitat eò, q affecta particula spiritus sit instrumentũ: orit aũt febris & pp affectum ipsum & pp positum, nam & pulmo & succingens costas membrana prope cor constituunt, inflammatio vero calidus affectus est: sic etiam tussis ipsis, vt spiritalibus, inest: sed, q aliquid expuatur, id ab affectu ipso procedit, quippe iam ostendimus omnem inflammationem ex affluente fieri sanguine: quapropter, si biliosus fuerit sanguis, flauũ aut pallidum erit sputum: si pituitosus, & spumans & candidum: si melancholicus, aut nigrum aut liuidum: si nihil horum sanguinem infecerit, rubrum. Quinetiam in pleuritide sæpenumero magis biliosum: in peripneumonia vero magis pituitosum sputum sequi consueuit: sed de hoc satis iam declaratum est. Quòd autem inflammatarum partium excrementa per asperam arteriã referuntur, eius rei causa tum ad positum tum ad formationem referenda est, quippe quæ per solam hãc viam effluere possunt. At vero ventriculus duos habet meatus, vnum, per quem natãtes in ipso humores euomũtur: alterum, per quem humores ad inferiora delabuntur: verum id, quod in eo vitiosum inuenitur, ac supnatat, magis vomitione reijci cõsueuit, reliqua per intestina derj-

C ciuntur: veluti renum vesicæq; excrementa meiendo excernuntur: cerebri vero redundantia per nares præcipue, non nũquam vero per palatum & aures vacuat. Indicia igit locorum affectorũ ab accidentibus quidem omnia: differentiæ vero ipsorum sunt & ab actione læsa, & excrementorũ qualitate, & a tumoribus pter naturã, & doloribus, & à coloris vitio, quod sequit vel in vniuerso corpore, vel in vna quapiã parte, vel duabus, idq; maxime in oculis, & lingua: extra horum numerũ sunt indicia, quę colligunt ẽm eam, quę, pprie sympathea, si ita velis, appellat, veluti in priori libro iam diximus. At nunc tẽpus esse videt, vt amicos, quorum petitioni obtemperans, hos cõmentarios scribere aggressus sum, ad exercitationem inducam. Fit autẽ exercitatio omnis, quũ particularia sub eandem viam & rationem ducunt. Huiusmodi autẽ doctrinæ specie (vt persæpe ostendimus) non aliud inuenitur vtilius: quippe viæ & rationes, vbi solæ sine multifaria ẽm ipsas exercitatione cognoscuntur, haudquaquam possunt perfectos efficere discipulos. Altius igit viã & rationem dicere aggressi, ad exercitationis modum accedamus. In primis quidẽ intueri oportet, num actio aliqua sit læsa: quippe cum ipsa proprium actionis instrumentum affici necesse est. Deinde, vbi actionem læsam esse perspexeris, ad modum læsionis accedendo considera, ad quam affectionem proprie pertineat. Postea affectã particulã nota, num tumore quopiam aut dolore

D infestetur, & quidem accurate cuiuslibet horum speciẽ inuestigando: sic enim non solum tumorum, verum ẽt dolorũ quoq;, varios modos addisces. Aspice subinde affectæ partis excrementa, per quem meatum vacuentur: ac vide, num aliquid essentiæ ab affecta parte secernat. Postea etiã, vtrũ omnino incocta sint ipsius excremẽta, an mediocriter cocta. Ac tũ, quibus ex ea vniuersum corpus, quibus priuatim quædam corporis partes fruantur: quod partim ab actione, partim à colore & figura, deprehendes. Esto enim, vt quispiam inter respirandum in notharũ costarũ loco doleat, non protinus hunc esse pleuriticum suspicari debes, sed in primis quidem, an tussiendo aliquid expuat, intueri: id enim si coloratum, vt dictũ est, videris, tum ipsum pleuriticum esse dices. Quòd, si tussiendo nihil oĩno expuat, fieri potest, vt nihilominus pleuriticus sit ille quidem, sed inflammationẽ habeat & incoctam & strictã adeo, vt nihil ab ea foras eijci possit: ac fieri quoq; po-

A.l.3.f.10.t.4. c.1.fo.168.e Et.c.2.f teſt, vt ob hepatis″inflammationẽ dolor in iam dicta sede excitetur, intentis enim intro vinculis, quibus non nullorũ iecur costis alligatur, contingit dolorẽ ad succingentem costas membranã

A.ibidem.f peruenire. Verũ″nequaquã similis est pulsus in hepatis & membranæ costas succingentis inflãmatione: ac ne alui quidẽ sedimẽta similia sunt: q̃q̃ non in qualibet iocinoris inflãmatione eadem sunt, sed in ijs affectibus, qui, pprie iecorarij nominãt. Igitur, in quibus nihil excernit, à quo indicium aliquod sumi possit, satius fuerit præcordiorum dextram partẽ tangere: q, si nullus apparet

tumor,

tumor, ne sic quidem desistere oportet: quippe fieri potest, vt in sola sima hepatis parte sit inflammatio: potest et in gibbis partibus, sed non in omnibus, verum in ijs duntaxat existere, quæ à nothis costis conteguntur. Itaq; laborantem, vt vehementer respiret, monere oportet: deinde interrogare, num grauitatem sentiat, aut suspēsam à superioribus, aut incumbentem vicinis. "Non nūquā sanè, quibus illic est tumor præter naturam, ij difficulter spirant ob septi transuersi angustiā, & ab exigua tussi irritantur. Ergo in huiusmodi dispositionibus, solidum firmumq; discernendi iudicium per omne tempus morbi, à pulsu sumēdum est: deinde tractu temporis reliqua quoq; accidentia consideranda sunt: nam & linguæ & vniuersi corporis color alteratur, vbi hepar vitiatum est: sicut rursus thorace affecto tussis increscit, atq; tempore omnino apparent ea, quæ tussien do expuuntur. Igitur, quemadmodum fieri non potest, vt illæsis spirandi tum partibus tum instrumentis difficilis fiat respiratio: accidit autem interdum nullo existente in ipsis proprio morbo, sed transuerso septo aut detracto aut oppresso, vt homo difficulter spiret: ita etiam vsu venire solet in ea sede, quæ principem in se animæ facultatem continet: nam, cum & scientia & opinio atq; cogitatio omnis in ipsa consistat, si harum aliqua læsa videatur, protinus ipsam quoq; affectu quopiam laborare arbitramur. Nam, vbi vel in pleuritide vel peripneumonia delirium incidit, nemo vel à costa vel à pulmone accidēs hoc prouenisse dixerit: quippe vniuersi eam partem, in qua princeps animæ vis residet, simul affectā eē putant, ac nituntur modum consensus sectæ suæ conformem ostendere: verum in alijs affectibus non consentire, sed primogenio ipsam affectu laborare aiunt, veluti in lethargo & phrenitide: at vero vndiq; affici, vbi propriarum ipsius actionum aliqua læditur: proprias autem actiones dico, quæ per nullam aliam partem, vt per instrumentū, fiunt. Nam re vera & videre illam & audire haudquaquam negandum est, sed videre oculis, & audire auribus: atqui, vt cogitet, & reminiscatur, & existimet, & eligat, neq; oculis, neq; lingua, neq; alia quapiam parte vtitur. Quòd, si hæc animæ pars ita est in continente ipsam corpore, vt nos in domo aliqua, in primis fortasse nullam ei noxam afferri putaremus à loco: quoniam vero ipsam lædi videmus, quomodo lędatur, esset inuestigandum: Si vero veluti forma quædam corporis est, ab ipso inseparabilis, eam lædi non inficiaremur ob suscipientis ipsam corporis alterationem. At, quia de hac re inter philosophos ingens pugna est, alijs eam veluti in domicilio contineri dicentibus, alijs vero ipsam corporis formam esse putātibus, idcirco, quomodo lædatur, inuentu perdifficile est. Quòd vero lædatur, ab experientia discere licet: etenim, vbi fracto capitis ossi terebra adacta est, si quis vehementius comprimat, protinus sensum omnem & motū amittit laborans: quin etiam, si inflammatio quædam oriatur, hæc etiam euenire interdum videmus: & cogitationis læsio perpetuo euenit. Præterea non nulli per vehementem capitis vstionem delirauerunt: atque per fortes ictus capiti adactos, sępenumero caros id est soporem sequi videre est. Multi quoq; affectus in capite consistentes, cōgitationem haud obscure vitiant, adeo, vt etiam populares, quū aut delirare aliquem aut cogitationem quomodolibet affici conspiciunt, capiti remedia adhibenda esse censeant. Verum enimuero, q; principium sensus & motionis ab impetu prodeuntis, sedem in cerebro habeat, & q; hoc à membranis (Græci meninges vocant) contegatur, id in alijs commētarijs quàm verissimum esse declaratum est: Nunc vero, quomodo distinguantur affectus primitiui ab ijs, qui per consensum eueniunt, considerandum est: nam huiusmodi speculatio proprie ad hoc nostrum institutum pertinere videtur, & quidem non sine manifesta vtilitate: quippe q; ad curandi rationem in primis pertinet, cui nam parti remedia sint adaptanda, cognouisse. Nam per solum consensum læso cerebro, si ea pars, quæ primitiuo affectu laborat, fuerit curata prius, q; cerebro propria aliqua eueniat dispositio, nullum in ipso relinquitur accidens: quòd, si ex consensu aliqua permanens fiat in ipso dispositio, tum non solum parti, quæ primitiuo affectu laborat, sed capiti quoq;, remedia adhibere oportet. Ob hæc autem ipsum exacte definire, vtrum cerebrū an membranæ ipsius primitiue afficiantur, haud magnā vtilitatem afferre potest: in vtraq; enim dispositione capiti auxilia adhibentur. Igitur huic rei non ita vehemens studium adhibere oportet, sed morbi potius essentiam, qualis sit, inuenire: quippe humidū exiccare, aridum humectare, frigidum calfacere, calidum refrigerare opus est: Ac, si coniugatus fuerit affectus, per contrariam coniugationem ipsum curare conuenit: vt calīm & siccū, humectare & refrigerare: humidum frigidūq;, exiccare & calfacere: atq; in reliquis duabus coniugationibus ad portionem: ac in cæteris morbis omnibus eadem ratione similiter facere, quorum vniuscuiusq; speciem in libro de morborum differentijs persecuti sumus. Quum itaq; & cerebri & membranarum eius ijdem morbi simili curatione indigeant, logica magis, quàm ad curationē vtilis, esse videtur quæstio, in vtro illorum contineatur princeps animæ facultas: verum, an in corde sit ea facultas, longe diuersa atq; omnino re differens est quæstio. Esto enim, vt à flaua bile in corde & accumulata & putredine affecta, phrenitis sit excitata, non'ne delirare videbitur is, qui caput "oxyrhodino {id est oleo rosaceo cum aceto} perfundere iusserit? nam, si hoc pręsidio phrenitidis causa sanari possit, non capiti, sed thoraci ipsum adhibere debuerat: neque vniuerso thoraci, sed illi duntaxat parti, in qua cor continetur. Hæc igitur recte à nobis definita sunt, atq; hoc item, quòd non solum affectum locum, verum etiā causam illi noxam inferentem, considerare oportet: vt exempli gratia, delirium est

E A.l.3.f.10.t.3. c.1.fo.264.d F G H A.l.3.f.1.t.3. c.3.fo.197.g

A est accidens eius actionis, quæ à loco† mentis compote} prodit: similiter coma & sopor, sed à contrarijs causis oriũtur. Quippe & vigilias & deliriũ causa potestate calida efficit: at, quotquot somnolenti & comatosi sunt affectus, omnes à frigida causa proueniunt: id, quod ex medicamentorũ natura plane discere licet: quippe frigida stuporem soporemq́;, calida vero vigilias & varias motiones inducunt. Sed quid opus est fortia medicamenta memorare, cum quotidie videamus & lactucas, & potabilium calidarumq; aquarum balneas, & vinum modice dilutum, somnum inducere reliquorum medicamentorum exemplo, quæ & humectare & refrigerare possunt: quæ vero his contraria sunt, vigilias excitare? Itaq; tenuis ratio victus, & vinum meracius, vigilias inducũt: idq; multo magis, cum vinum meracum aut suapta natura fuerit calidum, aut valde antiquũ, veluti apud nostrates Pergami olim accidisse memoriæ proditum est: neq; absurda videtur historię ipsius narratio. Grãmaticus quidã singulis diebus balneum petens, vnũ ex pueris secum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem seruaret: atq; ea, quæ ad victum essent necessaria, præpararet. Puer itaq; domum custodiens, quum vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aquæ copia, vinũ antiquũ liberaliter potauit: atq; ex reliquo tpe vigil omnino permansit: postea correptus febre, vna cum vigilijs oborto delirio perijt. Cæterum animantia, quæ frigidiori sunt natura, p

l.3.f.1.t.1.c.7 ...0.184 a — ...l.1.f.3.d.2. ...5.fo.61.e

† ... est in impressis quam dictionẽ alij vertunt mentis impote. Copus tamẽ videtur ... interpretem imitatus, qui habet, Alienatio est accidẽs sequẽs læsionem loci rationis.

B hyemem ob frigoris vim, perinde, ac si mortua essent, latitare solent. Atq; tum viperas quoq; videas, si manibus tractentur deferanturq́;, haudquaquã mordere: nam per æstatem tum hoc animal, tum serpentes reliqui oẽs, maxime sub caniculę feruore, quũ vehementer æstuant, furorem præ se ferre videntur adeo, vt ne exiguo quidem momento quiescere possint: Quod intelligens Nicander sic de cenchride cecinit:

" Non temere offendas calcando cenchridis artus,
" Dum furijs agitur.

Verum de his alibi pleniorem inuenies & enarrationem & demonstrationem. Siquidem calida causa motum excitat, atq; idcirco vigilias affert: frigus aũt, ociosum & ad motiones pigrũ reddit animal, ob idq; somnum comaq; inducit. Igitur, qui hęc intelligit, quum per ardentium febrium vigorem hominem viderit & vigilare & delirare, deinde inclinãte iam febre & dormire & recte sapere, in capite nullam propriam esse dispositionem, sed à febris abundanti calore delirium fieri existimabit. Sic etiam in peripneumonia, & laterali morbo, quum ad vigorem febris peruenerit, delirium sequi solet nullo existente in capite proprio affectu: quippe tum affectus proprius esse putandus est, cũ permanere in parte quapiam conspicitur. Vnde, si in laterali morbo permanens

A.l.1.f.1.d.6.c. 1.fo.16.f

C eueniat delirium, caput proprium habere morbum perpẽde ita, vt, quamuis lateris morbus quiescat, possit tamen capitis morbus permanere: sæpenumero enim vidimus bubonem ob vlcus aliquod obortum, vlcere curato deinde diutius infestare. Ergo, quum pars aliqua simul cum alia sic afficitur, vt irritata quidem vna, altera vehemẽtius molestetur, remissa vero irritatione quiescat, eam per consensum affici putandum est. Hæc quidem vna coniectura cõis est: sed de cerebro, vt dictum est, proprium sumitur indicium, si non assidue delirium permaneat, sed auctam febrim sequatur. Atq; eadem ratione fieri solet, vt, quum febrium accessiones irruere incipiũt, sopore & comate grauentur laborantes, q̃ hoc tempore cerebrum vehemẽter refrigeretur: quippe quod alioqui paratissimum est, vt noxam huiusmodi subeat, quum intemperiem habeat frigidam, nõ vero tantam, vt hæc sola prædictorum accidẽtium possit esse causa: sed, quum accessio ab initio processerit, frigus adeo increscit, vt cataphoram vel soporem queat inducere: id vero, vt dixi, fieri consueuit vel ab intemperie frigida, vel a pituita in cerebro exuperante.

A.l.1.f.2.d.3.c. 1.f.43.h. Et 44. 1.E.45.b — A.l.4.f.1.t.2.c. 5.fo.417.g

GALENI DE LOCIS AFFECTIS

D

LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Reiectis veterum erroribus, ad dignoscendos Cerebri affectus pertransit.

Quo pacto Partem lædi ac affici contingat, ac quot modis afficiatur per consensum. CAP. 1.

DE affectis locis (sic enim vocant corporis partes) pauci admodũ medici scribere aggressi sunt, ac multo plura, q̃ attigerint, omiserũt. Itaq; cęteris silẽtio p̃teritis, vnius Archigenis, haud indigni, qui oĩbus p̃ferretur, meminimus. Diximus aũt eum sermonẽ, quo ipse asserit actiones quasdã lædi illæsa ea corporis particula, q̃ ipsis deputata est, distinctione egere: defendi enim posse, si pars p alterius cõsensum lęsa, nõ dũ p̃manentẽ habeat dispositionẽ, sed, veluti vmbra quędam, vt ipse dicebat, ei hęc ipsa insit affectio. Nam, si ad ignẽ quis propius accesserit, vt fere comburatur, non tamen adhuc comburatur, dolebit quidem vehemẽter, sed ea, q̃ calefit, parte nihil adhuc patiente. Sic etiam, vbi ambiens aer vehementer frigidus, aut aqua exacte frigida,

frigida, aut nix infestat, grauis admodum dolor excitatur: atqui ablata re, quæ nocuit, protinus cõ E
quiescit affectio. "Quamobrem satius fuerit, vt dicamus (veluti & ipsum indicat nomẽ) affici quo-
dammodo eam partem, quæ alteri consentit: neq; enim pars, quæ nihil patitur, sed ea, quæ cũ alia
patitur, consentiẽtis vocabulo significatur. Itaq;, quum affecto stomacho oculi similibus infestã-
tur casibus, quales in suffusionibus apparere solent, dicendum est illos pati elato ad cerebrum ab
humoribus in ventriculo contentis fumoso quopiam vapore: non tñ adeo afficiuntur, vt ablata
re, quæ molestiam intulit, propria curatione egeant. Verum hmõi disputatio, vt dixi, ad logicam
potius pertinet: quæcunq; enim quæstiones vsum transcendunt, qualis sit rerum natura secundũ
propriam essentiam, indagantes, haud dubie logicæ esse censentur. Sic etiam Chrysippus philoso-
phus de animi passionibus scripsit vnum quidem de curãdi ratione librum, quo scilicet maxime
ad earum curationem indigemus: cui tres alios subiunxit, qui logicas cõtinent questiones. Quod
autem melius fuerat, & huic nostro instituto cõmodius, Archigenes parũ exacte declarauit, quot
certe modis actio lædi possit: sic enim & primario affectę partes, aut proprio vitio laborantes, aut
quomodocunq; quis nominare voluerit, deprehendantur, & curandi ratio abunde nobis suppe-
ditari possit. Ego vero in vocalibus instrumentis id iam exposui: ac in eo quoq;, qui in manu sen-
sum amisit digitorum, ipsis non affectis, quippe inuenta in dorsi initio pars, quæ primo afficieba- F
tur, idoneam curationem ostẽdit. Sed aliter eueniunt suffusionis accidentia affecto ventriculo:
atq; aliter ei, qui ab alto decidit, nullo existente in vocalibus instr̃is vitio, vox offensa est: deniq;
alia consensus specie laborabat is, cuius digiti sensum amiserant: Siquidem oculi vexabantur, ꝙ
ascenderet ad eos aliquid: vox autem, quòd materia eius esset oblæsa: sed digiti idcirco torpebant,
ꝙ sentiendi facultas ad ipsos non descendebat. Proindeq; satius fortasse fuerit, vt vocalia instrumẽ-
ta digitosq; nulla prorsus affectione laborasse existimes, q̃; oculos: nam his affectus ipse inest, ꝙ fu-
mosa quadam exhalatione replentur: vocalium vero instrumentorum atq; digitorum officium
læditur, non ꝙ veniat ad eos quippiam præter naturam, sed ꝙ careant eo, quod secundum naturã
ad ipsos peruenire solet. Sanè vis sentiendi digitis nõ influit, exortu nerui iuxta spinalem medul-
lam læso: neq; guttur resolutis intercostalibus musculis efflatum spiritum recipit: nihilominus re-
cte dixeris in ipsis hanc esse passionem, ꝙ non perueniant ad ipsas partes ea, quæ antea, quum se-
cundum naturam se haberent, venire solebant. Etenim fontes affici haud absurde putaueris, si nõ
perueniat ad ipsos aqua: sic cerealium quoq; frugum è terra prodeuntiũ, squallor immodicus paſ-
sio est: & animalium, cibi potionisq; penuria: nam, quod alicui ad naturalem eius gubernationẽ
quomodocunq; deficit, ipsum sanè quispiam passionem illius merito putarit. Sed huiusmodi quę- G
stiones (vt iam dixi) ad logicam potius pertinent.

Quàm multa posthabeant medici, qui sectis addicti sunt, ac de Remedijs ex vera demonstratione inueniendis. CAP. 2.

CÆterum magna medicorum pars negligit eas considerationes, quæ vel læsis, vel deperditis
actionibus necessaria sunt. Quum enim duæ tres've fuerint aliq̃n huiusmodi actiones, acci-
dit interdum, vt vna particula affecta reliquæ illi cõsentientes in suis actionibus simul lædantur:
interdum vero, vt oẽs eodem modo afficiantur. Atq; accidit interdũ, vt harum aliquæ dispositio-
nem habeant (vt ita dicam) hecticã {.i. quæ tenaciter hæret: } reliquæ vero (vt sic dixeris) cata sche-
sin {id est, quæ facile discutitur: } de quibus secundo libro de viuorum dissectione, atq; in eo, qui
hunc præcedit, iam diximus, ac non nihil in sequentibus quoq; dicemus, vt videlicet futurum ser-
monem, qui sine hmõi distinctionibus explicari non põt, perficiamus. Sed iam enarrare aggre-
diamur id, quod admodum vtile fuerit prædixisse ꝑp eos, qui verbo quidem demonstrare nitunt̃
affectorum locorum inuestigationem medicis esse necessariam, opere vero illam euertunt: atq;
vnum aliquem affectum pro exemplo sumamus, sitq; is pleuritis, in qua latus esse affectum do-
lor ipsius declarat. Sed, vtrum, quæ succingens appellari solet siue membrana siue tunica (nihil H
enim refert) inflammetur in pleuriticis, an alia quædam laterum particula: præterea vtrum pul-
mo secundum fibras necessario afficiatur, an omnino affectionis sit expers, scire, nihil ad rem per-
tinere autumant ij, qui vsum & experimenta præferunt. Dicũt enim multos se vidisse pleuriticos
tum à præceptoribus, tũ à se ipsis curatos, obseruatis ijs præceptis, ‖ quæ ab Hippocrate in libro de
ratione victus in acutis morbis præscripta sunt: Item, quid ipsis prosit & quid noceat, noscere: di-
stinctionesq; græce διορισμὸς, habere, quæ ex signis euidenter apparentibus in memoriam reuo-
cent, cui venam secare oporteat, & cui non: Insuper de fomentis, cataplasmatis, victus ratione, alui
ductione, nihil sibi ad completam notitiam deesse, idq; ex longa experientia: Igitur, quid vel Hip-
pocratem vel alium quempiam illo priorem induxerit, vt hæc inueniret auxilia, se penitus igno-
rare: satis ipsis esse, si iam dictis remedijs commode vtantur: id quod alios quoque artifices facere
videmus, neq; enim faber, siue lignarius siue ærarius, neq; cerdo, quo pacto artes suæ fuerint inuẽ-
tæ, inquirunt: sed à præceptoribus edocti, vsu eas probant & confirmant, atq; sic clarum nomen
assequuntur. Equidem, vt verum fatear, quum medicos, qui se empiricos ab experientia nomi-
nant, talia proferentes audio, inducor certe, vt probabiles putem eorum rationes: videnturq; mi-
hi dogmatici contra illos parum idonea se responsione tueri. Proinde, vt cæteris in rebus om-
nibus

A.l.1.f.2.d.3.c. 2.fo.43.h.Et.l. 3.f.1.t.2.c.6.fo. 190.c

De vict. rat. in morb. ac. cõ. 1. Et. 2. 7d. 110. h Et li. 2. de morbis.

A nibus temerarium assensum semper refugi: ita de his in inuestigandis singulorum morborum re
medijs, diu multumq; apud me inquisiui, an logica indicatione indigerem: an sufficerent ea præ-
cepta, quæ ab experientia, & à præceptoribus, atq; ex me ipso didiceram. Igitur ea, quæ diutina in-
quisitione optima iudicaui, ita me dij ament, veritatis amatores docere non grauabor. Nihil enim
causæ est, quamobrem mentiar: quod facere solent ij, qui vni sectæ addicti, omnem ex ipsa gloriã
quærunt: quippe contentiose eos defendere oportet eam sectam veram esse, quam vnicam noue
runt, nam ex nullo alio disciplinarum genere gloriam sperare possunt. Ego vero re ipsa, & publi
ce & priuatim, apud eos videlicet, qui sectam quamlibet à me discere cupiebant, ostendi in omniũ
sectarum scientia (ne maius quicquam dixerim) me esse posthabendum nemini. Quòd, si vni se-
ctarum patrocinium ferre velim, quamuis ex tempore ac pro re nata dicendum fuerit, haud tamẽ
facile ab aliquo conuinci me, rationum penuria, patiar. Non enim (vt non nulli faciunt) ex libris
eas didici, sed præstantissimis in vnaquaq; secta præceptoribus vsus sum. Neq; sanè odisse possim
empiricos, quorum sermonibus sum institutus: neq; vllos dogmaticos: pari enim studio oĩbus
dedi operam, versatusq; sum cum præstantissimis in vnaquaq; secta præceptoribus. Itaq; innotui
Romæ, tum primoribus eius vrbis ciuibus, tum Imperatoribus deinceps omnibus, & quidem ob
B artis opera, non ob sophisticas rationes. Quamobrem nihil prohibet, quo minus de vnaquaq; se-
cta vere dicam ea, quæ sentio. Igitur per artis exercitationem comperi eam remediorum inuentio
nẽ, quæ ex vera indicatione procedit, in ijs, quæ raro accidunt, empiricæ cognitioni præstare. Vn
de multos morbos curaui maxime contrarijs præsidijs, interdum ijs, quę experientia & vsu cogni
ta sunt: quæ quidem in libro de curandi via & ratione latius explicaui.

Quibus Preceptis vtendum ad sedem affectam, & eius affectionis remedia inuenienda. CAP. 3.

NVnc vero ea dumtaxat perstringam, quæ nostro proposito magis accõmodata videbũtur.
Nam comperi læsas actiones non solum ob similares, à quibus eduntur, ægrotãtes: verum
etiam ob alias particulas, quæ, licet actionem non habeant, vsum tñ quendam præstant. Sic etiam
instrumentalium partium morbos, actioni nocentes deprehẽdi: quibus præcognitis inueni dein
ceps morbos quosdam continenter plurimos homines infestantes, alios vero raro accidentes.
At conspexi empiricam medicinam, non quod raro, sed quod crebro accidit, in memoria & imi-
tatione collocare: quocirca dispositionum raro euenientium nõ solum curationem, verum etiam
præuenientes ipsarum notiones, negligere. Proinde primum inuestigaui, quõ cognoscendæ sint:
C inueniq; earum quasdam scientifica deprehendi posse notitia: non nullas vero artificiosa vocata
cõiectura, atq; idcirco ipsas magna ex parte rectas, eiusmodi enim est artificiosæ coniecturæ vis.
Verum & has ipsas, & dispositiones eis priores, quæ videlicet scientificam notitiam admittunt,
indigere semper inueni affectarum partium notione. Itaq; medicinã hoc pacto professus vsq; ad
senectutem, nullam in hodiernum vsq; diem calumniam subij neq; curando neq; præsagiendo,
id quod celeberrimis quibusdam medicis interdum accidere memini. Quòd, si quis gloriam ab ar
tis operibus, non à sophisticis sermonibus, assequi voluerit, is nullo negocio facili compendio col
ligere poterit ea, quæ per omnẽ ętatem diligenti inquisitione inueni: idq; sibi persuasum habeat
hac via & ratione medicamẽta me inuenisse, quibus morbos raro euenientes curarẽ, quum antea
neq; præceptorem vidissem huiusmodi morbos curantem, neq; ipse aliquod expertum haberem
remedium. Sint igitur huius sermonis dij immortales mihi testes. Quippe vitiata actione, semp
inuestigare studebam, quæ nam sedes vel ipsa afficeretur, vel alteri consentiret: quũq; eam inue-
nisse persuasum mihi esset, tum dispositionem quęrere: atq; ex his statim vtrisq; totius curatiui ge
neris indicationem sumere, simul remediorum & quantitatem, & qualitatem, & idoneam mate-
riam inuenire. Præterea cum prædictis & ętatem, & naturam laborantis, tum anni tempus, & re-
D gionem, & id genus alia, quorum in Hippocraticorum librorum enarratione memini, perpẽdere
operæpretium ducebam. Verum superioribus duobus libris hunc præcedentibus (nisi fluxa ad-
modum fuit memoria) didicistis affectas sedes quinq; modis posse deprehendi, nempe ab excre-
tis, atq; ijs, quæ affectis partibus adnascuntur, item actionum læsione, quibus connumerantur &
color præter naturam, & figuræ. Sed excreta trifariam diuiduntur: aliquando enim affectarum
sedium partes, ipsarum videlicet essentia vel soluta vel confracta, excernuntur: interdũ ea, quæ in
ipsis continentur: non nũquam aliquid, quod morbosas dispositiones sequitur, idq; vel solas, vel
semp, vel magna ex parte. Cũ itaq; in quibusdam affectibus nulla alia mihi pateret via, sola actio-
nis læsio satis conducebat ad affectarum partiũ inuentionem. Igitur, cum deperditam cuiusdam
memoriam restituere oporteret: essemq; adhuc iunior: ac neq; præceptorem vnquã vidissem, qui
hmõi affectionem curasset, neq; apud vllum antiquorum curationem legissem: primum quidem
apud me ipsum inuestigaui, quæ nã pars esset affecta, cui topica idest localia vocata remedia adhi-
berem, prius videlicet vniuersi corporis curatione præmissa (id enim cõe præceptum est, quod in
omnibus morbis obseruare oportet:) deinde, qua via & ratione, remediorum singula inuenire.
Cæterum affectã sedem eam ipsam existimaui, qua princeps animæ vis continetur: medicamenta
autem ea adhibenda esse, quæ huius sedis dispositioni aduersaretur. Interim oratos habere velim
omnes,

omnes, qui in horum cõmentariorum lectionem inciderint, vt scabiem, vel rabiem, vel insaniam, E
quam de sectis conceperunt, deponant: deinde sic, vt probos viros decet, dicendorum seriem con
siderent. Equidem, quum ea, quæ iam supra proposui, perpenderem, accepi Archigenem librum
quendã de oblæsæ memoriæ instauratione ædidisse: quocirca omnes bibliothecas ilico percurri,
cõueniq; bibliopolas omnes, atq; medicos quoq;, quos scriptorum eius viri studiosos esse sciebã,
quo eius libri copia mihi daretur, vt mihi quidpiam conferret ad remediorum, non ad loci affecti,
inuentionem: ꝙ plane scirem nullam aliam à corde sedem huic affectioni ipsum destinasse, secta
ipsius constanter defendente principem animæ vim in ea parte sedem sibi vendicare.

Quàm absurda sit deperditæ memoriæ curatio ab Archigene conscripta. CAP. 4.

POrrò intelligere cupiebam, quod intemperantiæ genus, eius affectionis causam esse putaret:
neq; enim dubitabam, quin distemperantiam aliquam pro causa afferret, vtpote qui sectam
eius non ignorarem. Sciens itaq; octo intemperantiæ genera in qualibet particula posse cõsistere,
quatuor simplices, & quatuor compositas, noscere cupiebam, quod intemperantiæ genus Archi-
genes læsæ actionis causam esse declararet: frigus'ne, an humiditatem spiritus in corde, an compo
situm ex frigore & humiditate, aut ariditatem cum frigore, putaret huiusmodi posse affectionem
producere: etenim manifestum erat eum in hac re nihil tribuisse calori. Sed, quid demũ mihi acci F
derit, ijs, qui huius sectæ insaniam absterserint, deinceps narrabo: vbi primas dictiones adscripse-
ro eius libri, in quo Archigenes curationem scribere aggreditur deletæ recordationis, siue obli-
uionis, siuæ memoriæ amissæ, aut læsæ, vel vtcunq; eam, quam supra proposui affectionem, nomi-
nare volueris: aut si non affectionem, sed morbum, aut accidens, aut infirmitatem appellaueris: ta
lia enim à sophistis tractantur, quæ ne minimam quidem vtilitatem ad curationis rationem affe-
runt. Verùm, quo clariora reddantur ea, quæ posthac dicemus, hoc prædicere necesse erat, Archi
genem vndecim libros epistolarum scripsisse, in quorũ primo extat ad Marsum epistola, qua con
sulit, vt patri memoria restituẽda sit: atq; ab initio statim post procemium, vbi curationẽ tractare A.l 1.f.4.c.21
incipit, ita ad verbum scriptum est: Detractionem igitur sanguinis moderatã, & eiusdem iteratã fo.8.g
detractionem fecisse vos incipiente interceptione, mihi persuadeo, nisi imbecillitas quædam obsti »
terit. Deinceps rursus: Puto autem, ꝙ & irrigationibus opportune vsi fuistis, & fotibus totius cor »
poris, & capitis derasione, & cucurbitularum appositione. His ita lectis (vt verum fatear) obscu »
ra vertigine conturbatus sum: idq; nõ ab re, ꝙ spe quam de viro conceperam, frustratum me vide A.l.1.f.2.d.2
rem: quippe qui millies in multis commentarijs suis, affectorum locorum, atq; dispositionis ipso- 1.fo.40.b
rum scientiam, necessariam ad rectam curationem esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde conseque- G
mur, nisi ab ipsis ad remediorum inuentionem dirigamur? Qua igitur ô Archigenes probabili ra
tione persuasi, caput aggrediemur relicto corde, cuius congenitum quoddam opus memoria est:
affectus vero actionis, eius est deperditio? quam dispositionem sanando, cucurbitula capiti adhi-
bita, memoriam reuocat? qua ratione huiusmodi suades remedia? Ita nunc quoq; inter visitãdum
ægros, per cões consultationes, video medicos ad inuicem interrogantes, qua ratione hoc potius,
ꝗ illud, adhibere suaserit: atq; hi ne minima quidem negligunt, tãtum abest, vt tam grãdia, qualis
est cucurbitula capiti adhibita, prætereant. Neq; video, si thoraci è regione cordis fuisset adhibita,
qua ratione Marsi patrem iuuare potuisset. Præterea proposita iam verborum series nõ explicat,
vtrum concisa ante scalpello, an integra cute, cucurbitulas thoraci aptatas fuisse voluerit. Si enim
forte fortuna, vt non nunquam euenire solet, frigida aridaq; fuerit dispositio, sanguinis quidẽ de-
tractio ad extremũ ducit periculum: solæ vero cucurbitulæ non alio nomine, ꝗ caloris excitandi
gratia, vtiles esse censentur: cucurbitulæ enim attrahunt ad sese humorem ex imo, id quod aridæ
dispositioni maxime aduersatur. Ignota itaq; adhuc existente dispositione, quæ vel caput vel mẽ-
branas ipsius afficit, haudquaquam tutum fuerit in exteriores caluariæ partes materiã retrahere.
Sic enim prædicere debuerat: Si frigida humidaq; affectio fuerit, capite hoc modo disposito, cura H
tionis summam in calfaciendo exiccandoq; statuere, atq; præsidiorum materiam, quæ huiusmodi
habeant facultatẽ, adhibere oportet. Quumq; vix ex obscura me vertigine recollegissem, sequen-
tia etiam legere aggressus sum, inuenire me posse sperans, si non per ordinem, saltem sine ordine,
huiusmodi aliquem sermonem, qualis is erat, quẽ nuper exempli causa percurrimus. Deprehendi
itaq; vniuersum præsidiorum catalogum, vehementer calfacientẽ & exiccantem, adeo, vt totum
caput & ipso ẽt sinapismo à se vocato calefaceret, & eo quidem ipso vehemẽtissimo: quippe abla
to sinapi, caput nitro conspergere, mox aqua calida rigare iubet: quo medicamine nullum in arte
medica violentius inuenies, siquidem dolorẽ, veluti cauterium, excitat, sed diutius durat eius ope
ratio. Itaq; Archigenes inferens, inquit: Igitur intolerabilem habet dolorẽ, neq; vlli vel maximo »
rum præsidiorũ cedit hoc medicamentũ. At vero ex sinapi, nasturtio, grano cnidio, vua taminea »
(staphidagriam Græci vocãt) apophlegmatismos instituit: ac sternutamẽta mouere, & potiones
propinare iubet, vtraq; ex vehementer calidis aridisq; medicamentis componens: vt facile cõstet
ipsum credidisse, ad humiditatẽ & frigiditatem vel cerebri vel membranarum, hanc dispositionẽ
pertinere: neq; enim hmõi dispositio, si caluariam tantũ affecerit, hominem memoria priuabit.
Verũ hæc obiter propterea dixerim, ꝙ exiccantia calorificaq; remedia inducit: quãquam nusquã
ab ipso

A ab ipso explicatum est,humore frigoreq; obliuionem constare.Quis igitur non indignaretur videns caput tantis vexari negocijs,alia videlicet parte affecta? Cæterū id, quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, postea pergēs huiusmodi verborum serie manifestissime declarat:
« Iritationesq; ex sinapi & cucurbitulis leuibus, sepius quidem mitibus, interdum autem admo-
« dum validis facere oportet: efficaciores autem sunt illæ, quæ cum scarificationibus adaptantur.
Verum ô clarissime Archigenes,nulla tibi suffragari ratio potest, quamobrē capiti ista adhibeas, si affectio consistat in corde: neq; ab experimēto,vt interim empiricos alloquamur, talia possunt inueniri. Æstuans quispiam sub ardente febri, frigidam aquam per intemperantiam ingessit, & non nihil præsidij expertus, medicis imitationis viam sine rationali indicatione aperuit. Cucurbitula vero,nulla occasione duce, sed sola indicante ratione adhibetur: neq; enim sua spōte cucurbitula vnquam gigni,neq; etiam,si hoc detur,per occasionem aliquā capiti applicari potuit,præsertim in ea affectione,quæ raro euenire solet. Interroganti igitur mihi nostræ tempestatis medicos, præcipue senes & exercitatos, curassent'ne vnquā huiusmodi affectum,omnes pene respon- derunt nunquam id se tentasse,vno duntaxat excepto,qui diceret curationem quidem aliquando se aggressum,nihil vero profecisse. Quo pacto igitur eorum,quæ casu quodam accidunt, auxilia,
B vel experimēto vel imitatione cognoscemus,cum raro eueniat huiusmodi affectus: neq; fieri possit,vt cucurbitula per occasionem capiti adaptetur? Frigidæ enim potio, cæteraq; id genus remedia,quorum quotidie in multis creberrimū facimus periculū, per experimenta inueniri possunt: sed cucurbitulæ appositio,siue concisa prius cute siue ea integra fiat,ab experientia occasionē accipere non potuit: quum enim aliarum affectionū multarū sedes affecta,quamuis nō exacte,ad inuentionem tn̄ remediorū satis,sensibus dignoscatur,in memoria id conceditur minime. Alias dico affectiones,vt lateralem morbum,peripneumoniam,nephritidem,dispositionē colicam,hepaticā,splenicam,aut vesicæ, aut vteri affectus,atq; id genus ceterarū partiū: in quibus omnibus & dolores,& ea,quæ per meatus excernuntur,& si non exactissime, saltem in latitudine sedem affectā declarant. In laterali enim morbo facile est vniuerso lateri adhibere, quicquid volueris: similiter vētri in colica: quēadmodum,si hepar aut lien inflammetur, præcordijs: atq; haud secus in cæteris partibus: Deperdita vero memoria nullum affecti loci signum,neq; tumor præter naturam, neq; dolor aliquis, neq; excretio, neq; aliud quippiam extat: quēadmodum neq; in melancholia, phrenitide,mania,morbo comitiali,lethargo,sopore,& in ea affectione,quam recentiores medici catochen{.i.vigilantem soporem}nominant,atq; catalepsi{idest occupatione:} Ac ne in totius
C corporis spasmis,vel in saltibus,vel in dimidij corporis paralysi,id,quod veluti radix est,vllum signū prodit vel ex tumore præter naturam,vel ex dolore,vel ex colore mutato,vel ex aliquo excretorum. Quare neq; in his Archigenica remediorum inuentio fieri potuit,siquidem nugaces sunt empiricorū occasiones,atq; Archigenis sermo nos ducit ad cor. Verū concedamus ab experientia dictarum affectionum auxilia prodijsse,nunquid non manifeste deprehendetur falsa illorū arrogantia,qui dogmatici vocantur? ac ne simplex quidem illa reprehensio erit, sed gemina, atque vtraq; fortis. Si enim vsq;adeo vtile est experimentum,vt non solū citra rationem inueniat remedia,verum etiam coarguat rationem tāquam aperte falsam, tm̄ abest, vt ratio dogmaticis medicis sit vsui,vt etiam nocere videatur. Sed (vt aiunt) satis reprehēditur id, quod inutile esse ostenditur: quod,si ratio etiam nocere videatur,quod maius argumentū desideras,quo rationis vitium osten datur? Porrò multas de principe vi animæ rationes,dialectico more interrogando inductas, vnà cum affectorum locorum vsu, quibus euincere possis in animalibus affectibus auxilia cordi adhibenda esse, ita subito contempsit Archigenes, alioqui in curandi ratione exercitatissimus,vt neglecto pectore,capiti cucurbitulas adaptaret: ipsumq;,licet haudquaquam affectum, & incideret & vreret. Num igitur per Iouem mentitus sum paulo ante, cum dicerem rationalem viam, quod
D ad remediorum inuentionem pertinet,omnino prodi, ab iis scilicet,qui patriæ, q̃ sectæ suæ, proditionem æquiori ferrent animo? quippe proditionem esse arbitrātur,si vera dicendo dissentiendum sit ijs,quibus ea secta defenditur. Igitur,vt in præsentia turpem contentionem manifeste declarant, sic etiam haud obscure dementiam suam produnt,cum putant omnia sua decreta turbari, si aliquando vel in vno reprehendantur. Placitorum enim alia mutua consequentia cohærent, alia inter se pugnant,alia neque consequūtur sese,neq; pugnant necessario,vt in hac ipsa de principali animæ potestate, quæstione. Siue enim in corde,siue in capite,sedem eis statueris, poteris de naturæ elementis, quamcunq; volueris, eligere opinionem, cum priore sententia neq; pugnando, neq; consequens aliquod adducendo: haud secus de generatione quoque & corruptione, de animæ essentia, de dijs, de prouidentia, de fato: item genitus'ne sit mundus an ingenitus, finitus an infinitus: præterea an plures sint mundi numeroq; incomprehensibiles, an vnus duntaxat: quippe nulli iam dictorum placitorum repugnat, neque ad vllum ipsorum sequitur ea, quæ de animæ vi principali habetur opinio, siue in corde, siue in cerebro, eam contineri dixeris. Itaque vniuersam suam sectam Dogmatici produnt, qui huiusmodi scribunt curationes: cum de præcipua animi vi adeo manifestæ sint demonstrationes, vt omnibus ferè hominibus nota sit pars, in qua residet: solis medicis summisq; philosophis, qui in corde eam collocant, non appareat.

Demon-

Demonstrationes vero ipsas in cōmētarijs, quos de Hippocratis Platonisq; decretis edidi, iā dixi. E
Porrò rationalem animæ vim in cerebro, virilē vero atque irascibilem in corde, concupiscibilem in iecore sitam esse, nemini non persuasum est: id, quod quotidie dicentes audiendo, discere licet: quippe fatuum, aiunt cerebrum nō habere: timido & pusillanimi, cor deesse: Tytio vero iecur ab vulture erosum, non solum poetæ, verum etiam pictores sculptoresq; fingunt.

Memoriæ & intellectus læsionem, Somnolentas item ac vigiles dispositiones in cerebro esse, ac de ratione ipsarum inueniendarum. CAP. 5.

SEd tēpus est, vt ad propositum redeamus. Sanè, cum in confesso sit omnibus medicis ex ipsis operibus, q̄ in oībus rōnalis potestatis affectionibus faciunt, caput sedē ipsius esse, conueniēs erat cōsiderare, qualis in quacūq; affectione dispositio sit, verbi gratia, memoriæ lęsio, qm̄ de ipsa loqui instituimus: ipsa enim sępe vnà cum lęsione quadā rōnis fieri conspicitur, quemadmodum & rationis læsio vnà cū memoria lęsa, vtriusque noxa ab eadem dispositione procedēte: quæ vbi vehementius intenditur, simul cum memoria ratio quoque deperditur: quę affectio, stultitia nominatur. Sic in lethargo ēt, atque omnibus soporosis affectionibus, vtreque pereunt: atq; dispositionē ipsorum eiusdē esse generis necesse est: Ac per primū quidem genus, qm̄ intemperies est: iam enim explicauimus eam similarium partium, quæ primo operātur, communem esse dispositionem: Secūdum vero alterum genus ″, qm̄ frigida omnino intemperies est: hęc enim animales actiones torpidas efficit: id, quod animalia, quæ per frigora latere coguntur, haud obscure declarant. Id etiam in frigidis medicamentis videre est, ac frigidis quoque cibis: siquidem lactuca cataphoricos inducit somnos, si multam ipsius quātitatē quis ingesserit. Verum etiam capitis grauitates, quę videlicet sine mordaci infestant dolore, somnum soporēmq; afferunt, quibus apophlegmatismi magnifice opitulari videntur. Ad hæc non mediocri argumento sunt capitis & ardor & refrigeratio: siquidē″ ardor, vigilias: refrigeratio, sopōrem inducit. Item biliosi calidiq; morbi, vigilias, deliria, phrenitidas: contra, pituitosi frigidiq;, ignauiam, cataphorā efficiūt. Quippe, quod ad vigilias sopōresq; per morbos pertinet, calida frigidaū; intemperies primam sibi facultatē vēdicat: altera vero ab hac, quæ ad humiditatem ariditatemq; refertur. Nā balneæ eò, φ caput madefaciunt, soporiferæ sunt, haud secus vini mōderata potio, & omnes cibi humectantes. Atq; ex ætatibus pueritia quidem, ob humiditatem somnolenta est: senes vero, ob ariditatem, vigilijs vexantur. Igitur omnia hæc argumento esse possunt, ad animi ignauiam inducendam, humiditatē præter naturam, secundas partes obtinere: frigiditatem vero priores. Proinde humiditas sola abundans, lōgos profundosq; somnos: sicuti & ariditas quoq; sola, vigilias efficit: de quibus dispositionibus ab Hippocrate dictum est: Somnus aut vigilia, si alterutrum modum excessit, malū est. » G
Si vero frigus cum humiditate vehementer coniungatur, soporēm stuporēq; constituit: sine hac vero, memoriæ nocet, stultitiamq; inducit. Quum itaque non solum in frigiditate humiditateq;, verum etiam in ariditate & calore, non paruum, secundum magis & minus, fit discrimen, nihil mirum, si multifariæ inueniantur causę, quæ animales actiones lædere possint. Cæterum clarioris doctrinæ gratia, rationalis animæ actiones, principales: irrationalis vero, morales vocentur, quas in præsentia silentio præterire decreuimus, non enim vel cordis vel iecoris affectus tractare proponimus. Igitur, quemadmodum somnus & vigilia, si modum excesserint, ille ob humiditatem, hæc vero ob intemperantiam fit aridam, ita & in his ipsis, & maior vel minor tum somnus tum vigilia sequitur maiorem vel minorem aut humiditatem aut siccitatem. Cumq; bifariam (vt iam declaratum est) fiant huiuscemodi intemperies, duplex quoq; erit vtriusq; dispositionis modus: vnus quidem in humidis siccisq; humoribus: alter vero in corporibus solidis, si aliquando in easdem intemperies solidæ partes cum humoribus inciderint. Pręterea vltra iam dictas intemperies contrarias, alia quædā fit mixta ex vtrisque, vt in vigilanti comate, quum pituitosus biliosusq; humor abundauerit. Ita in calidi frigidiq; contrarietate, eosdem quoque modos inuenire licet, tum H simplicium intemperantiarum, tum ex ambabus mixtæ: pituitæ enim si bilis misceatur, flauam dico, mixta fit ex calido frigidoq; dispositio. Quòd si in solidis corporis partibus mixtam in contrariis dispositionem fieri fateamur, tres ab ipsa prodibunt ex vtraq; contrarietate intemperies. Igitur huiusmodi affectus omnes cerebro aduenire solent: sed inter se differunt non solum mixtionis varietate, aut eò, φ magis minus ue intenduntur tum in simplicibus tum mixtis dispositionibus, verum ēt φ ventriculi cerebri interdum afficiuntur huiusmodi intemperantijs, interdū vniuersa eius vasa, aut humiditas quę per corpus cerebri dispersa est, & quarto insuper modo, quum videlicet ipsummet corpus cerebri intēperatum redditur. Quorum itaque vel memoria vel intellectus perijt, somnos obseruare oportet (quippe intellectus amissio stultitia est) vtrum vehementer an modice somnolenti sint: aut omnino non somnolenti, sed, quantum ad somnum pertinet, secundum naturam sese habeant: sic enim vincentem inuenies intemperiem. Præterea considerandum est, vtrum excernant quippiam vel ex naribus vel ab ore, quod à capite defluat: an aridæ huiusmodi partes sint: quippe ex his dispositionem ipsam coniectura consequi poterimus, quemadmodum in destillatione & grauedine vsu venit: siquidem in his, & qualitas & quantitas excretorum, atque causarum, quæ præcesserunt, contemplatio, capitis dispositionem declarat,

A. l. 1. f. 1 d. 6. 3. fo. 26 f. Et 2. d. 3. c. 3. f. 45. b. Et l. 3. f. t. 1. c. 17. fo 186. a. b.

A. l. 3. f. 1. t. 4. 4. fo. 101. e

* Aliàs modice diluti.

2ª. Aph. 3. Ex. ord. 11. c. Et 7ª. Aph. 67. Ex. ord. 60. e.

A declarat,siue calida fuerit,vt in vstione: siue frigida,vt in refrigeratione: nisi enim oĩa hæc discrete cognoueris,idoneam dispositioni curationem haudquaq̃ inuenies. Cum igitur vel perijt,vel grauiter læsa est memoria, frigida omnino intemperies est: quocirca calefacere ipsam oportet: at vero exiccare aut humectare non necessarium est: sed, si humiditati copuletur,arefacere: si ariditati,madefacere: cæterum, si inter has medium obtinet, ipsum conseruare oportet. Equidem noui quendam,qui ob laborem in studijs atq̃ vigilias,memoriam penè amiserat, læsa etiam ratione: itẽ agricolam,qui ob labores,quos vites colendo subierat, ac tenuem victum, eodem modo affectus est. Atq̃ ij,certum est,q̃ exiccantibus calorificisq̃ oĩno lædebantur: madefacientia vero,quæ calefaciendi quoq̃ vim haberent, haud mediocri ipsis erant præsidio. Itaq̃ læduntur etiam cum febri principales animæ functiones, vt in phrenitide & lethargo: interdum sine febri vitium est, vt in mania & melancholia: quemadmodum modo per cõsensum,modo primaria affectione cerebri.

.l.3.f.1.t.4. 14.fo.103.b

Quum igitur proprijs accidentibus exacte discernuntur huiusmodi vitia, & perpetua sunt, neq̃ alijs præcedentibus superuenerunt,primogenia affectione: quum vero proprijs accidentibus discerni non possunt,neq̃ perpetuo permanent,atq̃ ad alias affectiones consequuntur,per consensum ipsa constare dicimus. Neq̃ latere nos debet,vbi per cõsensum quis afficitur, ipsaq̃ affectio

.l.1.f.1.d.3.c. .fo.43.h

B in fieri habeat esse,q̃ deletis efficientibus ipsam causis, ipsa quoq̃ simul deletur: si vero consentiẽtes partes permanentem iam habuerint dispositionem, quamuis quiescat causa efficiens, ipsa tamen permanebit affectio. Igitur,q̃ in cerebro consistant omnes principalium animæ actionum affectus,in confesso habent omnes medici,nisi quis vni fortasse sectæ addictus,aliter in animo sentiat,aliter depromat ex ore: at,qualis sit intemperies,non sine negocio inuenitur,medicusq̃ requiritur,non qui laboret,quomodo antiquis contradicat de animæ principatu,re adeo aperta & perspicua,vt eam in cerebro esse etiam inter priuatos conueniat, sed qui laboriosus sit & inquirendo non defatigetur. Sed philosophis fortasse, in angulo sedentibus, facilius pro hoc errore quis veniam dederit: medicis vero, qui iam in artis operibus ad senectutem vsq̃ versati sunt, ignosci sua contendendi libido,vel,fortasse dicam verius,impudentia,nõ debet: quippe qui vigilantibus,delirantibus,phreniticis,lethargicis,caput irrigare consueuerunt. Nam & Archigenes quoq̃,vbi vitiata memoria medicanda est,aut stultum medicari aggreditur, capiti remedia adhibet. Quis vnq̃ exercitatus medicus apoplexiam,morbum comitialem,opisthotonon,emprosthotonon, tetanõ, aliter curauit: quis deniq̃ dimidiam partem corporis resolutam? Nunquid vero in spasmosis affectibus omnes medici vel etiam experimenta professi, summã curationis esse non censent, primis

C vertebris remedia adhibere,quemadmodũ vbi dimidia quoq̃ vniuersi corporis pars resoluta est? Porrò cerebrum quoq̃ calfaciunt, quemadmodum apoplecticos quoq̃ curare consueuerunt. Sic etiam per morbum comitialem,cum vel ob stomachum vel ob aliquam aliam particulam affectio fit,eam maxime & in primis curare præcipiunt: cerebrum vero ita præparant,vt non ita facile afficiatur. Hæc itaq̃ potissimum inquirenda sunt,non principalis animæ vis,quam nemo,nisi peruersa fuerit mente,nõ apertissime cognoscit: neq̃ neruorum originem,diuinantium more, à dijs petere,sed ab experto dissectore discere oportet.

De Neruorum ortu,ac de Conuulsione. CAP. 6.

SVnt enim non nulli,qui sibi iam persuaserunt neruos à corde oriri eò,q̃ nequeunt inter syndesmũ.i.copulã,neruumq̃ discernere: quibus nõ nihil etiam suffragari videtur ipsa homonymia,quippe copulæ à multis medicorum colligantes nerui appellantur. Verum nulla vexabimur nominis inuidia,si modo non copulas ipsas,sed voluntarios(vt ipsi aiunt)neruos intelligãt,quos scilicet à cerebro initium accipere dicimus: neque enim illi aut conuulsionem,aut paralysin,ad colligantes neruos referunt: sed eorum neruorum,qui voluntatis imperio obediunt,affectionem eẽ dicunt. Conuulso enim vniuerso corpore, omnes quidem autumant affici talem quampiam par

D tem,quæ,vt in arbore caudex ramorum,sic ipsa sit omnium neruorum communis veluti caudex, nõ paucorum in vna parte,quemadmodum ramus: veluti,qñ vel crus,vel altera manus, forte fortuna conuellit,totius membri conuulsio,neruorũ, qui ad ipsum pueniunt, originẽ affectã fuisse declarat,rami cuiuspiam exemplo in arbore: Quando autẽ vniuersum corpus afficitur, cõmunẽ originem omnium infra faciẽ neruorũ,quæ arboris caudici proportione respondet,affectam esse putandum est,quæ sunt primæ spinalis medullæ partes: ꝑinde exercitatissimi quiq̃ medici huic remedia adaptant,cordis vero in hac affectione nullam omnino mentionẽ faciunt: Si vero simul cum vniuerso corpore facies quoq̃ conuulsa videatur,non solum exortum spinalis medullæ,verũ etiam cerebrũ ipsum,curamus. Etenim labra quoq̃ sæpenumero conuulsa videmus,item oculos,frontis cutem,totas mandibulas,similiter & linguæ radicem: at,quia omnes iam dictas partes à musculis ex cerebro neruos suscipientibus moueri,ex anatome didicimus, cerebrum ipsis sic laborantibus credimus esse affectum: vbi vero ipsis illæsis cæteras partes conuelli viderimus,dorsalis medullæ initium affectum esse fatemur. Hæc igitur sunt,quæ prompte discere,mox ipsorum dispositiones considerare oportet. Sed sunt non nulli medici,qui dispositiones ipsas ne aggrediũtur quidẽ disquirere,sed certant super rebus manifeste apparentibus: iacturamq̃ temporis nos facere cogunt,quod non erat consumendũ respondendo ijs,qui recta medicorum veterum decreta

A.l.3.f.1.c.7. fo.117.a A.ibidẽ. A.l.3.f.1.c.5. fo.116.a

euertunt,sed inueniendo potius ea,quæ illi silentio præterierunt vel nihil oĩno differentes de qui E
busdam rebus,vel sine demonstratione,vel sine idonea determinatione, vel non satis abunde ex-
6ª.aphor.39. Ext.or.50.f plicantes: quemadmodum Hippocrates,vbi ‖ neruorum conuulsionem vel ob plenitudinem,vel
ob vacuitatẽ, fieri dicit. Etenim verus est sermo eius: quibus vero rõnibus fulciat̃, vt fides ei adhi-
benda sit,non popularibus,sed doctis duntaxat viris,& qui diligenter prima medicinæ rudimen-
ta didicerunt,notum est. Hæc igitur quum didicissem,facile mihi persuasi conuulsionem fieri ob
eas causas,quæ ab Hippocrate dictæ sunt. Quippe,″si omnis motus,qui à voluntate procedit, at- A.l.1.f.1.d.5
tractis musculis in eas,quibus innascuntur, partes, fieri videtur: neq; potest fieri attractio, nisi ad c.1.fo.10.b
suam originem retrahatur musculus: constat″conuulsionem in cõuulsis partibus factam, hac sola A.l.3.f.2.c.5.
ratione à motu secundum naturam differre,φ præter voluntatem nostram fiat. Itaq; quemadmo- fo.215.d
dum in eo,qui secundum naturam habet,voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordina-
ta,motionis principium primis dat neruis, ac per ipsos musculis, ita, si sine huiusmodi principio
inuenerimus,quæ causa neruos conuellere possit,modum,quo conuulsio fiat, nos iam scire non
temere profitebimur. Etenim,si videris aliquando neruosa corpora vt lyræ chordas, ob ambien-
tis aeris immodicam intemperiem adeo vehementer,vt rumpanĩ, intẽtas, haud difficulter intelli
ges idem in animantium quoq; neruis posse contingere. Sed quomodo affecto aere tenduntur F
chordæ,vt rumpantur? si vel″nimis aridus, vel admodum humidus sit: nempe humor madefacit A.ibidem.
ipsas,vt in tumorem præter naturam attollantur, qui mox eas tendit: ac,veluti Sol tergora are-
faciens contrahit, ita siccitas chordas & trahit & tendit: sic″lora quoq;, quum ad ignem exiccan- A.ibid.e
tur,contrahi tendiq; videntur. His ita præcognitis haud difficile inuentu fuerit, vtrum ab aridi-
tate,quæ est humidæ essentiæ defectus & vacuatio: an ab humoris plenitudine, q̃ est affectio æge-
stati aduersans,& ab Hippocrate repletio nominata est,affectus ipse prodierit. Quippe, quum cõ
uulsio fit vel à labore,vel vigilijs,″vel fame,vel solicitudine,vel arida æstuanteq; febri, qualem in A.ibid.h
phreniticis videre est,causam eius esse ariditatem vacuationemq; recte putaueris: si vero temulẽ-
to cuipiã ac omnino pleno homini,qui videlicet in otio degit, id euenire conspexeris, non ab re
à contraria causa conuulsionẽ ortũ habuisse iudicabis. Atqui euacuationi contraria est repletio.

Qui Humores,in quibus cerebri partibus,quos morbos pariant: ac de Melancholia & morbo Comitiali. CAP. 7.

ATque″morbus quoq; comitialis,conuulsio est omnium corporis partium non perpetua,vt A.l.3.f 1.t.5.
in emprosthotono & opisthotono atque tetano videre est,sed quæ ex temporum accidit in 8.fo.208.e
teruallis: neque solum hac re, sed mentis quoque ac sensuum oblæsione, à iam dictis conuulsio G
num generibus differt: vnde constat in supremis corporis partibus, cerebro videlicet, hunc affe-
ctum generari. Quoniam″vero & velociter cessat,in ventriculis ipsius potius consentaneum est à A.l.3.f.2.c.5
crasso humore vias spiritus obstruente tũc affectum procreari,neruorum principio se ipsum qua fo.215.f
tiente,quo excutiat ea,quæ noxia sunt: fortasse vero & irrigato singulorum neruorum exortu,si-
militer ijs,quæ à spinali medulla principium habent,conuulsionibus,epilepticorum quoque con
uulsio fit. Verum non″ab ariditate vacuationeq;, sed à crasso semper humore, hanc affectionem A.l.3.f.2.t.1.
induci argumento est, quòd & subito fit & soluitur confestim: nam subitaria meatuum obstru- 1.fo.213.d
ctio, à crasso viscoso'ue humore fiat: vt autem vel cerebrum, vel tenuior ipsius membrana ad tan
tam perueniat ariditatem, vt corio simile quippiam pati videatur, non sine multo tempore fieri
possit. Accedit ad hæc,vt is, qui sic laborat,neque videat,neque audiat, neq; vllo sensu quicquam
percipiat, ac ne consequi quidem possit,quid factum sit: sed cum memoriæ viribus ratio quoque
læditur. Ex his igitur omnibus rationi consentaneum est in cerebro hanc affectionem fieri, im-
pediente humore animalem spiritum,qui in ventriculis eius continetur, quo minus possit exire.

Porrò,quamobrem hic spiritus vocetur animalis,aut quæ sit eius potentia, in eis commentarijs, quos de Hippocratis Platonisq; placitis scripsimus,iam demonstratum est. Sanè, quum ea, quæ H per dissectiones apparere solent,accurate consideraremus, rationi consonum videbatur animam in cerebri corpore sedem obtinere, atq; in ipso & rationis vim & sensibilium imaginum memoriam residere: ac primum ipsius instrumentum tum in sensibilibus actionibus omnibus, tum in ijs, quæ à consilio & voluntate prodeunt,spiritum esse,qui in ipsius ventriculis maximeq; in postremo continetur: quamuis non contemnendus sit medius ventriculus, perinde, quasi non nobilissimus sit,multis enim rationibus inducimur,vt hunc amplectamur,duos vero anteriores deferamus. Verum exacta horum notitia ad curationis inuentionem nihil ferè conducit: nam satis fuerit ad probe curandum,nosse sedem affectam esse cerebrum, atq; in eius ventriculis humorem crassum vel viscidum comprehendi. Igitur,quemadmodum hæc ad curationes, quarum gratia & affectas sedes & earum dispositiones inquirimus,sunt vtilia,sic crassorum quoq; humorum differentiæ,vtrum videlicet pituitosi sint an melancholici, haud mediocriter ad curationem conferre videntur: si tamen in præsentia non obliuiscamur pituitosos quidem eos nominari, quum simpliciter ita dicimus,in quibus humiditas frigiditasq;: melancholicos vero, in quibus siccitas atque frigiditas dominãtur: quamuis magnę peculiaresq; interim differentiæ tum pituitosorum tum melancholicorum humorum inueniãtur. Pituitæ quidem vnum genus est, quod quotidie

vel

A vel screando, vel vomendo, vel emungendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenum, vt ne sensum quidem lateat, ipsum esse dissimilare. Alia vero pituita, similaris quidem videtur, licet fortasse nō sit similaris: qualis ēt est crudus humor, qui in vrinis substat, tum is, qui à Praxagora vitreus appellatur: atq; ex hoc genere esse videtur saliua, quæ neq; fluida admodum est neq; aquosa. Verum nec saliua vnica duntaxat qualitate gustum afficit, nedū vniuersa pituita: sæpenumero enim acrem, & acidam, & salsam in ore saliuam manifeste deprehendimus: veluti, cum sani maxime degimus, nulla qualitate infecta, sed perinde, quasi aquosa, saliua gustui offert. Sic & melāch̄olicus humor secundum substantiæ varietatem non obscuras habet differentias. Nam alius est veluti fęx sanguinis: qui admodū spissus est, fæcibus vini haud absimilis. Alius vero, q̄ superior, essentiæ est multo tenuioris: atq; vomentibus cum & olfacientibus acidus videtur: qui etiam terram radit attollit & fermentat, atq; ampullas, quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed is, quem crassæ fæci similem esse dixi, in terram effusus non inducit fermentationem, nisi forte in ardente febri ipsum maximopere præassari contingat: neque vlla etiam acida qualitate participat: quamobrem & ipsum nominare consueui melancholicum succum aut melancholicum sanguinem: hic enim, meo quidem iudicio, non recte adhuc atra bilis appellari potest. Prouenit autem B huiusmodi humor in quibusdam plurimus, vel à temperiæ ab initio cōparata, vel à cibis, qui, quū in venis concoquuntur, in huiusmodi humorem trāsmutari solent. Igitur, vt crassus pituitę succus, ita hic quoque comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus: vbi vero in ipso cerebri corpore abundat, (eam insanię speciem, quam Græci vocant) melancholiam efficit: quemadmodum alter atræ bilis succus, qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modo sine febre, modo cum febre, in cerebri corpore abundans. Atq; hanc ob causam phrenitis non nunquam mitior est, quum videlicet à pallida bile ortum cōtraxit: interdum vehementior, quum flaua bilis eam peperit: atq; insuper alia non nunq̄ dementia occurrit ferina & melancholica, flaua bile præassata. Deliria autem, quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, sed per consensum fiunt: proinde eos παραπταῖσαι, παραφρονῆσαι, παρακόψαι, i. delirare, & desipere, & vacillare, nō solū medici, sed priuati quoq; dicere cōsueuerūt: phreniticos vero hos non noīant, eò, q̄ phreniticorū deliriū non quiescit, mitigato febriū vigore. Igiť, quemadmodum phreniticorū febris vnum quoddam accidens dispōnum cerebri censeť, sic è conuerso ardentiū febriū delirium, multis elatis ad ipsum vaporibus calidis. Haud secus fit ea affectio, quæ suffusioni in accidentibus similatur, à ventriculi dispo C sitionibus ortū trahens: nā cerebrū ventriculo, & ventriculus cerebro, suas affectiones transmittit, idq; pp neruorum à cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem: per quos etiam sensus huic particulæ, quam vlli reliquarum corporis partiū, acutior est. Quocirca capitis fracturas, quum ad membranas vsq; perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum dolores capitis, quomodocunq; fiant, subuersioq; stomachi, & morsio comitatur. Hypochondriacas vero & flatuosas vocatas affectiones melancholica tristitia sequitur, haud secus, quàm acutam febrem deliriū, & quasdam oris ventriculi dispositiones, ea, quæ in accidentibus suffusioni similatur affectio. Sic neruosis partibus inflammatis, promptius, quàm reliquis, delirium superuenire solet, idq; ascendente ad caput interdum per cōtinuas partes solo calore: interdum vero spiritu vaporoso, vel fumoso, aut fuliginoso. Porrò, quemadmodum hæ passiones, quibus caput per consensum afficitur, ita illæ quoq;, quæ primogeniæ ipsius affectiones sunt, non parum inter se differunt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdum ei, vt instrumentali: interdum, vt similari par ti, nocent: quum enim meatus obstruuntur, vt instrumentali: quum vero temperamentum alteratur, vt similari. Proinde totus hic sermo in fine sexti libri de vulgaribus morbis præscriptus est: ||Melancholici magna ex parte comitiali morbo afficiuntur: & contra, morbo comitiali laboran D tes, efficiuntur melancholici. Atq; horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc, vel in illā partem, infirmitas repit: si enim in corpus, epileptici: si vero in mentē, melancholici reddunť.

" Hoc sermone primum quidem declarauit, q̄ non semper, sed magna ex parte, horum affectuum alter in alterum transit: quippe non solum melancholicus succus, verum etiam pituitosus, morbum comitialem committit. Igitur is, quem melancholicus succus constituit, in melancholiam trāsit: qui vero à pituitoso partus est, in aliam affectionē, de qua paulo post dicturus sum, permutatur, melancholiam vero haudquaq̄ efficit. Altera vero Hippocratici sermonis pars non paruū contemplandi locum desiderat. Quippe, quū anima sit aut temperamentum actiuarum qualitatum, aut ab ipsarum temperamento alteretur, bilem, quum cerebro veluti parti instrumentali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obstructionibus fieri constat: quum vero temperamentum mutando, ei vt similari nocet, ad mentem eam repere dicit. Verum hoc, quod medici dereliquerunt, definire in primis necessarium esse videtur. Nempe, vt in manifestis corporis partibus, interdum omnibus, eadem apparet temperies, vt in morbo regio, & elephante sic vocato, & aqua inter cutem, & malo habitu, quæ à Græcis cachexia dicitur, insuper in ijs, quæ ab hepate atque splene pendent, colorum vitijs: interdum vero vnius duntaxat partis, quæ videlicet aut biliosum aut pituitosum aut melancholicum humorem suscipit, temperies permutatur: ita etiam

Marginal notes: .l.3.f.1.t.4.c. 8.fo.204.c — .l.1.f.2.d.3.t. fo.44.a — .l.1.f.2.d.3. 10.fo.46.d — .l.3.f.1.t.5.c. fo. 208.g — .ibidem.h — 6.Epid.sect.7a. ad libri finem.

cerebro"accidit,vt non nunq̃ vniuerſo in venis ſanguine melancholico effecto, ob commune vi- E A.l.3.f.1.t.5 8.fo.209.a
tium,ipſum quoq; lædatur: nõ nunquã vero,reliqui corporis ſanguine prorſus innocuo ſolus is,
qui in cerebro contentus eſt,alteretur: idq; bifariam fit, aut enim aliunde in ipſum deriuatur, aut
in ipſomet melãcholicus humor genitus eſt,quum videlicet multus eius loci calor aut flauã bilẽ,
aut craſſum atrumq; ſanguinem ſuperaſſauit. At hæc diſtinctio non paruum habet in curatione
momentum,ſiquidem,vbi vniuerſum corpus ſanguinem melancholicum cõtinet, curationem à
venæ ſectione incipere oportet: vbi vero ſolum cerebrum, infirmus (quod ad hanc diſpoſitionẽ
attinet) ſanguinis detractione non indiget, quamuis ob aliam quampiam cauſam ſanguis mitti
poſſit. Vtrum vero melancholicus ſanguis vniuerſum corpus, an ſolum cerebrum occupet, ita
diſcernendum eſt. In primis vniuerſi corporis habitum,qualis ſit,conſideres,velim: memineriſq;,
ꝙ molles,& candidi,& obeſi nequaq̃ humorem habent melancholicum: macri vero, & nigri, &
hirſuti,& quibus latæ ſunt venæ, aptiſſimi ſunt,vt huiuſmodi in ipſis humor cumuletur: fitq; in
terdum,vt prærubro colore homines,affatim in melancholicam temperiẽ decidant, atq; poſt hos
flaui,idq; maxime,quando & vigilijs,& multis laboribus, & ſolicitudine, & tenui victu fuerint
educati: quibus hæ quoq; notæ conueniunt,an hæmorrhois aliqua reſtricta ſit, aut alia quæpiam
conſueta ſanguinis vacuatio, aut mulierum menſtrua: inſuper quibus"cibis quis fuerit vſus,vtrũ F A.l.3.f.1.t.4 18.fo.204.f
ijs,qui ſuapte natura melancholicum ſanguinem pariunt,an è diuerſo. Porrò,qui melãcholicum
ſanguinem efficiunt,hi fere ſunt: caprina bubulaq; caro,magiſq; hircinæ & taurinæ, ſed maxime
aſinorum camelorumq; carnes,nam & his non nulli veſcuntur: itẽ vulpinę caninæq; carnes: atq;
non minimã in huiuſmodi ſanguinis generatione vim obtinet ex lepore cibus, ſed multo magis
ex apris: ac limaces quoq; melancholicum ſanguinem pariunt, ſi frequens ſit eorum vſus: præte-
rea omnes terrenorum animaliũ carnes ſale conditæ: aquatiliũ quoq; carnes, vt thunni, balenæ,
vituli marini,delphini,canis,atq; cetaceorum omnium.Ex oleribus autem, braſſica fere ſola hu-
iuſmodi ſanguinem gignere conſueuit: quemadmodum & arborum germina,vbi vel muria, vel
oxyhalme condiuntur,præcipue lentiſci, terebinthi, rubi, caniſrubi.Leguminum vero omnium
maxime lentes inter melancholicos cibos numerantur: mox panis furfuraceus, & qui ex tipha
atq; vitiatis ſeminibus factus eſt, quorum apud quaſdam nationes vſus loco frumenti habetur:
verum de his in primo libro de ciborum facultatibus iam dictum eſt. Pręterea vina craſſa nigraq;
aptiſſima ſunt,vt ex ipſis melancholicus humor fiat: præſertim ſi quis abunde ipſa ingerens,obla
ta occaſione in multo corpus calore contineat. Vetus deniq; caſeus, vbi forte fortuna in corpore
fuerit ſupercalefactus,facile huiuſcemodi parit humorem. Igitur,ſi quis antea, ꝙ in morbum inci G
derit, huiuſmodi victus ratione fuerit educatus, maiorem quandam inde licet facere coniecturã:
ſi vero boni ſucci cibis vſus fuerit,conſiderare oportet exercitationes ipſius,mœſtitiam,"vigilias, A.ibidem.
ſolicitudines. Sunt etiã non nulli,qui per febriles(vt dictum eſt) morbos melancholicum humo-
rem contraxerunt. Atq; ad efficaciorem notitiam non parum confert anni tempus, ac præterita
præſenſq; conſtitutio,item regio,ac laborantis ætas. His itaq; omnibus pręmeditatis,quum ſpe-
raueris in vniuerſi corporis venis melancholicum"ſanguinem contineri, quo certiorem habeas A ib.c.20.e
notitiam,cubiti venam ſeca,præcipueq; mediam,quoniam cõmunis eſt & ei, quæ humeralis no-
minatur,& ei,quæ per axillam ad manum fertur. Quòd,"ſi tum fluens ſanguis non videatur melã Oppoſitum A.ibidem.f
cholicus,ſtatim ſupprimatur: ſi vero talis appareat,vacua, quantum pro laborantis corporis habi
tu ſatis eſſe conieceris. Eſt præterea tertium melancholiæ genus,morbi comitialis exemplo, quũ
ortum à ventriculo habuerit: ſolentq; medicorum aliqui hanc diſpoſitionem hypochondriacum
flatuoſumq; morbum nominare. Verum ſatis mihi fuerit ea accidentia percurrere, quæ à Diocle
præſcripta ſunt illi aſſidere,in libro,cui titulus eſt, Affectio cauſa curatio: in quo Diocles ad ver-
bum ita ſcripſit: Porrò alius oritur circa ventriculum morbus, qui ſupra ꝓpoſitis non diſſimilis »
eſt,nominaturq; ab alijs melancholicus,ab alijs flatuoſus: quem ſumpto cibo maxime coctu diffi- H »
cili & cauſtico, ſputum humidum idemq; multum comitatur: item ructus acidus, flatus,æſtus in »
hypochondrijs, fluctuatio non ilico, ſed quum retinuerint: interdum ventriculi quoque vehe- »
mentes dolores, qui non nullis ad dorſum vſque procedunt: concoctis deinde cibis quieſcunt, »
mox alijs ingeſtis eadem rurſus reuertuntur accidentia, quæ interdum ieiunos, interdum etiam à »
cœna moleſtant,atq; euomunt crudos cibos,& phlegmata ſubamara, & calida, & acida adeo, vt »
non nunquam dentes torpedine afficiantur. Atq; horum plurima ab ineunte ſtatim ætate eue- »
niunt: vtcunq; tamẽ acciderint, omnibus in tempus producuntur. Hæc præfatus Diocles mox »
cauſam ſubiungens,ita ſcribit: Cæterum flatuoſos"vocatos ſuſpicandum eſt plus caloris,q̃ decet, A.l.3.f.13.t.5 c.1.fo.302.b
habere in ijs venis, quæ alimentum à ventriculo excipiunt, ſanguinemq; in ipſis craſſiorem fa-
ctum. Quippe conſtat has venas eſſe obſtructas,vel hoc argumento,ꝙ alimentum corpori nõ di- »
ſtribuitur,ſed in ventriculo manet inconfectum,quũ antea ipſum à meatibus ſuſciperet,magnaq; »
ipſius pars in imum ventrem excerneretur: tum ꝙ poſtero die vomitu reijcitur, vtpote non di- »
geſtis per corpus cibis. Sed, ꝙ calor id, quod ſecundum naturam eſt, excedat, facillime intelliges »
tum ab æſtu,qui ipſis accidit, tum ab ijs, quæ ingeruntur: ſiquidem iuuari videntur à frigidis ci- »
bis, qui videlicet calorem refrigerare extinguereq; ſolent. Deinde alia quoque Diocles iam »

A.ibid.c.19.b A propositis in hoc sermone addidit: Aiunt autem non nulli os ventriculi, quod intestinis cõtinua
" tur, in huiusmodi passionibus inflãmari, ac ob inflãmationem ipsam & obstrui, & prohibere, ne
" alimenta statuto tempore ad intestinum descendant: quamobrem diutius, q̃ decet, in ventriculo
" manentia, & tumores & æstus atq; reliqua, quæ predicta sunt, efficiunt. Hæc sunt, quæ Diocles quidem literis prodidit: verum in hoc symptomatum catalogo præcipua tetius concursus accidentia silentio præterijt, quæ videlicet & melancholiam & flatuosam hypochondriacamq; affectionem, tanq̃ caractere quodam, designant: atque omisit (vt puto) huiuscemodi accidentia eò, q
" ex morbi ipsius nomine manifeste declarantur. Etenim ab Hippocrate didicimus: Si metus & 6ª.Aph.23. Ex. ord.48.c.
" mœstitia longo tempore tenent, melancholicus est huiuscemodi affectus. Verum haud absurda quæstio est, quare Diocles, quum causas aliorum accidentium redderet, causam, ob quam mens læ datur, non scripserit: siue enim venarum, quę ad ventriculum sunt, calor exuperat, siue partes, quę sunt ad portam (Græci pyloron vocant) inflammatione laborant, quid causæ sit, cur melancholica comitentur accidentia, dereliquit. Etenim, quòd vẽter flatuoso spiritu impleatur, ac deinde eructando ipsum leuetur, ac præterea, vomitione à Diocle memorata iuuetur, vel nihil ipso dicente manifestum est: at propria melancholiæ accidentia simul cum dicta ventriculi dispositione scribe-
B re, haud ita facile ei fuit. Id itaque addere, ac simul, qualis sit in huiuscemodi affectibus ventriculi dispositio, manifesta interpretatione enarrare aggrediamur. Atque videtur quidem in ipso in-
A.l.3.f.13.t.5. c.1.fo.301.b flammatio esse: sanguis autem in parte inflammata contentus, & crassior & magis melancholicus. Itaq;, quemadmodum elato ex vẽtriculo ad oculos fuliginoso quodam aut fumoso halitu aut crassis quoq; vaporibus, similia, vt in suffusione, accidentia contingunt, eadem ratione sublata ad cerebrum ab atra bile euaporatione veluti fuliginosa fumosaq;, melancholica eueniunt in mente accidentia. Quinetiam quã frequentissime videmus flaua in ventriculo bile contenta caput dolore affici: mox ea per vomitum eiecta, ilico dolorem mitigari. Atq; huiusmodi dolorũ genera mor dendo excedendoq; infestant, quemadmodum alia grauitate, alia tensione, alia cum cataphora molestare videntur. Atq; inter optimos medicos conuenit non solum hæc accidentia, verum etiam
A.ib.c.19.b morbum comitialem, capiti à ventriculo procedere. Igitur, vt melancholicos timor nunquã deserit, ita præter naturam eis per imaginationem visa, non semper eodem genere continentur. Siquidem alius testam se factum putauit, atq; idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur. Alter gal los cantare audiens, vt hi alarum ante cantum, sic ille brachiorum plausu latera quatiens, animantium sonum imitatus est. Fuit item alter, timens, ne Atlas, qui mundum sustinere dicitur, graua-
A.ibi.c.19.a C tus sub tanto onere ipsum à se excuteret, atq; ipse cum illo collideretur, ac nos quoq; cum ipso perіremus. Sunt alia huiusmodi infinita eorum visa. Differunt autem inter se melancholici: nam omnes timent, mœrent, vitam damnant, odio habent homines: sed nõ omnes mori cupiunt, etenim hoc ipsum non nullis melancholiæ caput est, q mortem pertimescunt: quosdam etiam alieno admodum atq; extraneo videbis animo, vtpote qui simul & mortem metuant, & tamen mortem sibi consciscant. Proinde recte videtur Hippocrates omnia ipsorum symptomata in duo hæc coegisse, metum & mœstitiam. Mœstitia nimirum eos inducit, vt odio prosequãtur omnes, quotquot viderint, nunquam non tristitiam præ se ferentes: ac terrentur, vt in tenebris profundis pueri, atq; ex adultis indocti. Sanè, quemadmodum externæ tenebræ omnibus fere hominibus pauorem inducunt, nisi vel audaces admodum vel docti fuerint, sic atræ bilis color, mentis sedem tenebris similem reddens timorem efficit. Etenim summis tum medicis tum philosophis in confesso est & humores & omnino corporis temperaturam animæ actiones inalterare: id, quod nos quoque vnico commentario docuimus, quo demonstratum est, q animæ potentiæ corporis temperaturam sequuntur. Quocirca humorum vim ignorantes (in quorum numero & Erasistratus est) ne scribere quidẽm de melãcholia quicquam ausi sunt. Neq; indignum est admirari tum commu-
D nes hominũ notiones, tum plurima quoque dogmata, quæ & philosophi & medici per ignorantiam præterierunt. Igitur ab omnibus, affectus ipse melancholia vocitatur, indicante nomine humorem, qui ipsius causa est. Quumq; circa ventriculum prima inceperint accidentia, ipsisq; auctis melancholicæ sequantur affectiones, deinde alui deiectione, & vomitu, flatibus per inferna emissis, ructibusq; leuetur is, qui laborat, hypochondriacum flatuosumq; morbum ipsum nominabimus: accidentia vero ipsius dicemus, & mœstitiam & metum. Quum autem propria melancholiæ accidentia magna videntur, circa ventriculum vero aut nulla aut parua admodum sunt, haud abs re existimaueris primitiuam in cerebro affectionem consistere, ob atram bilem in ipso congestam. Cęterum, quibus signis discernat, vtrum in solo cerebro, an in vniuerso corpore, huiu scemodi humor contineatur, paulo ante dictum est. Interim monendi sunt mihi amici, qui me curantem viderunt, frequentibus balneis victuq; humido boniq; succi, nullo alio adhibito præsidio, huiusmodi me morbum curasse, vbi non dum ob longum temporis tractum nocuus humor multum vacuationi resisteret: quum enim diuturnus iam factus est morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. Fit autem huiusmodi melancholiæ species affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut æstuatione, aut phlegmonosa passione, aut etiam phrenitide, interdum vero à solicitudine, mœstitia, cum vigilijs. Verum satis fuerit hęc de melancholia dixisse.

Atque de morbo comitiali deinceps, quandoquidem hic quoque interdum ipſomet affectio E
cerebro, interdũ alijs conſentiente euenire ſolet, accurate diſtinguendum eſt: vt enim tria melan-
choliæ genera, ita hunc quoque morbum tribus contentum differentijs, omnes fere medici diſtin
guere neglexerunt. Verum omnibus commune eſt, quòd cerebrum afficitur vel conſiſtente in
ipſo affectu, id, quod pluribus epilepticis accidit: aut à ventriculi ore (quod ſtomachum vocare ſo
lent medici) ad cerebrum per conſenſum aſcendente: atque hoc genus proportione reſpondet ac
cidentibus, quæ oculis à ſtomacho adueniunt, ueluti in ſuffuſionibus. Fit etiam, ſed raro, tertia
morbi comitialis ſpecies (nec refert, ſiue etiam genus ſiue differentiam nominaueris) cum à par-
te aliqua, cui forte accidit, incipit affectus, qui deinde ſentiente ægro ad cerebrum vſque aſcen- A.l.3.f.1.t5.c 8.fo.209.b
dit. Atq; hoc genus primum uidi in puero, qui decimumtertium ætatis annum agebat, quum e-
quidem adoleſcens etiamdum cum optimis eius tempeſtatis medicis conueniſſem ad ipſius cura-
tionem. Audiui igitur tum narrante puero, diſpoſitionem ipſam ex tibia initium capere: mox il A.l.3.f.1.t.4.c. 8.fo.202.d
linc recta aſcendere per femur & ſuperpoſita illi ilia, ac per latera ad ceruicem, donec ad caput per-
ueniret: quod quum primum tangeret, ipſum haudquaquam ſibi conſtare. Interrogantibus autẽ
medicis, quale eſſet id, quod ferebatur ad caput, nihil habuit puer, quod reſponderet. Alius dein
de adoleſcens compos mentis (quippe qui ſatis poterat & ſentire, quod fiebat, & alteri enarrare) F
dicebat veluti frigidam quandam auram eſſe id, quod aſcendebat. Vnde ex duobus alterum Pelo
pi præceptori placuit, aut quòd qualitas quædam alteratis per continuationem partibus, aut ſpiri-
talis quædam ſubſtantia, tranſmitteretur: neque mirandum eſſe dicebat validam vim eſſe humo- A.l.3.f.1.t.2.c. 6.f.190.d. Et t. 5.c. 8.fo.209.b
ri, qui in affecta parte preter naturam genitus fuiſſet, qualis pernicioſarum ferarum venenis ineſt.
Quis enim crederet vel à ſcorpionibus infixo aculeo, vel à phalangiorum paruorũ ictibus totum
corpus ingenti & inuſitata mutatione affici, niſi ſæpenumero id accidere videret, præſertim mini
mam quandam ſubſtantiam feris in ipſum demittẽtibus? Quum itaque phalangium aliquẽ mo
mordit, quamuis paruum ſit animal, exiſtimare tamen debemus venenũ ex ipſius ore in morſum
corpus deſcendiſſe. Porrò marinæ turturis, quemadmodum & terreni ſcorpionis, aculeus, in par-
tem extremam acutiſſimam illam quidem finitur, vbi nullum foramen eſt, per quod venenum de
ijci poſſit: neceſſe tamen eſt, vt excogitemus ſubſtantiam quandam eſſe aut ſpiritalem aut humi-
dam, quæ, vt mole minima, ita facultate quàm maxima eſt. Etenim, quum nuper ictus quidam eſ-
ſet à ſcorpione, videor mihi videre, inquit, quòd grãdine percuſſus ſim: eratq; omnino frigidus, A.l.4.f.6.t.5.c. 3.fo.503.b
ſudore etiam frigido accedente: ſed tandem debitis adhibitis remedijs non ſine negocio ſeruatus
eſt. Itaque Pelops, nõ impoſſibile eſt, inquit, in corpore ſimilem aliquam eſſentiam generari, non G
accedente cauſa extranea: quæ, vbi neruoſam aliquam partem occupauerit, per continuas partes A.ibidem.c.
vſque ad neruorum principium vim ſuam tranſmittit, ſiue id per alterationem (vt ipſe dicebat)
fiat, ſiue ſpiritali eſſentia veluti aura ad ipſum elata: ſæpenumero enim infigente aculeum ſcorpio
ne aut in neruum, aut venam, aut arteriam, manifeſte videmus percuſſos vehementiſſimis infeſta
ri accidentibus. Atqui ſcorpionis aculeus totam cutem penetrando ad profundum vſque poteſt
peruenire: phalangiorum vero paruorum morſus ſolam afficit ſuperficiem: vnde conſtat, inter-
dum à ſola cute veneni vim ad totum corpus deferri, quippe tota cutis & continua eſt & neruoſa.
Proinde haudquaquam impoſſibile eſt, quum ex icta parte per totã ipſam celeriter diſtributa fue-
rit veneni vis, eam inde eodem rurſus contactu in ſingulas ſubiectarum ei partium recipi, mox ex
illis in alias continuas, atque iterum ex ijs, quæ afficiuntur, in alias: quumq; ad dominantium par
tium aliquam peruenerit, tum mortis periculum homini inſtare. Ad hanc rem in primis confe A.ibidem.c
runt vincula ſuperioribus partibus iniecta, ab ijs enim præſentaneum præſidium expectatur: id
quod in viperarum ſcorpionumq; ictibus expertus ſum, item aſpidum quoque, quod propter im
minens ſubitariæ mortis periculum, magis incredibile eſt. Etenim, quum Alexandriæ eſſem, ru-
ſticus quidam non longe ab vrbe in vno manus digitorum ictus, eius radicem apud poſtbrachia H
le validiſſimo vinculo ligauit: accurrensq; ad vrbem ad familiarem ſibi medicum, totum digitum
ab ipſa dearticulatione, quæ ad poſtbrachiale eſt, abſcindendum præbuit, ſperans inde nihil ſe ma-
li paſſurum: neque fruſtratus eſt ſua ſpe, quippe nihil aliud faciens ſaluus euaſit. Similiter alium
noui, qui epoto ex viperis medicamento, reſciſſo prius digito, à periculo liberatus eſt. Vidi præte
rea ruſticum, cuius totum digitum vipera momorderat, qui falce, quam tunc forte habebat (erat
enim uinitor) ab vltimo articulo ictam partem reſecans, deinde inducta vſitatis pharmacis in di-
gito cicatrice, nullo epoto medicamine ſanatus eſt. Sed puerum quoq;, cuius morbus comitialis
à tibia oriri conſueuerat, medici, qui tunc ad curationem eius conuenerant, ſanare ſperabant, ſi in
primis vacuato vniuerſo corpore, medicamen ex thapſia aut ſinapi parti adhiberent, ligato in me
dio membro, ſupra eam videlicet partem, quæ primaria diſpoſitione erat affecta: atque hoc pacto
acceſſionem reuerti prohibuerunt, quamuis antea quotidie puerum infeſtare conſueuiſſet. Verũ
hæc obiter, atque ex abundantia dicta ſint, ne quis miretur, quo pacto ab ignobili aliqua parte tan
tus morbus ortum contrahere poſſit. Supereſt, vt cauſam inueſtigemus, quamobrẽ in huiuſmo-
di per conſenſum affectionibus epilepticæ fiant conuulſiones: nam ne Pelops quidem ullã ad hãc
rem attulit probabilem perſuaſionem: neque etiam alius quiſquam, cum quo nobis aliqua fuerit
conſuetudo.

A consuetudo. Mihi vero per huiusmodi consensum videnti aliquando laborantem sine vehemen
ti conuulsione concidere, simul quòd per interualla breuibus quibusdā motibus quateretur, pro
A.l.3.f.1.t.5.c. 8.fo.208.f babile visum est, quemadmodum "frequentissime singultum fieri cernimus affecto stomacho, ita
A.ibidem fol. 209.b hanc quoque dispositionem euenire. Etenim me ipsum" quoque singultus ilico inuadere solet, si
piperis aliquando immodicam quantitatem ingessero, id,quod alijs quibusdam non paucis,qui-
bus scilicet facilis erat oris ventriculi sensus, accidisse meminimus: atqui iam supra memoratū est
id non solum medicis,verum etiam vniuersis hominibus,stomachum appellari. Itaque,quum ce-
cidissent, qui non ex propria cerebri affectione, sed per consensum, comitiali morbo laborabant,
eos citra perpetuam conuulsionem, veluti palpitando, per interualla concuti videbam. Proinde
A.ibidem. existimaui similē aliquem "cerebro motum euenire,qualis stomacho interdum à re quapiam mo-
lestato accidere solet: quippe qui, quum à ciborum mole grauatur, aut vbi corruptis cibis mordi-
cus infestatur, tum singultu affici conspicitur: atque acrem quoque humorem non singultū mo-
do,verum etiam conuulsionem,per vniuersum corpus efficere sæpenumero consideramus: dein-
de vomitu eiecto eo,quod mordicabat,ilico quiescere. Quo minus mirandum est,si neruorū prin
cipium huiuscemodi motu concutiatur,vt à se expellat,quicquid fuerit id, quod à parte primo af-
B fecta ad ipsum effertur. Ad hunc modum reliqua quoq; accidentia omnia, quibus neruosum ge-
nus concutitur,fieri putauerim: vbi vero deperdito sensu quis conciderit nō accidente motu,quo
vel conuelli vel palpitare videatur,id à vehementi frigore ortum trahere censeo, quo in genere le
thargus quoque continetur: apoplexiæ autem, quòd subito eueniat, aut frigidum humorem aut
crassum aut viscidum,qui principaliores cerebri ventriculos affatim implet,non totius substantiæ
intemperiem,causam esse manifestum est,veluti lethargi,phrenitidis,maniæ,melancholiæ, stulti-
tiæ,amissæ memoriæ,sensuum hebetationis, resoluti motus. Porrò in omnibus huiuscemodi affe
ctibus,in quorum numero apoplexia quoque continetur,periculi magnitudinē ex anhelitus no-
cumento conijcere oportet. Sanè,quemadmodum dormientes spirant,quamuis nulla alia accidē
te actione,quæ à consilio prodeat,nimirum quum supini iaceant in cubili,ita in soporosis affecti-
bus omnibus,quamuis neque sentiat corpus neque moueatur,tamen sola spiratio, quæ musculo-
rum pectus mouentium munus est, saluatur: cuius rei firmam ac demonstratiua lege stabilitā ha-
bemus scientiam, quemadmodum etiam, quòd musculis omnibus motus principium ab insertis
A.l.1.f.1.d.5.c. 1.fo.9.a. Et fo. 21.b ipsis neruis accedit. Atqui "ex anatome didicimus,neruos omnes à cerebro primariū sumere ini
tium: neque vero simpliciter initium dixi, sed primarium spinalis medullæ gratia orationi adie-
C ci: quamuis enim permulti ex ea nerui prodire videantur,vim tamen omnem,quam habet, cere-
brum ipsi suppeditat. Quum itaque spirationem vehementer impeditam difficulterq; procedē-
tem videris,non paruam in cerebro morbidam dispositionem esse conijcere debes, idq; in sopori
feris morbis,quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestum est.

De Vertigine. *CAP.* 8.

A.l.3.f.1.t.5.c. 1.fo.207.c AFfectus "autem,qui scotomaticus,id est tenebricosus seu vertiginosus,vocatus est, ex ipsa ap
pellatione,qualis sit,manifestatur. Quippe à parua occasione obtenebrantur ij, qui sic labo
rant,adeo,vt interdum cadant,maxime si aliqn̄ in circum rotentur: siquidem ipsis ab vna rotatio
ne euenit id,quod cæteris à pluribus accidere solet. Quin etiam obtenebrantur,siue alium quem-
A.ibidem. piam,siue rotam,aut id genus aliud quidpiam,aut ipsos quoque,quos vocant,in fluminibus "vor-
tices, circumagi viderint: id vero maxime,quum vel sub Sole æstuauerint,vel aliam ob causam ca
lefacto fuerint capite. Quod itaque alijs, quum in circo frequenter vertuntur, accidit,hoc ipsis ci
tra circuitionem euenire videtur: atqui, vbi quis crebro vertitur, inæqualem & turbulentum &
inordinatum motum,tum humorum tum spiritus, in eo fieri in confesso est: rationi igitur conso
num est huiusmodi accidentia vertigine affectis itidem euenire. Quamobrem non nulli horū ab
D arteriarum sectione præsidium petierunt, totas arterias ponè aures ad tantam scilicet altitudinem
secantes,vt medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat nō omnes huius au-
xilij beneficio fuisse curatos: etenim aliæ arteriæ ijs maiores ad cerebrum ex ipsius basi per retifor
mem plexum ascendunt, per quas huiusmodi affectionem fieri rationi consentaneū est, elato per
l.ibidem.d ipsas vaporoso calidoq; spiritu,atque implente cerebrum: atque fieri etiā potest, vt inæqualis "ce
rebri intemperies huiusmodi spiritum producat. Igitur hāc affectionem ad cerebrum pertinere
ex ipso obtenebratorum sensu manifestum est. Oritur vero interdum cerebro primogenio affe
ctu laborante: interdū vero, quum ori ventriculi consentit: id,quod Archigenes quoque fatetur,
« qui libro primo de longarum affectionū notitia, ita de scotomatica hac passione scribit: Porrò ea
« bifariam oritur,aut enim ab ipso capite, aut ab ijs partibus, quæ circa hypochondria sunt. Mox
l.ibidē.c.1.f genera eius distinguere aggreditur. Nam,vbi ex "primaria cerebri affectione obtenebratio depē
« det,aurium sonos,& capitis dolores grauitatesq; præcedere dicit, item olfactus vel alterius alicu-
« ius sensus inde prodeuntis oblæsionem (huic enim sermoni adnexuit ille/inde prodeūtis/eos sen
l.ibidem.g sus,vt equidem puto,significare volens,qui à capite initium sumunt:) vbi vero "ab ore ventriculi
oritur,cordis morsionem nauseamq; præsentiri. Verū,vt iā antea sæpenumero monuimus, licet
caput,per alterius partis consensum qn̄q; afficiatur, affectio tn̄ nihilo minus ipsi adscribenda est.

De Cephalæa, Hemicrania, & reliquis capitis doloribus. CAP. 9. E

ATque de ea quoque, quæ cephalæa à medicis nominatur, nemo dubitauerit, quin cerebri sit morbus. Est enim (vt breuiter quis dixerit) affectus hic, dolor capitis diuturnus difficulterq; solubilis, qui à parua occasione vehementes habet accessiones, vt neq; strepitum, neque vocem vehementiorem, neque luminis splendorem, neque motum tolerare possit infirmus: sed tranquillitatem, obscurumq; cubiculum quærat, idq; ob doloris vehementiam. Quippe nō nulli veluti malleo se percuti arbitrantur: alij caput contundi distendiq; sentiunt: non paucis ad oculorum quoq; radices dolor extenditur. Quin huiusmodi accessiones, veluti in morbo comitiali, intermissiones habent, interceditq; tempus, quo perfecte liberari videntur. Igitur constat, quod, sicut in cephalalgia id est capitis dolore, ita in hoc morbo caput facillime afficitur: atque hoc est ipsis commune: verum per cephalæam affectæ partes multo reddūtur, quàm in cephalalgia, debiliores. Cęterum inter capitis dolores non nihil discriminis inuenitur: nam sunt non nulli, quibus caput aptissimū est, vt impleatur, ac vniuersi quoque corporis habitus ad ipsum implendum admodū est idoneus: Alij, omnes capitis partes aptas habent, vt afficiantur: quibus, vbi vitioso victu vtuntur, accidit, vt cephalæa arripiantur. Quo minus mirandum est, si horum alijs membranæ cerebrum continētes dolore afficiantur: alijs pericranion, id est exterior caluariæ membrana. Discrimen autem ab oculorum radicibus sumitur, considerando, vtrum veniat ad eas malum, nec ne: siquidem consentaneum est, vt, quibus intra caluariam dispositio est, ijs ad oculorum vsque fundamenta dolor extendatur, eò, quod & à cerebro, & ab vtraque membrana, atque à vasis, quę in ipsis continentur, veluti germina quædam deducuntur. Sed & eorum, quibus dimidia capitis pars dolore infestatur (solent autem vocari hemicranici) alij extra caluariam, alij in capitis intimis partibus, dolorē sentiunt: at vero dextram capitis partem à sinistra distinguit sutura per longitudinem ipsius protracta, sub qua intra capitis ossa linea medium cerebrum diuidens protenditur, ad quam etiam peruenit anteriorum duorum ventriculorum septum. Porrò ea corpora suapte natura idonea sunt, vt ipsis caput impleatur, in quibus vaporosus calidusq; spiritus generatur: aut quibus biliosa excrementa cumulantur in ore ventriculi. Atqui spiritus, dolores inducunt tensiuos, qui idcirco sic vocati sunt, quòd extensionis sensum inducunt: biliosa excrementa dolore mordaci afficiunt. Dolores autem à plenitudine procedentes grauitatis sensum afferunt: quibus si rubor accedat atque calor, calidos, sed sine his non calidos humores significant. Sunt, quibus caput assidue dolet, vbi vel paulo liberalius vinum ingesserint vel meracius, idq; magis, si suapte natura calidum fuerit. Præterea calidi odores omnes, quicunque styrace, aut cyphi, aut in totum aromatibus omnibus suffitis fiunt, capitis dolorem pariunt, adeo, vt non nulli ne thuris quidem odorem ferre possint. Neq; vero absurdum est, vt quosdam ob sensus exuperantiam dolor infestet, quemadmodum in ore vētriculi accidit: sunt enim non nulli, in quibus id tam exacte sentit, vt neque acre acetum, neque sinapi, neque aliud huiusmodi ferat: alij vero contra, ipsum penè insensile habent: quippe vidētur aliqui vel ructare vel vomere quędam, vsqueadeo vitiosa qualitate infecta, vt nos ne odorem quidem sustinere possimus, quum tamen ipsi interea nullam alicuius momenti mordacitatē sentiāt. Nihil igitur prohibet, quo minus in hominum cerebro similes notentur differentiæ, vt eosdem odores aliqui impune sustineāt perinde, ac si omnino ab ipsis distarent, alij eos sine molestia ferre non possint. Igitur, quod omnes huiusmodi affectiones ad caput pertineant, iam manifestum esse videtur.

A.l.3.f.1.t.1.c 2.fo.181.c

F

A.l.3.f.1.t.2.c 1.fo.189.c. E t.3.c.37.fo.19 a

G A.ibidē.e

De Apoplexia, Neruorum resolutione & conuulsione, & Olfactus læsione. CAP. 10.

AT vero neruorum resolutio, & per vniuersum corpus eorum conuulsio, in quo genere neruorum etiam rigor {Græci tetanon vocant} continetur, sensu, vt prædictæ affectiones, cognosci non possunt: sed ratione, quæ nos doceat, est opus. Itaque, si aliquando per totum corpus neruorū actio vitiosa redditur, ipsorum principium affectum esse cōstat: id vero ex sola anatome dignosci potest. Quū igitur oēs pariter nerui tum sensum tum motū amiserint, apoplexia huiusmodi affectio appellatur. Vbi vero alteri laterum, aut dextro aut sinistro, id accidit, resolutio nominatur, eius scilicet partis, in qua consistit affectus, interdum dextræ, interdum sinistræ. Quòd, si in aliquo membrorum idem euenerit, eiusdem membri resolutio esse dicetur: nam & tota manus, & totum crus, interdum resoluitur: atque solus in crure pes, & quæ sub genu sunt: sic etiam de tota manu similiter proportione dicendum est. Cæterum ex anatome didicimus, quòd omnes animantis partes sub ceruice positæ, quæ à consilio & voluntatis imperio moueri possunt, neruos habent, qui eas moueant, procedentes ex spinali vocata medulla. Atqui sæpenumero audistis eā spinalem vocari medullam, addita scilicet medullæ appellatione, interdum vero sine additione simpliciter spinalem nuncupari. Vidistis ēt in corporis dissectionibus, neruos, qui thoracem mouēt, ex ea spinalis medullæ parte, quæ in ceruice est, ortum deducere: ipsa vero ex transuerso incisa, si tota fuerit dissecta, oēs, quæ sub ipsa sunt, corporis partes sensu motuq; priuari, vtpote suscipiente spinali medulla à cerebro vim tum sentiēdi tū mouēdi pro arbitrio. Præterea in anatome vidistis, vbi per transuersas spinalis medullæ incisiones ad medium vsque ꝑm longitudinē secaretur, non omnes suppositas corporis partes, sed eas dūtaxat, quæ è regione sectionis erant, resolutas, dextras quidm

H

A.l.3.f.2.c.2. fo.213.f.

A quidem dextra spinalis medullæ parte dissecta: sinistras vero, vbi reliqua pars esset incisa. Itaque manifestum est, quòd circa primum spinalis medullæ processum facta aliqua dispositione, per quam cerebri facultas, quo minus ad ipsam perueniat, prohibetur, omnia inferiora membra, dempta facie, sensu motuq; priuabuntur: vbi vero dimidia eius processus pars fuerit affecta, non omnes inferiores partes resoluentur, sed vel sinistræ duntaxat, vel dextræ. Videntur autem huiusmodi resolutionum aliquæ faciem quoque infestare: sed tum resolutum latus ad alteram faciei partem trahitur. Quumq; ex anatome didiceritis neruos, qui per faciei partes sparsi sunt, à cerebro demitti, si earum aliqua simul cum toto corpore resoluta est, haudquaquam vos latere debet resolutionis dispositionem in ipso cerebro consistere: vbi vero illæsæ permanserint, spinalis medullæ initium affici sciendum est. Accidit vero non nullis, vt faciei partes duntaxat afficiantur, quemadmodum & vna aliqua particula, vt lingua, oculus, mandibula, labrum: etenim non omnibus ab vno loco principium influit, vtpote quæ ex diuersis cerebri partibus neruos suscipiunt: id, quod in anatome haud obscure conspicitur. Igitur apoplexia omnibus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum affectum esse manifeste declarat. Discernitur autem affectionis magnitudo ex noxę, quam spirationi infert, vehemētia: quum enim naturalem ordinem B plurimum egreditur, magnam: quum vero paulum impedimenti est, paruam in cerebro noxam esse conijcere oportet. Sanè omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Et sanè mori contingit apoplecticos ob id, quòd spirare nō possunt: sicuti partium immobilitas ad vitę quidem functiones inutilem reddit hominem, non tamē acutam infert mortem. Itaque vidimus quendam, qui reliquis partibus omnibus resolutis, nullam, quæ ad faciei partes pertineret, actionem amisit seruata etiam spiratione: quomodo enim viuere diutius potuisset ipsa deperdita? in quo primario affici putauimus illam spinalis medullæ partem, quæ paulo inferior est processu neruorum ad septum transuersum tendentium: quinetiam & vrinam & alui sedimina ipsum præter voluntatis imperium emisisse manifestum est. Insuper vidimus alium, cui propter casum omnes inferiores partes, demptis manibus, erant resolutæ.

Quemadmodum autem resolutio, quando in toto fit corpore, faciei partibus illæsis, indicat passionem in spinalis medullæ initio esse, ad eundem modum, si toti corpori conuulsio acciderit, eundem spinalis medullæ locum affectum esse declarat, faciei partibus omnino seruatis illæsis: si vero hæ quoque afficiantur, in cerebro noxam esse ostenditur. Vbi vero pars aliqua conuulsa est, neruum, qui eius motioni deputatus est, aut musculum, affici necesse est. Igitur, si ex anatome neruorum ad singulas partes venientium principia didiceris, melius earum & sensum & motum C deperditum curabis. Verum hæc indeterminata relicta sunt & Herophilo & Eudemo, qui primi post Hippocratem neruorum anatomen accurate scribentes, non mediocrem medicis dubitandi occasionem præbuerunt, quo pacto per neruorum resolutionem interdum sensus dūtaxat, interdum motus, non nunquam ambo simul pereant. Itaque neruorum resolutio potissimum dicitur, vbi motus deperditus est: vbi vero partium aliquarum sensus perijt, eam partem sensus expertem esse, resolutam vero, non adeo dicere consueuimus: quanquā sunt nō nulli, qui hanc affectionem sensus resolutionem vocitant. Nos vero semper hortamur, vt cuiq; quidem nominibus pro arbitrio vti liceat: hoc autem sit nobis propositum, vt affectam scilicet sedem, simulq; dispositionem eius inueniamus: nisi enim hæc accurate cognouerimus, nequaquam eas partes, quibus vel sensus vel motus vitiatus est, recte curabimus. Sanè Pausanias Syrus sophista, quū Romam aliquando venisset, secundum duos minores sinistræ manus digitos, atque medij partem dimidiam, sensum in primis quidem difficilem habebat: postea male curantibus medicis, sensum omnino amisit. Quibus equidem cognitis, omnia, quæ præcesserunt, inuestigaui: atque ipsum, quum per viam duceretur, vehiculo excidisse, atque in dorsi initio læsum, mox partem læsam breui quidem D curatam, sed auctum in digitis sensus vitium, audiui. Igitur remedia, quæ illi digitis adaptauerāt, læsæ parti adhibere iussi: atque sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Primo autem, quòd nerui per vniuersę manus cutem dispersi, quibus sentiendi ad ipsam facultas defertur, proprias quasdam habeant radices, quodq; neruorum musculos mouentium sunt aliæ, medici ignorant. Verum latius, quàm proposueramus, iam nostra expatiata est oratio: proinde quiescere eam decet. Quippe nostra intentio erat, vt hoc commentario omnes affectiones, quæ caput, maxime vero cerebrum, infestare consueuerunt, inueniremus: at, quia ab ipso nerui originem ducunt, per consequentiam ad neruorum vsque affectiones sermo peruenit: cui etiam finem imponendo, passiones, quæ reliquis capitis partibus accidere solent, scribere aggrediamur, si prius hoc tantillum superioribus addiderimus, Quòd, vbi olfaciendi vis lęditur, non eorum meatuum, qui in naribus conspiciuntur, sed vel anteriorum cerebri ventriculorum, quum in temperantia quadam afficiuntur, affectio est: vel eorum meatuum, qui in ijs ossibus sunt, quæ ethmoide idest cola, vocitur, si aliquando obturantur: siquidem odoratorum sensus in prioribus cerebri finibus perficitur, elatis ad ipsos per coli foramina vaporibus: quemadmodum in eo libro, quem de olfactus sensorio conscripsimus, iam declaratum est.

GALE-

A.l.3.f.2.c.2. fo.113.b
A.l.1.f.2.d.3.c. 1.fo.43.g
A.l.1.f.1.d.5. c.1.fo.10.b
A.l.3.f.5.t.1.c. 1.fo.239.f

GALENI DE LOCIS AFFECTIS
LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Faciei partium affectus venatur, Spinalis item medullæ, Pulmonis, & reliquarum partium, cum respiratio vitiatur, sanguis expuitur, & vox ac partes ad loquelam attinentes læduntur.

Quid hoc libro agendum, quidq; superioribus actum sit. CAP. I.

Iam quidem & rationem vniuersalem, qua ad affectas sedes dignoscendas vtimur, primis duobus libris, cum multis definitarum partium exemplis, satis perscrutati sumus. Quoniam vero (vt iam diximus, atq; in alijs libris sæpe monstrauimus) circa res particulares exercitari oportet eum, qui in ar F tis operibus singula, quæ vniuersali via & ratione didicit, tuto & celeriter exercere voluerit, operæprecium facturus mihi videor, si rationales quasdã dignotiones omnium corporis particularum, quæ sensum effugiunt, cum quomodolibet afficiuntur, perscripsero, sumpto à capite initio. Igitur de memoria, & cogitatione vitiata, atq; reliquis animæ functionibus, quas principes noĩare consueuimus, in huius cõmentationis libro tertio iam diximus, simul in non paucis affectuũ generibus, via & rõne inducto exercitationis modo. Nã & de delirio tum phrenitidis proprio, tum eo, quod citra febrem accidit, maniã. i. insaniam, noĩant: præterea de lethargo, sopore, morbo comitiali, melancholia, vertigine, queẽadmodũ & cephalæa, hemicrania, apoplexia, & sĩlibus, ibi iã dictum est.

De affectibus Oculorum, Linguæ, Aurium, & reliquarum faciei partium dignoscendis. Item de Sopore, & reliquis affectibus cerebri, in quibus sensus vel motus offenditur. CAP. 2.

AT in præsenti libro, qui huius commentarij quartus est, de faciei partibus, quæ intrinsecus afficiuntur, sermonem faciemus, ab oculis incipiendo. Nam modo ipsorum sensus, modo motus, ac non nunquam tam sensus q̃ motus, resoluitur: idq; interdum in altero, interdũ in vtroque accidit oculo: non nunquã aũt & in vno, aliquando quidẽ sola palpebra affecta est: aliqñ ve- G ro etiã eius partis, quam proprie oculũ vocamus, vel sensus vel motus lęditur. Cum igitur nullo in oculis malo apparẽte, cernẽdi sensus deperditus est, descẽdens à cerebro in ipsum neruus causam in se continet, cum vel inflãmatione, vel scirrho laborat, vel alioquin ex humorũ defluxione afficitur, aut aliter quomodolibet foramen ipsius obturat. Atq; huiuscemodi affectus ipsi, vt instrumentali parti, accidere necesse est: qui vero ei, vt similari, adueniunt, octo intemperantiæ generibus cõtinentur. Prætera aliud quoq; ipsorum vitium est, quum vel nihil omnino, vel exiguũ admodum lucidi spiritus à principio, quod in cerebro consistit, ad eos immittitur. Si vero vteruis oculorum motum duntaxat amiserit, secundæ coniugationis neruum, qui à cerebro oritur, molestari necesse est, ab aliquo videlicet eorum affectuum, quos alteri neruo, qui à prima coniugatione nascitur, nuper accidere diximus. Quoniam vero (vt ex anatome didicimus) musculi oculũ mouentes, senario numero constant: ac præter eos alij quoq; sunt, qui descẽdentis in ipsum meatus (πόρον Græci vocant, quo nomine dissectores, primę coniugationis neruum eò, q; ipsi soli manifestum sit foramen, nuncupare consueuerũt) radicem amplectuntur: accidit sæpe, quamuis ipse haudquaquã afficiatur, vt musculorum aliquis aut in propria essentia, aut in neruo ad ipsum descendente, ab aliquo nuper dictorum affectuum infestetur: siquidem singulis horum musculorũ, H pars quædam nerui à secũda coniugatione orti transmittitur, haud secus, q̃ ijs quoq; musculis, qui meatum ipsum cõprehẽdunt, siue ij duo, siue tres, siue vnus duntaxat dicendus sit: id enim in præsentia non refert, modo nouerimus horum musculorum munus esse, vt & sursum trahãt oculum, & firment, ne mollis ille neruus, quem & opticum. i. visificum, & meatum nominant, vllo pacto in itinere peruertatur. Quum itaq; sex inueniãtur oculum mouẽtes musculi, si is quidem, qui ipsum sursum attrahere solet, afficiatur, totus oculus delapsus videbitur: si vero is, qui ipsum detrahere potest, affectus est, oculus sursum attractus apparebit: ita etiam, si minoris anguli musculus vitiatur, ad maiorem: si vero maioris, ad illum oculus deflectitur: at, si voluentium musculorum quispiam resoluitur, obliqua erit totius oculi peruersio. Cęterum, quum alij præterea sint musculi mollem neruum illum circundantes, scire licet ipsis resolutis totum oculum procidere. Ac plerisq; eorum, qui sic affecti sunt, sensim quidem intento molli neruo, sed nequaquam affecto, citra noxã cernere possunt: qui, vbi quoquo modo afficitur, visum efficit deteriorem: vbi vero adhuc magis ipsius malum ingrauescit, constat eos, qui sic afficiuntur, nihil omnino cernere posse. Porrò in oculorum peruersionibus, si ad alterutrum angulum fiat conuersio, inocua permanebit cernendi facultas: si vero aut sursum, aut deorsum, aut in obliquum quoq; vertatur, quicquid ipsis obieceris,

A.l.3.f.3.t.1. c.1.fo.231.c

A. ibid. fo.234.d

A.l.1.f.1.d. c.4.fo.16.e

A.l.3.f.3.t.1. 30.fo.227.h

A obieceris, id omne duplum esse videbitur. Musculi vero supernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis est,) quoniam perquàm parui sunt, adeo, vt in maioribus quoque animalibus vix manifeste perspici possint, nihil mirum, si nerui ipsis inserti difficulter videantur. Nihilominus, quemadmodum in musculis, quorum iam supra meminimus, ita & in his quoq; euenire necesse est, vt interdum musculi ipsi peculiari aliquo affectu ex ijs, quos ad musculos pertinere nouimus, interdum vero nerui ipsis inserti inficiantur. Igitur, si musculus ipsam sursum attrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram adeo, vt oculus aperiri non possit: Si vero detrahentes (gemini enim sunt) resoluuntur, oculum claudere non poterunt: quorum si alter duntaxat afficitur, ad oppositum musculum palpebra deflectetur, vt fracta videatur, in fine videlicet circa mediam vtriusque lineam: quippe ea pars, quæ iuxta musculum affectum est, sursum trahi: quæ vero iuxta illæsum est, detrahi videtur. Hi sunt partium oculi peculiares affectus, qui latentibus locis insident: ac sunt præterea alij, qui ex alijs partibus ei per consensum adueniunt. Igitur accidentia, suffusorum visis similia videntur, oculis nulla propria affectione molestatis: sed aut oris ventriculi, aut cerebri cognatione, id accidere solet. Verum hæc ipsa ab ijs, quæ à ventre oriuntur, distinguenda sunt, primum quidem ex eo, quòd vel alter duntaxat oculus, vel vterque similiter visis occupetur. Siquidem in vniuersum visa ob humorum in ventriculo contentorum vitium oborta, vtrique oculo similiter accidunt: quæ vero per suffusiones apparent, neque incipiunt simul in vtroque, neque similiter apparent. Deinde ex tempore quoque distinguūtur. Si enim tribus, quatuor've, aut etiam pluribus mensibus, suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam nihil tenebrosum videatur, ab ore ventriculi affectum procedere inuenies. Si vero non ita multum temporis intercessit, quærendum est in primis, vtrum, ex quo incepit affectus, singulis diebus perpetuo huiusce modi apparitio perseuerauerit, nullo scilicet interueniēte die, q omni reprehensione caruerit, an diebus quibusdam intermedijs laborans exacte visus sit sibi conualuisse: nam assiduitas suffusionem indicat: intermissio vero, quòd malum à ventriculo prodierit, suspicionem excitat, idq; magis, si perfecte quis concoquens, nullum sibi visum apparere fatetur: sed multo magis, si, quum apparuerunt visa, mordicus in ore ventriculi doluit: adhuc vero magis, si post hæc vomendo, eiecta re mordente cessauerint accidentia. Hæc sunt, quæ primo statim die, quum videris hominem, interrogando discere debes, quando (vt iam diximus) exquisite secundum naturam se habuerint oculi. Vbi vero altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (vt breuiter dicam) non exacte pura videtur, suffusionis esse initium censendū est. Si vero quispiam suapte natura pupillas ipsas non admodum puras habuerit, considera, num ambarum similis sit affectus: ad hæc, an non ita multum temporis à suffusionis accidentibus præterierit: quòd si ita est, impera, vt minus cibi, quàm pro consuetudine, ingerat, eumq; nihil mali succi habentem. Postero die, vbi probe concoxerit, qualia apparuerint visa, interroga: si enim vel omnino nulla vel debiliora videātur, ad ventriculum referendum est accidens: at, si similia permanserint, non per consensum, sed ex propria dispositione sciendum est huiusmodi accidentia oculos infestare: idq; magis, vbi sumpto ex aloe medicamento nihil variauerint: voco autem medicamentum ex aloe, quod alij hieram picram, alij simpliciter picram appellant. Quippe, si à ventriculo prouenerit accidens, huiusce modi medicamento potui dato, facillime curatur, accedente simul bona concoctione: vt in idem conueniant, & affectæ sedis notitia, & ipsius curatio. Equidem quosdam sic affectos, quamuis (vt scitis) non viderem, quum in alienis essent terris, per literas curaui. Nam, quum non nulli ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atque alijs regionibus per epistolas à me petijssent, vt, si ad suffusionis initium nullo adhuc vitio in pupilla apparente, probatum aliquod haberem medicamentum, id eis transmitterem, volui prius, certiorem me redderent, num ex multo tempore ita fuissent affecti: præterea de alijs quoque, quorum paulo ante D mentionem fecimus. Qui quum per epistolas responderent sex menses aut annum iam exactum esse: vtrumque oculum similiter affici: quum probe concoxissent, melius sese habere: per cruditates, atque stomacho mordicus dolente, grauius irritari: educta vero per vomitum bile, quiescere: nulla facta de pupilla quæstione, satis efficaciter me cognoscere putaui non proprio affectu, sed per ventriculi consensum oculos infestari. Mittens itaque picram, ipsos quidem in primis atque præcipue: per eos autem, alios quoque multos ipsorum conterraneos sanaui. Quum enim omnes, quotquot epistolas meas acceperunt, docti essent, affectorumq; locorum notas ex literis meis didicissent, hos deinde & facile cognouerunt, & amaro medicamento curauerunt. At similia quoque suffusioni accidentia in quibusdam phrenitidis speciebus, affecto scilicet cerebro, sępenumero euenire solent: nec refert, vtrum species an differentias nominaueris, nam simplices quidem duæ inueniuntur, ex quibus deinde tertia componitur. Quippe sunt phrenitici quidam, qui de ijs, quæ oculis offeruntur, recte (quantum ad sensitiuam notitiam pertinet) iudicant, cogitando vero à naturali iudicio aberrant: alij rursus cogitatione quidem falluntur minime, sensibus tamen difformiter mouentur: sunt præterea, qui & sensus simul & cogitationis vitio laborant. Itaq; vtriusque lęsionis modum sic accipe. Quum Romæ quidam domi cum lanifici puero contineretur, surgens à cubili venit ad fenestram, per quam & ipsi videri, & prætereūtes videre

Margin notes: .l.1.f. 1.d.5. 5.fo.16.f — A.l.3.f.3.c.4. 1.10.fo.231.f

videre potuit. Deinde ex vitreis vasis singula ostẽdens, interrogauit, imperarẽt'ne, vt ea proijce- E
ret: illi vero ridentes plaudentesq; vt ea proijceret, rogabant: tum ipse deinceps omnia arripiens
eiecit, at illi magnis acclamationibus riserunt. Postea, iuberent'ne puerum quoq; proijci, quum
eos interrogasset, atque id illi iussissent, ilico ipsum deiecit: quem ab alto cadentem videntes, sup-
presso statim risu, accurrerunt, & confractum iam puerum sustulerunt. At contrariam affectio-
nem non solum in alijs, verum in me ipso, quum adolescens adhuc essem, expertus sum. "Quum A.l.3.f.1.t.3.c 2.fo.197.b
enim per æstatem ardente febri laborarem, & festucas atro colore ex cubili eminere, & floccos si-
militer in vestibus esse putarem, quos auferre tentans, nihilq; sub digitis eductum inueniens, ac-
curatius vehementiusq; id efficere conatus sum. Audiens itaque duos ex amicis, qui tum ade-
rant, dicentes: vides'ne hũc iam & floccos euellere, & festucas colligere: statim intellexi id ipsum,
quod dicebant, me fecisse. Quum vero sic animo constarem, vt rationalis in me facultas non va-
cillaret, recte, inquam, dicitis: proinde, ne phrenitis me arripiat, auxilio estote. Illi autem, quum
idoneis rigationibus caput fouerent, tota die sequentiq; nocte grauibus insomnijs turbatus sum,
vt interim & clamare & exilire viderer: verum postero die mitigata sunt omnia accidentia. Igi-
tur constat, quòd ab vna eademq; causa secundum speciem accidentia proueniunt, non autem ab
eadem sede, quæ primario affecta sit, emergunt, in ijs, qui ex cerebro, atq; illis, qui per vẽtriculi con F
sensum, vt dictum est, laborant. Quum enim in cerebro cuiuspiam biliosus succus collectus fue-
rit vnà cum febre perurente, is afficitur perinde, ac ea, quæ ad ignem torrentur: oriturq; tum fu
mus quidam, veluti in lucernis ab oleo, qui per vasa, quę ad oculum tendunt, delapsus, visorum in
ipsis causa censetur. Siquidem in anatomice vidistis, quòd & arteriæ & venæ ab ijs vasis, ex qui-
bus choroides membrana contexta est, simul cum neruis ad oculum descendunt. Verum huic ser
moni, vtpote satis iam definito, finem imponentes, de reliquis oculi passionibus id in vniuersum
dixerimus, nostri instituti non esse earum particularum, quæ manifeste sensu percipiuntur, si à na-
turali constitutione aberrauerint, notas perscribere, sed illarum, quæ, quum affectæ fuerint, sen-
sum latent. Nam, quum pupilla manifeste videtur aut fracta, aut distorta, aut præter naturam vel
aucta, vel imminuta, haud difficile est affectam particulam cognoscere: at vero, quę sit dispositio,
huiusmodi faciens affectum, scire ad artem medicam spectat: verum de ijs in libro de causis acci-
dentium iã scriptum est. Proinde non opus esse videtur, vt in hoc libro vel affectas sedes in oculis,
quas sensus cõsequi potest, vel affectus in ipsis, declarare aggrediar: quippe affectuũ nomina vno
paruo volumine, cui titulus est/quo modo noscantur oculorum affectus/ perscripta sunt: causas
autem, vt diximus, in libro de accidentium causis inuenies. Tempus igitur est, vt ad linguam no-
stra conuertatur oratio. Atque "videmus interdum ipsius motum, interdum gustandi sensum læ- A.l.3.f.6.c fo.244.g
di, atq; non nunquam cum eo tactum quoque. Non autem alijs gustus, atq; alijs tactus, neruis vti G
tur, vt in motu videre est, nerui enim à tertia coniugatione orti non solum tangendi, verum etiam
gustandi, vim obtinent: verum crebrius læditur gustandi, quàm tangendi, facultas, quamuis ijs-
dem neruis vtraque vtatur, nam ad gustum quidem exactiore iudicio opus est: Tangendi enim
sensorium est crassissimum: sicuti cernendi, tenuissimum: auditus vero sensorium, vt in tenuita-
te à visu: ita sensorium gustus in crassitudine, à tactu secundum locum obtinet: olfaciendi vero
sensorium in illorum quatuor medio constituitur. Mouendi autem vis linguæ aduenit à septima
neruorum à cerebro ortorum coniugatione, non longe à spinalis medullæ initio. Quumq; "hoc A.l.3.f.2.c fo.213.b
in loco vtraque cerebri pars, tam dextra, quàm sinistra, afficitur, apoplectica infert pericula: vbi
vero altera tantum, in paraplegiam {seu paralysim} finit. Ea interdum alteram duntaxat linguę
medietatem à motu prohibet: interdum partes sub capite constitutas, & quidem modo has, mo-
do illas infestat: non nunquam alterum latus per vniuersum corpus vsque ad extremas pedum
partes afficit. Igitur ex faciei partibus sola lingua sępenumero videtur iam dicta noxa molestari,
quum nulla sit, neque in tactu ipsius, neque in gustu lęsio. Cuius rei causa haud obscura est, vobis
præcipue, qui vidistis neruorum à cerebro processum, ad faciem quidem à parte eius anteriore:
ad partes vero totius animalis sub facie omnes, ab altera parte nempe posteriore: à qua etiam eo- H
rum neruorum, qui ad linguæ musculos veniunt, coniugatio procedit, quibus ipsa motum ab ele
ctione perficit. Itaque non ab re, quum anterior duntaxat cerebri pars afficitur, sola linguæ mo-
tio vitio caret: reliquę vero faciei partes omnes in altera parte, dextra aut sinistra, & sensum & mo
tum ab electione amitunt. Quòd, si "aliquando sola anterior cerebri pars afficitur, supremum A.l.3.f.1.t. 1.fo.200.g
ipsius ventrem ei consentire necesse est, atque cogitandi quoque actiones vitiari. Et, qui ita affe-
ctus est, neque sensus neq; motionis munere fungitur: spirandi tamen facultas haudquaquam læ
ditur, vocaturq; hic affectus caros id est sopor. Si vero "adeo vehementer spirationem opprimat, A.ibidẽ.c.2 201.b
vt quis vel magno conatu vix spirare possit, eorum exemplo, qui per grauem somnum stertere
de Artic.'cõ. 2. t.9.7d. 263.f solent, apoplexia nominatur. Atqui solutæ "apoplexiæ creberrime succedere solet vocata paraple A.l.3.f.1.t. c.8.fol.209
Et. 1. Epi.cõ.3. t.28. 3. 125.c gia: sopore vero finito, bona valetudo magna ex parte subsequi consueuit. Fit autem ‖ sopor, Hip Et. c. 12. fo 212.d
Et in Coacis p̃ not. nõ lõge à libri fine. pocrate authore, musculis temporum affectis: præterea in ‖ acutis quoq; morbis, vt idem Hippo
crates scripsit. Inter soporem vero & apoplexiam, morbus comitialis medius est, conuulsionem
afferẽs vniuerso corpori, sed in paraplegiam nõ finit. Horum igitur trium morborũ, frigidus ac
crassus

A crassus aut oīno viscidus humor, causa est. Verū & in sopore & morbo comitiali vētres magis, cerebri corpus minus: in apoplexia vero, corpus magis affici solet. Et ī sopore quidē anterior pars magis: in apoplexia & morbo comitiali vtraq; afficit. In catalepsi vero et catoche dicta, posteriora cerebri potius afficiunt. Quū aūt osse quopiā terebra perforato medius vētriculus fuerit cōtusus, sopor hoīem occupat, sed neq; cōuulsione neq; difficili facta spiratiōe: quarū hæc quidē apoplexiæ, illa vero morbo comitiali peculiaris est haud secus, q̄ catalepsi soporiq; seruata fm naturā spiratio: verū, vt p soporē palpebræ claudunt, ita in catalepsi manēt apte. Queadmodū aūt iter pforandū, quū quis mēbranā negligēter, ac vltra, q̄ res expostulat, meningophylace (.i. mēbranæ custode) pmēdo, violauerit, sopor accidit: ita, vbi os caluariæ vehementer attritū ipsius vētriculos cōprimat maximeq; mediū, sopor superuenit. Quinetiam ad vehemētes dolores hic affectus sequit, cōcidente videlicet robore ipūs aialis: voco aūt sic (vt scitis) id, quod est in cerebri ventriculis primū animæ instrumentū ad sensum & motū in vniuersas corporis partes trāsmittendos. Hos cerebri affectus, tum q̄ iā proposito sermoni familiaritate coniungunt, tum etiam q̄ antea non satis declarati fuerūt, operæprecium duximus in præsentia definire. Sed ad linguę affectus redeūdum nobis est: quorum alij quidē cōes sunt per cōicationem, quā cum cerebro & neruis habet: alij ipsius duntaxat proprij cēsent. Igitur, quod ad cōicationē, quā cū cerebro & neruis hēt, pertinet, vt per septimam neruorū coniugationē motus ipsius vitiat: ita sensus impediri pōt p tertiā: quē neruum dissectores mollē appellāt, descendentē dispersumq; (vt scitis) in tunicā, quæ linguā comprehendit: queadmodū is, qui à septima coniugatione ortum habet, musculis ipsam mouētibus distribuitur. Proprij aūt solius linguæ affectus, ex ijs, quæ iā supra de oculorū proprijs affectibus diximus, haud difficulter inuenient. Quippe musculorū ipsius intēperantię, tanq̄ similarium, motum impediūt, sicuti ambientis ipsam extrinsecus mēbranæ intemperies & tangendi & gustādi simul sensum vitiat: tanq̄ aūt instrumentaliū affectionū, inflāmationes, scirrhi, œdemata, erysipelata, suppurationes: De his vero, vtpote quæ tum visu tū tactu discerni pñt, nihil aliud in hisce cōmentarijs dicemus: quippe eas duntaxat affectas partes hoc in libro persequi proposuimus, quæ neq; visu neq; tactu, sed per quedā signa & indicatorie atq; (vt summatim dicā) rōnali via inueniri possunt. Eadem quoq; rōne in sensu auditus, quicūq; affectus in aurīū obiecta oculis concauitate oriunt, rōnali inuestigatione nō indigent: illæso vero apparente aurīū foramine, si audiēdi facultas lædit, simili via & rōne inquirēdę sunt notę. Vbi.n. præter hāc nihil lęsum est, neruū ppriū affectū esse, haud absurde cōijcimus: vbi vero reliquæ faciei particulæ simul cum ipsa lędunt, in cerebro dispōnem præter naturā esse existimamus ipso, vel vt similari, vel vt instrumētali parte, affecto. Sed & reliquorū oīum locorū qui in facie sunt, nō solū motus verū etiā sensus, aut perditur oīno aut vitiatur, interdū quidē partibus, quę lęsas habēt actiones, proprio affectu laborātibus: interdū vero neruis, qui ad eas à cerebro deferunt: aut ēt ipsomet interdū affecto cerebro: quorū discrimen per copulata ipsis accidentia, facile deprehenditur. Quippe, si forte fortuna vna quæpiam particula aut in sentiendi, aut mouendi, aut vtraq; facultate lędat, ea sola cām dispōnis continet: idq; aut suis ipsius partibus vel instrumētaliter vel p intemperiē laborantibus: aut neruis, qui ad ipsam ex tertia coniugatione ferūtur: At, vbi plures simul afficiunt particulæ, considerare oportet, vtrū ex vna neruorum origine aut pluribus, sensum motum'ue, quū in naturali sunt habitu, sortiant. Vidimus.n. ex dissectionibus, tpalibusq; & māsorijs musculis, itē labris, & nariū pinnis, sensum & motū: linguæ vero, oībusq; oris partibus sensum duntaxat, à tertia neruorū cōiugatione procedere: à scda vero, oculorū musculis motū, sicuti à prima oculis ipsis cernēdi sensum, suppeditari. Igit, vbi particulæ, quibus à tertia cōiugatione nerui adueniunt, & quidē oēs, sed in alterutra duntaxat parte læsæ vñr (nunq̄ aūt huius præceptionis, vel nihil dicētibus nobis, obliuiscaris) neruū ipsum primario affectū esse putandū est. Si vero vtrāq; simul partem lędi cōtigerit, non nerui proprius, sed eius in cerebro loci, à quo nerui procedūt, oīno affectus est. Affecto aūt in vtraq; parte, tam dextra q̄ sinistra, cerebro, in eo videlicet spatio, vñ tertia neruorum coniugatio prodit, oēs vicinę partes simul affici cōsueuerūt, proinde & secūdę & primæ cōiugationis nerui: vnde sequit, vt oculorū quoq; partes lędant. Quōd, si vnus dūtaxat vel musculus vel neruus quoquo mō, siue primaria affectione siue p cōsensum, fuerit affectus, pars ipsa in aduersum trahit musculū: nam resoluto musculo, qui dextrū labrū mouet, ipsum ad sinistrā deflectit: At, si is, qui sinistrū mouet, resoluit, ipsum trahit ad dextrā. Haud secus & totā mandibulā, & nariū pinnas, & buccas vtrasq;, quas à musculosa latitudīe moueri didicistis, in aduersam partē ei, quæ resoluta est, deflecti cōtingit. Ad hāc vero latitudinem musculosam nerui nō itē à tertia coniugatione veniūt, sed à vertebris ceruicis in totā ferē eā, parte quadā ipsius exigua excepta, in quā nerui à quinta cōiugatiōe inserunt, vbi est altissima huius musculosæ latitudinis regio.

Marginal notes: l. 3. f. 1. 3. c. 8. fo. 199. a — l. 3. f. 4. 1. c. 4. fo. 35. d

De Spinalis medullæ affectibus: ac de generibus Anginæ. CAP. 3.

SEd iam tps est, vt spinalis medullæ affectus persequamur. Igit spinalis medullę affectus, q̄tum ad presentē inquisitionē pertinet, cōpendiosam hñt doctrinā: ea vero, q̄ ex actionibus habet cognitio, nō itē. Etenim, nisi quis neruorū ab ipsa pcedentiū coniugationes ita memoria teneat, vt, ad quā corporis partē singulæ perueniāt, cognoscat, discernere non poterit, fm quam vertebram ipsa sit affecta: velut e cōtrario, si illarum meminerit, facilis erit affectæ sedis notitia. Quinetiā, si reliquarum quoq; partium oium notitiam quæris, vt neruorum, qui à spinali medulla oriuntur, memineris, necesse est: Veluti, vbi primæ vertebrę afficiunt, licet raro, euenire tñ interdū angina pōt, idq; in pueris magis, q̄ adultis: de qua Hippocrates libro scdo de morbis populariter vagātibus in hūc modū scripsit: Erāt anginosorū affectiones hmōi. Ceruicis vertebrę ad interna cōuersę sunt, alijs qdē plus, alijs vero minus: atq; in ptibus exterioribus manifesta videbat in ceruice cōcauitas: dolorē laborās, vbi illic tāgebat, sentiebat. Accidit ēt angina cuidā sub ea vertebra,

Marginal notes: l. 3. f. 9. c. fo. 253. d — 2. Epi. sec. 2.

quam

quã [a]dẽtẽ noĩant,verũ nõ adeo acuta: qbusdã vero ob rotũditatis magnitudinẽ,oĩno cõspicua. Fauces,licet F
inflãmatio nõ angeret,ipę tñ molestia minime carebãt. Ea,q̃ sub buccis erãt,tumebãt quidẽ,sed inflãmatio-
ne laborãtibus haud erãt cõsimilia. [b] Bubonas nullus dolor cruciabat,sed naturali potius habitu pmane-
bãt. [c] Lingua haud facile cõuertebat̃,atq; aucta ipsis videbat̃ atq; exerta. Venę sub lingua manifestę. Deglu
tire,nisi magno cũ labore,neqbãt: at,si vi quadã deuorare conarent̃, p nares effluebat id, qđ ingesserãt. Ex
naribus loquebãt̃. [d] Spũs ipsis nõ admodũ elatus. Nõ nullis capitis tẽporũ,atq; ceruicis venę attollebant̃:
atq; horũ quibusdã,qbus dolores [e] recrudescebãt,tpa paululũ calebãt,quãuis alioqui nõ febricitarẽt. Pluri-
mi nõ suffocabant̃, nisi quũ vel sputũ vel aliud quidpiã deglutire tẽtarẽt. Neq; subsidebãt oculi. [f] Igit̃,qui-
bus tumor nõ in alterutrã partẽ deflexus,sed rectus erat,nequaq̃ paraplectici euadebãt. Horũ si quẽpiã pe
rijsse mihi cõstiterit,id referre grauabor minime: nã,quotquot memoria nũc cõsequi possum,oẽs supstites
permãserũt. Atq; alij q̃ celerrime sanitati sunt restituti: alij nõ pauci quadragesimũ diẽ pterierũt: atq; ho-
rũ plurimos,febris oĩno nõ arripuit. [g] Plurimis ẽt vsq; in lõgũ tps,pars quędã tumoris protracta est,cuius
rei signũ & à deglutitione & à voce sumi poterat: Atq; eliquatę quoq; [h] columellæ,malæ sigñonis nunciũ
pstabant,q̃q̃ nihil mali habere arbitrabant̃. At vero,quibus alterutra pars afficiebat̃,ij ea parte,à qua verte
bræ inclinatę erãt,paralytici euadebãt,atq; hęc ipsa versus alterã trahebat̃. [i] Porrò hęc tũ in facie,tũ ore, & se
pto, qđ gurgulionẽ distinguit, euidenter deprehẽdebant̃: quinetiã inferiores buccæ pro rõne mutabãtur. G
[k] Paraplegiæ aũt non p totũ corpus fiebãt,vt ex alijs,sed vsq; ad manũ,q̃ ab anginosa parte erat. [l] Hi & con
cocta expuebãt,& parũ vix. [m] Quibus aũt in rectũ tumor erat,ij sine labore expuebãt. [n] Quibus vero & cũ
febre,hi multo magis & difficulter spirabãt,& inter loquendũ saliuam fundebãt: & venæ his magis elatæ.
[o] Et pedes oĩum quidẽ frigidiores,horũ vero maxime. Horũ si aliqui nõ ilico mortui sunt,hi tñ erigere sese
haudquaq̃ potuerũt. Verũ oẽs, quotquot eqdẽ nouerim,mortẽ obierũt. Totã huius sermonis seriẽ in se-
cũdo libro eius cõmẽtarij,quẽ ĩ scđm librũ đ morbis populariter vagãtibus pscripsimus,ad verbũ ferè enar
rauimus: atq; idcirco eã totã hic inseruimus eò, q̃ Hippocrates multis oñdit accidisse anginã nobis raro vi
sam,nullo existẽte in gutture ,pprio affectu: quinetiã q̃ circa primas orit̃ vertebras,à quarũ scđa pars quę-
dã dentiformis vocata ,pcedit: vñ nõ nulli ipsam totã vocauere dentẽ. At nũc sub hac quoq; vertebra inqt
factã quidẽ anginã,sed non æque acutã,vt ea,quæ circa scđam ‖ fieri solet: siquidẽ cõstat, q̃ spinalis medul- A. ibidem
lę partes,quo fuerint altiores,eo sunt pstantiores: ,pinde,quo inferior primis duabus vertebris fuerit dispõ,
eo minorẽ inferet noxã. Nã ex arte secãdi corpora didicimus septi trãuersi neruos† sub quarta ac qnta ver
tebra emergere: pterea ex cõmentarijs de spiratiõis causis edocti sumus liberã spirationẽ à solo fieri septo
trãuerso, accedẽte ad hãc intercostaliũ quoq; musculorũ actione ,vbi videlicet vehemẽtiori opus est spira-
tione: q̃,si vehemẽtissima spiratione indiguerimus, superiores ẽt musculos cõcurrere oportet. Verũ non H
solũ ob magnã aut maximã spirationẽ horũ musculorũ actionẽ requirimus, sed ob alias quoq; cãs, de qbus
latius in libris de dyspnœa {.i.spirãdi difficultate} iã dictum est. In præsentia vero satis fuerit à prescripto
Hippocratis sermone tm̃ accipere , quantũ ad affectorum locorũ notitiam necessariũ est: si prius eius ver-
bi,qđ in libro de articulis à nobis explicatũ est,meminerimus,vbi inquit: ‖ Vertebrarum aũt,quæ in spina
sunt,quęcunq; per morbos in gibbum trahunt̃. Vult nimirũ non solũ ad interna vertebrarũ luxationem,
quã lordosin,id est excauationẽ,vocãt,sed eã quoq;, qua foras vertebrę labunt̃,comitari tensiones, quæ ad
partes

† Al. iter quartã & quintã vertebrã. Vide li. de neru. diss. cap. 15. Et libro de cau. resp.

de Art. cõ men. 3. t. 1. 2. 7a. 268. e.f.

Quo clarius locus hic Hippocratis ĩtelligeret̃, annotationes quasdã excerptas fortasse ex cõmentarijs Galeni in secundũ Epidemiorum tibi traduximus. De hac ẽt Angina à Galeno tradit̃ pluribus alijs ĩ locis, vt lib. 3. de difficultate respirationis capite 11, & lib. 1 prorrh. cõ. 11, & lib. 2 prorrh. cõm. 55, & 4a. part. aph. expositione aph. 35, & alibi.

A Dentem nominãt veteres processum dentiformẽ secũdę vertebrę, qui caluarię dearticulatur: factus autem à natura est, vt caput antorsum retrorsumq; deducat: nam primæ vertebræ ad caluariam dearticulatio caput in dextra & sinistra circumfert.

B Bubonas vocat nũc Hipp. phlegmonas, ĩ glãdulis tõsillarũ ortas.

C Nã, cũ fauces ĩpellerent̃, p ɔtinuũ ẽt lingua impellebat̃ & extra os pueniebat, grãdisq; erat: vñ nec facile ipsã vertebãt ob succi crassitiẽ: cuius sanè & illud erat indiciũ, q̃ sub ipsam venę ɔspicuę erãt.

D Sublimis quidẽ erat spũs, ob angustiã: nõ admodũ ãt ,ppterea, q̃ affectus nõ erat proprius particularũ respirationi deseruientium.

E Παλιγκοτα πάθη .i. recrudescentes affectus dicit, qui nullã firmitudinem habent, qui instabiles ac infidi sunt: in his igitur ait, aliqua erat capitis caliditas, etiam si alioqui non febricitarent.

F Nam, cũ vertebrę trãspõ vel maior vel minor fiat, de minori differens, ait eos, qui habebant transpõnem in rectum .i. ad anteriora, nunq̃. s. vergẽtẽ, ita, vt nec ad dextra nec ad sinistra vergeret, nullã sustinuisse resolutionẽ: hoc.n. sigñat paraplectici: cur? quia neruorum processus non cõprimebantur. Non ergo deficiebat facultatis influxio: vnde nec priuatio aut sensus aut motus contigit.

G In quibus crudus succus & frigidus erat, qui tumorem faceret, ij multo tempore extumescentiam habuerunt. Indicia autem horũ (quãuis ægrotantes nihil mali se habere arbitrarentur) erant tum deglutitionis angustia, tum non bene loqui.

H Hęc particula fm quidẽ naturã se hñs, γαργαρεών .i. gurgulio vocatur: morbo aũt affecta, qñ eius extremitas phlegmone laborãs, similis acino vuę reddit̃, σταφυλή .i. vua vocat̃: qñ tota, κίων .i. columna: quando vero exilis fit, ἱμάς .i. lorum appellatur: liquescit autem acribus succis & excrementis in ipsam currentibus.

I Hæc aũt maxime cõspicua erant .i. paraplegia, & in palato, qđ ipse os vocauit, & in gurgulione. Afficiebant̃ aũt hæ particulę ppea, q̃ pars neruorum tertię coniugationis dorsalis medullę miscet̃ cum parte eorum, qui à tertia cerebri cõiugatione in hæc loca ferũtur ac distribuuntur: consequenter igit̃, cum tertia coniugatio neruorũ dorsalis medullę afficit̃, partes ẽt hę necessario afficiuntur.

K Paraplegię, inquit, nõ p totũ corpus fiebãt, sicuti ex alijs causis, qñ ad dimidiũ dorsalis medullę obstructio, verbi grã, vel sectio fit, sed vsq; ad manum in ea parte, in qua angina erat: scimus.n. manũ ab extrema ceruicis vertebra dorsiq; principio neruos suscipere.

L Hi vero expuebant concocta, & parum vix. Expuebant quidem, q̃ humiditas à tumore transudabat: concocta vero, q̃ tempore deinceps natura regebat ipsa ac ornabat: parum vix autem (grę-ce μετὰ βίας) hoc est cum violentia ac conamine, vel q̃ ceruix angustabat̃, vel quia facultas ipsius motiua, imbecilla reddita erat.

M Quibus vero ęquaſr vergẽs erat trãspõ, ij sine labore expuebãt: cũ .n. nulla ipsis euenisset resolõ, facultatẽ imbecillam nõ habebant.

N Febre nimirum fundẽte impactũ succum. At primo quidem difficulter spirabant propter febrem: postea vero, quia refrigerari volebant infestante febre, humiditas autem confusionem suscipiebat & circa os colligebatur, saliuam fundebant. Nam, cum natura infirma esset, ornatus quoq; corporis gubernatioq; negligebatur. Venæ autem elatę erant, ob febrem multis subortis vaporibus.

O Et pedes oĩum quidẽ erãt frigidiores, maxime vero horũ. Oĩum quidẽ ppea, q̃, vt ostensum est & rõne & experimento, infirmorũ pedes semp sunt frigidi: horum vero pcipue, cum calidũ innatũ à febre diriperetur, & præ imbecillitate non posset ad extrema vsq; peruenire. Ob id recti stare non poterant .i. ambulare ac consueta munera pagere. Et, quia oẽs quidẽ obierũt, sed alij statim, alij posterius, inquit, qui non statim moriebãtur, recti stare nõ poterant.

A partes fiunt internas,trahentibus, qui ibi præter naturam cõsistunt,tumoribus neruosa corpora. Igitur,vbi vnica duntaxat vertebra,aut etiam duæ,aut tres sese deinceps consequentes distrahuntur,ea parte spinam cauari contingit: vbi vero inter distractas vertebras,vel vna vel plures illæsæ permanserint,sic affectis gibbus accidere solet: at,si in alterutram partem,vel dextram vel sinistrã, distrahatur,ibidem in obliquum torquebitur spina. Atq; in eo,quẽ præmisimus,sermone,vtriusque mentionem fecit Hippocrates: excauationis quidem, cum dixit,|| quibus secundum rectitudinem tumor incedit: obliquæ vero torsionis,dicẽs,quibus vero alterutra pars afficiebatur. Por rò exacte admodum atq; vtiliter nobis (si legerimus) hæc conscripsit,per excauationem quidem, neminem fieri paraplecticum,quod fit,vbi pars aliqua resoluitur: per obliquã vero torsionẽ,malum ad manus vsq; procedere,significans ipsum ad infernas partes,vt costas, lumbos, crura, non posse descendere.In primis itaq; hoc nobis sciendum est, alia quidem sequi accidentia laborante spinali medulla proprio affectu,siue id ex sola intemperie fiat, siue simul humore quopiã affluente,vt in erysipelate,inflammatione, atq; vlcere putri: alia vero,contusa,quia vna vel plures vertebræ suo loco commouentur.Quippe,vbi proprio affectu spinalis medulla ipsa laborat, siue id in dextra siue sinistra parte eueniat, citra tamen vertebrarum luxationem, & quidem si in altera par B te duntaxat afficiatur,oĩum inferiorum corporis partium,quę ẽ regione nocumenti constituuntur,tam sensus quã motus læditur: si vero vtraq; pars affecta est, omnes particulæ,tam in dextra quã in sinistra parte,ei,quæ læditur, subiectæ,similiter resoluũtur: at luxata vel ad gibbum vel ad concauum vertebra,fieri potest,vt nulla omnino partium inferiorum,vel in sentiendi vel mouẽdi facultate vitium percipiat: atque fieri etiam potest,vt lædatur eo videlicet modo,qui ab Hippocrate in libro de articulorum affectibus definitus iam est.Quum igitur || angulosa, (vt ipse nominat) fit † spinalis medullæ luxatio: id est quum nõ paulatim,sed affatim perinde,ac si frangeretur,pars aliqua curuatur, subiectas partes omnes lædi necesse est: paulatim vero facta luxatione atque in orbem magis,nihil notatu dignum patiuntur partes,quæ commotæ vertebræ supponuntur: sed in obliquum luxatio,lędit omnino partes eas,ad quas nerui ex luxatis vertebris procedentes perueniunt: idq; magis in ceruice, in thorace minus, sed multo minus in lũbis,accidere solet. Siquidem in ceruice vertebræ inter se connexæ æqualiter vtræq; conferũt foramini,vnde neruus procedit: in thorace aũt superior magis, inferior minus: sed in lumbis totus neruus ex superiori exci dit vertebra.Quare,si hìc quidẽ trãsuersa eueniat vertebrarum luxatio, eadem secũ trahens & spinalem medullã & neruum, illęsum seruat ipsius secundum naturam ortum: In ceruice vero, ex lo C co medio inter duas vertebras procedentes nerui, per obliquas luxationes,in ea quidem parte,ad quam spina ipsa deflectitur,opprimuntur,in altera uero tenduntur: porrò tensiones quidem,vbi ingẽs quoq; inflãmatio accesserit, cõuulsio comitatur: ad compressiones verò earum partium,ad quas oppressus neruus peruenit,paralysis.i.resolutio sequitur.Igitur nõ ab re in ea angina, cuius in præmisso sermone historia narrata est, ad manus vsque superuenit paraplegia, vtpote procedentibus neruis ex fine ceruicis ad manus: quippe sub ceruice thorax est, à cuius vertebris emergentes nerui nõ ad manus,sed ad spatia intercostalia trãsmittuntur,paucis quibusdam, qui ex primis ꝓcedũt,exceptis. Igitur per eas, quas nuper diximus vertebrarum luxationes, reliquæ faciei partes oẽs,neq; in sensu neq; in motu noxam subeunt: buccæ autem duntaxat sine mandibula læduntur,vt quæ à musculosa latitudine.i.lato musculo mouent̃. Cõstat itaq;,ꝙ musculi,quibus mo uendi vis aduenit per neruos, qui à ceruicis vertebris orti in ipsos dispergũtur, noxã non euadũt, si & spinalem medullam & prouenientes ab ipsa neruos, affectus quispiam infestauerit. Verum, qui,& quot sint huiusmodi musculi,ex neruorũ, qui à spinali medulla oriunt̃, dissectione didicistis: veluti alia quoq; cognitu necessaria accidentia, quæ sequuntur,vbi spinæ ipsius vertebræ vel in gibbum vel concauum vel etiam transuersum luxantur, ex secunda particula cõmentariorum, D quos in librum de articulis ędidimus, omnia cum proprijs demonstrationibus accurate conscripta habetis: quorum summas in præsentia commemorasse operæprecium fuerit. Equidem non nulla iam percurri: superest itaque,vt ea,quæ non dum tacta sunt,tractemus,vt nihil orationi nostræ deesse videatur. Porrò scire debetis vertebras à suo positu luxari,aut ob casum,aut ictum,aut tumorem pręter naturam,neruosa corpora vertebris ipsis atq; spinali medullę connata,extendentem.Horum duo sunt genera: aliud enim est partium,quæ secundum naturam sunt: aliud tumorum quorundam,qui præter naturã accidunt,quos Hippocrates vno vocabulo comprehendens apepta || phymata.i.cruda tubercula, nominauit.Igitur manifestũ est,ꝙ in pręmissa cõditione,quã libro secundo de vulgaribus morbis descripsit,ceruicis vertebris adiacentes musculi afficiebant̃: potuit ẽt tuberosus aliquis tumor accedere,ob quẽ concocta nõ nullos spuere dicit,facta videlicet tuberũ concoctione. Cur igit̃ eos anginosos appellauit: an qa difficulter spirabant, nullo existen te vel in thorace vel pulmone vitio: quippe hac in re differt anginosus cõcursus à peripneumono so & laterali: atq; ex eo, ꝙ angustiæ sensus in gutture est. Præterea in pręsagiorũ libro vr̃ anginæ noĩe appellare oẽs affectus huic loco accedẽtes,quos spirãdi difficultas comitat̃: inqt enim: || Angina periculosissima est,celeriterq; enecat, si neq; ĩ faucibus,neq; in ceruice qcq̃ appareat,si dolor vehemẽtissimus est,si nõ nisi recta ceruice spũs trahit̃: etenim eodẽ die iugulat,licet iterdũ vsq; ad alterũ

Marginalia: 2.Epid.sect.2ª. — de Artic. cõ. 3. t.51.7ª.174.c — † vñ̃. i. dorsi, est in atiquis. — 1.3.f.2.c.2. 113.h — de Artic. cõ. 3. t.9 7ª.169 f — in Progn.cõ.3. t.16.4ª.209.a

alterũ aut tertium aut etiã quartũ protrahať. Quæ vero in reliquis non minore quidem dolore af E »
ficit, extumeſcit aũt, & in faucibus ruborẽ mouet, ſuperiori non minus periculoſa eſt: ſed longius »
ſpatium habebit, præcipue ſi vehemẽs fuerit rubor. Sed tum præcipue malum prolongatur, quũ »
non ſolum fauces ſed ceruicem quoque rubor occupat. Maxime vero poteſt ab ea ſecunda vale- »
tudo contingere, ſi rubor ſimul & ceruicem & pectus comprehendat, neque ad interna reuerta- »
tur eryſipelas. Igitur ex his verbis haud dubia cõiectura eſt oẽs affectus, qui huic loco accidnut, »
ſi ſpirationem quoquo modo reddant deteriorem, ab ipſo cynanchas.i.anginas nominari, non
dum ſolitis medicis cynanchẽ, per c, ſynanchen vero per ſ nominare: tm̃ abeſt, vt vel paracynan-
chen vel paraſynanchen dicerent: quippe tum primum homines res ipſas neglexerunt, quum ni
mio ſtudio nomina quærere inceperunt. Itaq; quatuor inuentis nominibus, quatuor affectus ſi-
gnificari dicebant: ac notas ipſorum ſcribẽtes, genus illud, quod ſupra tractauimus, quum ſermo
nem ex libro vulgariorum morborum ſecundo explicaremus, omnino dereliquerunt. Atq; hæc
ſunt quatuor eorum genera, primum, vbi fauces inflammãtur, fauces autem voco internum oris — A.l.3.f.9.c. fo.253.d
locum, vbi ſimul conueniunt & gulæ & gutturis partes extremæ: alterum, cum neq; fauces, neq; — A. ibidem.c fo.252.e
reliquæ oris partes, neq; etiam externarum partium vlla inflammata vr̃, laborans tñ ſuffocationis
periculum in gutture ſentit: tertium, vbi extrinſecus circa fauces inflammatio apparet: quartum, F
vbi gutturis partes tum externæ tum internæ ſimiliter affectę ſunt. At ſupereſt adhuc alius cerui-
cis affectus, quem ipſi ſilentio præterierunt, vbi ad interiores partes vertebræ luxãtur, & quidem
ſolis interdum muſculis, qui cum ipſis communicant, tumore præter naturã affectis, vel nato ibi
tuberculo: interdum etiam gula pariter vitiata: non nunq; muſculis quoq;, qui gulã gutturi iun-
gunt: quinetiam proprijs aliqñ gutturis muſculis, qui ipſum aperiunt, oblęſis. Per oẽs id genus
affectus ſpirandi quidem difficultas oboritur, ſed citra ſuffocationis periculum: laborãtes autem
difficulter deglutiunt, atque dolore afficiuntur, idq; præcipue, cũ potus eis per nares reſilit. Acci
2.Epid. ſect.2ª. Et in Prog.cõ. 3 c.17.4. 209. b — dit etiam interdum, vt aſcendẽte inflammatione, & lingua || & fauces in tumorem attollantur, quẽ
admodum & Hippocrates ipſe tradidit. Verum huiuſcemodi cognationum enarratio propoſi-
to noſtro nihil conferre videtur: nam lingua affecta, aliæ quoq; actiones deperduntur.

De ijs Spinalis medullæ affectibus, quibus Reſpiratio vitiatur, ac cæteræ partes lęduntur, quæ ex ipſa neruos ſuſcipiunt. CAP. 4.

AT, vbi vnica duntaxat actio læſa eſt, & ſedes affectæ plures, tum noſtri inſtituti eſt, vt ex re-
liquorum accidentium varietate eas diſcernendo inueniamus: quippe nullo ſpiritalium in-
ſtrumentorum quoquo modo, neq; primario neque per conſenſum, affecto, fieri minime poteſt, G
vt ſpiratio lædatur. Quum itaq; multa ſint ſpirandi inſtrumenta, ac numeroſa quoq; partium mul
titudo, quibus ipſa conſentire conſueuerunt, non ab re multa diſcretione indiget is, qui & prima
rio affectas ſedes & conſentientes inuenire conatur. Igitur ex ſola ſpirandi ſpecie ilico non nihil
& de affecta ſede, & de ipſa diſpoſitione, conijcere licet. Quippe, ſi videatur laborans inter ſpiran
dum totum mouere thoracem, vt in parte quidẽ anteriore ad iugulũ, in vtroque latere ad epomi-
das.i.ſuperhumerales, in parte poſteriore ad ſcapulas vſque motus ipſius aſcendat, tres ex hmõi — A.l.3.f.10. c.9.fo.259.
ſpiratione diſpoſitiones ſignificantur: vna eſt, flammea in pulmone atque corde caliditas: altera,
in aliquo ſpiritalium inſtrumentorum anguſtia: tertia eſt, facultatis muſculos thoracis mouentis
debilitas. Quum igitur huiuſmodi ſpirationẽ cõſpexeris, in primis pulſus perpẽdere oportet, hi
enim, quantus ſit calor, indicabunt, ſicut in libro de præſagijs à pulſu iam ſcriptum eſt: deinde ex-
pirationem ipſam conſidera, an multa, an conferta, an exufflando fiat: poſtremo thoracem in pe-
ctore tange, quem ſi ardentem inueneris, iam omnes copioſi caloris notas te habere non dubita:
quibus ex abundanti accedit faciei oculorumq; rubor, capitis ardor, ſitis vehemens, lingua arida
& ſalebroſa, et q dicat infirmus ſeſe ardere. Vbi vero incendij ſignis modum ſeruantibus thorax
vehementer dilatatur, anguſtiam in ſpiritalibus inſtrumentis eſſe ſignificat: quare vel pars aliqua H
ad guttur affecta eſt: vel multis humoribus pulmo aut thorax eſt oppletus: vel aliquod tubercu-
lum in ipſis eſt natum, quo in genere etiam abſceſſus numeranť. Atqui gutturis affectus tum pri-
marios, tum eos, quibus per conſenſum infeſtatur, iam percurrimus: pulmonis autem thoracisq;
vitia paulo poſt accuratius perſequemur: nam in pręſentia ſpinalis medullæ duntaxat affectus tra
ctare propoſuimus, tum alios, tum illos, qui ei per imbecillitatem vocatam accidere ſolent. Por-
rò ſolet imbecillitas accidere, interdum cerebri vitio, vtpote à quo & ſentiẽdi & mouendi faculta
tem recipit: interdum ipſa duntaxat ſpinalis medulla primario affectu laborante, idq; ob peculia-
rem intemperiem vel toti ipſi, vel diuerſis ipſius partibus, aduenientem: quam multorum medi-
corum mentes nequaq; comprehendere valent, quum tamen creberrime videãt laborantes quoſ
dam adeo reſolutos, vt vix digitos manus poſſint mouere, quamuis omnibus thoracis partibus
ſpirent nullo ardente calore ad magnam ſpirationem ipſos cogẽte: id vero ob huiuſmodi cauſas
eis accidit. Nam, dum quieſcit animans, liberam ſpirationem ſolum ſeptum tranſuerſum, modo — A.ibidẽ.c.8. 258.h
valeat, efficere ſolet: vbi vero infirmum eſt, ipſum ſanè ſolum, ſpirandi munus perficere non va-
let, verum intercoſtalium muſculorum cõcurrit auxilium: quòd, ſi præterea maiori animal inſpi-
ratione egeat, tunc ſuperni muſculi omnes, quorum maximi ſcapulas ſecum manifeſte mouent,

ad ſpi-

A ad ſpirandi actionem requiruntur. Quum itaq; hominem ſpirãdi opus omnibus thoracis parti-
bus perficere videris, non fuerit tñ conferta inſpiratio, quantum thorax dilatetur, perpende: inſu-
per & nariũ pinnas, has.n.ipſum contrahere videbis, et paruã thoracis facere dilatationẽ, nõ quẽ-
admodũ in ardentibus febribus ob caloris copiã faciũt ij, qui viribus valent, nã in ijs totus thorax
plurimũ dilatari conſueuit: neq; etiam, vt in illis, quibus id euenit ob aliquam ſpiritalium inſtru
mentorũ anguſtiã, vt in anginis, atq; in diſpnœa, quã fluxio multa et affatim deſcendens induxit:
neq; quibus ab vtraq; cauſa prouenit, vt in peripneumonia, quippe hoc morbo affecti, & maxi-
ma & frequentiſſima ſpiratione vtuntur. Cæterum, quemadmodũ ob virium infirmitatem, † ita
ob vnius quoq; particulæ imbecillitatem particularem omnes thoracis partes dilatari coguntur.
Athleta enim nomine Secundus, qui ſatis, quid pateretur, intelligebat, ſentire ſe manifeſte in ſe-
pto tranſuerſo dixit imbecillitatẽ: atq; idcirco cogebat intercoſtales muſculos ſine intermiſſione
mouere, atq; non nunq; ſuperiores quoq;: interdũ aũt zonam circũdans præcordiorum partibus
ſola tranſuerſi ſepti motione ſufficienter ſpirabat, quo tpe quieſcebat. Verum, an ad ſepti tranſ-
uerſi muſculum, an ad neruos, qui ad ipſum perueniũt, an ad aggregatũ ex vtriſq;, pertineret hu-
iuſmodi imbecillitas, mihi quidẽ explicatu perdifficile videbat. Idem ſpirationis genus ẽt in alio
B quodam notaui, quem aliquando equus in præcordiorum regione calcitrauit adeo atrociter, vt
oborta in ſepto trãſuerſo inflammatione, mortis periculum immineret: is, licet euaſerit à pericu-
lo tutus, ab imbecillitate tñ liberari nequiuit. In alio ẽt, qui à vehementi peripneumonia conuale
ſcebat, brachij tam poſteriores q; internę partes, & cubiti maxima pars eodem modo ad ſummos
vſq; digitos, ſenſus difficultate laborauerũt, atq; motus quoq; aliquorũ digitorum nõ nihil læſus
eſt. Huic nerui, qui in primo atq; ſecundo intercoſtali loco inueniunt, noxã ſubierũt: quorũ pri-
mus nõ contẽnendæ magnitudinis, p intimas partes abditus defert, ſed ei, qui ipſum pcedit, ad-
mixtus atq; multifariã diuiſus, vt in arte ſecãdi corpora videre eſt, cuius ẽt partes aliquæ per inte-
riorẽ cubiti regionẽ vſq; ad digitorũ extrema perueniũt: ſecundus vero neruus tenuis quidẽ nul-
liq; admixtus, per axillã ſub cute ad brachium defert, diſperſus per cutis tã poſteriores q; internas
partes. Huic homini celeriter ſanitas reddita eſt adhibito medicamẽto ei loco, vnde nerui pdeũt,
iuxta primum ac ſecundum intercoſtale ſpatiũ. Iam ſanati ſunt quoq; nõ nulli, quibus vtrũq; crus
paululum reſolutũ erat, adaptato lũbis medicamento, in eo ſpinalis medullæ loco, vnde cruribus
nerui adueniunt, nullum reſolutis cruribus medicamen adhibendo: neq;.n.ipſorum, ſed medul
lę proprius erat affectus. Vidimus alium, cui magna oborta ſuppuratione in altera nate iuxta cru
C ris initium, nerui eiuſdẽ cruris per chirurgiam nudati ſunt: ſed ea parte ſanata, toti membro mo-
uendi difficultas accidit. Itaq; cõijciens ſcirrhoſum quidpiã à priori inflãmmatione in neruo de-
relictum, quod hmõi diſpõnem induceret, affecto loco ſoli idoneum medicamen adhibendo, ho-
minem perfecte ſanaui. Quod aũt de partibus faciei dictum eſt, id de reliquis quoq; omnibus eſt
intelligendum. Quippe vnica dũtaxat pereunte actione ſolũ muſculum, qui ipſam efficere ſolet,
aut neruum ipſius, affectum eſſe putãdum eſt: at, vbi plures actiones vitiatæ ſunt non eodem in
loco, accidit interdum omnes eius muſculos à communi aliqua cauſa lædi: fieri etiam poteſt, vt
neruus aliquis, qui muſculis illis communis eſt, afficiatur. Quippe piſcator quidã, quũ in fluuio
piſces venans adeo circa ſedem & veſicam infrigidatus fuiſſet, vt ipſo inuito effluerent & alui ex-
crementa & vrina, per calida remedia affectis muſculis adhibita celeriter ſanus euaſit. Item alius
eiſdem moleſtatus accidentibus, ſine tamen manifeſta cauſa, læſis circa os ſacrum neruis, multo
tempore per multa præſidia vix ſanatus eſt. Igitur, quod protinus ab initio dicebam, illius nunc
quoq; mentionem faciendo ad alia me diuertam. Etenim, ſi ex arte, quæ corpora ſecare docet, ad
quam particulã deſcendãt ſinguli nerui à ſpinali medulla prodeũtes, cognoueris, affectas ſedes q;
facillime inuenies. Ex artis aũt actionibus horum oĩum examen re ipſa deprehendiſtis: nanq; ſæ-
D penumero vidiſtis ex huiuſmodi notitia manifeſte iuuari laborantes. Quippe nõ ſolum crura &
manus temere ac fruſtra multi medici tota die noctuq; calefacientibus medicamentis perfricant,
negligẽtes locũ, vbi vel ſpinalis medulla, vel neruus aliquis ex ipſa emergẽs, læditur: verũ etiam
caput cuiuſdã, nõ ita pridẽ, impoſitis medicamẽtis vehemẽter calefaciẽtibus vlcerauerũt, putãtes
ſenſum ipſius grauiter læſum hoc pacto poſſe reuocari. Atque hũc ipſum ſanauimus inuẽta ſede
affecta tũ ex reliquis accñtibus, tũ ex procatarcticis.i.euidentibus cauſis, nã ſuper ſingulis interro-
gauimus: quarũ vna hmõi erat: quũ ſub multa pluuia ac vẽto impetuoſo ambulaſſet, palliũ circa
ceruicẽ madefactũ aiebat adeo, vt vehementi ſe frigore in ea parte affectũ ſentiret. Itaq; ſi ſciueris
ex primis ſpinæ vertebris quatuor neruos ad caput aſcẽdere, à quibus pellis ipſum ambiens, ſen-
ſum accipit, facile ſedẽ affectam inuenies. Hac igitur ſanata capitis quoq; pellis pariter ſanata eſt,
vtpote quę nulla primaria affectione laborabat. Medici vero neq; hmõi neruos, neq; eos, qui per
ſingulas cutis partes diſperſi ſunt, cognoſcentes, cum in promptu eis eſſet minimæ particulæ iux
ta nerui initium adhibere remedia, partes illæſas multo negocio moleſtant. Ego vero ſæpenu-
mero vos monui, alios quidẽ in ipſa ſpinali medulla veluti radicẽ habere: alios vero vt ex magnis
ramis, atq; ipſis quoq; ẽ ſpinali medulla exortis, procedere: qui rurſus diuiſi diſtribuunt, atq; alij
per valde multas cutis partes, alij per pauciores. Quo magis miror diſſectores ipſos, illos non co-
gnoſcere, atq; in neruorũ reſolutione quærere, quã ob cauſam reſolutarũ partiũ nõ ſemp & mo-

† *Antiqua tralatio addit, oĩum muſculorum pectoris.*

tus & sensus pereat: sed aliqñ sensus duntaxat, aliqñ motus, aliqñ & sensus & motus simul deper- E
datur. Arbitrant nāq; neruorū, qui per musculos dispersi sunt, reliquias ad cutem tēdere: ob idq;,
cum neruus per musculum distributus affectus est, siquidem vehemens fuerit vitium, & sensum
& motum simul lędi: sin læuius fuerit malū, seruari quidem sensum, vtpote qui nō tantū roboris
desideret, motum vero eō, φ robustis egeat viribus, perire. Interdum enim vnus musculus vel to-
tum crus vel manum mouet, ac proinde viribus indiget: qui si ita afficiatur, vt munus suū perfi-
cere nequeat, mēbrum ipsum totū immobile relinquit, sentiendi vero facultas partiū affectiones
discernēs, illæsa tunc permanet, vt quæ nō ita validis egeat viribus: quippe nihil minus, immo ma
gis ēt, pati possunt partes, quū debiles fuerint, dignotioq; affectionis sufficienter fit etiam per im
becillas vires. Igitur rō ipsorū in hmōi quidem neruorū paralysi probabilis est: vbi vero deperdi-
ta sentiēdi facultate, motus non perit, nō nulli qdē adeo vanas adduxere rōnes, vt satius fuisset eos
cōticescere: non nulli vero cognita huius quæstionis difficultate non grauati sunt dicere huiusce-
modi paralysis speciē, qua seruato motu sensus perderetur, neminem vnq; vidisse. Sanè, qui arro-
ganter sibi sectæ alicuius principatum vsurpant, artis vero opera nunq̄ in exercitationis vsum du
xerunt, ijs nihil tam difficile videtur, quod non intrepide profiteantur: verum maxima ex parte
mentiuntur: atq; vt scribunt non nulla perinde, ac si frequenter conspexerint, quorum tñ ne som F
nia quidem vnq; viderunt, ita plurima nunq; vidisse aiunt, quamuis creberrime conspexerint.

De loco affecto, cum Sanguis expuitur, aut alio pacto exire è corpore videtur. CAP. 5.

A.l 3.f. 10.t.3 c.4.fo.265.f

ATque conuenit quidem inter medicos sanguinem è gula ventriculoq; vomitione, ex spiri-
talibus partibus tussi, ex faucibus & gurgulione screatu, ex ore simplici expuitione expelli:
nos vero sanguinem, qui à capite per gurgulionis pręcipue partes internas, ad fauces, affatim de-
scendebat, tussiendo educi sæpenumero conspeximus: quippe subito gutturi irruens, tussim mo-
uet. Quare diligenter aduertere animū oportet, ne aliquando hmōi sanguinem ex spiritalibus in-
strumentis ascēdisse putemus† exemplo illorum medicorum, quos equidem noui non rectè erro-
ris accusare pręstantissimos medicos, quum ipsimet errarent, credentes huiusmodi sanguinis eru-
ptionem esse q̄ periculosissimā, tanq; pulmone vehementer affecto: neq; enim par est exigua ve-
na dirupta tm̄ effluere sanguinem. Cæterum contingit plerunq; vt vel erosa, vel exesa, vel vtcūq;
nominare volueris, vena, sanguis affatim tussiendo eijciatur. Quum enim retroactis temporibus
quis ex interuallis quotidie non ita multum sanguinem tussiendo expuere consueuerit superue-
niatq; ei postea multi sanguinis inter tussiendum eruptio, & quidem neq; ab alto cadenti, neq; in
certamine neq; palæstra grauiter vulnerato, neq; etiā sub vllo graui pondere oppresso thorace, re G
liquum fuerit, vt conijciamus ob insignem erosionem plurimum sanguinē inter tussiēdum fuis-
se reiectum. Atq; non pauci sic affecti, pulmonis quasdam particulas simul cum sanguine eiece-
runt. Quocirca diligēter considerare oportet, an spumosum quippiam simul educatur: id enim
efficacissimum fuerit indicium, φ ex pulmone facta sit excretio: haud secus, si brōchij pars quæ-
dam, aut arteriæ aut venæ tunica, aut etiam pulmonis ipsius caruncula eijcitur: quippe nihil ho-
rum accidit ijs, qui ex thorace sanguinem tussiendo producunt. Ac ne dolor quidem infestat eos,
quibus à pulmone sanguis erumpit, vtpote qui duos neruos perq; tenues à sexta neruorum à ce-
rebro ortorum coniugatione recipit, extrinsecus per membranam ipsum continentem disper-
sos, & qui per visceris profunditatem non extenduntur: verum thoraci (vt scitis) multi ab inter-
nis, multi etiam ab externis partibus aduentunt nerui, quibus facile dolores percipi possunt. Præ-
terea thorax musculis ossibusq; abundat: pulmo vero laxus est, atque à compressione aut con-
tusione tutus. Proinde thoracis dolores intensiores sunt pulmonis remissiores. Quum igitur do
lente thoracis parte quapiam sanguinem quis spuendo reiecerit neque multum neque rubrum,
sed nigricātem grumosumq;, huic thorax primaria affectione infestatur. At sanguis affecto tho-
race per pulmonem tussi educitur: vt in suppuratis affectibus pus, quod inter thoracem & pul- H
monem sensus iudicio contineri percipitur: ad eundem modum pleuriticis sputum coloratum
post apparet, at quomodo in his expuatur, in quinto huius commentationis libro vtcunque dice
mus. Consequens est, vt de vlceribus, quæ sanguinis reiectioni superuenire consueuerunt, dein-
ceps dicere aggrediamur. Ea in pulmone creberrime fieri possunt, ac curationem (vt quibusdam
videtur) nequaq; admittunt, aut (vt alij putant) difficulter admodum sanātur: at in thorace diru-
pta vasa, à quibus sanguis expuitur, magna ex parte conglutinantur, nunq; enim huiuscemodi vl
cera, vel diuturna, curationi omnino resistunt: quæ vero in pulmone lōgo iam tempore perman-
serunt, quāuis aliquando curentur, relinquitur tamen in ipso res quædam callosa fistulosaq;, quæ
tractu temporis à leui occasione excoriatur: atque cum ijs, quæ inde expuuntur, miscetur inter-
dum ephelcis, id est ramentum, à medicis vocata, ac cruoris exigua quædam guttula: qua in re
cum vlceribus in alijs sedibus genitis communicant. Verum ex gula ventriculoq;, vomitu: ex re
nibus & vesica, cum vrina: ex intestinis vero, deiectione excernuntur: sed ex spiritalibus instru-
mentis, nihil sine tussi expui potest. Quòd, si pluribus deinceps diebus aliquis cruorem & screa-
uerit & emunxerit, idq; citra capitis vel dolorem vel grauitatem siue præsentem siue præteri-
tam, neque is ex ictu procedat, huius & totum per nares meatum, atque eam oris partem, qua
ad nares foramen tendit, accurate considerare oportet: nam fieri potest huiusmodi accidens

hirudine

† Cod. græci omnes, quos ui derim, hūc ha bent sensum. Queādmodum sanè quosdā no ui medicos fal so opinatos, ex quibus ipsi de cepti sunt, cre- dentes non re- ctè multos præ stātißimos me dicos asseruis- se, hmōi san- guinis etc. & ita et viden- tur legisse ve- teres interpre tes.

A.ibidē.c.5.fo 266.a

A.l.3.f.10.t.3 c.4.fo.265.

A.l.3.f 10.t.4 c.18.fo.271.

l.3.f.10.t.3. c.4.fo.265.g A hirudine huic loco adhęrente, quę quidē in dies augeri solet: quāuis.n.primis diebus, vtpote exi
l.3.f.9.c.6. gua, sensum effugiat, tertio tñ quarto'ue die haud obscure videri pōt. Eadem rōne ex ventricu-
fo.252.h lo quoq; cruor epota sanguisuga euomitur: sed est hmōi cruor tenuis, sanieiq; speciem refert, siue is ventriculo, siue ex naribus, siue ex ore feratur. Igitur, cū talē videris, ac hominis considerato habitu, super præteritis eum interrogaueris, ex oībus, rei ipsius veritatē facile conijcies. Equidē, quum viderem hoīem integra valetudine hmōi cruorem euomentem, interrogaui, qua victus ratione antea fuisset vsus: ille vero inter alia, quæ narrauit, hoc quoque addidit, ꝙ, cum nocte quadam sitiret, misso puero, qui aquam afferret, ex immundo fonte bibisset. Quibus auditis, sciscitatus sum, apparuissent'ne aliqñ sanguisugæ in ipso fonte: qui, quum id quoq; fateret̄, epoto subinde idoneo pharmaco hirudinem vomitione reiecit. Porrò, quum alius quispiam hmōi cruorem emungeret & expueret, ipso narrante audiui, eū rure, ęstatis tpe, in stagno quodam cum cæteris iuuenibus iuuenili ludo, qualē adolescētes in aqua ludere solēt, exercitatum. Tum ego sciens in eo stagno sanguisugas esse, duxi laborantem ad splendorem: conuersoq; directe ad solis radios narium foramine, in eo loco, vbi nasus ad oris regionē perforatur, hirudinis in meatu latentis caudam cōspexi. Has igitur historias, vtpote perq; conducibiles, vobis narrare operæpreciū duxi.

B *De loco affecto, cum Vox vel aliqua partium ad ipsam ac ad loquelam attinentium læditur.* CAP. 6.

QVòd in proposito sermone lęsionem putare oporteat, etiāsi non penitus tota partis actio secundum naturam deperditur, sępenumero iā diximus: nec ab re fuerit id in præsentia mo nuisse. Pręterea (ꝗuis non ignoretis) monitos vos velim, non eandem esse rem, vocem & sermonem: siquidē vox vocaliū instrumentorū munus est: sermo vero eorū, quæ sermoni de-
l.1.f.1.d.5. 4.fo.11.f putata sunt, inter quæ lingua principatū obtinet, cui non parum conferunt & nares, & labra, & dentes: sic ēt vocis instrumenta sunt guttur, & musculi ipsum mouentes, atq; nerui, qui à cerebro ipsis vim deferūt. Igitur, si vel claudētes, vel aperiētes guttur musculi īmobiles reddantur, qui sic
l.3.f.10.t.2. 1.fo.263.a afficit, obmutescet: vbi vero vel difficulter mouent̄, vel palpitāt aut tremunt, ꝓ affectionis ipsius mō vox ipsa lædetur: similiter, si vel conuellēdo vel quatiendo mouent̄, & sanè si imbecillæ fuerint ipsis vires siue ob suā ipsorum, siue ob neruorū ipsos mouentiū affectionē, obscuram & paruā efficient vocē: quòd, si alius quispiam ex mouētibus guttur musculis quoquo modo afficitur, lędetur quidē vox, sed paruum erit vitium: atq; sic affectus neq; obmutescet omnino, neq; ita exiguam habebit vocē. Igitur, vt ex musculis guttur mouētibus præcipui habētur ij, qui ipsum ape-
C riunt & claudūt, ita ex vocalibus neruis ij, quos recurrētes vocamus, q & ipsi portio quidem sunt sextæ coniugationis neruorum, qui à cerebro oriūtur, quemadmodū & alij, qui in ipsum inseruntur: differunt tñ ab illis eò, ꝙ non in ceruice à neruis sextæ cōiugationis, sed cū ad thoracis regionem peruenerint, propagant̄. Nullus itaq; tā ineptus dissector est, qui sextam cōiugationē totā secet inuitus, ꝗuis recurrentes nerui ob imperitiam non nunquā diuellant̄. Accidit vero interdū in magnis asperæ arteriæ vulneribus, vt vnà cū ipsa arteria vel alter vel vterq; incidat̄. Porrò per chirurgiam quoq; infrigidati tantisper vocē impediēt, donec calefacti naturalē temperiē recuperauerint. Quinetiam vitiari vocē haud obscure contingit, quum vel acutior vel maior reddit̄ ob id, ꝙ fauces à suis musculis nequeant intendi. Itē vehemēter læditur vox, vbi mēbrana, quæ faucibus
A.ibidem. & gutturi cōmunis est, multa humiditate rigatur. Quòd etiā destillationes eadem ratione vocem
A ibidem.c raucam efficere possint, nemo non intelligit. Vehemens quoq; exclamatio similiter vocē afficit, vtpote quæ similem inflammationi circa iam dictam mēbranā atq; gutturis musculos, parit affectum. Cæterum, quum gutturis interni musculi inflammant̄, eum affectum anginam esse cōstat, quæ simul & vocē & spirationē lædit. Ac idē quoq; in vniuersum facere solent omnes præter naturam tumores, siue in spiritalibus vijs exoriantur, siue extrinsecus ipsas comprimant. Sic enim
D gula quoq;, vbi inflammatione affecta est, vt comprimat asperæ arteriæ tunicam, qua chartilaginū ipsius partes extremę, sigmoides vocatæ {id est quæ sigma literæ figuram referūt} cōiunguntur, & spirationi & voci noxam afferre consueuit. Haud absimile quoq; vitium inducit, vertebrarū ceruicis in anteriorem partem luxatio: sed de his iam antea dictum est. Igitur omnes huiusmodi affectus voci adueniunt proprijs ipsius instrumentis familiari aliquo vitio, siue primogenia affectione siue per consensum laborātibus, nam id ad propositum sermonem nihil conducit. Sunt præterea alij affectus, cum peculiari sua materia priuatur: atque in commentarijs de voce dictum iam est, quòd propria huius actionis materia, generatim quidem loquendo, est expiratio: secundum speciem vero atque propriam differentiam, exufflatio, quæ quidem est, quum affatim spiritus foras effertur per musculorum intercostalium actionem. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atque omnino ipsius in altera parte resolutionem, in primis quidem semispirans, ac mox semiuocale animal euadat, idq; per accidens. In apoplexia vero, sopore, morbo comitiali, catoche.i.vigilanti sopore, communi ratione earum actionū, quæ ab impetu & voluntatis imperio procedūt, vocē lædi contingit, siue spinalis medullæ partes primæ siue simul cū ijs cerebrū quoq; afficiatur. His itaq; quinq; inter se cōsequētia quadam conueniētibus, expiratione, exufflatione citra strepitū, strepēti exufflatione, voce, loquela, si earū prima lædat̄, reliquas oēs lædi necesse est:

vltima vero lęsa reliquę haudquaq̃ lęduntur: at,cū secunda, tres reliquæ lęduntur: cum tertia,duę E
vltimæ: cum quarta vero sola, postrema læditur. Etenim, si nihil omnino expiret aĩal vel ex vtrisque thoracis partibus,vel ex altera parte duntaxat: si quidem ex vtrisq; celerrime suffocabit: si ve
ro ex altera tantum, semispirans atq; semiuocale reddet, perdetq; simul reliquarū deinceps duarū
actionum partem dimidiam, quarū alteram exufflationem citra strepitū, alteram vero strepētem,
nominare consueuimus. Quòd si expiratione seruata corrumpatur exufflatio, reliquæ tres actio-
nes, strepens exufflatio, vox, & loquela simul corrūpentur: sicut voce pereūte loquelā quoq; pe-
rire necesse est. Cū itaq; dictarū actionum opifices musculos cognoueritis, superest considerare,
qui ex ipsis ꝓprio affectu laboret, & quorū actio lædatur per accidēs. Quòd si quidpiam eorū, quę
ex corporum dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebunt vos ij, quos de respirationis
causis, atq; de voce perscripsimus, cōmentarij: atq; de his ipsis in secundo libro de viuorum disse-
ctione etiam dictū est. Sanè expirationem faciūt vniuersi thoracem contrahentes musculi: exuf-
flationem (quę vehemens expiratio est) intercostales maxime: strepentem exufflationem ij, qui in
faucibus sunt: vocem vero ipsam gutturis musculi efficiunt. Sed lingua articulatim vocem distin
guens, loquendi vsum præstat: atq; non nihil ad hanc rem conferre videtur dentes, labra, narium
foramina, palatum, gurgulio, præterea symmetrum linguæ ipsius vinculum. Itaq; balbis blæsisq;, F
atq; alijs, qui impedita sunt loquela, loquutionis instrumentorū aliquod, aut cū natura ipsum for-
maret, aut postea, lędi certum est, veluti quum vel polypus vel aliud quidpiam narium foramina
obstruit, aut ex primis dentibus aliquis deperditus est, aut vbi labia fuerint mutilata. Verum, quo
pacto quidem tenuē obtineant vocē, ac præterea quō aliæ vocis tum differentiæ, tum affectiones
fieri possint, vt rauca, resonans, tenuis, aspera, obscura, in cōmentarijs de voce sufficiēter diximus.

** μελαίνης. i. nigra, est ĩ impssis græcis: et ita ēt uerterat tralator Vetus ad Verbum ex græco. De qua Voce uide ēt. 1. pror. cōmen. 3. Quædā tamen græca exemplaria habent μεγάλης . i. magna.*

Quæ loca afficiantur in reliquis spirandi difficultatibus, quæ superius omissæ sunt. CAP. 7.

ATque de dyspnœa id est difficili respiratione, iam antea, vbi spinalis medullę passiones percurrimus, multa dicta sunt: quibus nūc in memoriā reuocatis, quę ad pręsentem cōtemplationem supersunt, subiungam. Itaq; in vniuersum expedite vos meminisse velim musculorū thoracem mouentium, neruorumq;, qui ad ipsos perueniunt, quos in corporum dissectione vidistis.

Igitur introeūtes ad hominem difficulter spirantem, in primis cōsiderate, an oēs thoracis muscu
li moueanť: an soli intercostales sine supioribus: atq; an simul cū ĩtercostalibus septū transuersum
quoq; moueať. Quum itaq; cōspexeritis oēs moueri, vnā ex tribus, quas dicemus, causis, hmōi mo
tionem efficere putandū est, ac deinde, quæ sit illa, quæ nunc infestat, perpendere oportet: ꝙ si nō
oēs mouentur, aliter definire. Subijciamus igitur aliquem oēs simul mouere musculos, vt pectus G
vnā cū scapulis manifeste subleuetur. In hoc" ex tribus vnum aliquod conijcere necesse est, aut vi-
rium imbecillitatem, aut viarum spiritus angustiā, aut vehementem in corde & pulmone calorē:
quamuis interdum duæ, ac non nunquā (licet raro) tres quoque ex iam dictis causis concurrere
possint. Atqui tribus quidē simul conueniētibus proximā mortem timere oportet: vbi vero duę
fuerint, difficile est ægrum seruare: sed vna dūtaxat infestante, peculiari opus est finitione, vt sciať,
vtrū ad sanitatē peruēturus sit æger, an sub malo succubiturus. Igiť, vbi virtus dūtaxat fuerit infir
ma, ad tria mouentiū musculorū genera venire, eosq; oēs ad motionē excitare solet, ꝙ vnū genus
vehementer mouere ipsa nequeat: quippe, si septum transuersum solū, sufficienter mouere posset
virtus, veluti quum ꝑm naturā se hebebat, neq; intercostalibus neq; superioribus musculis indige
ret: qm̃ vero imbecilla est, oēs sensim mouet, sed neq; frequentē neq; rarā valde facit actionē. His
igiť adhibenda est mēs, nā cætera haud difficulter per ea discernunť. Sanè plurimū aucto in spiri
talibus instrumentis calore, oībus quidem thoracis musculis agit animal, sed & velox & frequens
& vehemens est eorū actio, qñ videlicet citra viriū imbecillitatē calor infestat: At viriū imbecilli-
tatem, vbi flāmeus calor nō accesserit, neq; velox neq; frequens valde comitatur motus: proinde
non ita multum oēs thoracis partes dilatat: quippe hoc dyspnœę genus cū ea, quę ob nimiam in- H
cęsionem facta est, vnū solum cōe habet, ꝙ oēs thoracis musculi per ipsam agunt. Quinetiam, vbi
ob plurimum calorem spiratio difficilis est, præter magnitudinem frequentiam & celeritatē hoc
quoque accedit, ꝙ calidus feruensq; spiritus exufflando producitur. At in" virium imbecillitate,
nulla ab ore facta exuflatione, spiritus ex solis naribus emitti solet: quòd, si per inspirationem cuipiam narium pinnæ manifeste contrahi videantur, id vero efficax imbecillæ facultatis indicium
est. Ob spiritalium vero instrumentorum angustiam totus quidem thorax ad plurimum, celeriter & frequenter dilatatur: sed, qui sic laborant, sine exufflatione spiritum reddunt. Si vero simul
conueniunt in spiritalibus instrumentis & calor & angustia, vt in peripneumonia, tum neq; maxima neq; frequentissima neq; etiam celerrima spiratio sufficere potest: sed residere tentant sic laborantes, etenim sentiunt hoc pacto totum thoracem facilius dilatari, quippe qui decumbentibus in sese concidit eò, quòd pectoris partes ad spinam declinant, qua erecta thorax etiam simul
fertur, non amplius se ipsum grauans. Ac similiter quoq; respirare solent ij, quibus asperę pulmonis arterię plurima defluxione oppletæ sunt, aut vbi ex proximis locis in ipsas aliquid deriuatum
est: à iam dicta vero spiratione, vnica duntaxat re differunt, quòd neq; exufflant, neq; calidum spiritum emittunt. Sic etiā ijs, quibus inter thoracem pulmonemq; magna puris quantitas collecta
est,

A.l.3.f.10.t.1 c.8.fo.259.a

A.l.3.f.10.t.1 c.21.fo.260.c

A eſt, quos ſuppuratos vocant, totus thorax attollitur: ſed neq; calidus eſt ipſorum ſpūs,neq; etiam exufflando emitti ſolet, niſi adurēs fortaſſe febris acceſſerit: verum hi celerrime ſuffocantur tū ob multitudinē ipſam, tū ꝙ vires oībus ſuppuratis ex neceſſitate imbecilliores redditæ ſunt. Sed nō neceſſario in fluxionibus,quæ ad pulmonē irruunt,aut peripneumonia,aut aſthmate id eſt anhelatione, vires imbecilliores redditæ ſunt: nam contra, per anhelantes ſolos affectus, craſſis & viſcoſis humoribus pulmoni īpactis vires robuſtæ conſtantesq; permāſerūt. Atq;, ſi tuberculū coctu difficile aliqñ in ipſo natū fuerit,thorax maxime quidē dilatabitur,ſed nō ita multū inſpirabit aerem: ideoq; continēter ſpirare cogit: nō tñ exufflare ſolet,id.n.aucti caloris propriū eſt. In eandem diſpnϾæ ſpeciē,ſed alia rōne,labuntur ij quoq;,quos angina moleſtat,ob anguſtiā,quę non
..l.3.f. 10 c.4. 14.fo.270.h ſit in cōcauitatibus,quę inſpirationē ſuſcipiūt,ſed in ijs,q̃ ipſam trāſmittūt.Quibus vero et abſceſſus,& inflāmatio,atq; humorū plenitudo in thoracis aut pulmonis cauernis cōſiſtit, nulla obſtructione accidente in gutture neq; in aſpera arteria: ſed in illis cauitatibus, quæ inſpiratū aerē ſuſcipiūt,anguſtia genita, ex neceſſitate ſequet̄ magna thoracis dilatatio, ſed nō ita multus trahet̄ ſpiritus: proinde laborantē & celeriter & frequenter ſpirare neceſſe eſt: præ oībus.n.vos meminiſſe velim magnæ reſpirationis geminas eſſe drīas, interdum quidem ob dilatationis thoracis magnitudinem,interdū verò ob inſpirati aeris multam eſſentiā. Sciēdum aūt,ꝙ ſępenumero vos admoneo earum rerum, quæ à prioribus omiſſæ ſunt: nam, quas ipſi perſecuti ſunt, earum pp ſcriptorum multitudinem facilis atq; in promptu eſt memoria: quę vero ab Hippocrate(quāuis optime de dyſpnϾa ſcripſerit)nō ſunt definita,ea poſteriorū nemo explicauit definijt'ue: idcirco neceſſariū eſſe putaui creberrime illorū vos admonere. Igitur, quicūq; ſine inflāmatione,vel oīno ſine aliquo præter naturam tumore, aut anguſtia ſpiritalium inſtrumentorum, per febres ardētes difficulter ſpirant, his inſpirati aeris quātitas magnitudini dilatationis thoracis proportione reſpondet: Quibus vero vel tumor vel anguſtia ſine flāmeo calore in ſpiritalibus eſt,in his thoracis quidem dilatatio maxima eſt: id vero,quod inſpiratur,non ſolum dilationem proportione non aſſequitur,verūetiam minus, quàm ſecundum naturam inſpirari ſolet, attrahitur. At ſine diſtinctione vnam diſpoſitionem oſtendit magna thoracis dilatatio, ſi raritatem ſimul acceperit. Verū animaduertere oportet,ne aliquando in hac decipiamini,putantes eam ſpirationem,quæ ob virium imbecillitatem omnibus agentibus muſculis efficitur,eandem eſſe cum magna: quam equidem, quo clarior eſſet interpretatio,aliqñ ſublimē vocare volui: & mihi facile tunc fuit intelligere,Hippocratem eum ſublimem vocare ſpiritum, qui ſublimioribus thoracis partibus inſpiratur: quē-

B

C admodum,quum inquit: ‖ Magnus ſpiritus & ex longis interuallis delirium declarat: cōſtat eum magnū pro multo dixiſſe.Is vero bifariam fieri pōt,vel ſine ſuperiorum muſculorum actione,vel ipſa quoq; concurrente: nam plerunq; intercoſtales muſculi vnà cum ſepto trāſuerſo ad maximā thoracis eleuationem, qua multus ſpūs alliciatur,ſuperiorum muſculorum auxilio non indigent. in Prog.cō.1.t. 24.4ª.194.h

Quòd vero hmōi eleuationis ſpecies delirium portendat,in cōmentarijs de dyſpnϾa iam oſtendimus,vbi etiam cuiuslibet difficultatis anhelitus diſpoſitio declarata eſt. Nunc vero,vt compendio quodam hic explicamus eos affectus, quos in alijs cōmentarijs iam percurrimus, ita & de dyſpnϾæ differētijs partim quidē dictū eſt, partim vero in ſequētibus dicemus. Nam magnarū reſpirationum alia quidē crebra eſt,atq; huic ſunt drīæ complures, quarum aliæ alias diſpōnes indicant: alia vero rara,vnicam indicans diſpoſitionem. Sic etiam de exigua dicēdum eſt,ꝙ rara quidem ſpiritalium inſtrumentorum frigiditatē: frequens vero non ſolū ſpiritaliū,ſed eorum quoq;,
A.l.1.f.2. d.3. ..14.fo.42.c quæ cum ipſis mouent̄,vt hepatis, lienis,ventriculi,gulæ,laborem indicat.Quum igit̄ plures ſint diſpoſitiones, quas per vehemētes motus dolor comitatur,ex alijs notis & conſiderandū & definiendum eſt, ſiue inflāmatio quædā,ſiue eryſipelas,ſiue vlcus,ſiue abſceſſus dolorē efficiat.Quin-
A. ibidē.c.26.d etiā didiciſtis, ꝙ inæquales intēperātiæ, dolores excitare ſæpenumero ſolent: ſimiliter ſpūs crudi
D flatuoſiq; copia,qui arctatus aliqñ partes ipſum ambientes diſtendit,aliqñ vero violenter egreditur.Præterea calidi & acris,aut frigidi & lenti humoris abūdantia,ſi aliqñ retētus ſuccus ambientia corpora diſtēdat, aut inde violenter exeat, dolores efficere poteſt: ꝙ, ſi grauius affecta fuerint inſtrumēta,in quibus hmōi res continent̄,dolēt vel nō mota: ſi vero leuior fuerit affectus, qñ mouentur. Verum in libris de dyſpnϾa cauſam explicauimus, cur exiguæ ſpirationis frequens quidem ſpiritus, motorū per reſpirationē inſtrorum laborem ſignificet: rarus vero vehementem refrigerationē,& quidē ſpiritalium duntaxat,pręcipue pulmonis,et cordis. Eſt ēt alia dyſpnϾę ſpecies, quū veluti breui quadam quiete intercipitur opus thoracis,idq; non nunq; inſpirando, non nunq; vero expirādo, ſiue hoc accidat ob muſculorum thoracis conuulſionem,ſiue ob caloris copiam, cogētis laborātem continenter vel inſpirare vel expirare. Eſt inſuper alius reſpirationis affectus,quē apnϾā{quaſi nō ſpirationē dixeris}noīant,nulla,vt aſpicientibus vr̄, facta reſpiratione: verū vt rei ipſius natura declarat,eā nō fieri incredibile eſt: nam impoſſibile vr̄,vt animal omni ſpiratione exacte priuatum in vita ſeruari poſſit,q̄uis ea animalia,quæ in cauernis latere cōſueuerunt, thoracem mouere videantur minime. Proinde duorum alterum conijcere oportet, aut adeo exiguam fieri ſpirationem,vt ſenſum effugiat: aut huiuſmodi animalia tunc ſpiratione omnino non indigere,ſed eam tranſpirationem, quę per vniuerſum corpus fit,ſufficere: quippe hāc

ior ipsum per arterias efficit: respirationem vero per thoracem cerebrum efficere cõstat. At ve E
ro dispositio, quæ apnœam facere potest, omnibus animalis partibus communis esse videtur, veluti in apoplexia, sopore, morbo comitiali, catalepsi: nã in his omnibus nullus proprius affectus spiritalia instrumẽta prę cæteris infestat, nõ magis, q̃ vocis aut locutionis aut progressionis instrumenta, sed affecto principio omnia, quibus vires suæ, per quas reguntur, ab ipso suppeditari consueuerũt, ei consentire necesse est. Verum de apnœa iam & particulatim & per se diximus: quãobrem tempus est, vt nunc ad alia transeamus.

A.l.3.f.10.c. fol.258.g

De affectibus Pulmonis. CAP. 8.

QVum autem exercitationis via, qua ad affectorum locorum notitiã peruenitur, duplex sit, altera quidem ab apparentibus accidẽtibus, altera vero à corporis partibus, si quis per vtrasq; voluerit exercitari, eadẽ bis dicet, quãuis alio & alio mõ: Vt verbi grã de pulmonis affectibus dictũ est, vbi de dolorum rõne, preterea etiã vbi de sanguinis reiectione ac de dispnea diximus, atq; in præsentia quoq; dicemus. Etenim vehemẽti dolore nunq̃ cruciatur, verũ & grauitatis sensum, & aliqñ extensionem quandã vel ad os pectoris vel ad spinã peruenientem, percipere põt: ibi.n. membranę ipsum ambientes suspenduntur. Sepenumero etiam angustia molestantur laborantes, atq; ob hoc crebro celeriterq; spirant, ac thoracẽ vehementer attollunt, sed non ita multum aerem attrahũt. Hęc si citra febrem acciderint, aut crudũ tuberculũ, aut lentorũ, crassorum'ue, aut quorundam aliorũ humorũ plenitudinem, in eo existere: aut pus, aut aliũ quẽdam humorem vel lentum, vel crassum, vel multum, circa ipsum effusum fuisse declarãt: verum ea inter se per prę terita accidentia discernere licebit. Nanq;, si quis per bonam valetudinem, quum solitas actiones facere potest, sic difficulter spirare inceperit, augeaturq; accidens, neq; inter respirãdum stertere videatur, crudi tuberculi ortum suspicari oportet. Si vero stertendo strepitum fecerit, lẽtorum crassorumq; humorum pertinaciter impactorum multitudinem, pulmonis bronchia molestare indicium est. Quòd, si ilico ab angustiæ sensu quis difficulter spirauerit, fluxionem vel à cerebro, vel à vicinis sedibus in pulmonẽ irruentẽ ostendit. Sed, quum fluctibus in pulmonẽ vel viscosis, vel crassis, vel multis humoribus, hominẽ difficulter spirare dico, in bronchijs eos contineri intelligas, velim: vt.n. in totũ viscus læuis arteria diuidit, ita etiam bronchiorum essentia in totum pulmonem ab aspera arteria procedit: vocantur aũt à dissectoribus bronchia, asperæ arteriæ chartilagines, sigma literæ figuram referentes. At, vbi pleuritis præcessit, mox remissa febris vehementia intra latera grauitas in imo thoracis derelicta sentitur: ac, vbi quis affatim à decubitu transmutat, idq; maxime si ab vno latere in aliud se cõuertens defluere aliquid sentiat, puris multitudinem ibi contineri haud dubia coniectura est: quinetiam in ijs fluctuatio sæpenumero haud obscure auditur: accedit ad iam propositas notas hoc quoq; indicium, si vehementi prægressa pleuritide nihil G penè laborãs expuerit. Si vero citra febrim alius quispiam serosus aut pituitosus humor in thoracis spacium subito defluens, spirandi difficultatẽ excitauerit, laborãs tenue sputum, idq; ab initio quidem exiguum, sed cũ vehementi tussi: vbi vero concoctum est, plus atq; crassius & cũ mitiore tussi expuere solet. Quippe bifariã accidere potest, vt vehementer tussiendo pauca quis expuat: alij enim ob lentum crassum'ue humorem, alij ob tenuẽ id facere videntur: siquidem tenuis humor, quum subleuatus est, inter tussiendũ à spiritu diuisus refluit: lẽtus vero aut valde crassus difficulter effertur, vtpote q nõ tã facile à corporibus, quibus impactus est, abstergi, neq; etiã à quauis occurrentis spiritus violẽtia impelli põt: nisi.n. spiritus, qui tussiendo effertur, & multus & vehemẽs fuerit, nihil secum educet. Igitur sputum, quod neq; liquidum aut aquosum admodũ fuerit, neq; crassum valde etiam aut lentũ, id facile efferri solet, maxime vbi validæ fuerint vires: etenim sine vehemẽti thoracis contractione vehementer tussire nemo potest: at sine valida tussi crassos lentosq; humores efferri impossibile est. Qñ vero cũ spirãdi difficultate, cui & angustia & grauitas coniũcta est, acuta quoq; febris inciderit, is affectus inflãmatio pulmonis est. At, si intolerabile fuerit incendiũ, angustiæ vero grauitatisq; sensus minor, erysipelas ipsum vexare censendũ est. Extremis aũt id definitis, quid sit erysipelas phlegmonodes, aut inflammatio erysipelatodes, haud H difficulter deprehendet. Sunt alij pulmonis affectus, vbi citra humorũ affluentiã intemperies ipsum infestat, siue æqualis ea fuerit, siue inæqualis. Igit inęqualis tussim excitat: ęqualis vero, si moderata est, rhythmon respirationis immutat: at, si vehemẽs idq; vincẽte calore, frigidi aeris atque potionis cupiditatẽ inducit, ac tractu tpis finitur in febrim. Per frigidam aũt intẽperiẽ cõtraria euenire solent: quippe, si modũ seruauerit, calidi aeris ac calidæ potionis desideriũ excitat: si vero modũ excesserit, replet viscus ipsum fluxionibus. Cæterũ de sanguinis ex ipso pre tussim reiectione, quæ fit vel exeso vel rupto vase aliquo, vel ore alicuius venę patefacto, antea, vbi de sanguinis sputo mẽtionẽ fecimus, iã dictũ aliqd est: atq; nũc quoq; pauca quædã dicemus. Porrò ruptiones in ipso deprehendes tũ ex multi sanguinis fluxione, tũ ex magna notabiliq; aliqua cã, quę pcessit, si subito aduenerit: voco aũt præcedẽtes cãs, vt quũ aliquis ex alto, vel in ludo, vel certamine ceciderit, aut quũ alter super alterum cadit, aut vbi ex inanimatis corporibus aliqđ graue, vt vel lapis vel lignum, thoracem læsit: non nullis ira cum clamore præcessit. Quinetiam citharœdis tragœdisq; certãtibus, aut acuta vehemẽtiq; voce clamãtibus, vasa interdum dirumpuntur, maxime vbi

A.l.1.f.1.d.5. 1.fo.9.c

A.l.3.f.10.t.c.14.fo.270.

A.l.3.f.10.t.c.7.fo.269.f

A.l.4.f.1.t.2.7.fo.418.h

A.l.3.f.10.t.c.5.fo.258.b

non

A non præmissa pulmonis p præcedentes exclamationes lenitione, violenter clamare conant. Vt.n. luctatoribus, si certamen aggrediantur, musculis prius neq; calefactis, neq; per frictiones aut moderatas motiones explanatis, partes quædam rumpuntur atq; conuelluntur, ita ēt pulmoni accidere solet: quē quidem frictionibus ad vehementes motiones præparare non licet, per exclamationes aūt, quæ frictionibus proportione rñdent, id efficere studemus. Insuper nulla manifesta extrinsecus adueniente causa, vt in cæteris corporis particulis, ita in pulmone quoque vas aliquod ob sanguinis abundantiam dirumpi potest: quum videlicet extensioni resistit aut ob frigus à vicinis partibus contractum, aut ob inatam intemperiem. Ita Hippocrates, || Venas, inquit, frangit frigidum. Atqui ipsum per se rupturas non facit, sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras & extendi contumaces reddens, vt rumpantur, paratiores efficit: ruptionis vero causa est aut vehemens motus, aut humorum abundantia, qui vel per se vel vnà cum crudo & frigido & flatuoso spiritu venas extendunt. Verum fractionis ab huiusmodi haud obscurū indicium prębet subita cumulati ac vniuersim fluentis sanguinis vacuatio. Quum vero venarum ora aperiuntur, nō frigidæ, sed è contrario calidæ dispositiones præcedunt: veluti vbi multis eisdemq; calidis balneis homo vtitur, atq; terram inhabitat calidam, fueritq; anni tempus eiusmodi, similiter quoq; alimēta & potiones. At, quæ eroso vase aliquo affatim accidunt sanguinis euacuationes, eas præcedere solent exigua sputa, atq; acres in pulmonem à capite fluxiones: non nunq; vero & "pulmonis aliqua pars aut ramentum simul efferri videtur, vt neminem latere possit ad pulmonem, hunc affectum pertinere. Orto vero in aspera arteria vlcere, præter hoc, q sputum purulētum apparet, dolorem quoq; in loco affecto laborās sentire consueuit: ipsum vero per ea, quę screant, quia exigua sunt, ab vlcere, quod in pulmone natum est, discerni potest: quippe ab vlceribus pulmonis plus sputi reijcitur. Atq;, vt ex pulmone educta particula, visceris ipsius vlcerationem significat, ita ex gutture videmus interdum corpusculū aliquod à ligula (Græci epiglottida vocant) per vlcerationem excreari. Id vero non solum hoc indicio deprehenditur, verum etiam ex eo, q in vlcerato loco doloris sensu laborans infestatur, veluti de aspera arteria dictum iam est: etenim pulmonis vlcera dolor non comitat: ea vero, quæ in his sedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, sed non vehementem: vt, si alicui suapte natura hebes fuerit sensus, ipsum plane non percipiat. Igit persępe vidimus eos, quos iam supra proposuimus, affectus, & qui pulmoni, & spacio thoracis, & asperæ arteriæ, & gutturi accidere possunt, quippe oīum horum sermonis cōmunitate inducti mētionem fecimus: qui vero deinceps dicentur, non ita crebro nobis apparuerunt. Quidā humorem C repente expuit, liquidæ bili in colore perq; similem, medium videlicet inter flauum ac pallidum, at nulla acredine infectum: atq; ita quotidie maiorē eius quantitatem expuit: deinde læui subortam febricula tabescere incepit adeo, vt purulēta screaret. Postea tractu temporis, quatuor videlicet mensiū, exiguū cum pure cruorē reiecit, atq; sic aucta febre magis consumebat: ac iterum atq; iterum plus expuebat, adeo, vt magnā sputi quantitatem redderet: quocirca magis increscēte febre ac resolutis viribus, eorum, qui tabe marcescūt, exemplo mortē obijt. Deinde alium vidi, eodem fere mō sex mēsibus, ac alium quoq; diutius laborantem. Igit, qui primus nobis occurrit, initio quidem nihil mali habere, sed tandem pessime affici visus est: alterū vero quum cōspiceremus, ei statim ab initio cognito malo, præsenti medicamento succurrere tentauimus: ac multo magis etiā tertio. At, quāuis multo negocio vtrūq; liberare conaremur, nihilominus neq; horū vllus, neque alius post eos seruari potuit: quum.n. morti iam proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdā partes expuebant. Proinde facile cognoui haud absimili eos affectu laborare, qualem in externis partibus videre solemus, quum à putrefaciente quopiam humore inficiunt: verum has & abscindere & vrere possumus, pulmoni vero horū auxiliorum neutrum adhibere licet: quapropter oēs perire necesse est. At vero, postremū quum viderē, ad visceris fortē exiccationē sollicito me animo cōuerti, & quidem odoribus atq; potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamētum, quod hedychroum vocant, interdiu naribus ipsius iugiter adhibere iussi: ad somnum vero sese conuertenti pręscripsi, vt nariū foramina ex aliquo pręciosorum vnguentorum illinerent, qualia videlicet Romæ præparari solent, vocant vero ea & foliata & spicata: atq; dedi in potu medicamēta, mithridaticam vocatam compōnem, ambrosiā, athanasiam, theriacam. Itaq; perpetuo anno sic educatus, tandem similiter, vt reliqui tabidi, vitā finiuit: quā fortasse ob iam dictam educationem lōgiori tpe protraxerat. Præterea alium hmōi affectum in pulmone notaui. Quidam "diuturna tussi vexatus, & exiguum lentumq; pus expuens, frustum quoddā paruo grādinis grano haud absimile excreauit, ac deferens illud mihi ostendit, atq; rursus nō ita multo post aliud quoq; attulit: vnde conieci lētum illū humorem, quē antea expuere solebat, siccatum induratūq; ad hmōi substātiam peruenisse. Quamobrem medicamentum ei in potu dedi, quod asthmaticis auxiliatur: atq; ita factum est, vt minorem expueret grandinem, atque longiori, quàm antea, interuallo: neq; pluribus deinceps annis adeo mitigari potuit affectus, quin tandem moreretur. Cæterum grandines ipsæ magna ex parte erui magnitudinem æquabant, quamuis interdum maiores interdum minores esse viderentur. Atque alios quoque similiter quidem spuere, sed nihilominus in multos annos vitam extendere, vidimus: quorum alij aliam ob causam, alij vero ob spiritalium instrumento-

Marginal notes: 6.Epid. cō 3.t. 14.3ª.172.c — A.l.3.f.10.t.4. 22.fo.172.b — A.l.3.f.10.t.1. c.1.fo.264.e Et.t.4.c.22. fo.172.b

rum affectum mortui sunt, quamuis nihil cruoris excrearent. Ea vero, quæ Antipatro medico E acciderunt, nemo est, qui nesciat, vtpote qui medicam artē publice apud Romanos professus est. Agebat hic ætatem sexaginta quidem annis minorem, sed quinquaginta iam annos excesserat. Is correptus aliqñ febre quadam ephemera, idq; ab euidenti causa, declinante iam febre, vt, quid sibi facto opus esset, intelligeret, pulsum ipse suum tangere aggressus est. Quum igitur omne inæqualitatis genus in arteriarum motione inueniret, in primis quidem territus est: deinde vero, quum sese non febrire plane sentiret, ilico balneum subijt, quippe laboribus ac vigilijs corpus fatigauerat. Atq; tenui quoq; victu, donec diē tertium præterijsset, vsus est: quo, quum nulla appareret febris, ad solita negocia pertractanda prodijt: atq; arteriam in extrema brachij sui parte tangens, admiratus est perseuerantem in pulsibus inæqualitatem. Occurrens itaq; mihi, extendit manum ridens, iussitq; pulsum tangere. At ego subridens, quid, inquam, sibi vult hoc, quod proponis ænigma? Ille iterum ridens obnixe orauit, vt tangerem. Igitur inter tangēdum omnigenam in pulsu inueni inæqualitatem, nō solum in multarum pulsationum cumulo, quam systematicen (id est congregatricem) vocant, verum etiam in vna arteriæ distinctione. Proinde miratus, quomodo adhuc viueret, quum talem haberet pulsum, interrogaui, num difficilis aliqua esset ei respiratio: illo vero nullam se sentire respondente obseruaui equidem, an aliqñ mutaretur, quippe F sex mensium spacio assidue arteriam tangebam. Quumq; ab initio interrogaret, quę nam corporis dispositio mihi videretur posse huiusmodi pulsum efficere, atq; per quē modum, idq; citra febrim, ad eam quæstionem respondi in commentarijs de pulsibus iam declarasse me huiusmodi inæqualitatem: nāq; ob magnarum in pulmone arteriarū angustiam id euenire putaui: angustiæ vero causam esse dixi visceris inflammationem: at tibi hnac ob cām id nunc accidisse impossibile est, quippe febre fuisses affectus. Relinquitur igitur vel obstructione ex liquidis & crassis & viscosis humoribus, vel crudi cuiuspiam tuberculi ortum, in huiusmodi te dispositionem induxisse. Tum ille respondens, oportuisset (inquit) me suspiriosa orthopnœa laborare. At ego probabilia dixi ipsum loqui, sed à veritate aberrare: quippe fieri non nunq; huiusmodi orthopnœam ob eā, quam diximus, causam, id vero, quum in asperis, non in læuibus arterijs, crassus & lentus humor cumulatur. Proinde omnem ei victus rationem, atq; medicamenta quoq; haud aliter, q̄ asthmaticis, adhibere iussimus. Deinde sex (vt dixi) mensibus elapsis, leui quadam spirandi difficultate affectus est, accedente simul cordis palpitatione, in primis quidem semel, deinde bis, atq; ter, postea quater, ac sæpius quoq;, aucta simul spirandi difficultate ad quindecimum vsque diem: post quē difficillima derepente oborta spiratione, exolutus statim obijt aliorum quorūdam exemplo, qui G cordis affectibus laborant: de quibus posthac sermonem faciemus.

GALENI DE LOCIS AFFECTIS
LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Affectus Cordis, Thoracis, Septi transuersi, Gulæ, Oris ventriculi, & Iocinoris explicantur.

Ob Cordis tantum læsionem subitam oriri mortem posse, non vero si aliqua cæterarum partium lædatur. CAP. I.

IN præcedenti libro, quū de pulmonis affectibus ageremus, sermonis cōitate & thoracis & cordis aliquantulum meminimus: pleniorē vero absolutionemq; de ipsis sermonem in quintū hunc librū distulimus. Qm̄ vero quar- H tus liber in accidentibus, quæ Antipatro medico euenerunt, finē sortitus est, læso in primis ipsius pulmone, deinde ad cor etiam trāseunte affectu, operæpretium me factur ū arbitror, si oēs eius affectus percurram. Igitur, quemadmodum de cæteris corporis partibus, ita de corde quoq; definiendū est, quę nam ipsi proprie vel primario affecto, vel vtcunq; noīare volueris, fiāt accidentia: quæ nā vero ipso cæteris partibus consentiēte. Id aūt ex ijs intelligi pōt, quæ prius in alijs libris demonstrauimus, vbi iam declaratū est īnati caloris cor velut fontem esse, neq; animal mori oīno posse, ni cor afficiatur. Quum itaque tres sint principes partes, quibus gubernatur animal (quippe præter cordis principatū, ostensum est & sensum & motū vniuersis corporis partibus à cerebro suppeditari, iecur vero nutricis facultatis esse principium) semper mors ad immodicas sequitur cordis intemperātias: simul. n. cum ipso oēs vitiantur partes. Quum enim (vt ostēdimus) ipsæ peculiari cordis temperie actiones suas perficiant, hac pereunte actiones quoq; ipsarum perire necesse est, ac proinde cerebri quoque, & iecoris: horum vero temperie deperdita non oportet cordis simul actionem perire. Si enim neque sentiendi neq; mouendi ab electione facultatem animal habuerit, neq; nutriatur, veluti in latētibus euenit animalibus, nihilominus viuere ipsum posse,

A. l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. fo. 9. f

A. l. 1. f. 1. d. 6. c. 4. fo. 27. a

A. l. 1. f. 1. d. 6. c. 4. fo. 27. b

A posse,quoad cor manserit illæsum,haudquaquam negãdum est.Quin videmus sæpenumero multis deinceps diebus alios neq; intelligere neq; sentire neq; etiam moueri, at nihilominus viuere: quemadmodum vbi quis ob virium hepatis imbecillitatem sine alimento permanens, diutius ẽt sufficere potest: at vero,si cor respiratione priuetur, hominem ilico perire necesse est. Igitur, qui ad spirandi functionem nihil conferre thoracem putant, ij causam reddere nequeũt, cur per vehementem apoplexiam,superno duntaxat principio vitiato,laborantes subito moriãtur. At vobis eam inuenire haud difficile est (vtpote quibus efficaciter persuasum est musculos, qui motionis principium à neruis in ipsos à spinali medulla,quę in ceruice est,delatis suscipiunt thoracem attollere) priuatis tunc musculis mouendi facultate, quę ex cerebro ipsis influere solebat: vt, nisi ad spirandi functionem ambo principia simul iuncta concurrerent,possimus vtique viuere, priuati interdum superno principio. Igitur,ex quibus causis inuenimus,cur affecto cerebro in vehemẽti apoplexia,cor quoque læditur,ex ijsdem ipsis,sed secundum alium modum,causam quis inueniet,quamobrem in apoplexia minore,catalepsi,sopore,morbo comitiali,lethargo,animal ita affectum non pereat. Nanq;,si diligenter consideraueris,inuenies per huiusmodi affectus, quomodo spirent laborantes: quippe videbis & violentam & difficilem spirationem perinde,ac si vinculo quodam constrictus thorax attolli prohiberetur. Atq; huius rei sufficientem fecimus mentionem in libris de musculorum motione: nanq; similis est hæc quæstio ei,quæ de somno fit, in quo omnes musculorum actiones exoluuntur,& sola actio,quæ ad thoracis musculos pertinet, seruatur: nunc vero ea duntaxat dixisse satis fuerit,quæ in præsentia proposito nostro conducere videbantur. Porrò, qua ratione homines per somnum spirant reliquis musculis omnibus quiescentibus,eadem quoq; ratione per minorem apoplexiam atq; alios ei vicinos affectus spirare possunt: vbi vero vel apoplexia vel alius quispiam affectus adeo vehementer increuerit,vt musculorũ thoracis actio oĩno deperdatur, perire simul respirationẽ necesse est: vnde cordis quoque temperamẽtum soluitur: quo fit tandem,vt ẽt animalis ipsius necessario sequatur interitus: atque hac ratione per vehementes superni principij læsiones animalia perire videmus. Iam ex iecinoris quoq; affectu mori accidit,sed alia ratione, atrophia scilicet: vnde longiore temporis spacio in huiusmodi affectibus vitam protelare possunt. Atque mori contingit non nullos per alium quendam modũ, in syncopa,stomachi vitio eueniente,& vehemẽti dolore, & timore graui,& voluptate maxima: etenim,quibus vitale robur infirmum est,animi vero affectiones ob imperitiam fortes,his animę essentia facile dissolui põt. Atq; aliqui ob mœstitiã interierunt,sed non ilico,vt de superioribus diximus. At vir magnanimus neq; ob mœstitiã, neq; ob aliã aliquã animi ægritudinẽ mœstitia fortiorem,vnq; succubuit: vtpote cuius animæ robur validũ est, affectus vero non adeo vehemẽtes.

De proprijs Cordis & pericardij affectibus. CAP. 2.

CAEterum proprio quoq; affectu cor laborare solet, vel ob simplicem intemperiem, siue inæqualis siue æqualis ea fuerit: vel inflammationẽ,vel erysipelas,idq; dũ fieri incipit: ilico.n. antea,quàm augeantur huiusmodi affectus,animal corrumpitur. Atq; hos affectus rursus cardiaca syncopa sequitur: quemadmodum,quæ stomachi vitio fiunt syncopæ, ad eos affectus, quibus os ventriculi (stomachum non nulli appellant) infestatur,sequi solent: verũ hæ quoq; consentiẽte corde eueniunt.Porrò vtriusque partis,tum oris ventriculi tum cordis,dispositiones,aut à forti duntaxat intemperie,aut venenoso humore,non nunquã ab erysipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam tali præter naturã tumore fieri solent. Igitur exiguę quidem cordis intemperantię, pulsus arteriarum,pro sua queq; natura,variant,de quibus in tractatiõe de pulsibus iam dictũ est: maiores vero per proprias quidem similariũ partiũ intemperies subitã mortẽ non inducunt: per eas vero,quę ad instrumentales partes pertinent,subito enecare possunt,sed præcedentibus prius signis quibusdam: quorum vnum est,quod & ab Hippocrate dictũ est: Qui sæpe & multũ exoluuntur sine causa manifesta,ij repente moriũtur: aliud vero, palpitatio videlicet cordis aut per se eueniens,aut cum significatione quadam,q in humore cor ipsum moueatur. Neq;.n.mirũ videri debet tantam humoris multitudinẽ cumulari aliquando in ambiẽte cor tunica,vt ipsum,ne attollatur,impedire possit: quippe in animalibus dissectis vidimus plerunq; plurimũ humoris vrinæ speciẽ referentis,in eo,qui ipsum inuoluit,panniculo contineri. Etenim simia quædã, quum emaciari in dies videretur,eã tñ necessarijs nostris negocijs impediti secare in tpe non potuimus: post mortẽ vero reliquis corporis partibus omnibus illæsis inuentus est in ambiente cor tunica tumor præter naturã,humorẽ in se continens, qualẽ pustulæ (Græci hydatidas vocant) emittere solent. Atq; in gallo quoq; vidimus aliquando cordis tunicam hmõi scirrhoso tumore affectã, perinde ac si plures crassæ mẽbranæ inuolutæ altera alteri fuissent: verũ in eo nihil humoris cõtinebatur: vnde verisimilis coniectura elicitur homines ẽt similibus posse affectibus infestari. Inflãmato aũt manifeste corde gladiatores vidimus haud aliter,quã qui cardiaca syncopa pereunt, obijsse. Igit, si ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cũ sanguinis fluore hominẽ mori necesse est,idq; præcipue,si sinistræ partis venter fuerit vulneratus: si vero non ad vẽtrem vsq; ptingat,sed in cordis substantia consistat vulnus,ex ita affectis aliqui non solũ ea die,qua vulnerati fuerunt, sed sequẽti quoq; nocte viuere potuerunt: qui inflãmationis rõne extincti sunt:

Atq;

Marginal notes: ibid.f.a — l.3.f.11.t.1. 2.fo.276.c — l.3.f.11 t.2. 1.fo.278.c — 2.Aph.41 Ex. ord.18.a — ibidem.c — l.3.f.11.t.1. 1.fo.276.c — l.3.f.11.t.1. 1.fo.278.e

Atq; etiam ij, quãdiu vixerunt, mentis compotes inuenti sunt: vnde euidens quoque sibi testimo E nium sumere põt antiqua ea secta, quæ negat rõnalẽ aĩæ vim in corde consistere. Palpitatio autẽ visceris huius pluribus integra valetudine degentibus, tum adolescentibus tum adultis, subito si-ne alio manifesto accidente euenire visa est: atq; oẽs eos sanguinis" detractio iuuit. Atq; hoc acci-dente planè liberati sunt, qui post sanguinis missionem vsi sunt victu & medicamentis, quibus es-set extenuandi facultas: horũ vero non nulli, quos rursus hmõi accidens infestabat, simili curatio-ne sospites euaserunt. Cæterũ noui quendã quotannis" verno tempore hmõi palpitationis accidẽ-te vexatũ, qui, quũ per tres annos à sanguinis detractione se adiutum itelligeret, anno quarto an-tea, quàm accidens ipsum inuaderet, sanguinẽ misit, idq; pluribus deinceps annis faciẽdo, idonea ẽt post sanguinis detractionẽ medicamenta adhibuit. At nihilominus hic quoq; ante senectutem morte præuentus est, sicut & reliqui oẽs: quorũ alij quidẽ per acutas febres, alij vero, cũ sani dege-rent, affatim syncopa intercepti interierũt: quãuis vnus vel duo citra syncopam alia quadã † mor tis specie perierint. At vero sic affectorũ magna pars ætatem agebat quinquaginta quidem annis inferiorem, sed quæ quadraginta annos excederet. Porrò panniculus cor ambiens, qũocunq; affe ctus sit, inter ignobiles partes reputatur, nisi qñ ipso inflammatione infestato dispositio per cõsen sum ad cor transcurrat: cum enim ipse solus afficitur, exemplo reliquarũ omniũ partiũ, quæ ad cu F stodiam & tegumentũ cæterarum nobiliorum factæ sunt, nullũ affert periculum. Ceterũ nulla à corde spirandi difficultas oritur præter eas, quas in priori libro diximus, cum de dyspnœa sermo-nem haberemus. Etenim supercalfactum spirationem efficit magnam & densam atq; celerem, ac calidum insuper spiritum reflat: contra refrigeratum, exiguam reddit spirationem & raram.

A.l.3.f.11.t.1. c.3.fo.278.h

A.ibidem.h

† apoplexiæ mõ, iquit Aegi neta in libr.3. hunc locũ trãs ferens.

De Thoracis affectibus {ac in quot absurda inciderit Erasistratus, cum transumptionis puris & sanguinis ex thoracis spacio in asperam arteriam, rationem reddere conaretur.} CAP. 3.

Atq; huic quoq; parti vel primario affectæ, vel alijs consentienti, quemadmodũ reliquis om-nibus, affectus quidam superueniunt, quos omnes in respirationis læsionẽ desinere necesse est: quippe propriũ respiratiõis organum eã esse iam mõstratũ est. Igitur, vbi dolorificis affecti-bus molestatur, exiguã densamq; reddit spirationem, veluti in commentationibus de difficultate spirationis ostendimus: id vero & vicinis quoq; partibus, & ijs, quæ simul mouentur, affectis eue nire solet: diximus autem antea in spinalis medullæ affectibus, respirationem interdũ lædi, thora-ce proprio affectu nequaquam laborante, sed vel neruo quopiam à spinali medulla procedẽte vel spinali medulla ipsa affecta. Eorum vero, qui proprie ad thoracem pertinent, affectuum quidã in ipsius musculis, quidam vero in membrana costas succingente consistunt: nã de ijs affectibus, qui G vel in cute vel in costarum ossibus consistunt, hic agere nõ proposuimus, in quibus locus affectus sensibus subijciatur. Igitur, quũ ex musculis alij spacia intercostalia vocata repleant, alij vero ex-trinsecus extendantur, dolorificæ externorum musculorum dispositiones, vt vlcera, contusiones, abscessus, erysipelas, inflammatio, haud difficulter à medicis manum adhibentibus discernuntur: At intercostalium musculorum inflammationes, eorum maxime, qui in intima parte consistunt, (duo enim, vt scitis, sunt huiusmodi musculorũ genera) tactu consequi non possumus: atq; ij gra-uiori, quã externi, dolore cruciantur: ac aliquid fluxionis, quæ inflammationem induxit, ad inter-na per eã, quæ costas cingit, membranam transmittunt, quam tunc pariter cum ipsis inflãmari ne-cesse est: veluti rursus, vbi ipsa aliquando primario affectu infestatur, intercostalium musculorum partes internæ similiter ei consentiunt. Verum exquisita" pleuritis fit, vbi cingens costas mẽbrana primario affectu laborat: proinde dolor vel ad iugulum, vel ad præcordia peruenit: ad iugulum quidem, superioribus eius partibus affectis: ad præcordia vero, vbi inferiores afficiuntur. Atque vehemens quoq; febris huiusmodi inflammationem perpetuo sequitur, quia sedes affecta & pa-rum distat à corde, & cum panniculo ipsum inuoluente, sicuti cum septo trãsuerso, cognationem habet. Cæterum, afficiatur' ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, à pulsi- H bus indicium petere oportet: nanq; musculi minus, cingens vero mẽbrana magis, & tendit & in-durat arteriam: Vt in affectibus pulmonis nulla penitus apparet hmõi durities: at effusa" in thora cis spacium sanies, & in asperas pulmonis arterias transumpta, tussiendo excreatur, qualis sit, qui inflammationem fecit humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melãcholicus, aut pituitosus, aut cruentus: etenim, si bilis abundat, pallidũ aut flauũ: si atra bilis, nigrũ: si pituita, spumosum & can-dicans: si sanguis, rubrũ" sputũ rejcitur. Quòd vero tussiendo ex thoracis spacio aliquid interdũ expuatur, facile intelliget is, qui eas dispositiones considerauerit, quibus ab exterioribus ad intima pectoris vlcus penetrare contingit: siue id ob vulnus penetrans non cõglutinatum eueniat: siue ob magnũ abscessum vtrinq; eruptũ: vel perinde quidẽ dissectũ, ac si externas duntaxat partes affi-ceret, facta vero sectione inueniat cingẽs costas mẽbrana erosa, aut costa ob sphacelum.i.cariẽ ex-cisa, aut eò, q medici cingentẽ mẽbranã, vtpote quã erosam putrescẽtẽq; quodã modo inuenerint, seruare illęsam nõ potuerũt. In oĩbus.n.iã propositis dispositionibus, si aqua mulsa in thoracis spa ciũ infundatur, mox tussiendo expuitur, & laborans ipse aquã mulsam esse ex sapore deprehẽdit. Quo pacto aũt hoc fieri possit, atq; per quos meatus ipsa in asperã arteriã ingrediatur, perpendere debet is, qui errorẽ illũ, in quẽ multi in causæ inuestigatione inciderũt, effugere voluerit: ij nanq;

* Intelligit thoracem, ut manifeste apparet, cũ tamẽ nulla superius de eo facta fuerit mentio. Colligitur ergo Galenum titulos præfixisse capitibus ĩ his libris, sicuti ẽt in antiquissimis græcis exẽplaribus uidere licet, ut hoc ĩ loco, De Thoracis affectibus.

A.l.3.f.10.t.4 c.1.fo.267.h

A.ibidem.h

A.l.3.f.10.t.4 c.6.fo.269.e

ex

A ex thoracis ſpacio in pulmonem quippiam recipi, impoſſibile eſſe iam ſibi perſuaſerunt, fortaſſe ita ſe ſentire ſimulantes, ne videantur de re quapiam dubitare. Cæterum credere oportet huiuſmo di fieri tranſumptionem, quippe per vulnera penetrantia haud obſcure apparet: deinde, quo pa-cto ea fieri poſſit, inueſtigare, vt, quum inuenerimus, animo ſimus quietiori: ſed, inter quærendũ quandiu nihil nos inueniſſe putauerimus, ruditatem potius noſtram accuſare, quàm veritatem ip ſam negare, debemus. Atque videmus etiam conglutinatis cruētis vulneribus penetrantibus, in ſputo notas quaſdam fluentis ex vulnere cruoris ad ſpacium, quod inter pulmonem eſt & thoracem: præterea ſuppurati, in hoc ipſo ſpacio pus continere, & ipſum expuere haud obſcure videntur: atqui rationi conſentaneum eſt, vt eodem mõ tum cruor tum pus ex thorace expuatur: Quorũ viam inquirens Eraſiſtratus incredibilia quædã ſcripſit in eo libro, cui titulus de ſanguinis edu
« ctione eſt, ſub hac verborum ſerie: Via aũt, per quam incedunt ea, quæ ab ijs ſedibus reijciunt̃, hu-
« iuſmodi eſt. Ab ea arteria, quæ ſpinæ adiacet, vaſa quædam ad vtrunq; latus, tam dextrum quàm ſi
« niſtrum, ſimiliter procedunt: deinde in loca vicina, multiplici diuiſione diſperſa tandem adeo eua
« dunt exigua, vt ſenſum lateant. Quũ itaq; ſanguis in huiuſmodi arterias inciderit, nõ nunquã per
« concauã arteriã ad loca, quæ circa pulmonẽ ſunt, atq; ad eos nexus, per quos pulmo apud ſpinã ar-
« B teriæ coniungit̃, aſcendit: quippe ea, quæ huc inciderint, hac via ad pulmonẽ aſcendere ſolent. Ve
« rum, quomodo ex pulmone deinde reijciantur, antea dictũ eſt. In his verbis manifeſte declarauit Eraſiſtratus eas arterias, quæ à magna arteria ad ſingula intercoſtalia loca procedunt, per ora, quæ ad inflammatam partem perueniunt, ſanguinem ſuſcipere, ipſumq; ad magnam arteriã, quæ à corde orta per ſpinam extenditur, referre, atq; ab ipſa rurſus ad ea loca, quæ circa pulmonem ſunt, tranſitum fieri: ſed neq; modum, quo huiuſmodi tranſitus fiat, neq; viam explicauit, verum deinceps ſcribens, Atq; per eos nexus, per quos pulmo arteriæ circa ſpinã adhæret: fit enim, inquit, hac quo que via, eorũ, quæ inciderunt, in pulmonẽ aſcenſus: at, q̃uo, & per quæ conceptacula, id fieri poſſit, non oſtendit. Proinde manet adhuc eadem quæſtio, nihil planè ad ipſam diſſoluendã afferente Eraſiſtrato: quamuis, vt in cæteris libris omnibus, ita in hoc ipſo de ſanguinis eductione, perſpicuã pollicitus fuerit interpretationem. Quocirca multo magis vitioſum quiſpiam huiuſmodi ſermonem reputauerit, vtpote qui ipſi quoq; Eraſiſtrato fuerit ſuſpectus. Apparet itaq; ex induſtria eũ voluiſſe obſcuris vti ſermonibus, vt aliquid dixiſſe videretur, quum nihil diceret: nanq; hoc in loco, quæſtionis enarrationẽ dereliquit: vt qui, quo pacto quidem ſanguis ex lateribus ad magnã arteriã perueniat, manifeſte declarauerit: at, quo pacto rurſus ab hac ad eas ſedes, quæ circa pulmo
C nẽ ſunt (vt ipſe dicebat) aſcendat, haudquaquã expoſuerit. Conſtat aũt & ex eo, q̃ dixit/loca, quæ circa pulmonẽ ſunt/quum dicere/pulmonẽ/potuiſſet, eũ haud inuitũ ſermonis obſcuritatem affe-
« ctaſſe: id, quod poſtea declarauit, dicens: Ex pulmone aũt q̃uo ad deductionẽ aſcendat, iã antea dictũ eſt. Perinde.n.ac ſi in pulmonẽ ex magna arteria ſanguis iã delatus ſit, q̃uo inde reijciatur, vellc nos admonere vr̃. Quòd vero de expuitione, quæ ex pulmone fit, iam antea dictum ſit, non ignoramus, ac perſpicuã fuiſſe narrationẽ teſtificamur: verũ optaremus, vt de ea', quæ ex magna arteria in pulmonẽ fit, tranſumptione dixiſſet: quemadmodum, cum inquit per eos quoq; nexus, p quos pulmo arteriæ apud ſpinam coniungitur, fieri circa pulmonẽ ſanguinis reiectione: non enim hîc, quos nexus dicat, declarauit. Etenim, ſi vel per membranas vel per fibroſa quædam corpora fiãt, ad ſanguinis magna contenti arteria in pulmones delationem nihil conferunt: quippe neceſſe eſt ex arteria oriri vaſa quædam, per quæ ſanguis in pulmonem transferatur, quemadmodum Eraſiſtrati ſecta hoc ipſum per arteriam pulmoni ſubſtratam fieri autumat. Huius enim arteriæ, extremæ partes, & quidem exiguæ, ad aſperam arteriam tranſire videtur: atqui ipſa quoque ex magna arteria antea, quàm ad ſpinam perueniat, initium ſumit. Itaq; duplici quadam ratione Eraſiſtrato ab hac arteria auxilium ſuppeditare conãtur ſectæ ipſius profeſſores, in præſentia quidẽ ad ſan-
D guinis ex thorace eductionem, alibi vero ad inflammationis in pulmone generationem: nam & hanc obijciunt eis, qui aliter ſentiunt, vtpote quam ita, vt Eraſiſtratus docuit, fieri ſit impoſſibile. Nanque, vbi docet, q̃uo fiat inflammatio, putat incidẽtem in arterias ſanguinem, ſpiritui, qui à corde defertur, obuium fieri, atq; ſic ad extremas arteriarum partes repelli: niſi vbi vulneratæ aliquando quædam arteriæ, vacuato ex ipſis per vulnus ſpiritu, ex ea, quæ ad vacuatũ ſpiritum fit, ſequela ſanguinem ſuſcipiunt. Hac itaq; ratione non poſſe fieri inflammationem in pulmonis arterijs dicunt: quippe, ſi aliq̃n ſanguis in eas inciderit, nulli ipſum ſpiritui obuiare, q̃ in ſolas pulmonis arterias nullũ à corde ferri ſpiritum Eraſiſtratus contendat, quãuis reliquas arterias oẽs à corde ſpiritum ſuſcipere fateatur: verum è contrario, ipſas cordi ſpiritum ſuppeditare, quẽ per inſpirationẽ ab aſperis læues arteriæ ſuſcipiunt. Hanc igitur arteriam, quæ à maiori arteria ſpinæ incumbente in pulmonẽ fertur, inflãmationẽ in extremis partibus ſuſtinere: atq;, vt ſanguis ex thorace reijciatur, efficere dicunt Eraſiſtrati ſectatores. Sed inflammationis rationẽ hoc in loco tractare non propoſuimus. Cæterum, quòd ex magna arteria in pulmonem ſanguinis tranſumptionem fieri Eraſiſtrati ſectatores dicunt, à veritate deuiare videtur. In primis enim ſanguinem ex intercoſtalibus locis in magnam arteriam transferri impoſſibile eſt, quippe à ſpiritu, qui à corde per magnam arteriam ad hæc loca tranſmittitur, repulſus, ilico reuertetur: ſi conceſſerimus autem hoc ita fieri, ac

demus

demus in magnam ipsum arteriam deferri, multo absurdior ex Erasistraticæ sectæ fundamẽtis ser E mo euadet. Etenim spiritum, seruantem incursionis impetum, à corde in hãc arteriam expressum, in totum deferri corpus per ortas ab ipso arterias autumat ita, vt ex vna arteriæ compressione, spiritus delatio ad extremas vsque pedum partes perueniat, à delationis celeritate vehementissimos ventos superari putans. Quòd igitur tanta vehementia sanguinem in magna arteria contentum, ad quamlibet corporis partem non statim impellat, impossibile est†: neq; ulla ratione dici potest ipsum in vnam arteriam, quæ in pulmonem feratur, compelli: ita enim is impetus mentis sit particeps, atq; intelligat, qua via quàm facillime vacuari possit. Id ipsum vero rursus pugnare videtur cum præsenti sermone, qui sanguinem quàm celerrime vacuari per asperam arteriam concedit. Nam, si tam facilis est per extremas harum arteriarum partes transitus, vt incidens in eas sanguis, tam celeriter vacuetur, fieri non potest, vt impactus inflammationem excitet, eò, ꝙ impingi & excidere, inter se sint cõtraria. Id vero multo maiori admiratione dignum est, quòd, quum Erasistratus quàm diligentissime deinceps de puris vacuatione conscribat, siue id in pleuriticis siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc, qua videlicet sermones eius tum nobis tum reliquis hominibus omnibus inter se certare videntur, non intellexerit. Ea facile deprehẽdetur, si sermonem eius, qui ad verbum sic se habet, hìc subscripserimus: Atque in his ipsis affectibus, multi interdũ F » puris expurgatio fit: causa, venarum natura est: epilogismus autem horum huiusmodi est. Magna quædam vena ex corde nascitur, adiacens spinæ, ac in eo loco, vbi à vertebris septum transuersum nascitur, finem accipit: ab hoc vero venæ, quæ ad latera extensæ sunt, atq; arterijs adiacent, oriri videntur. Igitur, quum vel vlcus vel abscessus in his locis euenit, multum puris congregans, id quidem haud facile ad spaciũ, quod inter latera & pulmonem est, effundi potest, ꝙ succingens latera membrana, neruosa est & fortis ac diuidi contumax: proinde coercetur ad vasa, membranæ intrinsecus subiecta. Quũ itaq; tenuis magis ac imbecillior vena sit, quàm arteria, hæc vasa prius diuiduntur, quàm ipsæ arteriæ: atque per has diuisiones pus effunditur in venas: per inferiores vero sedes pus deijci non potest, quia ad eas venarum natura nõ peruenit, sed finem sortiũtur, vt dictum est, circa septi transuersi ortum: quũ semper autem continuæ sedes repleantur, necesse est, vt per superiores meatus exitum capiat. Perpẽdenda igitur est actio, quam pulmo inter respirandum efficit, ac, quomodo, tum spiritũ tum humores & attrahit & expellit: quippe eodem modo pus à lateribus ad pulmonem ascendere solet. Sed, quo modo demũ à pulmone reijciatur, antea dictum est. In hoc sermone, ꝙ pus in venas transumptũ non possit ad loca septo transuerso inferiora peruenire, recte ab Erasistrato dictum est, vtpote vena, quę octo inferioribus thoracis costis ali G mentũ præbet (non enim oẽs alere potest) ad septũ transuersum perueniente: neq; enim in præsentia contendere velim, an exigua aliqua eius particula inde exiliat. At, quo modo huiusmodi pus expuatur, neutiquam dicere aggressus est: similiter nec sectatorum eius quisquam: neque enim, quemadmodũ arteriam quandam à magna deductam in pulmonem ferri affirmãt, ita de vena dixerint. Etenim arteria, tametsi non manifeste in viscus ipsum ramis distribuitur, ei tamen substerni, atque ad asperam vsque arteriam ramusculos emittere videt: verũ à magna vena, quæ spinæ incumbit, venam aliquam in pulmonem transire neque nos vnquam vidimus, neq; dissectorũ quisquam scripsit, ac ne Erasistratus quidem id affirmare ausus est: quippe inter omnes conuenit, ꝙ à dextro cordis ventriculo per vnũ duntaxat vas pulmo sanguinẽ recipit. Oportet igit pus, quod à costis in eam fert venam, quæ spinæ adiacet, in primis quidem peruenire ad cor: deinde ad venã, quę ab hoc orta in pulmonẽ trãsit: postea ex hac in asperas arterias, quę per ipsum dispersæ sunt, transumi: postremo tussi indigere, quæ.s. ipsum vsq; ad os efferre possit. Quo aũt pacto puris sanguini permixti ab ipso fiat secretio, tanquam exiguũ quippiam ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandam parum conducat, præteriens dicere neglexit. Neq; defendi etiam potest, ꝙ sanguis in vena, q̃ circa spinã est, contentus ad cor ipsum referat: nã è contrario, vena hæc à H dextra cordis auricula initium sumens, sanguinẽ secũ defert, qui oĩbus thoracis partibus, quę circa octo costas consistunt, alimentũ præbeat, nõ aũt illis, quæ sunt circa superiores quatuor: nã venæ, quæ eas partes nutriunt, ab ea vena, quæ ad iugulũ ascẽdit, medio inter cor & clauiculas loco, exoriunt. Præterea & hoc quoq; non minus absurdũ ad Erasistrati verba sequit: nã pus, quod à supernis quatuor thoracis costis in concauã venã refert, maxime quidẽ ad eas venas ducet, quæ ad ceruicẽ, & scapulas, & caput, & manus, imo potius ad vniuersas animalis partes perueniũt. Hæc sunt ferè absurda, quæ ad Erasistrati scripta sequi vident. Accedit ad hæc, ꝙ cãm in hac perpensione penitus non attigit. Dicens enim / nõ facile pus effundit in spaciũ, quod inter costas est & pulmonẽ, quia succingens costas membrana neruosa est & fortis atq; diuidi cõtumax / pus aliqñ in hoc spaciũ effundi posse non negauit: quippe qui verbis suis / nõ facile / addiderit. Oportebat. n. huiusce rei, quæ nõ facile quidẽ fit, sed aliqñ tñ fit, cãm reddere, ostensa via, qua suppurati pus expuere possint. Vt. n. ex ijs nõ paucos perire, ita & alios cõplures seruari vidimus: quorũ si quis p singulos A l.3.f.10.c. dies reiecti puris q̃titatẽ collegerit, interdũ sex aut octo heminas, ĩterdũ decẽ, atq; interdũ plures, c.17.fo.271. totam summam æquare inueniet. Ceterũ id, quod quã creberrime dicere consueui, nunc quoq; dicam, ꝙ multi medici, rerũ, quæ manifeste vident, cãm reddere nequeuntes, eas esse omnino negãt: quanquam

† Ex græcis antiquis clarius. Hi vero ipsum. (i. sanguinẽ) in unã arteriã suo sermone, eam inquam, quæ in pulmonem fertur, cõpellunt, ac si is mẽtem hẽat, sciatq;, qua uia facillime sit euacuãdus. In impressis enim legitur οὐ δὲ i antiquis εἰ δὲ.

A quanquam (vt dixi) omnes, quotquot in thorace confossi sunt, iniectam per vulnus aquam mulsam, ilico per tussim expuere solent: non nulli etiam medendi modo, & qui cruentis adhibetur, & glutinatorio dicto, haud paucis perforationibus curati, in primis quidem diebus purulenta quædam expuunt, nisi recte ac exquisite vniuersus sanguis per vulnus (quatiēdo videlicet hominem, qui sic vulneratus est) fuerit effusus. At vero membrana costas succingens, & valida est & neruosa ac diuidi contumax: sin autem voles, adde sermoni etiam membranam pulmonem ambientem, quæ eandem cum illa naturam habet: coq; liquores in vacua thoracis infusos hæc quidem nō trāsmittit, illa non transumit. Itaque ad eundem modum dicas cutem, quæ membranis multo fortior atque crassior est, in fracturis ossium callo obducendis, sanguineum humorem, quo minus per ipsam penetrando egrediatur, prohibere: hunc tamen in non nullis videmus adeo copiose effundi, vt totas etiam vittas irriget: quod quum ita fieri videamus, idem haud absurde per tenues quoq; membranas fieri fatendum est. Atque satius fuisset Erasistratum non de hac re dubitare, sed id potius abundanter intelligere, humorem inter thoracem & pulmonem contentum, in asperas pulmonis arterias recipi, ad læues vero arterias atque ad venas non peruenire: nam & ipso Erasistrato authore tria hæc vasa simul extenduntur, atque simul diuisa terminantur, suo extremo quodlibet ore, in adiacentem pulmoni membranam.
B Cum ergo tria hæc ora inter se proxima sint, cur in vnum duntaxat fiat transumptio, quærere debuit Erasistratus: nam longe præstantius erat ea, quę fiunt, quomodo fiant, quærere, quam, quòd fiant, negare. Quanquam neque dubia neque inuentu difficilis mihi videtur eorum, quæ in thorace continentur, in pulmonem trāsumptio: quæ quidem in asperæ arteriæ partibus extremis fieri potest, quippe quæ non adeo angustæ sunt, vt læuiū arteriarum atq; venarum partes extremę: & quòd magna ex parte asperarum arteriarum essentia, chartilago est, quę concidere atque concludi omnifariam non potest: quòd etiam earum, quā duorum vasorum reliquorum, ora multo sunt ampliora. Cum igitur ipsorum circa pulmonem diuisiones numero sint æquales, rationi consentaneum est asperæ arteriæ veluti ramos, reliquorū duorum generū partes proportione superare: id vero manifeste apparet per visceris ipsius dissectionem, nam vicina quæque vasa eandem inter se seruant in magnitudinis excessu proportionē, quā ab initio maximæ eorum partes habere conspiciūtur. Hæc sunt, quæ dicere debuit Erasistratus: ac deinceps, vtrum inspirationis, an expirationis, an quietis tempore, pus ex thoracis spacio in pulmonem recipiatur, explicare: ac deinde, quum id neque per inspirationem neque per quietem fieri docuisset, ostendere ipsum expirationis tempore recipi: id, quod facillimum erat demōstrare ei,
C cui prius persuasum esset respirationis actionem ad thoracem pertinere, pulmone nullā propriā habente motionem: quippe qui per consequentiā dilatato thorace pariter attollitur: eo vero constricto ipse spongiarum exemplo, quas manibus exprimimus, in sese residere solet. Etenim hoc pacto per magna vulnera penetrātia, fibra ipsius per vulnus procidere videtur: verum citra vulnus, thorax vehementer constrictus, humorem, qui in eo spacio, quod inter ipsum & pulmonem est, continetur, in asperas ipsius arterias comprimendo cogit. Nec credas, velim, huic orationi (vehementer) frustra fuisse insertum: nisi enim vehementer admodum thorax pulmonem ex omni parte comprimat, humor in asperarum arteriarum ora recipi non poterit. Quamobrem natura, quo robustior fieret expressio, tussi vocata, donauit animalia: quæ cum naturale sit accidens, sternutamentum, & singultum, & nauseam, similitudine quadam imitatur: de quibus ī libris de causis accidentium satis dictum est. Verum, quia viribus opus est, quibus huiusmodi accidens naturale excitetur, contingit creberrime per suppuratos affectus mori laborantes, imbecillioribus iam antea
* redditis viribus: validissima enim thoracis cōstrictione eademq; celerrima, tussis excitatur: atqui vires imbecillæ, neq; valide neq; celeriter agere possunt. Ergo de expuitione, quæ ex spacio thoracis procedit, satis fuerit hæc dixisse: redeamus igitur rursus ad eū, quem ab initio proposuimus,
D sermonem. Sane, quæ in succingente costas membrana ac musculis illi continuis fiunt inflammationes, morbum, quem lateralem vocant, efficere solent. Huius accidētia inseparabilia sunt, febris

..3.f.10.c.4.
..fo.168.c

acuta: dolor perinde, ac si locus vel intendatur, vel pungatur: spiratio frequens, & exigua: pulsus paruus, arteriam & duram & quodam modo tensam indicans: tussis maxima ex parte cum sputis coloratis, non nunquā vero sine his: has incoctas pleuritides nominant, quæ vel celeriter hominem rapiunt, vel longo temporis spacio finiuntur. Ac dolor plerunq; vel ad iugulum vel ad præcordia peruenire videtur. Sūt præterea alij laterum cum febre dolores, per quos spirationem frequentem & exiguam reddi necesse est, sed nullum redditur sputum: vt in ea re nihil à pleuritide sine sputo constante, differre videatur. Verum hi facile ab illis discerni possunt: in his enim nulla
* omnino tussis est: illi vero, qui sine sputo pleuritide laborant, sicca tussi molestātur: deinde q̄ neque tensionem neque duritiem vllam refert pulsus: postremo q̄ nō æque acuta febri laborāt, neque adeo difficulter spirant. Sunt etiam non nulli, qui presso à nobis, extrinsecus inflammato loco, dolere sese fatentur: atque hi per sputum non purgantur, quia ab initio nihil eius succi, qui inflammationem excitauit, ad thoracis spacium peruenire solet: at cōcocta inflammatione, nisi pus prius discutiatur, ad cutem vsque attollitur, atque inciditur.

..ibid.c.3.h

* Ex antiquis cod. græcis & omnibus interpretibus antiquis legēdum est ἄπτυστοι i. sputo carentes. vt patet ēt ex sequētibus.

De

De Septi transuersi affectibus: ac quo pacto Deliria, quæ ex ipso fiunt, à delirijs phreniticorum distinguantur. CAP. 4. E

TErminum, quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas. i. mentem appellauerunt: siue simpliciter de ipsis in animum venerit, siue (vt aliqui putant) quia eo inflammatione affecto mens lædatur. A Platone autem diaphragma vocari incepit, qui sanè & ipse alijs veteribus similiter, phrenas appellauit: putauit autem hunc in animalibus vsum habere diaphragma, vt irascibilē animæ vim in corde contentam ab appetitoria, quę in iecore sedem habet, septo distinguat. Postea medici neglecto prisco nomine, diaphragma ipsum appellare consueuerunt, id, quod in dorsali quoque medulla eos fecisse constat: quippe huic quoque propriæ substantię nomen, medulla est, quemadmodum instrumentum, cuius nunc mentionem fecimus, phrenes nũcupantur. Verum, quo clarior esset dignotio, illi dorsalis, quemadmodum & ceruicalis, & spinalis, atque lumbaris, cognomenta addiderunt: postea ferè omnes simpliciter dorsalem appellare consueuerũt. Sic in præsenti quoque proposito, phrenum nomine reiecto, diaphragma. i. septum transuersum, nominare magis placuit. Aristoteles autem hanc animalis particulam ὑπόζωμα. i. succincturam appellat, nescius ipsam magnæ ac perquàm necessariæ actioni in animalibus esse deputatam, quippe quæ spirationis sit instrumentum. Igitur non immerito, cum afficitur, spirationem lædit: vt supra, cum de spirandi difficultate ageremus, diximus: vbi proprios eius affectus vna cum ijs, qui per consensum cum spinali medulla & neruis ab ea exortis in ipso fiunt, tradidimus. At vero nunc eos affectus, qui superno consentiente principio, ei adueniũt, perstringamus. Igitur antea, quàm aliquis deliret, frequentem ac exiguum: infestante vero iam delirio, multa varietate inæqualem spiritum reddit: vt in libris de spirandi difficultate iam dictum est. Atque delirare etiam solent nõ nulli ob vitium, quod in ore ventriculi consistit, & febribus ardentibus, & "pleuritide, & peripneumonia: sed, quæ ob septi transuersi affectum accidunt deliria, non multũ distāt à phrenitide. Quippe per cæterarum partium affectus, atque per febres ardentes, delirium mitigari solet, quoties morbus declinare videtur: at phrenitidis propria præcipuaq; nota est, ne in declinatione quidem febriũ, delirium quiescere: neque enim per consensum sub huiusmodi morbo cerebrũ afficitur, sed propria primariaq; affectione laborat: ac proinde paulatim constituitur hæc passio, nec subito delirāt vel affatim, vt ex alijs partibus, quarum nuper mentionem fecimus: ac eius constitutionem præcedunt. accidentia non pauca, eaq; omnia phrenitica indicia vocantur: quæ ab ijs quoq; omnibus, qui me præcesserunt, conscripta sunt. Nam interdum vigilias præcedere: siue etiam somnum manifestis imaginibus turbatum, vt & clament non nulli & exiliant, videre est: Interdum vero irrationalis accedit obliuio, vt laborantes aliqui, quum matellam petiuissent, meiere tamen neglexerint: aut, quum lotium emitterent, matellam ipsam prodere haudquaquam meminerint: Interdũ maiori cum tumultu aut temeritate respondēt, præsertim vbi aliquis antea fuerit mansuetus. Atque hi omnes exiguo vtuntur potu: spiratio ipsis rara est & magna: pulsus minores magisq; neruosos habent: non nunquam occiput dolor infestat. Quum vero "iam proxime ad phrenitidem accedunt, oculi eius vehementer euadunt squallidi, aut ex altero ipsorum acris lachryma effunditur, ac deinde lippitudo innatat, & venæ ipsorũ sanguine plenæ videntur, & sanguis stillat è naribus: quo tempore nihil, quod exacte ad prudentiam pertineat, respondent, & floccos auellunt, & festucas carpunt, atq; aridiore febri, cui non ita magnæ in alterutram partem mutationes accedunt, torquentur: quemadmodũ in alijs quibusdam febribus videre est, quæ per vigorem quidem grauissime infestant, inclinationes vero habent mitiores. Ad hæc lingua quoque salebrosa est: non nulli interdũ audiendo falli videntur, ac interdũ mœsti iacent vix quicquam respondentes: atq; dispositione dolorifica affecti, vel acrius premente aliquo, eam haudquaquã sentiunt. Ergo hoc "modo per cerebri affectum paulatim phrenitis euenire solet. Ab aliarũ vero partiũ nulla perpetuum delirium procedit, dempto solo septo transuerso: cuius vitio excitatum deliriũ, parum à continuo distat adeo, vt veteres putauerint hac parte {inflammatione} affecta homines phreniticos euadere: atque ob eandem suspicionem, phrenas. i. mentem eam appellauerunt, tanquam φρονοῦντι. i. sapiēti parti conferat quippiam. Verum deliriũ, quod huiusmodi vitio accidit, à phrenitide distinguitur & ex oculorum accidentibus, & sanguinis à naribus stillis, atq; spirationis specie: quippe phreniticorum spiratio magna est, & ex longis semper interuallis: contra, vbi à septo deliriũ oritur, inæqualis, vt modo exigua sit atque frequens, modo magna & angustiosa: nam incipiente septi trāsuersi inflammatione, prius, quàm delirent laborantes, exiguũ ac frequentem reddunt spiritum: cõtra ijs, qui ob affectum cerebrum delirant, magna prodit raraq; spiratio. Atq;, vt summatim dicā, veluti eorum accidentium, quæ phrenitidem antecedere diximus, aut nullum apparet, aut, si apparuerit aliquod, id perexiguum est in ijs, quibus septum transuersum inflammatione laborare incipit, ita rursus sursum reuelli hypochondrion, septi transuersi ilico ab initio affecti proprium indicium est: id, quod affecto cerebro posterius accidit, non incipiente videlicet affectu, sed quum factus iam fuerit: atque calor quoque circa caput & faciem vehementior est ijs, qui ob cerebri vitium delirant. Reliqui septi transuersi affectus, siue primarij sint, siue per consensum illi eueniāt, partim quidem ab hoc nostro proposito sunt alieni (nempe qui manifeste apparent, vt sunt tum alia

Margin: F; A.l.3.f.10.t.c.2.fo.268.g; G; A.l.3.f.1.t.3.2.fo.197.b; A.ibidem.; H

A alia accidentia, tum abſceſſus in ipſo exorti,) partim vero iam antea dicti ſunt.

De Gulæ affectibus dignoſcendis. CAP. 5.

..3.f.13.t.1. ..3 4.5.fo. 5.b.c

EAm partem quæ inter fauces & os ventriculi media eſt, quam veteres œſophagon nominabant, qui poſt Ariſtotelis ſeculum ſcripſerunt, ſtomachon, nos gulam dicimus, appellare conſueuerunt: quamuis Ariſtoteles priſco ſemper vocabulo hãc animalis particulam nominauerit. Eius duplex eſt vſus, vnus, ꝙ veluti via eſt eorum, quæ deuorãtur†: alter, ꝙ circa vtranq; viã actionem quandam efficere videtur, tum eorum, quæ ab ore ad ventriculum deferuntur, tum eorum, quæ ab hoc ad os eleuantur. Cum enim geminæ ſint ei partes (quas diſſectores tunicas appellãt) altera ad cibi potuſq; deglutitionẽ vtitur: altera ad eam, quæ vomendo fit, expulſionem. Proinde rationi conſentaneum eſt duo eſſe affectuum ipſius genera, vnum vt viæ eorum, quæ ingerũtur: alterum, vt inſtrumenti eorum, tum quę euomuntur, tum quæ deuorãtur. Conſtat vero duorum iam memoratorum vſuum alterum quidem ſemper eſſe neceſſarium, alterum vero propter occaſiones quaſdam. Igitur eorum accidentium, quæ ipſum, tanquam viam ciborum, infeſtãt, genus vnum eſt, quum ob tumorem aliquem præter naturam anguſtior fit ipſius meatus: alterum, quum proprias actiones perficere nequit. Porrò iam antea, vbi de angina, quæ ad vertebrarum in

†Additur ex antiquis. & eorum, quæ euomuntur.

l.3.f.13.t.1. fo.184.b

ibidem. c.2. 185.b

ibid. b

B ceruice luxationem ſequitur, ſermo habebatur, diximus, quòd acquiſititia ei anguſtia accidit, vbi à vertebris ipſis comprimitur: cuius rei nunc quoq; admonitũ te eſſe velim. Nec obliuioni tradas tumores eorum muſculorum, qui gulam ipſam inuoluũt, quomodocunque fiant: nam de omnibus in libro de tumoribus præter naturam dictum iam eſt: cæterum in his omnibus cõmune eſt, quòd tanta ſæpenumero inter deuorandum infeſtat anguſtia, vt potus ad nares remittatur. Quũ vero inflammatione affecta gula, familiari propriaq; anguſtia, nõ à vicinis partibus acquiſita torquetur, tum grauiſſimus inter deglutiendum dolor infeſtat, accedente quoque perquam difficili tranſitu: præſertim ſi ſupinus, qui laborat, iacens tranſglutire quippiam conetur. Quocirca ſic affecti habitũ transformare, atq; erigere ſeſe ſtudent, ex accidente ipſo edocti faciliorẽ ita fieri deglutitionem, adeo, vt haud parum habitus hic ad ciborum in decliues partes delationem conferre videatur, vtpote quæ poſſit ſæpenumero vel ſola fieri, ſi prius ex ore vſque ad gulæ initiũ facta fuerit expreſſio: at ſupino decubitu nullũ ſperatur auxilium, quo facilius ad infernas partes ferantur alimenta, quippe quòd tum à ſola gulæ actione deuorandi munus perficitur. Neq; vero latet vos, ꝙ partium inflammatione affectarum nulla non dolet, quũ ſuo munere fungitur: cõtra, vbi quieuerit, dolor mitigari ſolet. Ergo, quum gula ſentiendi facultate ſit prædita, eo ipſo quoque vti lice

C bit quaſi auctario partis, vnde paſſiones eius dignoſcantur: id, quod à laborante inter reſpondendum deprehendere licet, niſi adeo fuerit ſaxeus, vt, quid ipſum lædat, narrare non poſſit: quòd ſi eiuſmodi eſt, qui poſſit animi ſenſa ĩterpretari, gulæ ſenſus maximum præſtabit corollarium ad affectuum ipſius dignotionem. Etenim imbecillitatem non nunquam percipere ſe dicunt laborantes, vt longo vix temporis ſpacio per gulam tranſeant ea, quæ ingeſta ſunt: quæ aliquando ad primum impetum facile deſcendunt, deinde rurſus arceantur, vt videantur impacta: demum per reſiduum ſpacium immoleſte ac facillime labuntur. Horum primum actionis infirmitatem, alterum particulæ cuiuſpiam anguſtiam indicat: verum vtriuſq; differentias ex reliquis accidentibus intelligere licet. Nam in imbecillitate, quæ à ſola intemperie citra tumorem pręter naturam fit, ingeſtorum in tranſitu tarditas æqualis eſt & ſine dolore, & in ſupino decubitu augetur: erecta vero ceruice mitigatur, neque vllus accedit anguſtiæ ſenſus. Vbi vero cum tumore eſt imbecillitas, vnam quampiam particulam anguſtiorem cæteris efficit, atque per eam tardior erit tranſitus. Quòd, ſi tumor inflammationis fuerit particeps aut eryſipelatis, accedit ei pariter & dolor, & ſitis, & multi caloris ſenſus, & febris non admodum ardens, quæ etiam ſiti proportione haudquaquam reſpondet. Si vero tumor aliquis ex nõ ita calidis fuerit, tum citra febrim, & calorem, & ſitim, deglutitio-

..3.f.13.t.1.

l.3.f.13.t.4. fo.299.b

D nis inæqualitas eueniet retentis in parte quapiam alimentis, præſertim ſi maiuſculum atque ſolidum fuerit id, quod deuoratur: acceditq; dolor aliquis ſed exiguus. Ergo, quum aliquãdo huiuſcemodi accidentia longo temporis tractu nobis apparuiſſent, accedente non nũquam ephemera febre, non nunquam etiam horrore: & coniecturam feciſſemus abſceſſum concoctu difficilẽ eſſe in gula: accidit procedente tempore, vt laborans ruptionis ſenſum perciperet, ac ſubinde pus euomeret, idq; non ſolũ eodem, ſed poſtero quoque die, atq; itidem tertio: deinde ſuccedebant ei deinceps omnia vlceratę gulæ indicia. Quippe, ſiue acria, ſiue acida, ſiue ſalſa, ſiue acerba deuoraret, aut vellicationem aut adſtrictionem ſentiebat: dolebatq; hac in parte vel nihil deglutiendo, ſed moderatius: vehementiorem vero dolorem excitabant ea, quibus mordendi aut adſtringendi vis erat. Hic ergo longo temporis ſpacio vix ſeruatus eſt, ſ. ætatis beneficio: etenim natu maiores, ferè oẽs perierunt. Sanè, quotquot dolorificum quempiam in gula habent affectum, oẽs ex dorſi quoque dolore ipſum ſignificanter declarant: cuius rei cauſa haud obſcura eſt ijs, qui gulam ſpinæ incumbentem viderunt. Conſentaneum autem eſt, quòd ex gulæ vaſis modis eiſdem, quibus ex reliquis omnibus, ſanguis euomatur. At ſi id ob ruptum vas acciderit, dolor ibi percipitur, ac locum, vbi aliquid ruptum eſt, indicat: Haud ſecus, vbi vena fuerit eroſa, ſiue diabroſin ſiue anabroſin ſiue aliter quomodolibet nominare volueris: Aperto autem vaſis alicuius ore, nullus omnino dolor ſentitur:

ſentitur: atq; hac re à reliquis diſtinguitur, ac præterea, q; neque ictus neque caſus hanc profuſio- E
nem præceſſit: id quod rupto vaſe videre eſt, quanquam ob ſolam ſanguinis plenitudinem, nulla adueniente extrinſecus cauſa, vaſa interdum dirumpi poſſunt. At venæ eroſionem vlcus præcedere ſolet. Fit autem vlcus vel rupto vaſe, vel malignorum humorum influentia, id quod in cute quoque ſæpenumero accidere videmus.

De Affectibus, qui ore Ventriculi patiente oriuntur. CAP. 6.

VEteres os ventriculi cor nominabant, ab accidentibus, quæ inducere videtur, hanc (vt aiunt) deducentes appellationem: neque enim" ſolum, vt cardiacis ſyncopis, ita & ſtomachicis nõ nulli corripiuntur, ſed etiam conuulſionibus, ſopore, morbo comitiali, & melancholia, nec non accidentibus, qualia per ſuffuſiones infeſtant, vt iam antea, quum de oculis loqueremur, dictum eſt. Atque omnes hi affectus, conſentientibus ei cæteris partibus † in ipſo fieri dicuntur: nam ad propriam eius rationem pertinet & appetentiam prohibere, & natãtes cibos corrumpere: † quẽ admodum, vbi cibi in ventriculi fundo firmantur, præcipue ſi ſuapte natura non ita facile corrumpantur, nihil horum patitur. Igitur exacte animum aduertere oportet, vt diſcernãtur affectus, qui ex ipſo per conſenſum eueniunt, ab ijs, qui huiuſmodi particulis, quarum actionibus nocere conſueuit os ventriculi affectum (quod, vt veteres omnes cor appellabant, ita noſtra tẽpeſtate ſtomachus vocatur) primario accidere cẽſentur. Sed hæc inter ſe diſcernere facile poterit is, qui aſſidua exercitatione circa dignotiones verſatus, ea, quæ præceſſerũt, diligenter conſiderauerit. Sũt enim proprietates quædã ineffabiles, ſed quæ accidentibus, quæ narrari poſſunt, ſuccedunt, quibus certiores ſtabilioresq; euadunt affectarum partium notæ: ſed has quidem vnuſquiſque per ſe inueni re poterit: quæ vero tanquam fundamenta vniuerſæ dignotionis exiſtunt, atq; ex quibus ſtudioſiſſimi quique ineffabiles accidentium proprietates ediſcunt, deinceps explicare aggrediar. Igitur Grammaticus quidam iuuenis, quoties vel nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut inediam" ſuſtineret, aut iraſceretur, comitiali morbo corripiebatur. Perpendi quidem in hoc os vẽtriculi (vtpote quod facile ſentiret) affectum eſſe, ac deinde per conſenſum & totum cerebrũ, & corpus vniuerſum, conuulſione concuti. Iuſſi igitur ei probam concoctionem accurate procurare, ac tertia vel quarta hora panem optime præparatum exhibere, atque hunc quidem ſolũ, ſi non ſitiret: ſi vero ſiti cruciaretur, ex vino diluto, & quidem albo, atq; modice adſtringente: nam huiuſ modi vinum, vt ventriculum robuſtum efficit, ita haudquaquam tentat caput, id, quod facere ſolent ea, quæ vehementes vires obtinent. Quum igitur hac victus ratione vtens non, vt ante, afficeretur, exactam iam notitiam me habere arbitratus ſum eorum, quæ prius ſola coniectura conſe G quebar. Itaque quolibet" anno bis aut etiam ter medicamentum amarum ex aloe ei exhibui: totũ enim ventrem à ſuperfluitatibus purgat, & ad proprias actiones roborat. Atq; ita vir ille pluſquã viginti annis, quibus poſtea ſuperſtes permanſit, integra inculpataq; valetudine vitam exegit: q;, ſi aliquando ob ingruentia negotia diutius à cibo abſtinere cogeretur, breuiſſima quadam cõuulſione vexabatur. Iam alios quoq; vidimus cõuulſiõe comitiali ob oris" ſtomachi vitiũ correptos, quum aut non probe concoxiſſent, aut vini & quidem meracioris plurimũ potaſſent, aut vbi veneri immodice operam dediſſent. Quinetiam per" febres quoſdam conſpeximus derepente cõuulſione præhendi, nullo, quod eam præſagiret, præcedẽte indicio: qui bilioſo ſuperueniente vomitu, protinus ab omni noxa liberati fuerunt. Atq; hoc modo affectorũ non nulli res quaſdã fuſcas vomendo reiecerunt: alij humorem porri ſucco ſimilem: quidam etiam vitioſorũ eduliorũ copia grauati, ſoporoſi permanſerunt, donec ea, quæ os ventriculi opprimebant, omnia euomuiſſent. Atqui horũ accidentium vix vllum crederes à ventriculi ore procedere, quemadmodum ne" ſyncopas quoque, niſi tam crebro ita euenire viderentur: quanquam enim non pauci ad ipſum ex cerebro nerui perueniunt, non tamen tot eſſe videntur, vt per eos tantus ſit principij cum ore ventriculi conſenſus, vt inde conuulſio inferri poſſit: tantũ abeſt, vt quis credat cor ipſum tam vehe- H menter ori ventriculi conſentire, vt acuta protinus ſequatur ſyncopa. Porrò multos non ſolũ inſomnia, & ſomni tumultuoſi moleſtant, ſed amentia quoq;, propter vitioſum humorẽ in ore ventriculi aceruatũ. De flatuoſo vero vocato & hypochondriaco morbo nemo non dixit, quõ triſtitiam, deſperationem, mœſtitiã inducat, atq;, vt ſummatim dicã, ad melancholię accidentia nihil reliqui faciat. Quippe laborantes hmõi morbo, poſt cruditates dictis accidentibus multo vehementius infeſtantur: ac plures ex ipſis ſplenici quoque ſunt: quocirca" conijciẽdũ eſt ex hoc ẽt viſcere vitioſam ſaniem in ventriculũ irruere. Ergo ea accidentia, quæ vel cerebrũ vel oculos afficiunt, vitioſorũ humorũ vaporationem ſequuntur. At" ſyncopa, quę ſtomachi vitio ſolet euenire, ob dolorũ ipſius proprietatem exolutionem inducit, eius quoq; intemperie ad cor fortaſſe perueniẽte, quare, cum id quoque vehementem intemperiem ſuſcipiat, vires agminatim cadere neceſſe ſit. Atque conſtat ẽt, q; κίτται. i. picæ vocatæ, mulieribus accidunt, vbi hæc particula affectą eſt: quæ enim aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos cupiunt, ijs appetentiæ inſtrumentũ læſum eſſe certum eſt: id vero os ventriculi eſſe demõſtratũ iam eſt. Sic ẽt nauſea, cordis dolores, ſingultus" inter huiuſce partis affectus numerari debent. Verũ omniũ harũ affectionũ cauſas in libro de accidentium cauſis iam diximus, vt nihil nunc opus ſit in earum explicatione temporis iacturam

Marginal notes (left):
† Non eſt in cõ textu græco.
† Ex græcis ita vertẽdum. quãdoquidem, qui in fundo uetriculi ſuapte natura firmari ſolent, præcipueq; ſi non facile corrumpantur, nihil horum patiuntur. & ita ueteres iterp.

Marginal notes (right):
A.l.3.f.13. c.16.fo.281.
A.l.3.f.13. c.33.fo.291
A.l.3.f.1.c.11.fo.212.
A.l.3.f.2.c.215.h
A.l.3.f.13. c.8.fo.303
A.l.3.f.13. c.33.fo.29
A.l.3.f.13. c.16.fo.286
A.ibidem.
A.l.3.f.13 c.17.fo.287. Ett.5.c.152. 306.b

A cturam facere. Etenim, quæ per intemperantiam ei veluti similari corpori morborum differetiæ adueniunt, iam ibi enarratæ sunt: instrumentales vero morbi, qui ei accidere solent, adeo manifestas habent notas, vt latere possint neminem, qui cõmunes significationes, quæ & in his antea cõmentarijs, & in alijs quibusdã præscriptæ sunt, memoria tenuerit. Neq; n. abscessus, neq; inflammatio, neque erysipelas, neque vlcera huius loci, in obscuro sunt, vtpote quorum communes sunt notæ cũ ijs, quæ supra de gulæ affectionibus dictæ sunt: atque illis eo manifestiores, quo facilior huic parti sensus est, ac clarã quoque promptamq; notionem habet. Similiter, vbi ex hac parte sanguis reijcitur, indiciorum proprietas communis est cũ illis, quæ de gula iam diximus, verum dignotio

l.3.f.13.t.3. ..fo.297.e longe manifestior euadit. Atque par esse vr totum″ventriculi spacium simili dispositione affici, quales sunt illæ, quas in ipsius ore fieri diximus, atque similia quoque ei aduenire accidẽtia. Quòd vero longe maiorem inferunt violentiam ea, quæ in ipsius ore contingunt, idcirco medici ea, quæ in parte ventriculi inferiore eueniunt, perinde, ac si omnino non fierent, & despicere & cõtemnere solent. At, quia coctionis″opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est hãc

ibidẽ.c.7.fo. 9.c ipsam partem, quum male disposita fuerit, cruditatum esse causam: quum videlicet vel ob inordinatam alimentorum ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatem, homo concoquere nequit.

B Morbi vero cæteris partibus omnibus communes, siue instrumentales sint, siue per solam intemperiem infestent, quorum sedes affectæ manifestæ sunt, ad hanc præsentem commentationem proprie non pertinent: quippe eas duntaxat partes, quæ sensus iudicium effugiunt, cõsiderare propositum est. Sed de″sanguine, qui ex ipso vomendo reijcitur, non conuenit inter medicos: etenim

l.3.f.13.t.1. 6.fo.286.c sunt, qui putent nequaquam fieri posse, vt sanguis vel ab hepate vel à liene effluens per ipsum euacuetur: similiter de pure quoq; ab ipsis erumpente existimant. Verum enimuero per artis exercitationem vtranq; opinionem examinanti mihi, visa est per ipsum fieri euacuatio ex dictis visceribus. Cæterũ differre voluimus huius rei doctrinam in eum locũ, vbi de ipsis sermonem faciemus: quippe deinceps & iocinoris & lienis affectus percurrere propositum est.

De Iocinoris affectibus, præsertim de Aquæ inter cutem & Regij morbi dignotione. CAP. 7.

HVic etiam parti, quemadmodum & cæteris omnibus duplex morborum genus, accidit, vnũ à sola″intemperie, citra tumorem præter naturam: alterum, vbi vnà cum intemperie tumor

l.3.f.14.t.1. 13 fo.308.a l.1.f.2.d.3. .8.fo.46.b quoq; infestat, vt inflãmatio, erysipelas, scirrhus id est tumor durus, spirituosæ″seu flatulentæ distẽtiones, obstructiones à crassis & viscosis humoribus, idq; in extremis vasorum partibus, quç ex venæ ipsius portis exoriuntur. Has quidem obstructiones sequitur grauitatis sensus, quæ dextro

l.3.f.14.t.2. ..fo.313.e C hypochondrio incubat: quando vero″halituosus quoque spiritus, cui nõ pateat exitus, ibi concluditur, non solum grauitas, sed tensionis etiam sensus, sequitur. Inflammationes vero, quæ in hoc viscere citra ipsius imbecillitatem nascuntur, siquidem in gibba parte consistant, præcipue si grandes fuerint, perfacile vel solo tactu dignosci possunt: at simarum partium inflammationes per alia potius accidentia, quàm per tactum, inuestigare oportet. Incipiam igitur ab ijs, quæ in parte gibba oriuntur, si prius vos admonuero eorum, quos in corporum dissectione conspexistis, musculorum, qui sub cute tenduntur. Sunt vero octo numero, quatuor contenti coniugationibus, quarũ prima ex musculis constat rectis per totum carneis, à locis, quæ circa sternon sunt, ad pubis ossa (ita enim vocant dissectores) descendentibus: At reliquarum trium coniugationum musculi vsque ad rectorum contactum carnea quidem parte constant: vbi vero primum illos attigerũt, in deneruationes membranosas degenerare videntur: horum quidem musculorum vna coniugatio, quæ quidem reliquis omnibus exterior est, à thorace obliqua deducitur, in anteriores partes & deorsum descendens: altera huic contraria ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores & superiores ascendit: huic tertia musculorum coniugatio subijcitur, qui transuersum habent positum, atque peritonæo (id est membranæ, quæ intestina continet) innituntur. Rectorum ergo muscu

D lorum tumores præter naturam, oblongi atque per medium totius ventris extensi videntur, vmbilicum, veluti ipsi quoque musculi, comprehendentes: quapropter haud obscura est eorũ dignotio, vtpote quos & positus & figura declarat: accedente ad hæc, quòd ipsi à nullo exteriore musculo conteguntur. Hæc autem obliquis quoque musculis, qui à thorace descendunt, sunt cõmunia: at multo difficilior est notitia musculorum, qui his subiecti sunt, difficillima vero transuersorum.

Constat autem iecur intra hos sub peritonæo esse positum: quod quum tribus contegatur mu-

l.3.f.14.t.3. .fo.314.h sculis, fieri″non potest, vt tactus aliquã ipsius notitiã præstet, nisi vel magna in ipso oriat inflãmatio, vel incũbentes ei musculi extenuati fuerint. Sed iecur″affici declarãt in dextro hypochondrio

ibidem. c.2. 314.f grauitas: dolor totum hypochondriũ retrahens, atq; ipsius doloris vsque ad iugulũ extensio, nam & hoc non nunq̃ euenire solet: exigua tussis: linguæ color in primis quidem magis ruber, deinde vero niger euadens: ingens cibi fastidium: sitis inexhausta: vomitus tũ synceræ bilis, tum eius, quæ ouorũ vitellis similatur, quæ postea æruginis aliqñ colorẽ referre conspicitur: aluus quoque adstringitũ, nisi vnà cũ visceris huius imbecillitate inflammationem excitari contingat. Erysipela

ibidem. c.4. 315.a tis aũt accidentia his ferè similia sunt: & insuper″febris quoq; cũ vehementissima siti laborãtes cruciat: eas. n. febres, quas καύσους. i. ardentes, antiqui vocabãt, magna ex parte aduenire videmus iecoris aut vẽtriculi flãmeis dispõnibus: atq; in pulmonis inflãmatione erysipelatis participe (Græci

† Addendum ẽ ex oĩbus cod. græcis, & ex tralationibus veteribus, ob putredinem.

φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη appellant) ardentes febres excitãtur: quemadmodum vbi in vniuerso E
quoque corpore biliosi humores † ad immoderatum feruorem perueniunt. Verum hæ, quæ aut
iecoris aut ventriculi occasione eueniunt, omnium sunt vehemẽtissimæ: quibus particulis ita la-
borantibus febres magna ex parte in marcorem transmutantur. Sed de marcore alibi seorsum scri
ptum est. Quæ in simis″iocinoris partibus eueniunt inflammationes, vt magis, quàm illæ, quę in A.l.3.f.14.
eius gibbo fiunt, inappetentiam, nauseam, vomitum biliosum, sitim ingentem inducunt, sic ẽ con- c.2.fo.314.
trario hæ maiori, quàm illæ, inter spirandum dolore (vt dictum est) laborantem afficiunt, magisq;
tussim excitant: atque dolorem vsque ad dextræ partis iugulum adeo, vt detrahi videatur, exten-
dunt. Porrò vtrique parti, quum dolor adest, nothæ costæ non nunquam consentiunt: atque hoc
eis commune iure accidit, non omnibus, propterea, quòd iecur per membranas non omnibus ad
costas coniungitur: id quod non solum in simijs, sed in alijs quoq; animalibus videre est, etenim
alijs quidem coniungitur, alijs minime. Igitur, quemadmodum interdum in gibbis duntaxat, ita
& in simis huius visceris partibus, inflammatio oritur: quamuis in neutra partiũ exquisite distin
cta possit consistere, nam omnium eius partium carnes inter sese continuãtur. Cæterum, quibus
natura abdomen gracile est, quando morbo gracilius efficitur, in ijs facile est videre ingentem io-
cinoris inflammationem: quæ propriam hanc à musculis incumbentibus sortitur differentiam, ꝙ F
moles sub manibus ad coaceruatam circunscriptionem desinit: musculus enim quilibet, quum to
tus sibi continuus sit, inflammationis ipsius molem, quæ sensim diminuatur, habet: quippe soli io
cinori proprium est, vt tumoris cumulum comprehensim habeat circunscriptum. Vnde manife
stum est, ꝙ durus in ipso tumor {Græci scirrhon vocant} multo euidentius dignosci potest eò, ꝙ
durior sit scirrhi ipsius, quàm inflammationis, moles: quodq; in huiusmodi dispositione extenuẽ
tur corpora, quæ ei incumbunt. At vero tractu temporis, quamuis magis increscat scirrhi tumor,
non tamen æque facile fuerit per tactum ipsum cognoscere, intercipiente scilicet iudicium aqua
inter cutem, quæ ilico scirrhum sequi consueuit: quippe, nisi hepar afficiatur, haudquaquam fieri
potẽst huiusmodi affectus. Non tamẽ semper ob primariam eius affectionem excitatur, quamuis
præcipue admodum ob hoc fiat: etenim, quia″ipsum eius facultatis, quæ sanguinem gignit, instru A.l.3.f.14.
mentum est, consequens est, vt vitiato hoc viscere actio quoque eius vitietur. Accidit autẽ (vt di- c.1.fo.307.
xi) quum aliàs aliam partem frigida admodum intemperies afficit, vt hepar quoque refrigeretur.
Igitur, si vel lienis″causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorum, maxime ieiuni, mesenteri- A. ibidẽ.c.
cæ venę omnes habituali intemperie afficiantur, facile etiam vnà refrigerare possunt omnes sima fo.309.a
rum iecoris partium venas: quo fit, vt ad hepatis quoq; corpus vniuersum intemperies ipsa perue G
niat. Si vero vel″pulmonis, vel septi transuersi, vel renũ occasione id accidat, in primis venæ, quæ A.ibid.Ett.
in visceris huius partibus gibbis consistunt, per consensum afficiuntur: deinde tractu tẽporis to- 1.fo.311.f
tum hepar quoque eadem dispositione infestatur. Ergo, quę hucusq; diximus, sic se habere nemo
inficiabitur, nisi forte quis aut suapte natura contẽtiosus, aut omnino fuerit indoctus. De obstru
ctionibus vero non æque certæ habentur coniecturæ. Etenim, ꝙ simarum partiũ venæ ab ea, quę
in porta exoritur, in tenuissimas extremitates finiantur, haud obscure apparet: atque, ꝙ ad eũdem
locum aliæ quoque venarum extremitates à caua vena in gibbas visceris partes distributarum per
ueniant, similiter constat: licet, quomodo per sua ora ipsæ inter se coniungãtur, videre nequaquã
possimus. Neque enim dubitat aliquis, sed omnes ferè medici ex vno ore enunciant, ꝙ cibus, qui
vniuerso corpori distribuitur, ex omnibus simarum partium venis exiens, ad gibbas partes per di
ctas extremitates transumitur. Quòd, si fateamur & hoc, sanguinis trãsitum ob tumoris venarũ,
quæ inflammatione & scirrho occupantur, molem constringi, rationi consentaneum esse videtur
(vt nõ nullis placuit) vt pars, quæ in sanguine magis tenuis atq; aquosa est, transumatur atque ve
hatur per vniuersum corpus: syncerus autem sanguis, qui propter suam crassitudinem in caua vi
sceris parte permanet, ei morborũ, qui ex plenitudine fieri solent, cã efficiatur. Perscrutãtibus ve- H
ro nobis huius sectæ placita, videntur partim cũ ijs, quæ iam supra dicta sunt, cõsentire: partim ve
ro non nihil ab ijs, quæ apparere solent, differre. Quòd.n. aquosa sanguinis pars transumpta in ve
nam concauam vsquequaq; per corpus dispergatur, consequi videtur ad ea, quæ iam in confesso
esse diximus: quemadmodum & crassiorem sanguinem in visceris venis præ angustia earum re-
tentum ad intestinum ieiunum, & tenue, & colon, & cæcum, atq; rectum deferri, & (vt quispiã di-
xerit) in ventrem fortasse: nemo tamen id accidisse vidit, neque in hepatis præter naturam tumori
bus, neq; ẽt obturationibus. Verum in omnibus″corporis partibus, tum supernis, tũ inferioribus, A.l.3.f.14.b
pituitosus sanguis contineri cõspicit in ijs morbis, quos Græci & anasarcas & leucophlegmatias c.4.fo.319
& hyderos nominare consueuerunt: per aluũ aũt nihil cruentũ, neq; in ijs, neq; in ascite, neque in
tympania excernitur: sed spaciũ, quod inter peritonæũ & partes ei subiacentes est, aquoso humo-
re impletur. Proinde rõni magis consentaneũ est, vt ob visceris refrigerationẽ cibus, qui reliquis
partibus distribuit, in sanguinẽ non transmutetur: quinetiam refrigerentur cũ ipso vniuersi cor-
poris venæ, idq; maxime, vbi nullo plerunq; tumore in iocinore apparẽte, laborãs aqua inter cutẽ
molestari vr, vitio existente vel in″liene, vel ieiuno aut tenui intestino, aut mesenterio, vel pulmo- A.ibi.fo.3 .a
ne, vel renibus, aut etiã vbi plurimus per″hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre pro- A.ibi.fo.3 .h
fluuium

A fluuium, aut quum retinentur menstrua, aut ob aliam ingentem vteri dispositionem. Nam per omnes huiuscemodi affectus aqua inter cutem hominem vexari contingit, vel nullo existente in hepate præter naturam tumore. Id vero præcipue intelligitur ab ijs, qui didicerunt, quomodo ex
l.3.f.14.t.4. 4.fo.319.h intempestiua aquæ frigidæ potatione iecur affatim refrigeratum, statim aquam inter cutem inducat ante, quàm scilicet in durum tumorem attollatur. Verum sic affecti vehementi ciborum desiderio tenentur: nec mirum, quippe ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates accidere iã ante didicimus. Sed de aqua inter cutem, id est de hyderis vel hydropibus vel quomodocunque quispiam appellare velit, quantum ad præsens attinet propositũ, hæc dixisse satis est. Porrò, vtrũ semper in morbo regio locus affectus sit hepar, an alia præterea dispositio hunc affectum efficere possit, deinceps percurrendo scrutemur. Siquidem videmus non nũquam iocinore nequaquam affecto, per morbi iudicationem effundi ad cutem bilem pallidam, quo modo humorum in aliquã partem decubitus quoque aliqui interdum euenire consueuerunt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationem sanguinem ab extranea quadam corruptione in bilem verti: qualis ẽ fera-
l.3.f.15.t.1. 3.fo.325.h rum morsu fieri solet. Etenim Imperialium seruorum quidam, qui viperarum venationi deputatus erat, quum à vipera morsus esset, aliquanto tempore medicamẽta, quibus vti consueuerat, po-
B tabat: cumq; vniuersi corporis color mutaretur adeo, vt porri colorem referret, accedens singula nobis enarrauit: cui epota theriaca quàm celerrime color secundum naturam restitutus est. Quia vero medici inuestigare solent, an assumpti veneni propria extent signa eò, ꝗ sæpenumero videãt citra lethalis veneni potionem humores similiter, vt epoto veneno, corrumpi, nõ mirum est, si sic aliquãdo mutentur humores, vt vniuersum corpus auriginosum euadat. Fieri vero etiam potest,
l.1.f.2.d.3. 1.fo.44.f vt iocinoris secundum naturam temperies mutata humores huiuscemodi vitio afficiãtur, & quidem citra obstructionem, aut inflammationem, aut scirrhum. Quinetiam manifeste quandoque videmus vniuersum corpus herbis candenti pallore infectis similari: interdum plumbeum, aut ẽt magis fuscum referre colorem: interdum ẽt alias quasdam ineffabiles colorum proprietates, quæ iocinore suo munere non recte fungente, sine tumoribus præter naturam accidere solent. Sic ob
l.3.f.15.t.1. 1.fo.329.a splenis quoque vitia, huiusmodi colores eueniunt, sed multo nigriores, quàm ab hepate: quos vt clara interpretatione enarrare difficillimum, ita cognoscere facillimum, ijs præsertim, qui illos sæpenumero conspexerint. Etenim, Stefianus quum medicorum iudicium subijsset, nescio, quo pacto eorum non pauci abscessum in ipsius hepate consistere crediderunt: sed postea, quàm longo temporis spacio nihil se in melius proficere sentiret, me quoque vocauit. Igitur, simul atq; domũ,
C vbi iacebat, fuissem ingressus, aspiciens eum, hoc (inquam) scias, velim, nullum tibi esse in viscere vitium: sed, quid aliud te molestet, nudatis præcordijs declarare conabor. Inueni ergo in profundis musculis abscessum, contracto iam pure, in medio spacio eorum musculorum, qui per transuersum incedunt, atque illorum, qui oblique ab infernis sursum tendunt: qui (vt nouistis) medij sunt inter eos, qui transuersi peritonæo incumbunt, & eos, qui sub externa cute obliqui deorsum ferũtur. Sic etiam alios complures scitis me notasse, per colorem declarando modo iecur modo splenẽ esse affectum nulla audita præteritorum accidentium narratione, neque etiam per tactum inuestigato viscerum affectu. Proinde sæpenumero audiuistis me male imprecantem ijs, qui medicæ speculationis principes se esse iactabant, nullius vero ęgri volebant aggredi curationem: de quorum numero plurimi fuerunt tum empirici, tum methodici: quibus si quis dixerit fieri posse, vt solo perspecto colore affecta sedes interdũ cognoscatur, illi aperto ore, atque rabidi canis exẽplo exerta lingua, impudenter ei resistunt. Verum præsens sermo haudquaquam ad illos dirigitur. Itaq; ad aliud accidentium genus, quod sola iocinoris imbecillitate, quæ per se ac sine inflãmatione euenire solet, continetur, nunc transeamus: quemadmodum & de ipsius inflãmatione, quæ citra propriæ facultatis suæ imbecillitatem accidit, seorsum iã diximus. Quoniam igitur sanguinis genera-
D tionem hepatis munus esse intelligimus, si causa aliqua fuerit, quę hunc generare possit, eam hepa
l.1.f.1.d.5. 1.fo.9.c tis propriam facultatem esse dicemus: propriam autem diximus propter eas, quæ omnibus corporis nostri partibus communes esse dignoscuntur, quas in libro de naturalibus facultatibus iam percurrimus, attractricem dico, & retentricem, & expultricem: nanq; quarta generatim quidẽ alteratrix, speciatim vero sanguifica vocatur. Porrò omnium facultatũ essentiã in peculiaribus partium tẽperantijs consistere didicistis: proinde, quum iecur ad aliquam octo intemperantiarum labitur, accidet viribus ipsius noxa, quæ illi intemperãtiæ peculiariter debetur: sed de ijs generalem scripsimus sermonem in tertio libro de accidentiũ causis: proprius aũt cuiusq; secundum speciem partis, cõi ad portionem respondet. Igitur calidæ iecoris intemperantiæ tum contentos in ipso hu
l.3.f.14.t.1. 5.fo.309.c mores, tum eos, qui per mesenterij venas deferuntur, & assant & adurunt: frigidę autem cõtentos iam in ipso humores, crassos atq; ad fluxum & motum contumaces reddunt, id vero, quod ad ipsum fertur, & pituitosum & crudum & semicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoque duabus dicẽdum est: arida quidẽ intẽperantia sicciores, crassioresq;: humida vero magis tenues, aquosioresq; reddit hnmores. Igitur, quũ alui sedimina, aquę, in qua nuper mactata caro abluta est, similia esse
l.3.f.14.t.1. 1.fo.311.f videritis, efficacissimum hoc vobis signum sit affectionis hepaticæ: ac nominantur hepaticæ, ex præcipue, quæ ob imbecillitatẽ ipsius fiunt: quippe ad iecoris essentiam pertinẽt hmõi affectus:

atqui didiciſtis cuiuſque primorum corporum eſſentiam ex quatuor qualitatum conſtare tempe E ramento. Sic etiam, quum fæci ſanguinis ſimilia per aluum excrementa deijciuntur, iecur affectũ eſſe conijciendum eſt: vt.n.tenue & ſaniofum excrementum infirmi iocinoris ſanguinem creare non potentis: ita id, quod fæci ſimilatur, ſuperaſſantis ſanguinem hepatis indicium eſt. Neq;.n.à memoria veſtra decidit, quum ſæpe videritis quoſdam in primis quidẽ ſaniẽ & cruenta quædam, dein tractu tẽporis craſſum ac melancholicum ſanguinem, poſtremo atrã quoq; bilẽ & quidẽ ſyn ceram deijcere. Incipit.n.interdum affectus ob frigidam intemperiem citra febrim, quãdo tenuis ſanies ſanguinis excernitur: deinde tractu tẽporis, dũ ſanguis in viſcere corrũpit, febris ſuperue nire ſolet: quæ tñ ab imperitis vſq; adeo negligitur, vt laborantẽ interdũ nequaquã febricitare pu tent, quippe hũc affectum ob inediam accidiſſe exiſtimant: ſiquidem, ꝙ nulla ſit ipſis cibi cupidi- A.l.3.f.14.t tas, potius, ꝙ̃ ob medicorum inſtitutum, laborantes à cibo abſtinere inuenerunt. Itaq;, quum inte c.15.fo.309.: rim nihil excernatur, videaturq; laborans omnino liber à febre, balneis eũ exponunt, ac debitã vi- ctus rationem præſcribere negligunt: quocirca rurſus corruptos cibos aluus deijcit, quos deinde hepaticorum excrementorum non nihil ſequitur. At nõ nulli, qui ob frigidam intemperiẽ labo- rare inceperunt, non ſolum non perdunt cibi cupiditatem, verũetiã interdum multo magis, quã antea, ſe eſurire aiunt. Calidas vero intemperies nunquam comitatur ciborum appetẽtia, ſed in- F A.l.3.f.14.t gens cibi faſtidium, ſitis vehemẽs, febris inſignis, vitioſorum humorum vomitus. Hęc ſunt pro- c.14.fo.309. pria hepaticorum accidentia: ſic enim nominari iam dixi eos, quibus viſceris ipſius vires fuerint imbecilles: qua in re vulgus medicorum errans, hunc affectum putat eſſe dyſenteriam: Inflamma tionem autem alia (vt dictum eſt) ſequuntur accidentia. Quum itaq; ambo interdum affectus cõ- ueniant, vtriuſq; accidentia ſimul apparere ſolent: quæ in promptu medicum habere oportet: ſic enim non ſolũ laudabunt nos, ſed admirabuntẽt ij, qui opera noſtra indiguerint, præſertim ſi acci dentia quoq;, quæ alijs morbis communia ſunt, inſuper proſpexerimus, veluti ꝙ dolor ad nothas coſtas peruenit, ꝙ iugulus detrahi vr̃, ꝙ ſpiratio parua reddiť & frequẽs. Equidem, quum primũ Romam veniſſem, magnifice admiratus eſt me Glauco philoſophus ob huiuſcemodi quandã di- gnotionem. Etenim per viam mihi occurrens, opportune (inquit) adueniſti: iungenſq; dextram dextræ, proximi ſumus (inquit) laboranti, quem nuper vidi: itaq; oro, vt vnà mecum ad ipſum ve nias: eſt autem Siculus medicus, quẽ non ita pridẽ mecum ambulantẽ vidiſti. Ego vero, quid (in- quã) moleſtat ipſum? Tũ ille & copioſe admodũ & aperte id declarare aggreſſus eſt: neq;.n.adeo erat vafer, vt aliquid me celare poſſet. Quoniam heri (inquit) & Gorgias & Apelas mihi nuncia- uerunt notiones præſagiáq; ædidiſſe te, quæ ad diuinationem potius, quàm ad medicinam, perti- G nere videbantur, cupio equidem periculum facere, non adeo, vt tuã experiar doctrinam, quàm vt ſciã, num tanta ſit in arte medica tum cognoſcendi tum præſagiendi facultas. Interim, quũ hæc di ceret, venimus ad laborantis hoſtium, vt neq; verbo, eius prouocationi reſpõdere, neq; ẽt ea, quæ ſæpenumero me dicere audiuiſtis, effari poſſem: quòd ſcilicet interdum nobis feliciter apparẽt ali qua certa ſigna: interdum vero omnia ſunt ambigua, atq; idcirco & alterã & tertiã quoq; conſide rationem expectamus. Itaq; in primo ſtatim aditu obuiam nobis venit quidã peluim à cubiculo efferens, continentem tenuem cruoris ſaniem, carnium nuper mactatarũ ablutioni haud abſimi- A.l.1.f.1.d.3 lẽ, euidentiſſimũ affecti iocinoris indiciũ: † qua vix dũ inſpecta, vnà cũ Glaucone ad medicũ in- 1.fo.42.h greſſus ſum. Apprehẽdi itaq; manum in carpo id eſt brachiali, quo intelligerẽ, vtrum etiam inflã matio, an ſola imbecillitas, eſſet in viſcere. Quia vero (vt diximus) medicus erat, nuper (inquit) à de iectione decubui, itaq; perpende arterias ob id, ꝙ ſurrexeram, crebrius pulſare. Hęc quidem ille di xit, ego aũt deprehendi inflammationis indiciũ: proſpicienſq; ad feneſtrã, hyſſopũ ex aqua mulſa decoctum in olla conſideraui: proindeq; cogitaui medicũ, ſe pleuriticũ eſſe, putare, dolore videli- cet nothas coſtas infeſtante, qualis iocinoris quoq; inflãmationibus aliqñ accidere cõſueuit. Hũc itaq; quũ ipſe ſentiret, eſſetq; ſpiratio & parua & crebra, atq; exigua tuſſi infeſtareť, pleuriticum ſe H eſſe exiſtimabat: quamobrem hyſſopum quoq; ex aqua mulſa præparauerat. Intelligẽs itaq; ego, ꝙ fortunam viam mihi præberet, qua apud Glauconem clarum nomẽ adipiſci poſſem, manũ meã ad nothas in dextro laborantis latere coſtas detuli, indicatoq; loco dixi eũ ibi dolere: quod cũ ipſe fatereť, Glauco ex ſolo arteriarum pulſu exiſtimans me ſedem affectã inueniſſe, planè admirari me cœpit. Verũ, vt vehementius ſtuperet, hæc quoq; addidi: quẽadmodum hoc in loco dolere te con feſſus es, ita velim, fatearis ẽt tuſſiendi cupiditate vexari te, & ex longis interuallis tuſſim exiguã, aridam, & qua nihil expuis, te moleſtare: atque ita me dicente incepit forte fortuna hmõi quadam tuſſis ſpecie (qualem iam diximus) tuſſire: qua de re tanta admiratione Glauco commotus eſt, vt continere ſeſe non valens, magna voce exclamãdo, in laudes meas prorumperet. Tum ego, ne pu tetis (inquã) ſola hæc ex arte medica circa ægrotos poſſe præſagiri: ſunt.n.alia quoq;, quæ nunc di cere aggredior, quibus & laborans ipſe teſtimoniũ feret. Itaque rurſus incipiens dixi: quũ magnã trahis ſpirationẽ, dolor ea parte, quã notaui, vehemẽtius te cruciat, ſentiſq; in dextra pręcordiorũ parte grauitatem. His auditis ne infirmus quidem ſeſe potuit continere, quo minus prę vehemen ti admiratione, vnà cum Glaucone exclamaret. Itaque ſentiens equidẽ arridentẽ mihi fortunã, de iugulo quoque, ꝙ videlicet ad inferiora trahi videret, aliquid efferre volebã: at, quia magnas inflã

mationes,

† Ex Græcis tanquam uero nullo modo hoc uidiſſem.

A mationes,quemadmodum & scirrhum,id comitari solet,dicere non sum ausus, veritus, ne laudē,
quam antea de me excitaueram, sauciarem. Quumq; animum induxissem tuto me aliquid eloqui
oportere,aspiciens laborantē,haud ita multo post(inquam)iugulū ad infernas partes detrahi sen-
ties,nisi fortasse id iam antea tibi euenerit. At,cū hoc quoq; fateretur,conuersis equidem oculis ad
ægrotantem mirifice attonitum,vna(inquam)addēda est prædictis diuinatio: etenim dicam, quā
de morbo suo laborans ipse habuerit suspicionem. Tum Glauco ne de hac quidē diuinatione de-
sperare se aiebat: laborās autem incredibili hac pollicitatione in stuporem adductus, & acriter me
intuens,quid essem dicturus,attenta mente expectabat. Igitur dicente me, ꝙ infestātē morbū pleu
ritidem esse putasset,ille ingenti cum admiratione huius quoq; rei se testem exhibuit: id,quod etiā
affirmabat ex adstantibus vnus,& qui paulo ante latus eius ex oleo fouerat. Atque ex eo tempo-
re Glauco tum de me,tum de vniuersa arte,quàm optimā concepit opinionem, quum antea nihil
magni ab arte expectaret, vtpote qui nunꝙ cum consummatis in arte viris versari consueuisset.
Hæc ideo dicere volui,vt intelligatis,quæ accidētia cuilibet morbo propria sint, & quæ alijs quo-
que morbis cōia: ac præterea,quæ ab vtrolibet genere sint inseparabilia: item, quæ magna ex par
te,& quæ raro videri soleāt: atq; ea,quæ ancipitem hēant euētū: vt,si aliqn̄ fortuna huiusmodi vo
B bis occasionem,qualē mihi fuisse oblatam iam dixi,præbeat,ea cōmode vti sciatis. Sępe.n.fortuna
non contēnendam adipiscendæ laudis ansam suggerit, ea tn̄ vulgus medicorum ob imperitiā vti
nescit: sed doctissimus quisq;,quum accidentium aliquod huiusmodi conspexerit, haud difficul-
ter reliqua quoque inueniet,quorum alia quidē necessario,alia vero magna ex parte, & locū affe-
ctum & morbum ipsum sequuntur. Verum meminisse debetis generalium præceptorum,quę &
vniuersalia appellantur,& quæ multorum specialium cōmunia genera sunt, vt in illis in qualibet
materia rerum particularium prouide discernendis vos exerceatis. Est igitur cōis sermo,quē di-
cere proposui, de naturalibus facultatibus: quas in qualibet parte generatim quatuor esse didici-
stis. Primam voco attractricem,quæ peculiares parti succos,alendi ipsam gratia,& appetere & at-
.l.1.f.1.d.6.c. trahere potest: altera″deinde est,quæ alteratrix dicit̄, qua succus attractus similis euadit parti, quæ
1.fo.26. alitur: huic aliæ duæ ministrant,retentrix,″quæ suo munere fungitur, qn̄ pars attractum succū co
.ibidem. quit,in suam ipsius naturam eū mutans: & expultrix,qn̄ à coctione,quod inutile est,excernit,idq;
excrementum vocatur. Has itaq; facultates in qualibet affecta parte,vtrū validæ sint an infirmæ,
.l.3.f.14.t.4. consideretis,hortor: Vt in″hepate(qm̄ de hoc dicere instituimus) vis attrahendi,si quomodolibet
5.fo.118.c afficiatur,cibum in ventriculo iam in succum transmutatū relinquet,vt per aluum exacte quidem
C confectus,verum liquidus & haudquaquā exiccatus excernatur. Atque hoc, ꝙ ipsa affecta sit, si-
gnum vobis erit: quicquid.n.ab aliquo,tanꝙ à causa,procedit,id illius signum esse constat. Hunc
affectum non nulli ad mesaræū pertinere autumant, vocantq; sic laborantes mesaraicos eò, ꝙ vi-
dent cibū per venas mesaræo & mesenterio intextas distribui non posse, vt solebat,eodem seducti
errore,quo ij,qui manus eorū,quos syncopa vel stomachica vel cardiaca prostrauit,affectas esse ar
bitrantur,vtpote quæ haudquaquā,vt antea,munere suo fungantur: quippe iecur mesaræi venis,
veluti manibus,quæ ex ventriculo ei cibum afferant,vtit̄. Similiter ēt falluntur non nulli, vbi cru
ra resoluta sunt ob affectum aliquem,eam spinalis medullæ partem,quæ iuxta lumbos est,infestan
tem: quippe neglecta spinali medulla cruribus remedia adhibent. Igitur, si mesenterium vel inflā
matione vel alio eiusmodi affectu laboret, hunc proprie ad ipsum referemus: si vero iecur ob im-
becillitatem per venas suas cibum allicere nequeat,nō mesenterio{id est lactibus}sed iocinori, re
media sunt adaptanda: quemadmodū nec resolutis quidem vel manibus vel cruribus ob affectū,
qui in spinali medulla consistit. Verum, vbi vel inflammatio vel erysipelas mesenterium afficit,
haud ita difficile est discernere,si alui excrementa diligenter cōsideres. Neque.n.solum,qualia ex-
cerni diximus in iocinoris imbecillitate,quū ad sese cibū trahere non potest, talia planè dejciūtur,
D sed apparet etiam,veluti ab inflammatione, sanies quædam admixta. Nam ab omni parte inflam-
mata,cui spissum crassumq; tegmen non incūbit,in primis quidē tenuis sanies defluit: quæ conco
cta deinde inflammatione,& crassior & puri similior redditur. Quum ergo nulla existente in ieco
re inflammatione,hmōi quippiam cum excrementis,succi spēm cōsequutis,dejcitur, in mesaræo
affectum esse censendum est. Quemadmodum autem non potente ob imbecillitatem hepate suc-
cum à ventriculo attrahere,attrahendi facultas afficitur: ita,quum retinere nequit comprehendēs
continensq; facultas, infirma putanda est: proinde in primis quidē cruorem saniosum excerni vi
.l.1.f.2.sum. demus,postea vero crassiorē & veluti fæculentum. Similiter″aliæ quædam eueniunt excretiones,
d.3.c.13.fo.5.f non quidem ob imbecillitatem,sed ob expultricis″facultatis robur, plerunque quidem integra in
omnibus existenti valetudine,plenitudinis ratione: plerunque vero parte aliqua affecta per iecur
.l.3.f.14.t.4. sese expurgante,viribus ipsius iam factis robustioribus: quippe concoctis in ipsa vitiosis humo-
.1.fo.118.c ribus sequitur secretio,ita,vt vtiles quidem humores retineantur,expellantur vero inutiles. Atq;
sunt non nulli,qui huiusmodi vacuationes nominent cruentas dysenterias: quę euenire solēt qui
.ibidem.f busdam vel mutilato″aliquo membro,aut vbi quis in exercitatione educatus ad ociū se conuerte-
rit. Ac solet quoque mulieribus,retētis menstruis,hmōi per sedē vacuatio fieri: atque interdū per
vomitum quoque eādem ob cām quibusdam mulieribus. Verū & his quidem syncerus sanguis

excernitur,similis ei, qui ab hostia interfecta profundi consueuit,modo inferne per aluum,modo E per superiores etiam partes: at per erysipelata,& inflammationes,accedente cōcoctione, vitiosus, cœnosus,& putris excernitur. Atq;,vt in hepaticis affectibus (quanquam raro) medicamētorum auxilio,robustiore euadente iocinore,interdum deijciuntur excrementa tum colore tū odore pessima, expurgante se ita viscere: sic eodem modo vrinæ quoque deteriores redduntur, quibus imperiti medici non nunquam decepti,grauis morbi periculum subesse arbitrantur. Etenim,quibus sine ratiocinatione rudis duntaxat experientia suffragatur,de ijs,quæ raro eueniunt,experimenta habere non possunt: veluti eorum,quæ sæpenumero accidunt, facile meminerūt. Quod aūt protracto per longum spacium morbo,apparentibusq; notis concoctionis, huiusmodi fiant euacuationes,non semel dūtaxat,immo creberrime ex enarrationibus,quas in Hippocratis opera ædidimus, didicistis. Quemadmodum aūt retētrix facultas,quum imbecillior est,ac rem,quæ ipsam grauat, retinere non valet,vis expultrix id,quod molestat,euacuat: ita infirma expultrice res quædam retineri solent,facultate retentrice non admodum grauata: nam in quolibet instrumento aliàs alia facultas vel fortior fit vel imbecillior, facta videlicet ad actionem relatione, si modo vniuscuiusq; facultatis notionem intellexerimus. Nam re vera tota semper particula agit secūdum temperamēti,quod ei frequentius inest,proprietatem: verum aliquando rem grauantem sustinet,ac longo tē F poris tractu eam vincit,conficit,alterat, & concoquit: deinde rursus alio tempore rei infestātis vel qualitatem vel multitudinem ferre nō valens,ad ipsius excretionem insurgit: sicut è cōtrario,quū interim admodum molestatur,ipsam rem molestantem deijcere cupiens,viribus grauissime infirmis, ob imbecillitatem id efficere non potest. Igitur hæc omnia in quouis naturali instrumento perpendere,atque mentem in ipsis dignoscendis exercere debetis. Sic enim inuenietis partiū quarundam affectus,antea haudquaquam indagatos, veluti ne folliculi quidem fel continentis. Si.n. (vt ostēdimus) biliosum humorem ad se trahit, quemadmodū renes sanguinis veluti serū: & splē id,quod vini fæcibus,aut amurcæ olei similatur: accidet interdum, vt ob huius folliculi imbecillitatem impurus fiat sanguis,atque idcirco alia eueniat regij morbi species pręter eas tres,quas iam supra proposuimus: ac non nunquam ita repleatur etiam(quemadmodum vesica,quæ vrinæ est cōceptaculū) vt euacuari nō possit, aut quia obstructus est,aut quia excretoria ipsius facultas est imbecillior: veluti etiam quum obstructis aut infirmis vasis,quæ ab ipso exorta,ora sua in hepar extendunt,biliosum humorem interdum attrahere non potest. Proinde excrementorum proprietatem in morbo regio considerare perquàm necessarium est: id enim non mediocre nobis ad huiusmodi notitias auxilium suppeditabit. Hæc equidem considerans inueni quorūdam regio mor G bo affectorum excrementa,flaua bile vehementer colorata, quemadmodum & alijs vrinas: item, per cutem quoque vt nō nullis plurimum flauæ bilis à balneo profundi,ita alijs plurimum ipsius retineri,ac perquàm exiguum effundi comperimus. Hanc rem si accuratiori experimento intelligere volueritis,nulla prius adhibita vnctione,homini sudorē strigili auferri iubete: videbitis profecto eundem in omnibus hominibus in strigilis cauitate non colligi, verum in alijs magis aquosum,atque in alijs magis biliosum. Itaque loci affecti notitia vobis multo erit dilucidior,si cū prædictis hanc quoque notitiam adijciatis. Quidam enim acuta biliosaq; febre laborans, die septimo multa flaua bile ad cutem transmissa,à morbo liberatus est,mansitq; sequentibus deinde diebus auriginosus. Itaq; & excrementa & vrinas considerauimus: vtrisq; vero secundum naturam se habētibus,atque ob eam causam nullum visceris affectum declarantibus,venit in mētem fieri posse, vt translata in cutem bilis crassior esset: qua ratione promotus discere volui,qualis nam esset sudor: illo autem apparente aquoso conieci bilem esse dissipari contumacem. Præcepi itaq; laboranti, vt aquis suapte natura calidis,& quibus discutiendi vis esset,vteretur: ac præterea victum adhiberet humidiorem,qui humorum crassitudinem moderate posset extenuare. Hic autem bonam valetudinem consequutus est, vnico auxilio & notitia cōfirmata & curatione absoluta. Quinetiam aliū H multam in strigili bilem relinquere vidimus, vnde eam plurimam in vniuerso corpore procreari perpendentes,ipsum adhibita idonea curatione sanauimus. Quibus vero citra febrim morbus regius accidit,vrgente in dextra præcordiorum parte grauitatis cuiusdā sensu,ijs omnibus aperiens (vt scitis) obstructiones & cibis & potibus & medicamentis extenuantibus, deinde medicamentum,quod bilem ducere posset, exhibens, eorum plurimos vna die sanitati restituimus. Qui vero purgatione liberari non potuerunt,ijs rursus valentiore ad aperiendum data potione,medicamētum,quod vehemētius purgaret,exhibui: sic deinde sub fine purgationis † vel cærulea vel flaua bilis cum acri mordacitate excernebatur. In his igitur cōieci fellis folliculum simili quopiam affectu laborare,qualis in vesica exuberante vrina interdum fieri solet,etenim adeo multam non nunquam recipit,vt nimis intenta nequeat eam,quæ in ipsa continetur,expellere. Verum in vrinę receptaculo(neq;.n.absurdum fuerit vesicam ita nominare) bifariam id fieri solet: interdū ob excretoriæ facultatis imbecillitatem: interdum vel ob grauem somnum, vel negotia quæpiā, retenta vltra,quàm par est,vrina: quæ deinde vesicam nimis intendens,hac ipsa rōne vires eius prosternere potest. At fellis folliculus, vtpote cui nullū succurrit ab animali facultate præsidium, vnicū habet imbecillitatis principium,veluti cætera quoq; naturalia instrumenta, à partis intēperie ortum.

*Τοὺς ἀπείρους. i. imperiti, est ī ipressis codicibus græcis. τοὺς ἀπὸ πείρας. i. empirici,ē ī antiquis: et ita ēt uidentur legisse ueteres interpretes.

†Ex uulgatis græcis habetur, cærulea magis, quàm flaua.

A.l.1. f.19.t.: c.6.fo.361.a

Galeni

GALENI DE LOCIS AFFECTIS LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de affectibus Lienis, Intestinorum, Renum, Vesicæ, Vteri, & Colis.

De Lienis affectibus. CAP. I.

X ijs, quæ de iocinore diximus, facile inuenient notæ, quibus lienis affectus discernantur: hoc addito, quod ipsius inflāmationes ob duritiē facile tangendo deprehendantur. Quum itaq; splen multa habeat accidentia cū hepate cōia, illa nulla re differre videntur, nisi quod quædam magis, quædam vero minus, alterutri euenire solent. Nam, quod ad coloris ratione pertinet, vniuersum corpus, vbi splen imbecillitate affectus est, magis nigricare videtur: nam hoc ei natura officium dedit, vt melancholicum sanguinem ex hepate ad sese attrahat, quo ipsum ali iam demonstratum est: igitur attrahendi facultate facta illi imbecilliore, sanguis ex iecore in vniuersum corpus īpurus trāsmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quinetiam hepatis exemplo, sæpenumero excrementa ex se reijcit, ita, vt & vomitione, cui nausea quoq; accedit, melancholicū sanguinē aliqñ excernat: qui interdū per inferiora quoq; decedere videtur. At & citra huiusmodi euacuationem athymias. i. animi deiectiōes, & dysthymias. i. mœstitias, melancholicas facit: ac non nunq; & ciborū vehementissimas appetentias, præcipueq; qñ exquisite acetosum sit id, quod ad vētrē fertur excrementū: sæpenumero aūt subuersionem & resupinationem, qñ aliam quandam habuerit corruptionem. Quòd vero indurato ipso aqua inter cutem succedere possit, consentiente iocinore, iam antea dictū est. Quinetiam laborante aliqñ vtroq; viscere regium morbū euenire conspeximus, nigriore, quam pro consuetudine, subsequēte colore, ita, vt putaretur flaua bilis fuligini esse permixta. Atq; medici quidam iecur nullo affectu tum laborare existimantes, dubitant, quō à splene morbus regius nasci possit: quemadmodū sunt, qui à solo liene indurato, nullo existente in iocinore vitio, aquā inter cutē fieri posse arbitranī. Haud secus hallucinari consueuerunt in ea quoq; aquæ inter cutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur: quippe ab ijs iecur calida & sæpenumero sicca quoq; intemperie tam grauiter afficitur, vt cibum in sanguinem transmutare nequeat: atqui ne in ijs quidem iecur affici existimant, ab Erasistrato accepta consuetudine, vt nullam partem affici arbitrenī, nisi vel tumor quispiam, vel vlcus in ipso consistat. Verum id illis concedendum est, qui existimant nullum ab intemperie morbum fieri: at medici, qui sequuntur ea, quæ manifeste apparent, qui & refrigerata parte quapiā accidentia quędam fieri suspicantur, admiratione digni sunt, quod aquā inter cutē consistere posse putant, ne vnico quidē loco affecto. Si enim ob id, quod nullus est in hepate tumor, ipsum haudquaquā affectū esse existimant: neq; aliarū partiū vlla afficietur in ijs, qui aqua frigida vitiosa affatim & intempestiue epota, mox aqua inter cutē corripiuntur: quippe noxā infert internis partibus aqua sic ingesta, alias alijs, sed præcipue & in primis ei, quæ forte fortuna eo tēpore reliquis fuerit imbecillior: verū, nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutē subsequi potest minime. Sic splenis quoque vitio aqua inter cutem non nunquam euenire consueuit, aut vbi cū tumore refrigeratus est, sicut in scirrhis: aut vbi citra tumorem refrigeratus est, vt quū quis aquam frigidā & vitiosam affatim & importune potauerit. Quòd vero melancholica mœstitia ipso excrementa hmōi ad os vētriculi transmittente proueniat, antea, vbi de ore ventriculi tractauimus, iam dictum est. Quamobrē in hoc viscere diutius nobis immorandum non est, cū eius instrumentales affectus rōnali dignotione non indigeant: qui vero ab intemperie proficiscūtur, partim ex ijs, quæ iam diximus, partim ex ea doctrina, quam supra de iocinore proposuimus, noti sint: nam alij quidē nominatim sunt explicati: alij vero, qui similiter, vt illi, consistunt, similem quoque habebunt dignotionem.

De Intestinorum affectibus dignoscendis. CAP. 2.

QVum de ventriculi affectibus superiore libro loqueremur, in duas maximas ipsum partes secari diximus: quarum altera, quæ superior est, gulæ continua est, ex multis neruis sensificis contexta: altera vero huic continua, ad intestinorum vsque exortum extenditur. Porro, sicut vtriusq; in animalibus propria est vtilitas, ac pro vtilitatis differentia diuersa eis eueniunt accidentia: ad eundem modum, quicunq; affectus cōiter tum similaribus tum instrumentalibus partibus aduenire solent, ij ēt his tum inter se, tum ēt cum vniuersis intestinis cōes esse cēsentur. Verum accidentiū similitudo non solum in his inter se, sed ēt in vicinis quoq; partibus, quæ ipsa attingūt, inuenitur, qualis est renū & coli cōmunicatio: atq; horū non nulla sedem affectā habent cognitu facilem, vt dysenteria, & tinesmus. Sanè in præsentia nomen dysenteriæ proprie audire oportet, vtpote quod ex appellatione ipsa, intestinorū vlcus significat: neq; .n. repente & affatim fit hmōi affectus (id, quod in eo, quem hepatis vitio accidere diximus, fieri solet) atq; proprias ēt habet notas.

Marginalia: B (at "natura officium"); C (at "tur: quippe"); D (at "in hoc viscere"); "l. 3. f. 1. t. 4. 18. fo. 204. d. f"; "l. 3. f. 14. t. 4. 4. fo. 310. a"; "In translationibus ueterib. hic incipit liber sextus."

tas. Etenim protinus ab ipsius initio, bilis mordax secernitur, quam deinde interaneorũ abrasio- E nes sequuntur, postea paulum cruoris simul excerni videtur, quãdo videlicet affectus ipse iam dysenteria est. Quum itaq; huiusmodi abrasiones solæ excernuntur, considerãdum est, num pingue quippiam simul cum ipsis dejciatur: ita enim in crassis intestinis vlcus consistere credendum est. Vbi vero cruorem quoque simul excerni videris, intueri oportet, vtrum is reliquis excrementis ita sit admixtus, vt vniuersus misceatur vniuersis, an pars eius aliqua reliquis supernatet: etenim, si admixtus est, in superioribus: si vero supernatat, in humilioribus intestinis vlcus esse ostendit. Ac idem quoque in abrasis excrementis videre est, verum non ita manifeste, vt in cruore. Similis etiam, si ramenta excernantur, ratio est: nam & ipsa, quòd intestinum aliquod fuerit oblæsum, declarant tum ab essentia propria, tum ex modo, quo vel commisceri reliquis excremẽtis, vel vni eorum parti supernatare videntur. Non mediocriter, autem conducit ad curationem, nosse, in qua intestinorum parte consistat vlcus: nam, si in superioribus intestinis est, ab epotis medicamentis præsidium petẽdum est: si vero in humilioribus, clysterem subijcere cõuenit. Atque huiusmodi dysenteriæ ab ijs, quæ ab hepate profluunt, ita discernuntur. Nam ab initio tenuis sanies sanguinis ab hepate deijcitur, deinde aucto malo crassus humor, fæcibus vini haud absimilis: præterea in hepatis excretionibus nihil abrasum expellitur: atq; interdum duorum aut trium dierum inter F uallo supprimitur euacuatio, deinde rursus redit malum, atque excernuntur excremẽta prioribus multo peiora. Id vero per intestinorum vlcera haudquaquam apparet: quippe in ijs neq; affatim neque ex lõgis temporum interuallis, laborantes deijcere consueuerũt. Atq; vlcera, quę in recto intestino oriuntur (tinesmum vocant) vehementi quidem tensione, & prompta deijciendi cupiditate infestant, paucis admodũ sequentibus excrementis: quę quidẽ ab initio pituitosa & pinguia, progressu vero temporis etiam abrasionis specie deijciũtur: sed per totum morbi spatium ijs, quæ à supernis descendunt, haudquaquam misceri videntur. Scribunt non nulli, q; à forti excernendi conatu, præcedente dolore vehementi, aliqui lapides callosos deiecerunt, ijs, qui in vesica nascuntur, haud absimiles: id, quod ego neq; vidi, neq; alium, qui viderit, vnquam audiui. Sed coli vehementem dolorem sæpenumero conspexi, medicis illum non ad colum, sed ad renes, pertinere putantibus: veluti renum quoque cruciatus, ad colum referre videntur. Sunt, qui omnino negẽt in sinistris partibus colicam dispositionem euenire posse. Igitur, vt ab initio, horum affectuum distinctio difficilis est, ita hoc tempore non ita magnam præsidiorum differentiam ipsi requirunt: itaque accidentia, quorũ magna est in his affectibus copia, diligenter intueri oportet. Nã & nausea & vomitus vrgent multo grauiores & magis assidui dolente colo: euomuntq; ita laborantes G pituitosa quædam atque corrupta, hac in re nephriticos longe superantes: ac retinẽt etiam magis excrementa, vt ne flatum quidem neque etiam ructum excernere possint: sæpenumero ẽt veluti circuire videtur dolor atque ampliorem locum occupare, non nunquam vero in diuersis particulis vehementior fit: nephritici vero dolores eodem in loco stabiles, iugiter infestant. Quum itaq; dolor in loco fuerit renibus altiore, manifestum colicæ indicium est: si vero in vno loco, vbi scilicet renes ponuntur, stabilis constiterit, nihil ad notitiam potest positus ipse cõferre: proinde cum his notis, quas nuper percurrimus, vrinæ quoq; considerandæ sunt. Nam nephritici ab initio dilutas purasq; reddunt vrinas: deinde sequẽtibus diebus asperum aliquid in ipsis subsidere videtur: demum omnino arenosæ minguntur. At in colica, si quid ab aluo deijcitur, id flatuosum quodam modo est, & sæpenumero aquæ supernatare consueuit, similem habens bubulo stercori consistentiam. Quinetiam colicorum cruciatus multo magis, quàm nephriticorum, laxantibus mitigãtur clysteribus: atque euenit interdum, vt frigido aliquo humore simul eiecto, ilico quiescant: eritq; mitigans præsidium, non mitigans tantum, sed etiam curatiuum & diagnosticũ. Porrò, vt hi frigidũ humorẽ aluo excernente, ita nephritici cũ vrina lapide exeunte, & à dolore liberantur & simul locum affectum ostendunt. Itaq; nihil relinquitur, nisi vt prouideat, ne postea tam facile affici pos H sint: nam, vt perseuerante dolore vtraque pars eisdem indiget præsidijs, ita tempore subsequente oportet diuersa auxilia adhibere. Quapropter nullum, quod ad curationis rationem pertinet, committetis errorem, si in prima protinus horum morborum accessiõe eos difficulter discernatis, eò, quòd tum neq; extrinsecus, neq; intrinsecus, differentibus egent auxilijs, quòd satis sit ea, quæ dolorem lenire possint, adhibere. Cum autem omnia intestina à ventriculo ordine quodam descendant, atq; omnium supremum ieiunum sit: deinde, quod tenue vocatur: postea cęcum, quod ad infernas partes extenditur: deinde colum, quod ad superiores reuertitur partes, donec sæpenumero & lienem & iecur attingat: miratus sum, quomodo non solum medici ferè omnes, sed etiam populares, vehementissimos quosque dolores, in quacunque parte euenerint, ad colum referãt. Id quidem mihi quoque verisimile visum est: sed, quum causam quærerem, cur tam vehemens tamq; perseuerans esset dolor, nõ simpliciter huic assertioni credere potui. Neque enim similiter, vt in renibus atque vreteribus impacto lapide ingentes dolores in transitu excitantur, sic & in tenuibus intestinis rationi consentaneum esse censebis frigidos spiritus retentos atque similes ijs humores dolorem in ipsis efficere: nam tenuium intestinorum tunicæ rara tenuiq; essentia constant, vt non ita diu [illegible] modi causas continere possint. Ergo probabile est frigidum, eundemq;

A.l.3.f.14.t.c.2.fo.319.c
A.l.3.f.16.t.c.6.fo 338. Et t.4.c.11.
A.l.3.f.14.t.c.2.fo.319.d Et f.16.t.1.c. fo.335.b
A.l.3.f.16.t.c.2.fo.334.b
A.l.3.f.16.t.c.2.fo.334.c f.17.t.3.c.6. 343.h
A.l.3.f.16.t.c.10.fo.344.
A.ibidem.g
A.ibidem.
A.ibidem.h
A.ibidem.h
A.l.3.f.16.t.c.1.fo.332.d
A.l.3.f.16.t.c.6.fo.343. 344.b

A demq; crassum, aut viscosum humorem, aut flatuosum spiritum, in corpore crasso densoq; genitum, sed egredi nequeuntem, dolorem excitare: vehementem quidem, geminam ob causam, intemperantiam, & corporum, quibus continetur, tentionem: lōgum vero, quia difficulter vacuatur, nam corporū ipsum ambientium tū crassitudine tum spissitudine arcetur. Atque interdum alij quoq; dolores & quidem vehementissimi in sublimioribus intestinorum partibus eueniunt, grauiter vomitionibus cruciantes adeo, vt non nulli sub fine stercus quoq; euomere conspiciantur: à quo affectu vix vnquam aliquis potuit sanus euadere: hunc εἰλεὸν .i. voluulum vocāt: non nulli etiam chordapsum, quum .s. tumor aliquis eminet in tenuium intestinorum parte, vt videatur intestinum ad chordæ similitudinē conuolutum. Itaq; non ab re visum est medicis antiquioribus vel ab inflammatione, vel obstructione aridi stercoris, huiusmodi tenuium intestinorum affectus oriri. Sunt alia quoque accidentia, quæ quidem haud absurde & intestinis & ventriculo simul affectis euenire credunt, vt quas λειεντερίας .i. læuitates intestinorum, & κοιλιακὰς .i. ventrales dispositiones nominant, quum videlicet materiæ nequaq; sunt mordaces. Nam, vt mordaces ob mordendi vim omnia intestina ad excretionem excitant: ita nō mordaces intestinorum imbecillitatem sequi consueuerunt, quia retinere contenta ne exiguo quidem tempore possunt: siquidem ilicò excernunt ea perinde, ac si graue aliquod onus deponerent, haud secus, quàm in stranguria contingit: nam & in hac modo ab acrimoniam & vellicationem vesica iugiter, quicquid ad eam peruenit, secernit: modo ob id, quod molem ipsius vel exiguam sustinere nequit. Cæterum, à quibus causis intestinorum læuitas proueniat, alibi particulatim ostendimus, præter ea quę in libris de curandi via & ratione, de naturalibus facultatibus, & de accidentium causis iam diximus. Etenim hunc librum non incepimus, vt causas, quæ morbos efficiunt, sed vt affectorum locorum, qui & tactus & visus iudicium effugiunt, notas perstringeremus: at, quia ad exactam horum notitiam etiam de ipsis dispositionibus interdum aliquid dicere coactus sum, idcirco de causis quoq;, quæ ipsas efficiunt, mentionem facere nō sum grauatus. Itaq; sermoni de intestinorum affectibus finem imponamus: quicunq; enim affectus in ipsis consistentes, sunt cognitu faciles, ij cum predictis communes habēt notas. Nā abscessuum, inflammationum, scirrhorum, inflationum, erysipelatum indicia omnibus cognita, quum in ventriculi locis apparent, & affectus ipsius atq; simul affectæ sedis notitiam ostendunt. Sed de his iam antea satis dictum est.

l.3.f.16.t.3. 6.fo.343.c

B

l.3.f.19.t.2.c. 2.fo.368.g

De Nephriticis, & eorum symptomatis. CAP. 3.

l.3.f.16.t.3. 10.fo.344.g C IGitur, cum derepente nephritis inciderit lapide notatu digno vel in renum vel in vreterū aliquo impacto, dolorem excitat, colico haud absimilem. Verū distinguitur ab eo ex nauseę tum multitudine tum magnitudine, suntq; per vomitum reiecta & biliosa & pituitosa, quibus præassumpti quoque cibi aliquid admixtum videtur: sępenumero etiam ex loco, quum superiores coli partes afficiuntur: atque ex eo interdū, q non vni loco dolor innititur, sed reuoluitur, & ad plurimas extenditur partes: præterea, quòd ne flatus quidem transmittitur: atque omnia hæc colicis duntaxat euenire solent, sed alia quidem magis, alia vero minus. Quum vero ex ijs, quæ in vrinis resident, aut lapide cum vrina excreto, plane discerni possunt, nullus relinquitur quæstioni locus. Sunt autem non pauci laborantium, qui dolorem modicum in profundo ilium infestantem sentiunt, quamuis ab initio non dum sabulosum quippiam manifeste excernatur: (quibus (vt scitis) dato medicamento, quod lapidem in renibus conterere posset, simul & affectum ipsum & sedem affectam cognouimus, atque ipsum habuimus curationis principium: quum enim à medicamenti potione in vrinis sabulosa quædam subsidere conspicerem, nephriticum affectum esse cognoui: atq; deinceps eadem medicamenta exhibēdo, reliquam perfeci curationem. Quum autem renem quempiam ita affectum esse præcognoueris, si etiam dolores cum horrore interpellato inæqualiq; infestare videantur, sequanturq; febres quædam inordinatæ, tum pronum in ventrem decumbere, atq; interdum in alterum latus, vt sublimis sit affectæ partis positus, laborātem sese vertere iube: ac deinde interroga, num circa renem dolentem veluti suspensi cuiusdam ponderis sensum percipiat. Etenim, quum hæc ei acciderint abscessum iam collectum conijcere oportet: quo concocto pus mictum vt laborantem à dolore liberat, ita vlceris in rene periculū affert: proinde exacto studio laborandū est, vt inducatur cicatrice: quod nisi ilico contigerit, difficiliorē reddet curationem. Porrò perseuerantis vlceris notæ ex vrina haud obscure deprehenduntur: adde, q laborās creberrime in affecto rene dolorem sentit: atq; interdum cum vrina exiguum pus, veluti ab vlcere, excernitur: similiter ramentum non nunquam cum vrina expelli videtur: ac interim sanguis quoq;, qui erosi iam vlceris indicium est, quanquam rupto aliquando vase aut ob plenitudinem, aut casum, aut vehementem ictum, non nulli magnam sanguinis copiam meiendo profuderunt, id quod aperto etiā interdum venæ alicuius ore nos videre est. Sed efficacissima vlceratorum renū coniectura est, si cū vrina exiguæ quædā carunculæ excernātur, vtpote quas renū essentiæ partes, easq; ob vehementē vlceris erosionē auulsas, esse cōstat. Ea vero, quę pilis similia sunt, Hippocrates quoq; cū vrinis excerni vidit, quēadmodū in aphorismis scripsit: ac nos ēt vidimus aliqn̄, quę semipedis longitudinē ęquarent, interdum ēt his longiora: (ac nō nunquā admodum exigua) vt mirarer, quomodo in renum spacio talia possent consistere: proinde probabilius

A. ibidem. h

l.3.f.18.t.2. 2.fo.358.a

D

ibidē. c. 11. 2.359.d

l.3.f.19.t.2. c.20 fo.370.e ibidē.c.20.f

l.1.f.2. fū.2. 3.c.6.fo.341.f

l.3.f.19.t.2. 2.fo.370.f

bilius mihi videbatur in venis hmõi res procreari: quemadmodum in"quodam Arabiæ loco (vt E aiunt) in tibijs hominum dracunculi vocati nascuntur, neruo sa natura, colore, crassitudineq; lumbricis similes. Igitur, quum multos audiuerim, qui sese vidisse eos dicerent, ipse vero nunquã viderim, idcirco neq; de ortu neq; de essentia ipsorum quicquã exacte conijcere possum. At, vbi pilos meiendo excretos vidi, tum ex colore tum ex mole credidi dicentibus eos ex crassa lentaq; materia, quam calor calfecit exiccauitq;, in venis consistere: quãq; longitudinis ipsorum causam nõ intelligo. Verum, quum primum eos vidissem, curationem à medicamentis, quæ vrinam ciere possent, tentaui, quam postea experientia comprobauit: & fermè omnes, quotquot hmõi affectu laborare consueuerũt, neq; ante ipsum neq; rursus post ipsum nephritico aliquo accidente fuerunt molestati, qui curati fuerunt medicamentis, quæ ciere vrinam pñt. Verum, etiamsi alia quæpiam humorum vitia à venis per vrinam expurgentur, quemadmodum si puris quoque multa fiat per vrinas excretio, nihil ab ijs vel renes vel vesicam vel vreteras molestari cognouimus: sed in hac re non parum cum intestinis conuenire videntur, quę in hepaticis dispositionibus nihil patiuntur, licet à bile syncera lædantur: veluti cõtra vesica quoq;, vbi longo tempore acres per ipsam vrinæ transeunt, vlceribus affici solet. Est etiam"alius renum affectus, quo tenuis sanies sanguinis min gitur, similis excrementis, quæ in hepaticorũ affectuum initio excernuntur, nisi q magis vr cruen F ta. Cuius rei causa est dispositio haud absimilis ei, qualẽ in iecore 'diximus imbecillitatem esse: insuper quum ora aut meatus vel vtcunque nominare volueris, per quos ex caua vena in renes vrina percolatur, supra modum dilatantur. Atq; ad renes quoq; pertinere is videtur affectus, quem alij hydropem matellæ, alij vrinæ profluuium, alij diabetem, alij dipsacon appellant, qui certe quã rarissime venire solet. Equidem eum antehac bis duntaxat videre potui, supra modum videlicet sitientibus infirmis, atq; iccirco exuberanter bibentibus, celeriterq; per vrinam id, quod biberunt, reddentibus tale, quale biberunt. Atque hic renum vesicæq;"affectus similis est ventriculi intestinorumq; læuitati. Sed de intestinorum læuitate alibi separatim iam dictum est: vbi ostẽdimus nõ ventriculum dũtaxat, sed vniuersa quoque intestina, ad excretionem tum ciborum tum potuum assumptorum celeriter excitari adeo, vt ne pauxillo quidem tempore citra molestiam ferre possint ipsorum aut pondus aut qualitatem: at, quòd affatim celeriterq; ad vesicam vrina deferatur, id neque ad ventriculi, neque intestini ieiuni neque tenuis, imbecillitatem, tãquam ad causam, referendum est. Si enim ob id, quod potum sustinere non possunt, ad excretionem properant, quid obstat, quo minus per sedem excernatur? id quod in læuitatibus intestinorum fieri plane videtur: neque enim cibus duntaxat tam celeriter per tam lõgam intestinorum conuolutionem tran- G siens deijcitur, verum etiam quæ epota fuere. Porrò transmissionem à totius ventris partibus ad hepar didicimus neque per hepatis aut venarum in lactibus aut ventre, quomodo neque per earum, quæ ab hepate exortæ ad renes tendunt, imbecillitatem fieri. Quippe in libris de naturalibus facultatibus iam ostensum est iecur ex ventriculo per mensenterij venas, veluti arbores à terra per radices, cibum ad sese allicere: sic etiã ostẽsum est renes trahere id, quod aquosum in sanguine est: non tamen vesicam trahere à renibus, quemadmodum neque intestina à vẽtriculo, sed renes quidem per vreteras excernendo in vesicam mittere, ventriculum autem in"ieiunum per eum processum, quem Herophilus dodecadactylon vocat, à duodecim digitorũ longitudine nomen ei imponens. Itaq; renum potius imbecillitas accusanda est, vtpote qui continere diutius vrinam non valent, non vero aliarum partium, per quas potus transire solet. Sed rursus reprehendendo dicet quispiam: quum infirmi fuerint renes, quõ fieri potest, vt tam celeriter vrinam ad se attrahant? an dicere possumus, quemadmodum in ventriculo quibusdam lientericis vehementissima excitatur ciborum cupiditas, ita in renibus quoq; cupiditatem simul oriri vehemẽtem, atq; hanc ob causam eos vrinam per cauam venam ad sese trahere, sed ilico ab attractionis impetu grauari? quemadmodum in ijs, qui canina vocata appetẽtia vexãtur, videmus, vt affatim impleti, paulo post aut euo- H mant, aut fluore deijciant: id, quod non solum ijs, qui præter naturam se habent, accidere solet, verum etiam animalibus quibusdam integra valetudine degentibus, vt in"auiculis, quas nostrates in Asia Seleucidas vocant, videre est, quippe quæ iugiter locustas edunt, easq; celeriter excernunt. Ac in alijs quoq; animantibus hmõi accidens naturale videtur. Vt igitur canina cupiditas in ore ventriculi consistens, non potente ipso deuoratorum pondus sustinere, multa impetuose ingerere atque ea celeriter excernere cogit, ita in renibus quoq; serosæ humiditatis cupiditas vnà cum virium imbecillitate, & humiditatem affatim attrahere cogit, & eius deinde in vesicam excretionem fieri. Sed quæres fortasse, quamobrem vrinæ fluor subito euenire possit, læuitas intestinorum non possit, veluti neq; canina cupiditas, sed plurium dierum numero opus sit, nam affectus initium ab incremento, incrementum à vigore distinguitur: Qm ventriculi cupiditas, qua cibum potumq; appetit, animale officium est, quo citra sensum nostrum nequaquam fungitur: renum vero desiderium naturale est, neq; ab ipso sensus nostri afficiutur: proinde, quum ad statum peruenit, ne sensum quidem mouet, quemadmodum appetentia canina. Qua de re rationi consentaneũ vr paulatim quidẽ ipsum incipere: &, dũ maior fit, in primis quidẽ serũ sanguinis trahere ex venis, vel nihil nobis sentientibus: quem quũ totũ attraxerit, videaturq; sanguis in venis, huiusmodi

A.l.4.f.5.t. c.21.fo.400

A.l.5.f.19.t c.20.fo.370 Et c.21.fo.5 a

A.l.5.f.19.t. c.17.fo.365.

A.l.1.f.16.t. c.1.fo.331.c

A.l.5.f.13.t c.8.fo.303.c

A modi humiditate spoliatus, exiccata tum vasa humorem trahere ex hepate, deinde hoc ex intestinis, & ventriculo: quũ vero exiccatæ fuerint venæ, quę in ore ventriculi sunt, tunc potum desiderare hoiem, vtpote q dispositionẽ ipsam sentiat: deinde exhibitam potionem venas ex hepate ad ventriculum venientes, vtpote aridas, totam statim rapere, atq; ex his alias deinceps, donec ad renes perueniat transumptio. Quippe in libris de naturalibus facultatibus dictum est non solum potionem, verum etiam cibum, trãsumptione per attractionem factã, per vniuersum corpus deferri.

.l.3.f.19.t.2. 17.fol.369.g Igitur hic affectus, quod ad transitus celeritatem pertinet, persimilis est intestinorum læuitati: atque etiam q renum dispositio, ventriculi dispotioni eadem est: verum hoc vno inter se differũt, q, quę ante renes fit lationis operatio, in naturalibus actionibus numeret, attractoria facultate successione agente: quãuis in vna re similitudo inter eas inueniatur, quippe ex caua vena ad renes attractio, primæ deglutitioni eorum, quæ ex ore in vẽtriculum deferuntur, haud absimilis est: at vero actiones, quæ hanc antecedunt, ad vrinæ fluorem proprie pertinent. Non recte autem putasse quosdam diabetem, veluti & caninam cupiditatem, ad ventriculum pertinere, manifestum est ex ijs, qui præ nimia siti ventriculum impleuerunt, & seruare in ipso potionem longo tempore possunt. Etenim, qui in vehementi siti potarunt, quatuor accidẽtia subire solent: unũ, & quidem B primum, vomitio est: alterum, velox per aluum excretio aut fluore, aut intestinorum læuitate: tertium, quòd potus diutius, quàm par est, in ventriculo manet: quartum id ipsum, de quo nunc sermo est, siue id diabetem, siue dipsacon, siue vrinę fluorem, nominare volueris: neque enim, vt idoneum ei nomen imponamus, sed vt curationis viam tum ex loco affecto tum ex ipsa dispositione inueniamus, scrutari animus est. Atq; alius interdũ affectus occurrit, diabeti perq; silis, & quidẽ à multis cibis, qui neq; crudi sunt, neq; per aluum deijciuntur, neq; plenitudinem efficiunt, neq; etiã probe alere pñt, sed dissipantur discutiunturq; celeriter. Cuius vt crebrior est, q dipsaci, euentus, ita faciliorẽ admittit curationem: quippe qui prius, q̃ ad summum peruenerit, cognitus, haud ita difficulter curabitur. Nam, vbi quis duplum cõsuetorum alimentorum assumpserit, neq; corpus ali videatur idq; citra alui fluorem, hũc affectum non solum priuati, verum etiam medici paruipendunt: quum vero triplum ingesserit, idoneis auxilijs liberari potest prius, q̃. s. ad quadruplũ aut quintuplum perueniat. Igitur rõni consentaneum est hunc affectum à celeri dissipatione incipere, oĩbus partibus attractricem atq; ei coniugatam facultatem, quæ proprie appetitiua vocat, seruantibus.

l.3.f.13.t.2. 10.fo.297.a At vero ingentis sitis, quæ citra diabetem accidit, causa est vẽtriculus aut calida aut sicca aut vtraq; intemperie affectus, maxime vero os ipsius: proxime ventriculo hepar, sed maxi- C me pars eius sima, simul cũ eis exæstuantibus nimirum mesenterio, ieiuno, ipso ventre, stomacho, & pulmone. Atq; huius accidentis radix inde plerũq; proficiscitur, q à dispõne, erysipelatis naturam referente ea incendũtur: quæ magna ex parte marcor sequitur, aliàs alius, veluti, quum hãc tractaremus materiam, declaratum est. Hæc itaq; propter accidentium communicationem simul cum renum affectibus dicta sunt. Porrò diabetes proprius renum affectus est, qui caninæ in ore ventriculi cupiditati proportione respondet, accedente præterea retentricis facultatis imbecillitate: nam, si citra vehementem cupiditatem ipsum fieri diceremus, in primis nihil penè vrinę, quod consideratione dignum esset, ad renes peruenire notaretur: si vero citra retentricis facultatis imbecillitatem, non tanta celeritate sequeretur vrinæ profluuium.

De Vesicæ affectibus. CAP. 4.

VEsicæ superueniunt accidentia partim cęteris communia, veluti omnes ipsius præter naturam tumores, dolores, atque, quæ hos facere possunt, affectiones: partim ipsi soli propria, vt ischuria. i. vrinæ retentio, stranguria. i. vrinæ stillicidium, ac alio quoque modo immoderata vrinæ excretio. Verum hmõi vacuationes (vt de renibus supra dictum est) vesica tanquam meatu vtuntur, ipsa haudquaquam affecta: at vero stillicidium, si ob vrinæ acrimoniam fit, accidens ve- D sicæ est, affectus vero minime: si vero aut ab vlcere aut imbecillitate procedit, à vesicæ affectu fa-

l.3.f.19.t.2. 0.fo.368.g. ctum esse dicitur: quemadmodum, vbi acrimonia in causa est, aliquando ob renum vitium, aliquãdo ob alias partes, quę cum vrinis humorum suorum vitia, aut pus, vbi abscessus aliquis infestauerit, transmittere possunt. Euenit etiam interdum vrinæ stillicidium humoribus, qui in venis sunt, & per renes & per vesicam expurgatis. Cæterum, quum ab intemperie vesica fit imbecillior, læditur propria ipsius actio, quæ est vrinæ excretio: ad quam animal excitari solet, quum vel à multitudine contentæ in ipsa materiæ vesica grauatur, vel à mordacitate molestatur: sed ab horum vtrolibet magis imbecilli, quàm robusti, dolere consueuerunt. Quinetiam instrumentales affectus imbecillitatem interdum inducere possunt. Item intemperãtiæ omnes cum aliæ, tum maxime illæ, quæ non nullis sæpe eueniunt, quum frigore corripiuntur: tunc enim planè grauari videtur, vel pauco admodum contento in ipsa humore.

.3.f.19.t.2. .fo.367.b Atq; vesicæ etiam, veluti meiendi instrumento, ischuriæ accidens superuenire solet, interdum quidem (vt dictum est) quum id, quod in ipsa continetur, non ita comprehendere valet, vt ipsum exprimat: interdum etiam obstructo inferiori meatu aut à crassis humoribus, aut impacto lapide: atq; accidit nõ nunq; vel ab inflãmatione vel alio hmõi tumore, vt angustior reddatur meatus, vel etiam omnino obstruat. At vero neq; neruorũ à spinali medulla exortorum, neq; etiam spinalis medullæ ipsius affectus, vesicæ aliquam imbe-

imbecillitatem afferre possunt, vt vrina propterea supprimatur: quẽadmodum non nulli putaue- E
runt, credentes vesicę officium à cõsilio & electione procedere, ꝗ. s. vrinam retinemus, quoad voluerimus, atq; eam pro voluntatis imperio excernimus. Verum satius fuisset nosse nõ vesicæ sed meiendi officium, veluti etiam deijciendi non intestinorum munus, ab electione consilioq; pendere. Quippe vesicę officium vnicum est, contractio: at musculus,″ qui vrinæ meatum in circuitu ambit, in origine ceruicis vesicę extensus, instrumentum est, cuius opus ab electione excitatur, vtpote qui ambiens vesicæ ceruicem, eam ita exacte stringit, vt nihil humoris ex vesica in meatum ingredi possit. Atq; similem quoq; & actionem & vtilitatem habet musculus, qui recti intestini partem extremam ambit. Proinde ipsis″ resolutis, neq; vrinam vesica, neq; stercora aluus, retinere potest, sed præter voluntatem paucis omnino interuallis vtraq; effluunt. Sicuti autem in reliquis musculis, quod à resolutione fit nobis inuitis, id electio nostra haud inuita efficere solet, ita eadem ratione ab horum actione quiescimus, quum vel stercus vel vrinam excernere propositum est.

A.l.1.f.1.d.5.l. 2.c.24.fo.11

A.l.3.f.19.t. c.10.fo.36

Atq; vt non nulli cum vrinarum tum cibi excrementorum deiectionem, totam ab electione procedere existimantes errauerunt, ita rursus alij his è diuerso, totum hoc opus naturale putãtes, à veritate deuiauerunt. Etenim cibi à ventriculo in ieiunum expressio, totum naturæ opus est: rursus omnino ab electione pendet & vtrorũq; mẽbrorũ & cuiuslibet digiti tum extensio tum inflexio. F
Delatio enim, quæ à ventriculo ad ieiunum fit, & quæ ab hoc in tenue intestinum, à sola naturali facultate procedit: at alui deiectio & vrinæ redditio, vtroque instrumento proprijs suis facultatibus agente perficiuntur. Rectum intestinum atque vesica naturali vtũtur facultate: musculi vero ea, quæ & animalis & voluntaria nominatur: quippe musculi, qui fluores cohibere solent, tunc quiescunt ab opere, abdominis musculis munere suo fungentibus, maxime vero medijs. Sunt nõ nulli, qui, quum nõ ita facile deijcere possunt, manibus hmõi musculos comprimunt: neq; nõ, vbi vrina vel difficulter redditur vel omnino suppressa est, idẽ facere consueuerunt. Quum itaq; nerui, per quos aĩalis facultas ad iam dictos musculos peruenit, afficiuntur, aut vbi dorsalis″ medulla ipsa læsa est, resoluitur musculorum actio, atq; excernitur & vrina & stercus vel laborante inuito. Quum vero vesicæ corpus ita fuerit affectum, vt, quod in ea continetur, exprimere nõ possit, supprimitur vrina: noĩaturq; hoc accidens ipsius, ischuria. Atq; accidit interdum propter″ obtusum ipsius sensum, vt non reddatur vrina citra expultricis facultatis læsionem, si proprij vesicæ nerui afficiant̃, neruis musculi ceruicem eius stringentis, munere suo fungentibus, ipsorũ. s. facultate seruata: nam, si resoluantur, propriũ indicium, ꝗ musculus hic resolutus sit, est vrinæ præter volũtatem excretio. At hmõi eueniente affectu, quum meatus ipsius fuerit obstructus, vtraq; dispõ cognitu difficilis erit. Proinde, vt exquisite dignoscant̃ non solum hi, sed reliqui quoq; oẽs vesicę affectus, perq; necessarium est pręscire euidentes causas extrinsecus aduenientes, quas proprie procatarcticas. i. initiatrices medici vocant. Sed multo ẽt accuratiori inuestigatione † eos, qui præcesserunt in animantis corpore affectus, inquirere oportet. Igitur cuidã, quũ cecidisset, spina sinuata est: quapropter vrinam reddere non potuit: nam & id aliqñ fieri solet, quemadmodũ ab ‖ Hippocrate dictum est: verum non ilico suppressa fuit vrina, sed perendie, ob afflictarum vertebrarũ ad interna luxationem inflãmmata vesica. Itaq; dolebat in ea parte vel nemine tangẽte, sed multo magis, si quis manu eum tangeret: atq; hunc curauimus, inflãmationi remedia adhibentes. ″Rursus alter luxatis ad posteriores partes vertebris vrinã inuitus profudit nullo infestãte vesicam dolore: in quo coniecimus eius musculi neruum, qui vesicam claudit, fuisse affectum, proinde spinalem medullam curare voluimus. Atq; in alio similiter affecto suppressa fuit vrina, torpẽte ob affectos neruos vesicæ sensu: quum autẽ inter dormiendum non sentiret homo vesicam impleri, ipsa extẽsa nihil excernere potuit. Etenim accidit interdum, vt hoc modo vrina″ supprimatur, quemadmodum etiã sanis quibusdam vel vrgentibus negocijs, vel in concionibus, vel senatu, vel foro, vel conuiuio: tum enim retenta longo tpe vrina extenditur vesica, atq; vrina supprimitur cõtra- H
ctrice facultate læsa pp immoderatã tensionem. Quidam″ etiam, quum cecidisset, manente spina illæsa, in primis quidem magnã sanguinis copiã cum vrina emisit, postea vero omnino suppressa est vrina: cuius rei causam esse coniecimus, ꝗ cõcreti sanguinis grumus intus se opposuit. Quocirca demissa per colẽ fistula paulum vrinæ reddidit: extracta deinde fistula apparuit in ipsius ore grumi indicium. Præterea, quum alios quosdam diuturni dolores vna cum abscessuum notis infestassent, finitis abcessibus tenue pus cum vrina profluere visum est: deinde subsequens vrinæ retẽtio coniecturæ occasionem dedit, ꝗ à crasso pure meatus obstrueretur. Atq; in pueris etiã, quos lapis in vesica cruciabat, vidimus sæpenumero vrinam retineri. Eos itaq; resupino″ figurato corpore concussimus, vt ita à meatu lapis dimoueretur. Quum vero id, quod iamiam dicam, sępe videritis, oro, vt ipsum tenaci semper memoria seruetis: quòd ad grumos vocatos, non solũ eos, qui in vesica, sed multo magis illos quoq;, qui in intestinis, ventriculo, atq; thorace nõ nunq; cõtinentur, animi″ defectio & pallor sequi solet: pulsus vero paruus, obscurus, freques apparet: & laborãs ipse cum anxietate resoluitur, quemadmodum in magnis musculorum vulneribus sępenumero accidit: vt mirari aliquis possit, quę nã sit huius euentus causa, quippe, quũ oĩum, quæ in corpore sunt, sanguis maxime nobis sit familiaris, quo ex vasis suis effusus tanti mali authorem se præstet,

† eas, quæ pcesserũt, inquirere oportet. De causis antecedẽtibus hic loquitur, quas προηγουμένας vocant. et cod. graeci ex tralationes veteres ita habent.

‖ de Artic. cõ. 3. t. 51. 7[2]. 274. c

A. ibidem. d

A.l.3.f.19.t. c.6.fo.367.b

A. ibidem. b

A.l.3.f.19.t. c.6.fo.366.b

A.l.3.f.16.t. c.2.fol.334 Et.f.19.t.1.c. Et.t.2.c.7.E. 4.f.6.t.2.c.

A.l.3.f.19.c.

A.l.3.f.15. c.19.fo.36 Et.t.2.c.7.F. 16.t.1.c.2.3.t l.4.f.6.t.2.c.

vt &

A vt & putredo partiũ & mortificatio ipſum ſequi poſſit: etenim vidimus, vbi veſicę meatum grumus obſtruxerat, eadem ſequi accidentia: grumum vero adeſſe coniecimus hoc argumẽto, ꝙ plu-
.l.4.f.6.t.2.c. rimum antea cruorem laborantes cum vrina reddidiſſent. Itaq; "medicamẽtum, quod lapidem te-
.fo.496.c rere poſſet ex oxymelite, atque ipſum quoq; oxymeli per ſe, in potu dedimus: at nihilominus alij quidem perierunt, vno quodã ſeruato ſolutis grumis, quos paulatim cũ vrina excreuit. Quod vero non ſatis eſt ad affectæ ſedis inuentionem ea duntaxat accidentia, quæ in præſentia infeſtat, intueri, ſed & ex ijs, quæ præceſſerunt, ſubinde definimus, facile intelligetis, ſi eorum, quæ antea
.l.3.f.19.t.2. vidiſtis, memineritis. Igitur, quum multi crebro pus cum vrina emitterent, "pręteritorum accidẽ-
.7.fo.367.d tium memoria & ſedem affectam nobis oſtendit, & diſpoſitionem in ipſo conſiſtentem declarauit. Quidam enim, quum prius in regione renum ſæpenumero doleret, accedẽte inordinato horrore & exiguo rigore, febre correptus eſt: alius circa veſicæ poſitum ſimul cum horrore ac febre dolores præſenſit: non nulli circa ſeptum tranſuerſum, & thoracem: atque alij in dextra præcordiorum parte. Coniecturam itaque fecimus in ijs omnibus, ꝙ pus per renes expurgaretur, vomica.ſ. in loco dolente erupta. Cum indicijs autem ſupra propoſitis non nihil confert puris quantitatem, & quomodo totum cum vrinis miſceatur, vtrum confuſum, an contra, conſiderare, velu-
B ti iam antea de inteſtinis dictum eſt. Nam, vt in illis, ſi à ſuperioribus inteſtinis quidpiã defertur, id ciborum excremẽtis perinde admixtum videtur, ac ſi cum ipſis ſubactum fuiſſet: ſi vero ab humilioribus, cum vna ipſorum parte excernitur: ſimili modo vrina, aut tota à pure cum ipſa emiſ-
.l.3.f.19.t.2. ſo cõturbatur, "aut per partes quaſdam diſperſum pus inæqualiter defertur. Plerũq; etiam ſolum
21.fo.370.h pus ſine vrina excernitur, idq; haud obſcure in veſica ſuppurationem conſiſtere indicat: quod vero exacte commixtum eſt, à ſupernis alicunde partibus venit: ſed, quod mediam inter hæc conditionem ſeruauerit, id à renibus deſcendiſſe certum eſt. Similiter ſi erupta vomica, cum affecti loci indicijs vlceris quoque ſignum aliquod appareat: nam & hoc aliquãdo quidem exacte cõmixtum vr̃, aliqñ vero mediocriter, interdum vel nullam habet mixtionem, vel quodãmodo ſuperfer-
.l.3.f.18.c.11. tur, vel ſolum excernit. Atq; vocatum "quidem ramentum, vlceris: eſſentiæ vero proprietas, affe-
.359.e ctæ partis proprium indicium eſt: quippe partes à veſica auulſæ, lamis: à renibus vero, carũculis ſunt ſimiles. Ita etiam, vbi ex ſublimioribus pars aliqua affecta eſt, excrementa cũ vrinis eiecta in-
.l.1.f.2.fũ.2. tueri, & ea ſuſpectarum partium eſſentiæ comparare oportet. Igitur "cum vrina expurgãtur gib-
3.c.1.fo.51.d bæ hepatis partes, atque omnes, quotquot ſunt his ſuperiores: per aluum vero pars iocinoris reſima, inteſtina, ventriculus, lien. Præter has aliæ quædam fiunt purgationes, ſed raro, vt cum tho-
.l.3.f.19.t.2.c. C rax, & pulmo per aluum purgatur: quæ infra "ſeptum tranſuerſum poſitę ſunt partes, per vrinas.
.fol. 370. g Quorum cãm cũ non nulli ignorẽt, neq; id vnquã in ęgrotis accidiſſe viderint, qđ à multis viſum
.l.1.f.2.d.3. eſt, negãt fieri poſſe, †quòd abſceſſu interim in pulmõe orto pus expurgari per renes poſſit.} Nos
m.2.c.6. vero pulmonis "vomicam per vrinam, thoracis autẽ per inteſtina & aluum expurgari vidimus:
.l.3.f.10.t.4. quãq; in primis ex pulmone per renes tranſitus, nullam reuera dubitationem excitare debet: ete-
1.fo.268.a nim, vt à caua vena, ita ex magna quoq; arteria, rami deſcẽdũt ad renes. Quoniam autem Eraſiſtratus putat ſolum ſpiritum in arterijs contineri, hæc quæſtio eius ſectatores non parum vrget: nobis vero nihil difficultatis affert, vtpote intelligentibus, ꝙ læuis arteria pulmonis, q̃tum puris ex erupta vomica ſuſcipit, id in ſiniſtrum cordis ſinum deferre poteſt, quod inde in magnã ipſius arteriam incidens, per renes trãſit in veſicã: hoc tamen non ita crebro euenire vr̃, vtpote pure prius in aſperas arterias magna ex parte trãſumpto. Itaq;, quam ob cauſam pus in pulmone genitum, cum vrinis (licet raro) excernatur, iam dictum eſt: id vero, quod per ventrẽ expellitur, aliã & quidem rarã (quæ in corporũ diſſectione apparet) habet cãm: quippe caua vena, mediante vaſe quodam ſtelechiææ vocatæ {id eſt venæ, quæ arboris caudici proportione reſpõdet} videtur interdũ adaptari. Proinde nihil mirũ neq; impoſſibile eſt & ex partibus ſepto trãſuerſo ſuperioribus pus
D in ventrẽ defluere, & ex ijs, quæ eidem ſupponuntur, ipſum per renes in veſicam peruenire: nam corporum raras conſtitutiones, par eſt, vt rara etiam accidentia ſequantur.

† *Hæc uerba nõ hẽntur ĩ codi. græcis antiquis, nec ĩ tralationib. veteribus, ſed gloſſema ſũt, quod ab imperito ſcriptore poſtea in cõtextũ poſitum eſt.*

De Vteri affectibus, præſertim de Seminis & Menſtruorum retentione. *CAP. 5.*

ATque ne hoc quidem loco ſolicitos eſſe oportet, vtrum vuluam an vterum appellemus eã partem, quæ mulieribus ad pariendum à natura data eſt: neq; rurſus, vtrum numero plurali vuluas aut vteros, an ſingulari vuluam aut vterũ quis nominauerit. Etenim ſatius fuerit in rebus vtilibus tempus collocare, ex quibus vel ad notitiam, vel præſagia, vel curationem, fructum aliquẽ decerpere poſſimus. Veluti certe & in eo affectu, quẽ non nulli vteri ſuffocationẽ, alij ſpirationis ob vterum ablationem vocant, audire eſt, volentibus medicis vtraq; appellatione vnum quendam affectum explicare. Ego vero multas vidi mulieres hyſtericas.i. vteri affectibus ſubiectas† (nam priores fęminę artem medicam profeſſæ, à quibus nomen ipſum audiri potuit, ita ſe ip-
.l.3.f.21.t.4. ſas nominare ſolebant) alias "quidem ſine ſenſu imobiles iacentes, cumq; obſcuriſſimo minimoq;
16.fo.396.b pulſu vel omnino ſine vllo pulſu apparentes: alias ſentientes quidẽ & moueri potentes, atq; integra rõne, ſed tñ animo deficiẽtes, & vix reſpirantes: alias etiam crura & brachia contrahentes. Ex qbus coniecturã feci multas eſſe vteri affectuũ drĩas vel pro cauſæ efficientis magnitudine, vel ꝑ ſpecierũ quarundã varietatẽ inter ſe differẽtes. Igit̃ prima ſpẽs, cuius Heraclides Ponticus in ſuo com-

† *Rectius ex græcis) ita.n. tũ illæ ſe ipſas noĩant, tũ ante has medicæ fœmiæ, a quibus & eas veri, ſimile eſt hoc nomẽ audiuiſſe.)*

commentario mētionem fecit, multam exhibet de ortu suo ambiguitatem. Ait enim sub hac spē E
neq; pulsum neq; spiratione mulieris deprehendi potuisse, atq; ob id duntaxat nō visam esse mortuam, ꝙ exiguum in medijs corporis partibus calorem haberet(est autē libri titulus,apnus.i.perdita spiratio, Heraclidis) ac adstantes quoque medicos quæsiuisse ait, an non dum esset mortua. Rursus non nulli Heraclidæ posteriores, credentes seruari aliquid spirationis, quamuis ipsa non appareat, carptæ" lanæ flocculos præ naribus suspendi iubent, vt exacte deprehendatur, num spiritus aliquis inter spirandum, tum intro tum foras rursum, deferatur. Sunt, qui poculum aquæ plenum ori ventriculi imponere præcipiunt, quippe immotum omnino seruari humorem aiūt, si tota perierit spiratio. Itaq;, si oēs ita affectæ mulieres interijssent, simplex esset quæstio: quum vero non nullæ seruatæ videantur, geminā oriri quæstionem necesse est, inuestigātibus nobis tum dispositionē, ob quam spirationis munus deperditur, tum vel magis, qūo viuere possint, quæ nihil omnino spirant: quippe in confesso est & spirationem à vita, & vitā à spiratione, separari non posse, adeo, vt viuens omnino spiret, & spirans oīno viuat. Atq; hæc quæstio, quāquam superiore difficilior videtur, non est tamē perinde difficilis: quippe latebris inclusa animalia, mortuis similia, spirationis nihil seruare videntur. Hoc enim cognito, perspectisq; manifeste illis animalibus frigidis, atque eo demonstrato, ꝙ maximus respirationis vsus est, vt intimus calor & refrigeratione & ventilatione seruetur, haud ita difficile fuerit perpendere, exiguum illum calorem in ipsis derelictum, arteriarum cordisq; officio conseruari: quæ actio à quibusdam medicis transpiratio, veluti ea, quæ à thoracis pulmonisq; officio prodit, respiratio vocatur. Itaq; pereūte ob vteri affectum spiratione, quoniam vniuersum corpus refrigeratur (id enim manifeste videtur) fieri potest, vt nulla prodeat ab ore spiratio, quamuis ea, quæ in arterijs fit, nequaquam intercipiatur: potest etiam adeo esse exigua, vt sensum omnino effugiat. Ergo, vt nihil ad hunc affectum pertinens maneat indiscussum, succedit iterum alia quæstio, quā ob causam corpus refrigeretur. Ea vero haud difficulter dissolui poterit, si causas, quæ præcesserunt, diligenter intueamur: sunt autem huiusmodi. Conuenit inter omnes medicos hunc affectum magna ex parte viduis" euenire, iisq; maxime, quæ, cum antea probe purgarentur, ac parerent, atque virorum concubitu gauderent, omnibus his fuerint priuatæ. Quid igitur ex hisce probabilius quis concludere possit, ꝙ; ꝙ ob retenta menstrua vel semen cohibitum, huiusmodi vterinis vocatis dispōnibus mulieres cruciēntur? siue eæ apnoeæ.i.non spirationes, siue suffocationes, siue etiam contractiones quædam fuerint: & fortasse magis ob seminis retentionem, vtpote quod magnam vim obtineat, & in mulieribus humidius ac frigidius sit, & excretionem requirat in ijs, quę multo semine exuberāt, sicuti etiam in viris: quippe non parua est horum quoque differentia: Sunt enim nō nulli, quos protinus à iuuētute cōcubitus imbecilliores efficit: alij, nisi assidue coeant, capitis grauitate molestantur, cibos fastidiunt, ac febribus obnoxij fiunt, atque, vt deterior est ipsis appetentia, ita & concoctio minor: hos Plato arboribus immodice fructiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis vsu abstinentes, torpidi pigriq; facti sunt: non nulli etiam, melancholicorum exemplo, præter modum mœsti ac timidi, cibi etiam tum cupiditate tum concoctione vitiata. Quidam vxoris mortem lugens, & à concubitu, quo antea creberrime fuerat vsus, abstinens, cibi cupiditatem amisit, atque ne exiguum quidem cibum concoquere potuit: vbi vero se ipsum cogendo plus cibi ingerebat, protinus ad vomitum excitabatur: mœstus etiam apparebat, non solum has ob causas, sed etiam (vt melancholici solent) citra manifestam occasionem: verum hic quàm celerrime liberatus est, ad pristinam consuetudinem reuersus. Hæc ergo consideranti mihi apud me ipsum, visa est longe maior ex retento semine, ꝙ; menstruis, corporis noxa euenire posse, præsertim in ijs, in quibus ipsum suapte natura prauioris succi est ac copiosius, & qui in ocio sunt educati, quiq;, cum antea nihil ad libidinem reliqui fecissent, affatim continere cœperunt. Perpendi autem in his quoque naturalem excernendi ipsum cupiditatem huius rei causam esse: quum enim & tale & tantum fuerit, neminem non ad sui excretionem vi quadam stimulat. Ita Diogenem Cynicum narrant, virum alioqui omnium mortalium, quod ad continentiam pertinet, constantissimum, libidini tamen indulsisse, non à copulata illi, dum effunditur, voluptate, veluti bono aliquo, illectum, sed vt noxam, quæ à retento semine prouenire solet, euitaret. Eum meretrix adire pollicita quum diutius cessaret, ipse manu pudendis admota semen proiecit, ac venientem deinde mulierculam remisit, inquiens, manus hymenæū celebrando te pręuēnit. Atque plane constat modestos viros non ob voluptatem, sed vt ab impedimēto præseruentur, libidini indulgere perinde, ac si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiam reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, non quòd existiment voluptatem boni cuiuspiam speciem præ se ferre, sed vt semen, quod ob retentionem ipsa molestat, excernāt haud secus, quàm deijciendi stercoris excernendæq; vrinæ desiderio suapte natura moueri cōsueuerunt. Cogitanti itaque mihi aliquando super hac re, tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam tempore vidua, quæ præter cætera mala, neruorum quoque distentione vexabatur. Ac dicente obstetrice vterum esse retractum, remedijs ad huiusmodi affectus consuetis vti decreuit: quibus adhibitis partim ob ipsorum calorem, partim etiam, quòd inter curādum manibus" tractarentur

A. ibidem.

A. ibidem.

* Græ. ὑπ' ἀσκήσεως, quod vetus iterpres transtulit, sobrietate.

A. l. 5. f. 21. 1. c. 17. fo. 396.

F

G

H

tur

A tur partes muliebres,oborta titillatione,cum labore & voluptate (veluti per coitum vsu venire solet)excreuit crassum plurimumq; semē: atq; ita à molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta coniectura assequutus sum vitiato semini maiorem, q̄ menstruis,esse vim ad noxam vniuerso corpori inferendam. Itaq;, licet hæc quidem aliqñ profluant è viduis, suppressum nihilominus semen molestiam noxamq; ipsis inferre pōt. Quibus verò nequaquam persuaderi potest exiguum succum in vna parte contentum tantorum accidentium,quæ vniuerso corpori eueniunt, esse causam, ij omnino immemores esse videntur eorum, quæ quotidie contingunt. Etenim à phalangij ictu totum corpus affici videtur, exiguo veneno per minimum foramen iniecto. Sed longe maiori admiratione dignus est scorpionis ictus, qui breui admodum tempore grauissima infert accidentia: &,id,quod inijcitur,dum ipse pungit,aut perq; exiguum est,aut nihil omnino,nullo apparente foramine in ipsius aculeo. Atqui necessarium est, non simplr̄ quia quis perinde, quasi acu,

.14.f.6.t.5.c. fo.503.b punctus est,vt vniuersum statim corpus veluti grandine percuti videatur, animi simul defectione accedente: sed rationi magis consentaneum est, vt vel à spiritu quodam ,vel tenui humiditate iniecta, hæc eueniant accidentia. Sunt, qui putant res quasdam solo tactu per qualitatis vim, ea, quæ eis vicina sunt,alterare posse: idq; plane videri in marina torpedine,vtpote cui tam vehemēs

B sit potentia, vt per piscatoris tridentem transmissa ad manum alteratione, derepente totam reddat torpidam. His coniecturis facile deprehenditur paruæ molis res quasdam solo tactu maximas

.13.f.14.t.1. 1.fo.308.b inducere alterationes: id,quod in heraclio quoque lapide,quem magnetem nominãt, videre est, ferrū enim, quod tetigerit, ei adhæret vel nullo adhibito vinculo: deinde, si aliud id, quod primo tactum fuerit, tetigerit, similiter, vt primum, illi inhærebit: postea tertium secundo: ita, vt plane constet rebus quibusdam vehementissimas esse vires. Reliquum est, vt inuestigemus,an in animantibus corruptio aliqua nasci possit adeo vehemens,vt veneni tum qualitatē tum vires ęquet: an id iam medicis enodatum discussumq; esse videatur, qui hanc solent proponere quæstionem, vtrum propriæ sint notæ veneni, nec ne. Nam, qui maxime videntur super hac ambiguitate disputasse, ij eosdem fieri affectus concedunt & à lethalis veneni potiōe,& à corruptione, quæ à corpore ortum habet: verum facile discerni posse eos,qui venenum sumpserunt,ab ijs,qui aliunde affecti sunt. Quum enim homo suapte natura probis humoribus abundans, ac sanorum more educatus,derepente moritur,vt lethali assumpto veneno fieri solet: deinde corpus aut liuēs,aut nigricans,aut varium est,aut diffluens,aut putredinem molestam olet,hunc venenum sumpsisse aiunt. Igitur,si eiusmodi affectibus nos infestari fateamur,qui ex nobismet ipsis accepto suę originis im

C petu similes sint ijs, qui pernicioso epoto veneno eueniunt, nihil mirum, si vitiatum semen aut menstruum huiusmodi,quum retinentur aut putrescunt,corporibus,vt afficiantur,idoneis,grauia inferant accidētia. Quippe facile intelligitur à canibus,quãtam habeat vim afficiendæ rei aptitudo: quū enim reliquorum animalium nullum rabie capiatur, solus canis eo affectu corripitur: atq; tanta fit in ipso humorum corruptio,vt solum eius sputum,si humanum corpus cōtigerit,rabiem excitare possit. Vt igitur ab exiguo initio,sputi videlicet qualitate,aucta quædam in corpore dispositio, quando ad magnitudinem notatu dignam peruenerit, discerni potest, idq; post sex menses,quum non nunquam ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic eodem modo vitioso humore in animalis corpore genito, paulatim tractu temporis principalium partium aliqua consentit, à qua deinde vniuersum corpus celeriter alteratur. Quòd autem à priscis iam inde seculis optimo iure creditum fuerit hysterica dicta accidentia ad vterum,tanquam ad radicem, pertinere, vel maximo argumento esse potest, quòd & solis viduis, & ijs, quibus menstrua supprimuntur, huiusmodi affectus euenire consueuerunt. Quòd vero ad eos excitandos retentum semen maiorem, menstruum vero minorem, vim obtineat, facile intelligitur ab ijs mulieribus, quibus, cum non sint viduæ,purgationes supprimuntur: quamuis enim quibusdam alijs infestentur acciden-

D tibus, quæ posthac dicentur, spiratione tñ non priuantur, neq; animi defectione vehementi neq; alijs quoq; accidentibus,quæ paulo antea dicta sunt, laborare videntur: præterea ex eo, q̄ sunt viduæ quædam, quæ, licet æque,vt antea,aut paulo minus purgentur,nihilominus similibus corripiuntur accidentibus. Consentiunt autem hisce ea quoq; signa,quæ circa vterum sentiunt medi-

.ibidē. c.16.a cæ diligenter tangentes: nam ceruix eius inclinata videtur, interdum quidem veluti sursum retractus sit totus vterus,interdum vero veluti sit tractus ad latus. Proinde quidam ,vterum veluti animal esse statuentes,quod creandæ prolis gratia mouetur,si priuetur his, quæ concupiscit, vniuer-

" so corpori nocere dicunt. Qua de re Platonem ita scripsisse comperimus: Ea pars, quæ in mulie-

" ribus & vterus & vulua nominatur, quum sit animal,prolem generare cupiens, si intempestiue

" diuq; infructuosum fuerit, succensens ægre fert: erransq; per totum corpus, & spiritus meatum

" obstruens, respirareq; non sinens, in extremam anxietatem deijcit,atq; omnifarios alios morbos excitat. Hæc dicente Platone quidam addiderunt, q̄ postea, quàm ita per corpus vterus errauerit,ad septum transuersum perueniens,respirationem impedire solet. Alij errare ipsum,veluti animal,negantes, vbi suppressa sunt menstrua,exiccari aiunt: deinde humectari cupiētem, ad viscera vsque ascendere: quum vero ascendendo non nunquam septum transuersum contingat, idcirco animal spiratione priuari. Etenim, qui ignorant ea,quæ in dissectionibus apparent, quiq; neque

naturales

naturales neq; à voluntate pendentes actiones vnquã confiderauerunt, quãuis ea, quæ iam diximus, nulla audiant demonstratione roborari, fieri tñ posse arbitrantur, vt aliquid ex ipsis à veritate nequaq; abhorreat: at vero, qui in vtrisq; fuerint exercitati, hãc rationem vtpote infirmam vel me tacente despiciunt. Nam, si aliquid vteri ascẽdere videatur, id perexiguum est, neq; sufficit ad hoc, vt totum ipsius spaciũ ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat: tantum abest, vt hunc prætereundo, ad septum transuersum pertingere possit. Quòd, si detur ẽt, vt attingat, quid momẽti habebit id, vt spirationẽ tollere, aut animi defectionem, aut membrorum cõtractionem, aut integrum soporem, inducere possit? Etenim, cum aliquis se impleuerit, ventriculus intumescẽs, plane videtur septum trãsuersum cõprimere, atq; hanc ob rem spiratio redditur crebrior: sed nullo insuper alio accidente animal infestatur. Atq; prægnantibus quoq; vterus adeo intenditur, vt crebrior fiat spiratio, sed ne has quidem aliunde lædi videmus. Id aũt, quod dicunt, exiccatos vteros humoris desiderio ad viscera ascendere, nemini nõ absurdum videri potest: si enim simpliciter aliqñ vterus requirat humorem, vesicam atq; crassi intestini partem inferiorem totã sibi proximam habet: si vero nõ simpliciter humorem, sed sanguineum humorem desiderat, ad hepar potius, q̃ ad septum trãsuersum, ipsum moueri oportebat. At vero quid opus est, vt alijs extrinsecus irruat partibus, quum à spissa mẽbrana ipsum ambiẽte cõtineatur? nam omnia, quę ad sese ab alijs humiditatem trahunt, per ora quàm plurima id efficere solent: atqui ad vterum multa admodum venarum ora perueniunt, per quas ex caua vena, vtpote cui ex hepate sanguis influit, sanguinem attrahere potest: quam vero aliam fistulam hac insigniorem quis inuenerit, qua ex hepate in vterum sanguis deferatur, aut per quam aliam omnino vterus ex iocinore quippiam attrahere possit? Quòd si hic cauæ venæ riuus non est maximus, saltem certe non est alius: quippe sola hæc vena partibus sub transuerso septo constitutis, ex hepate defert sanguinem. Absurda igitur omnino est illorum ratio, cum hoc, q; vterum esse animal, hac ratione astruere videntur. Sed, si hoc ipsis concedatur, ergo ægre feret vterus priuari se eo, quod concupiscit, ac fortasse à cibo quoque abstinebit, quemadmodum Phœnices amatores affici perhibentur: verum ob hoc neq; ad septum transuersum neq; ad alium quemuis locum perueniet: nam (vt cætera omittamus) perquàm arida est septi transuersi temperies: atqui vterus iuxta illorum placita, qui ipsum exiccari dicunt, humidarum partium communicatione indiget. Sed interrogaueris fortasse, quam ob causam modo sursum, modo in latus, retrahi vterus videatur, id enim obstetrices aiunt: aut cur ipso in sua sede sæpenumero manente, nihilominus mulieres quædam ab hystericis accidentibus corripiantur. Equidem huius rei causam explicare tentabo, ea, quæ ab Hippocrate dicta sunt, imitãdo. Igitur vteri tensiones in causa esse dixerim, cur tangentibus obstetricibus, ceruix modo sursum modo in latus retrahi videatur: nam simul cum vtero ceruicem quoq; ipsius retrahi necesse est. Superest ergo, vt declaremus, quam ob causam vterus vel sursum vel ad latus retrahatur: hoc enim huic sermoni deerat. Ea esse censetur vasorum ad ipsum peruenientium plenitudo vnà cum eorum vinculis: etenim ostendimus in enarratione eius aphorismi, quo inquit || conuulsionem & à plenitudine fieri & euacuatione, q; plenitudo corpora repletorum et in latum & profundum extendit, sed longitudinem abbreuiat. Ergo, quo efficiuntur breuiora, eo magis ad originem retrahuntur: nam Erasistratus musculos quoq;, si spiritu impleantur, in latitudine augeri, in longitudine vero minui, atq; ob id etiam retrahi dicit. Vnde ergo oritur plenitudo tum venarum, tũ vinculorum? nempe ex menstruorum retentione. Nam peruenit quidem ad vterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi non potest, aut quia crassior est, quàm vt per ora vasorum possit penetrare, aut quia clausa sunt ora: itaq; multiplicatus in venis eas extendit, atq; vicina ipsis vincula madefacit: ad horum autem extensionem continuo vterum retrahi necesse est. Igitur, si æqualiter vndiq; trahatur vterus, recta erit & sine inclinatione ipsius trãsmutatio: si vero inæqualiter, ad partem vehementius trahentem intendetur. Non ergo, veluti animal errabundum, aliàs ad alium locum discurrit in mulieribus vterus, sed ab extensione retrahitur. Quòd, si dixerit quispiam vteri corpus tum non esse affectum, sed peruersione laborare, quũ aliàs aliorsum trahitur, hic haud absurda dicere videbitur: nam circa reliquas quoq; corporis partes accidit, vt hmõi appareant affectus: & vt sæpenumero decipiantur medici, qui peruersam partem, quia vel incuruari vel extẽdi non possit, arbitrãtur esse affectam. Atq; hoc docuit Hippocrates in eo libro, quẽ de articulis scripsit, vbi etiam de vteri vocato errore mentionem fecit, ita scribens: || Si in posteriorem partem caput femoris exciderit, quanquam hoc raro fit, extendi non potest crus, neq; secundum luxatum articulum, neque adeo secundum poplitem quoque: ijq; minime, quibus ex vetusto idem contigit, & inguinis & poplitis articulum extendere possunt. Hoc sermone, quamuis poplitis articulus haudquaquam afficiatur, quia tñ cum inguine communicat, ipsum extendi non posse ait. Atq; deinceps subiũgens, inquit: || Sanè animaduertere hoc oportet: vt.n. vtile est, ita magna est ipsius habenda ratio: quãuis non paucos lateat, q; ne sani quidẽ extẽdere possunt poplitis articulum non extenso inguinis articulo, nisi sursum admodum leuato pede, ita.n. possunt: neq; ẽt similiter, sed longe maiori cum difficultate, flectere possunt poplitis articulum, nisi simul flectant articulũ inguinis. His dictis deinceps ait: || Multa alia quoq; his haud dissimilia in corpe inueniunt,

&

Margin notes:
- (beside "integrum soporem…"): A.l.3.f.10.t c.31.fo.260 Et c.38.f.21
- (beside "rum vinculis…"): 6. Aph.39.Ext. ord.50.f
- (beside "psit, vbi etiam…"): de Artic. cõ. 3. t.98.7ª.279.h
- (beside "Atq; deinceps subiũgens…"): de Arti. cõ.3.t. 99.7ª.280.c
- (beside "liter, sed longe…"): de Arti. cõ.3.t. 100.7ª.280.e
- Section letters in right margin: E (line 1), F (beside "irruat partibus…"), G (beside "tur. Equidem…"), H (beside "tem vehementius…")

« A & secundum neruorum distentiones, & musculorum figuras: quinetiam plurima notatu fortasse
« digniora, quàm quis putauerit, contingere solent & secundum intestinorum naturam & vniuer
« sum ventriculum, atque vteri tum errores tum extensiones. His verbis Hippocrates de poplitis articulo dicere proposuerat, nō potente secundum naturam moueri, idq; nō ob proprium ipsius affectum, sed quia coxæ consentit: quinetiam extensionum, quæ vtero accidunt, mētionem fecit, quum videlicet ipse non per se transmutatur, sed à quibusdam alijs trahitur. Igitur vteri peruersiones, eo, quem diximus, modo ad suppressa sequuntur menstrua: ipsę tamen accidentium, quæ in animalis corpore apparent, causæ non sunt, quippe quæ communem habent causam, plenitudinem à suppressa menstruorum purgatione euenientem: quæ vero citra peruersionem aut menstruorum retentionem viduas molestant noxæ, hæ ob retentum semen eueniunt. Cæterum pro multitudinis qualitatis ue ratione, tum menstruorum tum seminis, aliàs aliæ accidentium species oriri solent. Etenim noxia causa vniuersum corpus refrigerare potente, adeo vehementer infrigidatur corpus, vt & spiratio & arteriarum pulsus sensu deprehendi nequeant: quæ si vel crassa fuerit vel acris, conuulsiones: si vero atræ bilis naturam habuerit, mœstitiam inducet: quemadmodum animi quoque defectiones & ad fortes extensiones & refrigerationes, & stomachi vitia sequi
B consueuerunt. Constat autem, quòd in huiusmodi sermonibus os ventriculi stomachum solemus appellare: quippe omnium medicorum mos est in syncopa, quæ ab oris ventriculi vitio dependet, huiusmodi vti appellatione. Porrò accidentia, quæ ob adstricta menstrua infestare solent (nam de his quoque non nihil me dicturum pollicitus sum) nunc enarrare aggredior, sumpto initio ab ijs, quę ab Hippocrate in aphorismis scripta sunt, precipue vero quum dicit: Si mu 5. Aph. 39. Ext. ord. 40. D
« lier neque prægnans neque puerpera lac habet, menstrua eius defecerunt. At nullo in mammis apparente lacte, menstrua suppressa hisce notis deprehenduntur: grauitas totum corpus molestat: item fastidium quoque & nulla cibi cupiditas: inæqualitas horrida: quòd si citra horrorem inæqualitas aliqua fuerit atque fastidium, cupiatq; mulier quædam aliena, iube, vt obstetrix vteri ceruicem tangat, nam, si citra duritiem clausa inueniatur, eam prægnantem esse conijcies: ex ijs etiam non nullæ cibum euomunt: ac terram, aut extinctos carbones, aut alia quædam huiusmodi edunt. Si vero clausum fuerit os ceruicis vteri, ac duritiem quoque habeat, affectum aliquem in vtero esse significat: oporterq; obstetricem speculari, ad quam partem vel declinet, vel retrahatur, nam in ea parte affectam vteri sedem esse conijciendum est: atque in quibusdā fœminis, eius partis dolor cum grauitate non nihil significare potest: quinetiam in coxam dolor transit, ac crus ip-
C sum, quod è regione est, per incessum claudicat. Quod, si longiori tempore supprimantur menstrua, nullamq; medicus mulieri vacuationem offerat, tumor aliquis præter naturam in ilibus interdum exoritur, ostendens nimirum ex internis partibus quāpiam esse inflammatam. Non nullis panus in extrema ilium parte excitatur: veluti viris quoq; eodem in loco nō nunq; oriri solet, qui, vbi suppuratus aliqñ fuerit, secari debet. Vidimus itaq; ipsum & in hac parte & in colo suppuratum dissectumq;, interdum ignorantibus medicis inexpertis, quid inciderent, interdum vero intelligentibus quoq;. Atque ab huiusmodi tumore suppurato in colo nemo nō facile sanus euasit: vteri vero sectiones maiori cum difficultate conglutinantur. Hmōi ergo accidētia sequi suppressa mēstrua consueuerunt: ac præterea lumborū, & colli, & sincipitis dolor, qui etiam oculorum fundamenta infestat: item febres ardentes: & vrinæ nigricantes cum rubra quadam sanie perinde, ac si aquæ, ex qua nuper mactatæ carnes ablutę fuerunt, fuliginē quis miscuisset: quibusdam vrina aut difficulter redditur, aut omnino supprimitur. Quum ergo horum aliquod in muliere cōspexeris, vterum veluti radicem ipsorum conijcere oportet. Quòd, si per alium quempiā corporis locum sanguis effluxerit, aut inflammatio aut erysipelas excitatur, an menstrua purgentur, interrogare debes: siquidem nihil horum accidere solet integre purgatis. Igitur, quibus men
D struorum cohibetur purgatio, ijs huiusmodi plerūq; eueniunt accidentia. Quum vero immodice vacuantur, sequitur color fœdus, pedes molli tumore attolluntur, & totum corpus subtumidū fit, vitiatur ciborum tum concoctio tum cupiditas: atque in totum omnia, quotquot immoderatam sanguinis vacuationem siue ex hæmorrhoidæ siue alio quopiam sanguinis fluore euenientem, sequi cōsueuerunt accidentia, huiusmodi fœminas infestant. Sed accidit interdum fœminis muliebre vocatum profluuium vel vtero haudquaq; affecto, quum videlicet vniuersum corpus per ipsum expurgatur euacuaturq;, quemadmodum interdum per renes quoque euacuatur: id vero potissimum fit, si mulieres laxis sint carnibus, & pituitosę, quas etiam intacto vtero, sed vniuerso corpori adhibitis remedijs, sanauimus: atque, id quod excernitur, non nunq; rubra sanies est, interdum aquosa, aut subpallida. Quòd, si purus fuerit sanguis, qualis ex dissecta vena profluit, diligēter animaduertere oportet, num erosio fit in vtero: ea vero magna ex parte in ceruice potius, q̃ alibi, contingere solet: discerniturq; per excretam saniem, si fuerit profunda: si vero circa os ceruicis constiterit, non solum per hanc, sed per tactum quoque cognosci potest. Atque prægnantes quoque, quum ora venarum in ceruice aperiuntur, sanguinem excernunt. Si vero 5. Aph. 37. Ext. ord. 40. b
mulieri vtero graui, mãmæ subito extenuantur, abortus expectandus est. Atq; geminos ferens, 5. Aph. 38. Ext. ord. 41. a
si altera mamma extenuetur, alterum amittit: & fere, si dextra mamma extenuata est, marem: si

Marginal notes (left): 3. f. 21. t. 3. 6. fo. 393. c; 3. f. 21. t. 4. 6. fo. 396. a; ibid. t. 3. c. 26. 393. c; 3. f. 16. t. 1. fo. 335. f. Et f. 2. d. 3. c.; 3. f. 21. t. 4. 7. fo. 396. d; 3. f. 21. t. 3. fo. 391. c

ſiniſtra, fœminam amittit: quippe fœtus, qui mares ſunt, parte vteri dextra vtplurimum cõtinen- E
tur: qui fœminæ, magis ſiniſtra: atque raro aliter euenire compertum eſt, adeo, vt in animalibus
quoque, quæ ſuapte natura geminos ferre ſolent, itidem accidere videamus, vt in capris, ouibus,
5.Aph.45. Ext. ord.41.g atq; alijs quadrupedibus non paucis videre eſt. || Si mulier prompte quidem cõceperit, deinde ſe- A.l.3.f.21. c.8.fo.386
cundo, aut tertio, aut quarto impprægnationis menſe, fœtum eiecerit, circa vteri acetabula humo-
rem pituitoſum abundare, atq; idcirco venarum arteriarumq; in chorio tunica exiſtẽtium, ad ora
vaſorum in vterum deſcendentium, nexum, debiliorem reddi conijciendum eſt, vt fœtum ob gra
uitatem ferre nequeat, ſed facile abrumpatur.

De Gonorrhœa, Priapiſmo, & reliquis Colis affectibus. CAP. 6.

QVemadmodum pauca ex ijs, quę per anum excernuntur, vicinorum ipſi locorum affecto- A.l.3.f.15. c.17.fo.28
rum ſigna ſunt: plurima vero ex ijs, & inteſtinorum, & vẽtriculi, & ſplenis, & iocinoris, at-
que non raro humorum in vniuerſo corpore exuperantium, notæ ſunt: Eodem modo
pauca eorum, quæ per colem excernuntur, proprium ipſius affectum oſtendunt: ſed complura,
veſicæ, renum, hepatis, ſplenis, pulmonis, thoracis, atque humorum in vniuerſo corpore, di-
ſpoſitiones ſignificant. Verum huiuſmodi ſigna per alia, quæ vnicuique parti affectæ aſſidere di
ximus, indicia diſtinguuntur. Igitur affecti colis hæc erunt indicia. Vlcus quidem ipſius manife F
ſte deprehenditur à dolore ipſum infeſtante: atque ſi aliquid ex ijs per vrinas excernatur, quæ vl-
cera comitari ſolent. Id vero ab eo, quod ex veſica ſecernitur, ita diſcerni poteſt: nam ipſum in
primo protinus exitu apparens vrinam præuenire conſueuit, quod vero à veſica egreditur, vri-
næ admixtum videtur: quinetiam aſſidue inter meiendum mordicus dolent pudendorum vlce-
ra, pręcipue, quum vel cruſtula vel ſordibus ſolutis pura fuerint. Sed longe euidentius ipſius in-
flammationes, ac reliquæ huiuſmodi diſpoſitiones, vel ſine indicijs dignoſcuntur. Verum de go
norrhœa & priapiſmo diffuſe aliquid percurrere ſatius fuerit. Ergo gonorrhœa, eſt ſeminis ex-
cretio inuita, quam inuoluntariam quoque nominare licet, ſed ſignificantius dixeris, ſeminis aſſi-
duam excretionem, cole haudquaquam extenſo. Priapiſmus vero eſt, quum colis & in longitu-
dine & circulo totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinem aut deſiderio aut acquiſito calore, vt
quibuſdam accidere conſueuit, qui ſupini decumbunt: ſic enim quidam ipſum deſcripſerunt: at
breuiori quoque compendio dicere potes, permanentem colis aut auctionem aut tumorem. De-
ducta vero denominatio eſt, à Priapo ſcilicet: nam illum, vt cui ſuapte natura huiuſmodi colis eſ-
ſet, ita finxerunt atque pictura deſcripſerunt homines. Gonorrhœæ autem nomẽ plane compo-
ſitum eſt ex γονῆς quod ſemẽ genitale, & ῥεῖν quod fluere ſignificat: etenim ſemẽ modo γονὴ, mo G
do γόνος, nominari ſolet. Porrò, quemadmodum alia omnia noſtro è corpore duobus modis va- A.l.1.f.1. c.7.fo.28.b
cuãtur, interdum enim à continentibus ipſa corporibus excernuntur, interdum ſponte profluũt
eò, q; ob imbecillitatem ab ipſis corporibus contineri non poſſunt, ita de ſemine quoque dicen-
dum eſt: nam in omnibus huiuſmodi, vt excernere tempeſtiue, ita continere, naturæ officium
eſt. Verum excretio quidem fit aperto fluxionis meatu, ac reliquo conceptaculi ſpatio & con-
tracto, & ad apertum iam meatum, quicquid in continente ſpacio continetur, impellente: reten-
tio vero fit, quum clauſus permanet meatus, & contentum à continente haudquaquam impelli-
tur, ſed contra per contractionem comprehenditur & retinetur. Hoc modo contenti in cauis in-
ſtrumentis humores, in ijs, qui integra valetudine degunt, naturaliter & excernũtur & retinen-
tur: in illis autem, qui præter naturam ſe habent, retentio quidem ob excretiuæ virtutis imbecilli-
tatem: excretio vero ob retentricis facultatis infirmitatem euenit, vel ob diſpoſitionem aliquam,
quæ haud ſecus, q; naturalis ipſa excretoria vis, partes mouere poſſit: id, quod in ſeminarijs vaſis
videre licet, vbi aliquis vel comitiali morbo vel alia conuulſione violenter irruente fuerit corre-
ptus. Cæterum videmus alias quoque partes, vt manus aut pedes aut digitos, conuelli modo ſi-
mul cum vniuerſi corporis conuulſione, modo ipſis ſolis affectis: proinde haudquaq; abſurdum H
fuerit in ſeminarijs vaſis, & quidem ſolis aliquando, huiuſmodi diſpoſitionem excitari, quemad-
modum & gonorrhœam (quæ vrinæ, quam quis inuitus emittit, proportione reſpondet) quum
contentricem videlicet facultatem reſolui contigerit. Igitur gonorrhœa inſtrumẽtorum ſeminis
affectio eſt, non pudendorum, quæ ſeminis genitalis via ſunt, qua excernatur: priapiſmus vero
planè colis eſt accidens, at fieri põt, vt ẽt nullo præcipuo proprioq; ipſum affectu infeſtante, ad ar-
terias ſolas referatur, vtpote quæ ſolę interdum hmõi habeant præter naturam diſpoſitionẽ, qua-
li videlicet affici conſueuerunt, quum naturaliter totus colis intenditur. Atqui à ſpiritu in tu- A.l.3.f.10.t.1 1.fo.371.g
morem ipſum attolli, manifeſte patet ijs, qui celeritatem eius, & quum intumeſcit & quum ite-
rum reſidet, perpendunt: quippe nullus humor tam ſubitam in alterutram partem mutationem
efficere poſſet. His ſic ſe habentibus, quum in corporum diſſectione magnæ videantur arteriæ
in pudendum (exiguam ſcilicet particulam) irruere, ſitq; colis eſſentia talis, qualem in nulla alia
parte videre eſt, vtpote cuius corpus neruoſum eſt atq; vndecunque fiſtuloſum excepta ea parte,
quam glandem vocant, quid aliud excogitauerit quis, quàm q; vaporoſo ſpiritu ab arterijs affluen
te, per extenſiones in tumorem attollatur, ideoq; glandem æqualem ſemper habere magnitudi-
nem, q; fiſtuloſus in ipſam neruus non ingreditur? Ergo quæ cauſa eſt, quum libidinis impetu
quis

A.l.3.f.20.t.1. c.25.fo.376.a A quis stimulatur, aut vbi ob supinum decubitum calfacti sunt lumbi, vt colis extendatur? nempe hac inuenta facile priapismi quoque dispositionem inuenire nos posse speramus. Quod vero princeps causa sit plenitudo vel arteriarum, vel nerui fistulosi, aut etiam vtriusque, quum ex priore conditione mutatur, palam constat: at vero, vtrius eorū magis, aut num etiam amborum, deinceps consideremus, hinc sermonis nostri sumpto exordio. Natura, corporis partes fingens perficiensque, vt ipsae citra doctrinam proprias actiones aggrederentur, effecit: cuius rei exactissimum aliquādo fecimus periculum, hoedum alendo, sed ita alendo, vt matrem, quae ipsum in vtero gestauerat nunquam vidisset. Quum enim capras dissecarem, dissectorum quaestionibus, quibus foetus in vtero formationem speculantur, promotus, inueni elegantem quendam hoedum, quem à matre absolutum, ita pro meo more abstuli, vt ipsam haudquaquam videret: atque in domum quandam, vbi multae pelues erāt, deposui, quarum aliae vini, aliae olei, aliae mellis, aliae lactis, aut alterius cuiuspiam humoris erant plenae: aderantque fructus non pauci, tum cereales, tum ab arboribus decerpti. Hūc itaque hoedum conspeximus in primis quidem pedibus incedentem perinde, ac si audiuisset sibi incessus gratia crura fuisse cōcessa: deinde excussit, quam à matre contraxerat humiditatem: postea pede latus scalpere, ac deinde singula vasa olfacere vidimus: percepto itaque singulorum odore, lac B tandem absorbuit: quibus visis omnes exclamauimus Hippocratem vere dixisse, animalium naturas esse à nemine doctas. Sic ergo hoedum hunc educando, nō solum lac, sed multa insuper alia, quae forte offerebantur, comesse vidimus. At, quia nō longe aberat vernale aequinoctium, quum eriperetur hoedus à matre, exactis duobus deinde mēsibus tenellos ei tum fruticum tum aliarum plantarum ramulos obtuli, quorum omnium quum experiretur odorem, alios quidem contempsit, alios vero gustauit, atque sic ad adultarum caprarum cibos conuersus est. Sed hoc fortasse non adeo magnum videtur: at longe maiori admiratione dignum est, quod postea, quam & folia & teneros ramusculos deuorauerat, paulo post ruminare coepit: quod rursus omnes, quotquot aderant, videntes exclamauerūt cum magna facultatū admiratione, quae animalibus natura insunt. Quamuis enim magnum videbatur, quod impellente fame, per os atque dentes cibum assumeret, multo tamen vehementius admirati sumus, quod cibum in ventriculo iam contentum, in primis quidem ad os subleuando reduceret, deinde multo tempore mandendo tereret, postremo rursus ipsum deuoraret, idque non in eundem, sed in alium ventriculum. Vulgares autem huiusmodi naturae munera despiciunt, nihil, nisi peregrina spectacula, admirantes. Nam quis non miretur, quòd medici in secandis corporibus peritissimi quaerere soleant, à qua causa articulus hic extēdatur (subijciamus vero exempli gratia coxae articulum) aut à qua causa incuruetur, aut quid sit, quod ipsum in C vtranque partem in trāsuersum abducit, aut quid ipsum vtroque circūuoluat, quum interim hoedus singulos articulos, ad quācunque motionem libitum fuerit, possit excitare, quemadmodum homines ipsi, quāuis, à quo musculo motus efficiatur, non intelligant? Porrò de linguae motione (nam hanc pro exemplo inducimus) quis non mirabitur, si dissectores inter se non solum de musculorum numero, sed de ipsorum etiam actione, pugnantes viderit, ac viderit quoque à natura infantes edoctos, quo pacto vocem aut aliud huiusmodi munus imitētur: quo pacto etiam linguam moueant, aut quibus musculis vocem eādem efficiant? Similiter etiam de omni reliquorum aīalium tum voce, tum respiratione. Atque (vt summatim dicamus) mideraberis fortasse, quomodo nullo docente, omnibus, quae à consilio & voluntate pendent, actionibus instructa fuerint instrumēta: de quibus quidem actionibus licet acris inter dissectores sit pugna, quomodo fiant, & quibus instrumentis, nihilominus omnia animalia, simul atque genita sunt, & spirant, & vocem reddunt. Igitur non mirum esse debet genitales partes, eas actiones, quarum gratia à natura institutae sunt, protinus ab initio cognoscere. Etenim quamobrem vterus, quum semen genitale conceperit, donec perfectus fuerit foetus, exacte clausus permanet: perfecto vero foetu plurimum aperitur, ac deinde sic apertus foetum excludit? Populares autem haec propter crebrum euentum & contemnunt D & despiciunt, vtpote qui nihil, quod re vera sit admirabile, sed ea duntaxat, quae raro vident, admirari consueuerunt. Quid autem in rerum natura potest esse admirabilius, quam quod nouem perpetuis mensibus clauditur os vteri adeo exacte, vt ne specilli quidem acumen admittat: perfecto autem foetu, vsque adeo distenditur, vt totum animal per ipsum egredi possit? Ne igitur dubites pudēdorum facultatem per se doctam esse ita, vt fistulosum illud neruosumque corpus, vbi ad coitū insurgit animal, protinus distendatur, naturali, quae ipsum dilatet, praeditum facultate: cuius rei simile & in corde & arteria plane videre est, nisi quòd horum motus perpetuus est eò, quod necessaria sit nobis eorum actio: fistulosus vero neruus non semper mouetur, sed quū vsus requirit. Quum ergo sic fuerit distēsus, sequitur ex arterijs spiritus, quemadmodum sequitur pulmo thoracē ob eā, quam A.l.3.f.20.t.1. c.2.fo.371.h habet ad motum ipsius sequelam. Verū posses fortasse replentis fistulosum neruum spiritus vim, quum ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoque referre: at multo satius est, vt huiusmodi actionem ad neruum, non ad arterias, referamus, siquidem actiones ex propria partium essentia, nō ex earum positu, prouenire rationi consonum est: nam cor, si in alia quapiam parte poneretur, nihilominus actionem suam obtineret: nec aliter de iocinore quoque, liene, ac reliquis omnibus sentiendum est. Vniuersi igitur corporis arterias eandem habere actionem probabile est,

In libr. de Alimento.

veluti & eodem quidem tempore omnes totius animalis arteriæ inter sese similiter dilatãtur. Ita- E
que haudquaq; par esse videtur, vt arteriȩ pudendis inatæ aliam aliquam habeant facultatem prȩ-
ter eam, quam antea in toto corpore habebant: sed rationabile est, vt latiora, quàm reliquæ arteriȩ,
ora habeant, vt quȩ ad celeritatem sequelæ ad id, quod euacuatur, sint præparatæ (semper enim na
tura videtur vnicuique actioni id, quod vtile est, vndiquaq; expleuisse) cæterum nullam aliam in-
super prȩcipuam habent actionis facultatem, quum ad pudendũ peruenerint. Licet calfactis ″lum A.l.3.f.10.t. c.2.fo.371.h
bis par sit, vt & arteriæ calidiores reddãtur, & magis etiam pateant ipsarum ora: quamobrem non
exiguam tunc spiritus essentiam in fistulosum neruum effundant, qui paulatim impletus colem
intendit, quasi tota ipsius essentia in fistuloso neruo consistat. His itaque cognitis ad priaspismi
dispositionem veniamus: quippe ex ijs, quæ supra proposita sunt, constat vel ob arteriarum ora
immodice patentia, vel vaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum, hunc fieri affectum. Sed,
vtrum potius pro causa sit habendum, inquirere oportet: nanq; ab vtrisq; ipse fieri posse mihi vi-
detur: crebrius tamen arteriarum ora patentia sequi: quippe facilius est hæc dilatari, q̃ flatuosum
spiritum in neruo fistuloso generari. Ac memini me huiusmodi quidem nerui dispositionem se-
mel vidisse: arteriarum vero sæpenumero: cuius rei coniecturam feci tum ex ijs, quæ præcesserũt,
accidentibus, tum ex modo curationis. In illo enim, cui assidue colis palpitatio præcesserat, causa F
erat spiritus flatuosus, ad quem quum omnem curationem conuertissem, hominem sanaui: qui-
bus vero supra modum arteriarum ora patebant, in ijs nullum huiusmodi accidens præcedere so-
lebat: acciderat autem ″cuidam, vt longo tempore præter consuetudinem à concubitu abstineret: A.l.3.f.10.t. c.37.fo.377.c
alteri vero, vt mali succi alimentis acribusq; vteretur: alij etiam, vt duobus mensibus præcinctus
peregre proficisceretur, cum antea nunq; cingi consueuisset. Coniecimus itaq; arteriarum ora ni-
mis patefacta, illis quidem ob humorum vitia & acrimoniam: his vero ob flatuosum spiritum, et
sine ordine & violenter commotum. Etenim medicamenta excitandȩ tentiginis vim obtinentia,
tum epota, tum etiam perinȩo id est femini, lumbisq; adhibita, calida omnino atque flatuosa sunt:
quemadmodum contraria omnia ventositatem non excitant, & infrigidant potius, q̃ calfaciant.
Sed aduerte, ne obiter hunc sermonem prætercurras: quippe de medicamentis, non de cibis lo-
quutus sum, quoniam sunt quædam alimenta, quæ ob id, q plurimum seminis pariunt, impetum
ad libidinem excitare possunt. Hȩc ergo sermonem illum, quem nuper dicebamus, probabilio-
rem reddere possunt, q à concubitu abstinentes, interdum priapismo vexari solent: siquidem ac-
cidit ijs, qui plurimo semine abundant, & præter consuetudinem à coitu abstinent, præsertim quũ
non student, vt multa exercitatione sanguinis abundantia dissipetur: †maxime vero ijs, qui à libi- G
dinis cogitatione non dum liberi euaserunt: veluti sunt quidã suapte natura casti, qui, cum longo
iam tempore huiusmodi continentia sese exercuerũt, libidinis imagines concipiunt tum ob spe-
ctacula, quæ illas mouere possunt, tum ob illarum rememorationem. Nam lõge diuersa est huius
modi hominum dispositio, quæ in pudendis generatur, ab eorum dispositione, qui nullo pacto li
bidinis cogitationi sunt obnoxij. Atq; fuit mihi amicus quidam, cui præter eam, quam antea ha-
buerat consuetudinem, omnino à concubitu abstinenti, adeo rigidus tumidusq; factus est penis,
vt mihi accidens ipsum declarare cogeretur. Miror, inquit, q huic (athletam indicãs) ob continen
tiam rugosus collapsusq; penis euaserit: mihi vero, ex quo continentiam seruare studui, euenerit
contrarium. Tum equidem illi consului, vt collectum iam genitale semen excerneret: postea ve-
ro & à narrationibus, & spectaculis, & meditationibus libidinem suscitare potentibus, summope
re caueret. At cantoribus & athletis, qui iam inde ab initio nullam vitæ partem venereis illece-
bris contaminauerunt, nullam admittentes huiusmodi vel ″cogitationem vel imaginationem, ijs A.l.3.f.10.t. c.39.fo.377.c
pudenda & exilia & rugosa, veluti senibus, fieri consueuerunt. Nam præter ea, quȩ accidere solent
ijs, qui protinus à prima iuuentute immodicȩ libidini sese permiserunt, id etiam euenit, vt horum
locorum vasa, amplius patentia, maiorem ad se sanguinis copiam alliciant: & coeundi cupiditas H
magis increscat, ea videlicet ratione, quam in cæteris quoq; facultatibus videre est, & quæ à Plato-
ne etiam notata est, cum inquit: Ignauia quidem exoluit, proprij autem officij exercitatio robur
augere solet. Sic mammæ quoq; in ijs, quæ non dum impraegnatæ fuerunt, contractæ permanẽt: »
in alijs vero à partu infantulos lactãtibus vastissimæ redduntur, atq; ita magnȩ permanent,
lac emittentes, donec puer fuerit ablactatus: tunc enim haud ita multo post à la-
ctis generatione quiescunt. Igitur, omnia hæc si bene considerentur,
ac præterea causæ, ob quas in singulis affectis partibus,
affectus ipse consistit, definiantur, non inutilem ad
curationis rationem ansam prȩbere poterũt.
Atqui non est nunc tempus ea tractare.
Quare adepto huius operis fine,
orationi quoque nostræ
hic finem impo-
nemus.

*Al. seminis. et ita uetus interpres videtur legisse.

† Ita vertendũ. atq; ex iis pcipue, quicũq; a libidinis quidẽ cogitatione liberi nõ euaserũt (quẽadmodũ liberi sunt, qui & suapte natura casti sunt, & longo iã tempore in eiusmodi continẽtia sese exercuerunt) ad libidinis ãt imaginem perueniunt, tũ ob spectacula, q̃ illos mouere possũt, tũ ob illorũ rememorationẽ.

Galeni

GAL. DE PVLSIBVS LIBELLVS AD TYRONES

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

Hic Liber vnà cum alijs, qui de Pulsibus tractant, pluribus locis ab Augustino Gadaldino nunc denuo sunt castigati, adhibitis etiam emendatissimis Codicibus græcis manuscriptis.

ARGVMENTVM LIBRI

Differentias & Causas Pulsuum absoluit, quæ Tyroni introducendo sufficiant.

Quibus in locis Arteriarum Motus apertior: ac de Præstantia arteriarum Carpi in dignoscendo pulsu. CAP. 1.

C

Væ interest Tyronũ, charissime Teuthra, de pulsibus nosse, hic exponã: eorũ aũt alibi habes totã artem traditam. Igit oẽs inter se arteriæ & cor habent eandẽ pulsandi rõnem: quamobrẽ ex earum vna, colligere de omnibus possis. Verũ, motũ non perinde omniũ sentias, sed in partibus nulla tectis carne, clarius: in carnosis, obscurius. Quæ opertæ crassa carne sunt, aut sub ossibus latent, aut quibus corpora sunt alia obiecta, harum, dum valet animal, motum non percipias. Quòd si vehementer emarcuerit, arteria, quæ sita est secundum dorsum, tangentibus abdomen, motũ sæpenumero repræsentat. Et quidam sensu perceperunt eas, quæ in cruribus & coxis & tibijs, & brachijs & cubitis, cum prius non apparerent. At semper arteriæ temporum, ac pedum secundum plantas, manuum in carporum seu brachialium parte interna, illustrem motum habent. His minus, non illæ tñ obscure, pulsant arteriæ capitis post aures, & quæ tenent brachij interiorẽ regionem, & vero ẽt non nullæ aliæ, quæ non abstrusæ sunt sub ita multa carne. Verũ enimuero nullã neq; prõptius, neq; honestius, nec vero cõmodius, si carporũ prætereas, tangas: hæ nanq;, q̄ vacet locus carne, apertissimæ sunt: nec, quod propter alias multas est necessariũ, detegere harum gratia vllã corporis partem necesse habeas: ad hæc in rectum ductæ sunt, id quod non parum ad exactam notitiam refert. A.l.1.f.2.d.3.c.1.fo.47.a

D

De Quantitate Distentionis. CAP. 2.

DIstendi arteria tangenti videbit tibi in oẽm dimensionẽ. Sunt aũt cuiuslibet corporis tres dimẽsiones, in longitudinẽ, profunditatem, & latitudinẽ. Sed.n.dũ naturalẽ statũ animal retineat, inuenies arteriã distendi sanè q̃ moderate: sin aũt pdiderit eũ, nũc deficit, nũc excellit, in quacunq; dimensione. Hic tibi retinendũ est, qui pulsus naturalis esset. Atq;, si quidẽ eũ reperias, qui præter naturã est, latitudine esse maiorẽ, appellabis latũ: si lõgitudine, longũ: si profunditate, altũ: & contrarios his, qui naturali minores sunt, simili mõ vocabis angustũ, breuẽ, humilẽ. At de his, q ad statum præter naturã tribus ex æquo dimẽsionibus deflectunt, qui vndequaq; est iminutus, paruus: qui auctus in oẽm partẽ, magnus nominat. Hæ q̃titatis distentionis in pulsu differẽtiæ sunt. A.l.3.f.20.t.1.c.7.fo.358.c

De Qualitate Motus. CAP. 3.

PRoprie ad motũ pertinent celeritas & tarditas: quarũ hæc motus est exolutus, illa incitatus. De his faciundum iudicium ex cõparatione naturalis pulsus est. In qualitate occursus, vehementia consistit & remissio: vehementia quidẽ, cũ violenter tactus impellitur: cũ debiliter, remissio. Mollitudo aũt & durities sunt tunicæ arteriæ qualitates: mollitudo, cũ arteria quasi carnosior i occursu apparet: durities, vbi veluti siccior rigidiorq; in modũ corij. Atq; hæc quidẽ ẽt differẽtia A.ibidem.c.

pulſuũ vnà ſtatim cũ arteriæ motu percipit: nõ tñ eius eſt,vt tres antedictæ, propria. Illarũ.n.diffe E
rentia celeritatis & tarditatis,poſita in qualitate erat motus: vehementiæ & remiſſionis, in ictus qualitate: magnitudinis paruitatisq;,in q̃titate diſtentionis. Atqui nõ caret motu diſtentio: molle vero corpus atq; durũ,vt ſit tale,nõ reqrit motũ. Quatuor ergo has pulſuũ dñas iueneris ĩ ictu.

De Tempore Quietis. CAP. 4.

QVintam" aliam in ictuum interuallo: nã ita medici ſolent interpoſitũ tps inter duos ictus, quo diſtendit contrahiturq; arteria, appellare. Ego vero congruũ eſſe duxi Tyronibus, vt ſe primum, quaſi inſenſibilis contractio ſit, exerceant. Vocabo alterũ, ictũ: alterum, interuallum: Ictum, arteriæ motum tactui occurrentẽ: Interuallum, quietem inter duos ictus, quæ crebrum complectit, rarumq;, atq; medium vtriuſq;, in quo quidẽ naturales pulſus continent. Quos etiam tpis quantitate cognoſces: nam Creber eſt, cũ quietis ſit breue tps: Rarus, cum longũ. Quietem dicas, an ictuum interuallum, an contractionem, nihil intererit. A.ibidem. d

De Aequalitate & Inæqualitate. CAP. 5.

AEqualitas" & inæqualitas omnibus his differentijs accidunt. Nam continuata harũ paritas, eſt æqualitas: vt, cũ inſequentiũ par magnitudo ſit, pulſus magnitudine æqualis dicet: cũ celeritas, æqualis celeritate. Ad eundẽ modũ, ſi vehementia, remiſſio, crebritas. Inæqualitas, paritatis corruptela eſt, in q̃cunq; cadat differentiã pulſuum. Erit.n. quidã magnitudine inæqualis, alius celeritate, non nullus vehementia & remiſſione & crebritate: atq; in reliquis ſimiliter. A.ibidem. d F

De Ordine & eius Perturbatione. CAP. 6.

NOn nunq;" ẽt ordine quodam, certo ictuum numero, pulſibus paribus vnus intercurrit impar: quod multis modis fit. Etenim tribus paribus quartus impar conſequit, idq; continue: aut quatuor quintus. Ad eundẽ modũ, quouis in alio numero: ſiquidem comitat ſępe quinq; pares, impar ſextus: & ẽt ſex pares, ſeptimus impar. Itaq; perdunt hi æqualitatem, quamobrẽ pulſus inæqualis fit, tñ ordo retinet quidam, ideoq; ordinatus eſt. Cũ enim pari ſemper numero, paribus pulſibus intercurrit vnus impar, æqualitatẽ corrumpit, ſed proportio circuituum quendã ordinẽ conſeruat: nam, ſi circuitus prorſus ſeruetur nullus, inordinatus hic vocatur. A. ibidem. e

De Vnius pulſus Inæqualitate. CAP. 7.

AT incidit & in vnũ pulſum inæqualitas tũ pro mutua diſſenſione arteriæ partium in ſitu & motu, tum pro vniuſcuiuſq; pulſus peculiari motu. In ſitu partiũ conſiſtit inæqualitas, ex eo q; ſurſum deorſum, prorſum retrorſum, dextrorſum ſiniſtrorſum, traducta arteria videat. In motu, cũ celerius tardius, maturius ſerius, vehementius languidius, aut longiore tpe aut breuiore, aut G perpetuo aut nihil prorſus, mouet. In ſingulis partibus, cũ interpellatus manifeſte eſt motus, in q bus caprizans eſt: itẽ cũ reciprocat, de quibus eſt dicrotus. In motus impari celeritate, cum initio celerior, in exitu tardior ſit: & è contrario, cũ tardior initio, ad poſtremũ ſit celerior. In vehemẽtia remiſſione, paruitate magnitudine, ad eũdẽ modũ: neq; ĩ duo tm̃ tpa motus, ſed & in plura, quoad aſſequi ſenſus poſſit, diſtribuit. Atq; hæ quidem ſimplices ſunt & vnius pulſus inæqualitates.

De pulſuum Compoſita Inæqualitate. CAP. 8.

COmpoſitæ fiunt, quatenus altera põt cũ altera, & vna cũ vna, & cum pluribus vna, deniq; cũ multis multæ cõmiſceri. Quarũ non" nullæ propriũ nomen ſunt ſortitæ, vt vermiculãs, formicans, & hecticus. Vermiculans, cũ ſpẽs exhibet quaſi perreptãtis arteriã vermis, vndarũ in modũ inſurgentis, & non vno tpe arteriæ diſtentæ. Si igit cũ diſtentionis paruitate hoc fiat, vocat Vermiculans: ſin aũt cũ magnitudine, Vndoſus" ſimplr. Eſt vero vermiculãs, ẽt aperte languidus, & creber. At, qui ad extremã deuenit remiſſionẽ, crebritatẽ, & paruitatẽ, vocat" Formicans: q ĩ ſpẽm quidẽ celer eſt, nec eſt celer tñ. Porrò Hecticus pulſus ita, vt febris, vocatur, q nõ magnopere vllo mõ variat, cæterũ manet in perpetuũ ſimilis, cohæretq;, nec ſoluit vnq̃: q; totus habitus morbũ induit in eiuſcemodi febribus & pulſibus. Hæc Tyronibus exiſtimo de pulſuũ differentijs ſuffice H re: q; ſi cognoſcere hæc exactius aueas, librũ habes à nobis ſolidũ cõſcriptũ de differentijs pulſuũ. Nec vero ẽt cã eſt, cur de pleno hic & vacuo pulſu dicã, vel de calido & frigido, vel de rhythmis: illic.n. accurate de his diſſerui: ẽt is ſermo Tyronibus eſt obſcurior. Quare, ſi, quę cõmemorauimus, ſummatim retractauerimus, reliqua perſequemur. Magnus pulſus eſt, qui fit, vbi in lõgũ arteria, & latũ, profundumq; diſtendit multũ: Longus, cũ in longũ dũtaxat: Latus, cũ in latũ: Altus, cũ in altũ. Vehemens eſt pulſus, qui valẽter ferit tactũ: Mollis, cũ tunica tenera eſt arteriæ: Celer fit, cũ pauco tpe arteria diſtendit: Creber, cũ paruo interpoſito ſpatio: Æqualis, qui ꝑpetuo ſibi cõſtat: Ordinatus, qui per circuitũ par eſt: qui in vno eſt ictu impar, Inęqualis nominat in vno ictu. Iam ẽt horũ cõtrarij ſint aperti, paruus, breuis, anguſtus, humilis, lãguidus, durus, tardus, rarus, inæqualis, inordinatus. Nec vero hoc obſcurũ eſt, ſingulorũ aliorũ cõtrariorũ mediũ eſſe: æqualis & inæqualis mediũ eſſe nullũ, nec ordinati & inordinati: Præterea aliorũ oĩum, naturæ conueniẽtes medios eſſe: at in his æqualis, †naturæ ſolus conuenit: alij non conueniunt, inæqualis & inordinatus.

A.l.1.f.2.d.3. 1.fo.47.c. Et 3.fo.48.b

A.ibidem. c. fo. 48.b

A.ibidem.

† Alij adden[t] cenſent, & or[di]natus.

De Triplici pulſuum Mutatione, ac primum de Naturali. CAP. 9.

QVando multis modis pulſus variare poſſunt (neque enim cauſam prope vllam reperias, quin hos immutet) viſum eſt mihi trifariam mutationis ſummam differentiam diſtribuere,

A buere, deinde separatim de singulis verba facere. Prima igitur mutatio horum naturalis est: altera non illa quidem naturalis, nec tamen iam præter naturam: tertia est præter naturam. Comitantur hæ omnes, naturales differentias: alij .n. aliter arteria natura mouetur: quas quidem tenere ante oēs debet, qui cognoscere cupit, qua de causa, ac quatenus mutari pulsus contigit: at propriū cuiusq; ad vnguem experiundo assequaris. Sanè frequenter tangenda arteria est, præsertim integra sanitate præditi, atq; vacui omnis vehementis motus, nec nō cæteris in statibus. Verum, quia omnes experientia assequi non est (etenim multi iam medicos sæpe desiderauerunt, cum quibus sani nullum habuerūt vsum) optimum hercle est etiam hic imperito præstare artificem. Præstiterit autem, si sciētiā comparauerit eorum, quę in multis ex ęquo insunt. Est aūt quædā, vt summatim dicam, cōis virorum natura, alia mulierum. Etiam, qui calidiore sunt temperamento, quiq; frigidiore, habent hi suam vtrique cōem naturam. Ad hæc omnium communis natura est gracilium, corpulentorum item cōis est. Ac rarum in singulis est, quas memoraui, communitatibus, quod non assimile multis sit. Proinde etiam, qui probe commune tenet, raro à vero aberret.

l.1.f.1.d.3.fū .c.7.fo.49.b VIRI mulieribus pulsum fere habent longe tum maiorem, tum vehementiorem, paulo tardiorem, satisq; rariorem.

ibidē. c.8.d B CALIDI natura, multo habent maiorē, celeriorē, & crebriorē: vehementiorē nō item multo.

ibidē. c. 7.c GRACILIORES maiorem rarioremq; multo: vehementiorē paulo. Atq; natura sic differūt.

PORRO pro Ætatibus hoc pacto immutātur. Infantis pulsus creberrimus est, rarissimus senis: omnes, qui inter hos intercedunt, proportionem seruant, prout vel ad puerum vel ad senem propius accedunt. Celerrimus item pueri iuuenisq; pulsus, senis tardissimus: reliquarum ętatū pulsus inter hos ambigunt. At senex à puero longe magis raritate, q̄ celeritate, distat. In vehementię & magnitudinis differētia, maximus est, vt in ætatibus, pulsus iuuenum, minimus senum, medius & paulo maior pulsus puerorum. Iam vehementissimus iuuenum, languidissimus senum, medius est inter hos puerorum pulsus. Atque pulsus in ætatibus sic habent.

A. ibid. c.9.e PRO Anni temporibus: medio vere pulsus maximi sunt & vehemētissimi, vt in temporibus: celeritate & crebritate moderati. Pari modo, medio autumno. Progrediens autem ver non nihil de magnitudine & vehementia detrahit, sed auget celeritatem atq; crebritatem: tandemq; ineūte iam ęstate languidi, parui, celeres, crebriq; fiunt. Autumni progressus cūcta imminuit, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem. Ita ineunte hyeme in paruitatem conuertuntur, & remissionem, & tarditatem, & raritatem. Respondet aūt initiū veris fini autumni: illius finis C initio huius. Æstatis item principiū suo, & principium hyemis suo fini. Proinde, quę pari spacio à media æstate & media hyeme in vtranq; partem deflexerunt, similiter variant. Porro media ęstas partim conuenit cū media hyeme, partim dissidet. Nam parui vtrobiq;, & languidi sunt, sed celeres atq; crebri æstate, tardi rariq; hyeme: non perinde tn̄ parui æstate, vt hyeme, sed æstate minus: nec ita hyeme languidi, vt æstate, cęterū minus hyeme. Ad hūc modū pro tēpibus pulsus variant.

A. ibidem. f PRO Regionibus perinde, vt pro temporibus. In vehementer calidis, sicut media ęstate. In magnopere frigidis, vt media hyeme. In temperatis, ita, vt medio vere: ad horū proportionem in ijs, quæ medium locum sunt sortitæ. Porrò aeris nos circundantis alij status, qui calidi sunt, calidis temporibus: frigidi frigidis, medij medio veri respondent.

l.1.f.2.d.3. m.2.c.15.f PRÆGNANTIVM maiores, crebriores, celeriores pulsus sunt: præterea nihil mutatur.

IAM Somni ēt sint, si quid aliud, naturales, qui & ipsi variāt pulsus. Initio minores, lāguidiores, tardiores, rarioresq; reddūt. Postea tarditatē pedetētim augent & raritatē, p̄sertim à cibo: at maiores sunt & vehementiores. Tandē ad remissiōnē & paruitatē redeūt: tarditatē & raritatē retinēt.

QVI Expergiscuntur, e uestigio pulsus magnos, vehemētes, celeres, crebros, & cum quadam vibratione habent, qui mox mediocritatem assequuntur.

D ADSCITITIÆ Habitudines corporis perinde, vt naturales, immutant. Nā gracilis natura, si quadratus euaserit, huic, qui talis natura est, assimilem pulsum habet. Sin autem quadratus, factus gracilis sit, assimilem gracilibus natura. Constat vero gracilitatis & quadrati corporis, citra facultatis immutationem, æstimandam differentiam esse: itemq; in omnibus alijs: vt vnum id tantum vbiq;, de quo in præsenti disputemus, mutetur. Quæ diximus, de quadratis, eadem etiam de corpulentis dicta fuisse est putandum, nisi q̄ magis sunt intensa.

IAM ēt Temperamēta corporis adscititia pulsus ea ꝓportione mutāt, qua naturalia tēperamēta.

De pulsuum mutatione ex Causa, quæ dicitur non naturalis. CAP. 10.

ibid. c.13.fo. ..d NVnc alias mutationes, quę causas habent nō naturales, recēseamus. Exercitationes primo, quæ moderatæ sunt, vehementes, magnos, celeres, crebros pulsus efficiunt. Si multæ sint et vires excedant laborantis, paruos, languidos, celeres, & crebros in summo. Nimium immodicæ, adeo vt ęgre iam se possit mouere, & multis interpositis quietibus, aut nihil prorsus possit, sed

l.4.f.1.c.1.c. fo.413.h exolutæ vires impēse sint, pulsus mire paruos, & languidos, tardosq;, & raros. Quod si ad virium dissolutionem perueniāt, pulsus creant illis proprios. Quales autem excitet pulsus facultas, quæ dissoluitur, dicemus paulo inferius.

ibi. c.14.e BALNEA calidæ, dum sint moderatæ, pulsus creant magnos, celeres, crebros, vehēmentes. * Al. parui: vehementiores.

Immodicæ paruos & languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. Quòd,ſi hîc relinquantur, par- E
uos,languidos,tardos,atq; raros.

Balneæ" Frigidæ ilico paruos,ac languidiores,& tardos,raroſq; pulſus efficiũt: poſtea,pro- A.ibidem.e
ut id ſit, quod induxerunt, omnino vel torporem inducent vel robur. Quæ torporem intulerunt
& refrigerarunt, paruos,& languidiores,& tardos,raroſq; efficiunt,Quæ excalfecerunt,& robur
conciliarunt,magnos,vehementes,celeritate & crebritate moderatos.

Cibvs" Largus,vt etiam grauet facultatem, pulſus inæquales,atq; inordinatos cõcitat. Ar- A.l.1.f. 2. d.
chigenes vult celeriores magis,q̃ crebriores. Modicus,magnos,vehementes,celeres,crebros. Par- ſum.2.c.11.f
cior,q̃ qui ſatis nutriat,non æque,ac moderatus,cæterum minus mutat,neq; id diu. 49.f

Vinvm" pulſus cætera,vt cibus,variat: hoc vero intereſt, q ilico immutet, & citius mutatio à A.ibidem.g
vino profecta recedat, q̃ illa, quæ à cibo: q item celeritatem amplius & magnitudinem , q̃ vehe-
mentiam & crebritatem , augeat. Quanto enim vehementius moderatus cibus conſtantiuſq; ro-
bur conciliat, tantum fere vinum extollit magnitudinem.

Aqva" minimã oĩum ciborũ & potuũ mutationẽ inducit, quãq̃ perinde,vt cibi,& hęc mutet. A.ibid.c.11.

Reliqva omnia, quatenus nutrire valent,vel calfacere, vel refrigerare, hactenus arteriarum fo.50.a
motum variant. Ad hunc modum pulſus ex cauſis,quæ non naturales appellantur,mutantur. F

De mutatione pulſuum ex Cauſis præter naturam. *CAP.* 11.

NVnc mutationes ex cauſis præter naturam exponamus, illaq; commemoremus prius, quæ iam de cauſis præter naturam communitate orationis conſcripſimus. Ac aeris ſtatus: ciborum copia,vt facultatem grauet: ad hęc exercitationes,& balneę, ſomniq; immodici,præter naturam ſunt. Exceſſus.n.in quantitate naturalium cauſarum & non naturalium deſciſcunt ad ſtatum præter naturam. At cauſarũ,quæ non quantitate modo,ſed & genere ſunt prẹter naturã,immenſus eſt numerus: itaq; nec põt comprehendi. Ars vero in his quoq; conſtat, generibus & ſpeciebus, quoad eius fieri poteſt, certis infinitum complectens. Etenim quàlibet cauſam præter naturam non ab re dixeris vel diſſoluere vitalẽ facultatem & diſſipare,vel quaſi deprimere grauareq;. Diſſoluitur facultas,alimenti inopia,& morborum malignitate,animiq; affectuum vi,atq; vehementia dolorum vel diuturnitate,deniq; immodicis vacuationibus. Degrauatur à materię copia, & ab inſtrumentorum affectibus,vt inflammationibus, ſchirrhis,tumoribus,abſceſſibus,varijſq; corruptionibus. Itaq; fatiſcens facultas pulſum paruum, lãguidum, & crebrum admodũ efficit. Depreſſa & quaſi degrauata vertit in inæqualitatem pulſus, & in ordinẽ perturbatum cum oẽm alium, tum vero vehemẽtiæ & magnitudinis. Hæ ſiquidem in primis inæqualitates proprię ſunt G
facultatis preſſæ: ac grauatæ inſigniter,in pluribus differentijs: parũ,in paucis. Etiam pulſus plures paruis magni ſunt,& languidis vehementes, cũ puſilla ſit offenſa: contra,ſi magna. Iam non nulli pereunt etiam integri motus in eiuſcemodi affectibus, intercurruntq;: verum minorem intercurrentes noxam, deperditi grauiorem ſignificãt. Habes cuiuſq; diſſolutionis & depreſſionis communes mutationes: Peculiares accipit quæque ex cauſa efficiente. Ergo,cũ diſſoluta à penuria facultas ſit,fiunt pulſus primo languidi,parui,celeres,atq; crebri: in medio languidi,parui, tardi,rariq;: tandem extreme parui,languidi,& crebri, præbentq; celeritatis falſam ſpeciem. Hic ille eſt, qui vocatur formicans. Vermiculans autem fit ille quidem etiam fatiſcente iam facultate, ſed non nihil tñ renitente adhuc: diſſidetq; hac re à formicante, q non ita in extremam contractus eſt remiſſionem & paruitatem,et q aperte in vno ictu inęqualis eſt partibus vel citius vel tardius incipientibus moueri: quamobrem minus tardus,q̃ paruus eſt, non nunq̃ nequaq̃ tardus: quocirca minime paruus eſt. Proinde,quas exitiales febres & acutę cõcitant ſyncopas,hæ pulſum vermiculãtem prorſus non habẽt. Reliquas facultatis diſſolutiones fere comitantur vermiculãtes, has potiſſimum,quæ febribus non ſunt coniunctæ,aut quàm minutis. Quare cardiacas ſyncopas, formicantes: choleras, & validos ventris fluxus, ſanguinis profluuia, profluuium muliebre, omnes H
denique vehementer vacuantes affectus,plurimum comitantur vermiculantes: extremos, formicantes. Et, ſi his abſint febres, tum vero multo magis vermiculantem pulſum inuenies cum clarum, tum admodum diuturnum. Hæ cauſarum præter naturam cõmuniſſimæ mutationes ſunt. Nunc ſpeciatim eas explicabimus.

Iræ" altus eſt pulſus,magnus,vehemens,celer,& creber. A. ibidẽ. c.1

Lætitiæ" magnus,rarus,& tardus eſt pulſus,at vehementia nihil differt. fo.51.a

Tristitiæ" paruus,languidus,tardus,& rarus eſt. A.ibidem.

Timoris" recentis & vehementis celer, & vibratus, & inordinatus eſt, inæqualiſq;. Inueteratus iam ſimilem habet triſtitię. Hæc omnia, ſi valde diuturna ſint,multumq; vehementia, pulſus,vt diſſoluta facultate, conſequuntur. Etenim diſſoluunt etiam facultatem hæc omnia, ſtatim, ſi valida ſint: diuturnitate,ſi non ſint valida. A.ibidem. A.ibidem.

Dolor," qui quidem variat pulſus (variat autem ingens,aut qui principes partes tenet,vt ẽt A.l. 1. f. 1.d.
inflammatio) dum paruus eſt atq; initio,pulſum ędit maiorẽ,vehementiorẽ, celeriorem, crebrio- ſum.2.c.16.f
rem: Auctus vero iam & admodum validus, vt etiam vitalem cõtentionem offendat, minorem, languidiorem,celerem, crebrum. Ac,quo diuturnior ſit, vel vehementior efficiatur, hoc illorum

quodq;

A quodque increscit magis. Qui vero facultatem iam dissoluit, in remissionem, & paruitatem, & falsam celeritatis speciem, ingentemq; crebritatem commutat.

l.ibid.c.17.g INFLAMMATIO" habet omnis communem pulsum veluti serrātem, vt alia pars attolli arteriæ, alia non videatur, cum illa .s. videatur durior. Habet etiam vibrationis aliquid hic pulsus: ac celer quidem & creber est, non perpetuo magnus tamen. At vero cuiq; est proprius, nascenti quidē maior iusto & vehementior, & celerior, & crebrior. Augescenti adhuc, cum illa omnia increscunt, tū clare iam durior & magis vibratus est. Vigescenti autem manifestior est, duriorq; atque vibratus magis: sed minor est, quàm dudum, non tamen languidior, nisi facultatem excedat affectus: sed & creberrimus fit & celer. Quæ si diuturnior sit, atq; in scirrhum iam indurescat, accedit illis gracilitas pulsus & durities. Hæc inflammatio habet, quæ pulsum per totum corpus immutat, vel quia magna est, vel quia principem partē insidet. Si vero vniuersum corpus non afficiat, pulsus in parte inflammata talis erit, qualem diximus. Crescunt autem, quæ commemorauimus, singula, diminuunturq;, aut pro inflammationis quantitate, aut pro ipsius instrumenti natura inflammati. Siquidem partes neruosiores, duriores ædunt pulsus, magisq; serrantes, & minores. Venosiores vero & arteriosiores contra: ac inter eos maior est in arteriosioribus, atque inæqualis facile fit, inordi-
B natusq;. Ex his liquet, qui pulsus sit illorū, quibus inflammatū iecur est, vel liē, renes, vesica, colō, ventriculus: Præterea pleuriticorum, & peripneumonicorum, & breuiter omniū, in quibus partis inflammationem comitatur febris: nisi quibus in locis ob symptomatum naturam, quæ tū necessario illos consequuntur, tum casu adiuncta sunt, prout quodque possit mutare, ita pulsus contingat variari: vt mista ibi mutatio fiat, & quæ inflammationi cōgrua est, & quam loci natura, vel præsentis inducit symptomatis. Quibus enim inflammatum est septum transuersum, hi cōuulsionibus sunt opportuni: quibus pulmo, suffocationibus: quibus ventriculi os, syncopis: quibus iecur, atrophiæ: quibus ventriculus, cruditati: quibus renes, vrinæ suppressioni. Ad hæc partes insigniore præditæ sensu, ēt dolorū nomine pulsus mutant: quæ minus sentiunt, pro affectu tm̄. Igit in inflammationibus varie pulsus ex his omnibus mutantur. Quæ queādmodū discernenda sint, cū alio loco exacte tractauimus, tum vero in præsentia, quantū interest tyronibus, persequemur.

l.1.3.f.10.t.4. .1.fo.168.f.g. PLEVRITICORVM" celer pulsus est & creber, nec admodum magnus. Videatur etiam vehemens esse. Est ille vero non languidus quidem, sed tn̄ non vehemens statim, quod ad affectum refert. Siquidem vbiq; hoc memoria seruandum est, in quaque re mutationē esse pro illa re æstimandam, distinguendumq;, quod alia de re, non de illa acciderit. Pulsus itaq; pleuriticorum, quia ner-
C uosiorem quodammodo dusioremq; efficit arteriam, quasi conuerteret in vehementiam, imperitis imponit, quos, quid intersit inter durum ictum & vehementem, latet. Ita quoq; vulgus medicorum, q̄ alias etiam differētias pulsuum discernere nesciat, has fortassis institutiones accusabit, atq; ex sua ignorantia damnabit recta præcepta. Verum non faciā, vt hîc longior sim, cum separatim de pulsibus dignoscendis scripserim. Quare, vt rōnem exerceatis simul & tactum, admoneo, vt in experiendo pulsum valeat tactus cognoscere, non discernere solum ratiōe. Principiū vero est experientiæ, sermone expressa doctrina. Quippe nequeas vel crebritatis quātitatē verbis explicare: tametsi multū intersit, excedat iustum pleuritidis modum, an nō assequatur. Siquidē excessus, vbi in peripneumoniam migret, aut denunciet syncopā, necesse est fieri. Defectus in soporem, vel neruorū desinere læsionem. Simili modo illa inæqualitatis species, quæ serrantis imaginem præbet, in primis pleuritidis proprium est signū: si remissa est, mollis & non minime maturandę: si vero magna, difficilis, & admodū crudæ pleuritidis. Tales cum imbecilla quidem facultate coniunctæ, periculum præsens habent: si cum firma, aut tarde concoquent, aut ad suppurationē deflectent, aut tabidus eas excipiet marcor. Atq; eius, quæ concoquitur, pulsus pedetentim oēm deponit illā præter naturam mutationem. Quæ deflectit ad suppurationem, habet pulsus suppuratorū proprios.
D Ita quoq;, quæ tabide marcescet, pulsus marcorum.

.l.1.f.2.d.3. im.2.c.17.fo. o.h SVPPVRATORVM" pulsus initio statim pulsum refert vigescētis inflammationis. Hoc enim initium est suppurationum. Non nunquam inæqualis est & inordinatus, sed omnibus hecticus. Cum autem pus prope sit maturum, cætera similis est, nisi q̄ æqualior sit: at, cum erumpit, languidior, latior, tardior, rariorq;.

.ibidem.h MARCESCENTIVM" pulsus non vno modo variat. Quare differentijs hi quàm apertissimis discernendi sunt. Qui vnà cum inflammatione, quæ non discussa sit, commarcuerint, languidos, & celeriores, mireq; crebros pulsus habent, ac decurtatos magnitudine in vno ictu. Quos Archigenes innuentes & circūnuentes appellat, vt aperte declaret distentionis breuitatem, cū vtriusque extremitatis quasi inclinatione. Neque enim vt pręcisis affatim, sed ceu partibus vtrinq; inflexis, contrahitur decurtatus magnitudine & in vtrisque partibus. Atque hoc quidem non hi modo, sed marcescentes qualibet de occasione habent fere omnes: qui ex inflammatione marcescunt, omnes: & alij item multi, nisi illi sanè, qui de occulta quapiam inflammatione marcescunt. Eritq; hic marcescentium ex inflammatione proprius, nulli cōueniens, qui aliam ob causam marcuerit. At hecticus omnibus marcescentibus pulsus est: qui quidem ijs est communissimus: secundum illū, inæqualitas distentionis magnitudine decurtata, quæ etiam adest plerisque, deinde crebritas. Et-

enim

enim hæc quoq; omnibus, qui ex inflammatiõe marcuerint, perpetua adhæret: omnibusq; adeo, E qui ob syncopam ex corde vel stomacho affecto profectam in præsens periculum venerunt, ac de inde vini potione declinauerunt periculum, sed tempore tamen marcuerunt: nisi sane hos quoq; dicas ex paruis inflammationibus perire nobis incognitis. Siquidem sunt inter eos, qui innuentẽ habeant pulsum: nisi etiam hos dicas ex inflammatione, alios citra inflammationem marcescere. Verum hoc in dubio est. Pulsum igitur hi habent hecticũ, languidum, admodũ crebrũ, quem innuentem quidam appellant. Atq; alteram hanc marcescentes differentiam pulsuum sunt sortiti. Alia item tertia est eorum, qui raram habent: verum & his cum antegressa febris pulsus reddidit crebros, tum facultatis extrema dissolutio abunde efficit crebros. Quod autem †intercedit, omnibus} refrigeratis febribus, nõ dum tamen extinctis ijs, in raritatem commutat. Genus hoc marcoris senibus proprium est, præsertim cum aliquid vitij pulmo & thorax contraxit. Hi febrilem retinent pulsus duritiem, etiam si rarus sit. Omnino paucis marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus, ac illam, quam diximus, magnitudinis vertitur.

Aliàs, intercedit totum.

PHTHISICORVM, quos vocant, pulsus paruus, & languidus est, mollisq;, & modice celer, atque hecticus.

PERIPNEVMONICORVM magnus est pulsus, & vndosi quid habens, & languidus, mollisq; F similiter, atq; lethargicorũ pulsus: nisi quatenus præpollet inæqualiter & in vno pulsu, & collectiua, quæ vocant. In vno ictu, cum veluti interpellatur, & vndosus est, ac dicrotus interim fit: in collectiua, cũ alias differentias habet, tũ modo intermittit, modo intercurrit. Cũ aũt acute omnes peripneumonici febricitant, tũ non nihil comatis habẽt: vtrũ excellat horũ, ex eius maxime ratione crebritatis quantitas inuenitur. Vbi ardentior febris adiuncta peripneumoniæ sit, pulsus abũde creber est: si comatosior, minus creber.

A.l.3.f.10.c.11.fol.270

LETHARGICORVM pulsus similis peripneumonicorũ est magnitudine, imbecillitate, mollitudine: sed eo est tardior rariorq; ac minus inæqualis, intermittens potius, quã incurrens. Est, cum dicrotus fiat. At vndosus semper in altis quidem soporibus est, de quibus hæc dicuntur. Morborũ enim pulsus exponimus, qui omnibus suis indicijs constent: quo, si qui aliquatenus deficiant, neque dum sint integri, satis cognoscere magnitudinem, & qua iam sunt præditi, & quę accedere ijs potest, valeamus. Sed, quoniam inæqualitatis sæpe meminimus, raro autem perturbationis ordinis, hoc in vniuersum sciendũ est, fere inæqualitates comitari perturbationem ordinis. Ac inæqualem pulsum, qui sit ordinatus, raro inuenias. Ac nimirũ minores offensæ inæquales & ordinatos: maiores inæquales pulsus atq; inordinatos creant. G

A.l.3.f.1.c.8 fo.1?? a

PHRENITICORVM paruus pulsus est: rarissime autem conspectus est magnus esse. Contentus est modice. Durus & neruosus est: valde est celer & creber. Habet præterea non nihil vndosi. Interim subtremere tibi videbitur: interim etiam præcisus cum conuulsione quadam. Quod.n.febres in celeritate propriũ habent symptoma, hic obtinet clare in vtroq; termino distentionis, præcipue externo. Inuenias etiam inęqualitatis in positu genus insigniter aliquãdo in illo apparere: immo totam subinde arteriam sua sede deserta conspicias attolli, potius cũ vibratione ebulliẽtẽ, quàm more pulsus distentam: pari modo delabi, detractam potius, quæ contractam. At vero immodica eius crebritas proximam denunciat syncopam.

A.l.3.f.1.c.2.fo.197.
A.ibidem.

IAM etiam alius est affectus, qui siue medio loco ponendus sit inter lethargum & phrenitim, vt qui cũ neutro in totũ conueniat: siue cõis esse ambobus existimandus, vt ex phrenitidis speciebus & lethargi mistus, suo loco cõsiderabimus. Nũc de eius pulsibus agemus. Ac, ne quasi ęnigma quoddam propositum sit, per signa, quæ cũ eo sunt connexa, eũ ab oculos ponam. Conniuent ferè oculis, somnolenti sunt, atq; stertunt. Rursus oculis fixis ac inconniuentibus diutissime, vt catochi, intuent. Et, si quid roges, atq; ad colloquiũ compellas, difficiles sunt & tardi ad respondendũ. Plerunq; ẽt stulte loquuntur, nec recte respondent, ac temere nugant. Is est affectus, quẽ dico: qui H ex signis sibi adiũctis defectu proprij nominis cognoscit. Pulsus eius celeres sunt & crebri, perinde vt phreniticorũ, minus tamen. Et roboris item minus, ac illi, obtinent. Lati aũt sunt, & breues. Externum motum non habent subito truncatũ, sed alio modo, veluti intro se proripiẽtes, subterfugiunt, ac concitant contractionem, & quasi susfurant distentionem: verum in ea pulsui phreniticorum non sunt similes, quæ truncatione illa careant.

A.l.3.f.1.c.12.fo.199.b

CATOCHORVM pulsus (κατόχους.n.& κατεχομένους veteres Græci appellabãt: Iuniores ipsum affectũ κατοχὴν, & κατάληψιν vocãt) cætera lethargicis similes sunt, magnitudine, tarditate, crebritate: vt nec totius huius affectus species late ab illo dissidet. Catochorũ tamen non imbecillus est pulsus, nec mollis: sed in his sanè multũ differt, vt ẽt in hoc, quæ laxat lethargicis, atq; intumescit vniuersum corpus: contra stipat & cogit catochis. Ad hæc æqualitate & inęqualitate distant: æqualis.n. pulsus est catochorum, inæqualis lethargicorum. Archigenes arteriæ locum auctor est proprie in ijs inueniri calidiorem, sicut illis, quibus conuulsio imminet cum sopore.

CONVVLSORVM ipsum corpus arteriæ videtur contractum, ac vndequaque coarctatum, non ceu compressum sit abs quopiam vel constipatum: nec etiam veluti rigidum, vt in febri, præsertim in accessionibus: nec vero, vt præ duritie, ad intentionem contumax, veluti quod fit diuturnitate

A.l.3.f.2.c.fo.216.b

A diuturnitate temporis, præsertim cum quid offensum sit, vel viscera vitiata: sed vt corpus neruosum, cauumq; veluti intestinum aut simile, ex vtroq; fine intentum. Ad eundem modum inæqualis motus est arteriæ, in modum chordæ, sursum deorsumq; agitatæ. Neq; enim species distentionis vel contractionis repræsentatur, verum vibrationi potius similis est, ceu exiliens sursum iterumq; retractæ intro: quod ne constituto quidem tempore habet, sed vno sæpe tempore altera eius pars videtur ferri sursum veluti eiaculata, altera intro ceu à quopiam atracta: atq; vna moueri citate, altera tarde. Iam vehemens quoq; & magnus conuulsorum pulsus videtur esse. Est vero hic nō imbecillus, neq; paruus: non perinde tamen, vt videtur, vehemēs vel magnus: ictus enim imponit, dum ob tensionem validus, ob vibrationem exilire appareat: quamobrem altior interim videtur, ac veluti strepitum quendam ad tactum ædit asperum. Sane neminem, qui quidem sit expertus, fugiat hic pulsus: quippe nulli est similis, vel tensione in vtrāq; partem, vel conuulsione motus. At, q̄n cum pulsu sopitorum cōmixtus est, difficillime cōmixtio deprehenditur: solusq;, qui ad amussim vtrunq; cognoscere separatim meditatus est, poterit confusos cognoscere.

Ibidem.

l. 3. f. 2. c. 2. 214.c

PARALYTICORVM paruus pulsus, & imbecillus, tardusq; est: non nullis rarus quoq;: alijs creber, sed non nihil inordinate intermittens.

B COMITIALIVM & Attonitorū similes pulsus sunt: quare de comitialibus quæ exponemus, eadem de attonitis, sed cumulatius, accipienda sunt. Dum modice infestatur natura, neq; dum eā multum superauit morbus, nullam inuenies mutationem insignem magnitudinis, vehementiæ, celeritatis, crebritatis, duritiei: tantum est conuulsis intenta iure vtrinq; arteria. Sin autem grauis sit affectus, vt oneret facultatem, inæqualitatem quandam comparat, atque tensionem validam, ac minor, lāguidior, †rarus, tardusq;} efficitur. Si comprimat magnopere, & facultatem deijciat, languidos, paruos, †celeresq; creat.}

† *Al. rarior tardiorq;.*

l. 3. f. 9. c. 8. 253.f Ibidē c. 8. fo. 54.b

ANGINÆ pulsus tensione quadam præditus est conuulsiuo persimili: magnus est & vndosus, vt pulsus peripneumonicorum: ac, vtrum insigniter in eo polleat, p eo expectanda mutatio est. Nam, si peripneumonica species superior sit, in peripneumoniam: si vero conuulsiua, in conuulsionem, angina desinet. Quicunq; autem ex illis vehemēter suffocantur, paruum hi habent & rarum pulsum: vbi iam animam agant, crebrum atq; inæqualem.

† *Quidam cod. antiqui et tralatio et uetus addunt, & crebros: alij loco celeres, legunt crebros.*

ORTHOPNOEA Acuta inæqualem & inordinatum pulsum habet, & nō nihil deficientem: quæ mediocriter est grauis, crebrum: quæ violentissima, tardum & deficientem: quæ iam perimit hominem, crebrum & languidum.

l. 3. f. 1. t. 3. c. fo. 199.h

C VTERINÆ suffocationis pulsus, vt si conuelleretur, protensus est, & rarus: q, si exitialis sit suffocatio, creber, inordinatus, & non nihil deficiens.

STOMACHVS Affectus (vt sic vocemus in præsentia os ventriculi, q is vsus apud vulgus obtinuit) non vno modo commutat pulsum. Nam, si inflammatus sit duntaxat, ita mutat pulsum, vt corporis neruosi diximus pulsum solere: si cōprimatur, vellicetur, lāguescat, singultiat, vomat, nauseet, fastidiat, doleat, pro genere symptomatis. Nam vellicationes, vomitus, nauseæ, singultus, lāguor, non solum paruum & languidum efficiunt, & interim etiam modice celeriorem, verum etiam admodum crebrum: sola vero compressio, remotis illis omnibus, rarum, tardum, paruum, & languidum. Ea compressio tum à cibis oritur grauantibus, neque vlla insigni præditis virtute, sed sola abundantia molestis: tum ab humoribus quibusdam, qui in eum confluant, non mordicantibus: qui ab his si semel refrigeretur, tum vero vel maxime talis pulsus existet. Ac bulimum patientium talis pulsus est. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mutāt, si diuturni sint, vel euaserint grauiores, pulsum vermiculantem creant. Qui vero in raritatem, præter q commemoratas differentias adaugent, talem præterea speciem inæqualitatis in vno pulsu generāt, vt multis locis pertusum corpus arteriæ videatur, neq; esse continuum: ac sentit tactus in distentione veluti arenæ occursum.
D

l. 3. f. 14. t. 4. 9. fo. 321.e Ibid. c. 11. f. Ibidē. c. 10.e

AQVÆ Inter cutem pulsus, Ascite, paruus, crebrior, subdurus cum quadam tēsione est: Tympanitæ, longior, non imbecillus, celerior, creber, subdurus, cum quadam tensione: illius, quam hydropem Anasarca Græci vocant, vndosus, latior, mollisq;.

ELEPHANTIASIS pulsus paruus, languidus, tardus, crebrerq; est.

l. 3. f. 15. t. 1. 4. fo. 326.h

ICTERICORVM pulsus est, si absit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer.

l. 4. f. 6. t. 1. 16. fo. 493.a

VERATRVM qui sumpserunt, hi paulo ante vomitum, vbi comprimantur, pulsum habent latum, rarum, languidiorem, tardiorem. Interea, dum vomunt & diuelluntur, inæqualem & inordinatum. Cum rectius habere cœperint, ordinatum quidem, sed inæqualem adhuc, minus tamen, q̄ antea. Vbi vero iam ad naturalem statum prope reuerterint, æqualem, ac maiorem q̄ dudum, vehementioremq;. Qui horum syncopa corripiuntur, conuelluntur atq; singultiunt: paruum hi, & languidum, inordinatumq;, & celeriorem, atq; multum crebrum habent. Qui ex his suffocantur, paruum, languidum, inordinatū, inæqualem: nō autē crebrum, nec celerem, immo potius tardum: repræsentat etiam non nihil vndosi, & lati, atq; paruam quandam interdum arteriæ tensionem.

Gal.

GAL. DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER PRIMVS

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Genera prima ac Singulas pulsuum Differentias declarat: Ac in primo libro de his pertractat ex Propria opinione.

Nomina nihil ad Rerum scientiam; sed Docendum duntaxat facere. CAP. I.

Ptarem res & percipi & tradi citra ipsarum nomina posse, vt ne ad artis vel ex sua ipsius commentatione longitudinem, veluti cumulus nobis accederet vocabuli negociũ. Sed, quo'd nominibus necessario, quæ volumus, interpretamur, sophistis hinc commentorum & inutilis disputationis copiosa materia suppeditatur: cęteri vero, quicũq; rerũ sciẽtiam, non vsum vocum, moramur, inuiti quidem, tamen compellimur propter sophistarum contumelias de nominibus laborare. Nam G nihil sit melius, qua'm quauis conditione de nominibus conuenire, & ad contemplationem properare: quod in libro illo fecimus, quem antea tyronibus de pulsibus descripsimus. Sed, quando, qui in nominibus tantum valent, in operibus artis interim imperitissimi, nunquam non interpellant, neque respirare nos citra contumeliam sinunt, necesse prope' iam nobis est, nominibus vt immoremur.

Maiores nostros simpliciter vocabulis videas vti: qui hoc semper vnum agunt, sensum vt aperiant: Iuniores tantum non in singulis syllabis argutantur, contendunt, neque de nominibus desistunt digladiari: Exempli gratia (quo vna ex parte, huius instituti summam perspiciamus) quidam pulsum ait valenter pulsantem, vehementem esse: Adest alius, qui non hunc, cæterum qui magnus sit et plenus celerq;, illum affirmat vehementem esse: Alius validum simul ac celerem: Est, qui hos mira grauitate insimulans, magnum pariter & celerem, vehemẽtem esse ait: Iam alius hunc non ferens, acerbius etiam obiurgat, vultq; plenum simul ac velocem, vehementem esse: Et hercle præter hos sextus, magnum plenumq; esse vehementem contendit. Quo'd, si septimus huc & octauus accedant, hic asserens inter plenum & hunc nihil interesse, ille eundem cum duro esse, quam censes pugnam fore? an'ne talem, qualem frequenter in templo Pacis, & inter ipsos H ęgrotos conspicimus? adeo vt etiam ad manum res veniat: tantum abest: vt turpi dicto abstineãt.

Sed mihi, qui nunc molestãt, minus stomachum faciunt, tametsi sunt importunissimi: qui vero ad commentãdum appulerunt, quis ferat? Ad manum enim est, inutilis quæstionis, index: eum tñ illi non cernunt, sed sic omnes scribunt: Hic pulsus vehemens est, ille plenus est, is creber: cum /est/ sit submouendum, adiungendum autem maxime, si potest/appellatur/quo si deficiantur/appelletur/ac tum demum docendum est, quid soleat is pulsus, quem vehementẽ forte vocauerunt, significare. Neq; enim, quo' appellemus, aut nomẽ proprium instituamus, artem nos de pulsibus tractamus, aut alios docere conamur, sed vt præsentia cognoscamus, & futura ægrotis præcognoscamus: at ex rebus hæc, non ex nominibus earum, inueniuntur. Omnino enim ad rerum cognitionem nihil nomina referunt: tantum ad docendum intersunt: quod pacto' etiam potest confici. Siue enim rebus haudquaquam dederis nomina, eas tamen assequi possis: &, quid denotare possint, plane' teneas: hac in re certe nominantibus non concesseris: Siue, quando docere institueris, nomina quælibet ponas, ne' sic quidem eris inferior. Equidem, si vel Dionem vel Theonem velis vehementem pulsum appellare: non fallaris in docendo tamen, quæ illum causæ generant, cuius vero est affectus indicium, & quo tãdem euadet: nihil te sic peccare censuerim. Proinde,

A de, qui ita est aliquid docturus, huic satis sit nomina instituisse: qui ad veteres reijcit, illorũ tradet institutum: nec hic curiosus sit, proprie, an improprie appellarunt: nec audeat immutare, nec incuset: quod faciunt sophistæ: superuacanea sunt enim hæc omnia, & ab nostra arte remota. Neq; sane hæc nominum est constituendorũ scientia, sed rerũ: neq; hos, qui minus probũ nomen dant, ad medicos homines remittunt, immo qui requirũt sanitatem. Quamobrem nihil hæc disputatio, vltra visitata & nobis & alijs medicis nomina profitetur: sed præclare ẽt cũ ea agetur, si hęc mediocriter assequatur.

De Nomine pulsus. CAP. 2.

OMnium itaq;, quorũ ad nos memoria peruenit, primus nomen pulsus Hippocrates literis prodidit: atq; artis, quam complectitur, non videt ignarus esse: non tamen hanc artis partẽ multũ elaborauit: neq; cuilibet arteriarũ motui hoc tribuit nominis: quẽ vr̃ imitari Erasistratus. Sed hæc illic referam, vbi de illis viris peculiariter sermonem habebo, cui potissimũ nomẽ hoc attribuant, ac inter se quatenus dissentiant, aut consentiant. Autor libri de palpitationibus, Ægimij nomine insigniti, siue ille Veliẽsis esset Aegimius, siue alius, proprie hoc nomen vsurpat: atq; longe præter morem aliorum non medicorũ tm̃, sed & vulgi, quemuis motum arteriarũ vo-
B cat palpitationem. Praxagoræ vsus & Herophili ẽt ad hũc vsque diem vigent. Pulsum enim, omnem arteriarũ motũ sensibilem appellãt. Ita etiam omnes eorũ successores, tametsi definitionibus dissideant. Sed hoc alio loco ostẽdemus. Ergo nos quoq; vsum, qui obtinuit, sequentes, videamus iam, quot numero sint omnes pulsuum differentiæ, & quod singulis nomen. Etsi de hac etiã ipsa dictione quidam cõtendũt, quorũ alij ita volũt, vt ponatur, Quot genera sunt pulsuum? Alij non genera aiũt appellanda, sed species: quidam qualitates: non nulli differentias. Et, quod cuiq; visum est, hoc instituto nomine diu disceptat de eo constituendo, nihilq; non mouet. Iam, sicut de generibus, ita de speciebus, differentijs, qualitatibus, quæstionem inducũt non necessariam, obliti vsum talis quæstionis. Omnes enim id mea opinione spectauerunt, qui de pulsibus instituerũt cõmentari, quid denunciare possint: assequi vero cũ vel sine generũ & specierum quæstione, quod intenderent, possent, quiduis potius, quã hoc, agũt. Verum omissis istorũ nugis quęstionem in medium pro suo arbitrio proferant, nos vtilitatem sectemur. Sed hoc prædicamus etiam, qui pulsuum definitiones, & constitutionem eorũ nominis discere volũt, in sequentibus hũc primum libris omnia eos tradita habere. Hic liber solũ complectitur, quod conducit, nec vllam attingit sophisticam quæstionẽ. Ita, siquis semel illa velit repudiare, licet certe. Ad cęteras lucubrationes de
C dignoscendis pulsibus, de causis, de præsagitione ex ijs, vnus hic liber requiritur. Illi aduersus sophistarũ importunitatem scripti sunt, & ad intelligenda aliorũ scripta, vbi traditur, qua quodque nomen significatione vsurpẽt. Itaq; exponamus primum pulsuum prima genera, deinde eorum differentias, hinc auspicati.

*Alias ἠλεῖος i. Helius seu Heliensis ab urbe Elide.

Prima Genera pulsuum. CAP. 3.

.t.f.1.d.3.c. o.47.a QVando arteriæ corpus est cauũ, longũ, & teres, habetq; perpetuũ geminũ motũ ex contrarijs constitutũ partibus: aut enim in se ipsam vndiq; considet, aut in omnem partem distenditur: qui duplex motus, pulsus appellatur: in vtroq; ei gemina quies accidat, necesse ẽ, altera ab distentione prius, quàm contrahatur: altera à contractione, ante, quã distẽdat. Quas quidem binas quietes expertorũ tactus cognoscit, nec minus demonstrat ratio. Nam prius contrariũ motũ arteria, quàm priorem sedauerit, non exordiatur. Atqui sedare, subsistere est, & in quiete
ibidem. b esse. Sic motibus intercedit quies. Exprimit ergo necessitas quoddam esse tẽpus propriũ vtriusq; motus: aliquod etiam quietũ: & harũ item vtriusq; propriũ. Iam, quia tres arteria dimensiones, vt omnia reliqua corpora, obtinet, longitudinem, latitudinem, profunditatem: non potest in sin-
ibid.c.3.d. gulis dimensionibus non fieri quantitas aliqua distentionis & contractionis. Et vero etiam con-
D tentionem quandam necessario habet, vt aut ægre & languide, aut prompte valenterq; operetur. Est præterea ipsa arteriæ tunica aut mollis, aut dura. Quinetiam capedo interna aut vacua quodãmodo est, aut plena. Atq; hæc omnia aliquando æqualia, aliquando inæqualia sunt. Temporis itẽ distentionis aliqua proportio est cum tempore contractionis. Aliam in vno pulsu differentiã cõstituas præter has nullam. Siue enim motuum tempus est æstimandũ, vel quietũ: siue dimẽsionũ, in quibus mouentur, quãtitas: siue qualitas actionis, aut tunicæ arteriarum, aut cauitatis: siue quæ mutuo conueniunt, quæ conferri queunt, queunt autem cognata: omnia hæc sunt recensita, nec quicquam præterea in vllam partem desiderat oratio: sed sunt omnes, quæ in vnum pulsum incidunt, differentiæ generales, quas retulimus. Quibus duæ accedunt aliæ, quas collectiuas appellãt. Ex quibus in plurium pulsuum mutua comparatione ęqualitatem & inæqualitatem, ordinẽ atq; eius perturbationem æstimamus.

Differentiæ pulsuum à Tempore motus, & à Quantitate distentionis sumptæ. CAP. 4.

HOrum generum differentiæ speciatim plures sunt, quas iam exponemus, à genere ipsius motus ingressi: quem aut moderatum esse & in naturali statu oportet, aut celeriorem vel tardio-
ibidem. c rem. Itaque hoc genus efficit tres numero differentias pulsuum: celerem, qui fit, cum modico tempore mouetur arteria: tardum, cum multo: moderatum, cum mediocri. Differentiæ pulsuum

suum in distentionis quantitate,siquidem singulis concipiantur dimẽsionibus, nouem numero sunt,in vnaquaq; trium dimensionum tres. In lõgitudine arteriæ,qui moderatus in ea est, & qui hunc excellit,vel eo est inferior: vocatur qui excellit,longus: qui inferior est, breuis. In latitudine, moderatus in ea,& duo immoderati: latus,qui moderatum excedit: contrarius huic,angustus. Itidem in dimensione profunditatis arteriæ,vnus moderatus est,alius altus,& alius humilis. Hę pulsuum sunt in vna dimensione acceptorum differentiæ. At differẽtiæ pulsuum in trinis simul dimensionibus sunt vij & xx. Perspicies has manifeste in tabella. Vnus enim erit longus simul & latus altusq;,qui omnibus præponatur. Alius longus,latus, & profunditate moderata, scribaturq; secundus. Alius longus,latus,humilis,qui ordine tertius sit: similiq; omnes reliqui via & ratione cognoscentur: vt duæ primæ dimensiones maneant immotæ, trifariam vltima variet, hoc pacto. Quartus longus,moderata latitudine,& altus. Quintus lõgus,moderata latitudine,simulq; moderata profunditate. Sextus longus,latitudine moderata,humilis. Deinde alij tres,prima dimensione longum seruante,secunda angustum, tertia trifariam variãte. In his nouẽ vna dimẽsio permanet longitudinis longæ,aliæ omnino commutantur. Mox alteri nouẽ dimensione lõgitudinis in mediocritate conseruata, variantibus reliquis. Ad hæc nouem, vbi longitudinis breuis maneat dimensio,& aliæ immutentur. E A.ibidem.c F

TABELLA

1	Longus	Latus	Altus	Magnus
2	Longus	Latus	Moderatus	
3	Longus	Latus	Humilis	
4	Longus	Moderatus	Altus	
5	Longus	Moderatus	Moderatus	Gracilis
6	Longus	Moderatus	Humilis	Gracilis
7	Longus	Angustus	Altus	
8	Longus	Angustus	Moderatus	Gracilis
9	Longus	Angustus	Humilis	Gracilis
10	Moderatus	Latus	Altus	Turgidus
11	Moderatus	Latus	Moderatus	
12	Moderatus	Latus	Humilis	
13	Moderatus	Moderatus	Altus	
14	Moderatus	Moderatus	Moderatus	Medius
15	Moderatus	Moderatus	Humilis	
16	Moderatus	Angustus	Altus	
17	Moderatus	Angustus	Moderatus	
18	Moderatus	Angustus	Humilis	Gracilis
19	Breuis	Latus	Altus	Turgidus
20	Breuis	Latus	Moderatus	Turgidus
21	Breuis	Latus	Humilis	
22	Breuis	Moderatus	Altus	Turgidus
23	Breuis	Moderatus	Moderatus	Turgidus
24	Breuis	Moderatus	Humilis	
25	Breuis	Angustus	Altus	
26	Breuis	Angustus	Moderatus	
27	Breuis	Angustus	Humilis	Paruus

G

H

Atq; inter vigintiseptem hos pulsus,qui sunt secundum quantitatẽ, qui ex ternis dimensionibus cõstãt,duo sunt nomina sortiti ab oĩbus approbata, qui primus relatus est, & qui postremus: hic paruus appellaſ,ille magnus. Reliquus oĩs numerus noĩbus caret. Neq;.n. pulsus,q graciles & turgidi vocanſ,certũ ex tabella vnũ indicant, cæterũ multis simul generatim tribuunſ. Nã, in quibus longitudinis dimensio quodã modo duabus reliquis præstat, oẽs hos graciles vocant. In quibus duæ reliquæ hac,contra turgidos hos appellãt. Proinde quintus in tabella,& sextus,insuper octauus, A.ibidem

A ttus,& nonus,ac octauusdecimus graciles vocantur. E diuerso turgidi decimus in tabella,& vndeuigesimus,xx item,vigesimus alter,& xxiij. Hæc ergo sunt nomina generaliora,& pluribus cōia. Iam vocant etiam hosce pulsus aliter,tenuem,gracilem: & crassum,turgidum. Quin nec moderati quidem in tribus dimensionibus,qui vnus naturalis inter xxvij est, peculiare nomen habemus, sed definitione hunc significamus,dicentes aut moderatum tribus dimēsionibus,aut medium magni & parui,aut naturalem in quantitate distentionis, aut quacunque alia rōne sermonem potissimum speramus fore clarum. Quare eos mihi in mentem venit mirari, qui in nominibus tantū excellunt,&,quo nomine sit vocandus is pulsus,per totam vitam quærunt, si non vel hac de cā contentionem deponant,ꝙ multos videant pulsus, qui proprium quidem requirunt nomē, nec hinc quicquam lædi tamen institutionem,cum definitione quidem indicari possit. Siquidem,cum pulsum appellent quidam breuem,angustum,humilemq;,perinde faciunt,ac illi,qui dicūt animal pedestre bipes. Nam,vt hic definitio est,animal pedestre bipes: & rei nomen, cuius hæc est definitio, homo: ita in pulsibus,nomen est magnus: eius definitio,longus latus altus. Item alius pulsus definitio,breuis latus humilis,sed nullum habet nomen. Verum de his agemus alias.

De differentijs pulsuum sumptis à Qualitate percussionis tunicæ arteriæ, & cauitatis arteriæ. CAP. 6.

B

Libidem.c I Am nunc ad Tertium pulsuum genus,quod in contentione consistit,descēdamus,& huius ēt differentias exponamus. Sunt aūt tres,vnus validus contentione,qui vehemens vocatur: alter imbecillus,quem languidum appellant: medio inter eos proprium non est nomen, sed hūc quoque explicamus definitione. Quartum genus, quod in arteriæ consistit corpore diuiditur etiā in

Libidem.c tres differentias,vocaturq; à medicis plerisq;,maxime ab iunioribus,plenum,& vacuum: &,quod inter vtrunque mediū est,ne hic quidem sortitum est nomen. A nobis nō ita,sed alter durus, alter mollis appellatur: annunciatq; vterq; arteriæ statum. An vero rectius hoc sit modo appellandū, an illo,qui de hoc laborat,inferius discet. Nūc,quod instituimus, est absoluendum. Aliud genus erat pulsuum,arteriæ infusionem, vt aiunt,declarans: quod longum requirit mea sententia sermonem ad absolutam notitiam: at, quod ad propositum conducit,atque sufficit tyronibus,hoc loco exponemus. Tres & huius generis differentiæ pulsuum finguntur,quorum vnus plenus,alter va

Libidem.d cuus appellatur: nam medius vtriusque, nomine peculiari caret. Plenus ergo pulsus est, vt definit Archigenes,qui arteriam ostendit pleniorem, & occursum humide tumidum: vacuus, qui arteriæ eleuationē facit bullosam,vt digitorū impressioni egressus per vacua occurrat. Hæc quinq;

C pulsuum genera in vno motu consistūt arteriæ, & singulæ eorum æqualitates atq; inæqualitates: quarū exponemus differentias,cū de altera agemus iæqualitate, q̄ in pluribus pulsibus posita est.

De differentijs pulsuum,qui in Tempore quietis consistunt: & de Secta,quæ se solam distentionem,ait sentire. CAP. 7.

A Liæ differentiæ pulsuum his, qui se negant contractionem sentire,in tempore interuallorū consistunt,ita enim tempus, quod inter motus sensibiles intercedit, vocant: pręterea in proportione temporis motus & quietis, nam ita etiam interuallū appellant. At illis,qui se contractionem aiunt sentire,& vero etiam medias quietes,quas ἡσυχίας, ἠρεμίας, ἀκινησίας q; Græce vocāt, aliæ prodeunt,& longe efficiuntur plures. Sed faciūdum mihi est,vt de vtrisq; separatim planius agam,& primum de his,qui se solam dicunt distentionē sentire: quo in facilioribus cognitu exercitati,facilius difficiliora assequamur. Vbi tactus ab arteria obiecta feritur,cum alia, quæ ante memoraui, sentimus: tum tempus, quod motu producitur. Inde,quādo alter inceperit motus, aliud nos tempus deprehendimus inter exitum prioris motus, atque alterius principium: vt duorū sit temporum in pulsu absoluto cognitio: prioris,quod motus est,quem & ictum & distentionē ap-

Libidem.d pellant: secundi, quod quietis est, quod & interuallum contractionemq; vocant. Fiat aūt ex prio

D Libidem.c ris temporis quantitate aut celer,aut tardus,aut inter eos medius pulsus: ex quantitate alterius tēporis creber,aut rarus,aut horum medius. Vt sit celer pulsus,qui, cum modico tempore arteria distenditur,fit: Creber,qui,quando paruo interposito interuallo: Tardus,cum longo tempore arteria distenditur: Rarus,cum interposito longo interuallo: Medius velocis & tardi qui,cum moderato tempore distenditur arteria,fiat: Medius crebri & rari, qui fit,cum moderato interposito tempore arteria distenditur. Siue distenditur,siue dilatatur,siue attollitur,siue mouetur,dicamus,nihil interesse puto. Liquet igitur,qui creber sit pulsus illis, & quemadmodum à veloci differt: tum qui rarus,quaq; ratione à tardo discrepet. Comparato autem ictus tempore cum tempore quietis, gignitur rhythmus,quæ proportio temporis est ictus ad tempus quietis. Huius etiā admonuimus, nihil apud hos differre ictum,vel distentionem,vel motum dicere: nec quietem, vel interuallum, vel contractionem. Et vero etiam pro hoc, proportionem temporis distentionis ad cōtractionis tempus rhythmum esse,quidam ordinem dixerunt,alij conuenientiam duorum esse temporū inter sese,ictus cum interualli. Hæc sunt,quæ priores tradunt.

De altera Secta, quæ contractionem se dicit sentire. CAP. 8.

T Ranseamus iam ad eos, qui contractionem sentire se dictitant, qui tarditatem quidem & celeritatem non aliter,atq; illi,in distentionis ponunt tempore,& in contractionis ēt: Crebritatem

tem vero & raritatem rhythmumq; non etiam perinde ac illi, cæterum crebritatem atq; raritatem E
in vtraq; quiete: rhythmum in distentionis tempore vnà cum tempore insequentis eam quietis,
ad tēpus collato contractionis simul cum tempore excipientis eam quietis. Non nunquam solius
distentionis tempus cum solius comparantes tempore contractionis, rhythmum ita dicūt gigni.
Ac de crebritate quidam ex his, vt diximus, senserunt. Aliqui non aliter, ac priores, in distētionis
tempore celeritatem generari & tarditatem confirmauerunt: in toto reliquo cōflato ex binis quie
tibus & contractione crebritatem & raritatem aiunt consistere. Sūt ēt, qui rhythmū, æque ac prio
res, in temporis distentionis proportione ad omne reliquum non dubitent constituere. Verū in-
ter eos tñ non conuenit in sentienda omni distentione vel contractione, sed quidam omnem sen-
tiri vtranq; aiunt, alij nec primas distentiones, nec contractiones extremas. Tum ēt de nominibus
contendunt inter sese. Quare, ne quam nos rē prætereamus, nec ī rebus friuolis immoremur diu-
tius, quod verū est & conducibile, exponamus. Nomina ponere his prętermittamus, qui de ijs la-
borant, & artis vera negligunt opera, nec distentionis primas partes, nec cōtractionis postremas
sentire valentibus. Quantū aūt vtriusq; sentiatur, & quamobrē, in libris de pulsibus dignoscendis
ostendimus. Est vero vtile medico, quod sensui occurrit: itaq; distentionis tempus vel contractio
nis sensibile necesse habet cognoscere. Quo fit, vt quietem, quam vocant superā, quæ secundū di- F
stentionem contractionem præcedit, quanta sit, tactu queas ad vnguem assequi: inferam nō item
planè, q vtrinq; sibi asciscat partes: ad initium, contractionis extremitatē: ad finem, principiū di-
stētionis. Recordari porrò horum temporū oportet naturalem cuiusq; magnitudinem, & mutuā
proportionem. †Præterea cognoscendi requiritur facultas, †in morbo quantum immutentur: &
quid quæque significare mutatio soleat†. De quibus alio nos loco differimus.

† *Aliàs ex antiquis. ut cognosci possit.*
† *Hæc erant ī codicib. græcis. quod ei ex eius inuentione & ex longa experientia succurrit.*

De differentijs Quietis & Rhythmi. *CAP.* 9.

NVnc, simulatq; duorum generū, de quibus iam verba fecimus, differentias tum quietis, tum
rhythmi adiecerimus, ad ea, quæ sequuntur, transibimus. In genere "quietis arteriæ, tres pul- A.l.1.f.2.d
suum differentiæ consistunt, rarus, creber, medius: quorum paulo ante definitiones docuimus. At c.1.fo.47.d
generis rhythmi, non est perinde absolute explicare, quę sint differentię: cæterū" prę omnibus pul A.ibidē.e
sum oēm obtinere modulum quendam, quem rhythmum Græci appellant, est ostendendum: ne
deceptus quis pulsuum, qui ἄρυθμοι appellantur, nomine adducatur, vt omni esse orbatos rhyth-
mo eos pulsus falso existimet. Nā, vt ἀτράχηλος homo, atq; citharœdus ἄφωνος, ita ēt ἄρυθμος pul-
sus vocatur: vitium enim natiui rhythmi, non absolutam abolitionem, significat. Atq; cōtrarius
est arhythmo, non enrhythmus (siquidē omnis in aliquo est rhythmo pulsus) sed ille, qui eurhyth G
mus vocatur. Vtriusq; porrò horum, arhythmi dico & euryhthmi, enrhythmus pulsus commu-
ne est genus. Atq; eurhythmus quidem vnus & indiuisus manet: arhythmi tres sunt oēs differen
tiæ, pararhythmus, heterorhythmus, ecrhythmus. Qualis vero quisq; sit, exemplo disces. Suus est
cuiq; ætati naturalis pulsus: qui iam de his rhythmum seruat, eurhythmus vocatur: qui labefactat
arhythmus. Atq; labefactans, interim rhythmum vicinæ ætatis mutuat, qui pararhythmus: inte-
rim cuiusuis alterius, ac heterorhythmus hic appellatur: at, qui rhythmū prorsus nullius ætatis
retinet, hic ecrhythmus. Idem de naturis, ac anni temporibus, & locis, oībusq; alijs statuēdū. Suus
est.n. cuiq; horum certus quidam rhythmus: qui cū corrumpitur, arhythmū tū intelliges, & quas
eius diximus differentias esse. Iā" vero inter oēs rhythmos hi pari proportione, illi impari cōstant: A. ibidem.f
pari, vbi distentionis tempus æquet tempus contractionis: impari, si alteruter eorum excedat. Id
quod modo certis, modo incertis fit excessibus: Certis bifariam, aut multiplici proportione, aut
vt numeri ad numerum, qui ἐπιμόριος, quasi superpartialis, appellatur: proportio quidem multi-
plex est dupla, vel tripla, vel quadrupla, vel aliqua insequentium: vt numeri ad numerū, cum, q̄ta
sunt duo distentionis tempora, tanta sint contractionis tempora, v, vel vij, vel ix, vel xi: Incertis, in
vniuersum tripliciter: nam aut distentionis est tempus incertū, aut contractionis, aut vtrunq;. Si- H
gillatim quodq; horū interdum paululum amplificata habet incerta tempora, siue plura sint, siue
vnum primum: interdum plus: est, cum plurimū. Atqui tempus primum, planū est nō natura ip-
sa esse, sed sensu accipiendum: sic etenim apud musicos ēt fit. Hæc quidem sufficiūt in præsentia-
rum de rhythmis. Nam, ex hoc pulsuum genere quid fieri possit & conducat, aut nō possit & in-
utile sit, in libris de his dignoscendis, & in libris de præsagiendo dicemus.

De Aequalitate & inæqualitate, Ordine & ordinis perturbatione. *CAP.* 10.

POrrò ad genera iam reliqua duo transeamus: alterum, in" quo æqualitatem spectamus & in- A.ibidem.c
æqualitatem: alterum, in quo ordinem & ordinis perturbationem. Atq;" ęqualitas & inęqua A.ibid.c.2.b
litas tum in vno pulsu fiunt, tum in pluribus: ordo & perturbatio ordinis in pluribus duntaxat.
Sed enim, quòd difficilis est in vno pulsu, neq; facile animaduertitur inæqualitas, primo loco de
ea dicamus, quæ ex multis pulsibus constat: simulq; de ordine & ordinis perturbatione explice-
mus, quando finitimum est hoc genus & affine: mox ad inæqualitatem nos in vno pulsu refera-
mus, demusq; operam, vt oēs eius differentias recenseamus. Ergo, quæ pluribus in pulsibus æqua
litas atq; inæqualitas animaduertuntur, quas collectiuas vocitant, in comparatione omnium diffe
rentiarum æstimantur primi pulsus cū reliquorum differentijs. Nā, "pares si oīno maneāt, æqualis A.ibidem.e
absolute

A absolute is pulsus vocatur: Sin omnino impares, inæqualis absolute. Quæ si in vna sint vel pluribus pares, & in vna vel pluribus impares: quatenus pares sunt, hactenus pulsus æqualis appellabitur: quatenus impares, hactenus inæqualis. Nam absolute æqualem pulsum dicas & inæqualẽ, an aliquo in genere, multum refert: ꝙ absolute æqualis neq; magnitudinem, neque velocitatem, neq; aliud habet impar quicquã. Ille vero, qui ĩ aliquo, cum illius vult nomine dici magnitudine, æqualis, celeritate æqualis, vehementia, & alio quoquo modo: Itidem inæqualis aut magnitudine aut velocitate, aut alio quopiam. Nõ nunquam duobus horum, vel tribus, vel pluribus, vel oĩbus sæpe simul, cum absolute æquales vel inæquales vocãtur. Habes æqualem & inæqualẽ. Ordinatus" vero & inordinatus, diuisa inæqualitate in paritatem circuituum, & in absoluta imparitatem, in vtroq; mẽbro generantur: in circuituũ paritate, ordinatus: in absoluta imparitate inordinatus. Itaq; vniuersum repetamus, vt obscuri ne quid nos fugiat. Sint oẽs vnius pulsus differentiæ, insequentiũ differentijs omni in genere pares, absolute æqualis hic appellabitur. Contra oẽs sint omnibus impares, inæqualis absolute ille. Age sint aliqua vel aliquæ pares, & aliqua vel aliquæ impares: in aliqua pulsus vel aliquibus æqualis erit, in aliqua vel aliquibus inæqualis. Qui absolute est æqualis, aut vna differentia pluribus ue, non recipit partitionem. Qui aũt absolute inæqualis est,

ibid.c.& f.2. .1.par. can. .570.col.2.d

ibidem.e

B hunc per vnam vel plures species diuidentes, circuituum paritate & imparitate ordinatum repe riemus & inordinatũ, vel absolute, vel pluribus in differentijs, vel in vna. Ac paritatem circuituũ puto iam clarum esse, ab sese sequẽtibus distingui paritatibus. Cæterum, ne quid oratio desideret, addam hoc etiam, atq; exempli gratia proponam vnũ pulsus in magnitudine genus. Sint primus pulsus & secundus & tertius magnitudine pares: contra sit in sequentibus quartus impar: cũ pulsum liquet magnitudine inæqualẽ esse: ecquid tamen inordinatus sit, nõ dũ clarũ est: sed alij sunt quatuor expectandi: vbi, si tres illi alteri mutuo sint inter se, & illis prioris circuitus pares, ac mox quarto quartus, ordinatus eiusmodi dicitur pulsus magnitudine: siquidem æque primos duos circuitus, sequentesq; retineat pares oẽs. Quòd si non oẽs alterius circuitus, primi circuitus pulsibus sint pares, ibi pulsus iam dicit inordinatus in magnitudine. Eadem est rõ in celeritate, crebritate, cæterisq; differentijs. Aliqñ pulsuũ duo vel tres circuitus oĩno ĩter se sunt impares, proximi non itẽ, eũ pulsum in confesso est non appellandũ esse absolute ordinatũ, non tñ inordinatum absolute: sed, ecquis ex ordinatis circulatim sit, animaduertendũ est. Est, cũ tres vel quatuor ĩter se circuitus sint ĩpares, & inferiores obtineant proportione pares. Quare, si fiat, vt quartus primo, & quintus secundo, & sextus tertio vndequaque adæquet, solemus hunc pulsum ordinatũ per circuitus

C appellare: qui quidẽ inter eos medius, qui absolute ordinati vocantur & inordinati, intercedit: nã vterq; hic cõtrarij expers est, ordinatus perturbationis ordinis, inordinatus ordinis. At per circuitus, qui ordinatus est, aliquam ordinis partem, aliquam etiam perturbationis ordinis habet: ordinis, quatenus in omnibus est circuitibus ordo: perturbationis ordinis, quatenus hæc in singulis illis inest. Siquidẽ, qui absolute est ordinatus, pares sortitus est circuitus omnes: qui circulatim ordinatus est, non omnes æquales, sed certos. E diuerso inordinatus absolute, nec habet omnes deinceps pares circuitus, neque certos: circulatim vero ordinatus ambo hæc non habet, alterũ habet. Ita vtriusq; medius fit, ordinati & inordinati, atque illud vtriusque cõe habet, hoc non habet. Dicas etiam absolute ordinatos eiuscemodi pulsus, si singulos circuitus, qui certo sunt numero in sequentibus pares, in vnum cogas vniuersos magnum circulum. Quanta vero & qualis fiat varietas & concursio circuituum ex diuersis numeris constantium, facile quis, maxime qui febriũ circuitus complicare mutuo est exercitatus, animaduertet. Quare nihil est, ꝙ latius etiam eorũ differẽtias persequamur: sed ad differentias veniendum est inæqualitatis: declarandæq; primum collectiuæ, deinde vnius pulsus, inæqualitates.

De collectiuæ Inæqualitatis differentijs: ac primo de æqualibus Inæqualitatibus. CAP. II.

1.ibid.c.2.h D COllectiuæ" quidem inæqualitates, quæ in aceruo, vti diximus, plurium pulsuum constãt, primam habent differentiam, qua interim æqualiter, interim inæqualiter fiunt. Neq; admirationis habet quicquam, quòd æqualem quandam vocamus inæqualitatẽ: cum id vsu veniat non pulsibus modo, sed & alijs prope omnibus, quæ pristinam naturã immutantia, siue magnitudine, siue qualitate, æqualia capiunt incrementa vel inæqualia. Nam, quatenus æqualitatem commutãt, vocentur inæqualia: sed, quatenus æquam semper mutationem assequuntur, æqualiter dicanẽ mutari: sed vero, quæ nec pristino constant statu, nec accipiunt parem mutationẽ, hæc semel inæqualia vocantur. Ergo id ipsum pulsibus accidit, seu paulatim perdat & ęqualiter ipsorum ęqualitas, seu affatim & aceruatim. Ac in vno id genere, exempli gratia, planum fiat. Sit primo pulsu secundus paulo minor, & tertius tanto secundo, & vero etiam quartus tertio pari modo, idq; ad plures vsq; deinceps perueniat, hos pulsus Græci † μειουρίζοντας" vocant & μειούρους hoc est mutilos & quasi decurtatos } à figuris nomen, quæ in acutum terminant, mutuantes. Iam, qui ex ijs perpetuo diminuuntur, nec minui desistunt, ad quietem prorsus recidunt denique, motuq; deficiuntur, quos vocant Deficientes decurtatos. At, qui desinunt, duplici sunt differentia: quidam, in qua primum paruitate diminui desiuerunt, hanc seruant constantissime: alij de integro augentur, quos appellant Reciprocos decurtatos. Quorum quidem ipsorum quidã ad parem pristinæ reuertũt magnitudinem,

1.l.1.f.2. d.3.c. .fo.48.c

† [illegible] per υ scribũt cod. greci. i. soricicaudas, seu soricis muris vocem imitãtes: & sic ubiq; inferius.

tudinem,aliqui ad minorem: ac nõ nulli, quibus ante excessibus sunt iminuti,his augent rursus: E alij minoribus vel maioribus accessionibus vtunt. Tot inæqualitatũ sunt æquales differentiæ.

De inæqualium Inæqualitatum differentijs. CAP. 12.

INæqualiũ inæqualitatũ quædã nullã prorsus æqualitatẽ retinent: aliquæ retinent ad tres vsq;, vel quatuor, vel quinque pulsus, sed postea amittunt. In quorũ inest vtrisq; vel ordo, vel perturbatio ordinis: ordo, si circuitus seruent aliquos pares: perturbatio ordinis, si & hos quoq; violent. Atq; hi quidẽ & ipsi motibus frequenter deficiunt, vt illi, qui æqualiter agitant: cæterũ illos decurtatos deficiẽtes appellamus, hos inæquales deficiẽtes. Nã in magnitudinis & paruitatis inæqualitate admodũ medicis est decurtatũ nomen vsitatũ: at in vehemẽtiæ inæqualitate & remissionis, alijsq; generibus, nõ ita iã celebre est. Nihilominus eadẽ rerũ est in quoq; gñe conuenientia: nã aut æqualiter æqualitatẽ, aut inæqualiter corrũpunt. Et cæteras habent quidẽ singulares easdem differentias, sed eas sine noĩe pleraſq;: nã extra intercurrentẽ & intermittentẽ alius nomen propriũ habet nullus. Quorũ intercurrens ex sola inæqualitate est crebritatis: intermittẽs vero ex inæqualitate cõstat raritatis atq; paruitatis, alio atq; alio vtrobiq; mõ: in raritatis inæqualitate, q̃ quies sit longissime producta: in paruitatis, q̃ distentio minimũ sit dilatata: vel potius ex pulsuũ paruitatibus deficientes constãt: intermittẽtes ex raritatibus. Iã pulsibus intermittẽtibus affines sunt, qui Reciproci deficientes vocant, vbi duorũ spatiũ, vel triũ, vel pluriũ ẽt pulsuũ motu oĩno arteria nõ cieri visa, iterum agitari incipiat. Atq; hæ sunt collectiuæ inæqualitatis species. F

A.ibid.c.2.b

* Ex ant. græcis, diminuuntur.

De Inæqualitate in uno pulsu secundum Motionis genus in una parte. CAP. 13.

REliquũ iã est, vt de inæqualitatis dicamus vnius pulsus differentijs: estq; eadẽ ẽt hic rõ in singulis generibus & vniuersis. Hũc.n. absolute æqualẽ appellamus, illum absolute inæqualẽ, alium pro quoq; genere, in quo perdi paritatem contingit. Igitur explicemus primo loco generis motus differẽtias: nam, ad hoc si exercitati simus, nullo iam negocio percipiamus reliqua. Ac inæqualitatis motus duæ constituẽdæ primæ differentiæ sunt: vna in vna arteriæ parte gignitur, in pluribus altera. Quarum iterum põt vtraq; in plures distribui: quas sane par sit oẽs recẽsere: auspicabimurq; ab ea, quæ vnam partẽ tenet, sed non eodem tempore: quĩ.n. vna eademq; pars vno & eodem tempore non moueri similiter videatur? Cæterũ temporibus distinctis motus eiusdem partis sæpenumero vr̃ non idem: cum initio tardior, postremo celerior sit: & cõtra, initio celerior, tãdem tardior. Quæ certe admodum freques inæqualitas sæpeq; in pulsibus inuenit, multaq; denotare consueuit, vt alio loco tradimus. Nunc iam singulas eius differentias ob oculos ponemus. Sunt autẽ tres primæ, modo, cũ quies interpellat partis motum: modo, cum cõtinuus ille apparet, non paris tamen velocitatis: non nunquam, cũ recurrit. At hæ habent alias singulę. G

De Prima differentia Inæqualitatis in uno pulsu secundum motus rationem. CAP. 14.

DE prima ergo, quæ primo loco est cõmemorata, agamus: ĩ qua fit, vt abs quiete motus interpelletur. Nouem in hac differentiæ pulsuũ inueniunt, quę hoc pacto fiunt. Sit prior motus celer: alter trifariam conuertatur, fiatq; vel celer, vel tardus, vel moderatus. Hic tres differentiæ pulsuum emergunt. Rursus alteræ tres, vbi prior manet tardus, & trifariã secũdus variat. Aliæ item tres, si permaneat moderatus primus, varietur autem tribus secundus modis.

TABELLA

Motus	*Quies*	*Motus*	*Motus*	*Quies*	*Motus*	*Motus*	*Quies*	*Motus*
1 Celer		Celer	4 Tardus		Tardus	7 Moderatus		Moderatus
2 Celer		Tardus	5 Tardus		Celer	8 Moderatus		Celer
3 Celer		Moderatus	6 Tardus		Moderatus	9 Moderatus		Tardus

H

De Secunda differentia Inæqualitatis in uno pulsu secundum motum. CAP. 15.

AT vero inter non intermittentes in distentione inæquales motu pulsus, sed perpetuã habentes nulla intercisam quiete inæqualitatẽ, quidã velociter motũ exordientes, tarditate finiũt: alij cõtra tardi sunt initio, celeres semper magis ac magis euadũt: idq; horũ vtriq; habẽt aut æqualiter, aut inæqualiter: nã superius, quẽadmodũ inæqualitas q̃dã ęqualis fiat, demõstratũ est. Illorũ ergo, qui motũ ęqualiter minuunt, vel augent, quidã ab extrema tarditate ad moderatũ motũ perueniunt: quidã à moderato motu ad vltimã tarditatem. Alij à prima celeritate† ad tarditatẽ extremã: non nulli ab hac ad summã celeritatẽ. Sũt præterea, qui vtrinq; à moderato motu paululũ deflectunt, hiq; bifariã: modo.n. celeriores, modo tardiores fiunt: Vt sex sint earũ cunctæ differẽtiæ, tametsi excogitari plures possunt: verũ nos, quę aduertunt, referamus. Neq;.n. qui ab extrema tarditate ad extremã perueniret celeritatẽ, qui quidẽ de ijs esset, qui æqualẽ hñt inæqualitatẽ, pulsum inuenimus vllũ: nec itẽ, qui ad tardissimũ motũ ex velocissimo. Verũ, qui variant inæqualiter, in ijs illud, raro tñ, accidit: non etenim quemlibet affectũ tanta põt mutatio cõsequi, vt tardissime initio agitata arteria, ad extremã deniq; celeritatem perueniat: aut primo concitata celerrime, ad summam

† Aliter, ad moderatũ motũ: non nulli ab hoc, ad sũmã, & cæt.

A mam transeat tarditatem. Quod cum sit, mutatio tum non potest nõ esse inæqualis: eáq; cõfertim magnis mutationibus, & non pedetentim fit, veluti exiliente arteria, cum ex tarditate demigrat in celeritatem. Itidem, vt si vinciatur & constringatur à quopiam, comprimaturq;, vbi ex celeri motu in tarditatem subito, mediocritate, quę intercedit, superata trãsit. Qui ergo affectus sint, & quę causæ horum, atq; quò tandẽ hi deueniant pulsus, illic dicemus, vbi ẽt de alijs omnibus vel causas, vel quid nunciare solent, commentabimur: nunc duntaxat differentias persequemur.

Differentiæ pulsuum una in parte Inæqualiter inæqualium. CAP. 16.

POsteaq; iam inæqualium vna in parte pulsuum abunde diximus, vbi moliunť æqualem inæqualitatem, sex numero esse differentias: nec vllũ nos de ijs inuenisse, nec à tardissimo motu ad velocissimum, neq; ab hoc deuenisse ad tardissimum: de illis nunc, qui inæquali in mutatione sunt, verba faciamus: quorum interim duæ apertè, tres interim differentiæ motus manifestè apparent. Nos quartam præterea aliqñ, sed obscure animaduertimus. Possit, si quis diu verseť in hac re, studiumq; nauet assiduũ, & exerceat tactũ, cognoscere clare vel quatuor. Sed de his nunc, quæ manifeste tum nobis, tum ijs, qui artẽ optime de pulsibus coluerunt, apparuerunt frequenter, sermo erit: vbi differentias, motus arteriæ, duas sensibiles, vel tres efficit. Nam, duæ si sint, sex erunt for-
B mæ concursuum: si tres, quatuor & viginti. Quid aũt, cũ in vtroq; disspariũ motuũ insint tres pulsus, velox, tardus, moderatus, ex concursionibus eorum non nouẽ dicamus, sed sex prodire differentias: hac rõne intelliges, si noueris, qui eundem bis deinceps pulsum ponat nulla intercedente quiete fieri, vnum eum totum æqualem pulsum effecturum. Itaq; de nouem cõmissuris tres detrahuntur, in quibus nõ inæqualis iam pulsus, sed reddiť æqualis, vel celer, vel tardus, vel moderatus: id quod est ex tabella apertum. Nam secundus in ea, & quartus, & nonus sunt æquales: celer secũdus, tardus quartus, nonus moderatus. Quòd si qua est horũ ipsorum mutua inter se diuersitas, inter celerem & celerem: inter tardum & tardũ, id in præsentia prætereať: nimirum enim maiorem obscuritatem afferret. Verum, quasi ijdem sint, atq; inter se pares, nostra oratio hæc instituatur.

TABELLA

1	Celer	Tardus
2	Celer	Celer
3	Celer	Moderatus
4	Tardus	Tardus
5	Tardus	Celer
6	Tardus	Moderatus
7	Moderatus	Tardus
8	Moderatus	Celer
9	Moderatus	Moderatus

C

Eadem ratione, si tribus positis inter se disparibus motibus, in singulis ijs ternos pulsus cõmutatos committas, viginti septem numero formæ erunt: ex quibus tres, necesse est, in æqualitatem recidant. Estq; id etiam ipsum ex tabella planum.

TABELLA.

D

1	Celer	Celer	Tardus
2	Celer	Celer	Celer
3	Celer	Celer	Moderatus
4	Celer	Tardus	Tardus
5	Celer	Tardus	Celer
6	Celer	Tardus	Moderatus
7	Celer	Moderatus	Tardus
8	Celer	Moderatus	Celer
9	Celer	Moderatus	Moderatus
10	Tardus	Celer	Tardus
11	Tardus	Celer	Celer
12	Tardus	Celer	Moderatus
13	Tardus	Tardus	Tardus
14	Tardus	Tardus	Celer
15	Tardus	Tardus	Moderatus



16	Tardus	Moderatus	Tardus
17	Tardus	Moderatus	Celer
18	Tardus	Moderatus	Moderatus
19	Moderatus	Celer	Tardus
20	Moderatus	Celer	Celer
21	Moderatus	Celer	Moderatus
22	Moderatus	Tardus	Tardus
23	Moderatus	Tardus	Celer
24	Moderatus	Tardus	Moderatus
25	Moderatus	Moderatus	Tardus
26	Moderatus	Moderatus	Celer
27	Moderatus	Moderatus	Moderatus

E F

Itaque tres in his sunt ęquales, secundus in tabella, & tertiusdecimus, & vigesimusseptimus. Celer quidē secundus est, tardus tertiusdecimus, medius vltimus. Et iam alij duodecim pulsus in primā tabellā transeunt. Nā primo primæ tabellæ, duo fient similes, primus ac quartus alterius tabellæ, hic tarditatis plus, ille celeritatis habens: Et tertio, tertius & nonus, ille plus obtinēs celeritatis, hic mediocritatis: Quinto, vndecimus & quartusdecimus, ille maiore celeritate, hic tarditate præditus: Sexto, decimusquintus atq; decimusoctauus, hic plus habēs mediocritatis, ille tarditatis: Septimo, vigesimus alter & vigesimusquintus, hic mediocritate, ille tarditate excellēs: Reliqui de secunda tabella duo, octauo sunt primæ tabellę similes, vigesimus & vigesimus sextus, hic mediocritate præstans, ille celeritate. Atq; controuersia hic fuerit, q̃ aliqui, si duo tm̃ diuersi in distentione motus sint, tales in priorem tabellam pulsus oēs referāt: alij magnitudinū ēt rōnem ducant, itaq; illi si pares sint, in priore ponant: sed, si alter duplus sit, in altera. Equidem, si magnopere ducerem ad rem pertinere, hāc pugnam, darem operam, vt dirimerē: verum, qñ tm̃ satis est declarasse, interim alterum motum maiore spatio ferri, interim alterum, vel ēt vtrunq; ex æquo: hoc qui meminerit (vt posthac, quid solet significare quisq;, addiscat) locet, in vtralibet tabella prædictos pulsus licet. Nam duodecim alterius tabellæ reliquos, qui prorsus sunt inæquales, nihil cū illis prioris tabellæ consentire clarissimum est, in quibus ipsa est inæqualitas adscripta: non quin alij illi duodecim, qui conueniūt cū prima tabella, inæquales sint: sunt enim: cæterū, q̃ in ternis hi differētijs motuum aperta inæqualitate sint prædití, cum in binis differentijs eam habeant alij. Sunt aūt, si ordine à primo numeres, quintus, sextus, septimus, octauus, decimus, duodecimus, decimussextus, decimusseptimus, decimusnonus, vigesimusprimus, vigesimustertius, vigesimusquartus. G

De Tertia differentia pulsuum in Vna parte inæqualium. CAP. 17.

HÆc ego de his esse satis puto. Siquidē ad reliquā iā & tertiā pulsuū vna in parte inæqualiū differentiā redibimus, quos vt vnum Archigenes describit, vocatq; Dicrotū. Sunt vero plures. Quot aūt sint, & quales, paulo post explicabimus, si expenderimus prius, de illis ne sit, qui ex arteriæ vna distentione constant, an duo sint continentes impares pulsus. Sed id difficile sanè ad iudicandū est, ni ad vnguē, qui pulsus hic sit, teneamus, quem Archigenes dicrotū appellauit. Nā in ijs esse eū, qui iterū tactū feriunt, planè liquet. Atqui intermittētes in vno ictu obtinēt idipsum. Et, si solū quis ictū attendens, duos pulsus censeat esse eū, qui bis feriat, in manifesto errore est: nā qui in vna distentione intermittunt, q̃q; iterum feriunt, nō dixeris duos pulsus esse: manifeste etenim in illis destitutus motus cōtinuitate, quiete interrūpit media. Dicrotorū genus non itē: sed, simulatq; oēm distentionē effecit, se paulisper subducit, ac mox pulsat iterū: vt intermittētiū quies media ictus intercipiat: dicroti, cōtractio, vel cōgressus, vel reditus, vel vt libet appellare. Idcirco quidā duos pulsus esse dicrotū, nō vnū autumant. Hoc affirmabunt illi potissimū, qui arteriæ contractionē non animaduertūt, sed ex ictu aiunt pulsum & interuallo constare. Iidē.n. ab arteriæ primo occursu fieri breuē quietē contendunt, sub quam alterū occursum: atq; crebritate dicent eum pulsum inæqualē esse. Nā, qui impar habent, quod ictus diuidit, interuallū, hos crebritate inæquales vocant, vt dicemus paulo inferius. Quin nunc ēt, q̃ distabunt vel horum sñia ab intermittentibus in vna distentione pulsus dicroti, faciemus, vt demonstremus: &, quod ponunt illi, cōtractionē non posse sentiri, dabimus: nā, vt hoc concedat, quin arteria ab interuallis non videat se efferre paribus, non negaueris certe. Iā in intermittentibus hoc perspicuū planè est: etenim inferne arteria non nunq̃ auspicata motū, mox, simulatq; destiterit moueri, initiū iterū facit alterius motus, vbi prior desiit. Dicroti vero nō ita pulsant, sed manifeste ex altiore profunditate & interuallo maiore prior motus videtur cieri, atque indidem continenter alter. Hancergo ab istis assensionem expressimus, non esse perinde in vna distētione pulsum intermittere, ac bis, vt dicrotus facit, ferire. At induci illi tamen inuiti, vt in vno ictu inæquales appellēt dicrotos, non possunt. Defendēt H

A. l. 1. f. 2. c. c. 3. fo. 48. c

enim

A enim binorum ictuum sentiri aperte nec magnitudinem parem, nec tẽpus, immo nec robur quidem. Et pauco tempore dicent secundum excipere priorem. Atq; admittent inæqualem illi quidẽ esse hunc pulsum, non vno in ictu tamen: sed differentias huic inæqualitatis, crebritatis, & paruitatis, & contentionis accommodabunt. Qui contractionem aũt sentiunt, desciscere hi manifeste à collectiua, quam vocant, inæqualitate dicrotum animaduertunt. Nam ista res instar habet geminorum ad incudem mallei ictuum, cum ex multo interuallo prior incutitur, validéq; pulsat: secundus porrò, cum quasi resultat ab incude malleus non ita multum, reciditq; in eam nõ ita, vt antea,
.L1.f.2.d.3. 2.fo.48.a valenter, & breui interuallo. Ex eodem genere sunt dicroti: nam arteria in occursu quasi repellit, moxq; redit. Quod autem præ cæteris pulsuum dicrotorum clarissime naturam doceat, & à collectiua inæqualitate seiungat, genus est recessus. Neque.n. tum arteria contrahit, sed, quasi concuteret, decidit: cuius delapsum à primæ distẽtionis termino nulla dirimit manifesta quies, vt animaduertit in contractione: sed, simulatq; attolli destitit, recedit: atq; illa paulisper vibrata, mox occurrit iterum: id quod etiam vi tractis ramis, inde dimissis, accidit: qui quidem contendunt ad pristinum locum: vbi non statim resistunt tamen, sed eodem, vnde abierunt, reuertunt. Neq; vero equũ sumunt, ac antea, interuallum, sed longe minus: iterumq; ab hoc termino ad propriam sedẽ se cõ-
B ferunt: iterumq; recedunt & redeunt, & tertio & quarto & sæpius: dum reditum paulatim imminuendo, ad absolutam aliquando euadant quietem. Tale etiam quid in dicrotis pulsibus motui arteriæ vsu venit. Ego itaq; non iam semel vidi reuertisse, sed iterum aliquando. Et breuiter vibrari omnino motũ oportet pulsus dicroti, vt in ipso primo ictu veluti euecta atq; ex vniuerso loco arteria demigrans potius efferat, quàm distendat: huiuscemodi enim sunt vibrati. Quod illis, vbi cũ vi aliqua accidit, partes arteriæ aliter atq; aliter mouent: vt verbi gratia, prima, secũda, tertia, & frequenter quarta, & quinta eius pars attollatur & delabat. Itaq; fit aliquando, vt vno eodemq; tẽpore hæ partes attolli, decidere illæ, appareant. Quæ forma cum dicrotorum pulsuum sit, differentiæ in illis omnibus, quæ retulimus, generibus erunt, plenitudinis, duritiei, magnitudinis, vehemẽtię, celeritatis, & contrariorum: tam in ipso primo motu, quàm in reditu à discessu. Nam magnus põt & non magnus, & vehemens & non vehemens, & celer & non celer, & aliarum quarumlibet specierum altera esse, etiam vel æqualis vel inæqualis: quæ certe commutationes multas species cõstituunt dicrotorum pulsuum. Hæ dicrotorum pulsuum in vna distentione sunt inęqualitate vnam partem occupante differentiæ.

De Inæqualitate diuersarum partium in Vna distentione. CAP. 18.

C ibidem.a IAm ad inæqualitatem diuersarum partium transeamus, eiusq; explicemus oẽs differentias, ac primas, duas, iuxta quas aut continuus est motus, aut intercisus aliqua ex parte: alias, singulares ex harum diuisione genitas. Nam continuus, aut est æqualis, aut inæqualis. Docuimus.n. qua rõne æqualis fiat, & inęqualis inæqualitas. Æqualis itaq; vel remittat celeritas, vel icrescat à primo modis sex, necesse est: vti paulo ante declarauimus. Inæqualis sunt plures differentiæ, pro pulsus magnitudine longa, vel breui, vel moderata. Nanq; duobus digitis si motus occurrat, sex differentiæ existent: si tribus, quatuor & viginti, si quatuor, septuagintaocto. At, quemadmodũ, si occurrat duobus digitis, erunt necessario sex differentiæ: si tribus, vigintiquatuor: duæ illæ superius delineatæ tabellæ planum faciũt. Iam, quanam rõne, si quatuor etiam, octo & septuaginta fient, asse queris, si prius perspexeris quatuor rerum quarumlibet, quarum ternas singulæ differentias assecutæ sint, coniugationes necesse esse, numero vt octoginta vna sint. Neq; est difficile hoc inuentu, modo noris eorum, quę tres differentias habent, coniugationes esse viginti septem. Si iam quartũ accedat, cui tres sint differentiæ, vnam & octoginta numero rõ postulat esse. Quibus si tres, quę creant æquales pulsus, eripias: reliqui quidem septuagintaocto erunt. Itaq; ex ante descriptis duabus tabellis constat horum vigintiquatuor quosdam primis sex futuros similes: atq; illorum octo
D & septuaginta, his vigintiquatuor. Præterea, vt in illis, & item quoq; in his duæ erũt sectæ: vt hi conuenire existiment inter tabellas, illi secus.

De differentijs Motus interrupti. CAP. 19.

REstat, nunc vt differentias recenseamus motus interrupti. Erunt autẽ primæ quatuor: quarum singularum complures: atq; quatuor in hunc modum. Aut primus & tertius digitus motum sentiunt, non secundus autem & quartus: aut primus & tertius & quartus, at non secundus: aut primus, secundus, quartus, non tertius tñ: aut primus atq; quartus, secũdus & tertius minime. Cũ primus & tertius dũtaxat sentiunt, nouenæ in singulis generibus differentiæ hũt pulsuũ: vbi vero primus & tertius & quartus, vigenæ septenæ: totidem, cũ primus secũdus & quartus: cum primus & quartus, nouenę. Atqui singularũ apertus est numerus ex vrjs rõnibusq; ante traditis. Hæc est iam ẽt inæqualitatis diuisio, quę diuersis in partibus fit. Cõmiscent porro varijs modis ambæ inter se primæ differentiæ, vt non iam diuersas tãtum partes, verũ etiam singulas teneat inæqualitas. Iã vero, si quis vnius generis congruas differentias cũ alterius confundere volet, nec id laboris, dum omnes connexuerit, deprecabit, operam nõ luserit. Equidem censeo, nisi hæc obiter, quæ hactenus sunt tradita, percurreris, id nullo te negocio consecuturum. Hac rõne inæqualitates motus in vna distentione omnes didiceris.

De Inæqualitate quantitatis distentionis in Diuersis arteriæ partibus. CAP. 20. E

AT vero inæqualitas quantitatis distentionis, diuersas quidẽ arteriæ partes occupans, cũ animaduertit crebro, tum percipitur facillime & interrupta & continua, æqualiter & inæqualiter. De quo genere, qui decurtati vocantur, in vna distentione sunt: & illi ẽt, qui ab aliquibus innuentes & circũnuentes appellant. In vna vero arteriæ parte, non recipiat huius generis inæqualitatem vnus pulsus, ꝙ prius, quàm finem motus attingat, nequaquã liqueat magnitudo: cæterum, quo innotescat, hoc vnum pulsuum genus requirit finem. Nã vehementiã, dũ mouet arteria, atq; celeritatem, & duritiem, horumq; contraria, & media cognoscas: magnitudinis & paruitatis differentiam, nisi iam moueri arteria destiterit, non possis. Nam simul, vt destitit, quantus est pulsus, apertũ est: antea incertum etiam erat, quousque moueretur. Qui fieri igitur potest, vt vna efficiat pars inęqualẽ ĩ hoc genere pulsum? Qui enim, quo cognoscatur, quis sit, postulat motus exitum, hic in motu etiamnum quomodo perspiciatur?

Inæqualitatis Vitalis contentionis differentiæ. CAP. 21.

INæqualitas vero vitalis contentionis eandem distributionem, ac inæqualitas motus, habet. Nã aut eandem partem, aut distinctas tenet: eandem tribus modis, aut interrupto motu, aut perpetuo, aut dicroto: distinctas bifariam, vel continuo motu, vel interciso. Singulorũ præterea horum generum totidem sunt singulares differentię, quot motus. Quin commisceri ẽt positas vna in parte inæqualitates necesse est, vt illas, quæ in diuersis fiunt. F

De Inæqualitate Corporis arteriæ. CAP. 22.

SEd inæqualitas corporis arteriæ, ex qua pulsus aut mollis aut durus reddit, in vna quidem nõ potest parte fieri: in diuersis fieri duobus modis videt, non aliter, ac inæqualitas motus & contentionis: vt aut continuus motus sit, aut intercisus. Quo fit, vt & differẽtię huius generis sint eædem, atq; prædictæ illorum. Verum arteriæ pars vna non potest initio esse distentionis mollis, dura in fine: aut contra primo dura, in exitu mollis. Quare hactenus quidem ab hoc pulsuum genere duritiei & mollitudinis, duo genera diffident priora motus & contentionis.

De Inæqualitate ab Infusa materia in cauitatem arteriæ. CAP. 23.

POrrò pulsuum genus, quod efficit infusa materia in arteriæ cauitatem, in quo plenus & vacuus est, easdem habet quæstiones, ac superius, quod quantitate constabat distentionis: videbit.n. hic quoq; obtinere diuersas partes posse in vno pulsu inæqualitas, eandẽ nõ posse. Sed quę rit genus totum hoc pulsuum prolixam orationem, neq; est huius loci: in cõmẽtarijs de pulsibus dignoscendis explicabitur. Iam hoc etiã longiore tractatu opus est ad tertiam notionem plenitudinis: cuius cum alij quidam, tum Archigenes author est. Proinde hoc quoq; in aliud tempus rejciamus. Adhuc tamen dictis tantum adijciamus, inde ad reliqua proficiscamur. G

De pulsu Caloris qualitatem indicante. CAP. 24.

QVia "euidentius in arteriæ sede febris calor qualis sit, quã si aliam tangas partem, cognoscit: ideo quibusdam probabat inter alia hoc ẽt genus pulsuũ referri, quo caloris noscimus qualitatem: cuius quidem generis æqualitas & inęqualitas versant in vna distentione: ac inæqualitatis erunt differentiæ, prima, tum quæ diuersas partes, tum quæ singulas tenet. Quas iterũ si ex prædictis vijs & rationibus seces, alteræ particulares plures. A.l.1.f.2.d c.1.fo.47.b

De Inæqualitate à Sede arteriæ. CAP. 25.

ALiud genus est vno in pulsu inæqualitatis, nec vllum dictorum pulsuũ amplectit hoc, quod ab sede arteriæ proficiscitur. Siquidem est, cum pars eius dextrorsum, pars deflectat sinistrorsum, alia etiam pars sursum, alia deorsum: quod accidit aut in duobus locis, aut pluribus. Est autem hoc in speciem finitimum distentionis inæqualitati quantitatis: quæ vt sunt distinguẽda, in libris de pulsibus dignoscendis explicatur.

De pulsu Vndoso & Vermiculante. CAP. 26. H

ALiud itẽ inæqualitatis vnius pulsus genus est, quod vocatur "vndosum: quod quale sit, abunde declarat ipsum nomen. Nihil causæ est tamẽ, quin, quo res euadat apertior, aliquid & nos dicamus. Non videtur simul arteria in ea inæqualitate distendi vniuersa, sed primo prima eius pars, deinde secunda, mox tertia, ab hac quarta: neque id temere tamen, sed cum eleuatione quadam vndosa, altera vnda semper priorem excipiente. Neque vero ab interrupto motu quid hoc genus absit, vllius est negocij deprehendere: nam prioris partis arteriæ distentionem, secundæ consequitur, vt interueniat pars à motu libera nulla: verum propemodum quieti similis est vndarum finis: at non reperias tamen vllam partem prorsus quiescere: nam, quæ motus connectunt in alto, veluti vndosos æstus, non illæ quidem prorsus immotæ, sed breuem certe quendam retinent motum. A vermiculãte hic pulsus magnitudine differt. Etenim maximum vndosum si fingas perpetuo minui, tam pusillum inuenies aliquando redditum, vt, vndosus sit, an vermiculans iam, dubites: neque enim qualitas eos, sed quantitas disiungit. Est vtrique tamen quiddam commune, atque speciebus eorum omnibus: aliquid etiam proprium vtriusque. Commune, vnde nomen vterq; inuenit, vndoso, exurgere quasi vndas in arteria alteram ab altera: vermiculanti, vermis assimilẽ esse gressui, ꝙ ipsum etiam animal in modum vndarũ mouetur: vt Democritus A ibidem.c. fo.48.b

A quodam loco dicit, vbi de ijs verba facit, quæ in modum vndarum progrediūtur. Initium fluctuationis perspicuū est superne semp esse, & ad arteriæ fines terminari. Atq; hoc est cōe. Differētiæ vero eorum hoc modo speciatim fiunt. Quibusdam recta fertur vnda, quibusdam in obliquū deflectit. Quidam etiam breui longitudine habent insignem altitudinem: sunt contra, qui longiores altitudinem humilem: Aliqui latam, non nulli angustam: Alij etiam pari celeritate prediti, alij secus. Et contentionis etiam hæc vnda plus, illa habet minus. Interim simul omnium est istarū differentiarū inæqualitas. Sed enim de nulla alia commemoratarum inæqualitatū, †id est nomen sortitus, & habent vtriq; hi tum vndosi, tū vermiculantes, vt tales sint ex sola distentionis inæqualitate, quantitatis, ac præterea nulla. Vna enim hæc inæqualitas, adiūcto sibi, vt partium motus alter anteuertat, alter cunctetur, huiuscemodi pulsus gignit. Quo fit, vt hos constituant, inæquales quātitate in diuersis partibus, & illi, qui non habent omnes simul partes motas. Attamē hæc inæqualitas haud dum est sola inuenta, vt prior arteriæ pars præ cæteris videretur moueri: cum autem incidat, omnino aliarum cum illa aliqua, quas ante commemorauimus, complicata est. Nā, quod dicit Erasistratus, semper priorem moueri prius videri, sensus nō probat: immo vero longe aliud: ille adductus suo dogmate in re aperta mentitur. Sicut alia itē multa cōmenta, multi qui pro placi-
B tis propugnant, pro testatis prodiderunt, quæ ne per somnium quidem visa vnquam sunt.

†id sunt nomē sortiti.

De pulsu Formicante. CAP. 27.

ibidem. IAm vero, vt vndoso pulsui succedit vermiculans imminuto, ita formicans vermiculanti, cum motibus amissis multis in vnum eumq; prorsus paruum terminet. Quocirca nec inęqualē omnino dicas: quanq̄ esse ex genere verisimile est inęqualium, sed inęqualitas, vt est parua, fugit. Nomen inuenit hic formicans à similitudine, quæ sibi cum animante est formica, vt quidam volunt, paruitatis: vt alij, speciei motus: vt hic sit nominatus eadem ratione ac vermiculans & caprizās: cum illi enim à similitudine motus, quæ ipsis cum animalibus, quorum habent cognomē, intercedit, sunt nomem sortiti: tum ipse hic formicans. Sunt, qui propter vtrunque sic aiunt appellari eum, & q̄ paruus est, & ob speciem motus. Nos de his non cōtendemus: at, formicans qualis sit, explicabimus. Est mire paruus, quo haud est minor alius, iuxtaq; languidissimus plane, ac creberrimuş: non tamen, vt quibusdam visus est, celer. At in libris de dignoscendis pulsibus hoc demōstrabitur. Nunc, si reliquam partem differentiarum pulsuum in vna distentione inęqualium addiderimus, ad alios nos conferemus.

De Vibrato & Conuulsiuo pulsu. CAP. 28.

ibidem.d C SVpersunt autem vibrati & conuulsiui, qui hactenus quidem sunt inter se similes, q̄ vnum locum arteria non tenet, sed sursum agitetur atq; deorsum, naturali sede deserta. Distant tamen vel hoc ipso, q̄ non adeo is affectus in conuulsiuos cadat, in vibratos magnopere & admodū perspicue: iam ēt quatenus ex terminis vtrisq; retrahi contendiq;, & conuelli videntur cōuulsiui, vibrati omni isto vacant. Ad hæc, magna frequenter est vibratis distentio, parua semper cōuulsiuis. Et partes arteriæ quædam superiora petere, quædam demitti vno eodemq; tempore aperte in vibratis conspiciuntur: conuulsiuis vero id perpaucis & obscure accidit. Breuiter, sentias veluti fidem quandam intensam in pulsu conuulsiuo, quæ illi res cum nullo alio conuenit: in vibratis nihil tale animaduertas. Maxime enim iaculis motum eorum, quę magna vi emissa, celeri impetu vibrantur, assimiles: nam ita crebram illam & inæqualem concussionem appellant: qua quidem cōuulsiui carent. Omnes autem hosce pulsus, qui præter quinq; illa prima genera in vna distentione inæquales sunt, duorum accessio horum constituit, quæ sunt, genus inæqualitatis in arteriæ sede, & cum maturius aut serius motum partes auspicantur. Primum quidem horum, illum, qui inæqualis est, q̄ sedem partium commutet, hoc ipsum solum: cæteros cum hoc, tum aliæ quædā inæqualitatum adiunctæ differentiæ primorum quinq; generum. Composite enim tam notiones ho-
D rum, quàm generationes sunt, vndosi, vermiculantis, vibrati, conuulsiui. Formicans aūt inæqualis quidem, vt diximus, est: non videtur tamen.

De pulsu Caprizante. CAP. 29.

ibidem.b ET, qui pulsus caprizans ab Herophilo est appellatus, est ille de inæqualibus in vno pulsu: compositus item est, vtriusq; expers, quæ primis quinq; generibus adiuncta erat, inæqualitatis: verum, vbi motum arteria interpellat quapiam in parte, tum potissime existit, nō simpliciter: neq; enim vniuersum hoc genus caprizans est pulsus, cæterū vbi motus à quiete alter celerior primo & vehementior sit. Ei siquidem soli ex similitudine, quam cum animalibus habet capris, attributum hoc nomen est: quippe quę hoc modo videntur salire, quasi geminum quendam motum facientes: q̄, vbi aliquantulum sese extulerint, & speciem desiti alicubi motus prębuerint, alterum motus nec opinatum impetum capiunt, priori longe citatiorē, veluti in se ipsas insilientes. Hę quidem omnes in vna distentione inæqualitates sunt.

De Inæqualitate crebritatis, raritatis, & rhythmi in Diuersis pulsibus. CAP. 30.

NVnc de inæqualitate crebritatis & raritatis rhythmiq; agemus. Collectiuas dicūt tantum esse eiuscemodi inæqualitates: ita enim, quæ ex pluribus pulsibus conflatæ sunt, appellant. Primum de his dicemus, quę aceruatim fiunt: deinde ad eas descendemus, quę in vno pulsu. Atq;

hic vnam exempli gratia ſectam de his, quę de crebritate ſunt, quę ſcilicet eſt clariſſima, ſumamus, E quæ ex ictuum cenſet interuallo hoc genus pulſuum effici. Vbi ergo omnia ordine æqua ſint interualla per omnes pulſus, æqualē hunc dictitant eſſe: ſin partim maiora, partim minora, inæqualem nimirum eſſe in crebritate & raritate. Rhythmum iam etiam eodem modo ex proportione temporis ictus ad interualli tempus conſtantem, cum deinceps maneat eadem, æqualem iam dicunt eſſe: qui primam proportionem ſi variet, eſſe inæqualem: quomodo, ſi interuallorum, quas & quietes vocant, mutentur magnitudines, inæqualitatem crebritatis raritatiſq; fieri. Hæc ſanè rectè dicunt: atque ab iſta ſecta proficiſcenti ad alias, æqualitatem perſpicere licet & inæqualitatē vtriuſque generis: quæ complures, vt diximus, complectitur pulſus, quam collectiuam vocitant.

De Inæqualitate crebritatis, raritatis, rhythmiq; in Vno pulſu. *CAP.* 31.

INæqualitas vero illorum in vno pulſu, quam neglexerunt omnes, non perinde iam eſt aperta. Sed, vt præſens lucubratio ne quid deſideret, faciam, hæc etiam vt, quoad eius fieri poterit, clare explicem, ſermonis hinc inducto initio. Partes arteriæ aut omnes vnà motū exordiūtur, aut pars earum maturius, pars tardius. Si iam moueri omnes ſimul cœperint, mox motæ minus æquis temporibus iterum diſtentionem alteram ſimul inceperint, duorum generum in vno pulſu inæqualitas erit: quæ, quod fuerit, cognita quidem ſit, vt ſecunda diſtentio cœpit, non tamen in ſecunda cōtineatur: ſicut nec ipſe rhythmus, nec genus crebritatis & raritatis: cum & hæc ipſa fiant in vno pulſu, tamen omnino deſiderent, quo cognoſcantur, ſecundum: quòd quidem ante huius initiū, prioris nequeat finis cognoſci. Iam incognito fine, nec crebritatem valeas, vel raritatem, vel vero rhythmum aſſequi. Quare ad inæqualitatem conſtituendam, quam diximus, nil mirum eſt, ſi ſecundæ diſtentionis principium expectetur. Hac tamen de cauſa, non eſt collectiua nominādа. Scilicet prius, quàm altera diſtentio finiatur, ſtatim in eius principio cognoſcitur, vt nec altero nobis pulſu ſit, nec tertio, nec reliquis opus. Atque ſic in primo ſolo fit. Itaq; diximus, ſi vniuerſæ ſimul partes cœperint in prima & ſecunda diſtentione moueri, nec habeant par tempus motus, generari duorum generum inæqualitatem: vnam crebritatis & raritatis, imparitate interuallorum: alteram rhythmi, proportione temporis ictus ad interualli. Tempus enim partis, quæ omnium partium prima motu deficitur, minimum erit: maximum poſtremæ: media, proportione, inquantū aut à prima, aut à poſtrema abſint. Contra, ac tempora motuū, quietum tempora longiora ſunt in illis, quæ primæ à motu deſiſtunt: in illis, quæ poſtrema, breuiora. Quare tempus motus, quem habuit pars, quæ motum prima deſiit, minimum, cum maximo tempore quietis eiuſdem partis comparatur: et vltimæ tempus, quod maximum erat omnium motus temporum, ad minimum cōfertur quietis eiuſdem partis. Et ita rhythmus in ſingulis commutatur, quatenus proportio temporis motus ad quietis tempus non eadem in omnibus manet. Quòd vero, ſi prior diſtentio ex omnibus ſimul partibus moueri cœperit, ſed non pari in omnibus tempore: deinde altera diſtentio motum auſpicata ſit non vnà omnium partium, ſed prius quidem eius, quæ prior quieuerat, atq; eo prius, quo prius quieuiſſet: ſecundo motum eius, quæ ſecunda, atque ita deinceps: inæqualitas quidem ita rhythmi fiet, crebritatis & raritatis non item. Nam quies, cum omnibus æqua ſit, differentiam in crebritate & raritate efficit nullam: non reſpondebit tamē motus tempus tēpori quietis: ſiquidem motus non erat omnibus par tempus, quietis erat: nec ergo idem omnibus rhythmus. Quòd ſi, cum moueri arteriæ ſimul omnes partes cœperunt, non item ſimul omnes alteram diſtentionem ordiantur, neque priorem terminauerint ſimul, ſed ne quies quidem in omnibus æqua ſit, binas in eo neceſſe eſt differentias eſſe. Nam crebritatis & raritatis in alterutra differentia inæqualitas fit, at non rhythmi tamē neceſſario: poſſunt enim omnium partium tempora motus, quietum temporibus reſpondere: et, ſi hoc, erit item rhythmus æqualis. Sin autem eadem in omnibus partibus proportio nō conſtet (ſanè enim poteſt etiam hoc fieri) ſimul perdetur rhythmus. H Iam vero, vbi vnà omnes partes moueri cœperint, motæq; æquo ſint tempore, ſi alteræ diſtentionis non idem omnes initium partes ordiantur, ſed quædam maturius, quædam inceperint ſerius, non rhythmus iam æqualis erit, neque crebritatis raritatiſq; differentia: hanc enim impares quietes inæqualem efficiunt: rhythmum vero, proportionum commutatio, cùm æquo tempore oēs partes motæ ſint, non æquo tamen quieuerint tempore. Tot ſunt inæqualitatis vtriuſque vno in pulſu generis differentiæ, cum omnes vnà partes arteriæ diſtendi inceperint. At, vbi hæc primo, illa ſecundo diſtendi cœperit, ſi omnes ſimul quieuerint, ac deinde diſtētionem vnà alteram auſpicatæ ſint, inæqualitas in altero tantum genere, neceſſe eſt, ſit, rhythmi: quandoquidem æqua omnibus partibus erunt interualla motuum: ſic inæqualitas in hoc quidem genere nulla erit. Et, ſi cum tempore quietis, quod ſit par in omnibus partibus, impar tempus conferatur cuiuſq; partis motus, diuerſis proportionibus cuiuslibet rhythmum partis cōficiet. Quòd ſi alteram diſtentionem arteria iuxta orſa ſit, atque priorem, vt in vtraque diſtentione eadem pars prior altera, pari interuallo incipiat, idq; in omnibus partibus ſit conſtans, ac illæ vnà deſierint priorem diſtentionem, non poteſt non eſſe in vtroque genere inæqualitas. Nam omne tempus, quod eſt ex motu & interuallo conflatum, omnibus eſt ęquabile arterię partibus. Sed motuum proportiones, quòd

totum

A totum tempus in æquas partes non distribuatur, non respondent quietum proportionibus. Etenim partium, quæ moueri primæ cœperint, tempus motus excedet earum tempus, quæ tardiores inceperint, interualli vero minus erit: contrà partes, quæ cœperint posterius, tempus habent motus minus, quietis maius. Quare simul inæqualis rhythmus necessario erit singularum partium: &, quatenus tempora interuallorum differunt, etiam crebritatis atq; raritatis coniūgi cum ijs inæqualitatem est necesse. Si vero altera distentio perinde, ac prior fecerat, initium motus partium sit orsa, i. si eadem vtrobiq; pars incipiat moueri, hæc primo loco, illa posteriore: non sit autem finis prioris distentionis in omnibus æquus: duæ erunt differētiæ: potest enim & longe quidem quiescere prius, quæ prior est pars motum auspicata, potest etiam posterius. Nam, si tanto quieuerit prius, quanto cœpit, fiet ita ęqualis in vtroque genere pulsus. Sin multo prius, atq; est auspicata, quieuerit, duorum generum efficiet inęqualem pulsum. At, si, quę prior cœpit, desistat posterior, duorum generum omnino inęqualitatem creabit, siue multo tardius, siue paulo quieuerit. At vero, si neque prioris distentionis initium ex omnibus simul partibus fiat, neque secundæ, est, cum rhythmus possit æqualis esse, & vero etiam crebritatis, & raritatis genus: &, si quidem ita motuū tempora cum quietū temporibus sint partita, vt eadē sit proportio in omnibus, fit æqualis rhythmus: si vero tempora sola paria fuerint quietum, æqualitas erit in altero genere. Sed hæc infrequētia sunt, inæqualitates vero sunt permultæ: nam oēs possunt simul partes à motu cessare, & nō simul: ac, cum non cessant simul, hæ prius, illę posterius: iam etiam vel longe prius, vel longe tardius. At, quę & quot hac ratione differentiæ fient, ex superioribus inuenias: quo me oportet breuiorem esse. Itaque, si commonuerim, quod institutum erat, esse demōstratum, habere suas etiam vnum pulsum inæqualitates, tum in genere crebritatis & raritatis, tum in genere rhythmi, finem hic iam primi libri faciam. Nam, quæ in vna nos secta, quæ in ictum & interuallum pulsum partitur, exēpli gratia retulimus, nullo negocio ad alias traducamus: possumus. n. perinde per omnes etiam illas in generibus his duobus, de quibus modo dixi, inæqualitates pulsus vnius demōstrare.

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER SECVNDVS

C

ARGVMENTVM LIBRI

Continetrationem Propriorum, & accommodatorum Nominum: ac docet, quantum aberrarit Archigenes in nominibus pulsuum generibus ac differentijs adhibendis.

Vsus huius libri. CAP. 1.

NOn eundem vsum hic liber pollicetur, ac primus: sed, quam veratrum rationem habet vel scammonia cum pane & carnibus, eandem, quæ nunc dicemus, cum superioribus habent. Nutrire. n. mentes illa sanas, hæc resecare prauas sententias valent, vt morbos quosdam. Tamē, dum errores deteguntur, simul bene dictis firma fides constituitur. Quare, hanc vtilitatem si propositę disputationi addas, inueneris compendij non nihil adiunctum.

De Nominum Vsu. CAP. 2.

D EST autem primū mihi cum Sophistis sermo de nominibus vsurpandis. Grecorum nanq; nos institutum (etenim apud eos alti sumus) tenemus, elaboramusq;, vt clarissimis semper nominibus sensum interpretemur. Neq; nos tamen. s. in eos querimur, qui hoc floccipendunt: immo vero, si vel singula voles verba vsurpare barbare, modo vt interpretationis lucem ne offendas, nihil laboramus. Nam linguæ, qua inter nos commentamur, hoc nomine vtimur proprietate, quo mentem alterius assequamur: atq;, vt clarissime quisq; mentem suam potest significare, ita sermone cēsemus eum vti optime. Nostrum id est institutum, modestum sane, & humanum: verum interpellant Sophistæ: qui, sicut mutuo de nominibus contendunt, res ipsas negligētes, & item nos semper agitant contumelijs, & illudunt, nisi ipsorum vocabulis vtamur. Qui si vniuersi vnam linguam constituant, eamq;, vt nouam monetam, rogatione ferant, conemur fortassis Græcę linguæ obliuisci, ediscere aūt ab istis promulgatam. Quin, ne si barbaram quidem linguam aliquā statuerent vtēdam, vt ijs morem vbiq; geram, dubitem discere. Quādo vero Græcam nullam integram linguam, nec ēt semel Barbaram, sed confusam quādam ex oībus, quasi Carycam, aut si qua Caryca varia magis & absurdior fieri potest, cōponunt: atq; pro suo quisq; voto partim ex Phœnicia & Syria, partim ex Ægypto & Thracia, aut aliunde contrahunt, inde Gręcorum commiscent nominibus, nec ijs sane integris & legitimis, cæterum varie corruptis: equidē, quid agam, me hercle non habeo: qui neq; eas linguas possum ediscere, neq; adducere illos, vt vnam addiscant linguam

Græcam:

Græcam: nec, posteaquam horum neutrum obtineo ab illis, tertium possum, et quod est vnum re E liquum, vt, in qua sumus lingua educati, hac vt vtamur, permittant. Atq; hoc quidem habet tantum malum vsus vocum.

De Diffinitionum vsu aduersus Sophistas. CAP. 3.

ALterum de definitionibus longe hoc est difficilius. Sunt enim, qui ne olus quidem citra definitionem mihi videantur empturi, idq; cum nec per trãsennam dialecticam viderint: proferuntq;, vt tales solent, & in talibus enutriti, ex nominibus aliquod illis præclaris, ex media petitis Syria vel Cilicia, atq; definiri hoc imperant: id quod non audiuit fortasse quisquam homo Græcus. Hoc si hic, vt peregrinum & barbarum, ignorat, ille iam ridet, cauillatur, exagitatq;, et puerum & adolescentem appellat. Sæpe etiam nomen, quod in medium adductum est, Græcum quidem est, at non, vt est rei cuipiam assignatum, ita accipiunt miseri Sophistæ, moxq; definitionem poscunt. Hic si quis forte Græcus pro consuetudine Græcorum definiat, tantum abest, vt assentiantur (sane enim tolerabile hoc sit) vt irrideant etiam, & illudant. At vero tertij, qui non in nomine iam & significatione, sed in ipsa errant re: cum dialecticæ quispiam peritus, horum definitiones aggreditur aut non plenas, aut superfluas, aut non distinctas, aut obscuras, aut prolixas, aut falsas, aut omnino definitiones non esse, probare: subito tanquam insani, acerbe dialecticam accusant: F ac tum frustra ijs & cum incõmodo videtur illa in omnibus rebus artibusq; coli. Quare frequenter hercle obstupui, si, cum rogamus, ne cum definitionibus omnia conentur & docere et discere, illi quidem non adducuntur: Vbi vero definitiones damus, & postea, quantum falluntur, aperimus, ibi nihil conducere aiunt definitiones: neque id vno die aut altero interposito, sed in puncto temporis (vt est in prouerbio) mutata pelle, modo definitionem positi nominis quærunt, modo esse definitiones inutiles cõfirmant. Quartum iam istorum in hisce rebus peccatum est, quòd non omnium nesciant esse definitiones: simulq;, vt qui id ignorant, definire studeant cuncta, & inter se altercentur vociferenturq; nequicquam de rebus, quæ definitionem nõ recipiunt. Quintus porrò lapsus in definitionibus, quiq; præter cæteros est singularis, antea quàm homonymiam explicauerint, vnam faciunt eorum, quæ varia significant, definitionem: quasi vero non rerum sint, sed nominum definitiones. Me certe vnus aliquãdo de his præclaris Sophistis, nihil factum est propius, quàm vt enecaret. Cum enim in hunc modum posuisset, Quid est plenus pulsus? subieci variæ significationis nomen esse: quare nec definitionem vnam habere, nisi distincta homonymia sit. Non dum hæc dixeram, cum ille, nescio, inquit, quid nugeris: satis est mihi, si de te disco, quid plenus sit pulsus: dialecticas mihi istas nugas, quæ medicinam contaminant, mitte. At ni- G hil me, inquam, audiuisti vnquam laborare, vt in dialectica definirem. Enimuero id ipsum, inquit, absurdissimum est, quòd neq; definire audetis, et dialecticis nobis nugis non desistitis obstrepere: sed dic, loquere, responde, quis plenus est pulsus? Non potest fieri, inquam, prius quàm homonymiam explicauerim. Hic ille exclamabat: rursusq; homonymiam aiebat, atque immensas nugas adesse, quæ medicinam labefactassent, ac nos perdidissent. Immo non nos, inquam, sed vos, qui definire cuncta vultis, perdiderunt. Ecce autem, inquit, etiam conuitijs nos incessit. Non magis, inquam, quàm tu me. Ibi ille exilijt, manus allaturus: sed hic hominem, qui aderant, represserunt. Ille, vbi superbe insultasset, discessit. Senex autem quidam de illis, qui adhuc remansissent, barba ad pectus promissa, atque cætera mire tetricus (hæc enim nunc grauitas habetur) tacete, inquit, pueri: absq; tumultu agite: sinite socium nostrum aperire nobis, quid dicat. Ego hominem intuitus, quid vero, inquam, rogas? Id, inquit, ipsum, de quo disputatis, de pleno pulsu. Vis igitur, inquam, non properare nimium, vt te assequar? tardus enim natura sum, & festinantes non consequor facile. Age, inquit, nihil properauero. Ergo concedes, inquam, mihi, vt exempli gratia non nihil ex omnibus vobis in communi interrogem? nam, qui volet, respondeat, licebit. Permittit. Ego, vt hoc dedisset, quid est lingua? quærebam. Mox respondet quidam, instrumentum H animalis gustui dicatũ. Alter sermoni dicatum dixit. Tertius quidam, gustui & sermoni attributum. Quos ego respiciens, etiam calcei, inquam, & tibiæ lingua, instrumentum est animantis gustui & sermoni dicatum. Cum ad hoc obticuissent, & senex ille austerus, multo redderetur austerior, iterum orabam, vt vnum adhuc simile liceret quærere. Ille admodum quidem grauiter hoc & ægre, tulit tamen. Ego vero, ne cunctationem meam non ferret, veritus, festinabundus proposui, Quid est canis? Cum hic ex corona quidam responderet, animal quadrupes latrabile. Itaq; marinus, inquam, canis animal est quadrupes latrabile: & sydus item cœleste: deniq; morbus faciei. Ad hæc senex, vt asinus, aures iam concutiebat. Cæteræ coronæ aliquid videbamur dicere, volebantq; omnes, vt, quo tandem hæc spectarent, quæ exquisiueram, expedirem: quandoquidẽ à primo statim quæstionem exempli gratia sequentium receperam instituturum. Vbi silerent, & mihi aures darent, Tandem vos, inquam, animaduertere puto, accedere ad definiendum ante, quàm homonymiam distinxeris, quanta sit offensio: neque enim nominum sunt, sed rerum definitiones. Quãdo igitur ab vno nomine res indicantur multæ, necessario erunt totidem definitiones, quot sunt res. Age sane, linguæ nomen est vnũ, at tres sunt significationes, & sua cuiq; est definitio. Contra fit, vt duo vnius rei nomina, & vero nõ raro tria sint: vt hic, ensis, gladius, mucro:

defi-

A definitio vera vna, non perinde ac nomina, tres. Semper enim numero rerum respondet definitionum numerus. Quare, vbi multis nominibus res contegatur vna, caue, postules multas definitiones: neque, cum vnum sit nomen, sed significationes multæ, vnam definitionem flagites: pro numero enim rerum, definitionum semper rationem subduces. Proinde, si nomen plenum vni rei subiectę seruit, tum eius, si proponatur, potest definitio dari. Si vero Archigenes omnium sane minime, denotare nomen plenum vnam rem admisit, †nomenq; varie posuit ‡ atq; multas in eo complexus est significationes, non sumus nos insimulandi, qui ab definiendo deterreamur, sed princeps scilicet eius turbationis. Nam proximos medicos inuenio aliquos, vbi declarare, quis status sit arteriæ tunicæ, statuerunt, nomine pleni ibi & vacui vti: alios, vbi materiam in capedine contentam, cuius hi quantitatem significari per ista nomina, illi qualitatem, alij vtrunq; ducunt. Verum Archigeni hęc scilicet sola non satis faciũt: adiungit enim significationem facultatis spiritus. Vnde relinquitur non vnam pleni pulsus fieri definitionem posse: sed eius, qui quantitatem, vel qualitatem, vel vtranque infusæ substantiæ significat, aliæ definitiones faciendæ sunt: aliæ eius, qui vim spiritus: illius, qui qualitatem tunicæ, aliæ. His ego expositis tacui: quia, quod institueram, confectum mihi erat. Illi commentationem, instabant, quando semel institueram, vt B persequerer. Illis igitur morem gessi rogantibus. Quæ hoc loco non debeo omnia referre: ꝙ eorum maximam partem & vtilissimam sum expositurus in libris de dignoscendis pulsibus.

† Græ. [illegible] habẽt, [illegible] Archigenem [illegible] rie turbauit.

Aduersus Archigenem de primis pulsuum Generibus, quæ ipse appellat Qualitates. CAP. 4.

QVod ad institutum refert non præteribo. Nolo definiri omnia: neq;, cum multas protuleris significationes, facias vnam definitionem: in quod Archigenes de pleno pulsu incurrit. Quare cum ipsa est eius obscura definitio, tum de corpore ne arteriæ dicat, an de substantia, quę in eius cauitate continetur, diuinare non habeo: videtur enim nomen definiuisse, non rẽ. Omnino enim, si rerum duxisset rationem, plures faceret definitiones. Sed nomen illum spectare solum, vel ex illis perspicias, quæ statim initio libri de pulsibus sic dicit: Octo qualitates pulsibus " comitari, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem, plenitudinem, ordinem vel per " turbationem ordinis, æqualitatem vel inæqualitatem, rhythmum. Nãque, plenitudinis si nomen de compluribus rebus dicitur, miror, qui octo etiam maneant. Age enim, si septem illis alijs qualitatem corporis arteriæ addas, & infusionis quam vocant, & etiã ipsius spiritus, ac decem iam esse omnes qualitates pulsuum dicas, quid tibi respõdebimus? Aut hercle, si in duo membra partiens C infusam substantiam, vnam quantitati huius, alteram assignes qualitati qualitatem. Adeo in nominibus Archigenes, non distinguendis significationibus, videtur permanere. Ac par est iã prouerbium proferre, plebeium illud quidem, non à proposito tñ alienum. Cum aqua, inquiũt, suffocet, quid sorbebimus? Nam, si ita Archigenes labitur, ad quem adibimus? quis huius nobis errata corriget? Etenim nõ in his tantum vr̃, sed (si id, quod est, dicẽdum est) in alijs offendere passim: Vt, nulla duritiei & mollitudinis facta mentione inter primas octo qualitates, postea de ijs agit: primo enim loco de magnitudine, secundo de vehementia, tertio de plenitudine, quarto de duritie tractat. Quòd, si compositã aliquã ex simplicibus eam faceret, defendere hominem possis, si re" cte initio dicas prætermissam, vbi de simplicibus duntaxat meminit: sed mox iure in compositas " relatam. Nunc quarto eam loco statuit mediã, quãtum potest maxime, inter simplices qualitates. Quam exponens, quid nam sit, occursum dicit solidæ vel dissolutæ arteriæ. Vnde certe de simplicibus illam esse vult. Hęc igitur Archigenes mox ab initio recẽsendis primis qualitatibus errata commisit: quas ne demonstrare quidem, cur tot sint numero, voluit, verum ita temere sermonem effutijt: Octo dicuntur qualitates pulsibus comitari *αἱ διηχημέναι* quidẽ apud *καθαρείοις* .i. puros. Ego vero, quid sit ipsum *διηχημέναι*, conijcere plane nequeo: neq; enim nomen hoc apud quen D quam inueni Græcũ. Quo minus, cui Archigenes rei tribuat, perspicio: idq;, ꝙ de sua ipse lingua librum nõ cõscripsit: vt fecit Chrysippus de noĩbus, quæ in dialectica finxit: hac enim sola via eũ assequeremur. Tamẽ ex tota or̃one pro eo, *διηχημέναι*, vti eum suspiceris, quod apud oẽs est peruulgatum & creditum. Quanquam ne id quidem suspicari plane potes: nam nõ apud omnes ait, sed puros, quos ne ipsos quidem, qui sint, scimus: etsi scito scilicet opus erat, vt disceptemus, an credendum ijs citra demonstrationem sit, nec'ne. Apud Aristotelem certe lemmata audiui probabilia, quæ omnibus hominibus, vel plurimis, vel sapientibus probantur: hic an puri pro sapientibus accipiendi sint, me quidem præterit. Multo certe præstaret aliquam apponere, si non firmam demonstrationem, at rationem sufficientem sermoni de octo qualitatibus, vt ne quis initio statim, quasi in MOYSI & CHRISTI scholam impingat, leges audiat nulla constitutas demonstratione, idq;, vbi minime deceat. Nam, cum dicere de omnibus pulsibus (quod ex ijs, quæ ante scripsit, conijcias) instituisset, quot sint, nulla nos rationali methodo voluit inducere: sed disciplinam instituit empiricam, octo apud puros dicens peruulgatas qualitates esse. Quid, si quaidã illarum negligentius puri præterierint, statim'ne erũt nec ipsa quidem sua natura plures? an, quæ puris placent, hęc satis est retulisse pro veris, idq;, cum incertum sit, qui'nam isti sunt puri? vtrum, qui literas didicerint, vel primas disciplinas, an cordati, vel prudentes, vel sapientes? vt remittamus, ꝙ quali-

qualitates appellauit principes & generales pulsuum differentias. Magnitudinis quidem & par- E
uitatis certe differetia qualitas non est, nisi tricubitale etiam in qualitate pones. Equidem quātum putarem. Sed & de magno & paruo non paruam scio disputationem extitisse, vtrum quale signi ficent, an ad aliquid, an (id quod res habet) ad aliquid in quantitatis prædicamento sit, nullo tn̄ pacto in qualitatis: vti nec rhythmus, nec ordinis perturbatio & ordo, nec æqualitas & inæqualitas: quæ item ex genere ad aliquid manifeste sunt. Nam etiam cōmune genus existimare magnitudinem magni & parui pulsus, vehementiam vehementis & languidi, celeritatem celeris & tardi, & crebritatem crebri & rari: itaq; deinceps in sequentibus, plenitudinem pleni & vacui, duritiam duri & mollis, quis negabit maiorem in modum esse absurda? Quod si vno auet noīe totum genus complecti, quin hoc, in ordine & perturbatione ordinis, in æqualitate & inęqualitate sustinuit? Aut, si in his cōe prædicamentum nō desiderauit, quæ erat necessitas, cur requireret in alijs differentijs? aut, si in alijs ausus semel est Græcorum præterire institutum, quid crebritatē de crebro dixit & raro pulsu, æqualitatem autem dicere de æquali & de inæquali non fuit ausus? Hæc ego, quemadmodum sibi constent mutuo, libenter didicerim: nam hæc, vt si suspiciat Græcorum morem, illa, vt si contemnat & perturbet, scribit. In vno ergo primo genere, quia viam sibi muniuit, ostendit in alijs omnibus eandem rationem habiturum: sed in audacia non permansit. Opor- F
tebat vero à primo aut nihil consuetudinem imminuere, aut perpetuo contra consuetudinem audacem esse. Nam, qui magnitudinem pulsus generatim affirmauit dici, etenim paruum etiam habere suam magnitudinem: deinde etiā vehementiā confirmauit generatim, quoddam modo non solum de vehemēte, sed & de languido dici: statim in plenitudine labascit scribens sic: Pleno pul- »
sui & vacuo est cōe quoddam genus, hoc non nunq̄ plenitudo vocatur. Nam in hoc genere, non »
nunq̄, addidit: quod superioribus non adiecit, quasi reprehendens iam veterem dictionis vsum confusum. Nam, si illi quis obijciat, qui apud Græcos est educatus: quæ bone vir in vacuo plenitudo inest? quid hęc designas in cōes Græcorum dictiones præter oēm morem? Vt hoc declinaret, addidit, non nunquam vocatur. Enimuero nos rogabimus: quando autem? vbi? à quibus? hoc enim vult illud, non nunquam. Ille vero librum producere Græcorum, ex quo vsum illum confirmet, habebit nullum: tantum fortasse homini satis erit dicere, apud nautas, institores, caupo nas, & balneatores: nam ad istos semper testes confugiunt, vbi de nomine quæratur.

Qua ratione Nominibus vtendum, ac de Atticæ linguæ dignitate. CAP. 5.

QVæres de nobis: quid, tibi tanti'ne Gręcorum est vsus, vt nemini permittas de eo ne latum quidem vnguem discedere? Non equidem, dicam, me hercle & per omnes Deos: immo, si G
vel βέκος voles panem appellare more Phrygum, nostra nihil refert: tātum me hoc primum doce idioma linguæ tuæ, vt assequar: neq; dixeris, vocatur: omnino. n. quæram ex te, apud quos? certe quidem non apud Græcos. Sed forsitan dicunt, vocetur. At, si, cum hoc dixeris, hiscere me amplius audias, capitis me damno. Nunc hîc, vocatur, dicis, mendacijs vsum Græcorum oneras: illic nō absolute, sed additō, non nunquam: vt in plenitudine. Nam quid tandem ait, hæc non nūquam plenitudo vocatur? Verum de plenitudine quidē hæc, cum labasceret iam, scripsit: de duritie non ēt labens. Scilicet deiecti iam victiq; prorsus ista verba sunt: Est aūt mollitudinis »
& duritię pulsus cōe quoddam genus: quæ, durities, si receptum sit, vocetur fortasse. Neque hîc »
amplius ausus est addere hoc, non nunq̄ durities vocatur. Tametsi nihilo erat plenitudo duritia præstantior, vt, quod ausus illic est, hic vereretur: sed, quod dixi, paulatim labentibus similis est. Atqui maioris erat strenuitatis, puto, præcipitem ruere, non labi pedetentim: neque nobis neque sibi negocia facessere. Quæ, durities, inquit, si receptū sit, vocet̄ fortasse. A quibus fortasse, si receptum sit? à tuis fortassis hęredibus. Siquidem nos, quemadmodum monetā qualibet in vrbe tesseram esse scimus emptionis & venditionis, quam qui adulterant, in hos legislatores aīaduertūt: sic linguarum insignia multa esse scimus, quarum tueri, quam quisq; elegerit, volumus. Nos de- H
fendimus cōem linguam, quam vocant: siue vna ea Atticorū est (multas enim sumpsit Athenien sium lingua mutationes) siue omnino alia quæpiam (nam alio in loco de hac re meam sentētiam aperio) & hanc studemus linguam seruare, neq; in eius leges quicq; committere, neq; monetam inducere vocis adulterinam, neq; deprauare. Qua si mecum cupis colloqui, primum eam fac addiscas. Sin alia quapiam vteris, id ipsum demonstra. Nam, si de Græcis est, sane nec illa nos fugit: siquidem & Ionum, & Æoliorum, & Doriorum reuoluimus scripta. Sin aūt nulla harum, sed est Barbara aliqua, id ipsum dic: tātum ago, eam vt serues integram & puram, quæcunq; illa sit. Nec tria mihi ex Cilicia verba affer, quatuor ex Syria, ex Galatia quinq;, Athenis sex. Equidē tot linguas ediscere nequeo, vt homines intelligam adeo multarum linguarum. Δίγλωττος. i. duarum linguarum peritus olim, aliquis dicebatur, quod habebatur miraculum, homo vnus duas callens linguas: tu multas nos vis ediscere, cum ediscere te oporteat vnam, tam propriam, tam vero cōmunem omnibus, tam etiam facundam, tam deniq; humanam. Quod si linguarum voces Barbararum aduertas, perspicies planè, alias porcorū linguas, alias ranarum, vel graculorum, vel coruorum repræsentare, turpes & inhonestas vel ipsa figura linguæ, labiorū, totiusq; adeo oris. Aut. n. ex intimis ferè faucibus non aliter, ac qui stertūt, loquunt̄, aut labia distorquent, sibilātq;, aut vbiq;

vocem

A vocem intendunt, aut nusq; prorsus, aut maxime hiant, & linguam iactant, & os aperire nequaq; valent, linguamq; habent ociosam, nec facile motam, atq; quasi vinctam. Et tu iucundissimam negligis humanissimamq; linguam, ea florentē elegātia atq; gratia: & ex multis importunis & absurdis congeris nomina? Vnam longe erat procliuius ornatissimam addiscere, q̃ sexcentas deprauatas. At non tantum ipsi repudiant, sed & nos cogūt, in qua creuimus & instituti lingua sumus, hac dimissa, ediscere suam. Quid tu, non vis bone vir addiscere linguam Græcam? Barbare, vt velis, sonaueris. Tm̄, vt ego permitto pro tuo tibi arbitrio loqui: sic mihi, vt doctus sum, concede, vt dicam. Patrem habui, qui ad amussim teneret Grecam linguā, essetq; doctor, & pedagogus Græcus. In his altus vocabulis sum, nescio tua. Nec mercatorum mihi, aut cauponum, aut publicanorum vsum nominum adduce. Nō vsus sum ista hoīum natione, à puero in veterum versatus sum libris. Atq; hęc dico, nec vlli dixi tñ vnquam, vel heus tu barbare sonas, vel solœcismum cōmittis, vel parum bene & proprie appellasti. Immo loqui, vt volunt, oībus per me quidem licet, vt etiam gubernator dicat: Adduce pes, nil laboro. Phauorinus hęc & Dion, non ego reprehēdo: tantum sermonē volo intelligere. Qui si me qñ perplexum habet, ibi necessum quærere mihi est, quid interpretari nomen velit. Si aperit sensum, taceo: neq; incuso, vel exprobro, q̇ à consuetudine desciB uerit Grecorum. Vna duntaxat sum cura capiendi sensum sermonis. Istis hoc, vt videtur, non satis est: sed, cum nos vtamur Græcorum noībus, tum nos illi primum accusant: atq; nunc dialecticos agunt, nunc physicos quosdam, aliàs oratores, non nunq; grāmaticos. Varijs. n. modis nos diuexant. Deinde, cum quis in longiorem cum ijs disputationē necessario deductus, imperitiā detegat oīum, quæ, quasi nossent, iactabant: statim sui ipsi obliti, quę initio esse vtilia defendebant, hęc ipsa accusant. Quis est de istis audacibus, qui nobis nō insultet, qñ differentias dicamus pulsuum generum tot esse: male differentias contendens nos dixisse, & multo ēt peius generum? Nos aūt, vt inanem contumeliam istorū vitemus: age qualitates, dicimus, eas vocaueris, aut q̄uocunq; cordi tibi sit: neq; enim de nominibus nos, sed de rebus disputamus. Nam, quot pulsuum sint prima genera, nosse refert, ne iam in prima forte diuisione genus integrum prætereamus. Hi ne hęc quidem dicere nobis permittunt, sed statim os obturant, ac rei totius confirmant, non nominis, esse ignorationem. Inde ēa nos in se cogunt dicere, quę diceremus inuiti. Mox conuicti, primum nō de re, sed de nomine quæri: deinde nominibus vsurpādis ipsos offendisse, non nos: indignissime ferunt, & inutilem vocant, velut de somno excitati, argutam illam & anxiam de nominibus sedulitatem: quasi vero aliud nos à primo dixerimus aut contenderimus: ac non ipsi initium introdu-

C xerint istarū ineptiarum. Octo dicis tu qualitates pulsum comitari? Dabo tibi hoc, qualitatis te nomine ordine & recte vsum: de eo verbum nō faciam. Ostendam nō esse octo. Hæc de re quęstio est, ad quam ego egregios hos sophistas prouoco. Isti, quò hinc sese expediāt, dum ego disputo, nomen aliquod prehendunt. Cum iam in vtrisq; coarguti sint, rebus simul & nominibus, stomachantur. Erat vero praua de rebus sententia abijcienda, & nominum † vtendorum, quemadmodum illis per nos potestas est, & nobis item facultas ab illis danda. Sed non permittunt. Quare & ego de voce illorum pauca, necessitate adductus, dixi.

† Additur ex [illegible] quæ ipsi norunt.

Quàm aberrarit Archigenes in Nominibus pulsuum generibus adhibendis: ac quo pacto singula Genera sint appellanda. CAP. 6.

AC nunc etiā orabo, vt deposita de nominibus contentione, concedāt nobis Grecorum instituto loqui: addiscātq; male octo se qualitates dicere. Neq; enim oīa prima genera pulsuum qualitates, vt demonstrauimus, sunt. Q̄uo igitur, inquiunt, dicendum est? Hoc non, quo discant, quærunt: sed ansam vt habeant controuersiæ. Tu ergo respondebis, differentias dicendum esse primorum generum pulsuum: aut sic certe differentiarum pulsuum prima genera. Illi, qualia genera, necessario rogabunt, & quæ, & quales differentias? Tu ēt ad hoc illis responde in hunc mo-

D dum: Primum quæso audi, q̇ generum: inde audies, q̇ primorum: postea, q̇ differentiarum. Atq; q̇ generum, hinc cognosces. Dicitur quidam magnus pulsus, & ei contrarius paruus, ac quidam inter vtrūque medius, moderatus in hoc genere. Et hercle est, qui longus vocatur, est qui breuis, & latus, & angustus, & altus, & humilis, & qui horum medij sunt moderati. Horū tibi, quos commemorauimus, vnum esse pulsuum genus censes qualitatem? Innuent. s. audace & cōfidenti voce: tu caue, hac re cōmoueare: sume & recita Archigenis illis librum primum, qui capitis hūc habet primum titulum, De magnitudine pulsus. Deinde initium tractatus sic ad verbum scriptum:

« Magnitudo pulsus generatim dicitur: obtinet enim magnitudinē & paruus pulsus & magnus.
« Tum paulum reuoluito librum, & rursus ex tractatu de vehementia hoc caput recita: Igitur ge-
« nus est vehementia: eius species, vehemens pulsus & languidus, & medius. Iterum librū aliquan
« tum reuolue, ac principium recita tractatus de plenitudine, quod est huiusmodi: Plenus pulsus et
« vacuus cōe habent genus: hæc non nunquam plenitudo vocatur. Ac paulisper intermitte recita-
« tionem libri, atq; dic istis nihil nouare nos, sed sequi Archigenē. Est enim omni in pulsu cōe plurium differētiarum genus: vt hoc loco sunt ab Archigene tria hęc genera commemorata, magnitudo, vehementia, plenitudo. Tum quartum dic deinceps eum scribere genus, duritiem. Atque caput recita, quod ita habet: Mollitudinis est & duritiei pulsus cōe genus, quæ durities, si receptum

ptum sit, vocetur fortasse. Clarius iam ẽt in tractatu de ordine & perturbatione ordinis, ęqualita- E
te & inæqualitate, genera dicẽs harum dñarum nomen non sortita, hoc modo orditur Herophi-
lus, qui generatim pulsuum protulit alias differentias hoc pacto: Magnitudo, celeritas, vehemen »
tia, rhythmus: non coniunctim, sed speciatim ordinis meminit, & perturbationis ordinis, atque »
æqualitatis, & inęqualitatis. Vnde curiosiores illum, qui generibus in partitione species opponat, »
reprehendũt. Hæc ad initium tractatus. Inferius, cum nõ Herophili {aut alterius cuiusdam} iam »
opinionẽ exponit, cæterum tradit suam ipsius sententiã in capite de ordine & perturbatione ordi »
nis, quid ait? Citius.n.affirmauerim genus esse sine noĩe. Hoc aũt quid sibi vult, ꝙ magnitudinis »
& paruitatis cõe genus magnitudinem appellauit: vehementiæ & remissionis, vehementiã: ple-
nitudinis & vacuitatis, plenitudinẽ: duritię & mollitudinis, duritiam: celeritatis & tarditatis, cele-
ritatem: crebritatis & raritatis, crebritatem: at ordinis, & perturbationis ordinis mente quidẽ con
cipit, sed nomen non potest amborum tale exprimere, quale magnitudinis & paruitatis, magnitu
dinem? Neq; enim, vt illic paruo pulsui magnitudinẽ ait suppetere, & hic dicere audet in inordi-
natum cadere ordinem: neq; vero etiam in inęqualem, ęqualitatem. Quare nec genus horum cõe
nominatur ęqualitas. Itaq; nomine ait vacare harum genera differentiarum. Genera ergo {secun
dum} pulsuum differentias non nos modo, sed Archigenes esse dicit, sed Agathinus, sed, qui de F
pulsibus commẽtati sunt, pene oẽs. Vbi ergo ab illis dissidemus? ꝙ vocabulis nos magis vtimur
proprijs. Nam, cum quãdam Archigenes magnitudinis qualitatem dicat esse, alteram vehemen-
tiæ, tertiam plenitudinis, quartam duritiei, & quasdam præterea celeritatis atq; crebritatis, magni-
tudinis qualitatem nos quantitatem distẽtionis nominauimus. Neq; est enim cõe magnitudinis
& paruitatis genus magnitudo potius, ꝙ; albedinis & nigritiæ, albedo. Sed, si harum est color ge-
nus, quod nam magni sit & parui genus, quærendum est: nã aut quantitas est, aut ad aliquid, aut
coniuncta cum ad aliquid quantitas. Neq; enim sumus nescij multis generibus esse commune ad
aliquid: siquidem albius & nigrius sunt in genere coloris, & qualitas color est: iam superius atq;
inferius etiam in genere vbi: maturius item & tardius in genere quãdo. Et vero etiã alijs in plu-
ribus generalibus prædicamentis ad aliquid versatur. Quid igitur admirationis habet, si & in prę
dicamento quantitatis locum habet? Sanè nihil mallem, si quidem posset, ꝙ; certo termino quan-
titatem distentionis appellare, sicut in multis pedale, cubitale, bicubitale, & eiuscemodi vocamus.
Atqui, quando eiuscemodi ex accidẽtibus nihil inuénimus, ꝙ; proxime certos accessimus. Nam,
cum teneamus quidem pulsum moderatum absolute, & moderatum ad singulos nos: exceden-
tes modum, & qui infra modum sunt, damus operam, vt clare nominemus: atq; sic interim dici- G
mus: aut, si cum nemine loquamur, nobiscum certe cogitamus: Hic pulsus aliquanto est modera
to maior: aliàs, non paulo hic pulsus moderato maior est. Idem etiam sic dicimus, bene maior mo
derato, aut satis maior: aut etiã absolute, hic magnus est pulsus: vel hoc modo, pulsus hic satis ma-
gnus est: vel hercle, admodum est magnus hic pulsus: aut, cum longius ẽt intelligentiam proten
dimus, maiorem in modum dicimus magnum esse, aut deniq; maximum. Nam oẽs hæ dictiones
moderato maiorem denuntiantes, maiorem excessum & defectum ostendunt. Quare optime va
leas moderatum, qui requiritur, ostendere, modo moderatum cognoscas. In ipso enim maiore, ꝙ;
est moderatus, satis est quinque facere, aut certe sex dñas. Eum, qui excedat omnes, qui nobis ani-
maduertendus etiam est, nõ secus ac moderatus, maximum vocabimus: qui medius est inter ma-
ximum & medium, magnum simpliciter. Iam interponendi huic & illi vtrinq; bini alteri: vnus
paulo maior moderato, alter, qui magno paulum concedit: alius iam, qui magnum superet, alius,
qui proximus sit maximo. Hæc adduxi, vt demonstrarem magnum & paruum, vt videãtur esse
ꝙ; maxime prędicamẽti ad aliquid, quantitatẽ significare. Quocirca nos, qui de luce discipulorum
laboramus, ex quantitate distẽtionis oĩa diximus illa nominata esse: simulq; vsum eos nominum
docemus, nec perturbamus, cum in paruitate dicamus magnitudinem inesse. Nam, si vel idiota H
sis, & primarum disciplinarum imperitus, quiduis potius, ꝙ; hoc concedes: quas si antea attigisti,
profecto millies offendisti scriptas apud Gręcos, magnitudinem & paruitatem, esq; ad concipien
dum assuetus, magnum habere magnitudinem, atque paruum paruitatem. Equidem noui quen
dam, qui olim Archigenis mihi de pulsibus librum interpretaretur, qui paruo credebat nullam
suppetere magnitudinem. Nam, si, inquit, cuipiam adsit paruitas, etiam eidem aderũt ambæ. Hic
ego cũ conticuissem, quãtitatem, inquit, aut tale aliquid paruo cogitetis suppetere, magnitudinẽ
nequaquam. Hęc ego, quia vt parum recta nõ valeo calumniari, neq; instituendos tyrones volo
importune confundere, qñ homonymum est magnitudo, & de his, quæ bifariam dicuntur, satius
esse dicendum duxi, distentionis quantitatem multas differentias pulsuum complecti. Nam eum
scio paruitatis esse apud Græcos vsum, vt quoddam accidens & inseparatum à paruis. Itaq; Pla-
to etiam ideas efficiebat magnitudinis & paruitatis: ac harum vicissitudine magnum & paruum
generabat ratione. Atque his siqui omnibus præteritis, magnitudinem paruis pulsibus aliquam
de altera homonymorum significatione det infrequentiore: qui longis iam & breuibus, & la-
tis & angustis, humilibusq; & altis (cum eiusdem sint generis cum magno & paruo) suppetita-
re dicat magnitudinem? Nam lõgus est, qui longitudinem naturalem excedit: latus, qui latitudi-
ne:

A ne: altus, qui profunditate: quorũ intelligitur nullus in tribus dimensionibus arteriæ, citra quas nulla consistet magnitudo. Siquidem quantitas vnius dimensionis, non magnitudo, sed longitudo est, ex qua aliquos longos & breues vocitamus, non magnos vel paruos. Neq; vero ita lineã vnquam appellamus, sed aut longam, aut breuem. Verum enimuero illa demum, quæ trifariã corpora dimensa sint, magna dicimus & parua. Atq; adeo ipse Archigenes magnitudinem esse pulsus ait, tumorem assurgentis arteriæ. Atqui tumore linea caret, quæ solis tritariam dimensis conuenit. Proinde omnes clare, vel de illius sententia à magnitudinis genere, qui ex vna dimensione nomen sortiti pulsus sunt, reijciuntur. Quare aut peculiare faciat ipsis genus, vt magno & paruo magnitudinem: aut, nisi faciat, non magni tantum & parui quærat cõe genus, sed et longi & breuis, lati & angusti, alti & humilis, cæterorumq; adeo in ijs moderatorum. Verum præter quantitatem, quod de omnibus dicatur in cõi, nihil habebit. Atque ita euadet quoq; clara doctrina & distincta. Nam quis est tam plumbeus, vt non assequatur, cum dicitur, quantitas arteriarum distentionis? Vbi quantitatem vnius dimensionis demõstrare volumus, hæc vsurpamus nomina: eum, qui superat naturalem longitudinem, longum: qui inferior est ea, breuem appellamus. Simili modo, qui iusta latitudine est latior, latum: qui ei cõtrarius est, angustum: atque proportione horum B altum & humilem in profunditatis dimensione. At vero quantitatem in trinis dimẽsionibus ad hunc modũ vocamus: maiorem in modum vndiq; vltra moderatum auctum, magnum: & omni ex parte diminutum, paruum: qui modum seruet prorsus æquum, moderatum hunc appellamus. Cum vero à proportione tres illę dimensiones discedunt, atq; aliqua vel aliquę illarũ imminuuntur, vel exuperant, iiij & xx nascuntur differentiæ pulsuum: quas nos, quo xxvij esse obtinentium tres dimensiones pulsuum vniuersas differentias ostenderemus, cum prædictis tribus in tabella proposuimus. Nanque hoc visum mihi est horum referre, qui iam primum ad commentationem addiscendam de pulsibus appulerunt, omnium tenere eorum singulis in generibus numerum: id quod priores neglexerunt. Sed his sane venia danda est: quid enim cum istis lucteris, qui omnino conciderunt? Archigenem vero qui non iure accusem? quem ad ea oportebat inuenięda, dialectica vti: ille, vbi minime decet, illic male eam ostentat, obtundens tantum discipulos, nihil interim docens. Atqui præstabat parata diuidendi componendiq; via & ratione, numerum per eam omnium differentiarum pulsuum inuestigare: non tamen ostentare ijs, qui iam senes demum ad discendum sese conferunt, sed ne indicare quidem hoc ipsum tyronibus esse rationem & viã, qua constat tabella. Nam ijs, qui humanis studijs non sunt instituti, nequicquam dicas: qui illis imbuti C sunt, prius ex rebus ipsis, q̃ tu admoneas, rationem illam & viam cognoscant. Qui ergo factum est, vt nemo istorum quisq; diuidendi videatur ratione vsus ad numerũ cuiusq; generis differentiarum incundum, neq; ad inuenienda prima, componẽdi? Quãquam dialecticis solis vtendi facultas datur harũ viarum rõnumq;, interim ab indiuisis & numero infinitis ad primum illud ascendentibus oĩum genus, per eas, quæ in medio sunt, genericasq; ac speciales differentias: interim vero ab illo primo genere rursus ad infinitum pergentibus per easdẽmet, quæ in medio sunt, dñas. Sed horũ est ausus nullus vlla constituere via & rõne numerum vel primorum generũ, vel ab his distributis proficiscẽtium dñarum. Verum nos quidem hoc effecimus, & quasi via progredię̃tes, xxvij pulsuum reperimus, qui tres habent dimensiones: & eorum nouem, qui vnam: vnũ cõe genus, quantitatem distentionis arterię. Quod, si et contractionem est tactu cognoscere, & in hac quoq; erunt, s. totidem dñæ. Sed de hac re in libris de dignoscendis pulsibus disceptabimus.

Quàm aberrarit Archigenes in venandis Pulsuum differentijs, cum nullum genus a reliquis separatum, sed omnia confusa & indistincta pertractarit. CAP. 7.

AT † vero Archigenes (nam hunc, post Herophilum quidem appellauerimus, primum inclamantes Homerum:

« D Vnicus ille sapit, tibi mens inuoluitur vmbris)

non in nominibus modo videtur, sed lõge etiam in rebus prius perplexus esse. Quo fit, vt passim se non percipiat secum pugnare. Discas id ex his ipsis verbis: Sunt porro alij pulsus, hiq; nec medij, nec magni, nec parui, ex magnitudine censentur, vel ex magnitudinis dimensionibus. Mox subdit. Est enim pulsus, cũ longitudine arteria distenditur insigni, sed latitudine angusta, & humilius est sublata: vocetur longus. Alter, cum lata quidem distentio, sed humilis & longitudine breuis occurrit: appelletur latus. Tertius, vbi admodum attollitur, angusta tñ & longitudine est breuis, est aũt hic rarior: vocetur altus. Hic erat illi de ijs propositum dicere, qui vnam habent dimensionem, remotis reliquis duabus: sed de instituto argumento abductus est, q̃ de illis etiam scribat, qui tribus dimensionibus intelliguntur. Nam eorum primum non longum modo, verum etiam angustum & humilem fecit, neq; id tantum conceptione, sed & verbis. Nam quid ait? Cum longitudine arteria distenditur insigni, sed latitudine angusta, & humilius est sublata. Nam latitudine angusta, angustum pulsum significat: & humilius sublata, humilem. Inde secundum, non latum tãtum, sed etiam humilem & breuem fecit, tam intelligẽtia q̃ verbis. Eodem tertium modo, non altum solum, verum etiam angustum & breuem: cum sint hi tres de ijs, qui trinis dimẽsionibus dicuntur, xxvij, quos in tabella proscripsimus. Scriptus est autem, qui hic primus relatus est, in

† Antiqui quidam cod. hunc habent sensum. At vero Archigenes (nam eius solius æquum est meminisse, post Herophilum inclamantis Homericum illud. Vnicus ille etc.

in tabella nonus, hoc pacto: Longus, angustus, humilis. Qui hîc secundus est, primus vigesimus E
est in tabella descriptus in hunc modum: Breuis, latus, humilis. Tertius hîc, in tabella est xxv, qui
sic scriptus est: Breuis, angustus, altus. Quare aut initium de ijs sermonis immutet, vbi magnitu-
dinem dicit eorum spectari: aut magnitudinis certe dimensiones simpliciter tradat pro magnitu-
dine: aut, qñ appositum est, ex dimẽsionibus magnitudinis, ne in magnitudinis amplius differen-
tijs eos numeret. Nam quid quærit, vtrum de his illos esse, qui trinis simul dimensionibus ęstiman
tur, an de illis, qui tantum vna? Vtrobiq; est enim defectus. Si eos, qui trinis æstimantur dimẽsio-
nibus, accipimus, cum omnes prætereuntur vnius dimensionis, qui nouem numero sunt: tũ alij
desiderantur xviij, qui trium simul æstimantur dimẽsionum. Ita enim ix tantum videatur mentio-
nem fecisse: trium, qui primi cõmemorati sunt, magni, parui, medijq; inter eos: deinde triũ, quo-
rum hîc meminit: Ad hęc trium aliorũ, qui his sunt oppositi, quos postea adducit. Ad hęc, super-
flue hoc orationi additum est, ex magnitudinis dimẽsionibus: sat enim dicere absolute erat, ex ma-
gnitudine. Contra, si de his, qui vna dimẽsione ęstimantur, scriptum ab eo accipiamus: Primum,
alienum sit reliquorum binorum in singulis meminisse: Deinde, non iam xviij, cæterum quatuor
& xx illos ex tabella reliquerit: Tertio, male videatur dicere ex magnitudine cẽseri eos: cum non
ex magnitudine sit dicendum, sed ex magnitudinis dimensionibus: si quidem tumor, vt ipse asse- F
ruit, est magnitudo. Quanquam non solum longitudo per se, sed nec profunditas vel latitudo est
tumor, cæterum, vt etiam appellatur, dimensio. Neque sane perinde est tumor & tumoris vna di-
mensio. In vtrũq; igitur incurrit plane Archigenis oratio, quòd nec distincte nec distribute dixit,
sed intelligentia veluti ambigua. Cæterum, in quam ille partem potius acceperit, si diuinando
oportet pronunciare, vel id audebo. Equidem voluisse dixerim hos describere, qui vna dimẽsio-
ne intelliguntur: idq; adeo ipsum initio innuisse, cum dicit, Vel ex magnitudinis dimensionibus:
sed in narrando offendisse, vti toto in librò, & animo conturbato fuisse, & attonito. Nam, quòd
hominem lateret esse septem & xx, eos, qui tribus simul dimensionibus intelliguntur, maximum
est argumentum crassa ratione minimeq; distincta de illis statuisse. Nam eius esse hoc initiutum,
& ab hoc illum deflectere inuitum, ex suprapositis liquet. Nam quid tãdem mox subdit? Etenim, »
cum etiam binæ aliquæ sæpenumero dimensiones concurrant, vt simul & breuis sit & humilis, »
vel breuis & angustus: atq; in alia cõiugatione, lõgus & latus, vel longus & altus. Profecto hinc
planum est eos illum, quos diximus, vna tantum dimensione accipi velle. Hos siquidem binis di-
mensionibus duntaxat scribit, tertię statum prætermittit. Nam quid dicit? Etenim, cum etiam bi-
nę aliquę sæpenumero dimensiones concurrant, vt simul & breuis sit & humilis. Nam in hac ora G
tione, qui breuis simpliciter sit, cognoscendum est, & qui humilis simpliciter: alioqui nos fugiet
breuis simul & humilis. Quin nec longus pariter ac latus, nisi ante vtrunque separatim commen-
tere, erit clarus. Primum enim longus seorsum est intelligendus, deinde seorsum ipse etiam latus,
postea illorum intelligentiæ committendæ vnà sunt: ac tum dices deniq;, longum simul & latum.
Quapropter fit, vt à se ipse quidem cõfusus manifeste dissideat. Nam longum non satis habuit di-
cere, cum longitudine arteria distenditur insigni, fieri: etsi hoc vnum sufficiebat: sed superflue ad-
didit, sed latitudine angusta, & humilius etiam sublata. Rursus latum parum erat dicere, cum la-
ta quidem distẽtio: verum subijcit, sed humilis & lõgitudine breuis occurrit. At, si hæ mihi sunt,
Archigenes, notiones obseruandę, qui longum eundem & latum intelligam, quod subdis, fieri?
Nam à lõgi notione tu ipse latitudinem disciusisti, & à lati longitudinem, vt sic dicam. Atqui hæc
inter se pugnant plane: cum primo loco à longi notione abstrahat latum, retineat secundo. Non
aliter in lato & alto, primum à reliquis duabus dimensionibus separat longitudinem, deinde ser-
uat. In has ille omnes offensiones nominibus exponendis, eò, quòd in ipsis rebus multo ante la-
psus sit, incidit. In nulla enim disciplina videtur vsus ratione vel diuidẽdi, vel componendi. Ne di
cam illi vsu venisse, quod vulgo solet, & indoctis: vt naturæ frequenter compositionem in prima H
& simplicia dissoluere conetur: frequenter autem, quãdo nihil horum separatim vel per se potest
esse, resistat, & se ad compositum recipiat: Rursus quando compositum indigestam nec distinctã
obtinet disciplinam omninoq; plebeiam & rudem, ni in prima dissectum sit, à diuisione nesciat
manum abstinere, inde ad compositum iterum diuertat: ꝙ intelligentia nequeat distinguere sin-
gula simplicia: Atq; hunc orbem repetens & volutatus semper inter extrema, intelligentijs ambi
gat, nec vlla ratione his se pugnantijs possit explicare. Omnino, qui dialecticum se facit, hoc volo
meditatum plane esse, vt, quicquid aggrediatur, si sit compositũ, redigat ad prima notione & sim-
plicia: non quo separatim vnquam & sola appareant (nam hoc effici non possit) sed ꝙ mente so-
la concipi possint, nec cogitando hæc cum vlla coniungamus differentia, quibus sunt necessario
alligata. Nam, vt simum hominem intelligimus, & aquilum: neq; magnus is sit, an paruus: albus,
an niger: corpulentus, an gracilis sit, nosse nobis est opus: sic altum quendam intelligimus pul-
sum, non desiderantes longitudinem vel latitudinẽ eius cognoscere. Quapropter, qui nullũ aiunt
longũ simpliciter pulsum se complecti animo (nam oĩno oportere eum aliqua præditum esse lati-
tudine & profunditate) rudes sunt primarum disciplinarũ: quas didicisse eos & in illis tritos opor
tebat esse, atq; ad nos tum deniq; se conferre. Quia enim solus non possit longus consistere, con-
tinuo

*γράμματι. Al. πράγματι. i. re.

A tinuo nec intelligi confirmant solũ posse. Quin ergo nec simum hominem cogitent separatim, nec aquilum, nisi eius norint omnia reliqua, magnus sit an paruus, corpulentus an gracilis, niger an albus, Græcus an barbarus, malus an bonus, valens an ęgrotus, iuuenis an senex. Quid hoc autem? non'ne importunum est, longum se quendam & altũ & latũ simul fateri intelligere, ac vno noĩe magnum appellare, longum non posse seorsum & solum concipere? Quasi vero nõ eadem ratio sit cum toto pulsu magni, ac longi cũ magno. Nam, vt longus separatim & solus stat nullus sine aliqua profunditate & latitudine, ita neq; magnus est vllus pulsus, nisi simul celer, vel tardus, vel vehemens, vel languidus sit, vel particeps aliarum sit differentiarum. Immo vero, vt cogites omnibus differentijs arteriam moueri, separatim non possit vnquã moueri: quis enim extra corpus arteriam etiam cõspexit pulsare? Omnino itaq; est in toto corpore, & neruo alicui incumbit, isq; qualitatem habet & quantitatem: subijcitur porrò venæ, & hæc est qualitatis & quãtitatis particeps: circunijciuntur iam corpora illi multa: atq; omnia, hinc progressus, sine quibus consistere pulsus non valet, recenseas. Sed vir prudens, si hęc exaudiat differentem, de assistentibus aliquem rogauerit: Nũ iste scilicet ludit, vel insanit, qui hæc nugetur? Quid, quæ sine alijs esse nõ possunt, nõ'ne mera fatuitas est, & magna vanitas, ne cogitatione quidem repręsentari citra illa profiteri?

B Nam longum quidem pulsum, nisi aliqua cõiuncta sit profunditas & latitudo, non esse posse, nemo causam dicit. Atqui hoc nõ erat propositum: sed an'ne intelligi quidẽ possit absq; illis. Nam, hoc si quis dicat, artes imprudens euertat omnes, atq; adeo omnem in vita vsum noĩum. Etenim curandi artem quis vnq; vestrum pleuritici Dionis didicit? nemo vero. Omnino nõ in homine pleuritico, sed in commẽtatione specierum & generum artes positæ sunt: primũ pro ipso affectu certis sumptis distinctionibus. Siquidem vel ad clauiculam dolorem, vel ad præcordia pertinere cogitamus: neq; hic Dionem vsquã, vel Theonem vnã concipimus. Deinde superiorem statum & præsentem spectamus. Abundantia laborat pleuriticus, aut contra defectu humorum: bonos succos habet, vel malos: atq; vtrunq; scilicet, nunc'ne primum, an iã pridẽ. Et, si iã pridem, vtrum à victus ratione, an sua sponte: neq; hic quidem vsquam Dion vel Theon. Neq; vero etiã, vbi de temperamento ægroti agimus, Dionem necesse est vel Theonem appellare, aut animo concipere, aut aliquo modo desiderare. Nam ea ratione Geometriam sustolli, quid attinet referre, si quis se nec lineam, nec superficiem dicat concipere, q carere solido corpore nõ possint? Quid cunctas res mundi, quæ à se diuelli mutuo nõ possunt, an'ne absurdũ, si ne intelligi quidem separatim admittas? Sed eam importunitatem nunq; ferret Archigenes: immo cõtra facere ille semper aduer

C titur, deducẽdis singulis in prima & simplicia: uerum deflectit ab instituto interdum, & aberrat inuitus, q parum, vt equidem censeo, sit exercitatus. Certe in re proposita, quod dico, perspicias non obscure. Etenim, cũ etiam duę, inquit, aliquæ sępenumero dimensiones concurrant, vt simul & breuis sit & humilis,† nos separauimus hos, qui binis intelligũtur, ab illis, qui singulis dimensionibus: tum q hos, qui trinis dimensionibus intelliguntur, qui sunt vigintiseptem, prius docere non possem, q; singulas dimensiones intelligere separatim assuefecissem nunc augeri, nunc minui, nunc moderatas esse & in naturali statu persistere: tum q multa nos ex vna dimensione cognoscere possumus. Nam, vt certam rem demonstrare magnus pulsus solet, ita ẽt altus solus, non simul cum ipso alijs dimensionibus animo conceptis. At vero pulsus binarum dimẽsionum, nec ad viam & rõnem quicq; faciunt eorum, qui trinis simul dimensionibus intelligunt: & à diuidendi sunt methodo abducti: vnde etiam disciplinam habent, quæ nulla arte constat, frustra tyronem detinentes: vt si quis ita doceat, pulsum dicens esse aliquem magnum simul & celerem, alium magnum simulq; vehementem, alium item celerem & vehementẽ: itaq; progressus binos copulet: quod ne ipse fecit Archigenes, vt quod nullius sit artis, nulliusq; prope rõnis & vsus. Interdum enim ex oĩbus differentijs tum nos volumus constitutũ intelligere: tum ars requirit, vt cognosca

D mus: vt propositæ rei totã naturam perspiciamus: Interdum in simplices reducimus differẽtias, q absq; eo exacte cõpositum non intelligamus. Nam, nisi totã rei naturam in vnum complecti, atq; in vna differentia & simplici valeas cõsistere, nulla erit ars, nulla via vel ratio, nulla etiam vtilitas.

Qua arte Gal. pulsuum Differentias inuenerit in Quantitate distentionis arteriæ. CAP. 8.

QVamobrem nos primum pulsuum vniuersam naturam deduximus in differentias, quę ipsam constituunt: atq; hanc quantitatis distentionis appellauimus, illam qualitatis ictus, aliã qualitatis tunicæ, aliasq; ordine commemoratas. Deinde in his ipsis rursus simplices requisiuimus notiones, vt, quam habet rõnem differentia quãtitatis distentionis ad totam pulsuum ex omnibus conflatam naturam, ita aliud reperiamus similiter habens ad hanc ipsam. Nam hoc genus vt vniuersam pulsus naturã conficit, ita idẽ iterũ dimensionẽ efficit quãlibet. Sed binas cõcipere dimensiones nihil refert nec ad totum pulsum absoluendum, nec ad vnã quantitatẽ distentionis: vnde superuacaneũ de ijs sit sermonem habere: & nos dedita opera prætermisimus. Contra male Archigenes eum veluti dilacerauit, & sex duntaxat commemoratis coniugationibus, alias vigintiunam numero prætereijt. Siquidem differentiæ vniuscuiusq; dimensionis sunt omnes oĩbus aliarum copulandæ: vt in vnaquaque binarum dimensionum copulatione existãt nouem differentiæ, omnes vigintiseptem. Adscribam vnam ex qua de reliquis etiã licebit discere.

† *In cod. antiquis græ. plura hic adduntur, ut locus hic ita vertatur. Nos autem hos, qui binis dimensionibus intelliguntur, nõ apposuimus, sed solis cõtenti fuimus tũ eis, qui singulis dimẽsionibus, tum eis, qui trinis simul intelliguntur: illis quidẽ, qui singulis dimensionibus intelliguntur, tũ quod hos &c.*

TABELLA E

1	Longus	Latus	4	Latus	Moderatus	7	Breuis	Latus
2	Longus	Moderatus	5	Moderatus	Moderatus	8	Breuis	Moderatus
3	Longus	Angustus	6	Angustus	Moderatus	9	Breuis	Angustus

In hac ergo tabella, longitudinis tres differentias complicãtes cum tribus latitudinis, nouẽ effecimus drías. Altera erit eodem modo tabella, cum tribus longitudinis differentijs coniũctas profunditatis tres habens. Tertia præterea, in qua profunditatis tribus tres copulabunt latitudinis. Neq; est obscurum, quin singulæ tabellæ nouenas complectantur coniugationes: itaq; omnes vigintiseptem sint. Iam igit est apertum, horum, qui bini intelliguntur prætermisisse Archigenem permultosq;, vt ẽt aliorũ. Nos aũt hos omisimus ob causas, quas exposuimus: sed tradidimus eos, qui singulis dimensionibus intelligũtur, numero nouem: atq; eos, qui trinis simul, quos in tabella descripsimus, septem & viginti. Quorum fecimus oium commune genus, nõ magnitudinem, verum quantitatem distentionis, explicamusq; pulsuum differẽtias quasdam nominibus, aliquas definitionibus: neque.n. nomina oẽs sortitę sunt: & imponere, ab re ducimus, noua, qñ definitiones cõmõstrare nihilo sane secius valent. Equidem non multo peius existimem, sed multo ẽt docere nominibus definitiones melius, q, vt alia omittam, plerasq; etiam differentias in alias plures, vt in magno pulsu demõstrauimus, diffindunt: quippe cuius rursus sex concipias differentias, & definitione explices, si quendam ex illis maximum & conceperis & vocaueris eum, qui à moderato distat quãplurimum: aliquem simpliciter magnũ, qui inter maximum et moderatum medium locum tenet: ac inter vtrũq;, alias duas differentias statuas, licet, vnam paulo moderato maiorem, alteram, quę paulum infra maximum sit. Nam huiuscemodi, diuisionem, neminem fugit, qui operam, vel studium in operibus artis posuit, magno vsui esse ad præsagiendum. Etenim in calido, frigido, sicco, humido, breuiter omnibus, quę ad artem pertinent, in minima facultas diuidẽdi, & paruorum excessuum obseruatio, viri est cũ prudentis, tũ vero experti in operibus, nihilq; potius ducentis, q̃ scopũ artis in angustum q̃ maxime cogere. Nõ tñ in principio institutionis ea est sumenda diuisio, nam discipulis ea res minus doctis nõ parum confusionis afferet: docti vnum ex commemoratis intelligent. Quæ causa fuit, quamobrem nec eorum in primo cõmentario meminerimus: sed ne nunc quidem dixerimus, nisi oẽm pulsuum, qui ex quantitate nominantur & intelliguntur, statuissemus aceruum ob oculos ponere. Siquidem excessus pulsuum, qui vna dimensione intelliguntur, & defectus à principio potes diuidere, vt in magno demonstrauimus. Nam moderati soli, singulis generibus singuli sunt & indiuisi: alij plures diuisiones recipiunt, sua quidẽ natura infinitas: quod enim genus maiorem, vel minorem excessum & defectum obtinet, infinitas, necesse est, habeat drías. At non ad sensum tñ sic habet: sed, vt ad illos te melius vel peius exercitaueris, ita modo vel minutulas drías percipere poteris, modo insignes tm. Siquidem & musicus vocis excessus nõ ad tonum & semitonum tantum, sed & ad elementum ipsum vsq; et minimum sonum satis assequitur: idiota nec duorum excessum tonorum potest exaudire. Nam nos quidem, vt nunc est, nostrum sensum exposuimus. Assequimur in moderati excessu & defectu cuiusq; generis differentias pulsuum sex: sed tyronibus primum vnam, aut alteram, satis est de illis sentire, & discernere à moderato illas posse. Tractu certe tpis si hac in re versent diu, primum in duas partes fortasse eas partiri, deinde in tres & quatuor poterunt. Hæc ideo oia, vt multorum pulsuũ esse declararemus vnum genus, disseruimus. Refert tñ etiam suo nomine ea cognoscere: nosq; his, qui in disciplinis profectum iam fecerunt, hæc dicimus, quibus scilicet solis dictauimus. Ergo esse quoddam genus pulsuum, qui in quantitate distentionis consistunt, satis ostensum est. F G

Ratio distinguendi Prima & communia genera pulsuum. CAP. 9.

IAm de primis esse generibus (memini enim hoc quoque recepisse demonstraturum) hac potissimum ratione perspicias, si in singulis perinde alijs generibus coneris commẽtari, atq; nũc in hoc fecimus. Id quod in hunc modum maxime feceris, si in singulis tractandis consideres, ecquod supremum genus esse possit & huius generis, quod est quantitatis distentionis, & eius quod cum illo proponit. Age enim, quandoquidẽ celer quidam est, & tardus, & moderatus in arteriæ motu pulsus: atque horum cõe genus qualitas est motus (quod in commentarijs de dignoscendis pulsibus demonstramus) ecquod inuenire commune genus valeamus qualitatis & quantitatis, attendendum nobis est. Si nequeamus, in prima referemus genera, tum quantitatem distentionis, tum qualitatem motus. Sed, quãdo & qualitas corporis arteriæ aliud genus sit pulsuũ, scilicet in quo mollis sit, & durus, & moderatus in statu arteriæ tunicæ, videdũ est rursus, quod nã horum sit commune genus: huius dico, de quo nunc egimus, & illius, qui in distentionis quantitate consistit. Si nihil reperiatur, ex primis etiam est hoc censendum. Nam, q exercitatum requirit in prædicamentis horum cõmentatio, apertum puto esse: vt, cum, quæ in quæstionem venerunt, in vnũ ambo prædicamentum cogantur, non commune tñ vllum genus habeant, ne cõmunitas nos prædicamenti moueat: vt plerosq;, qui sero ad literas se conferunt, & inexercitatos pseudodialecticos, vbi prædicamentum sit commune, genus etiã reperies hîc cõmune existimare H

esse,

A esse, vt qui distinguere homonymiam non valeant. Sanè sic habet in qualitate motus, & corporis arteriæ. Prædicamentum est qualitatis cōi vtriq; generi: tn̄ genus non item ambo vllum obtinēt commune. Nam per homonymiā vtrunq; nō synonymiam qualitas dicitur: neq;.n. eadem est in ambobus qualitas, sicut in albo & nigro, atq; frigido & calido. Cæterū motui peculiaris est qualitas, & diuersa: & corpori arteriæ peculiaris, diuersaq;: scilicet non generis sunt eiusdem, motus & status corporis arteriæ. Verum de his inferius fortassis amplius agetur. De pulsuum nunc genere in quantitate, qua ratione animaduertendum est, liquet: primorum ne generum, an secūdorum sit. Nam à genere motus, corporisq; arteriæ plane distat, si quidem quantitas à qualitate dissidet: atq; idcirco etiam à genere contentionis, in quo vehementes quidam & languidi sunt pulsus (etenim qualitate hi vel ictus, vel vitalis roboris, constant) & vero à rhythmo etiam, & à genere ordinis & perturbationis ordinis, æqualitatis & inæqualitatis: quæ quidem prædicamento ad aliquid attribuunt vniuersa. Hoc iam superest, vt illud cōparemus cū genere crebritatis & raritatis: nam hoc constituere quantitas videtur temporis quietis. Sed sub idem sic rursus prædicamentum reducentur, genus ambobus tn̄ non erit idem: nam genere toto quantitas dimensionis corporis à quantitate abest temporis. Ac nullum esse apertum est in pulsibus genus altius quanti-
B tatis genere distētionis, vt nec aliorum quicquam cōmemoratorum. At meditatum oportet prius
« esse, qui assequi hæc volet, ad prædicamenta. Nam scitum est Arcesilai dictum: Nemo vellus portat ad fullonem. Ordo est enim, vt lanificij, sic institutionis disciplinarum. Nec legere quisq̄ prius docet, q̄ syllabas oēs didicerit: nec syllabas ipsas prius, q̄ vocis cuncta elementa. Neq; validas lucias, ante simplices & leues: neq; has ante, q̄ probe sit frictus: immo ne id quidem, nisi præcesserit more Athletarum vnctio: sed omnium horum aliud primum est, aliud secundum, aliud tertium in omnibus artibus. Sic etiam in Dialectica, ante q̄ quis ad prima se & veluti elementa exercitauerit, insequentium non valeat assequi demonstrationem. Sed hæc hoc loco satis de his sunt.

Archigenem, quanquam vsus est plerunq; nomine differentiæ, perperam tamen primas pulsuum differentias qualitates appellasse. *CAP. 10.*

RESTAT, vt de nomine differentię dicam. Primum in nomine nos nihil innouare ostendemus: deinde, quid apud authores significet, interpretabimur. Nam noui nos nihil designare primus est Archigenes testis, qui in hunc modum in principio scribit tractatus de ordine & pertur-
« batione ordinis, æqualitatis & inæqualitatis: Herophilus, qui generatim pulsuum protulit alias
« differentias hoc pacto: Magnitudo, celeritas, vehementia, rhythmus, non coniunctim, sed specia-
« C tim ordinis meminit & perturbationis ordinis, æqualitatisq; & inæqualitatis. Hoc loco aperte Archigenes non modo differentias esse in pulsibus, sed & aliquas generum esse, quasdam specierum, memorauit. Neq; initio hoc tm̄ fecit, oblitus autem postea est in toto sermone: millies enim nominis meminit differentiæ & generum & specierum, rectissime sentiens sciensq; differentiarum quasdam genericas, quasdam esse specificas: ac harum etiam ipsarum has magis genericas, illas specificas magis. Quare paucula, vt faciamus capita eius, adscribamus ad confirmandum pro-
« positum: primum hoc ex eodem de ordine & perturbatione ordinis tractatu: Quidā sanè æqua-
« litatem acceperunt in certis tm̄ differentijs: ego vero in omnibus, in quibus ordinē. Mox addit:
« Inæqualitas est imparitas pulsuum in aliqua succedentium ei differentiarum: perturbatio vero ordinis, conturbatio dispositionis temporaria in aliqua pulsus differentia. Bis in hoc quidem capite *Al. eis. s. pulsibus.*
« scripsit differentiæ nomen. Paulo post: Neq; aperuerunt ne de his quidem, an, qui omni in diffe-
« rentia sit par, sit æqualis dicendus. Inde rursus: Et, qui est absolute ordinatus, hic nobis erit par
« magnitudine, vehementia, celeritate, rhythmo, & si qua alia eiuscemodi differentia dispositus attenditur in omnibus esse, sed aliqua ex parte, qui in vna horum differentia dispositus videtur esse, vel duabus, vel pluribus. Hoc rursus loco nomen differentiæ bis appellauit: cui annectens se-
D quentem orationem, primum sic dicit: Nam illa integra & omnium differentiarum absoluta pa-
« ritas. Interim sic: Et inæqualem pulsum eum, qui prorsus vel vna differentia est impar, vocamus.
« Interim hunc in modum: Non nunquam alia per tres, vt dixi, respondent. Vehemētia vero, qua-
« si quotidiana est, cum sit æqualis & par deinceps, aut alia quæpiam reliquarum differētiarum, aut
« alia. Huic subdens proximam orationem dicit: Conuenientibus pulsibus & simul omnibus dif-
« ferentijs, & vna vel pluribus. Postea: Interim sunt alia omnia ordinata, aut certe æqualia: vna au-
« tem aliqua differentia, vt magnitudo: vel duæ, vel plures semel inordinatæ sunt. Post hęc in exi-
« tu tractatus: Accipienda sunt enim, inquit, quæ retuli, de celeritate & tarditate, deniq; de omni
« pulsus alia differētia. Atque hæc ex hoc tractatu adducta sint: quid enim plura cites? Digrediamur iam ad alium, vt ne ex vno loco testimonia videamur capere. Ascribamus igitur capita ex insequentibus, atq; etiam ex præcedentibus. Ac sequitur quidem hic titulus: Quæ sit vno in pul
« su inæqualitas. Statimq; scribit ab initio tractatus in hunc modum: Sunt enim plures differentiæ
« inęqualitatis, puta in vno pulsu. Inde: Frequenter autem cum hisce differētijs, & cum magnitudi
« nis coniunguntur inæqualitatibus. Mox: Alia porrò est differētia in magnitudine vnius pulsus
« inæqualis. Hæc ex hoc tractatu proferas. Porro adscribamus his pauca adhuc ex ipso initio libri.
« Vnum quidem est caput hoc, Tractatus, de pulsus vehemētia. In vehementia autem eiuscemodi

inuenias præterea alias differentias. Alterum iam: Hunc in pulsus languidi differentias referas. E »
Et inde aliud: Quidam non remissus quidẽ, sed quasi impeditus, & intro vergente præditus grauitate, repressus, & demersus, differentia erit vehementiæ pulsus. Postea, vbi de plenitudine agit, interim sic scribit: Numerus tot differẽtiarum. Interim sic: Differentia tm̃ ad contrarium simpliciter æstimetur. Rursus in tractatu de crebritate & raritate in hunc modum scribit: Non nulli videntur turbare differentias. Et ad finem totius tractatus: Habes celeritatis & tarditatis differentias. Rursus, vbi agit, qui sit pulsus per par & nõ par: At enim non est hęc peculiaris pulsus differentia, sed spẽs eam complectitur, vel rhythmi, vel ordinis. Sed satis iam de differentia, ne imprudentes forte à proposito aberremus. Nam, Archigenis si de pulsibus velis totum librum reuoluere, alterũ ex eo librum conficias de nomine differentiæ: nã nunc quidem ne ex quinta parte quidem hæc excerpsimus: ac multa protulimus capita, non adeo, quo de nomine differentiæ laboraremus, sed vt significationem esse variam ostenderemus. Etenim genera non raro differẽtias appellauit cum prima, tum secunda: & species item generum: Ac, quæ neq; genera, neq; statuit species esse, quæ quidem differentiæ sunt solæ, etiam vocauit has differentias: quæ pseudodialecticis res imponit. Nã, quando differentiæ cũ apud alios Gręcos, tum apud priscos philosophos de tribus his, quæ modo memoraui, accipiant, de generibus & speciebus cõius: sed de illis, quæ in diui F sionibus, reperiũtur, quæ nec species sunt nec genera, peculiarius: huius isti tm̃ significationis meminerunt, communi omnino neglecta. Enimuero † agitati nemesi suis ipsorum scitis non constant. Quapropter nunc non ex aliis græcis nominũ significata suggero, cum tñ mihi promptissimum esset ab omnibus mutuari, sed ex iis ipsis pseudodialecticis. Nam, qui expposituros nominũ notiones recipiunt, & dialecticę hoc commẽtationis principium constituunt, cum nõ exponunt, sed ferunt non aliter, ac leges, hoc nomine sum solitus istos appellare. Nam Archigenes quidem, sat scio, oĩa citius subeat, q̃ differentiæ nomen attribui speciebus quoq; fateatur. Etenim, vt præteream alia, vel secta eorum ciuitatem prius, q̃ placitum, ait esse prodendam. At tu, si, dum leges illi ferunt, sileas, nec resistas quicq̃, inde de re quapiam facias potestatem disserendi, cum suis ipsi statim decretis pugnant. Quod sane proauo huius eorum sectæ frequens est Chrysippo: nomina enim sanctius ille sciscit, q̃ Atheniensibus de appẽdendis nummis Solon suis tabulis: confundit aũt ipse ea primus. Et, si quęras de successoribus eius sciti, quid nõ tueat sua decreta? abutitur, inquiunt. At licet, cedo, abuti, nec, qui hoc admittunt, peccãt? licet, inquiũt: nam quid dicãt aliud, vbi in puteo (vt in prouerbio est) sint oppressi? Qui aũt aliis hoc hominibus minus permittunt? An vni Chrysippo istuc, eiusq; facere permissum est æmulis? At quam quæso ob rem? q terra sit G natus scilicet Atticus de Codri familia & Erechthei? Atqui, si quidẽ illorum sit nepos, nõ adulteraret, quasi nummum aliquem, antiquę institutũ vocis. Nunc vero (quod quis ferat?) neq; Athenis natus nec altus, sed ex Sicilia pridem aduenies, prius, q̃ probe Gręcam vocem didicerit vllam, Atheniensibus studet legem de nominibus ferre, pica Sirenem imitans: vt picam, non graculum dicamus, vel coruum, vel quippiam aliud, quem verius appellaueris tam audacem. Sed Chrysippi in linguam Atticam contumelias posthac fortasse detegemus. Archigenis delicta hæc, quæ nunc in manibus habemus, mire confitearis aperta esse: qui veretur dicere prima genera, & primas differentias, genericasq; differentias, & genera differentiarũ, tametsi frequentia apud Græcos hæc sint nomina, ab Herophilo vero & Herophiliis prope omnibus millies prolata: sed omnibus cõe nomen commentus est qualitatis. Atqui differentiæ nomen potest omnibus assignari, qualitatibus, quantitatibus, relationibus, vno verbo vniuersis: nam ab eo, q differat alterum ab altero, nomen differentiæ factum est & conceptum. Differunt autem quædam statim primis generibus prædicamentorum, vt homo, album, bicubitale, dextrum: nam vnum illorum est substantia, alterum qualitas, aliud quantitas, aliud ad aliquid: Quædam subiectis generibus sub his, vt album & triangulare: color enim illius est genus, huius figura. Hæc rursus ambo prędicamen H to subiecta qualitatis sunt: itaq; albo primum prædicamentum cum triangulari conuenit: est.n. vtrunq; qualitas: cæterum generis sunt diuersi, hoc figurarum, illud colorũ. Alia iam specie differunt, cum non differant genere: vt album & flauum: genere sunt enim eadem, nam colores sunt: sed speciei habent quandam differentiam: nam species coloris, vt nigrum, rubeum, cœruleum, ita album, & flauum sunt. Iam alia differunt indiuiduo, & vno numero: verbi gratia, album, quod ostendi potest, ab hoc albo, quod potest ostendi, peculiari quadam distat differentia: sed eidem speciei tamen subditum est albo: & idem eorum etiam genus color est, atq; cõmune prædicamentum qualitas: adeo quodlibet à quouis, alterum ab altero prorsus aliquatenus differt. Quãdo igitur differentia à differendo est appellata & inuenta: differre autẽ tum indiuidua, tum species, tum genera inueniuntur subalterna, & semel omnia, quæ aliquo modo sunt: etiam differentia, oportet, in omnibus sit, quæ sunt: non item qualitas. Male ergo prima genera Archigenes differentiarum pulsuum vocauit qualitates: nos recte atq; ordine cum hæc, tum alia omnia differentias: quare etiam vniuerso operi titulum fecimus de pulsuum differentiis. Quid iam superest eorum, quæ distulimus? nihil, nisi vt veterum medicorum aliorumq; auctorum vsum nominis differentiæ declaremus. Nam superior quidem oratio ipsius testimonio Archigenis fidem fecit, neque ex omni-

Marginal notes: † ὑπὸ τῆς ἀδραστείας γεγυμνασμένοι. — * in græcis, cilicia.

A omnibus tamen eius libris, ne ex illo quidem de pulsibus toto. Quod, si alia opera inspicias Archigenis, etiam febrium differentias reperias hominem appellare, & morborum, victuumq; atq; vti millies in his, quas memorauimus, rebus, noie differentiæ. Quod, si aliorum medicorũ vsum, & omnino Græcorum adscribam, res mihi tam fore videtur prolixa, vt libros conficere maximos possit. Omniũ ergo primũ sit, vt quisq; excerpat: nam se statim authorum vocabulis assuefecerit, minusq; nobis exhibuerit negocij ad insequentẽ disputationem. Etiam duæ cuilibet ad manum sunt lucubrationes nostræ, & de Atticis nominibus, & de Medicis. Põt fieri, vt de Ionicis quoq; conscribam aliqñ: vt, quæ de dictione & oino de noibus querunt, discas ex illis. Nunc seriem orationis persequamur, atq; hunc librũ quidem hic finiamus: in sequẽtibus libris addamus reliqua.

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

B Exemplo vehementis pulsus & languidi, pleni & vacui, duri item & mollis, Archigenis & reliquorum Pneumaticorum tractatio redarguitur.

Inutilem esse Archigenis de Nominibus contentionem, ipsumq; aberrasse in vehementiæ pulsuum definitione CAP. I.

Ontrouersia nobis de rebus, cuipiam necessaria fortasse videatur esse, alij iusta esse, alicui etiam condonanda. Nam, vt ait Poeta Tragicus,

† Si amor sapientię atq; honesti singulis
Iuxta placeret, nulla foret mortalibus
Contentio ambigua.

Nunc, quia non vr̃ omnibus idem neq; honestum, neq; sapiens esse, neq; etiã verum, necessario exsistit. s. controuersia. Vt vero philosophus dixit, Etenim, si vel maxime sint, inquit, definita, non tñ scio, sed est in omnibus opinio: ex opinione hac par est nasci controuersiam. Vt aũt sentiunt illi, qui sciẽtiam firmã esse & congruen-
C tem ducunt, sed non facile inueniri: qui eam non assequitur, huic est habenda venia. At de nominibus pugnare, nec vllum hic modum facere & multũ elaborare, solidosq; implere libros maximos hisce præstigijs, nec necesse esse, nec par, nec venia dignũ mihi vr̃. Nam, rerũ cum sit ea obscuritas, vt, si vel in triplũ hæc vita nr̃a prorogeť, ne tunc quidem exacte nos oia cognoscamus, & hac adductus re dixerit Hippocrates. Vita breuis, ars longa. quomodo, qui in his, quę ab re sunt, tempus suum ponit, importunitatis ꝓpulsabit vitium? quasi vero tam ei multũ superet temporis; vt & hunc ei liceat cumulum addiscere, & necessaria per ocium indagare. Quid? hoc non ne faciunt, qui eiuscemodi conscribunt, vt Archigenes in libro de vehemente pulsu? Est vero prolixa eius oratio, nec conuenit omnem hic adscribere: nihilo minus, qui eã requirit, ex opere de pulsibus legat. Nam quartum est à principio caput, quod orditur in hunc modum: Vehementiam pulsus non esse simplicem qualitatem confirmat Magnus. Proinde, quasi hoc de vehementia caput legeris, quæ sentio, aggrediar dicere. Miror enim non hoc modo, ꝙ de nomine certat: nam hoc quidem delictum plerisq; prope non medicis tantum, sed philosophis iam solẽne est: verum ꝙ ne id ipsum quidem percipiat, sibi de nominibus esse litem. Quapropter, cum arbitretur, puto, de re disputare, extendit orationem, quæ præter alia absurda, etiam scripta obscure, librum alium
D quærit, neque eum paruum, qui ipsam exponat: vt perpetuo hæreamus scilicet de asini vmbra ambigentes, neq; tantum in dialectica nobis sit profectum, vt, quæ de nominibus, quæ de ipsa sit re quæstio, perspiciamus. Siquidem, vbi pulsus aliquis sit violento occursu, vt impellat tactum & euertat, si, qua ipsum rõne dignoscas, queris, & præterea causas, à quibus proficiscitur, & quid denunciare is pulsus solet, de re tum commentaris: sin autem, quo sit appellandus nomine, de nomine. Quò igitur intelligamus, de nominibus laborare, operam esse ludere: ipsas vero res considerare, artes augere: vocemus illum pulsum Dionem. Inde dicamus, quemadmodum exacte dignoscatur, hoc est, si comprimamus arteriam, non leuiter attingamus: deinde robore fieri vitalis facultatis, vt in commentarijs docemus de causis pulsuum: postea signum in morbis salubre esse, & alia quædam: etiam, quas iudicationes solet promittere. Nam, quando in quatuor partes sit omnis distributa de pulsibus commentatio: in partem de differentijs eorum, de cognoscendis ijs, de causis, & quartam de præsagatione per eos: vt pulsum valenter pulsantem, appellemus Dionem, illorum nihil labefactatur. Siquidem, quatenus ab alijs distat, perspeximus, siue Theon, siue Dion, siue quid aliud vocetur: & quomodo dignoscitur, & a qua gignitur causa, ac quid significat. Disputet iam licet de ipso in Magnum Archigenes, contaminantẽ & eum fortasse cõsuetudinem Græcorum in nomine, at tantum certe intelligentem, controuersiam fere cum veteribus

† Verior sensus ex Græcis. Si oibus honestũ idẽ esset ac sapiens simul, nulla vtiq; esset ambigua hominibus cõtentio.

1. Aph. 1. Exc. ord. 2. b

sibi de nomine esse: nam quæ sunt Magni verba? Debet igitur magnitudinem pulsus insignem E »
habere, & plenitudinem, velociterq; digitis occurrere, si proprie vocare vehemētem pulsum ve- »
lis. Probe igitur hoc nouit Magnus, non sibi de re, sed de proprio vel nō proprio nomine concer »
tationem cum medicis esse. Apertius hoc etiā inferius declarat: nam Demetrium vult, cui libros hos de inuentis post Themisonis tempora dicauit, simul etiam hoc considerare: nempe qui, cum philosophus etiam esset, & quod proprium nomen esset, & quod secus, exactius teneret. Atque eius hæc sunt verba: nihil.n.causæ est, quin ipsa verba adscribamus Magni: Qua ratione ergo re- »
cte in simplicibus differentijs hunc statuit, tu mihi expedi: nam ad te pertinet magis proprieta- »
tem verborum iudicare, & ex nominibus conijcere significatorum substantiam. Postea clarius »
etiam facit hisce verbis: Equidem de mea sententia hactenus nō discedo. Tantum dico vehemen »
tiæ nomen significare non simplicem differentiam pulsuum, sed moderatum ex magnitudine, & »
celeritate, atq; plenitudine. Proinde hoc ēt loco se disceptare fatetur de hoc, quid.s. hoc nomen vehemētia significet. Ac oīno, si quis totam velit disputationē colligere (scripta.n.est in tertio inuentorum post Themisonis tēpora libro) ipsum sentientem intelliget hanc esse de nomine quæstionem. Fortasse ergo cuipiam veniet in mētem innouationem mirari Magni. Etenim trāsposuisse oportebat noīum significationes, siue recte ijs, siue secus, prisci medici sunt abusi. Nā meditatio- F
nem indagare, quæ ad artis opera interest, non solum Magno non est vertendum in vitium, sed nec cuiq;, qui facultatem eam habet: siue hodie sit is, siue à sexcētis annis nascetur. Verum de nominibus pugnare, quibus tantarum rerum est proposita commentatio, alienum est. Sed, si hæc mireris ac reprehendas, facis tu quidem probe, cæterum institutum te videtur istorum hominum fugere: nam omnibus, qui Pneumatici vocantur, decreta stoicorum placent. Proinde, vt Chrysippus eos de nominibus contendere, quorum in philosophia vsus est, assuefecit, nec in medicis ipsi nominibus hæc dubitant facere. Iam Zeno vero Citiensis prius etiam nouare sustinuit, & præterire Græcorum vsum nominum. Quare nihil habet admirationis, si eò deuenerunt contentionis de eis iuniores philosophi & medici. Sed quid habes, q̄ de ijs mireris, nisi q̄ ne de noībus se quidem animaduertunt digladiari? Quemadmodum nec Archigenes, alioqui prudens, noluit (cum hoc ipsum ostendisset in nomine vehementiæ Magnum innouationem facere) tum accedere deniq; ad vtiliora: sed sursum atq; deorsum id loci versatur, cum in alijs offendens, tum q̄ ipsa verba nō semper Magni profert: quę cum sua sint scriptura multo apertiora, immutat. Iam vero aliud maius crimen hac de nominibus curiositate cōmittunt, qui post Herophilum de pulsibus scripserunt, prope omnes. Nam, cum debuissent, vti paulo ante nos diuisimus, & ipsi item diuidentes, G
seorsum de pulsuum differentijs, seorsum de dignoscendis ijs, separatim etiam de eorum causis, separatim iam de præsagitione per eos, docere: omnia simul (mirum) confundunt atq; conturbant: ac partem eorum semel omiserūt, partem leuiter attigerunt: nō nulla ab re & præter modum extenderunt: alia temere coegerunt, vt si vnum sint, in vnum, cum multum intersit inter illa. Atque *hoc ipso in capite de vehementia Archigenes, vbi scribit, si per se æstimetur, manifeste apparere sua sponte vehementiam contentionem esse, vt dixi, arteriarum motus: cum causam explicauit vehementiæ, ipsam putat se aperuisse vehementiam. Nam quidem, si hoc, Archigenes, est vehementia, da mihi eius causam. At non poteris: aut eandem iterum dicere cogeris contentionem: eritq; contentio tibi motus arteriarum simul & causa vehementiæ, & ipsa vehementia. Ita multo scripserunt rectius, qui antecesserunt Archigenem, de pulsibus: quorum aliqui renisum, alij violentiam, alij robur, non nulli impulsum occursus arteriarum vocitarunt vehementiam. Nec hoc quidem ipsum latet Archigenem: nam quid ait? Sunt quibus in tactus ictu videtur posita esse: »
vnde & ictum quidam arteriæ illam appellāt. Mox haud scio, quomodo, putat illorum se senten- »
tiam premere, vbi sic scribit: Apparet vero per totam distētionē firmitas impetus: ex qua, si obij- »
ciamus digitos, etiam firmior occurrit ictus, qui non ad finem distētionis, sed etiam ante eum fit. H
Hæc eius sunt verba. Iam attendendum est, nihil eum efficere contradicendo. Nam quid ad rem facit, si etiam ante finem distentionis qualitas ictus fiat manifesta, nequaq; ictum arteriæ esse vehementiam? Nam, hoc si illi ante Archigenem dixissent, vehementiam esse renitentem ictum, qui in fine distentionis fit, recte contradiceret, ac ipse subijceret iam ante finem etiam apparere occursus violentiam: sed, quandoquidem dixerunt absolute, renitentem ictum esse vehementiam, stultum sit iam ante etiam finem distentionis animaduerti talem, demonstrare.

*Al. ex antiquis. Quid.n. trāsposuisse, et cæt. per interrogationem.

Ignorasse Archigenem Vehementem pulsum, ac ipsum cum propria causa confudisse. *CAP. 2.*

VErum demus hoc, quod contendit Archigenes, contentionem & robur quoddam esse vehementiam, sed vim ictus non esse vehementiam: rogemus eum, quæ sit causa vehementiæ pulsuum: neque enim idem vehementia est, & vehementię causa. Nam illa quidem aperta est, & omnis medicus in ægroto quærit: & vero, quantumlibet imperitus, statim pulsum cognoscit vel vehementem, vel languidum esse: causa non perspicitur statim tñ. Vnde fit, vt de ea nihil conueniat. Siquidē Herophilus vitalis facultatis robur arteriarū affirmat causam vehemētis pulsus esse: Atheneus vitalis contentionis vim: Asclepiades vtrunq; deridet, & contentiones & virtutes, eaq; dicit omnia esse inania nomina: at causam vehementiæ ad copiam refert & subtilitatem spiritus,

A ritus, quemadmodum etiam (vt opinor) Erasistratus. Nam nec hic quicquam tunicis ipsis arteriarum contentę virtutis assignat: sed, cum spiritum valenter cor exprimat, huius per arterias transitu renisum ait in ictu gigni. Sed quo hæc afferimus? cũ Magnus, qui se quoq; esse Pneumaticæ sectæ fingit, aliter dicat, ac Archigenes, ictus fieri vim: verum ea dissensio non est huius loci. Tantum referamus tñ ad rem præsentem, ꝙ robur ictus in tactus impulsu, repulsu, subuersioneq; positum esse, omnibus est in professo: at, à qua causa fiat, cõtrouersum est. Ridiculum vero est, vbi disceptatur, quid'nam sit quispiam pulsus, non hoc docere, sed, à quo fiat, tradere: nam, quid sit, clarũ oportet esse: à quo gignatur, ratione inuestigare. Planum est ergo, nec quid inter pulsum vehemẽtem intersit, & causam, quæ ipsum constituit, probe Archigenem tenere. Quapropter in contentione motus arteriarum, vehementiam statuit: cum hanc causam debuisset vehementiæ dicere esse, et illam in ictus qualitate positam esse, ac violentum quendam esse & renitentem occursum. Nam, ꝙ confundat res, nec quicquam distincte doceat, ex illis, quę infert, cernas, cũ pulsus instituisset definire. Nam quid ait? Vehemens ergo pulsus est, qui maiorem contentionem habet motus, & ῥοιζώδης idest stridulus est: languidus, qui remissam habet contentionem, & ictum ἀσύστροφον idest non incitatum. Neq;.n. dixit simpliciter, vehemens ergo pulsus est, qui maiorem contentionẽ ha

B bet motus, sed addidit, & stridulus est: quod mediusfidius nõ intelligo, quid significet: nam poeticum est nomen stridor, non ciuile: neque etiam vulgare est: nec, quid denotat, ostẽdit. Verum, grammaticis si habenda fides est, enarrantibus, quod est apud poetam de Cyclope:

" Ad montem cogit pingues stridore bidentes.

celeritatem motus stridor significat. At non hoc sane Archigenes ipse voluit, qñ in Magnum disputat: nisi oratorem agit: frequẽter reprehendit, quæ non intelligit. Sed mihi quidem non fit verisimile. Quid tandem igit̃ est, quod significare vult stridor, nisi celeritatem? num vim ictus? Atqui ita duorũ rursus fecerit definitionem, causę efficiẽtis, & effectus: ac maior erit hęsitatio, vtrunq;'ne horum esse velit vehemẽtem pulsum, tum cõtẽtionis magnitudinem, tũ vim ictus: an simul ambo. Nam, siue vtrũq;, siue simul ambo, non recte: ꝙ nequeat, vt ostensum est, causa eadem esse cum suo effectu. Sed.n. quod dicit maiorem contentionem motus habere vehementẽ pulsum, obscurum est. Nam, quid vel hic dicat equidem non assequor: vtrum à maiore contentione & robore vehemẽtem pulsum fieri, an maiorẽ contentionẽ esse vehementẽ pulsum. Nam priore significatione, nõ quid sit vehemens pulsus, cæterum à quo fiat, explicatũ sit: altera rem obscuram & controuersam inter sectas docet. Vehementem vero pulsum oportet, si quid aliud, esse de rebus sensi-

C bilibus. Atqui cõtentio nõ est sensibilis: aut oĩno apud oẽs esset pro confesso: qñ sunt, qui se, à nomine cõtentionis quid significet, cũ intelligãt pulsum vehementẽ sentiãtq;, plane affirment nõ assequi: quidã se intelligẽtia assequi id, qđ dr̃, fatent̃, sed negãt esse. Adeo nõ idẽ est, cõtentio motus, & vehemẽs pulsus: siqdẽ hic sensu ꝑcipit̃: illa nõ mõ sẽsus latet, sed ambigua est et ꝓrsus obscura.

In Languido pulsu Archigenem aberrare, ab req; grauis pulsus fecisse mentionem. CAP. 3.

QVid ergo? quod de vehementi pulsu docuit, & obscurum est, & omnibus significationibus falsum: de eius contrario quod scribit languido, apertius'ne est atq; verius? forte enim ex oppositione, aliquid intelligere poterimus eorum, quæ in superiori oratione dixit.

" Cedo ergo eius verba. Languidus est, qui remissam habet contentionem, nec incitatum ictum. Hic manifeste quidem magnæ contentioni remissam opposuit: par erat vero non hanc, sed paruam opponere, aut male in vehemente magnam dixit: præterea stridulo, non incitatum ictum. Iam si, quid'nam non incitatum sit, caperẽ, fortassis stridulum intelligam: nũc stridulo hoc ipsum multo obscurius est. Itaq; neutrum interpretatur alterum: an.n. pro tardo accipiẽdum sit non incitatũ, an pro imbecillo, an molli, an facile subuerso, an dissoluto, quid conijciam, non habeo. Vnũ quidem certe mihi quiddam profectum hoc modo arbitror, qualitatem etiam illum ictus ad no-

D tionem vehementiæ assumere: tametsi à primo, cum refelleret Magnum, solam contentionem dixit arteriarum motus: hic autem etiam non incitatum dixit ictum: atqui cum illis paulo ante pugnabat, qui in tactus plaga eum ponunt. Equidem hæc omnia attoniti esse, nihilq; certi, quod diceret, habẽtis, duco. Tu, si quidem sentis aliter, at proxima, non dubito, si non ipse sane sophista es etiam, sed medicorum operum studiosus, quin meras nugas dicas. Porrò caput hoc Archigenis huiuscemodi est. In vehementia autem eiuscemodi inuenias præterea alias differentias.† Remissus occurrit ictus, & leuis: quem obtusum pulsum nunc nõ nulli vocitarũt. Alius grauis ille quidem, cæterum remissus: hunc in dñas languidi pulsus referas. Quidam non remissus quidem, sed quasi impeditus, & intro vergente præditus grauitate, repressus & demersus: differentia erit vehementiæ pulsus. Atq; in vehementi quidam fuerit ictus connitens, humidius impellẽs tactum, qui maxime à cibo recente efficitur. Alius est, qui ægrius frangitur, veluti motore cubitis propellẽte. Et qui in affectibus quibusdam & in carnis superfluitatibus apparet. Hæc per deos vtrũ miracula dices, an deliramenta? Vitam quidem pro artis prolixitate breuem, hic scilicet nõ breuem facit, sed plane corrumpit, qui tanto oneret eam aceruo falsæ meditationis. Vnde nobis ergo rursum hi adsunt pulsus grauis & leuis? Quin hanc initio prodidit differentiam, cum diceret octo pulsuum qualitates esse? Nam, vt magnitudinem, celeritatem, vehemẽtiam, & reliqua, quo minus

† Additur in aliquis, ἐν ἄλς, .i. iter quis remissus, & c.

grauitatem quoq; adiungeret, quid causæ erat? Vnde hæc denuo noua tragœdia? Grauis pulsus E quis est? quot põderum? ô Archigenes explica nobis: quod ni facias, noïa tm̃ scripseris, rem dixeris nullã. Est quidam vehemens pulsus, vt illi tradiderunt, qui monstra nõ prodiderunt, in ictu renitens. Cognoscas, si premas arteriam, non leniter palpes. Causam alius aliam facit, aliam etiam vos Pneumatici vim contentionis. De grauitate mihi itidem expedi, naturam, rõnem, dignoscendi eius causam. Nam ridiculosissimus sis, cum, qui vehemẽs pulsus sit, qui celer, qui magnus, exponas & definias: quos etiam citra definitiones intelligamus, nisi semel simus græcæ linguæ rudes: grauis vero hic pulsus qui sit, quem nouum inducis nobis, non exponas, sed, si nomen scripseris tantum arbitreris aliquid consecuturum te. Enimuero non est hoc dicere, sed blaterare. Si igitur vis, vt dixit Comicus, esse,

Garrire doctus, verum ineptus dicere, »

alia erit rõ: Quòd, si nõ garrire velis, sed dicere aliqd ac docere, quo'nã sensu, quaq; rõne in notitiã veniemus grauis huius pulsus, demõstres, fac, nobis. Equidẽ certe ne lapidis quidẽ valeo grauitatẽ vel ligni cognoscere, nisi manibus sustollã, vel humeris imponam, vel appendã collo. Nũ igitur etiã manibus nostris arteria est ęgroti libranda, aut attollenda, vt cognoscamus ita demũ pulsuum grauitatem? aut quid imperas Archigenes? His quidã ab illius schola senex nonagenarius, Heus F tu fili, rñdit, remissus & segnis & tardus & cũctans pulsus erit. Rursus hîc requisiuimus: Quem tu nam remissum pater appellas? tardum'ne, an rarum? nam non assequimur. Qui, postquam aliquantisper conticuisset, tardum respondit. Sanè quidem de segni, inquam, te non rogarim, quem planè etiam dices tardum esse. Immo etiam cunctans, inquit, tardus mea sententia est. Hinc senex, cum ex omnibus his quatuor nominibus rem declarari vnam animaduertisset, tarditatẽ pulsus stomachari cœpit, rixariq;. Atque primum, quem cunctantem appellasset pulsum, non in tarditate motus dixit, sed in quietis longitudine, esse positum, nam cunctari esse, incipere tardare: deinde remissum & segnem veluti imbecillum esse, nam remitti, fatiscere, & imbecillum esse atque debilem, idem denotare. Tum illi subieci: Nil laboro. Etenim, si iterum ac tertio eãdem rem enarrare voles, dabimus tibi: veritatem nos indagamus, non litigamus cõtentiose. Age cunctantem, inquam, de quietis longitudine accipiamus, & remissum segnemq; de imbecillitate. Proinde grauem pulsum memineris te remissum confirmasse esse & segnem & tardum & cunctantem. Cumq; de significationibus explicatius cuperem discere, primo planè præter vnum tardum nihil demonstrabat. Nunc autem remissum & segnem dicimus quasi imbecillum esse: cunctantem de quietis longitudine accipi: tardum, tardum adhuc manere. Quare hoc quoque mihi denuo re G sponde, an rarum esse languidum dicas. Verum, inquit. Quid aũt diu quiescentem, non'ne hunc etiam dices rarum? Annuit. Igitur ex confessis, inquam, efficitur, grauem pulsum, lãguidum pulsum simul & tardum esse rarumq;. Conticuit ad hæc senex sanè cum magna grauitate. Verum, si hoc, inquam, sic habet, non erit qualitas distincta ab ijs, quas omnes in ore habent, ea, quæ est grauitatis, sed nomen concursui trium qualitatum attributum: quandoquidem simul languidum & tardum atq; rarum esse dicimus grauem. Quid dicas, inquit, non intelligo, & rixas cõcitas inanes: simulq; his dictis discessit, oculisq; nos acerbis intuitus est, ac stomachi plenis. At paucis diebus apud ægrotum quendam cùm hoc ipso pręsente sene, tum alijs multis magni nominis medicis, cũ de symptomatibus, quæ tenerent ægrotum, omnes attoniti essent, ventris fluxum prædiximus. Mox illi, vnde id prædiceremus, requirebant. Quibus respondimus: Vellus ad fullonem nemo portauit. innuentes ijs multum abesse ipsos, vt hoc intelligerent, qui leuissima quidẽ scirent. Paucis post diebus de sinistra nare præsagiuimus sanguinis profluuium, deinde etiam parotidas: postea alia atque alia tum prædiximus, tum curauimus, quorum illi erant imperiti. Vbi cum illi instarent, vt, ex qua re eas commentationes prænunciatis & obitis, aperirem, perpetuo silui, nec quicq; illis responsi dedi: sed nobis ipsis dixi Comici illud, H

Vt ligna tortuosa nunquam corrigas,
Virides nec arbor vetus, aliò si transferas,
Produxerit stolones.

Citius enim Moysi asseclæ & Christi decedant de sua disciplina, q̃, qui sectis sunt addicti & consecrati, medici & philosophi. Itaq; tandem ego cognoui magnas me & importunas ineptias lucrari, de re nulla cum illis disputando: egoq; in eo sum, & ero: & hos libros cum certo sciam, nisi vni forte aut alteri, qui singulari ingenio sit, doctrinaq; vtatur & meditatione, & præ his omnibus insania liber sit illa circa sectas, nemini propemodum fore vsui: attamen scribo, simul nec indocte ludens, & præsidio obliuiosæ senectuti, vt dixit Plato, commentarios mihi ipse comparans: simul familiarium etiam quorundam precibus gerens morem. At de insigni imperitia atq; etiam contentione hactenus est satis.

Grauis nomen & pleraq;, quibus Archigenes est vsus ad pulsuum explicandas differentias, obscura esse & inutilia. CAP. 4.

IAm ad institutum redeamus, ac ostendamus illis, qui id valent assequi, nomen tantum esse grauem pulsum, rem vero nullam. Nam, si vt ex Archigenijs nostra memoria sapientissimus, cum

A ad eum exponendum compelleretur, ſumebat, languidus erit & tardus & rarus: ac, ſi hunc pulſum oſtendere dicant à repletione naturam onerari, atque eò eſſe appellandum grauem pulſum: eádem opera non grauem modo, ſed & crudum vocent & frigidum, vt qui nō ſecus, atque repletionem, cruditatem humorum poſſit & frigiditatem arguere. Itidē certe bilioſum quoque & pituitoſum pulſum non dubitabimus appellare, ſi ſemel apud nos ſit receptum cauſarum illos efficientium ad eos eſſe nomina transferenda. Quare, quod ſemper teſtor, quia apud illos nō diſtinctum eſt peculiariter de differentijs pulſuum opus, ſeparatim de dignoſcendis ijs, priuatim de eorum cauſis, priuatim etiam de præſagitione, eò in has ineptias impelluntur. Ac Archigenes quidem in primo omnium genere pulſuum, quod in magnitudine conſiſtit, de cauſis eos efficientibus, vel præſagitione per eos, verbum nullum fecit: ſed differētias docuit huius generis pulſuum, nomenq́ꝫ earum cuiuſque tradidit: pauca quidem non nullis locis de dignoſcēdo inferens, ſed ne id quidem ſciens, vt inferius demonſtrabimus. At vero de ſecūdo genere, quod in vehementia conſiſtit, vbi agit, tres ſimul tractatus confundit, non tantum de differentia & dignoſcendo, ſed & de cauſis eorum efficientibus diſſerens: vbi de plenitudine, confuſior eſt etiam. Deinde, quando de rhythmo tractat, pauculum aſperſit dignoſcendi meditationis, in prima fere perſtitit. In ſolo
B vero tractatu de ordine & perturbatione ordinis, æqualitate & inæqualitate, primam partem de pulſibus commentationis ſeruare ſynceram potuit, nec dignoſcendi rationem hic, nec præſagitionē ex ijs, immo nec cauſas attigit. At, quo loco de graui & leui (vt vocat) narrat, inter alia, etiā
« id mirifice ſcripſit ad hunc modum: Quem obtuſum pulſum nunc non nulli vocitarunt. Quí nā, bone vir, erat dicendum: in qua illi nam nati Scythia: vt cognoſcāt nomen obtuſum vltra languidum nihil ſignificare: Græci ἀμαυρὸν illud, hoc ἀμυδρὸν appellant: ambo enim eidem rei tribuūt Græci: ſed apud eos τὸ ἀμυδρὸν eſt frequentius. Ita duobus his pulſibus graui & leui Archigenis muneribus tantum eſt profectum, vt prolati temere ſint: & nullum habeant, quo dignoſcantur, veſtigium. Qui conſequuntur, longe adhuc abſurdius conflati ſunt. Nam, quæ ſit differētia pulſuum, quæ grauitatem obtineat intro vergentem, me ſane præterit. Quæ me res de integro coegit ex illius diſcipulis quærere, quod nam ſit ænigma. Qui cum intricatius & abſurdius reſponderent ipſo authore, animaduerti planè eſſe homines, qui, quæ non intelligunt, ſuſpiciant: quo Archigenes cognito, mihi videtur de induſtria ſcripta ſua obſcurare multis locis. Equidem, quoties vergentis intro grauitatis mihi in mentem venit, non poſſum me à riſu abſtinere. Apertum eſt enim aliam, quæ foras vergit, grauitatem eſſe: atque hæc cuti ſcilicet hominis grauis eſt, altera
C oſſibus: alioqui quomodo vna foras, altera diceretur intro vergere? Quid iam? impeditam, & repreſſam, & ſubmerſam appellare pulſuum aliquam differentiam non'ne interpretes etiam deſiderat? Quæ nam impedita eſt? Sane, quæ tardius, ac par eſt, mouetur, impedita eſt: &, quæ rarior iuſto eſt, tum quæ intermittit, & quæ deficit: Præterea omnis inæqualis & inordinata, arhythma etiam, adhæc iuſto minor, atque languidior: omnino hæc ſcilicet in impeditis ſunt: nam impediri quidem cauſam potius, quàm differentiam pulſus, denūciat. Repreſſa vero vtrum ipſa quoque languida eſt, an parua? aut quid tandem à demerſa vult differre? ſiquidem demerſam dixeris paruam aliquam eſſe. At enim tardi prorſus nos fortaſſe ſumus: Archigenes, qua eſt prudentia, tantum non ipſe Mercurius. Ergo cum par erat, quaſi deus ſit, homines vt doceret, operam dare: non vt nomina tantum conſcriberet: ſed, quod in clarioribus fecit, & indicia, quibus dignoſcamus, adſcriberet. Verum, ſi omnino ſtuduiſſet apertis indicijs eos diſcernere, non tam inania verba fudiſſet imprudens: quaſi vero non poſſimus nos item alios verbó tenus plures fingere, † & iure quidem ⁑ primum ſubuolantem pulſum. Nam, quî illi magis demerſum licebit dicere, quàm ſubuolantem nobis? & hercle natantem alium. Iam glutinoſum etiam quendam, & friabilem dicam: præterea nigrum, ſplendidum, purum, turbidum, difficilēm, hilarēm. Quinetiam
D βλιτυριζόμενον pulſum dixero, & σκινδαψιζόμενον, ſi nomina tantum requirunt. Sed enim τὸ βλίτυρι, aiunt, & τὸ σκινδαψὸς plane nihil ſignificant, Archigenis clara ſunt nomina. Quid tu bone vir dedita opera nugaris? Etenim τὸ βλίτυρι pulſationem quandam ſignificat, & τὸ σκινδαψὸς non tantum ſerui, ſed etiam inſtrumenti cuiuſdam eſt nomen. Sed quid (dices, ni fallor) hæc ad pulſus? Quid vero, quæ tu profers nomina, ad illos faciunt, cum illa, quæ paulo ante recenſui, tum ὁ ἀποκεκρημνισμένος, ὁ τρύζων, ὁ ὑγροφανὴς, ὁ καρώδης, ὁ βομβῶν, ὁ ἐκτεθαμβημένος, ὁ ἀναλυθὴς, ὁ ἀτενὴς, ὁ ἀδρανὴς, ὁ ἀποπεπηγὼς, ὁ διαπεφυσημένος, ὁ διηγκωνισμένος, ὁ ἐγκαλυπτόμενος, ὁ ἐξώστης, ὁ ἐμβριθὴς, ὁ ἐγκρέκων, ὁ νότυλος, ὁ κατανεναγμένος, ὁ διανεναγμένος, ὁ λαγαρίζων, ὁ ὑποκλεπτόμενος, ὁ ῥακώδης, ὁ σεσοβημένος, ὁ σκυθρωπῶς ἀποχωρῶν, ὅ τε τῆς ἀρτηρίας ὁλκίμου προσπιπτούσης ⁅.i. præcipitatus, ſtridens, humidus apparēs, ſoporoſus, bombans, ſtupefactus, reſolutus, intentus, inefficax, congelatus, difflatus, cubitis propellens, occultatus, expulſor, grauis, crepens, madidus, congregatus, diſgregatus, langueſcens, ſubfuratus, lancinioſus, exagitatus, tetrice recedens, & qui eſt cum arteria tractili occurrente ⁆ atque id genus nominum immenſus numerus: quæ ſeparatim & ſola aliquid ſignificant, ſed cum pulſibus nihil ipſis conuenit, ſicut nec quod dicitur humidius impellere quendam pulſum. Nam hoc rurſus loco Archigenes à pulſuum doctrina deflectit, cum humiditatis meminit, rei illius quidem ad præſagiendum conducentis, at non

† Aliter ī antuis καὶ δὴ ἰγω. i. & iā eo.
* Aliter, δει- ?'. i. timicū.

non ex pulſuum commentatione. Miſcuit ergo eam cum connitente, quę ille vocat, ictu, qui à ve- E
hemente pulſu nihil diſtat: ac differentiam quandam ſe hanc fingit aliam docere, cum non alia ſit,
cæterum vehemẽs pulſus cum humiditate. Deinde ignaro ſpeculationis huius imponit, quaſi mi
rificum quid ſit, quod adſcripſit, qui à cibo potiſſimum recente efficitur: nam connitens ictus, in-
*Dictio hæc non eſt in antiquis græcis. quit, cum humiditate ab hũmidiore cibo potiſſimum recẽte fit. Hic ſubeſt aliqua Archigenes ra-
tio, dicisq́ʒ verum: indiſtincte tamen & confuſe, itaqʒ obſcure. Nam ſic erat dicendũ: ex cibis †re-
†προσφάτοις center mactatis } vehemens generatur pulſus cum humiditate: atqui hunc quem alium, ac ve-
hementem pulſum, dicas, & aliud quiddam, quod omnino pulſus non eſt. Iam etiam importune
hoc loco tractat de commentatione, quæ tractatui communis eſt de pulſuum cauſis & de præſagi
tione per eos. Sanè præſtabat illic retuliſſe, à cibo qui fiat pulſus: nosq́ʒ Archigenes dicimus, non
*Aliter, voũs i. cogitas. ſic, vt nũnc tu, negligenter, ſed adhibitis proprijs diſtinctionibus. Neque enim omnino fit à cibo
quidem omni vehemens cum humiditate pulſus, ſed modico quãtitate, & qualitate humido: nã
copioſior cibus non vehementem pulſum, ſed inęqualẽ ex languidis & vehementibus medijsq́ʒ:
Neqʒ humidum efficit ſiccus: proinde humiditate alimẽti cum humidior aliquando euaſerit cu-
tis: Neqʒ enim eo ſemper, ſed ineſt aliqua diſcretio. Etiam moderatum quantitate cum cibum ex-
cipiat vehementia, humiditatem præſtat nequaquam appellare, quæ per ſe quidem pulſus nunq̃ F
immutat: ſed mentione cibi moderati facta vehemẽtem dicere ex eo pulſum oriri. At hoc, etſi ve
rum ſit, tamen præcipue ad commentationem pertinet pulſuum cauſarũ, deinde ad pręſagia. Sed
de his non inſtitueras agere. Quòd ſi confuſe datur facultas ſimul & intẽpeſtiue ſcribendi, nõ tã-
tum à recente cibo ſcito eum pulſum, ſed & à balneis interdum, & ab exercitationibus, itaq́ʒ gene
rari: eſt enim, cum ex his generetur. Atque, quomodo generatur, & qua ratione, ſi expoſuiſſe tan
tum habeamus ſatis, nihil ad docendum nobis profectũ eſt: ſi diſtincte explicemus, receſſerimus,
ab inſtituta doctrina. Quare inanes iſtas nugas mittamus. At, ſi quam nobis aliam potes differen
tiam pulſuum, ac ſcimus, tradere, trade: neque tantum nomina profer, ſed ſignificationem etiam
eorum, & totius modum dignoſcendæ rei. Cæterum rurſus, vt hæc omittamus, ijs mox adiungit
τὸν δινηγκωνισμένον pulſum, τὸν διεζωσμένον id eſt diſcinctum, relinquens, & ἀποπεπλεγμένον id
eſt applicatum, & προβεβηκότα id eſt progreſſum, & ἀποβεβηκότα id eſt regreſſum, & λακτίζον-
τα id eſt calcitrantem, & γονατίζοντα id eſt geniculantem, & γαστρίζοντα id eſt ventriculantem.
Nam quæ eſt iſta nominum lex, quendam vocare δινηγκωνισμένον, & præterire cæteros? Quin
δινηγκωνισμένον, inquit, quaſi indignantem pulſum vocamus. Iam male præteris quaſi triſtantem,
iraſcentem, & ſuccenſentem. Extra iocum, inquit, nam validum ſic appellamus. Serio ago bone G
vir: tu vero, cum validus dicendus ſit, δινηγκωνισμένον vis nos dicere. Nam validum ſi diceres, qui
ſit hic validus, te rogem, & qua illum ratione dignoſcamus: nempe vehementem quidem, vbi, cũ
premimus arteriam, renititur: & cõtrarium illi languidum, cum obſcuratur prementibus nobis,
dignoſcimus. Validi vero, ſi etiam explices rationem dignoſcẽdi, fructum tulerit aliquem tua do
ctrina: ſi minus, etiam nomen hic modo, rem tradideris nullam. Vbi magna vi, inquit, ſubuertat
tactum & impellat. Atqui ſubuertebat & vehemens. At minus, inquit, quàm hic, violenter. Ergo
intenſe vehementem appellas validum hunc & δινηγκωνισμένον pulſum? Scilicet, inquit, hoc ip-
ſum. Igitur iam etiam magnopere velocem, faciendum eſt nobis, vt non velociſſimum, ſed aliud
quid appellemus: & magnopere magnum, nõ maximum, ſed alio nomine: itaqʒ reliquos. Quòd
ſi illis hoc ſatis eſt, ſi velociſſimum dicãt & maximum, tardiſſimum, rariſſimum, creberrimumq́ʒ:
quin hic quoque ſufficiat vehementiſſimum dicere? Neque eſt ducendum finitimam aliquã ve-
hementiæ memorari aliam differentiã: nam, quæ in vnoquoque genere fiunt intẽſiones, nõ ſunt
extra genus: neque enim admodum album aliud, ac album, eſt: neque admodum nigrum, quicq̃
eſt præter nigrum: itaque nec admodum vehemens, aliud eſt, atque vehemens. Quare ſunt hæc
omnia mera deliramenta, quæ neceſſario conſequuntur, quòd iſti ordine non diſtinguant ac dige H
rant, nec notionem ſingulorum pulſuum, nec cauſas, quæ eos efficiunt. Nanque, quod ſæpe iam
diximus, qui veritatem ſpectat, debet ab ipſis rebus ingreſſus, quot hæ ſint, & quæ, explicare, de-
inde nomina ipſis ponere, mox de ijs dignoſcendis agere, ab his de cauſis, poſtea de præſagitione:
id quod nos fecimus. Atque in hoc opere, pulſuum differentias perſecuti omnes ſumus. In opere
de pulſibus dignoſcendis, quo pacto in quaque harum applicatis digitis, exacte debeant ſentiri.
Inde lucubrationem de cauſis compoſuimus. Secundum hanc de præſagitione. Sed hoc loco
(quandoquidem agimus de prima, quæ quid referat ad artem colẽdam, primo in libro explicaui-
mus) ſummam iam faciamus diſputationis de vehementia.

Qui Galeno ſit Vehemens pulſus. *CAP. 5.*

PVlſus eſt quidam, qui tactum ſubuertit. i. valde & cum reniſu quodã pulſat. Hunc ſiue ve-
hementẽ, ſiue contẽtũ, ſiue quicqd viſum eſt vocare, hoc cõſtituto, dignoſci ſcito eũ, vbi plu
rimũ digitos infigimus, nõ leniter palpamus. Cã eius, facultatis robur pulſus efficiẽtis. Proïde, ſi de
medicis vocabulis primo oĩs nr̃a ptãs ſit inſtituẽdis, cõtẽtũ eũ pulſum, nõ vehemẽtẽ appellemus:
nũc, qa à plurimis iã pridẽ vehemẽs eſt vocitatus, nomen nihil mutamus: tametſi vulgo nõ ſimus
neſcij

A nescij vehementiæ nomen actioni semper tribui validæ simul & citatæ: siquidem luctæ vocantur vehementes. Et hercle genus leonum appellant omnes vehemens, quoniam huius quoque contentam actionem atq; citatam conspiciunt. Quam ob rem, si mihi nomen sit instituere liberũ, simplicem pulsuum qualitatem renitentium & euertentium tactum, vim, vel robur, vel contentionẽ appellem, vel quid tale aliud: quæ vero ex hac est & celeritate conflata, vocem vehementiam. Nunc vero, quandoquidem vehementiæ nomen maxima pars medicorum vsurpauit pro vna de primis differentijs, esse illud statui non vitandum: atq; ea re pulsantem robuste pulsum, nominaui vehementem: imbecille, languidum. Neq; quicquam interest, robuste dicas, an valẽter, an violenter, an contente. Huius causam, mouentis arterias robur dico facultatis esse: dignosci, si digitos alte infigas. Nam, cum ita attrectes, validus pulsus videtur validior, quod acrius digitis prementibus resistat: at imbecillus adeo non nunquam concidit & deijcitur ab illis, vt priuatum pulsu hominem dicas. Verum in sequentibus lucubrationibus de his tractabimus. Hic mihi finis esto huius disputationis.

Aduersus Pneumaticos de Pleno & Vacuo pulsu, ac de Ratione nominum transferendorum. CAP. 6.

B NAm ad decantatam illam mihi certum est plenitudinẽ me conferre, in qua oẽs sudarunt me dici iuniores, nec minus nobis certe negocij exhibiturã, nõ in hoc quidem solum opere (nã hoc quidem feras) sed multo plus, vbi de dignoscendo disseremus: cuius fatemur quidem esse euidentem notionem, sed notitiam eius repræsentari negamus sensui vllam: verum de ea dignoscenda post hac dicemus. De notione nũc, quandoquidem & hanc, sunt, qui conturbent, verba faciamus. Itaq; à rebus ipsis exordiamur. Aut arteriæ corporis erit quędam qualitas, plenitudo aut infusæ substantiæ. A nominibus hinc maxime incipias. Plenum dicimus doliũ vini esse, & plenum farinæ culeum: sic etiam theatrum, sic curriculum, vel curiam esse plena hominum dicimus: & cõtra, vacua. Haud aliter ventrem, & os interdum dicimus plena esse, interdum vacua.

" Os tibi sit plenum Thyrsis mea melle decorum,
" Atque fauis plenum, Ægiali tibi carica cibus.

In summa quoduis vas, quod quidem internam habet vllam capedinem, vel plenum vel vacuum dicimus esse: cum eius ab alio corpore vno vel pluribus capedo occupetur, plenum: vacuum, si præter aerem contineat nihil. Ita proprie omnes mortales & pręcipue vocant. Hinc iam quidam, ad suas artes qui traducunt, non iam proprie vtiq; neq; prima ratione, sed secunda & tropice, hic C lanam appellauit plenam, vinum ille, alius aliud, vsu quisque rem æstimans: nã illa, quæ perseuerantem eum & constantem habet, hãc plenam vocant: Vt, qui vinum gustarunt, cum diutissime sentiant qualitatem perdurare: nam, si abeat extemplo, & pereat vel qualitas, vel vis, vel vtilitas, vacuum illud vocant. Et vero sic sermonem quoque aliquando falsum, vacuum appellant. Nõ tamen, cum quempiam mente vacuum esse dicant, metaphora iam vtuntur: nec item, cum graciles homines corpus habere vacuum carne dicant, & crassos plenum: sed intelligentiam in his vasis seruant & contenti, in quibus (vt exposuimus) proprie & præcipue plenum & vacuum recepta sunt. Iam alia corpora δ ιάκενα hoc est fistulis inanibus cauernosa, dicunt, nõ κενα.i. vacua, vt spõgiam, & pumicem: nanque aerem non numerant corpus, sed regionem quandam, & locum vacuum ad excipienda corpora appositum. At nõ, qui rõne quicquam sunt de aere commẽtati medici iuxta ac philosophi, vacuum eum prorsus esse putant: sed quidam, in quorum ẽt nos sententia sumus, vnum esse corpus vndique sibi continuum, quod nusquam habet quicq; intextum vacui: alij multa corpora in vacuo parua & prima committi, concurrere & repelli, non connecti tamẽ, nec confundi. Sed.n. vacuum pulsum ita nõ queas appellare, ac vulgus dicit vere vacuũ: quippe tale non sit quicq; in orbe, ne per excellentiam quidem: nam, cum nullum existat omnino vacuũ D in mundo, qui sit per excellentiam quicq; vacuum? Quare vacuum relinquitur vt vocemus, quõ culeum, vel vtrem, vel calathum, vel saccũ, vel omnino quodlibet vas. Quòd si ita accipiamus, bifariam talem pulsum interpretabimur: vno modo, vt dolium, vbi aerem contineat tñ: altero, vt vtrem, vel culeum, vel aliud tale, cuius possint tunicæ considere: quemadmodum inflatus vter vino manet perpetuo vacuus, sed aeris plenus: quem si tamen euacues, vt vndiq; considat plane, ibi fit vacuus. Itaq; arteriam esse aut eo modo vacuã dicemus, vt quæ aerẽ contineat: vt, q̃q̃ sit plurimũ inflata & distenta, vacua sit tñ appellanda: aut non sic, verũ vt de vtribus retulimus, qñ & aerẽ ijs exhaurias. Prima quidẽ significatione vacuus pulsus erit talis, qualẽ Erasistratus natura semper asserit ipsum esse: altera, nihil à paruo differet: nã tertiã significationem, nec Archigenes, nec Agathinus, nec Magnus, nec Athenæus, nec alius ex Pneumaticis medicis agnoscet vllus, cum pauca, inquam, corpora arteria contineat, regionem aũt vacuam plurimam: nullam enim in mundo reperiri existimant talem: vnitam vero sibi totam substãtiam. Restat ergo, sicuti diximus, vt aut paruum pulsum, aut aereũ vocemus vacuum: itemq; contrarios ijs, plenos, magnum, & eum, qui humidam speciem habet, ὑγροφανῆ Græci appellant: Sed hos, infusæ substantiæ ratione, cuius quidem maxime ratione appelles proprie vel plenũ vel vacuũ vas: at aliter arteriæ corporis ratione, id est, eius tunicarum, quas rectius sane duras & molles, nõ plenas voces, vel vacuas, quod simulare corpus

re corpus (nisi per metaphorã, quæ ab disciplina ablegãda est scietiali) quod vacuũ vocet vel ple- E num, sit nullum. At, si nomina propria suppetant, his vti nos par sit: si non, definitione præstet singulas res explicare, quàm à metaphora nomina mutuari: siquidem docere instituas, non obtundere. Tamen apud eũ quidem, qui iam rem didicit, quo compendiosius explices, nominibus à metaphora sumptis & abusu, nihil est causæ, quin rem exprimas: verum omnium doctrina prima rerum artificialium, quò aperta sit & distincta, propria nomina quærit. Ergo arteriæ corpus, hoc est eius tunica, aut iusto durior est, aut mollior, aut moderata certe & in natiuo statu. Nec vero in hoc ipso iam, vel aeream quandam dicemus, vel humidam contineri substantiam: vnum est enim quod vndequaque sibi cohæret, nisi foraminibus quibusdam præditum sit valde minutis: quæ tamen omnino complectantur etiam, necesse est, vel aeream substantiam, vel humidam, vel halituosam: vel consideant vndiq;. Verum, quæ consederunt, instar sunt nulla planè obtinẽtium foramina: quæ humorem vero, vel vaporem, vel aerem continent, mollius reddunt corpus arteriæ. Itaq; eodem reuoluimur, quod dicebamus à principio, aut duram esse arteriæ tunicam, aut mollem: nã, qui intercurrit sermo, nullam demonstrat tertiam naturam aliam, sed duarum commemoratarum diuersas generationis causas. Sed hæc res, quam dico, nihil ad institutum pertinet. Equidem vel omnes libenter exposuerim duorum & mollium generationes, si id mihi vllum fructum posset F ad præsens institutum ferre: idq; dabo operam, vt, quantum facere possim, breuissime explicem. Quando omnia corpora ex terra, aqua, aere, & igne conflata sunt: in quibus exuperat, vel terrestre elementum, vel aquosum, si gelu concreuerit, non possunt ea non dura esse: In quibus igneum vel aereum, vel humidum elementum inconcretum excellat, mollia hæc omnia esse. Et item, si foraminibus sint prædita vel meatibus: si superior ibi sit terrestris substantia, vel aquosa concreta, facit necessario ad totius corporis duritiem: sin subtilis, vel humida, sed non concreta, ad mollitiem. Quæ cum sic habeant, iure iam de illis quæsierimus, cui nam potissimum rei subiectæ assignent nomen plenitudinis. Sanè enim, aut duritiem vocant plenitudinem absolute, aut aliquam de commemoratis eius differentijs: differentiæ erant, cum vel siccitas excellit terrestris, vel concretio humida. Aut ergo meatus quosdam hæc res habet, aut nõ habet. Similiter, vacuitatem, vtrum mollitiem vocent, an quam eius differentiam: cuius quidem erant etiam differentiæ in excellentia aut substantiæ subtilis, aut aquosæ inconcretæ. Verum nullam committent vt respondeant harum: nam ita, nihil profecto esse plenitudinem aliud, ac duritiam, statuerint, & vacuitatem nihil aliud, ac mollitudinem. Recedunt vero à ratione omnibus modis quidam impudentius, non nulli sanè verecunde: fuga honesta quidem illa ad spiritus recipit se facultatem: nã, G quemadmodum vini, aiunt, qualitas dicitur plenitudo, sic spiritus quædam est plenitudo. Atqui, cum iam hîc petimus, vini quam plenitudinem appellent, vt declarent: non posse dicunt rem explicari. Quomodo igitur, cedo, audetis nominare, quod explicari non valet, aut discere de vobis nos speratis? Nam, si nec docere rem valetis, nec explicare oratione, quî tandem aliquid discamus de scriptis vestris, aut iudicemus? Enimuero, en vobis, inquiunt, in ægrotis ostendo plenum pulsum. Recte igitur feceris, mihi crede, siquidem exprimi oratione nequeat, sed monstrari, si nihil de eo conscripseris, rem autem nudam ostenderis nobis. At & scribis, vt si explicare possis, & ostẽdere non vales: siquidem doctrina constare citra interpretationem in ostendendo nulla potest. Admouere igitur me digitos iubes, s. arteriæ, inde subijcis: En tibi plenus hic pulsus est, quẽ nunc sentis. At hoc, si simplex accidat & vna pulsibus qualitas, recte dicatur: nunc, quando variæ hæ vel vestra sententia sint, occurrant vero repente omnes: absque interpretatione, non potest fieri, vt iam vllam ex illis intelligamus. Atqui iam tango, vt vis, arteriam: sed, quia, quid tu ex accidentibus eius voces plenitudinem, me latet, nihilo ego ex tua ostensione intelligo clarius rem, ac nuper, cum ostenderes nihil. Distendatur sanè, cum admoueam pulsui digitos, plurimum in longitudinem & circulatim: si stringam etiam & premam, violentius in tactum incurrat: videat prę- H terea durus & velox. Et, si violentum eius occursum putem plenitudinem appellari, quid, an non res ostensioni accidat absurda? nam, quem ante didicimus vehementem pulsum vocare, hunc iã obliuiscimur, ac discimus appellare plenum. Quare aut aliud symptoma distentionis arteriæ adduce, cui plenitudinis me iubes vocabulum tribuere: aut, si nullum pręterea sit aliud, nomen inuehis pulsibus, rem doces nullam. Nam, si tibi hoc satisfacit, si rem dicas non posse explicari oratione, dabis certe mihi quoque, vt dicam alias esse præter illas, quas vos recensuistis, qualitates pulsuum, quę in distentione arteriæ aduertãtur, numero tres, male à vobis neglectas. Si me rogetis, quas nã has? nominibus proprijs exprimi dicã non posse: sed metaphora, si vultis, audebo docere. Nam, vt vocem quandam albã, esse aliquã nigrã dicimus, sic pulsum etiam quendam album dixero esse, quendam nigrum: atque hanc primam statim qualitatem à vobis esse prætermissam: alteram porrò secundam, ex qua vel dulcedo aliqua eorum, vel amaritudo conspicitur: Esse autem per metaphoram accipienda etiam hæc nomina, quòd exprimi oratione res non possit, demonstrari possit tamen. Ecce tibi pulsum ostendo hunc amarum. Iam tertia qualitas est, non illa quidem verbis expressa, sed quæ tamen possit mõstrari. Voco eam, vt eam describam, acerbitatem: nam in gustu vt animaduertimus acerbum succum, ita in tactu arteriæ occursum quasi acerbum. Qua siquis via

insistat,

A insistat, vel triginta dicat, nedum tres, pulsuum differentias esse præteritas. Et hoc mihi præter cætera, fac, attendas, esse humorē, qui proprie acerbus appelletur: plenum vinum proprie nullum, qđ si sic quis appellet, metaphora vtit, quemadmodum superius exposuimus. Sane omnibus hominibus à proprijs nominibus potestas est transferendi: à translatitijs aūt alias ducendi metaphoras, non item: neq; n. hoc est permittendum, ne poetis quidem, nedū his, qui scientiam aliquam & disciplinam profitentur. Quare ab humoribus transferenti ad tactum nomen acerbum, quod ab humoribus proprie incepit, ignoscendum est. At, si à plenitudine, quę in gustu est, ad plenitudinem velis traducere, quæ percipiatur tactu, parum legitime sane facies transitum. Quin ēt, qui ducit alteram à prima metaphora, licentiam is superat poetarum. Nam, hoc si semel concessum sit, hercle ēt tertiam ab secūda audebit, & quartam à tertia, atq; quintam à quarta facere metaphoram, vt plane enecentur, quos obtundunt. Tametsi nec à proprijs licet quibuslibet nec poetis transferre: immo, si vel Pindarus sis, & Oceani folia dicas fontes, non collaudere: ac multo minus, cum, Veracē aūt super incudē fabricare linguam, aut aliud quid tale dicas. Sed enim nihil, ita loquacitatem efficit, vt qui designat quicquam, & temerarius est in illis, quæ ignorat. Nam differentias cuiusq; rei, quot sint numero qualesq; specie, viri est inuenire, logicam nauiter meditati: deinde nomina eis B instituere, rhetoris partes, aut verius dialectici sunt. Vbi ergo homines, qui nec logicam speculationem exacte tenent, nec interpretari valent, ad res aspirare, quæ superant ipsorum facultatem, audent: cum ipsi verba funditant, tum reprehensores impellunt, licet maxime studeant breuitati, in eandem orationis prolixitatem: id. s. quod mihi nunc vsu venit. Siquidem à mea perpetua breuitate diuellit ipsorum me numerus erratorum: tamen faciam etiam hic, vt sim, quantum possum, breuis: quod quidem assequar, si generalia peccata atq; cōia omnium reprehendam, & singulorū priuata prætermittam. Cōia & generalia hæc sunt: vtrum certam qualitatem arteriæ tunicæ denūciet plenus pulsus, an infusæ substantiæ quātitatem vel qualitatem, an innati spiritus (nam & hoc sunt ausi quidam dicere) aut facultatem quandam, aut qualitatem. Ipsius. n. corporis arteriæ qualitates, quod paulo ante demonstraui, neq; plenitudo vocari, neq; vacuitas, sed duritia & mollitudo iustius debuerunt: ipsius vero infusæ quantitatē substantiæ, recte quidem plenitudinem voces, & vacuitatem: at inter has nihil interest & magnitudinem paruitatemq;. Quod si non quantitatē, sed qualitatem substantiæ contentæ in illis denotari à nominibus istis dixerint, haudquaquam appellauerint proprie: esse tamen confirmauerint quandam differentiam, sed eam sensui incognitā: vt in libris de dignoscendis pulsibus ostendemus. Spiritus vero plenitudo & vacuitas sola, lōge C etiam minus percipi potest. Nam, si quis, vt causam, eam in ostendendo sumat, roboris eius vehementem pulsum statuet signum, & imbecillitatis languidum: qui autē hæc posuerit, de secta erit pneumatica. Quare vel hic, quod liquet, nec cōem notionem, nec sensus affectum ad cognitionē peruenientem proferet, sed suum placitum colet. Atqui non est in explicanda rei notione, neq; in dignoscenda ea admittendum placitum, sunt. n. cōia omnium: sed in solis causis prædicandum: quod nos faciemus in commentarijs de causis pulsuum: in quibus, vt causas, quæ pulsus variant, oēs referamus, placita attingere cogemur: hoc loco contrà, nullum debet oratio, vel leuissime attingere decretum. Hæc duco hic de plenitudine & vacuitate sufficere, quarum in libris de dignoscendis pulsibus ampliorem mentionem faciemus. Et ēt, quæ lōgissime nugaī de ijs Archigenes, in examinādo eius libro de pulsibus explicabimus. Nam ita à primo statueram, vt quatuor his lucubrationibus essem contentus, quarū iam mentionem frequenter feci, primæ huius, quā nunc in manibus habemus, alteræ de dignoscendis pulsibus, tertiæ de causis, quartæ de præsagitione. Verum, quia alij me multi, induxerunt & impulerunt, vt in librum Archigenis de pulsibus scriberē: †atq; demonstrauerunt modo bene illum dixisse, alicubi etiam offendisse: reddiderūt hanc nobis compendiosiorem narrationem. Nam hic à singulis separatim discedemus, ac ipsa generalia post- D hac persequemur: non perinde, vt in secundo ante hunc. Etiā hoc ipso in libro, quo loci de vehementia dixi, vt errata declararem, ipsa verba citaui Archigenis.

†Aliter ex antiquis græcis. ostendens, quænā recte, ab ipso, et q̄ nā nō recte, dicta sunt, reddiderunt, &c.

Quæ proprie sint Duri & mollis significationes, quamq; in ipsis intelligendis Pneumatici decepti sunt. CAP. 7.

QVare ad disputationem iam de duritia & mollitudine digressus, faciam, vt hic quoque istos ostendam in nominibus esse lapsos: quam ob rem in dignoscendo ēt præsagiendoq; sunt hallucinati. Nam, cum vna significatio sit propria vtriusq; nominis, miror e metaphoris hos metaphoras ducere. Nam quem fugit ferrum, lapidem, lignū, dura nos corpora vocare: oleū vero, & lac, & aquam, mollia? Arbitrum. n. oēs nos homines habemus duri corporis & mollis, tactum. Hunc cum extrinsecus obiectis applicamus, quæ illum offendimus recipere, & quasi subeūti cedere, mollia appellamus: contra, quæ vim afferunt cuti nostræ, & protrudunt, si hæc cedens vrgentia intus excipiat, dura illa vocamus. Nam, omnino si cedat, & deijciatur ab vrgente, quod concidit, imbecillius oēs: quod deijcit, validius vocant: nam hoc modo validus ventus non nos tm̄ prosternere & deturbare solet, verūetiam arbores maximas, atq; naues. Et ēt nos ipsi, æs, ferrū, lapides, ligna, & si quid his sit durius, si modica sint mole, facile diruimus. Atque hactenus distat à duro validum: hoc enim, vt modo diximus, exturbat pristina sede & euertit, si quid attingat: durum,

rum,sed non validum,non exturbat quidē,sed subit rem molliorē,excauans,suffodienscogensq; E eam. Atque hæc Plato ēt dixit dura esse,quibus cedit nostra caro: mollia,quæ carni. At multo hæc Aristoteles elimatius,qui non,quod cedit, vocat molle: sed ei addit,modo,quod in se ipsum, modo,quod loco nō mouetur. Siue.n.sic dicamus,Molle est, quod in se ipsum cedit: siue hoc modo, Molle est,quod cedit,nec de loco migrat: bene definierimus. Iam,si ēt simul vtrunq; addamus, vt in secundo libro Aristoteles de generatione & interitu fecit,ac Molle dicamus esse,quod cedit in se ipsum,nec migrat: adhuc definiemus apertius: quòd duobus proprijs symptomatibus ob oculos ponamus molle: etenim tum in se ipsum cedit,tum loco non mouetur. Vtrunq; aūt soli accidit illi: nam cedere quidem commune symptoma est mollis & imbecilli: at in se ipsum, solius est mollis: vt non in seipsum,imbecilli tm̄. Itemq;, vt in vicinū locū migratio, propriū infirmi est: ita non demigrare,vnius mollis. Proinde,quod cedit in se ipsum,nec migrat tn̄, oēs vocant molle: & id,quod eò illud adigit,durum. Neque sunt,vt aliorū quorundam nominum, diuersæ significationes,si proprie appelles,non tropice,mollis & duri. Omnino enim ea peritissimus omnium in distinguendis significationibus exponeret Aristoteles: quomodo inferius hoc in ipso secūdo libro de generatione & interitu differens de humido & sicco, vtrunque docuit hoc varias significationes habere: at non durum & molle,nec illo in libro multis dixit attribui, neque vero alio in vllo: F nec ēt Plato. Cæterum nominis vnam vtriusq; ambo illi viri repererunt significationem: si quidem proprie,vt diximus,vtaris non tropice. Metaphora enim immensum significationū numerū suppeditabit,non horum tantum nominum,sed & significationum aliarum omniū. Adeoq; Plato ipse ait in Sophista: Duros mihi narras, & renitentes homines. neutrum corpori quidem vocabulum tribuens,nec durum,nec renitens,verum animo,eiusq; præsertim moribus. Ad eundem modum vinum dixeris durum, per metaphoram quidem: & vocem duram,studium etiam,& vitam: præterea institutum,legem,ventum,aquam,si aut sæuum,aut solitarium, aut morosum, aut triste,aut concoctu,aut superatu difficile,aut eiuscemodi quid aliud, ex metaphora voces: At durum corpus,quod proprie & primarie appellatur, renititur, & nihil tangenti cedit. Eodem vero modo hominem durum vocant,qui est solitarius,& difficilis,atq; vbique repugnat: Legem etiam duram,& iudicem,qui à venia danda sunt omnino alieni: At vinum durum,cum forti sit qualitate,& violenter pungat vel caput,vel sensum gustatorem: Iam aquam duram, quæ non facile concoquitur,tardeq; in corpus permeat, & diutissime secūdū præcordia subsistit: Et quicquid aliud, quod durum vocamus,non quidem proprie vel præcipue, sed per accidens & à quadam traducētes similitudine,eo pacto appellamus. Quia vero multa corpori duro accidunt, vnumquodq; eo- G rum metaphoras suppeditat: nihilo magis idcirco tamen prima est negligēda significatio & propria. Tangibile est etenim durum,ac durities qualitas tangibilis. Cum ad gustum iam,vel olfactū, vel visum, vel auditū deriues in oratione nomē, ibi auditorem oportet similitudinem cū proprio recordari. Etenim examē hoc est metaphorarum,recte sint,an secus sumptæ: nam, apertam quæ similitudinem illustremq; habeât,probamus: obscuras & tectas repudiamus omnes. At neq; quicquam norunt aliud recētiores medici probatæ interpretationis,quo illis fit,vt nihil sit obscurius: neque ꝙ metaphoræ,nisi in tēpore, non sunt vsurpandę. Sed enim,si obscura sint dūtaxat scripta istorum,minus fortasse culpes: nunc, quando ipsam rerum veritatem,quas aggrediuntur docere, ineptis istis metaphoris labefaciant,acerbius eos iure reprehendas. Cum vero eò insuper quis deueniat stuporis,vt,cum prima & peculiarissima nomina suis assignet rebus,accipiat per metaphoram significationes,qui feras? Nam vocem albam ex metaphora intelligas, cæterum colorem album etiamæque ex metaphora non accipere potes: nam, hic nisi proprie albus dicatur, quid iam aliud ex illis,quæ proprie dicuntur? Sic etiā hominem acerbum vocamus per metaphoram: vinū vero acerbum non item per metaphoram,sed præcipue & proprie. Nā,vt, si quis vinum theræū, acerbum vocet: mox reprehensus sit perperam censere, qui vinū dulce,quod prorsus abest ab om H ni acerbitate,sic vocet: ineptus videatur, si ea se significatione dicat vsurpasse acerbū vinum, qua homines interim esse dicimus acerbos,perinde ac iniucundos: Ita,si quis tangibile aliquod corpus appellauerit durum: ac eo modo vocabulum velit ĩterpretari, qūo vinum dicitur durum: hic sanè parum mihi sapere videatur. Nam,posteaquā oēs qualitates tangibiles sortitę nomina sunt,ex metaphora stultum est alia illis accommodare. In olfactu vero nō omnium qualitatum sunt nomina: vbi translatitijs nominibus permittas vti. In tactu omnibus sua nomina sunt: id quod quodam loco Aristoteles docuit,atque nomina eorum ordine omnia exposuit: quæ ipse quoque narrabo: Calor frigus,siccitas humiditas,grauitas leuitas,durities mollitudo,lentor friabilitas, asperitas læuor,crassities tenuitas. Itaque exprimi tangibiles omnes qualitates possunt,& corpora non secus ijs prædita: quippe horum pariter septem sunt oppositæ coniugationes, & nomina xiiij. Prima est oppositio calidi & frigidi, altera sicci & humidi, tertia grauis & leuis, quarta duri & mollis, quinta lenti & friabilis,sexta asperi & læuis, septima crassi atque tenuis. Quare insulsi nihil, obsecro, nugeris, nec vocabulis latinis & omniū cōibus domo et abs te imponas significationes: sed corpus arteriæ vel durū vel molle primo dic & præcipue: at pulsum, eius statū denunciantē non proprie nec primo,sed per accidēs durum vel mollem voces, licet. Siue.n. ipse arteriarum motus

pulsus

A pulsus est, nō proprie dixeris, si motum appelles durū. Siue is, quem tactui nostro infligit, ictus: siue sensus ictus, nihilo magis hic proprie & præcipue durus dicitur: sed denominatur. f. duri corporis durus pulsus: illud vero solum non aliunde denominantes, neq; per accidens aut per metaphoram aut abusum, appellamus durum, cæterum proprie & pręcipue. Proinde, vbi quis pulsum durum aut ex qualitate spiritus dicat repræsentari talē, aut ex proprietate caloris, aut alia de re, quæ enunciari verbis valet, non doceri tamen, reijciemus eum, qui ista nugetur & garriat: quod etiā facit Archigenes in suo de pulsibus libro, & in secundo de signis febris.

GALENI DE PVLSVVM DIFFERENTIIS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Refelluntur Veterum Definitiones, quibus Sectæ vnusquisque proprię placitis
B adhærens, pulsuum se notitiam tradere opinabatur.

Quid Galenum coegerit cum Pneumaticorum nugis pugnare, ac Quid proprie sit pulsus. CAP. I.

QVantum ad artis opera complexus sit vtilitatis primus liber, diximus initio statim secundi libri. Etenim, quantus sit vniuersus numerus pulsuū, declarauimus: atq; appellationes, quorum quidem appellationes sunt, recensuimus: iussiq; illi, qui ad commentationis huius voluerit cōmoditatē aspirare, opus reuoluere de pulsibus dignoscendis, quod secundum hoc quatuor libris est explicatum: ab illo, de causis lucubrationem quatuor libris: deniq; ad præsagitionem ex ijs institutam pergere, quæ quatuor ēt libris continet. Nā, quæ in hoc opere de differētijs pulsuū à primo libro disputaui, & hercle, quæ nūc institui scribere, pp recentiorū medicorū inanē loquacitatē disserui, amicorū, quibus equidē multum reluctatus sum, precibus adductus. Satius. n. statuebā esse nequaquā inania & superuacanea
C attingere, nec volentē nolentē cū nugatoribus pugnare nugis: sed. n. quidā audacia sunt intolerāda: qui, nescij cum sint, quantū in definiendo insit difficultatis, temere tamen definiūt non pulsus tm̄, sed alia cuncta, tamedsi definitionū sit nullus vsus, vbi res ipsę & ante definitiones intelliguntur: vt in pulsus noīe, quod intelligunt ēt omnes mortales, nedū medici. Nā, vbi manū protendētes ijs porrigunt carpū, medicosq; iubent pulsum tangere, est vero tū arbitrandū pulsus eos nomen ita vsurpare, vt si σκινδαψὸν dicerent, aut rē aliq; designantes, eā vocē proferrent? Equidē rectius dixerim, rem eos certam intelligere, illiq; assignare nomen pulsus. Vtrū iam ita proferunt pulsum, vt Hippocētaurū, & Sirenas, vel Scyllam: an rei certæ, quæ extat, nomen tribuūt? Rectius est hic quoq; dicendū, si quid sentio, certæ rei, quæ reperiat, eos attribuere nomen pulsus: atq; hanc rē esse arteriarum motum: quas quidem moueri omnibus hominibus, dum viuunt, conspiciunt omni in parte corporis, vbi certe insunt. Iam in partibus ēt inflammatis pulsum quendā se aiunt animaduertere: ad hæc tēpora pulsare per febres vrentes, & à potu meri largiore, præterea in quibusdam doloribus capitis, maxime à solis ardore profectis. Quæ cū sibi inuicem declarant, non requirunt multa verba, quibus scatent iuniorū medicorū libri cū præclaris istis cōfutationibus, quas inuicem instituunt de definitione pulsus, & de singulis eius differentijs, vt vehemente, magno, ple-
D no, æquali, ordinato, & reliquis: de quibus amplius in illis disputaui cōmētarijs, quibus enarro pariter & examino Archigenis de pulsibus librū: quando ēt cum alijs medicis iunioribus hunc ipsum τῆς φιλοριστίας morbus est depastus, vt nouā in re noua vocem vsurpem. Etsi isto malo Archigenes esset indignus, in colenda arte vir non ignauus. Sed, vt psora & lippitudine, qui propius accedunt, quidam corripiunt inuiti, sic ad istas definitionū nugas vir ille illectus est, tametsi ad artē colendam præter cæteros ille contenderet. Quòd ergo, quæ maxime ignorant, hęc affectant, breui illis ostēdo, iubeoq; vt nomē quorūlibet ponant. Deinde, vbi hæc egerint, versiculorū ab ijs numerū requiro, quāto velint interuallo percurrere definitionē eius, qua de re agit. Sane, q̄q; mire stupidi sunt, pungit hoc tñ illos specimen. Nā, hæc si de omnibus perinde dicamus, singulis de nominibus, singuli libri conscribi possint: sint porrò versiculi amplius mille. At nunc indignā rē videar subijsse, qui inducar, quo illorum inanes nugas detegam, de pulsibus mihi aliquid proponere.

Quam Variæ extiterint pulsus definitiones a Veteribus traditæ, ac de Ratione Veræ definitionis inueniendæ. CAP. 2.

SIt ergo hoc ipsum primum atq; clarissimum, pulsus: in quo si demonstrem, in quam inciderūt loquacitatem, simul de alijs apertus erit sermo. Pulsum igitur motum definiuerūt arteriarum esse. In quos disputantes aliqui, primū peccatum esse in definitione contendunt, quod prætermissum

sit, &

sit, & cordis: nam in hunc modum definitum oportebat: Pulsus est arteriarum & cordis motus. E
Alij non cordis aiunt, sed arteriosæ cordis partis addendum esse, vt hæc sit definitio: Pulsus est arteriarum motus, & ventriculi in corde arteriosi. Aut hercle sic: Pulsus est arteriarum motus, & arteriosi ventriculi cordis. Quos rursus insimulant alij, qui volunt male dictum esse, pulsum esse motum absolute: esse. s. præterea arteriarum alios motus, & cordis: vt qui concoquit sanguinem in illis contentum, & attrahit eū, apponitq́3: præterea qui excernit recrementa: quare definitioni adijciendum fuisse genus arteriarum motus: vt propria illorum, & non multorum motuum, sit cōis. Itaq́3 hanc definitionem instituerunt: Pulsus est arteriarum & cordis distētio atq́3 contractio. Cuius quidem ēt definitionis tot fuerunt correctiones, quot superioris: cum ei quidam adiungerent cordis: alij non simpliciter cordis, sed arteriosę partis cordis: non nulli arteriosi ventriculi: alij sinistri vētriculi: sunt enim qui & hoc annectant: Vt tot existant definitiones: Pulsus est arteriarum & cordis distentio contractioq́3. Pulsus est arteriarum & cordis arteriosæ partis distentio & cōtractio. Pulsus est arteriarum arteriosiq́3 ventriculi cordis distentio & contractio. Pulsus est arteriarū & sinistri ventriculi cordis distentio contractioq́3. Iam cum omnibus his bellum est alij virorum catervæ, qui non tantum hæc, sed & membranas cerebri confirmant pulsare: sunt, qui ēt cerebrū: alij vtraque: aliqui præcipue cerebrum, membranas per accidens. Contra alij nec membranas cēsent, nec cerebrum pulsare pręcipue, cæterum ad arterias hoc pertinere, atque per accidens ad illa: F
nam attolli illa vnà cum arterijs aiunt, quas habent frequentes. Quam ob rem, si cum illis tantum attolluntur, nullam ipsa obtinentia facultatem eius, quem commemorauimus, motus, nihil superiores definitiones amplius accessionis desiderant. Quòd si quā, vt arteriæ, obtinent facultatē peculiarem, cerebri & eius membranarum in definitione erit necessaria mentio, atq́3 tota definitio hæc erit: Pulsus est distentio & contractio cordis & arteriarum atque cerebri & eius membranarum. Sin autem alterum modo illorum ea est facultate, eius faciemus vnius mentionem, atq́3 vel hūc in modum definiemus: Pulsus est distentio & contractio cordis & arteriarū menyngumq́3. Vel sic: Pulsus est distentio & contractio cordis, arteriarum, cerebriq́3. Ac similis vnoquoq́3 in genere cōmemoratarum definitionum accessio fiet: nam quibusdam satis, vt dixi, fuit dixisse, Pulsus est distentio & contractio cordis & arteriarum: quidam non ita absolute, sed vel arteriosi cordis vētriculi, vel sinistri, vel partis arteriosæ eius adiecerūt. Iā cuilibet harum definitionum, hi cerebrum, illi menyngas, alij vtrunq́3 adiungent, existetq́3 definitionum numerus nō paucarum. At vero de cordis ventriculis est non minor illis disceptatio, quia aliqui dextrum nō arbitrantur pulsare: alij pulsare quidem, at non primo & sua sponte, sed vnà cum illo, qui spiritualis vocatur, moueri. Pro- G
inde, qui sinistri ventriculi cordis, aut arteriosi, aut quoquo modo aliter appellent, fecerint mentionē, ab illis hi dissidebunt, qui etiam putāt dextrū pulsare. Alia præterea maior dissensio medicis iam olim de arterijs fuit: nam eas quidam sua sponte dicebant pulsare, ingenita præditas, perinde ac cor, ea vi: de qua Praxagoras natione est. Alij pulsare quidem: nā ipsam distendi tunicam earū, contrahiq́3, non secus ac cor: sed facultatē non habere, quę hoc agunt, innatam, sed cordi referre acceptam: in qua opinione Herophilus est. Erasistratus neutrū probat: contēdit. n. pulsare contra, ac cor, arterias: illud, cū distendit, repleri eo, quod consequit ad vacuatū: arterias, cū replent, distēdi: repleri aūt immisso à corde dicunt spiritu. Simul itaq́3 fieri vtranq́3 est necesse, distentionem et repletionem earum, verū alteram antecedere alteri rōem causæ obtinentem, in corde distentionē, repletionem in arterijs: vt cernit & in externis rebus. Folles fabrorum, quia distenduntur, proinde replentur: sacci, culei, vtres, q̄ impleantur, idcirco distendunt. Quare definitio, quę totam rei essentiam est ob oculos positura, nihil debet eorū, quæ illi pręcipua sunt & propria maximè, omittere. Sed, quādoquidē controuersia de essentia est, necessario sua erit cuiq́3 sectæ definitio. Proinde est Erasistrati discipulis ita definiendum, vt Erasistrati peculiare placitū in pulsuum essentia simul appareat: Herophili asseclis, vt peculiare Herophili: alijsq́3 similiter omnibus definitio sigillatim H
efficienda est suo placito constās: sed hoc vero ipsum, qui sciat, est illorū prope nemo. Iam illo est operæprecium magis scire, definitionū esse genera duo prima: alterū, quod planè rei notionē explicat: quā, qui ponunt rei nomen, habent: Alterū, vt dictū est, quod docet essentiā. Virtus est sua vtriq́3 definitioni: illi, quæ notionē explicat, vt omnibus sit testata, qui eàdem vtunt lingua, & ad rei essentiam ne aspiret: huic, quæ essentiā docet, vt ei, quæ notionem subijcit, consentiat: nō sit tñ cum ea eadē. Itaq́3 hoc tibi primū sit indicium hominum inaniū & vanorū, vbi eos rei propositæ afferre vnam definitionē audias. Nam sunt, in quibus nō iam duas, sed tres præstat, vel quatuor facere, Primam, quæ eiusdem lingue omnibus hominibus sit confessa, quæ quidem de rei essentia nihil statuit, sed in nuda limitatur notione: Alteram iam, quę aliquantum recedat de notione, atque non nihil accedat ad essentiā: Ad hęc tertiā, quæ amplius cum de notione, tum de essentia aperiat: Postremo quartam, quę doceat totam essentiam. Atq́3 hanc quidē ostendendum est ad tertiam referri, quam rursus ad secundā, atq́3 illam quoq́3 ad primam. Prima vero debet ex se ipsa habere fidē, res perspicuas explicans manifestasq́3. Vnde definitionem eam Aristoteles nominis appellauit: vt si defintionem diceret nomen interpretantem: Alteram definitionem (quidā essentialē vocauerūt) definitionē dicit esse, quę, quid sit, explanat: nā, quę sit cuiusq́3 definiti essentia, hanc dicit docere.

A cere: propria vero accidentia eius vnà complecti definitionem notionis. Putat aliam præterea esse definitionē, quæ essentiam rei doceat. Sed quid orationē produco tantis de rebus, quæ cōmentaria flagitauerunt duo, quæ in Aristotelis librū secundū conscripsi secundorū analyticorū? In ipso tibi pulsu hæc faciam, vt sigillatim, quā potero breuissime, ob oculos ponā: qui vero versatus prius est in illis commentarijs, facilius, quæ paro dicere, assequetur. Quibusdam in partibus cutis percipimus motum quendam, nō modo si attingamus, sed interim oculis etiam. Hic in omnibus valentibus motus, multis corporis partibus cernitur, de quibus est carpus manus. Atque palàm quidem animaduertimus quiddam de profundo ascendere, & nos ferire: ab ictu interdum aperte id recedere, inde requiescere. Interdum à primo statim species repræsentatur requiescentis, ac deinde ascendentis iterum ferientisq; atque mox recipientis se rursus atque quiescentis: idq; iam inde à natiuitate hominis ad obitum vsque faciētis. Eum motum omnes homines pulsum appellant. Hunc qui breuibus poterit interpretari, optume definitionē ille notionis effecerit: modo vt prætereat nihil, nec quicquā addat superflui, vltra quæ cōmemoraui modo. Nam, si quid etiā pusillū addiderit, si quidē additio sit inutilis, inaniter garriat: si vero sit vtilis, discedat ea re ab notione ad rei essentiā: Vt si dicat, talē motum arteriarum esse pulsum. Ea enim definitio non motū tantū,

B sed, & quorum est, declarat: cum aperte sentiat quidem vulgus esse talem in corpore motū, sed nō corpus ipsum cognoscat, quod mouetur. Quod, si quis non solum sic leuiter arteriæ viderit detracta cute externam figurā: sed tunicas etiam, quot sint & quales, perspexerit: hic pretergressus notionem est, & longe vero etiam illo priore magis, qui foris eam tantum videat. At vero, si facultatem quoque repererit, qua pulsant arteriæ: atque, motus vtrum principiū ab se ipsæ habeant, an à corde: ac, si ab hoc, qui tandem, spiritualem ne materiā immittente in vasorum internam cauitatē, an facultatem quandā per tunicas illarum: ad hæc, qui vsus demum sit earum motus: is planè tenebit, s. vniuersam essentiam pulsuum generationis. Veruntamen ista quidem nequeas definitione vniuersa complecti: neque enim volunt definitiones, quibus illæ sunt cordi, adeo esse immensas. Vnde fit, vt nulla pulsuum sit definitio prorsus essentialis: aut prælonga erit. Addidi prorsus, q, cum illorū, quæ ad essentiam pertinent, quidam ex proximis medicis alij aliud adiecerunt, essentialem arbitrantur se definitionem pulsus explicauisse. Vbi præterea in eo maxime peccant, quòd solā definitionē protulerunt, quam vocant ipsi essentialem: nec ante dederunt definitionē, quæ explicet notionem: quam, vbi de his egimus, arbitram nos definitionis essentialis ostēdimus. Ad huius etiam ignorationem merito pronūciant, quod stulte in mētem ipsis venit. Quare de integro

C exordiamur ab notionis definitionibus: quas, præter quod perspectum est omnibus hominibus, nihil demōstrauimus explicare. Talem autem inuenio nullam proditam, ne ab Empiricis quidē, quorum erat præter cæteros hisce vti definitionibus: quas artifices isti grāues in appellationibus, ne quidem definitiones dignantur, sed descriptiones & illustrationes vocare: Ac fiant quidem descriptiones tales: Motus inuoluntarius, qui in partibus est quibusdam animalium sanguine præditorum quiete interpellatus. Quinetiam, si naturalem dixeris eum motum, vel nō voluntarium, vel citra appetitionem, nihil refert. Si item ad paruas partes cutis fieri, aut non diuturnum esse, in descriptione colligas, integriorem notionem reddas. Iam, si nō dum declinaueris sophistarum calumnias, appones motus nomini, sensibilis: quanquā hercle stultum potius timorem istæ additiones, quā probatā fiduciā, arguunt. Nā motus nomen oēs homines, illi solēt tribuere, quē aperte sensus animaduertit: quandoquidem illos, quos ratione perspicimus, argumentū est quoddā probabile, quod semper adesse omnibus corporibus, licet non videantur moueri, demonstrat. Iā ipsum nomen hoc sensibile duo denotat, rē sensui repræsentari iam nunc, quo tempore dicatur: alterūq; etiā, quæ, licet non sentiatur in præsenti, possit tamen: quo modo lapidem in alto dicimus sensibilem sua sponte esse, nimirum, quòd de natura sit sensibilium. Sensibilis ergo motus, quē quibus-

D dam in partibus corporis per totā vitā animaduertimus, pulsus appellat. Hic quiete, vt diximus, interpellatur: quod cautius quidā medici putant dici, q; distentione & contractione continuare totū motū. Et quidē nihil est apertius, quā motū in altū, latū, & longū extēdi in gracilibus magnisq; pulsibus. Porro alij his timidiores, peculiares affectus sentire se tactus aiunt, pronunciare veriti rē externā vllā esse: quò illos scepticorū & hæsitantiū, qui vocantur, induxit institutio. Quare ab his discedamus: fortassis enim nec hoc, vllum se percipere motum, dicere sustinebunt, si istis hæsitatoribus credunt vndequaque. Sunt quidem certe nō nulli in his, qui ne suos quidem ipsorum affectus probe fatētur se agnoscere, quos vocant iure ἀγροικοπυῤῥωνείους hoc est agrestes pyrrhonios. Ad illos vero nos conferamus, qui non dissimulanter motū videre se putant cuiusdā subter cutē corporis in longū, latū, profundumq; extensi, quando alijs sunt cōmodiores: atque admoneamus eos discissa cute vel de industria nostra, vel casu aliquando, vt attendant, quid sit, sub ea quod moueri videtur. Sanè enim vas aperte cernent assimile venæ, nisi quatenus duplicem tunicam, & longe robustiorem habet, quam arteriam vocamus. Clare etiam, quod obscurius videbant antea, perspicient, hoc vas in omnes partes distendi. Haud aliter denudatum moueri cor conspicietur, ac cerebrū etiam: vt audeant dicere tandem, motum, quem in pulsuum generatione animaduertunt, in corporibus fieri, quæ commemorauimus: sed, primo ne & per se cordis dexter ventriculus, an

Margin notes: l. causam. — *Al. ἐνδελε. τιμάς.

vnà cum ſiniſtro motus,iiſdem,atq; ille,modulis pulſare videatur,nolet inquirere, qui primo tran E
ſitu ab notione vulgari progreſſus eſt ad eſſentiam. Nec ſecus in pulſu,qui in cerebro animaduer-
titur,indagare deprecabitur,vtrum primo id & per ſe agat,an vnà cum ſuis arterijs attollatur mul
tis illis ac ingẽtibus. Qui autem hoc eſt audacior in decernendo de pulſibus,iſtud addet etiam. In
tegram definitionem pulſus facias, ſi ſuperioribus coniungas vſum eorum generationis: quem
in commentario nos de vſu pulſuum,innati caloris eſſe diximus tutelam: ſi quidem ſciat, qui eam
definitionem facit,quo fiat pacto,vt natiui caloris mediocritas ſeruetur: vtrum, quòd motu venti
letur: an quòd frigidi aeris cogatur occurſu,vt digeratur difficilius: an quòd fumoſis purgetur at-
que fuliginoſis excrementis. Facere præterea ad animalem procreandũ ſpiritũ oſtendimus ſubſtã
tiã,quam ſpiritualẽ habent arteriæ. Iam & ad eſſentiam pulſuum pertinet,vtrũ,cum arteriæ diſten
duntur,tum accidat in ipſas materias allici: an,vbi conſideant. Atque de excretione alicuius ex ar
terijs,eadem eſt ratio: ſiquidem attrahi demonſtrauimus,cum diſtenduntur: &, cum contrahunt,
excerni: Qui vero de ſecta ſunt,quam pneumaticam vocant,in contractione putant attrahi: in di
ſtentione excerni. Alius porrò his in definiendo pulſu cãm eius efficientem addet: de qua in quę
ſtionem venit,vitalis'ne ſit,an animalis facultas,an omnino'ne facultas quidẽ, vt aſſerit Aſclepia-
des. Quare definitionem,quam vocant,eſſentialem,quæ eſt oratio eſſentiam rei docens, planũ eſt F
genus explicaturam eſſe,& differentias,& vſum generationis,cauſam item efficientem,ad hęc ma
terialem,aut inſtrumentalem,aut quoquo modo velis appellare: Vt genus,aut motum, aut actio
nem,aut paſſionem arteriarum: Differentias, quòd per diſtentionem & contractionem, quodq;
ſponte: Vſum,ꝙ innati caloris nomine, vel ſpiritus vitalis generandi, aut hercle etiam animalis:
Cauſam efficientẽ,ꝙ vis ſit quædã cor diſtendens & arterias,aut vitalis,aut animalis,aut vtraque:
Materialem & inſtrumẽtalem,conformationem arteriarum ad actionem declarandũ, quã memo
raui,appoſitam. Ita ſuam quęque ſecta rationalis ſortietur definitionem. Nanq; pulſum dicet Era
ſiſtratus motum eſſe arteriarum per diſtentionem & contractionem, quem facultas efficit vitalis
& animalis,ad implendas arterias ſpiritum continẽtes vitalem: Aſclepiades, motum eſſe arteria-
rum per diſtentionem & contractionem,quæ ſpiritu implentur,cum extenuantur: cum conſidũt
earũ tunicæ,euacuantur: Nos vero dicemus actionem eſſe pulſum peculiarẽ,præcipue cordis,de-
inde arteriarũ,quæ diſtentione & contractione mouentur à facultate vitali,quò caloris natiui me-
diocritas retineatur,generetur autem in cerebro ſpiritus animalis. Atque ad modum harũ defini-
tionum,qui de alijs ſectis ſunt,definient pulſum, vbiq; pro ſuis quiſque ſuppoſitionibus. Proin-
de,ſi perfecte definiant,conſenſerint mutuo: ſin anguſtius,vel latius, vel aliqua ex parte minus be G
ne, non cõuenerint. Huius habes argumentum maximum,ꝙ Herophili diſcipuli,qui quidẽ pul
ſum aggreſſi principes ſunt definire,inter ſe diſceptarunt: tũ vero ẽt, ꝙ cũ his Eraſiſtrati diſcipuli
digladiantes (nam floruerunt ambæ hæ ſcholæ ab Herophili obitu) aliam etiam pulſus definitio-
nem inſtituunt,diſſidentes & inter ſe mutuo & ab diſcipulis Herophili. Nã veteres quidẽ relictis
definitionibus docebant,ſignificationes declarantes nominum,quibus vtebantur,ea interpretan
di forma,qua Homeri dictiones grãmatici, aliorumq; antiquorũ omniũ,explicãt. Nam in hac in-
terpretatione,quod haud dum liquet,ex altera declaratur: Vt in dictione πίσυρες: nam hoc in ver
ſu, Πίσυρες εὐρυαύχενες ἵπποι. non dũ,quid ſignificet,conſtat. Sed ibi: Ενθεν τέσσαρα μὲν σάκε' εἵ-
λοντο,δούρατα δ' ὀκτώ,καὶ πίσυρας κυνέας.explicatũ eſt. Cum.n.eſſent,qui armarentur, quatuor,
tũ ſcuta illos quatuor accepiſſe dicit,tum galeas ẽt quatuor. Hoc modo,quando legimus apud ve
terem aliquem medicũ,ſolam pulſare inflammatã partẽ,aut motũ tantũ in inflãmatione arteriarũ
appellare eos pulſum: in corpore aũt ſano hoc vocabulo vti nunquã: nõ omnẽ motũ arteriarum,
colligimus,ſed aut magnũ & vehementẽ,aut quẽ ipſe poteſt ægrotus animaduertere, pulſum vo-
cari. In hunc modum videtur & Eraſiſtratus pulſus nomẽ vſurpauiſſe. Sed.n.vbi legimus rurſus
Ægimij de palpitationibus librũ,quẽ hic pulſum nos vocamus,palpitationẽ ab illo inuenimus ap- H
pellari. At vero Herophilũ contra,videas ſtatim à principio libri de pulſibus, à palpitatione pul-
ſum ſeparare: videt.n.omnem vir ille motũ arteriarũ, quẽ habere nos à primis vitæ temporibus
ad mortẽ vſque perſpicimus,pulſum appellare: ex quo præſentẽ ſtatũ cognoſcimus,præſcimusq;
venientẽ: nec pulſum,qui in corde eſt,vel in cerebro,vel in mẽbranis eius,requirimus. Sic præci
pua pulſus eſt omnibus huius ætatis medicis notio,quã nunc explicauimus: nẽpe hanc, vt modo
dixi,deſiderant: quod hanc ſequit̃,omne iam cauillationibus plenum eſt. Quo minus eiuſcemodi
res definiẽdæ ſunt: nec ſe ipſum debet quiſquã conijcere in definitiones,de quibus nec inter ipſos
conuenit dialecticos: & quæ,vt omnibus numeris abſoluas,vſum magnũ poſtulant: ne dicã nihil
opus eſſe ad tradendas diſciplinas definitione eſſentiali. Definitiones, quas vocant, notionis, his,
qui iã rem cognoſcunt, ſunt ſuperuacaneæ: ignorantibus non neceſſariæ,ꝙ doceri certe pluribus
verbis poſſunt apertius. Nam,notionẽ qui rei ſignificatæ à vocabulo,anguſta poteſt & aperta ora
tione accurate cõplecti,doctor ſit hic quidem præſtantiſſimus: non tamen, qui abeſt ab illa perfe-
ctione,malus eſt: nec vero, qui minus probe interpretatur. Nã ita aperte rẽ ob oculos ponere, vt
Lyſias & Demoſthenes oratores fecerunt, optimũ ſit: non contemnendi ſunt tñ, qui nunc in iu-
dicijs cãs agunt. Equidem nihil obſiſto illa facultate præditis,quin clare ſimul & cõpendioſe,quæ
ſingulis

*In aliquibus cod. græcis dictio hæc nõ habetur.

A singulis nominibus denotantur, declarent ignorantibus. Quippe qui hoc videor ipse agere: sed ꝙ inanem ibi laborē subeas, vbi omnes iam cognoscunt, quod institutis declarare. Omnino vero apud Tyrones cuiusuis disciplinæ ne proferendæ quidem definitiones essentiales sunt: verū, vbi ab notione exorsi, ad essentiæ eos notitiam deducamus, hic iam promptæ memoriæ gratia rē vniuersam limitata complecti oratione fuerit commodum. Quare, quicunque medici & philosophi, initiatis primum cuiuspiā disciplinæ initium faciunt docēdi ab essentialibus definitionibus, vt elo quentissimi sint, vt clare interpretentur, obscuri euadunt tamē: ꝙ assequi auditores', quæ amplam explanationem, quo intelligantur, quærunt, cū restrictis hæc definitionibus referuntur, nequeāt. Longa enim oratione prius rei, qua de agitur, aperiēda essentia est: quo cognita iam & perspecta breuibus tādem verbis accipiatur. Hæc ergo quia iure exprobro illis semper, qui definitionibus omnia docere conantur, huc exempli gratia veni: qui re ipsa declaraui multis locis, quodcunque quis ponat nomen, solidum librum esse faciendum, vt declaret, quomodo sit res, quæ ab illo significatur, definienda. Itaque de pulsus definitione agamus de integro, ac, qui recte definire visi sunt eum, hos nominatim appellemus. Ergo huius curiositatis discipuli Herophili, vt dixi, principes fuerunt: quibus successerunt de Erasistrati familia non nulli: secuti sunt, qui pneumatici vocant,
B & ex methodicis quidam: quos omnes si appellem, duobus erit, non vno libro, opus. Quia vero certum est mihi hanc verbosam inanemq; disputationem vno volumine limitare, tot sufficiet definitiones recensuisse vnà cum earum authoribus, quot liber sit capiundis: nam ex his iudicium etiam de alijs facias, licet.

Heraclidis Tarentini Descriptio pulsus. CAP. 3.

NAm Tarentinus quidē Heraclides Empirico descriptionē dignā faciēs, Pulsum, inquit, motū arteriarū esse & cordis. Atqui non latet nos, qui sunt in Empirica secta, nequaquā de definitione laborare, sed declinant & describūt. Ita.n. definitiōnes illi eas appellant, quæ breuibus notionem subijciunt rei, cuius appellationem proferimus. Atque hanc ille homines putat notionē de pulsus nomine habere, eosq; protendere manū interdū, ac tangendam præbere medico. Cū vero quem ἄσφυκτον hoc est priuatum pulsu, dicamus, hoc nomen designare illum arbitramur, qui ita est affectus, vt nullus motus sub nostrum sensum cadat in vlla corporis parte cuiuscunque arteriæ. Si quis alius est motus in arterijs augendis, nutriendis, implendis, & vacuandis, hoc non laborat: ꝙ fugiat id genus motuū omnes nostros sensus, quod quidē assequimur ratione. Quo adducti stirpes omnes, qui de natura commentantur, perpetuo confirmant moueri, atque adeo cun
C cta alia vel durissimos lapides: etenim & ab his defluit perpetuo aliquid. Quidā hæc concerni ēt ex aere autumant. Quare hunc motū non modo adhuc viuenti, sed demortuo etiam homini, vt placet physicis, qui de horum natura tractant, oportet adesse. Itaque non moueri arterias male dicemus de mortuis, & non pulsare in quibusdam videri adhuc superstitibus. Quòd si omnes sic loquantur, motum constet nos eum & appellare & intelligere, non ratione perspectum, cæterū qui apertam notitiam prębet status. His adducti rationibus cum Tarentinus Heraclides, tum Empirici non nulli alij, pulsum descripserunt esse motum arteriarum & cordis: quando hoc planè videbant non secus, ac arterias, moueri. Cum his pugnant quidam Dogmatici, qui nolunt æstimari solo sensu motū, sed interim & ratione: nam Soli, Lunę, stellis omnibus motū ab omnibus mortalibus tribui: neq; enim tantū spatiū videri citra motū ab oriente ad occidentē obire: tamen motus eorum non apparere. Quare, inquiunt, si nihil aliud, hoc certe Empiricorum definitioni oportebat adiectum, motū arteriarū cordisq; sensibilem esse: debebantq; dicere, Pulsum esse motum arteriarum & cordis sensibilem. Huic definitioni quidam intercedentes, motus sensibiles in corde & arterijs confirmant, non tantum qui pulsent, animaduerti, sed & qui palpitent. Itaque comprehendendi etiā hi erant in pulsuum descriptione, siue absolute dicant arteriarum & cordis esse pulsum
D motum: siue adijciant sensibilem. Sunt, qui conuulsiones tremoresq; narrent: quippe hos quoq; interdum motus in arterijs fieri & in corde, præter naturam quidem. Quamobrem addi definitioni volunt, naturalis, atque totam eam efficiunt eiusce modi: Pulsus est arteriarum & cordis motus naturalis. Ab his dissident, qui pro definitione Tarentini propugnant: qui in arterijs negant & corde tales vnquā motus existere, ad neruosa autē corpora pertinere. At conuulsionē tremorēq; in solis fieri neruis equidem comprobo: palpitationē vero insidere perspicue etiā in cute cernas: clare autem etiam in carnosis partibus, quæ particulæ sunt musculorum: etiam in timore & angore planè cor videtur palpitare. Iam cōtentio de affectibus his nō parua Herophilo aduersus præceptorem suum extitit Praxagoram, qui in affectus arteriarū aggregauit palpitationē, & tremorē, & conuulsionem: ac non genere confirmauit à motu earū pulsante differre, cæterū magnitudine. Nam, cum in natura sua constant extra omnem casum, fieri pulsum: aucto vero præter naturā motu, primum effici conuulsionem, deinde tremorem, mox palpitationem: magnitudine inter se omnes hos affectus distantes. Quamobrem initio statim Herophilus operis de pulsibus, magistri sui euertere sententiam molitur, verum, quod solēne Herophilo est, obscura oratione: quam ipsius discipuli mutantes apertius scripserunt ijs in lucubrationibus, quas de Herophili secta conscripserunt. Quòd si referre hic ipsa verba Herophili velim, quæ in principio libri primi de pulsibus fecit,

cit,aut quæ attulerunt eius discipuli,requirant integrum librum, qui hæc accurate persequatur: E cum vel nulla de his facta mentione integer meus liber extet,De tremore,palpitatione,conuulsione,& rigore.Mihi vero hoc quoque loco satis sit numero definitionum explicato, quæ in præsentem quæstionem conuehi possunt,illa præterire.Tantum dicam: cum valemus, cordis & arteriarum motus,quando illa distenduntur vndequaque, rursusq; in se considunt, obcœcutur: sin autem ægrotemus,vt palpitans,vt cõcutiens,vel conuulsiuus,vel tremulus motus arteriarum appareat, quid noui est,si pulsum vocemus modo conuulsiuum,modo vibratum,interdum palpitantem,interdum tremulum? Quinimmo vocare quendam solemus vibratum pulsum: qui aperte identidẽ conspicitur: cuius in libro primo huius operis declaraui naturã. Sic vel hac ratione apposueris parum recte definitioni pulsus,naturalis. De sensibili vero,posteaq; hoc quoque additũ nõ nulli volunt: quod sæpe apud Aristotelem refertur,operæpretium est meminisse.Nam rem ille vir cumulate non nunquam persecutus,addendum ei dicit aliud quiddam ob sophisticas cauillationes externi,quod videatur semper ad definitionem facere.Atque ob id ego ferè pulsum describo arteriarum esse & cordis sensibilem motum maxime, q; ἀσφύκτους appellemus hoc est pulsu priuatos,quibus motus non sentitur: tametsi ille sæpe seruetur, quòd ad suam pertinet essentiam: neq; enim viuerent,si omnis perijsset motus cordis & arteriarum. F

Alexandri Philalethis Definitiones. CAP. 4.

AT Herophilius tamen Alexander,Philalethes cognomine,quò istas calũnias declinaret,definitionem duplicem pulsus fecit: alteram ex ipsius rei propria natura, quam, vt in subiectis, appellat: alteram,vt in consideratione. Ac pulsum,vt in subiectis, esse cordis ait & arteriarũ contractionem atque dilatationem spontaneam,quæ animaduerti possit: pulsum vero, vt in consideratione,ictum ex arteriarum perpetuò spontaneo motu ad tactum,& interuallum, quod ictũ excipit. Porrò cõfirmat hęc rationibus,vt putat,probabilibus quinto in libro Placitorum.Quod ẽt fecit Heraclides Tarantinus, vbi librũ cõfutat Herophili de pulsibus. Multis aũt argumẽtis Philalethis definitionẽ,qui eius memoriã secuti sunt,oppugnauerũt,quibusdã illis mire leuibus, ac planè contentiosis: aliquibus plus & minus probabilibus: quæ quidã de illius familia confutauerũt, multaq; verba vltro citroq; facta sunt. De his ego summatim paulo inferius fortasse pertractabo. Adscribam tamen prius definitiones Demosthenis,qui & ipse non secus,ac eius doctor, Philalethes cognominabatur.

Demosthenis Philalethis Definitiones. CAP. 5.

* περὶ ὀφθαλμῶν. forte περὶ σφυγμῶν. i. de pulsibus, uel περὶ παλμῶν.i.de palpitationibus.

HIc tres reliquit de *oculis libros apud multos cõmendatos.Qui quidẽ ẽt pulsum iuxta,ac Alexander, diuidit: dicitq; illũ qdẽ pro subiecto,esse cordis & arteriarũ distentionẽ, vel contractionẽ naturalẽ,quę valeat animaduerti: alterũ vero,ex quo cõsiderationes instituimus,cordis vel arteriarũ ad tactũ,ictũ naturalẽ,interuallumq;,quod ictũ excipit.Hic in definitionibus coniũctione vtit̃ disiunctiua, vel, arbitratus copulatiuã, et,quod ex ambobus constituit̃,tñ definire,vtrũq; vero separatim non definire.Est autẽ eius sententia,arteriarũ motũ per se solũ esse pulsum: & cordis item per se solũ esse: esse ẽt vtrunq; simul pulsum: ita solã distentionẽ vocari pulsum, & contractionem, & vtranq; simul.Inductus est sic pulsum appellari,q; ex distentione magnus vocatur & paruus,vehemensq; & languidus,celer & tardus: ex contractione rarus atq; creber.Proinde, vbi pro subiecto partes pulsus exponit,distentionẽ & contractionẽ vocat: cum vero, pro consideratione,ictũ & interuallum: sensu putans contractionem nõ posse percipi. At vero magna hic denuo contentio medicis fuit,non iã de nomine tãtũ,vti multæ superius: nec vero anxia & inanis, vt pleræque illarum: verum quæ ad caput ipsum & summam pertinet commentationis.Equidẽ, cum meo instituto expenderem,citra pronunciationem tñ,vt alia,quæ apud medicos sunt controuersa,sic hoc quoq;,per multos annos hæsitatio mea non potuit explicari: tandem aliquando reperi causam eorum dissensionis: vnumq; de hoc solo librum scripsi,primum de dignoscendis pulsibus: vbi explicatum est,qui contractionem pulsus sensibilem obtineant,& qui non. Vnde vniuersa disputatio illius libri ad eos planè dirigitur,qui ex ictu pulsum & interuallo putant cõstare: nam sunt, qui ẽt absq; distinctione definitionis pro subiecto, ab definitione pro considerationibus,absolute dixerunt pulsum ex ictu & interuallo conflatũ esse.Atqui, vt dicatur ex distentione & contractione constare,quæstio existit quædã de quietibus,& quã à distentione ante contractionem,& quã ante distentionem à contractione cor molitur,& arteriæ.Quòd siquando etiam cordis nomen prætereamus,solas aũt commemoremus arterias, interpretandum est de illo dici eadẽ: quemadmodum, si de corde quid referamus, omissis arterijs, accipere oportet dictum de illis idẽ. Eandem habet perplexitatem in respiratione quies duplex respiratoriorum instrumẽtorũ: quiescunt enim & thorax & pulmo id temporis, quod intercedit inter ingressum spiritus & exitum: atque pro tempore quidem harũ quietum raram appellant, vel crebram respirationem. Veruntamen non similiter hæ quietes dignoscuntur, atq; pulsuum: perspicuæ.n.semper in respiratione sunt: at quietes in pulsibus quidam dixerunt nullo posse modo dignosci: quidã solam externam, quam quidem & nos vocamus sensibilem,at non in omnibus tñ pulsibus.Itaq;, vt respiratio crebra & rara in signis est magnis, ita etiam pulsus creber atq; rarus, vt disces in præsagitione ex ijs:

G (margin, beside "Alexander")

* In aliquibus antiquis non est illa dictio.

H (margin, beside "pulsibus")

quietes

A quietes autem partes'ne totius respirationis sint & pulsuum, in controuersia est. Etenim non primo, sed per accidens, qui in ea opinione sunt, in partibus numerant harum functionum quietes: nam in inspirationibus quidem expirationibusq; perspicuo operari instrumēta respirationis: in pulsibus distento & contracto corde: quietes aūt interpellātes has actiones instar esse quietis, quę illis etiam in defunctis inest. Quemadmodum etiam, qui pulsum asserunt actionem esse arteriarū & cordis, vel motum arteriarum & cordis, vel distentionem & cōtractionem arteriarum atq; cordis, omittere quietes videbuntur, quæ non paruum ad præsagiendum momentum habent. Rarus itaq; & creber pulsus cum æqualitate sua & inæqualitate, cum perturbatione ordinis & ordine, sunt huius generis: qui non parua nunciant. Itidem intermittens pulsus, & intercurrēs, ex eodem hoc genere, futurorum sunt non parua signa. Ergo, si definiendo pulsui voles orationem de quietibus inserere, partes'ne habendæ illæ sint pulsuum, an secus: ꝙ si partes sint, vtrum primæ & per se, an per accidens: multum profecto' temporis in eo pones. Verum, quod in alijs fecimus, vt, cum progressi vsq; ad detectam vbiq; loquacitatem essemus, ad aliud transiremus, idem nunc faciemus, reuersi ad Alexandri & Demosthenis, quas de pulsibus fecerunt, definitiones. Sane videtur, si non verbis, at sententia, cum doctore suo Demosthenes consentire. Nāq; functionem Alexander pulsuum spontaneam esse dixit, hic naturalem: & ille, quæ possit animaduerti, hic, quæ animaduerti valeat. Nec vero aliter in definitione pulsus pro subiecto, cum magistro videas Demosthenem sentire: Eodem modo in definitione pro considerationibus. Constat enim, ictum dicas an percussum, nil interesse: nec etiam, spontaneum dicas an naturalem. Nam eo tantū, ꝙ coniunctionem/vel/in definitione intulit, ante diximus a' præceptore eum dissidere, quaq; id ratione fecit. Deinceps iam, quas attulerunt alij Herophilij, attendamus definitiones.

Bacchij Definitio. CAP. 6.

BAcchius quidem alijs in auscultationibus pulsum dicit distentionem & contractionem esse, quæ simul fiat in omnibus arterijs. In hanc definitionem disputarunt cum contumelia Erasistratij, postulare ab suo errore instituētes. Siquidem illorum est opinio cor primū præ omnibus arterijs distendi atq; contrahi, immisso autem in arterias spiritu, ab illo, simul atq; impleant, distendi, primum ipsi cordi vicinas, deinde quæ has consequuntur, mox his proximas, atq; ita continēter ad extremas omnium arterias motum penetrare, omni ipsis arterijs facultate vacātibus tum peculiari, tum a' corde ipsis suppeditata, cuius se ipsæ ope distendant, vt cor, contrahantq;. At Herophilo in arterias placet, quia sunt cum corde continētes, per tunicas influere ab illo vim, cuius ope C perinde, atq; cor, dum distenduntur, ex omnibus partibus, vnde possint, attrahunt, quod impletu rum suam capedinem sit: dum contrahuntur, reddunt: Itaq; eas simul vno tempore omnes videri distendi et contrahi: idemq; constitutū, ac cor, vtriusq; motus seruare. Erasistrato autem consentaneum est, non vna videri cor & arterias distendi contrahiq;: quod res ipsa aperte negat. Quo minus Erasistratij probe Bacchium accusarunt, id asserentem, quod res ipsa monstrat. Illi contradicerent melius, qui solorum naturalium pulsuum contēdunt institutam ab eo definitionē: nam, cum ægrotat animal, attendi interim non simul pulsare omnes arterias.

Aristoxeni Definitio. CAP. 7.

QVod Aristoxenus Herophilius non solum reprehendit, verum etiam genus pulsuum in definitione desiderari, ex eius vero diuisione aliquid dictum de distentione et contractione esse. Nam pulsum ille dicere vult functionem arteriarum esse: scilicet primum hoc genus esse. Deinde, quia functiones arterijs præterea aliæ sunt (crescunt enim & nutriuntur) addit peculiarem. Ita hæc est tota definitio: Pulsus est functio cordis & arteriarum peculiaris. Sane genus rei, quamcunq; definiamus, exprimendum in definitione esse ante alia, recte Aristoxenus dixit. At, quia quoddam eius est genus continuum, ita enim vocāt, ante quod nullum aliud intercedit: D quoddam autem vno vel altero intercedente, aut etiam omnium supremum: quod nam genus, nō parum quæsitum est, ceteris in definitione sit præponendum: supremum ne genus, a' quo amplius nullum est generalius, an continuum, an aliquod etiam, quod inter hæc intercedat, vbi sit vtroq; manifestius. Quamobrem merito quidam contenti fuerunt continuum & proximum genus pulsuum motum dixisse. Sed enim, ꝙ motus varij sunt (nam latio, & alteratio, auctio, tabes, adhæc generatio interitusq;, videntur motus esse) quem nam velint motum esse pulsum, par erat aperire. Dicent sane lationē. Deinde, quia multas habet latio dr̄ias, addendum erat, quam lationē velint esse efficientium pulsus instrumentorum. Superne aliquis a' primo genere exorsus, si dialecticos sequi volet, definiat pulsum cordis & arteriarum functionē esse, quæ motu lationis obit, distentis illis contractisq;. Erit fortasse, qui his quietes censebit addendas, vt certe voluerunt quidam: Alij contra detrahunt, quasi quæ per accidens, non primo fiant. Verum in Aristoxenū hęc sufficiunt, qui, cum dialectice voluit definire, leges præterijt ipse dialecticas. Volūt enim isti, qui venditant definitiones, a' primo nos genere exordiri, deinde per media progredi, itaq; facere definitionem. Equidem exemplum fortassis adducerem istiusmodi definitionū, nisi Platonis extarēt duo libri, quos habēt oēs in manibus: in quibus docet nos atq; exercet, vt ex diuidendi via & ratione faciamus definitiones. Titulum dedit horum librorum alteri Sophista, alteri Ciuilis.

Zenonis Definitio. CAP. 8. E

SEd ad Zenonis nos definitionem viri Herophiliorum nemini secundi cõferamus. Hic pul-
sum dicit esse partium arteriosarum mistam ex contractione & dilatatione functionẽ: ex qua
eundem omnibus in partibus ordinem consonum fuit esse, siue æqualibus illa, siue inæqualibus
tpibus absoluatur. Itaq; functionem ille dicendo mistam esse, nõ genus modo dixit pulsuum, sed
et proximam, vt credit, differentiam: vbi præterijt, ꝙ motu functio obeat, eoq; lationis: meminit
aũt lationis specierum vel differentiarum, distentionis & contractionis, neq; enim obscurum est
dilatationem pro distentione eum accepisse. At non male mistum dixit esse motum, non simpli-
cem, neq; vnius formæ: siquidem ex contrarijs partibus constat, vt motus in respiratione. Etiam
illud liquet, alteram partẽ illum nolle compositi huius motus appellare pulsum, cæterum pulsus
partem. Nam, qui putant, quia magnus pulsus ex distentione denominatur, continuo distentio-
nem ẽt totum appellari pulsum, hi non animaduertunt interdum ex his, quæ accidũt partibus, to-
tum inuenire cognomẽ: vt hîc, simus homo, aquilus, cęsius, χαροπὸς id est flauidis oculis, caluus:
in alijsq; permultis à partium affectu cognomen totum mutuatur. Iam, cum alij Herophilij pro-
pè oẽs vel arteriarum vel cordis vel horum amborum distentionem & contractionẽ appellẽt pul
sum, hic non cordis & arteriarum, sed partium dixit arteriosarũ, quęstione, quã dixi superius, quæ F
de corde est, adductus. Exoritur.n.animantis maxima arteria ex cordis sinistro sinu. Huius sinus
corpus non esse idẽ arteriarũ corpori vel illi fatentur, qui arteriosum eũ vocant. Nã, vt neruosum
appellamus aliquod corpus, quod tñ distat à neruo: sic arteriosum hunc sinum vocauerunt, sub-
stantia planè diuersa præditum ab arterijs. Verũ non obtinent ab aduersarijs, vt recte vel arterio-
sus vocetur: ꝙ eadem natura sit, ac dexter, qui est carneus: quocirca cor quidã in musculis posue-
runt: quorum errorem alio loco deteximus. Id aũt vt dicere auderẽt, similitudo eos corporis sub-
stantiæ induxit, quæ illis est: repręsentat.n.ita, vt maxime, corpus cordis duros musculos. Et vero
ẽt manifeste vtroq; sinu vr̃ pulsare, & dum in corpore adhuc est, & cũ exemptũ est, aliquantisper.
Quinetiam, ꝙ pulsum naturalem tm̃ Zeno definiuit, merito & in eo est culpatus. Nam eundẽ in
oĩbus partibus esse ordinem motus arteriarum, in valentibus quidem verũ est: in affectis, fit, cum
falsum sit. Insimulat porrò Aristoxenus Zenonẽ, vt multos alios, de additione superuacua hac,
cũ dicat/siue æqualibus illa, siue inæqualibus absoluatur tpibus/siquidem cõem notionem & ge- »
neralem pulsuum non complecti nec hoc, nec aliud prorsus quicꝙ eorũ, quæ ex diuisione rei, quę
definienda est, proficiscuntur. Nam, hoiem qui animal esse dixit, inde ei addidit dfferentiam pede-
stre, postea bipes, non opus habet, etiam dr̃ias ipsorum hoĩum vt addat: vt hæc sit definitio: Ho- G
mo est animal pedestre, bipes: in quo artifices & inertes, sapientes & indocti, cõtinentur. Solorũ
enim hæ hoĩum quidem sunt differentiæ, inutiles illę tñ, quòd ad propriam definitionem attinet:
ꝙ sufficiat vel animal pedestre bipes dicere, vel animal rationale mortale. Neq; enim, quę definiẽ-
da res proponitur, est, vt dixi, partienda, sed genus eius: atq; hactenus diuidendum, dum, quod in-
tendimus, assequamur. Cuius si exacte notio completa sit, definitioq; abunde essentiam declaret,
inutile est, quicquid deinde addat̃, maxime si ex diuisione eius rei adijciatur, quæ definienda est.
Nãq;, quod cõe est omnibus pulsibus, id debet in definitione proferri: quæ est res, per quam pul-
sus concipiuntur & dicuntur: non per quam certi quidam pulsus. Nam, si quam attingat dr̃iam
definitio subiectam propositæ rei, reprehendendi cuius ansam præbebit, non recte prætermissas
cæteras esse. Nam, sicut Zeno adiecit/siue in æqualibus siue ĩ inæqualibus tpibus absoluatur/tem
poris pulsuum scilicet subijciens differentiam: ita alius addet magnitudinis, alius vehemẽtię: erit,
qui crebritatis, alius numeri: deniq; omnes dr̃ias reliquas alius atq; alius. Quamobrem iure illi de
finitionem Zenonis nimium exuberantem & superfluam consciderunt. Habuissent etiam, si li-
buisset, illa obijcere, quę dialectici prodiderunt de definitione, in qua dictio abundat. Demonstrãt
enim viri illi dictionis accessionem, de re, quę definitur, detrahere, vt hominem si dicas esse animal H
pedestre bipes geometriæ peritum: nam, geometræ qui non sunt, non erunt homines. Nunc,
quando confutationem huius definitionis, quàm porrò possit produci, aperuimus, transeamus à
Zenone ad Chrysermum, cuius hæc est definitio pulsus.

Chrysermi Definitio. CAP. 9.

PVlsus est dilatatio & contractio arteriarũ, exurgente vndiq; tunica, & in se ipsam rursus con »
sidente, ab animali facultate atq; vitali, comitans perpetuò tam sanitatem ꝗ̃ morbum, ad sen- »
sum tenuis. Videtur enim hic etiam vir præterijsse cor, & tunicæ arteriarum circularem eleuatio-
nem & concidentiam pulsum appellare, quas pleriq; distentionem & contractionẽ vocauerunt.
Quòd vero prętermiserunt quidam de familia Herophili, hic addidit: ab animali enim & vitali,
inquit, facultate hunc arteriarum motum proficisci: superflue illud additum quidem, si definitio-
ni, quam vocant notionis assignes: quod tñ non abundat his, qui definitiones essentiales postu-
lant. Nam rerum, quæ positę in generatione sunt, definitio causam complectens efficientem, opti
ma habetur: de quibus est pulsus, qui, vt cæteri motus, dũ fit, est. At, rectè ne an secus, ab animali
& vitali facultate effici dixerit pulsum, non paruam ea oratio quæstionem habet: quam quidem,
qui oĩa vult vbiq; dicere, præsenti lucubrationi insereret, etsi nõ sit necessarium. Nam, quæ rei ex-
ponunt

**Al. ληπτὸν, id est perceptibi-le. & sic ubiq; inferius.*

A ponunt essentiam definitiones, placita consequuntur definientium: quæ consutari priuatim debent, non eorum nomine negocium definitioni facessi, vt non legitime factæ: at, vbi veritas illorum agitur, illic verbosa hæc disputatio locum habet. Quòd si quis vitio vertendum ducat, quòd in vnam ambas definitiones confuderit: & notionis, vt vocant, quæ posita est in communi intelligentia: & essentialem, quam vocant, quæ essentiam rei aperit: rectè sanè accusabit: & vero etiam complures definitiones, quas retulimus, isti crimini ostēdet affines esse. Nam omnis disciplina ab aliqua notionis definitione ducere initium debebat: ab illa vel paulatim ad essentiales progredi, aut repente ad eam, quæ ad amussim explicet rei propositæ essentiam. Equidem initio statim dixi huius libri, qualis esse notionis definitio debeat: quales autem, quæ pedetentim ab illa recedunt: quo est hic minus nobis inhærendum, ꝙ cùm hoc declaratum antè sit, tum alia etiam omnia, quæ in definitione Chrysermus posuit.

Heraclidis Erythræi Definitio. CAP. 10.

AT Erythreus Heraclides clarissimus eius discipulorū, parum vī magistri definitionem probare: distentionē enim dixit & contractionem arteriarum atq; cordis pulsum esse, à vitali et B animali facultate plurimū valēte effectum. Nā, ꝙ distentionem dixit pro dilatatione, verbo tātum dissidet ab illo, non re: quòd vero de illa detraxit, comitans perpetuo tam sanitatem, ꝙ̄ morbū, in re dissentit. Omittit hoc enim pro superuacaneo, sicut illud, ad sensum tēnuem esse illum motū arteriarum & cordis, tametsi perpetuo in sanitate animaduerti pulsum ad eius pertinet notionē, nec non in aliјs plerisq; ægritudinibus, at non in omnibus. Illud vero, ad sensum tēnuem esse motū eorum, declarauimus antea, quā requirat discretionē, eo loco, vbi definitiones Alexandri & Demosthenis examinaremus. Demit præterea, insurgente vndiq; tunica & in se ipsam rursus considente: ꝙ illa.s. per distentionem & contractionem significentur. Ad illud vero, quod dixit Chrysermus, à vitali & animali facultate effici pulsum, adiungit Heraclides, plurimum valente: quatenus alia ēt quædā facere ad generandū pulsum cum ipse confirmat Herophilus, tū oēs, qui ab eo sunt Herophilij nominati: tametsi reprehendat Aristoxenus & hūc & Apolloniū Murem, qui ēt addit, plurimū valente. Neq; enim, inquit, quod erat cōe cuiuslibet naturalis functionis, par erat, vt propriū, pulsibus attribuere. Reprehendit ēt, vndiq; tunicā arteriæ circulatim dilatari, in definitione dictū esse, non modo, vt Heraclides, tanquam superuacaneū, sed ꝙ ēt pulsus quidā non naturales arteriæ distentionē non æqualem moliuntur, veluti sui partem. Sed vero calūniatur hunc plaC nissime. Nam, si ipse in definitione Chrysermus poneret, æqualiter, iusta sit eius obiectio subjiciētis præditos pulsus motibus inæqualibus: verum, quando simpliciter dixit, insurgente vndiq; tunica, & in se ipsam rursus cōsidente, nullus crimini relictus est locus. Oīno, si id agebat, vt Chrysermum reprehenderet, præstiterat orationem ad illos pulsus deflectere, in quibus in modum fidis vī tensa arteriæ tunica: vbi fert sursum deorsum arteria, non distendit tñ: nā hoc dixerūt quidam ad declarandum eum pulsum, non ab re illi quidem, parū tñ ad absolutam sciētiam. Atqui, vt prorsus non distendantur nec contrahantur viuo adhuc animali arteriæ, planè fieri nō potest: quo minus autem animaduertatꝰ hoc arterias habere, fieri potest de breuitate distentionis, & adiuncta ijs arterijs vibratione. Diximus itaque tum contentarum fidium arterias speciem habere, attolliq; atque demitti, non distendi tamen & contrahi aperte. Sic ne hac quidē rōne mēdacij postulet Chrysermum de circulari distentione & contractione arteriarum: qui non de sensibili eorū motu definitionem, sed de essentiali substantia pulsus, fecerit. At, cui etiam hæc cordi est uel ipsi legere, quæ illi viri scripta reliquerunt: vel in commentarios referre, Erythræi septimum librum legat de Herophili secta, Apollonij vigesimumnonum, Aristoxeni tertiumdecimum. Mihi quidem satis est, si in singulis dissensionibus capita orationum prodam, itaq; aliò me conferam: sic.n.fiet tandem, D vt totum librum conficiam. Sed fuerit non incōgruum, si hoc apponam. Ipse Aristoxenus, qui Alexandri Philalethis fuisset discipulus, & priorum se omnes, vt putabat, definitiones coarguisset, atq; hanc cōfirmasset esse optimā, Pulsus est functio cordis & arteriarum peculiaris: idem postea tamen, nihil causæ est, inquit, quin ēt talem definitionē faciamus: Pulsus est cordis & arteriarum functio peculiaris, mista & inuoluntaria. Hanc ēt extollit definitionem, vt priore clariorem: illi compendium tribuit & artificium. Ducit.n. sæpe inuoluntarios motus habere tñ aliquid volūtarij: quod quidē, non obscurum est, ꝙ̄ multis implicatum sit controuersiis & quæstionibus. Sed de istis cum vtrisq; sectis, disceptat hic & reliqui Herophilij. Ab ipso aūt Herophilo dissidere in eo videatꝰ, ꝙ pulsum esse existimet functionē arteriarū & cordis: & partes eius statuat distentionē & contractionem, non nunꝙ̄ ēt quietes. Nam, si vndequaq; Herophili placita tueatꝰ, cōtractio sit functio arteriarum, dilatatio in propriū statum & naturalem earum corporis, reditus: nā eius hæc est sententia, quemadmodū distenta in demortuis cernitur tunica arteriæ, & in viuis itē, quantum ex se ipsa est, distētam esse. In cōtraria opinione est Asclepiades. Hic vir cor & arterias arbitratur distendi, cum spiritu implentur in ea influente per subtilē contextū, quo prædita intus sunt: vbi iam in eorum os repletorum nihil influat amplius, ibi recidere tunicam in priorem suum statum illum naturalem. Atq; hęc obiter subire quęstio sophistis potest, qui sermonem in immensum vo- *Al. alys.*

lunt producere. Et, vt verbosam materiam tibi hic paratã habes, ita, si, quæ Philonides Siculus scri E pta reliquit in libro de medicina decimooctauo, in manus accipias (quorũ etiam Agathinus breuibus meminit, ei obijciens, primũ, ꝙ male pulsum asseruit in solis arterijs fieri: deinde, quòd Bacchium parum recte secum coniungat) magnum certe cumulum loquacitatis hac ratione addideris orationi. Primum enim epicheremata sunt commemoranda, quibus adductus arteriarum solarum Philonides pulsum arbitratur: deinde illa refellenda: tertio Bacchiũ demonstrabimus in hũc modum locutum in auscultationibus, Pulsum esse contractionem & distentionem omnium arteriarum. In compendio vero pulsuum sic ad verbum scribit: Pulsus, & omnis pulsus affectus, arterijs dũtaxat & cordi accidit. Rursus paulo post: Nam pulsus, quod dictum est, dilatatio est arteriæ, vel arteriosę partis cordis. In primis hoc tibi, fac, hæreat, hactenus solorum ferè Herophiliorũ nos commemorasse definitiones: cum ẽt Erasistratij multas & Asclepiadij fecerint. Etiã hercle Athenæi Attalensis asseclæ, quos pneumaticos vocant, etsi non ita multas definitiones, tamen non† parum multas fecerunt. Agathinus quidẽ certe, de quo paulo ante feci mentionem, quanquam improbet istos, qui omnia definitionibus student docere, ipse tamen librum primum conscripsit de pulsibus, vbi singula, quæ ad pulsum pertinent, nomina cum proprijs definitionibus rerum interpretatur. Cæterum alias quidem prætereo: nam hoc in libro solius pulsus statui definitionem memorare. F Certe quidem demõstraui ego multis in locis, librum de singulis differentijs pulsuũ posse, non secus ac hunc, confici, si magnum pulsum definias vnà cum his, quæ ei ex quantitate distẽtionis sunt coniuncta: & si paruum vnà cum adiũctis ex hac: atq; hoc modo omnes alios. Sed in præsenti, vt dixi, de solo pulsu statui summatim verba facere.

† *Al. tales.*

Agathini Definitiones. CAP. II.

HIc ergo Agathinus, qui eos accusat, pulsum qui volunt omnino definire, tamen in loquacitatem & ipse incidit inanem: atque etiam liquido in eo offendit, quòd homonymum pulsum putarit esse. Alio enim loco ait: Cordis & arteriarum motum dicimus pulsum esse. Alias: Sẽsum illum, quem in inflammationibus ægrotus percipit: nam & hunc ait pulsum per homonymiam vocari: quinetiam solam arteriæ distentionem nominari pulsum, quando vel magnum, vel vehementem eum dicimus esse: qui in contractione non fiunt. Et vero etiam Athenæũ ait censere cõtractionem quoque pulsum appellari: quam significationem iubet Herodotum attendere: huic enim viro suum librum nuncupauit, suo quidẽ discipulo, apud Romanos tamen in medicina exercenda claro. Sed conflatum ex compluribus distentionibus appellari pulsum dicit: ad hæc nõ solum ex distentionibus constitutum, sed & ex contractionibus. Quid, inquit, si etiam, qui proprius G est carpi, vocetur pulsus? Equidem existimo, inquit, pulsum dici etiam euidentium arteriarũ motum. Ab his omnibus palpitationis secundum pręcordia meminit, ecquid hanc quoque par sit appellare pulsum: quam quidem habeant non nulli deliri: esse autem crassæ dorsi arteriæ. Quem si motum, inquit, vocamus non pulsum, verum palpitationem: erit iam quidam artertiarum motus, qui non pulsus, sed palpitatio appelletur: qua etiam significatione Ægimius Veliensis inscripsit librum de palpitationibus, in quo tractat de pulsibus. Sed hoc rursus loco obrepit aliud argumẽtum his, qui sermones student ducere, si disceptent, an Ægimij ille germanus liber sit: aut vtrũ cæterorum Ægimius scripserit de pulsibus primus, an alius ante illum. Hoc vero omnino est friuolum: illud fortasse non inane censebitur, tametsi est inane, indagare, vnum'ne à pulsus nomine, an multa denotentur: videtur enim etiam Archigenes in eo cum præceptore sentire, multis modis putans pulsum dici. De quibus sermonibus quo aliquis cognoscat, ad genera eũ ĩ species & differentias partienda necessarium est meditatum esse: nam propriarum & communium significationum nominum hæc vna est via inueniendi. Itaque multis mihi locis videntur, etiam qui illustres in dialectica sunt, lapsi esse, qui totidem esse generalium nominum significationes sunt arbitrati, quot in ijs singulis contineantur propriæ species. Dico autem, si quis putauerit nomen ani- H mal non rem vnam significare: aliter enim dici animal immortale, aliter mortale: & rationale aliter, expers rationis aliter: & ferum etiam, mansuetumq;: ad hæc gregale, & solitariũ: & id genus reliqua. Proinde, si hanc disputationem persequare, discipulumq; exercites ad multa exempla, vt statim, quod multis commune est, cernat, & quod vnicuique proprium, non parum impendes tẽporis. Atqui sine tali institutione ostendi non potest pulsus vocabulum vnam rem significare, vt animalis, etsi ex vtriusque diuisione quam plurimæ prodeant differentiæ. Itaq; hîc iam perspicias etiam longitudinem sermonis, qui integrum item librum requiret, si exponere velis, vnde inducti illi pulsum multis modis putant dici: & quid sit, quod ijs imposuit. De quibus ego non nihil etiam in primo commentariorum, quę in librum Archigenis de pulsibus cõscripsi, numero octo, dixi: hic satis erit, sicut antea, si vnam sermonis prolixitatem demonstrem, qui ei habebitur, si quis talia persequi omnia velit. Nam videtur Agathinus, etsi incuset illos quàm vehementissime, qui pulsum conantur definire, ex suis ipsius verbis, nunc functionem arteriarum & cordis eum putare esse, nunc motum arteriarum & cordis, non nunquam distentionem & contractionem arteriarum & cordis: non quòd inter se hæ definitiones pugnent, sed quòd vna est, vt ita dicam, generalior, aliæ specialiores.

A *Archigenis Definitio.* CAP. 12.

† ETiam Archigenes, qui commẽtationem putatur de pulsibus confecisse, in cuiusdam initio prægrandis libri definitionem hanc scripsit: Pulsus est cordis & arteriarum distẽtio atq; cõtractio naturalis. Addidit hanc dictionem/naturalis/ad definitionem Agathini ob causam, quam ante explicaui. Ex distentione atq; contractione, vt partibus, arbitrantur constare pulsum pneumatici omnes, actionem putantes vtrunq; motũ esse: cum Herophilus & Asclepiades haud æque sentire videantur. Ac Herophilus qdem de distentione et cõtractione arteriarũ peculiarẽ q̃onem instituere vr̃ prolixiorem: nam subinde putabis eum & distẽtionẽ & cõtractionem censere actionem esse: ferè tamen vnam contractionem. Asclepiadis vero, qui nullam ducit facultatem esse, abs qua cor & arteriæ moueantur, varia est oratio, cum in alijs functionibus naturalibus animalibusq; omnibus, tum in hac. Dicas.n.interim statuere eas illum ne actiones quidem esse: quanquam hoc consequẽs est suppositionibus ipsius: interim vero functiones esse ponere, veluti abutens nomine, aut consuetudini concedens. At vero familia Athenæi, vt dixi, omnis vtrunq; motum in functionibus habet, & distentionis & contractionis. In qua etiam nos sentẽtia sumus: neque tantum de arterijs & corde, sed etiam de thorace: quippe quem etiam demonstrauimus agere

B distendendo se & contrahendo. Distinguo autem tum in thorace, tum in arterijs lationes in medium statum ab extremis, quæ nunc citra actionem, nunc cum illa fiunt. Horum si iam demonstrationes in hunc sermonem conijcias, hac re ad lõgitudinem tibi multum proficietur. Ad hæc, si nominũ varietatem, qua in definiendo sunt vsi, & hercle quas adduxerunt probabiles causas, recensueris: deinde quemadmodum eas quidam reprehẽderunt: postea, quomodo dicta sua alij defenderunt: hinc orationi accedet friuolæ prolixitatis cumulus.

Magni Definitio. CAP. 13.

MAgnus itaq; non distentionem & contractionem, sed etiam inflationem & concidentiam sensibilem, cordis, eorumq;, quæ illi afficiuntur similiter, dixit pulsum esse.

Athenæi Definitio. CAP. 14.

AT ipse sectæ illorum princeps Athenæus, pulsum definiuit motum per distentionem naturalem & inuoluntariam spiritus eius, qui in arterijs est & in corde, quiq; ex se ipso & in se ipsum mouetur, vnaq; cor mouet & arterias. Vbi non essentialem modo definitionem fecit, sed addidit & causam: quemadmodum definiri dialectici volunt ea, quę, dum fiunt, sunt. Et compendiosius etiam, pulsum dicit esse manifestum perspiratum, ad sensum per se quidem tenuem, cordis et

C arteriarum. Iam Athenęi etiam hęc est definitio: Pulsus est distentio & contractio cum perspiratu cordis & arteriarum. Sicuti autem cordi est, hisce definitionibus confutandis confirmandisq; longissime orationem extendat, licet. Iam vero alij quidam de pneumatica secta definitiones pulsus fecerunt aliquantum, † vt dixi, variantes: quo minus eas cõmemorare statui, quòd perstringere quàm breuissime orationem studeam.

Asclepiadis, eiusq; Discipulorum Definitiones. CAP. 15.

ASclepiadis etiam discipuli fuerunt inter se discordes: quòd definitionibus quidam Asclepiadis aliquid adijcerent, alij detraherent, alij immutarent. Nam ipse Asclepiades quidem pulsum dicit esse distentionem & contractionem cordis et arteriarũ. Hic multi eius discipuli addunt: quæ non semel, sed identidem in vna inspiratione fiat. Vt tota definitio hæc sit: Pulsus est distentio & contractio cordis & arteriarum, quæ non semel, sed identidem in vna inspiratione fiat. Sed decepti quidam sunt ab eo, ꝙ in libro suo de respiratione & pulsibus scripserit in eum modũ ista verba, obliti orationis, vbi hoc scripsit. Nam demonstrare instituit, quæ simili modo fiunt in respirationibus & pulsibus, & quæ alio diuersoq;: ac, vbi diuersitatem declarat, ista cõmemorata verba sunt scripta: quo respirationem separaret à pulsibus, quibus hoc est adscriptum: quæ non se-

D mel, sed identidem in vna inspiratione fiat.

Moschionis correctoris Definitio. CAP. 16.

ALij porrò quædam adiecerunt præterea, de quibus Moschion est cognomine corrector: ꝙ Asclepiadis scripta quædam corrigeret, non vbiq; cum eo sentiens: sicut nec cum Herophilo Alexander. Ego vero simul, vt Moschionis definitionem narrauero, recedam ab schola Asclepiadis: Pulsus est motus peculiaris cordis, arteriarium, venarum, cerebri, ambientisq; hoc mẽbranæ: qui in vna inspiratione non semel, sed identidem, fiat. Atqui non puto desiderare te interpretem horum, quæ definitio habet, si quid memor es hactenus dictorum.

Erasistrati Discipulorum Definitiones. CAP. 17.

QVare sit operæpretium fortasse transire ad Erasistrati discipulos, qui inter se non minus, ac alij, discordauerunt. Siquidem hoc quidem mireris, non tantum diuersarum sectarum medicos, sed illos etiam, qui vnum virum sectarentur, dissensisse plerosq;: Quosdam etiam duas & tres definitiones conscripsisse: vt Apollonius Stratonis filius, vnam hanc: Pulsus est dilatatio arteriæ, quæ completione fit spiritus à corde emissi. Alteram hanc: Pulsus est arteriæ dilatatio & contractio, à facultate, quæ illi cõiuncta est, ac proportione r̃ndet. Ac tertiã aliam: Pulsus est dilatatio, quæ facit, vt tactum arteria feriat. Atq; hanc definitionem tertiam æquipolle-

re

†Vertendũ ex græcis Etiam Archigenes, qui cõmentationẽ de pulsibus in vno prægrandi libro cõfecisse existimatur, in eius de initio definitionẽ, &c.

*AP θερμοῦ .i. caloris.

†Al. ex antiquis ab antedictis.

re definitioni pulsus in consideratione positi, nuper ab Alexandro allatæ, nemo est, qui nesciat. E Prima autem, quam scripsit, essentialis est, consentiens Erasistrati sententiæ: quandoquidem putat arterias, vt superius etiam memini, ideo distendi, quòd compleantur spiritu à corde suppedito. Nam completionem volunt nos, non impletionem dicere, ne quis omnem in cōtractionibus existimet spiritum euacuari. Secunda definitio facultatum etiam sermonem tangit: quam alij rectius Erasistratij fecerunt, qui pulsum esse dixerunt distentionem & contractionem arteriarum & cordis, quam vitalis facultas & animalis efficit. Nam ipse Erasistratus in commentarijs de febribus aperte affirmauit etiam animalem esse in corde, ne dum vitalem facultatem. Non nullis illorum satis fuit dixisse, pulsum cōmunem actionem esse cordis atque arteriarum. Quidam anxie magis distentionem arteriarum, cordi contrariam, esse pulsum affirmauerunt: quando attollitur cor, eodem tempore contrahi arterias existimantes: &, cum illud contrahitur, tum distendi arterias. At vero Apollonij prima definitio solam declarat distētionem esse pulsum, quam dilatationem appellauit, hisce verbis: Pulsus est dilatatio arteriæ, quæ completione fit spiritus à corde emissi. Erasistratus vero videtur non naturalem arteriarum motum appellare pulsum, verum motum duntaxat in inflammatione. Id, quod eius verba arguunt in primo commentario de febribus: vbi vocat motum arteriarum, quem naturalem nos pulsum appellamus: quem vero in inflammatione ille immutationem dicit habere, pulsum videtur vocare: non censens scilicet cuiuis arteriarum motui esse pulsus nomen attribuendum, sed soli ei, qui ab affectu in inflammatione à naturali statu deducitur. Cernis igitur verborū copiam, qua abundabis, si cuncta hæc persequare: &, quæ in se Erasistratij mutuo, ac quæ in alios disputarunt, commemores: & quæ item illi responderunt his. Cum igitur in capitibus ego tantum recensendis librum iam totum confecerim, idq; multis etiam præteritis illorum definitionibus, quid, qui exequi omnia velit, non'ne tres libros atque adeo quatuor habebit conficiendos? Fac vero confectos esse: & adolescentem quempiam, qui in nugatorem incurrisset præceptorem, qui omnia dicere velit, nihilq; præterire eorum quicquam, quæ tradiderunt medici, longo tempore illa & summo studio edidicisse: postea congressum apud ægrotum aliquem esse cum alio adolescente de alio magistro rationem docto cuiusque pulsus dignoscendi, & quid denuntiare soleant: vtrum dices cōmodi aliquid inuēturum ad præsagiendum de ægroto? aut, vtrum nomen assecuturum apud ægrotum & præsentes? Nam alter adolescens, qui pulsus sit definiendus, multis verbis aget: at, morbus periculo'ne vacet, an cum periculo sit: & diuturnus'ne sit futurus, an breui iudicatio sit expectanda, plane nesciet. Alter adolescēs exacte hæc præsentiet prædicetq; præsentibus, sed eum ratio definiendi pulsus fugiet. Hæc G aūt aperte declarabit contentio, quæ ratio docendi vtilis, quæ inutilis sit. Verum, vt est in prouerbio, Dulce bellum inexperto, sic isti videntur mihi, qui omnia volunt definire, prorsus quæstiones ignorare, quas dialectici de ratione definiendi instituerunt. Nam definitione quidem significationem explicare propositi nominis, si quidem propositam rem non omnes planè assequantur, non dico conducit, sed necessarium est. Necessarium etiam, vbi quis vel versutia de industria, vel imprudens prę stupiditate, significationes commutet nominum, tribuens alijs rebus ea, ac omnes homines. Si absque vtroque horum sit, omnino res definitione non est aperiēda, quòd suum ipsam nomen abunde declaret: nam definire planè quidq;, ad sophisticam disciplinam pertinet, velle. Mihi quidem hæc licet dicere, qui frequentissime in quæstionibus improuisis feci periculum: nam de quauis re ad definiendū proposita dici demonstraui posse totum diem. Quare non, quò verbis deficiar ad definiendum accōmodatis, in abundantes quæror: sed, cum probaui omnium me ad eam loquacitatem esse instructissimum, humanitatis duxi esse, si artibus insudantium haberem rationem, veritatemq; aperirem: non quod pleriq; faciunt scioli, qui suspici, quòd sciūt, quærunt, & vero etiam ampliores se ipsi apud alios putant fore: sed, quæ cognouissem semper distinguerem vtilia ab inutilibus. Omnes enim (cum à paucis discessum est) qui artes tradunt, nugis omnia referserunt: de quibus hoc est, quod hactenus tractauimus. Nam peruasit philoristiæ morbus non medicos tantum, ac philosophos, sed oratores etiam, & musicos, grammaticosq;. Quibus ego, si sapiant, omnibus vno de pulsibus exemplo medicinam sane præsentē feci. Quòd, siquando per ocium multum sit visum omnes persequi & dijudicare controuersias de definitionibus, ne id quidem facere dubitabo: siquidem inutiles quidam dictitant illas esse: alij vtiles illas quidem, sed de ratione disceptant definiendi. Sed iam libros etiam de his duos conscripsi, tertium & quartum commentarium in secundum librum Aristotelis de demonstratione. Cui libro titulum multi indiderunt Analyticorum secundorum: sicut & libro de syllogismo, priorum Analyticorum.

Galeni

GAL. DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBRI QVATVOR

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Docet, Quæcunque in pulsu in nostram notitiam veniant: ac in Primo libro pertractat de Distentione ac Contractione, primis & principibus pulsus partibus, per sensum dignoscendis.

Partitio Commentationis de Pulsibus: & Quibus in partibus Medici, quibus Philosophi, elaborarunt: postea de Difficultate dignoscendorum pulsuum. CAP. I.

DE pulsibus commentationem in quatuor partes sumus partiti. Prima, specierum & generum illorum differentias recenset. Altera, quæ est hæc ipsa, quam nunc in manibus habemus, agit de iis dignoscendis.
C Tertia causas aperit, à quibus quisque generatur. Quarta & postrema, quid denuntiare solent, medicis sane præ cæteris honoratissima: quo fit, vt reliquas partes, huius nomine tractent: & philosophis, qui scientiam naturalem inuestigarunt, non planè neglecta. Quam ob rem merito omnium prima pars, ad medicos iuxta & ad philosophos pertinet, sed secūda & quarta medicis est peculiarior, vt tertia philosophis. Quocirca magnopere vtrique in tertia elaborarunt, quòd hi honoratissimam partem esse censerent: illi proximam statuerent honoratissimæ. In quarta non perinde quidem, ac in hac, eò quod soli de ea medici scripserunt: plus tamen, quàm in reliquis, laboratum est. At in prima sophistis plus satis: medicis, qui magis artis opera spectant, quàm nugas, satis inter disputandum laboris fuit. Reliquam secundam partem nec philosophorum (neque enim ad tertiam, sed ad quartā, faciebat) nec medicorum preter Archigenem, idque planè leuiter, attigit quisquam. Flagitat autem hæc non prolixam quidem orationem, sed tempus aliis simul omnibus longius. Nam, cum tactu nobis opus est exercitato, vt paruam etiam exacte differentiam sentiamus, tum nō est in manu nostra eius exercitatio. Nam compaginum vsum & instrumentorum, & vero dissectiones, vsumque
D fasciarum & laqueorum, præterea reliquas chirurgias medico necessarias, citra tuam operam fortasse discas: Et sanè multa ipsi hoc pacto obimus, imitamenta molientes, per quæ etsi ad summam peruenire non possumus, at plurimum tamen progredi, ac prope finem peruenire possumus: In meditando vero ad pulsus, quid inuenias, quod caprizantem, vel vermiculantem, vel oīno quenquā imitetur minus frequentium, non vulgarem tamen rem indicantium? nihil hercle, nec quod accedat quidem. Sed ad naturam eorum alius alio præstat oratione declarandam: vt exerceas autē te ad quempiam facillime simul & exacte dignoscendum, nisi ipse tuam operā naues, nihil reperias machinæ à medicis ita commentum, vt in cæteris fecerunt operibus manu obeundis. Itaque cū ob id, tēpus requirit longū, tum ob absolutam naturæ rerū scientiam. Nam, si figuli pictoresque visum, si caupones & coci gustum, olfactū vnguentarii, auditum musici, tametsi artis habent vbique promptam materiam, multos non dies dico aut menses, sed annos, vt accurate artem calleant, meditantur: ad tactum exercendum quantum.f.censeas tēporis medicum quærere? cui plurimi vno tempore affectus arteriæ sunt attendendi, non vt figulis solæ figuræ, aut vt pictoribus colores: sed primū distentionis quantitas, deinde qualitas & tēpus motus, tum mouentis eam contentio facultatis, postea ipsius tunicæ arteriæ status. Hæc simul, atque illa attollitur, omnia sunt cognoscenda. Quinetiam caloris qualitatem, occursus arteriæ motu excitatus apertius indicat: & etiam, æqualiter an inæqualiter

illa,quæ memorauimus omnia,vna in parte & in diuersis fiant. Atque in distentione hæc conside E
randa sunt. In contractione sanè similia illis: præterea tempus inter vtranq; mediũ,quo quiescit, duplex illud,vnum à distentione ante contractionem,alterum à contractione ante distentionem: & horum mutuã proportionẽ,temporis motus ad tp̃s motus,tp̃is quietis ad tp̃s quietis,& vtriusque simul ad vtrunq;: quæ sunt vniuersa ante alterum arteriæ ictum cognoscenda confecto in primo pulsu. Nam,cum iam alter inceperit,cum † ipsa prima} sunt attendenda,quæ declarata iã primo sunt: tum vero,quò æqualitatem eorum & inæqualitatem perspicias oẽsq; differentias,quę in illo sunt exposita,cum ijs,quæ in hoc,conferenda sunt. Inde tres,quatuor,quinque,atq; adeo multi deinceps pulsus sunt videndi,vt ordo tibi atq; confusio sit explorata. Quid hæc,quantæ censes esse omnia exercitationis? Equidem,vt verum dicam,ad exactissimam quidem & absolutissimam cognitionem requiri totam humanam vitam putem: vt aũt tantam assequaris, quantam nunc parauimus nobis,non sex menses tm̃,quibus vniuersam medicinam profitenť sapiẽtissimi se isti methodici traditūros,sed annos permultos. Mihi"quidem certe,vt primũ medicis cœpi operã dare, primis adhuc ætatis temporibus mirifica cupiditas incessit artis de pulsibus cognoscendæ: atq; inde vsque in hanc diem,eam commẽtatus, haud dum mihi oẽm artem videor assecutus. Siquidem multos annos ẽt dignoscere'ne esset tactu clare arteriæ contractionem, incertus eram. Quin hærebam ẽt,an Archigenes,Herophilus,{an vero} Agathinus,omnisq; prope natio empiricorũ vera dicerent: tm̃ aberat,vt planè scirem,posset'ne tota sentiri,an pars aliqua,eaq; quanta. Iam in distentione de similibus perinde implicatus tenebar,cum tñ hæc fundamenta sint, & veluti elementa totius de pulsibus artis: quibus incognitis nihil esset præterea quicquam, quod cognosci certo possit. Tm̃ sensu noueram dignoscere distendi arteriam,non ascendere & descendere, quod confirmant isti,qui Empirici vocanť, probari,atque id esse verum. Neq; enim distẽtionem, sed ictum tm̃,percipere tactum: ascendentis'ne cuiuspiam, an distenti, non item animaduerti. Hoc quidem multis annis propè solum assecutus sum: postea vnum etiam, vehementem pulsum: alia me omnia adhuc fugiebant. Itaq; in profunda hæsitatione multos annos volutatus, nihilo magis indagare destiti: sed,cum acrius ẽt atq; ẽt in id incubui,tandem aliqñ species cõtractionis tactui aperte repræsentata est. Deinde, cũ in ea meditatione diutius immorarer,non spẽm adhuc obscurã, sed clarissimam notitiam eius non concedentem distentionis notitiæ consecutus sum. Postea, quid commemorem,quàm alia sim cito assecutus? Omnia enim vltro se offerebant, & planè posthac perspicua erãt,vt cum in summis tenebris lux subito splẽdida eluxit. Quòd siquis hæc accipiat,vt vera,& non vt fabulam,magnum fructum capit,ne cum desperatio subeat inueniendi,quę indagat: G
neq; eo deterreatur,q̃ multis etiam annis inquirendo nihil dum profecerit. Nam quidam in quærendo clam obducitur callus,vsusq; comparatur,qui progreditur pedetentim,neq; prius, q̃ absolutus sit,vnquam cœpisse apparet: Simul,atq; completus est, cumulate fert omnium exhaustorũ laborum q̃ citissime fructum,adeoq;,vt rudius dicam,cum ipsa vsura. Iam,cũ posteris nostris non mediocre momentum accesserit promptitudo nostra atq; industria in hisce rebus,qui non dubitauerim vel ipsos affectus tactus aperire oratione: breuiore tempore ad artem se exerceãt pulsuum, & minore cum labore. Faciã enim,vt præter alia viam muniam,qua votum assequaris potissimũ: liceat tantum ab immensa diuitiarum atq; gloriæ siti,quæ nunc dominať,mortales abducere. Neq; sanè quicquam erit profectum hac lucubratione,si veritatis studiosos desiderabit: quos scilicet hactenus desiderabit,dum voluptas superior sit & regnet,honestas aũt nulli curæ nullo numero sit: neque enim voluptuarios hæc cõmentatio, sed egregie gnauos industriosq; quærit. At talis quotusquisq; est? Sed enim,vt dixit Heraclitus, Vnus mihi instar est mille. Profecto libentius cũ vno »
illo egero,ac cum istis mille,qui vnum vel etiam nullum valent: nam non numero veritas,sed sapientia æstimatur. Ergo ad vnum hunc verba nunc facimus cupidum veritatis,quisquis ille siue nunc sit,siue posthac existet: Primum multa ad sensum pertinentia,fieri non posse, vt verbis non H
explanentur: Deinde,tametsi non possit fieri,nihil eo tamen causæ esse,quam ob rem nostræ te diligentiæ pœniteat. Nam,si minus vndequaque accurate sermone ad eorum notitiam, propius tñ, quàm nihil,aspiraueris. Nam quis tãdem faciem cuiusq; hominis depingere oratione exacte possit? haud sanè quisquã: tamen seruos fugitiuos quotidie ex notis facici proclamant. Adeoq; fuit, cui hoc esset satis tantum exaudisse:

Crassus erat,nigris humeris,crispisq; capillis. »

Atque ego,cum prius dulce Falernum,q̃ Romam profectus essem, nunquam gustassem: tamen me,cum est primum oblatum mihi,non fefellit,quòd signis deprehenderem id,quæ legeram. Quidam etiam meus familiaris vinum, quod crescit in Lydia (dulce Sesaminum vocatur ab incolis) facile cognouit hoc duntaxat à me admonitus,dulce vinum Creticum, & quod Scybellite appellant,colore repræsentare,& dulcedine,crassitieq;: præterea mirificam quandam iucundissimamq; adstringendi vim præter illa habere. Huiuscemodi nos quoq; signa recipimus pulsuum dignoscendorum traditūros: Ad hæc, manus qua'nam ratione erit cuiq; pulsui admouenda: siquidem hîc firmius infigenda est,illic lenius applicanda: vt in vehemente & languido pulsu. Nam illum, nisi premas arteriam,non dignoscas: hunc,tantum abest,vt cognoscas premendo,vt semel ẽt,si ita facias,

† *Al. ex antiquis, hæc ipsa.*

A. l. 1. f. 2. d. 3. c. 1. fo. 47. a

*Caryinum est in græcis.

A facias, videatur immotus. Nec vero magnorum simul & languidorum pulsuum, quos lethargici habent, cognoueris magnitudinem, nisi admodum attingas molliter. Quòd autem à turgidis & magnis, & duris, vehementibusq; altos oratio discernere possit docere, si magnū dicam tibi hunc esse, qui increuit ex æquo in tres dimensiones, in lōgitudinem, latitudinem, profunditatemq;: turgidum autem, qui in duas tantum, latitudinem, & profunditatē: altum, qui in vnam tm̄, altam: & durum violentum ictum efficere qualitate arteriæ tunicæ: vehementem vitalis robore cōtentionis: haud dixeris prudentem virum, atq; gnauū, oīno ab his initijs ingressum nō posse dignoscendorū illorum confirmatam scientiam parare, mō ad principia & veluti elementa artis huius probe exercitatus sit. De qbus nos primo loco dicemus, deinde congruo ordine ad reliqua ꝓgrediemur.

De quatuor Elementis dignoscendorum pulsuum. CAP. 2.

SVnt hæc quatuor. Omnium primū, quod empiricos diximus contentiose potius, q̄ vere, asserere, ictum se tantum sentire, distentionem autem ignorare arteriæ. Quocirca pulsum quidam de illis definiunt, memoriam affectuum tactus ex arteriarum motu. Nam non ex distentione arteriæ, sed ex motu, dixerunt, nulla de re alia, quàm ꝙ distentionē se negant sentire. Verum ratione, B inquiunt, constituas eam, licet, non percipit tamen eā tactus. Contra vero debebant omnino dicere, si id tantum agebant, vt cōtenderent: tactum arteriæ distentionem sentire, sed, vere'ne distendatur, hoc se non plane scire: nam confirmare non percipi, mentientium est de sensu. Etenim, si istos roges, quis tandem conuulsiuus pulsus videatur, quid aliud respondeant, ac intentæ vtroq; arteriæ, quasi fidis, quendam occursum illum efficere tactui, quæ ne pristinam quidem sedem plane retineat, sed sensim sursum deorsumq; iactetur? Iam etiam, si de vibrato requiramus, fatebūtur hunc quoq;, si quidem illis certe tactus affectus non exciderūt, fieri, cum deseruit arteria suam regionem. Nam in ijs pulsibus sursum ferri arteriam atq; deorsum sentimus plane. Quinimmo pulsus inæqualitatem eam, in qua arteriæ quædam partes editiore loco appareant, quædam humiliore, si nescire se dicant, experientiæ deprehendentur inanes, quam semper vendicant. Neq; enim de illis hoc est, quæ ratione ostenduntur: cæterum tactus id percipit dilucide: in cuius quærenda causa medici, qui vocantur Dogmatici, dissentiunt mutuo, dissensuri etiam in eo, an percipiatur, nisi ea sit rei euidentia. Quinetiam est, cùm magnitudine inæqualis pulsus fiat in vna distētione, cum eius partes quædam plus, quædam minus, distendantur: qui non fieret, nisi distendi arteriam re uera videremus. At intelligo producere illis me ingeniosius fortasse sermonē, q̄ aperte agere: C nam satis hoc sit dixisse, longum vel breuem, altum vel humilem, latum vel angustum, magnum vel paruum, crassum vel gracilem, & præterea horum medios fieri non posse, cum non omni ex parte distendi arteria conspiciatur, quoniā solum fieri motū arbitrantur: tantū vel altus vel humilis fieret, vel eorum medius: alius nullus. Igitur, qualis conuulsiuus pulsus est, qui est infrequens, tales contendunt, qui negant sensibilem distentionem esse, semper omnes videri: re vera enim in conuulsiuo aut nequaquā sentitur distentio, aut parum & obscure, arteria in fidis modum sursum deorsumq; iactata. At vero, quod tradit Archigenes, hominum gracilium in partibus nō carnosis, oculis cerni arterias distendi & contrahi apud homines quidē verecundos recte dicitur: apud eos vero, qui de rebus conspicuis, quando sibi ipsis libuerit, non laborant, secus. Etenim vel conspici negabūt hoc, ꝙ quidem eorundem sit illorum hoc quoq; inficias ire: aut, si etiam annuant, oculis videri dicent arteriam distendi, tactu non itē: atqui de hoc quæstionem esse. Quare non ad visum sermonē deriuemus: verum propositis his, quæ tactu percipiuntur, placare homines conemur. Atq;, vt verum dicā, non tam istorum nomine, q̄ vt veram traderē rationem dignoscendi tyronibus huius meditationis affectus sensibiles, memini pulsuum manifestam distentionē arteriæ obtinentium & obscuram, de quibus conuulsiui sunt: præterea vt pulsuum, qui in quantita D te positi distentionis sunt, ne confundant considerationem: sed semper in memoria habitis tribus dimensionibus contendere præsentem pulsum cum superiori valeant, in tribus'ne dimensionibus illi, an in eorum aliquibus vel aliqua, respondeat. Nam, qui ex distentionis quantitate xxvij pulsus constant, quos in tabella libro primo de pulsuū differentijs proposui, hac maxime ratione cognoscas, si dimensionū quantitatem singularum teneas memoria. Porro aūt tum hęc ipsa, quę nunc commemorauimus, tum reliqua, quæ posthac dicenda sunt, oīa præcedere ille liber debet, vt initio statim huius libri admonuimus. Itaq;, prius huc qui se conferat, q̄ illa edidicerit, errat planissime: atque hoc sit in toto sermone cōstitutū. Nūc, quod instituimus, exigamus: aperte distentionem arteriæ à tactu, non ictum modo (quod, qui cū omnibus disceptant, affirmant Empirici) animaduerti. Quare adducti rationibus meis contra, ac prius, dicentes, fateantur (ni sophistæ certe & arguti gestiant haberi) arteriæ animaduerti quidem abs tactu distentionē, tamen, ita'ne re vera habeat, se hæsitare: sane.n. hæc consentanea magis sint cum eorum secta. Aut quam ob rem cum oībus alijs in disputationibus, quod cernunt, constituunt, de natura vero hęrent: hic non faciunt idē? Atqui, si hoc faciāt, nō est, quod dicant, distenditur fortassis arteria, sed nō est conspicuū. Verū è diuerso, fortassis non distenditur illa, tn̄ percipitur: liquidē cōsentit hoc cū illis, qui, quod cernunt, tm̄, & non quod cohæret, cum placito suo ponunt. Siquidem, quod cōspicumus, vbiq; loco-

rum,

rum, vt dixit Timon, valet: quî fit igitur, quo minus nũc quod cernitur, valeat? Atqui, siquidem E valet vbiq; pro cõi igitur principio aperte dilatari arteriam sumpto, cum.s.non conuulsiue moueatur, inde dissentiamus fortasse inter nos, an fidem illi nos habebimus, illi non habebunt. Fortassis hîc quoq; si suam illis authoritatem subijciamus, ad concordiam in communi ineundam authores fuerimus. Quid'nam igitur volunt? nihil aliud, q̃ singula euidẽtia conspici, & scrupulum habere maximum, an, qualia videntur, etiã sint: deinde an vlla etiam ratione sint. Sumpserint sane & id à nobis confessum, nihil enim illis denegatum volumus. Quin nec, ecquid omnino sit sol, luna, terra, nec an mare, neq; an vigilemus: sed ne an sapiamus quidem, vel viuamus: nec quicquam nobis prorsus, qua sit natura, constare. Equidem haud sciam, hac quam desiderent maiorem hæsitationem. Obtinuerũt hanc à nobis libentibus, supersedeãt hoc labore orationis, vt demõstrent: habeant suam naturæ ignorationem, ac, abunde fruantur, licet. Tm̃ respondeant nobis rem nõ sane prolixam, An simul de vsu nos rerum ad vitam pertinentium hæsitare velint: neq; vbi solem perspicue oriri cernamus, obire solita nos negocia, si dies sit, an in grabato conquiescere, dubitantes, nox'ne etiam sit, an dies: Nec, cum nauem conscenderimus, ac simus in alto, hoc agere: sed nihil credentes, audere in mare prosilire, quasi id fortassis mare, fortassis nõ sit: Neq; vbi in portum ex alto inuehamur, appellaturq; nauis ad terram, omnesq; videamus in terram exire, fidem dare F sensibus vsq; ad ipsum vsum: cæterum intus nos continere, hæsitantes, & dubitantes, dicentesq; Forte quidem videtur nobis terra, nõ est tamen. Atq; omnia illa ipsis illis authoribus ad experientiam vsq; fidem habent: at de natura in dubitationem adducuntur. Quin hoc nos scilicet ipsi volumus, vt eis pro certis vtamur: quod vero excedit vsum, superfluum dicimus esse. Quã ob rem, si, quod cupimus, nobis dant: de quo amplius dissideamus, inuenio nihil. Quod ad naturam pertinet, de eo scilicet inquiunt. Desine, quæso, nec de eo verbum vnquã faciemus, si voles. Immo vel ad fœdus feriendum te adhortemur: & procedant posthac, si vultis, non minus nobis, quàm alijs mortalibus, quâ res, quâ verba: quando vos etiam ipsos animaduerto elaborare, nequid de illis, quæ omnibus hominibus testata in vita sunt, euertatis. Proinde, sicut illi negocia obeunt, & item nos obeamus: nec curiosi simus vlla in re, quæ aperte conspicitur: sed statim credamus, & assentiamur. Vt, si quis annunciet ab imbribus, qui deciderunt, fluuium auctum euertisse pontem, hîc quispiam de vobis præsto ita vetet absolute, ab imbribus, qui deciderunt, dicere, sed qui visi sunt decidere: neq; fluuium, sed qui videtur, & apparet: neq; auctũ, verum qui videbatur auctus esse: neq; diruisse pontem, sed videri diruisse: quis hunc sanum dicat? Quid igitur, quando cũ cæteris omnibus mortalibus alio modo disputetis, negocia solis nobis facessitis, cum ijsdem vtamur sensi G bus, tam in arte medica, q̃ reliqua in vita? Et vtrem, verbi gratia, & vesicam, culeum, atq; fabrorum folles quid distendi dicitis ac contrahi, videri prætermittitis: arteriæ vero soli innocenti estis molesti, atque in ea de apparentibus scrupulum inijcitis, quo minus absolute pronuncietis, distenta est & distenditur, contracta est & contrahitur, sed videtur distendi, vere'ne distendatur, me latet? Desistite per deos tandẽ aliquando inanibus nugis artẽ onerare vel sua spnote longã. Si ocia mini, & vitã non labefactare, sed esse vsui instituistis: artemq; non interpellare, sed augere conamini: rebus hanc commodioribus contentionem reseruate. Multa offenditis in medicina, quæ magnæ sint quæstionis, huc conferte vim vestram, hic ingenium ostendite: & dubitationẽ de rebus euidentibus tandem abijcite, quando nihil ea re profectus sitis facturi. Compellemini enim, velitis nolitis, euidentia pro certis habere, aut ne hiscere quidem nobis potestas erit: nam, cum, siue quæramus, siue non quæramus, idem consequitur vsus, nequicquam inquiramus. Sunt vero permultæ aliæ hominibus tum sensus, tum rationis exercitationes, hîc elaborate, in his tempus ponite: res autem euidentes citra scrupulũ pro ijs, quæ esse illæ videantur, numerate. Facite itaq; vt mihi arteriam concedatis in longum, latum, & profundum distendi: postea iam dispicite, an sentire contractionem, nec'ne, possitis. Vos vero, vt nec hoc, nec aliud inquireretis quicquã, sint'ne H omnino res euidentes, in dubiũ vocastis: vnde vobis suppeditat magnus quidẽ verborum aceruus, non potest labefactare tamen, neq; conuellere vsum euidentiũ. Nos igitur contra faciemus, ac vos. Omnibus, quæ lucide cernuntur, vtemur, citra vllam hæsitantiã, & credemus talia esse, qualia videntur: quæ obscurius, hæc in quæstionem vocabimus, atq; partim ratione, partim sensibus, partim etiam amborum ope aggrediemur eruere. Verum horum viam inueniendi alio loco amplius tradimus: hîc tantum, quod ad institutum nostrum interest, referemus.

Contractionis inuestigatio Galeni. CAP. 3.

NAm, cũ Agathinus" dicat arteriæ non posse contractionẽ sentiri: Herophilus autẽ constantissime, vt de re sensibili disserat: res hercle plena erat difficultatis vni magis, q̃ alteri, accedere, præsertim quorũ tantum vterque studij cum ad alias partes medicinæ contulisset, tũ ad artẽ de pulsibus augendam, & vero etiam rationem multis annis sensumq; mire exercitasset. Itaque operæpretium esse duxi, vt primum † ad paruam } differentiam sentiendam tactum assuefacerẽ: vt, si quãdo nobis ipsis manifeste contractio appareret, alium ne testem desideraremus: deinde vt veterum scripta reuolueremus. Nam, si plurimi hanc atq; probatissimi sentiri confirmarent, si nequàm diutissime quidẽ cõmentantibus, haud dum videretur tamen nobis sentiri, desisteremus,

A.l.1.f.2.d.3.
1.fo.47.a

† παρὰ μικρὸν

A et deponeremus spem inueniendi. Sin autem nullus alius, aut plane pauci, ac leues hoc assererent, nobisq; in hoc incumbentibus non dignosci videretur posse: abijceremus iam tum eius spem inueniendæ, atq; non sentiri posse fateremur. Ergo, cum familiã inueniremus Herophili prope omnem sentiri affirmantem: nationem autem Erasistratiorum partim annuentem, partim euntem inficias: ac tertios illos ab Athenæo Attalensi, de quibus Agathinus erat, inter se eodẽ modo dissidentes: nihil nos sane ex veterum scriptis quidem cõsecuti opis sumus, quod numero & dignitate, qui affirmarent & negarent, propemodum æquarent. Itaq; apud me adhibitis præceptoribus cõsiderabam: qui etiam se negabant ipsos in apertam cognitionem venisse vnquam contractionis. Iam hæc etiam non nullos ratio, vt fit, mouebat, ac ijs probabatur omnibus, vt recedentem tactus arteriam sentiat, fieri non posse: quippe aut motum ipsum in distentione, aut coniunctum cum eo ictum, nos sentire: atqui neq; ictum iam nos, vbi recipiat se illa contrahiturq;, neq; sentire motum: scilicet ea illum, quæ consuetudinem habent secum adeuntq; ac contingunt, non, quæ discedant, dignoscere: alioqui ad remotorum aspirare notitiã posse, si hoc sit ei semel concessum, quæ non tangantur, sentire. His & talibus me verbis facile in suam sententiam adduxerunt, vt qui testem à se, vt iactabant, tactum haberent: neq; enim contractionem sentiebam arteriæ. Sic nihil fa-
B ctum est propius, quàm vt ab illa me remouerẽ, vt ea, quæ sentiri non posset: nisi mihi tandem, veluti ex assidua collisione, ignis incensus & elucens clare veritatem monstrasset: vt alios iam testes non quærerem, nec arbitros, sed mihi ipse satisfacerem. Sed rem omnem explicabo, hinc adeo exorsus, vnde me ipsum ratio duxit. Quando corpora tangentia partim leniter sese mutuo tangunt, palpantia tantum: partim vero vrgent impellunt euertuntq;, itaq; quod fortius est & durius, veluti subit imbecillius & mollius, alterum autem cedit euertiturq;, ac veluti amplectitur id, quod vrget: discessus eorum mutuus non potest eodem modo effici. Cæterum, quæ in superficie tangunt, discedunt subito: at, quæ cedente molliore longius progressa illud veluti intrant, non reuertunt item subito: sed, quanto à primo occursu progressa penitius vrgebant, tantũ illis discedentibus sensibile superest. Tempus nãque intercedet inter primum impetum discedendi, & extremum finem, secundum quem non discedere amplius, sed discessisse iam dicentur. Quo tẽpore toto, paulatim discedente altero, paulatim etiam alterius remisso pressu, vtriusq; sentietur motus. Iam, si hoc accedat, vt, quod ab imo mouetur, feratur sursum: &, quod tangit, superne incumbat: præter quòd pressus ei, quod incumbit, detrahetur, etiam accidet ei, vt veluti subsidat: quia, quod prius excipiebat & sursum impellebat, nunc desertur.

C *Declaratio Contractionis per alia Vasa.* CAP. 4.

HOrum, si rem oratio tibi parum clare repræsentat, vt vesicis, vtribus, follibus & id genus instrumentis omnibus periculum facias, licet. Nam in omnibus inuenies, vbi lãguidus est tangẽtium cõncursus, ibi momento temporis fieri discessionem: at, alterum si validius sit, quãto spatio impellebatur infirmius, tanto mouebitur scilicet, vbi se, quod vrgeret, recipiat: at vero, si ex inferiore loco etiã premens ascendat, longe tunc procliuius sane & citius comitabitur infirmius fortius, socio ad persequendũ adiuncto momento ad inferna. Poteris autẽ, si humida materia vel aere vtrem, vel vesicam, vel simile vas impleueris, leniter attingere, auferendis ac rursum admouendis digitis: deinde etiã trudere, & impellere prorsum, amouendis hic quoq; vicissim applicãdisq; digitis. Profecto alterum discessum, cum tantum palpaueris, clarissime animaduerteris momento tẽporis fieri: alterum à pressu, nunquã citra aliquod spatiũ. Præterea in priore nihil moueri conspexeris, siue admoueas digitum, siue remoueas: at vero in altero moueri, non modo si imprimas digitũ, sed & si retrahas. Age iam compares arteriam digito, & vasi corpus, quod arteriam contingit: ac eo, quod arteriã contingit, de loco suo nihil moto, arteria mota accedat & recedat. Ac nunc occurrat arteria corpori, quod foris eam tangit, quasi palpet contrectetq;, quod in languidis pulsi
D bus vsu venit: nunc non palpet tantũ, sed & in altum impellat, vt in vehementibus: Hic in priore occursu, necesse est, vbi arteria contrahitur, hoc possis dicere, recessisse illam ab eo, quod eã foris tangebat: hoc non possis, nunc recedere: tempus enim ea cognitio postulat: discedunt autẽ subito, quæ leuiter sese corpora tangunt, momentoq; temporis, quod nequeas attendere: Sed in altero arteriæ occursu in vehementibus pulsibus, à quo fit, vt tactus noster repellatur, prius recedere sentimus, deinde recessisse iã dignoscimus: id quod non sensus etiam animaduertit, sed mens ibi ex eo, quod affectus abijt ipsius sensus, colligit, quod tum recederet, nunc recessisse. At leuiter attingentis animaduertere discessum non possis, discessisse etiam ibi conijcias.

Primum sentimus Affectus corporis nostri: deinde illa, quæ eos induxerunt. CAP. 5.

POrrò autem non accedentis, vel recedentis, vel prementis, vel tangentis, vel repulsi primum nos sensum habere, sed affectuum corporis nostri, neminem etiam esse puto, quem fugiat. Sentimus enim ab impressione vehementium pulsuum carnem nostram vnà cum ambiente illam cute impelli: huic autem est adiuncta moti & prementis cognitio. Quin etiam recedente arteria sentimus in ipso corpore nostro motum: siquidem intro compressa, siue ea cutis est, siue carnis pars, arteriam discedentem comitatur, pristinam sedem, qua deiecta erat, occupans: simulq; fit, vt in recessus cognitionem veniamus. Nam sentimus primos omnium affectus corporum

porum nostrorum: deinde, quę hos induxerunt, foris obiecta. Quare, cum recedit à premendo arteria, quia secundum partes nostras attingentes eam motam sentimus primum in vehementibus pulsibus, ea dicimus ratione contractionem etiam occurrere sensui: concesso. s. vt, quę affectus nobis creant, sensibilia appellemus: † atq; pressus inæqualitas præmentis annunciat reditum: neq; enim vel robur vel motum eius, quicquam erat, quo cognosceremus, nisi pressus inæqualis. Nā, vehemētibus pulsibus vbi digitos inijcimus, primus occursus admodum impellit parum tactum, ab hoc etiam atque etiam ad finem vsque comprimit magis: vnde sane motus arguitur & robur eius, quod repellitur. Mira enim res est, quo'nam modo languidi pulsus (vt sint maximi) nō parui tantum, si premas, videantur, verum etiam omnino sensum fugiant. Quòd, si quis leniter esse illos tangendos ignoret, fortasse abolitum homini pulsum dicat esse: qui quidem mentiatur inde, ꝙ non recte eos tetigerit. Contra plane vehementes, quo ipsorum deprehendatur robur, requirunt, vt, qui tangunt, digitos valide infigant: repelli enim hoc tibi tū magis videbuntur, quo eos vrgeas magis. Vnde etiam contractionem omnes vehemētes pulsus sensibilem habent: languidorum vero nullus: atq; inter vehementes alius alio magis, prout maior vel minor sit vehementia, aut pro magnitudine & paruitate, aut pro duritie & mollitie, aut pro celeritate & tarditate. Nam, qui maximus simul, & vehementissimus, durusq; sit (quatenus coniungi cum magnitudine durities valeat) atq; non velox, hic apertissimam habet contractionem. Omnes alij, quatenus plus vel minus de illorum aliquo habeant adiunctum, hactenus facilius percipientur, vel egrius. Addidimus autē eò in commiscenda duritie & magnitudine, quatenus valeat, ne adducatur quis posse vnquam fieri, vt idem simul pulsus tum maximus & vehementissimus, tum euadat durissimus: neque enim coniungatur, sicut cum vehementia magnitudo, ita cum duritie. In maximos enim et vehementissimos pulsus subinde incurras: at durissimos eosdemq; maximos nunquā reperias, ac ne duros quidem pariter & maximos: cæterum, qui inter durum & mollem medius est pulsus, qui & moderatus est & ſm naturam, cū maximo connexus frequenter inuenitur. Etiā durum simul ac vehementē non raro eundē cernas: adeoq; durus ideq; vehemētissimus non nunꝗ existit: at vehementissimum & durissimum nunquā eundem inuenias: neq; etiā, qui maximus, et idem vehemētissimus, tardissimusq; sit: sed maximi & vehementissimi, plurimum etiam celeres sunt: sin minus, at non tardi. Atqui, si idem posset pulsus vehemētissimus fieri, & maximus, & durissimus, & tardissimus, appareret in talibus pulsibus omniū apertissima contractio. Quæ quando non potest mistio fieri, vehementissimus adhuc & maximus, qui neq; mollis neq; velox sit, clarissimam adducet contractionem: Claram etiam vehementissimus certe, & magnus, & durus: Et etiā vehementes simul, & magni, & duri, quorum minus quidem, ꝗ superiorū, manifesta adhuc satis tñ contractio est: Præterea his minus, sed euidens tamen contractio vehementis, magni, & mollis: Manifesta adhuc vehementis simul, & moderati magnitudine & duritia: sed hoc obscuriorem habet contractionem, non tñ quin possit dignosci magnus & moderatus in reliquis duabus differentijs. Immo vero, qui tribus differentijs est moderatus, perspicuam adhuc contractionē habet. Verum non facile vehementis, & parui contractio cognoscitur: qui oīno etiam durus est. Ac parui, duriq;, sed contentione moderata, etiā est obscurior. Iam, si paruus, nec durus sit, & moderato robore, vt deprehēdaᵗ is, sensum flagitat probe exercitatū: Atq; adhuc magis, ꝗ paruus, & mollis, contentusq; moderate sit. At languidus pulsus, neq; cū magno coniunctus, neq; cū paruo, apertā obtinet contractionem. Oīno is cum maximo nunꝗ cōmiscetur, nec vero cū durissimo: cum magno fit, vt cōmisceatur, sed prorsus eū mollem oportet esse: quòd, si cū duro coniungatur, is, necesse est, sit minimus. Quare, qui exercitare tactū volet ad manifeste sentiēdā cōtractionem, hoc in primis scire debet, quod præteritū ab antiquis est, non cuiusuis pulsus posse cōtractionem sentiri: nec, quorū possit, perinde oīum esse claram. Ad hęc distinctiones, quas tradidi modo, memoria sunt tenendæ, vt ne, vbi sentiri nequeat, inuenire auens, deinde deposita spe, omnem tandem, vt non sensibilem, relinquat: neq;, vbi possit sentiri, non aperte tñ, hos primo aggrediens, cū horū desperet inuentionem, tum alios eū plane pigeat inuestigare. Verum, in quibus apertissima cerni contractio solet, ab his initiū sumat: atque manum, vt prescripsimus, applicet, cum memoria propositorū, quæ tradidimus, Plane vel vehementem, vel non languidū certe oportere esse, qui sensibilem tangentibus sit representaturus contractionem, atque hoc habere fixum debet & certum: ad clariorem autē notitiam, non parum magnitudinem referre, accedere item à duritie non nullā opem, & hercle abs tarditate etiā: Proinde nec in languido vnquā pulsu sentiri contractionem, nec in vehementi non sentiri: idq; magis & minus clare, prout ipsa vitalis, vt vocant, contentio maior sit vel minor, & pro distentionis quantitate, ac pro qualitate arteriæ tunicæ, & motus.

† *Quidā codices antiqui habēt. atq; cōpressionis secundæ ad primā, vel primæ ad eā, quæ post ipsā est inæqualitas, &c.*

E F G H

Pulsus, qui apertam Contractionem habent, quibus in sanis & ægrotis insint. *CAP. 6.*

QVare, vt studiosi absolutam exercitandi viam habeant, non solum generale præceptum explicauisse contenti simus, à quibus'nam initium ordiendum sit tactus in cōtractione indaganda exercendi: sed etiam, quibus hi insint in ægrotis & valentibus, deinceps aperiamus. Nam, hoc si etiam didicerint, minori negocio votum, arbitror, assequentur. Ac de sanis quidem, qui moderato sunt habitu, & natura temperata, in vigore ætatis, maxime vero ex anni tempori-

A temporibus,regionemq; incolunt temperatam,robustiq; sunt,& omni mœrore,metu, saturitate, motu vacui, hi pulsum vehementem & magnum oẽs habent. Qui, se moderate si exercitauerint, fotiq; sint modicis balneis, vel vini non permultum hauserint,vel irati sint, vel operam strenuam aliquam nauauerint, non magnos iam & vehementes tm̃,sed q̃ maximos vehemẽtissimosq; pulsus habebunt. Iidẽ, si laborent syncera tertiana,vel ardente miti & simplici,aut qua alia magnopere calida & veluti feruente febre, præterea diariarum aliqua, quæ ex bubone proficiscuntur & ex adustionibus modicisq; lassitudinibus,maximos etiam tum & vehemẽtissimos pulsus habebunt. Porrò,si quædam horum, quæ retuli,eos teneant, quædam non, vehementes quidem & magnos vel tum obtinebunt,nõ perinde tñ. Exempli gratia. Si cuius iuuenis,qui sanus sit, non tñ habitu moderato, sed vel pinguis vel gracilis, loci incolæ frigidi pulsus tangas, vehementes eos, & magnos inuenies,at non similes tñ prioribus. Verum enimuero in ijs omnibus,in quibus pulsus adhuc manet vehemens & magnus, si,vt iussi, tangas arterias,senties contractionem: clarissime aũt in illis,quibus maximum esse & vehementissimum diximus. Atq;,si sit vehementissimus, facere maiorem eum sic in tactu impressionem,itaq; manifestiorem esse eius impetum, superius explicauimus. Quin etiam,si maximus sit, hac facillime via cognoscas: si intelligas tãtum in contractio-B nibus solere arteriam descendere, quantum in distentionibus ascenderit. Quod si est, non potest maximis interuallis non ferri vterq; motus,sursum,dum distenditur: dum contrahitur,deorsum: ita vt ille quãlongissime sursum currat,hic recedat. Diximus autem nos sentire recedere arteriam, non recessisse: itaq;,vt maximũ recessus spatium & tempus erit, ita eius erit apertissima cognitio. Quod fuit in causa, cur dicerem esse primam tactus exercitationem, non in vehementissimis tm̃, sed & in maximis simul pulsibus subeundam, qui non perinde moueantur velociter. Diximus etiam non nihil ad contractionem percipiendam facere duritiem: cuius tamẽ illic causam præterimus,quam hoc loco,nihil causæ est, quin adscribamus: nam ad vim ictus magnopere refert duritiés quoq; arteriæ tunicæ. Id etiã in rebus extra corpus positis aperte perspexeris, si æquis viribus vel lapidem cuipiã durissimum impegeris, vel lignum,vel aliud, quod molle sit. Sane multo citius & magis prematur, necesse est,ab lapide,& euertatur, quod impetũ sustinet,q̃ à ligno. Iam, ꝙ violentiȩ distentionis semper respondeat contractionis sensus,hoc cõtractiones clarius dignoscentur, quo violentioribus succedant distentionibus. At nec facile magnus pulsus commiscetur cum duro: & affectus, in quibus congrediuntur, in opere de causis pulsuum, & in opere de præsagitione per eos, explicabimus: hoc loco tãtum satis sit tyronibus exempli gratia didicisse: Qui-C bus valida facultas vitalis est (quam eandem quidam medici vitalem contẽtionem appellant) sed in victu offendunt, & non nullis in alijs, in primis in vini intempestiuo potu, his tales pulsus accidunt. Itaq; in his, ita vt in prioribus, aperta est arteriæ contractio. Iam etiam tarditatem, quantum tempus auget recessus, tanto ostensuram esse manifestiorem motum, ne id quidem collectu est difficile: quam ob rem & hæc vsum ad cognitionem aliquem præstat. Ac, qui debeat pulsus esse, qui sensibilem contractionem est redditurus,abunde declarauimus.

Ratio Applicandæ Manus arteriæ in contractione. CAP. 7.

DEinceps,quo modo sit applicanda manus, nobis inquirendum est: an perpetuo super arteriam,an subter,aliqñ hoc modo,aliquando illo: & vtrum cõprimendo, an palpando,an applicando tm̃,an interdum hoc modo, interdum illo ,vt natura pulsus ferat: nam nec de his quicq̃ maiores nostri explicarunt. Nos autem, his inquirendis quæ ratione & vsu consecuti sumus, in medium proferemus,quo,si sufficere quidem videãtur,omnibus suis partibus & numeris doctrina à nobis sit absoluta: sin minus, complurium quidem & vtilium inuentorum certe ope, alius atq; alius,quod reliquum est,inuenerit. Itaq;, si comprimẽdo applicemus tactum,nulla differentia sensibilis ex manus super arteriam vel subter applicatione inueniatur: Vel, si palpando tm̃ ,ve-D luti suspensis digitis, ne tum quidem vllam animaduertamus differentiam: At tertius applicandi modus, qui medius est inter compressionem & palpationem leuem, ne obiri quidem potest, si inferne tangas arteriam: siquidem liberare oportet tum manum omnibus voluntarijs motibus, & veluti languidam admouere: quòd, si fecerimus, ne arteriam contrectet, à grauitate depressa delabetur. Proinde hoc modo attingendi superne tm̃ licebit, inferne nunq̃ tangere. In eo autem frequenter contractio multũ aperte patet, sæpe etiam obscura existit, non tamen quin exercitatis animaduerti possit. In vehementibus & magnis nec velocibus manifesta est. In moderatis per omnia hæc dicta genera,obscura. Nam si vehementes & magnos nec veloces pulsus comprimamus, fore manifestissimam omnium contractionem nuper diximus. Quorum causas ex ijs, quȩ de illis narrauimus, facile inuenies. Nam, quatenus tactum ab arteriæ distentione accidit repelli, hactenus recedente ea sensibilis contractio fiat, necesse est: qui repellitur, si compresseris maiorem in modum, in pulsibus quidem commemoratis: sin palpaueris tm̃, perinde ac nihil: at in manus applicationibus medijs inter illas, quas fieri quasi remissa manu diximus, moderate repellitur. Quo magis contractionem comprimendo,q̃ tantum attingendo, senties: nec minus, si infernè tangamus,q̃ si superne: quòd perinde vtrobiq; arteriæ contractionem tactus sequatur. At.n. manus,quæ tangat,non modo prompte sentiat, oportet,verum etiam mollis sit: nam sic demum

facile consequatur, vt motus vel minimos animaduertat. Nam, hoc sane quemadmodum natura E est comparatum, vt alio alius videamus melius deteriusq́ʒ, & audiamus, ita etiam tāgere nos, equidem fugere neminem puto. Huc iam si status quidam mollis accedat carnosæ digitorum naturæ, promptius & magis in occursu arteriæ euersa, interuallo maiore, dum contrahitur illa, fore, vt ablegetur, nec hoc puto ante dictorum memori obscurum esse. Nec vero etiam, cum per lōgius fertur interuallum, clarius sensuram esse contractionem, hoc fugit quēquam. Quare molliorem manum duriore, si reliquorum ęqua sors sit, ratio dictat exactius cōtractionem sentire. Itaq́ʒ, si summam orationis fecerimus, alio transibimus. Quandoquidem inter medicos controuersia est de arterię contractione: quorum pars eā sentiri confirmat, pars non sentiri: ostendimus nos neq́ʒ perpetuo sensibilem neq́ʒ perpetuo insensibilem esse: vbi primum pulsus, in quibus sentitur, aperuimus, deinde status, in quibus illos indagabimus, pulsus: deniq́ʒ, qui sentire plane contractionem cupiat, quomodo tangere ille debeat, qualemq́ʒ esse manum conueniat applicandam.

Initium distentionis & Finem contractionis non sentiri. CAP. 8.

HIs constitutis, deinceps erit explicandum, totam'ne sentiamus distētionem atq́ʒ contractionem, an pars nos vtriusq́ʒ fugiat: &, si fugiat, quæ hæc sit & quanta. Atque huius etiam instituemus orationis initium à motu distentionis. Ac primum nobiscum repetemus sępenumero in F multis ægrotis, quibus pulsus parui sunt languidiq́ʒ (quales habent præ cæteris ij, qui sincopa corripiuntur, & qui de vita decedunt, prope omnes) quosdam medicos motum aliquantisper sentire, alios haudquaquā: Secundo loco, prout accurate & sedulo, vel segniter atq́ʒ negligenter tāgit, eundem medicum interim motum sentire, interim non sentire. Proinde, cum eandem arteriam quidam medicus non pulsare, alius pulsare etiamnum dicat: atq́ʒ idem frequēter medicus eodem tempore, pro diuersis manus applicationibus vicissim contraria dicat: partem motus fugere constat tactum. Dices præclarissima natura præditum, & manum rectissime applicantem, experientemq́ʒ, totam sentire distentionem. At hunc quomodo inueniemus? Quis nobis humanam naturam spondebit eam integritatem sensus assecutam, vt nihil illam ne subtilissimum quidem prętereat? Ego quidem certe nec exteriorum corporum horum, quæ, licet, præter vllum impedimentum ipsa tangas, iaciem cōsummatam notitiam esse, nedum corporis, quod adeps, membranæ, cutis munit, crassior ipso subinde corpore arteriæ. Quòd, si quis tam sit audax & arrogans, vt dictitet in distentionibus arteriæ primum se motus cognoscere impetum, libenter de isto quæsierim, qua'nam ipse hunc manus applicatione deprehendat: vtrum leuiter palpando, an premendo, an nulla vi admouendo. Sane, si de magnis ille sophistis forte sit, qui in arti nauanda opera hactenus G versati sunt, vt, omnino an homo febricitet, ignorent, verborumq́ʒ iactatione ipsam veritatem superent: haud iste scilicet, nec an plures sint applicādæ manus rationes, nec an inter se illę mutuo distent, nouerit: nostraq́ʒ stomachum illi fecerint, nec vllo mō me sustinuerit audire. Verum enimuero, vti alia, quę ante tradidimus, ita hæc veritatis studioso, etiā si solus sit, dictemus. Nempe media applicatio, quæ citra vllam vim fit, hactenus motū sentiet in pulsibus certe nō languidis, quatenus visus: in languidis vero sentiendis etiam visui concedet: Altera, cum premimus, in languidis supra primam, motum arteriæ obscurabit: in vehementibus præ cæteris percipiet: At tertia, qua veluti suspendimus manum, motum sane quàm breuem sentiet. Sed hęc, faciamus quoq́ʒ, vt demonstrationibus confirmemus, ab rebus euidentibus ingressi. Quid vero clarius hoc sit, q̄ oēs arterias nec visu nec tactu moueri videri, sed eas duntaxat, quas cutis contegit, neq́ʒ ea crassior? at sub carne abditas, aut sub alijs corporibus, occultum habere motum: nisi qn̄ magnopere intabuerint, quibus sunt illæ subiectæ, corpora, itaq́ʒ sentiantur? Immo vero, quarum sentitur motus, quo sunt arteriarum nudiores partes ipsi subiectæ cuti, hoc visui clariorē motum tactuiq́ʒ reprę́sentāt. At maxime quidem arteriæ, quæ secundum dorsum sita est, cuius fugit pridem motus, simul atq́ʒ contabuit animal, ad abdomen motus apparet. Vnde liquet leuiora corpora arterias facile, vbi H distēduntur, vnà secum sustollere: grauiora ægrius: prægrauia vero non mouere prorsus. Quod dico multo animaduertes manifestius, si arterijs præditis illustri motu, foris corpus aliud subtile ad cutem imponas, vt folium, membranam, linteum, panniculum, aut aliud tale quid: scilicet vnà cum arteria distenta moueri cernes: Si iterum priori tantundem apponas, iam multo amborum obscurior motus erit: Si vero tertium addas, adhuc longe obscurior: Itidem, si quartum & quintum, tandem impositorum motum omnino abolitum putabis. Iam, si vehementior pulsus sit, plurium onus corporum feret: sin minus vehemens, pauciorum: quòd, si nequaquam sit vehemens, potest, vt nullo onerari corpore sustineat. At vero, si præterea languidum esse finxeris, non modo foris cuti corpus impositum non mouebit, sed nec ipsam interdum cutem. Id quod sic constat habere: nam arteria, quàm fuerit contentissima, tam maxime cutem cōspicies moueri: contra, cum exoluta multum contentio sit, plane non moueri videbis. Cum igitur arteriæ validior motus etiam multorum externorum onus corporum, nedum cutem, secum mouere valuit: languidior autem tātum cutem: &, qui sit multo hoc imbecillior, ne cutem quidem: quid habet admirationis, si alius etiam hoc infirmior existat, qui neque membranas, quæ arterias contegunt, neque adipem subuehere possit? At quis tāget hunc motum tactus? nempe nullus. Neque vero ad hęc

illud

A illud respondeant, comprimendam digitis cutem esse, quæ arteriam tegit, vt pulsui nō satis ascendenti occurramus: cùm in his, quorum sentitur motus, sed languidis tamen, si cutem comprimas, semel pulsus consistat: quid iam illa, cedo, arteria fiet, quæ ne cutem quidem potest mouere, si digitis eam insuper degraues? an nō reliquam partem motus etiam amittet? Ne multis: non mihi scire isti videntur arteriarum sedem, quæ ex dissectione perspicitur, qui primam distentionis partem sensibilem putant esse: cum cutem nulla ex illis attingat. Immo, si, quæ admodum videntur conspicuæ esse, eiq; propinquæ, has velis excoriatas vtrinque inspicere, multum cernes spatij inter cutem & tunicam arteriarum interpositum. Etenim temere hoc natura vnum cōdidisset, quæ tamen citra rationem molita nihil est: si instrumentum creasset, quod in omnem partem posset distendi: neque locum ei, vbi moueretur, attribuisset vllum. Atqui aliter res se habet, & longe quidem. Siquidem monstrant dissectiones cingere arteriam regionem satis amplam, quam caro, vbi plus iusto auctum corpus sit, insidens, ne distendatur vas, quantum solet, interpellat. Vnde fit, vt crassis paruus pulsus sit, quod longitudo eius imminuatur, & latitudo fiat limitatior, cum à multa carne constringatur: ascensus item vbertate corporum incumbentium depressus inhibetur. Illorum vero, qui gracili corpore sunt, alioqui robusti, insignem latitudinem & lōgitudinem pulsus habet, insignem etiam ascensum. Ac magis etiam in his, quibus cutis remissa est, perspicuū interuallum est inter eam & arteriæ tunicam. Nam eius, qui in statu illo est, si vehemens pulsus, aut non languidus certe sit, poteris membro conuertendo, atque interim supino, interim prono figurando, differentias, quas nunc retuli, arteriæ dimensionum manifeste premendo assequi: nam longitudine & latitudine pronam figuram attendes præstare, altitudine & tempore supinam. Causa vtriusque, cutis est remissio: vt quæ in supinis manus figuris superne incūbat, & decidat in arteriam: in pronis deorsum vergat, & dependeat, plurimumq; distet. Quamobrem in supinis figuris, cum distenditur arteria, in obliquum ex altioribus circūfluens complicatur, & quasi rugas agit: atq; hîc in magnum aceruum collecta, magnitudini pulsus in his maxime partibus obsistit: In pronis vero, quia minime deprimit, nec interpellat arteriæ motum, nihil quoque de pulsus detrahit magnitudine. Qūo ergo non & hîc plus in profunditate item distendi pulsus videtur: aut, si nō amplius, at ęque, vt in supina figura? quòd scilicet sub latitudinis longitudinisq; incremento latet profunditas. Et alioqui, cum (cuius hæc omnia nomine cōmemorantur) longiori tempore videatur, quantum ad conspectum, arteria moueri, quæ in superioribus artus regionibus locata est, simul intelligitur maior in altum etiam ascensus fieri. Quod enim in ascendendo lōgius tempus videtur ponere, hoc facile visum inducit longiore se spatio profectū esse. Atqui hoc vehitur C per ęquale spatium, vt vult quidem veritas, qūocunq; locata arteria sit: sed, quia prior nimirum in supinis figuris motus sub cutem fuit dissipatus, tempus auctum distentionis, quantum visus iudicat, speciem simul auget profunditatis. Atque hæc quidem euidentia exempla, aliaq; id genus declarant distentionis primas partes effugere aciem. Quantum autem hoc in motu à visu sentit, tantundem etiam in non violenta tactione in vehemētibus certe pulsibus: nam in languidis quidem subinde minus. Siquidem in conspicuo est non esse eo attingendi modo primas distentionis partes sentiendas: ac ne si palpes quidem leniter, velut suspensa manu. Restat igitur, si modo possit, vt manibus cum pressu applicates sentiri primæ partes distentionis possint. Atqui non in omnibus pulsibus posse: sed, si quidem possint, tum in solis vehemētibus: si quam memoriam habemus superiorum, planè testatum est. Ac hoc quidem hactenus ductum est, eo quòd aliam manus applicationem nullam in confesso sit, nec alium pulsum (si à manus applicatione, quæ pressu in vehementibus pulsibus obitur, discessum sit) distentionis initium offerre sensibus posse. Deinceps vero videamus, an id, quod præstari videtur posse, planè sit verum, an verisimile tantum. Equidem vel in his latere nos censeo distentionis principium, sed non perinde tamen, atque alijs D in pulsibus: verum esse, quod fugiat, quam minimum. Id intelliges, si cum animo tuo cogitaueris motum, quem arteria orditur, impartiri necessario primum corporibus, quæ illam cingunt, deinde vniuersæ cuti, tum digitis nostris denique. Quam ob rem non potest in illa distributione motus nihil poni temporis. Et, si hoc vere dictum est, necesse est, motus initium lateat. Immo etiam (quia tactus quietem percipit, quæ post, quàm consederit arteria, ante distentionem fit, multo illa quiete longiorem, quæ ab distentione prius, quàm consideat, fit) rectè putes hoc cō consequi, quòd interni motus nos aliquæ prætereant partes. Neque enim hoc obscurum est, si initium deprehendi distentionis non potest, quin contractionis quoque incognitus finis sit. Etenim ampliorem nunquā aut maiorem motum in contractione sentiat arteria: præclare enim agitur scilicet, si parem liceat, ac in distentione, sentire. Testes huic rei illi sunt, qui planè illam negāt percipi posse sensu: quorum numerus late patet, virorum sanè in artis commentatione non contemnendorum. Nos vero sentiri illam, et quando potissimum, iandudum docuimus: simulq; demonstrauimus ampliori motui non esse tactum sentiendo in contractionibus, quàm in distentionibus: nisi fiat, vt quantitas distentionis vel contractionis incidat in mutationem: quod quidem in collectiuis inæqualitatibus vsu venit. Age iam hoc constitutum etiam esto sensum aliquando ob internæ quietis magnitudinem tum finem fugere contractionis, tum distentionis initiū: sicq; iam

*Al. ex antiquis. si enim in his, &c.

* Laxa.

* Laxitas.

iam altera nobis quæstio recte atque ordine esto confecta. Nam quæstioni, quam de distentione, E an tota sentiatur, habuimus, proximum erat de contractione similiter quærere: sed, cum tractaui de distentione, videor mihi etiam, quod de contractione erat dicendum, assecutus esse. Nam, maiorem motum si in contractionibus nõ sentimus, sed vel parem, ac in distentionibus, vel, quod verum est, minorem: omnẽ autem in distentionibus non percipimus: planum est nec totum nos in contractionibus sensuros.

Quanta Pars distentonis & contractionis non sentiatur. CAP. 9.

PORrò de duabus quæstionibus, quæ etiam restabant, vt, quanta distentionis pars non sentiat, explicaremus, & quanta contractionis, videmur ex antedictis summam iam consecuti. Tantam scilicet partem ostendit oratio non sentiri distentionis, quãta inter arteriæ primum impetum motus, & ictus vsque ad nostrum tactum distributionem, intercedit. Quam, si speciatim dissecemus, plurimam in lãguidis simul & magnis, quos tangimus leuiter, reperiemus: minimam in vehementibus, quos comprimendo dignoscimus: mediam inter vtranque in manus medijs applicationibus: in hisq; prout vehemens erit vel non vehemens pulsus, imparem. Iam, quando tantam sentimus contractionis partem, quantam distentionis, aut paulo minorem, erit etiam contractionis pars illa, quæ non sentitur, par distentionis parti, aut aliquanto maior. Habes de primis quæ- F stionibus, & veluti elementis disputationis.

De Quietibus dignoscendis. CAP. 10.

QVæ de pulsus principibus partibus dicenda erant, penè iam percurrimus: nam duæ, quæ reliquæ sunt, per accidens potius, non proprie nec per se, partes pulsus sunt, arteriæ externa & interna quies: sed, quoniam quædam denunciant, de ijs dignoscendis, operæpretium est, vt verba faciamus. Ac externam quidem quietem, tantum manu admouenda, maxime, quanta sit, percipias: aut, si premere etiam libeat, in vehementibus quidem pulsibus, hactenus vrgendo, vt ne motui obsis: Internam autem, si premas, quoad tibi per præsentem vehementiam liceat, ita maxime dignosces. Externam certe totam quietẽ, si ordine attingas, plane animaduertes: Internam, quod etiam ante dictum est, vnà cum partibus, quę non possunt sentiri, vtriusq; motus, fine contractionis & initio distentionis. Quorum causas nõ magno negocio etiam quilibet inueniat, si attente auscultauit superiora: faciam tamen, vt summatim ipse quoq; explicem. Nam postea, q̃ fieri non possit, vt cognoscamus, quãtam pulsus externam quietem effecturus sit, si moueri arteriam, quatenus potest, prohibeamus (prohibemus porrò, vbi nimium comprimamus) profecto, q̃ magna sit externa quies, si præter q̃ concedit nobis præsens vehementia, premamus, non percipiemus perspicue vnquam. At fortasse dices distentionis magnitudinem compressione prohiberi, motum tamen perpetuo apparere, reijci enim ab ascendente arteria tactum, ibiq; desistere primum impelli ab ea moueriq;, vbi illa simul quieuerit. Sed hoc falsum esse, si vniuerse dicatur, ac requirere distinctionem facile perspiciemus, si quid priorum meminimus, cum diceremus, arteria dum mouetur, fieri interim, vt secum incumbentia sibi corpora non moueat, eorum oppressa onere. Quare nec, cum premamus, ratio dictat tã diu sensum durare eius motus in omnibus pulsibus, quàm diu, cum non premeretur vel vrgeretur, progrediebatur. Proinde, cum arteria sua ipsius ratione mouetur, quiescere iam nos subinde arbitrabimur pulsus, atque eo quietem ocyus ingredi, quo sensibili motu prohibiti fuerunt. Nunc, quando, quantum tactum pulsus in distentione arteriæ impellit, tanta, cum contrahitur, pars sentiatur, omnino necesse est, cum finis non sentiatur distentionis, nec contractionis initium sentiri. Qui ergo non conuenienter tangit, quomodo dignoscere plane externam quietem possit? Nam quantitas pressus ad robur metienda arteriæ est: vt eatenus comprimamus, vt ne extrema motus pars sensum vlla fugiat. Vnde constat non esse in quibusuis premendum, sed solis in vehementibus: neq; hîc tamen adeo, vt vi applicatę manus, arterię superetur robur. Quare cautissimum erit, vbi dignoscere externam quie H tem voles, citra vllam vim applicare tactum: contrà internam, ni vrgeas comprimasq;, non cognoscas: nam contractioni arteriæ constantissime tactus adherere debet: premere vero, nisi in vehementibus, non licet. Ita liquet in his etiam solis dignosci posse internam quietem: immo ne hîc quidem exacte, sed nunc multo maiorem, quàm re vera est, nunc paulo, attamen adhuc eam maiorem animaduertes. Necessario.n.duo ei tempora accedũt partium insensibilium vtriusque motus, & quod ad finem contractionis est, & quod in principio distentionis: quæ cum aliam aliàs longitudinem habeant, vt ante explicauimus, neq; parem semper accessionem tempus internæ quietis habebit, neque exacte vnquam dignoscetur.

Galeni

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de ijs, quæ in Distentione pulsus considerantur: ac de ratione Moderati pulsus in vnoquoque genere inueniendi.

Quemadmodum Partes distentionis sint dignoscendæ. CAP. I.



Vperiore commentario de partibus pulsuum dignoscendis egimus: nunc explicabimus rationem, qua in partibus ipsis, quæ insunt, possis perspicere, adeoq; initio ducto orationis ab distentione: quæ maxime princeps hæc pulsus partium sit, & plurimã habeat cognitionis varietatem, plurimum etiam ad præsagiendum ex se præstet vsum. Nam, quando complura sunt, quæ in
B distentionibus insunt, præter cętera est peculiaris, proprieq; ad eas, ex ratione substantię pulsuum, motus pertinet. Omnis porrò motus tempus habet, quo fit: & celeritatem vel tarditatem, & æqualitatem vel inæqualitatem: ad hęc, vbi feratur, spatium. Quare de his dicamus primum. Neque.n. putauit medicorum maxima pars distinctam rationem esse tempus motus dignoscendi, & celeritatis tarditatisq;: nam, si quantum tempus est, perspectum sit, statim etiam, celer ne, an tardus, an moderatus motus sit, planum aiunt esse. Mihi vero aliter tempus videtur dignosci, aliter tarditas & celeritas: neq; enim, si motus sit breuius tempus, continuo pulsum dixero celeriorem esse. Sane, quod illis imposuit, qui in illa opinione sunt, ego definitionem esse celeris & tardi pulsus duco: quæ si, vt illi accipiunt, ita significat, non valet: sin, vt eam nos intelligimus, hæc constat, illi parum bene assequuntur. Definitio hæc est: Celer pulsus est, qui pauco tempore motum finit: tardus, qui multo. Nam, cum paucum & multum ad aliquid referantur, hi pulsuum tempora inter se mutuo arbitrantur cõferri. At res se ita non habet: quia motus, longiore tempore prediti pulsus, est non raro velocior eo, qui breuius obtinet. Sane multas res & præclaras, quæ ex præsagitione per pulsus aperiuntur, nisi hoc probe dignoscas, ignorabis. At, qui quidem nostri fecerunt periculum, cum in ipsis ægro-
C tis sæpe locos affectos prius declararemus, q̃ partes inspexissemus: præterea vnamquãq; causam & symptomata, quæ consequebantur antecesserantq;: his nihil, sat scio, eorum, quæ nunc narrabo, nouum videbitur, nam hi habuerint fidem omnium certissimam, adducti prædictorum veritate: alijs aũt primo suspecta erit oratio, & temeraria videbiť, si tot talesq; medicos in pulsu celeri & tardo dignoscendo lapsos dicemus. Quòd, si quis sustineat, & animũ inducat, quæ dicam, audire: profecto, si nõ oĩno fidem faciam illi, ab eo deducam certe, ne semel fidem verbis meis deroget: neq;.n. quæ apud multos confessa iãdiu & certa habita sunt, de his facile est quempiam abducere: idq; maxime, cum adeo multã speculationem accuratamq; postulent. Quin, si speculatione etiam ea assequaris, tñ, vt experientia quoq; ęstimes, oĩno multum desideres tactum exercitatum. Nam pulsus, qui formicans appellatur, cũ sensum, quo dignoscatur, exactum quærat (quippe qui in extremam recidat imbecillitatem paruitatemq;) semel lateat in tangẽdo rudes, adeo, vt homines frequenter confirment, in quibus eos pulsus animaduertũt, pulsum non habere. Itaq;, si his, qui celerem eum defendunt esse, refutem: & vnde factũ sit, declarem, vt errarint: quem nam feram iudicẽ? Nam eos, qui ne hoc quidẽ dignoscere valẽt, adsit'ne oĩno hic pulsus ægroto, qua ratione, qualis sit, docebo? Quãobrem non faciam, vt † de istiusmodi speculatione narrem: satis est enim, si ope- † *Additur in*
D ribus comprobem esse eum. Sed vero, quod initio testati sumus, quia hosce libros vulgo non paramus: sed vnum, qui instar sit mille, expectant: cõmentationem eius noĩe scriptis mandabimus: *antiquis, saepius.*
quæ prius, vt absurda & insolẽtia, sexcentis conuitiis conscindentur, q̃ incident in dignũ. Talẽ vero ego in præsentia, qualis Archigenes erat, desiderẽ auditorem, vt ita hoĩem appellem: Quid tu hęc tandem vir egregie in libro tuo de pulsibus scribis, cũ de pulsu formicante his verbis disseris? Constare mihi ex paruitate, imbecillitate, crebritate videtur, & vero necessario ex celeritate. Non enim extremum illud omnium, satis, quid velit, capio: nam priora assequor, proboq; verissima esse, & personam tuam decere: hoc vero, Cum formicante coniunctam necessario celeritatem esse, quomodo interpreteris, quæro. Nam plus valet, ac si absolute dictum sit, non addito necessario: tamen sit mendacium nihilominus: sed, si nihil esset adiectum, error manasse ex tactus offensione videatur: nunc, quãdo additum (necessario) est, rationalem præ se fert aliquam suspicionem. Quę autem hęc sit, discere optarem. Equidem nullam video necessitatem, qua adductus imbecillum, crebrum, & paruum motum, statim putem celerem esse. Neque vero ipsa, de qua nomẽ pulsus inuẽnit, formica celeriter mouetur: sed breues eius esse, & languidos motus, crebrosq; conspicimus: celeres autem nequaquam. Quam autem harum celeritas necessario comitatur? imbecillitatem'ne? immo vero mirabor, si quicquam, cum cætera omnino pari momento sint, ob

virium imbecillitatem mouebitur velociter: cum plane contrà alijs simili in sorte positis robur facultatis coniunctum, motum celerem reddat: quod in causis pulsuum ostendimus. Quin nec crebritas causa celeritatis est: nam quis Athenis iter Piræum crebro faciens, cōtinuo etiam currat necessario? etenim crebræ actionis aliæ sunt causæ, aliæ celeris. Sed paruitatem fortasse dicet esse in causa, cur necessario formicans pulsus celer sit: nam quid aliud excogites? Habet sane hoc certam quandam rationem: sed, verum'ne etiam sit, hic quęrimus: nam fieri non potest, quin arteria, quæ breuissimo vehatur interuallo, minus cōsumat temporis, quàm cum ferretur maximo: nihilo magis tamē, qui pauco tempore motus circunscribitur, simul celer is necessario erit. Quid tu, quęres, num ergo, qui multo tempore fiat, esse dicis celerem? Ego vero neq; hunc dico: omnino enim non modo dico rationem habendam quantitatis tēporis, sed & spatij. Cum iam motum, qui pauco obitur tempore, de me quæras, qualem dicā esse: quò responsum tibi dem, continuo quantitatem, fac, spatij addas. Si supprimes, addam ego, atq; distincte dicā cauteq;, motus, qui breui tempore obeuntur, nō esse prorsus his citatiores, qui maiore efficiuntur. At, si proportioni temporum, spatiorum respondeat proportio, neuter alterum anteuertit: quòd, si vero aut temporis ad tempus, aut interualli ad interuallum maior proportio sit, tum vnum celeriorem fore, alterum tardiorem motum dico. Habes rem vniuersam: quam tu si es assecutus, recte forsitan hic finem faciam F orationis: si non intellexisti, accipe prolixius, quod paucis perstrinxi. Qui pari tempore par spatium conficiunt, motus hos ἰσοχρόνους & ἰσοδρόμους appellamus, hoc est æque diuturnos & celeres: qui vero pari tempore maiora interualla emetiuntur, hos celeriores: haud aliter, qui par spatium, sed minore tempore. Atque exempli gratia, stadia, duo, quinquaginta vna hora percurrant, ęque veloces hos dixeris. Sin alter vna hora hæc* confecerit, alter triginta horis, liquet celerius se priorem mouisse, qui maius pari tempore spatiū percurrerit. At vero, si quinquaginta stadia hic vna hora, alter tribus perficiat, plane prior celerior est: si quidem par spatium confecit citius. Nihil hic difficultatis inest, sed posthac erit fortasse, nisi animum intendas: nam nihilo secius, attendentibus illa non secus, atque hæc, aperta erunt. Ergo faciamus in duobus motibus, alterum vna hora quinquaginta: alterum horis tribus centū quinquaginta conficere stadia: quid hos, non'ne æque celeres esse dicemus? Vero: nam, si ille, qui confecerat vna hora stadia quinquaginta, tres fit horas motus, omnino etiam supra quinquaginta confecisset centum. Si item, qui tribus horis hæc percurreret, vnam tantum horam fuisset motus, hic scilicet quoque quinquaginta sola progressus esset. Sic æque erunt celeres, qui paria spatia paribus temporibus obeunt. Quare aduertendę spatiorum sunt longitudines, & temporum, vt, si, quomodo spatium spatio, ita tempori respondeat G tempus, æque celeres esse dicamus motus. Si vero maiorem proportionē habeat spatium ad spatium, q̄ tempus ad tempus: vel tempus ad tempus, q̄ spatium ad spatium: non amplius æque celeres hos motus esse existimamus. Nam sit spatiū spatij quadruplum, tēpus vero tpis duplum: certum est spatij proportionē ad spatium maiorem esse, q̄ temporis ad tempus. Itaq; alter motus velocior erit. Iam illius esto spatium cubitorum quadringentorum, huius centū, ac tempus prioris duarum, alterius vnius horæ: si iam duabus horis alter motus cubita quadringenta cōfecerit, alter centum vna: constat, si priorem centum tm̄ cubita moueri fingamus, hora dimidia confecturum: itaq; altero erit celerior, q̄ par spatium breuiori tpe emensus sit. Si vero secundum quadraginta faciamus progredi, quatuor hic horas requiret: quo nomine erit priore tardior, quippe qui par spatium percurret longiore tēpore. In conspicuo igitur est, vbi spatij cū spatio collati maior sit proportio, q̄ temporis comparati cum tpe, eum motum necessario celeriorem esse. Contrà, si prioris motus spatium minorē habeat proportionem ad spatium alterius, q̄ tempus ad tempus: priorem necesse sit tardiorem esse. Atq; huius etiam exemplum proponā. Fac mihi prioris motus spatium spatij secundi motus duplum esse, tempus autem temporis quadruplum. Si iam prior quatuor cubita progrediatur quatuor horis, alter vna hora duo: planū est, si duo tm̄ cubita priorem H fingamus progredi, duabus ea horis confecturum: quò tardior altero erit, qui eadem duo cubita percurreret vna hora: Et alterum, si quatuor cubita emetiatur, duabus id horis facturum: vnde illo, qui quatuor cubita, quatuor progressus horis est, velocior erit, si quidem par spatium ocyus confecerit. Quo quidem constituto, duos iam fingamus ascēsu impares pulsus (nam hanc in primis dimensionem in hac disputatione quærimus) ac faciamus, si lubet, exempli gratia, esse profunditatem profunditatis decuplam, & tempus temporis duplum: non'ne aperte perspicies, modo superiorum memineris, pulsum, cuius decupla est altitudo, multo fore altero celeriorem? Nam humilis, si in eodem constans motu, decuplo in profunditatis dimensione increuerit, fiet illi quidem ęque ac alter altus, sed tempore lōge maiore, q̄ ille. Inuentus igitur quidam est humilis pulsus breui tempore durans, qui alto diuturno sit tardior: id quod est, de quo initio agebatur, aliam rōnem dignoscēdi tpis esse motus, aliam temporis celeritatis. At enim hęc verbotenus fortassis finguntur, à vero autem absunt. Immo, si iuuenis valentis compares pulsum cum pueri formicante, decuplum ascensum offendes. Quòd, si hunc ipsum excalfacias iuuenem vel balneis, vel frictionibus, exercitationibus'ue, ac tum bilem moueas illi & stomachum facias, non decuplam, sed quin decuplam eius profunditatem inueneris humilis dimēsionis pulsus in puero formicātis. Verū in

* Quinquaginta stadia.

* Nec est ī textu, & perperā uidetur adiectum.

* ἀκμάζοντος

puero

A puero formicans, ne sit semel tardus, subsidium ab ætate habet: at in sene formicantem, si pulsum
nosti tangere, celerem non magis dicas, q̃ vermiculantem. Nam hoc, haud scio, an tardior clare
vllus pulsus videaẽ. Formicans enim, qua est breuitate, apertam cognitionem fugit: vermiculãs
non obscure quidem est tardus, sed, siquis alius, abunde perspicuus. Quid igiẽ inter celeres hunc
quoq; pleriq; referunt, nisi consensionẽ cum formicãte studentes seruare, eos non sentiri statuũt?
Nam, qñ in se facile hi pulsus mutuo conuertuntur, & vermiculantis facile extremus delapsus for
micantem gignit, similiter primũ formicantis incrementum vermiculãtem, plane illi nouum pu-
tauerunt, si eorum alterum dicerent celerem, tardum alterum. Ac quia semel non probe celerem
appellarunt formicantem, idcirco rem ex consequenti tam falsam, tam etiam plane dissonam susti
nuerunt admittere, vermiculantem etiam celerem esse. Et quidem vermis cum gressui comparãt,
& formicãtem item formicæ, animantium, vide, q̃ velocium? &, qui simul ita comparant, simul
esse celeres contendũt, nec animaduertũt, q̃ secum pugnent. Postq̃ vero in tãtos se errores semel
demiserunt, non dubitant etiam in stomachicis affectibus confirmare oẽs esse pulsus celeres, cum
ne hi quidem sint celeres omnes: & vero alios etiam sexcentos, de quibus alio loco dicere magis
conuenit. Qui errores mutuo consecuti illos sunt ob notionem nõ distributam nec distinctam ce
B leritatis, prorsusq; confusam. Nam, cum illi de celeri pulsu ex sola temporis existimarent breuita-
te, neq; etiam de eius magnitudine statuerent, quæ falso illis in mentem venerant, hęc in errorem
ipsos in dignoscendo impulerunt. Sed nos clare, ni fallor, alium ostendimus breui tempore durã-
tem esse, vt sic appellem, pulsum: alium celerem: similiter contrarios his, alium diuturnum, alium
tardũ esse. Hic tu putas fortasse absolutam omnibus partibus esse disputationem, teq; manifesto
cognoscere, celerem pulsum differre à tardo. Ego vero nihil magis in votis habeam, q̃ vt de com
mentatione tanta disputatio detrahatur. At re vera non ita habet, sed est habita oratio ad celerem
pulsum & tardum dignoscendum, veluti quoddam præludium. Nam per totam hanc quidem ha
bitam orationem duobus inter se motibus conferendis vnum tardiorem esse, alterum celeriorem
ostendimus: nusquam verba fecimus tñ de tardo & celeri. Sanè quamplurimum interest, tardiorẽ
dicas motum, an tardũ: nec nõ celeriorem, an celerẽ. Exempli gratia: Si quis aliquẽ dicat motum
tardiorẽ esse, quærimus, quo'nam dicat esse tardiorem eum: semper enim qui tardior est, alio dicit
tardior: sin tardum dicat aliquem motum esse, haudquaq̃ interrogamus, quo'nam, nam ridiculi
habeamur. Sic, si pulsum tardiorem esse dicamus aut celeriorem, erit omnino, qui de nobis, quo'
nam tardiorem dicamus vel celeriorem, requiret: sed, tardum cum dicimus vel celerem, nullus iã
C rogat, quo'nam. Nunquid igitur celer & tardus absoluto sermone proferuntur: at celerior vero
tardiorq; referuntur ad alterũ? Sane hoc fortasse quis prompte pro vero probabit. Mea vero lon
ge alia ratio est. Adeo multæ est res cogitationis deliberationisq;, cum alijs de causis, tum q̃ ad plu
res res pertinet ea speculatio: neq;.n. de celeri & tardo, vel celeriore & tardiore, distincto & defini
to est opus: de magno autẽ paruoq;, & maiore atq; minore, alijsq; quorum idem vsus est, neglige
re par est. Immo attendendum est, perinde'ne sit, si maiorem dicas ac magnum pulsum, & item
minorem ac paruum: an diuersæ res sub his nominibus lateant. Maiorem quidem semper acci-
pimus minore maiorem, atque minorem maiore minorem: magnum vero nullo magnum, sed
absolute: itemq; paruum, nullo paruum, cæterum absolute. Eodem modo de breuiore & breui,
longiore & longo, latiore atque lato, angustiore angustoq;, & hercle etiam de molliore & molli,
duriore & duro, deniq; de omnibus alijs, quæ in eum vsurpantur modum, distinctione est opus.
Quippe hæc consideratio pene pertinet cum ad totã medicinam, tum vero ad alias artes omnes:
etenim calidius dicimus & calidum, frigidius & frigidum, siccius & siccum, humidius & humi-
dum, deniq; plus & multum, similiterq; minus & parum. Vna igitur in re sermonem pro exem-
plo explorabimus, vbi, si indagando nobis quid profectum sit, ad alia tum omnia viam & ratio-
D nem hanc faciemus, vt traducamus: sin hæreamus, ipsam etiam hanc hæsitationem transferemus
ad omnia. Alterutrum quidẽ certe, aut viam rationẽq; inuenerimus ad multa accõmodissimam:
aut inanem sciẽtiæ eorum persuasionem, quæ ignoramus, deposuerimus. Age iam sumamus in
manus magnum & paruum, vt expendamus, quatenus à maiore & minore distent. Et primum
de rebus oĩbus mundi, in quibus quidem versati sumus & educati, quid intelligamus magnum &
quid paruũ, nobis ipsis subijciamus: † simili modo, quid maius & minus. Non'ne maius, vt quis
quam absolute dicat, non ferimus, nisi addat, quo dicat maius: magnum autem absoluto sermone
& ipsi proferimus, & alios citra additionẽ audimus? Nunquid igitur per se dicuntur & absolu-
to sermone magnũ & paruum? At, si est, nimirum vel substantiã scilicet denotabũt, vel qualitatẽ,
vel aliquod aliud prædicamentum? Atqui substantiam non significant, vt Socrates, Plato, equus,
homo. Nec vero etiã qualitatem vllam: neq; figurã igitur, neq; colorem, neq; positionẽ, neq; con
formationẽ, & paucis, nihil istius generis. Quin nec vbi, indicare, vel qñ, possint, nec item situm,
nec habitum, nec actionem, nec passionem. Sed in illis hæc solis sunt quærenda, quæ in prædica-
mento quantitatis, aut ad aliquid, sunt. Atq;, si (quæ nuper nostra sententia erat) non videantur ad
prædicamentum relationis pertinere, in quantitatis erunt quærenda. Porrò plenum est difficul-
tatis statuere, quãtum intelligere vtrũq; oporteat: an'ne instar stadij magnum, & cubitale paruũ.

† Ex antiquis cod ita [illegible] [illegible] ne [illegible], [illegible] & [illegible], [illegible] vt [illegible] absolute &c.

Atqui montem, etiam si magnitudine sit stadij, paruum dicimus: & formicam magnã, longe qui E dem cubito minorem. Dices fortasse (quod familiari cuidam meo satisfecit) quãtitatem quidẽ ab ijs significari, non certam tñ illam, vt pedale: cęterum, vt ille dicebat, latam & indefinitã. Nunquid igitur finibus latitudinem eorum amplecti possumus, vt alia id genus, nimirũ chori, ciuitatis, mõtis, exercitus, stagni? quippe quę cum quantitate incerta omnia dicãtur. Possumus dicere nõ tres nos aut quatuor saltatores chorum intelligere, non tamen iam mille: nec etiam ciuitatẽ, si qua tribus constet domibus, nec quæ mille stadijs exporrecta est: neq; montem, qui cubitalis sit, sed qui maior, neq; tamen qui lunam attingat: neq; stagnum, collectionem aquę trium amphorarũ, non tantũ tamen, vt vniuersam terram inundet. Nam, vniuscuiusq; horũ quanq̃ ad amussim nequeas quantitatem constituere, multa tamen inuenias corpora, quæ ab eorum notione vtrinq; deflexerunt: hæc, q̃ non dum: illa, q̃ non amplius sint talia.

Termini Magni & parui. CAP. 2.

QVi ergo termini magno & paruo statuantur, vt commemoratis omnibus, non est, quid dicamus: immo vero adeo intelligentia patet late magni, vt ipso etiam vniuerso mundo, verbi gratia, si quid excogitari maius possit, hoc magni sit obtenturum nomen. Nihilominus formica, culex, miliũ, & si quod hoc minus sit animal vel granum, accipiat magni nomen: ne- F que.n. formica tñ, sed & milium & culex, magnus dicitur. Tantũ ergo constat, vnamquãque rem cũ eiusdem generis rebus collatã, vel paruam, vel magnam dici: absolute nihil. Atque hoc quidẽ inter maius interest & magnũ, q̃ maius omni minore possit maius dici: magnũ vero nõ quolibet maius, sed tñ eis, quæ sunt eiusdẽ generis. Eadem de minore & paruo distinctio est, nec nõ de celeri & celeriore, nec secus de tardo & tardiore: siquidem equus quispiam tardus dicatur, & formica velox. Simili ratione alia cũcta videbis appellata esse cũ in pulsuum omnibus generibus, tum per totã medicinam, & hercle per totã mortaliũ vitam, durum durius, molle mollius, crebrum crebrius, breuiter alia id genus omnia, partim cum altero quolibet cõparata, partim cum ijs tñ, cum quibus conueniunt genere. Quid iã igitur? summã'ne assecuti sumus, an vero hic etiã sermo postulat distinctionẽ? neq;.n. si cum omnibus, quę sunt eiusdẽ generis, magnum comparemus, statim sic nominamus. Neq;.n. simul Achilles & Aiax dicentur magni, nec Polydamas & Milo, si quidem Aiace Achilles, Milone erat maior Polydamas: sed plane cum medio & mediocri atque moderato, quod vocant, vnoquoq; in genere, veluti cũ regula arbitroq;, cætera cõferemus: tum, quæ illud excedunt, magna esse dicemus omnia: quæ contra, parua. Id quod vsu venit in omni vita, in artibus quidẽ vtiq; maxime: nam ad moderati oẽs examen referuntur: atq; hoc suppeditare G essentijs, in quibus versantur, student. Ac multum cibi dicit medicus sumpsisse quempiã, vbi corporis naturam nutriendi excedat: rursus parum, vbi infra mediocritatem eius sit. Nam ea ratione athletæ duas minas carnis parũ dicimus esse: & frequenter ægroto interdicimus cremoris ptisanę peluim exorbere, vt supra mediocritatẽ. Ita magnum etiam pulsum & paruum dicimus, qui à mediocritate deflectit: atq; huius vtriusque magnum numerũ esse: moderatum vnum, qui indagandus nobis & ob memoriam ponendus, omnibusq; alijs applicandus est, veluti mensura quædam æqua ab ipsa constituta natura. Quem quõ inuenire possimus, reliquum est, vt consideremus: nam eò tota oratio properat, cuius qdem nomine retulimus, quicqd ante dictum est. Inuenerimus autẽ illum, modo possimus, via & ratione. Quippe hoc ad illud interest, vt vnam viam ad omnia moderata, vnãq; rationẽ habeamus: nec denuo necesse habeamus quærere, quo pacto inueniendus sit in motu moderatus, quo pacto in quiete, vel in cõtentione, vel in arteriæ corpore. Ac primum hoc videamus, vtrũ singuli in singulis generibus quęrendi pulsus moderati sint, an plures, alius pro ætate moderatus, alius pro habitibus corporis, alius pro temperamentis, alius pro anni temporibus, alius pro locis, statibus, vitæ institutis, vel animi affectibus. Pro his.n. omnibus alios magnos, alios paruos, alios moderatos dicimus pulsus esse: iam hos celeres, illos tardos, quosdam H moderatos: pariq; modo in cæteris differẽtijs. Forsitan aũt hoc ꝓbabilius dices esse, magisq; consonum vsui, si cuilibet generi vnũ assignemus moderatũ. Ergo accuratius hoc disceptemus, atque vnũ sumamus genus pulsuum pro exemplo, scilicet magnorum & paruorum, de quibus egimus paulo superius: ac medium eorum & moderatum, demus operam, vt inueniamus, sigillatim pro ætatibus, sigillatim pro anni temporibus, regionibus, naturis, temperamentis, alijsq; id genus omnibus: nam hoc, nihil desideremus ad vsum amplius, si inuentum sit, siue proprium instituamus cuiusq; memoratorum pulsum scire, siue etiã eius à natura flexus dignoscere. Quod præsens nobis doctriua videtur suppeditare. Quare etiam atq; etiam videamus, possit'ne hoc inueniri. Mihi quidem sane difficillimum videtur, atque adeo non posse fortasse inueniri: ac difficultas quidem in eo est, q̃ nihil ex his, quæ commemorauimus, separatum licet & solum sumere. Nam, quando separatam & solam cernas pulsuum pro temporibus anni differentiam citra corpus, quod iam suum temperamentum habeat, & habitum, & ætatem, & alia, quæ diximus? Itaq; fit, vt non possis dicere, hic pulsus peculiaris veri est, ille æstati: nam te quis roget, quo tu'nam in corpore dicas, in calidiore tẽperatura, an frigidiore: gracili, an corpulento: iuuenis, an senis: in frigida regione, an calida: & viri, an mulieris: nec secus in reliquis differentijs. Quocirca in omni natura videtur

A. t. 1. 1. partis can. fo. 570. co 2. a.

A tur propositum corporum proprius esse animaduertendus pulsus, & non proprius, quo sciamus Dionis, verbi gratia, pulsus talis natura est: Theonis talis. At hoc absurdum sit, non tantum quia necesse esset, qui peculiares singulis hominibus pulsus sint, & qui non peculiares, separatim meminisse, & nihil nos posse de quoq;, nisi vsus nobis cum eo intercessisset, cognoscere: verū etiam q̄ ne in ipso Dione quidem, verbi gratia, vnum hunc proprium pulsum in vnoquoq; genere separatim possemus & prȩter rerum externas circunstantias sumere. Nam quando sumes tandem? Dionis ne hyeme, an Dionis æstate: & vtrum Dionis Romæ, an in Africa: iam gracilioris, an corpulentioris? præterea eius, qui ociosius egerit, an laboriosius: durius, an lautius vixerit? tum vinum an aquam potauerit, an sitiuerit? Neque enim est ab his alijsq; circunstantijs sexcentis separatum sumere & solum corpus Dionis. Itaque non dum explicata prima dubitatio est. Siquidem pulsum toti naturæ propositi corporis proprium, quem quidem moderatum, hoc est mediocrem appellauimus, non valemus inuenire. Præstiterit igitur non ambire hac ratione pulsuum notitiā, sed, vt præscripsi tyronibus, in singulis, quas narraui, causis ediscere variationem. Nam aliquā possis eius viam atque rationem inuenire, quam hoc loco prius adnotabimus: deinde inspiciemus, vtrum omnia præstare queat, an aliqua ex parte etiā claudicet. Porrò via ratioq; hæc est, vt exempli gratia viam sumamus de causis, quæ alterandis sunt pulsibus, vt exercitationem.

B Nam, si considerandum venit, quemadmodum pulsus exercitatio immutet, delige hominem, cuius attendas prius omnes pulsus, inde exercites, tumq; de integro attendas, †quem illorum teneas, quo deficiaris, & quantum: itaq; inueneris, quatenus possit pulsus exercitatio conuertere. Haud aliter in balneis, potu, cibis, alijsq; omnibus, facto de singulis hominibus periculo, facile alterationes inueniemus. Hæc facillima experientia est: verum, quæ ab experientia ineundæ rationes sunt, non perinde faciles. Nam, quod est in omni experientia, id hic item, ne, dum nihil distinguimus & confuse rē tractamus, offendamus, periculum est. Quod fit bifariam, vt res non distributa, vel distincta sit: partim quòd commune non dispartiamus in suas omnes partes: partim q̄ alterantibus causis nō attendamus, quæ præcipue, vel primo, vel quocunque velis nomine vocare: & quæ per accidens, successerunt. Atq; commune non secare in omnes suas differētias tale est: nempe requirit oratio ad claritatem exemplū. Si quis exercitatorum tales dicat esse pulsus, neque distinxerit, nec cui dicat nam exercitato, nec quemadmodū exercitato, neque quando, neque quantū: hic, eò quòd non diuisit commune in differentias, lapsus est, Cui nam exercitato inquam, qua ætate, quo robore aut infirmitate, quibus humoribus prædito, quo corpore, qua temperatura, qua compagine corporis

C partium, quā ad exercitationem consueto: scilicet in tot membra diuiditur, cui nā. Iam, quomodo exercitatus est, in alias ēt differētias scinditur, an valide, nec ne: celeriter, nec ne: æqualiter, nec ne: in quibus omnibus non eodem modo mutabitur. Iam etiam diuersam esse pro tempore alterationem oportet: neque enim à cibo subire exercitationem perinde est, ac ieiunū: nec perinde est tristem, atque hilarem: alacrem, ac segnem: rigidum, ac excalfactum: item eum, qui plus iusto, ac qui intra modum vel mediocriter, dormiuit. Similes immutationis differentiæ manabunt ex quantitate exercitationum: siquidem moderatæ aliter, atque plures vel pauciores, commutant pulsus. At per accidens, an per se, mutatio fiat, ita est distinguendum: ecquid fuisset excrementis plenus, &, cum cœpit exercitari, fluente in ventrem vitiosorum humorum copia vellicari contigit os ventriculi humorum vitio, aut copia opprimi, aut euerti, ac nauseare, eoq; vel fatiscere hominem, vel languescere, vel refrigerari, vel suffocari: horum enim alterat quodque pulsus, quos aliquis forsitan ab exercitatione existimabit profectos. Nam, si, qui plethoricus sit, ac thorace & pulmone affecto, simul, vt cœpit velociter exercitari, in dispnœam inciderit, pro dispnœa variabunt pulsus: & tu putabis fortassis pro exercitationibus. Ergo, vt in experiundo nō fallaris, quomodo sit distinguendum, etsi alio loco sim longius persecutus, summatim hic tamen perstringam. Omnes com-

D memoratas differentias ad tres has reducemus generales: corpus propositum designabimus ad experientiam, cum sanum sit, ac nulli obnoxium externæ alterationi: tum exercitationem, qua ad id vtemur, moderatam quantitate seruabimus: atque in mutatione hoc attendemus, ecquid casu inciderit, non ex ipsa natura exercitationis. Si.n. tria hæc respicias, nullo negocio inueneris, quēad modum & quatenus aduentitia causa immutet. Itaq;, si omni in genere causæ, alterationem experiundo addidiceris, vtēdi tibi ad dignoscēdos in morbis pulsus facultas erit, facile, quantū ab externis causis alterati pulsus sunt, exploranti, quantum item à morbo. Itaque nihil erit, quòd labores, vt, qualis sit, qui natura moderatus est, præscias: sed, si, qui sit singulis, de quibus agitur, peculiaris, teneas, quantenus mutatus hic est cum ab alijs causis, tū vero ab ipso morbo, nosse poteris. Atqui, nisi ad hæc vsus nobis moderati pulsus erit, nequicquā eū quæremus. Qua igitur ratione aliquē magnum dicemus vel celerem incognito moderato? nam manere etiamnum videtur prima dubitatio. Quid autem magnum nobis opus est aut celerem dicere, cum alterationum nobis tantum modo satis sit meminisse, vt dicamus in hunc modum? Exercitationes moderatæ pulsus in magnitudinem, celeritatem, vehementiam, & crebritatem conuertunt. Quod dicemus alios quoque, cum id significare volunt, in exercitationibus dicere, magnos, celeres, vehementes, crebrosq; fieri pulsus. Nos vero primum, non absolute in exercitationibus dicemus, sed in moderatis addemus.

Nam

† Al. quis illorū sit intēsus & quis exolutus, & quantum.

Nam, naturã quæ corporis exercitati excedunt, pulsus in aliud vertunt genus mutationis. Deinde non ita dicemus absoluto sermone magnos & celeres, sed maiores, celeriores, vehementiores, crebriores, aliaq; dicemus ita esse omnia vsurpanda: vt, Pro ætatibus, maximos iuuenum esse, senum minimos: eorum, quorum præcipitat ætas & vergit, maiores quidẽ, quã senũ, tamẽ minores, quam iuuenum. Pro regionibus eodem modo, & pro reliquis omnibus idem præscribemus: inter se omni in genere pulsus conferentes, non absolute de ijs decernẽtes. Ac empirico forsitan satisfaciat hæc institutio, de qua accuratius nos paulo post viderimus. At, qui primas studeat & continentes, quas vocant, causas inuestigare cuiusque pulsus, & ratione artẽ viaq; tractet, huic cuiusque generis moderatum operæpreciũ est nosse. Quæratur enim, cur paruus pueris sit pulsus, deinde causæ nos probabiles deficiant: nẽpe enim deficiemur illis, ni sedulo prius causas, quæ magnos pulsus & paruos gignunt, expenderimus: neque enim in pueris causas reperiamus, quæ paruos generent. At qui, si vel vna in re, quamlibet leui, causæ ratio claudicet, simul in reliquis, vbi videatur abundare, merito titubabit: vbique enim sibi, si quidem vera est, constare illa debet. Quò magis necessarium est nosse moderatum: nam potest etiam pueri pulsus moderatũ superare. Herophilus certe insigniter magnum interdũ hunc pulsum vocat †. Quid tandem igitur, quæres, paruum Archigenes illum nominat? Fortasse causam tibi dissensionis aperiã, si noueris prius institutũ probatũ esse, debere ad commentandas pulsuum causas virum, qui rationem sequatur, & cum causæ consideratione omnia instituat scire, pulsum moderatum tenere. Sed hoc leuius est fortasse: dices enim nolle rationalem te esse. Quod vero paulo ante reiecimus, vt rem magnæ considerationis, nunc discutiamus: nisi vere moderatum prius pulsum inuenerit, neminem posse empiricum diligenter obseruationem & accurate instituere. Nam, posteaquam propositum est illi, nõ modo, an mutet in celeritatem pulsus, vel magnitudinem, vel quid aliud, præsens circunstantia, vt cognoscat: verum etiam quatenus alteret (nam præsagiendi ex pulsibus in hoc potissimum omnis vsus vertitur) quatenus autem alteret, nisi naturam perspexerit, nulla ratione cognoscat: necesse erit, cuiusque ægroti naturam præsciat, modo nosse magnitudinem velit præsentis alterationis. At enim non omnium ægrotorum vsus est consuetudine per sanitatem, quò experientia eam addisceret, & inde memor, illius cum ægrotantibus compararet naturam. Qua igitur ratione poterit etiam experientia, quò intendit, aspirare? an hic etiam ex communitatibus quibusdã erit obseruatio? At quomodo, & quónam pacto? neque enim perinde hic, atque in causis externis, alia fixa serues: vnum, quod obseruas, immutes. Quippe colores, figuræ, odores, longitudines, latitudines, profunditates corporum, gracilitates, corpulentiæ, differentia generum, ætatum, regionũ, temporum anni, præsentis etiam status, necessario omnibus adsunt hominibus. Quare, quandoquidem, quin habeat hęc, reperias neminem: difficulterq; sub pauca illa, quæ paulo ante recensui, reducas horum obseruationem: in externarum causarum mutationibus, alia nobis opus est via et ratione. Iam, quàm ardua sit horum obseruatio, cognosces, si non ratione tantum, sed & velis experiundo inuestigare duos viros semper vna aliqua in re differentes, in alijs omnibus conuenientes: sane enim ægre inuenias: vt omittam, quàm multæ existant alterationum coniugationes, & quantum obseruatio temporis requirat, quantam autem memoriam & quàm præclaram. Nã præter alia etiam, quæ nihil referunt ad pulsuum mutationem, obseruare empiricos quàm diutissime oportet, vt hoc saltem interesse nihil certo sciant: atque hoc illud est, quod in primis obseruationem istam à ratione & compendio remotam in immensam prolixitatẽ temporis producit. Quod est, cur semper clamemus, vt etiam aliàs docuimus, vt obseruatione tm̃ artẽ constituas remota ratione, fieri minime posse. Et, vt ista omnia admittantur certe, quòd nullũ habeamus certum modum, ad quem excessus & defectus referamus, magnitudinem alterationis in ijs singulis nunquam cõplectetur memoria. Quî enim possit quisquã memoria hæc omnia tenere, connexis inter sese his, quæ corporibus necessario comitantur vnà cum quantitate singulorum? Omnino commissura huiuscemodi erit: albo eatenus, lato pectore eatenus, item corpulento hactenus, corporis latitudine & profunditate tanta, masculo, & puero, tempore æstiuo, in loco natura frigido, in statu sicco talis pulsus erit. Eas enim complicationes infinitas numero (quas nemo mortalium nec obseruauerit, nec complexus memoria fuerit, sed in disputando tantum comparari posse sophistæ iactent, in arte vero administranda inanes deprehendantur, nec vlla posse facultate parari) erit contexere necesse. Iam, si plus & minus in omnibus, quæ narrauimus, istæ inter se coniugationes different, vt certe differunt, in quam obseruationem disputationem cõijcient, apertum puto esse. Proinde satius fortasse sit, ne hîc longior sim, nec immorer in demonstranda difficultate empiricæ obseruationis, & immensa longitudine: verũ rationem vt aliquam & viam tradã, cuius præsidio oẽm facile, quem experientia ostendit, fructum capiamus. Quænã tãdem est illa via? hæc est. Vbi optimã constitutionẽ inuenerimus corporis nostri, primum animaduertendum est, qui eius pulsus sunt, neq; obiter id vel negligenter: sed in eo statu hominem accipiemus, vbi suum proprium motum pulsus ab nulla externa causa immutati retineant. Hoc fiat, si "nõ in longo ocio sit versatus, nec recens exercitatus, nec vero ẽt diu ieiunauerit, vel mõ comederit: aer præterea tẽperatus sit, oportet, ipseq; omnibus liber animi affectibus, & tranquillissimã mentẽ habeat. Postea inuestigandæ sunt

corporis

† Additur ex antiquis, interdum uero satis magnũ. ut ẽt apparet inferius.

A.l.1.f.2.c. c.1.fo.47.b

E F G H

A corporũ vitiosæ constitutiones: tumq; primũ earum recensebis differentias: deinde, quos in illis excessus repereris atq; defectus, hos ad moderatam & optimam conferes. Iamq;, cum animo reputabis primũ, quantũ oporteat istarũ naturarũ pulsus dissidere ab optimæ pulsu, deinde ipsa experientia ratione hanc, si constet veritati, explorabis. Quod cũ subinde feceris, & longo vsu ratione exercitaueris & tactũ, tũ putabis demũ certo te moderatũ tenere in omni genere pulsuũ, illosq; ẽt, qui aliquo modo vltra hũc sunt & citra. Habes summã. Proinde, quicunq; aut corporis nostri optimã naturã, aut vitiosas non nouit: aut ratione quidẽ perspexit eas, sed, vsu vt dignosceret, non laborauit: nihil huic fructus feret hic sermo: siquidẽ illa prius sunt ediscenda, postea huc veniendum. Etenim in non paruam incidet controuersiam, quam veteres medici de his inter se habuerunt: & iuniores non solum inter se, sed cum veteribus etiam. Nam nec, optima natura quæ sit, inter omnes conuenit: neque dum vitiosarum est inuentus numerus: & signa, quibus vel optimas, vel prauas cognoscas, admodũ pauci medici literis prodiderunt. Quòd si vel hæc omnia apud maiores nostros confessa sint, & ordine inuenta, deberent tamen naturas discere prius experiundo, itaq; ad artem se de pulsibus conferre. Erũt fortasse, quibus longitudo displicebit huius, quã induco, contemplationis. Nos vero, si institutũ meũ sugillent, non offendemur: neque enim proba-
B tũ vnquã iri sperauimus omnibus, aut vsui futurum. Nã, cum admodum liquido & certo scirem, præter vnum veritatis amatorẽ, reliquos omnes pro nugis meris habituros, quæ doceo, tñ aggressus sum ad hæc explicanda, ac vnum illum multis præposui. Porrò aũt, si nos ipsos quis de ægrotis vidit præterita & futura prædicere, hunc ẽt puto, nisi plane sit fucus, ẽt si videatur longior, cũ tam vtilẽ exitum tamq; præclarum polliceatur, hanc commentationem amplexaturum.

Optima Natura moderatum pulsum habet, ad quem alij collati, excessuum & defectuum nominibus appellantur. CAP. 3.

L.1.f.2.d.3.c. fo.48.d

QVi ergo ante intellexit naturam corporis nostri optimam cognoscendam esse (cuius nos alio loco indicia prodidimus) huius sciat pulsum esse inter omnes alios medium: & veluti mensuram quandam regulamq; in omnibus lucubrationibus de pulsibus, hunc moderatũ & medium à nobis meminerit appellari: cum quo vbi alios oẽs comparamus, celeres, tardos, magnos, paruos dicimus esse. At pulsum moderatæ naturæ & vndequaq; optimæ, non recte vocaueris magnũ, paruum, celerem, tardum: nec etiam durum, vel mollẽ, nec quoquã alio nomine, quod immoderationem interpretetur. Immo, vt in opere de temperamentis, omniũ optimam tẽperaturam nec calidam esse docuimus, nec frigidam, nec siccam, nec humidã, neq; mollem, neque
C duram (quippe hasce omnes quibusdam excessibus defectibusq; constare vnius illius temperatæ & moderatæ) sic nunc etiam nec magnum, nec paruum, nec celerẽ, nec tardũ, nec quicquid aliud, quod à mediocritate deflectit, pulsum optimæ naturæ vel appellabimus, vel intelligemus. Nec vero etiam ipsum hominem, in quo eum pulsum reperimus, vllo nomine, quod quidem moderationem non significet, nominabimus. Non enim crassum, non gracilẽ, nõ calidũ, frigidum, humidũ, siccum nullo denique alio nomine: verum nominamus omnibus partibus corporis temperatum & moderatũ. Ad quem, cum dignoscere quidem illum didicisti, pulsuum omnes differentiæ perpensæ, caue, excidant: &, vbi æstumes ad illas reliquos oẽs pulsus, vel duros ita, vel molles, vel raros, vel crebros, vel alio nomine ad eundem modum voca. Nunc ergo, quando summam cõsecuti videmur esse, non sanè incommodum erit, si dubitationẽ quãdã necessariã excitem: quo, si nihil dum inuentum arbitremur, explicationem sermoni apponere conemur, quę adducat nos, simulq; doceat, primum summam nos iam obtinuisse: deinde absolutissimam eorum notitiã, de quibus agimus, commonstret. Ac exordienda quidẽ modo dubitatio est, dicendumq; non posse omnes, quæ in corpore sunt, arterias neque esse æquales inter se, nec æqualiter distendi. Qui.n. posset dorsi arteria arterijs colli, aut alarum, & inguinũ, vel ipsa par esse, vel eius distentio illarum distẽtioni-
D bus? ac multo vero minus arterijs vlnarũ, atque poplitum: adhucq; etiam minus arterijs carporũ & tarsorum: adhucq; minus arterijs temporum, digitorumq;. Non potest itaque pulsus vnus in quantitate distentionis moderatus esse, ne si optima quidẽ sit natura: sed in motu, & robore, cæterisq; generibus vnus esse per oẽs arterias potest. Neque enim possunt, dũ in natura sua constat homo, præsertim si optimã adeptus constitutionem sit, quædã celerius arteriæ, aliæ tardius, vehementius, languidius, durius, mollius, crebrius, rarius pulsare: sed similẽ cum inter se mutuo, tum cũ corde motũ omnes, necesse est, habeant: magnitudine vero vt eorũ differant corpora, ita distentiones par est diuersas esse. Putabis igitur ad manum esse solutionem hæsitationis: quòd nihil causæ sit, quin, qui carporũ tantũ arterias semper tangat, quantus in optimis naturis sit pulsus earũ, noscat: & vero etiã quantus in alijs quisque, si cum hoc cõparetur: Et hercle, si velis arterias etiam tarsorũ pedum tangere, aut partium aliarum corporis, distentionis retinenda quantitas est in optima quidem natura, quò possis ad hos æstimare earundem partium pulsus, qui in alias naturas incidunt: neq; hic quicquã consecuturũ absurditatis, aut difficultatis, neque multũ laboris in cognoscẽdo fore. Verum, hæc qui dicit, in libro de optima corporis constitutione ignorat demonstratum esse, æque in magnis corporibus, ac in paruis, constare eam naturam posse. Quod si sciret, nequaquam neq; ipsas arterias singularum partium duceret, neque distentiones earũ, parẽ possidere in omnibus

bus optimis naturis magnitudinem: cæterum, prout magna sint corpora vel parua, ita variare. E Vnde fit, vt non dum discussa prima sit hæsitatio, quia moderatum vnũ inuenire in distentionis quantitate non valemus. Proinde operæpreciũ est, quando hic prorsus hæremus, oẽs medicos demirari, qui magnos temere appellant perpetuo & paruos pulsus: quãtus aũt moderatus sit, ex cuius cõparatione alios reperiemus, non tradunt. Videantur.n. parum distincte illi eiuscemodi pulsum concepisse, sed, referentes potius ad aliquid, magnũ vel paruũ dicere, perinde vt maiorem & minorem. Equidem ẽt nostræ memoriæ soleo præstantissimos medicos, vbi tangendo aliquo, magnum vel paruum esse dicant, frequenter rogare, quo'nam illum dicant maiorem, aut quo minorem. Illi naturali respondent. Iterum cum quæsiui, quo illo naturali, non modo existimant non dignam inuestigatione questionem, verum etiã demirãtur, si cuius putem eos alius dicere, ac ipsius ægroti, quem in præsenti tetigerint. Quin hoc latere ne pueros quidem autumant, alio alium per commodam valetudinem maiorem & minorem pulsum habere. † Atque hæc quidem hi dictitãt. Quid aũt illi, qui his præstant, qui libros nobis de pulsibus reliquerunt conscriptos, alia'ne sunt in opinione, an in eadẽ illa? Hi quidem certe dicunt veris medium & autũni efficere maximos pulsus, hyemis & æstatis minimos: quæ inter hæc tẽpora intercedunt, medios inter magnos & paruos. Nã videntur mihi ne hi quidẽ absoluto sermone proferre magnos vel paruos, sed referre aliquò. Itaque sunt in illis, pro anni tẽporibus, qui adscribant, in hunc modũ: Veris mediũ & autũni maximos, pro anni tẽporibus quidẽ, pulsus efficiunt. Iidem nec in ætatibus scribunt absolute, vt alij magnos esse iuuenum, puerorũ paruos, & senum: sed addunt hic quoq; pro ætatibus. Proinde sic pronunciant magnos & paruos, vt si maiores dicant & minores: nimirũ eos comparantes mutuò, non moderato. Nam mutuò, ipsam puto demonstrare rerum, de quibus differunt, naturã: nã non omnium mortalium medio vere æque pulsus maximi sint, sed cuiusque pro sua natura. Porrò id ipsum quoq; crassa ratione omnino indistinctũ est & confusum: nugæ enim sint meræ, si cẽseas illi, qui biliosa sicca calida & adusta natura est: aut contrà, qui pituitosa atq; frigida, maximos medio vere pulsus esse. In disputationibus ita vtique, & uerbotenus forsitã videant habere: quod si periculũ facias, non reperiantur. Quippe calidiores & sicciores tẽperamento non expectare cõspicias medium ver, sed multo habere ante, suos maximos pulsus: iã contrarios his humidiores & frigidiores longe vltra medium ver, ineunte iã æstate: soli vero, qui optimam sunt nacti constitutionem corporis, inueniantur medio vere maximos suos pulsus obtinere. Eadẽ in ætatibus ratio est: inter quas temperatæ medio vere: intemperatę ante vel post habent pulsus maximos. Verum nullus hæc quisquam medicus distinxit: adeo vt, si omnes homines parem statum in vtroque anni tẽpore haberent, ita respondeant. Tametsi Hippocratis scripta neminẽ puto latere, quæ ille & quàm multa de anni tẽporibus reliquerit: qui aperte ostendit, || nec naturas, nec ætates ab ijsdẽ anni temporibus perinde oẽs affici: quosdã.n. robustiores simul hyems salubriores q;, & in oẽs partes meliores: aliquos æstas reddit. Qui fiet igitur, vt, quod commodat iuxta, atque id, quod officit, mutet pulsus? Quin aũt illos pudet adeo nobis nude scribere, & præter oẽm distinctionẽ: Mediũ ver pulsus creat maximos? nam, ni additum sit, quibus'nã maximos, nihil didicerimus. Quin porrò, cum dicant, æstate & hyeme paruos pulsus fieri, hoc certe, vtrum tẽpus reddat minores pulsus, sustinent adiungere? Neque vero paruum.s. peccatum dicent, si hyeme putes æstatem minores pulsus efficere, hæc vero forte maiores efficiat: vel, si hyemẽ ęstate, cum cõtra se res habeat. Nã, quodcunque dicas de his tribus, siue æstatem hyeme, siue hyemem ęstate, siue pares vtrobique pulsus esse, nisi addas, quibus, mentieris. Sin apposueris & distinxeris pro naturis corporum, & ætatibus, vnumquodq; ex tribus verum sit: quemadmodũ nos, vbi de his priuatim egimus, explicauimus. At neque se ipsum quisque, neque sese illi mutuo potuerũt hic coarguere, ꝙ tũ multa falsa, tũ multa indistincta dixerint: quod illis nulla alia re vsu venit, præter ꝙ moderatũ cuiusque generis pulsum ignorarent prorsus. Nã quã ob rem, cũ inter se mutuo tam decertent acerbe, de hoc ne verbũ H quidẽ faciunt, sed prætermittunt misere? Nullam sane aliam ob causam, nisi quia nihil eorum cũ intelligerent liquido, sed confuse oĩa & minime distincte, vnũ scilicet, qui primo hallucinatus est, secuti omnes sunt: & de illis, quæ nihil propè artis administrationibus nec obsunt, nec accommodant, acriter non mutuo tantum inter se, sed cũ Herophilo etiã digladiantur: idq; cum contentio illis de rebus obscuris existat, quæ longã quærunt, quò declarentur, & prolixã orationẽ: de rebus vero tã illustribus clarisq;, vt vel solo sensu deprehendi possint, neque scribunt elimate, neque reprehendunt errantes: nec vero, si quis veterũ quicquã scripsit, quod ab sua sentẽtia abhorreat, meminerunt. Cęterũ pueri esse confirmauerunt paruũ pulsum, & itẽ senis paruũ: vtrius aũt sit eorũ minor, prætereunt: tametsi de vtroque Herophilus plane, si diligenter eius libros reuoluas, conscripsit. At ridiculus sim, qui hæc explicata ab illis postulem, cum ne prima quidẽ, nec simplicissima recte atque ordine tradiderint. Itaque paruum dicunt pulsum pueri, quẽ nunquã Herophilus paruũ appellauit, sed modo satis magnũ, modo insigniter, vel eiuscemodi quopiã nomine vocauit. Tũ, quæ causa sit, inquirunt, quæ arterias moueat: & eorum, quæ de hoc scripsit Herophilus, ꝑter mittũt nihil: de præceptis vero, ꝗ ad artis opa intersunt, recte'ne Herophilus, an secus tractauerit, verbũ nullũ, ò dij ĩmortales, fecerunt. Atq non'ne lõge ꝑstiterat, si, ꝙ quatuor statuit Herophilus facul-

† *Al. An sic quidem hi: qui vero his præstat, qui libros &c.*

* *Al. unoquoque.*

3ª. aph. 2. 3. 10. 11. 12. 14. 18. Ext. ord. 20. a. Et de aere, aq. & loc. 2ª. 4. b. c. Et in lib. de humorib. nõ longe a fine.

A facultates,quæ animalibus moderantur,de hoc nihil quærerent,nec atrociter rixarentur, vel cum
oppugnarent: ſed,ſi confutatum hominē vellent,& conuiciū inaniū ſuarū nugarū,ea proferrent,
quæ refragantur his,quę ſunt plane euidentia,idq; cū aduerſus illū tm̄ poſſint cogere teſtiū nume
rum? Etenim cū illos,qui poſt Herophili ætatem de pulſibus ſunt cōmentati,tum ſuperſtites pe-
nè omnes teſtes habebunt, pulſum puerorū minorē ſenū eſſe, atq; adeo multo quidem minorem.
Etiam quidam mihi nuper,ridēs vniuerſam quæſtionem,dictabat non dignam eſſe rem,de qua
diſputetur: lōge ſiquidem puerorum minores eſſe: quo rectius nihil de his proditum literis eſſe.
Tales cum habeant ſexcentos teſtes,& alioqui Herophilū perpetuo oppugnēt,iſta,miror,quid ſe
mel prætererint,nec etiam,an hæc ſcripſerit,ſciant. Nimirum non multum de medicina laborant,
ſed de his duntaxat ſententijs,quæ nugas accumulare in diſputationibus poſſunt. Quare hæc tan-
tū ex Herophili ſcriptis capita decerpunt,cetera repudiant prorſus: quod in cauſa eſt,cur ignorēt
Herophili ſcripta,ſi quæ mirifice ad artis opera faciunt, ſed repugnant ſuis decretis. Ideo q; de rhy
thmis etiam,quæ prima ætate debebant in muſicis ludis addiſcere, hæc temere inſerunt libris me-
dicinæ. Quibus accidit,quod ſero diſcentibus ſolet. Nam tacere,ēt ſi ad aliam artem ſpectet,nō va-
lent: rhythmus vero,quæ ſuppeditet ſigna,nemo ſcripſit illorum vllus. At Herophilus, qui aliā
B viam, ac illi, ſecutus eſt,prætermittit, quæ diſcenda de muſicis erant, imbutis probe in arte: mox,
vt ſi ea teneant,apud eos diſſerit,quod medicinæ conducit,ex ijs accipiens. Illi vero, vt præclaram
iſtam,quēadmodum iſti appellant, τεχνολογίαν de rhythmis enarrarunt,nihil poſtea ſtudent oſtē
dere,qua ratione ex illis præſagiendi quid,vel denunciandi compares facultatem. Itaq; etiam pue
rorum eſſe aiunt paruum pulſum,contradicente Herophilo: nec vero hactenus ſtudent perpēde
re,vt,quæ apud mortales magna & parua diſtentio dicatur,queant aſſequi. Quippe veſicarū, fol-
lium fabrorum,vtrium,ventrū,vterorum, omnium denique rerum, quæ prædita cauitate aliqua
ſunt,magnas & paruas diſtentiones ſolemus vocare. Itaque paruū ſæpe eſſe tumorem ventris dici
mus,magnum ēt,verbi gratia,veſicæ: & paruū vtris,ventris magnum. Dicemus etiam interdum
magnopere veſicam intumuiſſe,& diſtentam eſſe maxime: vtrem autem & ſaccum,qui xx eiuſce-
modi veſicas capiant, nō dum maximam diſtentionem eſſe conſecutos. Cenſemus.n.ni fallor, id
cuiuſque cauitatem corporis eſſe diſtentionem æſtimandam,non abſolute pronunciandā ad eun-
dem vbiq; modum: nam eſt certus in qualibet re modus,in quo nec contendi tunicas, quæ cauita
tem ipſam cōplectuntur,nec remitti contingit. Ergo,vbi aduertitur tēſio in illis vel cauitas,tum
magnas dicimus & paruas diſtentiones eſſe: quandiu nec ſenſibilem etiā cauitatē cernere poſſis,
C neq; dum tunicæ laborent diſtentæ,modicam illā & moderatā,& natiuam corporis diſtentionem
dicimus eſſe. Quid ergo eſt difficultatis ex his progreſſos arteriā intelligere,cum ſit corpus & hoc
concauū,habere terminos oportere motus ſui in vtranq; partem,nec nimium diſtendi (rūpat.n.)
neq; in arctiſſimum conſidere: obſtare.ſ.naturā tunicarū duram,quæ ægre contrahitur?

Quis ſit Moderatus pulſus in Quantitate diſtentionis: & quæ ſit eius dignotio. CAP. 4.

QVare eſt quædam iuſta arteriæ diſtentio,vt neq; contendatur,neq; laxam quāpiam ſuam par
tem relinquat,quā eſſe moderatā & naturalem dicemus: ſin minus, in vno eodemq; homi-
ne dicamus,neceſſe erit,magnos,paruos,& moderatos pulſus eſſe. Atqui in optima na-
tura abſurdū eſt non oēs moderatos eſſe: & longe hercle abſurdius, ſi idē ſit pulſus magnus ſimul
& paruus ac moderatus: Magnus,ſi cū minoribus comparetur: ſi cū maioribus,paruus: vtriſque
ſimul,moderatus. Oportebat vero,cū minori confert,eum maiorē appellare: cum maioribus, mi-
norē: cū vtriſq;,mediū. Eo.n.pacto nobis vocare licet optimarū naturarū pulſus,inter ſe illos qui-
dem maiores & minores,oēs tñ moderatos: ſi quid ante dictorū meminimus,cum naturā dicere-
mus propoſiti corporis ſpectandam eſſe,vbi indagare moderatū,magnū,& paruum inſtituimus.
Quòd ſi corporum inter ſe ſimpliciter comparemus magnitudines,maius, minus, medium inter
D vtrunq; nominabimus: magnū aūt,vel paruū,vel moderatū haudquaquam: Maius.n.eſt quod
minus excedit: at magnū,quod moderatū ſui generis. Ita.ꝓ refertur vtrunque ad aliquid: ſed ma-
ius ad cuncta minora comparamus: magnum ad vnum duntaxat eiuſdem generis moderatum,
quo ſi maius ſit, vocatur magnū. Idem vice verſa in minore & paruo accipiendum eſt. Moderatū
& mediocre eſſe dicendum eſt,quod in ſua propria natura conſtat: et immoderatū immodicūq;,
quod naturā ſuam reliquit. Quando igitur corpus eſt cauum arteria,diſtentio eius,neceſſe eſt,in
terim proprie & moderate,vt poſtulat vſus,cuius gratia creata ab natura talis eſt, præterea vt eius
poſtulant tunicæ: interim immodice,perficiatur. Oſtendi autem alio loco hactenus eam in opti-
mis naturis ſolere dilatari,quoad vſus largiter impleatur,& nihil offendātur tunicæ. Proinde,qui
regulam velit attendere in magnis pulſibus & paruis dignoſcendis,optima natura inuēta, cogni
toq; vnius in illa arteriæ cuiuſcunque,tumore corporis atque diſtentionis,recordandū illi & æſti-
mandū eſt,arteriam hac maiorē quanto oporteat maiorem habere diſtentionem in optimis natu-
ris. Quę ſi tanta reperiatur eſſe,quantā fore conijciebat, ſic moderatum pulſum appellabit: ſin vel
maiorē hac vel minorē, magnū vel paruū. Arteriæ deprehendet in optima natura magnitudinē
aut per diſſectionē,ſiue ea caſu, ſiue de induſtria fiat: aut colligendo ex ſignis, quæ in libello de op
tima corporis cōſtitutione prodidimus. Quòd ſi neſciat ēt, quāta ſit arteria ꝓditis optima natura,
pulſus

pulsus quidē certe eorū memor, si in alterū postea incidat, & colligere possit, vtrum par sit maio- E
res hunc an minores, ꝙ illum, habere arterias, cū tumore iā distentionis conferre poterit, atq; con iectare, an magnus, an paruus, an moderatus pulsus sit. Etenim, si, quo videt̄ arterias maiores habere homo, qui comparatur, hoc maiorē ēt habeat distentionem, moderatū dicemus pulsum esse. Quòd si arteriȩ magnitudo videatur superare magnitudinem distentionis, aut sit minor, magnum tunc vel paruum vocabimus: si arteriæ appareat maius corpus esse, quā pulsus, paruum: sin arteriæ minus, & pulsus maior, magnum: Haud aliter in reliquis generibus pulsuum, vt in genere ipsius motus, in quo celeritatem & tarditatem dignoscimus: In genere quietis, in quo crebritatē & raritatem: Contentionis, in quo vehementiam & remissionem: Ad hæc corporis arteriæ, in quo duritiem & mollitudinem. Nam per hæc omnia, tū moderatū inueniemus in optima natura: tum immoderatos vel ob excessum vel ob defectum, non inter se, sed cum moderato comparabimus.

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER TERTIVS

F

ARGVMENTVM LIBRI

Rationem docet Dignoscendorum pulsuum, qui in Qualitate motus, in Quantitate item distentionis, ac Proportione motuum & quietum consistunt.

Declaratio Definitionum Celeris & tardi pulsus: Ratioq; eorum dignoscendorum. CAP. I.

Oderatum pulsum in quouis genere, intelligentia & dignotione priorē immoderatis esse, atque arterias in corporibus optime comparatis cum mediocritate quadam pulsare, in superiore libro declarauimus. At, quæ respicieda sint indicia, & quomodo pulsibus applicandi digiti, vt tactū exerceas ad facile prompteq; cum mediocritatem eorum dignoscendā, tum excessus & defectus, deinceps dicemus, inducto à genere motus exordio. Atque temporis quantitatē solam moderati motus & immoderati non idoneū signū esse, sed & per quæ vectum interualla sit, quod mouetur, respiciendū esse, supra abū- G
de demonstrauimus: quo ēt loco illos confutauimus, qui definitionem perperam celeris pulsus interpretant̄: at nos tñ ipsi, quemadmodū potissimū accipienda sit, non aperuimus: itaq; nunc id faciemus. Neq;.n. multis verbis opus erit, ꝙ, quæ ad eam pertinent intelligēdam, iam ante exposuimus: nā ēt interest ad rem præsentem hęc narrauisse. Cum ergo quis terminat pulsus pauco tēpore motū nobis, celer vocetur: & tardus, qui multo. Ante horū nominū explicatas significationes non iniuria quidā sunt hallucinati, existimantes idem multum ac plus, paucum & paucius, significare: nunc, quia ostēdimus hæc quidem ad rem quālibet semper referri, illa vero ad moderatum tm̄ sui generis, omnis iam sublata est difficultas intelligendi, quemadmodum celeris pulsus pauco tempore motū dicamus terminari, & multo motum tardi. Nā, si hoc prius nobis constet, moderatus pulsus quanto tēpore quantū confecerit spatium: deinde alterius offendamus, qui par habuit tēpus, minus interuallū: multo hūc tēpore dicemus motū esse. Atqui nemo mirari debet, si duorum motuū, quorum temporis quantitas par sit, alterum tm̄ multo tempore dicamus factum esse, non perinde vtrunq;. Etenim, si duo pueri dimissi in diuersos locos sint, & simul reuersi: alterum, ꝙ iter pauco tempore absoluerit, collaudamus: alterū culpamus, ꝙ multo: nā ex viæ longitudine æstimamus, cum paucum vel multū temporis dicamus, non absoluto sermone. Eodē ēt modo pul H
sum dicemus, qui pauco tempore fit, celerē esse: ac tardū, qui multo: definitionesq; probabimus illas, ita interpretando, vt diximus. Quòd si cui modus ille videatur coactior, memoria repetat demonstrasse nos, si altera significatione dictio accipiatur, definitiones falsas esse: detq; operam, vt alias definitiones fingat. Neq;.n. quō definiendū sit, hic instituimus disceptare, cæterū vt rerum diligenter atque accurate notiones constituamus: vt ne, si in his offenderimus, simul in dignoscēdis pulsibus offendamus. Proinde, quid requirat̄ ad dignoscendū, declaratū à nobis est. Iam, si discere ēt cupias hæc definire, non illa quidē fortassis ingrata exercitatio sit, non ad institutū tñ necessaria. Quo nos minus de istorū pulsuum rōe definiendi agemus: etenim cū omnino nō est necessariū: tum etiam, si cui necessarium videatur, nihil cum hac instituta commentatione est coniunctū: verum in quarto libro de pulsuū differentijs large nos de his tractauimus. Notionis tm̄ in præsenti qn̄ instituimus mentionem facere, seriem orationis persequamur: nam nunc quidem, quod in ijs inuenimus, locus est dicendi, ad eum dignoscendum magnopere faciens: atque adeo, si verum dicendum est, summam iam aperiam. Nec quātitatem temporis, nec interualli respiciendam censemus: immo ne proportiones quidem illorum, de quibus verba fecimus in superiore libro, cum celeriorem pulsum & tardiorem doceremus. Illic enim non potui illa præterire, quò errorem præciderem

A ciderem his, qui ex solius temporis quantitate de ijs existimant, quæ ad dignoscendum laboriosa mihi & longa, difficilisq; æstimationis & iudicij, adeoq; impossibilia prope visa sunt. Nam celeritatem quidem & tarditatem, vt primum occurrit arteria, noscimus: rationem vero temporis ad tēpus, & interualli ad interuallum, vt exploremus, opus nobis lōgo tempore est. Itaq; ista nihil nos morantur, vt expendamus ad pulsus in ægrotis dignoscendos. Sed, vt, si ante oculos quempiam videamus, impetus motus celeritatem potest ostendere: ita vsu venit in arteria, nam aut incitatū, aut remissum eius motum inuenias. Omnia enim corpora, quæ mouentur, ex locis, vbi mouentur semper, dignoscimus, quomodo moueantur: quæ vbi in locis remorantur, tardum esse motū prædicamus: vbi facile discedunt, celerem. Hic scio futurum, vt quæstio se physica offerat, an corpus, dum mouetur, ēt maneat aliquo modo: atqui in commentarijs de motu illud ita, vt quod maxime, probatur verum esse. At à tantis in præsens quæstionibus declinemus, ne implicemus nos. Quod informat tantum sensus ad dignoscendos celeres & tardos pulsus, hoc, satis est, si dicamus: nimirum vnum motum cedere videri locis facile, in quibus semper fit, aliū diutius inibi commorari: itaque hunc tardum, illum celerem vocari. Nam ex locorum transitu sensus dignoscit, nō ex totius motus tempore, nec separatim & solo, nec quatenus cum quantitate comparatur. Itaque ce B leritatis & tarditatis facile notitiam consequimur, non perinde consecuturi, si quantitate temporis & interuallorum aucupata, eorum sustineremus proportiones obseruare. Enimuero non sustinemus: nam, vt primum aciem intendimus, momento temporis, moram nos corporis, quod mouetur, deprehendimus: ex qua conijcimus transitum. Quò fit, vt, quę eminus cernimus, hæc nobis interim diutius videantur consistere, licet agitentur velocissime: vnde liquet ratione nos motum colligere, non sensu deprehendere. Siquidem, cum prima quæque sensibilis pars corporis, quod mouetur, in primo sensibili loco subsistat, primo sensibili tempore, tum immobile, quod cernimus, videtur esse: At vero, vbi prima sensibilis pars, in primo sensibili loco, quàm primo sensibili tempore, subsistat breuiore tempore, tum videtur moueri. Singula enim, quæ diximus, dissecari, quod ad naturam attinet, in infinitum possunt: sensu vero si æstimes, primas certas habent & indiuisas partes. Quod planum facit ratione omnem motum, non sensu dignosci. Quia vero sensui ratio coniuncta est, & mentis est transcursus velocissimus, sæpenumero non ratione, sed deprehendi sensu videtur. Nam, quorum primo sensibili tempore, prima sensibilis pars, in primo sensibili loco manet, horum tantum nos motus aperte fatemur non sensibus, sed ratione animaduertere, vt gnomonis vmbræ, Lunæ, Solis, omniumq; siderum, quæ à nobis longissime remota sunt. Quorū C autem, vt dixi, breuius est tempus primo sensibili, nullo tempore prædita horum mansio migratioq; videtur: quippe, quod minus primo sensibili tempus habet, omni mora hoc putatur carere. Sed hæc priuatim præstiterit commentari eum, qui cum hæc, de quibus agimus, aueat probe discere, tum alia in medicina multa. Nobis vero satis hæc erunt ad demonstrandum non esse temporum & interuallorum respiciendam quantitatem, sed ipsam qualitatem motus: quæ est explicatu quidem difficilis, sed horum, quæ docuimus, ope (nisi sis prorsus stupidus & iners) non magno negocio verum, vt homini licet, consequere. Multoq; magis, si dignoscendos inęquales celeritate et tarditate pulsus mediteris, originem ducere eos inuenias ex qualitate motus. Ac vnius quidem distentionis sæpe initium motus planè celerius videtur, proximum tardius, iterū finis celerior: nec hîc quantitates quasdam aut temporum aut interuallorum, sed ipsam vnam motus qualitatem attendimus. Quo minus leuiter palpandum est, vbi genus hoc perpendimus pulsuum: nimirū sic extremū motus finem sentiamus duntaxat, nō integrū motum. Ex quibus iam liquet eiuscemodi pulsus prorsus non oportere paruos esse, nec languidos: neq;.n. trifariā possis motū dissecare, nec in paruis interuallis, nec in facultatibus imbecillis: ꝙ obstet illis paruitas, quæ diuidi se in sensibiles partes nō patitur: hîc impediat facultatis infirmitas, quæ concidit ad pressum. Quam ob rem D nec in pulsibus lethargicis deprehenderis inæqualitatē, quæ tñ adest forsitan, quia omnino, quo dignoscatur, vult comprimi: at hoc præ imbecillitate non sustinet. Quare, qui cuiq; pulsui inuenturus sit contrectationem appositam, hunc singulari prudentia esse, & expertū in dignoscēdo oportet. Nam, si maximus pariter & vehementissimus validam fert compressionem: atque alius quisque, quantum à vehementia vel magnitudine abest, tanto minorem: primū, quantū à maximo & vehementissimo recesserunt, ad vnguem perspiciendum est: deinde ratio ineunda est, quantum sufficiat compressionis id genus pulsibus impartiuisse: vtrobiq;.n. offendamus, necesse est, siue excedamus proportionem, siue non assequamur: quòd, vbi minus iā premamus, præteritura nos sit interni pars motus: vbi vero amplius, externi. Itaq; primū, motum aliqñ inæqualem esse non percipiemus: deinde male etiam de toto motu sæpe iudicabimus, eo quòd male perpenderimus partes. Si enim vel pars eius prima, vel altera celerior sit, & nobis earū tm̄ altera sit explorata, nō possumus primum vniuersum inæqualem motum esse scire: deinde vel celerem vel tardum arbitrabimur eum esse, cum neuter planùm sit: siquidem, cuius celeris erat pars prima, & altera tarda, hunc nec celerem absolute, nec tardum iure vocaueris. Quare (vt oratione in summam collecta alio me conferam) in optima constitutione moderatus motu pulsus erat non ex interualli nec temporum quātitate explorādus: sed ex ipsa, vt diximus, qualitate, quo pacto discedat ex locis, dicebamus animaduer-

maduertendum esse: cuius memores, qui decedere celerius videatur, celerem: qui tardius, tardum E appellemus: repræsentari aũt hoc, vt primũ est admotus tactus, prius, ꝙ totũ arteria spatiũ cõfecerit. Proinde, si pulsus æqualis sit, non expectamus vniuersam distentionem, sed ex parte eius facere de tota coniecturam possumus: qui si inæqualis sit, oẽm assequi dicebamus oportere, tactumq; pro magnitudine pulsus & vehementia varie applicare. Atq; de genere motus hæc in præsentia satis sunt: eius enim nos iterum † in pulsibus dignoscendis mentionem, necesse est, faciamus.

† *Al. de præcognitione ex pulsibus.*

De quantitate Distentionis dignoscenda. CAP. 2.

DEinceps de quantitate distentionis agamus: nam, cũ corporis arteriæ dimensiones tres sint, longitudo, latitudo, & profunditas, nullam possumus totam sentire. De longitudine apertissimum est: vtrinque enim arteria vsque ad terminum extremum pulsat. At paruæ eius parti inijcimus tactum, quanta extat ex obiecti corporis mole: quæ quidem ipsa efficit, vt lõgus vel breuis pulsus sit, eò ꝙ non possit attingi omnis arteriȩ longitudo. Sit tñ hic ẽt aliquid in qualibet corporis natura, quod elucescat sub cute, in optima natura moderatum: si quid supra hoc sit, longum: si quid infra, breuem reddit pulsum, qui non põt numero digitorũ definiri: sicuti quidã, si quatuor digitis obuiet, esse dicunt lõgum: si tribus, medium: si duobus, breuem. Neq;.n. corporis optimæ naturæ vna est mensura, sed in vna qualibet facile quantitatem assequere, vnius ope, modo colligere proportionem possis: Cum qua postea si alios homines conferas pares totius corporis magnitudine, dices vel longos vel breues pulsus habere: eodem modo latos, angustos, altos, humiles: ac in tribus simul dimensionibus, magnos, vel paruos: vbiq;.n. ad moderatum referemus, cum alios æstimamus. At.n. singulos esse in singulis alijs pulsuum generibus moderatos: sed in sola quantitate non plane vnum, sed suum cuiq; corporis parti, antea explicauimus. Hoc tamen nõ est huius loci, sed volui dicti vos admonere: itaq; ad institutum iã par est reuerti. Institui vero docere, sensu nullius dimensionis exacte dignosci posse quantitatem: cuius rei cã partim omnibus cõis, partim sua cuique est. Primo loco cõem exponã. Nã, quando inter arterias, quæ nuda sit, nulla est: sed vestiunt eas multis locis pauciora & subtiliora corpora, multis ẽt locis plura & crassiora: plane in aperto est, non perinde oẽs arteriarum motus posse sentiri, sed illarum magis, quas pauciora tenuioraq;: harũ minus, quas circumijciunt plura ac crassiora corpora. Atq; hȩc cõmunis est. Propria singularum dimensionum: longitudinis, ꝙ permultum intersit, inter verã & apparentem: latitudinis, ꝙ parum: profunditatis, ꝙ minimum. Nam, cũ sæpe longa tres cubitos vniuersa arteria sit, tres vel quatuor duntaxat digiti percipiunt arteriæ motũ: reliqua pars à corporum obiectorũ numero occultatur. In latitudine, cũ præ corporibus, quæ illam vtrinque cingunt, multis illis & crassis, neq; tactus ipsi corpori arteriæ applicari possit, neque per crassitiem illorum & multitudinẽ foras motus perrumpat, multis locis omnino motus perit, multis ẽt in maxime angustum cogitur: G totum vero, quia arteria nullo loco nuda est, videas nusquã. At vero, ne profunditas quidẽ vsquã plane est nuda, vt possit saltem in ea elucere eius vniuersus motus: sed, si nihil aliud, cutis certe ambit eam, per quam pulsum sentimus: itaq; tecta fuerit hæc quoq; certe aliquatenus. Quæ cum ita sint, dabimus operam, vt optimam rationem monstremus dignoscendarum singularum dimensionum: ac primo dicemus de longitudine. Atq; esse hanc censendam optimam, quæ motus maximã partem sentiat, clarissimum est: nam, vt, si sentiri omnis valeat, primũ hoc sit: ita, posteaquã hoc non põt, vbi nulla pars eius, quæ quidem animaduerti possit, lateat, tactionem existimamus optimã esse. Quõ aũt eam possis instituere, faciam, vt declarem: si ob oculos prius proponã in tribus his oẽs positas esse sensibilium cognitionum differẽtias, in natura, exercitatione, & modo applicationis. Nam, qui tactum natura appositissimum ad sentiendum, & probe exercitatum habet, tum etiam sensibilibus decenter admouet, optimus hic explorator sit eorum, quæ intus sunt condita: qui hoc est aliquatenus inferior, ꝙ; maxime ab illo abest, tam pessime absolutã cognitionẽ consequetur. Explicabo igit huic, qui optime natura comparatus est, & exercitatus nõ segniter, qua H applicatione tactus ad vnguem (vt homo põt) motum sentiat arteriæ. Et, quia de prima dimensione, videlicet longitudine, institui dicere, accommodatissimum huic modum tactionis aperiã. Omnino non premat, immo sæpe leniter palpet, & veluti suspendat manum. Accommodatus est hic imprimis modus paruis pariter & imbecillis pulsibus: nam, hos si aliquatenus premas, motus pereat magna ex parte, & sæpe vero etiam vniuersus. Nam pro quantitate pressus, & qualitate præterea arteriæ contentionis, modo multũ imminuitur eius motus, modo minus: est, cũ perit totus. Quocirca ad longitudinem dignoscendam summa cautio est, vt præter omnem pressum tactũ admoueas: etenim modicum pressum non grauiter ferunt quidẽ pulsus vehementes: non lædẽtur tamen ne hi quidẽ, si in palpando nihil premas. Qui modus attingendi quando optimus est lãguidis pulsibus, nec incommodus etiam vehementibus, caue, præponas illi aliũ. Porrò est illud ẽt explicandum, quod non obscure aduertit, vbi diuersas partes premas longitudinis arteriæ, motũ nõ perinde videri in omnibus offensum: cæterũ in partibus altioribus maior est noxa, minor in inferioribus. Et vero frequenter noxa non animaduertitur in vehementibus pulsibus, secus in languidis: nam, in his si inferiorem partem presserimus, luculenta superioribus noxa datur. Superiores aũt & inferiores quõ hoc loco accipiendæ sunt, non est obscurum: vt remotissimæ à corde partes,

inferiores:

A inferiores: & viciniores appellentur superiores: hoc in artubus quidem perq; est solenne, nō itē in capitis partibus & colli. Itaq; ad omnes pertinet, vt diximus, cordi viciniores, si premantur, magnam iniuriam subiectis facere: remotiores, sæpenumero nullam, quę animaduerti possit, si bene vehemens pulsus sit: interim tamen manifestam, in non vehementibus. Atq; de longitudine hęc satis sint. Nūc de reliquis duabus agamus, quas non ita oportet duas numerare, vt, sicut in quadrangularibus & quadratis corporibus, videas separatim latitudinē, separatim ꝓfunditatē distinctam: sed, sicut in circulo & globo, confusa sunt oīa, vna vero quædam vel lineæ vel superficiei videtur circūferentia: sic esse in arteria putes: cuius cernitur in dissectionibus figura multis locis cylindrū, multis etiam conum referre. Quomodo igitur medicis in mentē venit seorsum de latitudine, seorsum de ꝓfunditate disserere, cum deberent, vt est, & conspicitur ex partitionibus, vnā longitudinem eius appellare, alterū circulum, vt certe multi frequenter vocant? Nō perpetuo possunt tn̄, nec hi, nec alius quisq;, cum de exemplis euidentibus narrant, longitudinē & circulū tantū appellare: sed exprimet sæpe necessitas, vt distentionem altam quandam vocent, & angustam: contra etiam aliam, humilem, latamq;: etenim hoc ita clarū est, vt ambigat nemo. Sic propter hæc manifesta euenta habere diuersas latitudinis & ꝓfunditatis notiones coacti sumus. Porro, sicut sensu

B percipimus eas differētias, ita circularē nos figuram sæpe animaduertere clare fatemur. Itaq; de vtraq; iam differentia dicemus in cōmuni, qua potissimum ratione applicandorum digitorū ad eas peruenire dignoscendas queas. Neq;.n. in ijs dignoscendis mediocris inesse scrupulus videatur, q̄ nulla admouendi tactus ratione valeamus sentire interuallum totum: neque cum leniter palpemus (nam ea extremas tm̄ partes sentiat motus: quæ præcedebat, ignoret vniuersam) neque cū premimus multum. Vt.n. omittam hoc in vehementibus tātū pulsibus permissum esse, contra ac prior, postremam partem ignorabit interualli, tm̄ sentiet primam. Iam, si alia vtamur applicatiōe inter illas media, & prima pars interualli & postrema nos fugiet. Hoc verum esse quisq; experientia discat. Nam, vehementes pulsus si premas (hos.n. premere solos fas est) nescies quanti sint: q̄ pereat fere in pressibus, vt ante significauimus, aliquid ēt de ipso motu: ac interuallū non iā parua ex parte, sed prope corrūpatur vniuersum: Contra, si leniter palpes, per quantum interualli sit motus delatus, nō diuines. Habes difficultatē, quæ sic explicatur, si, vt prorsus distentionis quātitatē

l. ex anti- q, quadam. sensu dignoscamus, nō laboremus, sed & ratiōe quedam possimus nihil læsa eē existimare. Neq; enim hoc nos quęrimus, vt sensu omnino, quæ accidūt pulsibus, cognoscamus, sed vt simpliciter cognoscamus. Ergo sensum requirit quidē omnis talis notitia, at tamen nō hunc solū, neq; quasi

C semper valeat quidlibet inuenire: sed satis est frequenter, si sensibilis affectus vnus totius rei denunciet essentiam. Eadē ratio eorū est, de quibus nunc agimus. Nā, si leniter palpes, aut pluribus in partibus occursum arteriæ, necesse est, sentias, aut in paucioribus: quo cognito, ad sensum ratio adiuncta nobis magnā distentionem suggerit esse, quæ multis partibus mouet tactū: paruā, quæ paucis. Age fac circularē eius occursum esse, quid, non ne clarum est, si insigni sit circūferentia circuli magnitudine, totā etiam crassam esse distentionē arteriæ: & vniuersam distentionē gracilē, si circūferentia sit parua? Neq;.n. magnis circūscribi circulis gracilis distentio potest, nec crassa minutis: cæterum quantitati distentionis necessario respondet circuli circunscribentis eā quantitas. Haud aliter ēt, si verus non sit & exactus circulus finis distentionis, sed quasi mutilus partim: id quod in altis & angustis, vel humilibus & latis vsu venit: ratio similiter subducitur quātitatis distē-tionis. Nam tum distentionis tum ascēsus fines, particulæ prorsus erunt, circuli: hiq;, prout appareant maiores vel minores vtrinq;, vel concauiores hac circunferentia vel gibbosiores, omnino vel longiorem vel breuiorem, vel angustiorem vel latiorem, q̄ est exacte circularis, hanc lineam, quę in præsentia cernitur, ostendunt. Vnde inęqualitatē nos latitudinis & profunditatis, totiusq; quantitatē distentionis æstimabimus. Age.n. videantur gibbosiores ac præruptiores obliqui occur

D sus arteriæ, præterea cauior quodāmodo & humilior in ꝓfunditate, adeo vt ne circuli qdē videatur circūferentia manere, sed veluti recta linea esse, profecto apertū est talē pulsum latum fore & humilem. Nam motus in latum amplius exporrectus, latum merito efficiat: at motus ascensu prohibitus humilē. E diuerso, si motus obliqui partes longe citra mediū constiterint, ac mediū ipsum satis videatur gibbosum esse, plane is pulsus erit altus angustusq;: si semel angustus eius in latitudine occursus euadat, vt non modo imminutus esse obliquus motus, sed & totus semel videatur perijsse, difficilis cognitu est, vel potius cognosci non potest, quātum in his est, qualis sit pulsus. Nam, nisi distinctiōes adhibeamus quasdā, nō assequemur, altus'ne sit, an humilis, an moderatus profunditate: nā oīa esse potest. Etenim, si humilis sit pariter & angustus, talis videbitur esse: &, si altus simul & angustus, eiuscemodi apparebit: deniq;, si moderatus ꝓfunditate vnā & angustus, talem dicas esse: nā angustiam is pulsus prorsus ex motu inhibito in latitudinē contraxit. Difficultas vero residet in profunditate: quæ, & si ex lōgo interuallo, et si ex breui, vel moderato motū oriatur, eandem tn̄ leniter tangentibus repræsentabit speciem: nam angustum motū percipient. Qua ergo ratione explorabitur? frequēter qdē etiā tactus effectibus, perpetuò tn̄ ratione. Primū de tactus affectibus dicemus, in qbus possis per eū manifesti deprehendere aliquid: licet autem in vehementibus pulsibus, qui, vt sæpe monuimus soli pressa arteria nō labefactantur. Prompta ergo

in illis quidem notitia profunditatis est pulsus. Nam, si presseris, forsitan vel ipso tactu, si exercita- E tus sit, & mollis suaq; sponte exacte sentiat, in notitiā aliquam peruenies interualli motus: sin minus, tēpus certe motus quantitatem declarabit interualli. Nā, si discernere sigillatim motus qualitatē poteris, in qua differentiā celeritatis & tarditatis reperimus: sigillatim etiam tpis quātitatem, vbi breues motus aīaduertimus: neutra te harum, si premas, fugiet. Quod si ambas assecutus sis, facile de interuallo conijcies. Esto celer motus & diuturnus, sanè apertissimum est maximo cum spatio delatū esse: contra tardus esto & breuis, sit vtiq; & hic minimo spatio deuectus. Atq; hoc pacto, si vehemens sit pulsus, ꝓfunditatis quātitatem dignoscimus: qui si languidus sit, nihil iam nobis sensus adiumenti adferre poterit, quòd motus in eiuscemodi pulsibus prelsu perditur vniuersus: quare ratione hic tota res inuestiganda est. Dicemus aūt de causis pulsuum, non oēs cum omnibus differētijs posse confundi: distinguemusq;, quæ illæ sint, & qñ, & quemadmodū. Itaq; ex alijs, quæ aperte sunt conspicua, quomodo etiam aliquid de obscuris deprehendas, inibi docebimus: ad hęc, cur angustus simul & languidus pulsus altus nunq̃ sit. Sed de his hactenus.

De Rhythmis dignoscendis. CAP. 3.

POsthac de rhythmis verba faciemus: quē ordinem secuti sumus docendi, q̃ coniuncta eius cum superioribus est exploratio. Nam natura quidem rerū ferebat, vt, quæ vna in parte pul- F sus, maxime distentione, genera consistunt, prius exponeremus, quod in cōmentarijs de differentijs pulsuum fecimus: verū, quia genera in vna parte posita, quæ de superioribus adhuc reliqua sunt, flagitant cōmunem tractatum: rhytmorum aūt genus adiunctā cum superioribus duobus generibus habet cognitionem (vt ipse de his sermo docebit) ideo posthac de rhythmis narrabimus, de duritie & vehemētia reijciemus in proximum librū: vt absolutam cōplectantur singuli cōmentarij generum disciplinam, quæ cōiuncta cognitione sunt. Quia iam in cōparatione tpis distentionis cum contractationis tpe rhythmus cōsistit, prius paranda separatim nobis vtriusque tpis notitia est. Hoc vero parum facile est: nam (memoriā si conseruauimus eorū, quæ primo in libro retulimus, vbi quæreremus, ecquid sentire totā distentionem & cōtractionem possimus, an pars nos fugiat vtriusq; motus) sciemus, q̃ sit laboriosum, adeoq; præter omnē nostrā facultatem, vt notitiam comparare oīs harum tpis possimus. Quo loco principiū distētionis ostendimus & finē cōtractionis non cognosci posse. Iam, quatenus aliquid nos motus latet, hactenus etiā tps. s. præteribit. Primum id est ipsum repetendū, declarandumq; idem non esse, quod in primo libro quæreretur, ac quod paulo superius: nam illic de distentiōe quærebatur absolute, hic de tpis eius quātite. Proinde, cum absolute quærit̃, an omnis sentiri distentio possit: quæ tactum fugit motus G pars, hanc confirmauimus non dignosci: in explorāda aūt eius quātitate, quātum promota spatij sit, aduertimus. Ac nō ita dudū diximus, modo finis distentionis habeamus verā notitiā, rationē nobis cū sensu cōiunctā subiecturā esse eius quātitatē. Itaq; possumus, quis, nisi externum finem motus, partem aliā nullā sentiamus, quātum is habeat tpis, ignorare: at tñ scire, quātū interualli ꝓ uectus sit. Horum alterum in primo libro discussum est: alterū non ita diu est, cū explicauimus.

Ergo iterū ad memoriam reuocemus, q̃ in vehementibus pulsibus, si modice arteriam cōpresserimus, ꝓspiciemus qdem initium motus, sed quātitatem ignorabimus interualli. Nec vero hoc ꝑtereamus, quod initio statim secundi tradidimus, non idem esse, quantitatem temporis examinare, ac celeritatem vel tarditatem dignoscere. His enim nobis in præsentia omnibus opus est: quo planè & distincte perspiciamus, ecquid inter spatij dignotionem, quo fertur arteria, & tpis intersit: & præter vtrāq;, quandam esse aliam vel celeritatis vel tarditatis æstimatricem. Siquidem prima, quam cōmemorauimus, explorat interualli quantitatem: quantitatem altera motus tēporis: tertia qualitatem motus. Ad rhythmum igit̃ dignoscendū nec primam quærimus, nec etiam tertiam, sed ipsam tantummodo secūdā. Quare instituenda manus ea applicatio est, quæ arteriæ motum accuratissime intuetur omnem. Itaq;, primo libro quæ exposita sunt, cum quæreremus, pos- H sit'ne sentiri vniuersus motus, memoria repetenda sunt: sciēdumq; vnam virtute esse & eandem quæstionem illam atq; hanc, licet diuersis verbis ponatur. Quæ oīa si cum animis nostris prius cogitemus, præsentis difficultatis assequemur explicationē. Sit pulsus qdā magnus, sed lāguidus: huius nequeas. s. deprehēdere totius distentionis motum, cæterum externi finis tm̄: sic etiā contractionis (si modo tm̄ possit) initium duntaxat & recessum, præterea nihil. Proinde leniter sunt istiusmodi pulsus, vt iam dixi sæpe, palpandi: qua tactus applicatione quantitatem animaduertere interualli distentionis poteris, tpis motus non poteris. At vero in contractione non tm̄ tēporis motus non inuenias quantitatem, sed ne ipsius qdē interualli: nam, illa vbi insensibilis euadat, omnium simul, quæ possidet, necesse est, fiat iactura. Adeo nonmodo interualli quātitas atq; tpis motus, sed & qualitas, in qua celeritatis & tarditatis cōtinētur indicia, nulla ex parte à nobis sentietur. Qui. n. motus etiamnum qualitas dignoscat̃ vniuerso sensum latente motu? nimirum requiritur prius essentia rei, q̃ ipsa qualitas: quæ qñ essentia prorsus sensum ꝑterit, non potest qualitatis parari notitia. Quæ ergo iam est in his pulsibus ratio, qua cōsequi notitiā rhythmi possis, vbi funditus contractio perijt, & de distentione saluus & integer solus externus finis est? atqui nec sentire contractionem in vllo languido alio possis. Itaq;, qñquidem motum distentionis atq; contra-

Aliter vt.

A contractionis arteriæ noſcimus tm̃ in his, qui languidi non ſunt, in horum etiam ſolorum notitiã rhythmi veniemus, digitis ita moderate applicandis (vti diximus antea) vt externi motus ne quid interpellent. Nam, ſi plus iuſto arteriã compreſſerimus, conſiſtere eius motum cogemus: niſi etiã in his rhythmus non poſſit dignoſci: ſiquidem perpetuò initium nos diſtentionis, & contractionis finis latet: &, niſi omnino parum, quod præterit, ſit, magnopere rhythmus læditur. Nam, hoc quidem fortaſſis etiam admittas, diſtincta oratione tñ opus eſt. In vehemẽtiſſimis enim pulſibus vera eſt oratio: in alijs ſecus habet, præſertim qui vehementiæ paruam partem habent, ꝙ ſatis magna pars ſenſum in his effugiat, quæ iam oſtendere rhythmum valeat. Ita hoc iam oĩa, quæ attulimus, fecerunt planũ, dignoſci in ſolis vehemẽtiſſimis pulſibus rhythmos: in alijs vero oĩbus, aut prorſus incognitos eſſe, vt in languidis: aut longe ab abſoluta notitia abeſſe, id quod vſu venit in minus vehemẽtibus, non iã languidis tñ. Atq; ſcrupulus quidẽ hic eſt: hunc, nos pro viribus faciemus, vt tollamus. Primũ, quia non cadit in pulſus languidos, & eos, qui non ſunt vehemẽtes, ſimile diſtentionis & contractionis incommodum, lenit hoc difficultatẽ non nihil. Nã, quã habet, rõnem totũ diſtentionis tẽpus ad totũ contractionis, eandem cum rationem habeant inter ſe quidẽ partes, quæ tactũ latent, etiam, quæ ſaluæ ſunt, eandem habebunt inter ſeſe rationẽ. Itaq; ex illis

.1.f.2.d.3.c. B præſentire nõ multũ interpellabimur. Nã, cũ duplum ſit, verbi gratia, omne contractionis tẽpus
0.47.a cum omni diſtentionis comparatum: duplum itẽ ſit, quod eſt ſaluũ, cum comparetur: per rhythmos præſenſionibus non aliter abundabimus ex partibus motus, quæ ſentiuntur, ac ſi totus is ſaluus ſit. At in languidis non perinde difficultatem explices: quippe, quod inueſtigant, qui diſtentionis tẽpus cũ toto reliquo conferunt, remediũ, adulterinũ eſt: quod vobis, prius faciam, vt declarẽ, deinde aperiã, vbi culpem id. Nam, cum pulſus quatuor partes ſint, diſtentio, contractio, & duę quietes, vna à diſtentione ante contractionem, altera à contractione ante diſtentionem: Qui eſſe contendunt incognitam contractionẽ, † diſtentionis tempus, quod motus appellant, ſeparant à reliquis duabus partibus, quas quietẽ & contractionẽ vocant: horum trium temporũ mutuam proportionẽ rhythmũ eſſe cõfirmant: Qui vero contractionẽ dicunt ſentiri, horũ alij diſtentionis tm̃ tẽpore cõparato cum tẽpore contractionis, rhythmum dicunt fieri: alij vtriq; motui tempus attribuunt quietis, quæ ipſum ſequitur. Atq; cũ tres hæ ſint de pulſuum rhythmis opiniones: qui à ſecunda ſtant, ad dubia illa aperte ſe fatentur, quid dicant, non habere: qui à prima & tertia, non defici conſilio fortaſſis videantur: Illi, quia cõſpicui motus tẽpus reliquo omni cõparant quietis, vt ipſi vocant: hi vero, ꝙ conſpicui motus tẽpus vnà cum tp̃e conſequentis quietis reliquo, initiũ con-

C tractionis ſtatuẽtis terminũ coniunctionis priorũ duorum tẽporum. Operæpretiũ aũt eſt vtroſque demirari: primos, ſi ea tm̃ meminerunt, quæ de contractione ſunt dicta: quæ de diſtentione, hæc exciderunt: nã, quantũ ſit in diſtentione interuallum, in languidis pulſibus ratione demõſtrauimus ſciri: tp̃s vero motus non poſſe cognoſci, ꝙ eius tm̃ externi fines ad ſenſum perueniãt. Miror igit̃, quemadmodũ comparare ſe dicant tp̃s diſtentionis cũ tempore omni reliquo: cuius tp̃s, quod ſentiri poſſit, omnino ſit paucũ: niſi quidem hoc ſane ipſum tantũ comparatũ cum reliquo toto volunt. Itaq; rhythmus illis proportio ſit conſpicui tp̃is motus in diſtentione ad reliquũ omne. Quod ſi dicunt, rẽ dicunt illã quidẽ, quæ fieri poſſit, ſed tñ inutilẽ: ꝙ præcognoſci ex tali rhythmo nihil poſſit, in quo tp̃s manifeſtæ partis diſtentionis cum reliquo vniuerſo comparatur, quod ex tp̃e conſtat externæ quietis, contractioniſq;, & tertio internæ quietis, præterea quarto partis diſtentionis, quæ conſpicua non eſt. Prӕterq; vero, ꝙ nihil omnino commodi ex iſtiuſmodi doctrina percipi poteſt, notionem & rhythmi hi cõfundunt, vt ſi quis, muſicum qui ageret, non tẽporis eleuationis ad poſitionis tp̃s proportionẽ eſſe diceret rhythmum, ſed partis manifeſtæ eleuationis ad reliquum totum. Nec minus errãt illi à tertia ſecta, qui eo duntaxat, ꝙ tp̃s externæ quietis tempori diſtentionis addunt, illis ſunt ſapientiores. Quòd vero etiam ipſi in obliuionẽ venerunt con-

D tractionis tp̃s ſenſum in languidis pulſibus non dignoſcere, æque peccauerunt. Porrò tertium ẽt hi inſigne ponunt, contractionis primum motum perpetuo ſentiri, cum ne illi quidẽ in languidis pulſibus ſentiri poſſit. Itaq; ex his oĩbus hæſitationes, quæ frequẽtes in ſectis ſunt, concurrant in pulſibus dignoſcendis, neceſſe eſt. Quo factum puto, vt non aggreſſi ſcribere quid ſint Herophili ſucceſſores in præſagitionẽ ex illis. Ipſe Herophilus rhythmos frequenter ad præſagiendum adducit: verum, quid interpretetur rhythmum, difficile eſt inuentu: tẽporis ne diſtẽtionis ſolius ad tẽpus contractionis ſolius proportionẽ: an ipſum ẽt quietis tempus, quæ comitatur vtrunq; motum, ijs attribuat. Vnde inter Herophilios, qui ab illo cognomen inuenerunt, non conuenit, vtrũ de illis decenter ſentiat: neutrũ. n. eius oratio plane oſtendit: neq; confirmare rerũ natura poteſt. Quòd ſi iam alteram ſententiã tueamur inſtituto muſicorum, tẽpora quietum præcedentibus motibus adijciemus: ſin quod facit ad præſagiendũ, cũ motu motum cõparantes, ſeparatim quietum tempus æſtimabimus. Cũ igitur alterutrũ ſit neceſſe, aut notionẽ nominis labefactare, aut peruertere vſum, vtrum faciamus potius, implicati tenemur. Tñ, quandoquidem alterum eligẽdum eſt, repudiato muſicorum nomine, quod conducit ad præſagiendum, potius ducam: nam quid tandẽ faciemus damni, ſi, cum motuum ex proportione tẽpus præſciamus, nomen nobis, quo id appellemus, deficiat? Etenim nõ eò, † ꝙ in nominibus hæreamus}, ſed quia prẽſagire nequeamus, ideo

Margin notes: † Al. ex antiquis [illegible] — * Al. [illegible] — * Al. diſtentionis. — † Al. [illegible]

ars lædetur. Ergo faciamus vtilitatis nomine consistere rhythmum in proportione temporis mo E tuum, ac expendamus suo loco Herophili sententiã. Tñ, & si hoc positum sit, manere adhuc dubitatio videtur, q̃, nisi in vehementissimis pulsibus, nec oẽ tps possit distentionis innotescere, nec cõtractionis vbiq; principium sentiatur. Cur ergo tẽpus quoddam ad sensum princeps Herophilus statuit, ad quod alia æstimans, duorum, trium, quatuor, vel plurium dicit esse: horumq; aut integrorũ, & , vt vocant illi, ἀπαράυξων: aut diminutorũ ẽt aliquantũ, vel plus, vel plurimũ * Quali.n.in oĩbus pulsibus ad vnguẽ tempora dignosceret, siue motuũ solorũ, siue ẽt comitantiũ illos quietũ (nihil.n. ad propositam dubitationem refert) ita videtur hæc scribere: nisi vero eum nõ de omnibus, sed in quibus possunt dignosci, de his tantummodo existimandũ est ista scribere. At hoc quidem inferius fortasse aliquando suo loco considerabimus. Nũc (quia non instituimus, quid Herophilus sentiat, quærere, sed, quid verũ sit simul & vtile, indagare) hoc clare aggrediar ad explicãdum, q̃ŏ in ipsis rebus experiundo inuenimus. Nam sic habeto: cũ qualitatem motus distentionis cũ qualitate conferimus contractionis motus, nouem inuenimus primas differentias, quas in tabella proposuimus: atque sigillatim multas alias, quas oratione non exprimas, sed experiẽdo excessum & defectum dignoscas. Quid vero soleat quæq; denunciare differentia, dicemus in commentarijs de præsagitione. Sed nũc primũ tabellam præscribemus, quam intelligent facile, qui in primo cõ F mentario se de differentijs pulsuum exercitauerint: deinde ostendemus, quemadmodũ multas singulæ differentias constituant, quantitate dispares, tametsi eiusdem generis sint.

*Al. παρηυξημένων.

TABELLA

Distentio	*Contractio*	*Distentio*	*Contractio*	*Distentio*	*Contractio*
Celeris	Celeris	Moderata	Celeris	Tarda	Celeris
Celeris	Moderata	Moderata	Moderata	Tarda	Moderata
Celeris	Tarda	Moderata	Tarda	Tarda	Tarda

Ac, cum primæ quidem descriptæ in tabella differentiæ vterq; celer motus est, potest motus distẽtionis maxime concitatus esse, at motus cõtractionis paulo moderato & medio esse superior: Aut contra, paulum motus distentionis eum superare: motus vero cõtractionis permultum: Aut vterque paulum, aut vterq; permultum: Aut hic paulũ, ille plus: aut paulo minus, aut multo, aut alio quoquo modo: nam varietas aperta est. Neq; dicas vel nõ hoc cerni fieri, vel significare nihil: im G mo & fit, & denunciat res maximas. Ex qua nos notitia potuimus præsentire, neq; quicquam nobis opus fuit primis temporibus integris & amplificatis. Nam eã cognitionem totum non desiderare motũ, sed parari ex qualibet eius parte posse, nemini obscurũ est, nisi si qñ inæqualis sit: tũ.n. pars toto haudquaquam similis est. At nec in pulsibus ad summum languidis hac vti licet: in his enim ne primũ quidem initium cognoscas contractionis, nedum insignem eius vllam partem.

GALENI DE DIGNOSCENDIS PVLSIBVS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Exponit, quo pacto Ictus in Pulsu comprehendatur: ac Refellit Archigenem & Agathinum, qui aberrarunt in Pleno pulsu dignoscendo.

De Ictu dignoscendo. *CAP. I.* H

Væ pulsibus insunt pro substantiæ eorum propria ratione, antea omnia exposuimus: nunc de cæteris, quæ nec citra motũ arteriarũ possunt dignosci, neq; eius tñ sunt propria, narrabimus. Est quidam in distentione arteriæ veluti ictus, qui, cum tangimus, tactum ferit: hunc, vbi violẽtus sit, proprie existimabis ictum vocari: vocant ita tamen, etsi careat violentia. De hoc igitur vero ictu, quem violentũ occursum dicimus esse, magna diligentia attendẽdũ est: neq;.n. parum multarũ pulsuũ specierum vr̃ comes esse, duri, vehemẽtis, magni, celeris, alti, conuulsiui, & vibrati. Ne ergo deceptus quis cõi symptomate in ijs dignoscendis labatur, sedulo omnes, & accurate æstimandi sunt: nam, si alijs illi notis discerni possint, & has didicerimus, id, quod totum est, assecuti fuerimus: si non possint, hoc certe satis erit nosse, commune hoc compluribus pulsibus esse. Huius commẽtationis principiũ optimum sit, vt, quam ob rem vnus tam multis pulsibus communis comitari affectus videat̃, violentia ictus, causam discamus, hoc modo. Quando impelli à pulsu tactum, modo sit eius occursum sensurus, necesse est: impellitur aũt non perinde semper, sed nunc plus, nunc minus, interdum vt

palpet

A palpet tantum: quicunq; motus eum protrudunt & submouent longe, violenti hi speciem ictus repręsentant. Ac protrudere longe potest motus & duræ arteriæ, veluti contundens tactum: & qui robore mouentis illam facultatis veluti euertit: præterea, qui magnitudine distentionis plurimum progreditur: iam etiam, qui, qua fertur celeritate, impellit valenter: & qui præ altitudine veluti subit ac intrat: ad hęc qui, quod tensus sit, ægre mouetur: deniq; qui ob vibrationem, simul tensionis & duritiei celerisq; occursus speciem præbet. Quocirca incidas in multos quotidie medicos, qui illos omnes pulsus dicant vehementes esse. Qui si quidē animaduerterent, ꝙ hi distent, quomodocunq; in cõmuni omnes velint appellare, non laboraremus: sed, quia sicut nomen attribuunt cõmune, sic naturam putant vnam omnium esse, conabimur dolum illis detegere, à clarissimis & apertissimis ingressi, exempli gratia, à veloci. Nam hinc facile errorem deprehendat, qui certe intelligere potest celeritatem occursus non eandem esse, & violentiam ictus: nam, vt omittam alia, nec longius celer impellere valet tactum, ni simul magnus sit. Vnde liquet non hoc eum sua sponte obtinere symptoma: nam, quod illi, cum celer tantum esset non etiam magnus, nõ aderat, sed præsentia magnitudinis ei accessit, qua ratione ei proprium dices? Quippe celer simul & paruus non lõge tactum impellit: sed longe impellere, magis ad magnitudinem pertinet, vel etiã
B ad hanc per accidens. Nam, si colligamus, quæ de dignoscenda magnitudine diximus: non eò, ꝙ longius intret, sed quia multis in partibus longitudinis pariter & latitudinis & profunditatis attingat tactum, cognoscebatur. Vt enim circularem pulsus circunferentiam, quæ satis magna est, sensu perceperimus: ex illo deinceps ascensum, qui ex multa profunditate venit, cõijciemus: vbi non totum tactus interuallum assequitur, cæterum externum tantum sentit finem. Itaque, si inde vsq; à primo impetu, cum distenditur arteria, velimus motum sentire, magnitudinem magna ex parte, vti ante diximus, interpellabimus: vt ne magnum quidem iam pulsum esse arbitremur. Id quod non in omnibus tamen magnis facias, cæterum in his, qui cum magnitudine vehementiam aliqua ex parte coniunctam habent. Nam magnis quidem tantum, nec vehementibus tamen, ne occurrere quidem ascẽdentibus poteris, neque premere arteriam: pereant enim mox toti. Vnde planum est nõ hinc magnum, quo longissime intro tactum protrudit, dignosci, sed ꝙ multis partibus longitudinis & circuli arteriæ occurrat. Quid igitur, intime ne altus impellit? atqui, quod in tribus dimensionibus magnus, hoc possidet hic in vna: proinde, si non ille, minime hic. At magnum ostendimus, nisi vehemens quoque sit, tactum non posse protrudere longius: quo minus altus. Quod, si cum magno frequenter imbecillitas adiuncta est: & cum alto, qui magnus non sit,
C ferè vehementia, imbecillitas nunquam: alia hæc ratio est. Habebit.n. (vt dixi) semper hoc altus, vt longius impellat: verum non sua tamen sponte, immo quod omnino vehemens, aut non imbecillus certe sit. Omnes ergo illi pulsus, vt longe tactum impellant, plane vehementiam requirunt. Vnde etiam, qui ex illis cum vehementia perpetuo coniuncti sunt, semper violẽter feriunt: qui vero non semper, sed frequenter, hi quia videntur fere violenti esse, qui hæc expendunt negligentius, adducunt, vt credãt eos nunq; nõ tales esse. Iam alij pulsus, abs quibus diuelli durities non potest, violẽter feriunt, vt vibratus & cõuulsiuus: nec hi enim aliunde violentum ictum cõpararunt, ꝗ à perpetua sua duritie. Quam ob rem duo hęc tantũ genera habẽtur pulsuum violenter ferientium, vehementium, atq; durorum. Sunt tamen, qui his etiam necessariam præter duritiem dixerunt vehementiam esse: nec enim posse solam violentum efficere ictum, veluti nec si lapidem admoueas leniter: qui etiam ad valide feriendum aliquid desiderat contentionis. Verum de his, æquum est, vt quæramus, quid tandem sibi velint, nullum ne prorsus corpus esse durum, nomẽ vero hoc duri nequicquam ab hominibus vsurpatum, cui nulla sit res subiecta: an rem esse certam, cui tribuatur, at dignosci nequaquam sensu posse: an alio illam sensu, nõ nosci tactu. Profecto sunt absurda omnia, & corpus nullum durũ esse, & ratione potius, ꝗ sensu, dignosci: & sen-
D su tamen alio quopiam potius, ac tactu. Atqui, si durum concedant esse, & dignosci tactu, quid aliud postea, ꝙ de nomine, contendere inuenientur, qui sine contentione negant violentum ab illo ictum ædi? nam, si nec violentum appellare volent, omnino, contundentem certe, aut repellentem, aut subuertentem vocent, necesse est: nam de cõtentione quidem controuersia est. Omnino enim, quæ insit in animantium corporibus contentio, non statuitur ab illis, qui in minima, vel indiuidua, vel incompacta decerpunt totam substantiam: tantum conuenit inter hos, qui vnitam esse defendunt eam. Vnde nec sensu dignosci contentio poterit: sed, si poterit, à signo quodam, vel à signis, vel ab indicatione, vel demonstratione, fidem capiet: at durum et molle corpus sensu omnes nos homines dignoscimus. Itaque quæstio institui de essentia eorum non debet, sed de ratione dignoscendi: atque adeo non de hac, immo de eo, qua potissimum ratione alteri interpretetur aliquis, tactus sui affectum, in occursu durorum corporum, ac quatenus à vehementibus hęc distent. Verum, quia hoc neglexerunt, qui nos præcesserunt, id nos faciamus, orationem exorsi ab ijs, quæ inter omnes mortales constant. Quando vehementia quædam non animalia modo vocamus, vt leones, & tauros: sed & inanimata quædam, vt fluuiorum decursus, ventosq; magnos: alia porro dura, vt æs, ferrum, lapides: memorare oportet, cur ab vtrisque his, vbi nos attingant, diuersi corporibus affectus inferantur. Nam occursus violentus communis vtrisq; est,

tam vehementibus ventis, q̃ duris corporibus. Sed habẽt hoc præ cæteris scilicet venti, & fluuio- E rum fluctus, vt euertamur ab ijs: lapides, & ligna, vt premamur, & contundamur. Aduersos illos enim, etiã si magna vi contendamus ire contra, prorsus prohibemur, atq; euertimur, repellimurq; violenter, sed præter vllum pressum, vel contusionem, vel repressionem corporis partium: in alteris vero pollet pressus, & contusio & repressio. Perspicies maxime, si cui corporis parti lapidem imponas non ita grauem, quem, si velimus, facile abijciamus: cognosces profecto, quemadmodum impositus grauet, premat, cõtundat, & veluti cutem subeat: deiectus autem relinquat quoddam corpori vestigium, & pressus signum: nã aut cauiorem reddet partem solito, et vt vestigium diu seruet, aut liuidam præterea: At non ventus, vt vehemẽtissimus sit, vt maxime euertat, vt deijciat, comprimit cauatq; corporis vllam partem: quippe, qui mollis sit, facile circũ corpus diffunditur, & circũfluit. Quapropter maximas facile naues impellit, & vero deturbat sæpe: tñ nullum cauat in ijs signum, vt si lapis vel ferrum impingatur: hæc enim rumpere possunt, & comminuere: at repellere, vt vẽti, & euertere non possint. An igitur, quibus carnis nostrę natura cedit, dura hæc nũcupamus: quæ ipsi carni, vt aqua, hæc vocata mollia sunt? Atq; id est, quod Plato dicebat dura esse, quibus caro nostra cedit: & mollia, quæ carni. Nam, si incidat in humidam rem aliquam tactus noster, clarissimum est tactum eam diuisurum esse, humidam vero cessuram & exceepturã: F at in duram si incurrat, omnino ille potius cedet cauabiturq;. Atq;, vt orationem tandem cõcludamus, fingamus manum nostram nũc aquæ rapido fluctui, vel vento vehementi, ex aduerso occurrere: nunc lapidi, quẽ altera manus sensim admoueat: aperte à prioribus perspicies euerti, non pressam tamen: & lapidem ab hac euerti, sed pressa ab illo. Nam durum quidem, quo minus progrediamur, obstare per se non potest, sed aut p̃ pondus aut motum acquisititium impedire interdum poterit: vehementis vero notio hoc ipsum obstaculum, impedimentum, repulsionem, atq; euersionem complectitur. Liquet ergo aliud nos, cum vehementia tangimus, aliud, cum dura, sentire: nam hæc premunt carnem tantum, illa impediũt progressum. At, quia sæpe fit, vt ambo conueniant: atq;, quod occurrit, durum sit pariterq; vehementer moueatur, non potest sensus etiam non duplex nobis offerri, vnus veluti prementis, alter veluti euertẽtis. Quę si sunt ita, vt sunt certe, duri pulsus in premẽdo tactu dignotio ponẽda est, vt violẽtia vtrisq; cõueniat: sed propriũ duri sit premere, euertere vehemẽtis. Hi sunt affectus tactus, hæc etiam vsitata latinis illorum noĩa.

De Pleno & Vacuo pulsu. CAP. 2.

ATqui possis alijs quoq; hæc nominibus interpretari: quod facile illi facient certe, qui continuitatem totius substantiæ interpollant vacuo: id est omnes, qui corpora ipsa parua & indi G uisa indiuiduaq; & incompacta, quòd modo concrescant modo diuellantur, ideo generationes & interitus contendunt efficere. Qui, vt si nullam agnoscant vitalem contentionem, vbi confertim multa & velociter ferantur hęc parua corpora, tum ictum creare hæc violentum confirmant, quemadmodum in ventis, & fluctibus contingit decurrentibus. Conferta dicere & multa densaq;, perinde esse dicunt, ac paucum immistum esse vacui: quod tm̃ valere, quãtum solidas substantias capedinem implesse arteriarum: vacuitatem enim eius, vt ipsum declarat nomẽ, esse à vacuo dictum: Hoc enim in oĩbus quidem concretionibus semper contineri: at, pro ut id augeẽ vel iminuitur, ita nunc dura, nunc mollia, corpora effici: Ac nunc plenos fieri eorum internos ventriculos, rursus forte vacuos. Ita tunicam quidem dicent arteriæ duram vel mollem fieri ex quantitate admisti concretioni vacui: internam capedinem plenam & vacuam, ob quantitatem hic iterum commisti cum illa vacui. Magnum autem dicent quendam esse pulsum, sed renisum non habere in occursu, vbi multum in cauitate arteriæ vacui sit, ipsaq; pauca sint prima corpora. At vero magnum esse & euertere, cum parum vacui, & frequentia corpora sint. Itaq; iam apertum est, nihil apud illos interesse inter plenum pulsum & vehementem, quippe tactus vnum esse affectum, & vnã naturam pulsus: Nam, cum parum in capedinibus arteriarum insit vacui, ob multitudinem H tumorum, plenum pulsum dici, & ob ictus violentiam, vehementem: proinde ex nominibus illis alterum essentiam denotare pulsus, alterum qualitatem occursus: non igitur diuersos esse pulsus plenum & vehemẽtem, duobus enim vnam rem nominibus significari, pro diuersis notionibus. Nos vero, qui contentionem quandam statuimus vitalem, geminam non poterimus non fateri pulsuum naturam esse, si dignoscendi rationem eorum diligentius attendamus. Est autem plena difficultatis hæc commẽtatio, q̃ nihil oratione dignum veteres de dignoscendis pulsibus scripserunt: sed alij prorsus prætererunt, alij sanè quàm leuiter attigerunt. Nã Herophilus, qui affectus sensus conscriberet, nusquam plenitudinis, quam sensit nunquam, meminit. Qui vero dicti ab illo Herophilij sunt, oĩa potius existentes, q̃ id, quod dici volũt, sophistę sanè & loquaces hoĩes penè oẽs: & cum nullum aliud Herophilij pręceptũ in ipsis artis operibus probare studuerunt, tum præter alia, quibus artem polluerunt, etiam plenum nobis pulsum inuexerunt: vt, quasi parua sit ipsa ars, haberemus nunc, quod ageremus. Neq; enim pulsum præterire fas est, à viris constitutũ tam claris: neque, quem experiundo nunquam inuenimus, posse prompte dignosci statuendum nobis est, alienas sequentibus asseuerationes. Verum ostendendum est primum, ad notionẽ vsq; hunc pulsum progredi: deinde ne Herophilum quidem in eius notitiam sensu vnq̃ peruenisse.

Quòd

A Quòd si iam nihil illi significationem confudissent nominis, haberem nunc aliquid dicere de illis, quæ dicturum recipio: sed, quando varijs eam modis conturbarunt, nec inter se mutuo cõsentientes, nec secum quisque: cogimur primo loco dispicere de significatione, ne quid imprudẽtes, vt corui & graculi, dum voces ædimus tantum, res ipsas, quibus attributæ sunt, prorsus ignoremus. Et, cum nomen pleni pulsus multi scripserint, cæteros certum mihi est prætermittere, nisi si quando, si ita series orationis ferat, strictim attingã: Archigenis autẽ & Agathini, mihi satis erit scripta in manus sumere examinanda. Ac de eo Archigenes in hunc modum loquitur: Ἐστι δὲ πλήρης μὲν σφυγμὸς ὁ ναστοτέραν ἐπιδεικνὺς τὴν ἀρτηρίαν, καὶ τὴν ὑπόπτωσιν αὐτῆς διασεσαγμένην ἔγχυλως. κενὸς δὲ, ὁ πομφολυγώδη τὴν ἔγερσιν τῆς ἀρτηρίας ποιούμενος, ὥστε κατὰ τὸν ἐπιπιεσμὸν τῶν δακτύλων κενεμβάτησιν ὑποπίπτειν. In ea definitione primum quid τὸ ναστοτέραν denotet, parum liquido noui, quod insolens apud Græcos sit, vt eiuscemodi de re vsurpetur. Nã genus quoddam panis appellabant ναστὸν: aliud corpus ab ijs ita vllũ appellari haud scio. Ipse Archigenes (nã decet de illo nos eius vsum nominum discere) τὸ ναστὸν pro pleno mihi videtur vsurpare: nam in libro de vehementia pulsus, exponens Magni verba sic ad verbum scribit: Omnino, inquit, vehemens ictus non fit, nisi ναστὸν sit, quod occurrat, & magnum, & celere inferatur. A quibus paulo B post in hunc modum scribit: Et vehementia pulsus, ex celeritate, magnitudine, vehementia, plenitudine, conflata est: nam, quod supra ναστὸν, id plenum hic vocauit: vt nihil differat hoc pacto, an illo dicas. Et vero vbique mihi ita videtur nomine τοῦ ναστοῦ vti. At mutemus iam τὸ ναστοτέραν in pleniorem, vt, quid dicat, intelligamus. Verba eius hæc sunt: Plenus pulsus est, qui pleniorem ostẽdit arteriam. Atqui hoc vel sua sponte clarum est, nec nos noui quicquam docet. Præstat ergo totum hoc ναστοτέραν relinquere, ac, quod in definitione sequitur, considerare. Καὶ τὴν ὑπόπτωσιν αὐτοῦ διασεσαγμένην ἔγχυλως. Tale quiddam significare hæc clausula videtur, plenum pulsum in occursu arteriam ostẽdere διασεσαγμένην ἔγχυλως. Hic iterum τὸ διασεσαγμένην, idem' ne sit, ac plenam, an aliud quid indicet, plane non habeo conijcere. Quinetiam, cum opponeret postea definitioni pleni & τοῦ ναστοτέρου definitionem vacui, nec contrarium τῷ ναστοτέραν sumpsit, neque τῷ διασεσαγμένην: quod quidem, si rem contrariam definiret, sumendum erat. At non sumpsit, sed quid ait? Κενὸς δὲ, ὁ πομφολυγώδη τὴν ἔγερσιν τῆς ἀρτηρίας ποιούμενος. Hoc enim πομφολυγώδη nec τῷ ναστοτέραν, nec τῷ διασεσαγμένην contrarium est, sed, sicut alij, certe soli τῷ ἐγχύλῳ contrarium est: vt τὸ ἔγχυλον veluti humidius quodammodo sit: & τὸ πομφολυγῶδες magis aereum. Iam vacui etiam definitioni additum est, ὥστε κατὰ τὸν ἐπιπιεσμὸν τῶν δακτύλων κενεμ- C βάτησιν ὑποπίπτειν: cui verbo in definitione pleni, quod contrarium sit, non reperias. Nam τῆς κενεμβατήσεως nomini rectissime ἀντίβασιν opponeret: at hoc in pleni definitiõe prætermissum est vniuersum: idq; cum in eundem modum posset dici, ὥστε κατὰ τὸν ἐπιπιεσμὸν τῶν δακτύλων ἀντίβασιν ὑποπίπτειν. At non dixit, nisi id forte, pleniorem ostendere arteriam, hoc est, vt in vtraque definitione, non quid plenus pulsus sit, declaretur, sed quæ sit eius dignoscendi ratio. Quod si est, assequamur fortassis. Nam, si affectuum tactus nostri hæc definitio expositio est, nec rei ipsius vsquam naturam attingit, meminisse omnium possum, quæ in distentione arteriæ patitur tactus: fortasse itaque assequemur Archigenis mentem: nam, quæ patitur, hec sunt. Occurrens sibi sentit aliquandiu corpus motũ: idq; modo multis in partibus videt sibi occurrere, modo non: ac nunc premere, nũc non premere: ac, cum nos premimus, reniti, vel vinci. Hi primi affectus tactus sunt, ac veluti elementa totius de pulsibus commentationis: nam reliqua omnia, partim ex his cõstant, partim in relatione intelliguntur, siue partes commemoratas mutuo compares, siue tota cũ totis. At de quo'nam horum pleni nomen dicitur: an de ipso motu? atqui celeritas in illo & tarditas erant, rhythmiq; illic nascebant. An vbi in multis partibus distentionem tactus sentit? immo longi hinc, lati, alti, magniq; prodeunt pulsus. An in paucis? cõtrarij vero tum commemorato D rum. An cum premitur? durus. An cum summouetur? vehemens. Quid enim de contrarijs horũ & medijs multa disputem? Quando ergo existet plenus, aut quem patietur pulsus affectũ? tũ' ne vbi calorem largiorem, vel acriorem sentiat? atqui non ex pulsuũ differentijs id dignoscitur. An cum humiditatem vel siccitatem? sed nec hi sunt affectus differentiarum pulsuum: cũ hec vel citra pulsus, si manum admoueas corpori laborãtis, explorare possis. Ecquod ergo renisus genus aliud in vehementibus, aliud in plenis appellant? nam potest tale quid etiam Agathinus sentire: verum, si hoc sentiebat, aperire debebat nobis, non Sphingis proponere ænigmata. An vero non solum res, volunt, vt inquiramus tam difficiles, sed vt pro cumulo, quid dicant, expendamus, ac infinitum tempus in eo ponamus, an in rebus ipsis inueniendis? At expendamus Agathini iam verba, atque hoc quæramus, an renisus aliud in vehementibus genus, aliud in plenis statuat. Adeoq; hæc eius verba sunt: Consequitur enim in consideratione plenitudinis & vacuitatis pulsus: pleno tensum & contentum perpetuo spiritum repræsentante: vacuo diffluentem & in renisu euanescentem, vt instar sit aquosæ bullæ, quæ rumpitur. Huic quidem eo nomine gratias habemus, quod Sphingis non ponat ænigmata, vt fecit Archigenes, alijq; non pauci: nã, recte, an secus dixit, per ociũ expendamus, licet. Verba quidem certe eius clara sunt. Vult enim tensum & contentũ perpetuo spiritum in plenis apparere pulsibus: infirmum & fractũ, nec quicquam renitentẽ in

vacuis: at, natiuus'ne spiritus atque vitalis sit, qui per corpora, vt illi contendũt, tensus est: an aereus E & materialis, qui continetur in capedinibus, parum verba declarant: tamẽ ex tota illorũ virorum sententia ipsum vitalem conijcias dici. Sed, siue hic sit, siue ille, tm̃ in præsenti admonebimus illum, eiusq; asseclas, ne placita cum sensus affectibus commisceant, sed vt decet empiricum. Neque enim experientiæ imminuerint dignitatem, si explicauerint prius nobis hæc,† quæ de tactione attulerunt ipsi, ac deinde, quõ ab ijs oratione ad placita proficisci oporteat, docuerint. Qui igitũ sensus affectus in ea erunt, si nomen spiritus immutemus, & ictum appellemus? erit.n.hæc oratio: Plenus pulsus tensum & contentum perpetuo ictum repræsentat: vacuus vero diffluentem & in renisu euanescẽtem, vt instar sit aquosæ bullæ, quę rumpitũ. His tam bene mutatis proferamus hic paruum eius librum, vt, quid de vehemente & languido pulsu dicat, videamus. Verba eius sic habent: Nam, quòd vehemens etiam pulsus sit, qui violenter ferit tactum, & in occursu fortiter euertit eum, constat hinc, & conuenit inter multos. Mox subijcit: Contraria intelligunũ de languido, nam debiliter & languide occurrit tactui. Hæc recte quidẽ Agathinus, sed nihil ab ijs, quæ de pleno & vacuo sunt dicta, differunt: nam contentum perpetuo ictum esse, nihil est aliud, ac violenter ferire tactum, & fortiter euertere: quorum illud quidem de pleno, hoc vero de vehemente, dictum est. Iam etiam in renisu euanescere, idẽ est, quod debiliter & languide occurrere tactui: quorum etiam illud de vacuo, hoc de languido est dictum. Atque Agathinus in hunc modum exposuit affectus tactus in vehementibus pulsibus & languidis. Archigenes alio modo: nam hic sic scribit: Itaque, si per se æstimetur, manifeste apparet sua sponte vehementiam contentionem esse, vt diximus, arteriarum motus. Inde addit: Apparet porrò per totam distentionem firmitas impetus, ex qua, arteriam si comprimamus digitis, firmior occurrit ictus. Hæc quidẽ sic sunt aperta, quę dixit de affectibus tactus: in quibus nullum habebimus proprium affectum monstrare plenitudinis, nisi sanè, vt quidam dixerunt huius ętatis homines, cum plurimum pulsus eleuatus renitatur. Atqui hæ duæ sunt species pulsuum, non vna: nam, cum plurimum attollitur, si quidem in tribus dimensionibus fiat, magnum efficit pulsum: in vna duntaxat, vel longũ, vel latum, vel altũ: nam reniti idem est, quod vehementem esse. Quòd si quis magnum simul & vehementẽ volet vno nomine vocare pleni, vocent, licet: de nomine enim non contendimus: tantum sciat, nihil se nouæ differentiæ alicunde præter commemoratas in præsenti, adducere. Nam, si duas aut tres earum accipiat differentias, quas peculiaribus nominibus appellet, nulla inuidia est: verum de nominibus non agimus, sed de rebus: de quibus, si quis habeat, quod, præter quę nos diximus, afferat, libentes didicerimus. Excogitare vero differentiam quandã pulsuum ex arteriæ infusione (sic enim, quod G in ea continetur humoris, appellant) equidem comprobo: ac intelligere eam possum modo crassiorem, modo tenuiorem, & hercle etiam lẽtiorem, vel aquosam, vel copiosiorem, vel pauciorem, vel aeream, vel aliam, qualisqualis sit: siquidem spiritum cogito tantũ eas continere, atq; hunc interim purum & serenum, interim caliginosum nebulosumq;. Sed hoc nõ est instituti nostri, vt animo concipiamus, quæ esse possunt, immo de essentia agimus eorum: cum vel contraria liceat concipere: vt simul sint, fieri non potest: vt sanguinem cogitamus continere arterias, & non continere: neque enim quæreremus de eo, quod nequaquã concipimus animo. At non est huic quęstioni propositum, vt in notionem eorum veniamus, sed esse monstremus: neque enim est quisquam, quin in arterijs possit intelligere sanguinem contineri: sed, an re vera, &, cũ naturæ lege dispensat animal, sanguinem contineant, hoc quærimus. Ac multa de eo scio Archigenem verba facere: verum, si id potest deprehendere sensus, nequicquam multa nugaũ: cum aperte mentiri dicere liceat Erasistratum, qui id agit, vt, quæ sensu didicimus, hæc suadeat oratione aliter habere: verum nemo ausus est confirmare peruenire ad tactum humorem, qui in arterijs est. Sanè nihil malim, quàm vt hoc obtinere possem, ne, cum inuestigo ratione veritatem, negocium mihi exhiberetur: at, quid tandem dicant, planè non intelligo: Plenus est pulsus, qui occursum arteriæ humidæ H tumidũ ostendit. Vtrum, ceu ipse hoc tactus possit cognoscere: an, ceu hic patiatur quod patitur, affectus aperire viam possit status arteriæ cognoscendi? At, hoc si dicat, ex affectibus tactus conijcere aliquid de statu arteriæ licere, ego non contradico: etenim Praxagoras hoc & Herophilus facit, ac prope omnes, partim plus, partim minus: partim etiã deterius, partim melius. Praxagoram autem forsitan etiam mireris, qui, cum humores neget contineri in arterijs, ex pulsibus tamen colligere quasdam eorum species molitũ: at affectum sensus haudquaquam communem adducit. Ea enim ratione ænigma faciat orationem suam, vt, qui legat nec intelligat, profundi aliquid verbis & mirandi arbitretũ subesse: ibiq; ætatem conterat, nimirum perpetuo quærendo, nec tamen quicquam inueniendo: nam quomodo inueniatur, quod nusquam existit? Quin tu non tantum humorum species cedo ex pulsuum differentijs discerne, sed animi etiam ‖ mores, vt Hippocrates conatur: tantum, quæ sensus patitur, mihi serua: nec, quæ haudquaquam patitur, falso aude ei tribuere: neque ex vno affectu diuersos pulsus iacta te cognoscere. Est quidam pulsus, qui multum renititur, adeo vt, si premas etiam arteriam, non moueatur à manu: hunc retine, ac, quouis, voca nomine: nam, si modo vehementem, modo plenum vocas, interdum alio nomine, existimasq; numero nominum multas te res efficere, quis te feret? Habeo signa ego etiam ex pul-

Marginal notes: † Al. ex antiquis, quæ ad tactũ apparent. — 2. Epid. sec. 5ª. cui vena in cubito pulsarit. — * Al. νικηθῆναι. i. uincatur.

A ex pulſibus de ſpecie humorum, & de affectibus animi: tñ ex ſenſibilibus, quos nuper cõmemo-
raui, affectibus omnia conor dignoſcere: nec dico vſquam pulſum præruptum, grauem, lenem,
aquoſæ ſpeciei, flatuoſum, διηγκωνισμένον, diſtẽtum, μογγυλον, ſtrictum, κατατεταμένον, [illegible] σφελλω-
σμένον, ῥοπαλώδη, neq; quicquã aliud, quæ iſti ratione excogitant, nec percipiunt affectibus ſen-
ſibilibus. Adeo iam etiam, quæ ſentit auditus tantum, ad tactum traducunt: nam quid aliud, cum
ſtridentes dicant, & ſtrepentes, & reſonantes pulſus, quàm de tactu ceu de auditu diſputãt? itaq;
efficiunt deniq;, vt fides etiam veris detrahatur. Ac vir quidam huius ætatis minime malus, ver-
boſitatem dixit eſſe cõmẽtationem pulſuum: qui hercle dixit rectiſſime, q multa verba fundit̃,
nec quicquam doceant commodi. Qui hoc, ſi non in diſputationibus, in ſcriptis certe debebãt vi-
« tare, quod dixit Comicus: Garrire doctus, verum ineptus dicere. Et mihi plenum pulſum ſcribis,
nec tantillum mihi, potes, vt exponas mentem tuam: tunicæ'ne arteriæ ſignifices qualitatem, an
quantitatem infuſæ in eas ſubſtantiæ, an qualitatem ſpiritus, an deniq; caloris facultatem quandã,
vel qualitatem: nam omnia mihi videris dicere nõ diſtribute & cõfuſe. Aut quo plenitudinis mi
hi vini mentionem facis pro exemplo? Quid ẽt in tractatu de plenitudine in hęc verba loqueris?
« Itaq; ſi plenum non ſubſtantia, ſed facultate velis æſtimare. & paulo poſt: Sopor facultatis in tali-
« B bus plenum pulſum deſignat, quæ nomina ſunt intemperiei ſpiritus. Et, quemadmodum, vt gu-
« ſtarũt vinum guſtatores vini, plenum dignoſcunt: ita pulſuum periti, plenum ex facultatis ſopo-
« re, etiam ſi ſemiuacuus ſit, animaduertunt. In his ad facultatem referre mihi pleni pulſus notionẽ
videtur: ta, vbi de plenitudine agit, vniuerſa mihi videtur confundere & miſcere. Id adeo ex eius
« verbis intelliges, quæ hæc ſunt: Quemadmodum aũt lanarum contextus inde tenũis eſt, ex quo
« vacuæ & plenæ dicuntur, & vini qualitas non pũgẽs, ſed illinc admota linguæ dignoſcitur, qua
« plena & vacua vina diſtinguimus: & ipſum ẽt corpus apprehendimus, tum vacuum, tum plenũ,
« tam in eo, quod naturaliter alius aliud habeat, q̃ in morboſis affectibus, vt in inflammatione œde
« mate, inflatione: ita etiã inexercitatas carnes diſcernimus ab exercitatis. Rurſus in hac oratione,
quæ de vino dicuntur, conuenire cum plenitudine facultatis videantur: &, quæ de inflãmatione
& œdemate, cum plenitudine, quę in ipſo eſt corpore arterię. At vero exemplum lanarum omni-
no non intelligo: neminem enim ego vnquam audiui, plenam & vacuã lanam qui diceret, vt ro-
garem, quemadmodum diceret: immo nec de inflammatione & œdemate, ex quoq̃ audiui, niſi ex
Archigene. Tamẽ ex his intelligere poſſum, quid ſignificare velit nomen plenũ: nam, quod con
trarium laxo eſt, vocatur plenum. Vacua vero quædam & plena corpora Mangones & Pædotri-
C bas audiui dicere: verum non in modum œdematum & inflammationum, ſed, vt in primis pro-
prie & vſitate dicuntur, perinde ac vaſa plena vacuaq;, appellabant: ac cutem prehendentes re-
uellebant, vt viderent, remiſſa eſſet, an contenta: itaq; ex laxa vacuum, ex contenta plenum conij-
ciebãt: & vero eum ẽt, qui gracilior craſſiore eſſet, ex ijs indicijs pleniorem vocabãt. Has nugas
cogimur agere propter eos, qui primi ea, quæ nihil ad rem faciũt, ſunt nugati. Quaſi enim nomi-
na Archigenes interpretaretur & nõ declarare res inſtitueret, multa coegit in vnum exempla &
nomina, quæ nec vni rei omnia congrua ſunt, nec ex vſu authorum appellata: nam apud quos au
thores, aut vinum, aut lanas plenas & vacuas, inuenias ſcriptum? Reſtat ergo, vt ad cauponas, mu
lieresq; adeamus requiſitum, quõ interpretentur, & quo nam hoc conducat. Certe, ſi vti pleni no
mine geſtiebat, modo rem declaraſſet aperte, cui nomen tribueret, non eſſent neceſſaria exempla.
Cæterum de nõis vſu etiam tertio in libro de pulſuum differentijs abũde tractauimus, ac nũc etiã
meminimus, vt Archigenis in docendo confuſionem aperirem. Neq; enim multa complicare &
infinita garrire oportebat, cum pauculis verſiculis totum tradi facillime poſſet in hunc modum:
nam, quod obſcure ille multis verbis conſcripſit, breuibus, faciam, vt plane explicem.

Explicatio Galeni de Pleno pulſu. CAP. 3.

D GEnus eſt pulſuum, quod ipſum arteriæ corpus, quo ſtatu ſit declarat: alterum, quod quali-
tatem ſubſtantiæ, quam continet: ac tertium natiui ſpiritus eius oſtendit facultatem. His tri
bus generibus plenitudo nomen eſt: hęc ſi ſcripſiſſet, & aperte ſcripſiſſet & compẽdioſe: nec hic
nos enecaret, dum inquirimus, primum quid dicat, deinde ecquid erret: ſed mentẽ eius aſſecuti
plane, ad inueſtigandum nos, ecquid erret, conferremus, iterum in hũc modum rationẽ inſtituen
tes. Horum trium generum Archigenes primum, quod in ſtatu poſitum eſt arteriæ, tum eſt, tum
cognoſcitur: verumtñ plenitudo ab authoribus non appellatur: quod in tertio commentario de
dñijs pulſuum demonſtrauimus. Illic.n. egimus de nominibus: non de nominibus hoc loco, at de
ipſis pulſibus dignoſcendis, diſceptamus: tu id pro tuo arbitrio voca. Dabis autẽ nobis, vt voci-
bus vtamur cõſuetis & approbatis, ac durum quẽdam pulſum appellemus: atq; mollem, alterum
ei contrariũ: preterea tertium, in medio vtriuſq; poſitum, moderatũ & natiuum in ſtatu corporis
arteriæ. Ergo, quẽ plenum tu, ego durũ voco, quibus nam affectibus tactus, qui ſentiri poſſint,
deprehẽdemus? nã arteriæ tunicã nemo ambigit, quin neceſſe ſit vel cõtentã eſſe, vel remiſſam:
verum hoc nunc non quærimus, immo vero, quæ eius ſit ratio dignoſcẽdi. Hoc nos clare fac, do-
ceas, nullis inuolucris vtẽs. Atqui nõ facis, neq; vero te eo accuſamus: neq; quia affici aperte tactũ
explicauimus aliter in vehementibus, aliter hiſce in pulſibus, ideo iactamus. Nã vobis ſenioribus,
qui

[Margin notes, partly illegible:] [illegible] per ceptus [illegible] gr[illegible]. [illegible] in aliquis. [illegible] in [illegible] clarius tamẽ, [illegible] tiquis. [illegible] tamen [illegible] qui [illegible] paucis [illegible] quaquam hæc pauci meminerit funt.

qui hæc magna cura inuestigastis, referimus acceptũ, si quid nos inuenimus boni, nõ inuẽturi cer E
te, nisi ad vestra scripta, qui glaciem secuistis, & viam nobis ad ea aperuistis, meditati simus. Quare
hoc relinquamus, ꝙ affectu tactus, puta pressu, discernitur, & secluditur à vehemente: subuertẽdi
enim vim illi, & renisum tribuimus. Iam quæramus ẜm illud de duobus plenitudinis reliquis ge
neribus: quorum prius, quod de ipso spiritu, vt vultis, intelligitur, quid nã sit, nec hoc possumus
intelligere: vti ẽt tertio in libro de pulsuum differentijs demonstrauimus. Verum (quia, illic quæ
sumus latius prosecuti, hic breuibus volo perstringere) aut caloris ardorem, aut contentionem
eius dicitis: hæc nãq; ex verbis vestris quasi oraculis tortuosis Apollinis Loxię eruere potuimus:
iam horum, reliquum est, vt signa tradamus. Contentionis quidẽ iam indicia didicimus, gratiasq;
agimus: scilicet renititur pressui, vt confirmatis, tactumq; summouet. Ardorẽ aũt hunc caloris ni-
hil requirimus, nisi vt doceamur, quousq; tactus noster animaduertat: neq; sane vlla tactũ nostrũ
latebit differentia caloris. At non possumus hic nos non mirari, si in pulsuũ differentijs ea, & non
in febrium aggregabitis. At hoc mittamus in præsentia, nec de eo contendamus. Reliquum ge
nus quemadmodum dignoscatur, attendamus, plenitudinis. Hic tactu, nõ habeo, quid conijciam,
nec an spiritus in arterijs solus, nec an etiam quidam humores contineantur: immo non valetis,
vt demonstraui antea, si quando Erasistratum refellitis, vel Praxagoram, cum asseritis sanguinem F
in arterijs esse, sensum appellare testem: haudquaquam id prætermissuri, si conspicuum sit. Nec
vero illorum ẽt ad sensum quisquam confugit testem, vt confirmaret arterias esse humoribus va-
cuas, spiritusq; tantum instrumẽta: & recte sane, quippe tactus, spiritus'ne in arterijs tantum sit,
an simul humores aliqui, nõ valet declarare. Itaq; manibus nugis horum repudiatis, ipsi dicamus
apud nos soli nullum prorsus sensum esse, quo dignoscas, in arterijs contentus sanguis ꝗ̃ sit mul-
tus & qualis. Ac primo loco nobiscum repetemus non posse in aqua inter cutem nos, humor sit,
an spiritus, qui in regionibus ventris continetur, tactu explorare, nisi cauata pressu cute. Et vero
frequenter non cauari conspicias in synceris ascitis, & aqua inter cutem, quem tympanitem vo-
cant: sed ad veram notitiam comparandam pulsare cogimur abdomen, vt attendamus, si, veluti
tympanum, resonet: secundo loco aliter cõponere hominem, & in latera conuertere, quo fluctua
tionem aliquam exaudiamus: Ac nobis strepitus in modum tympani, spiritũ annuntiat, fluctua-
tio, humorem: vno vero admoto tactu distentum abdomen, non deprehendas, ex aere sit, an ex
aqua: tametsi cutis his, & quicquid carnosum erat secundum peritonæum, contabuit: ac multo
fuisset facilius tum ob circũiectarũ partium extenuationem, tum ob materiæ contentæ copiã, cõie
ctari tactu, vtrũ humor an spiritus sit id, quod in eis continetur: at tñ hic etiã soli tactui parũ tuto G
fidẽ habeas: qũo igitur in arteria, tã crassa munita tunica, vt peritonæi sit sextupla, & quã cutis sæ
pe tegat bene crassa? nec. n. ægroti, quos visimus, semper tabidi sunt. Cum præterea tertius acce-
dat motus, qui etiam nõ parum ad cõfundendam notitiam valeat, quid tandem tactu comperire
exacte poterimus? et si ad conturbandum notitiam eius, quod continetur, satis erat arteriæ per-
petuus motus. Quo ergo licebit signo aut quantitatem contenti in arterijs humoris, aut qualita-
tem cognoscere? nam magnitudine quidem pulsus, contenti humoris cognoscimus copiam, sed
non perpetuo hinc nobis humidum esse ipsum humorem constat: duritie vero statũ arteriæ cor-
poris: renisus ictus non crassitiem substantiæ significat, sed robur vitalis contentionis. Nam ridi-
culum sit, si adeo cõtinere vnquã crassum adducaris humorem, arteriarum capedinem, vt renitat
pressui: immo, si vel sit lutum, facile cedat prementi, nisi lapides in arterijs & arenam putamus con
tineri: nam ita renitetur deniq; materiæ crassities prementibus, aliter nullo modo. Equidem li-
benter vtrem repletum humida materia his, qui ita elimatum tactum iactant, vt verbis veritatem
superent, explorãdum offerrem, quæ insit in illo materia: nam ne aquam quidem tenuem à crasso
vino discernant. Neq; vero, si vnus vter picis humidæ sit plenus, alter aere, sic etiã deprehendant:
solæ enim fluctuationes & strepitus facultatem habent discernendi, quid sit, quod contineatur: H
sensus aũt tactus vsquequaq; manet similis. Quin qualitates humorum ne fluctuationes quidem
annunciant, verum hoc ipsum duntaxat cõe, humorem, qui continetur, non spiritum esse. Et qũo
credas, qui nec valent per vnicam vtris tunicam dignoscere contenti qualitatem, per cutem posse
non minus vtre crassam, membranasq; minimũ binas, ac per tunicas necessario duas, humorem,
qui in arteria est, dignoscere? Atq; hæc quidem illi dicant, nec Herophilum onerent mendacijs:
neq; graui nomine rudes territent Herophili librorum: neque hinc fidem verbis parẽt: turpe. n.
est, quasi ad subsellia, testibus certare. Si demonstrationem afferre potes, audiemus te libẽter: He-
rophilum vero eiusq; asseclas proferre testes, declinantis est rectum certamen, & causas exceptio-
nes technasq; commentantis, ne detegaris. Constat non iam inquirendæ rei gratia, sed historiæ
supponi falso citatos testes. Hæc'ne dicit Herophilus? minime vero: †immo nõ tu aufugeris: ostẽ † *Al. ex a-*
de, quẽadmodum mentiar: ostende, qũo dicat: deinde dictio forte ambigua profertur, eoq; bellũ *quis. in[illegible]*
conuertitur, quid'nam significet dictio, et quid velit. Ibiq; in dicto & sententia vertuntur epiche- *tur*
remata quædam rhetorica: in amphibologia itẽ alia: & hercle in syllogismis ẽt alia. Immo omnẽ
sic rhetoricã huc transferunt, vt si argumentum aliquod meditarentur, nec propositum studerent
efficere. Quid. n. non adduxerunt recentiores medici ad quæstionem, cum quidã scire Herophi-
lum

A lum defendant & hanc pulſus differentiam: contra quidam neſcire conentur probare. Miſeri cer-
te vtriq;,& miſericordia digni: illi,q; imperiti: hi,q; ſunt contentioſi. Non minus nos tamen infe-
lices,quibus,ſi artis colamus commentationem,non eſt ſatis: ſed &,quid Herophilus,quid Hera-
clides,& Chryſermus,& Hegetor nō probe expoſuit: quid porrò Apollonius dixit,& Bacchius, * Al. ex anti-
Ariſtoxenusq;,volumus ſcire: &,ſi deprecamur,compellimur plane: duobusq; exercitamur ma- quis. contra di
lis,tum q; ab re nugamur,tum q; inuiti hoc facimus,quod illi. Nūc quidē certe alterutrū mihi ne- xit.
ceſſe eſt,aut vt Archigeni videar,& Herophilo, ſexcentisq; alijs refragari: aut demonſtrem nullū
de Herophili ſententia plenum pulſum eſſe. Ac,ſi id,vt operæpretium,tractem, non aliter, ac illi,
de inani ſedulitate reprehendendus ſim. Nunc,quando ex ipſa rerum veritate illorum ſententiam
coargui,qui ad ipſa artis opera properant,ad ea dimittam, quia iam propoſitam quæſtionem ab-
ſoluimus. Quòd ſiqui auent etiam veterum ſcripta cognoſcere,temporeq; ad id abūdant: omnia
adijciam,ac declarabo nuſquam Herophilum ad vllam rem vti pleno pulſu. Et primū ab ipſo ca-
pite exordiar,quod illi proferūt: quod ab Herophilo libro primo de pulſibus eſt ſcriptum, quod
« mihi ſolum videntur legiſſe. Atq; ſic habet: In ſumma, differre mihi videtur pulſus à pulſu, πλή-
« θει,magnitudine,celeritate,vehementia,rhythmo. Hoc in multis prolato,quid πλῆθος ſit,quærūt:
B quaſi vero ſi neſciamus,quid πλήθει ſignificetur,cum neceſſario πληρότης ab eo, id eſt plenitudo,
ſignificet. Itaq; ego ipſis lepide,ni fallor, reſpondeo: nam τῷ πλήθει crebritatē illum affirmo deſi-
gnare. Rurſus vtiq; alijs reſpondeam, τῷ πλήθει vehemētiam denotare: ac quiduis potius, quàm
plenitudinem,dicam: vt videant, nugari volentibus quanta licentia ſit. Nam cur plenitudinē po-
tius,quàm crebritatem, τὸ πλῆθος denotabit? nū quia primam ſyllabā τῆς πληρότητος & πλήθους
iiſdē elemētis proferimus? Quod ſi eſt,ēt ἡ πληγὴ, τὸ πλησίον, ἡ πλησμονὴ, τὸ πλῆκτρον, τὸ πλημ-
μυρεῖν,ſexcentaq; ſunt alia, quorū ex iiſdem elementis prima ſyllaba conſtat. At.n. lōge, inquiunt,
remotæ horum ſignificationes ſunt à τοῦ πλήθους. Quî aūt minus,plenitudinis ſignificatio à τοῦ
πλήθους ſignificatione procul abeſt? Immo probabile eſt,inquiunt,differentiā plenitudinis, quæ
eſt in pulſibus,commemorari nunc,atq; ab Herophilo cognoſci. Quin potius veriſimile eſt dūri- * Al. ex anti-
tiā cognoſci & appellari,cum & hæ pulſuum differentiæ ſint,eaſq; prorſus Herophilus cognoſce quis. & diffe-
ret. Vnde igit̄ differentiam plenitudinis dicat,multo præſtabat mea ſnīa, reuoluiſſe antea oēs eius rētiā duritiæ.
de pulſibus libros. Mihi quidem hāc legē ſtatui,vt vnumquemq; ſcriptorem ex ſe ipſo declarem,
nec inanibus ſuſpicionibus & affirmationibus demonſtratione vacuis delirem,quid aliquis dicat.

Atq; quo inueniſti apud Herophilum alio loco nomen pleni,cum crebri inuenias millies? Proin
C de,cū differentia plenitudinis & incognita ſit(vt demonſtrauimus) nec eius alibi Herophilus me
minerit: differentia porro crebritatis cum apud omnes in confeſſo ſit, tum eam Herophilus ſcri-
bere millies comperiatur: probabilius multo ſit crebritatem appellare putare illū, q; plenitudinē.
Neque hoc dico τῷ πλήθει Herophilum pro crebritate ſcripſiſſe (hoc.n. ſi dicā,ridiculus ſim non
ſecus,ac illi,interpres) verum eſſe longe procliuius declaratu crebritatē,& duritiem, adeoq; quid-
uis potius,quàm plenitudinem,ſignificari. Equidē,quid Herophilo τὸ πλήθει ſignificet,aliàs pu
to aperte declaratum eſſe: nunc non denotare plenitudinem,quónam pacto demonſtramus hoc?
Primum ſtatim hæc ſubdit: nam,quo mireris magis hominum dementiam, qui pro plenitudine
« πλήθει accipiunt, apponam totum caput. Atque ī ſumma differre mihi videt̄ pulſus à pulſu πλή
« θει,magnitudine,celeritate,vehementia,rhythmo. Quia in his differunt, conſpicuus interim fit et
« proprius & non proprius. Videt̄ porro differre & diſcerni vniuerſe pulſus alter ab altero, vt di-
« ctum eſt,celeritate,magnitudine,vehementia. Quòd ſi eiuſdem rhythmi videt̄ pulſus alter ab alte
ro differre celeritate,magnitudine,vehementia: quem poſſis locupletiorem adducere Herophilo
teſtem Herophili ſententiæ? Videtur,inquit,alter pulſus differre ab altero,vt eſt declaratum, rhy
thmo,magnitudine,celeritate,vehementia. Quánam igitur ratione,ſi omnino pulſuum certā dif-
D ferentiam τὸ πλήθει indicat,eam hoc loco præterijt,cum orationem repetat non obiter, aut negli-
genter,ſed addat,vt dictum eſt? Quî aūt fit,vt eiuſdem rhythmi pulſus dicat,celeritate,magnitudi
ne,vehementiaq; diſtare? Quomodo poſtea,cum exponat differentias pro ætatibus, reliquas dif-
ferentias pulſus diſtinguit,omiſit autem plenitudinem? Præterea pro affectibus, tēporibus anni,
vitæ inſtitutis,& pro rōne aliorum omniū qn̄ diſcernit pulſus, cæteras vbiq; oēs memorat differē
tias,plenitudinem nuſquam. Et,quod maius eſt, qui hāc ipſam ſingulis iis ferè adſcribit orationē,
nuſquam addit τὸ πλήθει: ſed in primo tantum libro,non in omnibus locis: certe non prætermiſ
ſurus,ſiquidem nomē differentiæ ſit pulſuum. Hæc pro compendio habeto eorum,quæ in
libris de differentijs pulſuum ſecundum Herophilum diſſeruimus: in illis enim latius
Herophili vſum nominum pulſuum explicauimus. Iam igitur finem faciam ſer
monis de pulſibus dignoſcēdis: nam,ſi,quæ de arteriarum peruerſo ſitu,aut
de qua alia ſingulari re ad hanc diſputationem reieci, hæc in proximis
duabus lucubrationibus declarabo,de pulſuum cauſis
& de præſagitione ex illis: quarum
complectetur utraque
quatuor libros.

Galeni

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBRI QVATVOR

Hermanno Cruserio Campensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ Causæ sint Vehementis, Duri, Magni, Celeris, & Crebri pulsus: tũ Quemadmodum hi, atque horum contrarij, ab vna vel pluribus causis oriantur.

Genera Causarum Pulsuum. CAP. 1.

Ausarum, quæ pulsus variant, aliæ generationis eorum sunt causę, aliæ tantum alterationis. Generationis, tum vsus, cuius gratia fiunt: tum facultas, abs qua: tum instrumenta, per quæ distẽdunt̃: Alterationis cæteræ oẽs, & quæ præcedentes appellantur: †&, quæ his succedũt, exter*næ.}Nam triplex quidem″ est causarum genus non in pulsibus modo, sed & in alijs cunctis: Vnum, quod primum est & præcipuum, quod quidem etiam continens appellant: cuius inde appellatio deducta est, quòd illorum essentiam cõtineat, quæ (vt modo diximus) generatiõis est causa: Reliqua duo genera, vt fiant pulsus, in causa non sunt, sed causæ sunt illorum, qui iam geniti sunt, mutationis. Nam humorum crassitudo, abundantia, lentor, acredo, efficere non valent pulsus, alterare valent: ita frigidum balneum vel calidum, & hyems æstasq;, breuiter frigus & calor, alterandorum pulsuum sunt, non generãdorum, causæ.† Ac, quas nunc commemorauimus, extẽrnæ appellantur: quæ has etiã præcedunt, quæ quidem in humoribus sunt, præcedentes. Breuiter sic habeto: quæcunque extra corpus positæ quicquam in corpore alterant, extẽrnæ vocant̃: quæ has etiam antecedunt, præcedentes causæ corporis affectuum.} Hi affectus, vbi continentes moueant, euadunt præcedentes illarum causæ. A.l.1.f.2.d c.5.fo.48.e G

Dictio hæc in quibusdã cod. græcis non habetur.

† Al. καὶ τὰ τούτων ἔτι προκατάρχοντα. quasi vertas, & quæ has adhuc antegrediuntur. Interpres autẽ causas ꝓcatarcticas, externas vocat.

† Al. ac, q̃ nunc commemoratę sunt, procatarcticę appellantur: quę vero ante has (.s. dictæ sunt) quæ in humoribus sunt, pręcedentes. Breuiter sic habeto: q̃cũq; extra corp⁹ positæ quicquã ĩ corpe alterant, procatarcticæ seu antegressæ vocant̃: vtpote q̃ eas, q̃ in corpore sunt, dispositiones antegrediuntur.

† *Al.* ἐξ αὐτῶν *.i. ex ipsis. s. cæteris causis.*

Densetur enim ab occursu externi frigoris cutis, cuius dẽsitas naturalem halitus digestionem reprimat, repressus ille coaceruetur, tandem accendat febrem, ob quam vsus pulsuum mutetur, itaq; etiam ipsi pulsus: hìc externa causa est occursus externi frigoris: cæterę vsq; ad vsum pulsuum oẽs præcedentes. Causa igitur extẽrna intercedentibus causis præcedentibus, quia variat vsum pulsuum, quæ vna ex continentibus causis est, etiam immutat ipsos pulsus: neque enim possit vlla cõtinens causa mutari, vt immutabilis maneat effectus eius: sed prius, quàm continentes attingat alteratio, non possunt immutari pulsus. Ideoq; principes hæ & præcipuæ sunt primæq; causæ pulsuum, cæteræ sunt harum gratia: nam, quòd † extẽrna illa alteratio ad continentes penetrauit, propterea pulsuum causæ dicuntur: cum sua sponte & per se alterare illos nequaquam possint. Quare, qui peritus euadere artis de pulsibus volet, hic versatus in causarum omnibus generibus mirifice debet esse, vt, quicquid propositum ipsi sit, explicare pulsuum alterationem possit. Principiũ exercitationis optimum est, vt continentes causas, quamobrem generare quæq; pulsum possit, perpendas. Qua enim ratione generandorum eorum sunt origines, eadem etiam alterandorum: siquidem causarum in quantitate & qualitate differentiæ, pulsuum differẽtias in qualitate & quãtitate efficiunt. H

De Causa pulsuum ex Facultate. CAP. 2.

Videt̃ porrò perpetuo cũ oĩbus arterijs cor motũ illũ pulsatilẽ, vt vocant, dũ superstes animãs sit, habere: vbi ĩterijt, nec vllã arteriã, nec vero ipsum cor amplius pulsare videas: Quo fuisse tũ quandã cõstat cãm, à qua moueret̃: at, q̃ hęc sit, nõ procliue inuẽtu est. Vnus natiuũ″ calorẽ, alius contentionẽ, alius tẽperamẽti proprietatẽ, hic vniuersam structurã corporũ, ille spm̃ tm̃: est, qui q̃dam A.ibidem.e

A dam horum, alius ēt omnia ſimul affirmat. Et vero quidam ēt facultatem quandam nullo prædità corpore introduxerunt, quæ peculiaribus inſtrīs motus, quæ retulimus, vtatur, vel omnibus, vel pluribus, vel vno. Hanc cauſam, quæ pulſus molitur, quæcūq; illa ſit, licet eius nos fugiat eſſentia, ꝙ facultatē habeat pulſus efficiēdi, facultatem illā vocauimus: vt quamlibet, puto, aliā facultatem à facultate faciendi, cuius habet facultatem, ſolemus nominare: alicuius enim eſt facultas, & eius notio eſt relationi ſubiecta. Itaq; qñ eſſentia ipſius incognita nobis ſit, hoc appellamus eam nomine. At vero, cū robur facultatis vel virtutem dicimus, aut contra infirmitatē & vitioſitatem, ad functionem hæc nomina ſunt referenda: quippe, quæ obit & efficit creatq; functionē cauſa, interim ad eam melius eſt appoſita, interim deterius. Quo fit, vt modo præclarius, poſtea, ſi res ferat, deterius functio adminiſtretur: ac præſtantior ad functionem diſpoſitio facultatis, virtus eſt et robur: deterior, infirmitas atq; vitioſitas. Sed de facultate pulſus effectrice, hæc ſatis eſt hoc loco noſſe.

De Cauſa pulſuum ex Vſu. *CAP. 3.*

.ibidem e. DE vſu eorū illa ſunt, quę alio loco demōſtrauimus, cōmemorāda: ꝙ tuēdi cauſa caloris vniuerſi corpis creati ſunt, quē refrigerēt: &, ſi quid ſit fuliginis ex ſuccorū aduſtione cōtractū, id excernant è veſtigio. Etiā illo loco hoc dictū eſt, ad gignendum hos referre animalē ſpiritum.

B *De Cauſa ex Inſtrumentis.* *CAP. 4.*

.ibidē c.6.e. REliqua & tertia gignēdorum pulſuum continens cauſa ipſum eſt arteriarum corpus: nam omnis facultas, quæ alicuius cauſa agit, inſtrā quærit ad opus appoſita: erat aūt hic accōmodatum inſtrm, quod ſpiſſis tunicis & cauum eſſet intus. Nam, vt artifices hi, quos in vrbibus conſpicimus, ſutores, excuſores, pictores, certis inſtrīs opus ſuū efficiunt: ita, quæ pulſus efficit facultas, ſuum opus, tutelam natiui caloris, inſtrīs peragit arterijs. Hoc tm̄ inter hāc & alios opifices intereſt, ꝙ inſtrīs hæc indita eſt, ac per ea tota permanauit: non foris, vt illi, attingit. Itaq;, vbi refrigerantem ſubſtātiam trahit, arteriarum diſtenditur corpus: cū fuliginoſam expurgat, cōtrahitur. Iā præpollet modo diſtentionis vſus, modo contractionis: ac conſequitur omnino alterā motus partem reliqua. Itaq;, cū ex his cauſis pulſus proficiſcātur, oēs illorum variationes cauſarum, neceſſe eſt, comites ſint alterationum: vnde tot primæ ſunt & generales pulſuum differentiæ, quot ſunt cauſarū. Et facultatis quidē differentię, robur & imbecillitas: natiui caloris, aduſtio refrigeratioq;: arteriæ tunicæ, duritia ac mollitudo: atq; præ his omnibus in ſingulis generibus cōmemoratorū mediocritates. Verū mediocritates naturales efficiunt pulſus, qui medium locum obtinent inter excedentes: exceſſus vero, pulſus præter naturā: atq; alij perſpicui ſunt. Qui aūt in firmitate conſiC ſtunt facultatis, quiddā dignum habent queſtione, quod progreſſus diſputationis diſpiciet. Por-

Li.f.2.d.3.c. fo.44.g. ro robur facultatis neceſſario vehementē pulſum facit, infirmitas languidum: & inſtrumētorum duritia durū, mollitudo mollem. Non tñ incremento natiui caloris vel imminutioni vnum ſemp & idem pulſuum genus ex neceſſitate conſequitur: nec enim celer, quod non nulli ſunt opinati: nec magnus, vel creber ſemp incidit, vbi aduritur natura: nec, cū extinguitur, tardus, vel paruus, vel rarus. Sed de his, qui ambigunt, perinde, ac Archigenes, errant, qui in Magnū diſputat de pulſus celeritate, ꝙ non à robore potius, q̄ ab imbecillitate proficiſcatur facultatis: nam neutrū ſequitur neceſſario. At tñ peculiaris magis eſt celeritas quidē robori facultatis, & caloris abundantiæ,

.t.2.i. par. cā. .570.col. 2.a præterea mollitudini inſtrumentorum: tarditas vero contrarijs. Eodē modo validæ facultati magnitudo, & copiæ caloris, tum ēt mollibus inſtrīs eſt familiaris: paruitas vero contrarijs. Crebritas item nulli neceſſario de cōmemoratis adhæret, magis tñ propria facultatis eſt imbecillitati, copiæ caloris, duritiei inſtrumentorum: & raritas item magis ad contraria ſpectat, non annexa illis eſt perpetuo tamen. Faciam autem, vt hæc, repetita ab initio oratione, ſigillatim demonſtrem.

Calor Quos efficiat pulſus. *CAP. 5.*

SI amplior in corpore ſit collectus calor, animanti opus erit cum maiore reſpiratione, tum maD ioribus pulſibus: &, quia maioribus, cōtinuo etiā celerioribus, & crebrioribus: Vt, qui ſitiūt, non multum modo, ſed & celeriter potant, ac crebro: ſic, qui indigent refrigerio, copioſum ſimul id, & celeriter, crebroq; attrahunt. Quamobrem peculiares dixi eſſe pulſus copioſo calori magnū, celerem, crebrumq;: non tamen neceſſario concomitari: poſtulant enim, quo tales euadant, facul-

l.i.f.2.d.3.c. f.48.c. tatem validam, atq; inſtrumenta mollia. Sin infirma facultas, aut durum ſit inſtrumentū, neq; magni eſſe neq; celeres poſſint, quod inſtrumentū ſit per duritiam aduerſus mouentem facultatem cōtumax: illa vero attollere, quatenus oportet, arterias p imbecillitatē impos. Quare, vt celer pulſus, vel magnus fiat, tria, oportet, cauſarum genera inter ſe conſpirent: vt vſus illorū generationis vrgeat, facultas valida ſit, molleſq; arteriarū tunicæ, aut certe non duræ{ſed moderate.} Vt.n. impellere velociter, aut multum progredi, vt maxime concitato motu indigeant, nec ſenes valēt, nec parui pueri: ita nec imbecilla facultas, ēt ſi vſus poſtulet, vel celeriter, vel multū attollere arterias poteſt. Iam etiam, ſicut mollis veſica prompte multum diſtenditur: dura, ne ſi admodum quidem etiam atq; etiam contendas: ſic arteriarum tunica, mollis quidem perfacile attollitur plurimū vel facultate infirma: at dura, licet facultas ſummopere illam impellat, reſiſtit facultati motrici, renititurq;. Via omnium horum ratioq; vna eſt: nam, vt cauſa, quæ in examen venit, ſola conuertatur, reliquæ maneant omnes in eodem ſtatu, ita diſcernes alterationes pulſuum. Nam, ſi, cum multæ

immutatæ

immutatæ sunt, attendes, primum obscurum erit, propter aceruum'ne omnium in vnum con- E tractarum, mutatio euenerit, an propter vnam quandam ex illis: deinde, vt conueniat propter vnam, quæ sit'nam hæc vna de illis, non dum constat. Nam, si calor increuerit solus, & maneant facultas tunicæq; arteriarum immotæ, pulsus necessario maiores & celeriores fient, vnaq; cum calore, dum ad maximam perueniant distentionem, augebuntur: celerrimi vero ne sic quidem prius, quàm maximam calor distentionem superauerit, apparebunt. Tunc autem vltra maximam distentionem extendetur, cum ab ea refrigeratur parcius: quare celeritate motus resarcitur defectus, itaq; pulsus fiunt celerrimi. Iam vero neque hæc satisfaciunt calori vehementer incenso, sed, quod ante temporis inter duos motus quiescebat, nunc quid præsecat etiam. Subinde etiã tam reddit breue, vt perpetuos putes motus esse, nulla quiete interpellatos: sed hoc accidit, vbi ad vltimum incensus calor sit. Et, cum tres sint in omnibus excessibus rationes opis, omnibus simul vtitur: nam consequitur se refrigerantis substantiæ cum plurimum, tum celerrime, & maxime continenter: quorum primum maximos pulsus creat, alterum celerrimos, creberrimos tertium. Neque, vbi liberaliter illum magnitudo refrigerat distentionis, iritat celeritatem: neque crebritatem, vbi ab ambabus auxilium consequitur: alterius enim illarum semper defectus corrigitur altera: magnitudinis, celeritate: celeritatis, crebritate. Quid multis? crebritatis pulsuum F causa vna est, prioris actionis defectus. Accidit id cum alijs de causis, quas deinceps recensebimus: tum de copia caloris, vti modo est ostensum. Propemodum iam, quod erat institutum, confectum est. Declarauimus.n. abundantiam caloris nullum consequi necessario pulsum magnum, celerem, crebrum: sed peculiares esse illi in primis magnum & celerem, & non nunquam crebrũ etiam, sed per accidens quoddam.

A. t. 2. i. par can. fol. 57. col. 2. a

Defectus Caloris natiui quos habeat pulsus. CAP. 6.

PVto iam quoq; de pulsibus constare, qui defectum comitantur natiui caloris: quem scilicet nullus etiam comitatur necessario. Familiares tamen sunt ei paruus & tardus præcipue, mox etiam rarus. Nam, vt natura, quæ iam pridem refrigerata est, nec multum requirit, nec celere refrigerium, sic nec breuibus interuallis. Breuibus interuallis idem est, quod crebrum: & longis interuallis idem, quod rarum.

An Medius pulsus inter vehementem & languidum, sit secundum naturam. CAP. 7.

SEd, qñ satis de his dictum est, si, quod produximus dudum, quantũ disputationi cõducat, perspexerimus, seriem orationis prosequemur. Inter magnum pulsum & paruũ naturalis intercedit & moderatus: cum quo cõparantes & æstimantes reliquos omnes, qui maiores sunt eo, hos G magnos vocamus: qui minores, paruos. Itidem inter celerem & tardum, medius moderatusq; naturalis est: sic inter crebrum & rarum. Ad hæc inter durũ & mollem medij naturales sunt. At"naturalis non item videtur, qui inter vehementem medius est & languidum: validæ enim est facultatis opus vehemens pulsus, vt languidus infirmæ. Cuius sane firmitas nõ est contra naturã, immo hæc virtus est & secundum naturam: infirmitas vero facultatis, vitiositas, præterq; naturam est. Quantum iam in via, quæ intercidit inter robur & imbecillitatem, est ab altero ad alterum, in confinio alicubi vtriusq; positum, tanto id præstat infirmitate, quãto robore inferius est: contraq; tantum firmitati cedit, quantũ superat infirmitatẽ. Proinde non hic querendũ aiunt esse naturalẽ pulsum, sed in summo & valido: atq; ex hoc prouenire vehementẽ pulsum. Sunt, qui verũ fateãtur hoc esse, sed dubitent hoc vndequaq; ita habere: quorum hæc sententia est, naturalẽ pulsum † in hoc genere, fieri quoq; ipsum ab summo & optimo statu non secus, ac alios in oĩbus generibus: non summum tamẽ & extremum esse, sed esse ex non naturalibus quendam alium hoc vehementiorem. Nam singulare quiddam huic pulsuum generi accidisse ac extra ordinem autumãt: quo factum esse, vt in hæsitationem illi, erroresq;, qui assequi illud non possent, incurrerint: siquidem fieri quidem valente facultate vehementem pulsum, attñ certum esse & huius modum vehemen- H tiæ: quem si prætereat, de natura recedat. Certe quidem in ira dicunt, subindeq; in exercitationibus, atq; potionibus vini, vehemẽtius offendi, ac natura postulat, motas arterias: at hoc inter oẽs conuenire, naturaliter pulsum ad vnguem comparatum, in animante esse spectãdum, in requiete posito omnium magnarum ac validarum alterationum: validam aũt alterationem ira, exercitatio, vinum concitant: quare non hunc esse naturalẽ, sed qui valente natura simul & per extraneã causam, quæ violenta sit, nullam cõmota fiat: itaq; quadam ratione esse medium, quadam non esse naturalem in hoc genere pulsum. Quatenus eo enim alij quidam sunt vehementiores pulsus, & vero alij minus vehementes, hactenus esse mediũ: quatenus aũt, cũ tres sunt huius generis differentiæ, vehementia, imbecillitas, & vtriusq; medium, non ex medio est, sed ex vna de summis, hactenus mediũ non esse: omnino ergo esse reliquũ, recte de illo pariter ac vere dictum esse, naturalem pulsum huius generis, mediũ locũ in altera extrema differentia obtinere. Sunt, qui hoc impugnent etiã: qui aiunt vehementes pulsus non fieri ijs tẽporibus, quæ cõmemorata sunt, sed videri fieri: falli aũt illos, qui negligentius tangunt, à celeritate cum ijs coniuncta, & magnitudine, atq; interim ẽt altitudine: vt fit in ira. At huius cõtrouersiæ cõstat iudiciũ ad dignotionẽ ptinere. Quæ est ergo vera dignotio? Dicendũ est enim, quod pspicimus: vino potato, modice certe, pulsus

A.l.1.f.2.d.3 c.4 fo.48.d

† Additur ex antiquis, mediũ quidem.

A sus aperte cum maiores & celeriores, tum vehementiores euadunt: in ira vero, & in modicis exercitationibus, non perinde aperte. Immo, si quid illis accedat vehementiæ, id adeo est minutum, vt animaduerti ægre possit. Vtcunq; sit, quin, quod in manibus habemus, conficiamus, nihil causæ est, hoc si tantum quæramus: an magnitudo celeritasq; pulsuum pertineant ad robustam facultatem: quod esse his videtur, qui summa cura æstimant ex ipsa rerum natura. Quando enim in confesso est distendi à facultate arterias, plus eas probabile est validam attollere, & infirmam parum: celerius item validam, tardius infirmam: quod quidem vel nobis ipsis conspicitur, cum ambulamus, currimus, metimus, fodimus, deniq; quicquid agimus. Nam in his, qui fortior est, non maiorem modo, sed & celeriorem operam præstat, siquidem alia vtriq; paria sint: quòd si infirmiorem ad opus necessitas vrgeat: fortior autẽ aut planè eo nihil indigeat, aut quam paucissimo: celerius sic imbecillior aget. Sed inepta ista est comparatio: immo, si, vt ante est dictum, alia vtriq; paria sint, & vnum tantummodo quodq;, quod quoq; loco in disquisitionem venit, commutetur. Vt, si imminentibus latronibus fugiendum sit, profecto non paria conficient spacia, nec æquali velocitate current, iuuenis valens atq; imbecillus senex. Quòd si tamen motum senis, qui inuasionem timet latronum, ad iuuenis motum cõferas, qui segniter in vrbe obambulat, velocior sic atq; maior tibi B senis videatur: non quo celerius moueri iuuene possit, vel magis artus transferre, cæterum quòd motu indigeat concitatiore ob metum, à quo compulsus omnes vires accommodat ad opus. Iuuenis viribus est quidem robustioribus, sed ad opus eas non requirit: nam, si opus ipsi, vt seni, sit, hoc celerius aget atq; magis, quo vires illi sunt melius comparatæ. Quamobrem accusare hic operæpretium est tum Archigenem, tum Magnum, tamen longe Archigenem magis: nam Magnus quidem, etsi non vndequaq; verum, certe aliqua ex parte, animaduertit. Archigenes vero, cum, quod desiderabatur, deberet addere etiam, quod rectè esset inuentum, studet labefactare:
« qui ita scribit, æquum est enim, vt adscribam ipsa verba: Nam infantes paruum prorsus pulsum habent, nec vehemẽtem, tum mire crebrum, & celerem. Magnus cum negat esse celerem, in perpetuum constituere volens hoc, non proprium imbecillitati celerem pulsum esse, sed crebrum:
« sunt enim imbecilli illi. Ac paulo inferius Archigenes, Mihi quidem non in robore, inquit, videtur celeritas posita esse, cum in cholericis reperiam, & cardiacis arteriarum contractum motum. Hæc Archigenis verba sunt, multum quidem probabilia, quæ facile auditorem circumueniant, vtpote ex lemmatibus collecta, quæ vulgus medicorum comprobat: siquidem in hac sententia sunt penè omnes, cholericorum & cardiacorum celerem pulsum esse. Nos vero satis in primo li-
C bro de pulsibus dignoscendis diximus de celeritate & tarditate: vbi alium monstrauimus celerẽ esse, alium non diuturnum pulsum: itidem de tarditate, non eundẽ tardum esse, atq; diuturnum. Nihil est igitur, quòd eadem hic repetamus: sed conclusione duntaxat cõmemorata, in illis affectibus non diuturnum quidem pulsum esse, tamen non celerem, tum ad institutum est redeundum.
Iam enim Archigeni nihil efficietur, cum negatum sit pulsus in cholericis cardiacisq; affectibus esse celeres. Et quidem (vt hoc concessum sit) non fuerit facultatis roboris certum signum celeritas, sed, familiare illi quin sit, nihil obstat: quandoquidem iam satis aperte declarauimus quosdam necessario pulsus consequi continentes causas: aliquos esse illis familiares, necessario coniunctos non esse. Nam, quorum pulsuum postulat generatio vnam causam, hanc perpetuo illi comitabuntur, & hercle indicium erunt causæ fidelissimum, vt vehemens valentis facultatis, languidus infirmæ: at, quorum, nisi plures concurrant causæ, cõstitui generatio nequeat, hos familiares esse causis dicemus, non aũt significare certam ex illis aliquam. Eodem modo, si ex vna aliqñ causa pulsus proficiscatur, sed non ab eadem perpetuo, familiaris quidem omnibus causis erit, quæ efficiunt eum, cõstanter vero ex illis indicabit nullam. Neq;, si celeritas sit pulsuum, statim robur quoq; necessario facultatis erit: immo est, cum maior sit vsus generationis animalis spiritus: & est, cum ca-
D loris sit copia, vel instrumentorum mollities, vel horum quædam, vel omnia simul. Haud aliter, si magnitudo sit pulsuum, erit vel robur facultatis, vel impendium animalis spiritus maius, vel calor in corde abundantior, vel instrumentorum mollitudo, vel quædam horum, vel etiã vniuersa.
Itaq; Magnus, qui familiarem esse celeritatẽ dixit facultati validæ, nihil peccat: siquidem est, cũ velocior huius occasione pulsus fiat. Archigenes vero, qui eum oppugnat, errat: primũ, quòd in eo mentiatur, quod perspicuum est, qui oẽs ducat non diuturnos pulsus esse celeres: deinde, quòd, si sint celeres, hoc existimat consequi, haudquaquam validæ facultati eos familiares esse: id quod planè falsum est. Neq; enim, quin pulsus celeres aliqñ à robore facultatis proficiscãtur: verum, quòd ab illo non semper solo: consequetur, vt illos, quos diximus, pulsus fateamur celeres esse. Quòd si existimauit non familiares esse tm̃ valenti facultati Magnus pulsus celeres, sed ẽt, vt signis, in perpetuũ est vsus, lapsus est: etenim non, si celeritas est pulsuum, continuo robur ẽt est facultatis: immo vero (vt supra diximus) si vel vsus vrgeat, vel sint molliora instrumẽta, velocius arteriæ mouentur. Omnino, qñ robur facultatis sequitur celeritas, & quando caloris copiam, aut exhaustum animalem spiritum, aut mollitiem instrumentorum, melius fecisset Archigenes, si Magni sermoni inuestigatum adiunxisset: ita enim absolutus sit, satisq; ad omnes dignotiones. Quod ille quando præterijt, etsi prius ab Herophilo motum: nos, quibus bene Magnus, & melius etiam Herophilus

scripsit,

scripsit, residuum addemus: ac doctrinam dignoscendarũ, quę celeritatem efficiunt, causarũ oĩbus E suis numeris absoluemus. Prius tñ faciendum mihi est, vt illorum admoneam, quæ in secundo de pulsibus dignoscendis libro docuimus, quò significationes assequentes horum nominum, nihil secus in sermone accipiamus. Celeres dicimus pulsus itemq; tardos esse nõ ægrotis modo, verũ ẽt valẽtibus nõ nullis: quod naturaliter quidem ijs inesse dicimus: quemadmodũ ẽt alios, quibus comparatum optime corpus est, nec tardos, nec citatos, sed moderatos natura habere pulsus: eosdemq; nec magnos, nec paruos, sed medios inter vtrosq; moderatos: neq; item crebros, vel raros, sed & in hoc genere moderatos. Atq; de hoc, qui corpore optime est constituto, priore loco dicamus, vt qui regula sit & modus cæterorũ omniũ hominũ: magnos.n. et paruos pulsus, celeres, tardos, deniq; qui ad hunc modum singulis in generibus appellantur, ac excessus denotant, ad nullũ alium quẽquam, præter hunc, cũ illos nominamus, referimus. Hic ergo homo si calidior solito euaserit, atque hac re sit tantum alteratus, vehementiã is pulsuum nõ immutauerit: immo nec duritiæ & mollitudinis genus: at in magnitudinem & celeritatem vertet: interim ẽt in crebritatem, prout magis vel minus calor increuerit. Paulo enim si, q̃ solet, factus calidior sit, manifesto pulsus habebit maiores, verũtamen non celeriores aperte. Quòd, si amplius illi calor increuerit, vnà cum illo magnitudo pulsuum proportione augebitur: ad hęc elucebit celeritas. At, si calor plurimum F auctus sit, maximi erunt pulsus, celerrimi vero nõ dum: sed, vt antea tradidimus, tum demum, vbi maximam excesserit distentionem: iam tum crebritas quoq; clare animaduertitur. Horũ, cur ita appareant, rationem partim iam ante explicauimus, partim non magno negocio ex commemoratis inuenias. At, si frigidior iusto is homo factus sit, primum raritas perspicua erit, deinde tarditas, postremo paruitas. Putauerit aliquis hæc euidentia euenta & inter se & cum positis causis pugnare: par esse enim, vt, quemadmodum in calore prima erat magnitudo, celeritas altera, crebritas tertia: & in frigiditate item prima paruitas, secũda tarditas, tertia raritas sit. Ergo quę ratio est explicandi huius nodi? Quòd cum valida facultas est, etsi paulo minor sit vsus, primam actionẽ nec paruam necesse est, nec tardam esse: alteram vero multo post, si vsus non flagitet, verisimile est fore. Vt enim, cum vrgebat, facultatem stimulabat & excitabat ad officium, ita etiam quietẽ longissimã cõcedit, vbi non vrgeat. Iam, si maior refrigeratio sit, eoq; vsus sit magnopere remissus, vnà elanguescet celeritas motus, atq; minor statim erit distentio. Si plurimum progressa refrigeratio sit, rarissimi quidem, sed non tardissimi tamen & minimi, necesse erit, vt sint pulsus: sed sat est, si tardiores semper & minores fiant natiuis: exacte quidem certe tardi vel parui, si valida facultas sit, quamuis multum sit vsus remissus, nunquam fiant. Eadem cæteris actionibus videas vsui ve G nire: vt ambulationi aucta necessitate, id est si multa singulis diebus sint stadia conficienda, velocius & magis progredimur, nec in diuersorijs diu commoramur. Sin adeo sit imminuta, vt singulis diebus habeamus quina dena stadia, verbi gratia, duntaxat perficienda, diutissime subsistimus in diuersorijs: attamen nõ ad extremam tarditatem & paruitatem actionem remittimus. Eadem in respiratione ratio est, de qua late egimus in commentarijs de dyspnœa.

Pulsus ab Vsu vnà cum facultate profecti, quatuor habent coniugationes. CAP. 8.

AD pulsus redeamus: ac repetamus, quando aut per solum calorem aut frigiditatem alterantur, nec causa alia continens à pristina natura desciscat vlla, alteratio eorum talis necessario existet, qualem diximus. At, vbi non modo vsus, verum etiam mutatur facultas, quatuor tum in vniuersum differentiæ diuersæ erũt, in quarum singulis moueri arteriæ in hunc modum videnſ. In debiliore pariter & calida, si multũ ab vtraq; causa vincatur, vt magnopere imbecillis sit facultas, & calor igneus, parui & tardi pulsus creberrimiq; fiunt: sin modica noxa sit, æque fiũt crebri, sed moderati in distentione & motu. Quid autem crebri perinde, non autem ex æquo parui, nec tardi? qm̃ nihil extrema crebrius est crebitate, †ubi similiter habeant ambo. Quòd quidem si hac fieri etiã alia frequentior posset, omnino eam imbecillimi haberent hoc quidem nomine, q non H dum vsum compleant. Quid vero in modicis offensionibus tum facultatis tum caloris pulsus frequentes fiunt, sed nequaquã parui, neq; ẽt tardi, verum moderati? an quia, cum imbecilla facultas sit, non plane tñ deiecta, moderata distentio & motus non nunquã fiet, sicut hominibus debilioribus quidem, sed compulsis necessitate moderata est ambulatio? quod enim robustis citra insignem necessitatẽ accidit, eò compelluntur imbecilliores. Idem hi hoc habẽt, vt, vbi vsus instet, & veluti cõpellat, in perpetua sint actione: nihilominus hi, tametsi ęgre, at vsum implent. Qui vero plane sunt imbecilli, ẽt si maxime contendant, q̃ plurimum possint, augere actionis magnitudinem, celeritatem, crebritatemq;, ne sic quidem respondent vsui. Porrò pulsum, quibus debilis est facultas, omnibus languidum esse diximus antea, & tam languidissimum, q̃ maxime affecta facultas sit. Atq; de pulsu deprauato per caloris copiam & infirmitatem facultatis hæc sufficiũt. Iã ad alteram nos coniugationem conferamus, quæ in imbecillitate cõstat & refrigeratione, cui pulsus competit cum imbecillus pro offensa quidẽ facultatis, tum paruus tardusq;, sicut pulsus prioris coniugationis: sed non ęque, vt illi, ad extremam deuenit crebritatẽ: præter si quando omnino facultas prostrata sit, tunc plane pulsus minimus erit, intermittetq;, & deficiet frequenter. At, modice si facultas infirma sit, validaq; refrigeratio, creber minime euadit pulsus, vtiq; quod satis effi-

ciat

†Al. ex antiquis. quam similiter habẽt ambo.

A ciat vel eiuſcemodi facultas vſui. Tertia eſt coniugatio pulsuum alterationis, cum ſimul calor increſcit & facultas, quam vehementiſſimi pulſus & maximi comitantur, ſed non perinde celerrimi, creberrimi vero fere non ſunt aperte: eſt tamē, cum perſpicue naturā excedāt, id quod incidit, vbi plurimum calor increuit: tunc enim, etſi pulſus ſit maximus celerrimusq; tñ, quę copia eſt caloris, non reſpondet vſui. Reliqua eſt & quarta alterationis, quæ in hoc incidit genus pulſuum, coniugatio, vbi coierint robur facultatis & caloris defectus. Hi magnitudine moderata ſunt, ſed tardiores, & bene rari, maxime vbi præpolleat refrigeratio: nam, cum ſit paucus tum pulſuum vſus, vniuerſumq; magnitudo diſtentionis facile tueatur, recte ſanè diutiſſime quieſcunt arteriæ. Etenim, vt, cum vſus flagitabat, illarum erat perpetuus motus, ita nunc, cum eſt remiſſus, lōgis interuallis fit: tamen ob facultatis robur, diſtentionis non impeditur aperte vel dilucide quantitas. At nec multū tarditas eadem de cauſa pollet: ſiquidem valens facultas naturales motionis tuetur modos, etiam ſi non poſtulet vſus. Omnino, vt manifeſte pulſus minor euadat, magnopere diſſolutum oportet vſum eſſe, frigore admodum ſuperante: plerunq; vero diſtentionis tuetur naturalem quātitatem: aut paulum, neq; id admodum perſpicuo, imminuitur. Cæterum multo tardior, q̄ minor, in refrigerationibus, apparet, perinde atq; illi, qui iter faciunt, cum non opus ſit cōcitato
B motu: hi enim minus de magnitudine greſſus, q̄ de celeritate, detrahunt: quod, ſi quando feſtinato opus ſit, plus ad magnitudinem addunt, quàm ad celeritatem. Hic, ne male hæc accipiamus, & quolibet in ſtatu ducamus variationem magnitudinis & paruitatis mutationem ſuperare celeritatis & tarditatis, animo etiam atq; ēt opus eſt attēto: neq;.n. perpetuo præſtat, cæterū promptior eſt, itaq; prior: nam à moderato cōuerſionem ad magnitudinem & paruitatem procliuius videas fieri hac, quæ ad celeritatem tarditatemq;. Attamen, ſi, cum ad inſignem magnitudinem mutatio peruenit, adhuc fiat, vt creſcat calor, celeritas tum affatim extenditur: quod, ſicut diximus prius, non immerito accidit, nam ad implendum vſum ſatis eſt cordi, ſi diſtentionis augeat magnitudinem: neq; velocitatem perinde, ac illam, requirit auctam. Cum vero luculēta iam ſit magnitudo, præterea vrgeat vſus, hic tum omne, quod deſideratur, adijcit celeritas: ſin parum ſit ea contentum, perpetuos ciet motus, quod perinde eſt, ac crebros facit. Atq; de his hactenus.

Pulſuum Cauſæ ex Differentijs inſtrumentorum. CAP. 9.

TRanſeamus iam ad inſtrumentorum differētias, ac inſpiciamus primum peculiares vtriuſq; earum pulſus: deinde aliarum etiam cauſarum immutationes, vti fecimus paulo ante. Quod
.i.f.2. d.3.c. 0.48.f igitur, cū durius ſolito vel mollius euaſerit corpus arteriæ, ipſos pulſus id ibi ſimul reddat vel du-
C ros vel molles, ante explicatum eſt: nec quærit hoc longiorem probationē, cū id omnia perſpicua euenta approbent, ferientis naturæ reſpondere qualitatem ictus. Quod vero mollitudini inſtrumentorum familiaris ſit magnitudo, paruitasq; duritiei, quanq̄ de his antea verba fecimus, tamē, quia ita fluit ſeries orationis, etiam hoc loco exponemus. Molle inſtrumētum, quoniā prompte extenditur in omnem partem, facile diſtenditur: durum, non abſque magno negocio. Iam comes eſt promptitudinis diſtentionis, magnitudo: reniſus & cōtumaciæ, paruitas. Itemq; celeritas prioris, tarditas alterius generis eſt comes: non tñ ex æquo, ac magnitudo & paruitas. Paulo enim celerior pulſus eſt ex mollitudine ꝑfectus inſtrumētorū, pulſu, quem creat durities: maior ꝑmulto. Quia corporis arteriæ membranoſitas, quāuis durior interim ſit, ad celeritatem quandam motus parata eſt & facilis: ad magnitudinem vero diſtentionis omnium ineptiſſima: nam opus eſt, vt in omnem partē extēdatur facile, quod maximam diſtentionē ſit effecturum: huiuſmodi molle eſt. Cumq; à natura longiſſime aut ad mollitudinem aut ad duritiem corpus arteriarum receſſerit, tardior fit mollis pulſus duro: nam corpus paulo mollius iuſto, quia paulo duriore ad magnitudinē ſequacius eſt, idcirco etiam ad motus velocitatē. At vero, quod ad extremam diſſolutum mollitudinem eſt, & veluti laxum, & in ſe ipſum per nimiā humiditatē conſidet: neq; ad diſtentionis ma-
D gnitudinem perinde ſequax eſt, neq; ad celeritatem motus: itaq; celeritate cedit duro: magnitudine tamē etiam nunc non durum tm̄ ſuperat, ſed ipſum etiam, quod in naturali ſtatu eſt. Eiuſcemo-
Ibidem h. di certe ſtatus, qui ad immodicum arterias exceſſum adducunt duritiei & mollitudinis, non ſūt ſine mutatione aliarum continentiū cauſarū: neq;.n. conſtare amplius facultas in ſuo robore, nec in terminis calor à natura præſcriptis poterit. Quam ob rem, vbi ipſius ſolius vel mollitiei vel duritiei, remotis alijs cauſis proprios pulſus pronunciamus, maiores & celeriores dicemus à mollitudine, minores tardioresq; à duritie fieri: & multo quidem maiores, q̄ celeriores, ob cauſam, quam explicauimus nuper: crebritate vero ac raritate tm̄ à ſe mutuo & à mediocri variare, quantum magnitudine, paruitate, celeritate, tarditate à natura recedunt. Dictum præterea ante eſt vnā omnino cauſam eſſe crebritatis omnium actionum, cū quenq; vſum nō aſſequantur. Atq; durorum inſtrumentorū eſt minor diſtentio, itaq; minor vſu actio obitur: mollium contra inſignis eſt diſtentio, impleturq; abunde vſus: iure itaq; cū duris pulſibus crebritates, cum mollibus raritates cohærent. Quòd ſi qñ incidat, vt cū duritie refrigeratio cōcurrat, & calor cum mollitudine, tum pulſus duri mollibus euadent rariores: concurrentibus tñ hæc pulſuum alteratio fit differentijs continētium cauſarum. Quando aūt huc defluxit oratio, vt primam commemorarem duritiei & refrigerationis complexionem, ſummam eius explicemus. Si durum corpus arteriarum ſit coniunctum

Quarta Claſſis mmmm cum

cum innati caloris refrigeratione, pulsus efficiet iusto minores & tardiores: si superet durities, mi E nores magis, quàm tardiores: sin aūt refrigeratio, cōtra tardiores magis, quàm minores. Ad eundē modū crebriores, si durities refrigeratiōe superior sit: sin vincat refrigeratio, rariores: at, si par fuerit vtriusque à natura flexus, tanto reddet minores, quanto tardiores, à raritate vero & crebritate naturali non abducet: siquidem, quantum vsus eorum generationis detraxit ob refrigerationem, tantundem simul de quantitate distentionis temporeq; motus abstulit: quare nihil causæ est, cur arteriarum magis natura continuet motum, sicut in plerisq; paruis pulsibus, vbi infra vsum manet distētio. Quòd si tñ insignis durities, et pauca omnino fuerit frigiditas, tum id ipsum existet, quod cōmemorauimus, nēpe distentionem, quæ vsum non assequitur, perpetuos creare motus. At, si contra accidat, vt permultum sit frigiditatis, duritiesq; naturali pulsu quàm minimo minor, tum pulsus multo rariores, necesse est, sint, quàm minores, quod vsus etiā longe inferior sit quantitate distentionis. Habes causarum primam coniugationem. Altera erat, in qua cum calore pollebat mollitudo, quæ etiā tres necessario primas differētias producit: interim enim par mollitudinis est & caloris mutatio: interim præpollet vel mollitudo vel calor. Quare, si, quantū naturam mollitudo relinquat, tantundem desciscat ab ea etiam calor, magnos necesse est, & celeres fieri pulsus, non statim tamē crebros: verum, vbi generādorum eorum vsus superet magnitudinem distentionis, si F mollitudo præstet, magnitudo etiam vincet celeritatem: si calor, non item statuendum est absolute, sed distincto est opus. Si ita abundet calor, vt vsum actio complere nequeat, multo celeriores fiāt, necesse est, quàm maiores pulsus, simulq; etiam crebri: vbi vero naturæ satisfaciat vsus, æque magni atq; celeres. Porrò autem tertia erit causarum complexio, quæ pulsum in hoc genere variāt, vbi calori adiuncta durities sit. Atq; cū vterq; multum de natura deflectit, pulsus erunt celerrimi creberrimiq;, minimi autē nequaq̄ nisi simul facultas affecta sit (sed id hic non posuimus) sed minores illi quidem iusto, non ad vltimam tamē paruitatem delabentur. At, si immodicus calor sit, & instrumentum nō magnopere durum, verū paululum à moderato variet, tñ abest, vt iusto fiat distentio arteriarum minor, vt etiam maior euadat. Nam, cum peculiaris duritiæ instrumentorū paruus sit, & magnus immodico calori, iure pulsus ī istis statibus fit magnus, assimilatus vincēti: sicut, cum præpolleat durities, paruus. At celeris erit, vtra causarum excellat, maxime tñ cū calor: tum vero etiam luculentior erit crebritas. Restat coniugatio in propositis pulsuum generibus, vbi cōcurrant mollities frigiditasq;. Quia vero magnus pulsus hic quoq; mollitudini peculiaris est, & paruus frigiditati, vtra longius à natura deflectat, illi, necesse est, pulsus assimilentur. Itaque magni instrumentorum præpollēte mollitudine, parui in frigiditatibus erunt: moderati autem, G cùm, quantum à mollitudine in magnitudinem producantur, tantundem à frigore contrahantur in paruitatem. Nam, vt semel dicam, moderati pulsus non ex hisce tantum causis, sed & ex cæteris prẹter naturam omnibus fiunt, cum ambæ, quæ in contrarias partes distrahūt eos, parem vim habeant: vnde falso illos, qui in eum modum laborant, vulgus putat medicorum naturaliter comparatos esse: verum de his diffusius dicam in cōmentarijs de præsagitione ex pulsibus. In prẹsentia hoc tñ satis est declarasse (quod quidem ad hanc cōmētationem pertinet) oēs naturales pulsus, inter excessus medios moderatosq; esse: non tñ, quicunq; moderati sunt, etiam naturales omnes esse. Rari quidem & tardi certe id genus omnes sunt pulsus, maxime si superior sit frigiditas.

Pulsus quos Instrumentorum differentiæ cum Facultatis differentiis efficiunt. CAP. 10.

SEd qñ & de his, quæ par erat, exposuimus, deinceps instrumentorum differentias euariemus differentijs facultatis: † atq; illud in memoriā reuocemus, quot excellentiam caloris affectus sequuntur pulsuum, tot etiam generādi animalis spiritus vsus. †. Sic "instrumentorū durities coniuncta imbecillitati facultatis, paruos pulsus, & tardos, & crebros concitat: robori, paruos atque crebros, non etiam tardos, immo longe interim iusto celeriores: quòd, quantum distentionis mediocritati propter duritiem organorum deficiat, tantum à celeritate resarcitur & à crebritate. Si H vero instrumentum molle sit, facultas autem valida, maiores quidem manifesto pulsus fiunt, at aliquanto tardiores rarioresq;. Quòd, si ad mollitudinem instrumētorum infirmitas adiuncta sit facultatis, si quidem æquus vtriusq; simulq; modicus fuerit à natura flexus, & moderatos videntur & naturales planè hi pulsus referre, præter quantum varient mollitudine: sin valde immodicus sit, parui & tardi & crebri fiūt. Haud aliter, si multo imbecillitas prẹpolleat: etenim tum quoque generantur parui, tardi, crebri. Verū, si superior mollitudo sit, accedūt pulsus ad moderatos, quod facultas, cū paulo, q̄ naturẹ lex postulat, debilior sit, nihil habeat obstaculi, quin retineat & quātitatem distētionis, & qualitatem motus, sicut cum incurrat in duritiem instrumētorū: siquidem cū impeditur ibi distentio, tum vero tanto fiunt necessario crebriores pulsus, quanto actio quoq; fiat imperfectior. Cū aūt facultas aliquātū imbecilla, & molles tunicæ arteriarū sint, quia nihilo fit tardior motus, neq; minor distentio, ideoq; satis vsui effici, nulla fit pulsuū in crebritatē mutatio.

† *Aliter ex antiquis. illud prius in memoriā reuocātēs.*

† Hęc addūtur in quibusdā codicib. antiquis. ita vt, quot sūt vsus refrigerandi animalis spiritus, tot etiam & generādi & augēdi ipsius: Exēpli causa, celeritas & magnitudo sunt causa refrigerādi spiritus, eædem eiusdē spiritus generandi & augendi causæ erunt.

A.l.1.f.2.c. c.6.fo.48.f

Complexiones Omnium causarum Continentium. CAP. 11.

REstat iam, vt oēs simul cōmittamus continentium causarum differentias, & fiunt cōplexiones numero octo: duæ cū remissa facultate pariter & vsu, modo mollius solito sit instrumētum, modo durius: duæ alteræ, vbi languescat facultas, & vsus auctus sit, instrumētaq; vel mollia vel

A vel dura: præterea aliæ duæ, quando valida sit facultas, sed remissus vsus, vnà cum variante instrumentorum differentia: reliquę duæ, cum valens facultas sit, auctus vsus, accedatq; instrumentorum, quam diximus, differentia. Ac languida quidem facultate simul & remisso vsu, omnino in paruitatē & tarditatē mutantur in vtraq; differentia instrumentorū pulsus: cæterū non reddunt necessario crebri, vel rari: sed vicissim hoc pro instrumentorū ijs differētia contingit, & pro quantitate offensionis singularum cārum cōtinentiū. Nam, si parua facultatis offensio sit, nec insignis instrumētorum duritia, nihil crebritate pulsus variant: nā hoc docuimus ante, non pulsus modo, sed oēs planè actiones fieri crebriores ex defectu, qui accidit cuiq;. Iā defectū vsu æstimari, id supra exposuimus. Cū ergo remissus hic sit paruaq; lęsio facultatis, nisi per instrumentorū nimiam duritiem, nihil desiderabit in actione. Atqui, si facultas magnopere sit lęsa, modice remissus vsus, instrumenta bene dura euaserint, non poterūt pulsus nō fieri, q̃ vsus postulat, minores, itaq; imperfectum simul officium, ac, quanto quidē imperfectius, tāto etiā crebrius. Iam vero nec ipsa horū pulsuū paruitas & tarditas potest perpetuo similis esse: nā, prout facultas plus vel minus, aut vsus offensus est, ēt pulsus ipsi, necesse est, plus vel minus ad paruitatē trāseant & ad tarditatem: minores.n. reddūtur & ob facultatis imbecillitatem, & ob vsum remissum, & duritiem instrumentorū.

A.ibidem.f

B Hoc tñ pro quantitate alterationis cārum, aut singularum, aut binarū, aut vniuersarū affectarum plus vel minus habent: Singularū, vbi minimus factus pulsus sit, vel vsu penitus remisso, vel instrumentis durioribus redditis, vel facultate prorsus infirma: valet.n. vel alterutrum eorum, vt dictum est, si offensum sit, minorem efficere pulsum: Binarū, vt cū prorsus factus paruus sit, neutra tñ ex memoratis causis summe lęsa sit, sed utraq; earum hactenus absit ab extrema offensione, vt pulsus, quē ambæ constituūt, perinde alteretur, atq; is, quē altera summe offensa: Ita etiā, si tria genera cārum ad vnū concurrant pulsum constituendum, inducāt interim tantā alterationem, quantam cōmittat etiā vna de illis maxime offensa: quod memoria per oēm disputationem tenendum est, vt ne falsus quispiam alterationem putet, quæ ex omnibus offensis causis cōstat, maiorē oportere ea eē, quā facit vna: valēt enim, sicut docuimus, vel de vna qualibet causa, quę prorsus lęsa sit, ad vltimam pulsus deuenire alterationem. Facultatis igitur ad extremū deiectio minimos efficit pulsus, etiam si molles quidem tunicę sint instrumentorum, vrgeat aūt vsus. Quare vel huius iterum operæpretium est in vniuersum meminisse, ad pulsus extremos cōstituendos identidem plures causas requiri, identidē satis esse vnā: nam maximus fieri ob facultatis summum robur nō possit citra cæterarū opem, minimus aūt non nunq̃ ob imbecillitatem possit: &, quod eo nouius est,

C licet reliquæ causæ frequenter diuersissimum pulsum habeant peculiarem, tñ ex vnius earum victoria fit mutatio. Vincit aūt aliàs alia: modo, verbi gratia, imbecillitas facultatis, ex qua ortus minimus pulsus est: modo instrumētorum durities: interdum remissio vsus. Nā, vt languida semel facultate, magnitudinem nec mollitudo instrumentorū, nec incitatio vsus augeat, sic instrumētis desiccatis, nil conferet ad magnitudinem nec facultas valida, nec vsus incitatio. Et, vt per vnam causam, quę offensa omnino sit, pulsuum sæpe extrema mutatio accidit, sic interdum, etiam si coniunctæ sint cunctæ causæ ad vnū pulsum generandū, pulsus, quem constituūt, haudquaq̃ summā assequatur alterationē. Nam, si simul & imbecilla facultas, & dura sint instrumenta, et vero etiam dissolutus vsus, tametsi oēs hæ valent causæ pulsum paruū reddere, tñ ne sic quidem minimū necesse est pulsum fieri: verum, si nec vlla inter illas summe lęsa sit, neq; collectus ex omnibus aceruus æquet maximam vnius offensionem, non poterit fieri pulsus minimus. Quamobrem, vt dixi, ante omnia in pulsuum alterationibus attendēda quantitas est causarū offensionis. Sed de hoc etiā in libris de præsagitione ex pulsibus agemus. Nunc ad tertiam & quartam octo cōmemoratarū coniugationē digrediamur, atq; hic aliqñ dicendi finem faciamus de duabus primis: etenim, si quid sit in ijs præteritum, facile ex ijs, quæ ante diximus, inuenies. Ergo, vbi lāguescat facultas,

D vrgeat vsus, durumq; instrumentum sit, potissimum ad crebritatem, deinde ad paruitatem, postea ad tarditatē pulsus videbis vergere: non necessario tñ nec perpetuo, nec etiam in quolibet illorū, nec simul concurrunt omnia. Siquidem, vbi læsæ insigniter sint oēs causę, minimi, & creberrimi, & tardi pulsus fiunt: tardi, q̃ sit infirma facultas: minimi, cum ob hanc, tum vero ob duritiam instrumentorū: qui, q̃ tales sint, idcirco sunt ijdem creberrimi, adeóq; quia impellit vsus: quinetiā citra eum, facultatis imbecillitas & instrumentorum durities coniunctę minimos possunt creberrimosq; pulsus reddere. Huc si cumulus accesserit vis vsus, non paruum erit illud quidē ad exitum momentū, nihilo tñ pulsus efficiet crebriores: cū sint vel sine hoc frequētissimi. At, si offensio sit instrumentorum & facultatis parua, ac generationis eorum multus vsus, hi non erūt iusto minores, nec tardiores, immo interdum manifeste celeriores: maiores aūt si non aperte, pares certe perspicuo moderatis. Etenim, vbi multum instat vsus, quamuis sit imbecillior iusto facultas, celeriter mouetur: ac longe vero aucturus vltra celeritatem magnitudinem erat, ni durities impedimēto sit: nunc eo apertior euadit celeritas magnitudine, quòd huic nullo impedimēto sit paulo instrumentum durius solito: ac hoc magnitudini repugnat præter cætera. Crebri porrò in eo genere pulsus fiunt, vt vsus impleat: qui quidē si etiam paulum diuertat ab natura, omnino parua, vt dignosci vix possit, erit crebritas, q̃ vsui tum satisfaciat celeritas & magnitudo. Et quid multis? in

hac coniugatione cõparanda cũ quantitate vſus functio eſt,quam per organa obit facultas.Quan E to.n.inferior functio vſu eſt,tm̃ creſcit in crebritatem: contra,tanto minores fiunt & tardiores ita comparatis,quantum vel facultas vel inſtrumenta naturalem relinquãt modũ. At de cauſarũ tertia variatione ſatis hæc ſunt. Accedamus iam ad quartam coniugationẽ,vbi infirma facultas eſt, & maior eſt vſus vnà cũ inſtrumẽtorũ mollitudine. Sanè in hac quoq; ſi permultum vſus increſcat,& non multũ ab natura facultas diſcedat & inſtrumenta,oĩno lõge magis in magnitudinem increſcẽt pulſus,q̃ in celeritatẽ. Nam durities inſtrumentorũ in proxima ſuperiore complexione magnitudini diſtẽtionis reſiſtebat: in hac non tm̃ non officit diſtẽtioni mollities illorũ,ſed prę cæteris adiuuat ẽt: itaq; iuſto maior planè pulſus erit,ſed non perinde celer aperte. Iam crebrior etiã iuſto erit is pulſus,nec tamẽ hic,perinde ac ille,tertij complexus,q vſui hîc magis,q̃ illic,ſatis fiat. Quòd ſi paululũ vſus & facultas à naturali ſtatu deflectant,inſtrumenta vero multum ad mollitiẽ deſciſcant, ad mediocritatẽ pulſus horũ affectuũ accedẽt, tum quantitate diſtentionis,tum motus qualitate,præterea quietis tempore: vna tm̃ occurſus mollitudine(nam hoc proprium ijs inſeparabile) excedẽt ſtatũ naturalem. Quòd,ſi nõ ita deflectant multũ vſus & inſtrumenta, facultas aũt vehementer laboret,tales pulſus bene parui erũt & crebri,modice vero tardi. Atq; hactenus ſatis etiam ſit de hac concurſione egiſſe. Conferamus nos iam ad proximas duas,quæ commune ha- F bent robur facultatis,vſumq; pulſuũ generandorũ remiſſum,ſed diſtant inſtrumentis. Itaq; altera illarũ,in qua durũ inſtrumentũ eſt,valida facultas,minor vſus,minores planè pulſus creat, non tardiores tñ, nec crebriores neceſſario. Verum,ſi admodũ remiſſus ſit vſus,& dura modice inſtrumenta,non minores modo,verum etiã perſpicuo tardiores rarioreſq; fiẽt. Sin vitium inſtrumentorum vincat vitium vſus,abunde fit is pulſus paruus,itaq; creber,eadẽq; de cauſa minus tardus illo prioris ſtatus: ſi.n.nec vſus completur, & imbecilla eſt facultas, non ita inſigniter fiet tardus. Atqui non cõplet vſus pp diſtentionis paruitatẽ, quæ quidem duritiẽ comitabatur inſtrumentorum: hæc.n.ſi mollia eſſent,non minor,quod animaduerti poſſet, foret naturali, niſi ſingulariter vſus ſit imminutus: & oĩno hoc rarior apparebit,quo diſſolutior ſit vſus.Et vero etiã tardus aperte quidem in mutationibus inſignibus vſus,non aperte in minoribus. At,quando & ſatis de his concurſibus diſputauimus,ad reliquos iam duos accedamus: in quibus tunicæ arteriæ,vſu aucto, valente facultate, nunc molles ſunt, nunc duræ. At,molles ſi ſint,prorſus pulſus magni & celeres erũt: crebri nõ ſemp,ſed vbi immodicũ vſus ſit incrementũ,nam tũ quidẽ nec magnitudo diſtentionis,nec celeritas motus,cõplendo eſt vſui: vbi vero paruus exceſſus ſit,abunde vel ſola ſuppeditat magnitudo. Nã,ſi arteriarũ durę ſint tunicæ,varie in eiuſcemodi ſtatibus mutanť pulſus. Par G ua.n.ſi durities ſit,ſed vſus inſignis mutatio,maiores,celeriores,crebiroreſq;,q̃ iuſtũ ſit, euadent. Sin aũt ęquo vtraq; cã interuallo deflexerit à natura,neutraq; admodũ lõgo, pares quidẽ naturalibus,ſed celeriores atq; crebriores fiũt. Iã,ſi inſignis offenſio vſus & inſtrorum ſit,vt hæc plane duriora ſint reddita,ille vrgeat nimiũ,celeriores etiãnum erũt moderatis,at minores ac crebriores.

* *in græcis eſt* εὔρωστος.i. *va lida.*

Vſus Exercitationis in Cauſis pulſuum. *CAP. 12.*

QVia vero, quæ de his dicenda erant,diximus,ſupereſt,vt pulſum vnum aliquem proponamus, in quo doceamus vſum & fructũ huius exercitationis. Sit vero celer, quem peculiarem robori facultatis eſſe, vſuiq; vrgenti, & mollitudini inſtrumentorum docuimus. Quònam hunc pacto, cum eum offenderimus,in vno ægroto explorabimus,quando ex vna illarum cauſarum, qñ ex duabus, quando etiam ex omnibus natus ſit? ad hunc modum. Quando à valida facultate vehemens non poteſt diſcludi,nec à mollibus inſtrumentis mollis, ſi cum neutro horum ſit celeritas coniũcta, ab vſu ſolo prouenit vrgente. Vbi vero cum altero, omnino ex illo oritur,quod ſignum hoc ædit,& etiam neceſſario ex vſus incremẽto: oſtenſum.n.eſt ante, celeres pulſus non poſſe exiſtere,nec vero etiam magnos,niſi poſtulet vſus: at,quatenus ad robur vel imbecillitatem facultas trãſiit,ex proprijs eius pulſibus dignoſcas,licet. Eadẽ eſt ratio in qualitate in- H ſtrumentorum: vt quam etiam, pulſus habeamus, qui prodãt. Quãtus aũt generationis eorum ſit vſus,coniectandũ eſt atq; colligendum ex commutatione magnitudinis,crebritatis,& celeritatis. Si.n.maximus pariter & creberrimus idem ſit,& celerrimus etiam,ſumme vrget vſus: ſin magnus tm̃,& paulo celerior,nec etiam maximus & creber,vſus non ſit magna immutatio. Et iam poterit ex alijs quoque ſignis citra pulſus,vt vſus habeat, præſciri. Siue.n.copioſus ſit calor, ſiue exhauriatur animalis ſpiritus,haud id magno negocio explorabis, quòd tactum calor nõ fugiat, & hercle ſępenumero etiam ex forma difficultatis ſpirandi, ſitiq; prodatur, atq; interno laborantis ſenſu: animalis autem ſpiritus cõſumitur in exercitationibus & immodicis per halitum digeſtionibus, fluxionibuſq; intro vergentibus, quorum nihil eſt, quod medicum præterire poſſit. Nec hoc loco iſta longiorem quęrunt orationem: neq;.n.ad propoſitam commentationem,niſi obiter,ſed ad præſagitionem pertinet ea diſputatio. Attigimus aũt hîc eam,quo Archigeni oſtenderemus cũ erraſſe ipſum in prodẽda celeris pulſus origine,tum in promptu ſemper eſſe efficientis cauſę inuentionem. Eritq; id ipſum ex ſequentibus multo apertius, ſi prius de origine narremus reliquorum pulſuũ,vt inordinatorum,arrhythmorũ,& inęqualiũ,quos vocãt: pręcipue ſi tales in arterię vna diſtẽtione ſint.

Galeni

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Inæqualium pulsuum Causæ, ac Eorum quoque, qui Ordinem & rhythmum seruant vel euertunt, explicantur.

De Causis Inæqualium pulsuum, ac primum de Inæqualitate ex Vsu. CAP. I.

C de vehementi quidem pulsu, & duro, atq; magno, præterea celeri, crebro, cōtrarijsq; horũ, in primo libro explicauimus, quæ cuiusq; origo sit, & quot indigeat causis, tum quemadmodum inter se conspirantibus: ad hæc, qui illorum necessario efficientes comitentur causas, ac qui familiares quidem sint ijs, non consequantur tamē necessario. Reliquum est, de cæterorum pulsuum vt agamus generatione, atq; primum inæqualium. Quia vero quidā de his æqualitatem in arteriæ vno motu labefactant, alij in pluribus: quam medici collectiuam inæqualitatem solent appellare: q̄m est longe hæc apertior inæqualitate vnius pulsus, satius primo loco sit de hac tractare. Sane comites sunt eiuscemodi pulsus, vt vno verbo dicam, inæqualis temperiei cordis, atque vitiorum instrumentorum vel facultatis: nam aut oppilationes, aut compressiones, aut duritias, aut † nimios humores subsequuntur: vt nimios nūc humores accipias, qui ad facultatem æstimantur. At non satis est hoc de illis nosse, sed sunt singulæ partes explicandæ, suisq; confirmādæ demonstrationibus. Itaq; cum tres causæ sint continentes pulsuum generationis, instrumentum, facultas, vsus, non poterit ex vsus alteratione constitui in pulsibus collectiua, quæ aperta sit, inæqualitas: q nec repente, nec cumulate adeo vnquam immutari vsus possit, vt pulsus, verbi gratia, prior sit magnus, vel celer, vel crebrior: alter tardus, vel paruus, vel rarus. Siue.n. augeatur innatus calor, siue imminuatur: siue plus animalis spiritus, siue minus exhauriatur: horum nihil adeo affatim mutetur, vt inæquales efficiat pulsus. Id quod plane ex accessionibus in oībus lenibus febribus perspicias, veluti ijs, quæ ex bubonibus concitantur, & synceris tertianis, ijsq; etiam, quę ex adustione, vel frigore, vel quocunque alio eius generis oriūtur. Totum.n. inde vsq; à principio eorum tempus ad vigorem pro incremento caloris pulsus cōuertens in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq;, nusquam secundum pulsum clare à primo variat: verum, si multum temporis interponas, dilucide maior, celerior, crebrior apparet. E vestigio autem diuersus non videbitur, nisi quando ex illis, quæ commemorauimus, aliquod accesserit: vel nimij humores, illi, inquam, qui ad facultatem intelligūtur: vel obstructio, vel compressio, vel durities instrumentorum, vel ipsius cordis aliqua inęqualis intemperies: quæ certe excedūt iam lenem morbum. Siquidem ipsis etiam valētibus, vbi lauerint, vel exercitationem subierint, exhausto spiritu, calore aucto, maiores, celeriores, crebriores, iusto, videntur pulsus esse: at manifeste nunquam à primo differt secūdus. Si quis inæquales esse ēt eos pulsus contendat, licet non videantur, hic, dum vsum nominum repudiat, nihil tñ ad doctrinam affert lucis: neq; enim, quos ratio esse collegit impares, eos solemus inæquales vocare, ceterũ quos dilucide sensu comperimus tales esse. At vocaueris vel hos inęquales, verum hoc scito in sensibilibus inęqualitatibus, quæ ex alteratione vsus fiat, esse nullam. Ac fortasse quidem hæc sufficiebat dixisse ad probandum collectiuam, quam vocant, inæqualitatem variationi nunq̄ vsus succedere: adijciamus tamen & hoc, quod animaduertitur non nunq̄ in ira, quando videtur & hęc innati caloris esse veluti quidam feruor. Sane habet inæquales interdum hæc quoq; pulsus, non illos quidem sua spōte (semper.n. haberet tales) sed vbi adiunctus ad eam aliquis timor sit. Iure ergo varij tunc & inæquales apparent, cum non tm̄ ab diuersis causis alterentur, sed etiā natura cōtrarijs: nā propter vindictæ cupiditatem alti, magni, celeres, vehementes: quia vero timor est maior accipiendi mali, q̄ spes dandi, parui, humiles, lāguidi, & tardi fiunt. Quare inuicem vtriq; pro causæ præpollentis natura videntur euariari: ac excellit modo ira, modo metus: quinimmo ipse timor, si quidem ingens sit, q lędatur facultas, & alteretur vsus, pulsus reddit inęquales. Quemodo ergo pulsus facultas affecta inæquales facit? nam hoc deinceps est dicendum. Quod non imperet omnibus instrumentis: nam, cum imperat, cunctos similes efficit et pares: sicubi autē offendat in agendo, & veluti claudicet, ibi euertit æqualitatem. Quod dico, diligēter attendendū est, ne omni putes offensioni facultatis necessario succedere collectiuam inæqualitatem: nam aliter se res habet: sed, cum per se infirma sit, creat pulsus non ita crebro inæquales: vbi vero valida sit sua spōte, opprimatur autem à copia humorum, aut plane contumacia habeat instrumenta, ibi illam efficit inæqualitatem. Mentē meam exēplo perspicies facilius. Ob oculos ponamus duos homines, qui incedunt pedetentim: sit alter robustissimus simul & florentissima ætate, verum pondus portet grauissimum: alter prorsus nihil baiulet, at valde sit imbecillis ex morbo, aut ex senectute:

Marginal notes: B; C; D; l.i.f.2.d.3.c. fo.48.h; † τοὺς... ; * In man. scri- ptis ... [illegible]

ſtute: iam nec multum progrediantur hi nec celeriter: Itaq; nihil differet in actione: ſed in eo dif E ferent, q aequis plerũq; paſſibus procedet imbecillis: diuerſis validus ac inaequalibus, et alias alijs. Nam ille quidem, ne ſi cõtendat quidem, poterit vnq; vel magnam vel celerem actionem obire: robuſtus vero etiam ferè perinde, interim tamen maiore alacritate celerius aliquãtiſper & magis aget, deinde ab onere preſſus ad primam tarditatem & actionis paruitatẽ redibit. Idem vſu venit arteriarum actioni. Nam, cũ eſt delapſa in imbecillitatem facultas inſignẽ, pulſus eduntur lãnguidi, parui, tardi: ſin illa, quantum in ea eſt, valeat, ſed alia copia degrauetur, varios tum inaequalesq; efficit: plurimos, cum graui onere preſſa ſit, lãnguidos, & tardos, & paruos: cum leui, pleroſq; vehemẽtes, celeres, magnos: cum vero nec admodum grauis nec nimium leuis offenſio ſit, ferè, vt in copia, cõtrarios: vt nec plures poſſis dicere, nec pauciores vel vehemẽtes eſſe imbecillibus, vel magnos paruis, vel celeres tardis. Atq; hunc in modum pulſus inaequales facultatis noxae efficiunt.

Inſtrumentorum Vitia quomodo Inaequales pulſus efficiant. CAP. 2.

INſtrumentorum vitia in hunc modum. Vbi circumiectas regiones arteriae, quae ad hoc creatę ſunt, vt eam diſtentam excipiant, aliud corpus inſederit, nõ poſſunt per illud coarctatae arterię ſatis diſtendi. Itaq; ſingularũ actionũ defectio ſummam interim magnam coaceruat, vt longe ab vſu abſit officium. Ibi iam violenter agere & vehementer facultas cogitur, reijcere & propellere F illa ſtudens, quae ſua inſtrumenta obſederunt, & motu prohibuerunt: vbi maiorem prioribus, & vehementiorem, & etiam celeriorem neceſſe eſt pulſum euadere: crebrior nõ nunc primum, ſed ſtatim à principio fuerat. Oſtendimus enim in ſuperiori libro imparium vſui actionum, neceſſario comitem eſſe crebritatem pulſuum. Itaq;, ſi parem impetum facultas in omnibus, quae conſequuntur, diſtentionibus retineret, aeque magni ſemper fieret, & vehementes, & celeres: nũc, quia non ſeruat, ſed refert ſe ad priſtinum motum, varia hìc inaequalitas exiſtit & continua. Quo minus cõſeruet, in cauſa eſt, q, cum nihil ferè proficiat, nequicq; defatiget. Ac, ſi humor ſit aliquis offuſus arterijs, vehementibus & violẽtis motibus propulſus de loco in locum cogitur defluere, dũ in meatum impingat, qui educere ipſum poſſit, itaq; emanet ex corpore: vel etiam tẽpore tenuatus, aut totus reſolutus in halitum digeratur. Vbi diuerſa etiam & continens inaequalitas neceſſario fit: q nec pari copia humores perpetuo deinceps maneant, nec eaſdem coarctent arterias, ſed ex partibus ſaepe ignobilioribus in nobiliores, atq; ex iiſdẽ rurſus migrẽt in ignobiliores. Quòd ſi qua inflammatio, aut abſceſſus, aut ſcirrhus arterijs circũfuſa corpora afficiat, à quo comprimantur & coarctentur, tum longioribus coguntur interuallis inaequales pulſus interpolare aequales: ſemper enim earundem arteriarum premuntur eaedem partes ab iiſdem vel paribus magnitudi- G ne, vel ſimilibus tumoribus. Accidit "etiam pulſuum inaequalitas interim ex ſanguinis copia, qui A.ibidem.b aut in venas aut arterias ipſas ſit infuſus: at hęc quidem ſanguinis miſſione ſedatur facillime: etenim copia illa in venis, arterias non ſecus, ac tumor praeter naturam, vtpote ijs vicinas premit & coarctat: vacuata per ſanguinis miſſionem, ilico venarum tumorem contrahit, ſtatimq; etiam locum arterijs amplum ad motum dat: vbi, quia ſolitam functionem nemine interpellante tenent, ſimul cum ea aequalitatem naturalem pulſuum recuperãt. At vero hic ſanguis, qui in arterijs eſt, quemadmodum occupet ſpiritus riuos, quid refert narrare? potiſſimum ſi craſſus, vel lentus, vel ſi extremis earum finibus ſit impactus: tunc enim, quia nec allicere ſpiritum, nec reddere valẽt, diuerſas ſimul & difficillimas faciũt inaequalitates, praecipue ſi vel prope ipſum cor vel procul quidem, ſed in nobiles partes impingant obſtruantq; illi ſucci. Quare, vt vno verbo dicam, cum aut valide comprimuntur arteriae, aut cũ obſtruuntur, vt integra oĩno facultas ſit, inaequalitas quaedã corripit pulſus. At, ſi facultas vna ſit affecta cum eo affectu inſtrorum, clariſſimum eſt magis variam oportere inaequalitatem exiſtere: itemq; ſi ipſum cor infeſtet inaequalis intemperies, de qua accuratiſſime in libris de praeſagitione ſcribam. At vero, ſi inſtrumentorum illaeſus ſtatus ſit, ſed magnopere facultas infirma, inaequalitas illa, de qua iam diximus, non exiſtet, ſed mutila & decurtata, quam vocant, inaequalitas: ab admotis enim digitis victa facultas, minores ſemper imbecillioreſq; pulſus creat. Demõſtrationem oratio ampliorem non quaerit, cum abũde in libris de dignoſcendis pulſibus declarauerim: quod vero refert ad hunc locum, hoc faciam, vt adijciam. H

Pro Facultatis offenſione Aliae atq; aliae Inaequalitates oriuntur. CAP. 3.

FAcultatis, quae creat pulſus, non eſt neceſſe imbecillitatem in omnibus affectionibus parem eſſe: ſed in ea permagnus eſt exceſſus & defectus: nam prima quidem & parua minores, languidioreſq;, non autem decurtatos pulſus facit: quae vero eſt hac tanto maior, vt iam facultati ſint oneri applicati digiti, haec pulſuum decurtatorum author eſt. Sed, quia duplex eſt in his ipſis differentia (quidam enim illorum ad priſtinum motum reuertunt, quos decurtatos vocant reciprocos: aliqui illic alicubi permanent) priores ſcito minorem annũciare imbecillitatem: adhuc enim reſiſtit quodammodo facultas, & veluti colligens ſe ipſam, & ſaepe concitans, magnitudinẽ ita auget pulſuum: auget item contentionem. At, qui permanẽt in extrema paruitate nec omnino recipiunt ſeſe, languidiorem, q in his, oſtendunt facultatem eſſe. Sic, ſi prſus deficiãt, ſignificabunt vltimam quandam imbecillitatem. Verum haec explorari omnia applicandis digitis arteriae, nequaq; ſuſpenſis, apertiſſimum eſt: nam, ſi eleuatis ijs & mox applicatis inueniamus in ſingulis

A gulis applicationibus motum deficientem, veram abolitionem pulsus vocamus, non deficientem pulsum. Equidem longe abesse abolitionem puto à pulsu deficiente: illa enim velut est defectus, vt sensus quidem indicat, totius functionis: hic dimidiatæ amissio. Ergo vbi admouenti digitos videatur motus exolutus, & tenenti applicatos paulatim prorsus desinat, eos pulsus vocamus deficientes: illumq; statum medium numeramus inter decurtatos pulsus, & perfectam pulsus abolitionem: &, quanto decurtatis grauiorem, tāto leuiorem pulsus abolitione. Ac hi quidem tres status quantitate noxæ differunt. Quartus reciprocorum est decurtatorum, qui est omnium læuissimus. Quintus his addatur, intermittentium, qui præcedit deficiētium statum: quod enim in vno aut altero erat, aut certe in numero pulsuum certo, id status deficientium in omnibus efficit. Manifestę etiam ipsorum intermittentiū differentiæ sunt: grauius enim facultas offensa est, vbi plures: leuius, vbi pauciores motus deficiunt. Iam vero intercurrentium, quos vocāt, pulsuū affectio contraria est affectioni intermittentium: qui quidē itē inter inæquales, qui aceruatim fiunt, sunt: A ibidem .h incidunto; vbi facultas [a] ualens copia humorum, vel instrumētorum oppilatione impeditur. Vt ergo ad repellenda, quæ molestant, maiores sæpe, & vehementiores ædit, celerioresq; pulsus: ita plures quoq;, in eiuscemodi præsertim statibus, atq; alti pulsus fiunt, itaq; portendūt decretoriam B excretionem. Porrò non solum facultatis infirmitas inducit intermittentem pulsum, sed & instrumentorum valida oppilatio, aut compressio, & constrictio: vbi in se nihil prorsus arteriæ allicere valeant. Hactenus de pulsuum inæqualitate collectiua satis dictum est.

Causæ Inæqualitatis Vnius pulsus. CAP. 4.

NVnc de inæqualitate vnius pulsus agendum est, cuius sunt cōplures singulares differentiæ. Has laborandum nobis est, vt ad vniuersales reducamus cūctas: quibus perspectis, etiam si quid desideretur singulare, ex ante dictis prompte reliqua inuenientur. Orationis etiam idem sit initium, quod in sermone de differentijs illorum fuit, vbi initium fecimus à diuidenda primum motus inæqualitate, qui vel interpellatur, vel perpetus est, vel reciprocus. Ac nouem differentias docuimus fieri, cum distentionem arteriæ quies aliqua intersecans, totam eam in tria partiatur tēpora. Ergo hic singulas ordine consideremus, vt causas inueniamus: ac primo quidem loco, quā illarum primā exposuimus: cū celeriter primū concitata arteria, deinde parua interposita requiete, residuum deniq; addat distentioni tarde mota. Hoc.n. accidit, cū vsus vrgeat, & facultas, quantum in ea est, obsequatur, sed aut ab vitio interrumpatur instrumentorum, aut ab humorum insigni abundantia: nam, ni interrumpatur vsq; distentio quiete, omnino magna sit: qualis nunq̄, ni C si flagitet vsus, & morem gerat facultas, fiat. Nam paruā distentionem quiete intercipi non posse perspicias, si intelligas nullū esse quenq; paruum pulsum, qui dissecari in partes duas, vt animaduertere possis, valeat: at hic vero, de quo nunc agimus, in duos manifestos est diuisus pulsus, alterum ante quietem, qui celer est: & alterum à quiete, qui tardus. Ac, si quidē insigni vterq; magnitudine præditus sit, tum erit totus ex maximis: sin minus, nō paruus certe est prorsus, licet ex paruis quidem duobus constare intelligatur. Porrò facultatis robur prioris motus demonstrat celeritas, & vsum etiam vrgentem motus indicat ille secundum quietem: nam, si absq; eo esset, nunq̄ inceptum motum facultas absolueret: sed, vbi inhibitus primum motus eius esset, ibi desineret distentionem, vnumq; hunc faceret paruum pulsum. Quomodo millies in collectiuis inæqualitatibus paruum factum cernas pulsum, non quin moueri facultas possit, sed q̄ impediatur: vnde sequentem sæpe maximum efficit, concitans, vt ita dicam, se ipsam, & veluti colligens, viresq; recuperans, deniq; omnem contentionem vimq; aduocans. Hoc autē cū posset etiam hic moliri, quia nō fecit, vsum declarauit vrgere. At vnde, q̄ immodici humores, vel instrumentorū compressio aut oppilatio motum impediant? primum hinc, q̄ valeat facultas, & vsus instet: neq;.n. extra illa, quod noxā inducat, reliquum quicq̄ sit. Deinde etiam ex ipsa natura illorū: nam, siue copia sit hu D morum, quæ degrauet, nihil obstabit, quo minus in media distentione subsistat facultas, & quasi respiret, atq; inde residuum apponat: siue sit valida instrumentorum obstructio, siue compressio violēta, retineri hactenus verisimile est motum, quatenus spiritu deficitur locum distentionis impleturo. At, quia omnino consistere et retineri, omnino significat obstructas esse semitas spiritus, ideo etiam cōpressionem & obstructionem validam esse dicimus. Atq; hoc omnibus distentionibus commune est, quas quies diuidit: singulis autē separatim ea, quæ nūc exponemus: primæ, admodū onerari à copia humorum facultatē, vbi ex abundantia certe humorum gignatur is pulsus: posterior.n. motus, qui secundum quietē fit, cum prior esset celer, non posset tardus fieri, nisi oppressa tum & grauiter onerata facultas sit ab humorum copia. Contra est in altera differentia, in qua motus vtrinq; celer est: videtur.n. attollere facultas, & retinere contentionem, copiæq; humorum repugnare. Iam medius est inter vtrunq; status, vbi motus quoque secundus medius est inter celerem & tardum, quod est, moderatus. Hę sunt distentionum quiete interpellatarum tres differentiæ. Alteræ tres sunt differentiæ, vbi priore motu tardo, alter trifariam variet, vt aut tardus, aut celer, aut moderatus fiat. Sane hic quoque pessimus est, qui vtrunq; motum tardū habet: ac longe hoc commodior, in quo celer alter: medius inter vtrunq;, vbi sit moderatus. Haud aliter, cum à primo motu moderato alter tribus modis conuertatur, commodiorem significabit statum

celer motus, pernicialiorem tardus, medium moderatus. Omnium harum nouē differentiarum, E à quacunq; causa proficiscantur, quæ est vtroq; motu tardo, deterrima est: commodissima, cuius celer est vterq; motus: media, in qua vterq; moderatus: iam aliæ, quæ intercedūt inter mediam & extremam vtranque, proportione. Quin etiam tempus hoc quietis, quo sit in quaque nouem harum differentiarum longius, hoc est deterius: è diuerso diuturnius motuum tempus meliorē declarat statum. Præterea vtriusq; distentionis magnitudo optima: cōtra pessima est paruitas. Similiter vehementia optima, remissio pessima. Quod si omnia, quæ commemorauimus, mala in vno pulsu conueniāt, hic illorum scilicet pessimus erit: contra, si omnia commoda, optimus. Ille enim, si copia humorum sit, quæ facultatem oneret, valde declarat superatam naturam esse: si oppilatio arteriarum, cum precipuarum esse harum, nec remotarum longe à principio, tum hanc oppilationem indicat insignem esse: si compressio sit & constrictio, innuit arteriarum locum occupatum penè omnem. At vero commodissimus inter illos, cuius, inquam, vterq; est motus celer magnus vehemens, ac quietis breue tempus, cum facultatem denunciabit superiorem abundantia humorum esse, tum oppilationes & compressiones arteriarum vel paruas, vel non in nobilioribus partibus, vel procul à principio. Sed hæc ad contemplationem proprie pertinēt præsagiendi: nos, quod non aliena à proposito erant, adscripsimus. F

Continuorum Motuum, sed Disparis Celeritatis causæ. CAP. 5.

NVnc ad pulsus commentandos transeamus, qui totius distentionis habent quidem perpetuum motum, non vniuersum tñ pari celeritate: de quibus in libro de differentijs pulsuum abunde diximus, & quot oēs huius generis differentiæ sint, quotq; in quaq; carū pulsus. Quominus horum hic numerus recensendus est, sed ad causas illorum accedamus, easq;, quo breuior tota disputatio sit, quoad eius assequi poterimus, generatim explicemus. Ac, qui iam inde ab initio ad finē vsq; in celeritatem insurgunt, minus onerari annunciant facultatem: qui contra, magis: verūtamen oppressa quidem facultate nullus horum existit: siquidē oēs magni sunt, presertim quatenus in tria interualla, triaq; tempora aut quatuor, quæ sentiri possint, motus valet extendi. Est aūt proprium ijs, qui in contraria affatim mutātur, non solū grauari facultatē, sed etiam obstrui & premi instrumenta. In cōtraria affatim mutari dico, si, cum moueantur celeriter, subito fiant tardi: aut qui ex tardo primo motu euadant celeres. Oriuntur enim hi cū ex obstructionibus quibusdā & cōstrictionibus, sed minus difficilibus, q̄ in intermittētibus: tum ex facultate ipsa copiosis humoribus onerata: minus illa tñ, q̄ in intermittentibus, etenim non æque magnum est incōmodū mutari motum, ac impediri. Sed enim, huius generis inequalitatis singuli pulsus qua re mutuo dif G ferant, quiq; inter eos exitialissimi sint, quiq; lenissimi, quis prompte vel de vulgo, adminiculo illorum, quæ de intermittentibus tradidimus, inueniat: faciam tamen, vt in commētarijs de præsagitione ex pulsibus aperiam: nam proposita quidem disputatio non requirit iam eos, vt qui pro communi genere communes habeant generationis causas, de quibus modo dixi.

In græcis impressis legitur λυομένης .i. resoluta. in quibusdam vero manuscriptis, λυμαινομένης .i. vitiata. in alijs κωλυομένης .i. impedita, quod forte melius est.

Vibratorum & Dicrotorum pulsuum causæ. CAP. 6.

POrro ad reliquum iam genus inequalitatis in vna parte positæ, quos dicrotos pulsus vocamus, pergendum est. Hos diximus non posse esse, nisi vibrati sint: quam ob rem eorum causas nulla ratione exacte inuenias prius, q̄ vibrati causas accurate perspexeris. Fit autem hic, vbi valida sit facultas, instrumētum durum, vrgeatq; vsus: quorum certe vnū si absit, nō fiat vibratus: quæ.n. constituit eius generationem, est violenta distentio duræ arteriæ: nam, nisi ambo sint hæc coniuncta, non vibretur, & vndequaq; concutiatur. Quod si arteria indurata sit sola, nec cogatur distēdere eam plurimum facultas, nulla erit planè vibratio, sed hoc tm̄, durus, quem vocāt, pulsus. Sin plurimum dilatare arterias facultas studeat, illę aūt moderata mollitudine cōsequanī, magnus tunc erit, non vibratus, minimeq; durus. Quare, si fiet, vt vibratus sit, planè distendere amplius eas, quàm possint, facultas molietur. Atqui, nisi ab vsu vrgeatur & compellatur, violentam facul H tas actionem nunquam obeat. Recte ergo robusta facultate diximus opus esse, induratis arterijs, atque vrgente vsu. Vt autem vrgeat, à qua nam procedat causa, exponendum est: hoc enim minime est prætermittendum. vna est, vt sic dicam, finitima causa, cuius multæ autores sunt. Quæ tandem hęc vna est, & quæ multæ illæ? vna hæc est, cum vsum functio non impleat: multæ illæ huius autores, breuiter imbecillitas facultatis, instrumentorum contumacia, & maior vsus. At de proposito pulsuum genere demenda facultatis imbecillitas est, nanque eam probauimus firmam esse. Relinquitur igitur, vt vel vsu increscente, vel instrumentis renitentibus, vel vtrisque copulatis distentio in vibratis pulsibus non assequatur vsum. Atqui vsus abundantia caloris augetur, vel exhausto animali spiritu: contumacia instrumenta fiunt per oppilationes, compressiones, & duritiem: atque hæc durities existit, si inflammata sint, indurauerint, desiccata sint, refrigerata, contenta instrumenta. Itaque omnes iam inuenimus causas originis vibratorum pulsuum: nam, intemperata inæqualitas si progrediatur, augebit quidem vibrationem, non tamen causa est eorum generationis. Cæterum inæqualitas pulsuum in diuersis arteriæ partibus comitatur proxime talem intemperiem, quod, vbi humidior simul & calidior sit pars arteriæ, maior illic citatiorq; fiat pulsus: vbi vel frigidior vel durior, ibidem minor & tardior. Iam etiam ad motum prius concita

A.ibid.fo.45

A tur pars illa prior, postea orditur altera. Quare ex eo cum augebit simul vibratos, tũ erit finitima causa inæqualis in partibus diuersis arteriarum motus. Igitur pulsus, qui vocatur Dicrotus, (vt tã dem aliqñ ad hunc veniamus) ad hunc modum fit. Vbi parte arteriæ, quam attingimus, duriores sint frigidioresq́; itaq; difficilius ẽt moueanť partes vtrinq; quas non attingimus: ac deinde partem mediam præ ipsis in distentione concitatam retrahant intro, iterumq; secũ attollant: his necesse est, feriatur tactus. Eiuscemodi pulsus dicrotus est duntaxat, non aũt vibratus perspicue. Alter, qui iuxta & satis vibratus est, & dicrotus, fit ad hunc modum. Vbi cum vibratione sublatæ arteriæ pars ea, quæ sola cute tecta est, facile attollatur: aliæ aũt vtrinq; partes crassitudine, numeroq; onerentur corporum incumbentium, adeo vt ne motus quidem earum tangentibus occurrat: necesse tum ex parte hac, quæ aperta est, omni iam sublata, partes illas non manifestas, quæ vtrinq; sunt, adhuc attolli: Itaque mediam, quæ delata iam dudum est, de integro vna cũ illis, quæ vtrinq; sunt, attolli ita, vt redeat & occurrat iterum foris ipsam tãgentibus. Proinde constat eũ dicrotum futurum, qui in eo tm̃ vincit vibratum, ꝙ motus inæqualitatem in magnis obtineat partibus arteriæ: cum.n. pars, quæ digitis occurrit, omnis, nisi quatenus vibrať, æqualiter moueať, ac partes ex vtroque latere ab illa differant, efficitur dicrotus: vibratus, cui nihil suppetit amplius, quã ꝙ vibrentur
B concutianturq; paulatim oẽs partes, motus in tam magnis partibus diuersitate, quã habet dicrotus, vacat. Planum est igitur ex prędictis dicrotum interim ex magna intemperie oriundũ esse, paruaq; duritie arteriæ in eum modum motæ: interim ex ingenti duritie coniuncta cum quadam {imbecilli} intemperie, vel crassitudine, vel abundantia humorum & carnis.

Caprizantis pulsus causæ. *CAP. 7.*

ibidẽ.fo.48. 9.h.a CAprizanti vero, quem vocant, hoc cum dicroto conuenit, ꝙ bis pulsat: non conuenit causa. Neq;.n. cum instrumentorum duritia, necesse illi est, nec cum intemperie vt coniungať. Verum, vbi retineat facultas: quantum illa quidem præstare potest contentionem natiuam, arceatur aũt à motu, vel ob humorum immodicam copiam, vel ob oppilationem vel compressionẽ instrumentorum: quies tunc distentionem interpellat. Iure itaque altera eius pars secundũ quietem robustior illa, quæ eam antecedit, videtur. Siquidem, vbi sese facultas, quæ prius fuit victa, collegit, vt ita dicam, & confirmauit, viresq; reparauit, imminet grauius, &, vt superet reijciatq;, quæ molesta sunt, contendit: id quod frequẽter facit. Quod si in altero ẽt impetu sit inferior, fuerit is sane caprizante deterior pulsus. Nomen hic nõ est sortitus: tametsi hos quidam oẽs, quorum continuitatẽ distentionis interpellat quies, appellent caprizantes. Nos quidem de nominibus minime la
C boramus, nisi quatenus flagitet institutionis perspicuitas.

Vndosorum pulsuum & Vermiculantium differentia & causæ. *CAP. 8.*

NVnc, quando res aperte declarata est, ad aliud genus digrediamur pulsuum inæqualium, quos vndosos, non nunquam etiam vermiculantes vocant. Diximus vero de his quoq; sola eos distare quantitate, sub vno tamen ambos genere positos esse: ac sunt quidem in eorum nu-
ibidem.49.a mero, qui in diuersis partibus arteriæ inæqualitatem, idq; in vna distẽtione, habeãt. Causæ sunt illorum generationis, facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel summa instrumentorũ mollitudo: nam, cum à principio in singulas arterias permeans contentio, pari firmitate totum attollere vas nequeat, hic propinquior principi parti motum ordiť primum, remotior serius: atqui, ęqualiter si hoc fiat per omnes arterias, eius semper prior pars prius videbitur moueri: veluti si fluente quopiam per eas libere vel spiritu vel humore, pulsus contingeret effici. Quod quidem Erasistratus perpetuum autumat esse, in quo mentitur de rebus euidentibus: aliorum vero nullus non modo medicorum, sed nec philosophorum, nec imperitorum: omnes enim clare cernunt omnes partes arteriarum eodem distendi tempore: raro & iam præter naturam, partes cordi viciniores moueri prius, deinde longinquiores. At talis pulsus non vndosus iam, nec vermiculans est: verum,
D cum ei hoc accesserit, vt, quod speciem habet fluentis per arterias, remorari alicubi & subsistere videatur, quiescereq́: mox iterum fluere, iterumq; retineri, atque per totam hoc arteriam accidere:
ibidem.b is pulsus, vel vndosus, vel vermiculans est: nam, cum singuli motus semper terminentur quiete, seriem veluti vndarum, vel vermis perrepentis speciem contingit repræsentari. Si igitur {facultas} à copia humorum oneretur, hæc moratur contẽtionem, ac interpellat, atq; diffindit illic, quo plurima confluxit. Itaque existunt multæ distentiones in modum vndarum sese mutuo excipientes: atque, quo loci diuisa contentio est, illic terminat vndam quies. Quod si ipsa facultas etiã citra humorem languescat sola, nec vniuersam possit arteriam distẽdere, sed hoc particulatim faciat, & tum existent veluti vndarum quarundam multæ circumscriptiones succedentium mutuo distẽtionum. Porrò, quod inter hos pulsus interest, & illos, quos copia humorum constituit, magnitudo est: vnde hi ob paruitatem vermiculantes, ob magnitudinem illi vndosi vocati sunt. Et causam ha
ibidem. bent illi facultatis imbecillitatem, hi humorum abundantiam. Iam consequũtur etiam extremam mollitudinem instrumentorum eiuscemodi pulsus, simili modo, ac in mollibus ac tenellis virgis, quæ cum ex vertice apprehenduntur, quædam partes, præcipue vicinæ parti prehensæ vnà attolluntur: quædã, cum flectuntur, adhuc demissæ manent & humi: at vero duris virgis & siccis hoc non accidit: sed, pari contentione si attollere velis, quacunque parte prehendas, tota simul attolliť.

Idem

Idem arterijs vsu venit, cum multa humiditate imbutæ sunt. Neque enim tum à principio conten E tionem æqualiter oĩbus partibus accipiunt, sed, quasi flecterent & frangerent, multis partibus dissecant: in eoq; vndosus plerunq;, non nunquã "vermiculãs erit. Nã validam facultatem habet vndosus, quippe magnas sic partes arteriarum poterit attollere: imbecilliorẽ vermiculans, quod paruis interuallis tũ contentio vincat. Cæterum statim hũc necesse est inæqualem alioqui, & ẽt intermittentẽ fieri: vt fit in hydropicis, quibus cum resistat adhuc contentio, quemadmodum inferius, vbi tractabimus de illis, dicemus, latus vndosusq; est: vbi vero sit victa, varie fit inæqualis. A. ibidem. b

Decurtatorum pulsuum causa. CAP. 9.

SEd, quia satis est dictum de his, de decurtatis iam agamus, qui imbecillitatẽ consequunt̃ facultatis, à qua pulsus creantur: cum enim à corde permeans in singulas arterias cõtẽtio magis ac magis in partibus remotioribus dissoluit̃, minores tum lãguidioresq; necessario earũ motus fiũt. Quî tandem igit̃ in partibus quidam principio propinquioribus inueniri aiunt non nunquã minores motus? neque enim hic poterimus dicere, contentionem, quę ex principio orit̃, in viciniori bus magis, q̃ in remotioribus remitti. Equidem puto ijs aut propter arteriarum inæqualem situm eam spẽm oblatam esse: aut, si planè vera prædicant, intemperiei inæqualitati origo omnium istorum pulsuum referenda accepta est: vt à principe parte facultas in arterias diffusa, partibus earum F temperatis merito vtatur melius, intemperatis deterius: siquidem instrumentũ à pari robore eodemq; si humiditate & calore sit modico temperatum, facilius ac magis mouet̃: squalidum, aut nimium humidum, aut frigidum, lentius minusq;.

Innuentium & Circumnuentium pulsuum causæ. CAP. 10.

IGitur naturam innuentium & circumnuentium pulsuum simili rõne cõmentabimur. Possint forsitan pari modo ac simili aliquando fieri: nam sæpe luculenter mihi certe apparuerunt alijs de causis accidisse. Vbi.n. imbecilla sit facultas, corpora autem, quæ ambiunt arterias, marcescant: qua parte illorum maxime marcida, atq; eò leuissima, emicare motus possit, ibi ẽt maxime elucescit eius magnitudo: comparata.n. huius partis distẽtione alijs vtrinq; minoribus, decurtatum in vtrisq; partibus motum ostendit. Hoc fieri in validissimis facultatibus non põt,† quod immotã oporteat eam esse,} nec sustinere incumbẽtium corporum pondus, vt manifestam efficiat excellentiã distentionis in partibus nudioribus præ illis, quæ sunt in partibus oneratis.

†*Al. ex antiquis, quod facile superari eã oporteat.*

Inæqualitatis ex Situ arteriæ causæ. CAP. 11.

De Art. com. 3. t. 100. 7ª. 280. e

AT quomodo ex situ arteriæ fit pulsuum inęqualitas? hoc enim deesse orationi adhuc videt̃. Quî vero aliter, ac dixit Hippocrates, ‖ qui de omni nos distortiõe in cõi docuit? Etenim vte G rus similiter, & spina, musculiq; distorquentur, cum in corporis illas partes tenduntur, in quas distorqueantur: sed, quia multæ "causæ sunt, quæ tensionem inducunt, vniuersum plerisque veteribus medicis difficillimum fuit inuestigatu. Inflammationes enim, scirrhi, abscessus, ac crudorum quorundam generatio tuberculorum, breuiter omnes pręter naturam tumores, vicinas partes ad se retrahere valent. Præterea squalida siccitas, frigusq; immodicum, quiddam faciat in modum gelu, & conuulsiua intentio: quorum aliàs aliud arterias distorquet. Præter cætera distorquere inæqualis intemperies censenda est. A. l. 3. f. 2. c. 8. lio. 217. f

Conuulsiui pulsus causæ. CAP. 12.

SEd, quando de his, quæ nobis visa sunt, exposuimus, iam de conuulsiuo pulsu ẽt disputãdum est: qui nomen recte inuenit ex ipsa specie & affectu, quem solet denotare: tendi.n. ad vtrunq; terminum arteriam putaueris, & statim corripit hominem conuulsio. At quis tandem hic scrupulus est, & ob quid propositus? Si, vt arteriarũ cor, sic neruorũ est fons, nihil est scrupuli, & frustra est propositus: sin aliud principiũ neruorũ, aliud arteriarum: atq; harum pulsus functio est, illorũ sensus & motus volũtarius: vt functionum illis nulla societas est, ita nec erit affectuum. An vero errant in eo & mentiunt̃, qui putarunt illis nullũ commercium esse? Nam princeps quidẽ huius H placiti diuinus ille Hippocrates, ‖ Confluxio vna, inquit, est, conspiratio vna, omnia omnibus cõsentiunt, natura cõis: nam, nisi hoc esset, duo animalia esset, nec vnum, quisque nostrũ. Nunc arterias magnas cor cerebro vinculum societatis transmittit, cerebrũ neruos cordi: qui q̃q̃ non magni sint, mandatum tñ rationis possunt perficere. Ad hæc singulis arterijs fibræ à neruis deducte ad societatem veniunt, per quas se sinunt mutuo in consensum venire, non modo actionũ, sed affectuũ etiam. Nec iam quicquam habet admirationis, si, cum vniuersum neruosum genus coniunctũ cũ arterijs sit, singuliq; eorum ramuli sibi mutuo immisti, principiaq;(vt dictum est) inter se coniuncta sint, communis appareat affectus.

In libro de Alimento.

Causæ Alti humilis, Lati angusti, Longi & breuis pulsus. CAP. 13.

SEd, quia de conuulsiuo pulsu diximus, residuum ad commentationem omnium inæqualitatũ adijciam. Superest nimirum, quemadmodum alti humiles, lati angusti, longi & breues pulsus fiant: maximus est.n. horũ numerus, & variant maxime oẽs inęqualitates cũ in vno pulsu, tũ vero longe magis in aceruo. Accidit aũt tale quippiã, dũ distendunt̃ arteriæ, & in valentibus omnibus & ægrotis plerisque, vt supernam ipsam superficiem moueri clarius sentiamus, quàm partes obliquas, quòd propior illa sit nostrum tactum, & cõgrediatur minus multis interpositis corporibus:

partes

A partes ex vtroque latere huius cùm remotiores sunt, tũ pluribus corporibus, quæ interposita sunt
indutæ. Proinde ipse naturalis pulsus, si diligenter expendas, altior est: ꝙ deficiat semper eius in la
tum motus, præpolleat autem motus in altum. Verum, quia mẽsura nobis hæc est, reliquorumq;
regula aliorum, nec altum eum, nec angustum appellamus: sed, vt par est & postulat æquitas, mo-
deratum, & inter oẽs excessus medium. Cui quia assueti nos sumus, & vnà cum eo creuimus, ac sæ
pe eum inuenimus, non in sanis modo, sed & in ęgrotis facile cognoscimus, qui superantur ab eo,
& qui eum superant in quacunque dimensione: etenim longus & breuis ad hunc collatus dicit.
Ac, quicunque non est in hoc versatus, non tantum non alti humilis, lati angusti, fit probus explo
rator, sed nec longi & breuis. Nam, vt hominem dicimus aliquem vndequaque moderatum, non
obuia illa ad sensum paritate longum cum lato & profundo comparantes, sed paritate in potesta-
te: neque enim tam est quisquam breuis, vt concedat longitudo latitudini: sic vocamus moderatũ
pulsum naturalem proportionem & mediocritatem, normam æqualitatis, non sensum facientes.
In hoc omnino longitudo præstat profunditati, atq; hæc latitudini. Nam, si ipsam solam arteriam
fingamus omnibus circumiectis corporibus nudatam, ęquabit profunditatem latitudo: atq; adeo
in ea certe nec dicere poterimus quidem, quæ latitudo, quę profunditas sit: sed, sicut vndiq; sibi est
B simile corpus planè circulare, ita nulla dimensionum differentia est. At, si in alio sit corpore ea col-
locata, deorsum iam dicetur, quibus partibus sustentatur & defixa est: sursum, quod est e regione:
quod interponitur his interuallis ex imo sursum, intelligunt altitudinẽ: & desuper deorsum, pro-
funditatem: vbi aũt altitudo & latitudo est, illic alterutra dimensionũ profunditas & latitudo est.
Quòd si non tantum fulciatur aliqua parte, sed etiam ex ipsis obliquis partibus & superioribus cõ
plectatur quædam corpora, planissime partes, quas per pauciora tegmenta contingimus, apertio
rem motum, quàm quæ tangimus per plura, ædent. Atqui, quæ arteriæ sub cutæ positæ sunt (tales
aũt sunt, quas dignoscendis pulsibus attingimus) harum superiorem partem interposita sola cute
tãgimus: partes vtrinq; alias, q̃tum recedunt in obliquum, tãto per longius interuallum & p plu-
ra interposita corpora. Qua necessitate fit, vt omnis pulsus, qui naturalis sit, si mutuo cõpares di-
mensiones, sit semper lõgior: vocatur aũt moderatus et aliorũ regula, vt Polycleti regula: nã, vt, cũ
alias statuas ad hanc conferimus, crassas graciles, latas & angustas vocamus, aut si quo alio excel-
sus nomine: sic pulsus, cum naturali comparantes, altos humiles, latos angustos, longos breues,
crassos graciles, magnos atq; paruos appellamus. At quæ nam sunt causæ, vnde oriãtur: quod in
stitueramus dicere? Ad manum erat quidem, vt in instrumentorũ intemperiem inæqualẽ causam
C conferremus, aut in distortionem situs: siquidem, quemadmodũ appareãt in eiusmodi affectibus
motus inæquales, declaratum est. Sed altos ego in ira, & ante iudicationes comperio fieri: la-
tos plurimum in decretorijs excretionibus. Non possum igitur instrumentorum iam intempe-
riem, aut distortum situm solos in culpa ponere: sanè quidem interim etiã de aliqua harum causa-
rum incidat. Verum pleriq; affectus, in quibus inueniũtur eiuscemodi pulsus, sunt expertes cau-
sarum, quas diximus: neq;.n. temperamenti inæqualitas, quæ immutat adeo naturam instrorum,
vt inæquales efficiat pulsus: nec vero situs immutatio vnq̃ inueniatur citra ingentem noxam, tẽ-
pusq; lõgum: quorum suppetit nihil nec iratis, nec modo iudicatis, nec iam iamq; iudicãdis. Sed,
quod illis accidit, hoc est. Magnũ pulsum {natura} creat iratis & iudicandis: non tñ, q̃to gequid
maius euadit, tñ ẽt animaduertitur: motus.n. in altum & distẽtio arteriæ, quousq; progrediatur,
vniuersa conspicua est: motus obliquus ferè occultatur, eodem.s. modo, quo inculpata valetudine
præditis semper ostendimus præpollere motum in altum. Itaq; memores illius status pulsuum,
quos moderatos appellamus, si iam comperiamus bene auctam altitudinem motus, nec multũ la-
titudinem, sed omnino parum, vel nihil prorsus, recte vocamus eos pulsus altos. Quod si manife-
stum accedat incrementum latitudini, magnos simul & altos vocamus: sin omnino obscurum, al-
D tos tantum. Si ambo increuerint altitudo & latitudo, sed nõ multũ latitudinẽ vincat altitudo, hos
vocamus magnos tñ: cum.n. eadem proportione altitudo adaucta vincat latitudinem, qua etiã
in naturali pulsu superaret, eandem speciem, ac moderatus, quem vocant, retineat hic, oportet.
Itaq; non altus, vt nec ille, sed maior tñ illo videtur: siquidem eorum, quæ eandem seruant for-
mam, non decet vnum moderatum, alterum vocare altum: sed, si eãdem vndequaq; proportio-
ne alter creuit, maiorem tñ. Quinetiam in longitudine eadem est ratio: quæ, cum eadem propor-
tione augetur, qua profunditas & latitudo, vniuersum pulsum, vti diximus mõ, maiorem repræ-
sentat. Vnde, vt magnus fiat pulsus, non requiritur, vt planè pares sint motus, qui in tribus dimẽ-
sionibus augentur, verũ vt proportione sint æquales. Quare, qui triti sunt in naturali proportio-
ne, nullo negocio, q̃tum accessio discesserit à proportione, perspiciẽt. Hoc pacto generãtur propo-
siti pulsus. Restat, vt causas aperiamus, quamobrem naturalis eorum proportio cõstare vel peri-
re solet. Cõstat sanè, vbi nulla præter naturam insignis in crassitudinẽ mutatio, aut in gracilitatẽ
corporis fiat: præterea nec siccitas immodica, vel humiditas, vel necessitas quædam maximę pror-
sus distẽtionis: perit vero atq; cõturbat, cuiuspiã horũ præsentia. Exempli gratia: Reliqua omnia
se recte habeant, facultas autem compellatur ita magnam distentionem facere, vt eius tumorem
circũiecta arterijs loca non capiant: in eo vtiq; statu, vt alia sint inculpata omnia, altus pulsus ap-
parcat,

pareat,oportet.Dum.n.in eam attollit magnitudinem distentio arteriæ, vt non dum coarctetur, E naturalem tuebitur trium dimensionum proportionem: ac coarctata, tm̄ detrahet de illa dimensione,quantum progressu prohibita est.Quocirca iratis, licet corpore sint optime comparato, fit pulsus altus: distentionis.n.summum excessum ne is quidem commode ferat habitus: sed iam ex imo premit,& ex obliquo arteria. Sola ergo pars illius ea,quæ instrata sola cute est, omnem calorem excipit. Vbi vero in alijs omnibus impedita distentio sit, pars autem eius duntaxat superna seruet soluta & libera,non poterit illius motus non præstare cæteris,quod aliud erat nihil,ac altus pulsus. Quia porrò valentibus cunctis,& ægrotantibus plerisq;,in maximis distentionibus arteriarum manifestarum,quas tangimus,partes comprimuntur aliæ omnes,& in angustum coguntur,ac suo motu libero prohibentur: partes autem eminentes, liberum obtinent & dissolutū motum: hinc factum est,vt obseruauerint medici & scriptis prodiderint pulsum iratorum altum esse. Qui certe aut rarum exemplū non animaduerterunt,aut negligenter attenderunt,aut hunc duxerunt singulis affectibus pulsum proprium, quem cum ijs cernerent frequenter esse coniunctum. Quidam etiam vltro rara exempla,vbi causa deficiunt, reticent: quos hoc sanè nomine accuses, si alia omnia ignoscas: ita enim scitu digna infinita præteribuntur. Quin veritatis studiosus omne debet,quod conspiciat, ēt si eum angat causa, sedulo exponere. At quod tādem est illud euidens F exemplum? Multis gracili corpore,nec facultate admodum firma,pulsus,si irascantur,magni, & non alti videntur esse.Quæ vero tandem huius est causa? neque enim multum videtur ab illis, quæ initio iam posita sunt, abesse: siquidem robur facultatis diximus esse tm̄ debere in altis pulsibus, vt maximam distentionem possit moliri, nec loca cingentia arterias capere eam valeant. Quod si est,in commemoratos affectus planissimum est non posse altum pulsum incidere: cum nec valeat facultas,& circum arterias loca sint amplissima ex marcore. Sed, hæc quando nec opinato inuenta est,apertum arbitror simul cum hac esse,quę nam latorum pulsuum sit causa: nam,cum naturali robore facultas aliquatenus deficiatur,& latitudo sit insignis locorum , pōdusq; accedat arterijs ex superioribus partibus,hic pulsus collatus ad moderatum latior est. Pondus hoc, quod accessit, sæpe sunt ipsius cutis rugæ: quod accidit senibus,& gracilibus,qui tamen habitu non sunt desiccato: de quo genere sunt,& qui recēter sunt iudicati. Sæpe ēt ex humiditate, præcipue si irrigua sint ipsa corpora arteriarum,vt fit in hydropicis: partes enim earum,quę in summo cacumine sunt positæ,delabuntur demittunturq; partim in ipsam arteriarum cauitatem, partim in obliquum.Quare hactenus ascensu,necesse est,pulsus prohibeantur,quatenus infra arteriæ dorsum demittitur. Ac nimirum latitudinem iam bifariam oportet præpollere,tum quòd in obliquum dilabantur arterię par G tes,ac comprimant,atque eò inferiorem regionem dilatent: tum vero quòd imminuta ipsa altitudo sit: quarum certe vel altera reddere pulsum latum valeat,aut imminuta altitudo,aut latitudo aucta: quia vero ambæ coniunctæ sunt,hinc clara in eiuscemodi affectibus & ampla conspicitur latitudo. Quomodo iam pulsus fit longus,quem vocant? inuenitur enim motus nō nunquā,qui quatuor digitis occurrat, sed ita angustus & nō profundus,vt speciem referat subtilis fidis. At ne hoc quidem ex ijs,quæ diximus,inuentu difficile est: siue enim fidem tenuem quandam occursus,siue pilum repræsentet, durities ex eo arteriarum tunicæ ingens significatur. Verum non ea modo, durus enim tm̄ pulsus fit: immo,quia angustus humilisq; est, oportet imbecilliorem facultatem esse, q̄ quæ magna vi instrm̄ distendere propter duritiam cōtumax possit. Quid iam, si hoc verum est, num & longus continuo is pulsus est? an huius etiam cām inuenerimus, si affectus commemoremus,qui præditi eo pulsu sunt? Qui tandē sunt illi affectus? habitus corporis tenuis,circuntenta, aliquantoq; siccior cutis: proinde,si laxa & crassa magnam partem motus tegit,tenuis contentaq; prorsus omnem conseruat. Vnde liquet conspirare gracilitatem totius habitus oportere, & duritiem cutis,ad hæc duritiem instrorum,tum imbecillitatem facultatis, non vltimam tamen: perdiderit .n.sic pulsum homo,non longum habuerit,omnino enim non attollit in sensibilem motum H facultas prorsus languida ne vas quidem molle,nedum durum. Sanè per excellentiā lōgus pulsus hoc nomen sortitus est: proprium aūt nomen est tenuis,& gracilis.Qui absolute est & proprie lōgus,cum quo quantitatē non concipimus dimensionum duarum reliquarū,aut ex corporis tenuitate,aut ex sua ipsius magnitudine talis euadit. Porrò autem breuis fit, vbi in parte quapiā parua, arteria sola cute muniatur,& partes ex vtroque illius latere omnes in profundū affatim demergantur: nanque pars eius illa sublimis,quæ subter cutem est,aperte omnem motum prodat, oportet: profundæ contra,ꝙ multa obiecta sint corpora,occultent. Hoc multis sponte suppetitat: in morbosis affectibus,sane paucis,cum in situ distorqueatur aliquo modo arteria,ac parua sit eius pars cōspicua, reliquæ intro oēs in profundum depressæ sint. Est vero & hic pulsus de illis, qui breues per excellentiam dicuntur: nam proprium huius nomen est,crassus,& turgidus: quandoquidem, qui simpliciter breuis est,vel ex corpulentia nascitur,vel ex paruitate. Percurri iam omnes penè,quæ inæqualitatem inducunt,causas: quòd,si qua res parua prætерita sit, facile inuenias ex commemoratis.

Ordinati & Inordinati causæ. CAP. 14.

PRoximum est,vt de inordinatis, & ordinatis dicamus. Hi pulsus, quando inæquales omnes sunt,quomodo docuimus in libris de differentijs pulsuum: sed in eo variant,quòd paritatem in certis

A in certis orbibus tueanẽ, illi confusi vndequaque sint. Hoc in cõi vnũ breue caput de oĩbus ijs cognoscendum est, causam, quęcunq; inęqualitatem efficiat, semper firmam in ordinatis & fixã esse: in pulsibus inordinatis, non fixam. Insuper ordo, vt æqualitas, naturæ, si quid aliud, familiaris est: quare, si alterum eorum sit conturbatum, minorem designat offensam: sin vtrunq;, maiorẽ: concurrunt aũt in inordinatis ambo: alterum in ordinatis, qui inæquales sunt.

Rhythmorum Mutatorum causæ. CAP. 15.

PORrò & mutationum rhythmorum causas (hæ.n. restant explicandæ) si persequare superiora, facile inuenias. Si.n. recte demonstratum est allici per distentiones arteriarum aeream quãdam substantiam: in contractionibus aũt excremẽta excerni, & quasi fuligines adustorum humorum: necesse est, cum distentionis vsus instet, maiorem fieri celerioremq; distentionẽ: cum contractionis, contractionem. Quamobrem, quibus in ætatibus multi humores insumunẽ, quæ sunt vsque ad iuuentutem, in his parum distentio cedit contractioni: in quibus paucissimi, quod in senibus fit, longe in his maius est contractionis tpe distentionis tps: siquidem difflatus per totum corpus contractionis est arteriarum munus. In distentionibus enim in se attrahunt, vt alijs omnibus B oscillis, ita illis ẽt, quę ad cutem pertinent: nihil ergo hic quicquã ex corpore excernitẽ, immo vero prorsus intro trahitur. Contrà in contractionibus excernitẽ, attrahitẽ aũt nihil. Iam, in quibus ætatibus humores natura non ad nutrimentũ modo, sed ẽt ad incrementum conficit, in his excrementa oportere magis affluere, in aperto est: semper.n. quantitati confectorum succorũ quantitas respondet excrementorum. Proinde, vbi plurimi conficiunẽ, illic plurima sunt excrementa: &, vbi plurima excrementa, perpetua hic & multa opus est euacuatione: vt.s. in ventris & vesicæ excrementis fit. Cæterũ horum excretiones perspicimus sensibus: excrementorũ vero euacuationes in arterijs, assequitẽ ratio. Ac miror, ecquis erit, qui aut per externam superficiem negabit arterias vacuari, aut non, quo diximus, modo. Demonstraui aũt hęc, quoad eius res postularet, in libro de vsu pulsuum: ad propositam disputationem hæc satis sunt.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM LIBER TERTIVS

C

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Naturalibus ac Non naturalibus (quas uocant) Causis, quæ non per se, sed continentibus ac primis mutatis, causæ pulsuum dicuntur: Apponuntur capita ex Introductorio pulsuum, & explicantur.

Quid actum Superioribus libris, Quid hîc agendum. CAP. 1.

POstquam de pulsuum alterationibus, quæ ex primis & præcipuis causis proficiscunẽ, satis superiori sermone disputauimus, illas nũc explicabimus, quæ ab alijs omnibus fiunt: quæ non per se planè, sed ꝙ mutent primas, causę pulsuũ vocanẽ. Hæ aũt quia partim præter naturam sunt, partim naturales, partim ẽt inter has mediæ, quas non naturales vocãt, vt ab naturalibus exordiamur, par est, eodemq; ordine dicamus, quę in libro tyronibus descripto instituimus. Nã præter alia, enarrabunẽ ẽt, quę illic recte tradidimus: simulq; ostẽ D denẽ, quæ congrue illic sunt prætereita. Ac reliquimus quædã prorsus: aliquã hactenus, vt non distincte explicaremus: quicquid.n. initiatis huic commẽtationi allaturum erat obscuritatem, hoc visum est præterire: potissimum aũt omissa est cãrũ explicatio. Præstabat.n. initiatis in ipsis exerceri operibus primũ per experientiam: deinde vniuersam aliqñ perdiscere rõne essentiam rei. Itaq;, vt exercitatis iam illis, & assequentibus absolutiorem narrationem, hanc lucubrationem conscripsi: quæ prioribus duobus commentarijs, quantũ de causis, quas continentes appellant, satis erat, differuit: duobus reliquis hoc & proximo, cætera omnia plana faciet. Itaq; ingrediamur narrationẽ, ac singula capita, quæ in illo libro cõscripsimus, proponamus, eaq; inde interpretemur. Primum ex ijs, quæ accommodata instituto nostro sunt, hoc sit.

VIROrum pulsus. CAP. 2.

VIri mulieribus pulsum ferè habent longe tum maiorem, tum vehementiorem, paulo tardiorem, satisq; rariorẽ.

Hoc est caput. Cur autem accommodatior hæc oratio sit, vt primo loco referatur, in illo libro est explicatum. Itaque, quia non est nostri instituti sæpius de rebus ijsdem scribere, ad causas iam pergendum est: declarandumq;, quæ imponatur necessitas naturæ rei, quamobrem virorum & mulierum pulsus aliter atque aliter comparati sint, ad hunc modum. Quandoquidem calidior & siccior fœmina mas est, vt præstantissimi quique senserunt veterum medicorum & philosophorum,

t.1. primæ p is can. fo. 5. c

losophorum,nosq3 aliâs demonstrauimus: vsum generationis pulsuum,& instrumentorum pre- E
parationem differre in illis oportet: ꝙ si hæc,tum ipsos etiã pulsus: etenim copioso calori, in supe
rioribus libris ostendi magnum pulsum familiarem esse. Itaque,si calidior mas fœmina est,ẽt pul-
sus statim habebit maiores: si multo calidior, multo maiores: at.n.tum calidior,tum multo est cali
dior, proinde & maiores,& multo maiores pulsus obtinebit.Nam calidiorem esse, cum in libris,
quos de temperamentis iã ædidimus, tum vero antea etiam in veterum scriptis, satis probatũ est:
iam vero multo calidiorem,id non dum nec nos ,nec quisquam demonstrauit alius: quare faciun-
dum nunc id nobis est, vt demonstremus , alioqui nequaquam constituta erit & confirmata tota
oratio. Primum initium capitis commemorandum est,atq3 ipsum totum legendũ, singulaq3 ver
ba attendenda.Nam quid dicit? Viri mulieribus pulsum fere habent longe tum maiorem. Quid
hoc sit/fere/summa diligẽtia expendendum est: certe.n.non temere quidem appositum est, sed to
tum firmamentum in eo & cardo versat̃ orationis.Nam,quia nec inde ab initio perinde nos tem-
perati omnes sumus, nec vitæ institutis ijsdem nec victu vsi,vniuersalis affirmatio tollit̃: cum in-
ueniri interim possit mulier,cuius non solum nõ multo minor pulsus,sed omnino ne paruus qui
dem sit,nec par,sed planè ẽt, quàm quorundã virorum,maior. Fac, virum mihi fingas natura pi-
tuitosiore: frigidum hoc erit temperamentum humidumq3, si cum muliere conferas natura bilio- F
siore.i.calidiore & ficciore.Nec hic cõsistamus,sed incolat ille Pontum , hæc Ægyptum: præterea
vir in vmbra viuat,& ocio,ac multis in delitijs,molliterq3: mulier ruri agat,ac multa in exercitatio
nibus sit,& victu vtat̃ modico: huius mulieris pulsus,q̃ viri,maior erit. Verum,si,vt postulat natu
ra,viuentem vtrunq3 obserues,& in sua propria ab initio temperatura constitutum,vnaq3 & eadẽ
commorantem in regione,non maior tm̃,sed multo ẽt maior sit huius viri pulsus: nam pro natu-
rali quidem temperamento,maior tm̃,non multo maior erit. Verum , cum accessit à peculiaribus
vitæ institutis vtrique differentia: illa in ocio viuat,hic in multis laboribus: multo sanè ita calidior
vir efficitur,itaq3 pulsibus est multo,quam mulier,maioribus. Additum est autẽ capiti/fere/quod
sagacioribus tyronibus pro stimulo quodam excitante est, & ad totius rei perscrutãdam naturam
instigante. Statim.n.de naturali differentia viri & mulieris meditabuntur, & intuebuntur vniuer
sum genus in omnibus animantibus masculinum valentius fœminino esse: atque fœmellæ esse of
ficia concipere , lactareq3, deniq3 fœtus naturales educare: maris vero nutrimenta ijs suppeditare,
&,si petant̃ insidijs,defendere. Vnde "perspicient semper differẽtiam , vt maris ad fœmellam,ma-
A.l.1.f.2.c c.
7.fo.49.b
iores tm̃ pulsus creare: at differentiam,vt viri ad mulierem,multo maiores: Sic etiam vehementio
res tantum,si naturam spectas,pulsus marium: longe vero vehementiores virorum præ vt mulie G
rum: quia contentionem illis naturalem in laboribus crescere oportet: his,quia ociantur, remitti.
Horum etiam si aperte nihil tua spõte inueneris, at in opinionem eorum inquirendo venies: aut
certe,veluti siti eorum ardens,quæ cupis inuenire,neq3 dum inuenisti,si ad magistrum,qui docere
ea valeat, applicaueris, & citissime disces, & optime memoria complectere. Atque hæc sic habẽt.
Robur iam facultatis, quod maribus adest, conferet aliquid & ipsum pulsibus magnitudinis: qua
re non solum ex caloris abundantia, verũetiam ex robore, marium maiores pulsus fient. Sed hoc
etiam in libro primo probaui, validis facultatibus esse magnos pulsus peculiares. Quid iam, viri
nunquid hactenus tantum à mulieribus distant in causis pulsuum: an etiam momentum vtrisq3
ex corporis habitu non leue accedit? Illi enim totum corpus ad perspiratum habẽt probe compa-
ratum,purum,excrementis vacuum , nõ compressum: His contra "arctę inter vasa regiones sunt,
A.l.1.f.2.…
c.3.fo.6.e
quas adeps,mollisq3 caro,atq3 excrementa quædam occupant pituitosa: ad hæc spissum est, & ma
le per halitum digerit corpus: præterea cogunt̃ quidam in plerisque corporis partibus,illaborati,
crassi,crudiq3 humores: à quibus comprimi omnibus arterias earũ sua natura alioqui longe mino
re mole prẹditas,coarctariq3 necesse est.Quare habitus ijs omnino est vndequaque ad paruitatem
pulsuum dispositus. Vnum modo ad magnitudinem consecutæ sunt appositum,mollitudinẽ in- H
strumentorum,quæ illis etiam nulli vsui est: primũ,quia sunt plures paruitatis fortioresq3 causæ:
deinde ꝙ,cum late in illis viri à mulieribus distent, minimum dissideãt in mollitudine instrorum.
Neque enim perinde siccius virorum dicit̃ corpus,collatum ad mulierem, vt si, verbi gratia , lapis
sit cœno siccius: neque multum inuenias excessum in arteriarum ipsis tunicis: immo vero instru-
mentum virorum ita comparatum est,vt ad functionem sit sequax.Quin , si maior excessus sit, &
multo mulieris instrumentum mollius,id ipsum sanè sit in causa,cur minores fiant pulsus. Siqui-
dem,vbi nihil est,quod grauet, vel comprimat, vel coarctet , illic accommodatius ad magnam di-
stentionem est mollius instrumentum: at, vbi (vt modo in mulierum ostẽdimus habitu) pressus,
pondera , atque coarctationes multæ, hic instrumentum mollius, vt quod omnibus, quæ infe-
stant, facile cedat,ad distentionem est ineptius. Verum de corporibus hæc omnia optime consti-
tutis referri,& constitutioni viuentibus conuenienter,vel ex his planum est,quæ commemoraui-
mus: at absoluta de his & integra disputatio,ac demonstratione confirmata,in secũdo libro de pul
sibus dignoscendis prodita est: quare, qui commentationem probe de pulsibus gestit assequi , ei
illo opere opus est reuoluto.Iam vero etiam de celeri pulsu est in tertio illorum commentariorum
demonstratum,quantus error sit plurimorum in eo dignoscendo,qui pulsum breui tp̃e durãtem
statim

A statim etiam velocem arbitrant esse. Et nimirum mulieris pulsum (nam causa præsentis disputationis memini, quæ demonstraui illic) bene celerem putant esse: est vero ille celerior quidem, non insigni tamen & magna differentia excellit pulsum virorum. Sic se res habet, & recte tyronibus scriptum est, paulo esse virorum tardiorem pulsum, quàm mulierum: at causa illic, vt in omnibus eo loco traditis, omissa est, quam nunc aperiemus. Quatenus quidem infirmior facultas est, & calor parcior mulierũ, debebat tardior ẽt pulsus esse, ꝙ eum vtriq; huic causæ ostendimus esse peculiarem: cæterum, quia multo est minor, eoq; minus vsui satis fit, auget, quantũ potest celeritatem: quippe hoc primus liber esse necessarium probauit: itaque, cui illa exciderunt, quæ in illo libro docuimus, nequicquam hæc legit. At, si quidẽ celeritatis tanta accessio sit, vt omni vsui foret complẽdo, non quæreret crebritas: sed, qm̃ multũ vsui cedit functio ob distentionis paruitatem, aliquãtũ aũt adiuuat à celeritate, oportet, iam satis pulsus sit creber: id quod ẽt in primo libro est declaratũ. Ergo mulieres ad hũc modũ à viris pulsu distant. Masculi infantis ad fœmellam similis ratio est: non vndiq; tñ eadem, sed qũo diximus antea: nam maiorem tm̃, vehementiorem, rariorem, non multo item, pulsum habet masculus, q̃ fœmella. Atq; de his hactenus. Nunc ad proximũ caput digrediamur, quod de differentia docet ex temperamento.

B CALidi Natura pulsus. CAP. 3.

kt.f.e.d.3.c. fo.49.d CALidi natura multo habent maiorem, celeriorem, crebriorem, uehementiorem non item multo.

Cõplectitur & hęc oratio quæstionem maximam, cui ne attendere quidem, nisi præditus singulari prudentia sit, vllus tyronum animum potest: etenim, qui natura calidi sunt, partim eos esse humidos aiunt, partim siccos. Quo minus absoluto sermone pronunciatos oportuit eorum pulsus, qui natura calidi sunt: sed prius illorum, qui simul humidi sunt, secundo loco eorum, qui sicci: neque enim, qui natura calida sunt, eundem omnes pulsum ædunt: immo vero sunt quidam tertij, tẽperati illi quidem humiditate & siccitate, at calore intemperati: at eos neglexisse parum recte, qui ante nos temperamenta discreuerunt, in commentarijs, quos scripsi de temperamentis, ostẽdi. Ergo hos moris est calidos vocari, qui de quatuor temperamentis vnum hoc solum vincens reliqua obtinent: qui quidem, quo calidiores sunt temperatis, hoc maiores habent, & celeriores pulsus, crebrioresq;. Causa, si retinuisti, quæ prodidimus in primo libro, aperta est. At quid vehementiores diximus non multo esse eos pulsus, cum in huius operis primo libro quæsierimus, ecquis possit pulsus, citra opem roboris facultatis vehementior fieri? Qm̃ hi pulsus tyronibus omnes videntur vehementiores esse, adiacet enim quodãmodo prima specie celer simul & magnus pulsus vehementi: quare quidam ẽt medici, qui libros nobis scriptos reliquerunt, alium negauerũt esse vehementem pulsum, ac cõflatũ ex magnitudine & celeritate. Proinde tyronibus non erant mouẽdæ tantæ quæstiones: incertum.n. identidem illis nec distributum confusumq;, conducibilius certo est & definito, vbi profundam hoc contemplationem postulet, declarationemq; prolixã ac longum tempus. Verum, quando abunde in primo libro huius operis disseruimus de his, dicturi etiã non nihil posthac, cum perduxerimus ad rhythmos sermonem, hic enarrationem in præsentia finiam, ac me iam conferam ad aliud caput.

C

GRACilium pulsus. CAP. 4.

GRaciliores maiorem, rarioremq; multo, vehementiorem paulo. Atque natura sic differunt.

Accipiendi hic ẽt absque vllo affectu alio sunt graciles: nã, si ex conuerso temperamento, vel facultate, vel ex alio affectu graciliores facti sint, pulsuũ cõposita immutatio erit, nõ vero ex vna gracilitate. At gracilitas, quia sua sponte sola magis regiones arteriarum dilatat, atq; leuiora imposita corpora reddit, magnitudinem pulsibus non contemnendam cõciliat. Atqui, vbi pari relicto vsu crescit magnitudo, hic rariores, necesse est, pulsus fiant, idq; tanto, quanto. s. sint maiores: maiores vero erant multo, proinde rariores ẽt multo erunt: at vehementiores hoc inuenient, quo tangentibus per subtiliora occurrant corpora. Quamobrem, non quòd acquisierint vllam contẽtionem, sed ꝙ magis, quam obtinẽt, prodant, tales videntur esse. De celeritate & tarditate nihil hic memini, ꝙ neutram de his gracilitati acceptam referant, sed perinde habeant, vt crassiores, cũ illis robore & vsu respondeant. De ætatibus deinceps in hunc modum est scriptum.

D

Pulsuum pro AETAtibus mutatio. CAP. 5.

POrro pro ætatibus hoc pacto immutantur. Infantis pulsus creberrimus est: rarißimus senis: omnes, qui inter hos intercedunt, proportionem seruant, prout uel ad puerum, uel ad senẽ, propius accedant. Celerrimus itẽ pueri iuuenisq; pulsus: senis tardißimus: reliquarum ætatum pulsus, ambigunt inter hos: at senex à puero longe magis raritate, quàm celeritate, distat. In uehementiæ & magnitudinis differentia maximus est, ut in ætatibus, pulsus iuuenum: minimus senum: medius & paulo maior pulsus puerorum. Iam uehementißimus iuuenum: languidißimus senum: medius est inter hos, puerorum pulsus.

Bifariam crebritatem & raritatem intelligi, aliter ab illis, qui & contractionem confirmant sentiri, aliter ab illis qui negant, apertius in libris de differentijs pulsuum disputauimus: & vero etiam in ipso hoc tyronibus descripto libro declaratum est. Sanè illos volebamus prius in contractione, quasi insensibili, versari. Ac multo quidem tutius est, pariterq; commodius, si in quietum quantitate ponas genus hoc pulsuum: ita enim fiet, vt simul in notitiam exactam veniamus

mus rhythmorum: verũ, ꝙ ſtatus, qui crebri, vel rari pulſus ſunt autores, ferè talem eũ vtriq; huic E ſectæ repræſentant, erit cauſæ etiam vtriq; aſſignatio cõis. At præſtiterit, vt eam ad veritatem redu camus, hancq; in hoc ſermone ſectemur: quandoquidẽ propoſitũ opus minime ad Tyrones diri gitur, ſed planè docet verum. Ergo, cùm calore pueri non pauco præditi ſint, ſubſtantiam quoque, quæ refrigeret illũ, non paucam requirũt: quapropter magnis egent pulſibus. Quia vero hu mores ẽt exhauriunt quãplurimos (quippe qui illis non ad nutrimentum modo, verumetiam ad incrementum ſuppetant) neceſſario in conficiendis ijs contrahent per totũ corpus vaporoſorum, &, vt ita dicam, fuliginoſorũ aceruũ excrementorũ: itaq; etiã deſiderant maximas arteriarum con tractiones. Et vero etiam animalis ſpũs non tm̃ nutriri ſubſtantiã oportet, ſicut in adultis, ſed vnà etiam cũ inſtrumentis augeri: itaq; vel hoc nomine maiores diſtentiones flagitabũt. Adeoq; vſus contractionis arteriarum in infantibus æquat pene vſum diſtentionis: etenim ſunt abundantiſſima excrementa, itaq; maiorem quærunt contractionem. Calor aũt, vt non ſit omnino copioſiſſimus, at, quòd augeat animalis ſpiritus, ęquat in illis diſtentionis vſum ei, quem poſtulat plurimus calor: quo enim iuuenibus cedunt exuperantibus aduentitio calore, hoc vſu, quem imponit ſpũs, reſarcit. Maximum ergo, ſimulq; celerrimum pueri vtrunque motum requirunt: ſicq; infra vſum eſt functio in ijs: nã, licet quàm maxime celeres ſint & magni, non ſatis efficiunt tamen vſui: qua F re hic crebris opus motibus eſt. In ſenibus planè contra habet: calor paucus, cui par eſt generatio fuliginoſorũ excrementorũ, ſpiritusq; animalis nutritio: iure habent ergo contrarios illis pulſus paruos, tardos, raros. Hic meminiſſe oportet eorum, quæ in ſecundo libro de pulſibus dignoſcen dis diximus: vt, quo adducti errore, intelligamus, complures medici puerorũ pulſus putauerunt paruos eſſe, tametſi ſint magni, ſi cum magnitudine eos arteriarũ compares: parui, ſi ex prima ſpe cie ęſtimes. i. ſi quantitatem tantũ diſtentionis ſpectes, eamq; conferas ad iuuenum pulſus. Sed ta men non maximos habent pulſus pueri, ne ſi ad magnitudinem quidem eos arteriarũ perpẽdas: ſiquidem, ꝙ nec facultas eorum perueniat ad ſummũ robur, & coarctent etiamnũ molles arteriarum tunicæ, multum de maxima diſtentione detrahitur: nihilominus tamen tantũ retinent pulſum, vt mediũ ſuperet. Ac celeritatem habent parem in diſtentione & contractione: nam & motus vtriuſq; par vſus eſt, non vt in ſenibus: quo enim minor contractionis vſus eſt, q̃ diſtentionis, hoc contractio tardior diſtẽtione eſt. Nec iniuria quidem ſenes minorem habent, qm̃ parũ omnino aut nihil ex aduſtis humoribus excrementi prouenit, eſt enim imbecillus calor: præterea, ꝙ nõ magnopere nutriant, nec vllo modo augeant. Tamen vſus diſtentionis, etſi non magnus, mediocris tamen adhuc ſenibus manet: etenim ventilatum oportet innatũ calorem, atq; nutritũ anima- G lem ſpiritũ. Quia vero vſus pulſuũ non complet tantũ vndequaque à functione, ſed & exolutus per ſe eſt omnino, longe magis in raritatem immutant pulſus ſenes, quã in tarditatem: quare hic oportet longiſſimam quietem fieri: qũo, cum non impleret, præter ꝙ magnopere augebat, perpe tuos etiam concitabat motus. Nam non ſolũ in infantibus non eſſe auctũ ad ſummũ, vſum generã dorũ pulſuum, verum etiam de maxima diſtentione, quæ compleret forſitan vna vſum, non parũ diſceſſiſſe, ante demonſtrauimus, cũ tantũ detrahi diceremus, quantũ facultas ab ſummo robore abſit, ac degrauent coarctenturq; inſtrumenta, quæ infantes ex humiditate habent mollia. Sanè hoc quoq; diximus ſupra, inſtrorum mollitudines, quæ remotę à preſſu ſunt, nec grauant vel coar ctantur, referre ad pulſuum magnitudinẽ: quæ vero his coniunctæ ſunt, ad paruitatem, præcipue ſi robore facultas deficiatur. At, quantũ ſenũ pulſus ex puerorum degenerauit crebritate in rarita tem, tantũdem propè motus cõtractionis in tarditatem ex celeritate. Nec obſcura eſt cauſa: ſiquidem ſemel vſum contractionis exolutũ eſſe rectè docuimus in ijs ætatibus, non tamen diſtentionis vſus perijt totus: nam hoc etiam tradidimus: quo minus eſt in hac tardus motus, q̃ in contractione: atqui hanc tyro ſolam poterat dignoſcere. Probe ergo dictũ eſt: ſenex à puero longe magis raritate, quã celeritate, diſtat. Iam omne declaratũ eſt, quod deficiebat huic ipſi differẽtiæ: præ H terea, quod mutationi rhythmorũ pro ętatibus: quos (qm̃ obſcuriorem eſſe ſermonem, quã qui ty ronibus accommodatus eſſet, arbitratus ſum) non attigimus. Nã, vt de crebritate, ita de rhythmis extiterunt duæ ſectæ: vna prorſus negabat ſentiri contractionem, quæ diſtentionis tp̃s cõparabat cũ toto reliquo, quod non tm̃ conſtat ex contractione, ſed ex binis ẽt quietibus: altera ſentiri contendebat, ac rhythmos in motuum temporibus ponebat. Hæc quãto ſecta ſit perfectior & vtilior ad præſagiendum, clarius in proxima lucubratione aperiemus: nec tamen nunc obſcurũ eſt, niſi obiter ſuperiora & negligenter attendiſti: nam ex ijſdem, etiam differentiæ rhythmorum pro æta tibus à qua proficiſcunt cauſa, nullo negocio inuenias. Cum enim vtriuſq; motus plurimus infan tibus vſus ſit, minimus ſenibus: & omne interpoſitum tp̃s ætatum vtrunq; vſum exoluat, magis tamen contractionis: rationi conſonum eſt, vt, quantum à pueris recedant ad ſenes, tanto ſemper vtrunque motum habeant tardiorem, magis aũt contractionis. Ex his naſcunt differentiæ rhythmorum pro ætatibus, de quibus latius in commẽtarijs de præſagitione ex pulſibus agemus. Iam etiam, quamobrem vehementiſſimus ſit iuuenũ pulſus, ſenũ cõtra languidiſſimus, in aperto eſt: iuuenibus. n. validiſſima facultas eſt, ſenibus vero debiliſſima. Eàdem ẽt alijs in ætatibus ratione, pro robore earum vel imbecillitate pulſus remiſſione & vehementia different.

A.ibidem.c

A.ibidem.d

Pulſuum

A *Pulsuum pro TEMporibus Anni mutatio.* *CAP. 6.*

Libidē.c.9.e *PRo anni "temporibus. Medio vere pulsus maximi sunt & vehementissimi, vt in temporibus: celeritate & crebritate moderati: pari modo medio autumno: progrediens autem ver non nihil de magnitudine & vehemētia detrahit, sed auget celeritatem atque crebritatem: tandemq; ineunte iam æstate languidi, parui, celeres, crebriq; fiūt. Autumni progressus cuncta imminuit, magnitudinem, vehementiam, celeritatem, crebritatem: ita ineunte hyeme in paruitatem conuertuntur, & remissionem, & tarditatem, & raritatem. Respondet autem initium veris fini autumni, illius finis initio huius: æstatis item principium suo, & principium hyemis suo fini. Proinde, quæ pari spatio à media æstate, & media hyeme, in vtranque partem deflexerunt, similiter variant. Porrò media æstas partim conuenit cum media hyeme, partim dissidet: nam parui vtrobique & languidi sunt, sed celeres atque crebri æstate, tardi rariq; hyeme: non perinde tamen parui æstate, vt hyeme, sed æstate minus: nec ita hyeme languidi, vt æstate, cæterum minus hyeme.*

A.ibidem.f Quæ "accidunt ex temporibus, in tres referuntur hasce causas, in vsum, facultatem, & instrumēta: nam, prout in ijs hæc singula variant, mutantur pulsus. Ac medio vere status aeris nos amplectentis temperatissimus est: itaq; corpora etiam sunt salubria. Hoc.n. semper memoria tenendum est, hoc tempore, præ cæteris, à quibus animans afficitur, facultatem robustissimam esse: & calorē B temperatissimum: & etiam instrumenta in summa mediocritate esse, q nec humiditate immodica madeant, nec siccitate squaleant, neque veluti rigeant gelu ac congelascant, neq; calore quasi remittantur languescantq;: vnde & pulsus corporibus quidem optime comparatis maximi & vehementissimi fiunt. Nam in illis pulsuum pro ætatibus, temporibus, regionibus, & id genus alijs, mutationes prodidisse literis medicos declaraui (vt alia loca ne citem) in secundo libro de pulsibus dignoscendis: Itemq; eos, qui eius status sunt, magnos esse æddituros & vehementes pulsus in primo libro docuimus: siquidem hi facultati validæ peculiares sunt, & moderato vsui, instrumentisq; naturali lege constitutis. Nam, si quid mediocritatem vsus excedat, non magni solum & vehemētes, sed & celeres fient: si vero longius excedant, vt vsum iam actio non compleat, ilico mutatio addet in crebritatem: quia vero vsus est moderatus, non tendunt nec ad celeritatem, nec ad crebritatem.

At enim adiecimus orationi (vt in temporibus) rectè sanè: neque enim simpliciter maximi tum, atque vehementissimi fiunt, cum multo illis alij pulsus in naturis vehementiores atque maiores reperiantur: sed, si pulsus cum alijs temporibus compares, tales medio vere euadunt. Nam æstate quidem crescit vsus, sed languescit facultas: quamobrem aliquatenus decrescit illa vehementia simul & magnitudo: sed tamen hæc minus, nam, quia vrget vsus, augetur non nihil: idemq; mo- C mentum celeritati & crebritati non leue adfert. Contra hyeme est, ac æstate, validior facultas, non æque tamen, ac vere, sed vsus remittitur generationis pulsuum: quare languidiores pulsus hyeme, quàm vere, sunt: & vehementiores, quàm æstate: atque veluti medium locum occupant inter vtraq; tempora, nempe quòd & facultas teneat locum medium: verum satis sunt parui, quoniam cum facultas infra summum robur est, tum vsus insigniter est remissus: quæ ipsa in causa remissio est, cur simul tardi & rari sint. Hic rursus memoria tenendum est dictum, quod aliquando declaraui, Hippocratis. Vsus est enim eorum, in mutationibus ex ætatibus, temporibus, regionibus, statibus, omnibusq; eius generis: ne me quis cum illo existimet pugnare. Neq; enim ille absolute di

« xit, ‖ Quę augentur plurimum habent calidi. sed (innati) addidit, vt qui alterum sciret calidū acqui- 1ª.Aph.14 Ex.
sititium esse, quod plurimum iuuenibus suppetitat: nam tēperatus est natiuus calor, acquisititius ord.7.a
« autem intemperatus & quasi igneus est. Sic etiam, ‖ Ventres, inquit, hyeme & vere calidissimi na 1ª.Aph.15. Ex.
« tura sunt. immo ne hi quidem calidissimi absolute, sed calore natiuo: æstate paucissimum hūc ha- ord.8.a
bent, abundant vero aduentitio calore & squalido, qui colliquat potius, quàm nutriat corpus: præterea functiones, tantum abest, vt meliores reddat, vt illæ ne æquent quidem illas, quæ in moderato obeuntur. Hæc si retinuerint lectores, nihil me in hac oratione, nec in reliquis, diffidere D ab Hippocrate vllus arbitrabitur. Posthac de regionibus & statibus præscriptum est tyronibus: quę oratio ex superioribus clara est, ac causam habet apertissimam. Itaque solum ipsum adscribam caput, quod hoc est.

Pulsuum Pro REGIonibus & Statibus mutatio. *CAP. 7.*

ibidē c. 10.f *PRo "regionibus perinde, vt pro temporibus: In vehementer calidis, sicut media æstate: in magnopere frigidis, vt media hyeme: in temperatis ita, vt medio vere: ad harum proportionem in ijs, quæ medium locum sunt sortitæ. Porrò aeris nos circundantis alij status, qui calidi sunt, calidis temporibus: frigidi frigidis: medij medio veri respondent.*

PRÆGnantium pulsus. *CAP. 8.*

PRægnantium maiores, crebriores, celerioresq; pulsus sunt: prætereà nihil mutatur.

ibid.c.15.fo.f In "prægnantibus præter vsum, mutatum priorum nihil est. Quicunq; hic fit, omnino increscit & auget: q mulier non sibi iā soli respirare & pulsare, sed fœtui etiā, cogatur. Rationis ergo est, vt celeriores, & maiores sint, crebrioresq;. Nihilo tamen vehementiores sunt, vel languidiores, vel duriores, vel molliores, pro ipsa sanè conceptus ratione: neq; enim vt ex eo, vlla facultatis, vel instrumenti, prægnantium facta mutatio est.

Pulsuum ex Somno mutatio. CAP. 9. E

IAm Somni" etiam sint, si quid aliud, secundum naturam, qui & ipsi variant pulsus: Dũ incipiunt, minores, lan A.ibidem.c.1.
guidiores, tardiores, rarioresq; reddunt. Dum progrediuntur, tarditatem pedetentim augent & raritatem, præ- fo.50.a
sertim à cibo: at maiores sunt & vehementiores. Cum diuturniores fuerint, ad remissionem & paruitatem redeunt,
tarditatem & raritatem retinent.

Quæ sit causa, cur concoctiones per somnum meliores sint non in vẽtriculo modo, verum etiã
in venis, ĩ arterijs, in omni deniq; animalis habitu, nõ est huius loci explicare: neq; enim de causa,
quæ' nam illa sit, conuenit inter oẽs medicos. Equidem hoc ĩ præsentiarũ de illa breuiter dico. Fa
cultas concoctrix se intro per somnum recipit magis, & in altum. Ergo, quia intro mouet̃, & ma-
teriam conficit, primo veluti imbecillior redditur, ac onerat̃: paulo post, cũ fruitur alimento, quod
conficit, roboratur ipsa, ac calor crescit animantis: vt, qui frigidiores cibos comederunt, ilico frigi
diores se animaduertunt, multiq; adeo illorũ manifeste & horrent & rigent, haud multo post fiũt
calidiores. Proinde, si natiuus calor est, qui concoquit cibos: ac, qui huic præsunt motus (vt rõ fuit
Hippocratis) qui foras tendunt, vigilias, qui intro, somnos conciliant: facillime rationem ac natu-
ram commentemur pulsuum mutationis, quæ ex somno proficiscitur. Quòd si qua est alia huius
molitrix facultas, certe, quia consensum esse, traditum est, mutuum omnium facultatum, quæ ani- F
mali moderantur, non mirum est, si quid hæc facultas naturalis consentiat cũ illa. Sed hoc, si semel
admissum sit roborari & debilitari vicissim facultatem, quæ pulsum creat, prompte expedias cãm:
nam, quia oneratur illa initio somni atque debilitatur, minores & languidiores pulsus oportet exi
stere: at mox ea" roborata, è diuerso, maiores vehemẽtioresq;. At enim quid simul tardiores & ra A.ibidem. b
riores fiunt? Erasistratus quidem causam confert in motuum voluntariorum requietem, quæ id-
6.Epi com.4.t. circo concoquat probe: non somnum in causa ponit. Hippocrates ac cæteri, qui vergere || calorem
[illegible] 3.183.c. Et intro ferunt per somnum, qui quidem medicorum ac philosophorum sunt penè omnium proba
193.h. com. 5. tissimi, in huius incrementa, & decrementa, motusq; diuersos, causas conferũt: imminui.n. dicũt,
t.30. ac veluti suffocari, vbi in aceruum subito incurrat ingestæ materiæ: qũo ignem quoq; cũ in ligno-
rum ingentem struem incidat. Atq;, vt idem ignis, vbi superior euasit materia, roboratur ac in ma
gnitudinem eleuat̃: sic innatus calor, cum fruat̃ alimento, confectis iam succis, in quos inuaserat,
copiosior, quàm ante, fit & validior. At causas adhuc tarditatis & raritatis non expediuimus: im
mo vero aliter me iudice res habet. Quando dormientibus motus caloris, qui foras tendit, ĩminu-
tus est, viget autem, qui intro: contractionem oportet celeriorem fieri, distentionem vero tardio-
rem. Ac sic quidem manifesto fit. Qui cõtractionem non assequuntur arteriarum, sed discernunt G
ex sola distentione pulsus, hi tardum absolute volunt dormientium pulsum esse. Ille aũt absolute
non est tardus, sed altera ex parte tardus, totus non tardus potius, q̃ celer: nam, cuius tarda disten-
tio, & celeris est contractio, is neutro horum nominũ appellãdus est, nec celer nec tardus, sed sunt
1. Epid. cõ.3.t. distinguẽdæ eius partes: quod in || respiratione fecit Hippocrates. Iam vero etiam altera sui parte
18.3ª.121 b paruus est dormientium pulsus: siquidem plurimum contrahitur, distenditur aũt non plurimum,
2.Epid. sect.3ª. sed quantum contrarius motus necesse habet reddere cõtractioni. Porrò arteria in pari semper in-
1.Pror. cõ.3. t. teruallo mouetur in contractione ac distentione, nisi qñ rhythmum subito immutet: terminis ve
72.4ª.188.d ro, vnde proficiscitur, & quibus finitur, variat. Nam, cum motus, qui intro pergit, præpolleat, atq;
In Prog. cõ. 2. prorsus consideat: rursusq; inde incipiat, qui foras tẽdit motus: haudquaquam hic distentionem
t.56.4ª.203.g plurimum producit: Contra, cum præpolleat motus, qui foras concitatur, contrario existente de-
bili, minime tunc ab extremo orditur collapsu in distentione, ac summam tãdem magnitudinem
assequitur: cumq; inde inceperit denuo, qui intro fert̃ motus, finem cõtractionis, vnde incepit di
stendi, facit. Ita cum facit semper veluti motuum quendam orbem, modo intro magis, modo foras
fertur. Quam ob rem, qui duntaxat distentionem sentiunt, his pulsus, necesse est, in somnis paruus
& tardus videatur. Iisdem necesse est, vt imperitioribus in dignoscendo, pusillam partem conspici H
motus distentionis, & fugere maximam: quippe in eo motu arteriarum, internos motuum termi
nos ne exercitatissimi quidem attendunt: sed contractionis hos finis fugit, & principium disten-
tionis: quo magis imperitos immensam partem motus præterire par est, totam propè contractio
nem, & partem non mediocrem distentionis. Quæ autem pars motus lateat, quam non sentiant,
qui tangunt, ea, cum adiungatur ad tempus quietum, speciẽ præbet pulsus rari, tametsi re vera dor
mientium pulsus nihilo rarior sit, vt nec respiratio: sed aperte etiam in hac expiratio, quæ cũ exuf-
flatione fiat, maior est: quietis tempori nullum accedit incrementum. Explicaui iã summam ferè
de somnis: tñ, quo res clarior sit, addam reliquum. Pulsus dormientium, in externa quidem quie-
te similes sunt vigilãtium pulsibus: in interna vero, permultum videntur distare, quòd terminos
internos motuum non assequitur noster sensus, sed tum minor est, tum languidior, quàm pulsus
vigilantium, præsertim à principio statim: nam postea magnitudo ei quędam & vehementia ad-
iungitur, & iam tardus in distentionibus est, in contractionibus velox: & in summa, intro magis
mouetur. Quare, si vehementem in contractionibus eum dicas, nihil erres: etenim excrementum
succorum confectorum veluti fuliginosum excernere arteria per somnos, q copiosius tum colle-
ctum sit, vehementius auet: vnde motus, qui intro fertur, vel hoc nomine præpollet. At vero,
vbi

A vbi absolute succi confecti sunt, si in somno homo permaneat, immoderatus erit vtique talis somnus. Motus autem merito fit vterque minor, tardus, imbecillus, rarus: somnus enim (quod vel ex poetis audias) mortis est frater. Vna illi hæc conuenit cum viuentibus, confectio alimenti: reliqua mortuis sunt similia, non videre, non audire, nihil intelligere, vel cogitare, vel loqui, vel sentire, ratione carere, proiectum esse. Et vero quid aliud (si illud vnum, quod commune adhuc cum viuentibus habet, sit ablatum) nisi recte via ad mortem dicatur? Iam etiam primum esse & natiuũ caloris motum, cum foras, & extra se ipsum mouetur: secundum, cum intro, & in se ipsum, qui propter nutrimentum comparatus est: id iam pridẽ multis locis diximus: qui, vbi non amplius in nutrimento detineatur, neq; proprium suum motum, quo fertur foras, repetat, sed ociosus sit vtrinq;, habet tum certe imaginem mortis: exoluiturq; eius contentio, vnde oritur languidus pulsus: dissoluitur porrò motus, quam ob rem paruus, & tardus, & etiam rarus fit: quòd si increscat etiam atque etiam paruitas, tarditas, raritasq;, propemodum nihil mouebitur: at hæc mors erat. Habes oĩa de somnis. Quanq̃ vero præterea Archigenes plenissimos dicat pulsus in somnis videri, Apollonides inanissimos, mihi certum est de his non producere orationem, cum in superioribus lucubrationibus falso hoc probauerimus genus pulsuum inductum ab Herophili successoribus esse, sicut multa alia. Neque quicquã habet admirationis, si in re, quæ planè discerni nequit, inter se Archigenes & Apollonides dissideant: neque enim communis sensus affectum, sed suas vterq; opiniones scripsit.

B

EXPERgiscentium pulsus. *CAP.* 10.

A.ibidem. c Q*Vi "expergiscuntur, è vestigio pulsus magnos, vehementes, celeres, crebros, & cum quadam vibratione habent: qui mox mediocritatem assequuntur.*

Non perinde in somnũ incidimus vigiles, ac ex somno euigilamur: q̃ hoc ferè subito, illud omnino pedetentim fiat. Etenim turbulenta insomnia, vel si quis vociferetur, perstrepat, tangat dormientem, celerem & subitaneam concitat mutationem: quocirca pulsus illos, quos commemorauimus, qui in eum modum immutantur, clarissime percipiunt. Nec tamen in alijs, qui motu innati caloris foras progrediente excitati sunt, fugiunt exercitatos: nam somnus incidit, cũ natiuus calor aut ex fatigatione & nimia siccitate ad alimentum se conuertat, aut ob immodicam humiditatem foras nequeat progredi: quorum est salubris primus & naturalis: alter, quem memorauimus, veluti somnus, qui est in comatibus & lethargis: cui opposita est phrenitidum & vigiliarum præter naturam, vigilantia, vbi supersiccatus natiuus calor est & quasi ignitus, atq; idcirco foras quoq; mouetur immodice. Sed affectus præter naturam, quos nec vigilãtiam nec somnum, sed vigilias & comata potius voces, relinquam in præsenti. At somni naturales simulq; vigilantię ita, quomodo ante diximus, gignuntur: nam, cum indigeat simulq; desideret naturalis animalium calor copiosam humiditatem, ideoq; in viscera conueniat & ventrem, fit somnus: qui simul atque ea satis fruitus est, vt naturalem iam qualitatem recuperauerit, expergiscũtur. Quo quidem tempore illæ conuersiones nullo modo citra vim aliquam fiant: nam in alimento concoquẽdo, quia succrescit humiditas vaporosa large cum in ipsa cute, tum in poris, corporibusq; ad externam superficiẽ vsq; interpositis omnibus, non perinde iam calori procliuis est ad externa motus: quare, vt hanc discutiat remoueatq;, & meatus repurget & etiam corpus vndequaque sibi penetrabile reddat, postulat primos vehementes atque violentos motus: quod vbi perspirabile, purumq; reddidit, mediocritatis naturalis reminiscitur. Hinc pulsus "ilico experrectis ex somno magni, & vehementes, & celeres æduntur: præterea ob motus vim, non nihil vibrantur: paulo post ad natiuam mediocritatem reuertunt. Deinceps tyronibus scripsimus de corporis aduentitijs habitudinibus: quas græce σχέσεις nos || Hippocratem secuti appellamus, qui in libro de articulis dixit: Cæterum refert ẽt non nihil corporis habitudo. Ac pulsus nos in vtraque illarũ maxime cõspicuos prodemus: quorum facile nunc sit adiungere causas ex commemoratis: nam, quæ de naturalibus differentijs corporis tradita sunt, eadẽ dicentur de aduentitijs: quo breuior ero, solumq; ipsum illinc caput subijciendarum causa rerum huc transferam, quod ita habet.

C

A.ibidem.c

De Art.com. 1. t.26. 7. 256. d

D

Pro ASCititijs HABitudinibus pulsus. *CAP.* 11.

A*Scititiæ habitudines corporis perinde pulsus, vt naturales, immutant. Nam, gracilis natura si quadratus euaserit, huic, qui talis natura est, assimilem pulsum habet: sin quadratus factus gracilis sit, assimilem gracilibus natura. Constat autem gracilitatis & quadrati corporis citra facultatis immutationem, æstimandam differentiam esse: itaq; in omnibus alijs, vt vnum id tantum vbiq;, de quo in præsenti disputemus, mutetur. Quæ diximus de quadratis, eadem etiam de corpulentis dicta nobis esse putandum est, nisi quòd magis sunt intensa.*

In eum illic modum de habitudinibus corporis disseruimus. Apposuimus itidem de temperamentis: caput etiam hic memoriæ gratia satis est adscripsisse. Est autem hoc.

Pro ASCititijs corporis TEMperamentis pulsus. *CAP.* 12.

I*Am etiam temperamenta corporis ascititia pulsus ea proportione mutant, qua naturalia temperamenta.*

Scilicet ad eundem hîc modum, vt de anni temporibus diximus: calida calidis, frigida frigidis assimiles pulsus creant. Nam temperamentorum in humiditate & siccitate differentia continebatur

tur in habitudinibus corporis: siquidem siccis gracilitas, corpulentia est humidis familiaris. Verũ hæc in libris de temperamentis declarauimus: præterea hoc quoque, corporis duritiam tẽperamẽta sicca, mollitudinem comitari humida: itaque pulsus his mollis est, illis durus. E

Pulsuum Pro EXERcitationibus mutatio. *CAP.* 13.

NVnc alias mutationes, quæ causas habent non naturales, recenseamus. EXercitationes "*primo, quæ moderatæ sunt, vehementes, magnos, celeres, crebros pulsus efficiunt: Si multæ sint, & vires excedant laborantis, paruos, languidos, celeres, & crebros in summo: Nimium immodicæ, adeo vt ægre iam se possit mouere & multis interpositis quietibus: aut nihil prorsus possit, sed exolutæ vires impense sint: pulsus mire paruos, & languidos, tardosq́; & raros: Quòd si ad virium dissolutionem perueniant, pulsus creant illis proprios. Quales autem excitet pulsus facultas, quæ dissoluitur, dicemus paulo inferius.* A.l.1.f.2.d.3.c 13.fo.50.d

Habes caput, quod illo in libro conscripsi: nunc iam addam causam. Facultas in exercitationibus vniuersam adhibet contentionem, vnde pulsus vehementes excitantur: vsus aũt increscit, vnde magni, celeresq́. Hic aũt qñquidem binis accessionibus augetur, spiritu exhauriendo & caloris incremento, ideo ẽt, qm̃ is non satis magnitudine illorum & celeritate completur, crebri fiunt. At, quæ exercentis sese vires excedunt, efficiunt paruos & languidos propter earum imbecillitatem: tñ illos quidem adhuc, quia vrget vsus, crebros: at non celerrimos propter facultatis infirmitatem sed pro his creberrimos: idq́ quatenus actio longe vsu inferior est. Quòd si adeo quis cogatur laborare, vt non modo superiores facultate labores sint, sed continenter necesse habeat interquiescere, huic refrigeratur vniuersum corpus. Pulsus autem ob imbecillam facultatem languidi sunt & parui: ob frigus nec celeres, nec crebri. In aperto ratio est, si memineris priorum. F

Ex BALneis CAlidis pulsuum mutatio. *CAP.* 14.

BAlneæ "*calidæ, dum sint moderatæ, pulsus creant magnos, celeres, crebros, vehementes. Immodicæ paruos & languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. Quòd si hic relinquantur, paruos, languidos, tardos, atque raros.* A.ibidẽ.c.14.

**Al. paulo uehementiores.* *ἀσνς.

Ex balneis, si in tempore vtaris, omnino corpus commoditatem aliquam percipit. Nam, cum defessi simus, incaluerimus, simus refrigerati, desiccati, nauseam, aut temperiem inæqualem sentiamus, deniq́ si vacuatione opus sit nobis, illas nos subimus. In illis autem omnibus tẽporibus corpori restituitur mediocritas temperamenti, vires corrigũtur, opportunus augetur quidam calor, ac pars digeritur spiritus vnà cum sudoribus. Quare calidæ balneæ, par est, si sint moderatæ, vt ad eum modum mutent pulsum, sicut declarauimus immutari, cum facultati commodat, & augetur vsus. Immoderatas planum est facultatem dissoluere, vsumq́ præter modum intendere: vnde fit, vt creberrimos creent: celeres autem perinde, vt priores, nisi sanè facultas ad extremum vsum deuenerit: nam tum quidem formicantes, quos appellant, prodibunt. Quòd si ab immodicis balneis destiterint, nec lauent amplius, sanè & habitus corporis refrigeratus est, & facultas dissoluta. Quã ob rem mutatio pulsuum ea existet, quam in libro primo docuimus excipere facultatis imbecillitatem & vsus remissionem. Hoc enim, in præsenti satis est, si demonstrem, quemadmodũ ex singulis præcedentibus & externis causis ad primas & præcipuas & continentes vocatas mutatio penetret: vt autem ex illis pulsus necessario alterentur, in primo aperuimus libro. G

Ex BALneis FRigidis pulsuum mutatio. *CAP.* 15.

BAlneæ "*frigidæ ilico paruos, ac languidiores, & tardos, rarosq́; pulsus efficiunt: postea, prout id sit, quod induxerunt, omnino vel torporem inducent, vel robur. Quæ torporem intulerunt, & refrigerarunt, paruos, & languidiores, & tardos, rarosq́; efficiunt: quæ excalfecerunt, & robur conciliarunt, magnos, vehementes, celeritate et crebritate moderatos.* A.ibidem.c

Balneæ frigidæ è vestigio refrigerant omnino: postea vel roborant, vel obruũt facultatẽ, vnáq́ perfrigerant: nam id est torporem inducere. Itaque & pulsus pro ratione causarum immutantur. Quod vero non poterat tum tyronibus explicari, id nunc declarabo. In frigida lotione arteriarum motus plus intro, ꝙ foras, fertur, ꝙ & calor illuc ilico magis ferat. Quòd si intus arterias possemus contingere, omnia, quæ aliàs in distentionibus animaduertimus, hæc in contractionibus hic apparerent, magnitudo, celeritas, vehementia: sed, hoc quia non põt vlla ratione, ab ijs, quæ in distẽtionibus percipimus, totos pulsus sic appellamus: paruos, quia multo minor distentio id tẽporis est, quàm antea: tardos item, ꝙ aperte exolutus est motus: iam raros quoq́, ꝙ alij etiam omnes, in quibus plus motus intro fertur, tales esse visi sint contractionem non sentientibus. Causa ante explicata est. Languidos non diximus absolute, sed scripsimus lãguidiores: qua voce paruam mutationem significauimus in remissionem esse. H

Pulsuum ex CIBis mutatio. *CAP.* 16.

CIbus "*largus, vt etiam grauet facultatem, pulsus inæquales atque inordinatos concitat: Archigenes vult celeriores, quàm crebriores. Modicus, magnos, celeres, crebros, vehementes. Parcior, quàm qui satis nutriat, non æque, ac moderatus, cæterum minus mutat, neque id diu.* A.ibidem.c. fo.49.f.g

Cum possimus in singulis capitibus in hoc libro præscriptis, primũ, quæ alij de ijs censuerunt, commemorare, deinde esse falsos confutare, non hoc facimus: sed statim ad id, quod probatum & verum

A & verum est, accedimus, id agentes, vt operis, quoad eius fieri possit, prolixitatem contrahamus. Quod cum nunc & sua sponte longum sit, quid fiet, si veterum præterea opiniones vnà cum confutatione congrua cōplectatur, non ne in immensum ducetur? At qui tēpore ad disciplinas abundat: ardetq; cupiditate medicorum omnes opiniones cognoscēdi, huic lucubratio hæc certo scio, viam muniet, vt per se inueniat, vbi bene sentiant, & vbi errent. Et quidem alio ipsi loco multa scripsimus, quæ his, qui in ea voluntate sint, conducent. De proposita quæstione, in libris, vbi inquirimus in Erasistrati artem de pulsibus, opinionis errorem, vt puto, clare prodidimus. Ad hæc, vbi discrepamus ab illis, qui peritissimi habentur in arte de pulsibus, de his item vir, qui sapientia sit præditus, facile mihi videtur horum præsidio, quæ nunc tradidimus, existimaturus. Inueniet ea enim ferè partim in sola dictione, partim in exactis & distinctis explicationibus, consistere: vt et hæc, de quibus nunc agimus. Nam, cum scribat Archigenes in hunc modum de cibo facultatem onerante: Hic, quia premit, languidiores minoresq; pulsus concitat, & celeriores, quam crebriores. nos non sic, sed quomodo scripsimus: Cibus largus, vt etiam grauet facultatem, pulsus inæquales, atque inordinatos concitat. Qui autem opera artis diligenter obseruat, non in cibo tantum, sed & in alijs affectibus omnibus, in quibus oneratur facultas, reperiet inæquales pulsus. Atque hoc scilicet ipsum est, quod imbecillam facultatem ab onerata distinguat: simulq; cum eo proditur & noxæ magnitudo. Si enim inter multos magnos & vehemētes, pauci offendantur parui languidiq;, pusilla est offensio facultatis: cōtra, si pauci magni & vehementes, parui autem atq; languidi multi sint, ingenti in eiuscemodi affectibus onere opprimit facultas. At vero parui & languidi pulsus perpetuo fiunt, nullo interpellante contrariorum, non in ijs, quæ onerantur, sed in ijs, quæ dissoluuntur, facultatibus. Dum vero per se quidem validę sint, sed abs quopiam grauentur & premantur, omnino vehementes & languidi pulsus commiscentur, etiā si summe offensæ sint. Incurie igitur scribit Archigenes languidiores & minores pulsus fieri, quum facultates cibo grauantur: hæc enim, q facultas dissoluatur, non q prematur, signa sunt. Atque, vt in differentijs magnitudinis & vehementiæ sunt inequales, sic in differētijs crebritatis & celeritatis. Quare ne istuc quidem queo conijcere, quemadmodum Archigenes scripserit, celeriores eos, quā frequentiores, esse: nisi si hoc dicere velit, licet sint hi inequales, maiore numero tamen celeres tardos vincūt, quàm raros crebri. Etsi ne hoc quidem verum est, si ita nude proferatur, nec distincte: immo offensiones leuiores, celeres magis, quam crebros: grauiores è diuerso, crebriores pulsus, quam celeriores, reddunt. Causa in aperto est ex demonstratis in primo libro: siquidem celeritas facultati peculiaris validæ est, crebritas imbecillę. Iam aliorum etiam, de quibus deinceps dicemus, nisi exciderūt ea tibi, quę primo in libro docuimus, in promptu est causa.

«

*

l.1.f.1.d.3.c. B

1.fo.49.g

C

Pulsuum ex Vino mutatio. CAP. 17.

ibidem. g. h

*Vinum, *cætera quidem pulsus, vt cibus, variat: hoc vero interest, quòd ilico immutet, & citius mutatio à vino profecta recedat, quam illa, quæ à cibo: quod item celeritatem amplius & magnitudinem, quàm vehementiam & crebritatem, augeat: quanto enim vehementius moderatus cibus constantiusq; robur conciliat, tantum fere vinum extollit magnitudinem.*

Hæc quoque oratio se ipsam interpretatur, ac omnia subijcit nobis, quę de vini virtute sunt ab « omnibus medicis prodita. Appositio enim, quam facit, celeris est, q humidum sit & calidū: quicū- In libro de Alimento.
« que, n. celerem, inquit, requirunt appositionem, his humidum medet: qn vero calor etiam dux est humiditatis, multo iam magis. Ad hęc, quę affatim subitoq; nutriunt, hęc celeriter deficiunt: quā ob rem, vt celerem, ita minime diuturnam, a vino appositionem corpora accipiunt, facile enim digeritur per halitum. Porro, q nutriat, pulsus ita, vt cibus, variabit: q autē amplius, quā ille, nutriat, insigniorem adijciet illis & magnitudinem & celeritatem: id quod plane apertum est illis, qui retinuerunt, quę in primis commentarijs docuimus. Ac reliquorum, quę in isagoge prodimus, si D memoria teneas, quæ in primo libro scripsimus, omnes clarę sunt causę: quare prætenta illorum magna parte, causas tantum illorum, quę sunt obscuriora, referamus: de quibus hoc est: Cur choleras, magnos alui fluores, profluuium muliebre vocatum, denique oīa, quę ex corpore vacuando facultatem dissoluunt, comitenē pulsus vermiculantes: at facultatem, quę a febri cacoethe dissoluit, formicantes consequant. An quia pulsus, quo vermiculās fit, tardus esse omnino & rarus debet? neque enim possit fieri, vt prior arterię pars prius moueri videatur, neque vt fiant veluti circunscriptiones in vna distentione multę, ni tardus simulq; rarus sit motus. At in acutis febribus (neq; enim possunt cachoetes non acutę esse) non sustinet caloris copia pulsum vel tardum in summo, vel semel fieri rarum: ceterum tardus est, aut non celer certe pulsus, cum dissoluitur facultas (tametsi in eo quidam dignoscendo hallucinentur) sed non summe tardus tamen: rarus autem haudquaquam, immo creber semper, ac, vbi vis vrgeat caloris, magnopere est creber. Mihi quidem iam visum est tertij huius libri hic finem facere: reliqua in quarto persequar, ab affectionibus animi exorsus.

GALENI DE CAVSIS PVLSVVM
LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Causis Præter naturam, Quæ tum animi tum corporis
affectione pulsus immutant.

Quæ pulsuum Causæ superioribus libris explicatæ sint, Quæ hoc libro explicandæ. CAP. 1.

INter causas,vnde pulsus alterant̄,quæcunque mutationem moliuntur per se,
continentes eorum generationem,ex quo sunt continentes appellatæ,prio-
ribus duobus libris exposuimus.Quæ has præcedunt,quarum consistit pars
in ipsis animalium corporibus,pars extrinsecus accidit,has cũ instituissemus
duobus proximis explicare (quia ante etiam in libro illo,quē tyronibus scri- F
psimus de pulsibus, summatim de his & citra demõstrationem tractauimus)
operæpretium mihi est visum,vt hic quoq; de ijs agerē citatis ipsis capitibus,
atq; distincte explicarem,simulq; causas adderem. Ac in tertio quidem libro
de ætatibus, regionibus, anni temporibus,naturis,præterea de exercitijs,quæ vocant, & cibo, po-
tuq; diximus.In hoc quarto,qui huius commentationis est postremus,de causis præter naturā ser-
monem habebo,exorsus ab affectibus animi: deinde etiam de corporis affectibus dicturus. Iā hic
quoque ad singula capita clausulas traducam ex libro tyronibus scripto.

IRæ pulsus. CAP. 2.

I*Ræ* "*altus est pulsus,magnus,*"*vehemens,celer,creber.* A.l.1.f.d.3. 18.fol.51.a

Qui superiorum est memor,huic etiam,quæ de ira dicuntur,aperta sunt. At, de quo ante haud
dum diximus,hoc est in præsentia adijciendum: vehementior'ne tantum appareat pulsus iratorũ
an eiuscemodi sit vere: id enim omisimus, etsi latius in primo libro disputaremus, ferè dubium.
Neq; enim ita quis fidem tum haberet,si diceremus non apparere solum,sed esse etiam vehemen-
tiorē, vt iam fidē habebit,cum ante in sermone interposito multa ordine audierit,quæ referũt ad fi
dem,præsertim quæ de inæqualitatibus narrauimus, in quibus pulsus vicissim clare videtur fieri G
languidus & vehemens: nõ quòd tam repēte facultas in imbecillitatem variet & robur, sed quòd
cum causis,quæ se molestant,decertet,nec superet perpetuo eas. Apertissime aūt pulsus per bonas
iudicationes vehementes fiunt: etenim facultas tum,vt,quæ molestiam exhibent, repellat, excitat
se ipsam.Quod & in animali cernas facultate,nõ tantum vitali: exoluti enim quidam extreme vel
per senectutem, vel per morbum,vel aliam quampiam,quæ antecesserit, lassitudinem, si latrones
subito conspiciant ingruere vel hostes vel feram aliquam, concitato cursu aufugiunt periculum,
neque in eo validis concedunt: itemq; in terræ motu ex ædibus exiliunt,aut per incendium,atque
ocyssime discurrunt, cum antea per infirmitatē progredi vix possent.Ex quibus omnibus liquet
facultates animalis moderatrices,si quando impēdeat necessitas, maiore vi obire suas functiones.
Quo minus mirum est,si in ira hoc contingat,cum videatur merito fieri: vt & in his etiā animad-
uertas,qui exercitationem subeunt,aut quam aliam nauant operam, pulsus nõ in magnitudinem
modo,sed & in vehementiam conuerti.

LAETitiæ pulsus. CAP. 3.

L*AEtitiæ* "*magnus,rarus,& tardus est pulsus,at* "*vehementia nihil differt.* A.ibidem.a

Lætis diffunditur per vniuersum corpus calor,atq; plus foras eius motus ferī, at in tristibus in- H
tro: vnde maior fit merito pulsus illorum,at non vehementior itē: neq;.n.ascititius ex affectu con
parat̄,neq; validioris actionis,vsus. Planũ aūt est hæc intelligi debere,de moderata lætitia,quæ pro
pria rõne pulsus alterat: nā,si nimia quidem lætitia sit,vt facultatem dissoluat,pulsus sæpe per acci-
dens contrarij existunt: at tunc pulsus fient, qui, dũ virtus dissoluit̄, fieri solent. Diximus.n.ante,
qui inter affectus sunt vehementiores,hos totam alterationem pulsuum per se ipsos moliri.

TRIstitiæ pulsus. CAP. 4.

T*Ristitiæ* "*paruus,languidus,tardus,& rarus est.* A.ibidem.a

Et tristitia enim refrigerat,& calorem intro concitat.Itaque non iniuria contrarios pulsus effi-
cit superioribus,quos consequi lætitiam dicebamus.

TIMOris pulsus. CAP. 5.

T*Imoris*" *recentis &* "*vehementis celer,&* "*vibratus,& inordinatus est,inæqualisq;. Inueteratus tam similem habet tristitiæ.* A.ibidem.

Timor ē vestigio,quia statim multam mentis conturbationem facit,iure inęquales ędit pulsus:
nam ante de hoc verba fecimus. Temporis diuturnitate pulsus tales creat, quales tristitia: neque
quicq; à tristitia abest diuturnus timor. Omnibus autem his,si diuturna sint,aut admodum vehe-
mentia

A mentia, pulsus succedunt, vt solent, dum facultas dissoluitur: etenim dissoluunt omnia hæc facultatem, breui quidem vehementia, tempore vero contraria. Atqui paulo ante idem ex illis, quæ de lętitia retulimus, ostendebat: nũc etiam adscripsimus, q̃ illis hoc in isagoge subiunximus, & etiam, q̃ de similibus vniuersaliter statuendum est item. Longiorem vero interpretationem hæc oratio non quærit: quare ad ea iam, quæ consequuntur, transeamus.

Ex DOlore, pulsus Variatio. CAP. 6.

A.l.1.f.2. d. 3. c.16.fo.50.f *DOlor, qui * quidem variat pulsus (variat autem ingens, aut qui principes partes tenet, vt etiam inflammatio) dum paruus est, atque initio, pulsum ædit maiorem, vehementiorem, celeriorem, crebriorem. Auctus vero iam, & admodum validus, vt etiam vitalem contentionem offendat, minorem, languidiorem, celerem, crebrum. Ac, quo diuturnior sit, vel vehementior efficiatur, hoc illorum quodque increscit magis. Qui vero facultatem iam dissoluit, in remissionem, & paruitatem, & falsam celeritatis speciem, ingentemq; crebritatem commutat.*

Vt in omni molestia facultas, ita in doloribus sese solet ad depugnandum & reijciendum id, B quod infestat, concitare. Optimo igitur iure in magnitudinem, & celeritatem, vehementiamq́3 pulsus mutat. Quæ si in eo nihil proficiat, veluti ex inani labore vis eius & contentio dissoluitur. Itaque in remissionem motus, superata ab infestantibus facultate, recidunt. Quid autem falsam celeritatis speciem dixerim, in tertio libro de dignoscendis pulsibus declaratum est. Iam etiam demonstrauimus in horum commentariorum libro primo, cur paruis pulsibus penè omnibus adiuncta crebritas sit.

INFlammationis pulsus. CAP. 7.

Ibidẽ c. 17. g *INflammatio * habet omnis communem pulsum veluti serrantem: vt alia pars attolli arteriæ, alia non videatur, cum illa scilicet videatur durior. Habet etiam vibrationis aliquid hic pulsus, ac celer quidem & creber est, nõ perpetuo magnus tamen. At cuique sanè est suus proprius. Nascenti quidem maior iusto, & vehementior, & celerior, & crebrior: augescenti vero adhuc, cùm illa omnia increscunt, tum clare iam durior, & magis vibratus est: vigescenti autem manifestior est, duriorq;, atque vibratus magis, sed minor est, quàm dudum, non tamen languidior, nisi facultatem excedat affectus, sed & creberrimus fit & celer: quæ si diuturnior sit, atque in scirrhum iam induré-* C *scat, accedit illis gracilitas pulsus & durities. Hæc inflammatio habet, quæ pulsum per totum corpus immutat, vel quia magna est, vel quia principem partem insidet: si vero vniuersum corpus non afficiat, pulsus in parte inflammata talis erit, qualem diximus. Crescunt autem, quæ commemorauimus, singula, diminuunturq́;, aut pro inflammationis quantitate, aut pro ipsius instrumenti natura inflammati. Siquidem partes neruosiores, duriores ædunt pulsus, magisq; serrantes, & minores: venosiores vero & arteriosiores, contra: ac inter hos maior est in arteriosioribus, at-* ibid.c.17.fo. 1.a *que inæqualis facile fit inordinatusq;. Ex his ' liquet, qui pulsus sit illorum, quibus inflammatum iecur est, vel lien, renes, vesica, colon, ventriculus: præterea pleuriticorum, & peripneumonicorum, & breuiter omnium, in quibus partis inflammationem comitatur febris: nisi quibus in locis ob symptomatum naturam, quæ tum necessario ijs consequantur, tum casu adiuncta sint, prout quodque possit mutare, ita pulsus contingat variari: vt mista ibi mutatio fiat, & quæ inflammationi congrua est, & quam loci natura vel præsentis inducit symptomatis. Quibus enim inflammatum est septum transuersum, hi conuulsionibus sunt opportuni: quibus pulmo, suffocationibus: quibus ventriculi os, syncopis: quibus iecur, atrophiæ: quibus ventriculus, cruditati: quibus renes, vrinæ suppressioni. Ad hæc partes insigniore præditæ sensu, etiam dolorum nomine pulsus mutant: quæ minus sentiunt, pro affectu tantũ. Igitur in inflammationibus varie pulsus ex his omnibus mutantur. Quæ quemadmodum discernenda sint, cũ alio loco exacte tractauimus, tum vero in præsentia, quantum interest tyronibus, persequemur.*

D Hoc caput est ex isagoge, quod pulsuum profectam ab inflammationibus mutationem clare docet. Porrò, vt primæ causæ & generationem eorum continentes afficiantur ab inflammatione, vt illam mutationem inducant, consequens esset explicare hinc exorsos. Omni parti, quæ inflammata sit, hæc necessario duo accidunt, calor immodicus, & tensio: quæ vniuerso corpori impartit ambo, vbi pars nobilis sit, vel insigni prędita inflammatione. Atqui immodicus calor, qui vniuersum corpus occupet, febris est, quæ vsum pulsuum alterabit dilucide. At partis inflammatæ tensio peruadit etiam arterias: quamobrem durior pulsus erit: eóq3 sanè in neruosis partibus durior, quòd præter cæteras hæ in inflammationibus tendantur, vt quæ sint sua sponte etiam tensæ: atq3 vnà secum partes vicinas, quia sunt scilicet fortiores, intendunt. Nimium calorem autem ostendimus efficere per se pulsum celerem & maiorem: quòd si quid deficiat vsui, ibi etiam crebrũ. Recte igitur omnes, quos ex inflammatione febris arripuit, habent pulsum durum, & vero etiam ob intemperiem arteriarum, in vno occursu inæqualem. Quæ si ambo coniuncta sint, existet dubio l.3.f.10. c.4. fo.268.i procul species illa ' pulsus, quæ veluti serrat tactum: eam enim, oportet, qui tangit, vt imaginẽ concipiat, vbi inæqualiter instrumentum durum occurrat. Erit porrò, vt diximus, manifeste celerior, ac, nisi resistat durities, planè maior: sin quid resistat, tantum sibi conciliabit vibrati motus, quan-

tum imminuta magnitudo sit. Iam etiam tanto hunc fore crebriorem, quanto minus distentio E vsum compleuit, nosti, si, quæ ante demonstrauimus, recordaris: Præterea magnitudinibus paribus inflammationum variationem pulsuum non parem comitari, sed inflammationes partium venósarum, pulsus creare maiores: partium neruosarum minores, sed eos duriores magisq; serrantes. Nihil est enim in his, quod non clarum sit, si retineamus arterias magis tēdi oportere à partibus inflammatis, quę sint neruosæ. Partes autem arteriosę planè etiam copiam caloris in arterijs, vtpote calidioribus, adaugebunt amplius, atq; maximos idcirco excitant pulsus: &, si qua alicunde inæqualitas exoriatur, eam detegent manifestius. Duas, ni fallor, causas esse docuimus inæqualium pulsuum, facultatis, quæ arterias mouet, ob nimios humores, qui ipsam degrauent, imbecillitatem: præterea ob ipsorum instrumentorum affectus, oppilationes, inquam, & constrictiones, atque tensiones, pressusq;. Quare nihil est mirum, si inæquales in arteriosis partibus inflammatis pulsus fiant, cum molitrix facultas illorum facillime in talibus defatigetur, ipsaq; instrumenta sint affecta. Reliqua, quæ in libro tyronibus nuncupato scripsimus de mutatis ab inflammatione pulsibus, non puto desiderare interpretem. Itaque ad vnum nūc de proximis capitibus est digrediendum.

*Al. carnosarum.

F

PLEVriticorum pulsus. CAP. 8.

Pleuriticorum celer pulsus est & creber, nec admodum magnus, videatur etiam vehemens esse. Est ille vero nō languidus quidem, sed tamen non vehemens statim, quòd ad affectum refert. Siquidē vbique hoc memoria seruandum est, in vnaquaque re mutationem esse pro illa re æstimandam: distinguendumq;, quod alia de re, non de illa, acciderit. Pulsus itaque pleuriticorum, quia neruosiorem quodāmodo dururioremq; efficit arteriam, quasi converteret in vehementiam, imperitis imponit, quos, quid intersit inter durum ictum & vehementem, latet. Ita quoque vulgus medicorum, quod alias etiam differentias pulsuum discernere nesciat, has fortassis institutiones accusabit, atque ex sua ignorantia damnabit recta præcepta. Verum non faciam, vt hic longior sim, cum separatim de pulsibus dignoscendis scripserim. Quare, vt rationem exerceatis simul & tactum, admoneo, vt in experiundo pulsum valeat tactus cognoscere, non discernere solum ratione. Principium vero est experientiæ, sermone expressa doctrina. Quippe nequeas vel crebritatis quantitatem verbis explicare: tametsi multum intersit, excedat iustum pleuritidis modum, an non assequatur. Siquidem excessus, vbi in peripneumoniam migret, aut denunciet syncopam, necesse est fieri: defectus, in soporem, vel neruorum desinere læsionem. Simili modo illa inæqualitatis species, quæ serrantis imaginem præbet, in primis pleuritidis proprium est signum, si remissa est, mollis & non minime maturandæ: si vero magna, difficilis & admodum crudæ pleuritidis. Tales cum imbecilli quidem facultate coniunctæ, periculum præsens habent: cum firma autem, aut tarde concoquentur, aut ad suppurationem deflectent, aut tabidus eas excipiet marcor. Atque eius, quæ concoquitur, pulsus pedetentim omnem deponit illam præter naturam mutationem: quæ deflectit ad suppurationem, habet pulsus suppuratorum proprios: ita quoque ea, quæ tabide marcescet, pulsus marcorum. G

Caput ex Isagoge hoc est: ac, quę aperte accidunt pleuriticis, declarat, causas autem nō itē aperit: quamobrem eas hic exponam. Pleuritis inflammatio est succingētis costas membranæ, itaq; febricitant acute, quippe vicina est cordi. Quia vero ad eum modum febricitant, ideo habent pulsum celerem: quòd neruosa etiam pars sit, quæ est affecta, hinc insigniter durus est: iam, quia ita habet, ideo minor est quoque, quàm febri conueniat. Quare, vt & creber fiat, par est, quòd magnos pulsus calor postulet, refragetur durities: diximus autem ante, quantum ab vsu absit magnitudo pulsus, resarcire crebritatem. Inæqualis in ijs est crebritas, quòd nec humorum, qui inflammationem committunt, vna sit species. Quare, si sint "biliosiores, etiam febris acutior erit, ac offensio quædam consequetur facultatis: sin pituitosiores, & lenior erit febris, & procliuior ad soporem. H A.1.3.f.10.t.4 c.6.fo.169.e
Nunquam enim in pleuritide & peripneumonia fit, vt caput non lædatur, quòd humorum excipiat in inflammationibus putrium fuliginem: verum, cum putris humor sit biliosus, vaporem habet in modum fuliginis acrem, qui mordicat & erodit iritatq; cerebrum, itaq; ad deliriū perducit: si pituitosus sit, nec fumo acri similis, sed caligini crassæ turbulentæ, quasi nubem quandam ad caput attollens, humectat hic grauatq; cerebrum, cogitq; in grauem somnum deferri, ac sopiri hominem. Recte ergo, cum pulsus in maiorem crebritatem mutantur, aut peripneumoniam aut syncopam annunciant: peripneumoniam, quòd occupet semper offendatq; lateris inflammatio vicinas partes, vt quæ à calido gignatur feruenteq; humore, atque facile moto: syncopam vero ex affecta facultate vel per neruorum læsionem vel soporem, cum ex pituitosis humoribus vaporantibus cerebrum repletur. Iam hoc etiam, si propellere offensam ad ramulos valeat, consequetur læsio neruorum: & sopor, si nequeat. Ac talibus quidem humoribus rariores: contrarijs, puta biliosis, crebriores iusto modo pleuritidis pulsus eueniunt: porrò autem medius est inter raritatem & crebritatem modus in pleuritide, vbi, qui morbum committit humor, sanguineus sit. Sic etiam modus medius duritiei ex tali humore ac moderata inflammatione oritur:

augetur

A augetur vero, aut ob inflammationis nimiam magnitudinem, aut ob humores biliosos: itemq; per contraria imminuitur. Iam hoc quoq; liquet, duris pullibus euidentius consecuturam speciem occursus veluti serrantis.

SVPPuratorum pulsus. *CAP. 9.*

SVppuratorum pulsus initio statim pulsum refert vigescentis inflammationis: ipsa enim initium est suppurationum. Non nunquam inæqualis est & inordinatus, sed omnibus hecticus. Cum autem pus prope sit maturum, cætera similis est, nisi quòd æqualior sit: at, cum erumpit, languidior, latior, tardior, rarior.

Qui multum puris in capedine inter thoracem & pulmonem collectum habēt, hos Græci quidam ἐμπύους, alij ἐμπυικοὺς {Latini suppuratos} appellant: qui fiūt, cum magna ad costas inflammatio suppurat: interim etiam comitantur peripneumonias: denique omnes, quibus inflammatum viscus aliquod suppurauit, suppuratos vocant. Hoc ergo caput de suppuratis, quod ex Isagoge proposuimus, cum præcipue est in primis, quos commemorauimus, verum, tum vero in reliquis omnibus. Nam, vbi suppurat inflammatio, quòd instrumenta vitiata, & debilitata sit facultas, non potest non pulsibus inæqualitas quædam & ordinis perturbatio moueri: huic cumulus
B accedit naturæ cum symptomate certamen. Humor enim putridus, qui modo huc, modo illuc, sine ordine confluit, tum spiritum transitu intercludit, tum ad propulsanda naturam incitat, quæ molesta sunt: vnde magni, vehementesq;, & alti, celeresq; pulsus oriuntur. Paulo post autem, vbi defatigatur pugnando facultas, aut, si qua firmius pars obstruatur, in contraria recidunt, dum se ipsam concitet vitalis facultas, ac ad reijcienda, quæ sibi sunt infesta, se conuertat: vbi denuo altiores, atque vehementiores prioribus euadunt pulsus. Ergo, cum perpetua hæc sit mutatio, inæqualitas in ijs necessario quædam & ordinis perturbatio nascitur, eaq;, dum fiat eruptio, perdurat. Quam ob rem hecticus est dictus pulsus illorum: quòd quidem nomen recentioribus medicis significat constanter manere illum eundem, & non in orbem veluti accessiones quasdam facere, rursusq; interualla, quod in alijs fit febribus. Perpetua est enim illa in motu arteriarum agitatio, donec fiat eruptio: at dirupta parte, quę suppurat, planè erunt omnia contraria. His recordanda sunt, quæ de lato pulsu in secundo libro, & de alto docuimus: neque hoc postulandum, vt de omnibus sæpius repetamus. Nam vasa iam erumpente pure desinunt tendi, facultasq; defessa depugnando est, ac necessario homo est attenuatus: quæ vbi conuenerunt, latus fit pulsus. Augebit porrò multo magis ad sensum quidem eius speciem, ascensus ante eruptionem arteriarum.
C Siquidem, quia illius adhuc sumus memores, eiq; comparamus, quæ nunc apparēt, pulsum reddi bene latum arbitramur.

MARCescentium pulsus. *CAP. 10.*

PRoximum est de marcescentibus caput: de quo etiam, quæ ad causam inueniendam faciunt, primo loco tradam, deinde caput ipsum ex Isagoge ascribam. Nomen hic affectus inuēnit ab flammis marcescentibus, quæ defectu nutrimenti extinguuntur. Ac, vbi calor eodem modo marcescit natiuus animantium, pulsus oportet esse languidos: nam ita affectis facultas efficitur debilis: quocirca etiam parui fiunt: iam celeritate etiam quadam videntur prædití, quòd ne hæc abesse ab febricitantibus possit. Quia autem & febricitant, & facultate sunt imbecilla, itaq; pulsum habent paruum, necessario iam simul crebrum obtinent: id quod & in libris prioribus est ostensum. Imbecillitatem autem facultatis comitari item pulsum circumnuētem declarauimus, qui decurtatus est in vtraque parte. Atque planum est eos semper pulsum habituros vndequaque similem: quòd non ex humoribus affectus nec ex spiritu procedat, sed in ipsis consistat solidis partibus: in his enim corporis habitus vniuersus, vt carbo quidam, factus est, qua de re hecticos iunio
D res medici hos pulsus appellant. At, quibus iam calor extinguitur totus, quod accidit potissimum senibus, rarior quoque pulsus fit. Hunc marcorem Philippus vocat ex morbo senium: quem ferè habent senescentes, & interim vigescentes etiam. De quibus optime Philippus scripsit nō planè ignitis carbonibus hunc affectum similem esse, sed his, qui ita extinguuntur, vt in cinerem iam vertantur. Hæc viro prudentia prædito certe ad reliqua intelligenda satis sunt: itaque caput nunc ex Isagoge adscribemus.

MArcescentium pulsus non vno modò variat: quare differentijs hi quàm apertissimis discernendi sunt. Qui vnà cum inflammatione, quæ non discussa sit, commarcuerint, languidos, & celeriores, valdeq; crebros pulsus habent, ac decurtatos magnitudine in vno ictu: quos Archigenes innuentes & circumnuentes appellat, vt aperte declaret distentionis breuitatem cum vtriusque extremitatis quasi inclinatione. Neque enim vt præcisus [illegible], sed ceu partibus vtrinque inflexis contrahitur, decurtatus magnitudine & in vtrisque partibus. [illegible] non hi modo, sed marcescētes qualibet de occasione habent ferè omnes: qui ex inflammatione marce[illegible] item multi: nisi illi sanè, qui de occulta quapiam inflammatione marcescunt. Eritq; hic marcescentium ex inflamma[illegible] tione proprius, nulli conueniens, qui aliam ob causam marcuerit. At hecticus omnibus marcescentibus pulsus est, qui quidem ijs est communissimus: secundū illum inæqualitas secundum magnitudinem distētionis decurtata, [illegible]

*adest plerisq; : deinde crebritas, etenim hæc quoque omnibus, qui ex inflammatione marcuerint, perpetua adhæret: omnibusq; adeo, qui ob syncopam ex corde vel stomacho affecto profectam in præsens periculum venerunt, ac deinde vini potione præceps declinauerunt periculum, sed tempore tamen marcuerunt. Nisi sane hos quoque dicas ex paruis inflammationibus perire nobis incognitis: siquidem sunt inter eos, qui innuentem habeant pulsum: nisi etiam hos dicas ex inflammatione, alios citra inflammationem marcescere: verum hoc in dubio est. Pulsuum igitur hi habent hecticum, languidum, admodum crebrum, quem innuentem quidam appellant: atque alteram hanc marcescentes differentiam pulsuum sunt sortiti. Alia item tertia est eorum, qui rarum habent: verum & his, cum antegressa febris pulsus reddidit crebros, tum facultatis extrema dissolutio abunde efficit crebros: quod autem intercedit, omni*bus refrigeratis febribus, non dum tamen extinctis ijs, in raritatem commutat. Genus hoc marcoris senibus proprium est, præsertim cum aliquid vitij pulmo & thorax contraxit: hi febrilem retinent pulsus duritiem, etiam si rarus sit. Omnino paucis marcescentibus in aliam inæqualitatem pulsus, ac illam, quam diximus, magnitudinis, vertitur.* E

* aliquot codi. legunt non μικραῖς.i. paruis sed μακραῖς.i. longis.

*Al. totum.

PHTHisicorum pulsus. CAP. 11.

PHthisicorum, quos vocant, pulsus" paruus & languidus est, mollisq; & modice celer, atq; hecticus.

A.l.3.f.10.t.4 c.22.fo.272.

Proxima est oratio de phthisicis, quos vocant, qui pulsum facultatis imbecillitate paruum & languidum habent, at non nimium celerem, vt pleriq; febricitantes, quod non detineantur vrente febre. Hi habent etiam pulsum hecticum, quod & febrem habeant hecticam: sic a febre, quæ corporis occupauit vniuersum habitum, appellatur pulsus. Ab his in libro ad tyrones scripto caput sequitur de peripneumonicis, quod quidem hic visum mihi est abscribere: habet autem ad hunc modum. F

PERIpneumonicorum pulsus. CAP. 12.

PEripneumonicorum magnus" est pulsus, & vndosi quid habens, & languidus, mollisq;, similiter, atque lethargicorum pulsus: nisi quatenus præpollet inæqualitate & in vno pulsu, & collectiua, quam vocant. In vno ictu, cum veluti interpellatur, & vndosus est, ac dicrotus interim fit: in collectiua cum alias differentias habet, tum modo intermittit, modo intercurrit.

A.l.1.f.1.d 3.c 1.fol.42.h.Et 3 f.10.t 4.c.2 fo.266.g

Hoc caput est, quod accurate, quæ peripneumonicis accidunt, docet. Causas vero, si memoriam habes eorum, quæ docuimus in primis commentarijs, nullo negocio inueneris. Neq; enim est mirum, vel magnum esse pulsum illorum, vel languidum, vel inæqualem, ob pulmonis inflãmationem, visceris tam laxi & mollis, locisq; inanibus infinitis pleni, tam porro vicini cordi. Nã, G quia laxum" est, & molle, & vndique vacuum, a pituitosiore atque crassiore sanguine inflammatur: cum subtilis biliosusq; fluat fere, nec in viscere vlla ratione constringi possit: talis fluxio, pituitosa, inquam, tunicam irritat vasorum, frãgit autem vim facultatis, quæ in illis est. Quo fit, vt magnos simul & lãguidos pulsus reddat: quia vero cordi etiam viscus vicinum est, multiformis generatur inæqualitas: siquidem compressionibus arteriarum, & constrictionibus, deniq; affectibus plethoricis ostendimus inæqualitatem succedere, potissimum si finitimæ sint cordi. Atqui, quod in peripneumonia comprimantur & degrauentur, constringanturq;, atq; debiles sint pulmonis arteriæ, quid refert dicere? Quapropter pulsus ijs dicrotus infrequens est, quamuis aliam habeant multam inæqualitatem: quod dicrotus fere semper vasis requirat quandã duritiem, quã quidem non contrahat ex pituitosa fluxione. Siquidem biliosioris munus est cogere, siccare, tendere, indurare: quæ quãdo minus sæpe pulmonem infestat, sane erit rara quoq; durities: &, si hæc, simul dicrotus pulsus etiam. Iam pro offensæ magnitudine vel intermittentes pulsus, vel intercurrentes fore, etiam in secundo libro declaratum est: quæ si exciderunt, nequicquam hæc legas: si retines, prolixiorem interpretationem non puto iam te desiderare. Nam, quę in isagoge deinceps H de peripneumonicis retulimus, si primorum memoriã retines, non habent obscuras causas: quin hic quoque ipsum satis sit caput duntaxat adscripsisse.

A.l.3.f.10.t.4 c.10.fo.270.

CVM autem febre teneantur acuta omnes perineumonici, atque habeant adiunctum non nihil comatis, vtrum superius horum sit, pro eius ratione potissimum quantitas crebritatis inuenitur. Nam, insigniorem si peripneumonia febrem habeat, pulsus erit multum creber: sin maius coma, minus creber erit.

LETHargicorum pulsus. CAP. 13.

LEthargicorum" pulsus similis peripneumonicorum est, magnitudine, imbecillitate, mollitudine: sed eo est tardior, rariorq;, ac minus inæqualis, intermittens potius, quàm intercurrens. Est, cum dicrotus fiat: at vndosus semper in altis quidem soporibus est, de quibus hæc dicuntur. Morborum enim pulsus exponimus, qui omnibus suis indicijs constent: quo, si qui aliquatenus deficiant, neque dum sint integri, satis cognoscere magnitudinem, & qua iam sunt præditi, & quæ accidere ijs potest, valeamus.

A.l.3.f.1.t.3. 8.fo.199.a

Lethargum quoq; ex humore pituitoso gigni, in commentarijs, quos separatim scripsimus de morbis

.l.i.f.1.t.3.c. .fo.199.a A morbis, ostensum est: vnde merito eius pulsus simillimus est peripneumonicorũ, verum hoc tardior, quo'd procul a' corde remotum est cerebrum: nam pulmo quidem ob vicinitatem, quæ ipsi intercedit cum corde, pulsus suo iure, vbi calidior fit, celeriores ac crebriores creat. Iam vero etiam magis inæquales eos merito esse ob vicinitatem, ne hoc quidem est obscurum, si prima teneantur. Itaq; intermittens est potius, q̃ intercurrens pulsus lethargicorum: longe enim frigidior, &, vt ita dicam, lethalior perineumonia est morbus lethargicus. Atqui frigido erat affectui proprius, facultatiq; valde refrigeratæ, pulsus intermittens.

* νεκρώδης. qua dictio ne alii uertunt mortuo seu cadaueri similior.

PHRENiticorum pulsus. CAP. 14.

.l.3.f.1.t.3. .11.fo.197.a *PHreniticorum parnus pulsus est (rarißime autem conspectus est magnus esse) & contentus est modice, durus & neruosus est, valde est celer & creber: habet præterea non nihil vndosi: interimq; vel ßul tremere tibi videbitur, interim etiam præcisus cum conuulsione quadam: quod enim febres in celeritate proprium habent symptoma, hic obtinet clare in vtroque termino distentionis, præcipue externo. Inuenias etiam inæqualitatis in positu genus insigniter aliquando in illo apparere: immo totam subinde arteriam sua sede deserta conspicias attolli potius cum vibratione ebullientem, quàm more pulsus distentam: pari modo delabi detractam potius, quam contractam. At vero immodica eius crebritas proximam denunciat syncopam.*

B Neque hic quidem causas illorum, quæ diximus, inuenire magni laboris fuerit, si scias generari a' bilioso humore phrenitin, vt lethargum a' pituitoso: si item hoc teneas, lethargum ex ipso potius cerebro: phrenitin præcipue gigni ex tenui meninge & ex septo transuerso. Quæ si memineris etiam paruos merito pulsus & duros esse non habebis necesse discere: atqui, si affectus calidus est, pulsus autem parui, omnino etiam crebri sunt: etenim prioris distentionis defectum demonstrauimus ante in crebritatem pulsus mutare. Porro', vt peripneumonicus pulsus raro dicrotus fit, quo'd nihil prorsus habeat duritiei: sic phreniticus rarissime vndosus efficitur, propterea, q & hic plane vacet mollitudine. nam, quo'd subtremere facultatis sit signum imbecillæ, alijs locis ostendimus. Vbi ergo, quæ in arterijs est facultas, amplius distendere eas conetur (nam hoc ob caloris abundantiam desiderat) idq; duritia tunicæ prohibeat, videtur pulsus quodammodo subtremere. Plane' tunc hoc potissimum accidit, vbi immineat syncopa: quomodo, vbi conuulsio, etiam motus est pulsuum conuulsiuus. At hoc phrenitici habent perpetuum, vt cum conuulsione quadam motus abrumpatur, non desinat paulatim: viget enim calor, suntq; dura instrumenta. Cum enim cupiat arterias amplius facultas distendere, obstat tunicarum durities: vnde violentia procedit & præcisio illa conuulsiua. C Sic incipiunt etiam arteriæ distendi subito & affatim, quasi exilientes magis, qua'm pedetentim distentæ. Sic etiam ex inflammatione febricitantibus cunctis id his plus, illis minus, videtur accidere, non in motus tãtum fine, sed ab initio statim. Omnium horum causa est communis, vsus pulsuum auctus, vna cum duritia tunicæ. Nam, cum instet vsus, eoq; quasi in magnum facultas celeremq; erumpat distentionem: renitatur autem durities instrumentorum: in ideam illam, quam retulimus, necesse est, vt incidat motus. Quin etiam ob eãdem hanc siccitatem, & duritiam, tentionemq; vasorum, non mirum est, si intelligant, qui priora meminerũt, videri pulsum in situ inæqualem: At ne hoc quidem, insignẽ crebritatem instare significare syncopam: ab imbecilla enim facultate ostendimus oriri crebitatem.

Affectus pulsus conflati ex Phrenitide & Lethargo. CAP. 15.

POsthac sermo mihi est de affectu, qui mistus esse ex phrenitide & lethargo videtur: qui ideo etiam pulsus habet inter vtrunque affectum ambigentes. Naturam huius affectus alibi declarauimus. Itaq; pulsus eum merito habere mistos, cum sit etiam ipse natura mista, non mirum est. D Quam ob rem, si id noris, non requiras iam longiorem interpretationem: sed, si caput hic quoq; ascripsero ex isagoge, satis erit. Habet autem ad hunc modum.

IAM etiam alius est affectus, qui siue medio loco ponendus sit inter lethargum & phrenitin, vt qui cum neutro in totum conueniat: siue communis esse ambobus extistimandus, vt ex phrenitidis speciebus & lethargi mistus: suo loco considerabimus: nunc de eius pulsibus agemus. At, ne quasi ænigma quoddam propositum sit, per signa, quæ cum eo sunt connexa, cum ob oculos ponam. Conniuent fere oculis, somnolenti sunt, atq; stertuntr: rursus oculis fixis ac inconniuentibus diutißime, vt catochi, intuentur: &, si quid roges, atq; ad colloquium compellas, difficiles sunt ad respondendum & tardi: plerunq; etiam stulte loquuntur, nec recte respondent, ac temere nugantur. Is est affectus, quem dico, qui ex signis sibi adiunctis defectu proprij nominis, cognoscitur. Pulsus eius celeres sunt, & crebri, perinde vt phreniticorum, minus tamen: & roboris item minus, ac illi, obtinent. Lati autem sunt, & breues: externum motum non habent subito truncatum: sed alio modo, veluti intro se proripientes, subterfugiunt, ac concitant contractionem, & quasi suffurantur distentionem: verum in ea pulsui phreniticorum non sunt similes, quòd truncatione illa careant.

.l.3.f.1.t.3. 11.fo.199.g

CATOchorum pulsus. CAP. 16.

CAtochorum pulsus (κατόχους enim & κατεχομένους veteres græci appellabant: iuniores ipsum affectum

fectum κατοχὴν & κατάληψιν vocant) cætera læthargicis similes sunt, magnitudine, tarditate, crebritate: vt nec totius huius affectus species late ab eo dissidet. Catochorum tamen non imbecillus est pulsus, nec mollis, sed in his sane multum differt: vt etiam in hoc, quod laxatur lethargicis, atque intumescit vniuersum corpus: contra stipatur & cogitur catochis. Ad hæc inæqualitate & qualitate inter se distant: æqualis enim pulsus est cathocorum, inæqualis lethargicorum. Archigenes arteriæ locum author est proprie in ijs inueniri calidiorem, sicut illis, quibus conuulsio imminet cum sopore. E

Vniuersa pene alia cum lethargicis conueniunt cathochis, præter q intumescat habitus, & veluti obstupescat. Vnde & pulsibus mutatur remissio & mollitudo: illa, q, cum intemperies nondum vniuersum habitum occupauit, firma sit facultas: mollitudinem vero neq; habent, q nec tunicam etiam arteriæ mollem. Arteriæ autem regionem non semper equidem reperi calidiorem, fere tamen inuenitur manifeste calidior. Causa est & in hoc affectu & in alijs, vbi inuenitur idem symptoma, quod refrigeratio habitus non æque arterias attigerit: etenim inæquali intemperiei multa talia vsu veniunt. Ac videtur quidem calidior locus arteriarum finitimis circumcirca, modo quod caleat magis: modo quod minus, quam circumposita, sit frigidus.

CONVulsorum pulsus. CAP. 17. F

Conuulsorum ipsum corpus arteriæ videtur contractum, & vndequaq; coarctatum, non ceu compressum sit abs quopiam, vel constipatum, nec etiam veluti rigidum, vt in febri, præsertim in accessionibus, nec vero vt præ duritie ad intentionem contumax (veluti quod fit diuturnitate temporis, præsertim cum quid offensum sit, vel viscera vitiata) sed vt corpus neruosum, cauumq;, veluti intestinum, aut simile, ex vtroque fine intentum. Ad eundem modum inæqualis motus est arteriæ in modum chordæ sursum deorsumq; agitatæ: neque enim species distentionis, vel contractionis repræsentatur: verum vibrationi potius similis est, ceu exilientis sursum iterumq; retractæ intro. Quod ne constituto quidem tempore habet: sed vno sæpe tempore alia eius pars videtur ferri sursum, veluti eiaculata, altera intro ceu à quopiam attracta: atque vna moueri citate, altera tarde. Iam vehemens quoq;, & magnus conuulsorum pulsus videtur esse. Est vero hic non imbecillus, neque paruus, non perinde tamen (vt videtur) vehemens, vel magnus: ictus enim imponit, dum ob tensionem validus, ob vibrationem exilire appareat. Quamobrem altior interim videtur, ac veluti strepitum quendã ad tactum ædit asperum. Sane neminem, qui quidem sit expertus, fugiat hic pulsus: quippe nulli est similis, vel tensione in vtranque partem, vel conuulsione motus. At, quando cum pulsu sopitorum commistus est, difficillime commixtio deprehenditur: solusq;, qui ad amussim vtrunq; cognoscere separatim meditatus est, poterit confusos cognoscere.

Habes caput ex isagoge. Causa autem illorum aperta est, si memineris inter se principia consentire. G

PARALyticorum pulsus. CAP. 18.

Paralyticorum paruus pulsus, & languidus, tardusq; est: non nullis rarus quoque, alijs creber, sed non nihil inordinate intermittens.

Pulsus paralyticorum, quia frigidus morbus est, paruus est, & tardus: languidus etiam, q facultas infirmior sit. †Quod, si maior illic paralysis exoriatur, creber simul, & inæqualis erit, intermittensq; non nihil inordinate. Causa est ante exposita in secundo libro horum commentariorum.

† Codices oẽs, quos vidi, legunt καταλύσις. i. dissolõ: ãtiqui t̃n loco ἐν αὐτῷ legũt ἐν αὐτῇ i. ipsa: vt sic vertat̃, Quod si maior in ipsa (facultate, dissolutio facta sit, creber &c.

COMITialium & ATTonitorum pulsus. CAP. 19.

Comitialium & attonitorum similes pulsus sunt: quare, de comitialibus quæ exponemus, eadem de attonitis, sed cumulatius, accipienda sunt. Dum modice infestatur natura, neq; dum eam multum superauit morbus, nullam inuenias mutationem insignem magnitudinis, vehementiæ, celeritatis, crebritatis, & duritiei: tantum est conuulsis intenta iure vtrinque arteria. Sin autem grauis sit affectus, vt oneret facultatem, inæqualitatem quandam comparat atque tentionem validam, ac minor, languidior; † rarus, tardusq; efficitur. Si comprimat magnopere, & facultatem deijciat, languidos, paruos, † celeresq; creat. H

†AP. rarior, tardiorq;.

† Quidã codi. antiqui & trãslatio ẽt vetus addunt, & crebros: alij loco, celeres, legunt, crebros.

Caput hoc est: at, tantum abest, vt nouam interpretationem hi pulsus desiderent ad causas inueniendas, vt etiam dilucide illa confirment, quæ in horum commentariorum primo & secundo tradidimus.

ANGinæ pulsus. CAP. 20.

Anginæ pulsus tensione quadam præditus est conuulsiuo persimili: magnus est & vndosus, vt pulsus peripneumonicorum. Ac, vtrum insigniter in eo polleat, pro eo expectanda mutatio est: nam, si peripneumonica species superior sit, in peripneumoniam: si vero conuulsiua, in spasmum angina desinet. Quicunque autem ex illis vehementer suffocantur, paruum hi habent, & rarum pulsum: vbi iam animam agant, crebrum atque inæqualem.

Omnis inflammatio, quæ consentiens sibi principium habet, cõmune obtinet symptoma, tentionem pulsuum: verum hoc faciunt præcipue inflammationes neruosorum corporum, & quæ sunt principio finitimæ. Itaq; nec anginæ pulsus vacat tensione, sed vel plus, vel minus eius habet: q ex humore fit influente, qui vel biliosior, vel pituitosior sit, & ex ipsorum etiam instrumento-

A torum in asperitate diuersitate: siquidem neruosiora & cõtentiora vehementius pulsum tendũt, carnosa & remissa vndosiorem reddunt. Cætera clara sunt huius capitis, nisi quod dictum ad exitum est: qui illorum suffocantur, hos pulsum habere paruum, & rarum: inter moriendum crebrũ, ac inæqualem. Sic enim res habet: cum incipiunt suffocari, fiũt arteriarum minores & rariores distentiones, quod imbecilla iam facultas sit, & vsus imminutus. Inde, vbi ad mortem spectent, molitur quidem facultas attrahere crebrius, quod substantia deficiat iam spiritus animalis, sed, cum imbecilla sit, paruas distentiones necessario efficit: &, quia paruas, ideo crebras, nam de hoc diximus ante. Postea subito veluti victa, sæpe subsistit, sæpe cupit subsistere: quorum alterum intermittentem, alterum rarum pulsum creat, ambo inæqualem in huius generis differentia.

ORTHOpnœæ pulsus. *CAP. 21.*

Orthopnœa acuta inæqualem, & inordinatum pulsum habet, & non nihil deficientem: quæ mediocriter est grauis, crebrum: quæ violentissima, tardum, & deficientem: quæ iam perimit hominem, crebrum, & languidum.

.13.f.10.t.1. Diuturni morbi, quam orthopnœam appellant, acutæ sunt accessiones, vt morbi comitialis.
38.fo.161.a Ergo cum in his, tũ maxime in cęteris orthopnœis omnibus, quæ quocunque modo fiunt nec opi-
B nato, pulsus omnino inæquales, & inordinati sunt, & non nihil deficiẽtes propter causas, quas cõ memoraui paulo ante. Iam pro diuersitate offensæ, vel crebri magis, vel rari: nam celeres quidem ob facultatis imbecillitatem fiunt nunquam. At, si mediocris offensa sit, creber magis, simulque inæqualis, ac non nihil deficiens: nam in orationis principio hæc dicta sunt, vt inseparata. Quamobrem autem, vbi vrgeat vsus, & facultas sit imbecilla, creber fiat, ante declarauimus: sicut, cũ extinguitur iam facultas, tardus simul & deficiens: ambo enim adiuncta hęc facultati sunt, quæ moueri amplius nequeat. At in morte iam, cum spiritum animalem natura impensissime requirat, imbecilla autem facultas sit, ad mouendum impellente vsu se confert: quia vero attollere tantum arteriam, quantũ postulat vsus, non valet, necessario pulsus reddit crebros: ibique nõ multo post, cum omnes suas vires explicauerit, statim extinguitur vniuersa.

VTErinæ SVFfocationis pulsus. *CAP. 22.*

VTerinæ suffocationis pulsus, vt si conuelleretur, protensus est, & rarus: quòd si exitialis sit suffocatio, creber, inordinatus, & non nihil deficiens.

Ne hic quidem difficilis est causa, si priorum memoriam retineas: cum enim neruosus sit lo-
C cus affectus, par est, vt protendatur pulsus, quasi conuulsus sit: quia vero affectus frigidus est, adiuncta est raritas. At, vbi iam prorsus dissoluatur facultas, rectè creber fit simulque inæqualis & non nihil deficiens: nam de his ante declarauimus, vbi vrgeat vsus, & affecta facultas sit, necessario eũ pulsum generari.

STOMachi AFFecti pulsus. *CAP. 23.*

STomachus affectus (ut sic etiam uocemus in præsentia os ventriculi, quòd is vsus apud vulgus obtinuit) nõ vno modo commutat pulsum. Nam, si inflammatus sit duntaxat, ita mutat pulsum, vt corporis neruosi diximus inflammationem solere: si comprimatur, vellicetur, languescat, singultiat, vomat, nauseet, fastidiat, doleat, pro genere symptomatis. Nam vellicationes, vomitus, nauseæ, singultus, & languor, non solum paruum & languidum efficiunt, & interim etiam modice celeriorem, verum etiam admodum crebrum. Sola vero compressio remotis illis omnibus, rarum, tardum, paruum, & languidum. Ea compressio tum à cibis oritur grauantibus, neque vlla insigni præditis virtute, sed sola abundantia molestis: tum ab humoribus quibusdam, qui in eũ confluant, non mordicantibus. Qui si ab his simul refrigeretur, tum vero vel maxime talis pulsus existet. Ac bulimum patientiũ talis pulsus est. At omnes quidem affectus, qui in crebritatem mutant, si diuturni sint, vel euaserint grauiores, pulsum vermiculantẽ creãt.
D *Qui vero in raritatem, præter quòd commemoratas differentias adaugent, talem præterea speciem inæqualitatis in vno pulsu generant, vt multis locis pertusum corpus arteriæ videatur, neq; esse continuum: ac sentit tactus in distentione veluti arenæ occursum.*

Caput ex isagoge hoc est. Causas illorum, quęcũque valde perspicuę sunt memori priorũ, pręteribo: exponam aũt obscuriores. Cum enim debilitetur facultas, aut per se, puta ex intemperie: aut de causa aliqua externa, vt vel grauetur, vel irritetur praue: grauata quidem paruum, tardum, rarũ pulsum ædit: paruum, quod facultas lęsa sit: tardum, cum ob hoc, tum ob vsum dissolutũ. Frigidi sunt enim, qui facultatem onerant, affectus, itaque rarus quoque est: nam dissoluto vsu, talem ostendimus pulsum gigni. At ex irritantibus duntaxat & molestantibus facultatem affectibus paruus ẽt fit & languidus ob offensionem facultatis: & creber, quod languidus sit: non nunquam aliquanto etiã celerior est. Quo scilicet nos ẽt, vbi imbecilliores simus, ac necessitate quapiam compellamur, plurimum quidem pedibus progredi nequimus, sed quoad possimus, progressum nostrum magis concitamus & continuamus: ad eundem modum facultas, quæ arterias mouet, vbi ad motum adigatur ab vsu, & sit imbecilla, non poterit moliri magnas distentiones, sed aliquanto celeriores: ac tanto crebriores, quanto minus vsum compleant distentiones. Quare par est, vt, cum affectus stomachi, qui in crebritatem pulsum cõuertunt, increscãt, hos vermiculãs, quẽ vocant, consequatur pulsus:

hic enim facultati, quæ dissoluitur, peculiaris erat: at illos, qui in raritatem, ille, qui veluti pertusus E est, comitatur, qui ex intemperie ipsorum instrumentorum oritur.

HYDRopicorum pulsus. CAP. 24.

AQuæ inter cutem pulsus: Ascitæ paruus, crebrior, subdurus cum quadam tensione est: Tympanitæ, longior, nō imbecillus, celerior, creber, subdurus, cum quadam tensione: Illius, quam hydropem anasarca Græci vocant, vndosus, latior, mollisq́;.

Aqua inter cutem, qui ascites appellatur, copiam aceruans non modicam secundum ventrem humoris aquosi, vna secum magnas arterias afficit, vt intendat pariter & grauet refrigeretq́;. Tendit autem vna cum alijs, quæ id loci sunt: grauat ob pondus: refrigerat ob nimiā humiditatem: ac tensionis quidem nomine pulsum reddit merito cum quadam tensione subdurum: quia vero facultas læsa & refrigerata est, minorem: iam, quo minorem iusto, hoc etiam crebriorem, prę sertim vbi adiuncta sit febris. Tympanites minus grauat & magnas arterias, & semel vniuersam facultatem, verum non minus tēdit: quæ res facit, vt perinde, ac in ascitis, pulsus subdurus sit cum quadam tensione, at aliquanto illo est celerior, minusq́; imbecillus: creber vero ijsdem de causis, atque ille: longior ob leuitatem tegentium arterias corporum. Si quidem breuem pulsum in F libro secundo ostendimus fieri, vbi arteriæ pondere & numero incumbentium corporum & circundantium ipsas premantur: longum ex contrarijs causis, quarum est summa incumbentiū corporum leuitas: quæ quidem fit etiam in tympanite: etenim spiritu vniuersum corpus subimplet. Restat aqua illa inter cutem, quæ κατὰ σάρκα & ἀνὰ σάρκα appellatur. Hæc, quia imbuit totum habitum humiditate copiosa, tum tunicas reddit arteriarum molles: tum pulsus molles, vndosos, latioresq́; facit.

ELEPhantiasis pulsus. CAP. 25.

ELephantiasis pulsus paruus, languidus, tardus, creberq́; est.

Qui Elephantiasi laborant, pulsum habent, non statim ab initio, sed vbi plurimum creuerit offensa, vt facultas infirma ijs sit, paruum, languidum, tardum, & rarum. Hos enim facultati vna cū frigiditate læsæ demonstrauimus peculiares esse. A.l.4.f.3.t. c.2.fo.461.c

ICTERicorum pulsus. CAP. 26.

ICtericorum pulsus est, si absit febris, minor, durior, crebrior, non languidus, nec celer.

Vi quadam præditus est flauæ bilis succus exiccandi, vt muria, & mare: quamobrem tunicam arteriarum indurando & desiccando, pulsum quoque facit duriorem simulq́; minorem: quod dura instrumenta scilicet perfecte distendi nequeant. Proinde rationis est, vt, quanto fiat, quàm par est, minor, tanto etiam crebrior euadat: non languidus est tamen, neque enim imbecilla facultas est: neque vero etiam celer, quod absint febres: nam, illæ si adiunctę sint, propterea, quod vrgeat vsus, celer etiam fiat. G

EORum, qui VERatrum sumpserunt, pulsus. CAP. 27.

VEratrum qui sumpserunt, hi paulo ante vomitum, vbi comprimantur, pulsum habent latum, rarum, languidiorem, tardiorem: interea, dum vomunt & diuelluntur, inæqualem et inordinatum: cum rectius habere cœperint, ordinatum quidem, sed inæqualem adhuc, minus tamen, quàm antea: vbi vero iam ad naturalem statum prope reuerterint, æqualem, ac maiorem, quam dudum, vehementioremq́;. Qui horum syncopa corripiuntur conuelluntur atque singultiunt, paruum hi, & languidum, inordinatumq́;, & celeriorem, atque multum crebrum habent. Qui ex his suffocantur, paruum, languidum, inordinatum, inæqualem: non autem crebrum nec celerem, immo potius tardum: repræsentat etiam non nihil vndosi & lati, atque paruam quandam interdum arteriæ tensionem.

Ne in his quidem, qui sumpserūt veratrum, à ratione alienum est, si pulsus, dum præmuntur adhuc, tardiores, rariores, languidioresq́; fiant: nam sunt hi omnibus pressibus communes. At propria ijs est latitudo, quæ hinc oritur, quod spiritus cum calore intro retrahatur vniuersus. Nam concitatæ facultati foras familiaris est pulsus altus: ruenti vero & intro retractæ, humilis. Atque hic quidem est, qui speciem præbet latitudinis. Reliqua horum symptomata, si, quæ tradidimus antea, retinuisti, plana sunt. H

Galeni

GALENI DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBRI QVATVOR

Hermanno Cruſerio Campenſi interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Quo pacto Ex pulſibus, qui in Diſtentione arteriæ conſiſtunt, Præſens diſpoſitio, & præcedentes ipſius Cauſæ & externæ, deprehendantur.

De ratione Præſagiendi ex pulſus In magnitudinem mutatione. CAP. I.

On ‖ eſſe futurorum tantum præſcientiam, ſed præſentium etiam atq; preteritorum, ſatis id quidẽ olim mõſtrauit Hippocrates. Neq; enim dicere, quæ vis ſit præſcientiæ, hoc loco, niſi obiter, ſtatui: ſed, quibus eſt perſpectum, quid valeat, de præſagitione per pulſus quæ mihi perſpecta ſunt, exponam. Quia vero bipartita eſt eorum diſciplina, vt item re- (in Prog. cõ. 1. t. 1.4. 189.c)
C mediorum: altera ex peculiaribus facultatibus eorum, altera ex ipſo affectu: in vtraque operæpretium mihi viſum eſt exercitari, vt quocunque propoſito affectu, eius in promptu habeamus pulſus. Rurſusq; perpetuo, qui pulſus, quos prodidi ſingulorum affectuũ, breuiter admoneo, quibus ſoleant accidere. Si quis enim in vtriſq; probe verſatus ſit, ac meditatus ſingulos accurate pulſus dignoſcere, hic demum eorum ſit abſolutam ſcientiam aſſecutus. Itaq; etiam, qui recte volet in hiſce libris verſari, huic reuoluendum prius eſt, quod conſcripſimus opus de dignoſcendis pulſibus: ac ante illud, de pulſuum differẽtijs, vbi, quot ſint vniuerſi, & qualis quiſq;, atque quod ſortitus nomen, aperuimus: tertium iam opus de pulſuum cauſis eſt. Quæ quidem hîc omnia requiruntur: nam, ſi Primum abſit, nihil omnino, quid dicatur, aſſequére, cum, quæ nomina quibus rebus aſſignentur, non teneas prius. Secundum vero ſi te lateat, omnis cum eo huius commentationis fructus perit: etenim, ego ſi celerem pulſum, vel magnum, vel vehementem, vel quem alium, deſignare tradam certam rem præteritam, aut præſentem, aut impendentem: niſi eos norit lector in experiũdo dignoſcere: nec de veritate eorum, quę dicũtur, poterit iudicium facere, nec ex illis vnquam præſagire quicquam. Tertia lucubratio, quę
D cauſas docet, vnde variantur pulſus, tum ad demonſtrationem eſt his, quæ dicenda ſunt, neceſſaria, tum ad memoriam & reminiſcentiam. Id quod etiam intelligemus apertius propoſito aliquo pulſu, verbi gratia magno. Hîc homonymiam primum diſtinguemus, quandoquidem bifariã dicitur pulſus magnus: deinde in vtraq; attendemus ſignificatione, quid annunciare præſens, vel præteritum, vel futurum poſſit. Quæ quidem duæ ſignificationes hæ ſunt: Magnus vocatur pulſus, nunc cum moderato comparatus & naturali: nunc cum quolibet. Iam, quæ præſciuntur ex vtroq;, partim in communi pertinent ad ambos pulſus, partim vtriq; ſunt propria. Ac vero iam omnia proſequamur, exorſi à communibus. Sanè horum in primis eſt procliuis inuentio, ſi retinueris, quæ in lucubratione de pulſuum cauſis docuimus: vbi hæc demonſtrauimus, cauſarũ non eſſe vnum genus eos alterantium, ſed vnum eſſe continuum, vt aiunt, generationi, quod ſcilicet naturale eſt: alterum cõtrarium eſſe, & eſt cauſarum præter naturam: poſtea tertium exiſtit aliud, cauſarum non naturalium, atque hæc referuntur ad veram illorum eſſentiam & naturam: aliud quartum ad apparentem in ſpecie, quod, quia proprium in primis eſt commentationi præſagiendi, diligẽtiſſime nunc eſt explicandum. Nam ex eo, ꝙ talis, vel talis, quiſq; appareat pulſus, initiũ nobis datur præſagiendi: atqui non apparet perpetuo is, qui vere eſt. De hoc etſi verba iam fecimus in libro ſecundo de pulſuum cauſis ad exitum libri: & etiam in tertio breuiter attigimus, vbi

ageremus

ageremus de gracilibus: tñ nunc quoq; paulo inferius declarabimus, si prius de causis, quæ immu tãt pulsus, disseruerimus. Non posse pulsum mutari vllum, in primo libro de causis pulsuum demonstrauimus, nisi etiam effectrix eius facultas, vel tunica arteriæ, vel vsus quamobrem fit, in aliqua sint mutatione & alteratione. Ita etiam in proposita in magnitudinem pulsuum mutatione quod'nã de illis aut quę'nam ĩmutata sunt, aduertemus: facultas'ne robustior sit, didicimus.n.eã, quantum in ipsa sit, pulsum maiorem reddere: an hæc eadem mãserit, mollis autẽ euaserit tunica arterię, siquidem hoc quoq; accepimus, in magnitudinem, molliorem tunicam attollere pulsum: an, q͂ increuerit vsus, ea mutatio inciderit. Ergo, facultas si robusta sit, planè sit vehementior: possumus aũt maiorem dũtaxat factum esse. Quod, si tunica tm̃ arteriæ mollita sit, necessario mollior erit. Iam, si neutrum appareat, clarum est nec facultatem nec arteriæ tunicam immutatã esse. Restat igitur mutatum aliquatenus esse & variasse vsum pulsuum generandorum: Quorum esse docuimus vsum duplicem, primum atq; maximũ, tutelam natiui caloris: alterum, animalis spiritus generationem: sic nunc voco, quo vtitur anima ad functiones voluntarias. Ac horum oĩno præter superiora, aliquid est mutatum, vbi in magnitudinem conuersus pulsus sit. At vero, si paruus fiat à natura flexus ob vsum, sola perspicua erit magnitudo, non dum autem celeritas: si maior, increscet magis magnitudo, & clare celeritas apparebit: si adhuc amplificabitur, magnitudo celeritasq; augebunt, atq; accedet crebritas: vt planum est ex opere de causis pulsuum. Quare, pulsus si variasse magnitudine {sola} videatur (nam hoc nunc propositum est) necessarium est vsum paululum esse immutatum: sin autem non sit factus maior pulsus, sed videatur maior, gracilius solito aliqua de causa euasit hominis corpus. His iam cognitis ad examinandum accedas, primũ in corporibus simpliciter sanis: mox in ijs, vbi adiunctus est aliquis ascititius motus: postea, in corporibus, quę ęgrotant simpliciter: postremo in ijs, vbi alteratio quępiam adest externa. In corporibus enim, quæ sunt sanitate inculpata, docebit magnus pulsus & temperamentum hominis, et corporis habitudinem: in corporibus, vbi adiunctus est aduentitius status, illum prępollere motum, cui peculiaris magnus pulsus est. De omnibus hisce motibus, in opere de causis pulsuum diximus.

Nec aliter in ægrotãtibus, si quidem ęgrotant simpliciter, indicabit magnus pulsus morbi calidũ affectum esse: sin recens aliqua adsit alteratio extrinsecus, illum vincere motum, cui sit familiaris magnus pulsus: Vt exempli gratia, in sanis, qui pulsum magnum obtinent, ad moderatum scilicet relatum, ad memoriam est reuocãdum, primum hoc quidem, qui sit in hoc genere moderatus pulsus, & qua in corporis natura. Ostendimus in secundo libro de pulsibus dignoscendis, in corporibus optime comparatis pulsum esse moderatum: non in his tñ perpetuo, verum cum omni qualitate aduẽtitia corpus liberum sit omniq; motu, quę fiunt ex aliqua exercitatione, aut cibo, potu, balneis, medicamentis, animi affectu. Quare reuocandus est ad memoriam moderatus pulsus: &, quem nunc inuenimus, vt in comparatione illius magnus, considerandus est, ex qua causa in magnitudinem increuit: aut enim ex gracilitate corporis, aut ex calore temperamenti, aut ex ascititio motu. Cæterum motus ascititij mox desinunt, permanent vero amplius ob gracilitatem & temperamentum. Hac igitur ipsa re distinguendus est, alijsq;, quas dicam inferius: tantum pręmonebo non nihil, quod necessarium ad omnem insequentẽ doctrinam est. Quod pręmonere institui, hoc est: Omnium alterationum, quæ corpori accidũt, certissimam assequimur in illis corporibus cognitionem, quorum noscimus naturam: quantum enim à natura discesserint ob causas præter naturam, & illas etiam, quæ non naturales appellantur, nulla poteris exacte inuenire alia ratione. Sed enim non cognoscimus hãc semper: quare nec in exactam vbique cognitionem veniemus, verum à cognitione absoluta tantum aberimus, quantũ ab naturalis status distemus cognitione.

At statuamus primum explorationem in hac disputatione ĩstitui hominis naturæ, hocq; habeat eximium vnum, vt maior sit pulsus moderato citra vllam alterationem ascititiam. Hic homo, necesse est, sit homine optime natura comparato, vel calidior, vel gracilior, si quam habemus priorũ duarum lucubrationum memoriam de dignoscendis pulsibus, & de pulsuum causis. Atq; huius quoq; duxi admonendum esse: in eiuscemodi omnibus orationibus licet coniunctione disiunctiua vtamur, vel omnes tamen posse partes in vnum conuenire: siue duæ, vt nunc, calor & gracilitas, siue plures videantur, quæ mutationem efficiũt. Ac pulsus quidem, qui absolute dicitur magnus: quem ad eum, qui absolute est moderatus, ostendimus conferri: aut temperamentum, aut pręsentem declarabit corporis statum. Qui vero magnus dicitur, comparatus cum naturali vniuscuiusq; pulsu, etiam hic annunciabit aut calorem aliquem accessisse illius corporis statui naturali, aut gracilitatem. At vero mutationes pulsuum ex causa externa in hunc modum sunt discernendæ. Quæ ex balneis, cursibus, frictionibus, cæterisq; motibus fit, non est diuturna, sed mox ad pristinum statum reuertitur. Itaq; tangendo pulsu, iterumq; tangendo paulo post, poteris in manifestam mutationis cognitionem venire: altera enim tactio, vt breuissimum interponatur spatiũ, à priore videtur diuersa esse. At magnitudo pulsuum ex vino & cibo profecta, diuturna est. Hęc ex vehementia exploratur, quę illi est coniuncta: neq; enim his vehemens minus atq; magnus est pulsus: nunc autem is positus est, qui dumtaxat sit maior: itaq; non est ab his immutatus. Iam ẽt magnitudo, quam ira concitat, adiunctã habet vehementiam: quę alioqui prudẽtem non lateat, si

oculos

A oculos reſpiciat vniuerſumq́ꝫ vultum: quod, ſi quis reprimere iram & tegere velit, ſit inæqualis
pulſus, magisq́ꝫ inæqualis his, qui anguntur, & verentur. Porro magnitudinis incrementū, quod
fit, cum ſemicocti in corpore humores concoquantur, alantq́ꝫ naturam, perinde, vt his qui cibum
ſumpſerunt, vnà ſecum auget vehemētiam. Haud aliter, ſi quis in ſole aut ad ignem calfactus ſit,
non ſolū non durat diu alteratio, verum ēt cutis ijs eſt ſquallida, nec humida, vt erit à balneis. Atq́ꝫ
hi quidem, quod ad mollitudinem & humiditatem cutis attinet, contra ſe habēt, ac loti. Medium
inter vtroſq́ꝫ locū ſunt ſortiti in cutis mutatione humiditatis ac ſiccitatis, fricti atq́ꝫ exercitati. Iam
vero etiam calor hic copioſior ſm pectus eſt exercitatis & iratis, lotis parcior, adeoq́ꝫ ad extremas
vſque partes æquabiliter cum humiditate & mollitudine extenſus. Sic etiam, ſi inunctus homo
interea fuit medicamento calido, inter tangendū mordacem calorem ſenties: quanq́ꝫ fortaſſis, nec
illita cuti ex medicamēto pinguedo te fallat. Hi ſunt artificiales modi cauſarum dignoſcēdarum,
quæ in magnitudinem pulſum ſanis & ægrotis conuertunt. Externi ſunt, partim per inueſtiga-
tionem, cum ſcilicet apud inimicos, aut inſidiatores, aut malignos tentatores quæſtionē habeatis:
partim ex eo, ꝙ non diſceſſerit ab ægroto medicus: quos quidē optimos confirmamus eſſe digno
ſcendi modos: nam, qui hūt, cum non ſemper ægrotis medicus præſto fuerit, neq́ꝫ verū illi decla-
B rare voluerint, hi ſunt difficillimi, & medicum requirunt egregie prudentem. Etenim mihi vſu
venit, cum reliqua diſtinxiſſem veſtigijs illis, quæ commemoraui ante, vt reſtaret quærendum, an
ægrotus medicamentum calfaciens abſentibus nobis ſumpſiſſet, an ratione acceſſionis magnitu-
dinem pulſus nactus eſſet. His vero temporibus vndiq́ꝫ exploranda eſt & obſeruanda veritas.
Primus in illo genere ſcopus eſt, tempus acceſſionis, deinde ęgroti conſuetudo & mores. Nam, ſi
alio tpe, & nō acceſſionis, maior ſit pulſus, à medicamento calfaciēte probabilius eſt, ꝙ ratione ac-
ceſſionis, incidiſſe alterationem: ſin acceſſionis tempore, veriſimilius eſt propter acceſſionē. Ex-
ploraueris autem exacte, ſi paulo poſt iterum tetigeris: nā, ſi calor à medicamento proceſſit, à quo
auctus ſit pulſus, diuturnitate magis ſemper ac magis remittetur: qui vero ab acceſſione, incre-
ſcet. Verum hic modus dignoſcēdi pertinet ad artē. Huc notitia, quam cōſuetudo prebet & mo-
res ægrotorū, pro cumulo accedit. Quidam .n. ſunt inſueti & abhorrent a medicamentorū potio-
ne: alij ſunt adeo aſſueti, vt viuere ſine medicamentis non ſuſtineant: itaq́ꝫ præſagitio ſumptū eſſe
medicamentum calfaciens, in his, qui ab illis abhorreant, difficilis eſt: in ijs vero, qui ſunt aſſueti,
facilis. At vero mores ēt ęgrotantis ad talem præſagitionem nō mediocriter intereſſunt. Quidam
enim natura inſidiantur, & familiaribus imponunt, atque elaborant, vt coarguant nihil quenquā
C firmi ſcire: quidam ſimplices ſunt, modeſtiq́ꝫ, atq́ꝫ omnia faciunt aperte, nec quicquā diſſimulant,
vel tegunt. In his nihil factum clam ſuſpicandum eſt: apud inſidiantes omnia habenda ſunt ſuſpe
cta, ac circūſpicienda ſunt & diſtinguenda, tum quæ propria artis ratione pertineāt ad dignoſcen-
dum, tum quæ extrinſecus adueniunt. Quod mihi fuit quōdam neceſſarium facere in homine di
uite, qui gaudebat medicamentis, eaq́ꝫ aſſidue ſumebat: qui eo erat ingenio, vt libēter argueret fa-
miliares nullius certæ ſcientiæ. Huius cum offendiſſem in magnitudinem pulſum increuiſſe, ab
alijsq́ꝫ omnibus, quas cōmemorauimus, cauſis diſtinxiſſem, ac vna mihi maneret diſtinctio, vtrum
à calfaciente medicamento, an acceſſionis ratione febrilis id accidiſſet (circa tempus enim erat fe-
brilis acceſſionis) iuſſi, vt linguam mihi oſtenderet: quam cū à medicamento conſpexiſſem inſe-
ctam, iterum attigi eius pulſum, nihil ſuſpicans etiam. Interea occurrit mihi, medicamentum me,
cū voluiſſet potare pridie, interdixiſſe: itaq́ꝫ homini dixi ſtatim, eū medicamētum bibiſſe. Quod
ille cū animaduertiſſet, à linguæ me colore coniecturam feciſſe, alias iterum pilulas paruas medi-
camenti fecit, quas deuorauit, vt lingua ne tingeretur: at hoc quoq́ꝫ deprehendi eius cōmentum.
Nam, cum linguam inſpexiſſem, ac tetigiſſem iterum pulſum, atq́ꝫ reliqua, quæ nuper expoſui di-
ſcuſſiſſem, equidem ſuſpicionem ad medicamentum potiſſimum conuerti, retraxiq́ꝫ manum, ac
D iterum paulo poſt inieci pulſui (noueram enim hoīs peruerſitatem) itaq́ꝫ deprehendi factum, nec
dubitaui illi dicere, At tu medicamentum mihi ſumpſiſſe videris: ille conſtantiſſime inficias ibat,
ſimulq́ꝫ ſeruos, qui permanſerant, appellabat teſtes. Ego manum eius tenens, & pulſum tangens,
Ergo, inquam, ſuſtinebis conceptis verbis iurare mihi, vt tibi dictabo? Ad hoc non prompte ille
reſpondebat, ac arteriarum habebat, vt in angore, inæqualem motum. Profecto, inquam, tu me-
dicamentum plane ſumpſiſti, caue, iures. Igitur aduerſus iſtos quidem ineptos, ingenio opus eſt
medico: at idiotæ ferè non tantū medicis non renituntur in explicandis & explorandis cauſis ex-
ternis, ſed & adiuuant, vltroq́ꝫ exponunt omnia. Sed de pulſuum nos incremento magnitudinis
ſatis principia expoſuimus: reſtat, vt orationis ſeriem perſequamur. Quia non ad vnum modum
magnus pulſus dicitur, ſed nunc, vt ad moderatum, nunc ad quemlibet, confertur: ac cum duplex
ſit hic quilibet, aut minor moderato, aut maior: deinceps de magnitudinis incremēto dicēdum eſt
vtriuſq́ꝫ pulſus, minoris, inquam, eo, qui moderatus eſt, & maioris. Cōmune igitur eſt omnis in-
crementi ad magnitudinem ſolum auctum calorem eſſe, quo ſcilicet tempore nec facultas affecta
ſit nec inſtrumenta, ac immotus ſit ęgrotus. Proprium aūt eſt deflexui eius à natura, vnius magni
tudinis incrementum: reliquorum duorum etiam, celeritatis, non nunq́ꝫ crebritatis quoque. Age
vero, illius hominis pulſus, exempli gratia, quē modo reliquimus, cui facti eſſent maiores, oſten-

damus amplius auctos esse, huic calorem etiam necesse est esse auctum: siquidem incrementis om E
nibus magnitudinis hoc commune erat: ac proprium præter commune, immutatam celeritatem esse: &, si adhuc magis crescat magnitudo pulsuum, non celeritatem modo, sed iam crebritatem etiam. Ostendimus enim in primo libro de causis pulsuum, sicubi paulo auctus calor sit, manifestum magnitudinis incrementum esse, celeritatis non manifestum. Si amplius crescat ille, non solum magnitudinem accumulabit, sed crescet etiam euidenter celeritas: præterea non nihil acquiret crebritatis. Sic, si augeatur plurimum, & pulsuum vsus generandorum superet maximam distentionem, magnitudinem nõ auget, vbi auctus ad summum sit: sed celeritatem cum crebritate, quantum potest, accumulat: ac, vbi augeri celeritas amplius nequeat, concitat crebritatem. Iam alius sit ægrotus, cuius nec facultas nec instrumenta læsa sint, sed minorem iusto pulsum habeat: deinde huic quoq;, remoto externo motu, maior fiat: huic etiam liquido dixeris ampliorem nunc calorem, q̃ dudum, esse. Ac in eo quidem commune habebit cum bis iam commemorato responsum: proprium autem habebit, non ex paruo tantum pulsum in magnitudinem increuisse (fieri enim non possit, nisi simul tardior rariorq; fiat, vt minor vnq; iusto reddatur) sed nec maiorẽ tantum fieri potuisse, nisi etiam fieret celerior & crebrior. Nam affectum, in quo pulsus plus iusto imminutus sit, raritatem etiam & tarditatem cõplecti, perspectum illi est, qui eorum meminit, quæ F
docuimus in libro primo de pulsuum causis.

Pulsuum Commutatio in Paruitatem. *CAP. 2.*

HIs ergo relictis, de pulsuum cõmutatione in paruitatem consideremus: cuius item sunt tres numero omnes differentiæ. Aut.n. ex naturali & moderato quem vocant, aut ex maiore q̃ hic sit, aut ex minore, mutationes in paruitatem contingit fieri: vocatur aũt, qui moderato maior est, absolute magnus: qui minor, paruus. Exordiamur igitur hic de integro ab ijs, q̃ in his cõmunia sunt, deinde iam ad propria sigillatim nos cõferamus: statim enim cõmunis cõmentatio complectit̃ propriorum inueniẽdorum viã. Sit pulsus cuipiam homini minor, q̃ dudum, mutatione præditus præterea nulla vllius generis: tum quæratur, quomodo nuper affectus esset, atq; quomodo nunc. Via inquirendi hęc est. Minor solito pulsus fit, aut cum imbecillior facta sit facultas, aut instrumenta duriora, aut vsus remissus. Sed enim nec imbecillior facta nunc facultas est, alioquin omnino coniuncta sit cũ paruitate remissio: nec corpus durius arteriæ, neq; enim tum minor tñ, sed & durior pulsus esset. Superest ergo solum alteratũ esse vsum: ac, si id tẽporis quietus homo fuerit, quantitati refrigerationis quantitatem respondere mutationis. Iam vero ex maiore, q̃ naturalis sit pulsus, eam mutationem necessario accidisse, norunt, qui retinent demonstrata in G
primo libro de causis pulsuum. Nam de naturali statu ob frigiditatẽ mutatio ad paruitatem, simul etiam rariorẽ eum atq; tardiorem reddit: & moderati ĩminutio ex magno supra modũ aucto, statim adiungit sibi celeritatis aliquid et crebritatis, q;, qui multum vltra modũ sit auctus, tribus in generibus variet. Quamobrem, qui magnitudinem tñ imminuit pulsus, & reliqua seruat ĩmota, hic est, qui paulo maior sit iusto: hic.n. solus ex paruo caloris incremento constat. Reliquorum, qui in magnitudinem mutantur, nisi simul celeritatem assumat vel crebritatem, talis euadit nullus: quare nec quisquã præter hunc alius magnitudinem diminuet. Qui.n. huius accepit solius incrementum ex calore, vnam eam ex refrigeratione imminuet: qui vero hactenus est alteratus à calore, vt non magnitudinem modo, verum etiam celeritatem & crebritatem immutet, cõtrarium iter per easdem genere alterationes tenebit: ita non modo minor, sed & tardior erit ac prius, rariorq;. Pari modo mutatio in minorem ex moderato, & mutatio quoq; ex hoc in eum, qui minor etiam sit, continuo rariorem solito & tardiorem efficit pulsum: siquidem mediocritatem habet quandam distentionis, pulsus hoĩum naturalem statum tenentium: quam, si calidius aut frigidius solito euaserit corpus, necessario amittit. Non idem tñ amissionis modus est: nam, cum calfit, magnitudo planè prima, mox celeritas, inde crebritas accedit: contrà, cum refrigeratur, raritas mani- H
feste prima, altera tarditas, postrema paruitas. De his abunde in primo libro de causis pulsuum diximus: quo minus hic iam immorandum est. Itaq; seriem orationis persequamur, ac secundum commemorata, explicemus causas, quæ refrigerant, quę totidem genere sunt, quot illæ, quæ calfaciunt. Aer etenim frigidus, qui foris occurrit, quemadmodũ & aqua frigida, vel balneum, vel medicamentum corpori inunctum, refrigerat: quin etiam longa quies, & veluti latebrę, corpus refrigerant: præterea, quæ intro recipiuntur, vt aer respiratione attractus, qui frigidus sit, cibus pituitosus, medicamẽtum natura frigidum, aquæ frigidæ immodicus vsus: ex animi affectibus, metus diuturnus: ex contentis in corpore humoribus, qui frigidi temperamẽto, cum antea quiescerent, nunc cõmoti sunt, aut omnino tenuiores quodammodo calidis facti sunt. Hæc separatim ita possunt distingui, vt de calfacientibus causis diximus: neq; enim, vt de similibus bis dicamus, sit operæpretium. Atq; pulsuũ in magnitudine & paruitate mutatio abs talibus & tot causis gignitur, quod certe ad naturã pertinet ipsius rei, qñ, qđ ad nr̃am attinet cognitionem, adhuc desideret aliquid. Sæpe enim arteria, quod in se est, maxime distenditur, sed occultatur magnitudo distentionis, vel interpellatur à numero, vel crassitie, vel duritie circumiacentium corporum, vel obiectorum. Hæc enim essentia magnorum vel paruorum pulsuum in arteriæ circulo consistit, vbi longitudo

*In ãtiquis est ἀφαιρεῖ.ι. imminuit.

gitudo

A gitudo perpetuo par eſt: at non tamen apparet par, ſed deliteſcit quædam eius pars. De quo quidem etſi iam ſecundo in libro de cauſis pulſuum expoſuimus, nihilo minus, quod ad propoſitum intereſt, reminiſcentię gratia exponemus.

Dimenſiones Diſtentionis Non ſemper tantæ apparent, quantæ ſunt. CAP. 3.

ARteriæ altitudo ſemper æqualem latitudini diſtentionem habet: ſed fit, vt occultetur, aut arceatur ſæpe à corporibus circūiectis & oppoſitis vel vniuerſus motus, vel certe eius quędam pars: ac pars illa, quę arcet, aut in profunditate magis, aut in latitudine, aut ſimul in vtraq; ſimiliter apparet. Cum ergo nō percipiat noſtro quidē tactui motus, atq; hoc per totum aīal accidat, vt nulla vsq; arteria videatur moueri, vocatur is affectus ἀσφυξία hoc eſt priuatio pulſus: quę quidē, ſi ad veritatem exigas, in corpus nunq̃ viuum cadit, neq; eſt enim vnq̃, quin cor vnà cum arterijs oībus agitetur: at, ſi referas ad noſtrū tactum foris iniectū, in multis reperiatur ſane frequenter: obiecta.n. arteriarum corpori ſunt, oīno certæ membranæ, & cutis, multis ēt locis adeps, atq; caro, à quibus vſu venit pulſui, vt non occultetur modo, ſed & impediatur. Ac ſic quidē, ſi motus occultetur oīs, atq; in omnibus id partibus accidat omnium arteriarum, ἀσφυξίαν appellāt affectum: at, ſi quibuſdā in partibus videant̄ moueri, in quibuſdā non videantur, hîc differentiam in longitudi
B ne habent pulſus. Et nimirū vocantur longi, quibus ſenſibilis motus longitudo naturalem excedit: breues, quibus infra naturalē ſtatū eſt: quibus par eſt naturali ſtatui, moderati. Tantum.n. animaduertitur ſemper de motu arteriarum, quantum oppoſita corpora permittunt: quamobrē fit, vt corpulentis pulſus breues: gracilibus vero longi: quemadmodum & quadratis moderatisq; eſſe videntur moderati. Iam etiam apparentis motus his non ſemper æque, vt profunditas, impeditur latitudo: verum, vbi arteriarum regiones in latera, vel adipis, vel carnis, vel vaporū, vel humorum plenę ſint, ac incūbens ſuperne cutis nihil eas oneret, latitudinis tm̄ obſcuratur motus: ac magis, ſi vehemens pulſus & magnus, quantum in ipſo eſt, ſit: cum vero regiones vicinæ ſunt mundæ, rugoſa aūt, quę eas tegit, cutis, magis profunditatis motus latet in eo corpore, ac potius, ſi non vehemens pulſus & magnus, quantū in eo eſt, ſit. Si ergo pulſum inuenias longiorē iuſto, ſi quidem vnà latitudo eius & profunditas increuerit, vide, gracilior homo ſolito an calidior euaſerit, remoto aduentitio motu: nam, ſi factus gracilior ſit, idq; tanto, quanto eſt pulſus maior, vnum hoc tm̄ eum immutauit: ſin autem non tanto, non hoc modo eſt cauſa, verū etiam calor. Quòd ſi in eadem conſtiterit corpus habitudine, ſolus mutatus eſt calor: ſin craſſior euaſerit, duplo auctum æſtima calorem: at, quà nam de cauſa ſit auctus, explorandum ex illis eſt, quæ expoſuimus. Sin lon-
C gior factus pulſus ſit, & latior, non vero perinde profunditate auctus, ſed permaneat moderatus, præter ſuperiores notas, hoc illi etiā extra ordinem, neceſſe eſt, adſit, rugoſiorem euaſiſſe ſuperne arteriæ incūbentem cutem: ac, ſi cōuertas membrū, vt, quæ eius pars modo ſuperior erat, nunc ſit inferior, nulla tū profunditas re videbitur impedita. Atq; hi quidē duo pulſus in primo libro de eorū differentijs oīum primi inter vigintiſeptem pulſus in tabellam ſunt relati, quam de illis fecimus, qui conſtant ex ternis ſimul dimenſionibus quantitatis diſtentionis. Ab his deſcriptus tertius eſt, qui lōgitudine & latitudine excellit naturalē, ac in profunditatis dimenſione eſt humilis: qui ſanè eſt infrequens. Fit.n. cum arteria magnopere obiectorum corporum mole oneratur: id quod nunq̃ eueniat, niſi facultas ſimul imbecillior ſit, & ſumme mollis tunica arteriæ: quorū illud imbecilliorem iuſto, hoc molliorem pulſum efficit. Itaq; cū his quidē erit aliqn̄ longus ſimul & latus & humilis, alia ratione nunq̃ fiet: immo vero, etiam cū videatur talis, ne tum quidem procul à natura, nec ad humilius, nec ad latius deflectit: neq;.n. ad ſummum arteria in profunditate grauetur, & in latitudine nequaq̃: neq; item plurimū aſcēdat altitudo, prorſus vero contrahat̄ in anguſtū: etenim ferè fit, vt plus altitudo creſcat, præſertim ſi vehemens ſit pulſus, at nō hactenus tn̄, vt idem altiſſimus ſimul & anguſtiſſimus ſit. Quòd, ſi hic quoq; membrum inuertas, vt, quę mō par
D tes ſuperiores eſſent, ſint nunc inferiores, & profunditatis eorū dimēſio incrementū habebit, nec videbitur amplius humilis: ſed, vt longus & latus, ita etiam erit altus, quod eſt [a] magnus: nam, qui
a 2.1.par.cā. 70.col.2.a tribus eſt dimenſionibus auctus, magnus vocatur. Proinde diſtinctiones in hoc ſunt adhibendæ præter has, quas nunc expoſuimus, ēt illæ, quæ in primis omnium ſunt adhibitæ. Iam illud quoq; eſt animaduertēdū, ecquid de latitudine ſimul detrahatur, cū inuerſum ſit membrum: etenim hoc fit non nunq̃, demonſtratq;, quanto antea vltra proportionē profunditatis dilataretur vas. Iam quartus, qui lōgus ſimul, & altus, & in latitudine eſt moderatus, quod ad ſe attinet, latus eſt, quemadmodum & altus: ſed, quia in lateribus coarctatur arteria, ideo ſic eius motus impeditus eſt. Omnino enim, vbi latitudo profunditatis proportionē excedat, aut profunditas proportionē latitudinis, altera impedit̄ earum aut pp multitudinem, aut craſſitiē, aut duritiem corporū obiectorū, quæ interpoſita ſunt inter arteriam & admotum tactū. Et hercle etiam rugoſitas numerum impoſitorum corporū auget, rugis cutem conduplicans. Itaq; is pulſus, aut, cum vere magnus ſit, ſecūdum latitudinem obſtaculum habet: aut, cū videri in macilento corpore magnus poſſit, nō videtur tn̄, q̃ vna dimenſio eius ſit reſtricta. Qui quintum in tabella locum habet, longior iuſto, in reliquis aūt duabus dimenſionibus moderatus, graciliorem annunciat ſolito hominē eſſe factum: & pulſum, quantum in eo eſt, iuſto minorem. Quādo.n. longus pulſus aut ob propriam ſuam magni-

tudinem, aut propter tenuitatem videatur eiuſcemodi eſſe: nunc vero non appareat talis ex magnitudine eſſe (eſſet.n.ſimul altus & latus, aut alteruter certe horum) reſtat, vt per maciem factus ſit longus. Cæterum, cum graciliores habere videant pulſus iuſto maiores, plane pulſus, quod ad ſe pertinet, anguſtior æquo eſt & humilior: itaq; etiam minor, quod ad ſe attinet. Qui ſub hunc ſcriptus eſt, ſextus, puta longus, & humilis, atq; latitudine moderatus: cum de cauſis ante expoſitis minor ſit iuſto: quantum in eo eſt, ob gracilitatem apparet lõgus eſſe. Sed hoc commune cum quinto habet: propriũ aũt hoc peculiariter, profunditatem ob cauſam paulo ante memoratã eſſe imminutam. Septimus in tabella pulſus erat, longus pariter & anguſtus, altusq;, qui videri, perinde ac omnium primus, magnus poſſet, niſi ſit reſtricta latitudo: cætera hîc ita, vt in primo omnium, ſunt diſcernẽda. Et etiam, quæ in tertio explicauimus, ea ſunt in hunc locum cõferenda, nõ ſæpenumero.ſ. hunc pulſum eſſe, neq;, cum incidat plurimum moderatum altitudine ſuperare, & inferiorem latitudine eſſe. Ab illo octauum, lõngum vnà, & anguſtum, & moderata profunditate, natura quidem eſſe paruum ex ijs cõſtat, quæ in quinto iam retulimus: at, quia marcuit corpus, longior videtur: eximium vero hoc præter quintum habet, q cõſtrictam hic arteriam latitudinis anguſtia declarat. Nonus pulſus, longus, anguſtus, humilis, longe etiam magis oſtenditur ſua natura eſſe paruus, verũ videri per marcorẽ corporis, lõgus: ferè adiũcta illi rẽmiſſio eſt, durities q;: F qui, ſi neq; durus ſit, neq; admodum languidus, ab refrigeratione gignitur. Itaq; nouẽ, quos nunc percurrimus, pulſus oẽs longitudinem habẽt æquo longiorem, duabus differẽtijs reliquis variãt: nouem proximi longitudine moderata ſunt, profunditatem aũt & latitudinem immutãt. Ac decimus quidem, qui altus ſimul & latus videtur, vno in homine ſi cũ moderato comparetur, nunq; exiſtat: niſi qñ (id quod rarum eſt) oĩno arteria de ſede ſua migret. Sin aũt conferatur ad eum, qui eſt abſolute moderatus, poteſt incidere, ac cauſa eius generandi in proprietatẽ conformationis cõfertur: ſiquidem ſymptoma arteriæ eſt, quæ ſub profunda carne vtrinq; occultetur, ſed in media parua parte ſublimis extet. Vndecimus, qui vna re differt à ſuperiore, q profunditatem moderato parem habeat, pro cumulo cauſam demittẽdi huius habet adiunctã: cætera cum decimo conueniunt. Duodecimus, latus, humilis cũ moderata longitudine inuerſo fit membro: aut.n. vndequaq; videbitur moderatus, aut magnus. Ac, ſi oĩno videatur moderatus, altitudinem declarabit prius non nihil cõpreſſam eſſe, productãq; ob molliciẽ arteriæ latitudinem: ſin magnus, plurimũ fuiſſe compreſſam altitudinem. Decimus tertius, altus, idemq; dimenſionibus duabus reliquis moderatus, perinde vt decimus, & ex naturali conformatione conficitur, & etiã ex naturalis ſedis mutatione: eximium aũt habet præter illum latitudinis anguſtiam. Decimumquartum, qui om- G nibus tribus dimenſionibus moderatus eſt, oĩbus apertum eſt referre naturalem: an verò ſit par re vera naturali, exploratur ex corporis habitudine. Nam, macrior ſi iuſto ſit, ſic, cũ ſit pulſus ſua natura minor, par apparet moderato eſſe: ſin craſſius æquo ſit corpus, pulſus tum de ſua quidem natura magnus eſt, ſed, q per corpulentiam coerceatur, eſſe moderatus videtur: q, ſi nec ad gracilitatem corpus, nec ad corpulentiam deflectat, moderatum in eo non ſolum repræſentari pulſum, verum etiam neceſſe eſt eſſe. Sanè demonſtrauimus in ſecundo libro de pulſibus dignoſcendis, cæteros pulſus ad hunc oẽs relatos, magnos, paruos, longos, breues, latos, anguſtos, altos, humiles appellari. Quintusdecimus, qui humilis profunditate eſt, reliquis duabus dimenſionibus moderatus, omnino ſimilis ſuperiori eſt, decimoquarto, præter q huius compreſſa eſt profunditas: proinde, quæ illic prius expoſuimus, ea duces hic quoq; dicta eſſe. Hoc verò eſt in hiſce omnibus memoria tenendũ, non amplius cõuerſo membro videri humilem. Sextusdecimus, qui moderatus eſt longitudine, anguſtus, altusq;: aut ex cõformationis proprietate fit talis natura, aut per affectũ aliquem compreſſis ad latera arterijs. Septimumdecimum, qui eſt moderatus lõgitudine & profunditate, in reliqua dimenſione anguſtus, in latera contractum eſſe declarat moderata profunditas: in reliquis omnibus decimoquarto & decimoquinto reſpõdet. Octauusdecimus, qui lon H gitudine moderata eſt, & anguſtus, humiliſq;, ſua quidem natura paruus eſt: videt autem eſſe ob gracilitatem moderata longitudine. Breuiter.n. cum præter profunditatis proportionem & latitudinis, extenſa longitudo ſit, ſignificat corporis gracilitatem: non tñ, vbi cõtracta præter proportionem profunditatis eſt, corpulentiam denotat, ſed vel naturalem quãpiam cõformationem, vel ſitum arteriæ inæqualem. Nonusdecimus, breuis, latus, & altus, aut ob conformationis proprietatem talis natura videtur, aut ex affectu arteriæ in ſitu diſtortæ. Vigeſimus iam alijs duabus dimenſionibus ſimilis eſt nonodecimo, ſed profunditate eſt moderata. Hic hẽt hoc præcipuum, impeditam ſuã altitudinẽ. Vigeſimusprimus, breuis, latus, & humilis, præter eaſdem cauſas, ẽt illas adiũget ſibi, quæ latum ſimul & humilẽ efficiunt pulſum. Ad eundẽ modũ vigeſimusſecundus, breuis ſimul, & altus, atq; latitudine moderata, aſſumet ad eaſdẽ cauſas, eas, quæ moderatũ latitudine creant humilemq; pulſum. Sic ẽt vigeſimustertius, breuis ille quidem longitudine, verum dimenſionibus duabus reliquis moderatis, ad eaſdẽ cauſas reducetur. Vigeſimusquartus ſortietur præter eaſdẽ cauſas, extra ordinẽ cauſam, quæ altitudinẽ deprimit. Ad eũdem modũ proximi duo ad antedictas referẽtur cauſas: vt memoria teneamus, in quibuſcũq; pulſibus cedat lõgitudo proportioni latitudinis et pfunditatis, in his cauſam aut naturali cõformationi, aut arteriæ pquerſo ſitui.

A ſitui eſſe attribuendam. Demonſtrauimus porrò, vbi latitudinis, vel profunditatis proportionem
lõgitudo vincat, aut obſiſtere alteri earum ſolam anguſtiam, aut auctam ẽt alteram eſſe: atq; obſta
culũ frequẽter accidere, incrementũ raro, in latitudine quidẽ, vbi per mollem arteriæ tunicã degra
uetur altitudo, ſimulq; nec vehemẽmentẽ eſſe eiuſcemodi pulſum: in profunditate vero, vbi coar
ctet latitudo, & pulſus vehemens ſimul & magnus ex ſua natura ſit. Reliquus eſt poſt oẽs vige-
ſimusſeptimus, breuis, anguſtus, humiliſq;, qui vtiq; paruus vel apparet eſſe, vel ſua natura eſt:
ac, quæ quidem in oĩum primo diſtincta ſunt, magno, eadẽ ſunt hic quoq; diſtinguenda. Si natu-
raliter comparata corporis ſit habitudo, hic pulſus nõ modo vr̃ paruus, ſed etiam eſt vere. At, cum
craſſior ſit, ſi, quo homo eualit ſe ipſo craſſior, hoc ſit pulſus minor, erit tum quidẽ, quod ad ipſum
attinet, moderatus: ſed per corporis craſſitudinem minor videtur moderato. Si longe ſit craſſior,
q̃ pulſus minor, is pulſus, q̃tum in ipſo eſt, mediocri erit maior. Sin aũt minus ſit craſſus, q̃ paruus
pulſus, hic, ſi, eius naturam ſpectes, minor erit naturali. Quòd, ſi gracilius corpus ſit, q̃ videat pul-
ſus paruus, is ſanè eſt natura paruus, ſed non perinde vr̃ paruus, ac vere eſt: ꝙ corporis gracilitas,
quatenus deceſſit de natura, hactenus ei magnitudinis addit ſpeciem. Quæ de paruo & magno
pulſu adhibita diſtinctio eſt, eadẽ in alijs eſt adhibẽda oĩbus: ſciendumq; illorum quemq; vel par-
B uum eſſe natura, vel magnum, vel moderatũ. Ac tres hi pulſus in q̃titate diſtentionis politi ſunt,
quod attinet ad ipſius rei naturam. Vñr vero eſſe vigintiſeptem ob craſſitudinem vel gracilitatẽ
corporis, vel ob cutẽ rugoſiorẽ, vel regionum arteriarũ inæqualẽ anguſtiam, vel proprietatem cõ
formationis. Itaq; vnumquẽq; oportet, qui nõ inania verba ambit, ſed ipſa opera ſtudet meditari,
oĩum memorẽ, quę iam percurri, ſimul atq; aliquẽ aĩaduertat pulſum, qui in quãtitate conſiſtit di-
ſtentionis, primũ, qui ſit de vigintiſeptẽ, attendere: deinde, vbi ab eo, quæ ex vicinis corporibus
oriunt̃, alterationes ſecreuerit, indagare, an moderatus ſit, an magnus, an paruus: poſtea ſtatus, qui
talem genuere, ſiquidem docent hi & præterita & futura, vt in lõgo, & anguſto, & humili: nam
exempli gratia in hoc, quod dico, docebimus. Hunc, quantum in ipſo eſt, liquet paruũ eſſe, ex eo,
ꝙ eius imminuta eſt circularis dimenſio, & aucta dimenſio longitudinis. Si enim duabus de cau-
ſis minor circulus diſtentionis apparet, ob corpulentiam, & ꝙ minor re vera ſit pulſus: nunc autẽ
abeſt corpulentia, ſanè.n.non ſolum longitudo non creuiſſet, ſed etiam imminuta eſſet: planũ eſt
pulſum ſua natura eſſe paruũ. Cum igit̃ remota ſit longitudinis ſpẽs, quam contraxit ex corporis
habitudine, cum de ſua natura paruus ſit, videamus iam, quá nam de cauſa ſit factus paruus. Hîc
plurimi intereſt noſſe paruitatis quantitatem & longitudinis: aut.n. paulo eſt naturali minor, aut
C multo, aut, vt ita dicam, modico: ſic etiam in longitudine, aut parum, aut modice, aut longe natu-
rales ſuperat. Iam altera ex parte ad maximam longitudinem producatur: etiam ad maximam de-
ueniat paruitatẽ, id eſt anguſtus & humilis ſit: hic pulſus natura lõge eſt, q̃ apparet, minor, ſed eã
quidem ex nimia gracilitate comparauit ſpeciem: vt vero ſit natura minor, ex cauſis, quæ efficiũt
minorem, frigiditate, imbecillitate, *gracilitate. At quæ tandem cauſa eſt vel cauſæ inter has, vnde
pulſus, qui nobis nunc cernit̃, longus, anguſtus, humiliſq; generet? Declarauimus quidem ante,
ſignum eſſe perpetuum arteriarum duritiei pulſum durum, infirmæ facultatis lãguidũ, qui ẽt re-
miſſus & imbecillus vocatur: vt, qui ei eſt contrarius, vehemens, contentus, validus. Verum ſcien
dum & hoc eſt in hoc pulſu, neceſſario eum languidum eſſe: nunq̃.n. valente facultate paruus ad
ſummum pulſus fiat: at duritiem nihil eſt neceſſe coniunctam eſſe. De frigiditate vero nõ abſolu
te eſt ſtatuendum: ſed illud primum noſſe oportet intereſſe, cor vnà eſſe cum arterijs refrigeratũ,
& refrigerari: ac ꝙ, refrigeratum eſſe, læſam eſſe facultatem, ſit: refrigerari aũt, mutari vſum. Hic
animo mihi opus eſt planè attẽto, ſciendumq; nõ modo ad præſagitiones ex pulſibus, ſed ad alias
etiam penè oẽs eo nihil eſſe conducibilius. Procedit autem vniuerſus hic ſermo ex cognitione eſ-
ſentiæ facultatis, quam in commentarijs de cauſis pulſuum, ꝙ operæpretium non eſſet, prætериui-
D mus. Hoc loco, quia ad exacte intelligenda ea, quæ poſthac docebimus, hanc refert noſſe, viſum
mihi eſt illam exponere: neq; hic tñ cum ſuis demr̃onibus (quippe alio eam loco proſecuti latius
ſumus) ſed quantum ſummatim explicatum ad inſtitutum noſtrum conducat.

*Antiqui habent σκληρότητα.i. duritie. & ſic uidetur legendum.

De Eſſentia Facultatis, ac de Reliquis pulſibus, qui in Quantitate diſtentionis conſiſtunt. CAP. 4.

FAcultatis eſſentia ſingularum partium, in ſingularum illarum poſita commodo temperamẽ-
to eſt: nam tum demum ſuum quęq; munus obit ſtrenue, vbi ſit temperatiſſima: contra male
fungitur, ſi intemperata ſit: atq; hactenus male, quatenus ſit intemperata. Ad eundem modũ cor-
dis corpus, cum immodice refrigeratũ ſit, calfactum, humectatum, deſiccatum, pulſus pro ſuæ in-
temperiei modo facit languidos: id quod illi eſt, offenſam facultatem eſſe. At vero conſuetudinẽ
cum ſanguine habere in ipſius contento ſinibus, & cũ ſpiritu, qui calidior lõge, ac naturalis ſtatus
requirit, ſit: aut cũ eo, qui in inuolucro cor ambiente eſt, vel in pulmone: aut cum ipſo etiam inuo
lucro cor ambiente, & pulmone: vſum eſt tñ variaſſe citra offenſionem facultatis. Eandem habet
rationem refrigeratum eſſe & refrigerari: vbi in ipſo cordis corpore temperando præpolleat ele-
mentum frigidum, læditur facultas: ſin in tunica cor ambiente, & in pulmone, & ſanguine, ſpi-
rituq;, quos eius ventriculi continent, vſus eſt remiſſio. Iam humiditates & ſiccitates, ſi in ipſo

corpore cordis consistant, nocent facultati: si in quopiam vicino, non immutat vsum: siquidem E
proba temperatura & intemperies ex quatuor fiunt elemētis: vsus vero accessiones vel remissio
nes ex calido & frigido dūtaxat. Vbi iam ad vltimam vsus exolutionem deueniat corporibus vi-
cinis cordi vehementer refrigeratis, non poterit etiā cordis corpus nō intēperatum esse: id quod
nihil est aliud, q̄ debiliorem fieri facultatem. Quāobrem dicebam fieri non posse, vt de frigiditate
vno verbo pronunciarem. Neq; vt sola prostratione facultatis, vel induratione sola instrumento-
rum, pulsus interim minor fit: ita ēt ob solam frigiditatem, quō nunc diximus, nōn accepta refrige
ratione de vsus exolutione: neq; .n. eò vnq̄ cor, vt refrigeretur vehemēter, deueniat, nisi sit ipsum
refrigeratū. Quod dico, intelligas clarissime, si eos, qui in itinere ex ingenti frigore obeūt, conside
res: oēs .n. simul vt frigidum expirāt aerem, pulsum quoq; minorē habent: minimum tamen illo-
rum prius nullus, q̄ ad extremam refrigerationem sit perductus, obtinet: vbi non tm̄ vsus est im-
mutatus generandorum pulsuum, quod aderat à primo illis, verum ēt, quia perditur iam naturale
cordis & moderatū temperamentū, debilitatur facultas. Id quod solet plerunq; ijs subito accidere,
non, vt in alijs affectibus, paulatim: de quibus est vnus, quem hoc loco habemus in manibus, per
quē pariter & longus pulsus apparet, & angustus, humilisq; in longis morbis. Qui .n. ita habēt, in
periculū hi non minus præsens veniunt, q̄ illi, qui in itinere decedunt: non repente his tñ paruus F
pulsus, sed pedetentim venit marcescentibus: vnum enim & hoc genus est marcoris, quod Philip
pus senium ex morbo appellat. Nā non ex frigiditate torridus marcor, cæterū ex facultatis sola im
becillitate, imbecillos pulsus & paruos creat. Separatur à priore, motus velocitate & crebritate &
duritia calorisq; feruore. Verū de his non est huius disputationis disserere, sed ad institutū reuer-
tor. Longus, angustus, humilisq; pulsus, cū longius ab natura trinis dimensionibus discesserit, si
talis citra duritiem appareat, à quibus nam procedat & quot causis, abūde aperuimus. At, vbi cū A.l.1. f. 2. d. 3
duritie coniunctus est, vnà iā huic adest vel languidus pulsus, vel medius inter languidū & vehe- c.6.fo.48.h
mentem: qui nec euertat tactum, nec ab eo euertatur: vt memores simus nullū alioquin inter lan-
guidum & vehemētem mediū esse: declarat aūt in corpore is affectus esse, qui reddit arteriam *du- A.t.2.1 par. cā
ram. Hęc est siccitas, vel cōnstrictio à frigore, vel tensio. Siccitas quidem in ardētissimis febribus, fo.570.col.2.b
vbi maligne producunt, & præcipue ex torrido marcore, †certisq; melācholiæ & quartanæ febris
generibus. Constrictio ex frigore fit per frigidæ intempestiuū potū & immodicū, vel per balneas
similes, ex refrigerātibus item pomis intēpestiue ingestis, vel præter modū: deniq; ex ijs, quæcun-
que multū solent frigidæ pituitæ gignere, quē Praxagoras vitreū succū solet appellare. Tensio ex
conuellētibus affectibus, & ingentibus inflāmationibus. Ex scirrhis vero cōnstrictio arteriarum G
atq; tensio nascit: quod quidem accidit potissimum ex iocinore & liene: ex his .n. visceribus pul-
sus apertissime videntur & perpetuo duri scirrho præsertim affectis: & vero etiam in magnis in-
flāmationibus. Sed tactu eiusmodi affectus deprehēdent, & per vrinas, & alui excremēta, per vni-
uersi corporis deniq; colorem & linguæ: iam etiā per febrium genus. Qui porrò alij corporis af
fectus pulsum creāt durum, partim originē ex recētibus offensionibus repentinā trahunt, reliqui
oēs pedetentim. Offensiones, quæ inducunt eiuscemodi affectus, sunt vini potio intempestiua, &
frigidę: sępe ēt poma refrigerantia, & frigidum balneū. Deprehendes noxā à vino illatā, cum subi
to pulsus non durus modo sit, sed maior ēt, & celerior, & vehementior. Cæteras à vino in commu
ni discernes, q̄ nec magnitudinem adiunctam, nec vehementiam, nec celeritatem habeant. Singu
las seorsum, nunc clarius, nūc obscurius & per coniecturam. Clarius, vbi symptoma aliquod con-
sequatur, quod pomis solet succedere, inflatio vētris, inquam, aut mordicatio corruptorū, aut sto-
machi aliqua cōpressio, aut delirium, vt à pomis vinosis: aut vomitus, aut alui deiectio humidior
& largior. Hæc scilicet non per signa, sed ipsam aperte demōstrant substantiam comestorum: q̄,
nisi horū quid adsit, nec à vino signorum, aqua frigida est, quæ offendit, vel pota, vel intempesti-
ue in ipsa lotos. At vero, vt hæc securius omnia confirmare possis, metuentium & angore corre- H
ptorum pulsus magno indicio sunt. At, si prius dictis postea hoc semper addas, ægrotum aliter, ac
præscriptum sit, fecisse, magis confirmatā præstabis & suspiciendā prædictionem, vt subinde fidē
astantes non habeant, nec ex pulsibus credant tale quid dictum esse, sed cōsciorum aliquem detu-
lisse ęgroti peccatū. Tangēdi aūt accurate sunt pulsus, deinde, quod indicāt signa, proferendum:
ac tum denuo sunt tangendi, animaduertendumq;, ecquid ęgrotus commotus sit. Qui si omni sit
perturbatione liber, vide, nunquid cōmemoratorum signorū aut omiseris, aut parum probe per-
penderis. Si vero sit pturbatus, atq; videat angi vel vereri, caue mox, signo adhibeas fidē: frequen-
ter .n. fit, vt non, quò conscij sibi talis admissi sint, angantur ægroti, sed q̄ ita fere sint comparati,
vt statim expauescant: at his mox pulsus consistit. Qui vero planè in culpa sunt, q̄ tu diu de eo cō
firmēs quicq̄, tam diu metus proprius pulsus apparet. Atq; peccata, quæ hactenus exposuimus,
omnia aut inflāmationibus, aut scirrhis, aut siccitatibus, aut viscerum per frigiditatem cōnstrictio
nibus augēdis, alteratione, quam diximus, inducunt. Neruorum vero originem si quid occupet
tale, affectum conuulsiuum creat: sic appello illos affectus, qui ante mortem necessario conuulsio
nis aliquod habēt symptoma. Qui quidem moriūtur oēs etiam calidi, contra, ac illi, qui corripiun
tur syncopa: hi .n. vehementer etiam frigidi viuunt adhuc. Quibus vero neruorum propaginem
occupa-

*πῶσις.
† in impreßis est, certisq; melācholicarū et quartanariū febriū generib. in aliquib. tamē antiquis legitur, vt vertit interpres.

A occupauit conuulsiuus affectus, cum planè iam expirauerunt, diutissime permanent calidi. Horum pulsus omnium statim primo occursu exercitatis in tangendo tensionem produnt, & motū, veluti conuulsiuum, detegunt. Quòd, si quis, cui commemoratus pulsus est, ab aluo plura dejiciat (id quod euenit ex iocinoris scirrhis) nō amplius hi habent pulsum lōgum, sed aut moderato assimilem lōgitudine, aut etiam breuiorem. Iam hoc quoq; in omnibus duris pulsibus pariterq; par uis operæpretium est nosse, citissime vibratos eos effici: &, qui vibrati non sunt, vel de vitalis facultatis imbecillitate, vel de remissione vsus, vel amborum concursu non recipere illos eum motum. Nam, siquidem vsus magnam distentionem postulet: visq; efficere vitalis valeat, sed vnum refragetur corpus arteria, quod attolli in magnam distentionem per duritiam nequeat: vibratio in eum statum incidit. Nulla præterea ratione fiat arteriæ vibratus motus. Quo circa hic pulsus, qui videtur vibratione vacare, aut extremam imbecillitatem facultatis, aut exolutionem vsus declarat maximam. At, vibratus si sit, contentionis continuo non nihil annūciat facultatem obtinere, nec pulsuum vsum generandorum semel esse exolutum: nec vero deuenit ad maximam paruitatem, sicuti diximus propositū pulsum facere. Ad eundē modum, si pulsus citra vibrationē longior iusto sit, angustiorq; & humilior, non longissime tamen de natura in singulis his diuerterit,
B sed aliquātum, attendendum est, durus'ne sit & non vibratus, aut planè duritia liber sit: si.n. durus sit, sed absq; vibratione, frigiditatem, vel facultatis imbecillitatem indicat, vel vtranq; simul. Hæc discernito ex consequentibus: nam, cui talis pulsus ex sola refrigeratione fit, statim adiunctā tarditatem habet, raritatemq;: cui ex imbecillitate facultatis, sociam sibi remissionem habet. Quòd, si iam vsus constet immotus, tanto erit pulsus celerior naturali & crebrior, quantum à modo deflexerit paruitas. Sin autem, quo facultas sit imbecillior, eo exolutior vsus sit, pulsus esse similis in vtraq; differētia moderato videbitur, nec celerior, vel tardior, vel crebrior, vel rarior: at, si excedat alterum, pro excessus ratione, sicut ante est dictum: si vero simul & durus & vibratus sit, significabit eosdem affectus, à quibus diximus supra durum pulsum constitui, verum non imbecillam facultatem tñ, vt in illis, neq; exolutum vsum. Quanta vero vtriusq; sit noxa in facultate, declarabit vehementiæ & remissionis differentia, vnà cum quantitate vibrationis: in vsu vero, differentia celeritatis & crebritatis cū vibrationis item quantitate. Reliqua ex ante dictis etiam conijcito. Haud aliter, si non paulum nec multū tribus differentijs de natura deflectat, sed sic mediocriter & modice, ex dictis discrimina notato. At sæpe in eiuscemodi pulsibus, ijs dico, qui pusillam à natura in longitudinem angustiam & humilitatem habent mutationem, non mō nihil animaduertitur du
C ritiæ, verum mollitudine etiā prædìti sunt insigni: id quod & huic accidit de causis genere ijsdē: variatur aūt quantitate in singulis. Siue.n. propter facultatis imbecillitatem minor moderato pulsus fiat, facultatis ostenditur maior offensio: siue propter exolutionem vsus, maius & huius esse vitium: quo.n. tunicę mollitudo ad distentionis magnitudinē est promptior, hoc causam, quę moliatur paruū pulsum, declarabit esse maiorem. Sane, imbecillitas facultatis ꝙ sit magna, satis ex quātitate remissionis apparebat: huc cumulus accessit, quod nunc diximus. At, vsus exolutio in quātum inciderit vitium, ex solis, quæ diximus, signis inuenitur: de quibus dicemus etiā inferius non nihil, vbi connectamus mutuo pulsuum genera: in præsentia.n. hoc non instituimus, sed cū exponere de genere quantitatis distentionis cœpissemus, simul alia attingere sumus coacti. Quare redeamus ad primum institutū, ac ad reliqua genera transeamus: neq; enim, ꝙ alios item ex tabella pulsus percurramus, causam arbitror vllam esse: verum eadem ratione et via, quam instituimus in longo, angusto, & humili, reliquos singulos explorabimus. Ac primū remouebimus, qui propter corporis habitudinem longitudine, vel latitudine, vel ꝓfunditate variāt, vt nō magni tm̄, vel parui videantur: deinde causas considerabimus, per quas aut iusto maiores fiunt, aut minores. Atq; de genere pulsuum quidem, quod consistit in quantitate distentionis, satis in pręsentia.

D *Celer & Tardus pulsus, quid denotent.* CAP. 5.

POsthac de illorum in celeritatem & tarditatem mutatione, quod ipsius motus est arteriarum genus in primis proprium, agemus. Porrò sumendum hic quoque est ab distinguēda homonymia initium. Nam dr̄ celer pulsus, nunc vt cum moderato comparetur, nunc vt cum quolibet alio. Præterea ipse ille moderatus interim absolute dicitur, quem in optima conspicimus natura: interim de vnoquoq; homine, qui inculpata sit sanitate. Hic ex comparatione absolute moderati existimatur, docetq; quod nam sit temperamentum: ac celerior quidem calidius: tardior frigidius declarat temperamentum. Verum solam planè non est inuenire mutationem in celeritatem & tarditatem, nec in sanis, nec in affectis corporibus: nam, qui calidiore est temperamento, ꝙ simpliciter moderatus, si pulsum habere videatur celeriorem, eum habet necessario ēt maiorem: &, cui pulsus est aliqua occasione solito celerior, omnino etiam maior est. Neuter tamen est horum necessario crebrior: siquidem crebritas illis, vbi calor accumuletur copiosior, accedit. Itaq; cū celeritate modo magnitudo, modo etiā crebritas coniuncta est: atque etiam interdum sola crebritas: cum aliquem prætereuntes, qui maximam, quæ eo tempore contingat, distentionem obtineat, deinde reuersi parem offendamus magnitudinem, sed celeritatem maiorem: huic enim simul crebritatem necesse est increuisse. Quòd, si quem relinquamus, qui vsum habeat pulsuum exolu-

tum, ac reuersi in celeritatem pulsum inueniamus auctum, tum nō auctus tm̄ celeritate est, sed & E crebritate planè & magnitudine: qn̄quidem vsus exolutio in raritatem clarius, deinde in tarditatem, postea in paruitatē, pulsum conuertit. Et item quoq; mutationes in paruitatē pulsuū, partim ex moderato statim in raritatem simul mutant̄, subinde etiam in paruitatem, vbi amplius vsus sit imminutus: partim ex statibus nō naturalibus, nūc aucto vsu, sæpe vnà cū mutatione in paruitatem, interim cū raritate, non nunq̄ cum mutatione in vtrāq;: nunc diminuto vsu mutationes fiūt pulsuum in tarditatem cū raritate & paruitate. Habes primas & simplicissimas pulsuū mutationes in celeritatem & tarditatem: harumq; causæ præcedētes & externæ eædē inueniunt̄ rōne, atq; illæ, quas de magnitudine & paruitate exposuimus. Mistæ vero mutationes atq; compositæ, cū vehementia & remissione vel duritia vel mollitudine cōstant. Quæ etiā examinandæ sunt atq; discernendæ eàdem via rationeq;, quam, cū de longo, angusto, & humili disputaremus, declarauimus, quo cognoscamus, quæ causa sit, quamobrem in celeritatem vel tarditatem pulsus variauit: potest enim, vti diximus, ob vsum auctum pulsus in celeritatē creuisse: pōt etiā ob mollitudinē arteriæ, & facultatis robur. Sed.n. cū non variet mollitudine, duritia, vehementia, remissione, solus mutationē vsus induxerit: at, si cū horū aliquo, causa ingrenda & exploranda præpollēs est, sicut ante declarauimus. Exēpli gratia, si simul & celerior esse & mollior videatur, aīaduertendum est, F tanto'ne celerior sit, quanto mollior, an magis. Nam, si, quanto est mollior, tāto etiam celerior sit, alterationē ab sola mollitudine mutuauit: sin multo celerior, q̄ mollior, non à mollitudine tm̄, sed & ab vsu aucto: cōtra, si multo mollior, q̄ celerior, quanto mollior est, tm̄ detraxit solius vsus exolutio. Ad hunc modum, si pariter celerior & vehementior sit, nū tanto celerior sit, quāto vehemētior, considerandū est, ita.n. celeritatis solū facultatis robur causa sit: sin celerior, q̄ vehementior, quo celerior est, hoc de vsu aucto accepit: at, si vehementior multo, q̄ celerior, non robur tm̄ facultatis, sed etiam frigiditas aliqua alterauit pulsus. Si iam celerior simul & mollior vehemētiorq; appareat, singulari experientia opus est cognituro, vtrum tanto celerior sit moderato, quanta ex ambabus causis facta accessio est ex mollitudine & cōtentione, an non tanto. Nam, si tāto, ob illa sola est immutatus: si magis, accessit incremētum vsus: sin minus, etiam propter vsum exolutum.

Eadem ratio in pulsuum mutatione in tarditatē ineūda est, ex vsu'ne duntaxat exoluto, an ex imbecillitate facultatis, an ex duritia instrorum orta alteratio sit. Ac ob vsum solū variasse probabile est pulsum, si qn̄ nec durior nec imbecillior inueniatur: ob facultatis infirmitatem, vbi quāto languidior sit, tanto etiam tardior: at p̄ ob duritiam item instrorum, cū tanto sit tardior, quanto durior. Sin aūt multo tardior moderato videatur, q̄ lāguidior, in eū statū ex imbecillitate & frigidi- G tate incidit, causamq; in eo exuperantem ex collatione reperies ad naturalem & moderatū. Si.n. numeris forte quinque de natura remissio deflectere videat̄, & quindecim tarditas: prestare in eo pulsu constituēdo frigidā causam, non imbecillitatē facultatis esse causam, dicēdum est. Sin quindecim tarditas numeris appareat, decem aūt remissio, in huius pulsus constitutione frigiditatē excellit imbecillitas. Si vero minori excessu sit tardior, maiori vero sit lāguidior, ex facultatis imbecillitate & calore quoq; is natus sit. Ac magnitudinē quidē vtriusq; causæ ex proportionis excessu inuenies. Atq; hoc memoria tenendum est, hęc omnia dici amoto ascititio motu. Pari modo, vbi cum mutatione in tarditatē inuenit̄ aliqua durities, attendendū est, ex sola duritie mutatio, an ex ambabus, incidit. Si.n. quanto tardior sit pulsus, tāto etiam videatur durior, alterationis sola durities causa est: si vero multo tardior, q̄ durior, non modo durities, verū etiam frigiditas: atq; inuenias ad eundem modū hic fortiorem causam, atq; declaratū est paulo ante. At, si magis sit durior, q̄ tardior, non nomine duritiæ tm̄, verum caloris etiā, talis euasit: & vero hic quoq; ex proportionis excessu perspicies causæ vtriusq; magnitudinē. Iam vero, si tardior simul & durior sit atq; languidior, exercitatū hic quoq; oportet esse, qui sit perspecturus, an tāto tardior sit moderato, q̄tum accessit ex vtrisq; causis imbecillitate & duritia, nec'ne. Etenim, si tanto, ob illas est solas mutatus: H q̄ si magis, adiuncta iam est vsus exolutio: si minus, etiam propter vsus incrementum.

De Quatuor generalibus Differentijs, quæ sunt in Distentione. CAP. 6.

QVando iam satis de his tractauimus, quod ad hunc locum attinet, hic disputationem aliquantisper sistamus, ac prius, q̄ aliud genus in manus sumamus, quędam faciamus, vt commemoremus & ad superiorem & insequentem sermonem accommoda. Nam, quatuor cum sint in distentione arteriæ generales differentiæ, prima eademq; ante cæteras pulsuum propria, quę in qualitate consistit motus: altera, quę in quantitate distentionis: neque hic nos, neque in primo de pulsuum differentijs libro de priori magis propria, verba fecimus, quòd cognitu difficilior sit, sed de illa, quam dignoscant tyrones clarius, & quæ ideo sit ad denunciandum aliquid vtilior. Hæc habet extra ordinem illud quoque præter alias omnes, vt complecti septem & viginti videatur pulsuum differentias, sint vero re vera tres: nam in cæteris quidem omnibus generibus, quot natura sunt differentiæ, tot apparent. Reliqua sunt in distētione duo genera pulsuum, alterum facultatem, alterum arteriæ indicat tunicam, quod quidem est postremum, immo vero nec proprium nec affine, sed genus pulsuum aduentitium. Habent autem hoc duo hæc genera, vt causam semper, à qua generantur, ostendant aperte: duo illa genera superiora nō perpetuo:

A petuo. Etenim duobus obuenit generibus posterioribus, vt ab vna vtrunq; cã constituat: primis vero duobus, vt ab oĩbus causis, quas tres frequenter demonstrauimus esse: quo ẽt in generibus duobus primis difficilior est oratio, ac pluribus ad cãm inueniendam distinctionibus indiget. In reliquis duobus cum genus est causæ vnum vtrobiq; tum vero quantitatis notitia certa.

Causæ continentes Vehementis, languidi, Mollis, & duri pulsus. CAP. 7.

VEhemens pulsus à facultatis semper robore fit, ac, quo fit vehementior, tãto robur significat maius esse facultatis: languidus ex facultatis imbecillitate, ac, quo fit languidior, hoc facultatem quoque imbecilliorem esse demonstrat. Haud aliter durus pulsus efficit ab arteriæ tunica dura, mollis à molli. Præterea quantitas pulsus duritiæ & mollitudinis, arteriæ declarat quantitatem duritiæ & mollitudinis. Sed vero, qui medius est inter durum & mollem, qui ẽt vocat moderatus, primus natura est inter eos, solusq; naturalis. At inter languidum & vehementẽ hac rõne medius est nullus: ꝙ languidus fit oriundus ex facultate imbecilla & à natura desciscente, vehemẽs autem ex firma & recte habente. Verum alio modo, vt ante retulimus, medius fit aliquis inter lãguidum & vehementem: modus aũt dignoscendi per tactum adhibitum est. Nam, cum à pulsu euertit, vehemẽtem eum vocamus: cum ille euertat pulsum, languidum: vbi neutrum fit, medium dicimus B hunc sortitum locum esse inter languidum & vehementem: qui quidem non aliter, atque languidus, præter naturam est. Alterationes pulsuum quædam in remissionem & vehementiam & solæ fiunt frequenter, & ab vna causa: cum.n. tunica arteriæ vnà cum vsu in naturali consistent statu, & non nihil facultatis contentio alterata sit, languidior hic, quàm vehementior priore, pulsus redd dit: de alijs vero generibus cum eo nihil mutat: atque hoc pacto solæ fiunt & ab vna causa. Alio modo ab vna quidem causa, sed non solæ: nam, vbi dissoluta admodum facultas sit, vel contenta, vt non dum à causis alijs continentibus sit immutatus, mutari pulsus ab vna causa accidet, genus vero non vnum commutatum esse. Nam, si longe facultas imbecillior sit, non languidum modo, verũ etiam paruum pulsum creabit: &, quia paruum, statim ẽt crebrum: at robustissima cum vehementissimum, tum etiam maiorem excitat pulsum, simulq; si nihil variet vsus, rariorem. Mutatio iam pulsuum in duritiam & mollitudinem siquidem ab vna causa procedat, omnino aliquod vnà de alijs generibus mutabitur: quòd si sola constet, ex concursu plurium causarum constituit. Simul autem & sola & ab vna causa nequaquam fiat, nisi minimo planè spatio discesserit de natura, vt quàm minimo fiat pulsus durior, pari tamen magnitudine: at sic nec celeritas mutabitur, nec crebritas. Verum, apertior si fiat maiorq; durities, non poterit pulsus non esse minor, tantoq; ẽt C crebrior, quanto minor. Si vero simul & durior facta sit tunica arteriæ, & calor increuerit, hoc pulsus moderato durior erit, quo arteriẹ tunica: at magnitudine æqualis moderato: modo, quantũ calor mediocritatem excesserit, tanto tunica arteriæ naturali fit durior. Qñ iam de his quoq; satis dictum est, quantum requirit præsens argumẽtum, deinceps de præcedentibus & externis duorum generum, quæ nunc explicauimus, causis agemus.

Causæ præcedentes, quæ Robur augent & opprimunt. CAP. 8.

k.3.f. 11. t. 2. fo. 180. b. c — CAusæ præcedentes, quæ robur facultatis augent, partim in ipso insunt corpore: ac humores quidam* sunt semicocti & crudi, qui iam concoquantur: & naturæ ad iudicationem impetus, nisi hic sit etiam in eodem genere: ad hæc ira: Partim extrinsecus adueniunt, vt vinum, cibus, exercitationes modicæ: & ẽt quæ intemperiem corrigunt ipsius corporis & cordis & arteriarum, ibidem. c — siue illi cibi sint, siue potus, siue ẽt medicamenta. Dissoluunt vero facultatem* inedia, vigiliæ, solicitudines, mœrores: vacuationes immodicæ per aluum, vel per vrinas, vel vomitum, vel vterum, vel profluuium sanguinis: vehementes dolores, vel singulares, vt quem stomachicũ affectum vocant, qui syncopam inducit. His adiunge omnia, quæ cordis vel arteriarum creant intemperiem, siue in corpore illa contineantur, vt in succis, vel solidis partibus: siue foris etiam his antecedant: D quippe hæc dissoluunt omnia facultatem, immodice humectando, desiccando, calfaciendo, refrigerando, digerendo. At vero, quæ causæ præcedentes & externæ pulsum duriorem efficiunt, supra exposuimus, cum de longo simul & angusto & humili dissereremus. Nihil est ergo, cur easdẽ hoc loco recenseamus: sed, tantum si mollis causas addiderimus, finem hic faciemus libri.

* *In græcis est,* ... *i. cũ quadã proprietate encauntes.*

Causæ præcedentes & externæ Mollis pulsus. CAP. 9.

MOllem reddunt arteriam humidus cibus, ac frequentiores balneæ, somni multi, mollior vita, & voluptates: atq; hæc quidem intra septa manent naturæ. Præter naturam, in comate, lethargo, aqua inter cutem, & si quæ sunt alia, quæ arteriarum tunicas imbuunt larga humiditate, maxime pituitosa: de quibus infra, cum de morbis dicam, prolixius agam. Nũc iam tempus est, vt hunc librum finiamus, si in summam, qui in eo sit fructus, subduxerimus: est aũt hic. Præsentem dispositionem singularum causarum continentium pulsus primam indicant: qua cognita præcedentes & externæ causæ deprehenduntur †ipsius primæ† inter illas: atq; in hoc consistat præteritorum præsagitio: futurorum vero ex ijs, quæ dispositiones comitantur, petunt præsagia. Quorum quemadmodum vnumquodque potissimum fiat, in sequentibus libris declarabo: prius in secundo tamen horum commentariorum, quod restat adhuc, instituimus persequi.

† *Al.* ... *i. mutationis ipsorum.*

Galeni

GAL. DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Præſagitio ex pulſibus, Qui in Contractione arteriæ, in Tempore quietis, in Inæqualitate, in Ordine, ac in Ordinis perturbatione intelliguntur.

Quid Celeritas & Tarditas Contractionis ſignificent. *CAP.* I.

E primis quidem & quaſi maxime elementalibus pulſibus, qui in diſtentione arteriæ dignoſcuntur, diſſeruimus ſuperiore libro: nunc de reliquis, exorſi à contractione, tractabimus. Habet quatuor hęc quoque genera pulſuum, quot ſcilicet diſtētio: velocior etenim & tardior, maior minor, vehemētior languidior, ſi naturam ipſam ſpecies rei, contractionis motus ſit: & hercle ēt F
arteriæ corpus aut durū efficiť aut molle, quare & ob id pulſus durus vel mollis efficiť: haud dignoſcas tñ horum generum, præter tarditatem vnam & celeritatē, vllum: immo ne has quidem vbiq;, ſed in illis pulſibus, vbi ſenſu contractio animaduerti poſſit: vt in primo libro de pulſibus dignoſcendis docuimus. Iam ēt in libro de vſu pulſuum arteriæ functionem demonſtrauimus contractionem eſſe non ſecus, ac diſtentionem: ú traq;.n. naturalis caloris tuetur mediocritatem: diſtentio veluti inſpiratio quædā exceſſum ardoris refrigerando, & ventilatione, quod extinguit, incendendo: contractio in modum expirationis fuliginem expurgando. Ergo celeritas contractionis indicio erit fuliginoſorum excremētorum ingentem colligi copiam, expurgariq; id temporis, quandocunque inueniať: tarditas contra, nec eius multum excrementi coaceruari, eoq; nec requirere euacuationē. Magna.n. copia per putredines humorum aceruatur, quæ febres accendunt neceſſario: cū corpus bonos humores habeat, pauca omnino: in alijs ſtatibus, qui medij inter hos ſunt, pro portione ſingulorum ſtatuum: inter edendum & dormiendum, plus: per vigilias & inedias, minus. Eadem planè ratione pro ciborum natura: in illis, qui prauos humores gignūt, plus: ī his minus, qui probos. In febribus ad eundum modum, in acceſſionibus, plus: alijs temporibus, minus. Adeoq; plus ex craſſis & lentis G
humoribus, cuiuſmodi pituitoſi ſunt, & quos appellant crudos: ex bilioſis minus, & melancholicis: medio modo ex ſanguine, qui.ſ. etiam putreſcit in inflammationibus: vnde oriunť febres, cū alijs, tum illis, quarum adeò eſt immodicum incendium, vt cutem deurant, & affectum generent, quem carbunculum vocant. Eiuſdē ferè naturæ ſunt herpetes depaſcentes, quos appellauit Hippocrates‖edentes: ſcilicet in omnibus his affectibus putreſcunt humores. Alio aūt iam modo illi, qui putreſcunt in aſperis arterijs, ſucci: pulmonem.n. ſuo vitio contagiunt, ac putreſcit tpis progreſſu hoc ēt viſcus. Ac contrahūtur″in aſperas arterias vel per diſtillationē de capite, vel ex pleuritide, vel peripneumonia, vel pulmonis affectu, vel angina, vel ex empyemate tranſumpto. Originem hinc ducunt putredinis, q̄ minus probe expuanť: nā, vt ſunt vitioſi, & locus calidus, maturam deſiderant euacuationem. Subinde ēt fit, vt, cum pulmonis rumpať vas aliquod, immittat ſanguinis in aſperas arterias aliquid: qui quidem putreſcens diuturnitate excitat tabem: quo ēt deuenit celerius, quē vaſa exulcerata emittunt. In oībus his, quos collegi, affectibus, alijſq;, qui putredine ſint aliqua humorū præditi, arteriarū motus, quo intro feruní, augeť & in quantitate, vt arctius illæ contrahanť: ſed hoc quidē ſenſu planè non dignoſcas. At celeritatis clare animaduertiť incrementum facileq; viro experto in hoc opere, qui nec ingredi quidem ad experiendū prius poſſit, q̄ H
quæ de dignoſcendo prodidimus, didicerit: quorum nos nihil ex priſcis medicis docuit vllus: ſed progrediunť quidam vſq; ad veriſimilem orationē, commentationes ſcilicet Herophilias quaſdā de pulſuum rhythmis conſcribendo: aliqui inanem loquacitatem vocant eam meditationē, penitusq; eam repudiant: veritatem aūt neutri cognouerunt, q̄.ſ. in celeritatem & tarditatem diſtentionis contractioniſq; reſpicere oportet, quarum multa valet vtraq; indicare: vti ſummatim nūc declarauimus, explicaturi poſthac, cum de morbis agemus, latius.

Margin notes: * In impreßis græcis eſt κινήσεως .i. motionis: in aliquibus manuſcriptis ē κράσεως i. tēperaturæ. — 5. Aph. 22. Ext. ord. 39.d Et in lib. de vſu humid. in fine. — A.l.3.t c.19.ſ.

Quid Crebritas & Raritas indicent. *CAP.* 2.

NVnc quidem ad crebritatem me raritatemq; cōuertam: quarū duplex eſt vtraq;, quòd etiam quietibus contigit arteriæ duplicibus eſſe, vni ab diſtentione ante cōtractionem, alteri poſt contractionem ante diſtentionem. At quiddam ambabus eſt commune, aliquid proprium vtrique: Commune, quòd duabus de cauſis abbreuiantur, vel quòd prior productus ſit motus, vel quòd ſequens anticipet: contra protenduntur, ſi vel breuior fuerit prior motus, vel ſi remoretur poſterior: Vtrique proprium, quod denotare ſolent: illud autem ab ijs planum eſt ſignificari, quod ex producto altero motu vel anticipante altero poteſt prodi: aut contra ex abbreuiato altero motu, & morante altero. Quando enim ſyncerus calor, pauciſſimiſq; inquinatus excrementis diſten-

A distentionem concitat maiorem simulq; celeriorem: contra qui confusus excrem&etilde;tis est putribus, contractionem: vbi ex {anticipatione &} magnitudine distentionis pulsus crebrior fiat, calorem purum indicabit multum in corpore increuisse: vbi vero, ꝙ maturius incipiat contractio, impuri copiam atque excrementis referti caloris arguet. Nec aliter, cum rarior pulsus externa quiete fit. si quidem ob distentionis celeritatem, refrigeratum calorem demonstrabit esse: sin ob moram contractionis, fumosa imminuta esse excrementa: In quiete interna e diuerso, si ex productione cõtractionis creber sit pulsus, suppullulare abundantiam fumosorum excrementorum: si ob maturiorem distentionis exorsum, auctum calorem esse. At vero, cum rarior in hac quiete pulsus est, si ob imminutam contractionem, pauciora annunciabit excrementa: imminutum calorem esse, si ob distentionis moram. Quod si coniuncta ambo sint, vt & protendatur motus prior, & alter anticipet, siue in externa hoc quiete, siue accidat in interna, compositum declarauerit affectum ex illis; quorum sigillatim significabat vtrunque. Itid&etilde;, si pulsus sit rarior, in vtra hęc coierint ambo quiete, contractus prior motus, & multum tardans alter, erit status tum quoque duplex atque compositus ex vtroque: quæ iam ante declarauimus: cum alteruter diminutus sit motus, tardet autem, ac multo post incipiat alter. Verum enimuero non perinde est aperta vtriusque quietis cognitio: ex B terna enim clare sentitur: internam vero ne obscure quidem, nedum euidenter, sensu dignoscas: at sola ad hanc aspires coniectura, si colligas ex impetu vtriusq; motus, præcipue in ijs pulsibus, in quibus clare sensus valet assequi cõtractionem. Ac de hoc quoque genere pulsuum, quantum refert ad propositum, diximus.

* Ταχ[illegible] est i[illegible] cod. & [illegible] & [illegible] pus. alium tamen habent [illegible] i. breuitate, et forte melius.

Quid Rhythmi annuncient. CAP. 3.

NVnc postulat sermonis series, vt de rhythmis exponamus: de quibus prolixius Herophilus disputauit, obseruationem potius & experientiam prodens, quàm rational&etilde; docens methodum. Nam rhythmos pulsuum per singulas ferè animaduersos ætates conscribit, nec primum, quibus illos in naturis obseruauerit, nobis declarat: deinde ex ipsa institutione manifestus est, ꝙ confusam habuerit, nec distributam contractionis atque quietum notitiam. Nam, si contraction&etilde; in senibus vsque ad decem prima tempora extendi putet posse, planissime veram contractionem sensit nunquam. Hæc enim interim non tam diuturna est, quàm distentio: interim æque diuturna: interim, vt scribit ille, diuturna quidem est, non quintuplo tam&etilde;, vt autumat, sed paulo maior. Reliqua errata, & confusiones, inauditasq; absurditates, quibus scripta scatent Herophili de rhythmis dignoscendis, partim ex tertio commentario de dignoscendis pulsibus, partim ex illis, quæ C seorsum in Herophili artem de pulsibus scribam, cognoscas, licet. Nunc vero (quia nec historiam hac lucubratione, nec confutationem complector: sed, quæ perspexi, doceo) ad inæquales pulsus conuertam orationem.

Inæquales pulsus quid Significent: & primo de Intermittente. CAP. 4.

HOrum duplex est genus: quidam in vno ictu inæqualitatem habent: alij in aceruo, quam iuniores medici inæqualitatem solent appellare συστηματικὴν: σύστημα etiam. s. aceruum appellant. Igitur de inæqualibus pulsibus hoc in communi omnibus sciendum est, quod in secũdo libro de pulsuum causis ostendimus, ex oppilationibus eos, aut ex compressionibus instrumentorum, aut humorum abundantia ad facultatem quidem collata, aut ex cordis inæquali int&etilde;perie cõstare: incommodiorem porrò esse vnius pulsus inæqualitatem ea, quæ in aceruo consistit. Quinetiam haud quaquam moueri arteriam, quod vocat intermittere, siue in vnũ pulsum, siue in aceruum inciderit, periculosum est, vt nulla omnium specierum alia, quæ inęquales sunt. At seorsum de vtriusque generis omnibus speciebus dicendum est: incipiendumq; à pulsuum collectiua inæqualitate. Meditemur vero orationem, primũ in inæqualitate collectiua, ꝙ apertior inæqualitate sit vnius pulsus. Intermittentes pulsus facultas, vel ꝙ grauet ab humorum copia, creat, impedita, D quo minus motum debito t&etilde;pe auspicet: vel per crassitudinem vel per copiam humorum, quę obstruat aut oscilla cordi vicinarum arteriarum, quà attrahit materiam rursusq; emittit: aut ex oscillis quodamtenus vniuersam vasorum capedinem. Sæpe etiam foris illis, quasi vinculum sit, copia eiuscemodi offunditur: non nunquam instar oneris grauat: interdum &etilde;t spatia, in quibus distendunt, occupat. Est, cum inflammatio, vel scirrhus, vel alius id genus tumor, qui cingentia arterias corpora teneat, earum arceat distentiones: si vero ipsarum arteriarum tunicis tale quid insederit, maius est discrimen: at vero, si ipsius corpus cordis, hoc iã malũ est extremũ, etenim hi subito syncopa corripiuntur. At intemperies cordis non est perinde exitialis, immo vero inflammatione lõge mitior: cuius quidem imbecillitas facultatis comes est, pulsus languidus, præterq; cum affectum indicat nihil. Nam moderato cor præditum temperamento, pulsum ædit vehement&etilde;: prauo, languidum: ac est in vtroque excessus & defectus, prout maior vel minor sit temperam&etilde;ti mediocritas, etenim latitudinem demonstrauimus habere, quam pulsus habent etiam non minus ex maiore vel minore intemperie. Verum paruum & languidum sola intemperies pulsum reddit, non statim inæqualem tamen: nisi cum humoribus facultas comparata cont&etilde;tis in ipso corde & in continentibus cum ipso arterijs venisq;, robore ijs cedat: quod aliud nihil est ac copia humorum facultate maior. In eiuscemodi. n. affectibus adiuncta necessario ad paruos ac languidos pul-

sus

sus inæqualitas est. At, cũ debilitata duntaxat facultas est cordis, non degrauatur tamen ab humoribus, hic omnino pulsus parui sunt & languidi ex facultatis imbecillitate: nulla vero illis adest inæqualitas, nisi quando ipsum etiam corpus cordis inæquali intemperie detineatur: de qua paulo post dicemus. Nunc ad intermittentes me refero, qui *rarioribus finitimi sunt, verum ab ijs secernuntur, quod rhythmum pulsus totum, intermittentes perdiderunt. Quod si nõ vnius modo tempus pulsus quiescat, sed diutius etiam, clarius is intermittere videatur: periculosiorque hoc erit priore, quo quiescat diutius. Itaque cum duorum pulsuum tempus arteria quiescat, haud scio, an superstes esse quisquam possit. Vnius certe tempus pulsus aut paulo amplius sæpenumero conspeximus intermittente motu arteriarum confirmatum hominem esse, presertim cum ætatem ageret senilem: quanquam hoc videri absurdum possit: etenim, si vel sua sponte imbecillus senex est, laborantque eius etiam ante valetudinis infirmitatem facultates, quem expectemus euentum, si ad ætatis imbecillitatem, altera accesserit ex morbo? Nempe hac de re non est periculosum, sed eò potius leue, quòd imbecillæ facultates à paruis sæpe causis, fiat, vt offendantur: at firmæ tantum deijciuntur à maximis. Itaque, qui habitu sunt valente, & admodum diu in morbos non inciderunt, periclitantur, si incidant: at vero imbecilli, quique assidue obiecti ad omnes causas sunt, facillime seruantur: quòd scilicet de his nemo, cum à qualibet lædatur vel minima, expectet causam magnam: robur validorum omnem excipit causam paruam, vt à solis magnis vincatur. Quamobrem intermittẽtes pulsus minus habent senes, quàm iuuenes, perniciales: mox pueri ab illis, quòd (quia cum concoctrice facultate sint validissima, tum corpore mollissimo, atque facile perspirabili) concoquant digerantque per halitum intemperies inæquales, copiamque humorum, & crassitudinem. Quare etiam hi in minus periculum veniunt, quàm iuuenes, cum pulsus intermittant, duobus nominibus: tum quòd facultate, quæ pulsibus præsidet, imbecilliore, quàm iuuenes, sint, vt à minoribus causis, sicut senes, superentur procliuius: tum quòd concoctrice firmiore, vt facile offensæ corrigantur. His additur || perspiratus facilitas, non mediocre ad tollendos morbos momentum: quod etiam Hippocrates confirmauit. Hæ si tibi rationes probantur, vtaris, licet: sin secus, at, vt docet experientia, rem scito ita, vt diximus, habere. Itaque præter cæteros in pulsibus intermittentibus iuuenes, minus his pueri, minime senes in periculum vocantur. Neque vero quicquam habet admirationis inæqualium perniciosissimum esse intermittentem: nam cæteri quidem vitiosi aliquatenus sunt motus: at intermittens in motus positus est abolitione: siquidem, quo tempore intermittit pulsus, tum nihil arteria mouetur. Ac ferè, quantum inter se sanitas, mors, & morbus differunt, tantum naturalis motus ab immobilitate, & prauo motu: quòd naturalis motus sit instar sanitatis, vitiosus motus morbi, & immobilitas imaginem referat mortis. Nam, qui in ipsis functionibus statuunt sanitatem & morbum, non in corporis dispositionibus, ex quibus functiones obimus, his non instar est sanitatis, motus arteriarum naturalis, cæterum aperte dicetur sanitas: itemque vitiosus motus, non instar morbi, sed ipse scilicet morbus: ac immobilitas extinctio quædam atque mors, siquidem integra diutius constet: nam, si hactenus procedat, vt vnius pulsus vel alterius videatur tempus quiescere, instar veterni est, aut apoplexiæ cuiuspiam, aut resolutionis actionum voluntariarum. Qualia enim hæc in aliud principium sunt, quod sedem habet in cerebro: tale quiddam pulsuum est quies aduersus principium quod in corde situm est. Et, vt recte de illo est dictum, || apoplexiam non posse fieri, vt propulsetur, si ingens sit: sin leuis sit, non » sine magno negocio: ita etiam dicetur hic recte, quies pulsuum, si sit diuturna, vt tollatur, non fieri » posse: sin breuis sit, non citra negocium. Porrò diuturna est, quæ excedit duorum pulsuum tẽpus: breuis, quæ intra duorum pulsuum tempus manet. Quies vero temporum vnius pulsus inter omnes intermissiones moderatissima est, multique ex ea senes pariter & pueri euaserunt, iuuenum autem ne ex hac quidem vllus. Verùm longam raritatem quidam imperitia adducti, quòd intermissionem existimarent esse, ex hoc pulsus vitio quosdam arbitrati sunt iuuenes fuisse superstites. Est quidem hęc quoque grauis, præcipue iuuenibus, non tamen planè exitialis: pueris & senibus multo etiam leuior. Porrò autem mors à pulsibus intermittentibus repẽtina corripit, non aliter, ac ab apoplexia: vtrobique enim cordis calor extinguitur destitutus respiratione. At raritas quidem ab intermittente pulsu discernitur prolixitate temporis: interdum etiam, quòd raritas interim habet æqualitatem coniunctam omnium ictuum: Intermittens autem pulsus necessario est inæqualis: nunc enim in trinis, nunc in quaternis, ac non nunquam in quinis ictibus, vel etiam in pluribus intermittere inuenitur: & quiescere vnum motus tempus aut etiam plura. Iam simul cum illo aliquod mutatur aliud genus, conuerriturque ad inæqualitatem. Et hoc etiam in raritatibus diuturnioribus est perpetuum, vt tardior, quàm par est, reddatur motus, nunc tanto, quãto raritas, nunc plus aut minus, prout, qui id pulsus vitium concitat, comparatus affectus sit. Est autem eorum pulsuum ingens frigiditas causa generandorum, quæ occupet vel corpus cordis, vel spiritum & sanguinem, quem continent eius sinus, vel partem aliquam vicinam. Atque, si corpus ipsum cordis teneat ingens frigiditas, ita languidissimos reddit pulsus & tardissimos & minimos, vt maxime hæc viget: quæ vero proficiscatur ex parte alia, raritatem longius, quàm cætera, quæ diximus, genera à natura auertit. Itaque quidam in illis sunt, qui, cum pulsus habeant non longe mi-

E F G H

*Al. rarissimis.

In Prog. cõ. 1. t. 25. 4ª. 194. h

2ª. Aph. 42. Ex. ord. 18. b

A ge minores iusto,& tardiores,languidioresq́;,tamen è vestigio pereunt. Mors aũt tum minus po-
test declinari, cum teneat frigiditas corpus ipsum cordis: repentina porrò & in altera differentia
fit. Ac moriunt̃ priores illi inter dormiendum potius, vt iam non amplius expergiscant̃: alteri hi
cum illo modo: tum etiam inter loquendum non nulli eorum,vt imperitis commode videant̃ ha
bere,subito,vt qui animo deficiuntur,expirant: quorum quibusdam simul prorupit sudor, aliqui
bus non prorupit. Hoc symptoma atque hic affectus quosdam ægrotantes, cum febre liberentur
præter rationem,ac etiam non nullos sanos potissimum in senectute, arripit. Ac raritas quidem
pulsuum tantam habet perniciem: at intermittentes multo maiorem, siquidem generant̃ hi pro-
ducta raritate: ac,cum procurantur,reuertũt per raritatem ad pristinam mediocritatem. Nemo.n.
fuit quisquam,qui ab intermittentibus pulsibus alia ratione superstes esset, verum,quo modo di-
xi,omnes: producta enim primum admodum raritas excipit intermittentem pulsum,ab illa quies
fit etiam atq; etiam breuior,dum reditum sit ad naturalem mediocritatem.

Crebri & Intercurrentes quid denotent. CAP. 5.

ILlis pulsibus,quos commemorauimus,aduersantur alteri duo,raro creber, intermittenti inter-
currens: quos illis Archigenes arbitratur pernicialiores esse,à crebris falsus, ꝙ & præcedant &
B socij sint syncopæ: atque ab intercurrentibus,ꝙ peripneumonicis interim, qui in statu periculoso
sunt,accidant: non nunquam item febribus,in quibus oppilatæ vel compressæ sunt principes ar-
teriæ. Atqui,si originem respicias horum pulsuum,vanam reperias sententiam Archigenis: nam
intercurrens ex crebritate fit inæquali,ꝙ functionem obijt cor minus plenã, ac postularet vsus. Iã
id ipsum fit,vbi à copia humorum oneratum cor sit,aut instrumẽta obstructa, aut in arctũ coacta:
quæ quidem causę erant etiam intermittentium. At dissident hac re inter sese, ꝙ repugnat in in-
tercurrentibus & decertat cum noxijs causis facultas: in intermittentibus hoc piget illam facere.
Sanè iudicationem sæpe pulsus intercurrentes attulerunt: est enim & veluti conatus quidam na-
turæ ad pugnandum paratæ. Quòd si qui ex eiuscemodi iudicationibus extincti sunt, non hoc ar-
guit maioris periculi esse affectum pulsuum intercurrentium,quàm intermittentiũ: multo.n.ma-
ior numerus perit ex intermittentibus, & item quoque ex valde raris, quàm ex crebris. Certe qui
dem febres omnes valde vrentes pulsum habent crebrum,quorum extra periculum quædã sunt.
Qui vero in syncopa sunt crebri,propter remissionem sunt periculosi, quæ perpetuo cõiuncta est
cum omnibus syncopis. Et vero languidissimi pulsus,si qui alij, periculosi sunt habẽdi: quales in
syncopa sunt. Omnino attendere cõuenit extremitates in omnibus generibus pulsuum: nam exi-
C tiosas esse vel Archigenes fatetur. At, quæ sit exitiosissima, nec ille, nec alius gnauiter expendit
quisquã: & quidem in confesso est,quę pulsuum extremitas cæterarum pernicialissima videat̃,ge-
nus etiam illius exitiosissimum merito existimandum reliquorum generum. Ita etiam,si,cum alte
rum alteri comparamus,extremitatem alterius inueniamus exitiosiorem, nõ immerito totum ge-
nus affirmemus exitiosius esse. At crebritas quidem summa non secus,ac syncopis, adest febribus
vehementer vrentibus,quæ non prorsus sunt perniciosæ. Raritas vero nunquã vacat periculo,si-
cut nec remissio,nec paruitas: siquidem tres hæ pulsuum differentiæ,cum ad summum perueniãt,
perpetuo periculosę sunt: at non magnitudo, nec vero etiam vehementia: sed hæc omnium sola
extremorum non modo libera periculo est,verum etiam summum commodum est, si dignoscere
eam queas. Vltima magnitudo,vbi coniuncta sit cum mollitudine morbosa,periculum creat: sin
cum salubri aliquo arteriæ statu,tum nihil ei subest mali: millies.n.in febribus, tutis illis quidem,
at calidis & valde vrentibus,pulsus fit,cum robusta facultas sit,maximus. Quare nec ex compara-
tione extremorum pulsuum genus crebrorum ostendas perniciosius esse raris,vel genus intercur
rentium genere intermittentium. Cum vero huic orationi proposita esset solorum horũ demõ-
stratio: nunc aũt etiam attigit obiter alia quędam genera: nihil est factum dãni, ꝙ accessoriũ, vt si
D institutum sit,persecuta,ob oculos disciplinam illam proposuit de magno,paruo,vehementi, lan-
guidoq́; pulsu. Iam prestiterit ẽt, vt reliquam illis differentiã addamus tarditatis celeritatisq́;. Vi-
det̃ enim & hìc quoq; velocium genus tardis esse securius,siquidem extrema celeritas extrema tar
ditate: etenim summa tarditas,non secus,atq; raritas,tum incidit,cũ calor natiuus extinguit̃. Cele-
ritatis procedit incrementum ab vsu vrgente, atq; omnino à facultate valida. Archigenes vero ẽt
hic labit̃,qui formicantem pulsum habeat pro celeri: neq; is.n.pulsus prorsus celer est, neque sum
mũ attingit crebritatis: nã leues esse crebritatis, magnitudinis,celeritatisq́; extremitates hinc per-
spicias. Delige iuuenem sanum, ac velocissime iube currere: tres mox extremitates citra vllum in
cõmodum hominis vel præsens vel imminens deprehenderis. Durissimus iam pulsus (neque.n.
hæc pretereunda differentia est,quo sit integer & absolutus sermo) perinde est, vt mollissimus, pe-
riculosus. Nã ex scirrho ille,aut inflãmatiõe insigni visceris, aut ex cõstrictione per frigus, aut ex
siccitate ab ardentissima febre profecta,aut ex valida conuulsione: hic ex alto comate, & aqua in-
tercute leucophlegmatia,vnoq; verbo ex immodica humiditate habitus gignit̃. Quare oratione
summatim repetita,sermonis hic finem faciamus. Omnes pulsus, qui longe à naturali mediocrita
te discesserunt,non sunt boni: languidissimus vero & tardissimus rarissimusq́; omnium pessimi
sunt: ab illis minimus, mollissimus, durissimus: inde creberrimus: at non celerrimus vel maxi-

mus,

mus,sed sunt hi modice periculosi: vnus vero inter omnes extremos optimus est, vehementissi- E
mus. Verum de his aliter sensit Archigenes, nec vllam tamen demonstrationem in sermone pro
tulit: quam.n.haberet? nec ei assentiebatur experientia: sed impositum ei est ab illis, quæ paulo
ante connumeraui. Cui ergo stat opera artis gnauiter obseruare,meditando ad ægrotos, quæ do
cuimus,expendat: quod quidem,certo scio,facient,qui veritatem colunt. Sed,qm̃ satis hæc expli-
cauimus,nunc iam de inæqualitate in vno pulsu dicendum est.

De Intermittente in Vno pulsu. *CAP. 6.*

EST periculosissima hîc quoque oĩum intermittẽs. Hæc fit, vbi distẽtionem interpellat quies:
cuius multæ sunt species,omnes illæ quidem periculosæ,sed mutuo plus vel minus dissiden-
tes. Vbi enim vehementior secundus motus sit priore,commodius est: vbi languidior,periculo-
sius. Iam tardior item,signum est periculosius: celerior,commodius. Hi.n.pulsus generanť,cum si
mul & certat natura & impeditur ab insalubribus causis. Ergo cum reijcere illas quodãmodo va-
leat,atque veluti vinculo aliquo soluta motum à quiete præstet priore potiorem, signum est com
modius: cum deteriorem,periculosius. Melior autem motus est vehemens & celeris, languido &
tardo. At vero prior motus alterum nihil excellit penè in magnitudinis & paruitatis differentia:
potest.n.in simili pariq; affectu,nunc præcedens quietem pars motus maior esse,nunc insequens, F
nunc ambæ esse pares. Cæterum duritia & mollitudine nunquam distent arteriæ duo occursus,eo
ꝙ maius spatium requirat ea mutatio, cum vel in collectiuis inæqualitatibus raro in vna conside-
ratione pulsum offendas duritia & mollitie inæqualem. Vibratus tñ magis alter sæpe occursus,tũ
in vnius pulsus inæqualitate,tum in collectiua apparet priore: quocirca imperitiores fallat fortas-
se,quasi durior sit. Symptoma vero est vibratio duræ arteriæ, cum amplius cogitur vi distendi: at-
qui non fit tum re vera durior,sed violenter impulsa,vt distẽdatur amplius,hoc habet symptoma.

†Legitur in antiquis. καὶ ἐστὶν ὁ σκληρώδης τε καὶ ὁ κλονώδης.i. Atque est quidẽ durus & vibratus.

† Atque est quidem vibratus ⁊ occursus æquali deterior,nisi tunica arteriæ ex causa repẽtina in-
duruerit: pessimus vero,cuius tempus quietis sit prolixius. Intermittẽs in vno pulsu inęqualitas
omnium inæqualitatum est incommodissima: causas.n.habet genere easdem,ac collectiua,sed de
terior illa est multo: nam illa,si nihil aliud, at simplices motus confici præter vllum obstaculũ per-
mittit: hæc ne hos quidem pro lege naturæ obiri sinit,sed obstat,motuq; priuat arterias,non in ter
tio quoq;,vel quarto,vel pluribus ẽt pulsibus, sed in ipso statim primo. Quæ igitur diximus de il-
la,hæc sunt ad hanc omnia transferenda,sed cum accessione,vnaq; hac diuersitate,ꝙ pręsentẽ mor
tem denunciat. In hoc genere pulsuum caprizans est,cuius exposuimus naturam, aliorumq; om-
nium in libro primo de eorum differentijs. G

Quid Significent pulsus,qui in Vna distentione Duos habent ictus. *CAP. 7.*

PORRÒ aliud pulsuum genus est in vna distentione inæqualium,qui in communi habẽt binos
ictus,eãm tñ non habent communem. Cæterum horũ sunt,vt declarauimus in secundo libro
de pulsuũ causis,tres,vnde generantur,causæ.†De duabus in illo libro diximus: nunc vero ẽt cõ-
memorandi gratia dicemus de tertia: de qua tm̃ iam dictum est,inæqualem eam esse intemperiem
ipsius corporis cordis,verum totam eius explicationem in hunc locum reiecimus. Nũc iam locus
est eius declarandæ: atq; etiam reliquos oẽs pulsus inæquales,quia oratio cohæret, qui ipsius cor-
poris cordis succedant inæquali intemperiei,hoc sermone percurram: inducamq; hic rursus ora-
tionem ab apertissimis inæqualitatibus,quas collectiuas appellãt. Corpus cordis facultatem quã
dam obtinet,quæ distendit & contrahit,nõ temere illam quidem,nec fortuito à natura donatam,
neque ociosam, sed,sicut alijs locis demonstrauimus, tuendi gratia innati caloris. Hæc in contra-
ctionibus fuliginosum excrementum effundit, in distentionibus allicit refrigerium. Itaque, cum
ex æquo calidum,vel frigidum,vel purum,vel turbidũ sit,omnes eius partes pari impetu ad fun-
ctionem contendunt: vbi vero aliæ calidiores,aliæ frigidiores sint eius partes: ac hæ omnino mũ
dæ, illæ abundantia excrementorum confusæ: non eodem omnes impetu ad munus feruntur,sed H
hæ anteuertunt,illę cunctantur. Atque hic maiorem numerum,& validius ad opus contendentẽ,
pauciores imbecillioresq; consequuntur: neque enim diuelli illæ,neque distrahi ab se mutuo,quę
vnius instrumenti sint partes,possunt. Vt aũt plures & maiori vi ad actionem properãtes,vniuer
sum cor excitant: ita contrà,vbi pauciores sint,quæ ad motum properant,quæ consistunt,plures:
vniuersum in lõgiore quiete continent. Iam vero etiam motus qualitatem ex prępollentibus in
se partibus comparat totum viscus: nã,calidiores si motui præsint,maturior simul,& celerior,ma-
iorq; fit distentio: sin frigidæ,serior, tardior, atq; minor: ac subinde motus principatus maiori nu
mero partium deferť: sæpe etiam magnitudini vsus: quæ.n.mire quippiam desiderant,hæ expedi
tiores ad opus & intentiores sunt,etiam si numerum æquent non requirentium. Quum igitur lõ
ge alteræ plures sint alteris, pro illarum ratione mouetur perpetuo viscus & agit: at,si paulo alte-
ræ alteris vel plures sint, vel planè pares, non possunt perpetuo alteræ esse superiores,sed vicissim
vincunt,atque vincuntur: itaq; varios efficiunt & inæquales totius visceris motus. Sint.n.exem
pli gratia,plures,at non multo,partes frigidæ calidis: hîc primam actionem necesse est minorem,
tardioreq; esse: nec non quietẽ in harũ victoria longiorem, quã si superarent calidæ. Iam ẽt altera
cordis actio vincentibus frigidis fiat: à qua iterum quies. Quin ẽt tertia & quarta præterea actio
& quies

†Al. ex antiquis. De duabus sanè dictũ quidẽ est ĩ illo libro, dicetur tamẽ & nunc cõmemorandi gratia: de tertia uero eã,dictũ quidẽ iam & hoc tãtum est de ipsa, inæqualem &c.

A & quies ex frigidarum victoria obeatur, quid partes calidiores, quibus maiore pariterq; celeriore atque crebriore motu est opus, non ne deficient eo, quo indigent? Itaq; interea fient calidiores, ac non nihil impartient caloris etiam vicinis: quo minus cordis primus status seruabitur, siquidem & plures fient calidiores partes, & magis, quam antea, calidæ. Quod quia perpetuo fit, erit aliquãdo, cum hæ etiam victuræ contraria sint, vt & maturius se ad opus conferant ob visus stimulum, ipsamq; reddant actionem celeriorem atque maiorem omnibus prioribus motibus, quibus præerãt frigidæ. Accidet igitur interea, vt, quæ excellebant, iusto fruantur refrigerio: quæ vero erant frigidiores, largius iam refrigerentur: itaq; diuturnitate immutetur iterũ totius cordis status, vt vincant frigidiores. Nam, cum abunde calidiores fruantur refrigerio, ipsæ vero frigidiores præter modum refrigerentur, vnaq; finitimis frigiditatem impartiant, non poterunt sic frigidiores non fieri plures: simulq; interim motum totius cordis necesse est denuo ad talium visum fingi, fieriq; eius raras, tardas, & paruas distentiones, quales posuimus primo fieri. Proinde, quę retulimus paulo ante de illarum immutatione, hæc nunc commemorentur iterum: simulq; de reditu in pristinum statum, quæ diximus ante, ad memoriam reuoca: nam ita demum probaturum me puto tibi pulsuũ continentem variationem, dum intemperies illa in corde consistat. Eodem modo, postea quam ob

B fumosorum excrementorum multitudinem intemperie inæquali viscus corripiatur, in collectiuã inæqualitatem motus pulsuum erumpet. Neque vero mirum est vel inæqualitatem vnius pulsus fieri ob cordis intemperiem: etenim partes arteriarum calidioribus eius partibus oppositæ, & calidiores fient aliis, & dilatabuntur magis, celeriusq; mouebuntur: frigidioribus oppositæ, & ipsæ erũt frigidiores, & mouebuntur tardius, & minus dilatabuntur. Cum vero oppositum fuerit totũ vas calidioribus cordis partibus, tum celerius mouebitur, tum magis distendetur hoc, quàm illa, quæ frigidioribus obiecta sunt. Et etiam præter cor, intemperaturæ quædam arteriarum peculiariores, inæqualitates illas commemoratas concitant magnitudinis, paruitatis, celeritatis, tarditatis, raritatis, crebritatis: quæ si longe de natura deflectant, etiam vehementiæ, & remissionis. Iam vero etiã, in ipso corde omnibusq; præterea arteriis, ex visceris illius inæquali intemperie plures in vna distentione motuum differentiæ prodibunt, partim illam ad celeritatem concitantium, partim sustinentium & morari cogentium adeo, vt etiã in medio interim ascensu subsistat. Id quod & illis vsu venit, qui in itinere vel alio quouis modo alteros cunctantes trahunt: retracti.n. ab illis inordinate frangunt impetum & interpellant, vt non eodem semper modo moueantur, immo resistant frequenter. Qui si obnitentes, ac retrahentes trahant, non modo eorum impeditur motus, vt vel tar-

C dius, vel nequaquam interdum procedant, verum ẽt retrahũtur aliquando rursum. Atq; hęc quidem cordi & arteriis omnia accidunt per inæqualem intemperiem.

Caprizans pulsus & Dicrotus quid denotent. CAP. 8.

CAprizans aũt ex genere est illorum quidem, qui in quiete intercipiuntur: non nunquam tñ eiusmodi cordis affectus consequitur: vt ẽt dicrotus, qui ex genere est intro retractorũ: comitatũ tñ non nunquam & ille cordis inæqualem intemperiem: atq; adeo, cum collectus sit in multis eius partibus ingens excrementorum fuliginosorum aceruus. Nam, si vnà contingat, vt quędã omnino sint præcalidæ, aliæ fumosa fuligine præfocentur, ad contrarios prosilient motus: vt alteræ distentionem moliantur, alteræ considant. Itaque, siue quia, dum distenditur arteria, partes, quæ contrahunt, actione sint functæ, succedet contractio interim distentioni vel citra externam quietem: siue quia, dum contrahit, partes, quæ contrahunt, actione sint functæ †. Quorũ vtrunque pluribus modis fiet. Aut.n. planè vincet secundus motus priorem: aut aliquãtum retrahet, victor aũt prior modum institutũ complebit: Vt tres numero differentię fiant & in distentione & cõtractione, prima, cum distentionẽ, priusquã mensurã impleuit, contractio excipiat: altera, cum prorsus cõpletæ succedat externa quiete perdita: tertia, cum distentionem motus contrarius non dum abso-

D lutã retrahat, qui debilior redditus reliquum sinat cõpleri. Haud aliter etiam contractionẽ distẽtio nunc absolutã consequitũ, nec permittit consistere: nũc ẽt, priusquã confecta sit, impeditã & victã excipit: non nunq̃ retrahit non nihil, superatũ tñ. Hi motus arteriarũ fiunt interdũ vel extra affectum cordis, aut propter earum inęqualem intẽperiem, aut facultatis imbecillitatem, aut propter duritiem tunicæ: de quibus & si sermonem iã ante habuimus in secundo libro de causis pulsuum, tñ hic exponam, sed summatim: si huius primum admonuerimus, quod de inęquali cordis intemperie modo explicauimus, in hanc nos commentationem produxisse, cum q; ẽt tũ inuestigaremus de ea & expenderemus lõga experientia, sicut alia omnia, quę dixi & sum dicturus: tum quod nihil dum in illis commẽtariis attulissemus de facultatis essentia. Neque enim prius hoc decretum, quã omnibus particularibus reperissem consentiens, pronunciare fui ausus. Nũc, quando essentiã facultatum adducti sumus nihil esse præter qualitatem temperamenti, omniaq; & in dignoscẽdo, & pręcognoscendo, & curando, conuenire cum hoc decreto animaduertimus, non absurde nos arbitramur fecisse, qui pulsus hic comitantes cordis inęqualẽ intemperiem explicauimus. In quibus sunt non nulli, vti dicebamus, qui etiam absq; illa consistent. Itaque dicrotus quidem est pulsus vibratus, quem primo equidem vnum bis ferire putaui, verbis deceptus Archigenis, geminis ipsum mallei ictibus ad incudem assimilãs, Cum enim durum quiddam resultare ab altero duro ita

tullam,

* dilatant.

† [illegible]

tuissem, à quibus adductus sum circa notionem rei in errorem, ex iisdem in dignoscenda ipsa sum E lapsus. At, posteaquam incumbens semper & instans sedulo, vt contractionem dignoscerem, tandem arteriam manifesto sensi modo mollem & non vibratam considere aliquantum, moxq; distẽtionem conficere, posthac affectus obseruaui, qui habent eos pulsus: & tandem aliquando à multa obseruatione, hæc potui comperto, quæ nũc expono, affirmare. Sanè mihi videtur etiam Archigenes accurate pulsus bis ferientes obseruasse, sed parum bene eos declarare: & affectus, quos comitantur, ignorare. Neque enim ita nude eos, neque mallei geminis ictibus ad incudem assimilaret: neque præteriret, vnde procedant, originem. Id quod etiam nos multo post tempore assecuti sumus, nec non huius commentationis alia complura. † Tuq; rem esse ita comperies, si aliquam diligentiam inducas & studium ad opus conferre, quale nos adhibuimus: nam absque eo, nec cognoscere de illis quicquam veri valeas, & ipse operam ludas. Tres ergo affectus hactenus, originesq; bis ferientium pulsuum inuenimus: Vnam vibratorum, hac sola re ab illis distinctã, quod, cum breuem pulsus longitudinem habeat ex vtraque parte arteriæ, obscura vibratio sit: quamobrem dicrotus, non vibratus videtur: Alterã, in qua nõ vibratus est pulsus, sed arteria dura, adeoq; facultas imbecilla, vt à corporibus incumbentibus degrauetur, tamen aliqua parte sita ad cutem attollat libere: hanc enim cum solam sensu percipiant tangentes, erit aliquãdo pulsus dicrotus, vbi F præ oneris leuitate exilientem illam partes vtrinque considentes nec consequentes retrahãt, à corporibus impositis grauatæ: quæ idcirco nec sensibilem concitant motum, nec, quẽ concitant, hũc concitant similiter parti arteriæ conspicuæ, cæterum cunctantem & morantem: interea enim fit, vt ab illis, quæ prius exiliit, retrahatur, cum dura est arteria, nam alioqui in eiuscemodi affectibus non fiat retractio. Atque hi quidem duo pulsus tum dicroti sunt, tum duri. Tertius, qui ex intemperie nascitur, haud est dicrotus, sed bis modo pulsans, neque necessario durus: quem si velit quis dicrotum appellare, nihil refert: hoc tantum meminerit, non esse similem corporibus duris, quæ à duris repercutiantur: sed, vt paulo ante diximus, concertantibus fit mutuo duabus facultatibus, & quæ distendit, & quæ contrahit cor. At, quibus in morbis, quibusq; de causis & affectibus ad inæqualem cor intemperiem deueniat, nihil est, quod nunc dicam, sed in proximis commentariis explicabitur. Tantum hoc loco satis sit, inæqualem intemperiem cordis, quæ quidem ipsum corpus teneat visceris, comitari pulsum bis ferientem: consequi etiam illum, qui perdidit externam quietem: ad hæc illum, cuius impeditur distentio. Præterea demonstrauimus illos, quorum motus interpellatur quiete, comitari omnes, inæqualem cordis intemperiem. Quin etiam citra interpellatam distentionem, qui inæquali repræsentantur tarditate & crebritate, planè etiam hi G præter alias, à quibus gigni eos demonstrauimus, & hanc causam obtinebunt, de qua sermo habetur, inæqualem cordis intemperiem: si quando inter se adeo contendant calidæ partes cum frigidis, vt subsistere interim necesse habeant calidæ retentæ à frigidis: interim celerius frigidæ moueri à calidis attractæ.

† Al. ex antiquis. Tuq; huiusmodi res inuenire poteris, dummodo aliquam &c.

Vndosus & Vermiculans, quid annuncient. CAP. 9.

ALiud ad superiora genus est inæqualitatis in vno pulsu, quod non raro animaduertitur, nec in paucis affectibus: immo præter cætera frequenter, atq; in multis. Inuenitur hoc tum, cum arteriæ propinquior pars principio prius mouetur. In quo genere vndosus, atq; vermiculãs pulsus sunt, quos mollis arteria, & facultas non valida constituunt. Ac vermiculans non modo non validam, sed & infirmam facultatem denunciat. Vndosus interdum hoc ipsum dũtaxat significat, non firmam esse, non statim tamen infirmam: interdum etiam mediocriter firmã, cum præsertim decretorium sudorem promittit: in humidis enim inuenitur & pituitosis morbis, cum ipsa solida corpora nimia humiditate imbuta emollita sint: id quod potissimũ accidit in morbis lethargicis, & febribus quotidianis, illisq; etiam, quas † palustres & halituosas} appellant. Iam etiam tarditatem, & raritatem, magnitudinemq; ĩ his omnibus acquirit pulsus: qui si præterea altitudinem, H & vehementiam nactus sit, decretorium sudorem significabit. Magis hic sperãdus est, si plures vehementes, & alti appareant, ꝙ contrarii. Qui si æqualiter appareant, salubrem simul, & breui sudorẽ promittunt, maxime si indicia appareant concoctionis morbi: siquidem liquet vtique nec inflãmationem vllam, nec scirrhum, nec constrictionem ex frigore, nec immodicam siccitatem, nec affectum conuellentẽ corpus hominis, si vndosus sit pulsus, tenere, ꝙ nec indurescere in eo pulsu, nec tendi arteria possit: etenim molli omnino, vt modo dictum est, ea est opus: quo, cum robur, quod excitat & distendit, claudicet alicubi, illic hæc decidat, atque velut vndæ formã efficiat. At, dura & contenta ẽt sicubi, infirma, quæ ipsam attolit, facultate, cesserit, ea ipsa tñ pars vnà cum illis, quæ ex vtroque latere sunt, attollit. Proinde in dura arteria, ne siqñ reperias quidem eiuscemodi pulsum, vt prior semper eius pars prius distendatur, vndosus tum vel vermiculans fiet: verum potius inæqualitatem habebit, quæ consistit in prima & vltima parte arteriæ, quæ mouetur, tunicæ. Vndosi & vermiculantes cum hoc habent, tum vero cumulum obtinent quasi vndarum formã, qui in humidis occurrunt affectibus, cum nullum scirrhus viscus teneat, nec inflammatio. Verum enimuero & in aqua inter cutẽ, præcipue quæ anasarca & leucophlegmatias vocatur, talem perpetuo pulsum

† ἑλώδεις τε καὶ τυφώδεις.

A ſum,reperies,niſi,quia induruerint ſcirrho quædam viſcera,acciderit(quod frequens eſt)aqua in-
tercus.Nam eã quidem,quam ſuppreſſa hæmorrhois,vel menſtruorum ſuppreſſio cõmiſit,atten-
dimus exactos ſępe vndoſos & vermiculantes pulſus comitari: quãdoquidem frequenter in eiu-
ſcemodi aqua inter cutem nullum indureſcit ſcirrho viſcus. Itaq;,vt de integro ſermonẽ ſumma-
tim reſumam,vndoſus pulſus ex humida molliq; arteria orit̃, ſimulq; ex facultate modice affecta:
vermiculans ex molli quidem,verum ex debilitata inſigniter facultate.Quamobrem ẽt ſine febri
bus ferè ſolet largis vacuationibus ſuccedere,ſanguiniſq; profluuijs,& alui fluoribus,choleris,va-
lidis purgationibus,vomitibus vehementibus,vrinis copioſis,deniq; menſium immodicis proflu
uijs,ad hæc vacuationibus per hęmorrhoidas,ſanguiniſq; ab vtero profluuijs.Iam fluorem etiam
muliebrem,quẽ vocant,ſudoreſq; prauos,hic pulſus excipit: Et vero ẽt hos, quibus immodica hu
miditate computruit pulmo,id ſcilicet temporis,cum eorum iam laboret facultas. Verum, ſi qua
tñ eum affectum inflammatio conſequat̃,additur illis durities,neque amplius vident̃ vermiculan-
tes.Proinde nec hecticas,quas vocant,febres(in quarum numero marcidę ſunt omnes,& quæ ta-
bi ſunt adiunctæ)conſequuntur pulſus vermiculantes: conſecuturi omnino,quod ad affectam at-
tinet facultatem,niſi coniuncta hiſce affectibus ſiccitas,arterias redderet duras. Attamen habẽt illi
B prorſus huius generis pulſuum inæqualitatem, vbi fuerit inſigniter facultas debilitata, ob quam
in priore arteriæ parte diximus prius apparere motum: quod eſſe Eraſiſtratus perpetuum confir
mat: verum ſecus ſe res habere cernitur,vt nunc declarauimus.

Decurtati Quid ſignificent. *CAP.* 10.

POſt prædictos pulſus ſunt illi, quos decurtatos appellant.Horum duplex eſt genus, alterum
in vna diſtentione arteriæ,alterum in acceruo.Quod in vna diſtentione fit,facultatis imbecilli
tatem vnà cum corporis gracilitate arguit.Eſt autem admotis digitis arteria tangenda: deinde, ſi
animaduertatur interea in arteriæ primis partibus maior pulſus,vel vehementior, vel vterque: in
poſtremis minor,vel languidior,vel ambo: primus digitorum applicatorum eſt attollendus, per-
ſpiciendumq;,vtrum ſimilem illi,qui ante erat,cũ hic ſuſtolleretur, ſequentes digiti motum perci
piant,an vehementiorem,& maiorem: nam languidiorem quidem certe,vel minorem,vbi eleua-
tus ſit primus digitus,omnino ſentire nequeas.Ergo,ſi motum ſimilem digiti ſequẽtes ſublatum
digitum ſentiant,ſua ſponte arteria decurtatam diſtentionem habebat: quod nobis infirmæ facul-
tatis erit veſtigium,quã in illas docuimus ex corde influere.Nam,illa qñ bene comparata eſt, vſq;
C ad finem arteriarum omnium contentio,quæ attollit eas,ſimiliter permeat: at in pulſibus decurta
tis paulatim exoluitur,tantoq; efficitur ſolito imbecillior, quantum eſt à principio remota.Quòd
ſi eleuato tu primo digito,poſtea motum percipias,quàm antea,validiorem atque maiorem,decla
rat ille quidem etiamnum facultatis arteriæ debilitatem,ſed minorem certe,quàm ille,quem prius
diximus: quòd illic facultas exolueret̃ diſcedens à principio: hic maneat, quantum in ipſa eſt, par,
ſed grauata ab iniectis digitis imbecillius moueatur arteria: quod quidem minus habet periculi,
neque enim ita ipſius cordis,vt arteriæ,quam tangimus, oſtendit affectum: alterum ipſum potius
debile eſſe cor ſignificat,quòd protendere non perinde,ac prius, ab ſe actionem ad extremas vſq;
partes animantis queat. Quare in hoc genere pulſuum,vt exquirere ad vnguem poſſis totum ar
teriarum affectum,varie admotis opus eſt digitis.Nam,arteriam digiti applicati ſi premant,aboli-
tus eſſe pulſus in hiſce affectibus apparebit: ſin attingas leuiter, imaginem præbebit pulſus decur
tati,& vel duobus duntaxat digitis,vel tribus,vel etiam quatuor occurrẽtis.Hoc ex gracilitate ani
mãtis accidet & facultatis imbecillitate: quod quo ſit gracilius,hoc plus arteria appareat: quo craſ
ſius, hoc minus: Et ex facultate item, quæ quanto eſt firmior,tanto plus: & tanto minus,quanto
imbecillior eſt. Atque, in ea ratione tangendæ arteriæ cum ſublato primo digito non iam ſimilis
D ad ſecundum pulſus permaneat,ſed appareat maior vehementiorq;,eſt validior quidẽ cordis con
tentio,vt quæ ęqualiter vſque ad finem influat: ſed onerata admoto primo digito arteria deterius,
cum ille adſit,diſtendit̃, quocirca remoto illo,qui degrauabat, melius.Quòd ſi aſſimilis pulſus ad
ſecundum digitum videat̃,ac videretur prius,quàm eleuaretur primus, decurtatus motus in ipſis
arterijs eſt,& non in exploratione per tactum: id quod fit,cum,ex corde quę influit facultas,remit
titur paulatim. Sin moueri arteria ſublato primo digito probius videatur, nõ planè tñ ſimiliter,vt
ad primum digitum,ambos affectus denotat cõiunctos eſſe.Et ſanè ſic ferè ſolet fieri in eiuſcemo
di inæqualitatibus. Quare multi poſtea ſunt pulſus reſpiciendi,comparãdiq; inter ſe accurate mo
tus: etenim,qualis erat in prima applicatione,tales aliquãdo omnes fiunt. Sæpe vero minores red
duntur & languidiores,in quibus pariter debilis eſt facultas. Sin deficiant prorſus, tum multo ſa-
nè magis declarabunt facultatis imbecillitatem. Atqui hic ſunt ſummouendi omnes digiti, dein-
de ſpatio paruo interpoſito de integro admouendi: etenim inuenies plerũque, cum iterũ digitos
admoueris, arterias pulſantes.Nam,ſi omnino pulſus abolitus videat̃ ẽt in hac applicatione, ſcien
dũ eſt ipſo illo tempore primam applicationem factã eſſe, quo arterijs vſu venit ad abolitionẽ pul
ſus tendentibus,paruã adhuc portionẽ motus retinere. Sed hoc,vt dixi,eſt rarum: nã ferè, ſi paulo
poſt iterum tangamus,offendimus pulſantes. Quare declarat̃ illas, cum admotos digitos non ſe-

rant,ad motus extremam remissionem deuenire: atque hoc in causa erat, cur nos pulsus lateret. E
Etenim bifariam & ipse aboletur pulsus,vel quia prorsus non pulsant arteriæ, quod extremũ malum denotat: vel quia pulsant quidem,sed ita languide & parum, vt sensum fugiant. Sane est hic affectus,si remotus sit ab omni animi defectu repentino,grauissimus: sed vero multo etiam deterior alter,in quo vere non pulsant, deterior autem multo,immo exitiosissimus & pessimus, nimirum demortuis iam arterijs. At vero,si diutius applicatis leniter digitis, vt palpent tãtum,reciprocetur motus,is minus exitialis affectus est. Reciprocatur modo ad vltimam pulsus abolitionẽ, modo ad paruum pulsum & languidum: quamobrem vocantur etiam reciproci vtriq;, sed hoc interest inter hos,quòd illi decurtati sint reciproci,hi deficientes reciproci. In huiuscemodi æstimãdis ita debemus partem componere,quamcunq; tãgamus ,vt subter arteriam noster tactus sit: ita fiet enim,vt q; minimum à digitis premantur & ab obiecta cute. Poterit autem re ipsa quilibet perspicere,q; hæc digitorum applicatio ad dignoscendum referat obscurum motum. Equidem non raro,cum admouissem superne digitos arterijs,nullum motum animaduerti: quem, vt primum conuerti membrum,percepi statim. Omnium vero sunt pessimi, qui ab amisso motu minime reciprocant inuerso membro: minus his,qui iuerso illo vident moueri: quibus etiam minus,qui sunt decurtati,non tamen perdunt plane oẽm motum: iam etiam his minus reciproci decurtati,adeoq; F
si multis simul digitis occurrant. Cui equidem maxime animum aduertendum censeo, & attendẽdum accurate,qua sit corpus gracilitate. Nam,si corpore extreme gracili occurrat motus arteriarũ pluribus digitis,non hoc facultatis robur,cæterum corporis efficit colliquatio: sed, cũ modice est gracile,si tribus vel quatuor digitis occurrat motus arteriæ,non mediocre,vt in talibus, bonũ est: videtur enim in agendo aliquid retinere contentionis. Numerus autem digitorum,quibus motus est occursurus,suus cuique arteriæ est: neque enim æque omnes extant & secundum cutẽ positæ sunt. Ad hanc rem magnopere refert naturam tenere ipsius ægroti: quibusdam enim sua spõte pulsus minor est,aliquibus breuior: vnicuique enim modus quantitatis ad suam naturam referendus est. Hæc si nos naturæ ipsius ægroti proprietas lateat,ex communioribus differentijs coniecturam facimus temperamenti corporis & habitudinis: ac in temperamẽto præsertim calidi & frigidi differentiam respicimus: in habitudine, gracilitatis & corpulentiæ. Ac fit interdum,vt ambæ inæqualitates pulsuum,tum quæ in vno pulsu,tum quæ in aceruo consistit, concurrant. Sæpe quoque illa,quæ in vno pulsu consistit, non adest: quæ autem in aceruo,reperitur manifeste. Atque,cur lateat inæqualitas vnius pulsus,causa duplex est: aut affectionis paruitas,aut ipsorum pulsuum breuitas. Nam, si affectio,quæ decurtatos in aceruo concitat,non perinde grauis sit, in vna G
distentione est æqualis, in pluribus autem decurtatam inæqualitatem acquirit: sin ingens sit affectio,breui autem pulsus quantitate,vt vni dũtaxat digito occurrat, vt verissimus sit certissimusq; decurtatus, non perceperis eius inæqualitatem: pluribus enim digitis occurrat, oportet, quæ in vno pulsu inæqualitas decurtata erit. Ex his igitur liquet vtrunque genus decurtatorum pulsuum significare facultatis imbecillitatem: verum,quod in vna distentione est, ægroti etiam gracilitatem corporis demonstrat: quod autem in aceruo est, posset non nunquam vel sine gracilitate fieri. Magnitudinis noxæ in vtroque genere rationem docuimus inueniendę. Ac de decurtatis pulsibus hactenus.

Contrarius Pulsus superioribus Quid denotet. CAP. 11.

SVnt,qui memoriæ prodiderunt reperisse aliquando se commemoratis genus pulsus contrarium. Nam in carpi arteria,quæ ferè solet tangi,apparuisse sibi aiunt latiorem pulsum ad inferiorem terminum,decurtatum illum quidem etiam, verum partem eius tenuiorem non deorsum versam veluti ad digitos esse, sed superiorem regionem & secundum cubitum tenere. Equidem arbitror illos homines, quos cum eiuscemodi pulsibus se inuenisse aiunt, non ob temporaneam causam, sed propter natiuam conformationem partium secundum carpũ ipsos habuisse. Siquidẽ H
raro quidem talis conformatio,sed reperitur tamen, vt pars arteriæ, quæ ad carpum est, collocata sub ipsam cutem sit: superna pars eius tota,quæ superior est,tecta sit maiore mole carnis: inferior, quę ad ipsum carpum tendit,affatim demergatur in profunditatẽ. Hisce hominibus,non per morbum solum,verum etiam per sanitatem pulsus decurtatus videtur: superne quidem & ad cubitũ, quòd angustiam habeat: inferne atque ad carpum,quòd latitudinem. At istos, qui de hisce pulsibus,vt insalubribus, scripserunt,rem parum diligenter attendisse apertum sit cũ ex alijs,quę prodiderunt,tum q; non adscripserunt,quid denotẽt. Scilicet hoc in aperto est,nihil eximium, quod ab ijs pulsibus denotẽt,comperisse,quippe qui ex natiua conformatione, nõ ex insalubri affectione, proficiscantur. Quamobrẽ sæpenumero dixi nihil perinde facere ad dignoscendos pulsus,vt pulsus natiui,quẽ quisq; habet,notitiam. Etenim aliæ etiam arteriæ sunt,quæ contra,ac illæ,cõparatæ sunt,vt sola cute in superiore regione sint intectæ: cũ vero descenderint ad carpum, demergãtur. Itaq; horum etiam videt̃ decurtatus pulsus. Aliorum itẽ natura circumnuens pulsus est & innuẽs vtrinque præter communem naturam: quem non morbus, aut vlla deniq; causa præter naturam, sed creat conformatio natiua. Quæ,nisi calleamus,qñ ex natura proficiscunt̃, in maximos errores impingemus. Fit enim,vti docuimus,pulsus decurtatus in quibusdam ex causis præter naturam:

in

A in non nullis tamen inuenitur etiam ex propria conformatione: quomodo etiam innuens & circumnuens, quem vocant: atque hic quidem, si arteria ita sit conformata, vt eius pars duntaxat media nudæ subiecta cuti sit, partes autem vtrinq; altius demergantur. Fit ẽt ob imbecillitatem facultatis, quæ attollere onus nequeat: qui quando affectus ingrauescat, flexum in alto quendam pulsus repræsentat, non circuli figuram: quem flexũ non male Archigenes appellauit γωνίωσιν (quasi angulositatem dixeris) nam altitudo arterię non vt circuli iam figura, sed vt vertex trianguli mouet tactum. Et magis iam ei hoc accidit horrescenti & rigenti ex frigore, vel quomodolibet aliter induratæ. Itaq; hunc subinde est cernere initio grauium accessionum, cum refrigeratione inuadentium: non in his tñ oĩbus, vel solis, vt quidam putãt. Nam, si arteriarum durities flecti ægre queat, facultasq; imbecilla grauet vtrinque, perdit circuli veluti circunferentiã, refert aũt verticem trianguli, ꝙ propter duritiam arteria nequeat paulatim flecti, & ad profunditatem vtrinq; ĩclinari, sed vibret potius, ꝙ̃ flectatur per duritiam. Qui quidem illi affectus frequentes in accessionibus bene refrigerantibus sunt: accidunt tamen interdum sine inuasione accessionis: vt contra in accessiones, quæ non perfrigerant, pulsus talis prorsus non cadit. Sed, qm̃ de his latius posthac statuimus dicere, præstiterit non diutius huic loco immorari.

B *Pulsus Tremulus quid significet.* CAP. 12.

PORrò ex horum etiam genere est pulsus tremulus, qui non perinde est conspicuus. Quando vero (vt in secundo libro de causis symptomatum declarauimus) imbecillitatem facultatis cõsequitur tremor, necessarium est ideo tremulum pulsum etiam languidum simul & paruum esse: atq; hac de re fugiunt tremuli motus, qui, vt cognoscanẽ, insignem distentionem requirunt. At tremulus pulsus imperitis interdum videtur vibratus: vnde adducunẽ sæpe eum vidisse. Verum hoc loco non requirunt hæc prolixiorem orationem, ꝙ secundo libro de causis symptomatũ, quid inter tremorem & vibrationem intersit, explicaui: ex quibus clare, qui pulsus vibratus sit, intelliges: et hoc ẽt, tremulum infrequentem esse, & apparere id temporis tm̃, cũ nec facultas semel prostrata sit, atque arteriæ tunica mollis, habitudoq; corporis gracilis. Ita enim futurum est, vt nec pulsus magnopere parui sint, sed parum distãtes à naturalibus: nec planè languidi, sed vt innoxie applicationem ferant digitorum, quorum ad hos pulsus dignoscendos necessario opus est. Quòd si qñ pulsus tremulus incidat, facultatem imbecillam, atque tunicam arteriæ renunciat mollem, & vero etiam corporis gracilem habitum. Sed de inæqualitate causisq; eam efficientibus hæc sufficiunt: etenim, si quid prætermissum sit, facile assequeẽ, qui hæc, quæ nunc docuimus, diligenter edidicerit, & illa, quæ in secundo libro de pulsuum causis exposuimus.

C

Quid Ordo & eius Perturbatio annuncient. CAP. 13.

REstat, vt de ordine, & eius perturbatione dicamus. Sanè videẽ quisque ordo perturbationi eiusdem generis præstare. Eiusdem generis addidi, ꝙ fieri possit, vt perturbatio ordinis ex altero genere præstet ordini alterius generis: Exempli gratia, qui magnitudine inordinatus est, vel celeritate, minus incommodus est intermittente in ordine aliquo. Item productus rarus, licet ordinem aliquem seruet, deterior est inæquali in vehementia & magnitudine & celeritate. At eiusdem generis ordo potior esse perturbatione videtur, propterea quod naturæ nostræ ordo cum primis familiaris sit. Non tamen ita absolute hoc pronunciandum est, sed hac adhibita distinctione: ordo fixam quodammodo causam & perpetuam esse, videtur indicare: perturbatio ordinis variantem, nec in vna manentem vel magnitudine, vel specie, vel regione. Talis autem causa non perniciosior, sed incertior censenda est: potest enim hæc commigrando nunc in regionem ignobiliorẽ, nunc in nobiliorem se conferre: itaq; vel mortem repentinam, vel salutem afferre: ordo vero non inexpectatum habet, sed certum euentum. Ordo enim in incommoda inæqualitate, vt, exẽpli gratia, in intermittente, certo cum exitio coniunctus est: qui vero est in moderata, vt in inæqualitate

D magnitudinis & paruitatis, constanter est lenis. Perturbatio ordinis, si in nobiliorem partem causa migret, quæ concitat inæqualitatem, lenem potest periculosam reddere: & periculosam contra lenem, si hic quoq; trãseat causa in ignobiliores ex nobilioribus. Nihil igitur certi, nihil firmi perturbatio ordinis habet: neque tale, quale ordo, vel bonum vel malum. Veruntamen, si cũ vehementia pulsus fiat aliqua ordinis perturbatio, siue æqualis siue inæqualis vehementia, cum signa coniuncta sint concoctionis, expectanda aliqua iudicatio est: multoq; magis, si huc alia signa iudicationis accesserint. Itaq; hac etiam re perturbationes ordinis antecellunt ordinibus, quatenus cum cætera omnia paria sint, ad iudicationem procliuior natura sit, in ordinis perturbationibus.

GAL. DE PRAESAGITIONE EX PVLSIBVS
LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Pręſagitione ex pulſibus, Qui in proprijs Cordis & Arteriarum affectibus deprehenduntur.

Quid Superioribus libris actum, Quid hoc agendum: ac qui Corporum ſimilarium ſint affectus. CAP. I.

HActenus, quæ vis inſit in vnoquoque pulſu, declarauimus: nunc de his agemus, qui paſſionibus ſunt peculiares. Paſſionem hic voco, quicquid præter naturam ſit: ac peculiares cuiq; pulſus, tum qui perpetuo illum comitent, tũ qui frequenter. Qm̃ aũt, quicquid præter naturã eſt, vt alias demõſtrauimus, F aut affectus ſunt, à quibus primo functio lædit, aut cauſæ horum, aut ſympto mata, dicã primo de affectibus. Et, qñ hos ẽt partim oſtendimus ſimilaribus corporibus proprios eſſe, partim inſtrumentalibus, exordiar de ſimilarium affectibus. Hi ſunt octo numero, ex intẽperie oẽs profecti: ſed inter eos hoc intereſt, ꝙ quidã ſimplices ſunt, compoſiti alij. Simplices ĩtemperies ſunt, calor, frigiditas, ſiccitas, humiditas: cõpoſitæ frigiditas vna cũ ſiccitate, calor coniunctus cum ſiccitate, frigiditas cũ humiditate, calor cũ humiditate. Oſtenſum igitur eſt de hac intemperie in cõmentarijs de tẽperamẽtis: explicauimusq;, quẽadmodũ interdũ ſanũ eſſe calidum et humidum dicamus, ac quemadmodum morbũ, qui functionem aliquam immodica humiditate & calore offendat. Huius præterea admonẽdum eſt, pulſum per intemperiem, niſi affectæ arteriæ ſint vel cor, nunꝗ alterari: & poſſe etiã arterias nihil læſo corde affectas eſſe: at affecto corde, vt innoxię permaneãt arteriæ, haud fieri poſſe, ſed in partem eas neceſſe eſſe venire intemperiei, vel maiorem, vel minorem. Igitur frigida & calida intemperies cordis, prompte permeat in omnes arterias: humida atq; ſicca, ægrius.

Caloris Intemperiei, qui pulſus peculiares ſint. CAP. 2.

EXordiar igiẽ à caloris intemperie, in qua hoc primum diſtinguam, poſſe, quo hoc tẽpore fiat, G vel naturaliter arterias comparatas eſſe, vel aliquid perpeſſas: idq; aut oẽs, aut quaſdam. Quæ in naturali ſunt ſtatu, ex æquo cordis intemperiem recipient: quæ vero pręter naturã affectę ſunt, harum miſtus erit ſtatus, vt partim retineãt propriũ affectum, partim à corde accipiãt. Faciamus primum arterias ab initio liberas eſſe omni iniuria, cum cor icaluerit: deinde videamus iam, quos hic affectus pulſus habeat neceſſario, & quos plerunque. Atque hoc rurſus in memoriam reuocemus in proximo nos libro explicauiſſe, & in opere ẽt de pulſuum cauſis, præpollenti calori pulſus peculiares: eoſq; recenſeamus, vt ex ijs æſtimemus, qui huic affectui ſint perpetui, & qui ferè accidant. Peculiares copioſo calori ſunt, magnus, celer, creber. At magnus non tm̃ calorem excellentem, ſed & inſtrumenta requirit mollia, atq; facultatem validam: itaq; non erit calidæ intemperiei perpetuus. Et celer item poſtulat firmam facultatem, ac inſtrumenta, quæ prõpte diſtendantur: ita ne hic quidem perpetuus eſt. Nã creber quidẽ, ſi large vſui à magnitudine & celeritate ſatisfactum ſit, nulla fiat rõne, ſiquidem hoc etiam oſtendimus: ſi non impleatur vſus, fiat. Proinde perpetuus ne hic quidẽ eſt: quare nec ex peculiaribus ſit perpetuus vllus. At ex illis, qui peculiares ſunt, non perpetui tñ, nũc maior vincet, nunc celerior, nunc crebrior. Nam, ſi calor ſolus increuerit, & in naturali ſtatu maneat facultas inſtrumentaq;, cum mutatio eſt parua, magnitudo tm̃ pulſuum augẽ: H cum maior, etiam celeritas: cum inſignis, iam etiam crebritas. Hic animaduertendus eſt ẽt atque etiam in vnoquoq; genere pulſuum exceſſus defectuſq;. Nam, ſi ad magnitudinem declinẽt plus, ꝙ̃ ad celeritatem & crebritatem, non ita copioſum puta eſſe calorẽ cordis. Si vero ad tres illas iuxta, continuo tum maiorem in modum immutabuntur, tum largum prodent calorem. Quòd ſi magnitudinem ſuperauerit celeritas, multo iã magis: ſi itẽ crebritas, adhuc magis. Si vero maximus pulſus idemq; celerrimus ſit & creberrimus, ſummum incremẽtum ſignificabit caloris. Sin celerrimus atque creberrimus ſit, non autem maximus, hoc, niſi facultas ſit imbecillior, vel arteria durior, nulla alia ratione accidat: at eſt pulſibus inſeparabilibus vtrunq; †perpetuo adiunctum: ⁊ nihilominus cordis hic ẽt calorem monſtrat. Iã quoque, vbi ingens ſit crebritas, nec ſimul celeritatis & magnitudinis par incrementum, calorem quidem etiam tunc oportet eſſe copioſum, ſed vel facultatis imbecillitatem, vel inſtrumentorum duritiẽ. Imbecillitati aũt adiunctus erit languidus, duritiei durus pariter & vibratus. Si durus citra vibrationẽ ſit, atq; ſumme creber, imbecillẽ facultatẽ coniunctam multo calori nunciabit. Omnino vero hic languidus ẽt erit, & ſyncopæ oſtentabit periculum. At commemorandum hic etiam eſt, qui fieri poſſit, vt calor cor teneat permultus, & valeat facultas. Nam, ſi robur temperiẽ, imbecillitas intemperiem, conſequiẽ, intemperies in cor vnà cum

† ἀδιόριστον. i. indefinitum.

A cum immodico calore inuadet: proinde debilitari facultatem oportebit. Qui tandem igitur, cum pulsus pariter & maximus, & celerrimus, & creber, vehemensq; sit, non modo calorem in corde amplum, verum etiam facultatis firmitatẽ eẽ diximus? nempe quod cum alijs locis, tum in febribus dignoscendis aliud esse demonstrauimus incalescere & incaluisse. Nam, vbi corpus cordis à substantia calfiat, quã continent eius ventriculi, potest firma facultas esse: quod etiam est in causa, cur plurimũ, celerrime, & creberrime illi inspirent: ac maxime, celerrime, creberrimeq; pulsent repugnante adhuc calfacienti substantiæ corde, & foris alterã, quæ refrigeret, parẽ calori alliciente. Quod si qñ succubuerit, atq; in eundem delapsum sit, in quo est substantia, quam vẽtriculi continent, calorem, iam tum incaluit, nec posthac incalescit tñ: cuius sequitur intẽperiem imbecillitas facultatis. Ac, si largius incaluerit, & per ipsum totum calor febrilis permanauerit, febrem excitat, quam hecticam vocant. Interim contra fit, ac nunc exposuimus, cũ substantia iusto frigidior sit, quã continent sinus: corpus aũt largius eius incaluerit: id quod his vsu venit, qui crudos frigidosq; humores & pituitosos aceruarunt, aut vehementissima ira concitati sunt, aut nimiũ vigilauerunt cum graui solicitudine, aut ob aerem pestilentem spiritu attractum offenso cordis corpore, deniq; ob venenosæ cuiuspiam ꝓprietatẽ qualitatis, quæ aliquo modo ad cor penetrauerit. Hæc ego commemoraui, vt nequis in admirationem adducat, qui possit dominãte calore *vigere cordis robur.

B Itaq; vnde digressi sumus, reuertamur. Cordis calor pulsus, vt diximus, variat. Verũ, quia specie duplex est, alter qdem à putredine humorum genitus, cuius qualitas acris & fumosa est: alter cum humiditate suaui existit, quãtitate sola à naturali statu remotus: ille prior cõstans & ægre solubilis est: hic nõ diuturnus, ac balneas, exercitationes, cibum calidũ, vini potum, animiq; affectus, verecundiã etiã, atq; iram comitatur. An vero in hoc genere sint vllæ febres, vt illæ, quas lassitudo, vel feruor, vel frigus, vel bubo, vel ira cõmittit, in controuersia est. De qbus et si in cõmentarijs de febribus longũ sermonẽ habuimus, tñ hic tm dicã, Calor, qui alterius generis est à natiuo, breuẽ hẽt *internã quietẽ, celeriorem aũt, quàm pro distentionis portione, cõtractionẽ: qui aũt quãtitate sola variat, maiorem simul & celeriorem distentionem contractione: siquidem eiusmodi calor quærit solum refrigeriũ, quod ex distentione docuimus suppeditari. At fumosus, cũ hoc maius requirit, tũ vero multo maxime excrementorum expulsionẽ: quod munus erat contractionis: itaq; distentionẽ quoq; hic longe citatiorem reddet, & contractionem longe maxime. Qui eiusmodi non est, contractionem minime commutabit: distentionem autem hactenus, quatenus septa transilijt moderati tẽperamenti. Cæterũ inferius hæc amplius declarabimus, vbi de febribus tractatio fiet.

* ἀκμάζειν. i. vigere est in ipso: in aliis autem (?) quibus tamen antiquis habetur ... i. permanere.

* Græce τὴν ἐκτὸς. i. externam.

C *Cor calidius & Arterias frigidiores Qui sequantur pulsus.* CAP. 3.

NVnc de arterijs disputemus, cum contra, ac cor, affectæ sint: cũ illud, inquam, calidius iusto sit, arteriæ autem frigidiores, quod aut humores contineant frigidos, non dum putrescẽtes: aut, si qua polleat alia frigiditas, his tum necesse est ex suo proprio affectu refrigeratis esse, ac calfieri à corde. Quia vero & facultatẽ, quæ ipsas moueat, ab illo influentẽ habent: vnaq; est contentio, quę vnà cum corde distendat arterias atq; contrahat: quiddam, necesse est, motui cordis cõueniat cum motu singularum arteriarum, & aliquid inter eos intersit. Nam motuum prima exordia in idẽ incident tempus, siquidem ab illo facultatem citra omnem offensionem recipiant: at magnitudinẽ, & celeritatem, & vehementiam non ex æquo vtraq; obtinebunt: sed cor tunc singulis arterijs maiorem, celeriorem, vehementioremq; pulsum habebit. Etenim illæ motus principium à corde habent: rationem vero sui singulæ motus, prout cordi consentiant. Consentiunt autem, quæ simili sunt temperamento, quocunque modo cor agat: quæ contrario, quatenus ex illo immutatæ fuerint. Quocirca cõtingit aliqñ, vt arteria, quæ frigida est, sed à corde calefit, nec paruum pulsum, qui frigidæ est, ædat: nec magnum, qui calidæ: sed inter vtrunque mediũ, qui moderatus est & naturalis. Et celeritate ẽt moderata pulsus erit horum affectuum: itemq; vehementia moderata. Quod

D dico, clare intelliges, si altera manu eodem tẽpore cor, altera aliquam arteriam tãgas: principia.n. motuũ animaduertes vnà fieri: sed dissidebunt magnitudine, celeritate, & vehementia. Non nunquam accidet, vt arteriæ eodem tpe non accipiant ex corde influentẽ facultatẽ: verũ, quę cordi propiores sunt, primæ: posteriores, quæ remotiores: quod potissimum accidit, vbi incidant in idem tẽporis arteriæ frigidiores & cor imbecillius. Quod si ẽt ipsarum arteriarũ frigidiores sint partes, quæ longius à principio distant: quod in accessionibus quibusdã, & in febribus accidit lipyrijs: nõ solũ incipient maturius, verũ ẽt ipsum motum reddent celeriorem & maiorẽ partes cordi propinquiores. Ad hæc contentio per eos status in omnibus imbecilla vr, sed in remotioribus magis, ita vt in ijs pulsus languidior sit, quã pro natura superiorũ. Non nunquam percipit in corde huiuscemodi pugnantia temperamentorum: nam modo frigidius visceris corpus æquo est, & in ventriculis contenta substantia calidior: modo ẽ diuerso substantia frigidior, cor aũt calidius: vbi etiã pulsus fiunt moderatis similes, nam medius quodammodo status hic efficit ex duobus contrarijs conflatus. Qui sane affectus, vel optimos medicos fallunt: quod nunc quoq; in maxima pestilẽtia accidit. Quidã inde ab initio ad finem vsq;, alij per totum morbũ, probum pulsum habebãt, qui ꝑparum deflexisset de natura: qui quidem præter cæteros perierũt. Animaduertimusq; eos primis statim diebus & pestilentia laborare, & pessime affectos esse ex acredine caloris, atque ipsa caloris

ſpecie,denique quod pulſus parum præter naturam immutati,iis in eo ſtatu perpetuo maneant: nam E in ſpeciem præcipue hecticarum, quas vocant, febriũ incidunt huiuſcemodi pulſus. Si qui eſſent inter ægrotos,qui ſe negarent febricitare,his febris occupato ipſo cordis corpore,planè erat †confirmata,&,vt ita dicam,} in habitu.Etenim febrium hecticarum duo hęc ſunt propria ſigna,ſi perpetuo ſibi illæ ſimiles ſint nec inuaſionẽ vllam acceſſionis,nec incrementũ,nec vigorẽ, nec remiſſionẽ habeant: ſiq; febricitare ſe nõ percipiat ægrotus. Hos pulſus nihil eſt neceſſe maiores iuſto, atq; interim ne crebriores quidem eſſe, at omnino celeres tamen.Itaque iure ſanè cenſuerunt plurimi medici atque præſtantiſſimi celeritatem febricitantium pulſibus perpetuam eſſe. Sed de his adhuc dicetur. Quod vero in ſermone prætériuimus,vbi aer,quem ſpirãdo attrahimus, infectus putredine ſit,ac putredo corpus cordis attigerit,illi pulſus fiunt.Nec iam quicquam habet admirationis,ſi eos pulſus,quos memorauimus,tali affecti peſte habeant, nec ſi peſtilẽtem reſpirationẽ: nec ſi omnino morituri ſint: quam enim excogites medicinam ad putredinem, quæ in corde ſit? Nam quibus calor hic putredinoſus ad humores,quos continent cordis ſinus,magis deflexit, quã ad corpus ipſum viſceris, multi horum fuerunt ſuperſtites. Deprehenduntur affecti hac peſte, ſi febrem primum percipiant, deinde ſi non ęqualiter perpetuo febricitent,ad hæc ſi pulſum nõ habeant præualidum: ſiquidem, qui intemperiei comites ſunt corporis ipſius cordis, imbecilli ſunt F omnes. Habes pulſus,quos cor intemperatum calore creat.

† *Verba interpretis.*

Frigidæ Intemperiei qui Pulſus peculiares ſint. *CAP.* 4.

INtemperaturæ frigidæ plane efficiunt contrarios,paruos,tardos,& raros: hoſq; vel in tres proportione differentias commutant, vel aliquas earum,aut aliquam,plus vel minus: alias,aut aliã, minus vel plus. At hic eodem modo,vt prius declarauimus,attendenda eſt,quæ deficiat vel exuperet. Primum crebritatem immutabit,deinde celeritatem,poſtea magnitudinem, ſiquidem illęſa ſit facultas: nam, ſi quid hæc quoq; offenſa ſit, perſpicies illud ex propria pulſuũ & perpetua qualitate,quam remiſſionem appellamus,quæ ad paruitatẽ & tarditatẽ potius,quàm ad raritatem, pulſus immutat. Nam,cum facultas plurimũ laborat, etſi coniuncta ſit frigiditas,pulſus extreme quidem parui fiunt, ſed non tardi extreme, immo non nunquam moderatis ſimiles: crebritatẽ tñ non abiiciũt priſtinã,ſed ẽt adaugent. At,vbi paululum facultas debilitata ſit,& frigiditas vigeat plurimũ, longiſſime ad raritatem pulſus deflectunt,minimum ad paruitatem, medio modo ad tarditatem. Eodem etiam arteriæ modo,ſi in natiuo temperamento conſtent,mouebunt: nam,ſi, cum cor ſit frigidius,hæ calidiores æquo ſint,cordis pulſum tm̃ alterabunt,quantum de natura deſciuerint. Itaque interdum ẽt ſimilis erit moderato pulſus arteriarum,quod ad magnitudinem & celeritatẽ attinet: G cum cordis pulſus minor & tardior ſit. Iam hoc clarum eſt,vacare hoſce affectus febre, refrigerato duntaxat ipſo corde ab ſuccis frigidis iiſdemq; lentis & craſſis. Sanè infrequens eſt hic affectus,tñ incidit interim,præſertim cum contineantur in pulmone eiuſcemodi humores. Atq; in eiuſcemodi affectu contingit ferè pulſibus ſimul eſſe inęqualibus per oppilationes,quas illi ſucci ſecundum oſcilla moliunt vaſorum ex corde enatorum. Verum arterię,ſi qñ fiat,vt perinde,atq; cor, frigidiores iuſto ſint,augebunt remiſſionem eius motuum,in eodẽ retinẽtes genere: vt,cũ tardius cor,minuſq;,& rarius,quàm naturæ lex poſtulat,pulſet, illæ ẽt hoc pulſent tardius,minus,rariuſq;,& vero ẽt languidius. Accidit vero aliqñ iam frigidius iuſto cor eſſe ſimul & fumoſorũ plenũ excrementorũ: quo tempore pariter & minor & rarior fit diſtentio, contractio celerior. Videret ẽt diutius ſe arteria intro recipere,ſi in perpetuum eius motus percipi poſſet. Nunc ſenſum id præterit: at produci internæ quietis tempus vltra,quã par eſt, patet vel tangentibus. Hoc tempus conflatũ docuimus ex tribus eſſe temporibus,primo extremitatis contractionis,altero internę quietis,tertio principii diſtentionis. Ergo prolixe hoc tẽpus per illum affectũ producet: tempus vero externæ quietis,aut breuius,quã conueniat,erit,aut moderato aſſimile. Nam,cum ſtudeat ſemper pulſuum motrix facultas excrementa excernere,properetq; ad illam actionẽ,cuius hęc nomine illi data facultas eſt, †fit,vt quies minus ſit diuturna: quo modo illam ẽt,quæ alteram actionem præcedit, contractionem inquã,extendit,quia cor,quod frigidius iam eſt,remiſſe ad actionem progredit vnius adhuc tm̃ gratia vſus ventilãdi,altero iã,qui maior erat, refrigerãdi amiſſo. Reliquus.n.tertius cor in his ſolum affectibus excitat ad actionem, vbi moueat magnopere animal, aut vacuatio accidat larga,†arteriarum quidem admodum reſeratis externis oſcillis,vt in balneis,denique ſi quo modo largiter ſit ſudatum: internis vero,in purgationibus,præterea in affectibus, vt choleris, inteſtinorum difficultatibus,ac cum vehemẽter vellicant inteſtina. At vero, vbi ipſum corpus cordis inciderit in intemperiem aliquam inæqualem,non poterunt pulſus cum ipſius cordis, tum omnium animantis arteriarum in variam non degenerare inæqualitatem. Quin etiam collectiua,quam vocant,illaq; vnius pulſus omnium erit generum,quòd perpetua fiat in magnitudinem,paruitatem, celeritatem, tarditatem, remiſſionem, vehementiam, crebritatem, raritatem mutatio. At in duritiam & mollitudinem haud fiat continens vnquam mutatio: id quod ſępenumero declarauimus. Non vibratus autem interdum & vibratus perpetua ſeſe viciſſitudine in hiſce affectibus excipiunt,adiuncta ad cordis intemperiem duritia,vel tentione arteriarum. Oſtendimus enim,ſi recte memini, in huiuſcemodi affectibus, vbi magnopere cor contendat arterias diſtendere, vibratio-

† *Ex Græcis ita uertendum. fit,ut quies, quæ actione præcedit, minus ſit diuturna: quẽadmodũ et fit, ut illa, quæ alterã actionẽ præcedit, dilatationẽ inquã,ſit longior, quia &c.*

† *Clarius. arteriarum oſcillis admodũ reſeratis, ad interna quidẽ, in balneis, & ſi qui alii quacũq; de cã ſudores multi effuſi fuerint: ad interna uero, in purgationibus &c.*

nem

A nem in motum incurrere: quo tempore facile dicrotus pulsus exoriatur. In qua distentione, multi sane laboris est affectum plane explorare, quod non intemperiem tantum cordis illa inaequalitas, sed & instrumentorum laesionem & copiam humorum comitatur. Nam, hae inaequalitates postea quàm obstructionem sequunt cordis osculorum, comitantur porro etiam eius intemperiem inaequalem, non est procliue deprehendere affectum. Ergo pulsus, qui bis feriat, corporis visceris proprium est symptoma intemperiei (sicut probauimus in proximo libro) ac a dicroto differt mollitudine. Verum, si durities accesserit, iam etiam ex hoc dignotio labefactatur: etenim in dicrotum cõuertitur communem plurium affectuum. Vibratũ vero dicrotum generari docuimus, vbi pulsus qui absolute est vibratus, diminuta sit longitudo. Dicrotus vero non vibratus, aeque est, ac vibratus, durus: sed talis per suam tarditatem efficitur & corporum onus incumbẽtium. Quocirca permultas vterq; hic causas consequetur, numero tñ inter se facultatum, à quibus creantur, & occasionum differunt: permultos enim vibratus dicrotus, paucos non vibratus comitabitur. Ac cõmemorãdum quidem primum est, quot causis absolute vibratus succedat, quas ante omnes recensuimus: mox causam eius, quasi continentem, fit enim, vbi amplius cogitur distendi durũ corpus arteriae, vel tensum: ad haec tertium, q, cum facultatis imbecillitas huc accessit, aut conformatio nati-

B ua, vibratum pulsum demonstrauimus oriri. Iam dicrotus nõ vibratus fiebat ob duritiam arterię, tarditatem pulsus, & pondus corporum incumbentium ex vtraq; parte sensibilis motus: etenim in huiuscemodi affectibus, vbi ab vtraque parte medium, dum attollitur, retrahatur, rursusq; copuletur cum illis, generatur pulsus dicrotus. Hae sunt illorum quasi continentes quaedã causae. Praecedentes autem multae sunt cuiusque, quae etiam expeditae, & ad manum sunt habẽdae illi, qui quicquam sit praeteritorum exploraturus. Pulsus, qui bis ferit, ex inaequali proficiscitur ipsius corporis cordis intemperie. Tactu vero ad dignoscendam contractionem plane est opus exercitato: cuius si rudis sis dignoscendae, nihil inter hunc pulsum tibi & illum intererit, qui in ascensu subsistit & quiescit paulisper. Dignoscetur, si quid habeat roboris: nam, qui vndequaq; est remissus, huius latet contractio. Sed fit plerunque, vt omnibus pulsibus, qui bis feriant, adsit contentio: neque.n. ad eam altitudinem perueniant, si omnino deficiantur contentione: aut, multo molliores sint, quã conueniat, necesse est, vt languidi simul & non parui appareant: qui quidem etiam in lethargicis affectibus animaduertuntur: at tum quiescentẽ paulisper, nequeas distinguere à bis feriente: proinde nec ipsos quidem affectus, ex hoc quidem discernere poteris. Aliud tamen est indicium, quo poteris: atq; hoc proprium est signum vitiosae temperaturae ipsius corporis cordis. Nec causa est,

C quin breuitatis gratia, vt pulsum aliquem vel febrem hecticam, ita inaequalitatem nos hecticã, appellemus: si cui minus nomen probetur, stabilem illam vocet: stabilis est, si deinceps permaneat par. At vero, si caetera simul omnia indicia febrem hecticam esse declarent, multo hercle dignosces certius inaequalem intemperiem tenere visceris corpus. Sed haec explicauimus in differentijs febrium. Omnia deniq; sunt reliqua animaduertenda, praesentia, praecedentia, & externa. Nam, cũ peripneumonia, suppuratio, pleuritis, phthisis, deniq; aliqs illic abscessus exortus sit, vel asthma, vel morbus quispiam ex destillatione, vel cructum sputum, aut reiectio partis alicuius pulmonis, aut breuiter quoduis, vnde redundantia vel crassitudo vel lẽtor humorum obsideat pulmonem, accurate considerandum est, ecquid ex arteriarum obstructione pulsus inaequalis fiat. Sin horum nihil sit, ipsum est viscus explorandum, praesertim si anteacta aegroti vita nec crassis succis nec lentis videatur corpus implesse, à quibus aut foris offusis, aut obstruẽtibus arteriarum oscilla, inequalitas concitetur: nam, si quid horum, vti docuimus, vel inflammatio, vel omnino tumor praeter naturam illic exurgat, aut affluentia humorum grauet facultatem, incidunt pulsus in inaequalitatem. Quare, si nec adsint indicia, quibus noscuntur hi affectus, nec hectica inaequalitas & stabilis duret, intemperies existimanda inaequalis in cordis corpore esse: quae cum etiam sit duplex, altera in suc-

D cis eius proprijs, altera in partibus solidis: illa ex succis profecta, vnà cum totius corporis palpitatione fit: haec ex solidis partibus, absque palpitatione. Quare, si quis haec, quę retulimus, ediscere cum arte cupiat, quae de hecticis febribus scripsimus, colligat diligenter ex commentarijs de febribus & libro de marcore. Atque his signis cordis inaequalis intemperies dignoscitur & distinguitur a similibus affectibus. Si qua sit alia itemperies visceris, vt aliam ipsum corpus temperiem habeat, aliam sanguis & spiritus, qui sunt in eius sinibus, inaequales pulsus nunquam efficit: sed ex affectuum confusione pulsus medium quendam statum sortiuntur. Cõfusiones affectuum modo prorsus inter se contrariae sunt, modo non prorsus. Prorsus dico affectus contrarios inter se, temperamento: vbi, quo calidior moderato alter sit, hoc sit frigidior alter: non prorsus, vbi alter plus altero deflexerit. Potest etiam, si eiusdem ambo generis sint, in quantitate esse differentia, cum vel calidius cor ipsum sit materia in sinibus contenta: vel cum materia multum, cor autẽ parum, à naturali statu recesserit: & frigidius item corpus cordis potest esse, vel materia. Hi concursus non perinde omnes dignoscuntur conspicue: licet tamen interdum obscuros aliũde colligere. Prima commemorata mistio, in qua cordis corpus praeter modum calidum est, materiae autem frigidiores, differentijs tribus constat. Aut tanto illud calidius est, quãto hae frigidiores: aut multo illud calidius, q̃ hae frigidiores: aut minus illud calidius, quàm hae frigidiores. Prima differentia pulsum

* dicrotum, est in graecis.

* Graece est ἀνώμαλον. sed forte legendum est ὁμαλόν. i. aequale.

repræsentat ad vnguem moderatum tum magnitudine, tum celeritate, atque crebritate: ad remissionem autem tantum permutatur, quanto spatio naturalem temperaturam viscus reliquit. Equidem animaduerti in hisce subinde affectibus, insigne etiam incrementum celeritati accessisse: non tamen hoc conspicuum perpetuo est. Atque hoc, alterum indicium maius tibi videtur suppeditaturum: quantum enim corpus ipsum arteriæ desciuerit à moderato temperamento, conijcere est ex celeritate: nam procliuius ad motum est calidius corpus, si reliqua sint paria. Quare si, quòd corpus ipsum cordis in naturali statu constans, vel à materia, quam continent ventriculi eius, aut consuetudine pulmonis inflammati, vel alia quapiam parte vicina calfiat, pulsus refrigerij gratia ī magnitudinem, celeritatem, crebritatem commutentur, prima tum erit in magnitudinem mutatio, altera in celeritatem, tertia in crebritatem. Sin calidius sit partibus se contingentibus, quæ in naturali statu sint, celeritas motus primum increscit, deinde magnitudo. Vnde, cum pulsus manifestum incrementum celeritatis percipiamus, magnitudinis vero atque crebritatis nullam mutationem, magnopere in hoc corpore desciuisse ad calorem cor censemus, vicinaq; ei ad frigiditatem. Iam simul pulsuum insignis remissio & conspicua in eiuscemodi corporibus animaduertitur. Quòd si nec celeritas clara nec remissio sit, exiguo calore corpus visceris puta auctum. Hæ febres compluribus medicis imponunt: nimirum, quòd febre ipsi se liberos esse ægroti affirment: neq; F febrem, quia parua est, † & quia viscus incaluit, } corpusq; visceris {calor} inuasit, aduertunt. Sed de hoc frequenter diximus. Breuiter non est magna febris vlla hectica, maxime si paucum calorem viscus habeat. Qui igitur calor in vniuersum corpus deriuatur ex corde, hic sensum solus inducit ipsius inæqualitatis fastidiosæ: quamobrē balneas desiderant, vt alij fastidiosi omnes & inæquales ex lassitudine, vel adustione, lotione intermissa, vel exercitatione: & plerique scilicet lætantur balneo, recreariq; se dicunt: depulsam enim inæqualitatem esse totius corporis, nec magnopere quicquam se offendi, balneo referunt acceptum: & sanè non læduntur forsitan horum quidam. Verum huius loci non est ista meditatio: in febrium enim curationibus de omnibus his disputabimus, siue separatim visum fuerit eas, siue in methodo medendi, tractare. Nam ad præsens institutum solam dignoscendi viam tractabimus. Sanè videatur quibusdam perplexa & incognita, si, quando nec differentia vlla pulsuum {à naturali statu} deficiat, & se ipse ægrotus febrē non dicat percipere: at inæqualitatem, quæ vna molesta erat, balneis procurauerit. Et, vt rem difficiliorem faciam, ne ex vrina quidem petere in eiuscemodi affectibus firmam notitiam semper licet: sed est etiam ferè anceps, colore & sedimento similis naturali. Sexcentos tales in pestilentia diuturna conspeximus: vbi medicos cerneres nihilo plebe præstantiores, immo vero imperitiores multo non nullos experiente plebeo. Vulgus enim ferè, si nihil aliud, at expirationem ægrotorum videas obseruare: quæ si fœteat, peiorem casum expectant. At illi quidem vsu tale signum in pestilentibus febribus inuenerunt: tu non vsu modo, sed & ratione æstima. Iam os etiam attendunt. Quòd si illic aliquid coloris pestilentis cernant, eos peste confirmant laborare. Equidem medico hæc puto clariora esse, quàm vulgo: partim enim illi colorem erysipelatosum, partim colorem habent depascentibus herpetibus assimilem, diffusum per plures partes scilicet, quàm à primo. Et, si manum thoraci exercitatus medicus admoueat in explorando febrili calore, ne tum quidem prætereat eum affectus. Inspicienda porrò præ cæteris vrina est. Etenim conturbata quorundam eorum videtur esse & "aquosior: ac non nullorum multo, quàm pro natura, tenuior, atque hæc quidem certissima est: nec non, quæ naturalibus "vndequaque similis est colore & crassitudine, hæc etiam ad secundam spem certissima est: quæ si sublimamento probo sit prædita, multo etiam est certior, si quidem sedimentum sit candidum, læue, & æquabile. Præcipue vero sublimamentis animus est adhibendus: nam quædam, quæ subliuida quodammodo sunt, latent: & item alia, quę aranearum latas telas referunt in modum lanæ congestæ. At, si quid tale animaduertas, aut nullum planè sublimamentum innatare vrinis, in peiorem partem H hæc interpretare: si contraria videas, quæ retuli modo, non potest fieri, vt male affectus homo sit. Ex his igitur discernas, vtrum inæqualitate quapiam affectus sit, an pestilens morbus & exitialis, qui hecticam febrem habeat, eum prehendat: præterea ex ijs, quæ balneum consequuntur, etenim cibum respuunt, & sitiunt pręter modum, ac frigidam postulant. Etiam oculi illorum sunt accurate inspiciendi: nam inter lauandum manifeste redduntur calidi & flammei: quidam postea tales permanent, quos planè sciemus teneri peste. † At in pestilentia, qualis nostra memoria fuit, & viget etiamnum, nunquam experiri quisquam homo possit. Sciendum tamen non nunquam incidere sine peste has ipsas febres: vt de illis prodiderunt omnes insigniores medici, vocantq; pestilentes: de quarum tota natura disputaui latius in differentijs febrium: nam hoc quidem loco, non quemadmodum quis optime febres dignoscat, tractamus, sed quemadmodum ex pulsu optime. Quinetiam dixi fortasse plus æquo de febribus ex ipso cordis corpore excitatis: quare ad pulsus nos referamus, &, quod residuum est, de febribus hecticis persequamur. Etenim sunt, vt docuimus, pestilentes non paucæ inde vsque ab initio hecticæ: distantq; ab omnibus alijs febribus, quæ ex magna putredine oriuntur. Præterea etiam mœrorem interdum sequuntur & iram à primo quædam hecticæ. Aliter nescio, an vlla febris inde vsque ab initio

(Right margin, E at first line; G at "imperitiores"; H at "in peiorem partem")

† Hæc nō sunt in quibusdam codi. antiquis.

A.I.4.f.1.t.4.2.fo.434.d A.I.4.f.2.t.18.fo.446.b

† *At pestilentiā, qualis nostra memoria fuit, & uiget etiamnū, nunquā fiat, quæso, ut homines experiantur.*

A initio fiat hectica. At temporis diuturnitate multis alijs ſuccedunt,quas dilucide diſtinguit, etiam
ſi cum alijs connectantur,ſicut declarauimus,perpetua æqualitas,& alia, quæ in libris de differen-
tijs febriũ docuimus. Notitia aũt ex pulſibus,quomodo nuper diximus,initio adhuc atque primis
diebus non facile paratur, cum ſpeciem adhuc communem habeant cum diarijs febribus: verum
elapſo triduo iam clariores fiunt etiam pulſuum indicio. Siquidem aperte hæ celeriores, quàm de
ceat,pulſus habent: atq;,vt inter eas nihil interſit aliud,febrili quidem certe calore manifeſte ſecun
dum thoracem præditæ ſunt: pulſusq́; tanto ſunt languidiores iuſto, quãtum calor creuerit. Ha-
ctenus de febribus,in quibus cor tanto,quàm natura poſtulat,calidior eſt,quanto,quam continet,
materia frigidior. Materiæ addamus ſecuritatis gratia corpora illa omnia,quæ cor attingunt: puta
ex viſceribus pulmonem,ex membranis cum illam,quæ cor veſtit (περικάρδιον vocant) †tũ quic-
quid thoracem prope cor interſepit. Etiam conſuetudo huic viſceri intercedit cum aere,quẽ conti
net tegumentum,quod cor circumijcit: nec non cum arterijs & venis,quarum penetrare maxima
oſtia cernis ad ſinus eius. Hæc omnia nõ aliter,atq; materia,pulſum cordis immutant,vocenturq́;
breuitatis gratia omnia,quæ recenſuimus,vicina cordi.

†*clarius. tum ex iis, quæ thoracem interſepiũt, quicquid propè cor eſt.*

Qui ſint Pulſus in iis febribus, Cum cor calidius ſit, quàm vicina ei frigidiora, vel è contra. C*AP.* 5.

B DEinceps de illis febribus dicamus,in quibus cor calidius eſt, quã vicina ei frigidiora: nam in
huiuſcemodi affectibus pulſus celeriores ſimul,& maiores,& crebriores,languidioresq́; iu-
ſto erunt: longius tñ ad remiſſionem & celeritatem, minus ad crebritatem & magnitudinem,di-
uertent à natura. Stabilis & conſtans harum generatio eſt, vt cæterarum hecticarum. Quòd ſi nõ
ita longe viſcus à natura deſciſcat ad calorem,vicina ei longius ad frigiditatem, minores pulſus in
his & rariores erunt: celeritate vel ſimiles erunt naturalibus,vel tardiores: ſimiles,ſi non multo fri
gidiora vicina ſint: tardiores,vbi multo longiore interuallo hæc ad frigiditatem à natura deflexe-
rint,quàm ad calorem cor. Remiſſio hic etiam quantitati caloris reſpõdebit. At vero, ſi frigidius
iuſto ſit ipſum cordis corpus: materia porro,reliquaq́; vicina,illo calidiora: erunt & hic tres nume
ro differentiæ: & variabunt pulſus in vnaquaq;,ſicut ſuperiores. Primum æque refrigeratũ ſit cor,
vt incaluerunt vicina: tardior æquo erit is pulſus,ſi inſignis fuerit alteratio. Huic reſpondet remiſ
ſio: nam magnitudine nihil de natura decedet,nec vero etiã crebritate, quod animaduerti poſſit,
aut inſigniter. At,cum non multum de natura eſt diſceſſum in vtranq; partem,difficillime, vt an-
te dixi,explorat̃ diſcrimen: atq; in his præſertim corporibus obſcurum eſt, quorũ ignoramus na-
turalem ſtatum: nam,hunc ſi prius nouerimus,poterit ẽt animaduerti breuis mutatio, ſi quis ver-
C ſatus ſit in explorandis pulſibus. Vt autem paulo ante,cum viſceris calidioris & vicinorum ei fri-
gidiorum conſideraremus pulſum, febrem diximus eſſe hecticam: ita nunc, ſi viſcus ſit frigidius
omnino,quàm naturalis modus permittat,& vicina calidiora,febricitabit quidem homo,non he-
ctica tamen,quam vocant,febre,ſed vel diaria,vel ea,quæ putredinem humorum conſequitur. Si
gna vero ſunt propria vtriuſq;. Diariæ quidem febris coniunctæ cum frigidiore corpore cordis,
vbi ex æquo de natura vtrunq; deflexerit,pulſus nihil magnitudine à naturali differt: nec ẽt crebri
tate penè quicquam,quod perſpici poſſit: nec item celeritate,niſi vtriuſq; inſignis fit mutatio: lã-
guidior vero tanto erit,quanto viſcus frigidius. Eius aũt febris,quæ ex putredine humorũ fit, par
quidem perpetuo eſt naturali & ipſa pulſus magnitudo: nõ par aũt perpetuo vllum ex alijs gene-
ribus,ſed,vbi parum quidem a natura receſſerint,nihil,quod effatu dignũ ſit, à naturali pulſus eua
riat: vbi vero plus receſſerint,aperte in contractione pulſus celerior fit,ſicut ſuperior in diſtentio-
ne: iã ẽt clare in externa quiete crebrior & languidior apparet tanto,quantũ refrigeratum eſt cor.
Contra,iam magis refrigeratũ cor ſit,quã vicina incaluerũt, ac febris ſit diaria: horum pulſus ma
nifeſte languidiores erunt & minores,tardi non perinde aperte, ſed quãto vicinis ſibi frigidius ſit
corpus cordis: iam ẽt rari ac parui pro portione erunt. At vero febris ſit ex humorum putredine:
D horũ pulſus languidus erit perinde,vt ſuperior,ſed illo ẽt minor in diſtentione, tardiorq́;: at con-
tractio naturali celerior erit, ac magis ẽt icidet id in illa tempora acceſſionis, in quibus eſt initium
& incrementum: nam in vigoribus quidem minus,ac minus etiam in remiſſionibus. Porrò aũt
tertiũ genus commutationis ponatur,hoc eſt,minus ad frigiditatem cor declinauiſſe,quã ei vicina
ad calorẽ,ac febrem eſſe diariam: pulſus habebit hoc corpus tanto,quàm par eſt,imbecilliores,quã
to corpus cordis ſit intemperantius: atq; maiores & celeriores naturali,ſed maiores, q̃; celeriores:
adhæc crebriores erunt. Hæc omnia ſunt accipienda pulſibus nec in duritiã nec in mollitudinẽ ap
te mutatis: nã, ſi hic ſint ẽt mutati,diſceſſus eorum ad mollitudinẽ,oĩno magnitudinẽ & raritatem
augebit, addet ẽt & tarditatẽ: diſceſſus aũt ad duritiem, contraria, nimirũ paruitatẽ & crebritatẽ,
addet interdum & celeritatẽ. Equidem iam oẽs mihi videor febrium,quas ex pulſibus ſumas,dif-
ferentias percurriſſe: ſiquidẽ ſane earũ eſſentiam recte in cordis nimio calore poſuimus. Iam iter
febres affectus non paucos alios attigimus contrarios febribus, in quibus cordi affectus frigiditas
eſt. Præterea de miſtis affectibus diximus,quorum ex contrarijs inter ſe complicatis miſtio cõſtat.
Iamq; tranſeundum aliò mihi erat: ſed,qñ in magnam diſſenſionem,neſcio quo pacto, qui de pul
ſibus cõmentati ſunt,inciderunt,propter eos viſum mihi eſt,quæ hoc in libro iã tradidimus,ĩ quo
de febribus ex pulſibus dignoſcendis tractaui,ſummatim repetere. Immo, ſi verum fatendum eſt,

potissimum hoc propter Archigenem statui facere: nam, cum habitus sit diligentissimus in com E mentatione de febribus, nihil nos propè, non aliter, ac Erasistratus, docet. Nempe eorum, qui nihil docent, duplex est institutũ: quidam ad proprietatem, quæ exprimi nequeat, confugiunt: alij proferunt quidem nomina, tñ nec, quæ significant, obseruant, nec, quã illis significationẽ attribuant, interpretanẽ. Nanque durus pulsus, quem perpetuum Archigenes febricitantibus cõfirmat esse, nomen duntaxat est, nec rem denotat vllam, nec planè, nec liquido intelligi potest. De quo pulsu in libris de differentijs pulsuum latius disputauimus, & ẽt in libris de dignoscendis ijs: maxime autẽ in ijs commentarijs, quibus interpretamur simul & examinamus, quæ in libro de pulsibus Archigenes scripsit. Sed hic tñ etiam operæpretium est non nihil de ijs summatim exponere.

De propria Nominum Significatione, & metaphora. CAP. 6.

VT singula alia nomina apud omnes Græcos singulas res indicant, ita etiam, quæ occurrunt sensibus, his nomina quædam posuerunt, separatim, quæ differentias auditus significant: separatim, quæ differentias odoratus, vel gustus, vel tactus. Neq; scilicet alijs tribuunt albũ, nigrum, flauum, rufum, pallidum, fuscum, cæruleum, reliquaq; colorum nomina, præter quàm sensui visus obiectis: neque etiam alijs austerum, dulce, amarum, acerbũ, astringens, salsum, salsuginosum, præter quàm ijs, quę gustantur: nec iam vllis alijs calidum, frigidum, siccum, humidum, molle, durum, F verum ijs, quæ tanguntur, omnes attribuunt. Nam, si alio traducas hæc nomina, illa vsurpatio vocatur metaphora. Habent vero & alia item metaphoras ex similitudine aliqua & conueniẽtia: ex qua similitudine pedes, vertices, lateraq; montis dicuntur: nam, vt animalium infimæ partes pedes sunt, vertex omnium supremæ, sic in mõtibus permissum est poetis supremas partes vertices vocare, & infimas pedes. Si quis igitur, cum de animali loquatur, & pedes dicat vel latera, noluerit pedes more omnium accipere, neque latera, vt institutum est, sed ita dicat latera accipienda esse, quomodo de monte Brilleso dixit Callimachus, * λαγόνες.

Brillesi latera sunt oræ, quem tenuere. »

sanè quàm ridiculus sit, duplici vtens & reciproca metaphora ab improprijs ad propria. Haud aliter, si, cũ de moribus aut vino durum dicitur per metaphoram, de corporibus, quę tanguntẽ, disputans nolueris, vt solent omnes, nomen interpretari, verum sicut vinum dicitur durum, aut homo, aut mores. Huic simile est, si, cum sermonem habeas de rebus visibilibus, atq; album dicas, prohibeas ex omniũ instituto accipi, sed, quando febres aliquas Archigenes albas appellauit, ita esse etiã intelligendum colorem album. At, quemadmodum quidem non videbitur is sanus esse, si, quod proprie nomen colori tribuitur, transferre duplici differentia ad eum ab improprijs studeat, sic sa G nè, qui de tangibili corpore sermonem instituit, & per metaphoram vult nomen durũ accipi. Etenim in ijs omnibus fit orationibus, vt nihil auditores proficiãt, cum & prohibeanẽ proprie dicto, nec quicquam intelligere aliud possint. Quem enim alium accipias colorem prolato albo, consueto prohibitus, & accipere ex metaphora albarum febrium iussus? Sic item durus pulsus, quẽ Archigenes in re tangibili induxit, nisi propriam significationem habeat, nimirum hanc vulgarem, sed vt ille ex metaphora vinorum vult, prorsus obscurus est atq; icognitus, talisq;, vt si scindapsus dicatur. Etiam posset quoduis aliud nomen proprio febrium pulsui tribuere, & aliquid videretur dicere, apud homines. s. in distinguendis significationibus imperitos, simplices autem & ad id credendum adductos, virũ. s. senem, qui tam clarus esset, artemq; multum illustrasset, non facturũ vnquam, vt talẽ obscuritatẽ temere sermoni induceret, vt nomina proferret nullius significatiõis. Iã vero, si quis pulsum febricitantis amarum dicat esse: ac nomẽ amarum, vt ad gustum referimus, interim velit accipi: nihil sanè, quod clarius intelligamus, habebimus, q̃ si acerbum, vel austerũ, vel acidum audiremus pulsum esse: ꝙ ex omnibus his res molesta & præter naturam repræsentetur, quę aũt sit illa, non declareẽ. Quanquam in eiuscemodi metaphoris à proprijs ad aliud nõ propriũ traductio fit, res & permissa omnibus & vulgaris: at in significatione duri pulsus, cuius author H Archigenes est, quæ nec concessa est, nec vsitata, nec omnino fuit, aut poterit esse, intelligere oportet nos significationem, ad illam, quę propria est, ex metaphoricis reuersos: qñ ita nomen quidem audias, at rem intelligas nullam. Verum quid sermonem de his producam, cum aliàs diffusius de his disputauerim? At superiora summatim repetamus, ac de omnibus febribus dicamus.

De Febribus per pulsus Dignoscendis. CAP. 7.

TRia esse in summa, genera illarum, alio loco docuimus: quemadmodum vero quodq; ex pulsibus dignoscatur, declarabo hoc loco. Omnes diariæ in magnitudinem, celeritatem, crebritatemq; pulsus, quantum in ipsis est, mutant: nam, si concurrat alius affectus, mistam oportebit esse mutationem ex illo, & hoc, qui comitatur febrem. Pari modo febres hecticæ pulsus in easdem differentias conuertunt, quantum in ijs est, ampliusq; in his mutatur celeritas. At, quæ ortæ sunt ex putredine humorum, in vigoribus vtrunque habent motum celerem & distentionis & contractionis: præterea crebritatem ex æquo mutant cùm externæ quietis, tum internæ: in initio accessionis non perinde, sed magis augent contractionis celeritatem: in incrementis cùm hanc, tum etiam externam quietem plurimum concitant, vt pulsus in illa creberrimus videatur.

Habes pulsus, qui soli febrium per se proprij sunt: reliqui omnes, qui febricitantibus accidunt,

alium,

A alium potius affectum, quàm febres, sequuntur. Quorum etiam affectuum sunt duo genera, aut facul
tatis, aut instrumentorum vitium: quippe ad causas inueniendas, quæ mutant pulsum, tria hæc
sunt animaduertenda, instrumentum, vsus, & facultas: demonstrauimus enim, quæ ex singulis
horum generibus de natura deflectentibus accidere pulsibus oporteat. Quo minus est mirum, si
inter sese præclari isti medici dissideant de febris proprijs pulsibus, errentq; omnes, vt qui nec ge-
nera partiuerint pulsuum, & profectas ex facultatis vel instrumentorum vitio alterationes pul-
suum arbitrentur proprias ipsis febribus esse: Vt inuadentis accessionis quidā crebros & paruos,
alij adhæc languidos, iam non nulli etiam inæquales, sunt qui tardos etiam, contra alij celeres, po-
suerunt indicia. Tametsi quædam febres incompressas, vt isti vocant, inuasiones faciunt, in qui-
bus pulsuum prima mutatio in magnitudinem & celeritatem fit, mox his succedit augescentibus
crebritas: reliquorum pulsuum, quos memoraui, in illis nullus apparet, nec initio accessionum,
nec in incremento, nec vigore. Verum hos nec rigor, nec horror, nec fere vlla inæqualitas, quin
ne frigus quidem partium extremarum vel superficiei externæ, nec vellicatio aut grauitas aut
compressio stomachi vnà incessit: plerosq; vero vel vnum de his vel plura comitātur: nō nullos
paulo post vomitus, qui aperte declarat, ex eo, quòd in ventriculum vitiosi succi confluxerunt,
B quosdam illorum vellicatos esse, alios compressos, aliquos nauseasse. Clarissime enim recedit in
plerisq; initijs de tota superficie externa sanguis, confluitq; in viscera: vnde cōpressiones & ob-
.l. 4. f. 1. t. 2. structiones fiunt, distentionesq; arteriarum præcipuarum, propter quas initijs taliū accessionum
1. fo. 417 a coniuncti sunt pulsus inæquales: quemadmodum etiam languidi ob stomachum & facultatem
affectam. Ad hunc modum fiunt & parui, ob imbecillitatem facultatis, & ob frigiditatem: & iam
tardi quoq; ex ingenti frigiditate. Verum contractionem perinde, ac distētionem, nullus horum
tardam fecit: sed hoc perpetuum est, & præ cæteris propriū inuasioni febris ex putredine humo-
rum ortæ, vt arteriæ contractio efficiatur celerior. Et, si quis in cognoscenda cōtractione est exer
citatus, perpetuum hoc & constans initij accessionis signum habebit, vbi contentione aliqua, vt
frequenter admonuimus, pulsus præditus sit: nam in languidis contractionem docuimus digno
sci non posse. Hoc igitur etiā atq; etiam exercitandum tibi est, siquidem cognoscere ad vnguem
velis initium accessionis: quemadmodum autē ingrediēda ea sit exercitatio, copiosissime in libris
de dignoscendis pulsibus declarauimus. Certissimum est hoc signum, illiq; maxime est fidēdum,
aperte, cum inquiris, conspicuo. Equidem in multis, quorum antea pulsum nunquam tetigeram
nec per sanitatem nec per ægritudinem, hoc fretus vno signo nunquam sum lapsus. Nam cæteris
C quidem omnibus, siue frigescat totum corpus, siue os ventriculi (quem per abusum vocamus sto
machum) siue deferatur sanguis in profundum vel ex mœrore, vel metu, vel alia de causa, similis
tarditas est pulsus & in arteriæ distentione & contractione. Iam ei etiam coniuncta est in vtraq;
quiete raritas: in solis vero inuasionibus febrilibus, vt distentio interim tardior fiat priore, certe
contractio celeritatem nanciscitur. Adhæc restringit externas quietes, vt hic pulsus crebrior eua-
dat: at non in interna, sed vel perinde, vt in priore, vel paulo rarior id temporis videtur. Compa-
randa vero est prior quies, quantū ad tactum, præsenti: hocq; memoria tenendum, conflatam esse
eam ex fine cōtractionis & initio distentionis, atq; ex interposita inter has quiete: tum expenden
dum, quantum vtrinq; ei ex parte motuum delitescente accessit: id quod expendendum est com-
parando cum contentione. Nam, si ęque pulsus contentus nunc sit, ac ante fuit, quanto tēpus sen-
sibilis quietis longius fiat, tm̄ etiam est putandum esse re vera protractam quietem: si languidior,
quàm prius, effectus est, arbitrandum est & ob hoc partem absconditam esse motuum, quæ quieti, quā
sentimus, ad verā inueniendam detrahēda est. Nam, si paulo pulsus, quàm ante, languidior appareat,
multo autem rarior, veram quietem puta esse productam: sin multo remissior, & rarior paulo, vt
sensus iudicat, minime censebis protensam esse veram quietem: eodem modo, si, cum paruam re-
D missionem assecutus pulsus est, insigniter tibi crebritas videatur aucta, contractam arbitrare verā
quietem. Itaq;, in quibus languidior pulsus est factus, tempore, quo exploramus, animaduerten-
dum est: in quibus vero pari est contentione, in his facile, vti diximus, si animum aduertas, inter-
na quies dignoscitur. Proinde, cum nihil pulsus variet, nisi in contractione sit celerior, id habe ini
tij accessionis signum perpetuum: simulq; fit hic pulsus in externa quiete crebrior, natura incū-
bente ad excremētum fumosum propulsandum: quamobrem celerius cōtrahebatur. Ac sic qui-
dem celeritate tantum contractionis, cum primum id generatur, variare à priore pulsus videtur:
paulo post etiam fieri creber in externa quiete, quò citius arteria considere incipiat. At diariæ febres
non habent hoc, quod putredine humorum vacent: nec iam etiam hecticæ, quòd, nisi alter cū ijs affe-
ctus casu coeat, ne incipiāt quidem vnquam. Ita, in quibus præsertim febribus quæritur accessio-
num initium, tenere nos hoc indiuulsum signum debemus. Quòd si primo die, cum recens de sa-
nitate homo in morbum incidit, pulsum tangamus, statim nobis genus etiam febris hoc signum
ante oculos proponet: vnà enim inuadere cum febriū accessione, quæ putredinis alicuius humo
rum comites sint, perhibent. Iam in differentijs febrium docuimus in eodem genere, quo hunc,
pulsus esse, qui ab inflāmatione excitantur: sed à pulsibus ab humorū putredine concitatis hi sola
duritia discernentur, siquidem pulsuum ortorū ex inflāmationibus durus est occursus. Quare, si
durum

durum occurſum, quem efficit contentio arteriæ, diſcernere ab eo vales, quem generat frigiditas E & duritia, tres prædicere hinc cauſas præteritas poteris, potum frigidæ, meracius vinum, inflammationem: quam non ſolum ante cauſam fuiſſe acceſſionis, ſed permanere etiam dicemus: frigidæ atque largioris meri potum anteceſſiſſe eum quidem, ſed, quem cõcitauit, affectum adhuc durare. Ac indureſcunt quidem ex nocuis frigidę potionibus arteriarum tunicæ, & ab vino immodice poto deſiccantur: nam, ſi neruorum ſimul principium lædat vinum, etiam intenduntur non aliter, atque illæ, quæ conuulſionem prænunciant. In inflammationibus vero abſque propria tunicæ duritia tenduntur, vocaturq; pulſus tum etiam durus ob vim ictus: non induruit tamen per ſe arteria, quomodo cum vel deſiccata ſit aliqua ratione, vel magnopere perfrigerata, vel affectum comparauerit ſcirrhoſum. Atque hæc quidem ſic diſtinguito: Quæ primo die nequaquam obtinent iſtud ſignum, à febribus putridis ſeparabis, ac vel diarias cenſebis vel hecticas. At "febris hectica rariſſima à primo exiſtit: quin tamẽ id temporis poſſit naſci, nihil cauſæ eſt, ſed vidimus etiã non nunquam tales. Reliqua harum omnia ſigna alio in opere explicata ſunt, vbi de differẽtijs febrium tractauimus. Quæ vero pulſus ſuppeditant, nunc perſequemur. Nec magnus pulſus nec vehemens † cum hecticis febribus vnquam concurrunt, ſed, ſi alterutrum habeant horum, non ſunt hecticæ: ſi ſimul vtrunque habeant, planè ſunt diariæ, ſi quidem eorum contractio, quemadmodum diximus, non properet. Propria enim eſt eius, quæ conſequitur putredinem humorum, celeritas: cuius ſingulas differentias in commentarijs, quorum memini, ſum perſecutus. Hæ ſunt, vt ſummatim commemorem, omnes, quæ circulatim accedunt, atque omnes continuæ, vbi tertium diem ſuperent. Eiuſdem generis ſunt, quæ inflammationes comitantur. Ac in declinationibus celeritas contractionis diſſoluitur, præſertim cum ad integritatem aut propè eam peruenerint: initio acceſſionum generatur, cum aliqua ratione humores incendantur: ac per incrementum augetur: vbi prope iam attigerint vigorem, ſuccenſis humoribus ferueſcentibusq;, ingens incremẽtum ſuſcipit diſtentionis celeritas, contractionis permanet par celeritas: vbi iam vigeat planè febris, in illa acceſſione ad ſummam celeritatem diſtentio peruenit, & diminuitur celeritas contractionis. Verum plerique medici, præcipue qui ſenſu negant contractionem percipi poſſe, longe abſunt ab ſigno, quod expoſuimus, omnium febrium ex putredine ortarum, initijq; in illis ſingularum acceſſionum. Non nulli, ſed ſanè pauci, obſcuram imaginem rei videntur conſpexiſſe: quamobrem adeo confuſe atq; obſcure ſcribunt, vt, qui conijcere valeat, quid dicant, ſit nemo. In his Archigenes eſt: quod videbis, ſi librum eius de pulſibus legere velis, & commentarios de ſignis febrium, aut certe horum compendium: & vero nos etiam libros eius de pulſibus G vnà cum interpretatione obſcurorum locorum expendimus atq; examinauimus octo commentarijs. At vero mihi quidã videntur optime dixiſſe (ſi adiecerimus ſermoni quandam diſtinctionem) pulſuum ex vtraq; parte mutationem initij acceſſionis eſſe nuntiam. Quam adiunctam diſtinctionem volo, ea hæc eſt, ſi mutatio citra aliam occaſionem acciderit. Occaſiones autẽ partim externæ ſunt, non medicis modo, ſed plebi etiam perſpectæ, cibus & potus ſumptus, quiuis motus, & animi affectus iratorum aut metu percitorum, aut angore aut quomodolibet aliter commotorum: partim ex ipſo corpore originem ducunt, de quibus paulo ante verba feci, vbi horroris, rigoris, refrigerationis, atq; confluentium in ventrem mentionem facerem. Nam, ſi laboranti tale nihil acciderit, repentina, in quamcunque rem ſit, mutatio acceſſionem præmonet: ſi celerior maiorq; pulſus fiat, calorem ad arteriarum fontem ſuppullulare: ſi tardior vel minor, frigiditatẽ. Itemq; conſentiet crebritas cum caloris abundantia, contra cum frigiditate raritas. Et remiſſio ẽt, quamuis alio ex ſymptomate oriatur, peculiaris eſt acceſſionum initijs: quod in vẽtrem tum confluant humores vitioſi, atq; offenſo eius ore facultatem afficiãt. At pulſuum inæqualitas, quę ferè inuadit vnà cum acceſſionibus, compreſſarum vel obſtructarum modo arteriarum, aut copiæ humorum ad facultatem relatę, eſt ſignum: quæ etiam ratione acceſſionis poſſunt accidere. Quę igitur H pulſuum mutationes fiunt, cum cordis calor augetur, vel confluunt intro humores, aperte hæ videbuntur acceſſionis initium annunciare, ſiquidem, vt diximus, ab alijs occaſionibus ſint remotæ: quę vero, cum creſcit frigiditas, hę non ẽt neceſſario videbuntur febris acceſſionem nuntiare: ſed, ſi hic quoque alias omnes occaſiones ſecludamus, declarabit frigiditas nobis iam iamq; febrẽ iri accenſum: ſuffocatur enim tunc, quòd materia, quæ in profundum confluit, mire ſit frigidior, vt periculum ſit, ne ſemel principium extinguatur. Qualia exempla extra corpus multa conſpiciuntur, ſi quando materiam ſimul & multam, & quæ non facile ſuccendatur, affatim in modicũ ignem conijciamus: nam ſtatim periculum eſt, ne extinguatur: ſi non extinctus ſit, ſed reſtiterit, paulo poſt ſuccendere totam materiam incipiet, caloremq; generabit, primo fumoſum, tandem etiam flammeum, dum prorſus deuicta materia puram excitet flammam. Nam, ab ea flãma quod defluit, non fumus, ſed fuligo eſt: Græcis duo nomina ſunt αἴθαλος & λιγνύς: vtrunque enim materiæ aduſtum excrementum, quod in ſublime fertur, ſignificat: quod vero decidit, cinis & fauilla. Ita finge in febribus, vbi aceruus materiæ humidæ initio acceſſionis ad cor peruenerit, primum mortis periculum eſſe: quod periculum maxima mutatio pulſuum in raritatem, tarditatem, paruitatemq; prænunciet. Nam, ſi his inſignis rẽmiſſio ſucceſſerit, extemplo peribunt: ſin autem

abſit

Margin notes:

A.1.4.f.1.c.3.c 1.fo.431.h

† Additur in antiquis. οὐδ' ὁ μὴ σκληρός. i. neq; qui non ſit durus.

* quodpiam.

* omnia.

A absit remissio, contendit natura hanc superare, atque arteriarum motum maiorem celeriorem cre
briorem q; excitat, vt vterque motus celerior quidem fiat, sed clarius contractionis: increscat q; hic
breui manifeste, dum augescat accessio: tandem, vbi materiam superauerit, calor quasi flamma in-
cenditur. Atque hic est vigor accessionum, vbi fuliginosum excrementum expiratione & con-
tractione arteriarum natura expellit: quod vero est veluti cineritium, non perinde, quia crassum
est, potest excernere, sed per insignes quosdam meatus educit: hoc in partibus inflammatis pus
est, in ipsis vasis sedimentum vrinæ. At de his in commentarijs de differentijs febrium latius di-
ximus. Pulsus autem illas mutationes singulis temporibus accessionis, necesse est, habeant. Iam
etiam in initio, vt diximus, non male quidam mutationem eorum in vtranq; partem statuerunt.
Sed, ad omnimodam illorũ signorum certitudinem, danda opera est, vt scias discernere pulsuum
omnes alterationes ex alijs occasionibus: in quas, quanquam vitet, frequenter incurrit Archige-
nes. Itaq; in verbositatem, & institutionis confusionem incidit, cum proprijs & perpetuis singu-
lorum temporum signis commisceat ea, quæ frequenter consequuntur: quamuis in minimo situ
sint, si methodo percipiantur: nam purum calorem motus distentionis declarat, atq; eum, qui est
veluti fumosus, contractionis. Cæteræ pulsuum alterationes, aut ob facultatis aut ob instrumen-
B torum fiunt mutationem: quarum vtraq; ex causis quibusdam præcedentibus, quæ ferè alias etiã
externas comitantur. Ac, quo sit sermo clarior, appellabimus, quæ ex corpore procedunt, causas,
vnde vel facultas vel instrumenta alterantur, præcedentes: harum ipsarum, quæ positæ extra cor
pus induxerunt alterationem, causæ sunt externæ. Harum nos methodum omnem in alijs com-
mentarijs, quos inscribimus de causis pulsuũ, exposuimus. Itaq; nihil miri est, si expedita hęc quis
memoria complexus, meditatus q; via scientiam pariẽte ad prompte dignoscẽdos quosuis pulsus,
causas interim, quæ pręcesserunt in ęgrotis, inueniat. Atq; hic quidem finem sermonis faciamus.

Pulsuum mutatio ex Intemperie siccitatis & humiditatis, Cordis & arteriarum. CAP. 8.

DE intemperie humiditatis & siccitatis, quæ cor teneat, ipsas q; etiam arterias, & singulas sepa
ratim, & omnes in communi, deinceps agam: de quibus etsi ante ego non nihil attigi, tamẽ
orationis seriem, quæ tractari hæc separatim postulat, ac si dixissemus nihil, ita absoluemus. Nam
cor, si siccius euaserit, quàm naturalis status fert, vnà omnes secum arterias alterabit: interim in
vna hoc parte animalis arterijs, vel in pluribus accidet: est, cum sint cõtra quidem, ac cor, affectæ,
quod ad se ipsas pertinet, arterię, sed tamen etiam recipiant eius affectionem, vt confletur illis me-
C dius quidam affectus in humiditate & siccitate: sicut ante in caloris & frigiditatis intemperie ex-
plicauimus. Causæ sunt præcedentes, quæ arterias indurent, aqua sulfurea, & aluminosa: & (ne
multis) quæcunque vim habent exiccandi, non aquæ modo, sed & medicamenta, diu parti cui-
piam corporis applicata: cuiuscunq; arterias hæc intemperies tenuerit, ipsum pulsum reddit du-
riorem. Maxime vero in plerisq; atrophijs cum arteriæ partium nutritione defectarum fiunt du-
riores, tum pulsum creant duriorem. Cor ipsum ad intemperiem inducit victus, si diutius sicco
vtaris: præterea medicamentorum exiccantium esus & potio, in quibus est vinum merum, defe-
ctus cibi vel alia quapiam de causa, vel ob famem publicam: interim etiam ob potum, vt in lon-
gis nauigationibus: adhæc immodicus labor, senium, solicitudo, tristitia, diutinæ vigiliæ, febris
hectica, præ cæteris marcida. Hæc igitur, quę memorauimus omnia, nunc singula, nunc bina, nũc
terna, nunc plura coniuncta cor siccius efficiunt, tanto q;, quàm par est, duriorem pulsum, quanto
sit siccitas maior. Causæ humidæ intemperiei sunt œdemata, quę partes diutius tenuerunt, aqua
inter cutem leucophlegmatias, qui item cor alterat: deniq; omnia principum viscerum œdemata
cum arterias humectant et cor, tum pulsus efficiunt molles. Pulsuum causę mollitudinis medio-
cris nec insignis hæ sunt: ciborum copia humidiorum, multum ocium, somnus longus, balneæ à
D cibo. Durorum pulsuum ante demonstrauimus esse paruitatem, mollium magnitudinem: iam
etiam has cõsequi celeritatem & tarditatem, adhæc crebritatem & raritatem. Declarauimus præ
terea aliarum causarum coniugationes: causas nunc dico, primas & quasi continentes generatio-
nis pulsuum, vsum & facultatem. Itaque accidentium cordis ex intemperie nihil iam reliquum
est. At non tamen tumores in illo excitantur, qui pulsus alterent in duritiem, quemadmodum in
cæteris visceribus inflammationes & scirrhi: prius enim pereat homo syncopa correptus in
illorum tumorum ortu. Omnia igitur, quæ cordi accidunt, quæ pulsus mutent, retu-
li: quamobrem hic finire hũc librum certum est mihi: ac progresso ad quartum,
omnium aliarum corporis partium exponere affectus, quicunque in-
temperiem & tumorem præter naturam comitantur,
ac qui singulos pulsus con-
sequitur.

LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Explicatur Præſagitio ex pulſibus, Qui reliquis affectis corporis partibus, Tracto in conſenſum Corde, oriuntur.

Quid Tractandum hoc libro: ac de Communi præcepto animaduertendo in cordis & arteriarum alteratione. CAP. 1.

Vartus hic liber nobis eſt de præſagitione ex pulſibus. In primis duobus ſingulorũ pulſuum poſitorum expendimus authores affectus. In tertio ſingulorum affectuũ ꝓprios pulſus inueſtigauimus: cœpimus aũt ab ĳs, quæ cordi accidunt, in quibus ſunt oẽs febres, vt in libris, quos de ĳs ſcripſimus, probauimus. Quod reliquum eſt adhuc, aliarum oĩum partium affectus, quibus F cor conſentiẽs cõmutat pulſus, oẽs ordine explicemus: cõtrahamusq́; in methodũ eos, quõ ante fecimus alios. Atq; hoc primũ de oĩbus in cõi eſt ſciendum, totius corporis pulſus prius, ꝗ̃ conſentiat cor parti prius affectę, in cõem alterationem, fieri non poſſe, vt trahant: in parte aliqua, licet offenſionẽ cor nõ ſentiat, arteriarũ motus variare poſſe. Poſteaq̃ iã huius admonuimus, primo loco inſtrorum reſpirationi ſeruiẽtiũ affectus exponamus, deinde nutritiorũ, mox capitis, poſtea artuũ & propatularũ aĩantis partium, poſtremo genitaliũ.

Pulſus, quos creant Pulmonis affectus. CAP. 2.

AC partes animalis reſpirationi ſeruientes duæ duntaxat ſunt, pulmo & thorax: nutritionis multo plura, ꝗ̃ duo inſtra, iecur, ventriculus, inteſtina, lien, renes, vtraq; veſica. Celerrimam cordi & oĩum maximam noxã dat pulmo: ſedem habet.n. omnium ei coniunctiſſimam, eiq́; vaſis ꝗ̃ maxime affinis eſt, & confluxum habet per maxima oſtia in vtrunque ſinum. Quãobrem, ſi qñ *euaſerit ſolito calidior, continuo & cor calfacit: ſi frigidior ſit, nec hoc intercalatur: nam humiditatis & ſiccitatis intemperiem nõ perinde, ac illas, ſed citius ẽt has tamẽ, ꝗ̃ cætera inſtra, cordi impartit. Tũ plethorici in ipſo morbi, maxime cum eryſipelas vel inflãmatio inuaſerit viſcus, cordis ſtatim functiones alterant. Et affectus quoq;, quos in ipſo cõmittit fluxio pituitoſa, in cõſenſionem G ſecum cor trahũt. Sed ab intemperie initium exordiendũ eſt, quę abſit a fluxione: ac primũ in manibus ſumã eam, quæ ob calorẽ fit. Ergo, ſi a pulmone excalfacto cor prauum calorem contraxerit, pulſus efficit, qui comites eſſe vſus pulſuum amplificati ſolent: qui affectus ſi diuturnior ſit, in periculum vocabit illud, ne in febrem hecticam incidat, cuius nos ante indicia declarauimus: atq; perinde pulſus alterabunt, ſiue ſolũ per ſe cor intẽperatũ ſit, ſiue conſentiat pulmoni. Iam ẽt reſpirationis forma in eodẽ erit ſtatu, ſiue febrili intemperie cor ſolum affectũ ſit, ſiue pulmoni conſentiat. Maiorem tñ in toto ſinu thoracis ęſtũ percipiet, qui ex pulmone laborat: atq; calidã plane animam reddet, ſitietq́; ẽt altero magis, & calidioribus erit faucibus atq; lingua, eaq́; fere ſicciore: ꝙ, ſi malum ingraueſcat, inficiet lingua atro colore, quam omnino aſperam habebit. At, ſi pulmo ſit refrigeratus, cor, quod ei conſentit, pulſus primo in eam adducet alterationẽ, quam ante conſequi oſtendimus vſum, qui exoluitur: tẽporis longitudine, cum frigiditatem hecticam cõtraxit, pulſus excitabit, quos huic, ſi polleat, attribuimus. Ac nimirũ cætera cõueniunt his, quibus ſolum cor eſt refrigeratum, cum illis, quibus pulmo: alterum enim neceſſario alteri cõſentit: quibus vero refrigeratus eſt primus pulmo, hoc habent extra ordinem, vt ſentiant frigidam reſpirationem. Iam, ſi ſiccitate intemperatus pulmo fuerit, a primo pulſus pene nihil alterabit, tandem conſentiente illi H corde duriores efficiet. His fauces, tametſi nihil ſitiant, prompte areſcunt. Humida intemperies vuidas reddit fauces, ſitim extinguit, & tpe ad mollitudinẽ pulſus traducit. Habes pulſus ſimplices intẽperaturas: ex his cognoſce compoſitas: nam ad aliud propero genus, quod ex fluxione dixi oriri. Cõem habet hoc oĩum inæqualitatem pulſuum: obſtruuntur.n. facile & conſtringuntur atq; comprimunt per eas fluxiones principes arterię: nec minus ob eã humorũ copiã, quæ ad facultatẽ refertur: ꝙ.ſ. tam cõiunctum pulmoni cor ſit, & cõfluxum habeat per magna oſtia. Ac inæqualitas quidem cõis eſt oĩum fluxionum, quæ impingũt in pulmonem, eaq; nunc maior, nunc minor eſt ꝓ craſſitudine humoris & abũdantia: minor, ex ſubtilibus & paucis: inſignior, ex craſſis & viſcidis copioſiſq; fluxionibus efficitur, ꝙ hæ obſtruant comprimantq́; ac grauent magis. At alterationes pulſuum in ceteras differentias, ex calidioribus fluxionibus, quales ab copioſo calore: ex frigidioribus, quales excitari ante ab defectu docuimus: Duriores, ꝗ̃ oportuit, fiũt per ſiccam intemperiem & inflãmatorios atq; ſcirrhoſos pulmonis tumores: contra molliores ob œdematoſas affectiones. Iã nec reſpirationis vnum genus eſt per intemperiem & fluxiones. Frigida intẽperies paruam, tardam, raramq; reſpirationem creat nõ aliter, atq; pulſus: at fluxiones frigidæ pulſus ſimiliter mutant: reſpirationem nec paruã, nec tardã, nec raram reddunt. Quia enim coarctatus

*ἀναβάλλεται.

ctatus

A ctatus pulmo est, paucus spiritus recipitur: qui ꝙ naturæ non satis efficit, fit vt altera actio statim celeris efficiat & magna. Quæ solæ dyspnoeæ habent (quod declarauimus in libris, quos de ijs conscripsimus) vt thoracis distentioni quãtitas attractũ spũs aduersetur: maxime.n. thorax dilatat, sed non attrahit spũs plurimum, vti cum apertus pulmo, nec obstructus esset. Genus igitur respirandi oẽs fluxiones idem habent: at non eadem oĩbus suffocatio, sed calidiores comitatur potius, q'quidem largiorem attrahi spiritum natura tum postulat: nam solam intemperiem nullum suffocationis periculum excipit. Iam pulsus ẽt prẹter superiores differẽtias in aliam incidit, ex eo, ꝙ fluxio nunc in ipsas impingat solas asperas arterias, nunc in læues & venas: vel ꝙ inter eas occupet cunctas intercapedines. Si arteriæ tm̃ asperæ sint oppletæ, nihil pulsus duritia variant: sin læues, quia totius aiantis arteriæ intenduntur, pulsum efficiunt duriorem. Oedemata, tm̃ abest, vt indurẽt eũ, vt ẽt molliãt, diuturnitate arteriarũ tunicas humectãdo, nec quicq̃; intẽdẽdo: id quod in tumoribus inflãmatorijs & scirrhosis vsu venit. Quare noli iam noĩa expectare peripneumoniarũ, vel asthmatũ, vl'aliorũ pulmõis morborũ, cũ affectus teneas pulmõis: nã ĩstitutionẽ ꝑ noia primã hẽre sigñatiõis cõtrouersiã, alterã, numeri morborũ ignorationẽ, multis sępe locis declarauimus. * In græ. dictio hæc nõ habetur.

Pulsus, quos creat Thorax affectus. CAP. 3.

B SEd ad thoracis morbos eãdẽ via et rõne progrediẽdum nobis est. Intẽperaturę easdem alterationes inducunt, ac paulo ante illæ pulmonis: tumores pro multitudine & genere singulorũ humorum, qui efficiant eos. Variãt aũt, ꝙ citius cor & magis pulmoni consentiat: minus atq; tardius thoraci. Alia præterea erit varietas, ꝙ interim affecta pars thoracis sit musculus, interim succingens costas tunica: maior siquidem tensio est, vbi duræ partes & spissæ intumescant: vnde etiã pleuritici semper duriorẽ pulsum, q̃ peripneumonici, habẽt. At æqualis est maxima ex parte pulsus in tumoribus, qui cõsistunt ad costas, non, vt in pulmonis tumoribus, omnifariam inęqualis: neq; enim magnis vasis neq; vicinitate propinqua cum corde coniunctus est thorax. De genere dyspnoeæ hoc loco nihil necesse habeo dicere, vt in pulmone oportebat distinguere: nam modo cor offenditur primum, modo pulmo. Exposita est enim & facilis eius affecto thorace cognitio. * [illegible], est in impressis in [illegible] aliquis ẽ [illegible] i. rei quæsitæ. * [illegible] est ĩ textu sed forte [illegible] i. nocumentum, legendum est.

Qui Pulsus fiunt affecto Iocinore. CAP. 4.

IOcinore affecto pulsus ex intemperie variant, vt superius docuimus. Si excitati sint tumores præter naturam, conueniunt fere ẽt in his, sed minus ex inflãmationibus indurescunt, q̃ ex thoracis inflãmationibus: & tanto quidẽ, quãto, q̃ ex pulmonis, magis. Nunq̃ ẽt ex thoracis vel iocinoris tumore fit mollis pulsus, eõ ꝙ nec inascitur his instris œdema pituitosum. Cõpactior.n. thoC rax est, q̃ qui eam fluxionem admittat: iecur nõ compactius modo, sed & innata facultate alterat pituitam: at iocinori procliuius cor, etsi remotius, q̃ thorax sit, vinculo cauę venæ consentit.

Septo Transuerso affecto, qui fiant Pulsus. CAP. 5.

COnsentit porro & septo transuerso præ oĩbus alijs thoracis partibus, ꝙ ex ipsa caua vena in hoc venæ inseruntur: tensionem vero nulla perinde alia pars infert arterijs, præcipue si neruosa eius pars affecta sit. Ac, si ab solis excrementis in ipso existentibus, citra febres intendatur, dolor & dyspnoea à primo consequitur: postea putrescentibus excrementis febricitãt: Si ex fluxione, quę incũbit in ipsum, oĩno, hęc fit vel flauę bilis vel calidi sanguinis & tenuis, oportet: nã crassum sanguinẽ & pituitam lẽtam ꝑꝑ dẽsitatẽ nunq̃ recipiat. Hi delirabũt necessario, pulsumq; habebunt insigniter durum, itaq; ẽt paruum: quia vero ambo hæc, & calor est copiosus, proinde creberrimũ quoq;. Pulsus iam affecto septo trãsuerso citra febrẽ, durus est & paruus: non multo tm̃ crebrior, sed vel admodũ parum, vel nulla ex parte, in eã incidit mutationem. At vero omnia, quę magnis pleuritidibus accidunt, rñdent symptomatibus partis neruosę septi transuersi, tum ꝙ succingens costas tunica multis neruis prędita sit: tum ꝙ adhæreat septo transuerso, mẽbranisq; thorace interseptientibus, per quas ad cor cõtinuat. Ac maximũ sane indiciũ exitialis pleuritidis est, si D pulsus sit magnopere durus, itaq; paruus ẽt, & ob ambo hæc calorẽq; creberrimus: pleuriticus cũ tali pulsu nemo est seruatus vllus. Hi minus, q̃ quibus inflãmatum est septum trãsuersum, delirãt: propius.n. principium emittuntur nerui septi trãsuersi. Verum, qñ de pulsibus dicere institui, nõ est mihi in cæteris signis immorandum: in cõmentarijs.n. de locis affectis, latius de his diximus.

Qui Pulsus fiant Ventriculo affecto. CAP. 6.

VEntriculus affectus intemperie, pulsus ita, vt superiora, immutabit: ob tumorẽ vero quempiam, si is sane in fundo cõstiterit, more aliorum: sin ad eius os is cõstiterit, pulsus ob neruorum multitudinẽ erit durior, non ita durus tñ, vt ex septo trãuerso: multum.n. concedit huic, tametsi nõ cedat neruorũ magnitudine, sed quia hi nerui insigni sensu sunt præditi: molles sunt.n. et magni, atq; ex ipso principio sunt enati. Verum, quia carnosa est corporis substãtia, duritia interior est & succingente & septo trãsuerso: quæ corpora cõtenta sunt, & dura, spissaq;, vnde, cum intumescunt, vehementius tendunt: præterea illorũ nerui non secus, atq; ipsa intrã, duri contẽtiq; sunt, vẽtriculi (vt diximus) molles. Quare ex septo trãsuerso & succingente tunica durissimi, itaq; etiam parui fiunt pulsus: ꝙ, si calor quispiam cum ijsdem, vt in inflammationibus & febribus, sit coniunctus, simul creberrimi. Ex ore ventriculi nunquã ita durus pulsus fit, ꝙ nec ipsi nerui, nec pars sit cõtenta: verum parui & subinde crebri, quia ꝑꝑ eximium sensum defatigatur q̃ primum

&

& deijcit facultas. Exposuimus.n.quos pulsus dolor, præsertim si facultatē lędat, efficiat. Ac, quē- E admodū ob dolores, q afficiunt vētriculos, statim debilitat facultas, ita nec copiā humorū sustinet ne paulisper qdē, sed degrauat & defatigat, pulsusq; efficit inęquales. Diximus in superioribus libris, facultatē copia materię degrauatā qui pulsus comitent, atq; ēt qui debilitatā: quę offensiones facultatis cū ventriculi os ambę comitent, iure pulsus reddit interdū lāguidos, paruos, crebrosq;: interdum inæquales cū in illis tribus, quæ memoraui, generibus, tū vero in celeritate & tarditate.

Qui pulsus fiant Affectus cæteris Nutritionis instrumentis. CAP. 7.

PORrò in nutritionis cæteris instris, nihil iam laboris est, mutationes pulsuū inuenire, si priora oīa, quę exposuimus, quasi elemēta respiciamus, vt nihil obiter prætereamus: quæ.n.propiora cordi sunt, & magnis vasis ei copulata, celerius & magis in consensionē trahent: q̄ remotiora sunt, & paruis vasis affixa, minus & tardius. Eodē mō, quæ dura & cōtenta, neruisq; pdita sunt plurimis duris, facile pulsus hęc efficiunt duros: q̄ contra, molles: quæ sensu viget, vtroq; incōmodo facultatem afficiūt. Quare nulla difficultate ipse inuenias tua sponte, quē quęque pars quibus in affectibus pulsum creat: Vt, exēpli causa, vesica & vterus loco inter se nihil differūt, sed durior vesica & neruosior est, vnde pulsus inflāmata duriores facit, q̄ vterus: vterus celerius eos & magis conuertet in magnitudinē paruitatemq;, atq; reliquas drias, maiores enim arterias habet venasq;, F & multo prius ex magnis doi si vasis expullulant, q̄ quę inserunt vesicæ. Dolores vtrique instro, quatenus neruo ex æquo prædita sunt, pares sunt: quatenus spissius est & durius vesicæ corpus, maiores sunt huius. Etenim, qui obsepti in spissioribus corporibus & constipati sunt humores, hi maiorē dolorē, q̄ qui in rarioribus sunt & mollibus, concitāt: nimirū qui tendant violētius, cuius comes erat doloris magnitudo. Hac rōne & via oīum partium inuestigandæ sunt differentiæ.

Qui pulsus fiant Partibus, quæ extra Inguina & Alas sunt, affectis. CAP. 8.

SEd exercitandi gratia drias ego explicabo aliarū partium quæ sunt extra inguina & alas: qm̄ & his aliquid quidem à prædictis omnibus differens est, quemadmodum & inter sese mutuo particulatim: aliquid vero tum sibi mutuo, tū cum prædictis cōe est. Nam, q distāt multū à corde, ambobus est cōe, magisq; inferioribus: sed inter se substātijs & officijs differunt, sicut quiddā habent inter se & cū superioribus oībus cōe, in oībus differentijs, quas commemorauimus. Etenim sunt in his ipsis quoq; quædā duriores & densiores, aliquæ rariores & molliores: atq; hæ pluribus & maioribus, illę paucioribus minoribusq; vasis & neruis, præditæ sunt: ac pars earum acutiorē sensum habēt, pars secus. Diuersitatem vero in functionibus harū partiū ac pręcipue earum, quæ supra alas sunt, ignorat nemo. Crura.n.& manus actionum volūtariarum gratia condita sunt ge G nere inter se similium: oculi, aures, lingua, menynges, ipsum cerebrū, oēsq; colli partes, lōge sanè diffident functionibus ab artuum partibus. Quocirca adiūctam esse par est suam cuiq; speciē symptomatū, quæ non ex æquo pulsus alteret: Vt, sint licet eodē loci cerebrum, menyngesq;, ac cæteræ capitis partes, si inflammatæ illæ sint, febricitent, necesse est, & delirent: si aliæ, non necessario: nam musculorum temporaliū inflāmationes, febres, deliria, spasmos, sopores frequēter inducunt, si magnæ sint, non semper: neq;, cum paruæ sint, illa syptomata concitant. Cerebrum ipsum, vbi incurrerit in morbosam intemperiē, symptoma necessario, quod intēperiei familiare est, inducit: in caloribus immodicis, si qn̄ soli hi per se steterint, delirium: si coniūcti sint siccitate, vnà cum vigilijs: quod.s.est proprium siccitatis symptoma, vt humiditatis altus somnus vel coma. Refrigerationis eius symptoma est perpetuum, fatuitas, quam vocant: si concurrat humiditas, ijs comes est cataphora: q si multo, q̄ modus naturæ fert, humidius euaserit & calidius, cataphoram inducit coniunctā cū vigilijs & delirio. Cuius oēm speciem declarauimus alio in libro, qui est de comate, qđ descripsit Hippocrates. Vehemēs aūt frigiditas cerebri, si accedat siccitas, motu priuat vniuersum corpus: non tn̄ hi comatosi sunt, sed sublatis oculis intuentur inconiuenter. Iam pulsus, pp quos hęc retulimus, si abunde sit calidū cerebrū citra siccitatē, in consistētia arteriæ sunt mode- H rati & similes natiuis: magnitudine vero hactenus superant, & celeritate, & crebritate, quatenus morbosus calor natiuum excesserit. Si vero non modo sit calidius, sed & siccius pręter naturā, statim vtiq; ēt menynx ipsa tenuis, quæ tegit cerebrum, in eandē venit affectionē: †vnaq; cū illa cuncti nerui atq; arteriæ pulsum duriorē nanciscuntur, q eorum tunica contendatur atq; desiccetur: nam de cōsensu principiorū disputauimus alias. Quod si ex biliosi humoris affluētia in calidū & siccū affectū cerebrū deuenerit, ēt magis tendunt arteriæ. Ita, quē inducit calidus sanguis & quasi feruidus, siccitas minor & maior tensio cum ipsas menyngas corripit, tum neruos atque arterias. Biliosus vero succus, †si pallidus sit, cuius hic mētionem facimus, quia tenuis est et subtilis, non perinde in mollibus corporibus inhærescit: ita nec in tumorē attollit ea. Sāguis calidus sæpitur arctius & obstruitur: quo excitat tumorē maiorem, & tēsionē validiorem. Proinde ēt atq; ēt attendendum est arterię corpus, p siccitatem'ne, an p tēsionē, videat tunica durior: si ob siccitatē videat, alterutrū est existimandū obsidere cerebrū, vel intemperiem calidā & siccā, vel copiam bilis: si ob tēsionem, inflammationem: si propter ambo, ipsum etiam affectum puta cōflatum esse ex sanguineo & bilioso humore: qui perpetuo oēs delirant. Differūt inter se, q, qui intemperie sola affecti sunt, modice hoc habeant, & infirmas oēs voluntarias actiones: qui bilioso humore, non eas habeant

†Græ.legitur, συν αυτη δὲ καὶ τὰ νεῦρα σύμπαντα, καὶ ἐκεῖνα καὶ αἱ ἀρτηρίαι σκληρότερον &c. sed forte legēdū est pro ἐκεῖνα, ἡ καρδία, vt ēt apparet inferius: vt ita vertatur. unáq; cum illa cūcti nerui & cor: ac arteriæ duriorē pulsum habēt, quòd earū tunica. &c. loquitur.n.de cōsensu principiorū, cerebri nimirū & cordis.

†Al. hoc est pallidus.

A beant infirmas,& mirum in modum deliret. Qui ex atra bile feruente ob putredinem hoc patiuntur, mente ferinè mouentur: quorum etiam sunt duri pulsus vtraq; de causa, siccitate et tensione: simulq; parui ob duritiem: et iusto celeriores, quia febricitant: etiã crebri, q non satisfiat vsui. Humidæ intemperaturæ cerebri, molles pulsus diuturnitate efficiunt, ac hominem comatosum: si ad illas accesserit febrilis calor, morbus appellatur lethargus: & pulsus est non mõ mollis, sed & magnus. Si vero putrescens pituita ita cerebrum afficiat, erit tum etiam morbus lethargus: pulsusq; arteriæ contentæ speciẽ quandã prębebit, tametsi sit mollis. At magni in morbis hisce oibus hactenus erũt, quatenus auctus sit calor: celeritas aut omnino minima est, aut his nihil prorsus crescit: eodemq; crebritas modo. Hęc aũt vnà cum coloris copia omnia increscent. Si verò cõmisceatur ex bile & pituita affectus, nec prorsus vigilant, nec in profundo sunt comate: sed in soporem deserunt, desipiuntq;, nec palpebras valent attollere: & breuibus, comatosi hi sunt & vigilantes: itaq; & pulsum habent ambigentem inter complicatos mutuo affectus. Sin frigiditas morbosa cerebrum afficiat, cum illi cor consentiat, minores tardiores atq; rariores ęquo pulsus erũt: ac, si absq; materia, sola intemperies cerebri sit, citra oẽm tensionem: Sin aũt vnà cum materia, eaq; melancholica, fiet, vt arteriæ tendanẽ, itaq; pulsus durior videatur: Si cũ pituitosa non simplr, sed si crasB sa atq; glutinosa pituita sit, intẽdentur: scirrhosos.n. tumores excitat hic humor: Si humida & flatuosa, abs qua generatur potissimum œdema, quod vocant, sine tensione mollis pulsus erit: Si cõfusa pituita & mista ex vtroq; illarum genere fuerit, simul mollis erit, & non nihil intentus: neq; hoc obscurum est, quin, si pulsus sit mollior, erit etiam maior, q̃ antea. Iam vero, quod genus illis aliorum symptomatum accidet, poteris per te ipse ex antedictis colligere. Mihi quidem non est consilium diutius hic immorari, cũ illa in cõmentarijs de locis affectis prolixe explicauerim: nam nunc quidem non omnia indicia attendere, sed quæ ex pulsibus duntaxat cõparantur, proposui: itaq; pro cumulo & obiter alia quædam symptomata adiecimus aliena. Quare finem hic faciam de his dicendi, & me conuertam aliò, quod referat ad institutum: de quo tametsi longius egi in cõmentarijs de locis affectis, tamen, vt hic quoq; declarem, res postulat.

Meningibus affectis, Qui pulsus fiant. CAP. 9.

SVbtilis meninx, quæ cerebrum amplectitur, sola mihi nullum vnquam istorum affectuũ subire videtur posse, nisi vnà cum cerebro: nec ẽt cerebrum citra meningem: sed, siue citra fluxionem intẽperies, siue ẽt incubuerit fluxio in alterutrum horum, statim impartiri mea quidem sententia affectum oportet alteri. At dura meninx, quoniam longissime à cerebro dissita est, affecta C esse sola potest. Cuius affectus si insignis sit, vt cor ad consensionem solicitet & arterias, pulsus in modum cerebri affectuum alterabuntur: calidi.n. affectus vsum augent: frigidi cum hunc remittunt, tum arterias pedetentim indurant, præcipue eas, quæ corde sunt altiores: sicci intentum & durum pulsum reddunt: humidi mollem, attamen nõ ita mollem & durum, vt cerebrum, sed magis quidem durum, minus vero mollem. Siquidem corpora sua sponte dura, quæ in affectus indurantes inciderunt, maximam contrahunt duritiem: sic, quæ natura mollia sunt, si in humectantes & liquefacientes incurrant, semel exoluuntur, mollescuntq;: sin dura arripiantur humectantibus affectibus, aut mollia indurantibus, nequaq̃ assequãtur extremum contrarij sibi status. Hac ratione nunquam ob meningum œdema pulsus fiet ita mollis, vt ob cerebri & pulmonis: neq; ex cerebro & pulmone inflammatis perinde durus, ac ex meningibus. Verum his, qui duri per meninges sunt, similis ille est, q ob septum transuersum & tunicam succingẽtem. Qui cerebri & pulmonis gratia molles sunt, ita sunt molles, vt nullus alius. His præ cæteris vicinior est ille, qui ex iecinore & liene oritur, œdemate affectis: nam scirrho etiam hæc viscera obsessa pulsus satis duros efficiunt: minus, si inflãmata sint, q̃ si laborẽt scirrho. Cerebrum & pulmo fortassis ne admittũt quidem scirrhum: duris enim corporibus & spissis hic affectus, non raris & mollibus, familiaris est.

D In cõi autem de oĩbus, quæ commemorauimus, licet non referamus sigillatim, sciendum est, affectus, si nimium frigidi sint & supra oẽm modum, duros pulsus facere, alioquin non: præterea arterias viciniores in mollitudinem & duritiem transire magis, quę longe disiunctæ sunt à locis affectis, aut si interpositũ sit cor, minus. Quod si teneas, nihil est, de cęteris morbis faciei, colli, artuum, q alia præcepta requiras. Nam pars affecta, si spissa & dura sit, pulsus efficiet duros, siue inflãmata, siue scirrho affecta, siue supra modũ refrigerata solicitet arterias: si carnosior sit, eaq; vel inflammata sit, vel scirrho induruerit, duros quidem, sed minus superioribus: sin œdema habuerit, molles. Ac consentient arteriosis celerius vicinę omnes arteriæ & cor: venosis secundum has: tardissimè aũt neruosis: tpe.n. hæ & insigniter læsæ motum arteriarum immutant. Nil mirum ergo est abdominis & thoracis inflãmatis musculis facile comitari febres: quamobrem & pulsus fiũt magni, celeres, & crebri, sed durus illis pulsus vel conuulsiuus nunquã fit. Si vlnæ, vel tibiæ musculi inflãmati sint, maxime qua parte tendines egerminant, facile conuulsione corripiuntur: facillime etiam pulsus tenduntur ac indurescunt: thoracis etenim & ventris carnosi musculi sunt, neruosiores manuum & pedum. Adeoq;, si tendo aliquis in summis manibus vel pedibus inflammatus sit, prompte illis pulsus durus fit, prompte item conuelluntur. Iam vero admodum duri fiunt pulsus ex scirrho iocinoris, vel lienis: sed ijs, quibus ad eum modũ sunt duri, nullum conuulsionis pericu-

periculum est. Ac, cum insigni lien scirrho affectus esset, frequenter conspeximus non consecutã E aquã inter cutem: iocinori vero succedit necessario: fitq; tum pulsus, mirũ, præditus signis vtriusque affectus, tum tunica ipsa arteriarum humidiore molliorecq;, tum indicante aperte tensionem ex scirrho, atq; ita duriore. Ipsa sua sponte aqua inter cutem citra viscerum inflammationem pulsum non intendit: illa exoritur propter hæmorroidum immodicam vacuationem, aut insolitam suppressionem: itemq; menstruorũ suppressiones & immodicæ vacuationes aquam inter cutem gignunt. Vteri affectus mulierum, declarauimus ante, quemadmodum varient pulsus, cum vesicæ eum compararemus.

Testibus affectis Qui fiant pulsus. CAP. 10.

† *Addendum ex græcis. vbi īflamatæ sũt.*

VNum etiam reliquum est, de testibus vt dicamus: nam hæ partes, etsi extra inguina sint, statim† febres propter vasorum vicinitatem accendunt. Etenim superne ab renum regionibus vena & arteria descendunt per peritonæi foramina ad testes, vasa sane magnitudine insigni: etiã ipsa tunica erythroides adnata peritonæo est. Quare meritò, si hæc sit inflãmata, pulsus durus fit, ac proinde minor: ex testibus non ita durus & magnus, causâ febris. Quæ enim partes arteriosæ & venosæ sunt febres excitant magis: quæ neruosę, aut nullas omnino, aut paruas: at tetanos generant & spasmos. Omnia iam, quę institueramus, absoluimus: nam singularum partium omnibus affectibus recensitis, declarauimus, quem quæque mutatio pulsum creat. F

Futura ex Quibus sint Præsagienda. CAP. 11.

NVnc ergo, quod in primis operæpretiũ est, compendiose hæc in pauca capita reducamus: nam præsentium cognitio, nihil aliud est, ac affectuum inuentio: cognitio præteritorum, nihil etiam aliud, atq; inuentio causarum, quæ affectus inducunt. Quare, si in his commentarijs oẽs affectus explicati sunt: oẽs autem causas effectrices partim in alijs cõmẽtarijs exposuimus, partim in superioribus de causis pulsuum: nihil iam desideretur ad præsentienda præterita vel præsentia. Nam futurorum sumi præsagia ex præsentibus etsi sæpe iam ante monstrauimus, tamẽ omnia nunc etiam summatim, necesse est, percurramus, hinc inducto exordio de euentis, quæ expectantur, dignoscẽdis. Vnum est ac primum quidem, quo erumpet morbus, ad exitium'ne, an ad salutem: alterum ab hoc, quo potissimũ hoc tempore accidet: tertium iam, qui'nam modus erit mortis & salutis. Hæc omnia ex affectibus præsagiuntur: ex ipsis enim, vt ostendimus, morbi genus, & facultatis imbecillitas vel robur dignoscitur: hęc si inter se conferantur, futura pręsentiuntur. Morbus enim cognoscitur ex loco affecto eiusq; affectu: facultas ex commodo temperamento, vel intemperie corporum solidorum: nam, si imbecillitates quædam ob spiritum animalem accidant, breues sunt illæ, & symptomatum ratione consequuntur. Hęc si inter se conferantur, si facultas vigori morbi est sustinendo, oportet superstitem hominem esse, siquidem nihil erratum sit extrinsecus: sin autem sit impar, moriatur, necesse est. Tempus, quo vtrũq; horum accidet, ex his pręscietur. Euadent, qui erũt superstites, illo tempore, quo morbosam affectionem semel superatura est natura: morient tunc temporis, quo facultatem morbus adeo prosternet, vt functio aliqua ad vitã necessaria pereat. Et vero etiã modus tum mortis tum salutis indidem præsciet. Functiones enim, quę ad vitam requiruntur, abolitæ, partim suffocant, partim vitalẽ facultatẽ prosternũt, partim proportione & vitalem prosternũt & suffocant. Vitalẽ facultatẽ suffocant affectus, qui ex thorace, pulmone, aspera arteria, gutture, faucibusq; procedunt: non nulli etiam ipsum statim cor occupant. Qui prosternunt facultatem, ex stomachicis, quos vocant, affectibus, vnde syncopa corripiuntur: ex iocinoris ẽt diuturnis, propter quos cibum non sentiunt: præterea ex longis doloribus, vel vehementibus: ad hæc ex omnibus hecticis febribus: breuiter corporis cordis ingens intemperies, quoquo modo, siue per se hęc inde ab intio, siue propter alia viscera cõstituatur, deijcit vitalem facultatem. Iam vero etiam animalis facultatis imbecillitates, cerebri ingenti intemperiei comitantur: eiusdem quasi suffocationes impletionibus eius ventriculorum, & obstructionibus meatuum, qui in eos penetrant. Proinde, cui mẽsura facultatis perspecta ad vnguem sit, locusq; affectus, & eius affectus, hic ad futura præsentienda est peritissimus. Quemadmodum vero dignoscendæ sint partes affectæ, in alijs cõmẽtarijs explicauimus: Ac, quomodo etiam illarum affectus, cum in illis, tum maxime in libris de iudicationibus, & ẽt in hac lucubratione: De facultatibus etiam sæpe diximus, multisq; locis: atq; ex actionibus cognoscuntur, & ex agentium intemperie. De cæteris facultatibus egimus alio loco: at de illa, quæ molitur' pulsus, quam scilicet appellamus vitalem, & in his commentarijs verba fecimus non pauca, & faciemus etiam nunc. G H

De Facultate Vitali cognoscenda: & de Indicationibus per pulsus præsagiendis. CAP. 12.

CVm omnes pulsus per se languidi sint, infirma facultas est: quod per totum corpus fiet, cum ipsum cordis corpus intemperatum sit: in vna parte, cum sola illa pars. Vbi earundem arteriarum nunc languidus pulsus fit, nunc vehemens, facultas non est per se quidem imbecilla, sed abundantia humorum degrauatur. Solam autem nec in toto corpore hanc inæqualitatem, nec vna in parte, inueni vnquam, sed alia simul tria genera immutari, fieriq; inęqualia: tria'genera inquam, magnitudinis & paruitatis, celeritatis & tarditatis, crebritatis & raritatis: etenim magni

parui

A parui medij,celeres tardi medij,crebri rari medij, non aliter, ac languidi vehementes medij facultatibus accidunt, quæ à copia humorum grauantur. Ac, ſi pulſus vehementes & magni numero contrarios vincant, minus facultas oſtenditur à copia: ſin parui & languidi, magis. Et inæquales item in vno ictu, tum quos interpellato quiete motu, tum quos perpetuo manente, diximus fieri,hi omnes, ſi fines motuum validiores & celeriores efficiant, nunciant facultatem eſſe robuſtiorem omnibus,qui languidiorem et tardiorē efficiant. De differentia decurtatorum ſatis etiam eſt dictum. Cum ergo in tali ſtatu pulſuum altus pulſus videatur,apertum eſt illum permagnum eſſe,vt ante diximus: declarabit etiam ſuperiorem iam naturam copia eſſe. Languidus igitur pulſus nunquam altus eſt: cęterum magis & minus vehemens,quò altior ſimul & vehementior euaſerit,robur facultatis nunciabit,liberumq́ motum. Simul autem cum ea mutatione mutari prius * neceſſe eſt inæqualitatem, ac primum magnos & altos pulſus contrarijs multo plures fieri: deinde omnes ordine æquales: hi excretionibus,neceſſe eſt, iudicētur. Nec altos tantum & vehementes pulſus hoc comitatur,ſed etiam magnos pariter & vehemētes: at certius & firmius, ſi alti ſint. *Al. priorē.

Hic contractionis motus eſt attendendus: ſemper enim abijcere inuenies eam, priorem celeritatem,& minus hoc & magis eam facere. Itaque diſcretio tibi hinc mo*di iudicationis ſuppetit: me- *[illegible] al. ſt moris.
B lior enim iudicatio ſolet expectari contractionis celeritate plus remiſſa: &, ſi huc alia ſigna accedant concoctionis (quæ ſum omnia complexus in commentarijs de iudicationibus) optimam iudicationem promittit hic ſtatus. Quòd, ſi contractionis celeritas parum ſit remiſſa, au*t morbus haud dum videatur concoctus eſſe,expectanda quidem eſt iudicatio per excretionem,non tamen vndequaque probata: ſed aliquid habebit malarum iudicationum aut vnum, aut duo, aut etiam ſimul omnia. At,ſi pulſus ſit magnus & vehemens,nec pręcedat illa inæqualitas,non ſemper portendit excretionem. Altus ſemper quidem,ſed,ſi non præceſſerit inæqualitas, modicas excretiones ſpondet: copioſas,cum multas ſequatur inæqualitates,quæ declarent facultatem copia onerari. Miraberis optimis iudicationibus altum vnà & moderatū celeritate in contractione pulſum, præſertim conſequentibus excretionibus,antecedere: & non in diſtentionibus arteriarum, cum in ſe attrahant, ſed in contractionibus, quando excernunt. Quod mihi videtur præcipue Archigenem adduxiſſe, vt putaret arterias in contractionibus attrahere aliquid in ſe ipſas, in diſtentionibus excernere: at fieri hoc non poſſe, in libro de vſu pulſuum docuimus. Quæ vero ſit cauſa, quamobrem altus ſimul & celer in contractione pulſus promittat decretorias excretiones, hoc loco explanabimus. Non eadem eſt facultas vitalis, quā vocant, & nutritia naturaliſq;: illius enim *Aliter, et.
C hoc vnum opus eſt,generatio pulſus: naturalis id, quod familiare eſt ad nutritionem, allicere, &, quod eſt alienum,excernere, pręterea retinere alterareq; familiare alimentum: ad nutrienda enim corpora poſtulat hæc omnia, ſicut ad natiui caloris tuendam mediocritatem,diſtentionem & contractionem arteriarum atque cordis. Quam facultatem nec in ſtirpibus inuenias, nec in animalibus frigidis: cuius generis ſunt oſtrea, & quæ petris vel alijs duris corporibus adnaſcuntur: animalia calida, potiſſimum ſanguine prædita, apertiſſimam hanc facultatem & vehementiſſimam obtinent. Hæc ergo in contractionibus pulſuum eijcit ſolum fuliginoſum excrementum, quod obſtiterit naturalis caloris mediocritati: ſicuti in diſtentionibus, quod ſe refrigeret, allicit. Altera facultas nutritia conueniens attrahit alimentum,& incommodum excernit. Diſtincta igitur facultatum principia ſunt,vt in commentarijs de Hippocratis & Platonis placitis oſtendi: cęterum in ſingulis inſtrumentis inter ſe confunduntur. Nam arteriæ,quatenus nutriuntur, facultate nutritia gubernantur,cuius excernere alimenti excrementa munus eſt: ſicuti alterius vitalis, fumoſa excrementa expellere. Quando igitur hæc abundant, arteriæ maximam ſimul & celerem contractionem moliuntur. Quòd ſi fieri poſſet,vt digito intro in eas immiſſo,pulſus exploremus,percipiamus eas penitiſſime intro ferri: ſed,quoniam hoc non poteſt, celeritas primum potiſſimumq;
D attendenda eſt: deinde contractionis quantitas,ſi probe ad eam dignoſcendam ſis exercitatus. Cū vero hæc excrementa nulla amplius ſint, concoctiq; ſint humores,qui antea putreſcebant, altera facultate naturali concoctorum excrementa excernit. Hæc per omnia membra permanauit animantis, perq; carnem, & neruos, & ligamenta, oſſaq;: non per ſolas arterias & venas eſt diſtenſa. Atque hæc eſt illa facultas, quæ etiam iudicationes efficit: cuius quatenus participes arteriæ ſunt, excrementum expellunt. Altera facultate pulſatrice, quam ſolæ hæ obtinent,in contractionibus fumoſum excrementum excernunt,ſicuti in diſtentionibus attrahunt refrigerium. Vſus nō perpetuo par vtriuſque eſt, ſed præpollentis vſus excellit non nunquam: itaque etiam ex ſe pulſum figurat,ſiquidem ei facultas reſpondeat. At vero, ſi fumoſum excrementum præpolleat,plurimū contrahitur, diſtenditur autem non plurimum cor cum arterijs: ſed hactenus dūtaxat,vt ſatis refrigerij ab extrema contractione ſuppetat ijs. Sin autem paucus admodum fuerit fumoſus calor, copioſiſſimus vero mundus & purus & quaſi flammeus, in diſtentione plurimum attolluntur: & contrahuntur eatenus tantum,quatenus ſatis fiat alteri vſui. Quare ſemper æqua magnitudine diſtentio eſt atque contractio, niſi, cum digitos caſu admouerimus, repentina fiat mutatio. Intereſt autem hoc, quod nunc foras motus magis feratur, nunc intro: declaratq;, quemadmodum

diximus,

diximus, si ille, qui intro fertur, præpolleat, esse in arterijs fumosum quendam calorem: igneum E & purum, si ille, qui foras. Ob hanc sanè causam altus pulsus excretionem significat, concoctis iam humoribus, qui inducebant febrem, comitans. Semper porrò omnis excretio naturæ lege perfecta sequitur concoctionem: etenim in ventre conspicitur natura excrementum à concoctione excernere. Cæteras omnes excretiones, quæ ante, quàm cibus coctus fuerit, fiunt, nunc quod vellicetur ab illis, quæ continet: nunc quia degrauetur: ante tempus concoctionis cogitur moliri. Haud aliter totius corporis facultas, postea quàm satis familiarem succum concoxerit singularum partium, tum demum excrementum excernit, nisi quid eam, vt diximus, irritet ante tempus. Copia excrementorum tum ex plethoricis signis, quę præcesserunt: tũ ex præsente flammeo calore præsentitur: ob quẽ ipsum calorẽ pulsus magni videntur, † & alti. } Quare sunt pessimæ excretiones, quæ pulsum nec magnum obtinent, & celerem in contractione ostendunt. Porrò autem, si etiã se plus intro recipiat, fumosi hic excrementi affluentis in primis est nuncius, atq; ob id crudi morbi. Si præterea sit pulsus lãguidus, periculum est syncopes. Si vero pituitosior morbus sit, cum ab inæqualibus pulsibus mutatio fiat in plures vehementes & magnos, iudicatio erit per abscessum: maxime si diuturnus sit, magisq; etiam cum adhuc hyeme, & in frigida ætate, natura, & regione. At, in quam potissimum corporis partẽ erupturus sit abscessus, non F est præsagire ex pulsibus. Sed, quod in commentarijs de iudicationibus diximus, spectandæ sunt inclinationes naturæ, quas etiam in libris de iudicationibus à modo motus diximus declarari. Cum enim pulsus omnino ad excretionem spectat, si adiuncta habeat profluuij sanguinis signa, de naribus sanguis profluet: his si careat, ex alia quapiam parte dispicienda est excretio. Sed de his omnibus satis in commentarijs de iudicationibus disseruimus.

† Græca quædã exemplaria manuscripta nõ habent καὶ ὑψηλοὶ .i. & alti: alia tamen habent: sicuti & in libro.1. de die. decr. ca. 7. habẽt, sed motus plures alti & magni &c.

Galeni

GALENI SYNOPSIS LIBRORVM SVORVM SEXDECIM DE PVLSIBVS.

Augustino Gadaldino interprete.

CENSVRA.

Galenus in fine libri Artis medicinalis hæc verba scribit. At vero in animo mihi est aliũ scribere librũ, veluti Epitomen quandã omnium horũ sexdecim librorũ de pulsibus: quem inscribã vel Artẽ de pulsibus, vel Isagogen, vel Synopsin, vel Epitomen. In libro autẽ de proprijs Libris capite. 5. ait. Librũ etiam quẽdam alium vnũ, sexdecim supradictorum librorũ de pulsibus Synopsin scripsi. Hunc autẽ esse eum librum, cuius ijs in locis Galenus meminit, prçterq̃ ꝙ & doctrina scribẽdi ratio aperte videntur indicare: facile etiam hinc probari potest, Quòd auctor ipsius lectorem nõ raro ad Librum de pulsibus ad tyrones quem etiam quandoq; Isagogen appellat, frequentissime ad Magnam illam tractationẽ de pulsibus quæ ex sexdecim libris constat, sæpe etiam ad Libros de crisibus & ad alios quoq; non paucos tractatus, releget: quos omnes libros sicuti ipse perpetuo suos nominat, ita Galeni esse germanos oĩbus est cõpertum: Quodq; sæpius ipse affirmet, eum præcipue ad expeditã rememorationẽ ijs fore vtilem, qui prius Magnam de pulsibus tractationem accurate perlegerint: & capite vndecimo dicat, studiosos materiam de pulsibus sicuti breuissimo sermone ab ipso conscriptam habent in Isagoge, absolutissimo in Magna tractatione, ita medio inter vtrosque in hac Synopsi esse habituros.

Loci quamplurimi sparsim in studiosorum gratiam sunt in margine adnotati, in quibus Galenus eadem in alijs suis de Pulsibus libris scripserat.

In quo præstent Diexodici libri Epitomis, & cur prius legendi ij sint. Curq; Galenus hanc Synopsin conscripserit. Argumentum sexdecim librorum de Pulsibus. CAP. I.

Leriq; hominum appetunt quidem scientiam exquisitam eorum, quæ quotidie discunt: viam tamen, quæ ad ipsam ducit, adire grauantur. Et ob id, cum sermones per Diexodon. i. fusam enarrationem, interpretatos, tanq̃ prolixos effugiant: nonnulli quidem Isagogas idest introductiones seu institutiones, vel Hypographas. i. subscriptiones, vel Hypotyposeis. i. subfigurationes, legũt: nõnulli vero Epitomas. i. resectiones seu breuiaria, vel Synopseis. i. cõpendia, vel Epidromas. i. trãscursus. Postea deinceps, cùm aliquando in homines artis contradicendi peritos incidunt, nec quæ ab illis dicũtur, soluere queunt, propterea ꝙ nec eorũ solutiones discere voluerint, desistunt à veris. Oportet ergo vt ipsi (hoc prçcipue cognoscentes, diexodicam nimirum doctrinã cæteris prçstare, ꝙ non solum vera docet, sed & ipsis demonstrationes adiungit, & contradictiones, & earum solutiones) cũ ab huiusmodi
D doctrina destiterint, desistant etiam disputare cum alijs de veritate eorum quæ didicerunt. Non tamen ita faciunt. & ob id euenit, vt per totam vitam eorum sentẽtiç agitentur, veluti nauis fluctibus iactata. Demonstrationes enim tanquàm anchoræ sunt, vt scientiæ firmiter appellantur, non dimoueanturq;. Ego igitur adhortor, vt discant quidem omnia perfecte vel statim à principio, vel per hypotyposin aut synopsin prius introducti: cum autẽ exquisite didicerint, tunc & epitomas legant, quando paucis verbis eorum reminisci voluerint, quæ antea prolixe didicerãt. Omnino sanè decreueram nullius meæ tractationis epitomen facere, satius esse existimãs, vt qui diexodos accurate perlegissent, sibi ipsis epitomas facerent: Vtiles enim hoc modo tum epitomç tum synopseis fiunt, iuxta proprium captũ vnicuiq; scriptæ. Quoniam autem animaduerti alios mearum tractationum epitomas nõ recte facere: in quas dum incidunt qui diexodos legere grauantur, nõ parum læduntur: ob id coactus ipse sum ad hoc negotium peruenire, præter eã, quam ab initio habui, sententiam. Ac primam quidem omnium, tractationem de Pulsibus, in synopsin redegi. Erat autem tota ipsius diexodus in quatuor partes diuisa: quarum prima differẽtiam ipsorum, secunda dignotionem, tertia causas, quarta præcognitionem tradit. In prima ergo parte, quç est de pulsuum differentia, quo modo quis methodo inueniat pulsuum omnium numerũ, docetur: In secunda vero, q̃uo vnumquenq; ipsorum dignoscat. nã quidam ipsorũ difficulter dignoscibiles, quidã indignoscibiles ad tactum sunt. Tertia pars, à quibus causis vnusquisq; pulsus fiat, docet. Quarta autem [a] (cuius gratia oĩa hæc tractantur) de præcognitione, quæ per ipsos fit, est. A 1. de Dig. p. cap. 1. pa. 70. c

A pag.46.

** Argumentum proemij Libri primi de differentia pulsuum, hoc est, cur rebus magis quàm nominibus in omni doctrina attendendum sit.* CAP. 2. E

CVm igitur in vnaquaque parte quatuor à nobis conscripti sint libri, ita vt vniuersi sint sexdecim: nunc, vt dicebam, in hoc synopsim ipsorum faciam, initio sumpto à prima parte, quæ est de differentia. In qua præpositum est procemium, quod ostendit melius esse, rebus ipsis mentem adhibere, neglectis nominibus: Id quod non in hac tantum tractatione, sed etiam in alijs omnibus, faciendum censeo. Qui enim à rei substantia differentias, quæ in ipsa sunt, methodo inuenit, scientiam hic habet firmam, rem quampiam nec prætermissam esse, nec superflue dictam. Iis autẽ qui à nominibus initium capiunt, incertum est, an aliqua prętermissa sit, an superflue addita. Sæpe enim vnum nomen plures res significat: sæpe vero vna res plures habet appellationes: nonnullæ autem nullo prorsus modo nominatæ sunt à principio: quod vel non cognitæ fuerint superioribus, vel paucis omnino cognitæ. Periculũ ergo est in ijs quæ æquiuoce dicuntur, ne aliqua res prætermissa sit: In multiuocis vero, ne nominum multitudini, rerum numerus æqualis esse videatur: In quibus autem nomen non est, ne res quidem ipsa non sit. Et ob id prętermisso eo quod à nominibus capitur principio, melius est, vt ab ipsa re auspicati, ad inquisitionẽ accedamus multitudinis differentiarum quæ in ipsa sunt. F

B 1. de dif. pul. cap. 3. p. 47. c

b Pulsum ab hominibus uocari, sensibilem diastolen & systolen arteriæ, duoq; prima huic motioni inesse, spatium per quod fertur id quod mouetur, et tempus in quo mouetur. Quatuor genericas differentias in diastole arteriæ considerari, Quantitatem, Tempus, Tenorem, & Corpus vasis. Et à quantitate viginti septem speciales differentias, à singulis vero alijs tribus tres tantum sumi. CAP. 3.

EST sanè propositæ rei substantia, caui & prolixi corporis, sensibilis tum diastole tum systole. Ac cauum quidem hoc corpus, vocatur à medicis arteria. Prædictam autem ipsius motionem vocant pulsum non medici solum, sed etiam vniuersi homines. & nisi hoc quis pulsum vocare voluerit, nihil vtique ad nos fuerint. non enim de nominibus altercaturi venimus: [c] sed quo modo quis ex sensibili arteriarum motione, futura præcognoscat. Siue ergo pulsum, siue palpitationem, siue quodcunque aliud, vocare quis motionem ipsarum voluerit, nihil refert, dummodo præcognitio recte ex ipsa fiat, ad quam à principio properamus. Quænam igitur sunt, quæ motioni arteriarum ex necessitate insunt, primum considerare oportebit: Postea, siquid ex alijs quæ nõ ex necessitate insunt, accedit. Insunt sanè motioni arteriarum secũdum propriam ipsius rationem duo hæc prima, spatium, dico, per quod fertur id quod mouetur, & tempus in quo mouetur. [d] Ac spatium quidem motionis, quoniam secundum longitudinem & latitudinem & profunditatem G fit, tres faciet simplices ac primas differentias, vnam secundum longitudinem, alteram secundum latitudinem, & tertiam secundum profunditatem seu altitudinem: vtroque enim modo nominatur. Si ergo pulsus qui nunc apparet, in altitudinem ascendat maiorem, quàm sit secundum naturam, altus vocabitur: quemadmodum sanè cùm in latitudinem maiorem extenditur, quàm sit secundum naturam, latus: ita vero si in longitudinem maiorem quàm sit secundum naturam, tangentibus subijciatur, longus. Manifesti etiam sunt & qui his sunt contrarij, humilis, & angustus, & breuis. Qui vero secundum vnamquanque trium dimensionum secundum naturam se habet pulsus, symmetros. i. moderatus vocabitur secũdum illam dimensionem. Necesse ergo est vniuersas pulsuum differentias septem & viginti esse, quæ. s. subscriptæ sunt.

C 1. de diff. p. cap. 1. p. 46. h

D 1. de diff. p. c. 4. pag. 47. c diffuse.

E Eodem. cap.

		* LONGITVDO	LATITVDO	PROFVNDITAS.
Magnus.	1	Longus	Latus	Altus
	2	Longus	Latus	Moderatus
	3	Longus	Latus	Humilis H
	4	Longus	Moderatus	Altus
Gracilis.	5	Longus	Moderatus	Moderatus
Gracilis.	6	Longus	Moderatus	Humilis
	7	Longus	Angustus	Altus
Gracilis.	8	Longus	Angustus	Moderatus
Gracilis.	9	Longus	Angustus	Humilis
Solidus.	10	Moderatus	Latus	Altus
	11	Moderatus	Latus	Moderatus
	12	Moderatus	Latus	Humilis
	13	Moderatus	Moderatus	Altus
Medius.	14	Moderatus	Moderatus	Moderatus
	15	Moderatus	Moderatus	Humilis
	16	Moderatus	Angustus	Altus
	17	Moderatus	Angustus	Moderatus
Gracilis	18	Moderatus	Angustus	Humilis

19 Breuis

Solidus.	A 19	Breuis	Latus	Altus
Solidus.	20	Breuis	Latus	Moderatus
	21	Breuis	Latus	Humilis
Solidus.	22	Breuis	Moderatus	Altus
Solidus.	23	Breuis	Moderatus	Moderatus
	24	Breuis	Moderatus	Humilis
	25	Breuis	Angustus	Altus
	26	Breuis	Angustus	Moderatus
Paruus.	27	Breuis	Angustus	Humilis

[a] Ita sanè, cum hi septem & viginti pulsus sint, qui secundum quantitatem in tribus simul dimen A Eodem cap.
sionibus consistunt: Duo quidem ex ipsis habẽt nomina ab omnibus recepta medicis, primus in
ipsis scriptus, & vltimus: nã alter magnus, alter paruus vocatur: Reliqua vero tota multitudo, nõ
habet. Neq; n. qui ἰσχνοὶ. i. graciles, & qui ἁδροὶ. i. solidi seu turgidi dicuntur pulsus, unum aliquẽ
B ex tabella ostendunt, sed de multis generice prædicãtur. In quibus enim dimensio secundum lon-
gitudinem reliquas duas excellit, hos omnes, graciles vocant: In quibus verò reliquæ duæ, hos
omnes ex aduerso illis, solidos. Ita vt & quintus in tabella, & sextus, adhuc vero præter hos
octauus, & nonus, & decimusoctauus, graciles vocentur: Ex aduerso autem his, solidi, decimus
in tabella, & vndeuigesimus, & vigesimus, & præterea vigesimussecundus, & vigesimustertius.
Ita vt generaliora sint hæc nomina, & pluribus commmunia. Vocant autem & hos ipsos pulsus
etiam alio modo: λεπτὸν quidem. i. tenuem eum, qui gracilis est: παχὺν vero. i. crassum, eũ qui so-
lidus est. Sed neq; eius qui secundum tres dimensiones moderatus est (qui sanè solus ex viginti
septem, est secundum naturam) proprium habemus nomen: verum oratione & hũc declaramus,
siue moderatum esse dicẽtes in tribus dimẽsionibus, siue medium inter magnum & paruum, siue
secundum naturam in quantitate diastoles, vel moderatum in quantitate diastoles, vel quomodo
cunq; aliter maxime apertam speremus esse orationem. [b] Qui vero secundum tempus diastoles
consistunt, non amplius viginti & septem, nec omnino multi sunt: sed quot sunt differentiæ, quę B 1. de diff. p. c. 4. p. 47. d
ab vnaquaque triũ dimensionum generice concipiuntur, tot etiam hos inuenies. Quemadmodũ
enim in illis secundum longitudinem quidem, & moderatus erat & longus & breuis: secundum
C latitudinem vero, & moderatus & latus & angustus: secundum profunditatem autem, & modera
tus & altus & humilis: Eodem sanè modo in tempore diastoles, & moderatus in hoc gñe est & ce
ler & tardus. [c] Aliud autem post prædicta est genus differẽtiæ pulsuum, quod secundum τόνον. i. C 1. de diff. p.
tenorem seu firmitudinẽ est: in quo rursus εὔτονοι. i. tenore prædíti seu bene firmi, & ἄτονοι. i. teno c. 6. p. 48. b
ris uacui seu infirmi, fiunt pulsus: [d] & tertius quidam, amborum medius, non æque ac superius di- D 1. de causis
cti, secundum naturam & moderatus. Nã qui tenore præditus est, in hoc genere secundum natu- p. c. 7 p 87. c
ram est. [e] increscens autem ex nutrimento & vini potu & ira, ab eo quod secũdum naturam est re- ibidem diffu.
cedit. Hunc ipsum etiã σφοδρὸν. i. vehementem nominamus, medicorum sequentes consuetudi- E 3. de diff. p. c. 5. p. 61. h, &
nem. quandoquidem scimus ab omnibus grȩcis σφοδρὸν de eo qui celer simul & tenore predi- 62 a
tus sit, vlitatius dici. [f] Quartum genus differẽtię in diastole arterię, fit secundũ ipsum corpus va- ibidem.
sis, quod vel durius vel mollius, quàm secundum naturam sit, appareat. Erunt ergo & hîc tres pul F 1. de diff. p. c. 3. p. 47. d, &
suum differentię, moderatus, durus, & mollis. c. 6. p. 48. b

Probat nullam aliam genericam differentiam præter iam dictas quatuor inueniri posse in diastole arteriæ; impugnando eos qui posuerunt differentias pulsuum à re infusa. CAP. 4.

D ALia vero nulla aut excogitari, aut experimento cognosci potest eueniens nobis sensibilis
passio ex corporibus quæ mouentur: Ita vt in prædictis quatuor generibus vniuersæ pul-
suum differentię, quæ secundum diastolen arteriæ considerentur, circunscribantur. [g] Quod enim
est in ipsis ĩfusum, nec quantũ nec quale sit, sensu dignosci potest: Alioqui certe cessaret illa quæ- G 4. de dign. p. c. 2. & 3. diffu se.
stio, An vacuæ sanguinis sint arterię, si sanè dici posset, non solum sanguinem cum spiritu eas cõ-
tinere, sed qualem etiam sanguinem ipsę contineant, vtrum serosum ac tenuem, an crassum & ui-
scidum, an horum medium, qui certe est sanguis secũdum naturam. Quamquam sanè aliqui affir
marunt, huius quoque dignotionem, sensibilem esse: quemadmodum etiam de ipso spiritu, qua-
lis nam facultate sit is, qui in arterijs continetur. Nonnulli vero his etiã absurdiora scribunt, quen
dam alium, vltra prædictos pulsus, introducendo, quem ipsi πληρῆ. i. plenum appellant. [h] atq; hu- H 1. de diff. p. c. 6. p. 48. h
ius generis tres faciunt differentias: nominant autem hunc quidem plenum, hunc vero vacuum:
medius aũt vtrorumq;, nullum peculiare nomen sortitus est. Hos ergo si redarguere velis, bifariã
aduersus ipsos sermonẽ diuides: primo circa significatũ τῆς πληρότητος. i. plenitudinis, postea cir
ca ipsius dignotionem. in vtroq; n. ostẽdimus eos non parũ errare: circa significatũ quidem, non
in hoc tantum genere pulsuum, sed etiam in alijs, in [i] secundo & [k] tertio de differentia pulsuum li I in toto ferè libro.
bro: circa dignotionem vero, quæcunq; quidem in plenitudine errant, in [l] quarto diximus libro K cap. 6.
de pulsuum dignotione: quæcunq; autem in alijs omnibus, in libris superioribus. Nunc autem, L cap. 2. & 3.
quoniam id duntaxat, quod vtile ad artem est, doceo, prætermissa aduersus eos, qui aliquo modo

in ipsa errarunt, redargutione, (hoc.n. vt dixi, in epitomis & synopsibus spectamus:) tempus est E ad alias pulsuum differentias, quæcunq; vtiles sunt, transire.

Systolen quomodo alij sensibilem esse existimarint, alij insensibilem: ac quos vtriq; singulatim, raros, frequentes, & medios pulsus nominarint. CAP. 5.

A 1. de diff. p. c.7.& 8. E[a]Xcipit autem nos maxima dissensio medicorum: cum nonnulli quidem arbitrentur sensibilem esse systolen arteriæ, nonnulli vero insensibilem. Ac illi quidem qui sensibilem putant ipsam esse: inter finem diastoles & principium systoles quiescere breui tempore aiunt arteriam, proportione habita quieti illi respiratoriorum instrumentorum quę post inspirationem fit ante expirationem: eodem modo & post systolen ante diastolen quiescere rursus, quemadmodum etiam in respiratione quies aliqua fit respiratoriorum instrumentorum in expirationibus ante inspirationes. Si ergo tempora quietum sint maiora quàm sit id quod secundum naturam est, rarum nominant pulsum: si minora, frequentem: Vt duæ sint raritates & frequentiæ, altera externa post diastolen ante systolen, altera interna post systolen ante diastolen. Quicunq; vero sibi ipsis insensibilem esse aiunt systolen, totum hoc tempus, quod vtiq; fit inter sensibiles motiones, ei quod secundum naturam est, comparantes, si minus sit, frequentem: si maius, rarum nominant pulsum: si æquale ei quod est secundum naturam, moderatum. Dictum autem est F

B cap.3. C cap.1.p.70. e f, & c. 3.p.72 a b D cap.5. E cap.6. F 1. de diff. p. c.8.9.& 10. diffusæ.

mihi in [b]primo de dignotione ipsorum, abunde de hac dissensione: [c]quod q; diu & ipse non sentiebam systolen: [d]quod q; omnium pulsuum non est sensibilis: ostensum quoq; est quorum nam est sensibilis, & quorum non: [e]ac præterea quomodo vtiq; quis se ipsum exercere debeat in systole dignoscenda. Sed hęc quidem paulo post dicentur.

[f]Rhythmi speculationem fieri ex collatione temporis diastoles cum tempore systoles. Inæqualitatem esse vel in pluribus pulsibus, tuncq; aut inordinatam, aut ordinatam: uel in vno tantum pulsu, tuncq; aut motu remanente continuo, aut interrupto. CAP. 6.

NVnc vero reliquas differentias pulsuum percurro: primã quidem eã, quæ est rhythmi, musicorum speculationi secundum quid communicantem: secundam vero eam, quæ est inæqualitatis & inæqualitatis: & tertiam eam, quæ est ordinis & inordinationis. Ac rhythmi quidẽ speculatio fit, vbi inter se conferuntur tempus diastoles & tempus systoles: Inæqualitatis autem, vbi corrumpitur secundum quid continuata paritas, aliàs secũdum aliud genus pulsuum, vel etiã duo, vel etiam plura. Quoniam autem aliquando corrumpitur quidem continuata ipsa paritas, & ob id inæqualis ipsa motio apparet, quemadmodum in planetis seu errantibus astris, inuenitur tamen aliqua in circuitibus paritas, quemadmodum in illis ipsis planetis: propter hoc ordinatam G quidem esse dicimus sicuti planetarum motionem, ita etiam pulsuũ qui per circuitus, pares sunt: inordinatam vero esse, quando nec paritatem in circuitibus seruet, pari pulsuum multitudine factam. Veluti, si post tres magnos pulsus, quartus videatur paruus, & hoc continuata semper serie, ordinatum quidem asseres esse talem pulsum, inæqualem tamen: corrupta enim paritate, ordo quidam seruatur. in quibus autem pulsibus nec ipse seruatur, hos non solum inęquales, sed etiam inordinatos nominamus. Ac quòd nos quidem recte vsi simus pulsuum nominibus, conseruantes

G per totos se 3e libros.

quemadmodum in alijs ita & in his græcorum consuetudinem, in [g] secundo, & tertio de differentia ipsorum ostensum est. concedimus tamen, vt quomodocunq; quis velit nominet, dummodo rerum differẽtia seruetur, ac oratione declaretur: quò distincta ac clara fiat doctrina. Traditæ etiã sunt in primo de differentia pulsuum, inæqualitates secundum vnam motionem, aliquę quidem continua ipsa permanente euenientes, aliquæ vero quiete intercedente, de quibus post hęc dicetur. Nunc autem ad systoles sermonem perueniam, qui maxime necessarius est ad pręcognitiones. quandoquidem doctrina etiam de frequenti & raro pulsu cum doctrina de rhythmis variatur, ac vnà commutatur. Cum ergo plura de ipsis dicta sint in [h]primo de differentia pulsuum, ex

H ca.8. 9.10. 30.31.

ipsis hũc in locũ q maxime vtilia sunt, trãsferenẽ: in quibus exercitatus quis, vim doctrinę opere H percipiet: qñ ipse quidem ea quæ in ægrotantibus euentura sunt, pręcognoscet: singuli vero alij medici ex diuinatione quadã, non ex medica speculatione, eorũ præcognitionẽ fieri arbitrabunt.

De dignoscenda quantitate diastoles & systoles. CAP. 7.

I 1. de dig. p. c.7. diff. p.73. c

SAnè incipies à quantitate diastoles dignoscenda: hoc autẽ tibi inerit, si superficietenus digitorũ iniectionem feceris: & magis, si ex infernis[i] partibus arteriæ. superius.n. tactũ injciens, fortassis alicubi grauabis qñq;, ac premes ipsam, nisi valde admodũ mentẽ adhibeas, vt exquisite digitos applices, omni compressione euitata. Iniectio autem, quæ ex infernis fit partibus, magis potest coniectare: propterea quòd nullo modo comprimatur arteria. Quantum autem ipsas cõ-

K 1. de dig. p. c.1. p.71. a L 1. de dign. p. c.5. p.72. e M ibidem.

presseris, tantum etiam diastoles tumorem impedies, ac præsertim quando tenoris vacuus fuerit pulsus, quemadmodum in [k] lethargicis: quorũ si arteriam digitis compresseris, pro maximo minimus apparebit.[l] Si vero, vt dictum est, penitus imbecilla fuerit vitalis facultas, cum arteriam cõ presseris, sine pulsu laborans videbitur.[m]Cõtrarium autem in eutonis. i. tenore preditis pulsibus fit: quos & σφοδρούς. i. vehementes nominamus. renititur enim arteria comprimendo, magis q̃ moderate injciendo digitos, indicans robur mouentis ipsam facultatis. Quare, vbi tum cutis laborantis fuerit dura, tum arteriæ tunica eodẽ modo fuerit affecta, pulsus qui tenore præditi sunt,

N 1. de diff. p. c.7. diffusæ. p. 63

carnem iniectorum digitorum vnà cum cuti euertũt: quemadmodum si etiam externũ aliquod durum corpus molli cuti apponas.[n]In hoc enim ipso durum à molli discernitur: quòd durius in

mollius

A mollius ingrediatur. Quod autem tenore præditum simpliciter est sine duritie, habet quidem vt euertat: vt vero veluti constringat ac contundat non habet. Intelliges autẽ quod dico, apertius & in violento venti impetu, & in moderata lapilli impositione. ventus etenim nos & arbores sæpenumero haud exiguas euertit: lapillus autem cuti impositus constringere & comprimere ipsam potest, euertere autem membrum totum non potest. Quod enim sine cõpressione euertitur, regionem in qua prius erat, deserit: quod autem à duriori constringitur, cedens in se ipsum, id quod durum est excipit, nequaquam sedem quam prius habebat, deserens. Ita ergo & in arteria durũ pulsum à vehementi distingue: Durum nanq; veluti lapidem vel lignum senties occurrere, qui ab innixu vincitur, nisi vehemens etiam sit: Vehementem vero è cõtra, tenore magis præditũ si innitaris, conspicies. Cũ ergo prius in his distinguẽdis te exercueris, ad systoles dignotionem accede, prius te ipsum exercẽs in pulsibus,[a] qui & magni sint & vehemẽtes & duri. Si enim hos moderate premas, licebit tibi primas systoles partes sentire. Quicquid igitur cedẽtis cutis euertebat, ac veluti cauabatur occurrente arteria, illud ea recedente insequitur vsq; eam quæ ſm naturam est tum sedem tum constitutionẽ. quare tanto tẽpore systolen senties, in quanto hoc ipsum fit: reliquum aũt ipsius totiũ, indignoscibile tibi erit. Postq̃ aũt te in eiusmodi pulsibus exercueris, ad magnos simul & vehementes transi, quãuis sint non duri: postea ad vehementes, quãuis sint nõ magni.[b] Mollem vero te habere oportet tactum, naturaq; bene sentientem: etenim citius ab arteria violenter occurrente, eiusmodi tactus euertitur: & quæ in ipsa sunt passiones, magis sentit. Dictũ aũt est fusissime[c] in primo de pulsuũ dignotione, quonã modo potissimum circa systoles dignotionẽ te exercere debeas. Si vero nequaquam tibi ipsi persuaseris, exquisite primas systoles partes sentire: verũ indignoscibilis oĩno tibi ipsa videatur, vt qui cutim durã vel difficulter sentientẽ habeas: scias certe ad multas præcognitiones ex hoc te læsum iri: quas procedente sermone audies. verũtamen ego tibi aliquam cõsolationẽ ad operam vsum porrigã. Oportebit. n. te, totum illud tẽpus, in quo nullam sentis motionem, in memoriam reponere, quantũ sit in vnaquaq; ætate. Cũ aũt non exigua sit differentia hoibus inter se mutuo in quantitate tẽporis quietis, hortor te vt familiares illos, quos opinaris aliqñ ægrotantes te esse inspecturũ,[d] sæpius dum sani sunt tangas eo sanè tẽpore, in quo corpus nullam extrinsecus ortam motionẽ habet, ex ambulationibus, vel cursibus, vel lauacro, vel lucta, vel pastu, vel potu, vel agonia, vel ira aliqua, vel timore: memorieq; reponens quantitatẽ temporis quietis, illi cõpares id quod assidue conspicitur. deinde si maius fuerit, eum pulsum voces rarum: si minus, frequentẽ: si ei, quod ſm naturam est, æquale, moderatũ. C Queãdmodum aũt non potest totum tẽpus systoles sentiri: ita nec diastoles. ostensum aũt & hoc est in primo de dignotione pulsuũ. Verum celerem & tardũ pulsum licet dignoscere ex eo, quod de diastole apparet. Dictum autem & de hoc est tum in[e] secundo de dignotione pulsuũ in principio, tum[f] in tertio diffusissime, in quo etiam rhythmorum doctrinam[g] inutilem ostendi: Satis. n. nobis esse ad precognitiones celeritatem solã vel tarditatem dignoscere motuum arteriæ: quemadmodum etiam & ipsarum quietũ tempus quãtum ipsum sit per quod rarus & frequens pulsus fit. Disces autem hoc in sequentibus, vbi de precognitione ex pulsibus sermo mihi erit.

A: de pr. p. c. ...
B: ...
C: cap. ...
D: De puls. ad Tyr. c. 9 p. 44. a
E: cap. ...
F: cap. ...
G: ca. ...

De dignotione magnitudinis et paruitatis pulsus ac cæterarum differentiarum quæ in diastole considerantur. CAP. 8.

NVnc de magno & paruo pulsu, ac de ceteris, quicunq; secundum quantitatem diastoles intelliguntur ac dignoscuntur, vbi quicquid vtile est adiecero, ad causas ipsorũ transibo. Etenim in his pulsibus alia quidem cõmunis est mẽsura, quę in frequenti latitudine sumitur: alia vero in vnoquoq; homine peculiaris. In communi quidem,[h] moderatus secundũ quamlibet dimẽsionem ipse pulsus erit: Et dignoscetur, si eum ad arteriæ[i] tumorem metiaris. nomino autẽ nunc tumorem (hoc est ὄγκον) ipsam quę in orbem est, circunscriptionem: Aeque vero ac hic, & qui supra vel infra moderatos secundum vnamquãq; dimensionem sunt: Peculiariter autem in vnoquoq; homine, ex tactu, quem in illo & pręcognoueris, & memoriæ teneas. Dictum autẽ de his pulsibus est in secundo de dignotione ipsorum.[k] quam sane tractationem nemo ante me scripsit, ipsam per se seperatim ac solam distinguendo: sed paucas alicubi res extra ipsius institutum alius aliam aggressus, discordes in ipsis fuerunt.[l] Pueri igitur pulsum Herophilus quidẽ satis magnum esse ait, Archigenes vero paruum. Sic sanè &[m] formicantẽ, celerem esse ait Archigenes, Herophilus autem non celerem. Errorum aũt causas in ea tractatione diximus. Quare tibi in primis in eã est accurate incumbendum, si tum dignoscere tum præcognoscere velis differentias pulsuum, sicuti nos facere vidisti.[n] Nihil enim est in arte, quod diuturniore exercitatione indigeat, maioremq; vim habeat, quàm pulsuum dignotio. Vbi. n.[o] Archigenem errare ostendimus, non in celeritatis solum sed etiam magnitudinis dignotione: quam poteris tu spem habere scientiæ ipsorũ, nisi ratione quidem primo in quatuor libris de dignotione, postea vero vsu ac exercitatione, veritatem quæ in ipsis est, edisćas? Tanq̃ igitur tu ita facias, capita eorum, quæ in ipsis dicta sunt, quẽadmodum in prædictis differentijs, ita & in alijs dicam. Cum. n. diastole sensibilem habeat omnibus motionem, vbi superficietenus palpaueris, arteriam sine vi cõprehendẽs, & magis, vbi ex infernis partibus: exquisita fit ipsa magnitudinis dignotio. Vtrum autem vehementer, vel obscure, & æqualiter, vel inæqualiter mota sit, firmiter ac exquisite cognoscere impossibile est per prædictam tactus innectionem. verum oportet sensim arteriam premere. ita. n. diuturniori tempo-

H: de dig. p. c. ...
I: de dig. p. c. 4 ...
K: de dig. p. c. 1 p. 70. c
L: de dig. p. ...
M: de dig. p. ...
N: de ...
O: de dig. p. ...

re diastolen senties, quàm dum sine ui digitos ipsi iniiciebas. non tamen aut celeritatis aut tarditatis dignotio manifeste apparet, nisi presseris (licet ēt parumper) cutim, quæ super arteriā incūbit. Si aūt ita feceris, nonnunꝗ quidem æquali celeritate, nonnunꝗ vero inęquali, tibi videbitur moueri: ac nonnunquam quidem primas partes motionis vel medias, tardiores facere, nonnunquam aūt è contrario: ita sanè etiam celeriores, nonnunꝗ quidē postremas partes, nonnunquā vero quæ ante has sunt, vel quę sunt omnium primę: & sanè ēt vehemētiores & languidiores, secundum eandem rationem. Ideoq; & arteriæ ascensionem quiete interceptam senties, ita vt consistere videatur: & secūdam appulsionem, postquam constiterit, nonnunquam quidem validiorem, vel celeriorem: nonnunꝗ autem imbecilliorem, vel tardiorem priore. Cū aūt multæ ēt sint in hoc genere particulares differentię, vniuersas habes ī primo libro tractationis de pulsibus scriptas. Sed hîc quoq; tibi quod vtile est, vnà cum ijs quę ex ipsis indicātur, dicere quàm breuissime conabor in sequētibus sermonibus. Similiter ēt de alijs, quæ nūc pretermissa sunt, curiosius à medicis inquisita, in parte prognostica huius tractationis audies. Nunc autem tantum dixisse satis est, Quicunq; hunc librum ante magnam tractationem legit, posse quidem illum ad artis opera, neq; prima ipsius parte quæ de differentia pulsuum est, neque ea quę de causis est, egere: habebit enim earum vim, & hoc in loco comprehensam. At certe diagnostica & prognostica tractatio, vtilissimæ ad artis opera sunt, si per diexodum non per epitomen scriptę legantur. Recte igitur feceris, si huic soli doctrinę non cōfideris: quæ certe ad expeditam rememorationem vtilis ijs est, qui accurate ea, quæ per diexodum in illis scripta sunt, didicerint. De dignotione vero celeritatis pulsus (in qua Archigenem errasse monstrauimus) nō potest firma dignotio sumi, nisi tractatio de pulsuum dignotione non obiter legatur: in qua ostenditur non nudo ac solo motionis tēpore distinguendam esse celeritatem à tarditate, sed & ascensionis quantitatem considerandam esse. Nam si soli tempori mentem adhibueris, formicantem quem vocāt pulsum, celerem esse opinaberis: qui nō celer, sed oligochronios. i. exigui temporis est: vt qui minimam habeat diastolē. neq;.n. contingit multo tempore breue spatium pertrāsiri, quamuis tardum sit id, quod mouetur. Testudo.n. in minori tempore cubitum peragit, quàm parasangam equus: sed lationis [a] impetus (quē ῥοῖζον græce dīt) nō est æqualis amborū animaliū. Assuescere igit̄ te oportet, vt celeritatē & tarditatē tēporis dignoscas. Ac de hoc quidē, sicuti dicebā, in [b] tertio de dignotione libro copiosissime dictū est, & in prima parte [c] secundi. De systole aūt in primo [d] absolutissime scriptū est: vbi ostendi in languidis pulsibus ipsam dignosci minime posse, ac pcipue qñ tunica arteriæ mollis est: in vehementibus aūt pulsibus posse, & in ijs qui medij sunt vehementia & magnitudine. De mollitudine aūt arteriæ nihil oportet definiri in vehemētibus pulsibus. nunꝗ.n. idē pulsus vehemēs simul est & mollis: sed vel durus, vel moderatus ac s̄m naturā in hoc genere. In vehemētibus igitur pulsibus si leniter arteriam premas, senties vtrū statim recedat ad systolen, externam quietem brachychronion. i. breuis temporis faciens: an longiori tempore ꝗ s̄m naturam sit, quiescat. & vtrum motio ipsius dum contrahitur, motione quæ s̄m naturam est, celerior sit, an tardior. plurimum enim ex hac dignotione ad præcognoscendū iuuaberis. quod in quatuor libris habes.

A 3. de dig. p. c. 1. p. 80. a
B cap. 1
C cap. 1
D c 5. diffuse & alijs.

De triplici genere causarum pulsuum, Continente (de qua nonnulla notatu digna) Antecedente, & Procatarctica. De Vsu Diastoles & Systoles. CAP. 9.

C[e]Ausas autem, tum quæ pulsus faciunt, tum quæ alterant, alibi percurrimus. illic autem ostēdo, [f] primas quidem, quæ veluti συνεκτικαὶ. i. contentiuæ seu continentes ipsorum sunt causæ: secundas autem, quę προηγουμέναι. i. præcedētes: & tertias, quæ προκατάρχουσαι. i. præincipiētes, quas sanè προκαταρκτικὰς etiam nominant. Constat autem differre nihil, siue fœminino genere dicas αἰτίας, siue neutro αἴτια. Meminisse sanè præ omnibus oportet, quēadmodū diximus, nominare nos quandoq; contentiuā causam, nō proprie certe, sed appellatione abutentes. [g] Causam.n. quæ proprie contentiua dicitur, neq; nominauit quispiā alius ante Stoicos, neq; esse concessit. Quę vero à nobis veluti cōtentiuę dicunt̄, generationis cuiusdā, nō hyparxeos hoc est subsistentiæ, causæ sunt (ostensum est.n. neq; alterius cuiusdam rei causam priorem vllā esse, nisi generationis). sed nō oēm generationis cām, nominamus (ēt nomine, vt dixi, abutentes) contentiuā, sed illam duntaxat, quæ factiua est eorū quæ essentiam in fieri obtinent, vt saltationis, pugnæ, luctæ, cursus, omnium deniq; actionū. motiones.n. sunt actiuæ: ob has vero & passiuę motiones in fieri subsistentiam habent. Cum igit̄ talis quoq; sit & in pulsibus subsistētia: causæ factiuæ, tres ostensæ sunt, facultas quæ mouet arterias, corpus ipsum vasis, & vsus propter quem mouet̄. Ostēsum est aūt in [h] libro de vsu pulsuum, (vt totū breui summa complectamur) vsum ipsum pulsuū, innatæ caliditatis esse custodiā. Cum.n. duæ sint pulsus partes, diastole & systole: Diastolen quidē refrigerandi gratia vt plurimū fieri ostendimus: raro tñ qñq; ventilandi, & accendendi: quemadmodum & portionem aliquam ipsius exiguam, gratia nutriendi spiritū qui in cerebro est: Systolen vero, effundendi gratia ea excrementa, ꝗ veluti fauillosa sunt ac fumosa. Nam ꝗ ex frigidioribus ac humidioribus humoribus, (qui vel à caliditate innata conficiuntur, vel ab ea quæ pter naturā est, putrefiunt,) in ambientem aerem p transpirationem sensui occultam effluunt, fumo assimilant̄: quæ vero à calidis vel siccis, fauillæ ac fuligini. Ac frigidus quidē est humor, qui proprie ὠμὸς. i. crudus nominat̄: humidus autem et frigidus, ipsum φλέγμα. i. pituita. Plerūq; tñ vna appellatione vtrosq; humores cōprehendimus: & tum φλεγματώδεις tum φλεγματικοὺς. i. pituitosos nomi-

E 1. de caus. p. c. 1. p. 87. f g h. 2. de cau. p. c. 1. p. 91. h
F 3. de pcogn. exp. c. 8. p. 119 d
G Adu. Iulianum c. 6. extr. ord. p.
H cap. 3. & 4. 2. de præcog. p. c. 1. p. 109. f

A nominamus. Atræ vero bilis humor, siccus est: pallidæ autem ac flauæ, non siccus solū, sed & calidus. Aeruginosa autem bilis, media inter hos est. Cū aūt & bilis atra tū generatione tum facultate duplex sit: (q̄nquidem & ex flaua bile superassata fit, et ex crasso ac veluti limoso sanguine, qui ꝓportione respondet fæci q̄ in vinis est:) æruginosæ sane bilis generatio in pallidæ mutatione fit.

[A] Quando Diastoles vel Systoles usus augetur, qui pulsus signantur. CAP. 10. A 1 de cau. p. c. 4. & 3 & 2. ac [...] c. 9. 11. & 12. a

CVm ergo caliditas copiosior in animalis corpore aucta fuerit, maior euadit vsus diastoles arteriarū: Cū aūt fumosum vel fuliginosum excrementū, systoles. Vbi vero ipse vsus incremētum obtinet, celeritas illic & magnitudo augetur spacij quod percurrit corpus arteriæ, dum ipsum vel dilatatur vel cōtrahitur. quare maior quidem pulsus erit, dū ipsa dilatatur, aucta simplr ipsa caliditate: plurimum aūt recedet p systolas, ubi fumosum vel fuliginosum effunditur excrementū. Ac diastoles quidem magnitudo vt sensu dignoscatur, facillimum est: systoles aūt, impossibile. Ostēsum est enim in libris [B] de pulsuum dignotione, plurimā systoles partem sensum effugere. Celeritas igitur sola recessionis, vnà cū breuitate internæ quietis, indicabit tibi multitudinem excremētorū, q̄ in arterijs sunt. Ostensum. n. est in libris de causis pulsuum, naturam ad systoles actionem festinare, vbi ab excrementis suffocatur. festinatio aūt tum externam quietem abbreuiat, tum systoles celeritatem auget. Ostensum est etiam arteriam, quæ mediocriter in corporis constitutione se habeat, primo quidem magnitudinem augere, vbi nimirum caliditas intendatur: secundo uero, celeritatem: q̄n aūt satis ignita fuerit, magnos simul & celeres efficere pulsus: si aūt plurimum, etiam frequentes: vbi aūt copia quidem caliditatis nondum aucta sit, fumosa aūt & fuliginosa excrementa redundent, celeritatem quidē nō magnitudinem accedere, cōstringi aūt frequentiā, velociorem q; manifeste apparere arteriæ motionē, dū in se ipsam coit. Et hoc est minime oīum fallax signū incipientis inuasionis paroxysmi, vbi nulla prius occasio in laborāte extiterit. Ac apertissima qdē est in ijs, quorū pulsus prius noueramus: difficilior aūt in alijs: multasq; vt memoriæ mandetur, requirit communes mensuras eorum corporum, quorum pulsus tetigeramus. Cum enim præcipue in quantitate cognitio ponatur, hæc non eadem est omnibus. B 1. & 2.

Communes pulsuum mensuras in beneualentibus in unoquoque genere spectandas esse, vt pulsus præter naturam cognoscantur. CAP. 11.

MEntem ergo adhibere oportet mensuris cōmunibus beneualentiū, vt cū supra has aliquod genus pulsuum appareat, ꝑter naturā illud iudices, ac alicuius affectionis signum esse censeas. Quoniam aūt latitudinem habet cōis hoīum mensura: satius est non simplr in oībus, sed per C species & differentias considerare cōmunes pluriū hoīum mensuras in vnoquoq; genere pulsuū. Communes aūt hæ mensuræ, vniuersim quidem, in caliditatem & frigiditatem, gracilitatē & crassitudinem reducunt: particulatim vero eæ ipsę f̄m ętates, & naturas, & ambientis aeris constitutiones, in anni temporibus & regionibus. De his aūt didicisti [C] in eo libro qui de pulsibus ad Tyrones scriptus est: quem sane librum melius est, vt ante hunc legas. Dicentur tn̄ & nūc quę in eo scripta sunt, quo nihil desit ex necessarijs in hac, q̄ præ manibus est, tractatione: Habeantq; qui laboris studiosi esse volunt, breuissimo quidem sermone cōtenta, quæ prima ac maxime necessaria sunt, in isagoge: absolutissima autē diexodo, q̄ in magna tradita sunt tractatione: medio autem inter vtrosq; quæ nunc dicuntur. C cap. 9

Herophili sententia de Diastole & Systole ac de Rhythmis examinatur. CAP. 12.

AC scriptæ quidem sunt etiam ab Herophilo mensurę, q̄sunt f̄m tempora, diastoles & systoles, ætatum causa, rationem in rhythmos redigēte. Quemadmodum. n. illos musici f̄m quosdam determinatos temporum ordines constituunt, cōparantes inter se arsim & thesim: ita quoq; Herophilus, arsi quidem diastolen proportione respondere supponens, thesi vero systolē: auspicatus à nuper nato puerulo, obseruationem fecit, primum tempus sensibile supponēs, in quo dilaD tari arteriā cōperit: æquale aūt ipsi & systoles tēpus esse ait, haud magnopere de vtraq; quiete determinans. Quibus. n. insensibilis est systole arteriæ, ijs in duo tempora vniuersa rhythmus ipsius pulsus diuidit, [D] hoc est: in tēpus sensibilis motionis, q̄n arteria dum dilatatur, nostrum tactum percutit: & in reliquum totum tempus quod componitur tum ex externa quiete, & systole quę post ipsam est, tum ex quiete rursus quę post illam est, & ex primis diastoles partibus, quæ sane & ipsæ sunt insensibiles. Et ob id pulsum in percussionem & interuallum partiuntur: in interualli quantitate, frequentiam & raritatem ponentes: quemadmodum in percussionis quantitate, celeritatem & tarditatem. Quatenus igitur æqualis rhythmi esse pulsum in nuper natis ait Herophilus, eatenus ēt dignoscere mihi visus est principiū systoles: quatenus vero rursus vsq; ad decē tempora prima extendit systolen arteriæ senū, eatenus nō amplius dignoscere uisus est: sed diastolē, sensibilibus motionibus agnoscere: (quas, quia nostros digitos percutiunt, dignoscimus) systolē vero, totum id quod reliquum est, ponere, in quo motionem nō sentiebat. Sed de Herophili quidem circa pulsus arte prætereundum est. D 1. de diff. p. c. 7. p. 48. cd

Quod Systole vix aut nullo modo dignoscatur in pueris nuper natis: progressu autem ætatis, quatuor tēpora pulsus semper augeantur. Quod ex modo Systoles & Diastoles, tum febrium inuasiones tum putrescentium humorum species dignosci possint. CAP. 13.

NVnc aūt quicquid ad artis opera ex lōgo experimēto memoriæ gratia sumere vtile est, dicetur. Cū. n. puerulos tangerem nuperrime natos, in paucis potui aperte dignoscere principium

piũ ſyſtoles, quod ſanè arteriæ ἀποχώρησιν.i.receſſionẽ, & ἀπόστασιν.i.abſceſſionẽ, noĩo. tũc.n. E abſcedens à noſtro tactu, in profundũ corporis recedit. In qbus aũt nõ poteram aperte dignoſcere receſſionem, in ijs tempus ſenſibilis motionis, quã, dũ nobis occurrit arteria, facit, addito ẽt tpe externæ quietis, aliqñ quidẽ æquale viſum eſt mihi reliquo toti, aliqñ aũt minus. In quibus aũt nullo modo dignoſcibilis erat ſyſtole, in ijs totum illud reliquũ tempus, quod interuallũ nominant, apertiſſime quidem maius erat, q̃ id ſolũ quod in ſenſibili diaſtole poſitum eſt. Deinceps vero ſemper ꝑ totum illud tempus, quod eſt inter primã diem in qua puerulus genitus eſt, & extremam in qua tranſactis oĩbus ætatibus obijt: tẽpora oĩa aucta ſunt: q̃ ſanè quatuor quidẽ ſunt, non eadem tñ ẽm ſubſiſtentiam, & ad noſtrum ſenſum. Ac illa quidem tempora, q̃ ẽm ipſam rerũ naturam ſunt quatuor, ex duabus motionibus & duabus quietibus conſtant: motionibus quidem, diaſtole & ſyſtole: quietibus aũt, tum externa q̃ fit poſt diaſtolen ante ſyſtolen, tum interna q̃ fit poſt ſyſtolen ante diaſtolen. Illa vero, q̃ ad ſenſum ſunt, quatuor & ipſa ſunt: Primum qdem, quo plurimum de diaſtole perſentiť. qñquidem oſtendi in libris de dignotione pulſuũ, eius principium à ſenſu percipi nõ poſſe: Deinceps aũt tempus externæ quietis totum ſenſibile, ſi ſanè qs receſſionem perſentiat: Ab his tertium tẽpus ſyſtoles ſenſibile. nam q̃ poſt receſſionem ipſius ſunt, inſenſibilia oĩa eſſe oſtenſum eſt: Quartum aũt eſt ab his tempus, cõpoſitum tum ex vltimis ſyſtoles partibus, tum ex interna quiete, tũ ex primis diaſtoles partibus. Oĩa igitur, vt dixi, tẽpora, prolongantur progrediente ætate: q̃ longo quidem vſu, memoriæ mandari poſſunt, oratione aũt explicari non poſſunt. Neq͙.n. quantũ ſit primum tempus, quod in nuper natis dixi nos inuenire, neq͙ quantum procedente ætate augeatur, oratione doceri põt. ſed hoc quiſq͙ ſua diligentia indagare debet: ita vt multos qdem pueros tangat, multos ẽt adoleſcentes, multos itẽ ætate vigentes, & declinantes, & ſanè ẽt ſenes. Hoc.n. duntaxat modo poterit communem latitudinem menſurarum, memoriæ mandare. Poſt quã menſuram, licet nondũ prius laborantem tetigerit, dicere tñ poterit, eum ꝑter naturam ſe habere. [a]Cõtrahiť.n. tum externa quies in inuaſionibus, tum receſſionis tempus. Diaſtole ſanè ꝑ has ipſas inuaſiones, tpe videtur breuis. Atq͙ vbi hæc in ueneris, copiam mihi cogita adeſſe caliditatis in corde, & excrementa veluti fumoſa multa, ob q̃ natura externam quietem abbreuiat, ad eorum excretionẽ & ad ſyſtolẽ ꝑ quã excretio fit, feſtinãs. In bilioſis aũt febribus, cuiuſmodi eſt & exquiſita tertiana, diaſtole multum à naturali ſtatu in magnitudinem & celeritatem excedit. externam aũt quietem & celeritatem receſſionis, haud ꝓportionalem obtinet magnitudini & celeritati diaſtoles: ſed plurimum deficit. Quare ſi principium ſyſtoles aſſuetus es dignoſcere, non ſolum inuaſiones paroxyſmorũ febrilium agnoſcere poteris, G ſed & ſpeciem putreſcẽtium humorũ, ex quibus vt plurimum febriles ægritudines conſiſtũt. Raræ enim ſunt hæcticæ: in medio autem ambarum ſecundum numerum ſunt quę ephemeræ.i. diarię ab [b]Hippocrate vocantur. in quibus, vt dixi, cognito ſyſtoles principio, in lauacrum ſtatim laborantes perduces.

A 3.de ꝑcogn. ex p.c.7.p.118 diffuſe.

B 4.aph.55.

Diaſtoles uſum inſpirationi, Syſtoles expirationi reſpondere: ex earumq́; comparatione magnitudinem læſionis cognoſci poſse. Pulſus arrhythmos, vel ecrhythmos eſse, uel pararhythmos, vel heterorhythmos. CAP. 14.

SVperuacaneum igitur eſt tempus diaſtoles tempori ſyſtoles comparare, ſiue ſentiat quiſpiã ſiue nõ ſentiat primas ſyſtoles partes. Cũ.n. ſciueris alterum quidẽ eſſe animali diaſtoles vſum ſicuti ſanè & inſpirationis, alterum aũt vero ſyſtoles ſicuti & expirationis: ex vtriuſq͙ alterationibus affectionem corporis inuenies. Pari modo & in ijs, qui ſe exercent, vel alio quouis modo ſe vehementer mouent, diaſtole & maior fit & celerior. [c]Didicimus.n. augeri vſum diaſtoles arteriarum in pulſibus ſicuti ſanè & thoracis in inſpirationibus, cũ vel conſumptio fit multa ſpiritus, vel caliditas larga collecta fuerit in toto animali, vel principaliſſimis, vel plurimis partibus, ac ꝑcipuè ſanè in corde. Ita vero et intẽdi vſum ſyſtoles arteriarũ in pulſibus didiciſti, ſicuti & thoracis in expirationibus. natura enim in ambabus motionibus feſtinat, vt turbatum effundat ſpiritum, aliquando quidem veluti fumoſis, aliqñ aũt veluti fuliginoſis excrementis aſſimilatum. H Ac fuliginoſum quidẽ excrementũ eſt, quod à lucernis, fumoſum vero, quod à uiridibus lignis attolliť. Et gigniť quidẽ fuliginoſum, ꝙ q̃ in flammã conſumiť materia, perfectè cõbuſta ſit: ſicuti ſanè & vaporoſum, ex humida ſubſtãtia vtili, quę attenueť: fumoſum vero ex ambabus mixtis: materiã quidem habens ex terreſtri & aquoſa ſubſtantia commixtam: mutationẽ vero nõ exquiſitã quemadmodum fuligo, ſed adhuc incipiẽtẽ. [d]Quòd autem nihil differat, ſiue αἰθάλην.i. fauillã, ſiue λιγνύν.i. fuliginẽ nomines, itemq͙ ſiue αἰθαλῶδες.i. fauilloſum, ſiue λιγνυῶδες.i. fuliginoſum, arbitror te non ignorare, ſi modo in græcorum vocibus fueris enutritus. Dum vero comparatur tempus diaſtoles tempori ſyſtoles, ſicuti Herophilus cenſebat: cognoſci poteſt tum quòd ꝑter naturam ſe habeat laborans, tum præterea quòd multum vel parum præter naturam ſe habeat. Magnæ etenim rhythmorum qui ſunt ẽm naturam in eos qui præter naturam ſunt, euerſiones, magnam ſignificant læſionem: minores vero, minorem. Ac exiguam quidem euerſionem indicant pulſus pararhythmi: maiorem heterorhythmi: maximam, echrythmi. [e]Meminiſtis enim in libro primo de differẽtijs pulſuum Ecrhythmos noĩari pulſus, qui nullius ætatis rhythmum habent: Pararhythmos, qui proximæ ætatis: Heterorhythmos autẽ, qui alterius cuiuſdã, non proximæ. Ex his ergo iam dignoſci poteſt læſionis magnitudo: non tñ, quænam ſit affectio

C 1.de vſu p. c.2.&3.

D 3.de ꝑcogn. ex p.c.7.p.108 h

E ca.9.p.48.g

A à qua mutatio pulsuum facta fuerit, ex hac certe contemplatione cognosci potest: cũ præterea difficilis sit temporũ,quæ in rhythmo sunt, enumeratio. At via,cui nunc insisto, & cognitu facilis est,& naturam affectionis quæ nam sit,non magnitudinem læsionis solã docet: quin & hac ipsa via remedia inueniuntur,vt in methodi curatiuæ tractatione ostensum est.

Pulsuum differentiam ex ijs quæ secundum naturam sunt. CAP. 15.

» His igitur à nobis prius definitis,dicamus iam ea,quæ in [a] Isagoge scripta sunt de ea quæ secundum naturam est in pulsibus differentia. sunt autem hæc. Ac viri quidem mulieribus vt plurimum multo tum maiorem tum vehementiorem habent pulsum, tardiorem autem paulo,satisq; rariorem. Qui vero natura sunt calidiores,maiorem & celeriorem & frequentiorem multo,vehementiorem autem non multo. Qui autem sunt graciliores, maiorem quidẽ & rariorem multo,tardiorem autem & vehementiorem paulo. Ac natura quidem ita variantur. A cap.9.p.44. a b c

» Porro ꝑ ætates etiam mutantur hoc modo.Puerulí quidem nuper nati pulsus frequentissimus: senis autem rarissimus: qui vero intercedunt,proportionem habent omnes, prout puerulo vel seni ꝓpinquiores sunt: Eodẽ modo celerrimus quidem puerulí, tardissimus autem senis: aliarũ vero ætatũ pulsus inter hos sunt medij.Multo aũt maior est q̃ in raritate est differẽtia senis ad pue-B rulũ, quã q̃ in tarditate.In ea vero differentia quæ in magnitudine & vehementia est, maximus quidem,quantum ad ætates pertinet,est vigentium: minimus,senum: medius autem ipsorum, paulo maior,est pulsus puerulorum. Et vehementissimus quidem, pulsus vigentium: languidissimus senum: medius autem ipsorum, pulsus puerulorum. Ac ita quidem in ætatibus pulsus mutãtur. Per anni autem tempora, veris quidem media maximos sanè & vehementissimos faciunt,quantum ad anni tempora attinet,celeritate autem & frequentia moderatos: eodẽ modo & autumni media.Progrediens autem ver, aliquid de magnitudine & vehementia detrahit, celeritati autem & frequentiæ addit.& tandem, vbi iam superuenerit æstas,languidi,& parui, & celeres,& frequentes fiunt. Autumnus autem progrediẽs de omnibus detrahit,magnitudine inquam,celeritate,vehementia,& frequentia: Ita vt hieme superueniente,in paruitatem & tarditatem & languiditatem & raritatẽ mutati sint. Assimilãtur aũt prima quidem veris, postremis autumni: postrema aũt æstatis,primis autumni: & prima quidẽ æstatis,postremis æstatis: prima autem hiemis,postremis hiemis. quare quæ à media æstate & media hieme æque in vtranq; partem distant,simili modo mutantur. medium autem ęstatis partim quidẽ simili modo, partim vero cõtrario se habet cũ medio hiemis. parui.n. & languidi in vtrisq;: celeres vero & frequentes ęstate: C tardi & rari hieme: nõ tñ ita parui æstate, vt hieme,sed minus æstate: nec ita lãguidi hieme, vt ęstate,sed minus hieme. Atq; hę quidẽ sunt pulsuũ ꝑm anni tp̃a mutationes. Secũdũ aũt regiones eodem modo,quo ꝑm anni tempora: in valde quidem calidis,sicuti media æstate: in valde autem frigidis,sicuti media hieme: in temperatis,sicuti medio vere. ad harũ vero proportionem in iis quę interiacent.Porro ex alijs quoq; ambientis nos aeris constitutionibus,quę calidæ sunt, calidis anni temporibus: quę frigidę,frigidis: quæ mediæ,medijs ipsius veris assimilantur.

Res secundum naturam in ægrotante considerandas esse,quo exquisita affectionis cognitio habeatur. Quæ sint signa inuasionis febrium. Quod signum certum sit febris ex Themisone. CAP. 16.

Cum igitur ad ægrotantem,quem non prius videris,accersitus ingrederis,Considera primũ quidem,an mas,vel femina sit: secundum,ætatẽ: deinde,ambientem qualis nam sit: ad hunc enim reducitur & tempus anni,& regio, & constitutio: postea, propriam ipsius naturam: Atq; vbi omnia composueris, coniectaverisq; qualem nam pulsum,dum sanus erat,ipsum habere verisimile erat: magnitudinem euersionis in statũ præter naturam cognosces. Si vero & alia,quæcunq; in commentarijs de crisibus dicta sunt,propriæ pulsuum tractationi adieceris, prope accedes ad exquisitissimam cognitionem totius affectionis quæ in ægrotante est. Vt,verbi gratia, in D adnotationibus,quas ἐπισημασίας vocãt: Cũ ergo quempiam inspicis,ambiguitatem alijs signis distingue.Quorum vnum quidem est ac primũ, vt manum quæ mediocriter calida sit,super thoracem imponas,ac caliditatis qualitatem cõsideres.Nam vbi eam,mordacem inueneris,febrire dices laborantem: licet nondum ex pulsu hoc firmiter cognoueris. Si vero perfrigeratus quodã modo thorax appareat, (perfrigeratur autem quandoq; vnà cum vniuerso corpore in quibusdam adnotationibus)non oportet vt statim manum eleues: ac affirmes hominem secundum naturã se habere: sed permittere debes, vt manus super thoracem diutius inhæreat: in hocq; animaduertere,an aliqua acris caliditas ex profundo exurgat.[b] Hoc enim solum satis fuit Themisoni, vt certum signum esset,hominem febricitare,ipsa scilicet quæ ex profundo attollitur caliditas. At tussicula etiam quędam exigua,subaspera, vnà cum perfrigeratione inuadens,& oscitatio, & pandiculatio,& dolor quidam,& cataphora in somnum,nõ simpliciter febrem, sed inuasionem adnotationis esse significabit. Atq; hæc quidẽ extrinsecus.[c] In pulsibus aũt nõ solũ ꝓdicta signa notæ sunt inuasionis febriũ,sed si & ipsi intermittant,vel aliã inęqualitatẽ,aut inordinationẽ habeant. B 1. de diff.p. c.7.p.33.h C 3.de ꝓcogn. ex p. c.7. p.118 diffuse.

Inæqualitatem,quæ in vno pulsu est, nunquam inueniri in mollitie & duritie arteriæ: Quæ in pluribus pulsibus,sæpissime in frequentia & raritate conspici. Rarumque pulsum inæqualem,siue ordinatus siue inordinatus sit,facile desinere in intermittentem: cumq; malus is semper sit. CAP. 17.

D [d] Quæ enim cum sint genere inæqualitates,altera in vna diastole pulsus,altera in collectione, multis deinceps pulsibus inuicem collatis: de priore dicam quæ in collectione est,quæq; à plurimis D 2.de cau.p. c.1 p.91 a.& 2 de ꝓcogn ex p. c.4.c

plurimis medicis systematica.i.cōgregatiua vocat. Facilius enim dignoscitur, & in pluribus adnotationibus apparet. Quatuor autem cum sint differentiæ pulsuū in diastole arteriæ, vna in magnitudine & paruitate, secunda in celeritate & tarditate, tertia in vehementia & languiditate, & quarta in duritie & mollitie: [a] In hac sanè postremo dicta differentia nunquam visus est pulsus inæqualis: In alijs autem tribus, plurimę in ijs qui ex putrescentibus humoribus febricitant, inæqualitates consistunt. Et quæ in frequentia & raritate est differentia pulsuum, & ipsa admodū frequenter in ægrotantibus conspicitur. & vna sanè ipsorum idea facile transit in intermittentem pulsum, in ambabus nihilominus inæqualitatibus tum inordinatis tum ordinatis. Esto enim quædam inæqualitas in genere frequentiæ & raritatis, quæ post quatuor frequentes vel moderatos, quintum rarum habeat: & hoc deinceps consequenter fiat, seruato semper ordine, temporeq; raritatis aucto: Talis pulsus, siue inordinatus siue ordinatus sit, nō post multas periodos erit intermittens. Non multum autem interest, ordinatā esse inæqualitatē vel inordinatam, ad hoc vt homo seruetur vel pereat. Sępenumero.n. vidimus post quatuor pulsus siue frequentes siue medios inter rarum & frequentem, quintum rarum fieri: postea consequenter secundum eandem periodum, decimum & decimum quintum & vigesimum. Adhuc vero magis, cum quintus factus fuisset rarus, nonum vidimus rarum vel quartumdecimum vel quempiam alium, non seruata periodorum paritate: sed raro pulsu inordinate intercurrente. In huiusmodi igitur pulsibus neq; experientia manifestam differentiam ad salutem vel mortem vel morbi longitudinem aut breuitatem, per inordinatas & ordinatas inæqualitates, docuit: neq; ratio. In æqualibus certe non parua est ab inæqualibus differentia, salutis gratia. Potius autem tātas differentias cōparare nō oportet. nam qui æqualis est, secundum naturam est: qui autem est inæqualis, non solum præter naturam est, sed ēt grauis. Ac in adnotationibus iā minus erit prauus: in incremētis aūt, magis: adhuc vero magis, in vigoribus paroxysmorū: at in declinationibus, deterrimus. [b] Sed.n. pulsum plurimo tempore quiescentem deficiens excipit, raritate siue inordinate siue ordinate aucta. nullam.n. in hoc dixi magnam esse differentiam vel experientia vel ratione compertam. Rationem nunc intelligo, eam quæ dogmatica est: per quam ex rerum natura excitati, præcognitiones facimus. Dictum autem & prius est, eiusmodi rationes non admodum reposci oportere in epitomaticis tractationibus. Nam si cum ijs, quæ ad rem propositam vtilia sunt, causas quoq; eorum quæ fiūt, audire quis voluerit, nihil de magna tractatione detrahetur: in qua quatuor quidē sunt libri causarū quæ pulsus alterant: quatuor item præcognitionis quæ ex ipsis habetur. Minime igitur bona est ipsa pulsuum raritas, siue æqualis siue inæqualis sit: multo autem deterior est, quando intermittit. [c] fit.n. vt ostensum est, virtute vitali ab humorum multitudine grauata, vel quibusdam arterijs à crassitie vel viscositate obstructis. fit etiam & ob phlegmonen magnam, constipatis earum cauitatibus: vel aliqua re extrinsecus comprimente, vel grauante, vel quomodocunq; angustāte. Ideoq; in adnotationibus potissimū fiunt in multis ipsæ pulsuum inæqualitates, recedente ad profundum sanguine. Hi ergo pulsus affectiones nuper dictas indicant: refrigerationem autem validam, rarus. nam qui alia de causa euenit, non est perniciosus. Ab ambiente enim, per hiemem, tales pulsus fiunt: & ob alimentū in ventriculo in pituitā versum in oībus qui bulimo laborant. At si in febribus periculo nō vacantibus, raritas pulsus fiat, intermorientis innatæ caliditatis est signū. [d] Nonnulli vero qui ita affecti sunt, cibū appetūt: siq; obtuleris, prōpte comedūt: ita vt, qui vident, existiment eos salubriter se habere. Intereunt sanè statim nōnulli quidem in tpe adnotationis, cataphora detenti: aliqui vero sine cataphora vehementer refrigerati, nō amplius recaluerunt. Nō solū aūt, vt dixi, genus hoc inæqualitatis in inuasionibus febriliū paroxysmorū cōtingit: sed ēt genus inæqualitatis in magnitudine & paruitate, in celeritate & tarditate, in vehemētia & languiditate. Animaduertere autem diligenter oportet in oībus ipsis, quinā plures sint. constat.n. quòd qui plures sunt, grauius habent periculum. vt qn̄ quatuor languidos quintus sequit vehemens, vel mediocriter tenore præditus: melius enim longe est, quatuor vehementibus quintum intercurrere languidum. Cū autem omnes deinceps lāguidi apparēt, si sanè in aliquo aliorum generum vel aliquibus inæqualitatem inuenias, arteriam diutius tange, obseruans sicubi vel vnus appareat vehemens. Quando vero æqualiter prauus in omnibus generibus est, scias non procul à morte eiusmodi ægrotātes abesse: Æqualiter autem prauus est pulsus, qui languidissimus & frequentissimus est. nam celerrimus nunquam fit cum languidissimo: tardissimus autem vnà & languidus si fiat, mirarer vtiq;, si non frigiditate iam extremorum ægrotus laboraret. Sanè qui languidus vnà est & magnus, necessario etiā mollis est. soletq; vnà cum lethargis & alijs cataphoris adesse: ob humiditatem multam vel ventriculi & præcipue oris ipsius, vel cerebri, vel alterius cuiusiudam principis particulæ, vel etiam totius corporis, talis redditus. Ac facile quidem curari potest, qui ex ventriculo & stomacho fit: difficillime autem, qui ob cerebrum languidus vnà & mollis fit: adhuc vero magis, qui ob totum corporis habitum qui in œdematosam affectionem peruenerit, vel ob aliquod ex principibus visceribus. Nonnunquam vero multos deinceps raros vnus insequitur freqūēs, vel ordinatus vel inordinatus: fitq; sæpenumero talis pulsus, quem peculiariter παρεμπίπτοντα.i. intercurrētem nominamus: [e] qui contrario modo ac intermittens constituitur: ille etenim extensa raritate, hic autem contracta fit crebritate. Et vbi cum vehementia talis fiat, criticum est signum. Intellige autem ex me crisim in omnibus eiusmodi sermonibus,

A 1. de diff. p. c. 12. p. 51. f. & 2 de pcog. ex p. c. 6. p. 111. f

B 2. de pcogn. ex p. c. 4. p. 110 e, & 111. a

C 2. de caus. p. c. 1. p. 91. b. & c. 92 b. 2. de præcog. ex pul. c. 4. p. 110. c, & 111. b

D 2. de pcogn. ex p. c. 4. p. 111. a

E 2 de cau. p. c. 3. p. 92 a 2. de pcog. 4. & 5. p. 11. diffuse.

A monibus,subitam in morbo mutationem,non perpetuo in bonum terminantem. Fit autem talis crisis,vel per excretionem,vel per decubitum.quā sanè crisim ex alijs signis dignosces, quæ in libris de crisibus dicta sunt,siue bona sit siue praua. Hi igitur oēs pulsus in adnotationibus sūt: & nonnulli ex ijs qui in vna arteriæ diastole inæquales sunt,de quibus iam dicatur.

Causæ inæqualitatis in vno pulsu. CAP. 18.

EX[a] inæqualibus arteriæ diastolis, nonnullæ quiete intersectam habent motionem: nonnullæ continuam quidem,at non similarem. De prima igitur dicam,quæ quiete intersecatur. nam & manifesta est ipsius dignotio: cū quilibet,nisi omnino asininus sit, cognoscere possit,quādo contigerit,vt arteria dum dilatatur,parumper stet: tum ita reliquum diastoles addat. quod sanè in paruis vel humilibus pulsibus fieri non potest. Manifestum igitur ex hoc ipso est, neque vsum diastoles esse exolutum, neq; facultatem infirmam esse: scilicet in hoc ipso solo,quod nunc dictum est, euersione in statum præter naturam facta. Quod sanè non minime & in alijs omnibus meminisse te oportet.Per id enim solum quod subinde docetur,tum dignotio, tum præcognitio fit,alijs omnibus secundum naturam se habentibus,vel paruam omnino mutationem adeptis.Porrò,quod nūc diximus,verum est,quando arteriæ tunica secundum naturam se habet. nā
B vbi ipsa immodice mollis reddita fuerit,(qualis in lethargis & quibusdam alijs cataphoris conspicitur) non est verum à robore facultatis maximum pulsum effici,& ab vsu vel aucto vel omnino non imminuto.Si enim à duobus his solis fieret magnus pulsus,augumento inquam vsus, & robore facultatis,nihil amplius addere sermoni oporteret.Nunc autem,quia considerare etiā oportet arteriæ tunicam,non verus erit sermo, simpliciter prolatus.Meminisse enim te oportet eorum quæ dicta sunt in primo[b] de causis pulsuum (qui liber sæpius legi debet,vt qui fundamēta totius speculationis pulsuum contineat,sine quibus nec constitui nec cognosci quicquam aliud potest) Causas enim vt quispiā dicat συνεκτικὰς. i. cōtentiuas,vel προσεχεῖς.i.proximas generationis pulsuum,in tribus his generibus esse ostendi: vsu,propter quem arteria mouetur: facultate,quæ mouet: & tunica. Alia enim omnia quæ pulsus alterāt,per hæc media mutationem faciunt. Vbi igitur arteriæ tunica secundum naturam se habet,in diastole vero quies aliqua facta, inæqualitatem efficiat: tūc & robur facultatis est,& vsus diastoles magnę. Ostensum sanè est vsum generationis pulsuum augeri ob caliditatis multitudinem,vel spiritus animalis inanitionem.inanitur autē spiritus ijs,qui se exercent in ministerium motionum,quæ per musculos fiunt. Vbi igitur,vt dixi,tū vsus generationis pulsuū auctus fuerit ob quālibet causam,tū facultas,quæ in corde est,à qua arte-
C riæ mouent,ex sui ipsius ratione valens pmaneat,at grauetur à multitudine humorū vel crassitudine arterias magnopere obstruente vel premente : inæqualitates in vno pulsu fiunt, quiete continuitatem diastoles intersecante. Quo sanè loco hortor te,vt duabus motionis partibus mentem diligenter adhibeas: ex te ipso considerans tum languiditatem & vehemētiam, tum celeritatem & tarditatem.fiunt enim in his vtrisq; nouem differentiæ,vt in primo[c] de differentia pulsuū dedicisti.Indicant autem præter ea,quę de affectionibus dicta sunt,quomodo vitalis facultas se habeat. Vbi enim ambæ motiones infirmæ sint in pulsibus,extremū est periculum: Vbi robustæ,salutis est spes. Si vero ambæ in medio quodam modo sint infirmitatis & roboris, in medio indicant consistere hominem perniciei,& salutis. Si autē priori motione languida existente, ea quę post quietem est,robusta appareat,deterius quidem hoc est, quàm si duæ motiones fortes existerent: minus vero malum,quàm si languidę essent.Si vero è contrario appareat,vt prior sit valida, quæ post ipsam est,infirma: non bonum est.melius.n.est,vt posterior motio priore sit pītātior.

A 2. de cau p. c.4. p.92.b 1. 2. fu c & 2. de p. cog ex p. c.6 p. 111 c f

B cap. 1

C cap. 14

Ordo nouem inæqualitatum in vno pulsu. CAP. 19.

D[d]Einceps igitur ordinem narrabo nouem harum inęqualitatum,à mitissima ipsarum auspicatus: postea paulatim per medias ad pessimam perueniens. Ac mitissima quidem omniū
D est,quæ motiones ambas tenore præditas habet: Secūda, quæ priorem quidem mediam, robustā vero posteriorem: Tertia,quæ priorem tenore præditam,mediam vero posteriorē: Quarta,quæ ambas habet medias: Quinta,quæ priorem quidem inualidam, posteriorem vero fortem: Sexta, quæ priorem inualidam,mediam vero posteriorem. Septima,quæ priorem robustam,infirmam autem posteriorem.Octaua,quæ priorem mediam,infirmam vero posteriorem.Nona,quæ pessima omnium est,quæ ambas infirmas habet.Cōiugationibus autem in robore & infirmitate prædictarum duarum partium motionis consistentibus, proportione respondent coniugationes in celeritate & tarditate consistentes. Melior etenim est in eiusmodi pulsibus celeritas tarditate: non tamen tanto melior,quanto vehementia languiditate. Aperte enim qualitates ipsæ pulsuum,differentias facultatis in robore & infirmitate indicant. Constat autem maximam quidem spem esse salutis ex facultatis robore: minimam autem, ex infirmitatibus. Sed ad proportionem quandam cum ijs quæ dicta sunt, comparatio tibi fiat in differentijs secundum tarditatem & celeritatem.vt Prima quidem coniugatio fiat,in qua ambæ motiones celeres sint: Secunda autem,in qua prior quidem media,celer autem posterior: Tertia, in qua prior quidem celer, media autem posterior: Quarta,in qua ambæ mediæ sunt: Quinta,in qua prior tarda,celer posterior: Et post ipsam sexta,in qua priori existente tarda,posterior media fiat: Septimæ autem coniugationis prior quidem motio velox,tarda autem posterior: Octauæ media quidem prior,tarda autem posterior: Vltima harum est nona,quæ tardas ambas motiones habet.

D 2 de cau. p. c.4.p. 92.d differ.

Con-

Coniugationes omnes inæqualitatum in vno pulsu considerandas esse. Quæ concurrant ad bonam, uel malam crisim faciendam. CAP. 20. E

INspicere itaq; te oportet ad ambas differentias, menteq; considerare earum complicationes. Quandoq; enim quæ in tarditate & celeritate consistit coniugatio, grauis redditur: melior autem, quæ in robore & imbecillitate est. Ex tali igitur complicatione, & [a] qui caprizans nominatur pulsus, gignitur: in quo posterior particula motionis, robustior & valentior est priore. Fueritq; hic, pulsuum qui secundum diastolem arteriæ quiete intersecantur, modestissimus: & vbi cũ ipso iuncta fuerit aliqua morbi concoctio, crisim bonam annunciat. Quemadmodum autem cõiugationes quæ in vehementia & languiditate, celeritate & tarditate consistunt, cõsiderare in huiusmodi pulsibus maxime est necessarium ad præcognitionem: sic etiam eam quę in magnitudine & altitudine versatur. Quòd enim non contingat ex humilibus esse pulsibus eum, qui quiete intersecatur, dictum est prius: ad quantam vero altitudinem perueniat, considerare conuenit. Potest enim aliquis recessisse quidem ab humilibus, adhuc tamẽ medius esse: vel paulo altior medio esse, non tamen perfectam habere altitudinem. quam si habeat, omnino annunciat, naturam ad crisim excitari: nõ tamen bonam omnino fore hãc crisim ostendit, nisi & alios scõpos habeat morbus ad bonam crisim, quos in tractatu de crisibus diximus: inter quos is est tum maximus tum tutissimus scopus, qui à morbi concoctione sumitur: post ipsum vero, qui à laborãtis robore. duos F nanq; hos scopos, in pręcognoscenda salute vel morte, habendos esse didicisti, fortitudinem inquam virtutis, & concoctionem morbi. citra enim omne periculum, tutissimeq; se habent ipsi laborantes, vbi hæc ambo adsunt: pernitiosissime, vbi neutrum: in medio, quando alterutrum. Dũ autem hæc magis vel minus inter se coniunguntur, spem quoq; salutis vel expectationem mortis & augent & minuunt. Quod igitur dicebam vtile esse, vt in languiditatem & vehementiam, celeritatem & tarditatem partium motionis in eiusmodi pulsibus inspiceres: ita etiam magnitudinem ipsorum & paruitatem inspicere expedit: & magis sanè humilitatem & altitudinem: et si non sine alijs duabus dimensionibus fiant. Propter hoc igitur nec in perfrigerantibus admodum inuasionibus paroxysmorum tales apparent pulsus. humiles enim hoc tempore & parui redduntur. Ac ea quidem, quæ ad artis opera excitant, ijs, qui diexodos legunt, dicta sunt.

A 1. de diff. p. c. 29 2 de cau. p. c. 7 p. 93. b

Iterum, quot sint pulsus in diastole arteriæ considerati: quæ in singulis ipsorum sit affectio, & quæ ex ipsis præcognitio fiat. CAP. 21.

NVnc vero rursus sermonem ab initio resumentes, dicamus quot sint pulsus qui in diastole arteriæ conspiciuntur: quæq; in singulis ipsorum sit affectio à qua fiunt: & quæ præcogni C tio ex singulis ipsis fiat. Inijcere autem te volo super arterias digitos, qui molles sint: primumq; nec superficietenus tangas, nec violenter premas. postea, si ipsos vehementer ab arteria, dũ dilatatur, percuti sentias, adhuc etiam magis comprime: si vero dum hoc facis, motus euadat insensibilis, omnino superficietenus tange. Validam etenim facultatem pulsus ille indicat, qui pressioni resistit: inualidam autem, qui decidit ac vincitur. Nonnullos igitur, maximos esse cõperies, si superficietenus tangas: parui tamen, si presseris, apparent: quandoq; etiam nullo adhuc modo seruantur, sed penitus abolentur. ita vt expressionis quantitate, quantitas etiam tum imbecillitatis tũ roboris facultatis tibi dignoscatur. quod eorum, quæ in pulsibus sunt, maximum existit bonum. Si ergo aliquando inueneris in homine febrili morbo laborante, vnà cum signis cõcoctionis, validam facultatem: citra omne prorsus periculum hunc esse scito, & cito morbum solutum iri. Si vero valida quidem fuerit facultas, nullum autem in humoribus signum concoctionis appareat, in tempore diuturniori ægrotaturus seruabitur: Recordantibus nobis ea, quæ etiam sine mea admonitione, ij, qui mentem habent, sciunt: omnia. s. quæ ad præcognitiones spectant, intelligi debere, si ægrotantes non errauerint, aut nulla noxa extrinsecus euenerit. Magnam vero dixi habere vim in morbis febrilibus robur facultatis arterias mouentis, quam & vitalẽ nominamus. quan H doquidem sæpenumero, vbi periculum sit ob neruosum genus, non magnopere confert vitalis facultatis tenor, sed tunc inspicimus quo modo animalis facultas in robore se habeat. Ac melius quidem est ambas valentes esse, & præter ipsas tertiam, quæ naturalis appellatur: cuius principium est iecur: quemadmodum sanè vitalis, cor: animalis autem, cerebrum. Principatum autẽ tenet in vnaquaq; morbi specie ad præcognitionis stabilitatẽ, robur ipsum proprię facultatis affectarum partium. Validi igitur pulsus tenorem, qualis sit, premendo dignosces. vnaq; cum ipso magnitudo etiam diastoles apparet, exquisiteq; dignoscitur. firma etiam magnorum pulsuum fit cognitio, si superficietenus tangas. Scito autem maximum pulsum illum esse, quem secundũ multas arterię partes tangere posiis, seu ſm longitudinẽ, latitudinem, & profunditatem: sicuti & longum, qui secundum longitudinem superat: latum, qui secundum latitudinem: & altum similiter, qui secundum altitudinem, quæ & profunditas dicitur. Quemadmodum autem in toto primo de dignotione pulsuum libro de sensibili systoles parte & insensibili monstratum est: ita etiam [b] in secundo, de differentia, quæ in magnitudine & paruitate consistit: vbi ostendo quantitatem diastoles cum quantitate circuli arteriæ comparandam esse, quò id, quod quæris, inuenias: nec quærendam esse ad quantam magnitudinem attollatur arteria latissima, angustissimæ collata. Hac eadem ratione & in pueris nonnulli dicunt pulsum esse paruum, diastolen non cum capacitate arteriæ, sed cum ea quæ est vigentium, comparantes. nam si quis quantitatem circuli arteriæ pue-

B cap. 2. & 3. diffuse.

A puerorum,& quantitatem pulsus eorum existimet, is profecto noscet, Herophilum recte pronũciasse, eorum pulsum satis esse magnum. Duo equidem tibi hæc genera pulsuũ in arteriæ diastole occurrent, si eo, quo dictum est modo, digitos injcies: alterum in quantitate longitudinis, latitudinis,& profunditatis: alterum in percussionis tenore.[a] Vocareq; tibi licet eum, qui fortiter tactum percutit, quocunq; voles nomine. nam si & ἰσχυρὸν.i. fortem,& σφοδρὸν.i. vehementem, & εὔτονον.i. tenore præditum,& ῥωμαλέον,i. robustum nomines, nihil artis opera læseris. vocamus aũt & nos ipsum, σφοδρὸν.i. vehemẽtem pulsum, superiores nostros sequuti: & si potissimum [b]vehementię notio ex fortitudine & celeritate est composita. Sed quoniam recta præcognitio non ex nominum sed ex rerum exquisita cognitione fit: nominibus quidem vnusquisq; vt velit vtatur, in rerum autem scientiam studium adhibeat. Quemadmodum autem vehemens pulsus semper robur indicat facultatis:[c] ita durus vel tensam esse arteriam, vel duram euasisse. nisi forte quis dicat,& quod tensum est corpus, ex eo quòd tensum sit, durũ euasisse. ita enim durus pulsus semper indicabit qualitatem quæ in constitutione tunicę arteriæ est. Apparet igitur talis pulsus ex phlegmonis vel obstructionibus vel repletionibus vel tensionibus neruosarum partium, vel ex scirrhis non solum neruosarum partium, sed & aliarum si principes sint. etenim iecur & ventriculus & lien & vterus talem efficiunt pulsuum, vbi scirrhum contraxerint: fit etiam & propter validam refrigerationem & siccitatem. Et vbi sanè tibi in primo ingressu pulsus videatur talem occursus mollitiem non habere, qualem dum secundum naturam est habet: aliquem ex prędictis affectibus in homine esse existima. Discernes autem qui nam sit, tum ex alijs symptomatibus, tum ex causis quæ præcesserunt, qualis est frigidus potus præter consuetudinem, vel diuturna in aqua frigida mora, vel in aeri tali, ac præsertim nòn prius rarefacto corpore. Sed & quidam, vbi seruum manu percussisset, ac medij digiti tendonem, qui ad primum articulum est, contudisset, ex aliarum causarum concursu febricitauit. ego vero, vbi eius pulsum aperte indicare tensam esse arteriam inuenissem, manumq; lana circumuolutam conspexissem, quidnam esset in ipsa, interrogaui: ipse vero nullam dixit rem in hoc ipsi inesse: percussus enim ex eo quòd quendam ferijsset, ceratum sibi familiare imposuisse. ego igitur nullam aliam causam inueniens tensionis ipsius pulsus, iussi vt curationem digiti immutaret, atq; ea, quæ ad tales neruorum affectus conuenit, vteretur. at vir ille, neglecto meo consilio, nocte sequenti cõuulsus est.[d] Phreniticis quoq;, & pleuriticis,& quibus septũ trãsuersum phlegmone laborat, durus pulsus apparet, tẽsam esse arteriam indicans. quare vbi ambigua sit horum affectuum adhuc incipientium dignotio, nõ paruam ex talibus pulsibus portionem ad eos dignoscendos habebis. Si vero ad diutius iam ęgrotãtem accedas, cũ primum introductus es, si pulsus ipsius durus tibi videatur, obserua lienis phlegmonen scirrhum iam contrahere:[e] indicabit autem ipsam & color faciei: sicuti si & iecur aliquo tali morbo sit affectum. proprius.n. ex vtrisq; visceribus gignitur color, qui homini in arte versato aperte indicat, vtrum eorum affectum sit. Sed in præsenti non est de hoc sermo. Quæcunque enim ex pulsu ad pręcognitionem sunt vtilia, hęc nunc percurrere nobis est propositum.[f] Si igitur laborantem inuisas non prius à te visum, q in febrili morbo constitutus sit sine superioris principij affectu, cum autem redieris, pulsus appareat durus: hic certe, dum tu abfuisti, aquam frigidã potauit, vel autumnalem aliquem fructum refrigerantem ingesit. Atq; hæc quidem fieri solere scito: Vehemẽtem vero cum inuenias & æqualem & magnum pulsum, simulq; arteriæ tunicã secundum naturam habere: maximum hoc signum ad laborantis salutem sit. Nam celeritas vel tarditas in ijs qui ita habent, nihil effatu dignum nunc indicabit ad salutem vel mortem. verum celeritatem quidem ex caliditate maiori fieri comperies: tarditatem autẽ ex refrigeratione. Atq; hęc quidem per febrilem morbum in prędicto pulsu fieri non possunt. Celeritas autem frequentissime fit, ac magna ex parte in febribus periculo prorsus vacantibus, ex quibus sunt & legitimæ tertianę. magni enim sunt in his pulsus & celeres in paroxysmorum vigore, hocq; fit ob caliditatis copiam. Dictum autem est in [g] tertio de dignotione pulsuum & in primis partibus [h] secũdi, de celeritatis dignotione: Vbi ostendi eos errare, qui diastoles magnitudinem nõ considerantes, ex solo motionis tempore aliquid de tarditate vel celeritate pulsuum pronunciant. non.n. absolute pulsus qui fit dum in minori tempore arteria dilatatur, eo ocior est qui efficitur dum in maiori tẽpore arteria dilatatur. fieri enim potest, vt in breuissima diastole, licet non celeriter moueatur arteria, breuis temporis fiat pulsus: sicuti rursus in maxima quidem diastole sed celeriter arteria se mouente, multi temporis. Satius igitur dixi esse, vt motionis ῥοῖζον, hoc est impetum, non quantitatem temporis totius diastoles attendamus. Ac celer quidem ex caliditatis copia fit, valida nimirũ existente facultate: tardus autem, ex refrigeratione. Et ubi sanè tardus simul & paruus & tenoris vacuus pulsus fit, propè ad mortem veniunt. At in omnibus quę ita dicuntur, memento eius differentiæ quę in ætatibus est. Non enim solum puerilis phlebopalia hoc est venarum saltus, seni mala est: sed etiam senilis, puero. Decem igitur temporum (quemadmodum [i] Herophilus metiebatur ipsos pulsus) si puerulo fiat aliquando spatium illud, quod inter duas est percussiones, refrigerationis extremæ,& ob id etiam extinctionis, est signum: sicuti rursus, si seni puerulorum pulsus, in quo tempus diastoles tempori systoles est æquale, accẽsam esse naturam significat. Sed hoc certe nunquam vidi. In puerulo autem sæpe talis visus est pulsus. Sanè senis pulsus, vbi ita celer fiat, vt tempus, quod inter duas est percussiones, decuplo sit maius tẽpore percussionis, est

A ʒ. diff. p.c ʒ.p.61 h
B ibidẽ.p.61 a
C 1.de pcog. ex p.c.4 p.107. diffuse.
D 4. de cau p. c.14 p.102 a b & 4 de pcogn. ex p.c.5 p 120 c
E 1.de pcogn. ex p.c.4.p 107 f g
F ibidem.
G cap.1
H cap.1
I Vide supra c.12

quidem & hoc rarum: Verum non vlterius adhuc procedit: prius enim moritur. ad hoc autẽ perueniens, ad eum quidem pulsum accedit, qui ætatis laborantis proprius est: deinceps autem ad rariorem. Quo in loco quędam etiam deceptio oritur ijs, qui circa pulsus non sunt exercitati. Quã do à caliditate permulta, in celeritatẽ immoderatã (quatenus ad ętatẽ spectat) pulsus puenerit, corde in tali affectione adeo exiccato, vt & lethalem intemperiem habeat: necesse est hanc ipsam caliditatem ex tingui vnà cum ea quę secundum naturam est. Iure ergo hoc tẽpore tardior ipse pulsus fit. Ac aliquis, (vt dicebam) opinabitur ipsum ad naturalem statum redire: quamuis ad mortiferam refrigerationem iter habeat, non ad senilem temperaturam. At certe distinguere pulsus qui ad naturalem statum redeunt, ab ijs qui ad interitum tendunt, haud difficile est. languidior enim priore semper magis ac magis, efficitur pulsus eorum, qui perniciose se habent. Et huic pręcipue notę mentem adhibe in ambiguis omnibus affectionibus, non tres aut quatuor solas arterię diastolas considerans, sed, vbi in tot diastolis languidus fuerit, alias expectans. conspicitur enim interdum quintus vel sextus post ipsas tenore præditus. quod cum inueneris, scito facultatem non ex sua ipsius ratione infirmam esse, sed à multitudine vel obstructione vel compressione vel aliqua omnino angustia vel grauitate prohiberi ne valide moueatur: quemadmodum accidit fortibus hominibus, vbi vel à vinculis impediantur, vel ab oneris magnitudine grauẽtur. F
Et vbi vnam illam diastolẽ, tũ tenore pręditam tũ altam faciat, scito tunc naturam ad noxiorum humorum excretionem excitari. Cum ergo satis fortis quintus vel sextus intercurrat pulsus unà cum signis concoctionis per urinas apparentibus: poterit seruari homo: si vero sine concoctione natura ad excretionem impetũ fecerit, morietur dum iudicatur.[a] In peripneumonijs aũt pręcipue tales videntur pulsus. dico sanè non ſm eã solum inęqualitatem quæ in vehementia & languiditate, sed & ſm eã q̃ in magnitudine & paruitate, celeritate & tarditate conspicit̃. Dandumq; est ipsis multũ oxymelitis, quod acidiori sit tẽperamento, vnà cum alijs quęcunq; febrem minime accendendo, crassitudinem incidunt humorũ. Cum enim arteriæ q̃ cordi vicinę sunt, ab huiusmodi humoribus obstruantur, pulsus efficiunt inęquales non ea solum inæqualitate quam systematicã. i. congregatiuam vocant, sed ea etiam quę in vna est diastole: de qua dictum quidem iam & supra est: sed & nunc quoq; vobis ipsius mentionem faciemus: Sicuti sanè, dũ sermo nobis erat de pulsibus, qui inuasionibus febrilium paroxysmorum & incrementis assident, mentionem etiã earũ inæqualitatum fecimus, quæcunq; sępenumero in talibus temporibus fiunt secundum magnitudinem & paruitatem, celeritatem & tarditatem, vehementiam & languiditatem.

A 4. de cau p. c. 12 p. 101. fg

De pulsu Vibroso, Dicroto, Vndoso, Vermiculante, Caprizante, & Formicante. CAP. 22. G

DIfferentia[b] autem pulsuum propter arteriæ tunicam eueniens, secundum quã mollis & durus pulsus inueniuntur, in neutro genere inæqualitatis apparet. dico autem neutrum, tum id quod in collectione multorum deinceps pulsuum conspicitur, tum id quod in vno solum pulsu: Verum tamen ꝑpter tunicam induratam fit quædam inæqualitas in diuersis arteriæ particulis, quando tum vsus generationis pulsuum vrgeat, tum facultas robusta sit. dum enim ipsa cogitur dilatare arteriæ tunicam quæ dura sit, vibrosus[c] efficitur pulsus. hic autem ipse, fit quandoq; etiam dicrotus,[d] quando ea arteriæ pars quæ apparet, (quippe quæ ab incumbentibus corporibus non grauet̃) in altitudinem eleuata prius fuerit, ab ijs autem quæ ab vtroq; ipsius latere sitæ sunt, in itinere tardantibus, retrahatur rursus intro propter tunicæ duriciem: postea rursus simul eleuetur. Ideoq; in ijs pręcipue fieri conspicitur talis pulsus, in quibus prolixitas contracta est: cum vero longa ipsa est, dicrotus pulsus nunquam visus est: quemadmodum neq; vibrosus, vbi breuis ipsa est. Etenim vibrosus similis est iaculorum & virgarum uibratui, cum per exiguas particulas arteria ita mouetur. subijcitur autem pulsus vibrosus vel quatuor digitis vel omnino tribus. quando autem vnus, vel duo tantum digiti motionem sentiunt, tunc inęqualitas partium arteriæ, quæ vtrinq; sunt, latet. præter hoc etiam euenit, vt pars quæ prius attollebat̃, à grauantibus H
non reuellatur. omnes enim simili modo expositæ sunt, omnes simili modo liberatæ sunt à grauitate incumbentium corporum. Cum ergo hic pulsus & robur facultatis & copiam caliditatis indicet, iure aliquando crisim futuram nunciat. & quò magis vtiq; fuerit vibrosus, eò etiam magis crisim sperato: Vtrum autem bonam vel malam (semper enim huius esto memor) ex tractatione de crisibus addisces. Principalissimum autem in ipsis, est concoctio morbificorum humorum in febrilibus morbis. etenim & huius etiam perpetuo esto memor. quandoquidem ad superioris principij morbos concoctio humorum qui sunt in venis, non magnopere conducit. Periculum sanè quod ex ipsis imminet, quo modo præcognoscere oporteat, tum in commentarijs in prognosticum, tum in ijs quos de crisibus scripsimus, habes: Ex pulsibus autem tantum vtilitatis ad eorum morborum tum dignotionem tum præcognitionem, quantum ex duro & molli, capi potest. dictumq; a me superius de ipsis est. Est autem quidam vibroso pulsui, secundum quidem eam inęqualitatem quæ in diuersis particulis versatur, simillimus: contrarius autem secundũ tunicæ qualitatem: vibrosus enim, durus est: ille vero, non durus: immo & eo etiam ipso qui secundum naturam est, mollior existit. nominamus autem ipsum,[e] vndosum, prop terea quòd vndis similẽ habet inæqualitatem. Apparet autem interdum quidem tenore pręditus moderate: interdum vero inter tenore præditos & imbecillos, medius. Dictum vero est, quòd εὔτονον. i. tenore præditum pulsum, σφοδρὸν. i. vehementem nominamus, superiores sequuti: quemadmodũ & ἄτονον. i. tenoris

B 1 de diff. p. c. 22. p. 61 f & 2. de ꝑcog ex p. c. 6. p. 111. f

C 2. de cau. p. c. 6. p. 52. g 2. de ꝑcog. ex p. c. 6. p. 111 f & 3. de ꝑcog ex p. c. 4. p. 115 h

D in eisdem locis.

E de p. ad Tyr. c. 8. p. 43 g 1. de diff p. c. 26 p. 51 h 2. de cau. p c. 8 p. 93 c 1. de ꝑcog. ex p c. 8. & 9. p. 112. g

A ris vacuum, ἀμυδρὸν.i. languidum. Hic igitur pulsus, [a] vndosus inquam, sudorem vt plurimũ nunciat: ac tanto magis, quanto mollior quidem fuerit, non tamen tenoris vacuus. Si vero ipsi intercurrat altus, firmissimum habebis sudoris signum. Semper enim hic aliquam excretionem significat: cum vndoso quidem vel absolute magno nõ tamen duro, criticorum sudorum. cum vibroso autem, vel absolute duro, mẽstruorum potius, vel eruptionis sanguinis e naribus, vel per hæmorrhoidas, vel aluo exturbata. quænam vero excretionum futura sit, ex ijs, quæ in libris de crisibus scripta sunt, discerne. Quando autem vndosus hic pulsus, languidus fuerit, vermiculans fit, nomenclaturam hanc adeptus à similitudine, quam cum gressu vermis habet. [b] Tres enim hos pulsus, superiores medici ab animalibus denominarunt, caprizantem, vermiculantem, & formicantem, ob motionis similitudinem ita appellationem imponentes. Sed de caprizante quidem in fine [c] sermonis ostendet. De vermiculante vero mox dicetur, propterea quod minor quidem est vndoso, languidus autem semper: & propter hoc facile transit in formicantem vires summopere imbecillas esse indicantem: quemadmodum & ille qui in priori arteriæ particula priorem motionem habet, quæ tanquam bestiolę perreptantis esse videatur. verum huic nullũ proprium ac peculiare nomen positum est. fit igitur ipse imbecilla existente facultate: ac nisi prius ea roboretur, B transit facile in formicantem, omnium pulsuum languidissimum & minimum, ideoq; etiam pessimum: vt qui imbecillitatem facultatis propriam indicet, nõ ob copiam grauantem, vel compressionem, vel obstructionem. Esto autem tibi maximum indicium ad discernendum, quando facultas præ compressione vel obstructione vel copia non possit arteriam in magnitudinem eleuare, ipsa scilicet secundum æqualitatem & inęqualitatem differentia. nam vbi ipsa ob propriam rationem infirma est, pulsus ipse æqualis permanet per omnes deinceps diastolas: vbi vero ab alia causa impeditur quin motu secundum naturam moueatur, motio inæqualis fit. Sanè vermiculans, & multo magis formicans, nunquam visi sunt collectiua inęqualitate inæquales ob propriã imbecillitatem facultatis fieri: quemadmodum certe & qui imaginem refert bestiolę perreptantis: qualẽ pulsum apparere oportebat, si, qui à corde immittitur spiritus, dum per arterias fertur, causa fuisset diastoles. Ostensum autem est facultatis, non materiæ spirituosæ, à corde per arteriarum tunicas distributionem fieri. & huius omnes dum participes fiunt, eodem modo, quo cor, se ipsas dilatare: trahentes vndequaq; vnde vtiq; possunt, quod ipsarum diastolen sit repleturum. [d] Vt Erasistratus autem dicebat, pulsus fit cum spiritus qui à corde immittitur, per arteriarũ cauitates fertur. Cum autem pulsus secundum diastoles quantitatem sint septem & viginti: vnus ex ipsis, qui C vtiq; minimus fit secundum tres dimensiones, formicans nominatur: Huic autem accidit, vt & lãguidissimus omnium pulsuum sit, ob idq; ipsum minimus: & quia minimus est, iccirco etiã frequentissimus efficitur. Cum enim, facultas extreme inualida sit, minima secundum tres dimensiones diastole fit, ipsius nimirum longitudine, latitudine, & profunditate in minimum contractis. Dicta etiam est causa, propter quam pulsus paruos vt plurimum crebritas comitetur, nimirũ ob instrumẽtorum defectum, habita ratione ad facultatem & vsum. [e] Quemadmodum autem in paruo pulsu non exigua secundum magis & minus existit differentia: ita etiam & in alijs sex & viginti, de quibus paulo inferius dicetur.

A 1. de feb. cogn. [illegible] 12. [illegible] p. 144. [illegible]

B [illegible]

C capite 33. in fine.

D lib. 4 de diff. p. c. 17. [illegible] & 2. de cau p. c. 8. p. 93. c

E 1. de cau p. c. 11. p. 90. diffuse.

[f] De pulsibus qui in una diastole in diuersis tamen arteriæ partibus inæqualitatem habent, ut Myuris, Myuris recurrentibus, Myuris deficientibus, Deficientibus recurrentibus. CAP. 23.

NVnc autem addamus pulsus qui in vna diastole sed in differentibus arteriæ particulis inæqualitatem habẽt: inter quos sunt & qui myuri (quasi muricaudas seu soricicaudas dixeris, alij decurtatos vertunt) vocantur, in parte quidem quæ cordi propinquior est, diastolen in tumorem eleuatam facientes: in longinquis autem, imminutam: ita vt tribus iniectis ipsi digitis, quanto primi digiti ad secundum motio minor apparet & latitudine & profunditate, tanto huius ad D tertium: nimirum quòd tenor facultatis arteriam mouentis, quam cor vniuersis ipsis suppeditat, exoluatur. Interdum autem similiter quidem occurrit iniectis digitis, pulsus: verum secunda motio languidior quàm prima apparet, & post ipsam tertia rursus languidior quàm secunda: deinde quarta & quinta & vniuersę consequentes detrahunt, quousq; ad absolutam immobilitatem, vt ad nostrum sensum, peruenerint: Deinde digitis sublatis, paruaq; intermissione facta iterũ impositis, motio sensu percipitur. Interdum autem & sine digitorum sublatione, redit iterum motio, ita vt sensibilis fiat. Contingunt autem & talia circa pulsus ob facultatis infirmitatem, quæ iniectionem digitorum non ferat, sed tanquã ab onere & vincatur & concidat. Quapropter & modestissime tunc tãgere debes, ex infernis potius arteriæ partibus digitos inijciens, manumq; laborantis conuertens. Si vero rursus superficietenus admodum tangas, secundum alterum modum motionem non senties, ob paruitatem diastoles. Accurate igitur te mentem adhibere tunc oportet quantitati diastoles, quam in digitorum applicatione inuenisti. atq; ita alternatim, interdum quidem remittere ac leuare oportet paululum, interdum vero comprimere: quãdoquidem recta talium pulsuum dignotio in exquisita applicandorum digitorum symmetria cõsistit: propterea q̃ ea quidem attrectatio quæ superficiaria est, nõdum dignoscat arteriæ diastolen, qñ exigua fiat: ea vero q̃ hac violentior est, obscuret absoluteq; perdat dignotionem motionis. Nonnulli talium pulsuũ qñ perdunt diastole paulatim imminuta, rursus redeunt, vocamusq; myuros παλινδρομοῦντας. i. recurrentes. Si igitur, ad extremam breuitatẽ motionis perducti, rursus ipsam auxerint,

F de his pulsibus vide 1. de diff. p. c. 11. p. 49 d 2. de c. p. c. 9. p. 93 e, 2. de precog ex p c. 10 p. 113. b d

hoc ipsum nunc dictum nomen habent, myuri recurrentes: Si vero ad perfectã immobilitatẽ redacti, illic steterint, nec amplius sensibilẽ motionẽ fecerint: tales, ἐκλείποντας. i. deficiẽtes nominamus. Si aũt & post immobilitatẽ rursus inceperint iterũ moueri, & hos nominamus deficiẽtes recurrentes: cõstat aũt oẽs tales pulsus fieri ob imbecillitatẽ facultatis, quæ interdum quidẽ ipsa sola ex propria ratione infirma sit, interdũ vero & ab aliquam multitudinẽ vel compressionẽ vel obstructionem arteriarum cordi vicinarum: ita vt mixta efficiatur affectio. Siq; non omnino pulsus in ipsis languidus, & paruus factus esset, manifeste vtiq; appareret inæqualitas in vna diastole. nunc autem non apparet, ob humilitatem motionis, quam facit in diastole arteria. ideoq; frequẽtes vt plurimum sunt tales pulsus secundum illud genus frequentię, quod ijs, qui insensibilem habent systolem, apparet.[a] Dupliciter enim diximus fieri & dici frequentem ipsum pulsum: vel vbi primas systoles partes nos sentimus, vel vbi nullo modo ipsa sensibilis est. Si igitur primas systoles partes sentimus: tempus quod est inter finem diastoles & principium systoles, rarũ vel frequentem facit pulsum.[b] Quoniam autem & tenoris quid & magnitudinis diastoles habere oportet arteriam, quò primas systoles partes sentiamus: impossibile est in languidis paruisq; pulsibus ipsam nos vnquam sentire: quare in his tẽpus internę quietis indignoscibile erit. Et propter hoc, totum illud quod constat ex hoc, & eo quod est systoles, & quietis quæ est post ipsam, & primarũ partium sensibilis diastoles, insensibile existens, vel frequentem vel rarum efficit pulsum.[c] Sed de raro ac frequenti pulsu secundum quãtitatem externæ quietis, iam in ijs quæ superius scripta sunt, ostensum est: De nũc autem dicto frequenti & raro, dicere iam tempus est, rememorantibus prius nobis ea quæ in tractatione de causis pulsuum ostensa sunt.[d] nam causam, vt quispiam dicat, synecticam. i. contentiuam frequentię pulsuum ostendimus esse defectum diastoles: propterea quòd, vbi magnus sit vsus actionis, hoc completo, arteria moderato quiescit tempore: non cõpleto, autem vsu, cogitur ob diastoles defectum, secundam motionem maturius incipere. Quoniam igitur in paruis admodum pulsibus incompletus redditur vsus diastoles, quantum deest, id natura explere coacta, secundam motionem maturius incipit. Quanto autem tempus quod est inter diastolas, redditur breuius, tanto frequentior pulsus ipse apparet. Deficiens autem redditur vsus diastoles in paruispulsibus, ob paruitatem. Et hoc ex necessitate sequitur perpetuo: non, quemadmodum in magnis, quandoq;. Copiam enim caloris in his esse oportet, vel absumptionem vitalis spiritus, vt frequens fiat pulsus. qua ratione rursus, in quibus sensibilis est ipsa arteriæ systole, tempus inter sensibilem finem recessionis, & principium diastoles, breue redditur. Atq; hoc quidem tempus contrahitur, natura ad diastolen properante, vbi opus est arterijs, vt aerem externum copiosiorem attrahant. & hoc fit, vt dixi, ob caloris copiã, vel ob spiritus absumptionem. Alterum autem tempus, quod est externæ quietis, per illas affectiones abbreuiatur, in quibus natura festinat fuliginosa & fumosa excrementa in arterijs collecta euacuare.[e] Et propter hoc in ijs quæ superius scripta sunt, firmissimum dixi esse signum inuasionis paroxysmorum febriliũ ex putredine humorum euenientium, breuis quidem temporis esse externam quietem, velociorem autem esse motionem systoles.

A 1. de diff. p. c. 78. p. 48

B 1. de dig p c. 5. p. 72. et diffuse.

C supra c. 6 diffuse.

D lib. 1. c. 5. p. 87. f

E supra c. 13. diffuse.

De pulsu Innuente Circumnuente'ue. CAP. 24.

AC de raritate quidem & frequentia pulsuum hæc sint satis. Ad eos vero, qui paulo ante dictis pulsibus sunt congeneres, redeamus. Quidam sanè est, qui altius habet medium, si longitudinẽ spectes: ea vero, quæ ab vtraq; ipsius parte sunt, humiliora.[f] vocamusq; ipsum ἐπινενευκότα. i. innuẽtem & περινενευκότα. i. circumnuentem. Videtur autem hic pulsus ex imbecillibus facultatibus gigni, quando corporis constructio talis sit natura, vt pauca quidem cutis eaq; leuis, medio longitudinis arteriæ incumbat: quæ vero ab vtraq; ipsius parte sunt, secundum longitudinem ex supernis & infernis partibus grauentur. Ob hoc enim ipsum & crassorum pulsus, lõgitudine breuis conspicitur, quãuis robustus sit: gracilium autem longus, quãuis imbecillior existat.

F 2. de cau. p. c. 10 p 93. f 2. de pcogn. ex p. c. 11. p. 111. h

[g]*De uigintiseptem pulsibus qui supra in tabella descripti sunt.* CAP. 25.

AC quodam modo iam rursus oratio ad id quod paulo ante reiecimus, venit, hoc est, ad septẽ & viginti pulsus in tabella descriptos: quorũ generatio tanquam ex elemẽtis est ex nouem pulsibus: quorum tres secundum longitudinem arteriæ cõsiderantur, tres, secundum latitudinẽ, & tres alii secundũ profunditatem. Ex horum enim inter se commixtione vniuersæ coniugationes oriũtur pulsuum septem & viginti: quorum vna est secundum longitudinem, de qua nuper dicere inceperamus, ostendentes ipsam apparere ob differentiam tum corporis in crassitie & tenuitate, tum facultatis in robore & imbecillitate, tum tertio caliditatis in multitudine & paucitate: Si vero in duo capita sermonem reducere velis: ob maiorem vel minorem diastolen quæ secundum circulum arteriæ fiat: & ob tenuitatem & crassitiem corporis. Quatenus enim ad ipsam rei naturam attinet, omnium pulsus fiunt secundum longitudinem æquales: nisi si quando iam morientium refrigerati sint artus: videntur autem non esse æquales, ob corporum arterijs incumbentium inæqualitatem.[h] Eorum igitur qui diuturnis in morbis contabuerunt, arteria quæ secũdum spinam est, pulsare conspicitur, si manus super cutim hypochondrij iniiciatur: ac magis etiam hoc ijs, qui natura sunt graciles, accidit: & multò sanè magis, vbi febricitauerint, vel vinum biberint: propterea quòd eo tempore diastole ipsis in magnitudinẽ attollatur. E contra autem crassis, quamuis fortes facultate sint, & præcalidi, breuis tamen fit pulsus secundum arteriæ longitudinem.

G de horũ pulsuum generatione diffuse tradit Gal. 1. de pcogn. ex p c. 3. p. 106

H 1. de dign. p. c. 8. p. 73. g

A tudinem.quare gracilitas corporis maxime aliorum omnium ad pulsus longitudinem confert: secunda post hanc, fortitudo facultatis: tertia, caliditas. Contraria autem horum contrarium faciunt pulsum, quem dixi vocari breuem. Angustus autem pulsus fit ob angustiam circumpositarum regionum arteriæ, imbecillitatemq; facultatis, & refrigerationem, instrumentiq; duritiem, & cutis rugositatem ac crassitiem. Altus autem ob contraria, robur facultatis, caliditatem multam, instrumenti mollitiem, cutis tenuitatem & tensionem. Patet autem ex dictis, quod decimi quarti pulsus in tabella descripti, qui & longitudinem & latitudinē & profunditatem habet moderatā, vel oïa ſm naturam sunt: vel & aliqua ex subcontrarijs mistio in medium cõstitutionem ducit diastolen: contingit enim laboranti tanto facultatem imbecilliorem esse aliquo tempore, quanto etiam fuerit habitu corporis graciliore. Ita vt quantum pulsus in breuitatem peruenit, ob imbecillitatem facultatis: tantum ex gracilitate ei addatur. possibile est etiam, vt quantum his defecit, tãtum ob caliditatis copiam reficiatur: Rursus autem per cõtraria, viribus robustioribus redditis, quantum in longitudinem increuit pulsus, tantum etiam ob carnis copiam de eo detrahatur: possibile etiam est, vt qui in longitudinem, quatenus ad alias causas, auctus est, breuior euaserit ob refrigerationem. In his autem considerationibus aliqua ēt ratio duritiei tunicæ habēda est.

B Sed si, quantum ad hoc, secundum naturam se habeat, nec ad corpulentiam vel gracilitatem videatur mutatio facta esse: neq; in languiditatem & vehementiam conuersio aliqua, sed in his secundum naturam se habeat: si moderatus videtur secundum longitudinem & profunditatem & latitudinem, indicabit tibi neq; caliditatem esse copiosam in corpore, neq; absumptionem spiritus animalis. Atq; hæc quidem & ex eo quod nullam validam actionem laborās obijcerit, dignoscere facillimum est: In voluntarijs enim motionibus absumitur spiritus. Caliditatem autem in profundo corporis auctā, si cætera omnia moderate se habeant, ex pulsu solo præcognoscere potes. Respirationis enim mutatio non fit manifesta in talibus affectionibus, in quibus parum plus caliditatis ſm naturam in corde collectū est, alijs eodē modo se habentibus. Sed mētem hoc in loco adhibere oportet magnitudini & celeritati pulsus. primum.n. in magnitudinē crescit, vbi tunica arteriæ vel mollior sit q̄ status ſm naturam ferat, vel moderata: postea vero in celeritatem, aucta caliditate: Vbi vero prę duritie tunica arteriæ in magnitudinē notabilem nõ possit distendi, tunc & incrementū pulsus in celeritatem, maturius fit. etenim vsus generationis pulsuū auctus, quousq; magnitudo diastoles sufficiens ipsi sit, nihil penitus sensibile, vel oïno parū, motionē in celeritatē alterat: Vbi vero maioris diastoles vsus requiratur, nõ possit aūt tunica arteriæ extendi,

C ob duritiem, tūc celeritati multa accessio fit: Vbi aūt nec hoc satis sit, vibrosus efficitur pulsus, permanente nimirum facultate robusta.

Cur quandoque in pulsu magnum factum esse uideatur incrementum in latitudinem aut altitudinem, cum tamen breuissimum re uera factum sit. CAP. 26.

HAC omnes qdem in tabella descriptos pulsus singillatim percurrere longum iam esset, at methodū in ipsis pscribere cū exercitatione pstiterit. quod sane & in primo[a] de pcognitione ex pulsibus feci. Ante q̄ aūt ad hanc accedā, melius est de ipsis statuisse, aliqn̄ breuissimū quidē incrementū vel in latitudinē vel in altitudinem vel in contraria fieri, multū tn̄ apparere, [b] q̄a nos pulsum q nunc apparet, cū eo q prius erat, comparamus. Hoc ergo & in crisibus euenire cõspicit, vbi post pulsum, q altus apparuerit, sudoribus multis eruptis, in cõtrariam ideam mutatio fiat, appareatq; humilis vnà & latus ipse pulsus. quapropter & à quibusdā medicis scriptū est latū pulsum cõspici sæpenumero in recens iudicatis. ipse.n. latior apparet in ijs q, vt dictū est, iudicati sunt: nõ tn̄ re uera eo tpe fit latior sicut apparet: propterea quod prius qdem altitudo aucta esset, plus q̄ status ſm naturam exigeret: at tpe post crisim, ne eā ēt q̄ ſm naturā est, amplius seruet. ob euacuationem.n. regiones quæ arterijs circūpositæ sunt, laxæ euadunt: cū prius ipsas angustassent. & ob id

D pulsus vere latior apparet. apparet aūt multo latior q̄ re vera sit, altitudine in humilitatē collapsa: tū quia nullo modo in tumorē notabilē attollaī diastole, tum ēt quia cutis quæ arterijs incūbit, laxa rugosaq; fiat: quo tpe, si cõuerso mēbro in infernis ipsius partibus arteriā statueris, neq; ita amplius humilis vt prius, neq; ita latus, pulsus apparebit. [c] Porrò & in hydrope, in quo totus habitus, quemadmodū in mortuis corporibus, intumescit, (qui sane hydrops multū differt à tympania vocato & ab ascite) pulsus lati apparent: ac psertim qn̄ arteriā tangimus, membro ſm supernā partem, nõ infernā, collocato. Cõspicit ēt talis qñq; pulsus in lethargicis, q pessime affecti sint: effœminaī.n. in his ipse corporis habitus: ita vt ob multā humiditatem et mollitiē laxū ac incõstans fiat ipsum ēt dorsum arteriæ, haud potens se ipsum cõtinere, neq; sublime se sustinere, sicuti dum ſm naturā se habebat. In his igiī, vt dixi, si ex infernis partibus membrum tangas, pulsus nõ amplius tibi latus apparebit. Hoc aūt diligenter te animaduertere oportet, definireq; ac considerare quo modo figurato mēbro, applicationē manus feceris. vt plurimū.n. arteriam, q̄ ad carpū est, tangimus: interdū aūt aliquā ex ijs q̄ vel in tpibus sunt, vel in brachio. Perpēdere pterea oportet ea q̄ pcesserunt, ac cū ijs quæ nunc adsunt cõferre: inspicereq; nūquid ,pter illa magis imutatus sit pulsus, q̄ re vera alteratus appareat. His igiī tibi ĩ memoria habitis, eorū quæ sequunī, sermonē faciā.

Exercet methodum præcedenti capite promissam in pulsibus secundum omnes dimensiones diastoles, & secundum omnes corporis arteriæ constitutiones consideratus. CAP. 27.

ESto [d] vt ægrotantis cuiusdam nunc primum à nobis visi, pulsus in carpo manus appareat longior:

A cap.5

B 2. de cau. p. c. 14 p. 94 c e diffuse.

C 1. d causis p. c. 14 p. 94 f & 4. de cau p. c. 24. p. 15 ef

D 2. d pcog ex p c. 3. p. 106 b

gior: ita vt ad sex vel etiam plurium digitorum iniectionẽ motio sit sensibilis. Iam ergo cõstat ne E
cessarium esse, hoiem hunc esse gracilem. impossibile.n.est, bene carnoso existente corpore, tã lon
gum fieri pulsum. Deinceps igit cõsidera cõstitutionẽ tunicæ arteriæ, ad ætatem habitũq; corpo-
ris ægrotantis respiciens. Pulsus.n.q in puerulis est, mollior est q̃ qui in adultis: qui in fœminis, q̃
qui in viris: q in natura mollioribus & albis, q̃ qui in cõtrarijs. Si igitur tibi multo durior q̃ is qui
ẽm naturam est, pulsus factus esse videatur, tumorẽ diastoles cõsiderato: tumorem autem nuper
nominabam motionem ẽm totius arteriæ circulum, cuius altitudinem & latitudinem cogitatio-
ne secamus. neq;.n. in arteria, sicuti in cubicis corporibus, latitudo ab altitudine distincta est. Cũ
aũt talis sit ipse pulsus, oĩno quidem necessariũ est quãdam esse affectionem ex ijs q̃ durũ pulsum
efficiunt.[a] Has aũt affectiones dedicisti, refrigerationem validam, vt corpus arterię cõgeletur, vel
excedẽtem siccitatem, quemadmodum in marasmis, vel alicuius visceris scirrhum, vel maximam
phlegmonen, vel spasmosam affectionem in aliqua neruosa particula. Sed & facies statim tibi in
dicabit nũquid marasmus sit, an quid aliud. cõsentaneũ est.n. marasmũ vt incurabilem esse, qñ ob
ipsum arteria tantã acqsiuerit siccitatẽ. Cauos igit inspicies oculos eorũ q ita se habẽt: vt in orbem
emineant ossa, quæ ipsorũ tunicas circũscribũt. & quæcũq; alia in libro de marasmo didicisti. Sed
& eos q ita affecti sunt, anteq̃ pulsus tãgas, dignoscere tibi licet vel ex sola facie. Cũ aũt ipse nõ vi- F
deat talis, duritiẽ pulsus vt plurimũ quidẽ inuenies ob lienẽ induratũ ortã: iam vero & pp aliam
quampiã principẽ particulã. quã & tactu prompte cognosces: symptomataq; ẽt comitantur, quæ
clare has ab alijs distinguunt. Si.n. iecur ad tm̃ scirrhũ puenerit, vt pulsum, qualẽ dixi, efficiat: hy-
dropum symptomata in facie iã tibi apparebũt. Si vero venter vel vesica vel intestinorũ aliquod
patiant, diarrhœę hoc est alui profluuia indicabũt: Sicuti si diaphragma vel mẽbrana succingens,
ppriæ eorũ spirandi difficultates. didicisti aũt earũ ideas in cõmẽtarijs de difficultate spirandi. Si
vero nihil horũ appareat, cõsidera an aliqua adsit spasmosa affectio. Ac in mulieribus inspice, an
scirrhosus hic affectus in vtero sit. Cũ aũt nihil tale appareat, refrigeratio valida ac recens vel ex
aquæ frigidæ vel vini potione. in illis.n. arteria vr̃ stupefacta circa motũ. Videt aũt in ijs q ita hñt,
vinũ meracũ exiccare eorũ habitũ: sicut frigida aqua, congelare. Iam vero & fructus autumnales
tactu & facultate frigidi, durũ pulsum efficiũt. At noxæ, quæ ab externis causis proueniunt, cele-
riter conquiescunt, si nos laborantẽ calefaciamus: & ob id ẽt pulsus vnà quiescunt. pseuerãt autẽ
cũ affectionibus quæ in corpore sunt, si ipsæ curatu difficiles sint. Si ergo longus pulsus vnà & du
rus sit, cõsiderationes, vt dictũ est, facies. Vbi vero moderatus ipse sit ẽm eam differentiã, quæ est
in duritie & mollitie, tunc insuper quantitatẽ diastoles considera. si.n. arteria ẽm vtrasq; dimen- G
siones, lõgitudinẽ inq̃ & altitudinẽ, insigniter dilatet, idq; nõ ob recens alimentũ, vel vini potionẽ,
vel lauacrũ, vel aliquã aliã motionẽ euenerit, cõstat certe hoiem febricitare. Si vero & celeritas &
frequẽtia vnà cũ tali vehementia adsit, patet maiorem ẽt esse febrẽ. Si aũt ẽm altitudinẽ & latitudi
nẽ moderatus sit ipse pulsus, & pter celeritatem sit ẽt satis frequens, multã quidẽ esse indicat cali-
ditatẽ, imbecillã aũt facultatẽ. si.n. esset ualida, magnitudo vtiq; pulsibus inesset. Sed & pp hoc ip
sum, velox satis fit & frequens, propterea q vsus ob diastoles paruitatem nõ completur. Talis aũt
pulsus, languidus tibi oĩno apparebit: Propriũ.n. inseparabile hoc signũ in pulsibus est infirmę fa
cultatis: vt iã cætera oĩa, q̃ facultatis imbecillitatẽ vel robur significãt, ex abũdãtia cõsiderent: qppe
ad exqsitã sciam speculationis pulsuũ sunt vtilia, cõprobata cõprobãtiaq; pcognitionẽ q ex lãgui
dis & vehementibus pulsibus fit. Dictũ aũt est superius, q ob medicorũ cõsuetudinẽ, vehemẽtes
hoc est σφοδρὺς noio pulsus, eos q εὔτονοι.i. tenore pditi, sunt: lãguidos aũt hoc est ἀμυδρὺς, eos q
ἄτονοι.i. tenoris sunt vacui. Age.n. cuipiã qui in carnis incremento moderate se habeat, pulsus ap
pareat moderatus ẽm magnitudinẽ: tunica ẽt ipsa arterię moderate se habente in differentia quæ
est ẽm duritiẽ & mollitiẽ, quæ cõi noie vocat cõstitutio arteriæ: in tali pulsu virtutẽ valere oĩno
dices, anteq̃ noscas qũo in vehementia se habeat. neq;.n. sanè ẽm oẽm tactus iniectionem, statim H
vehemens dignoscitur pulsus: sed solũ, cũ arteriã cõprimimus. Superficiaria.n. attrectatio exquisi
te quidem dignoscit magnitudinẽ: at nullo modo vehementiã. Si vero cõpresserimus, aperte qui
dẽ vehementia apparet: quemadmodũ sanè & languiditas: apparet aũt vnà & ipsa magnitudo.
Cũ.n. ascendere in altitudinem phibeat arteria ob cõpressionem: simul quidẽ tenore pditũ facit
occursum, simul vero imaginẽ quandã extensionis in latitudinem: In quibus indicatio apparet
phibitionis ascensus in altitudinẽ ob cõpressionem. Verũ qñ dura fuerit tunica arterię, neq; tunc
maxima fit diastole. Et pp hoc, cũ fuerit principis visceris phlegmone, & pp ipsam pulsus durus:
si pter hęc, facultas q̃ arterias dilatat, robusta sit, vibrosus fit pulsus: Vbi.n. tũ vsus diastoles auctus
sit, tũ robur vitali facultati adfuerit, dũ violẽter dilatat arteria, vibratio efficit. Magna tñ ex parte
in talibus affectionibus nõ est robusta facultas: immo certe quispiã cõtentus esse deberet, si in cor
pore ob morbi longitudinẽ extenuato, facultas vel mediocrem tenorẽ haberet. pp hoc igit neque
vibrosi ipsis pulsus fiunt. Iis sanè qui vinũ meracius vel copiosius biberũt, pulsus vibrosi qñq; ap-
parent: q & facultas roboret, & febrilis caliditas augeatur. Atq; hi quidẽ pulsus, sæpenumero cõ-
spiciunt: raro vero, qui altitudinẽ quidẽ seruãt vnà cum latitudine, lõgitudine aũt sunt breues: ra-
rius aũt ipsis ij, q & longitudinẽ vnà cũ latitudine cõtrahunt: his adhuc rarius, q altus vnà & an-
gustus & breuis sit: q in ijs quidẽ, q dum sani erant lõgũ habebãt pulsum, ne fieri quidẽ põt: in ijs
aũt q breuẽ, ex multitudine cõsistit, valida existẽte facultate. Quare ẽt vt plurimũ inęqualis appa-
ret

[a] A 1. de pcogn. ex p.c.4.p.107. f g, & 1. de diffe. feb.c.7. in fine.

A ret ꝼm duo genera inæqualitatis. Sicuti.n. vehemens pulsus validę facultatis est signũ: ita post ipsum altus, qñ in lõgitudine breuiat. Cõstat igit tũc neq; ob tenuitatẽ corporis ipsum in altitudinẽ ascẽdere, neq; ob mollitiẽ tunicæ arterię. nã si ob hæc attolleret, breuis pulsus nõ esset. Magna ergo ex parte altus pulsus statim ẽt latus est: sin minus, at certe moderatus ꝼm latitudinẽ. Angustatũ aũt hũc ipsum esse altioreq; moderato esse sine collectiua inęqualitate, impossibile est: q̃ ẽt minores numero altos pulsus habeat q̃ moderatos ꝼm ꝓfunditatẽ. Sed & secũdum vnã diastolẽ talis pulsus fit inęqualis: ita vt absolute altus vnà & angustus sine inęqualitate, nõ admodum frequenter appareat. Et sanè altus pulsus, licet secundum longitudinẽ mutilatus fuerit, nõ tñ tãtũ quantũ formicãs mutilabit. digiti certe vnius iniectionẽ explet, cũ formicans ne tertiã quidẽ totius cõpleat. Igit altus simul & breuis lõgitudine pulsus, qñ durior vnà fuerit, dicrotus etiã simul euadit. Verũ nũq̃ à me visus est lõgus vnà & dicrotus. sed q lõgitudinẽ assumpserit, ex pdictis causis vibrosus euadit. Causæ sunt, copia caloris, & robur facultatis, & instrumẽti durities. nõnunq̃ etiã & pp affectũ in morbis, situs arterię immutat ac puertit, intẽperie quapiã inæquali in tunicis ipsius vel circũiacentibus corporibus orta: vt alia quidẽ pars sit exiccata, alia vero nõ: & alia quidẽ sit indurata, alia vero nõ: & alia qdẽ ab aliquo circũiacentiũ corporũ attracta, fit tensa: alia vero de suo B situ extrusa fit. Sed hæc qdẽ sunt rara. Quæ autem fiũt ob caliditatẽ vel refrigerationẽ totius mẽbri vnà cũ circũiectis partibus, aut humiditatẽ et multitudinẽ, aut defectũ & siccitatẽ, ea sępenumero cõtingũt. Meminisse tñ oportet & eorũ q raro eueniũt, vt qñ pueneris ad ęgrotũ, quẽ haud prius inspexeris, ab ijs auspicatus q̃ magna ex parte eueniũt, ad ea trãseas, q̃ nõ admodũ frequenter conspiciunt: atq; ita ad alia, vsq; ea q̃ rarissima sunt: quemadmodũ sanè & in pulsu qui breuis secundum longitudinem & altus secundum ꝓfunditatem est, exemplũ tibi adest trãsitionis ab ijs quæ sæpe ad ea quę rarissime conspiciuntur. Rationi igit consonũ est, vt qñ hic pulsus visus fuerit, inspicias prius quo modo se habeat homo ille in crassitie. Si.n. bene carnosus & pinguis satis sit, pulsus ꝼm rationẽ apparet. paruus.n. erit. Quare in immoderatis carnis incrementis, caro q̃ effundit ꝓhibet dilatari vas quãtum ex natura poterat. sed & longitudo ipsius, breuior fit: & latitudo, angustior: ꝙ à carnis multitudine cõprimat. Eorũ aũt qui habitu sunt graciles, in cęteris aũt robusti, satis quidẽ magnã latitudinẽ & lõgitudinẽ pulsus habet: notabilẽ quoq; in altitudinẽ, ascensum: Adhuc ẽt magis, in quibus laxa est cutis, pspicuũ fit illud spatium, quod inter ipsam & arteriæ tunicam est, intercedit. Ex quo patet leuiora quidẽ corpora facile simul attolli ab arterijs dũ dilatantur: grauiora aũt, difficilius: quę vero admodum grauia sunt, ea nullo modo moueri.

C *Pulsuum ab usu unà cum facultate profectorum coniugationes quatuor.* CAP. 28.

NVnc aũt de pulsibus dicamus pp [a] qd ex mediocribus læsionibus facultatis simul & caliditatis, frequentes quidẽ fiant, parui vero non adhuc, neq; tardi, sed moderati. Quatuor igit cõiugationes diuersæ oriunt: vel.n. ob caliditatẽ solã, vel ob refrigerationẽ alterant. Et ꝼm imbecilliorẽ vnà & calidã, si multũ quidẽ ab ambabus causis superet, facultasq; satis imbecilla sit, & calor igneus: parui & tardi pulsus & frequentissimi fiũt. Si vero mediocris sit lęsio: ęque quidẽ frequẽtes, sed moderati ꝼm distentionẽ & motionẽ. [b] Secũda aũt cõiugatio ex imbecillitate & refrigeratione constat. in ipsa languidus quidem eatenus fit pulsus, quatenus etiã male se habet facultas: paruus itẽ & tardus, quemadmodũ & pulsus prioris coniugationis. non tñ ęque vt illi ad extremã frequẽtiam peruenit: nisi facultas extreme fatigata fit: tũc.n. cõstat minimũ in talibus fore pulsum, & intermittentẽ, & deficientem plerunq;. [c] Tertia vero cõiugatio alterationis pulsuũ est, augescente simul tũ caliditate tũ facultate: in qua vehementissimi quidẽ & maximi, celerrimi tñ nõ æque fiũt pulsus: frequẽtissimi aũt magna qdẽ ex parte nõ euidẽter, qñq; tñ supra naturalẽ statũ excedũt. hocq; fit, vbi caliditas plurimũ aucta fuerit. [d] Reliqua aũt cõiugatio alterationis ꝼm hoc genus pulsuũ est, qñ in idẽ cõueniũt robur facultatis, & caliditatis defectus: fiuntq; hi moderati qui D dẽ magnitudine: tardiores tñ, et admodũ rari, ac pſertim cũ refrigeratio multũ pualuerit. [e] Distẽtionis sanè ipsorũ quãtitas nõ impedit manifeste nec euidenter, ob facultatis fortitudinẽ. Neq; vero tarditas ẽt multũ ppolet, ob eãdem cãm: valens.n. facultas naturales motionis mensuras cõseruat, quis vsus nõ postulet. Magnopere etenim vsum esse exolutũ oportet frigiditate vehementer præpolẽte, vt pulsus euidẽter minor fiat. Magna tñ ex parte naturalẽ distintionis quãtitatẽ seruat vel parũ qd nec admodũ aperte fit minor: multo certe tardior q̃ minor, in refrigerationibus apparet.

A 1. de cau p. c 8 p. 88. diffu sc.
B Ibidem.
C Ibidẽ p. 89. a
D Ibidem.
E Ibidem.

Febrium per pulsus dignotio. CAP. 29.

REdeamus aũt ad p̃cognitiones q̃ in febribus fiunt. vt qualis sit singularũ ex pulsibus dignotio, hoc in loco dicamus. [f] Ephemerę igit oẽs in magnitudinẽ & celeritatẽ & frequentiam, pulsus, quantũ in ipsis est, mutãt. Par modo & hecticæ febres in easdem differentias alterãt pulsus, quantũ in ipsis est: & magis in ipsis immutat celeritas. At q̃ fiunt ex putredine humorũ, in vigoribus quidẽ ambas habent motiones celeres, diastoles inq̃ & systoles: pari modo & frequẽtias ambas ęque alterãt: in inuasionibus aũt nõ æque, sed solũ intendunt systoles celeritatem: in ascensionibus aũt, cũ hanc quidẽ, tũ vero externã quietem plurimũ cõcitant: vt frequentissimus appareat ꝼm ipsam pulsus. Et hi soli febriũ sunt ꝓprij pulsus ex sui ipsorũ ratione. Alij aũt alias affectiones magis sequunt. Duo aũt sunt genera taliũ affectionũ, vel facultatis, vel instrumentorũ vitium. ad tria.n. hęc respiciendo, causas q̃ pulsus immutant, inuenire oportet, instrumentũ, vsum, & facultatẽ. Animũ aũt diligenter hoc in loco adhibere oportet: ꝓpterea ꝙ differũt inter se sapientes medici

F 3. de p̃cogn. exp c. 7. p. 17. h

ei de ꝓprijs febris pulsibus.errantq; cũcti,alterationes ipsas pulsuũ quæ ex facultatis vel instrumẽ E
A Ibidẽ p.118 b torũ vitio ꝓficiscunt,ꝓprias ipsarũ febriũ esse arbitrantes.[a] Est aũt inseparabile maximeq; ꝓpriũ inuasionibus febris ex putredine humorũ ortæ,vt systole arteriæ velocior fiat.& quicunq; in cognoscẽda systole fuerit exercitatus,hoc habebit inseparabile principij paroxysmi signũ,qñ pulsus aliquẽ habet tenorẽ.Quo mõ aũt incipienda sit exercitatio,copiosissime in 1°. de dignotione pulsuũ dictũ est.[b]
B Ibidem d Equidẽ in multis multoties,quorũ nunq̃ antea,nec dũ valerent nec dũ ęgrotarent, pulsus tetigerã,hoc solo signo fretus,nũq̃ lapsus sum.Qñ igit̃ pulsus in alijs nõ mutatus, celerior fiat ſm systolẽ,principij paroxysmi signũ inseparabile statuito.fit aũt statim talis pulsus,ẽt frequẽtior ſm externã quietẽ,incũbente natura ad ꝓpulsandũ fumosum excrementũ: ꝓpter quod celerius cõtrahebat̃.[c]
C Ibidem. Ephemeris aũt febribus hoc nõ adest: quia sine putredine humorũ fiũt: Sed nec ẽt hecticis: qm̃ nec incipiunt unq̃: nisi casu aliqua alia affectio cũ ipsis coiuerit. Si aũt primo die, cũ recens de sanitate in [l]morbum homo quispiã decidit,pulsum tãgamus: statim ẽt febris genus ab hoc signo indicabit̃.[d] Distinguunt̃ aũt q ex phlegmonis oriunt̃,ab ijs qui ex putredine humo-
D Ibidem. rũ,sola ipsa duritie: Durus.n.est occursus in ijs qui ex phlegmone. Si igit̃ distinguere potes durũ arteriæ occursum ex tensione ortũ,ab eo qui ex refrigeratione & duritie fit: tres habebis ex hoc ꝑcognitiones causarũ ꝑteritarũ, potũ frigidũ,vinũ meracius,& phlegmonẽ,quã non solũ,cãm q̃ F ante paroxysmũ extiterit,sed quæ ẽt ꝑmaneat,dicimus: frigidę vero & largioris meraci potionẽ, ꝑcessisse eã quidẽ,sed affectionem quę ab ipsa fit seruari. Ac indurant̃ quidẽ ex nocuis frigidę potionibus arteriarũ tunicę: exiccant̃ aũt ex largioris vini potionibus. Hæc quidẽ ita distinguãtur.
E Ibidem. [e] Quæ vero prima die nequaq̃ habent prædictã notã: eæ vel ephemeræ iudicãdę sunt,vel hecticę. Ac rarissime quidẽ statim à principio cõsistit febris hectica: nõ tñ impossibilis est talis generatio ipsius.sed visę sunt alicubi à nobis ẽt tales. Ac cũctas quidẽ ipsarũ notas ĩ tractatione de febriũ dr̃ia contemplamur: Quę vero à pulsibus sumunt̃,nũc dicent̃.Neq; magnus neq; vehemens pulsus vnà cũ hecticis unq̃ inuadit febribus. sed si alterutrũ horũ insit ipsis,non sunt hecticę: si vero etiam omnia simul adsint,aperte sunt ephemeræ.

Crisium præcognitio ex pulsibus. CAP. 30.

F 3.de crisibus c.vlti.p. 144. d HIs ita definitis,deinceps cõsiderandũ est qd vnusq̃q; pulsus in his ad crisim significet.[f] Si igitur vndosus ipse pulsus fiat & mollis insigniter,sperare oportet sudores. Durus aũt,vomitus magis q̃ sudores ꝑmostrare solet. Nã altus,oĩs excretionis est nota: queadmodũ & vehemens. Magnus aũt si fuerit,motionis ad externa magis q̃ ad interna signũ est.duplex aũt cũ sit vtraq;,ad externa qdẽ ꝑ sanguinis eruptionem & sudores,ad interna vero ꝑ ventrẽ & stomachũ: vndosus G quidẽ pulsus sudores,magnus vero simplr̃,sanguinis eruptiones ꝑmonstrabit: motione vero ad interna superante,vbi absuerint uomituũ signa,deiectione alui ęgrotus iudicabit̃: vbi adfuerint, ꝑ sudores magis: si vero & hæc adfuerint,& vẽter insigniter subducat̃,ꝑ vtraq;.Inęqualis aũt pulsus in plurimis fit crisibus,ac ꝑsertim,vbi aliquid certaminis & periculi habeant: multo vero magis,vbi biliosi humores ad ventrẽ cõfluant: simulq; adsint alia vomituum signa, quæ ab Hippocrate dicta sunt: & pulsus omnino inęquales fiunt,ꝙ mordeatur graueturq; stomachus.

Qui pulsus fiant affecto Pulmone,Thorace,Membrana succingente costas,Diaphragmate: Iecore, Liene, Ventriculo,Vesica,alijs Nutritionis instrumentis: Vtero: Cerebro,Membranis cerebri: Musculis Thoracis,Epigastrij,Vlnarum,Tibiarum: Erythroide tunica,& Testibus. CAP. 31.

G 1.de ꝑcog.ex p.c.4.p. 107. d QVoniã aũt substantia facultatis singularũ particularũ in bona cuiusq; ipsarũ tẽperatura posita est: (tũc.n.ꝓpriũ opus strenue ꝑficit,cũ tẽperatissima est: & sanè male ẽt agit,vbi intemperata reddita sit: & eatenus male,quatenus intẽperata sit:) ideo ꝓpositũ est nobis, deinceps dicere,qualis pulsus singulas aliarũ corporis partiũ affectiões sequat̃. Diximus aũt de corde,
H 4.de ꝑcogn. ex p.c.2.p. 119 f. diffuse. vbi de febribus sermonẽ habuimus.[h] Prope illud sunt respiratorię particulę animalis. hę aũt sunt pulmo,& thorax: postea alimenti instrumẽta,hoc est iecur,et venter,intestinaq;,& lien,& renes, H & vesicæ ambę. Si igit̃ pulmo se ipso fiat aliqñ calidior,statim & cor calefacit.siq; frigidior sit,nec hoc denegat.summatim,suas ipsius intemperaturas citius q̃ alia instrumẽta cordi impertit.Causa huius rei est,ꝙ cordi maxime oĩum est vicinus, perq; vasa ei maxime affinis existit, & ꝑ maxi-
I Ibidem. ma ostia in ambos sinus cõfluxũ habet.[i] Pulmoni igitur morbose calefacto, cor cõcalefactũ, pulsus efficit,qui ex vsu pulsuũ aucto fieri solent. Si vero lõgiori tp̃e hoc accidat,periculũ ipsi est,ne
K Ibidem. hecticã cõtrahat febrẽ.[k] Refrigerato aũt pulmone,cor cõpatiens,ꝑ initia quidẽ in eã alterationem
L Ibidem. ducet pulsus,[l]quã prius ostẽdimus,dũ vsus exoluit̃,cõstitui. In [l] fluxionibus aũt cõe oĩum est,ipsa pulsuũ inæqualitas: obstructioq; prõpte,et cõstipatio,& cõpressio principalissimarũ arteriarũ ex talibus fit fluxionibus: nec minus ẽt plenitudo,quę ad vires referẽ: ꝙ tã prope pulmonẽ,situm sit cor,& ꝑ magna ostia cõfluxũ habeat.ac ex tenuibus qdẽ & paucis fluxionibus minor fit inęqualitas: ex crassis aũt et viscidis & multis,maior.etenim hæ obstruunt,& cõprimũt,& grauãt magis.
M Ibidem. [m] Duriores aũt pulsus fiũt q̃ naturalis status existit,ex siccis intẽperaturis ac phlegmonosis vel scir-
N Ibidem. p. 120 rhosis tumoribus pulmonis: quemadmodum sanè et molliores,ob œdematosas affectiones.[n] Sanè in pulsibus alia ẽt qdã gignit̃ differẽtia ꝑter superius dictas,ex eo ꝙ fluxio aliqñ qdẽ in ipsas solũ incidat asperas arterias,aliqñ aũt & in leues,& venas,vel ẽt intermedias regiones ipsorũ vniuersas occupet.ex asperis.n.arterijs solis repletis,nulla ſm duritiẽ fit mutatio pulsibus: ex leuibus aũt arterię q̃ in toto aĩali sunt,dũ tendunt̃,duriorẽ efficiũt pulsum.œdemata vero molliorẽ ipsum reddũt,

A dūt,tensionē nullā facientia,quemadmodū in phlegmonosis & scirrhosis tumoribus euenit.[a] Ad talium aūt intemperaturarū similitudinē,thoracis ēt intēperaturę easdē faciūt alterationes: Tumores vero,p quātitate & idea singulorū,q ipsos faciūt humorū. Tardius aūt thoraci cōpatit cor: Celerius,pulmone affecto. Pleuritici aūt duriorē semper habēt pulsum,q̄ peripneumonici.maior.n. est tēsio ex duris & densis partibus in tumorē eleuatis. Aequalis aūt vt plurimū ex tumoribus costas occupātibus,est pulsus: ex ijs aūt,q in pulmone sunt,inæqualis.[b] Iecore aūt ęgrotāte,ex phlegmonis minus duri fiunt q̄ ex thoracis phlegmonis,tanto quanto,q̄ ex pulmonis,magis. compatit aūt prōptius cor iecori remotius licet q̄ thorax iacenti,ob venæ cauæ coionem.[c] Ex diaphragmate aūt male affecto citra febrē,durus qdē fit pulsus & paruus: nō tñ multū frequens,sed vel oīno parū,vel nullo modo ad talē peruenit mutationē.[d] Maxima aūt nota pleuritidis pniciosę est,si durus admodū pulsus euaserit,& ob id ēt paruus: & ob hęc duo et caliditatē,frequētissimus: Nullus.n.pleuriticus ex tali pulsu seruatus est. Dictū aūt mihi in isagoge[e] est,pleuriticorū pulsum,celerē & frequentē nec valde magnū esse,& quia neruosiorē durioręq; efficit arteriā,tamē q̄ ad vehementiā vertat, inexercitatis imponere,q durā pcussionē à vehementi discernere nequeūt. Verū de his sermonē ptrahere hoc in loco nō oportet.[f] Ventriculus āt male affectus,intēperie qdē,eo modo

A Ibidē.cap.5. p.110.b
B Ibidem.
C Ibidem.c
D Ibidem.
E c.11.p.45.b & 4.d. caus. p. c.5 p.100.f
F 4.d. pręs. et p.c.6.p.12.d

B quo pdictę partes,pulsus alterabit: Si vero tumor ī eius ore subortus sit,durior pulsus erit ob neruorū multitudinē: nō tñ ita durus,vt ex diaphragmate.[g] Quemadmodū aūt ex doloribus oris ventriculi facultas celerrime fatigat: eadē rōne,nō sustinet copiā ne quidē paulisper: sed grauatur ac fatigat,pulsusq; inæquales efficit.[h] Os aūt ventriculi dū facultatē vel grauatā a multitudine materię vel debilitatā habet: iure ēt pulsus efficit nōnunq̄ qdē lāguidos & frequentes & paruos, nonnunq̄ vero inæquales.[i] Ita & in alijs alimenti instrumentis inuenies mutationes pulsuū,ad pdicta respiciens.quęcunq;.n.dura & cōtenta & neruis plurimis duris pdita sunt, facile hęc pulsus efficiūt duros: quę vero cōtrario modo se habent,molles.[k] Vesica aūt & vterus situ qdē nihil inter se differūt: durior tñ est & neruosior vesica.quare vbi phlegmone laborat,pulsus magis q̄ vterus duros efficit. Alterabit aūt citius magisq; ipsum in magnitudinē & paruitatē & alias differētias vterus.[l] Percurrā aūt aliorū instrumentorū intēperies,& primo exercitationis gratia intēperies cerebri.[m] Mentē ergo adhibere oportet cōsistentię arteriæ,vtrū à siccitate vel tēsione tunica appareat dura: deinde,si ex siccitate appareat,duorū alterū cēsendū est in cerebro existere, vel intēperiē calidā & siccā,vel bilis redundantiā: si ex tēsione,phlegmonosam affectionē: si ex vtrisq;,cēsere oportet & ipsam affectionē cōpositā esse ex sanguineo & bilioso humore.[n] Quicūq; aūt ex nigra bile,

G Ibidem.
H Ibidem.
I Ibidem c.7.e
K Ibidem.
L Ibidem.c.8.f
M Ibidem h
N Ibidē p.12 t a

C q̄ ob putredinē ebullierit,tale qd patiunt,duros habent pulsus ob siccitatē & tensionē: statim vero & paruos ob duritiē,& celeriores q̄ qui fm naturā sunt,qn̄ febricitāt: & frequentiores,pptereaq vsus nō adimpleatur.[o] Humidæ aūt intēperaturæ,molles tractu tpis pulsus reddūt, & hoīem ipsum comatosum. Si vero febrilis ipsis cōiungatur caliditas,lethargus nominatur ipse morbus: fitq; pulsus nō mollis tm̄,sed ēt magnus. Si vero ex putrescēte pituita in cerebro,talis gignatur affectio: erit quidē & hoc modo morbus lethargus,habebitq; pulsus imaginē quādā tensę arteriæ, q̄uis mollis ipsa sit: & magni eatenus in eiusmodi morbis oībus sunt, quatenus caliditas aucta sit: celeritas aūt vel oīno minima,vel nullo modo his intenditur: ita vero & frequentia.[p] Refrigeratione aūt morbosa in cerebro eueniente,qn̄ in sympatheiā peruenit cor,minores & tardiores & rariores q̄ qui fm naturā sunt,pulsus fient: & si quidē citra materiā sola intēperies sit cerebri, sine tensione: si vero cū materia,melancholica quidē ipsa existente,tendi arterias,& pp hoc duriorem apparere pulsum,cōtinget: pituitosa aūt,nō simplr,sed si quidē crassa & viscida sit pituita,tendentur: si vero humida & spirituosa,sine tēsione mollis erit pulsus: si vero pmixta sit,mollis simul & cū tensione quadā.[q] Qm̄ aūt tenuis meninx nō vr̄ vnq̄ pati ullū ex pdictis morbis sine cerebro,sicuti neq; cerebrū citra meningen,& dura meninx quāplurimū distans à cerebro,pōt ēt sola pati:

O Ibidem.
P Ibidem.
Q Ibidē c.9.p. 121.b

D scito,si affectio notabilis ipsius genita fuerit, corq; in sympatheiā attrahaxerit, & arterias: pulsus perinde ac in cerebri affectionibus alterabitur: nisi q in mollitie & duritie, non eatenus mollē & ēt durū,quatenus cerebrū,efficiet: sed multū quidē durum,parum vero mollē.[r] Quęcunq;.n. corpora natura dura indurantes susceperūt affectiones, ad maximam pueniunt duritiem: quemadmodū & natura mollia,quę humectantes & fundentes affectiones receperūt, pfecte exoluta fiūt & mollia.[s] Si igit affecta particula,dēsa et dura sit,duros efficit pulsus: si vero carnosa,si quidē vel phlegmone correpta sit,vel scirrho,duros,sed minus q̄ pdictę partes: si œdemate laboret,molles.[t] Musculos aūt abdominis & thoracis,phlegmone tentatos,febres quidē facile comitantur: & pp hoc & pulsus magni fiūt & veloces & frequentes: durus aūt in ipsis abunde pulsus, vel spasmosus nunq̄ fit.[u] Musculis vero cubiti & tibię phlegmone tentatis,& pſertim qua parte ipsorū exoriūtur tendones,facile quidē est corripi & spasmo: facillime ēt pulsus & tēdūtur,& indurātur: adhuc vero magis,si tendo aliquis ex ijs qui in extremis sunt manibus vel pedibus,phlegmone tentatus sit,prōpte quidē pulsus ipsis fit durus,prōpte ēt spasmo corripiūtur.[x] Fiunt ēt abūde duri & ob iecoris vel lienis scirrhū.sed ex his ita duris,nullū spasmi imminet periculū. Ac lieni qdem cū scirrho magnopere esset affectus,vidimus ēt multocies nequaq̄ superuenire hydropē: iecori vero necessario succedit.tūcq; pulsus ambarū affectionū signis pditus est,tunica quidē et humidiori et molliori,indicāte tñ aperte tensionē ex scirrho ortā,& ob id ēt duriore. Hydrops aūt ipse p se ipsum sine viscerū phlegmone,nullā facit in pulsu tensionē. Quo modo aūt affectus vteri pulsus alterāt,

R Ibidem.
S Ibidem.
T Ibidem.
V Ibidem.
X Ibidem.

A Ibidē c.10. e teſtāt, dictū eſt, qn̄ ipſum veſicę cōparabamus.[a] Si vero erythroeides tunica phlegmone tentetur, E durus fit pulſus & minor. Ex teſtibus aūt phlegmone tentatis, nō æque durus, & magnus ꝓpter febrem. Et hęc quidem magna ex parte ab internis cauſis efficiuntur.

Traduntur dignotiones cauſarum externarum à quibus pulſus in magnitudinem uel paruitatem mutantur. CAP. 32.

B 1. de ꝓeog. ex p. c. 1. p. 104 h — MVltoties aūt & ab aliqua externa cauſa mutationes pulſuū fiūt, q̄ in hūc modū diſcernendę ſunt. Ea quidē q̄ ex balneis & curſibus & frictionibus & alijs motionibus fit, breuis tē-poris eſt: atq; ita celeriter ad priſtinā regreditur conſtitutionē. quare licet tibi, vbi pulſus tetigeris atq; deinde aliquātiſper intermiſeris ac rurſus tetigeris, apertiſſime dignoſcere mutationem.[c] Ma-C Ibidem. gnitudo aūt pulſuū à vino & alimento orta, diutiſſime ꝑmanet, diſtinguiturq; p cōiunctā ipſi vehementiā. vehemens. n. nō minus q̄ magnus pulſus his fit. nūc aūt ſupponitur q dūtaxat redditus ſit maior. nō igitur ab his alteratus eſt.[d] Iam & magnitudo ab ira orta, cū vehementia fit, q̄ alioqui D ibidem. prudentē nō lateat, ſi in oculos & vniuerſum vultū inſpiciat. Ei vero qui irā velit occultare, inæqualis pulſus fit: adhucq; ēt magis inæqualis eſt ijs, qui anguntur, & verecūdantur.[e] Magnitudi-E Ibidē 105. a nis aūt incrementū, quod fit à ſemicoctis in corpore humoribus, qui coquuntur, alūtq; naturam, ꝑinde vt ijs qui cibū ſumpſerūt, vnà ēt auget vehementiā. Eodem ēt modo ſi quis in ſole vel ad F ignē calefactus ſit, cutis ipſis ſqualida, & nō humida, vt à balneis erit.[f] Atq; ij q̄dē ſubcōtrario quo-F Ibidem. dam modo affecti ſunt ac loti, quod ad mollitiē & humiditatē cutis attinet. mediū inter vtroſq; locū obtinēt fricti & exercitati.[g] Hæ quidē ipſę ſunt artificiales dignotiones cauſarū q̄ pulſus in ma-G Ibidem. gnitudinē & in ſanis & in ægrotis vertunt.[h] Externę vero, alię quidem ex indagatione, cū. ſ. inter H ibidem. inimicos aut inſidiatores aut malignos tētatores, cōſiderationes facitis:[i] Interdū aūt magnitudinē I Ibidem. b adeptus eſt pulſus, vel quia medicamentū calefaciens ęgrotus ſumpſerit, vel adnotationis ratione. In his quidē primū cōſiderare oportet paroxyſmi t̄ps, poſtea laborātis morē & cōſuetudinē. ſi. n. aliquo alio t̄pe & nō paroxyſmi, magnitudinē pulſus ipſe aſſumpſerit, ꝓbabile eſt à calefacientibus potius, nō paroxyſmi ratione factam eſſe alterationē: ſi vero in paroxyſmo, ꝓbabilius eſt adnotationis rōne. Diſtingues āt exq̄ſite, ſi parūper intermittēs, rurſus tetigeris. Caliditatē. n. à medicamento ortā, ꝑ quā pulſus increuit, ſemꝑ magis ac magis exolui cōtingit ꝓgrediēte t̄pe: intendi aūt eā, q̄ à paroxyſmo fit.[k] De cōſuetudine aūt & more, ſciendū, quoſdā quidē iſuetos eſſe formido-K Ibidem. loſoſq; ad medicamentorū potiones, nōnullos aūt cōſuetos: Sił et de moribus. Quidā. n. iſidiatores ſunt, animoq; tenenī, vt cūctos tanq̄ nihil firmi ſciētes redarguāt. quidā vero ſimplices ſunt & modeſti. in his ergo ſuſpicandū nō eſt, quicq̄ clā factū eſſe: in inſidiantibus vero ſuſpicari oportet G oīa.[l] In primo aūt de cauſis pulſuū libro oſtēſum eſt, vbi paulo augeatur caliditas, in magnitudinē L Ibidem. quidē euidenter increſcere pulſum, in celeritatē vero nō euidēter: vbi amplius aucta ſit, magnitudinē quidē aſſumere, ſed & in celeritatē euidenter increſcere, et aliquid ēt frequentiæ adipiſci: quēadmodū vbi plurimū aucta ſit, & vſus generationis pulſuū ſupra maximā ſit diaſtolē, in magnitudinē quidē nō increſcere, qn̄ ad extremū auctus ſit, ſed celeritati quantū pōt vnà cū frequētia addere: et vbi nō amplius celeritatē intēdere poſſit, frequētiā incitare.[m] Si vero ęgroto cuipiā, qui mino-M Ibidem. e rē, q̄ q ſm naturā eſt, pulſum habeat, maior poſtea fiat ſine externa motione: huic caliditas amplior priore facta eſt.[n] De minori aūt eadē eſt ratio. minor. n. ſe ipſo fit, vel facultate imbecilliori reddita, N Ibidem c. 2. p. 105. f vel inſtrumentis durioribus, vel vſu exoluto. Sed neq; facultas imbecillior euaſit nūc, alioqui oīno lāguiditas vnà cū paruitate eſſet: nec corpus arteriæ durius, ita. n. nō ſolū minor, ſed ēt durior eſſet pulſus. ſupereſt ergo vſum t̄m alteratū eſſe. Et ſanè ex maiori, q̄ ſit is qui ſm naturā eſt, pulſu, talē neceſſario factā eſſe uerſionem, notum eſt ijs, qui memoria tenent ea, quę oſtenſa ſunt in primo de cauſis pulſuum libro. Nam & quæ ex naturali ſtatu in paruitatē fit verſio ob frigiditatem, ſtatim etiam rariorem ipſum efficit & tardiorē: Et quæ ex magno ſupra modum aucto, moderati fit imminutio, ſtatim etiam celeritatis & frequentiæ aliquid detrahit: ꝓpterea ꝙ, qui multum ſupra naturalem ſtatū auctus ſit, in tribus generibus mutetur. Qui ergo de magnitudine tantum detraxit pulſus, cætera autem immutata ſeruat, paulo maior eſt eo qui ſecundum naturam eſt. hic. n. ſo-H lus ex pauco caliditatis augumēto cōſtat. Aliorū vero, qui in magnitudinē alterantur, nullus, niſi ſimul celeritatē aſſumat vel frequētiā, talis euadit. Qui vero vſq; adeo eſt alteratus à caliditate, vt nō magnitudinē ſolū, ſed & celeritatē imutet & frequentiā, cōtrariū iter tenebit p eaſdē gn̄e alteratio-O Ibidem. g nes.[o] quare nō ſolū minor, ſed & tardior & rarior erit, q̄ prius. Dū āt calefit, magnitudo euidenter primū, poſtea celeritas, deīde frequētia ipſi aduenit: Dū refrigeratur, cōtra, raritas q̄dē euidēter pri-P Ibidem. h mo, ſecūdo tarditas, vltimo paruitas.[p] Tot. n. ſunt, q̄ refrigerationē efficiūt cauſæ, quot q̄ calefaciūt. Etenim aer frigidus extrinſecus occurrēs, quēadmodū & aqua frigida, vel lauacrū, vel medicamētū corpi inunctū, refrigerat: vel ēt lōga aliqua quies, et veluti latebra, frigidius efficit corpus: Et eorū q̄ intro recipiunī, vt aer q inſpirať frigidus, & alimentū pituitoſum, & medicamentū aliquod frigidū, & aquæ frigidę vſus immodicus: Et ex animi affectibus, diuturnus timor: Et ex humoribus q in corpore cōtinenī, quicūq; frigidi tēperamēto, quieſcentes prius, cōmoti nūc ſint, aut oīno validiores aliquo modo facti ſint calidis. Hec aūt diſtinguere oportet eo modo, quo de cauſis calefaciē-Q Ibidem. tibus diximus.[q] Ipſa q̄dē eſſentia magnorū & paruorū pulſuū ſm circulū arterię cōſiſtit, vbi lōgitudo par perpetuo ſeruatur, non t̄n apparet par, ſed aliqua pars occultatur. Ac dictum quidem eſt de hac re in ſecundo de cauſis pulſuum libro, bis enim de eiſdem dicere non eſt neceſſe.

Quid

A *Quid indicet pulsus Rarus, Frequens, Intermittens, Intercurrens, Extremitas in singulis pulsuum generibus, Caprizans pulsus, Dicrotus. Inæqualitatem vel in situ partium, vel in motione consistere.* C A P. 33.

QVoniã aũt de magnis & paruis pulsibus qd significent dictũ est,[a] iã in p̃senti ad sermonẽ de frequentia & raritate trãseũdũ est.[b] Pura ergo & minime excrementosa caliditas, diastolẽ efficit maiorẽ simul & velociorẽ: q̃ vero putredinosis turbata est excremẽtis, systolẽ.[c] Vbi vero ex magnitudine diastoles pulsus fiat frequentior, auctã esse significat caliditatẽ multã in corpore purã: Vbi aũt, ꝙ maturius incipiat systole, impuræ & excrementosæ caliditatis copiã indicabit. Simili modo, si rarior pulsus fiat ẽm externã quietẽ: si qdẽ ex breuitate diastoles, refrigeratã esse in animali caliditatẽ ostendit: si vero, ꝙ tardet systole, minora reddita esse fumosa excrementa: Secũdũ internã vero quietẽ, ẽ cõtra. si sanẽ ex eo ꝙ ꝑducta sit systole, pulsus frequens euaserit, copiam subnutriri fumosorũ excrementorũ: si vero ꝑpterea ꝙ maturius incipiat diastole, auctã esse caliditatẽ: Rursus aũt ẽm hãc eandẽ quietẽ rarior cũ fit pulsus, si sanẽ ex eo ꝙ imminuta sit systole, pauciora reddita esse excrementa ostẽdet: si vero ꝑpterea ꝙ tardet diastole, imminutã esse caliditatem. [d]Duplex aũt est pulsuũ quies, lõgi qdem tpis, q̃ duorũ pulsuũ tp̃s excedit: breuis aũt tpis, q̃ est intra duorũ pulsuũ tp̃s. Quies vero tẽporũ vnius pulsus, iter intermissiones est moderatissima: ac multi ex ea seruati sunt tũ senes tũ pueri: ætate aũt florẽs ex hac nullus. verũ ex ignoratione qdã lõgã raritatẽ, intermissionẽ esse opinãtes, existimãt seruatos esse quosdã ætate florentes ex tali pulsus prauitate. Est qdẽ & hæc grauis, ac præcipuẽ ætate florẽtibus: nõ tñ pniciosa oĩno: In pueris sanẽ & senibus adhuc ẽt magis mitis. Mors porrò repentina ex intermittẽtibus euenit pulsibus, quo modo ex apoplexia. extinguit̃. n. in vtrisq; caliditas q̃ in corde est respiratione priuata. Ac raritas qdẽ ab intermissione pulsuũ distincta est, ꝓlixitate tẽporis: Interdũ vero etiã, ꝙ raritas cũ æqualitate aliqñ cõsistat oĩum pcussionũ: intermittens vero pulsus necessario inęqualis fiat. interdũ. n. p tres, interdũ p quatuor, aliqñ p quinq; pcussiones, vel ẽt plures intermittere inuenit̃: & quiescere vnũ tẽpus motionis, vel ẽt plura.[e] Quæ igit̃ est in ipso cordis corpore refrigeratio magna, eatenus ẽt pulsus lãguidos efficit & tardos, & paruos, quatenus & ipsa dominat̃: q̃ vero ab aliqua alia parte ꝓficiscit̃, raritatẽ plus q̃ alia p̃dicta genera, à naturali statu amouet. Vbi ergo corpus ipsum cordis, refrigerationẽ suscipiat, mors inęuitabilior est.[f] Ac raritas qdẽ pulsuũ est vsq; adeo pniciosa.[g] Huic vero cõtraria est, frequẽtia: sicuti & intermissioni, intercursio. nã intercurrẽs pulsus ex inæquali fit frequentia, ꝑpterea, ꝙ sæpenumero actionẽ suã minus plene ac vsus postulat, cor obierit. Iã id ipsum fit, vbi vel cor à multitudine grauat̃, vel instrumenta sunt obstructa, aut angustata. q̃ sanè opinor & intermittentiũ erãt causę.[h] Enimuero multoties intercurrentes pulsus crisim attulerũt. Est. n. veluti conatus qdã naturæ ad certamẽ se parantis. Quòd si ex huiusmodi crisibus perierunt qdam, nihil hoc facit, vt grauior sit intercurrentiũ affectio, q̃ intermittentiũ. multo. n. plures ex intermittẽtibus pereũt: Eadẽ ẽt rõne ex valde raris, q̃ ex frequẽtibus. Etenim febres oẽs perurẽtes frequentẽ hñt pulsum, cũ tñ aliquæ ipsarũ periculo vacent: Qui aũt in syncopis sunt frequentes, ob lãguiditatẽ, q̃ à nulla vnq̃ syncope seperat̃, sunt periculosi. [i]Præstiterit aũt vt cõsideremus de extremitatibus, q̃ in oĩbus pulsuũ generibus sunt. Ac extrema qdẽ frequentia nihilominus q̃ syncope laborãtibus, inest ijs, q perurenter febricitãt, nec ex toto tñ pniciose se habent. Raritas aũt nõ est vnq̃ sine periculo, sicuti nec lãguiditas nec paruitas. Etenim tres hæ differentiæ pulsuũ, cũ ad extremum ꝑueniũt, ꝑpetuo sunt p̃iculosæ. Extrema aũt magnitudo, vbi vnà cũ morbosa mollitudine cõsistit, p̃iculosa est: vbi aũt cũ aliqua salubri tunicæ arteriæ cõstitutione, nihil absurdi hẽt.[k] Vr̃ aũt & velociũ pulsuũ genus minus periculosum eẽ q̃ tardorũ. si qdẽ extrema ẽt celeritas, minus q̃ extrema tarditas, est periculosa: extrema. n. tarditas sicuti sanè et raritas tũc accidũt, vbi inata caliditas extinguit̃. Incrementũ aũt in celeritatẽ & ob vsum vrgentẽ fit, & oĩno à facultate valida.[l] Archigenes vero & hĩc ẽt fallit̃, q formicãtẽ pulsum suspicat̃ celerẽ esse. neq;. n. celer oĩno est, neq; ad extremũ venit frequẽtię: Sed oẽs pulsus q à naturali symmetria multũ recedũt, nõ boni sunt. At certe lãguidissimus & tardissimus, & rarissimus, oĩum est deterrimus: Post hos aũt minimus, & mollissimus, & durissimus: Postea frequẽtissimus. At nõ celerrimus, neq; maximus: sed hi sunt modice periculosi. Solus aũt ex extremis optimus est oĩum, vehemẽtissimus.[m] Et sanè caprizãs pulsus ex genere est eorũ q quiete intercipiunt̃: inæqualibusq; cordis intẽperiebus interdũ superuenit: Sicuti & dicrotus ex genere qdẽ est eorũ qui itro retrahunt̃: comitat̃ tñ & ipse interdũ inæquales cordis intẽperies, & tũ magis, si fuliginosa excrementa multa in multis ipsius particulis sint.[n] Ipsa aũt inęqualitas cõsistit in situ partiũ, ex eo, ꝙ arteria sursum vel deorsum, antrorsum vel retrorsum, dextrorsum vel sinistrorsum, traducta esse videat̃: in motione vero, ex eo ꝙ citius vel tardius, maturius vel serius, vehementius vel lãguidius, diuturniori tpe vel breuiori, semp vel nullo modo, moueat̃: In singulis ãt partibus, ex eo ꝙ intersectus perspicue sit, ex qbus est & caprizãs: simili modo, ex eo ꝙ recurrit, ex qbus est & dicrotus. [o] Et caprizãs qdẽ est ex ijs q ẽm unã diastolẽ sunt inæquales: qñ q̃ post quietẽ est secũda motio, & ocior & vehementior priore sit[p]. Tradidimus aũt in tractatione de differentia pulsuũ huius nomenclaturę causam.[q] Ac ea quidem quæ in vno pulsu intermittit inęqualitas, grauissima omnium est inęqualitatũ. non sinit. n. simplices motiones fieri secundum naturam: sed impedimento est, ac priuat motione arterias, non per tres aut quatuor aut per aliquos adhuc plures pulsus, sed in ipso statim primo: & mortem propinquam minatur.

B, C, D (section letters in left margin)

Marginal notes: A 2. de p̃cog. ex p. c. 2. p. 109. h — B Ibidem. — C Ibidem p. 110. a — D Ibidem. c. 4. p. 110. g — E Ibidem. h — F Ibidẽ p. 111. a — G c. 5. p. 111. a — H Ibidem. b — I Ibidem. b c — K Ibidem. — L Ibidem. — M 2. de p̃cog. ex p. c. 8. p. 112. c — N Lib. de pul. ad Tyrones c. 7. p. 43. f — O Lib. 1. de differentiis p. c. 29. p. 5. 2. d — P Ibidem. — Q 2. de p̃cog. ex p. c. 6. p. 111. f

Synopsin

Synopsin eorum, quæ hucusq; dicta sunt, in pauca capita redigit: docetq; quomodo præsagiendum sit, quis erit morbi finis, salus an mors: quo tempore erit salus vel mors: quis erit modus salutis uel mortis. Et ex consequenti tradit regulas dignoscendi utrum uirtus uitalis ex sua ipsius ratione infirma sit, an à multitudine grauetur: & utrum crisis bona uel mala futura sit: & num per excretionem an per abscessum. CAP. 34. E

A 4. de p̄cogn. ex p.c.10.p.111 e
B Ibidem c.11 121. f
C Ibidem.
D Ibidem.
E Ibidem. g

AC ea q̄dē q̄ ꝓposita sunt oīa, iā finem habent. nā cū singularū particularū affectiones cūctas ꝑcurreremus, qualē nā pulsum vnaqueq; versio faciat, declarauimus.[b] Nūc vero ī pauca capita synopsin ipsorū redigere conemur. Præsentiū igitur dignotio, est affectuū inuentio: p̄teritorū aūt dignotio, est inuentio causarū, q̄ affectiones faciūt. Si igit̃ vniuersæ affectiones à nobis abunde distinctæ sunt, traditæq; sunt oēs effectrices causæ in alijs tractationibus: nihil iā restare amplius v̄r ijs q̄ necessaria sunt ad p̄cognitionē vel præteritorū vel p̄sentiū. Quod aūt futurorū p̄cognitio ex p̄sentibus fiat, sæpius quidem iā & p̄ ea q̄ superius dicta sunt, ostendimus: & nūc ēt necesse est, vt totū sermonem p̄ capita ꝑcurramus, initiū sumentes à dignotione eorū q̄ futura expectamus.[c] Ac vnū quidē & primū est, quorsum terminabitur morbus, ad ꝑniciem ne an ad salutem. Alterū ab hoc, in quo p̄cipue hoc erit tp̄e. Tertiū ab his, quisnā modus erit mortis aut salutis. Omniū aūt horū p̄cognitio ex affectionibus est. ex ipsis. n. (vt ostēdimus) & morbi idea, & facultatis infirmitas ac robur dignoscit̃.[d] Hęc aūt si iter se cōferant̃, ea q̄ futura sunt, p̄cognoscunt̃. Morbi. n. cognitio ex loco affecto est: Facultatis aūt, ex eucrasia & dyscrasia solidorū corporū.[e] Hæc aūt si inter se cōferant̃, si quidē vigorem morbi ferre pōt facultas, necesse est seruari hoīem, si nihil extrinsecus sit erratū: si vero nō pōt, oīno morieт̃. Tēpus aūt in quo p̄dictorū vtrūq; erit, ex hisce p̄cognoscit̃. Qui superstites futuri sunt, eo tp̄e seruabunt̃, ī quo natura morbosam affectionē ꝑfectissime sup̄abit. Morient̃ aūt eo tp̄e, quo morbus adeo erit naturæ superior, vt aliqua ex actionibus ad vitam necessarijs pereat. Et vero ēt modus tū mortis tū salutis ex eisdē p̄cognoscet̃. Actionū. n. ad vitā necessariarū q̄ pereūt, nōnullæ quidē facultatis vitalis suffocationem inferūt, nōnullæ vero ꝓsternationem, nonnullæ autem quid alterutri proportione respondens. Ac illę quidē, quæ suffocationem inferūt, ex respiratorijs sunt affectionibus: nonnullæ vero & in ipso corde protinus consistunt. Quæ vero ꝓsternationem inferūt, ex stomachicis quas vocāt sunt affectionibus, ob quas syncope corripiuntur: & insuper ex iecoris affectionibus diuturnis, ob quas non aluntur: & ex doloribus diuturnis aut vehementibus, itemq; ex hecticis oībus febribus. Aīalis autē facultatis imbecillitates magnis cerebri intēperiebus comitant̃: Eiusdē vero quasi suffocationes, impletionibus vētriculorū ipsius & obstructionibus meatuū qui in ipsos penetrāt. Quare quicunq; exquisite oīa dignoscit, hic ēt futura ꝑfectissime p̄cognoscet. Ante omnia aūt vitalē facultatē quæ pulsus facit, qūo se habeat, dignoscere oportet.[f] Nōnunq̄. n. ex sua ipsius rōne infirma est, nōnunq̄ vero à multitudine grauat̃, & tria inęqualitatū genera cōstituunt̃, ſm magnitudinē & paruitatē, ſm celeritatē & tarditatē, ſm frequentiā & raritatē.[g] Si ergo pulsus vehementes & magni, plures cōtrarijs existāt, minus facultas à multitudine fatigata est: si vero parui & lāguidi, magis. Ex pulsibus aūt ſm vnā ꝑcussionem inæqualibus, tū quos intersecto quiete motu, tum quos cōtinuo ꝑmanente, diximus fieri, oēs hi robustiorem esse facultatem indicāt, q̄ oēs ij qui lāguidiorē & tardiorē motū faciant.[h] In tali igit̃ pulsuū cōstitutione, altus pulsus mōstrabit naturā superiorē iā esse multitudini.[i] Altior vero simul & vehementior, tū robur indicat facultatis, tū motionē minime impeditā. Inspicere aūt tūc motionē systoles oportet: hincq; criseos morē discernere.[k] Melior. n. crisis subsequi solet, celeritate systoles multū exoluta. Si vero & alia concoctionis signa q̄ in libris de crisibus scripta sunt, adsint, optimā crisim talis p̄mōstrat cōstitutio. Si vero celeritas systoles parū exoluta sit, vel nōdum videat̃ cōcoctus esse morbus: fiet q̄dē crisis p̄ excretionē, nō t̄n bona oīno.[l] Sciēdū aūt est, nō eādē esse facultatē vitalē, & nutritiuā naturalēq;. illa. n. solū pulsus gignit: naturalis aūt, et quod familiare est ad nutritionē, trahit, & quod eiusmodi nō est excernit: vnaq; ēt nimirū retinet ac alterat id quod familiare est. Vitalē certe nec in stirpibus est inuenire, nec in aīalibus q̄ frigida sint, vt sunt ostrea, et q̄cūq; petris vel q̄busdā alijs solidis corporibus adnascunt̃. quęcūq; aūt aīalia calida sunt, et p̄sertim sanguinea, apertissimā & vehemētissimā hāc h̄nt facultatē.[m] Naturalis porro facultas crises efficit, & quatenus huius ꝑticipes sunt arteriæ, sup̄fluū abijciūt. Per alterā aūt facultatē, pulsatricē inq̄, cuius solæ arterię sunt participes, excernūt in systolis fumosum excrementū: quemadmodū in diastolis attrahunt quod ipsas refrigeret.[n] Æqualis aūt semp̄ magnitudīe est diastole ipsi systole, nisi forte quadā, digitis admotis, repente mutatio fiat. In hoc t̄n differūt, q̄ modo q̄ ad interna fit motio superet, modo q̄ ad externa. siq; motio q̄ ad interna fit, superet, fumosam aliquā in arterijs esse caliditatem significat: si vero q̄ ad externa, igneā & purā. Ac ob hāc quidē causam pulsus altus excretionis est nūcius. Copia vero excretionis tū ex eo q̄ plethorica p̄fuerint signa, tū ex p̄senti flāmea caliditate p̄cognoscit̃. ob hācq; eādē caliditatē pulsus magni apparent & alti. Pessimę igit̃ excretionū sunt illæ in quibus pulsus nec magnus est, & velox in systole apparet.[o] Vbi vero incōcoctus existat morbus, si pulsus tenoris vacuus sit, periculū imminet syncopes. Vbi aūt pituitosior morbus sit, q̄n ex inæqualibus pulsibus mutatio in plures vehementes & magnos fit, per abscessum erit crisis.[p] Vbi vero cū pulsu qui excretorius exquisite sit, vnà etiam adsint hæmorrhagica vocata signa, ex naribus sanguis erūpet: Vbi hęc ipsa absint, ex alia quadam regione: quemadmodum in libris de crisibus per diexodum dictum est. Et hæc quidem sunt, quæ de pulsibus in Synopsin redigere proposueramus.

F 4. de p̄cog. ex p.c.12.p.121.h
G Ibidem p. 122.a
H Ibidem.
I Ibidem.
K Ibidem. b
L Ibidem. bc
M Ibidem. d
N Ibidem.
O Ibidem.
P Ibidem.

F I N I S.

GALENO ASCRIPTUS
LIBER DE VRINIS

Iosepho Struthio Polono interprete.

Maxima diligentia restitutus græcæ fidei.

ARGVMENTVM LIBRI

Quid ex Vrinæ Substantia, Colore, Odoreq́ue, ac Iis, quæ in ipsa continentur, in sanis & ægrotantibus iudicandum.

Quæ Primæ sint, ac præcipuæ Vrinarum Differentiæ. CAP. I.

VRinarum differentiæ multæ quidem particulatim existunt: primæ tamē ac præcipue sunt duæ, humor scilicet, & † ea, quę humori inhærēt.} Humorem autem (græce χῦμα) voco id, quod re ipsa vrina est: à verbo κεχύσθαι id est fusum esse, ipsum deducens: inhærentia vero ea, q̄ diuersimode in vrina apparēt. Rursus vero humoris ipsius differētię in totidem secantur partes: duæ siquidem sunt, substantia nempe, & color. Vtrunque autem horum in diuersa partiri licet: substātia enim alia est C tenuis, alia grossa, alia mediocris. Eam vero, quę mediocris est, cum secundum naturam se habeat, diuidere non licet: cęterum tenuis & grossa bifariam diuiditur. Vrina quidem tenuis, aut mingitur tenuis, & permanet tenuis: aut mingitur tenuis, sed turbatur tandem, & efficitur grossa.

Galenus in primo [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]

† In Græco [illegible] qui dictionē hic interpres vertit inhærentia, et residere, & sedimentum seu sedimen.

Quid indicet Vrina, quæ Mingitur tenuis & manet tenuis: &, quæ Mingitur tenuis, sed turbatur. CAP. 2.

PRior quidem extremam indicat cruditatem, natura enim non dum coctionem tentauit: altera autem, quæ ex tenui reddita est turbida, indicat naturam iam primo aggressam esse coctionem. Et tenuis quidem vrina ita diuiditur, idq́ue quod diximus significat.

Quid significet, quæ Mingitur grossa & permanet grossa: & quæ Mingitur grossa, sed redditur clara. CAP. 3.

AT grossa simili modo aut mingitur grossa & permanet grossa: aut mingitur grossa, sed redditur tenuis. Prior quidem indicat vigorem agitationis, quæ est in humoribus grossis & flatuosis, cum qua adest vel affuturus est dolor capitis, propter conturbationem ac euaporationem humorum. Altera autem {cessare} ebullitionem grossorum humorum, sed tamen naturam inci-
D pere secretionem eorum, indicat. Et hæ quidem sunt humoris, quo'd ad substantiam, differentię.

Vrinarum Differentiæ à Colore. CAP. 4.

CVm vero in priore partitione mentionem etiā fecerimus differentiarum, quæ à coloribus capiuntur, iam deinceps eas exponamus. Prima igitur est vrina alba, hanc sequitur pallida, deinceps rufa, quarta est flaua, post hanc rubra, vltimo nigra: & extremæ quidem sunt duæ, alba & nigra: reliquæ autem mediæ inter has. Est igitur pallida proxima albæ: rufa autem longius distat ab alba, propior pallidę: è diuerso autem, rubea proxima est nigræ, longissime distans à rufa & à pallida: flaua autem peculiarem ac propriā habet mistionem, ita vt gemini coloris esse videatur, partim rufi, partim rubei. †Quare in libro de crisibus non abs re hmōi vrinam ad splendorem vergere diximus: } splendorem enim à rufo, nitorem aūt à rubeo, accipit. Ergo ordine quodā mutuo à se inuicem vrinę hę coloribus differunt, alba, pallida, rufa, flaua, rubea, nigra. Fit aūt pallida, cum modicum cholerę, serosę humiditati accedit: rufa autem fit, qn̄ plus choleræ additur: rubea fit a sanguine: nigra vero à nimia exustione, & ab alijs causis, vt paulo post dicetur: alba aūt indicat extremam cruditatem. Hæ igitur sunt chymatis seu humoris, simplices differentiæ in substantia & colore. Reliquum est, vt complicatas cōnexasq́ue dicamus, quales scilicet sint: quę deinceps simul cōnecti possunt, quæ item non possunt: & si connectantur, quid significent.

† Quare & in libro de crisibus [illegible] [illegible] appellauit Galenus [illegible] splendet.

De Tenui & Alba Vrina. CAP. 5. E

SIt igit vrina quo ad substantiã suã minime cocta, talis vero est tenuis: cui ita permanẽti tenui, annectat color exquisite albus, vt sit ea tenuis & alba: hęc vrina multa significat. Aut.n.imbecillitatẽ virtutis ostendit, sicut in senibus, & in morbis diuturnis: in quibus vt plurimũ apparent vrinæ tenues & albę. Tales ẽt in non nullis, qui natura imbecilles vires habent, videntur. Interdũ significat obstructionẽ† renum, qđ cognoscet ex dolore loci affecti: aut obstructionẽ hepatis, vt in ijs, qui quartanis affliguntur febribus: ∍ grossitie.n. sua melãcholici humores obstruẽtes vias, solẽt hmõi vrinas efficere. Indicãt vero tales vrinæ & aliud summũ malũ: si.n. in causonide & vrẽte febre appareat vrina tenuis & alba, significat phrenitim. Cum enim febris ipsa vrẽs indicium faciat plenitudinis & abundantiæ biliosi humoris, vrina vero nõ tingit, manifestũ est, ꝙ biliosus humor non retinet in vasis, sed leuitate sua cerebrum insilit. Si quidem igit nõ dum adest phrenitis, vrina existẽte tenui & alba, febre vero causonide, prędicimus phrenitim futurã: si vero adest phrenitis, vrina vero eiusmodi est, prędicimus mortem vt plurimum: neq;.n. poterit virtus cerebri seruari, cui ingruit tantus acutę mordacisq; cholerę impetus. Hęc igit signãt vrina tenuis & alba.

† sicuti, cũ in phriticis apparet, indicat: et ĩ quartãis similiter, cũ in pricipus talis migitur, obstructionem significat.

Quid significet Tenuis & Pallida. CAP. 6.

SIt iterum vrina, quo ad substantiam, cruda id est tenuis: quo ad colorem autem, modice cocta, vt sit pallida: talis debilitatem virtutis significat. Quo ad colorem enim cõcoxit, quippe cum hoc facilius sit: non dum vero quò ad substantiam, propterea, ꝙ hoc difficilius est. F

Quid indicet Tenuis & Rufa. CAP. 7.

SIt vrina tenuis, cui annectatur color rufus: talis melior quidem est priore, est tamẽ cruda, quo ad substantiam.

Quid indicet Tenuis & Flaua. CAP. 8.

SIt vrina tenuis & flaua: hæc non solum cruditatẽ indicat, sed ẽt defectum alimenti: id quod in iuuene ieiuno reperitur. Interdũ ostendit calorem multũ in profundo, biliosum succũ gignere, id quod in febre tertiana: indicat et vigilias, ac animi ꝑturbatiões. † Hęc oĩa flaua vrina efficit.

† Hæc oĩa flauã vrinam efficiunt.

Quid significet Tenuis & Rubea. CAP. 9.

PRoponatur iterũ vrina cruda, quo ad substantiam tenuis, sed rubea: talis nunquam reperit. Si.n. rubeus color in vrina à sanguine fit, sanguis vero à coctione, coctio aũt substantiam ingrossat, manifestum est, ꝙ rubedo in vrina cum tenuitate consistere non potest. Quòd, si aliqñ reperiatur tenuis vrina cum rubore, color ille exquisite rubeus nõ est, sed est quiddam ichoroeides.

Tenuis Nigra. CAP. 10. G

VLtima autem est connexio tenuis & nigrę: hæc etiam ñũquam reperitur. Color enim niger fit propterea, ꝙ melancholicus humor per vrinas purgatur: aut fit à frigiditate nimia, aut à nimia sanguinis adustione: hæc vero tria grossitiem sibi vendicant.

Quo modo Tenue cum Nigro non potest consistere. CAP. 11.

QVod autem tres, quas diximus, vrinę nigrę differentiæ, grossam sibi substantiam vendicẽt, manifestum est: in remissione enim febris quartanæ, & solutione melancholiæ, vrinæ apparent nigræ. Redduntur autem nigræ propterea, ꝙ humor nigræ bilis per has expurgetur, qui sua substantia terreus est & grossus: quare & vrinas efficit grossas. Simili modo & hæ vrinę, quæ ex assatione adustioneq; sanguinis nigræ fiunt, grossæ sunt. Si enim vstio nimia exiccat humiditatem sanguinis, constat, ꝙ etiam grossam efficit eius substantiam: quare manifestum est, ꝙ & vrinæ grossæ fient: à sanguine enim & coloris immutationem accipiunt, & substãtię vsti sanguinis grossitiem referunt. Frigiditas vero, quia ingrossat materiam, etiam vrinæ substãtiam faciet humori similem. Ita igitur vrinæ fiunt grossę, vt docui.

Grossa Alba. CAP. 12.

ET de connexione substantię tenuis cũ diuersis vrinę coloribus, hęc, quę diximus, sufficiãt. Superest, vt de altera substantię differentia disseramus. Sit igit vrina grossa, cui ita permanenti grossę color albus accedat: talis vrina magnã esse in corpore crudorum humorum copiã indicat. H

Grossa rufa, Grossa flaua, Grossa pallida. CAP. 13.

PRoponatur grossa & pallida: hæc non potest in connexionem venire: neq; etiam grossa & rufa, neq; grossa & flaua, simul consistere possunt. Colores enim hi propter defectum materiæ fiunt ac debilitatem virtutis: grossa autem à contrarijs fit causis. Quare manifestum est, ꝙ rufa, aut pallida, aut flaua, simul cum grossa permanere nequeunt.

Grossa Rubea. CAP. 14.

SIt vrina grossa & rubea, huiusmodi enim vrina reperitur: significat plenitudinem sanguinis, vt fit in synochis febribus.

Grossa Nigra. CAP. 15.

SIt grossa vrina & nigra: talis ẽt reperitur, & significat euacuationem humoris melãcholici: id quod multoties fit in declinatione quartanarum, & in solutione melãcholię. De vrinis vero nigris, q̃ fiũt aut ab adustione, aut à frigiditate, postea dicemus. Et hę quidẽ sunt grossi cũ ijs, quos diximus, coloribus connexiones. Iam vero incipiamus agere de ijs, quę inhęrentia vocauimus.

De

A *De eo, quod Resìdet ab Vrina, & est Album Planum Inæquale.* CAP. 16.

ESto igitur primum album, supremum locum occupans, planum, sed inæquale, id est vno die coctum, postero die non coctum: tale debilitatem indicat virtutis, quæ non potest ex æquo omni tempore materiam concoquere.

Album Non planum Inæquale. CAP. 17.

SIt vero album quidem, & inferiorẽ locũ tenens, non amplius tñ planũ, sed diuulsũ: hoc deterius est priore: illud. n. ostendebat naturã sustinere inæqualitatem multis interiectis diebus: hoc vero in vna coctione, id quod deterrimum est. Et, veluti Autumnus propterea malus esse dicitur, ꝙ est inęqualis: si tñ inæqualis fiat quarto vel quinto quoq; die, minus est malus, si vero vna die, longe peior est: sic & sedimẽta diuulsa peiora prioribus sunt, qm̃ indicant naturam in vna coctione defecisse ob distractionem: distrahitur vero natura à flatibus, qui inter succos intercursant, ac dirimunt continuitatem † eorum adeo, vt reddãt illos rebelles. Si igitur supponamus sedimentum habere se secundum naturam, quo ad colorem & locum, præter naturam autem in substãtia, quis dubitabit longe deteriorem esse defectum substantiæ? }

Non Planum Aequale. CAP. 18.

B SIt igitur prius, æquale diuulsum: tale proculdubio malum est: indicat enim copiam grossorum flatuosorumq; humorum in profundo, qui à natura extenuari non potuerunt.

Non Planum Inæquale. CAP. 19.

SIt aliud diuulsum inæquale, id est alio tempore tale apparẽs, alio diuersum: hoc priore est melius: indicat siquidem flatuosos succos esse paucos, quos natura cito discutiet, et tenues reddet. Et mirum sanè est inter opera naturæ æqualitatem malum esse, inæqualitatem bonum: quod merito sanè ita euenit: mala. n. si eandem perpetuo vim habeant, deterrima sunt. Sicut & pullus arteriarum, si semper & continuo intermittens existat, deterrimus est: si vero aliquando intermittẽs, aliquando non intermittens, minus est malum. Eodem modo sedimẽtum diuulsum inæquale, minus malum est sedimento diuulso & æquali. Et hæc quidem de hac cõplicatione dicta sufficiãt.

† [illegible] inæqualitas é.

SVSPENSum Album Planum Aequale. CAP. 20.

SIt autem alia complicatio, hæc. Sedimẽ, quo ad colorem, sit coctum, et sit album, non obtinens tamen locum inferiorem, sed medium, planum in substantia, æquale in tempore: tale indicat coctionem, sed tamẽ non perfectam: id enim non est hypostasis, loco tñ solũ differt ab hypostasi.

C Causa aũt diuersitatis loci est abundantia flatus, qui immiscet succis: si. n. flatus haud exacte per cõctionẽ fuerit extenuatus, sed ob crassitiẽ inclusus fuerit intra sedimen, flatus ipse trudit illud atque attollit, aut ad supremã superficiem, & tũ vocatur nubecula: aut ad mediã regionem, quod tũ vocatur suspensum. At vero, si nulli sunt omnino flatus, ipsum grauitate sua deorsum fertur, vocaturq; hypostasis. Et de suspenso quidem id mihi dicendum fuerat.

De HYPostasi & NVBecula. CAP. 21.

* TRia hæc igitur, quæ diximus, diuersa sunt tm̃modo situ: situs aũt variaẽ per flatũ: flatus au-
* tem generatur coctione: coctio vero, quãdo perfecta fuerit, flatũ attenuabit & resoluet: pro-
* pterea hypostasis perfecta perfectam indicat coctionem. Si autem ventositas illa præ grossitie
* extenuari resoluiq; non potuerit, relinquetur in humoribus: quæ erit vestigium coctionis humorum non æquidem perfectę, sed manifestæ & mediæ inter crudos & coctos. Hæc autem, si nõ multa fuerit, propellet sedimẽtum ad regionem mediam: si multa, ad locum supremum, fietq; nubecula, † quæ etiam signum est coctionis: quodcunq; enim fuerit, quod ab vrina residet, coctionẽ significat, eam tñ minus bonam, si multum & grossum fuerit. } Clarum est igitur, ꝙ ex situ sedimentorũ nihil plus discimus, ꝙ̃ modum & mensuram eorũ, quæ indicantur. Si. n. nigrum erit id,

D quod residet, signũ est malum: minus vero est malũ, si solum id nigrũ est, quod in medio iacet: ac multo minus etiam, si nubecula: si vero id, quod in infimo est, veluti hypostasis, lõge est pessimũ. Sufficiant vero hæc dicta de situ, qui neq; bonum neq; malum significat, sed modum & mensuram boni & mali. Cum autem in eo, quod residet quatuor nobis consideráda sint, color scilicet, locus, substantia, & tempus: superest, vt de colore iam disseramus, cum de substantia, tempore, & loco, iam satis dixerimus. Color autem alius est naturalis ei, qđ residet, & est albus: alius p̃ter naturam, qualis est niger { fuscus seu } liuidus, pallidus, rubeus: de quibus iam agamus.

† [illegible] veritas.

COLor Rubeus quid significet. CAP. 22.

SEdimentum rubeum fit à sanguine ichoroede: significat autem coctionis defectum, nontamen mortem: cum enim succus is sit benignus & amicus naturæ, { magnum } periculum inferre non solet: quia vero indicat cruditatem, ob id etiam morbum diuturnum: id autem ex eo,
* quod dicturi sumus, intelliges. Humores quidam generantur ex phlegmate, sicut phlegma, & ichor: quidam generantur vnà cum sanguine, sicut flaua bilis & nigra bilis. Quando igitur in vrina sedimentũ vr̃ rubeũ, indicium est, ꝙ ab ichore colorẽ accepit: ichor autem fit ante, quàm sanguis fiat (neq; enim natura perfectam sanguini tincturam dedit) manifestum est, ꝙ non dum coctus est: ad hoc autem tempore indiget natura, vt sanguis coquatur. Quid igitur significet sedimentum rubeum, iam diximus.

Quid significet Nigrum. CAP. 23. E

SEdimentum aūt nigrum aliq̄n frigiditatis est indiciū,interdū caliditatis: discernet̄ vero alterū ab altero hoc modo. Si antecessit liuidus,postea subsecutus est color niger, indicationem facit frigiditatis: si vero antecessit cr*oceus,subsequitur vero niger, caliditatē indicat.{Et quatuor qdē ī eo,qd̄ residet,inq̄siuimus,colorē dico,& locū,et subām,& tp̄s: oīum āt horū syncrisin fecimus.}

*χλωρὸν.

Quid significet Liuidum. CAP. 24.

LIuidum autem frigiditatem indicat & internitionem virtutis.

De SPeciebus VRInarum Oleaginarum. CAP. 25.

EX oleaginis vrinis alia est elæochroa,alia elęophanes,alia elæodes. Prima principium indicat colliquationis †adipis totius corporis,est vero ea colorem olei retinēs: }Elæophanes aūt habet†aliqd magis simile oleo,qd̄ supra vrinā insidet: }signātq; augmentū colliquationis. Elæodes est,q̄ tota sui substantia,& vndequaque est,veluti oleū: q̄ indicat statū & summū vigorē colliquationis. Sūt aūt hæ vrinæ ēt ex colliquatione adipis renū. Extāt tñ cautiones, q̄bus hoc discernas, " quarū meminit Hippocrates in aphorismo de resolutione adipis renū, vbi dicit: ‖Quibus hypostasis pinguis,ac simul tota,ijs renū vitiū significatur. Ipsemet docuit discernēdi modū,cū addidit ἀθρόον.i.simul tota: {In renum.n. colliquatione celeriter adipes excernunt: }in colliquatione aūt F totius corporis adipes colliquati paulatim,i.tarde,& nō vniuersim,cum vrina exeunt. Quia.n.recipit̄ adeps à venis mēbris vicinis,deinde ab ijs q̄ cōtinuant̄,& rursus ab alijs & alijs,& tādē à renibus et à vesica,patet multo post tp̄e excerni: adipis vero ī renibus colliquati pp̄ vicinitatē trāsitus celerrima est excretio, & nō paulatī. Hoc igr̄ est,qd̄ dixit Hip.sil̄ tota.i.celeriter. Hęc de oleaginis.

† Nō est in impressis græcis.
† exquisitioré mixtioné olei cum vrina.
*colore.
7°.Aph.35.Ex ord.56.

Quid significet Hypostasis Oroboides. CAP. 26.

CVm autem caro ipsa liquatur,facit hypostases oroboides,id est similes orobis: quas vt bene discernas,animum aduerte ad coctionem,aut cruditatem, aut febrem acutam præsentem. Si enim adest febris,totius corporis est passio: si vero non adest febris,est vitium renum. Et rursus,si adest cruditas vrinarum,totius corporis vitium est: si coctio adest,hypostases vero orobinæ appareant,vitium indicat renū. Nec sine causa cruditas incessit,q̄n morbus est totius corporis: ea enim vasa, quæ coctionem conficiunt, male affecta sunt: in vitio autem renum cruditas nō adest, renes enim non sunt instrumenta coctionis vrinæ. Hæc de colliquatione carnis & adipis.

Quid significet Hypostasis Petaloides. CAP. 27.

QVādo solida mēbra male sunt affecta,abraduntur primū superficiarię partes, & reddūt vrinas petaloideis,id est squamosas: sunt tamen & hæ aliquando à vitio vesicæ. Discernes aūt G hoc ex ijs,quæ iam diximus de vitio renum: si.n.adfuerit febris,totius corporis est vitiū: si nnn adfuerit febris,vitiū est vesicæ: si cruditas adsit,totū corpus est affectū: si coctio adsit,vesica.

Quid significet Pityroides. CAP. 28.

QVando febris, p̄funda corporis vasa corripit ac dilacerat, hypostases fiūt pityroides, id est furfuraceæ,quæ strictiores quidem sunt squamosis,sed grossiores: id vero etiam vitium vesicę aliq̄n indicat. Discernitur autem hoc eo,quo diximus,modo: si enim adfuerit febris, vitium est totius corporis: sin minus,vesicæ.

Quid significet Crimnodes. CAP. 29.

POsteaquam vero febris ipsa longe lateq; maiori vi, q̄ in superioribus vitijs, solida membra corripuerit,facit solidiora sedimenta,q̄ erant illa,quæ spēm furfuris referebant,quę vocantur crimnodea{.i.farinæ siue etiam spumæ similia.} Hęc vero duo significant,aut cremationem sanguinis,aut liquefactionem solidorum nimiam. Et,si quidem alba fuerint,quæ resident,solidorum membrorum est vitium: si vero rubea extiterint,sanguinis crematio.

Quid significet Ichorosa Vrina, & quæ Sandarachæ similis est. CAP. 30.

INdicat hepar esse vlceratum,cuius substantia dissoluitur. Et partes quidē huius sedimenti sub H tiliores habent colorem ichorosum: crassiores autem sunt similes sandarachæ, quę vt plurimū portendunt mortem infirmis: aut,si superuixerint,hydropem.

Quid significet Fœtida. CAP. 31.

FOetida vrina indicat putrefactionem & internitionem virtutis.

COMplicationes Humoris & Sedimenti. CAP. 32.

REstat vero nobis speculari de humoris vrinarij cū sedimētis connexionibus,ac dicere, qd significet̄. Hę.n.cōnexiones,quas hucusq; explicauimus,erāt vt solius humoris vrinarij,quas prīo loco edisseruimus: vel solius sedimēti,quas scd̄o loco exposuimus: Nūc aūt & humoris & sedimēti simul connexiones cōplicemus: & exponamus, quid significet q̄libet cōplicationis dr̄ia.

De Tenui & Albo. CAP. 33.

PRoponatur igitur primo vrina non cocti humoris,qui est tenuis: nec cocti coloris, qui est albus: in tali vrina nunq̄ potest existere sedimentum: tenuitas.n.significat defectū materiæ ex qua fit id,quod residet. Ad hæc in tenui,quæ permanet tenuis, esse sedimentum, simulq; esse vrinam pallidam,aut rufam, aut flauam, est impossibile: in ijs.n.natura priuata nutrimento conuertit se ad colorem faciendum. Quare si volumus cōficere connexiones humoris vrinarij cum sedimentis,tenue abijciamus à proposito,proponamus vero grossum.

Grossum

A *Grossum Album Non planum* CAP. 34.

SIt vero vrina colore alba, substantia grossa: in hac potest residere sedimen, quod sit album, sed non planum, id est diuulsum: in talibus enim crudorum succorum copia colligitur, quæ, licet coctionem coloris admittat, substantiæ tamen minime.

Grossum Rubeum Non planum. CAP. 35.

SIt alia grossa, cui inditus sit color rubeus: pallido.n.ruso & flauo ob eas, quas diximus causas, grossum connecti non potest: si igitur rubeo misceatur grossum (id quod sæpius accidit in synochis febribus) signum est cruditatis & in humore & in sedimento, tum quo ad substantiam, tum quo ad colorem vtriusq; humoris scilicet & sedimenti.

Grossum Nigrum Non planum CAP. 36.

SIt vrina alia grossa & nigra: hæc non cocta est, nec colore, nec substantia tam humoris vrinarij, quam sedimenti. Et Hæ quidem sunt Connexiones vrinæ grossæ, quæ remanet grossa.

MEdiocris Substantia cum quibus Coloribus esse possit. CAP. 37.

SIt vero vrina, quo ad substantiã, mediocris, cui annectatur color aliquis: hæc alba esse non potest, si.n.alba est, cruda est. Esto tñ appareat vrina mediocris substantiæ, & alba: mirum profe-
B cto erit, quomodo natura mediocrem substantiam faceret, colorem vero non decoqueret, cum illud maioris sit negocij & difficultatis. Mediocre igitur cum albo consistere non potest: raro aũt cũ pallido, nisi abundans humiditas aliũde choleræ aduenerit. Color quoq; rufus aut flauus cum mediocri vrinæ substãtia non potest communionem habere quia, si aliquando habeat, in illis tamẽ nihil residet: proinde & has vrinarum cum hypostasi complicationes, vt inanes, omittamus.

Quæ VRinæ sunt Malæ. CAP. 38.

VIrides, seu liuidæ, nigræ, cruẽtæ, nimiũ grossę, rufę supra modũ, impmixtæ, rufę simul tenues, carẽtes hypostasi, prauę sunt: fœtidæ, pingues, oleaginę, & eę, quę excedunt copiam potus.

Nubeculæ & Hypostases Malæ. CAP. 39.

LIuidæ, nigræ, obscuræ, variæ, diuulsæ, & hę, quas ante vocauimus crimnodes, sanguinolentę, biliosæ, & exustę, phlegmaticæ, & fœtidæ: Vrinæ vero, in quibus nihil residet, sunt omnino prauæ. Hæ igitur species vrinarum significant plurimas causas diuersorum morborum, eorumq; augmenta, declinationem, discretionem, concretionem, coctionem, cruditatem, modum insuper periculorum, quæ futura sunt. Considerare autem medicus debet in his omnibus multitudinem & vim causarum ac exuperantiam, quo delictum omne euitetur.

C *De Differentijs Vrinarum in Hominibus sanis.* CAP. 40.

IN morbis febrilibus vtilissima est vrinæ indicatio. Qm autem omne, quod est præter naturam, cognoscitur per id, quod est fm naturam, idcirco vrinarũ notitia incipere debet ab ijs, quæ secũdum naturam se habẽt. Optima igitur vrina est in ijs hominibus, qui sani sunt, & bonam corporis habitudinem sortiti sunt, subrufa aut subflaua, mediocris crassitiei, tali colore permanens, quali micta est: hypostasim retinens planam, æqualẽ, albam per oẽ tempus, multitudinem aũt pro mẽsura & rõne potus. In mulieribus tñ vrina secũdam naturã albioris coloris esse debet, quam in viris, habereq; hypostasim maiorem. In puerili vero ętate necesse est grossiorem esse hypostasim, pp edacitatem puerorum & motus eorũ importunos ac inordinatos. Qm autem Hippocrates dicit, hypostasim planã, vult signare non diuulsam, sed continuam: qñ dicit æqualem, vult significare tum eam, quæ per omne tempus similis est sui ita, vt, si vno die sit cocta, postero die non sit cruda: tum eam, quę sedimentum & humorẽ vrinarium habet totum sibi æqualem. In vrina naturali cõsideranda sunt hęc, substãtia, color, & ea, quę humori adhęrẽt, qualis est nubecula, suspẽsum, & ea, quæ in fundo est, hypostasis: quia si aliquid horum in vrina immutatũ fuerit, indiciũ erit cruditatis in venis.

Qualis Vrina Optima est in Ægrotantibus. CAP. 41.

D OPtima in ęgrotis vrina est ea, quę simillima est vrinę sanorum hoĩum, subpallida aut subflaua, habens hypostasim albam, planam, æqualem. Ab hac vero iam defecit, quę suspensum habet album, planum, æquale. Adhuc vero magis deficit, quæ nubeculã habet albã planam, æqualem. In quibus.n.flatus est in profundo grossus & incoctus, si paucus is fuerit, permittit materiam ad matellæ fundum deferri: si vero abundauerit, effert hypostasim ad superficiem summã vrinæ, & facit eam, quam dicunt nubeculam. Quanto igitur flatus præualuerit, & magis dissecuerit, ac magis in altum sustulerit hypostasim, tanto minus cocta dicetur esse vrina. In tertianis tamen exquisitis, & in ephemeris febribus, sola nubecula aut suspẽsum ad solutionem morbi sæpe sufficit: interdum sufficit & solus color vrinæ bonus.

Quod Non omnis Hypostasis alba Bonum indicet. CAP. 42.

SÆpe autem albus color eorum, quæ in vrina resident, decipit idiotas ita, vt nesciant malam esse hypostasim, quæ illis vr̃ bona: ac ẽ diuerso bonam esse, quæ illis videtur mala. Accidit enim aliqñ, vt albus humor & crudus excernatur simul cũ vrina, ac in imo subsideat, instar bonæ hypostasis: aliqñ affecto hepate aut renibus pus cũ vrina excernitur, et subsidet, ita vt indoctos decipiat. Sed hoc discernes primum per dolorem, qui præcessit in renibus, aut in hepate, aut in aliquo mẽbro alio, quod solet per vrinas expurgari: deinde per fœtorem, quẽ obtinet pus. Crudus aũt humor discernetur à bona hypostasi per inæqualitatem substãtię eius, quod inhęret: neq;.n.humor

crudus permanet sibi continuus, sed diuiditur in exiles & minutas partes veluti arenulas, neq; planus est omnino, sicut vera hypostasis. In bonis autem vrinis primũ, quod apparet, est nubecula: deinde facto aliquo descensu apparet id, quod vocatur suspensum: in fine autem {postea quam iã carminata est} subsidet in ꝓfundo, facitq; hypostasim, nimirum cũ iam perfecte cocta fuerit. At in crudis humoribus à principio statim delabitur multitudo non pauca in profundum matellæ, interim & totius vrinę color est malus: deinde paulatim concocta & extenuata multitudo attollit in mediũ humoris, facitq; suspẽsum. Posteaq̃ vero maximopere extenuata coctaq; fuerit, ilidet in superficie humoris vrinarij, faciens nubeculã, quę idiotis ĩponit, vt opinent morbũ labi in deterius. E

F

GALENI DE CRISIBVS LIBRI TRES

Nicolao Leoniceno interprete

Denuo etiam ab Augustino Gadaldino ad optimorum exemplarium Græcorum veritatem multis in locis emendati

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Temporibus Aegritudinum dignoscendis, siue illa quidem præsentia sint, siue futura: ac Signorum omnium Naturam explicat, quibus vniuersa Iudicationis morborum Pręnotio consistit. G

Quid Hoc opere Agendum. *CAP.* I.

Siue subitam in morbo mutationem, siue ad meliorem statum inclinationem solam, siue agitationem, quæ eas antecedit, siue omnem morbi solutionem, siue eam tantum, quæ bona sit, Crisim velit quis appellare, non est mihi, nisi obiter, hoc in loco distinguere propositum: sed, quo pacto hæc omnia quispiam optime præcognoscat, percensere institui. Optimum autem prænotionis eorum principium, quod etiam futuri status: sic autem appellatur vehementissimum totius ęgritudinis tempus.

Quot Morbi Tempora: ac Quibus ex rebus perperam à Veteribus seiungebantur. *CAP.* 2.

SVnt.n.oĩa eius tpa quatuor numero, principiũ, incrementũ, status, & declinatio. Quædã vero ęgritudines ob earũ malignitatẽ, atq; ob ægrotãtis imbecillitatẽ, statim ĩ tpe incremẽti hoĩem occidunt: sicut & quędam alię in ipso statu. An vero ẽt in declinationis tpe aliquis morbus possit occidere, nõ sine rõne quæsitum est: sed de hoc ꝓcedẽte sermone determinabit. Has aũt quatuor partes quidã ẽt tpa vniuersę ęgritudinis appellãt. Eãdem aũt ob cãm tpa etiam vocant vl'a, vt quę à particularibus differãt, in q̃ singulæ accessiones diuiduntur. Definiunt aũt non dierum {vel horarum} (vt quispiã existimauerit) numero: neq;.n.fieri põt, vt morbus, qui in quatuor diebus sit finiturus, ęqualia habeat tpa partiũ cum eo, qui vsq; ad quadragesimũ diem debeat extẽdi. Et oẽs quidem hucusq; consentiunt. Qũo aũt iudicare atq; distinguere hmõi tpa oporteat, nõ ẽt in hoc oẽs inuicem concordãt: sed nõ nulli quidẽ, si anticipent aut subsequant accessiones, considerãt: hi vero ad earũ longitudinem respiciũt: alij ad magnitudinem, quam ẽt vehementiam noĩant: quidam & hęc ipsa in remissionibus considerant: deinceps inuicem altercantur: cum liceat, quę diximus omnia, coniungere, ac præterea, alia, quę dicentur: hac enim via vix quispiam exquisitam faceret constituti temporis coniecturam. Si vero quidpiam ex his indiscussum pretermittat, tm̃ pręcognitioni nocebit, quantum vel magnitudinis vel virium, quod pretermittitur, obtinebit. H

De ratione Status & Incrementi Vniuersæ ægritudinis dignoscendi. *CAP.* 3.

NVnquid igitur morbus augeatur, non ex eo tm̃ coniecturari oportet, ꝙ accessiones anticipent: sed etiam earum lõgitudinem oportet annotare, & magnitudinem quoq; ac morem, {qui

A {qui cum symptomatibus, verbi gratia, vel sine his, euenit:} sicut ēt in intermissione & declinatione hæc eadem existimo consideranda. Voco autem intermissionem (Græce διάλειμμα) qñ febris in quietem desierit: declinationem, oēm eius partem, quæ statum ipsum subsequit̃ vsq; ad secundæ accessionis principium. Nã anticipatio sola per se ipsam non est sufficiens signū incrementi, q̃ sæpe morbi proprietatem consequitur potius, q̃ eius incrementum: cum & quartani & tertiani & quotidiani quidam circuitus vsq; ad integram solutionem ita anticipare visi fuerint. Consueuerunt aūt medici, tales formulas typos'ue, anticipantes nominare: sicut alias vocāt tardantes, quæcunq; statim ab initio futuri temporis aliquid posterius assumūt. Sed & in his plus, q̃ proportio exigit, vel anticipare, vel subsequi, alterum incrementi, alterū declinationis, videt̃ esse indicium: simpliciter aūt anticipare vel subsequi, neutrius. Conuenit aūt non solum aduertere, nunquid secunda accessio consuetam anticipauerit horam, sed nunquid ēt longitudo temporis eadē, aut magnitudo æqualis: aut, quæ nunc adest, sit malignior aut simplicior. Hæc ipsa ēt sunt in intermissionibus & declinationibus inspicienda. Longitudinē quidem temporis facillimū est cognoscere: magnitudinem vero, quam & vehementiā vocant, & morem, quem ēt modū appellant, tū ex propria morbi specie, tum ex superuenientibus ei symptomatibus spectanda censeo. Ex propria quidē

B morbi specie, ea, quæ propriam ipsius complent naturam, contemplando: veluti, exempli cā, in pleuritide, ad lateris dolorē pungentem, & febrem acutam, & tussim, & spirandi difficultatem: Ex superuenientibus vero symptomatibus, si multa, si diuturna, & valida, atq; maligna ēt extiterint: aut contra, pauca, ac breuis temporis, & parua, & simplicia fuerint. Sic & intermissionis ac declinationis tp̄s, si longius præcedente, vel breuius: aut toleratu difficilius, vel facilius: aut si quod ex accessione symptoma remāserit, aut omnia cessarint. Si.n. ex ijs, quæ diximus, adsint peiora, morbus auget̃ manifeste: si vero meliora, declinat. Sit enim, vt accessio consuetam anticipet horam: longior ēt fiat, atq; vehementior, maligniorq;: & cum multis prauisq; symptomatibus {perturbet:} sit ēt, vt declinationis tp̄s breue fiat, neq; exquisite toleratu facile, neq; oīno à symptomatibus accessionis liberum: neminem futurum arbitror, qui de hmōi ægrotantibus quærat, nunquid morbus in eis ad magnitudinem crescat. Rursus vero fiant oīa his cōtraria, nimirum ipsius insultus initiū tardet: longitudoq; accessionis ac magnitudo imminuatur: malignitas mitiget̃: & ea, quæ superueniunt symptomata, minora simplicioraq; fiant, vel neq; omnino superueniant: intermissio etiā vel declinatio toleratu facilis longaq; succedat, omniaq; deleat accessionis symptomata: nā & hæc manifestissima sunt declinationis indicia, sicuti priora augmenti. Cum vero, q̄ ad accessiones am-

C bas pertinent, æqualia fuerint: morbū cōsistere demonstrant. Nunquid igit̃ plus, q̄ erat opportunum, à nobis est dictum? aut aliquid ab Hippocrate prætermissum, vbi docet, quo pacto quispiā ex circuitibus inueniat ægritudinis incrementum? Ait.n. accessiones esse inuicem conferendas: si citius fiant, vel non: si in longius tempus, vel non: si deniq; magis, vel non. Hoc.n. verbū/citius vel non/nihil aliud ostendit, nisi vtrum accessio horam consuetam anticipauerit, vel tardior facta sit: Illud aūt/in longius tp̄s vel non/nunquid longius perdurauerit tp̄s, an breuius: illud vero/magis vel non/reliqua oīa, quæ à nobis explicata sunt, in se comprehendit: nam & magnitudinē, & morem ipsius morbi, & superuenientia ei symptomata, eorumq; insuper numerum, in eo, quod dr̄ magis ac minus, cōprehendi existimes: sic & declinationis (vt quæ & ipsa sit totius accessionis pars) magis ac minus ex eisdē inuenire oportet intētionibus. Incremēti itaq; & ascensus & augmēti (his.n. omnibus nominibus secūdum ægritudinis tp̄s appellant) si citius fiat accessio, si longiori tpe duret, si magis ēt, indicia sunt: sicut his contraria, Declinationis signa ostendūt, si videlicet tardius fiat accessio, si breuiori tpe duret, sitq; omnino præcedente debilior: Statum vero indicant, si in eisdem permaneant ac persistant. Et quidem sæpe in morbis nullum sensibile tp̄s inuenit̃ huiusmodi, sed habente adhuc quarta (si ita contigerit) accessione indicia augmenti, quinta superueniet

[1 Epid sect. 1.]

D accessio, declinationis principium: qm̄ videlicet status momētaneus extiterit adeo, vt nemo, cum adesset, agnouerit, sed, vt exquisite dignoscatur, primum declinationis tempus sit necessarium. Simile quiddam ēt accidit in morborum augmētis: nam interdum prior accessio principium simul habuit & ascensum & statum, scilicet in prima sui parte principium, deinde ascēsum, postremo vero statum: deinde secunda accessio manifeste visa est declinare. Sed præsente quidē secunda accessione, tunc demum cognoscere, qualis fuerit illa, quæ præcessit, præter id, q̃ vnusquisq; medicus id facere potest, rem etiam maximi momenti in vsu medicinæ destruit, præcognitionē scilicet, de qua plenius in libris de arte curatiua diximus. Generosi aūt medici, atq; arte Hippocratica digni est officium, futurum statum præcognoscere, cum omnem victus rationem ad ipsum inspiciens instituat. Eadē ratione principium morbi atque augumentum, non, vbi iam perfecta sunt, cognoscere, sed multo ante ea prestabit precognoscere.

De Ratione Primi morborum Principij dignoscendi. CAP. 4.

VIdeo tñ plurimos medicorum neq; præsentis etiam principij notitiam habere, sicut apprime admirabilem Thessalum, qui in principijs contrahere iubet ēt si morbus fuerit adstrictius, ac pro sui natura egens relaxatione: quo pacto vero quispiā ipsum principiū agnoscat, tanquā rem notissimam, dicere prætermisit: sed hoc nō paruam habet dubitationem. Nam, si primū exquisite insultum

insultum pro principio morbi totius statuere oportet, indiuisibile erit, atq; sine tpe: si vero primã E
accessionem, scimus hanc aliqñ & eius augmentum & statum in se ipsa comprehẽdere: præter id,
quod extra oẽm rõnem est, vt, qui in septem ad summũ diebus morbus finiri debet, & qui ad men
ses sex extendi, oẽsq;, qui in medio tpe terminantur, solam habeant primam pro principio acces-
sionem. Sicuti.n.neq; oẽs morbi augmentum aut statum aut declinationem æqualis habent tẽpo
ris, eodem arbitror modo neq; principium. Neq; tñ, si quispiam primam accessionem preterierit,
iam poterit principium circũscribere: nam, si secunda statim subsequaĩ, quæ habeat augmẽti indi
cia, & post ipsam tertia & quarta, & sic aliæ deinceps oẽs: qui primam omiserit accessionẽ, tanquã
non principium: vel omne tps medium vsq; ad statum diceret esse principiũ, atq; ita oĩno tolleret
ascensum: aut, vbi primo finiret principium, non haberet exprimere. Quæ nam est huius dubita
tionis medela? Si quidem velint, quæ sunt ab Hippocrate scripta, perdiscere, facilis atq; expedita
esset ista doctrina: nunc vero preter id, q, quæ sunt ab Hippocrate optimè tradita, nolunt addisce-
re: illa, quæ ignorant, damnare conantur. Sed illis quidẽ inueniri non põt ignorantiæ medela, no
1ª. Aph. 12. Ex. ord. 5. a — bis vero perfacile. Inquit.n.‖ Accessiones & constitutiones, morbi ostendunt, & anni tempora, & »
circuituum inuicem incrementa. Quòd quidem morborũ constitutiones, quandam veluti eorum »
ideã ac formã nominat, secundũ quã ex talibus & tantis constituunt vniuersalibus tẽporibus, mi F
nima quispiam hac coniectura comprehenderet: Nam, cum in primo epidemiorum libro antea
1. Epid. cõ. 3. t. 10 3ª. 120. a — dixisset, ‖ Sunt aũt modi, & constitutiones, & accessiones harũ quarumlibet febriũ. deinceps sub- »
iungit: Statim.n.continua, quibus incipiens florescit, ac viget maxime, & ad difficilius attollit. cir »
ca aũt crisim, & simul cũ crisi, extenuaĩ. Est aũt, cũ incipit, mollis ac latens: insurgit aũt atq; acerbaĩ »
singulis diebus: circa crisim aũt satis emicat. Ex quibus verbis manifeste ostendit se qualemcunq; »
ex totius morbi tpibus compositionem, morbi constitutionem nominare. Quo igiĩ modo mor-
bi, & anni tempora, & circuituum adinuicẽ incrementa, vniuersalia tempora morbi commonstra
bunt? nam hoc erat, quod quærebamus. Nam quartana aliqua febris inuadens nõ vtiq; habet ac-
cessionem primam principium: sicut neq; exquisita tertiana vsq; ad diem septimum, suum potest
principium extendere. eodem pariter modo & de alijs morbis iudicandũ. Nam febris ardens, &
morbus lateralis, & inflammatio pulmonis (Græci καῦσον, πλευρῖτιδα, & περιπνευμονίαν vocãt)
breuis tpis habent principium: morbus aũt comitialis, & articularis, & coxẽdicum, & renum paf
2ª. Aph. 25. Ex. ord. 16. a — siones, longi tẽporis. Sic quidẽ à morbis ipsis. A tpibus aũt anni, hoc mõ: ‖ Æstiuę quartanæ ma »
gna ex parte breues sunt: autumnales vero longę, & præsertim quæ ad hyemẽ attingũt. Sic & oĩs »
morbus alius æstate quidẽ breuiorẽ, hyeme vero diuturniorẽ habet crisim: & principiũ sic æstate G
breuius, hyeme vero longius habebit: similẽ quoq; seruabit in alijs tpibus proportionem. Sic qui
dem & anni tpa morborum constitutiones prenunciant. Circuituum aũt incremẽta hoc modo:
2. Epid. sect. 1ª. — Ait.n. ‖ accessiones esse inuicem conferendas, si citius fiant vel non: si in longius tẽpus vel non:
si magis vel non: nam, si hęc omnia coniunxeris, ad exquisitam dignotionem propius accedes. Si
vero nihil ex istis animaduertens, putas posse morbi principium cognoscere, {vel ab ascensu di-
stinguere,} nunquam propè accedes ad veritatem.

De dignoscendis Morbi Temporibus ex Hippocratis sententia, potissimum ex Concoctione & Cruditate. CAP. 5.

NVnquid igitur hæc ad exquisitã temporũ morbi sufficiunt cognitionẽ? nequaq;, sed habẽt
aliquid quidẽ artificiosæ coniecturæ: tñ vero ab exquisita ratione deficiunt, quantũ illam,
quæ nullo modo est, superant. Quid vero illis additũ, exquisitam faciat præcognitionẽ, si totum le
1ª. Aph. 12. Ex. ord. 5. a — ges aphorismũ, intelliges, in quo ita scribitur: ‖ Morbi aũt accessiones & constitutiones, ostẽdũt, »
& anni tpa, & circuituũ adinuicem incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora »
interualla fiant. Sed & ex ijs, quæ mox apparent, coniicere oportet: veluti in laterali morbo si spu »
tum statim appareat, incipientem morbum facit breuiorem: si vero posterius, longiorem: & vri- H »
næ, & alui excrementa, & sudores, vel bonam morborũ iudicationẽ vel malã, & longũ vel breuem »
futurum morbũ, post apparentia, commonstrabunt. Hęc quidẽ ab Hippocrate in aphorismis scri »
1. Epid. cõ. 2. t. 44. & 45. 3ª. in. h. Et. 112. a — buntur: in primo aũt libro epidemiorum oẽs ‖ inquit coctiones excrementorum vbiq; esse oppor »
tunas, & bonos iudiciariosq; abscessus ostendere. Deinde subinferens inquit: Coctiones celerita- »
tem iudicij, & securitatem sanitatis, ostendunt: sed coctiones hæ quidẽ oẽs ijs adsunt, quæ coquũ- »
tur. Quæ nã igiĩ hæc sunt? non alia sane, q̃ illa, q̃ mox apparẽtia nominauit: nã, quæ propria sunt
morbi accidentia, simul cum morbo inuadunt, simulq; incipiunt: reliqua vero oĩa mox apparent.
Inuadunt igiĩ vnà cũ morbo laterali & febris acuta, & lateris dolor punctionis, & difficilis anheli
tus, & tussis: mox apparent aũt quædã, vt ipsi morbo propria: non nulla aũt, vt cõia oĩbus febrici-
tantibus. Vt propria quidẽ ipsius morbi, primũ quidẽ, si nihil educaĩ cũ tussi, quod sufficiens est
morbi coctione carentis indiciũ: secundo aũt, si educaĩ quidẽ, sed nõ bonũ. Est aũt & hoc duplex,
vnũ quidem, quod solũ caret coctione: alterũ vero, quod ẽt prauum existit. Ab his vero oĩbus id,
quod coctum est, separaĩ, quod ẽt propriè sputum appellãt: neq;.n. quod sanguineum est, ac bilio-
sum, atq; spumosum, ita nominamus, sed potius quodammodo sputamen vocamus: cum vero ne
que sanguini, neq; bili pallidæ vel nigræ, commistũ fuerit id, quod tale fuerit, iam sputũ vocamus.
Quando

A Quando igitũ hoc cito apparuerit, morbum facit breuiorem: cum vero nullo modo educitur, aut crudum, indicat morbum in longius debere protendi: si autem prauum educitur sputamen, periculum imminere significat: si aũt ẽt malignum fuerit, mortem minatur. Quid igiĩ sit sputũ, nunc non est opus exponere. Quæ vero propriẽ sputamina nominantur, ex his quæcunq; subflaua, & subrufa, & subpallida, & subspumosa, & tenuia existunt, solam cruditatem significant, nullum vero insigne malum prænunciant: quæ vero sine alia commistione sunt flaua ac rufa, crassa atq; spumosa, & viridia, viscosa, atq; rotunda, atq; his ẽt magis nigra, sunt praua. Considerãdum ẽt, quis sit eorum eductionis modus: nam, si facile expuant, constat quidem bona esse, contraria vero mala. Et quid oportet nos plura dicere, cum possimus verba, quæ in libro prognostico scribunt, apponere? ‖ Sputum oportet in omnibus doloribus, qui sunt circa pulmonem ac latera, celeriter ex- In Prog.cõ.1.t.
pui ac facile, commistumq; videri vehementer flauum sputo. Neq; in dubio est, ꝙ hoc loco Hip- 43.4ᵃ.161.a
pocrates sputum vocat id, quod secundum naturam se habet, cui flauum admistum esse oportere inquit. Verbum aũt illud/vehemẽter/non nulli quidem neq; omnino adiungunt: quidam vero ad cõmistũ referunt, vt sermo vterq; ita se habeat, commistumq; vehemẽter sputo, videri flauũ: vel flauũ vehemẽter, commistum videri sputo. Sed prior sensus est artificiosior: semper.n.inequales
B omniũ {motus, &} eorum, quæ plurimum distant, complexiones damnat Hippocrates. Expe늘tia quoq; ita esse probaĩ: neq; etiam ratio dubia est: nõ tñ eam nunc explicare foret opportunum.

Quod aũt verbum illud/vehemẽter/ad commistum relationem habeat, ex ꝛjs ẽt patet, quæ subiungunĩ. ‖ Si.n.(inquit) multo post doloris principium expuaĩ flauum, vel rufum, vel multã exci- In Prog.cõ.1.t.
tans tussim, vel non vehementer commistum, peius efficitur. Videĩ.n.in hoc loco Hippocrates, 45.4ᵃ.161.c
quæcunq; in secundo sermone dicuntur, ꝛjs opponere, quę in primo dicebanĩ: verbo quidem/celeriter/illa/multo post principiũ doloris expuatur: verbo/facile/illa/multã excitans tussim: illis vero/commistum videri flauum vehemẽter sputo/ impermistum simpliciter, ac solum flauum, tum quod ex vtrisq; commistum est, colore.s.sputi naturalis & flauo vel rufo, non tñ vehementer. Sed & post hæc subiungens manifestius dicet, suam adhuc mẽtem aperiens, his verbis: ‖ Nam flauum In Prog.cõ.1.t.
impermistum existens, periculosum (impermistum est aũt id, quod sputo non commiscetur) albũ 46.4ᵃ.162.d
aũt, & viscosum, & rotundũ, inutile. deinde rursus paulatim ad difficiliora sermone progrediẽs: ‖ Malum aũt, quod viride est valde, & spumosum. Ac deinceps addit: ‖ Si vero ita sit impermistũ, In Prog.cõ.1.t.
vt ẽt nigrũ appareat, omni alio peius est. Ex proprijs quidẽ morbi lateralis ita distinguere opor- 47.4ᵃ.162.d
tet. Sed præterea inspicienda sunt omnia, quæ sunt morbis acutis cõia, quæ deinceps cõnumerat, In Prog.cõ.1.t. 48.4ᵃ.162.g
C ita scribens: ‖ Sunt aũt hæc bona, Facile perferre ægritudinem, bene spirare, & esse doloris exper- In Prog.cõ.1.
tem, & sputum facile expuere, corpus totum æqualiter calidum esse, & molle, & sitim nõ habere: t.56.4.163.g
vrinas autem, & alui excremẽta, & somnos, & sudores, quemadmodum scriptum est: hæc omnia, bona esse sciendum est. Hæc itaque sunt bona signa, tum propria eorum instrumentorum, quibus vis spirandi est demandata: tum communia omnibus alijs morbis acutis, continuatim ordine inuicem scripta. Atque ipsis adiungens subinfert: ‖ Mala autem sunt his contraria, Diffi- In Prog.cõ.1.t.
culter perferre morbum, spiritum magnum esse, ac crebrum, non cessasse dolorem, vix sputum 56.163.g
expuere, vehementer sitire, totum corpus ab igne inæqualiter detineri, & ventrem quidem ac latera calida esse vehementer, frontem autem ac manus frigidas, & pedes frigidos: vrinas vero, & alui excrementa, & somnos, & sudores, quemadmodum scriptũ est: singula hæc mala esse cognoscere oportet. Scriptum autem est de his in eo volumine, quod prognosticon inscribitur, in quo similem in his singulis ipse tradit doctrinam, qualem & nunc in sputaminibus. Sicuti enim in his hoc quidem est coctionis signum, hoc vero cruditatis, hoc aũt mortis: &, quod coctionis est signũ si in principio statim appareat, propere salutem subsecuturam ostendit: quod aũt cruditatis: morbum in longius tempus extendi debere: quod autem exitiale est, hominem moriturum significat:
D &, si valde exitiale fuerit, cito: si vero remissius extiterit, in longo tempore: Eadem in vrinis ipsis & alui excrementis, & reliquis omnibus, de quibus est sermo futurus, distinctio est adhibita: etenim hæc omnia, non nulla quidem coctionis, non nulla vero cruditatis, & quædam etiam mortis, indicia sunt. Nigrum enim sputamen, præter id, ꝙ crudum est, etiam mortem portendit: sic & vrina nigra non cruda solum, sed etiam lethalis est: est autem simpliciter cruda, quæ alba est ac tenuis, quam aquosam nominamus.

Quæ Prima sint apud Hippocratem Capita, per quæ Tempora Morbi intelliguntur: ac Aduersus eos, qui Principium morbi, primum ipsius Insultum appellabant. CAP. 6.

RVrsus igitur ad aphorismum redeamus, in quo ita scribitur: ‖ Accessiones autem & consti- 12Aph.12.Ext
tutiones, morbi ostendunt, & anni tempora, & circuituum adinuicem incrementa, siue quo ord.5.a
tidie fiant, siue alternis diebus, siue longius tempus intermittant. Sed & ex ꝛjs, quæ postea apparuerint, coniecturam accipere oportet: velut in morbo laterali, si sputum statim morbo incipiente appareat, breuem futurum significat: si vero posterius, longiorem. Et vrinæ etiam, & alui excrementa, & sudores, & bonam & malam crisim habituros, & cito vel tarde finituros morbos, cum mox apparent, indicant. Nam hæc liquido sunt eorum omnium, quæ in prognosticis scribuntur, compendium: cum antiquus ille author sola capita eorum, quæ in eo libro particulatim scribuntur,

in aphorismos transferre tentauerit. Quæ nã igit̃ sunt hæc capita? sæpius.n.repetere, mihi vr̃ me- E
lius, vt quis, etsi nunc erubescens, discat & morbi principium cognoscere, & futurum statum præ-
uidere: hoc est, vt ipse dicit, forma morbi, & natura tẽporis, & accessionis circuitus, & quæ in mor
bis mox apparent. Erit aũt mihi sermo in eodem exemplo, adhibita breui distinctione de nomini
bus, quibus, vt par erat, veteres vtebant̃ ad solũ mentis conceptũ explicandũ, cũ oĩ studio incũbe-
rent ad exquisitam rerũ cognitionem: iuniores vero ferè oẽs circa nomina suã conterunt vitã, mi-
nime de rebus soliciti. Principium igit̃ morbi, primũ insultum indiuisibilẽ primæ accessionis, ve
luti & ipsum nunc, quod sine latitudine est, vocant: sed & iã aliquod tp̃s latũ, quod ẽt in ipso, nũc,
obseruamus, qñ dicimus nunc esse hyemẽ vel æstatẽ, vel aliquod aliud tp̃s. Quod igit̃ in nullo ser-
mone tali, qualis est is, quẽ antea scripsimus, aphorismus, & multi alij, qui postea dicent̃, principiũ
2.Epid.sect.1ª. vocet Hippocrates primũ illũ & indiuisibilẽ morbi insultũ, vnicuiq; liquet. ‖ Qũo.n. circa morbo- »
rũ principia considerandũ, si statim morbus florescat, in eo significatu dictũ, quispiã posset arbitra »
A 2ª Apho.29. Ext.ord.16.f ri? Vel illud? [a] ‖ Incipientibus morbis, si quid mouendũ vr̃, moue: consistentibus verò, melius est »
conquiescere. Et illud? [b] Si igit̃ in principio morbi facies talis erit. nam facies illa mortuæ similis, »
B 1 Prog.cõ.1. t.8.4.191.e de qua ista dicunt̃, neq; illo exquisite principio morbi vnquã fieri potuisset. Eodẽ modo, cũ dicit̃:
C 1ª Aph 24. Ext.ord. 10 e [c] In acutis morbis raro, & in principijs, vtendũ purgationibus. de principio intelligit̃, quod ad tp̃s F »
latum extendit̃. Multo magis cum scribit̃: [d] Circa principia & fines oĩa debiliora, circa statum for- »
D 2ª.Aph. 30. Ext ord.16.g tiora. Neq; in alio sensu dictũ est, [e] In quorũ morborũ principijs nigra bilis vel infra vel supra exie »
E 4.Apho.22. Ext ord. 29 f rit, mortale. Eodẽ modo in libro de ratione victus. quæ seruat̃ in acutis morbis, in connumeratio-
F de Vict.ra in acut.com.2.t 45.7.123.d ne illorum vehementiũ accidentiũ subintulit: [f] Hæc autem si in principijs appareant, vehementis »
simum delirium ostendũt: vt plurimum aũt moriunt̃. Eodem modo se habet ẽt in aphorismo, de »
G 1ª.Aph. 12. Ex.ord.5.a quo paulò ante facta est mentio, vbi inquit: [g] Veluti in laterali morbo, si sputũ statim appareat in- »
cipiente morbo, morbum ostendit breuiorem. Neq;.n. dictio illa / incipiẽte / primũ exquisite insul »
tum hoc loco significat, tum quia huic sensui rerum natura repugnat, tũ quia dicere non potuisset
/ post apparẽt: qũo.n. differẽnt ab ijs, quæ simul inuadunt, illa quę exquisite [illegible] habent princi
piũ [illegible] vniuerso morbo? Post apparent aũt quædam statim in pri[illegible]a die, quędã in se
cunda, quædam in tertia, quædam in quarta, quædam, cum processerit morbus.

Quid proprie Principium Morbi ab Hippocrate dicatur: ac de Indicijs, quæ ex Alui deiectione, Vrina, ac Sputo desumuntur. CAP. 7.

PRincipium vero secundum latitudinem communi quadã & prompta imaginatione, in qua
nullum adhuc est artificium, in prima accessione continetur. Atq; idcirco quædam statim, cũ G
1. Epid. cõ.3.t. 10.3ª.120 a incipiunt, statum accepisse dicuntur: quemadmodum in primo epidemiorũ, vbi inquit: ‖ Statim »
enim continua est, quibus incipiens florescit ac viget. Nam verbum id / incipiens / hoc loco non di »
cit̃ de vero morbi tp̃e, alioqui repugnaret ei florescere atq; vigere, sed de eo, quod subsequit̃ prin-
cipium exquisite dictum, quod, vt plurimum, ad tertium extenditur diem. Omnino enim febris
hæc, vbi principium illud indiuisibile fecerit, deinde hoc pacto incremento quodam vsa fuerit,
proprium recipit statum, quædam in prima statim die, quædam in secunda, {quædam in tertia:}
non tamen in primo insultu primæ accessionis posset aliqua febris habere statum. Sed, siue in pri
mo die, siue in secundo, istum habeat, atq; hinc vsque ad integram solutionem extendatur, nullum
sensibilem alterius accessionis insultum accipiens, hæc statim ab initio proprium habuisse statum
diceretur. Et hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Statim enim continua est, quæ incipiens flore-
1.Aph.12.Ext. ord.5.a scit ac viget. Tale igit̃ est: ‖ Si sputum in laterali morbo statim post apparuerit incipiente morbo,
cum facit breuiorem.i.ante, q̃; secunda accessio inuaserit: adhuc.n. lateralis morbus diceretur inci-
pere, non solum, qñ huiusmodi accessio ascensum habeat vel statum, sed in tota declinatione, atq;
omnino ante, quàm secunda inuadat accessio, quæ vt plurimum in laterali morbo tertio fit die.
Quodcunque igitur coctionis signum post apparuerit, breuem & salutarem morbum futurum H
ostendit. Tale quidem est sputum, quod in morbo laterali apparet: nam cuiusque partis in corpo
re superfluitas, eam, quæ illi inest, dispositionem ostendit: si cocta quidem fuerit, salubrem: cruda
In Prog.cõ.2. t.13.4ª.199.a autem, ægram. Ita igitur & illa scripta sunt: ‖ Alui autem excrementa optima sunt, quæ mollia »
sunt, & cohærentia, & quæ eandem exitus horam seruant, quam in sanitate habuerunt. Quantitas »
vero esse debet pro ratione cibi, qui assumitur: nam, si exeuntia talia fuerint, ventrem inferio- »
rem sanum esse indicant. Et sputum quoque, cum fuerit exquisite simile illi, quod aduenit sanis,
integram sanitatem instrumentorum, quibus vis spirandi est demandata, significat: si quo modo
autem impediatur, atque à naturali recesserit habitu, tantum ea læsa esse demonstrat, quantum ip
sam formam naturalem amiserit. Quod vero illi, quod secundum naturam est, maxime contra-
rium existit, crudum est, magnamq; ostendit membrorum patientium imbecillitatem: quòd si etiã
vitiosæ causæ aliquod signum habuerit, quemadmodum nigrum, perniciosissimum hoc est. Ita
etiam in Vrinis se res habet. Nam & hæ, quæ sanorum vrinis simillimæ sunt, venosum instru-
mentorum genus satis robustum esse demonstrant: quæ vero crudiores sunt, eiusdem imbecilli-
tatem significant: quæ vero maxime sunt sanorum vrinis contrariæ, hæ quidem omnino sunt
crudæ, & maximam indicant imbecillitatem venosi generis vniuersi: quæcunque vero & su-
perantis

A perantis causæ prauitatem ostendunt, veluti nigræ, hæ sunt extreme exitiales. Hæc igitur tria signorum genera propriam cuiusque membri coctionem significant: inferioris quidem vētris excrementa, quæ secundum naturam se habuerint: venosi vero generis, vrinæ: instrumētorū autem duntaxat, quibus spiramus, sputamina. Sicuti vero hæc, locorum ipsorum ex quibus excernunt, indicia præbent, eodem, vt arbitror, modo & vrinæ renum & meatuum, per quos vrina defluit, & vesicæ, & penis. Sed vrinas quidē, quæ in harum partium morbis accidunt, in aphorismis separatim Hippocrates scripsit: quę vero acutis assident ęgritudinibus, in prognosticis: qm̄ hic liber (vt iam sæpius ostendimus) de solis est morbis acutis. Et, cum in eodē libro complexisset oēm de vrinis sermonem, postea in fine subiunxit. Ne decipiaris aūt, si vesica quopiam vitio affecta, aliquā ex his vrinam reddiderit: neq; .n. totius signum, sed ipsius per se ipsam. Sicuti igitur vesicæ meminit, facto in ea sermonis exemplo: ita & renes, & vasa deferentia vrinam, & penē subaudire oportet. Maxima aūt ad hæc demonstratio sunt, quæ ab ipso in aphorismis sunt scripta: sicuti .n. vesicę, ita & renum ægrotantium, signa conscribit. Quibus, inquit in vrina crassa, carunculæ paruæ aut veluti capilli exeunt, ijs à renibus excernūtur. Hæc igiť tria signorū genera, vt dixi, singula quęq; coctionis præbent indicium: vrinæ quidē, eius, quæ fit in venis: deiectiones aūt, eius, quæ in ventre: sputamina vero, eius, quæ in spirādi instrumentis: neq; vnquam vsu contingit, quin bonum aliquod magnum ostendant coctionis indicia. Sanguinis aūt profluuia, & sudores, & tumores, qui iuxta aures fiunt, & reliqui decubitus, si in tpe quidē fiant opportuno, prodesse possunt: intēpestiua aūt, nihil iuuāt. Quo fit, vt mihi videať hęc eadē innuere in libro de humoribus, vbi scribit: Decernentia in melius non statim appareant. Etenim nō hęc tantum, sed difficultas anhelitus, & deliria, & lachrymæ, & vigiliæ, & comata .i. graues somni, & tenebricosæ vertigines, & hallucinationes (quas græce marmarygas dicunt) & anxietates, & oris ventriculi capitisq; dolores, reliq; ve casus atque dolores, qui singulis partibus corporis eueniunt, exigunt distinctionem, & qn̄ iuuent, & qn̄ noceant, & qn̄ non modo nihil prosint, sed etiam signa sint deterrima. Quemadmodū igiť principij vocabulum, nullum determinatum tempus significabat: eodem, arbitror, modo neq; id verbum αὐτίκα .i. statim: tantam vero temporis latitudinem obtinet, quantā & principij nomen. Liquet aūt, ꝙ ēt sępius pro αὐέλη .i. ilicet, aduerbio, statim, vtimur: veluti ī eo dicto videť vsus Hippocrates: Insunt aūt modi & constitutiones singulis hisce febribus: statim .n. cōtinua est, quibus florescit ac viget. nam hoc verbum, statim, nihil significat, q̄ ilicet: quemadmodum, vt arbitror, in libro de ratione victus, quæ in morbis acutis seruatur: vbi ita inquit: Nisi ergo quispiā curet, quā C tum decet, sufficientem esse modum huiusmodi sorbitionis ptisanæ, sæpius nocebit: quibus .n. cibus statim obseratus fuerit, ijs si quis nō subducto vētre sorbitionē dederit &c. id verbum, statim, tale aliquid significat. Sunt aūt eius verbi significatus q̄ plurima exempla & apud oēs alios Græcos, & maxime apud Hippocratem. Ad alterum aūt transgrediamur. Cum .n. īquit. Signa decretoria non statim appareant. hic, statim, q̄ primum significat, hoc est in principio morbi. Non sunt aūt eadem decretoria, & quæ coctionis indicia dicuntur: non .n. fieri potest, quin ista omnino vel bene vel male decernant. At vero coctionis signa salutem quidē hominis, non tamen per crisim oino, futuram ostendunt: neq; enim, si subitam in morbo mutationem intellexeris crisim, neque si præcedentem perturbationem, necessario coctionis signa dictorū erunt: cum illud accidere possit, vt morbus in longiori tempore paulatim coctus, ad integram deueniat solutionem. Ostendeť autem & in sequentibus adhuc manifestius, quomodo differant decretoria symptomata à coctionis signis: nunc vero hoc tantum ostendisse sufficiat, ꝙ coctionis, quæ in spirandi instrumētis fit, sputa: eius vero, quæ in venis, vrinas: illius autem, quæ in ventre, alui excrementa, signa statuere oportet: Et ꝙ in febribus omnibus (quoniam venosi generis sunt passiones, nā & arterias in hoc genere comprehendimus) ad vrinas præcipue attendere oportet: in ijs autem, qui laterali morbo D afficiuntur, primum quidem sputamina, secūdo loco vrinas, quoniam is morbus omnino cum febribus iungitur: in passionibus autem ventris, si sine febre fuerint, sola alui excrementa inspicere oportet: si autem cum febre, etiam vrinas.

Quid differant Concoctionis Indicia, a reliquis, quæ Decretoria appellantur. CAP. 8.

PRoprium igitur vniuscuiusque morbi principium, coctionis signis determinatur. Differt autem ab eo, quod secundum latitudinem principium dicitur, quod nullum habet artificium, ꝙ vltra tertium diem non extendi intelligitur: sicuti etiam in libro prognosticorum manifestissime ostendiť. Nam, cū antea dixisset. Si in principio morbi talis fuerit facies. postea subiungit, Si aūt longior morbus fuerit, q̄ triduanus, aut quatriduanus. principium secundum latitudinem manifeste nobis ostendens vsq; ad tertium diem extendi. Verū aūt vniuscuiusque morbi principiū, quod ēt partem ipsius esse diximus, vsq; ad multos quaternarios extendi contingit: tunc .n. primū finitur, cum coctionis signa apparuerint. Reliquum vero deinceps tempus vsque ad statum, iam alterum tempus est, quod augmentum & ascensus nominatur. Deinde post hæc status, qui est vehementissima totius morbi pars. Vltima vero omniū est declinatio. Coctionis igitur signa (sæpius .n. quæ vtilia sunt, repetere conuenit) nunquam male apparent: decretoria autem, est, vbi male: neque enim in augmentis, neque in principijs, sed in statibus, illa apparere conuenit. De ijs, quidem,

quidem,quæ in augmentis ac ſtatibus apparent,poſtea dicemus. Iam vero de ijs,quę videntur in E
principijs,dicamus,illud prius ad memoriam reuocantes,q̀ in reliquo ſermone,qui ſequitur, duo
principij ſignificata p̄termittentes,& illud,quod eſt primi inſultus, qui ſine latitudine ē: & alterū,
quod eſt primæ acceſſionis: de ſolo tertio diſſeremus, videlicet cruditatis: nam & huius artificioſa
quædā dignotio,& magna oſtendere natura apta eſt. Neq; igiť ſudores,& vomitus, & alui excre
mēta,neq; tumores poſt aures,neq; profluuia ſanguinis,ſi hoc tpe appareant, vnquam per criſim
ægritudines finierunt. Hæc igiť iam ēt,veluti cauſæ,morbos finire creduntur: quę vero, veluti ho
rum ſigna ſunt indicatiua,deliria exiſtunt,atq; vigiliæ,& ſomni graues,& dolores,& lachrymę,et
difficultates ſpirandi,& tenebræ oculis obortæ,& quæcunq; ſimilia: etenim hęc,ſi abſq; coctionis
ſignis apparuerint,ſunt peſſimarum diſpoſitionum indicia. Hæc igiť vniuerſa,& quæ vt cauſæ,&
quæ vt ſigna criſis ſunt,non ſtatim appareant,hoc eſt non in primo morbi tempore,qn̄ oīno nulla
adeſt coctio: reliqua aūt tria,quæ coctionem oſtendunt ſigna, ēt ſi in prima protinus acceſſionis
hora apparuerint,ad bonum apparent.

Quo pacto Hippocrates Principium Morbi cognoſcendum docuerit. CAP. 9.

RVrſus ergo repetentes dicamus: Hæc vniuerſalia morbi tempora ex morbis ipſis primùm
coniecturari oportet,quantum extendi debeant: deinde ex anni temporibus,& circuituum F
proportione: & præter hæc omnia ex poſt apparentibus,in quibus prima & præcipua ſunt ſigna
coctionis,ex quibus circūſcriptum iā principium poſſis exquiſite cognoſcere. Ex hoc aūt futurū
ſtatum coniectura artificioſa,quam paulo poſt aperiemus,agnoſces: voco aūt coniecturā artificio
ſam,quæ propè ad veritatē acceſſerit. Sicut igiť non habeť exquiſita principij cognitio ante,quàm
incipiat aſcenſus: ita neq; aſcenſus ante,quàm ſtatus inuadat. Exercitandum eſt & hoc in loco, vt
inuadentem ſtatum cognoſcamus,deinde vt præcognoſcamus. Qm̄ vero & horum omniū dux
eſt Hippocrates,æquum eſt,vt hoc in loco eius verba exponentes,ſermonem trāſigamus. Præſtat
verò fortaſſis, ante, quàm aggrediamur hæc facere,pauca quædā eorū,quæ nuper diximus, appo-
nere. Quod.n.prius,tanquā morbi partē,principiū inuenire quærebamus, vtrum æqualis ſit tpis
in omnibus morbis,aut in ſingulis proprium tp̄s habeat (de quo diximus Theſſalū,delirum illud
inueniſſe præceptum, Oportet in vnoquoque morbi principio adſtringere, ēt ſi morbus ex cōſtri
2.Epi.ſect.2.1ª aph.12.Ex.or. 5.a cta fuerit communitate) || primus omnium Hippocrates diligentiſſimè oſtendit: non tñ, quid ille
dicat,intelligunt,ob enarrationis breuitatem. In præſentia aūt ſufficiat ex vno dicto priſci autho-
ris mentē explanare: nam & alia,niſi quis oīno indiligens fuerit, ſimili modo quiſpiā inueniet. In
1ªAph.22.Ext. ord.10.b mediū aūt adducemus iſtū aphoriſmū: || Cocta medicari & mouere, non cruda, neq; in principijs, G
niſi turgeant. quod verbū/turgere/propriè de animalibus dici conſueuit,quæ ad coitū rapiuntur:
tranſlatū aūt eſt ad eas,quæ properant & celeriter mouenť ægritudines,& præcipue cum laboran-
tis ſenſus ab inordinata humorū & ſpirituum agitatione quodam modo iritať: nam in his tātum
quiſpiam rationabiliter pharmaco in principijs vtereť,cum coadiuuantem habeat ad facilius attra
hendum, ſuperabundantium humorum motum: quemadmodum,qui pręter id q̀ omnino crudi
ſunt,cum ſtabiles etiam & fixi ſint, purgantium medicaminum tractibus difficulter obediūt. Sic
de Vict. rat. in acut. com. 4.t. 22.7ª.137.e.Et in epiſt. ad Democritum. etiam illa dicta ſunt: || Quicunq; ea,q̄ inflammanť,ſtatim in principio morborum ſoluere medica-
mento tentant,ab eo quidem, quod intentum eſt atq; inflammatum, nihil adimunt, neq;.n.cedit
cruda adhuc paſſio: quæ verò morbo reſiſtunt,& ſana ſunt, colliqueſcere faciūt. Sed harū rerum
cōtemplatio ad eos pertinet libros,in quibus de curandi arte tractatur. Quòd verò Hippocrates
vocet principium,totum illud tempus morbi,in quo omnino crudus eſt,iam liquet: nam,cum an
tea dixiſſet,q̀ cocta pharmaco purgare oportet, ſubiunxit/non cruda neq; in principijs/ac ſi prin
cipium exiſtat,quando crudus incoctusq; eſt morbus.

De Extremo Aſcenſu dignoſcendo: ac de Vigoris in morbis acutis Perduratione. CAP. 10.

QVomodo igiť (nam rurſus repetenda ſunt,quę prius,cùm de ipſis loqueremur,omiſimus) H
terminum aliquem quiſpiam ita manifeſtum præfiniet vltimæ parti aſcenſus,quemadmo-
dum fini principij? quō aliter,quam ſtatus indicia inſpiciendo? Dicit aūt & hæc Hippo
2ªAph.30.Ext. ord.16.g. crates in vno quidem ſermone: || In principijs quidem omnia ſunt imbecilliora, in ſtatu verò for-
1ª Aph. 7. Ext. ord.4.d tiora. In altero verò,hoc: || Vbi quidem peracutus eſt morbus,ſtatim extremos labores habet. Quō
igiť hoc ipſum cognoſcimus,q̀ nunc fortiſſima ſit ægritudo, & maximas habeat acceſſiones? Si
.n.ſimul atq; ex toto debeat fieri tranſmutatio (quod κρίνεσθαι.i.iudicari in præſentia vocabimus)
principium criſis,vltimum aſcenſus terminum eſſe ſtatuendum eſt. Si verò paulatim, ad eas, quæ
2.Epid.ſect. 1ª. fiunt in periodis acceſſiones,eſt attendendum: ſi enim || citius,& longiori tempore,& magis(vt ip
ſe dicebat) fiant,liquet morbum ad ſtatum aſcendere,atque augeri: ſicuti,cum ad cōtrarium muta-
tio ſubſequiť,ceſſat atq; declinat. Contingit aūt non nunquā duas acceſſiones, vbi maximè factæ
fuerint inuicem æquales,ſtatus tempus circumſcribere: non nunquam vero vnam omnibus alijs
præcedentibus reliquiſq; ſequentibus eſſe maiorem. Ad tres autem extendi acceſſiones ſtatus tē-
pus,in morbis acutis non admodum accidit: in diuturnis verò,non modò ad totidem, ſed lōgè plu
res. Ita quidem cognoſcere oportet tempora vniuerſalia,aut cùm fiunt,aut nuper facta: ſed, quæ
futura ſunt,alio modo.

A *De Futuris Temporibus Morbi dignoscendis: ac primum de Concoctione & cruditate, quæ insit in Alui excrementis.* CAP. II.

QVi vt magis clarescat audientibus, necesse est prius dicere aliquid de alui excrementis, & de vrinis, sicuti prius diximus de sputaminibus. Alui igitur excremẽtum optimum (ait Hippocrates) est, quod molle atq; coniunctum est, quodq; ea ora exierit, qua tempore sanitatis consueuerat: quãtitate vero quę sit pro ratione cibi assumpti. Hoc in loco, ab ipsius cõsistentia, & quantitate, & tpe excretionis, facit dignotionem. Quia vero inferiorem ventrem sanum ostendunt huiusmodi excrementa, idcirco subiungens inquit, Tali enim existẽte deiectione, inferior venter sanus est. Nunc vero inferiorem ventrem vocat ad dñam thoracis. Propterea igitur neq; coloris meminit excrementi, quoniam nullam vim habet ad inferioris ventris dispositionem exquisite indicandam. Nam, φ id excrementum sit bene concoctum, sufficiunt indicia prædicta, φ videlicet sit molle, atque coniunctum: & non anticipet tempus naturale, neq; posterius exeat: & eius quantitas sit pro ratione ciborum assumptorum. Sicuti vero, si hæc omnia adsint, omnino coctum est: ita non etiã, si horum aliquid non adsit, omnino incoctum est: fieri enim potest, vt ipse quidem vẽter circa proprium opus robustus sit, sed vel pp vehementem adiacentium partium ca- in Prog. cõ. 2. t. 13. 4ª. 194. a Ibidem.

B liditatem exugatur atque exiccetur, quod bene concoctum fuerit: aut propter distributionis imbecillitatem humidius, φ̃ oporteat, egeratur. Quod quidem molle & coniunctum est, cõcoquendi vim validam esse liquido ostendit, ac digestionem optime fieri, ac præterea nullã ventris partibus inflãmationem inesse. Si cui vero id verbum leue prætermissum esse vr (nam quod bene concoctum sit, id protinus etiam læue esse oportet) hic non recte discernit: nam, quod coniũctum est, fieri non potest, quin etiam læue non sit: nam vnitum oportet esse in partibus omnibus, & veluti vnum existere exquisite. Si vero aliquæ quidẽ eius partes integræ & asperæ & duræ viderẽtur, aliquæ aũt humidæ & aqueæ, quomodo hæ forent simul iũctæ? nã hoc pacto adinuicem dissoluerentur: & asperæ quidem & duræ partes seorsum consisterent: humidę aũt tanq̃ aqueæ & tenues adhuc remanentes non possent solidis alligari, neq; vllam per se cũ illis habere cõionem, circunfluentes vero vndequaque & defluentes, inęquale neq; vllo pacto coniunctũ facerent excrementum. Quod quidem tale est (dico autẽ molle atq; coniunctum) oĩno ventris sanitatem ostendit: sed simul etiam illud indicat (vt dixi) nullum ex ijs, quę circũiacent, membris aliquo modo pati: & digestionem optime fieri, nam, vbi ipsa non integre fieret, omnino humidum esset excremẽtum. Si vero excretionis seruetur tempus, quod fuerat in sano corpore, ex eo liquet neq; coctionis tar-

C ditatem adesse, neq; vllum potentiæ vel retinentis vel expellentis errorẽ: nam, si tardius, φ̃ oporteat, excernat, coctionis, aut motus, quo per intestina defert, tarditas ostenditur: si aũt citius, potentiæ retinentis debilitas: neq; enim id euenit propter robur alteratricis, cum fieri non possit, vt, qui ægrotat, acute præsertim, ventrem habeat robustiorem, φ̃ sanitatis tpe: cum bene cum eo agatur, si non multo sit imbecillior. Si vero cum aliquo morsu celeriter exeat, id ex irritatione quapiã contingit, neque robur aut imbecillitas aliqua exinde significatur. Sed, si sine morsu aut aliquo alio symptomate in tempore opportuno excernatur, tres ventriculi vires vigere demonstrat, alteratricem, retentricem, & expultricem. Quo'd vero quatuor sunt naturales vires in qualibet nostri corporis parte, alibi ostendimus: neque nunc oportet aliquid horum ita incidentium demonstratione perdiscere, qm̃ de his singulis separatim scripsimus. Reliquum est igitur, vt ostẽdamus oportere alui excrementa, quæ emittuntur, ad ea, quę intus assumunt, seruare ꝓportionem. Excrementum igit molle, atq; coniunctum, & quod horã, qua excernebatur sanitatis tempore, seruat, nisi et seruauerit ad ea, quę intus assumuntur, conuenientẽ proportionem, aliqua eius pars intra cęcum, & id quod vocat colon intestinum, retinet, aut in alijs tenuibus inuolucris. Non est autẽ hoc neq; sicuti signum, neq; sicuti causa, bonũ: sicuti signum quidem, qm̃ vim expultricem nominatam ac

D propulsoriam, debilem esse significat: sicuti causa autẽ, qm̃ ibi quędam superfluitates intus remanent, quas potius emitti oportebat: adeo vt, quod habet hæc omnia prædicta signa excremẽtum, firmiter indicet inferioris ventris sanitatem. Quo'd, si ex his vllum deficiat, non nunq̃ ipsius vẽtris aliquem affectum significat, aliqñ autem digestionem esse offensam, aut aliquod circunstantiũ organorum nõ esse sanum, aut aliquod symptoma dominari, sicuti & in morsu dicebatur. Quod nã igitur erit exquisite secundum naturam se habẽs excrementum? quod neq; in ventre, neq; in circunstantibus organis aliquod erratũ esse significat. Tale aũt est, quod præter ea, quæ prædiximus omnia, etiam illa duo recipit, quæ Hippocrates ipse scribit deinceps in hũc modum: Subrufum aũt erit, & non admodum fœtidũ. Si.n. rufum purum, vel nullo modo subrufum extiterit, sed etiã secũdum ciborum colorẽ, alterum duorum significat, scilicet plus rufæ bilis in ventrem defluere, aut nihil omnino: horũ vero primum quidẽ, si circa initia fiat, biliosiorem morbũ ostendit: si vero declinationis tempore, corpus integre expurgari. De his quidem in sequentibus exquisitius dicemus. Incoctum aũt excremẽtum est tenue, & albũ, & asperũ, & humoris expers, & comestorum seruat qualitatem. Tertium præter hæc est excrementorũ genus, qđ non ex ciborũ fit dispositione, sed ex confluentibus ad ventrẽ ex toto corpore superfluitatibus, quod aliquid potest indicare: veluti id, quod paulo antea rufum purũ dicebamus. Sed hoc quidẽ, qñ rufæ amaræq; bilis humor im- in Prog. cõ. 2. t. 17. 4ª. 199. c

impermistus & multus ad ventrem fluxerit,existit: Viride autem, est æruginosæ bilis indicium: E sicuti Nigrũ,vel atræ bilis,vel sanguinis cuiuspiã in eo loco perusti: si aũt, veluti Liuidum quoddã in excremẽto apparuerit,vbi non fuerit tale aliquid intus assumptum, partiũ infernarũ validũ frigus ac velut mortificationem indicat: si vero Pingue, vbi non fuerit tale aliquid assumptũ,pinguis colliquationis est signum: quinetiã Viscosum, nisi & hoc ex cibi natura tale sit,colliquationis est indicium: Sed,quod quidem pingue est,ex pinguedine fit liquefacta: quod vero viscosum ex ipsis solidis animalis partibus contabescentibus,quare multo grauius.Et quidem,quod Fœtet vehementer, si etiam hoc ex cibo non accidat, vehementem putrefactionem ostendit. Vt autem summatim dicamus,in omnibus,nisi pro cibi qualitate talia fuerint excrementa, ita oportet affectionem considerare: adeo vt, sicubi hoc taceatur, subintelligere tamen oporteat(&,quęcunq; ab Hippocrate in prognosticis dicunť,ita dicuntur)semper distinguẽtibus nobis,si quid ob aliud aliquid,non propter ægritudinem fiat. Reliquum est,vt de stridẽte,& spumoso, & vario dicamus. Stridens quidem ab eo,qui insit,sono,cum excernitur,noĩatur: indicat autẽ ipsum excrementum flatum cum tenui humiditate hic permistum,organa autem in vnum coacta atq; in augustum restricta. Spumosum vero fit (sicuti etiam in exterioribus accidit) cum.s.feruor inest,vel aliquis flatuosus spiritus humiditate cõmistus est. Primum,immoderatæ caliditatis corpus colliquantis: secundum vero est inæqualis perturbationis effectus. Varium aũt,varijs corpus affectibus detineri F indicat: ob hoc igitur & diuturnũ & malignũ existit: multi.n.varijq; affectus ad coctionem longiori indigent tpe,periculumq; afferunt multitudini ęquale: nam simplex affectus facilius cõcoquitur,& minus est,q̃ multiformis,periculosus. Sic quidem de excrementis iudicare oportet.

De Vrinæ dignotione. CAP. 12.

DEinceps de vrinis dicamus. Ex his igitur illa optima est,quæ vrinę sanorum est simillima: quæcunque vero non est talis, vel simpliciter incocta est, vel præter hoc & perniciosa. Coctum autem & incoctum nomine quidem sunt vnum, sicuti & genere: plurimam vero in eo, q̃ magis aut minus, differentiam habet. His igitur etiam manifestos terminos tentemus apponere, quibus,quod est in medio,secernatur. Quæ quidem optime est cocta,in ijs, qui supremum sanitatis obtinent gradum considerare oportet: talis enim est subrufa,& subflaua, magisq; subrufa,q̃ subflaua: statim vero & hæc mediocrem crassitatem habet. Nam, quæ hac ipsa crassior est aut tenuior,coctionem imperfectam significat: siquidem altera non dum in humorem conuersa est,altera vero adhuc conturbata est. Hoc autem intelligere licet ex ijs,quæ tenues ac puræ excernũtur, posthac vero vel remanent semper tenues, aut paulo post conturbantur,qm̃ vtræque coctione carent: eo autem differunt, q̃ altera non dum concoqui cœpit: alteri vero, qm̃ flatuosi spiritus ipsi G permisti sunt, perturbatio quædam, veluti in nouis vinis adhuc feruescentibus, inest. Nam,cum triplex sit vrinarum turbidarum differentia,quia vel,cum tales mictę fuerint,paulo post resident: vel semper similes permanent: vel purę quidem minguntur,postea vero conturbanť: praua quidem ex dictis tertia,mitis autem prima,media vero inter vtranque secunda. Quoniam,quę statim quidem residet,parum aliquid inæqualis turbulentiæ superesse demonstrat: quæ vero semper manet similis,vigere adhuc, quæ est in sanguine, agitationem ostendit: quæ vero extra conturbatur, debet incipere cõcoqui,quare optimo iure ea pessima est,nam & longiori tempore & virtute forti indiget ad coctionem. Sed,quæ turbulenta mingitur,statimq; subsidentiam bonam habet,morbum haud ita multo post concoquendum significat, atq; idcirco mitior. Medio autem loco se habet secunda: nam ea, vt quæ vigente fit conturbatione, quantum malitia differt ab ea, quæ adhuc futuram perturbationem significat,tantum superat eam,quæ iam quiescentem obtinet. Quæ vero ad summum incocta est,has omnes vincit: est autem aquosa exquisite, neq; iã coqui incipiens, qualis turbulenta: neque in spe,vt coqui debeat,sicuti quæ paulo post perturbatur: sed veluti desperatæ coctionis accidens: quæ talis est, venosi generis passio existit, qualis est in ventriculo extrema ipsa cruditas. Cum vero etiam statim transcurrit, vocatur à non nullis hydrops in matellam, alij diabetem appellant, quidam vero alius antiquus in vrinas profluuium nominauit: sed H de nominibus alibi consideretur. Hæc igitur passio talis est, qualis circa aluum læuitas intestinorum,mortificatio (vt diceret quispiam) vtriusque virtutis, & retentricis & alteratricis: at hæc inter oẽs vrinas crudas pessima existit. Sed post ipsam est aquosa,quæ, quantum quidem ad cruditatẽ attinet,priori similis est: sed,quia nullũ aliud malum cõmõstrat, minus perniciosa: illa.n.non modo virtutis alteratricis{sicuti alba & tenuis}sed & retentricis imbecillitatem summam significat: hæc autem alterius solius, alteratricis. Quanto autem plures instrumentorum cuiusq; generis actiones & vires impeditæ fuerint,aut ex toto perierint,tãto deterior est morbus: atq; idcirco pessimum est in vrinas profluuium, qm̃ duplex est vitium. Praua autem sufficiẽter est,quæ tenuis & alba est,sicuti aqua: nam simplex quidem est dispositio,sed vltimæ est imbecillitatis indiciũ. Huic proxima est altera vrina, quæ in multis apparet morbis, vt videatur mistam habere formam vini abunde tenuis atq; albi: eius autem generatio est ex ea, quã nuper diximus,alba & aquosa,vt quę paucum ichorem ex bili rufa susceperit, nam, & si exterius in aquam puram ochræ parum, vel ipsius etiam bilis inieceris, talis tibi aqua repræsentabitur: hæc quidem vrina proxime accedit ad crudam.

A crudam. Póſt hanc eſt ſubpallida: pallida vero iam et ſubrufa eſt: ſi enim in aquam inieceris vel rufi coloris parum, vel pallidi multum, ſimile tibi videbitur: hæc vero, quantum ad colorem attinet, concocta iam eſt: oportet autem tm̃ eam diſcedere ſua craſſitudine ab aquoſa, quantum colore, ſiquidem bene concoqui debeat. Optima aũt omnium vrina, ſubrufa ac ſubflaua eſt: quemadmodum & antea diximus: veluti ſi etiã extrà tale quid facere velles, ſanguinis ſerum ac bilem rufam aquæ permiſcens. Sermone aũt non poſſum exprimere miſtionis quantitatem, ſed vel ab altero oportet addiſcere de optima vrina, aut per te ipſum experientia percipere, qualis ſit vrinæ ſecundum naturam ſe habentis forma, eã in ſanis corporibus perquirendo. Nã, cum adhuc coquit̃ ſanguis, vrina, quæ mingit̃, lęuem & ęqualem & albã ſubſidentiam ac multam facit. iam vero perfecta coctione color quidem vrinæ intendit̃, minus autem ſubſidet: &, ſi longiori poſt hoc tpe hominem à cibo prohibueris, videbis ipſam fieri continuò magis rufam. Nam & in cõmentarijs de potentijs naturalibus oſtendebat̃, quicquid alimenti ſupra modum calefit, & præſertim ſi pingue fuerit & dulce, verti in amaram bilem. Qm̃ vero & flauam & rufam & pallidam nominãt huiuſmodi bilem: pleniq; ſunt medicorum libri, in quibus hoc vel illo modo appellatur, ſicuti in quibuſdam indifferẽter: melius eſt hoc in loco illud rurſus annotare, vt exactius quis dicta aſſequat̃,

B ꝙ rufus color ad flauum proxime accedit: in hoc aũt differunt, ꝙ alter magis ad albũ, alter ad ſplendidum, vergit. Nam & amara bilis aliqñ rufa apparet, aliqñ flaua, ſæpius autem & pallida tibi videt̃ eſſe: ſi quidem albior & turbulentior facta ſit, rufa: ſi vero ſplendens ſit & purior, flaua, nam, quod veluti igneum in bile ſplendet, ipſam reddit flauiorem. Quantum vero flauo rufum eſt albius, tm̃ illo pallidum: quantũ rurſus minus album eſt flauum, q̃ rufum, tm̃ flauo rubicundũ: quia & ſanguinis color non nunq̃ flauior exiſtit, non nunq̃ rubicũdior apparet: vnde & ſanguinem ipſum aliqñ flauum, aliqñ rubrum dicunt. Nunq̃ vero ſanguis maxime flauus eundem habet cum bile flauiſſima colorem: ſed eſt illa quidẽ flauior, ſanguis vero rubicũdior: nã, qui apprime flauus eſt color, medius eſt inter bilem ac exquiſitum ſanguinem in ijs, qui ſecundum naturam ſe habuerint: quare, ſi vterq; humor in ipſo coniungat̃, nunq̃ fiet exquiſite flauus, ſed ſe ipſo tñ magis flauus. * *Al. ſanguis.* Hæc igit̃ cauſa eſt, vt appellationes confundant̃. Quantum aũt ad vſum refert, facillimũ inuenire eſt, ꝙ vrinarum, quæ ſecundum naturam ſe habent, terminus eſt in optimè ſanis corporibus primum exquiſitæ coctionis ſanguinis tps: &, qui hanc fuerit contemplatus, deinde veluti regulam aliarũ vrinarũ ſibi ſtatuerit, quæ nam ipſam mutent diſpoſitiones, facile inueniet. Nam, ſi colorem exquiſite ſeruauerit, ſubſidentiam vero albã & læuem & æqualẽ & multã fecerit, ſic qui-

C dem coctionis ẽt ſignum exquiſitũ fuerit: plus aũt de humore, qui crudus nominat̃, euacuari demonſtrat. Propterea & in pueris omnibus ferè, & perfectã ætatem habentibus, qui ocioſam vitã degunt, aut quouis alio modo repleti ſunt, ſatis multam vrinę habent ſubſidentiã: qm̃ in his omnibus plus eſt de inconfectio & crudo humore, his quidẽ propter deſidẽ vitam, illis vero propter ſatietatem, pueris vero & ob ſatietatem (voraciores enim ſunt) & ob id ẽt, ꝙ vna ventriculi operatio non poteſt duobus ſimul ſufficere, augẽdo ſcilicet atq; alendo: ante q̃ ergo in ipſo ſufficienter alimẽtum coctum ſit, ipſum ad ſe corpus trahit, atq; hinc fit, vt plurimũ crudi humoris coaceruet. Hæc quoq; cauſa eſt, vt ijs, qui ex ocio & repletione febricitant, ſi ſanitati reſtitui debent, neceſſario plurimũ ſubſideat: contra ijs, qui ex inedia & labore, rufæ quidẽ & billioſę vrinę ſunt: ſoluitur.n. morbus prius, q̃ aliquid ſubſideat, plerunq;, ſufficit.n. in his & nebula alba & ſuſpenſio bona, talis aũt eſt alba & læuis & ęqualis: nam & ex ipſis ſanis, qui multũ laborant, & pauciori cibo veſcuntur, ſunt vrinæ bilioſiores. Quare neq; ſimpliciter Hippocrates vituperauit vrinam rufam, ſed, qñ ſimul cũ rubedine habuerit ſubtilitatem: ita igit̃ inquit: ‖ Donec rufa fuerit vrina ac tenuis, morbum crudum ſignificat. in Prog cõ.2.t.30.4.2[illegible].h Liquet aũt, ꝙ neq; aliquid ſubſidet huiuſmodi vrinis: neq;.n. contingit, vt, quæ tenuis ſufficienter fuerit, vel ſi multo tpe quieta ſteterit, aliquã recipiat ſecretionem,

D adeo vt craſſior pars, quæ in ipſa pendebat, ſubſideat, tenuior vero ſuperferat̃: nam hoc ſolum aduenit ijs, quæ aliquam craſſitudinem habent. Non tñ, ſi etiam mediocriter craſſa fuerit, & breue quicq̃, quod ſubſideat, habuerit, iam cocta erit: ſi enim vel farinę hordei craſſiori, vel ſquammis, vel furfuribus, ſimiles ſubſidentias habuerit, vel nigras, vel virides, vel liuidas, vel fœtidas, pręter id, ꝙ, quæcunque tales ſunt, cruditatem habent, etiam alioquin ſunt pernicioſæ. Nam Farinæ hordeaceæ craſſiori ſimiles, duarum ſunt diſpoſitionum indicia, grandis ſcilicet colliquationis, & caliditatis æſtuoſæ, quæ ſanguinem adurit. At, quæ ſquammas repræſentant, ſunt vaſorum partes ſuperficiales, quę ſcilicet omnino reſoluuntur, ac colliquantur. Ita et Furfureę, pręter quàm ꝙ, quantum hæ craſſiores ac minores ſunt, tm̃ ſquãmis ſimiles, latiores ac tenuiores his ſunt. Nigræ vero ſubſidentiæ vel excedentem caliditatem atq; igneam oſtendunt, vel ex frigiditate vehementi mortificationẽ: ſic.n. & extrinſecus noſtri corporis partes nigro affici colore videmus, partim ſcilicet ex nimio calore, vt qui ſe Soli æſtiuo expoſuerunt: partim ex vehementi frigore, & veluti mortuas, quemadmodũ in ſenibus aut quibuſcunq; alijs ſupra modum refrigeratis. Ipſarum itaq; totarum vrinarũ color niger: atq; ẽt eorũ, quæ in ipſis ſuſpenduntur: aut earũ, quæ ſupra vehunt̃ nebularũ: ad eaſdẽ cãs referẽ, calorẽ.ſ. immoderatũ, aut mortificationẽ ex refrigeratione vehementi. Peſſima igitur eſt tota vrina denigrata, adeo, vt neminem vnquã ſeruatum viderim ex ijs, qui

talem vrinam minxerunt: minus vero perniciosa, si solum id, quod subsidet, nigrum fuerit: atque E adhuc minus, si solum id, quod in medio iacet: ac multo minus etiam, si nebula. Color vero Viridis fit in transitu ad nigrū, & est quoddam veluti procemium nigri: nam, si morbus malignus fuerit, & vomitionibus, & alui deiectionibus, & vrinis viridibus, postmodū nigrę superueniunt. Color autē Liuidus est solius frigiditatis effectus: Odor vero grauis, putrefactionis. Quod si veluti Oleum mingatur, colliquationis est signum. Tales quidem vrinæ prauæ sunt. Quę aūt bene coloratæ sunt, & subsidentias habent albas, & lęues, & ęquales, aut nebulas quasdam, aut suspensa similia, oēs vrinas bonitate præcellunt, maxime aūt in quibus subsidentia talis fuerit: secundum bonitatis obtinēt locum, in quibus suspensa talia sunt: tertium, in quibus nebulæ. Hæ igitur coctionis signa sunt: reliquæ vero oēs partim cruditatem, partim perniciem portendunt. Nam, quæ alba est, & quæ tenuis, & quæ turbulenta, cruditatem: at, quæ farinæ hordei crassiori, aut squammis, aut furfuribus similis est, quæ nigra, aut viridis, aut liuida est, aut oleaginea, aut fœtida, perniciem significat. Quæ aūt subrufa, aut subflaua est, adhuc aūt tenuis: qua quidē tenuis, cruda existit: qua vero talem habet colorē, iam coquitur: est aūt media inter eas, quæ sunt exquisite crudæ & coctæ: sicuti & quibus alba quidem sunt & læuia quæ suspensa sunt, diuulsa vero & minime continua. Hoc vero etiam in subsidentibus cōtemplari oportet, si non modo alba sint & læuia, sed si omni- F no ęqualia, & quia ī nulla parte diuulsa sint, & quia omni tempore talia sint: nā, si alternatim mingatur pura in subsidentibus, semicoctum esse morbū ostendit. ‖ De hisce igit omnibus admirabilis Hippocrates primus oīum, quos scimus, optime docuit: & ꝙ in viris quidem & mulieribus nigræ vrinæ pessimæ sunt, in pueris aūt aquæ similes: nā in his magis consuetę crassiores, in pfectis aūt magis rufę: quod vero maxime contrarium est consuetis, perniciosum. Sed & de subrubentibus vrinis, & statim habentibus subsidentiam subrubentem ac læuem, recte dixit, ꝙ sunt quidē satis salutares, sed diuturniores ijs, quas paulo ante semicoctas nominaui: sanguinis.n. serosa superfluitas istas intingit: oportet aūt non modo hanc, sed ēt aliquid rufę bilis admisceri. Si vero calor naturalis adeo est imbecillis, vt neq; rufam generet bilem, neq; sanguinem exquisite coctum, sed adhuc serosum, atq; humidū, ꝙ quidem ad sui coctionem tpe egeat, est manifestum: ꝙ vero hęc dispositio sine periculo sit, materiæ natura commonstrat, quæ neq; tenuis aut aquæ similis est, neq; integre crassa, sed neq; acris quidem aut putrida, sed vtilis existit & prope naturam sanguinis.

in Prog.cō.2.t.26.vsū; ad.37.4ª.200.b

Vt Vigorem & Reliqua morbi Tempora præsentiamus, ad Signorum naturam exacte dignoscendam. *CAP. 13.*

SEd, postq; etiam de vrinis, quantum ad præsentia erat vtile, omnino dictum est, reliquum est, G vt dicamus (quod polliciti sumus facere) præcognitionem status atq; aliorū temporū morbi. Ergo, si vnum quidem aliquod tale signum, aut etiā plurium collectio, firmiter indicare posset id, quod futurum est, neq; ipse Hippocrates dixisset ‖ artem longam, neq; nostri temporis medici admirarētur, si possibile est in præcognitionem medicinalem eiuscemodi omnia venire. Quoniam vero neq; signum vllum ita fidele est, vt exquisite ostendat singula ex futuris tēporibus: sed neq; quæ secundū concursus quosdā signa sunt cōplicata, sola possunt experientia iudicari, multi enim numero hoc pacto concursus fierent, adeo vt nemo eos posset enumerare, neq; obseruare, neque memoria tenere: idcirco necessarium est signi cuiusq; naturam exquisite considerare, si quis vult recte præcognoscere, vt ex vi vniuscuiusq; præcognitionē faciat. Neq; enim quę plurima sunt, illa oīno paucioribus sunt potentiora: sępe enim signū vnū forte multis debilibus fidelius existit. Hæc igitur ēt admirabilis dicebat Hippocrates in libro prognosticorū: ‖ Signa oportet ediscētē » oīa, iudicare vires eorum, inuicē comparantē. Quare & rationabiliter secundum vires eorū tradi- » dit disciplinam, non simpliciter, deinceps bona signa connumerans, deinde rursus mala, annotās autem in appellationibus vniuscuiusq; naturam, perniciosum & graue nominans, & grauius, & grauissimum, & minus graue, & magis graue: sic & prauum, & prauius, & prauissimum, & mor H tiferum quoq; per Iouem, & malum simpliciter, non nūquam vero valde adijciens vtriq; signorū generi, & ijs, quæ nūc dicta sunt praua, & ijs, quæ bonum aliquod ostendunt. Nam & in illis hoc quidem optimum dicit, hoc vero bonum simpliciter, hoc autē magis, hoc vero minus. Tale vero est & quod dicit {bonum} valde, {&} magnam habere vim ad salutem. Non nunq; vero nihil ex his addens, ꝙ temporis indicium erit, & longæ solutionis meminit, nobis, vt arbitror, de hisce omnibus ratiocinandū relinquens, quæ neq; oīno praua sunt, neq; penitus extra periculum, sed cum vi quidem forti salutaria: cū debili autem, periculosa. Hęc igitur non solum legēda sunt in Hippocratis libris, sed & memorāda sæpius atq; obseruanda in ægrotantibus: nam ex continua inspectione exquisitam eorum potestatis habemus notitiam. Semper autem mente reuoluere oportet ac considerare, quæ'nam sint signa optima, quæ pessima, & quæ in medio confinio horum veluti gradus quosdam habentia, non nulla quidem optimis, non nulla vero deterrimis proximiora: & quæ quidem minus, quæ vero sint magis † proximiora vel remotiora: } & quæ'nā equisite media ponēda sint inter bona & mala signa. Deinde considerandum, quę'nam semper mala sint, & quæ continue bona: & quę'nam in totius morbi temporibus permutentur, cum aliquando bona fiāt, aliqn̄ mala, & non nunquam fida, non nunq; vero infida. Etenim hoc ab Hippocrate dictum est admi-

1.Apho.1.Ext.ord.2.b

in Prog.cō.3.t.37.4ª.211.c

† Manuscripti græci codi. legūt, vt Leonicenus: ex impressis autē, ita alij vertūt. eò ꝙ alternatī mō ꝓpe illa, mō procul, repta sunt.

A admiratione dignum, ‖ Quod ijs, quæ non sm̃ rationem leuant, non oportet credere, neq; vereri 2. Aph. 27. Ext. ord. 16. b
valde mala, quæ venerunt contra rationem. Quod nisi quis nouerit, nequaquam poterit manifeste præcognoscere: sed aliqñ instante crisi nihil a vulgari quopiam differre videbit, sed simul perturbabitur ac compauescet de futuris: non nunq̃ vero existimans liberatum esse a morbo ægrotantem, atq; ei victus libertatem permittẽs, magni alicuius mali occasionem afferet. Oĩno autẽ male victum instituet, futurũ statum non præcognoscens: nisi quis.n. ad hunc respiciens statũ, ab initio victus modum adhibuerit, fieri non potest, quin magnum malum aliquod afferat ęgrotanti.

De Signorum generibus, ac De singulorum natura. CAP. 14.

HÆc igitur iam nos dicamus, quemadmodum proposuimus, singula per genera diuidentes. Et primum, q̃p signorum omnium triplex est differentia, trãsigamus, deinde singulorum vires, postmodum quo pacto quispiam morborũ tempora præcognoscat. Triplex quidem signorum omnium natura qualis sit, mihi antea dictum est: sed nihil deterius est nunc repetere, q̃p non nulla quidem cruditatis & coctionis, quædam mortis & salutis sunt signa. Hęc quidẽ duo sunt genera: tertium autẽ & aliud genus est, quod crisibus adiacet. Coctionis igitur & cruditatis signa, alui excrementa, & sputamina, & vrinas statuere oportet. Mortem autem atq; salutem portenden
B tia sunt, quæ vna cum istis excernuntur, & quę per totum apparent corpus, de quibus latius in libro prognosticorum Hippocrates scribit. Sane ad crises, aliquid quidem valent & non nulla ex his: est tamen proprium atq; præcipuum eorũ genus, quod totum in sequentibus explicabimus. At cruditatis & coctionis signa semper stabilem habent propriam potestatem, siue statim in primo die, siue in sequẽtibus, apparuerint. Modi autem morborum signa tripartita sunt: nam quędam (vt supra dicebatur) in vrinis & alui excrementis & sputis apparent: quædam in dispositione totius corporis inueniuntur: quædam in naturalibus & animalibus videntur operationibus: hæc vero non omnia fidelia sunt in omnibus morbi temporibus, sed deinceps ipsa diuidemus.

Criticorum autem accidẽtium duplex quidem natura est, quoniam aliqua sunt tanq̃ causæ & signa, aliqua tanq̃ signa solum. Infida vero est vniuersa eorum natura, & contraria significans & faciens in diuersis morborum temporibus. In his autem totum est præcognitionis certamen: nam in alio quidem tempore secundum aliam dispositionem critica sunt: secundum vero aliam aliquã dispositionem, vel morbi tempus, accidentia vel signa praua fiunt, critica vero neq; omnino sunt.

De hisce vero ab Hippocrate etiam sæpius dictum est: sufficit autem in præsentia vnius dicti ex
« secundo Epidemiorum libro meminisse: ‖ Decretoria, quę non decernũt, quædam mortalia sunt, 2. Epid. sect. 1ª.
C quædam vero difficulter decernũt. Hoc vero haudquaq̃ inest coctionis aut cruditatis signis, sed ex his singulum, vnum atq; idem semper significat: vt, verbi gratia, vrina, quæ bene colorata est, & albam & læuem & æqualem habet subsidentiam, coctionis est signum: tenuis autẽ, & quæ nullam subsidentiam habet vrina, semper est cruditatis signum. Et, quæ quidem coctionem significat, bona est semper: quę vero cruditatem, non bona: si quidem eorum, quæ prius diximus, recordamur. Si tamen capitis dolorem, aut delirium, aut vertiginem tenebricosam, aut difficilẽ anhelitum, aut anxietatem, aut grauem somnum inspexeris, nihil in his stabile, neq; bonum neq; malũ poteris præcognoscere: secundum eandem rationem neq; sudores vel vomitus, aut vẽtris aut vrinę multum profluuium, aut sanguinem de naribus vel de vulua vel de hæmorrhoidibus emanantem, aut parotidas, aliosq; decubitus. Hęc enim omnia & decernentia & non decernentia sunt, secundum duplicem modum, aut quia nullo modo decernunt, aut quia male. Nam colli dolor, vel temporum grauitas, vel hallucinationes, atq; tenebricosæ vertigines, & capitis dolores, & lachrymarum inuoluntarius effluxus, faciesq; vna cum oculis rubens, aut inferius labrũ agitatum, vel vigiliæ aliquę, vel somnus grauis, sunt tantum signa crisis aliquando: sicuti & creber anhelitus, quẽ asthma Græci vocant, & quædam anxietas vel difficultas anhelitus, & præcordiorum sustractio,
D & stomachi fastidium quoddam, vel nausea sufficiens, & æstus, & sitis vehemens, & oris vẽtriculi dolor, & non posse ferre decubitum, & delirare atq; exclamare. Fiunt igitur & hæc sępius iam imminente crisi indicia. Alterum genus non solum signorum decretoriorum, sed ẽt causarum, obtinet vicem. Sunt vero hæc, vomitus, & excremẽta alui, & multitudo vrinarum, & sudores, & sanguinis eruptiones, & parotides, atq; alij decubitus. Contingit autem neq; in primis accidentibus, quæ tantum sunt signa crisis: neque in secundis, quæ & signorum & causarum vim habent: crisim ex necessitate sequi. Alterum vero genus est signorum simul atq; accidẽtium, quod neq; decretorium nominatur, quoniam neq; ostendit, neq; facit crisim: neq; omnino fidum est, sicuti coctiones, neq; infidum ex toto: sed est inuenire inter ea, quędam bona semper, quædam autem mala: atq; hæc quidem esse talia vt plurimum, oĩbus inest. ‖ Mente igitur constare, atq; ad ea, quæ of- 2. Aph. 5. Extr. ord. 17. a
feruntur, bene se gerere, bonum: ‖ bonum etiam facilis anhelitus, & facilis tolerantia, & pulsuum in Prog. cõ. 1 t.
bonitas, & facies simillima sanis, decens accubitus, & totius corporis æqualitas, & quæcunq; alia 5. 4. 192. g.
Hippocrates in prognosticis scribit. ‖ His contraria, mala, hoc est difficilis tolerãtia, pulsuum mali Ex. 19. c. 1. 13.
tia, & spirandi difficultas, & maxime quę per frigidi spiritus expirationem fit: atq; alia multa, quę Ex. 24. h. 1. 24.
in prognosticis ab Hippocrate dicta sunt, manifeste definiente signi cuiusq; potẽtiam: quæcunq; 2 t. Ex. cõ. 2. t.
enim simpliciter bona & mala nominat, sæpius talia existimant. 56. 203. g

Signa, quæ à Concoctione sumuntur, Fidam, ac certam præbere Præcognitionem. CAP. 15. E

AT, quę ab eo optima & pessima dicuntur, & quibus præsertim adiunxerit id verbũ κάρτα.i. valde, talem vim habent, ꝙ semper vnũ quoddam ostēdunt, aut raro nõ indicãt. Hac igitur existente inter signa differentia, si quidem impossibile est distinguere, qñ signa decretoria crisim ostendunt: vel quando ea, quæ decernunt accidentia, bonam aut malam afferunt crisim: frustra ea

1ª. Aph. 27. ex. ord. 16. b

verba pronunciasset Hippocrates: ‖ His, quæ non rationabiliter leuant, non oportet fidere, neq; » vereri multum mala, quæ fiunt præter rationem: frustráq; nos de crisibus tractare instituissemus. » Si vero neque aliud quicquam ex omnibus, neq; hęc, ab Hippocrate frustra dicta sunt, erit omnino aliquod signum fidum, quo id, quod secũdum rationem est, ab eo, quod præter rationem, separatur. Sed quid'nam hoc sit, libenter audirem ab ijs, qui veterem negligũt medicinam: nos.n. cre

1. Epi. cõ. 2. t. 45. 3ª. 112. b

dimus verum id esse, quod ab Hippocrate dicitur, ꝙ ‖ Coctio, crisis celeritatem, & salubrem securi » tatem significat: cruda autem, & incocta, & in malos conuersa abscessus, crisium defectum, aut ve- » hementes labores, aut mortes, aut eorũdem malorum reuersiones. Vnde & principij tempus, si- » cuti etiam diximus antea, non alio quopiam distinguimus. Illi autem nullum nobis principij indicium dederũt: atq; ob id nequeũt distinguere, qñ exitialiter quispiam se male habet, vel delirat: & qñ imminente iam crisi: at similes vulgaribus sunt, neq;, quem finē ea, quę fiunt, sint habitura, pręnoscentes, neq;, quid facere oporteat, inuenientes. Sed de his quidem etiam iterum dicetur. F

Quo pacto summus Morbi Vigor possit Prima die præsentiri. CAP. 16.

QVomodo vero, etiam si non dum adsint vniuersalia morbi tempora, quispiam ipsa prænoscere queat, cum maxime ad vsum artis sit necessarium, hoc iam transigemus. Propositum enim est statim à primo die saltem tãtum cognoscere, ꝙ vel in primo quaternario, vel in secundo morbus decernetur: nam, vtrum in decimoquarto vel vigesimo die illud fiat, non dum liquet. Verum ex hoc haud magna sequitur in victus rõne mutatio, quemadmodum si quarto vel quinto die crisis affutura esset, ac talem aliquis victum institueret, qualis, si quadragesimo die morbus finiri deberet, instituеretur: hoc enim maxime esset absurdum. Et, quicunq; medicus primo vel saltem secundo die non præcognoscit morbum, qui extra primum septenarium nequeat extendi, hunc permultum erraturum fit verisimile. Si igitur semel vel bis tali errore delinqueret, venia dignus foret: si vero putet nullam esse futuri status præcognitionem, hic nec minimam medicinæ artis partem est assecutus. Ego vero tãtum absum, vt, quod futurum sit, penitus incognitum putem, vt sæpe de eo certissimam haberi scientiam existimem. Quid enim si aliquis primo statim die nullum habēs signum periculosum, verum insuper omnia salutaria: acute quidem febricitet, G vrinam autem mingat bene coloratam, ac mediocriter crassam: an non in propatulo est medico, qui in artis operibus est exercitatus, hunc in primis quatuor diebus crisim habiturum: & eo magis, si nebula aliqua, vel suspensio bona ibi afforet: atq; etiam tanto plus, si bona subsidentia? Sed

In Prog. cõ. 3. t. 56. 4ª. 203. h

Ibidem. 206. h t. 2.

hoc quidem breuiter dictum est, non tñ breui tempore disci potest: ‖ omnia enim & bona & mala signa cognoscere oportet, qui id certissime sit præcogniturus, queadmodũ horum habēs scientiam aiebat Hippocrates: ‖ Et mitissime febres, quæ cum signis securissimis fiũt, quarto die finiũt, » vel prius: at, quæ malignissimæ sunt, & cum signis grauissimis accidunt, quarto die occidunt, vel » antea. mites quidem nominans contrarias malignis: &, ꝙ neutræ quartum transcendunt diem, » sed hæ quidem omnino soluuntur, hæ vero interficiunt, ostendens. Sicuti igitur, quę omnia habet signa tutissima febris acuta, in prima priodo decretoriorum dierum solutionē habet, sic, quæ isti proxime adiacet, diem septimam non transcendet. Sed quæ'nam est hæc? illa videlicet, cui nõ omnia sunt tutissima signa. Dictum igitur est & antea, ꝙ non idem sit superlatiue & simpliciter dicere quicꝗ: non igitur securum & securissimum, neq; malignum & malignissimũ, neq; graue & grauissimum, eandē vim habent. Sit iam à primo statim die febris acuta, sed non supreme, simplicissimaq;, & cum tutissimis signis, verũ simplex & cũ signis tutis (quam Hippocrates εὐήθη.i. H mitem nominat: ego hanc clarioris doctrinæ gratia simplicem voco, fugiens ęquiuocationē) hęc febris ad secũdum quaternarium progredietur: nunquid vero vel quinto die vel sexto vel septimo iudicabit, procedēte sermone determinabitur. Eodem mõ & maligna, & cum grauibus facta signis: nam & hęc, quantum abest à malignissima & cum grauissimis signis adueniente, tanto & mortem afferet tardiorem. Si quis simplices & simplicissimas, & malignas ac malignissimas febres distinguere nescit, neq;, si recte aut secus de his Hippocrates dixerit, vnquã poterit experientia perpendere. Quod, si neq; signorum vires intelligat, sed simpliciter opinet hæc quidem bona, illa vero mala tantummodo esse, adhuc magis, tanꝗ vetulæ cantilenam, quæ ab Hippocrate scripta sunt, leget. Ego quidem talibus ab his commentarijs censeo abscedendum: at, qui libros prognosticos Hippocratis accurate legerũt, istis deinceps verba faciam. In primo quidem die (sic vero me vbiq; intelligas, totũ ex die & nocte tempus in viginti ac quatuor horas partitum accipientem) vrina qdē sit exquisite aquea, febris vero debilis: hęc ergo in longũ tp̃s protrahet: sed, q̃tum hoc erit, in primis diebus cognosci non potest: neq; cognitu vtile est, nã, cuius gratia tali egemus præcognitione, iã id habemus, victus. s. formam conuenientem constituere, cum status post multos dies sit subsecuturus. Singulis quidē quaternarijs signa diligēter obseruans, etiã ipsum status

tempus,

A tempus, exquisite poteris præcognoscere. || Oportet enim (inquit) a primo die considerare, & in singulis quaternarijs adiectis animaduertere: neq; te latebit quo se morbus conuertet. Hęc quidē etiam in sequētibus, pluribus ac diligentius exequemur. Ad primi vero temporis pręcognitionem (quod principiū vocant) inquantū extendet tempus, iam magnū aliquid ostensum est in primo die fuisse acceptum, qđ sequenti die adhuc manifestius est distinguere. Similiter. n. & febre & vrina manētibus, non solum ꝙ nō dum morbus ascensum inceperit, dicere possumus, sed ꝙ neq; ante septimum diē sit incepturus: didicisti. n. ꝙ extreme cruda est aquosa vrina. Quare nō solum præsens iā principij tempus internoscere datur, verum etiam sępius pręcognoscere, quo finietur.

Qui morbi Citam, qui Tardam præbeant Temporum præcognitionem: & quæ sit Perfecta, quæ Imperfecta Concoctio. CAP. 17.

IN his quidem adeo diuturnis satis longum est principij tempus, in peracutis extreme angustum. Nā, si statim in prima die in vrinis appareat aliquod signum coctionis, iam hic principiū transgressum est. Nūquid igiť neq; omnino incepit: an hoc quidem impossibile? neq;. n. fieri potest, vt morbus aliquis proprium statum recipiat non præcedente principio & ascensu. Extreme breue vtrunq; horum temporum sæpius fieri cōtingit, adeo vt in primo die morbus ad statū perueniat. Ita igitur acuti principij ne præcognitionem quidē finis inquirere oportet, sed satis putare, si, dum adest, cognosci possit: &, cū primum ad ascensum conuertiť, manifeste deprehendatur. Est autem cōis talium principiorum atque ascēsuum cognitio cum primis accessionis partibus: idem. n. & eius & vniuersi morbi principium atq; ascensus, nam neque ipsa statim incipit a statu. Hoc. n. non modo nemo vnq; vidit, sed neque etiam cogitatione assequi potest, febrem videlicet acutam statim in primo insultu in statu consistere, ac si fulmine foret homo percussus. Quomodo igitur in primo die febris in statu consistere cognoscetur? quomodo aliter, q; si statim habuerit signa coctionis? Tale. n. quiddam accidit circa humorum crudorum coctionem, quale etiam partibus, quæ inflammationem patiuntur, aduenit. Ita autem & de his quodā in loco inquit Hippocrates: || Circa puris generationes, dolores ac febres contingūt, magis q̃ vbi iam est generatum. Quemadmodum igitur iam suppurata inflammatione non cōtingit febrem adhuc in statu esse, aut dolorem obuiare: eodem modo, neq; si quicq̃ in vrinis subsidat exquisite bonū. Nebula quidem sola, aut quibusdam bonis suspensionibus factis, status tempus non dum adest: ac multo minus, cum hæc ipsa defuerint, prætereą; si biliosus valde morbus extiterit. Quicunq; igiť ijs omnibus, quæ a nobis dicta sunt, sæpius in ægrotis mentem diligenter adhibuerit, hunc nullū vnq; latebit tempus: sed, si quidem acutum fuerit, & dū præsens erit, exacte cognoscet, & statim subsecuturum præcognoscet: si vero diuturnum, ex multo vtiq; tempore coniecturabiť, ac propius accedēs, manifestius etiam præcognoscet. Nam in vniuersum oportet cognoscere, ꝙ, nisi manifestum appareat indicium coctionis, totum illud tempus intermedium, est principium morbi. Quātum igitur adhuc præsentibus deficit ad manifestum illud coctionis indicium, & a morbi motu, & natura, & tempore anni, & regione, & ætate, & temperatura ipsius laborantis inuenies. Nam, si morbus natura longus extiterit, quemadmodū (exempli grā) febris amphimerina, & videatur tarde in hoc ægrotante moueri, ac quodam modo succendi ac suffocari, & tps anni fuerit hyems, & regio frigida, ætasq; atq; natura laborantis ad frigidum declinauerit, multum interim tps erit necessarium ad manifesti signi generationē: quod totum tps principio erit contribuēdum. Sit igiť ita, vt hyberno tpe incipiat febris amphimerina in corpore ita se habente, quēadmodum nunc diximus, vna cum exquisite crudis & aquosis vrinis: non mō neq; intra septimū, sed neq; ēt decimū quartum diem, quispiam habere posset manifestū coctionis signū: sic aūt appello ea, quæ inter debilis sunt & perfectę coctionis indicia. Perfecta igiť coctio est, qñ in vrinis subsederit aliquid albū & læue & æquale et cōtinuū: Debilis autem coctio est, qñ ex aquosa mediocriter subpallida facta D fuerit: & quidē, si turbulenta apparuerit, & talis permanserit, hæc quoq; obscuræ & debilis coctionis est signum: et rufa etiam ac tenuis ex eodem genere est. Sed nihil horum iam principium esse finitum ostendit: hęc. n. manifestius indicium semper expetunt, vel solam nebulam albam, aut suspensionem æqualem continuam atq; albam. Et quidem & rubens nebula, & subsidentia talis, & sine subsidentia bene colorata vrina, & crassitudine mediocris, principium finijsse ostendit.

Exemplo Lateralis morbi indicatur, Quo pacto Tempora Ægritudinis ex debili manifesta ac perfecta concoctione intelligantur: atq; ea de re explicatur Hippo. Locus de Anaxione, qui eo morbo laborabat. CAP. 18.

SIc & in laterum & pulmonum passionibus ea, quæ proprie sputamina vocātur, vrinarum subsidentijs assimilantur: nihil vero omnino expuere, sed tussim tantummodo siccam habere, tale quiddam est, quale in vrinis extreme crudū, quod aquosum nominamus. Quod, si ab eo, quod est nihil expuere, ad expuere, verum liquida & omnino cruda fiat transmutatio, liquet, ꝙ debilis & obscura oīno est hmōi permutatio, et non dum est finitum primum ægritudinis tempus, quod principium diximus nominari. Quando igitur hoc quidem cessabit, atq; integre ad augmentum morbus conuertetur? quando cœperit expuere pauca cocta, reliquo vero omni tempore ab hinc vsq; ad statū, semper eo plura ac meliora atq; facilius expuēte. Cum vero exquisite cocta fuerint,

& multa,& ſine difficultate educta,tunc ſtatus eſt tempus.Quando verò ſimiliter quidem exqui E
ſite cocta,et ſine moleſtia educta: eorum aũt multitudo minuta fuerit,doloręq; non amplius affue-
rit: tũc ſtatum ceſſaſſe,iudicare oportet, ſubſequitur.n.declinatio. Supponamus igitur ęgrotum
aliquem à morbo laterali habitum, neq; expuentem aliquid, & vrinas mingentem tenues quidẽ,
ſed bene coloratas: circa vero diẽ vndecimum expuere quędã incipiat,verũ liquida & cruda: hũc
quidẽ,ꝙ nemo diceret ante diem vndecimum eſſe in alio morbi tpe, q̃ in pricipio,oĩbus eſt mani-
feſtum.In vndecimo vero fortaſſis videret̃ cuiq; manifeſte trãſgreſſus: verum nõ ita ſe hẽt,nã dies
vndecimus quartidecimi index exiſtens, ſecundi tpis ægritudinis manifeſtum ac certum princi-
pium illum habiturum præmonſtrat.Obſeruabis igitur diem decimumquartum,ſi præoſtẽſis ab
vndecimo concordat: & poſt hũc rurſus decimũſeptimum, qm̃ & hic vigeſimi eſt index: quem-
admodum in libris de diebus decretorijs diximus. Age iam hoc die ſupponamus expuere pau-
ca quidẽ,ſed cocta: huic in die vigeſimo poſſibile eſt aliquã aduenire criſim,non tñ perfectam,ob
talem cauſam,qm̃ non eandem vim habent neq; inter indices primi cum poſterioribus, neq; pri-
mi decretorij cum vltimis decretorijs: at valentiores quidem primi ſunt, in longum aũt iam pro-
tracta ęgritudine imbecilliores redduñt.Oportet igit̃ procedẽte morbo, & tum præcipue, qñ ad-
modum crudus extiterit,magnã fieri tranſmutationem,vt ſecura criſis ſperet̃. Magna aũt eſt per- F
mutatio, cum perfecte cocta mingũtur atq; expuuntur: talia vero non ſupponebantur in die de-
cimoſeptimo affuiſſe: quare nec fieri poteſt,vt hic ęgrotus in die vigeſimo liberetur,& perfectam
criſim habeat: ſed mutationem aliquam eſſatu dignã fieri ſat eſt, poterit enim in aliquo ex ſequen
tibus decretorijs diebus integra ſolutio aduenire. Nũquid igitur ſolum ſuppoſitio quædam eſt
hic ſermo: vel eſt viſus etiam talis ęgrotus? Mihi quidem habere hæc omnia,quæ nũc diximus,il
le vr̃, de quo ſcribit Hippocrates in tertio epidemiorum,ille inquam ęgrotus à peſtilenti conſtitu
3. Epid. cõ. 3. t. 79. 3a. 150. b tione ordine octauus.Ita autem oĩs ſermo ſe habet: ‖ In Abderis erat Anaxion, qui habitabat cir-
ca portas Thracias.Febris acuta inuaſit hominẽ: lateris dextri dolor cõtinuus aderat: tuſſis ſicca,
neque expuebat primis diebus: ſitibundus erat,& peruigil: vrinę bene coloratæ,tenues,& multę.
Sexto die delirauit,à concalefactionibus nulla fiebat doloris remiſſio. Septimo die grauius ſe ha
buit: nã & febris intendebat,neque dolores minuebant̃,& tuſſes infeſtabãt: difficilemq; habebat
anhelitum.Octauo die venam in cubito ſecui: ſanguis multus effluxit, qualem oportuit: dolores
remiſſi ſunt,tuſſes tñ ſiccæ inſequebant̃. Vndecimo die febres minores factæ ſunt, parum circa ca
put ſudauit: tuſſes,&,quæ exibant à pulmone,humidiora erãt.Decimoſeptimo cœpit quędã pau
ca cõcocta expuere: leuatus eſt. Vigeſimo ſudauit,febre liberatus eſt: poſt criſim leuatus eſt: ſiticu G
loſus vero erat,neq; à pulmone bonę erãt expurgationes. Septimo et vigeſimo febris redijt, et tuſ
ſiit: eduxit cõcocta multa: vrinis ſubſidẽtia multa,& alba: ſine ſiti reſtitit, & bene ſpirãs factus eſt.
Quarto & trigeſimo die ſudauit p totũ corpus: ſine febre reſtitit: atq; ex toto iudicatus eſt. Huic
ſanè et alia, quęadmodum ſuppoſuimus,vident̃ aduenisse.Et de vrinis,quis non pluries (quem-
admodum conſueuit in alijs ægrotis)ſed bis ſaltem mẽtionẽ faciens,in principio ꝙ tenues eſſent:
in ſeptimo & vigeſimo die ſubiungens, Vrinis ſubſidentia multa,& alba: palam facit tũ primum
exquiſite coctas vrinas minxiſſe: propterea igit̃ (vt & antea dixi) in die vigeſimo criſim quandã
habuit,ſed imperfectam quidem,qm̃ in decimoſeptimo cœpit quędam cocta expuere: non tamẽ
integra criſis ſubſecuta eſt,qm̃ neq; exquiſita coctio vrinarũ,aut ſputorum: propterea igit̃ inquit,
Erat aũt ſiticuloſus,atq; ex pulmone non erant bonę expurgationes. Hĩc igit̃ nobis ad memoriã
2. Aph. 12. Ext. ord 12. d. Et. 2. Epi. ſect. 3. Et 4. Epi. reuocans, quod recte dictum eſt,‖ Quæ relinquũtur in morbis poſt criſim, reuerſionem facere cõ
ſueuerũt, de ſeptimo ac vigeſimo die lege enarrationem,quæ ita ſe habet: ‖ Septimo & vigeſimo
redijt febris,tuſſijt,eduxit concocta multa,vrinis multa ſubſidentia alba,ſine ſiti reſtitit.Nam cum
3. Epid. cõ. 3. t. 79. 3a. 150. b antea dixiſſet, ꝙ in tempore intermedio poſt vigeſimum diem & ſitis remanſit, & à pulmone nõ
erant bonæ expurgationes, deinceps inquit, ꝙ in ſeptimo & vigeſimo die facta reuerſione febri- H
citauit,ſine ſiti autem reſtitit, & bona expuere cœpit, in vrinis ſubſidentiam habebat multam, at-
que albam. Hoc igitur eſt, quod prius dicebatur, ꝙ videlicet in morbis febrilibus tale quid acci-
2. Aph. 47. Ext. ord. 18. h dit,quale in ijs,quæ ſuppurant̃,inflammationibus. Sicuti.n.ibi,‖ cum generatur pus,& dolores &
febres præcipue contingunt: ita & hĩc, dum concoquuntur humores, qui febrem inducunt.Sic
igitur & in Anaxione,quantum ex prima illa criſi defecta relictum erat, hoc rurſus efferueſcẽs in
coctionis tempore,illam,quæ anteceſſit ſecundam criſim, febrem generauit. Hoc vero à naturali
calore,non aũt febrili,proueniſſe,dierũ natura non minime indicabat: primum.n.vndecimus bo-
nam ſed obſcuram incepit coctionem: deinde decimuſſeptimus ſignum coctionis manifeſtius
oſtendit: deinde vigeſimus criſim imperfectã: poſt hũc verò ſeptimus & vigeſimus integræ co-
3. Epid. cõ. 3. t. 79. 3a. 150. b ctionis indicia dedit.Propterea ſubinferẽs inquit: ‖ Quarto & trigeſimo die ſudauit per totũ,ſine
febre reſtitit,atq; ex toto iudicatus eſt. Liquet.n.ꝙ ĩ trigeſimoquarto die,qui ſeptimus eſt poſt ſe-
ptimũ & vigeſimum,cõcoctæ ſunt ſimul & excretæ oẽs ægritudinis cauſæ: per vrinas quidẽ,quæ
febres faciebant: p ſputamina vero, quę thoracẽ infeſtabãt. Oportet aũt huius meminiſſe ſermo
nis & ob præſentia,& ob illa,quæ dicẽda ſunt: & hæc tria inuicẽ differre arbitrandũ,& obſcurã co
ctionem,& manifeſtam,atq; perfectã: obſcura.n.in vndecimo,manifeſta vero in decimoſeptimo,
perfe-

A perfecta vero in vigesimoseptimo facta est: post quem ī omnibus septem diebus morbus solutus est: & totum hoc tp̄s status fuit: quemadmodum & in sequentibus manifestius ostendemus. Hoc igitur sputum, quod septimo & vigesimo die apparuit, siquidē in primis morbi diebus apparuisset cū vrinis bonā subsidentiā habentibus, fieri non potuisset, quin in prima septimana morbus iudicaretur. Primos voco dies ægritudinis, quos primus præfinit quaternarius.

De dignoscenda Primi Temporis morbi Perduratione. CAP. 19.

ET primum igiī morbi principium iuxta secundum significatum, in hoc circūscribi tp̄e prius
« dicebam: & hoc est, quod inquit: In lateralem morbum patientibus sputum si statim appa 1 Aph. 12 ex: ord. 5 a
« reat incipiente morbo, ipsum breuiorem facit. Nā, cum principiū triplex dicaī, secundū vnum quidem modum de primo insultu, qui simplex est, & latitudine caret: secundum alterum vero de eo, quod ad tertium extendiī diem, quod solū mihi somniare vr̄ Thessalus: & præter hæc ēt id, quod tanquam pars accipiī totius morbi, quod manifeste coctionis signa definiūt: de omnibus his Hippocrates verba facit, quemadmodum ex ijs, quæ antea scripsimus, liquet, & in sequentibus commentarijs manifestius ostendetur. Quòd vero iuxta secundum significatum principium ostenderit, cum dixit id sputum, quod in lateralem morbum patientibus apparet in principio, breuiorem
B facere, neminē latere arbitror: sed hoc ēt in sequētibus distinguemus. Quo pacto vero quispiam aut iam præsens atque perfectum id, quod tanq̄ totius pars morbi principium accipitur, cognoscere queat, aut iam finiturū præcognoscere, mihi iam videor demonstrasse. Nā iam perfecti principij manifestum & firmum est signum, coctio manifesta: Finituri autem, & ipsius morbi natura, & tp̄s anni, & ætas laborantis: ex superabundanti aūt & regio, in qua ægrotat: & modus eius, qui antecesserit, victus, cū non dū morbo correptus esset. Specialiora vero indicia futuri finis primo ægritudinis tempore, coctionis indicia sunt. Et, quo pacto hæc præcognoscere oporteat, qñ maxime futura sint, dicetur quidem diligentius & in ijs, quæ sequunī: dicetur autem & nunc, ꝙ considerare oportet, quantū distant præsentia cruditatis signa ab ijs, quæ aderunt in manifesta coctione: & quis nā sit in morbo motus, hoc est, vtrū acute, aut tarde, ac veluti succensus moueaī. Vtilissimū vero ad hæc, immo vero summopere necessarium est exquisite scire dignoscere, quantū inuicē superant ac superanī & coctionis & cruditatis signa: nā & cruditatis signa non paruā inter se habent differentiā, adhuc aūt magis & coctionis. Si quidē integræ cruditatis indicia in primis quatuor diebus permaneant, longū erit huic morbo principij tp̄s: si vero obscuræ mediocriter in ipso apparuerint, longū quidē & hoc erit, sed non priori similiter: si aūt parua fuerint cruditatis signa,
C futurum ēt principij tp̄s paucum erit. His addenda sunt & illa, quæ ab Hippocrate dicta sunt longioris tp̄is esse significatiua, de quibus in sequentibus nobis plenior erit sermo. Nunc vero gratia
« exempli, huius aphorismi meminerimus: Frigidi sudores cum acuta quidem febre, mortē signifi 4 Aph. 37 Ex. ord. 3 2 b
« cant: cum mitiori vero, morbi prolixitatem. Nam, si in primis diebus, præualentibus adhuc cruditatis signis, aliqua talia signa apparuerint, principij tēpori addent: & liquet ēt, ꝙ tp̄s ascensus longius erit: atq; eadem ratione status post multum tempus occurret: sic autem & morbi solutio.

De reliquorum Temporum Perduratione: ac quid Sequentibus Libris est agendum. CAP. 20.

QVare non solum primi tēporis in primis diebus aliquā habebis artificiosam coniecturā sed ēt sequentium. Exquisitius aūt & magis ipsa p̄cognosces, si succedentibus quartanarijs mētem adhibueris. Nam primus, qui obscurum coctionis signum ostendit, ipse manifestius reliquum principij tempus indicabit: cum iam hoc tibi sine vlla dubitatione constabit, ꝙ vniuersum illud tempus, in quo nullum est manifestum coctionis signum, primum est ex quatuor morbi temporibus, quod nos principium nominamus. Nā, si ad hoc respexeris, nihil erit amplius difficile inuenire, si in tot primis diebus ab ijs, q̄ primo die apparuerunt, tot iā abscesserint, quot adhuc
D erūt reliqua transigenda vsq; ad manifestā coctionē. Inde aūt ascensus incipit, sed in hoc vel aliqua defecta crisis apparebit, quemadmodum paulo antea in ægroto, qui lateralem morbū patiebatur, ostendi: vel, si morbus expectauerit integrum statum, sic & crisis integra erit. Sæpius vero neque vlla fit crisis in status tp̄e, sed paulatim morbus soluiī, longo tempore coctionē recipiens. Quo pacto aūt, antequam fiant hæc, futura præcognoscere oporteat, in sequentibus cōmentarijs explicabiī: nam in ipsis liquido ostendam, qñ in ascensibus, qñ ēt in statibus, morbus crisim habeat, & qñ sine vlla oīno crisi paulatim coctus dissoluaī. Et clarum est, ꝙ huiuscemodi solutionē, neq; crisim nomino: si qua vero vniuersa fiat permutatio, & multo magis adhuc eam agitationem, quę ipsam præcedit, ita appellare consueui. Equidem harū quoq; præcognitiones in sequentibus dicam. Melius.n.est non solū ꝙ in hoc tp̄e integram morbus habebit solutionē, sed ēt vtrum cum magna aliqua certatione, vel sine vexatione atq; periculo aliquo, intelligere. Hęc igiī omnia in sequentibus commentarijs ostendentur, & præterea bonarum & malarum crisium præcognitiones, perfectarum quoq; ac imperfectarū. In horū vero omnium principio præponam ipsorum morborum inuadētiū dignotiones. Qm̄.n. & ab ipso morbo diximus oportere q̄dā de tp̄ibus vniuersalibus nosse, ac pręterea à tp̄e anni, & ab alijs, quę diximus: nisi eorū omniū statim à primo die aliqua habeamus cognitionem: simile quiddā multis medicorum iuniorum patiemur. Nam, sicuti illi vtrunq;

igno-

ignotorum,alterum per alterum monstrare conanť,vel quod notius est, per id, quod minus notũ E eit: sic & nobis accidet,nisi vniuscuiusq; morbi formã statim à primo die aliquo modo dignoscamus. Optimum igitur est,si in ipso primo die dignoscamus,& hoc millies iam fieri posse probauimus,& tertianos & quartanos & quotidianos circuitus in primo statim die agnouimus: si vero aliquando in hoc manifeste dignosci non possit, tũc coniecturam aliquã artificiosam habebimus, ex qua bonam victus rõnem instituere incipiemus: exactam autem notitiam assequemur in secũdo die,vel omnino in tertio,vel in quarto. Et hoc igiť ipsum melius fuerit ostẽdere,& præbere indicia eorum,quorum à primo die statim exquisitam possumus habere cognitionem: eorumq; ẽt, quæ coniectura quadam non inartificiosa dignoscere speramus: sed exacte in tertio & quarto discernimus. Rursus igitur ab his primo auspicati in secundo libro, reliqua ẽt singula,quæ promisimus,conuenienti ordine prosequemur.

GALENI DE CRISIBVS LIBER SECVNDVS

F

ARGVMENTVM LIBRI

Ostendit, Quibus indicijs Morborum Naturam cognoscamus, ex qua potissimum Præsens,ac futura in ipsis Mutatio præsentitur.

Quid Agendum hoc libro,ac quales Auditores adhibendi. CAP. I.

DIctũ quidẽ & iã antea est ab initio,sed & nũc ẽt melius est cõmeminisse, ꝙ, siue vniuersam in morbo trãsmutationẽ,siue subitã tm̃,siue bonã,siue eã, quæ antecedit oẽs veloces alterationes, conturbationẽ,quispiã velit nominare crisim,non meũ est hoc in loco propositũ definire: sed, quo pacto optime quispiã has oẽs iã præsentes dignosceret,& futuras adhuc præcognosceret, id est huiusmodi sermonis ĩstitutũ.† At,cũ id,quod est maximũ ac summopere necessariũ ad hæc oĩa,iã ostẽderimus, morborũ.s.tẽpora iã ꝑsentia cognoscere & futura præcognoscere, deinde cuiusq; ægritudinis cognitiones ac præcognitiones annotauimus. Et,qm̃ eas ex multis fieri demonstrauimus, quorũ vnũ est ipsius ægritu- G dinis natura, quo pacto & hãc optime quispiã posset internoscere, ad hunc secũdũ librũ tradere distuli. Si quispiã nobiscũ affuit in curatione ęgrotãtium, ex prima accessione & quotidianã febrẽ, & tertianam,& quartanã,& semitertianã,& eam,quæ ab ardore καῦσος appellať,plurimosq; alios morbos prænoscentibus,ex ipso opere huius contẽplationis habuit experiẽtiã: ꝙ,si nunq̃ talibus prædictionibus interfuit,æquũ est hunc neq; admirari de ijs, q̃ dicemus, anteq̃ veritatẽ in ipsis experiať,sed neq; ẽt damnare,priusq̃ vniuersum sermonẽ nostrum auscultauerit, atq; vsu ipso explorauerit. Audire quidẽ atq; intelligere ea,quæ dicunť, omnibus cõe est,ita.n.à me clare explicabũtur,vt neminẽ latere possint: sermones aũt nostros experientia cõprobare, siquidẽ nobiscũ futurus est,illi erit q̃; facile: ꝙ si ipse per se ipsum explorare voluerit,non æque expeditũ. Verum & in pulsuũ differentijs exercitatũ esse oportet,atq; oĩum artis operationũ sufficientem habere experiẽtiã: veram.n.speculationẽ,non ex ijs, quę male iudicanť,sed ex ijs,quæ recte pertractanť,cõprobari fit verisimile. Hos igiť solos ad disciplinã,atq; eorum,quæ docenť,iudicium sermo noster admittit: reliquos vero,qui medicinę artem adeo dedecorarunt,vt eã sex mensiũ fecerint disciplinã, hos neq; iudices,neque discipulos adhibet,alterum.n.non possunt,alterum nolunt.

† *Al. ex antiquis. At,cum maximũ ac sũmopere necessarium ad hæc oĩa iã demonstrauerimus, tũ dignoscere præsentia iam morborũ tẽpora,tum præcognoscere futura,deinceps uniuscuiusq; tẽporis tũ dignotiones tũ præcognitiões scripsimus. & ita uetus ĩterpres: et ita uidetur legẽdũ, neq;.n. ĩ primo lib. de crisibus,tradidit de cognitione uel præcognitiõe cuiusq; ægritudinis, sed tẽporis ægritudinum.*

De adhibenda Diligentia in Natura Morborum tum Simplicium, tum Compositorum dignoscenda. CAP. 2. H

DIcendum iam igiť, quo pacto quispiã in primo die morbi naturã exacte dignoscat. Diẽ autẽ per totum hunc sermonẽ nostrum in eo accipiemus significatu,vt non solum lucem, sed noctem ẽt complectať: sicuti & mensem ex triginta diebus constare dicimus,non id tps tm̃, quo Sol supra terrã ferť,appellantes diẽ, sed ẽt illi tps noctis adijcientes: sic.n.annum quodammodo dicimus trecẽtos & sexagintaquinq; dies cõplecti. Sicuti aũt de diei noĩe & de eius significatu distinximus,eodẽ,vt arbitror,modo de ægritudine ostendere oportet,ꝙ est dispositio quædã præter naturã lædens operationes,& ꝙ duplex sæpe vnã consistit. Hæc vero vtraq; in libris de morborum differentijs sunt demonstrata. Simplicẽ itaq; dispositionẽ nemo,qui perspicaci sit intelligentia, ĩ primo die ignorabit,habet.n.propria indicia: eam vero,quę commista est,non oĩbus per initia cõtingit agnoscere. Neque vero absurdum est ad duplicis dispositionis cognitionem duobus opus esse diebus: sicuti,si triplex fuerit,tribus: at vero vnã simplicem ignorare dispositionẽ absurdũ & maxime turpe. Oportet itaq; in omnibus simplicibus dispositionibus exercitari,vt singulas seorsum & iam perfectas noscamus: nã,nisi in hoc accurate antea laborauerimus, neq; incipientem & paruã adhuc existẽtẽ agnoscemus: sicuti neq; oliuã vel ficũ vel q̃rcũ nuper terra pullulãtẽ poteris

vnquam

A vnquam internoscere, si iã perfectas plantas ignoraueris. Quod vero hoc ẽt maius est, neq; ipsas
iã perfectas simpliciter cognoscere sufficit: sed, nisi iã perfectas pcognoueris, nullã ex ijs, q̃ nuper
natæ sunt, separatim internosces: nõ tñ neq; statim, neq; q̃primũ cũ in istas incideris: sed sicuti ex
perfectis singulas non semel neq; raro conspicatus, sufficiens ad prompte cognoscendũ factus es,
eodẽ (arbitror) modo te oportet & ex ijs quæ nuper natæ sunt, singulas non semel neq; bis sed sæ
pius conteplando, sufficientẽ ipsarum habere notitiam. Quare, si quid eorum quę in hoc loco scri
buntur, ad exercitationem referre tentaueris, prima aũt te experientia fefellerit, nõ propterea statim
desperaueris, quasi id assequi non possis: neq; à meditatione recedas prius, quã sæpissime in eadẽ
exercitatione persliteris. Neq; n. qui sagittandi artem meditatione assequi student, licet sæpius in
principio aberrent à meta, vides ob id suum exercitium intermittere, aut propter aberrationẽ ani-
mo contristari. Qñ igitur sagittandi artem, minimam existentem, adeo vt ẽt à mancipijs commo-
de pertractetur, nemo statim incipiens assequi integre potest, quid de arte Asclepiadum existima-
re oportet, quę tam multa indiget contemplatione, & tam exquisita ac laboriosa in operibus exer
citatione? Si quidẽ vnus ex eorum numero fueris, qui pro rebus pulcherrimis atq; honestissimis
laborare institueris, primum omnia, quæ dicent in singulis morbis, diligenter perdisces: deinde in
B ipsis operibus exercitaberis: deinde ita de his ferre sñiam tentabis, nunquid vere aut falso dictum
sit. Quod si (vt diximus) otiosam & secordem vitam egeris: vel laboriosam quidem, sed circa dete
riora, diuitias honorem & ciuilem potentiam veritati præferendo: melius tibi fuerit neque hanc
cõtemplationem attingere, ne in plenum cœno puteum aquam puram infundas: nam & aquam
destrues, neq; puteum quicquam iuuabis. Simplicem igit morborum singulorum dispositionẽ
(iam n. ad veritatis amicum me conuerto) primo ipsam per se ipsam cognoscere studeas, ac circa
hoc te exerceas, non ex ijs solũ, quæ ipsi extrinsece adiacent, qualis est contẽplatio multorũ: sed pri
mũ quidẽ ac maxime ex ijs, quæ secundum propriam insunt substantiam: deinde iã ex ijs, quæ sæ-
pius accidunt: Veluti in ea febre, q̃ tertiana nominat, nõ hoc tm̃ aduertas, si tertio quoq; die fiãt ac
cessiones in infebricitationẽ desinentes: nã, si duæ tertianæ fierent, aut duæ quintanæ: duæ quidẽ
tertianæ quolibet die, per tertiũ aũt duæ quintanæ, accendunt: quare vel duas tertianas vnam pu-
tabis quotidianã, vel duas quintanas vnã tertianã. Sed formã ipsam febriũ te inspicere iubeo: ne-
que n. in insultibus accessionũ similes sunt, neq; ascensibus, neq; statibus, neq; remissionibus, neq;
in caloris qualitate, neq; in motu arteriarũ, neq; in ijs, quæ superueniunt, accidẽtibus. Si ergo neq;
tertianã ipsam per se ipsam, neq; quotidianã, vnq̃ inspicere licuisset, incerta foret earũ dignotio: sed,
C qm̃ & tertianã separatim dat cõtẽplari, exorsam, & progressam, & perfectã, & solutã: eodemq; mo
do quotidianam: non admodum difficile est ab vna quotidiana duas tertianas distinguere.

De Tertiana Exquisita, accessione prima Dignoscenda, ac a reliquis morbis separanda. CAP. 3.

AGe igit primũ incipe exercitari in veris atq; exquisitis typis. Neq; n. aliud quicquã frustra
« scripsit Hippocrates, neq; illud ẽt, q exquisita tertiana in septem circuitibus, quod longissi- 4.Aph.59.Ext. ord.33.g
« mum est, iudicat. Quæ nam igit est hæc tertiana exquisita? nullũ n. eius indicium scripsit Hippo
crates tale, vt ẽt vulgaribus esset manifestum. Sed, si ego te manuduxerim, facile intelliges, quã vo-
cet exquisitam tertianam: si vero te per volumina circumuolui permisero, ante quã commode in
troducaris, non modo nihil vtile disces neq; de tertiana, neque de aliquo alio morbo, sed infinita
« erunt, quæ obaudies. Cũ igit legeris in aphorismis, morbos, qui tpe æstiuo maxime abundant, 3.Aph.21.Ext.
« esse febres continuas, & adurentes, & tertianas plurimas: primum aduerte, ne hoc ipsum male ac ord.24.c
cipias: q æstatem intelligit, non quæ præter naturam se habet, qualem aliqñ ait fuisse in Cranone,
cum pluuiæ violentæ per æstum toto tempore descẽdissent. Sed, si ordinem aliquem ac modum 2.Epi.Sect.1.
in singulis temporum statibus annotasti, tu nunc ad memoriam reuoca, quòd hyems quidem præ
D omnibus anni temporibus humidissima est ac frigidissima: contraria vero æstas ipsi est calidissi-
ma atq; siccissima. Si vero contra, hyems quidem sicca, æstas vero humida fuerit, temporum status
haud secundum naturam se habet. Neque igitur æstiuæ ægritudines tpe æstatis tunc abundabũt:
neq; n. existimare debes, q propter anni temporum appellationes, singulæ ægritudines accidant,
tales s. vel tales, sed propter ambientis aeris temperaturam: nam, qualem hic naturam habet, ita ẽt
« nos afficit. Secundum hoc igitur aiebat Hippocrates, Cum ver autũno simile factum fuerit, au- 3.Aph.4.Ext. ord.20.c
« tumnales ægritudines expectare oportet. Calidam autem & siccam temperiẽ æstatẽ habere opor
tet, quando exquisite suam naturam seruauerit. Sed, si hoc ita se habeat, liquet, q æstas, quæ maxi-
me talis existit, plurimas afferet febres tertianas. Nũquid igitur status temporis calidus & siccus
magnũ prouentum febriũ tertianarũ efficiet: regio aũt calida & sicca non ẽt plus, q̃ frigida & hu
mida, earundem ferax erit? hoc ẽt omnino clarum est. Sed non ne & ægrotantis tẽperatura? hoc
quoque est necessarium. Quod si victu calidiori ac sicciori ẽt vsus fuerit, hoc est laboribus atq; vi-
gilijs, & curis atque tristitijs, cibisq; paucioribus ac biliosioribus, nõ ne etiam in his ipse se ipso bi-
liosior reddetur, & ideo calidior & siccior? nam quòd ex causis calidis ac siccis flaua bilis aggrega
ri consueuerit didicimus ab Hippocrate tum ex multis alijs, tum ex ijs, quibus eam abundare æsta
te dicit. Hæc à me dicta sunt, & iam tertianæ febris generationem didicistis. Quæ enim in æstiuis
tempore,

tempore,eoq; præcipue calido & sicco aduenerit,cum ēt regio talis fuerit, & laborantis natura si- E
milis,& victus,qui antecessit,ad idem spectauerit, hæc potest esse febris tertiana. Et nos quidē huc usque biliosam febrem sermone genuimus, non dum aūt tertianam,& id iure. Nā, si febres conti nuas & adurentes (quas Græci καύσους vocant) & tertianas plurimas & æstas ipsa,& aliæ,quas an tea commemorauimus,causæ singulæ faciunt,communis est vsq; ad hæc cum febribus adurētibus tertianæ generatio. Sed & hoc ita se habere vr̃: & ipsa tertianæ accessio ab acutissimis maximeq; adurentibus febribus nullo modo relinquit: sed hoc differt,ꝙ in hac per totum corpus bilis defer- tur,atque ideo vehemens fit rigor,bilisq; superuenit vomitus, vrinæq; ac sudores biliosi sunt, di- ctum vero de his alibi est: in alijs vero adurentibus febribus,quæ nullam habent intermissionem, flauæ bilis humor in vasis vnà cum sanguine contineri ostendebat. Atque hæ ipsæ à tertianis dif- ferunt,quamuis eundē,qui eas facit,humorem habeant,ꝙ in his quidem intra venas continet: in illis vero,cum vehementer moueat, per singulas corporis partes disseminatur, quò fit, vt delatio- nis impetu ipsa per se ipsam expurget. Eadem causa est,cur febris ex sudoribus atque vomitibus fi niatur: in adurentibus autem febribus singulæ accessiones ad infebricitationem non perueniunt, qm̃,qui earum causa est,humor non expurgatur. Sed, qm̃ in his bilis vehementius agitatur ac ve- luti efferuescit,cumq; impulsa à natura inualescente,per totum corpus vadit,tūc rigor superuenit, F
4.Aph.58.Ext. ord.33.g & febris soluitur: nam ‖ à febre adurente (inquit Hippocrates) habito, superueniente rigore, solu- »
tio. Quòd vero non modo causa frigida,sed & acris & calida rigorem faciat, in libro de causis ac- »
cidentium ostendimus,addentibus nobis eos,qui calido atq; acri medicamento vlceri imposito ve hementer morsi sunt,atque inde rigorem experti: & qui superfluitatibus pleni fuliginosis,deinde balnea ingressi,horruerunt. Sic enim & febricitantes, & qui vehementem cruditatem patiuntur, & omnes,quorum corpus superfluitatibus acribus redundauerit,siue balneum, siue loca vehemē tius à Sole calefacta,ingressi fuerint,siue quocunque alio citato motu agitentur,statim quidem vi demus horrere,&,si diutius in eisdem perstiterint,ad rigorē concussumq; perduci: qm̃ scilicet,vbi ad balnea atq; exercitia ventum est,qui interim humores conquieuerant, vehementius mouean- tur: hi.n.oēs agitati, & per sententia corpora violenter delati,stimulant,pungunt, ac feriunt, atq; hinc sensum inæqualem,rigorem,concussumq; inuehūt. Hæc quidem igitur alibi dicta sunt. Ter tiana vero febris,quę ex flaua bile mota ortum habet, rationabiliter statim ab initio rigorem affert non mediocrem,hoc ipso primum à quartanario rigore differentē,quoniam pūgi videtur ac vul- nerari corpus, talis.n.est in tertianis febribus rigoris sensus: sicuti in quartana febre vehemētem frigefactionem habet,qualis per gelu tempore hyberno sentit: nam & illud ostensum est,quod in G
quartana febre atra bilis redūdat,sicuti in quotidiana,pituita. Tertianam itaq; exquisitam febrem fieri non contingit sine rigore vehementi pungente ac feriente carnem. Quartana aūt febris non primo statim die cum rigore inuadit vehementi, nam progrediente ipsa atq; aucta, vnà ēt rigor au getur,sensusq; ægrotantibus adest,non quasi pungantur, sed refrigerentur & veluti contundātur vsque ad ossa: nam ita eos audire licet dicentes,quod videantur ostocopo.i.ossium lassitudine,de- tineri,& carnem habere confractam imaginentur. In quotidianis autem non antecedit rigor, neq; statim ab initio,neque in progressu,sed solum perfrigeratio. Nunquid igitur hæc sola sunt tertia narum febrium indicia: vel neq; ēt pulsus vllam habent cum quartanis similitudinem? hæ enim paruos & obscuros & tardos & raros adeo pulsus faciunt in inuasionibus, sicuti nulla altera dispo sitio: tertianis vero parui quidem ac obscuri, tardiq; ac rari, cū inuadunt, pulsus necessario adsunt. Verum tarditas ac raritas non parum ab ijs abest,qui in quartanis accidunt: nam in quartanarum principijs videbitur tibi arteria quodammodo esse alligata, atque ad interiora retracta, neque libe rum habere ascensum: in tertianis vero neque aliquid tale percipitur, tarditasq; propè accedit ad eum,qui secundum naturam est motus. Cum vero quartanæ febres inuadunt, quāuis ægrotus iu- uenis fuerit, talis fit motus arteriæ,qualis in ætate decrepita. His igit̃ omnibus legitimæ tertianæ H
deprehenditur accessio: ac præterea certus ordo,atque æqualitas pulsibus inest: neque.n.in his ali qua in vno motu adest inæqualitas,neque ēt in collectione: quamuis hoc rarū sit, & quod paucis accessionum principijs solet accidere. Iam igitur hæc febris,cum primū inuadit, neminem eorum latebit,qui sæpius ipsam sunt contemplati: sed adhuc minus in ijs, qui vocantur ascensus atq; aug menta: nam æqualem & liberam habet celeritatem,statimq; ad magnitudinem atque vehementiā excitatur,hisq; omnibus frequentiam respōdentem: neq; ipsi vllum adest inflammationis signū. Iam igitur & sitim inuehit,& hominem exurit: & paulo post in vigore consistit: calor æqualiter quaq; versus extendit̃, nihiloq; plus thorax extremitatibus calet: &,si manum imposueris, in pri- mo occursu quidem fit calor multus atq; acris, quiq; veluti quodā cum vapore efferat̃: paulò post vero à manu superat̃,non vti in febribus malignis adurentibus accidit: contrà.n.illæ grauiores ac molestiores,quanto diutius perdurant,apparent. Et iam bibendi tēpus adest ægrotanti: & statim post potum plurimus vapor calens per cutem exhalat,sudoris nuncius, bilisq; superuenit vomi- tus,venter've soluit̃,& biliosum mingunt. Nūc ergo vel quiuis exquisitā tertianā agnoscat. Sup uenit.n.sudor vaporosus ac calidus,queadmodū ĩ balneis: totū vero ipsis corpus ęqualiter sudat: talisq; ē pulsus,qualis in ijs,q bene valētes exercitant̃ & balneant̃, velox.s.ac magnus et vehemēs

A ac frequens: erat aũt & statim ab initio æqualis: sed præter hæc omnia etiam ad infebricitationem desinit, vniuersum accessionis tp̃s vltra xij horas non extendens, nam hoc tẽpus longissimum est in veris tertianis: sæpius aũt aliqñ septem horas accessio continet, non nũquam citius aut tardius, sed non multo, finitur. Hanc quidem febrem si non dum noueris tertianam, sed expectaueris deliram illam appellatam diatritum, iam neq; esses Thessalicus asinus, sed potius lapis. Si vero ẽt ipso ægroto mingente, vrina subrufa vel subflaua, & crassitudine mediocris, apparet: ac paulo post vel albam nebulam vel suspensionem bonam fecerit: iam non ẽt lapis simpliciter fores, sed is, qui molaris appellatur, si quidem hanc tertianam esse ignoraueris, & exquisitam tertianam, & quæ vltra quartũ circuitum non progredieẽ: rufiore vero vrina existente, neq; suspensione aliqua neque nebula in primo circuitu apparẽte, ad septem circuitus extendetur. Inter omnes autem tertianas illa simplicissima est, quæ, cum omnia illa nuper à me dicta exquisitæ tertianæ signa cõmonstrauerit, in vrinis etiam subsidentiam albam & læuem & æqualẽ statim in primo fecerit die: neq;.n. hæc vltra tertium progredieẽ circuitũ. Age igiẽ, postquã diximus omnia exquisitæ tertianæ signa, quãdam veluti ipsius genealogiam per capita facientes iam ad aliud trãsgrediamur. Accessio quidem incipit cum vehemẽti rigore, faciens, quales diximus, pulsus: deinde paulo post augeẽ, properatq; B ad statum cum ijs, quæ diximus, omnibus: deinde soluiẽ eo, quo diximus, modo. Ipsius vero generatio & tempestatem aridam & calentem requirit, &, vt summatim dicam, æstiuum tẽpus: ætatem iam consistentem: & naturam biliosam, quæ in laboribus, vigilijs, curis, & inedijs extiterit: &, si libet, his ẽt adde id, quod consueuit Archigenes propter lapideos istos methodicos adscribere, sit s. vt presens tempestas multas tertianas populariter tulerit: vt artificiosis indicijs vulgarem quidẽ, veram tamen, coiecturam adiungens, fidem præcognitionis adaugeas. Nunquid per Deos nõ dũ ẽt dicemus hanc esse tertianam, sed lanificorum diatritum expectabimus, quam delirus Thessalus inter mulieres educatus sub patre flagitiose lanas pectente, male audebat dicere, in Hippocratẽ & reliquos medicos veteres superbe inuehens? Qui omnia medicinę theoremata stãtia ac firma pronunciauit, tertianam febrem inuadentem nequit agnoscere, sed diatritum expectat: hoc siquidem admirabile est, quæ quidem non erant certa, hæc certa dixit esse, omnia autem quæ vere certa erãt, ignorauit. Sed huius quidem vetulæ nec meminisse conuenit.

De Exquisitæ Quartanæ dignotione. CAP. 4.

POstquã vero exquisitam tertianam iam patefecimus, ad exquisitam quartanã transire tp̃s est. Cuius principium quale sit, iã diximus antea, ꝙ videlicet nihil simile habeat in rigore ac pul C sibus cum tertianæ circuitu: nunc reliqua trãsigamus. Sed neque illud ratione caret, vt pulsus, qui in accessionibus sunt, quamuis antea memoratos, iterũ repetamus: si.n. cognoueris pulsum ęgrotantis naturalem, vel in altero ipsius morbo per initia accessionis affueris, nihil amplius expectabis, quin febrem inuadentem quartanam esse pronuncies, nam eximia quædam ad tarditatem ac raritatem conuersio fit. Ego quidem non nullos meos familiares, quorũ pulsus exquisite cognoueram, iam ingruente accessione contemplatus, ꝙ tale principium nullius alterius, quã quartanę febris, fore contingeret, pronunciaui, atq; id euẽnit. Tu vero, si artis, quæ circa pulsus versatur, magnam nõ habes peritiam, deinde raritas ac tarditas eorum te moueat, securius tñ ac exquisitius velis discernere, pręcepta Hippocratis hoc ĩ loco ad memoriã reuoca, qui tp̃e æstiuo tertianas febres, autumnali vero quartanas abundare dixit. Primũ vero hoc ipsum cõsydera, nunquid autumnus frigidã & siccam & inæqualem habuerit temperaturam, & tunc magis sperabis quartanos circuitus in ipso fore frequentiores: post hęc, si regio ipsa talium febrium sit ferax: & si ęgrotantis natura atrę bili obnoxia sit: talisq; ratio victus antecesserit, quę huiusmodi humorem aggregauerit: & si eo tp̃e quartanæ febres populariter fiant. Hæc aũt cũ illis, quæ deinceps diceñ, obsignabis, si homo lienosus fuerit, vel febres erraticas passus fuerit, vel si augmentũ & status maxime cõtraria fue D rint tertianis febribus & secundũ caloris motum & pulsuum, & præter hæc omnia si tenues & albæ & aquosæ vrinę fuerint: hę.n. omnino tertianarum vrinis dissimillimę sunt. Tertianã quidem à quartana, qui primo statim die nescit distinguere, neq; omnino medici mereẽ nomen.

3. Aph. 21. 22. ex[illegible] 24. c. c

De Quotidiana. CAP. 5.

QVotidianã aũt à tertiana discernere facilius est: neq;.n. primo statim die cum rigore inuadit, sed et ꝓgressu tp̃is pfrigeratio potius, ꝙ̃ rigor, ipsis aduenit: neq; vllus ordo aut æqualitas pulsibus assidet, cũ primũ accessiones fiunt. Nouimus aũt, ꝙ & in augmentis, motus velocitas, magnitudo atq; vehementia, quę oĩa tertianis perspicuo adsunt, quotidianis nõ adsunt: sed neq; deurunt laborantes, neq; denudare corpora, & pallia iactare cogunt, neq; multum aut frequenter respirare, ac veluti flamã ex ore efflare, frigidũq; potũ expetere: verum illi, cũ febricitant, minime sitiũt, vrinæq; ipsis in primis diebus tales sunt, quales quartanis incipiẽtibus adsunt: atq; in primis diebus minime sudant, sed progrediente tp̃e hoc ẽt illis aduenit. A tertiana quidẽ adeo manifeste differt, vt nihil cum ea simile habeat. Ad quartanã aũt propius accedit: sed & ab hac differt manifeste, primum quidem & maxime pulsibus, quos in ægrotis familiaribus quispiam exacte deprehendat: sed & rigore etiam, atq; alijs extrinsecis omnibus, propter quę accidit: nam & natura eget humidiore, vitaq; ociosa, & cum repletionibus: sic igiẽ & in pueris maxime exuperat: ac

perrarum

perrarum eſt, quin & os ventriculi vel hepar in ipſis male afficiaт: ſed & cruditates antecedũt plu E
rimæ,& coquendi moræ,& acidi ructus: &,cum primum febrire incipiunt,præcordia vltra natu-
ralē habitum ex toto intumeſcunt, magna vero ex parte inflanт, ac diſtendunт: color his cum pal
liditate albus ēt cũ acceſſio ad ſtatum venerit: taliumq; ægritudinum hybernũ tp̃s ferax eſt,& ſta-
tus temporis humidus,& eiuſdem naturæ locus: & acceſſionũ principium ſub veſperam inuadit.
Ita quidem quotidiana,tertiana,& quartana,primo die inuicem diſcernuntur.

De dignotione Febrium Simplicium Continuarum. CAP. 6.

AT vero continuas quidem,ſed quæ idem genus cum prædictis habent,quiſpiam exercitatus
neque in primo die agnoſcere ac inter ſeſe diſtinguere impos erit: ſecundo vero, neque
ſi etiam fuerit imperitus,ſi quidem mentem adhibuerit.Dico aũt febres cõtinuas idem habere ge
nus cum ſingulis intermittentibus: cũ tertiana quidē exquiſita,exquiſitam ardentē: cum quotidia
na vero eam,quę quolibet die facit acceſſionem,ſed nunquã deſinit ad infebricitationē: ſic & cum
quartana illam,quæ quarto quoq; die ſimiliter.Nam exquiſita febris ardens, cũ omnia alia ſeruet
exquiſitæ tertianæ indicia,eo ſolo differt,ꝙ neq; cũ rigore inuadit, neque ad infebricitationem de
ſinit.Quæ vero quotidie acceſſionē facit,qñ & anni tp̃s,& aeris ſtatum,& ætatē, & naturã corpo-
ris,& victus rõnem antecedentē,ac pręterea pulſuũ formã,caloremq; eundē habuerit cũ exquiſitis F
quotidianis,non peruenerit aũt ad infebricitationem,idē genus cũ illis obtinet.Eodem modo, &
quæ quarto quoq; die acceſſionem facit,ad infebricitationem aũt non deſinit, eiuſdem eſt generis
cum quartana: & palam eſt,ꝙ neq; rigor in ea acceſſiones antecedet, neq; ſequeт ſudor: ſicuti ēt in
febre ardenti horum neutrum,neq; ſtatim ab initio, neq; deinceps vſque ad criſim,fieri poteſt. In
his igitur dignoſcendis quiſpiam prius ſe exerceat,atq; inuicem diſtinguere ſtudeat ſimplices at-
que impermiſtas,alijs,quæ ſint diuerſi generis febres: quas ob hoc ipſum legitimas atq; exquiſitas
veteres medici nominarunt.Nam, quæ ob ſolam flauam bilem febris accendiт ſine aliquo viſceris
affectu,ſi quidem manente adhuc intra vaſa bile accendaт, exquiſita febris ardēs eſt: ſi vero per to
tum corpus deferaт, tertiana. Sic &,ſi ab atra bile fit febris,cum moueт,quartana eſt: cũ firmata eſt,
illa,quæ quarto quoque die excreſcit. Sicuti,ſi ex pituita ortum habeant,vel quotidianæ ſunt, vel
quæ ſingulis diebus accenduntur.Nam,quæ ad infebricitationem deſinunt febres tertianæ, quar-
tanæ,& quotidianæ,eandem hypotheſim cum continuis,de quibus diximus,habent: vno ſolo in
ter ſe differunt,ꝙ per venas,vel per totum corpus in eis deferuntur humores: quare & reliqua ip-
ſis comparia adſunt: ꝙ vero cum rigore,vel non cum rigore, & vomitibus quibuſdam vel ſudori
bus fiunt,& ſine his,differentiam habent. Continuam quidem nomino febrem,quæ ad infebrici- G
tationem,antequam ex toto ſoluaт,non deſinit, etſi declinatio aliqua ſenſibilis appareat.Cũ vero
neque declinatio aliqua ſenſibilis fiat, ſemper vero à primo principio febris vſq; ad criſim ſimilis
perſeuerauerit,erit & hęc ex genere febrium deurentium: ab iiſdem vero acutie differt. Sed neque
in primo die neq; in ſecundo poſſibile eſt huiuſmodi febrē pręnoſcere, neq; alioqui eſt vtile: ſuffi
cit.n.genus agnoſcere,ꝙ.ſ.biliosa ſit atq; deurens, & peracuta: neq;.n.ſi ēt ſynochum ipſam nomi
naueris (vt quidam medici faciunt) appellationis rõne à febribus deurentibus toto genere diffe-
ret: ſicuti neq; ob id,ꝙ tres ſynochi differentias agnoſcentes,propriũ ſingulis ipſarũ nomen impo
ſuerunt,has quidem ἐπακμαστικὰς.i.increſcentes,illas vero ὁμοτόνους & ἀκμαστικὰς.i.in eodem vi
gore atq; tenore perſeuerantes,alias παρακμαστικὰς.i.decreſcentes,nominantes. Iã ex hac diuerſi-
tate appellationum differre ſecundũ genus eſt exiſtimandum: quare neq; ad pręſentē tractatũ eo-
rũ dignotio plurimũ cõfert: hæ.n.oẽs in prima ſeptimana iudicanт. Hic vero in præſenti eſt ne-
ceſſarium aliq; totius morbi conſtitutionis ac criſis in primis diebus aſſumere cognitionem. Si.n.
tertiana pura fuerit,intra ſeptimũ circuitũ: ſi vero exquiſita febris ardens,intra primã ſeptimanam
neceſſario iudicabiт.Omnino aũt diuturnæ ſunt & quotidiana intermittens,& illi adhærens cõti
nua,ſicuti & quartana,& quæ per quartũ excreſcit. Quare tria erunt vniuerſa ſimpliciũ febriũ ge H
nera: ſingula vero ipſorũ in duas primas differentias ſecabunт: vel.n.intermittentes,vel continuę
febres erunt: & primo die dignoſcenт,aliæ ſtatim in primo acceſſionũ inſultu,aliæ vero in aſcẽſu,
quædam in vigore,quædam in primis declinationibus,vel febre vacantibus intermiſſionibus.

De ratione Compoſitarum & commixtarum Febrium dignoſcendarum. CAP. 7.

QVòd ſi morbus compoſitus fuerit, non æque facile dignoſcetur: at hic maxime intelligen-
tia atque exercitatio eſt neceſſaria.Intelligentiam igitur propriam ſuapte natura poſſidens,
vel minime poſſidens,quiſpiam accedet: exercitationem autem ea,quę nunc dicetur, me
liorem nemo reperiet. Oportet enim adhæc exercitari, vt ſimplicem febris ſpeciem agnoſcat, at-
que ita deinceps ad compoſitas tranſgredi. Dupliciter vero genus febris compoſitum conſtitui-
tur, in prima quidem ſectione, vel quia eæ,quas diximus,febres citra alicuius membri paſſionem
commiſcentur: vel quia ex membri cuiuſpiam inflammatione accenduntur. Nam in vtraque ha-
rum differentiarum alteram rurſus ſectionem fieri contingit.Nam, quæ citra membri paſſionem
conſiſtunt,dupliciter commiſcentur: aliquando implicatæ, non nunquam vero (vt quis dixerit)
per ſe totas confuſæ: ſic membra quoque inflammata: nam & ex ipſis quædam quidem veluti cõ-
plicanт tantummodo,quædam vero veluti confuſionē quandam habent diſpoſitionũ. Primum
igitur

A igitur exercitari oportet ad hoc,vt complicationem cognoscamus, deinde ipsam confusionem, à febribus incipientes. Febres quædam complicantur vnius generis cum alijs eiusdem generis,vel vnius speciei cum alijs eiusdem speciei: contingit vero non nunquam,vt ēt differentes. Nam quotidianæ tertianis,& his quartanæ,&,quæ eandem speciem seruant,inuicem plerunque complicantur: quò fit,vt idem homo tres habeat quartanos circuitus: sed hos quidem non est admodum difficile agnoscere. Quandoque vero aliqua ex intermittētium genere cum continua, difficillimam vixq; explorabilem facit mistionem: de qua deinceps dicemus,si prius oēs,quas proposuimus,simplices differentias transegerimus. Nam,sicuti febres,ita & patientia loca mistionem recipiunt,vel quia differentia membra propriam singula febrem accendunt,vt exempli gratia,lien & iecur: vel quia dispositio mixta,veluti inflammatio cum erysipelate, aut erysipelas cum inflammatione,miscet. Sed in his omnibus mistionibus dignoscēdis exercitari oportet,qñ iam exquisite oēs earum formas simplices tenuerimus. Alia.n.est forma febris phreniticę, & peripneumonicę, & pleuriticę,& hepaticę,itidem & aliarum omnium febrium, quæ ex inflāmantis quibusdā particulis accenduntur. Sed & aliæ rursus formæ sunt earum,quæ ex erysipelatibus accidunt. Et febris ardens maligna,vel pulmonis,vel hepatis,aut vētriculi erysipelatibus superuenit. Distinguere autem opor-
B tet in singulis ægrotantibus,primum quidem, si sine loci passione sit febris, vel ex humorum putredine,vel quia solus spiritus sit alteratus: deinde,si membrum affectum febris sit causa,& quę nā sit eius dispositio. Vbi vero horum notitiam exercitatione comprehenderis, tunc eorum omniū mistionem inuenies.

Cur abstinuerit Galenus ab Enarratione Singulorum morborum: ac Vnde ea doctrina sit petenda. CAP. 8.

NVnquid igitur à me nunc exiges,vt vel de patientibus locis,vel de omni febrium complicatione,recenseam? at ipse rursus operis damnabis prolixitatem: hoc enim admirandum plurimi hominum patiuntur,vt pauca discere expetant,& nihil pretermittere. Decem igitur Archigenis de febrium significatione volumina cum dicunt esse longa,solum legere compendiū instituunt,neq; hoc ipsum oēs: sed sunt,qui & eo aliquid breuius postulent: sunt,qui & illū dānēt, qm librum integrum de febris notione conscripserit,atq; ideo hunc nolūt attingere: neq; quicquam audire aut discere,quantum Erasistratus in febris notione aberrauerit. Cum vero exigunt sibi aliquid de febribus enarrari,primā statim differentiam non admittunt,q̀ videlicet quędā ex locorum passione,quædam aūt sine illa,consistant. Idem aūt circa crises patiunt,si quid prętermissum fuerit,
C reprehendentes,verborum tñ damnantes prolixitatem: quamuis hæc,quam accusant, duplex sit, veluti hoc loco distinguam: quarum vtranq; cum ipsi vituperent,magis tamen sermonū carpunt breuitatem: hanc quidē, vt quæ aliquid ex ijs,quæ sunt necessaria, prætermittat,vel saltem obscuram tradat doctrinam: prolixitatem vero,quæ omnia enumerat opportuna, atq; vnà falsas aliorū opiniones refellit,longas esse nugas autumāt: eosq;,qui solum vtilia docent, collaudant: rursusq; aduersus eos,qui hæc tantum dicunt, obijciunt contrarias aliorum opiniones: temeritatemq; reprehendunt,si sine demonstratione simpliciter proferentibus sibi fidem velint adhiberi: neq; vero ēt illos tolerant,qui in docendis vtilibus sermonem extendunt. Quare neq; mirādum,si eos,qui de crisibus sermones habent,eodem modo accusabunt, breuitatem quidem vituperando, vt quæ obscure doceat,& multa prætermittat: neq; plura audire sustinendo,atq; insuper,quæ paulo ante dixi,reprehendendo. Nam & de patientibus locis Archigenes tres libros conscripsit, optime quidem omnium, qui circa eandem materiam ante fuere versati: hæc igit̃ si in præsentem tractatum transferre tētarem: atq; his præterea addere,quæ à nobis inuenta sunt: prolixitatem operis accusabunt: &,si ēt de febrium differentijs oīa hoc loco transigerē,multo ēt magis viderer ipsis esse prolixus. Quòd igitur nullus scribendi modus mordacitatem possit effugere, tam est antiquum, q̀ ēt
D Plato huius rei meminit. His aūt ita se habentibus, mediam sermonis formam eligere optimum mihi visum est. Quid aūt est medium? quod ego nunc mihi videor attingere, omnia illa demonstrans,quæ oportet eum de necessitate cognoscere,qui recte pręuisurus sit morbi solutionem,qualis & quo tempore futura sit: non omnia quidem hoc loco transigens,sed ea enarrans, quæ à superioribus obscure sunt tradita: quæ vero prætermissa,hæc addens: quæcunque autem manifeste ac recte sunt à veteribus scripta,transcribere, aut ijs,quæ sunt ab eisdē male dicta,contradicere, vt longum opus euitare valeam,supersedi. Postquam igit̃,dum in primo libro aphorismum Hippocratis exponeremus,ibi ostendimus,q̀ ex ipsius morbi natura non paruam liceat occasionem accipere ad futura prænoscenda: mirum vero multis videat̃,si in primo die quispiam morbi speciē agnouerit,quod nos demonstrare tentauimus difficile quidem forte esse,non tñ impossibile,viāq;,qua hoc facere oportet,exposuimus: hîc mihi à sermonis prolixitate abstinere visum fuit,atq; eos, qui vellent hæc exquisite cognoscere,in Archigenis commentarijs de locis patientibus exercitari iubere,atque insuper in commentarijs de febrium significatione & typis. Nam & forte nos in eosdem typos tractatus ædemus,vt ea,quæ à veteribus inuenta sunt, transigamus: ac quædā, quæ nō recte scripta sunt ab Archigene,subtrahamus,omniaq; dilucide aperiamus. At in præsenti in illis oportet exercitari.

In Quot ad summum Diebus Commixtæ Febres dignoscantur : ac quot sint Genera Febrium. CAP. 9. E

RVrsus igitur, quantum huius interest operis, repetentes transigamus. Interest autem viã tradere exercitationis de compositis morbis, qualem nuper de simplicibus fecimus. Exquisitas enim febres, siue intermittentes sint, siue continuæ, statim per initia noscere dat: quæ vero ex mistione aliarum variantur, atque adulterant, difficile quidem est in die primo, non tamen impossibile, agnoscere: plurimas quidem in secundo vel tertio vel omnino quarto die exquisite possumus inuenire. Nulla.n.est neq; species, neq; genus morbi, quod circa tertiam vel omnino quartã diem, cuius naturæ sit, non euidenter innotescat. Inuadat igit febris aliqua horrida simul, atq; omnino inæqualis in pulsibus, atque in eo, qui per totum corpus sentitur, calore, vt sæpe propius statum esse existimetur, vel medium augmenti obtinere: rursus vero horrida fiat, & pulsus minores & obscuriores ac tardiores & rariores habeat, & calorem quidem ab extremis partibus recedentẽ, circa vero ventrem atque thoracem redundantem: hanc non absque ratione quispiam hemitritæum.i.semitertianam fore speret, vel potius iã esse: à multis vero in tertio die noscet. Sed hęc quidem mista est ex biliosa & pituitosa febre, de quibus antea sermo habebatur, non iam inuicem cõplicatis, sed per se totas cõfusis. Quæ autem ex complicatione fit, quadrupliciter consistit, vel tertiana quotidianæ commista: vel ea, quæ quotidie accessionem habet continua, illi, quæ per tertiũ F continua est: vel tertiana ei, quæ singulis diebus accessionẽ facit, continuæ: vel quotidiana ei, quæ per tertium diem continua est. Nec vlla ex his mistionibus in primo die exquisite cognoscit: secũdo vero instanti die agnoscere facile est, ac multo magis tertio: raroq; est, vt quarta dies ad id sit necessaria. Fiat enim (si ita contigerit) in primo die accessio vnà cum rigore, deinde calida atque deurens febris accendatur, stomachi fastidium afferens, ac sitibunda, atque ad statum celeriter properet, pulsus æquales habens, magnos atque veloces, vehementesq; atque frequentes: sit autem vnà cum pulsibus & calor æqualis omnino: deinde cum vomitu & sudore finiatur, & quædã insebricitatio succedat: iam manifestum est hmõi accessionem esse tertianæ periodi propriam. Fiat aũt & in sequenti die quotidianæ accessio (neque enim de eisdem millies dicere est necessarium) hîc mẽtem adhibere oportet ad horas accessionum, vt aliquid de die tertio prænoscas. Nam, si tertianæ febris accessio circa primam horam fieri debeat, circa vndecimam autem quotidianæ, sic quidẽ manifesta erunt vtriusque principia: & magis, si longiori interuallo disiungantur. Si vero ũtraq; eãdem hora inuaserit, erit omnino mista accessionis forma: & ei, qui diligentius inspicere quiuerit, quædam apparet facta cõfusio quotidiani & tertiani circuitus: distinguit aũt eos manifeste quartus dies, cum tamen ab artifice ẽt in secundo cognosci possint. Adhuc aũt perceptione difficilior G est intermittentium cum continuis mistio, vt pluribus omnino impossibilis videat: simul.n.& febrem intermitti, atque haud sine febre hominem esse, ex tali accidit commistione: quo nihil minus possibile esse vr: sed, si quis & hîc exquisite possit cognoscere vtriusq; febris naturam, manifeste comprehendet, ꝙ neq; huiuscemodi mistio est impossibilis. Nuper igitur quędam muliercula in paribus diebus horridam accessionem habebat, semitertianæ exquisitæ propriam: in imparibus vero, mane alteram quandam, ea, quæ præcesserat, longe minorem: vt altero die semitertianæ febris accessio super accessionem aduenire videretur, quod in tali febre fieri consueuit: circa octauam vero horam diei altera inuadebat accessio cum rigore vehementi, omnia tertianæ febris indicia exquisite afferẽs: iam vero hæc confracta sudoribus ac bilis vomitibus hora tertia noctis, mox extendebat ad diei paris horam secundam: &, cũ iam infebricitationi appropinquaret, rursus horrida atque inæqualis illa accessio succedebat, quam in paribus diebus fieri diximus: deinde per totam diem maligne compressa, ac deinceps adaucta, vix occidente Sole ad statũ perueniebat: ac declinare incipiebat hora quarta noctis: deinde mane rursus super abundantes reliquias additũ augmentum non valde inæquale vsque ad octauam horam intendebatur: &, cum iam manifeste statum obtinere febris videret, iam febrem hanc febris exquisite tertianæ accessio altera suscipiebat. H Hanc nos febrem statim die secunda ex complicatione semitertianæ febris atq; tertianæ factã agnouimus: longe vero certiorem tertius dies præbuit cognitionem. Atque in spem venimus, alterum circuitum, qui erat tertianæ febris, cito finem habiturum, alterum in longius tempus debere protẽdi: quod ẽt contigit. Et tunc aperte visum est in reliqua parte ægritudinis solam superesse semitertianam, quæ principium quidem totius circuitus in pari die faciebat, in die vero impari superaccẽdebat. Tales quidem mistiones nõ est vniuscuiusque dignoscere. Si qua vero febris in primo die exquisite tertiana deprehensa, deinde die sequenti similem priori omnino fecerit accessionem, hęc longe tolerabilior est, duplex existens tertiana. Sic aũt & duæ & tres quartanæ sæpius inuicem cõplicant, quas accessionum forma à quotidianis distinguit: neque enim, ꝙ singulis diebus accessio fiat, hoc sufficiens signũ est ad febres quotidianas indicandas, sed febris ipsius & accidentium forma. Oportet igit in vnaquaque re primum τεχνωθῆναι.i.artificem fieri (quemadmodum nominabat quidam ex nostris præceptoribus) deinde sic ipsa aggredi opera. Artificẽ aũt fieri est qui dẽ primũ & maxime totius artis subiectę materiæ simplices vires agnoscere, mox ipsarũ ẽt mixtiones, quot & quales sint: nã de medicamentorũ cõpositione atq; vsu eadẽ est doctrinæ via, quemadmodũ ĩ cõmẽtarijs de ipsis scriptis ostẽdimus. Cũ aũt duplex materia medicis adsit, altera ĩ qua ad

uen[illegible]

A uenit finis,quæ est ipsa hominum corpora: secunda vero auxiliorum, à quibus vel ex quibus fit fi
nis: ea quidem,quæ est de medicamentis tractatio,ad secundam materiam attinet: at,quæ nunc in
stat,ad primam.Nunc.n.discere oportet in ijs,qui de febribus sermones habentur, ꝙ tria sunt oīa,
quæ ex humorum putredine febrium accenduntur genera: quædam enim ex flaua bile, hæq; plu
rimæ sunt: quædam vero ex atra: quędā ex pituita consistunt. Hic vero sermo haud parui momē
ti est,quid'nam patientibus dictis humoribus,febris accendat̄,neq;.n.his secundum naturam se ha
bentibus. Sed in hoc sermone etiam illud ostensum est,ꝙ non sit admiratione dignum,si ex frigi-
dis natura humoribus putrescentibus febris accendit: & ꝙ omnis aliarum febriū varietas ex horū
fit commistione: sed & quæ ephemerę & hecticæ febres dicuntur,alia duo genera sunt,ab ijs,quę
acutæ febres nominantur, separata: & ꝙ febris acuta vel aliquo dictorum humorum putrescente,
vel membro inflammationem patiente,generatur: & ꝙ inflammationis vocabulū non secūdum
antiquam consuetudinem sit audiēdum. Hęc vero omnia multis digna admiratione vident̄: quē
admodum & id,quod paulo ante dicebamus,si queat vnquam intermittens cū continua cōmisce-
ri: sed nihilo minus hoc,si nulla infebricitatione ægrotanti adueniente, solum intermittentes mi-
sceant̄. At & hoc manifeste ostendimus non tertianis tm̄ vel quotidianis intermittentibus,sed etiā
B quartanis accidere: cū.n.plures inuicē complicant̄,siue eiusdem generis sint,siue diuersi, secunda
sæpenumero anticipat aduenire,anteꝗ̃ prima in infebricitationem desierit: deinde rursus tertia ei
dē succedit,antequā & hęc ad infebricitationē perueniat. Hoc vero maxime accidit in longioribus
accessionibus: nam in ijs,quæ intra primū interstitium desinunt (ita autem vocant duodecim ho
rarum spatium) vel multos necesse est complicari circuitus,vel eā, quæ ex intermittentibus cōpo-
nit̄,febrem,impossibile est ad continuitatem peruenire. Multas vero earum,quæ ita complicant̄,
febrium medici,qui circa talia non sunt exercitati,si quidem acutiores videantur,omnes vocāt se-
mitertianas: si vero tardius moueantur,erraticas. Cum enim semel potestatem acceperint putan-
di in semitertianis suppressiōes multas fieri,& in erraticis inordinata principia, omnes sic febres,
in quibus non inueniunt compositionem,semitertianas vel erraticas appellant,cum tn̄ sępius ma
nifestissimam habeant proportionis similitudinem. Sicuti adolescēs, qui circa autūni finē, cum
in Prima die circa quintam horam cœpisset febricitare vnà cum rigore breui,deinde,cum paululū
sudasset multo vesperi,mox circa horam septimam noctis, priusquā exacte febris desisteret, febri
citare rursus incepit cum rigore breui: deinde paulum sudauit in Secūdo die, ac circa decimam'ho
ram iterū similiter accessionem habuit, & statim similiter sudauit in nocte: deinde Tertia die ho-
C ra secunda cœpit febricitare simul cum rigore, anteꝙ̃ prioris diei declinatio in quietem desineret.
Nobis igitur omnem febris formam diligenter considerantibus,visa fuit trium complicatio tertia
narum: nam,& quæ primo die cœperat hora quinta, & quæ sequenti nocte rursus hora septima,
& quæ in secundo die hora decima,& pulsus & caliditatem omnia propria tertianis habebant, si-
cuti etiam rigores atq; sudores. Nulla vero ex his ad quietem perueniebat, qm̄ sequentis ipsam ter
tianæ accessionis principium anticipabat: sic vt,si nulla alia febris successisset,horis tribus aut qua
tuor homo sine febre perstitisset. Trium vero tertianarum complicatio in secundo statim die no-
bis visa est manifeste: quòd autem anticipando accessiones facerent, tertio die primum cognoui-
mus,nam hora secunda febris inuasit,non quinta,quēadmodum in primo: tertiani vero circuitus
indicia omnia,ijs,quæ in primo die apparuerāt,attulit manifestiora. Ab hoc vero die deinceps ob
seruantes, oēs inuenimus accessiones duabus aut tribus horis anticipantes. Quare & illa,quæ pri-
mæ proportione respondebat in circuitus successione, quinto die oriente Sole facta est: septimo
vero multo celerius,veluti circa horā noctis nonam: deinde,quę post hanc,secundum eandē pro-
portionem in hora noctis septima: &,quæ secuta est,hora quarta: atq; ab hinc rursus, quæ succes-
sit,quarta: & quę post hanc,quinta: deinde iterum sexta: deinde octaua hora, accessio à principio
D decima facta est. Secundum vero similem huic proportionem & aliæ duæ post septimum perio-
dū non solū non anticiparunt,sed etiam tardius aduenerūt: qn̄ & mihi & reliquis omnibus mani
feste apparuit,qui semitertianam febrem esse putarunt, quantum sua opinione aberrassent. Nam
accessionum prolixitate ad octo horas contracta,ipsoq; accessionis insultu non amplius anticipā
te,sed potius retardante duabus iam horis,tunc accessiones ad infebricitationem perfectam deue-
nerunt. Et sic iā paulatim à longitudine dementes,cessauerūt,primum quidē quæ leuissima erat,
deinceps quæ magnitudine secunda erat, & tertia vehementissima inter ipsas: quod & ipsum nō
mediocre fuit indicium,ꝙ statim ab initio tres tertianæ extitissent. Sed, cuius gratia hæc oīa dicū
tur,ad hoc rursus redeo,ꝙ oporteat exercitari, vt exquisite noscamus oēs simplices dispositiones,
adeo vt,cum solæ consistunt,primo die facillime ipsas agnoscamus: inuicē vero & sibi ipsis cōpli-
catas, etiam si non in primo die, saltem in secundo vel tertio vel omnino quarto,exacte discerna-
mus. Nos igit̄ haud quaquam latuerunt tres istæ tertianæ in secundo die,non ob aliā causam,nisi
ꝙ earum naturam exquisite noscebamus. Tale enim quid accidit in morborum notitijs, quod no
bis omnibus in tota vita contingit: nam eos amicos,qui nobis familiarissimi sunt, ex longo inter
uallo statim ac primo intuitu agnoscimus: si vero quempiam semel aut bis tm̄ viderimus, vel sępe
quidem,non tm̄ continue,non iam æque istū neq; ex longo interuallo, neq; primo intuitu statim

agnoscimus,sed non nunquã diu ambigimus ac dubitamus,nũquid iste, Coriscus an Socrates sit. Ita & in morbis res ipsa se habet: singuli propriũ habent characterẽ,quem quispiam sæpius contẽplatus, prompte dignoscit,ac præcipue cũ simplex ac solus fuerit. Earũ igitur febrium,quę sine loco patiente ex humoribus quibusdã putrescentibus accedũt,tres sunt primi ac simplices caracteres, & earũ scilicet,quæ ex pituita,& quæ ex atra bile,& quæ ex flaua,ortũ habẽt: quas si quispiã exqsite dignoscere studuerit singulas seorsum ac solas,iã nõ amplius difficulter earũ mistiones iueniet. E

De Febribus, quæ ex patientibus Locis accenduntur: & Quo pacto ex vno indicio multa possunt demonstrari. CAP. 10.

EArum vero,quæ ex locis inflammationẽ patientibus accidunt,iam forma composita est: quædam.n.loci indicia præ se ferunt: quædam aũt eius,ob quam consistunt,causæ: Veluti in morbo laterali,locus quidem patiens est membrana,quæ costis subtẽdit: &,cum inflammata sit,necessario dolorem inuehet,qm̃ neruosa est,sed hunc pungentem & longe extensum,qm̃ pars illa,quæ patit,membrana est: tales.n.sunt sentientium membranarum dolores.Et quidem,qm̃ eadem pars vnum est ex spirandi instrumentis,necessario animal difficilem habebit respirationem.Quoniam aũt cordi proxima est,facile aliquid inflamminis ei impartiet: qꝙ si hoc est, febricitabit animal. Sicuti,qm̃ pulmoni proxima est,facile suum illi communicabit affectum: cũ præsertim adeo rarum ac molle sit membrum, ac omnem substantiam humidam facile possit admittere. Tussiet igit statim homo,non tamen omnino statim spuet: sed, si quidem multum ac crassum ab inflammatione defluxerit,cum tussi expuet: si vero paucũ & tenue,irritabitur quidem necessario, ita vt tussis moueatur,non tñ expuet,anteq̃ collectum simul atq̃ concoctum ad multitudinem crassitudinemq́ꝫ peruenerit. Sed hoc quidem ipsius dispositionis indicium est,non aũt membri patientis.Nam, cũ passio exquisite angusta fuerit,& veluti alligans in se ipsa vniuersum fluxum cohibuerit, tũc facit morbos laterales,qui aptysti.i.sine sputo nominantur: sed,cum satis relaxata fuerit, atqꝫ ad pulmonem dimiserit,tunc isti magis tussiunt atqꝫ expuunt: hoc igitur formam inflammationis, non aũt patientem indicat locum. Nunquid vero magis pituitosus sit vel biliosus humor is,qui inflãmationẽ facit,ex sputamenum forma cognosces: nam & spumosa,& flaua,& rufa,& rubra,& pallida, & nigra expuunt.Ex ijs vero,quæ quidẽ spumosa sunt,fluxum magis pituitosum ostendunt: flaua aũt,biliosum impermistum: quæ vero rufa sunt,amaram quidem & ista referunt bilem,sed nõ paucam serosam superfluitatem cum bile commixtam esse significant,& multo ampliorẽ,qñ pallida quis expuerit: sic & nigra melancholicum fluxum ostendunt: sicuti, quæ colore magis quodã modo rubida sunt,plurimũ quidẽ sanguinis,minimum aũt amaræ bilis in eo,qui inflãmationẽ facit,humore contineri significãt: atqꝫ ideo inter omnia sputamina, hæc sunt mitissima, sicuti nigra omnium perniciosissima.Et quidẽ in hisce omnibus accidentibus magnitudines, dispositiõis magnitudinem indicabunt: breuem aũt dispositionem indicabũt accidentiũ paruitates. Non igitur oium õia,{propria} indicia sunt,sed singula vnũ quoddã peculiare demonstrãt.Nã,quæ & duorũ vel trium rerũ significatiua esse videntur,si ea diligenter perquisiueris, altero quidẽ suorũ accidentium patientẽ locum,altero vero dispositionẽ,altero ipsius magnitudinem, altero eorũ aliquẽ casuũ,qui subsequuntur,significare reperies. Pulsus igitur laterali morbo laborantiũ, hæc omnia indicat,sed non eodem modo õia: sed,qua quidẽ vnã cũ tensione durus est, neruosum esse locũ patientẽ ostendit: qua vero serræ similis est,dispositionẽ esse inflãmationẽ: qua vero velox simul & frequens ac magnus,ad inflammationẽ cõsequi febrẽ: qua vero singula,quæ diximus, maiora aut minora existunt,vel magnã esse vel paruã ostendunt dispositionem. Mihi vero hęc exẽpli gratia dixisse sufficiat: neqꝫ.n.nunc de locis affectis agere proposuimus,sicuti neqꝫ de febribus,vel typis, vel causis. Sed horũ singulorũ memini, simul qdẽ viã quandã volẽs ostẽdere,qua sit in ipsis exercitãdũ,quã si quis habeat(& si nos propriũ de ijs,quæ diximus,tractatũ non scripserimus) possit per se ipsum ex ijs,quæ ab alijs scripta sunt,si modo perspicaci ingenio fuerit, & diligentiã adhibuerit, id,quod superest,inuenire: simul aũt & vtilitatem singulorũ,quæ dicta sunt,ostendere volens,cõmemoraui & febrium differentias,& typos,& dispositiones,& causas,ipsasq́ꝫ patientes partes. F G H

Febrium Diuisio: & Quid vnumquodq; genus suapte natura portendat. CAP. 11.

NAm in his omnibus exercitatum esse oportet, qui debeat diligenter in primis nouisse diebus ægritudinis formam. Vel.n.simplex est febris,vel composita,vel cum loco patiẽte †,vel ephemera,vel hectica. Quòd si simplex fuerit omnino,humoris indicia affert, ex quo genita est: si vero composita,ex quot simplicibus febribus composita est, totidem numero humorũ multitudinem indicabit. At, si hoc indicet, illud etiam significabit,nunquid morbus diu durabit,an cito finietur: nam, si humor pituitosus extiterit, necessario diuturnus erit: longe vero magis, si atræ bilis naturam afferet: at, si ad flauam bilem pertinebit,non erit diuturnus. Sic & locus patiens,qui quidem motu multo exercetur, calidusq́ꝫ est ac rarus, & principatum gerit, acutiorem morbum futurum portendit: qui vero neque in motu continuo est, frigidusq́ꝫ ac densus & sine principatu est, ad longius tempus extendi debere significat: Eodem modo & dispositio, si quidem difficilem motum habuerit,frigidiorq́ꝫ fuerit ac densior, diu duraturum: si autem facile moueatur, calidiorq́ꝫ fuerit ac rarior,cito solutum iri.Eodem modo & de causis iudicandum est. Quare,si quis dili-

† *Antiquus interpres addit, uel sine loco patiente.*

A diligenter agnouerit totam morbi hypothesim, non paruum habebit ad prænoscendũ momentũ.
Eas igitur, quæ cum magno & cito se inclinante certamine fiunt morborum solutiones (quas præcipue crises nominari dicebamus) febrium earum, quæ ex calidis humoribus accenduntur, proprias esse est existimandum: post has, earum, quæcunque membrorum sunt principatum habentium facile mobiles & calidæ dispositiones. Ephemeræ vero & hecticæ febres, & sine magna perturbatione, & minime subitas faciunt permutationes: sed, quoniam & has per abusionem aliquando crises appellant, de istis etiam deinceps aliquid dicetur. Nunc vero finem imponere statuimus præsenti sermoni, ad vnum omnia, quæ ante diximus, caput redigentes.

Epilogus eorum, Quæ hactenus ostensa sunt. C A P. 12.

SVbitas in morbis transmutationes si velis prænoscere, necessarium tibi prius est, principij & ascensus ac status & declinationis habere dignotionem & prænotionem. Hæc autẽ dignosces & ex ægritudinis forma, & regione, & anni tempore, vnà cum illis, quæ his correspondent: ex circuituum etiam proportione, atque etiam ex mox apparẽtibus. Ex morbi quidem forma, ad has tres simplices & primas febres inspiciens, ad eam. s. quæ ex pituita, & quæ ex atra bile, & quæ ex amara generatur. Prius igitur in ijs dignoscendis exercearis, quæ exquisitæ sunt atque legitimæ: sic. n. aliquan
B do poteris etiam compositas inuenire. Tunc vero exquisitæ sunt atque legitimæ, quando & ætas, et anni tempus, & regio, ac constitutio, naturaque, atque ea, quæ antecessit ratio victus, præsentia quoque accidentia, & omnia simpliciter, quæ antea dixi, humoris formæ conuenerint. Manẽtibus igitur in venis humoribus, continuæ ex ipsis febres generantur: si vero moueantur ac per totum corpus deferantur, hæ, quæ cum rigore atque horrore incipiunt vehementi, cum sudore vero omnino ad infebricitationem desinentes. Est autẽ ex ipsis tertiana quidem, & quæ per tertium accendit, breuis tẽporis: sicut quartana, & quæ per quartum accendit, longi: minus vero, quã hæc, lõga, quotidiana, & quæ singulis diebus facit accessionem. Si has noueris expedite discernere, haudquaquã difficulter eas, quę ex quorundam locorum passione consistunt, inuenies. Nam in omnibus inflammatis particulis humorum impactio, quæ locum bene difflari prohibet, statim quidem humores putrefacit, simulque calorem quendam prauum excitat, qualis & in reliquis omnibus putrescentibus oritur. Huius igitur caloris character, cum simplex fuerit, earũ alicui, quas diximus, febrium {simplicium} necessario assimilatur: vel potius (si verũ velimus dicere) vna ex illis est, vel ad amarã bilem, vel ad atram, vel ad pituitam attinens. Audiuisti autem Hippocratem quodam in loco dicentem, quod hos vocant acutos morbos, quorum febres maxima ex parte continuæ sunt. Quare, si seor
C sum ac per se singulas febres nosse meditaberis, haudquaquã difficulter, neque cũ pulmonis, aut splenis, aut hepatis, aut ventriculi, aliqua inflammatio affuerit, formam ipsius agnosces: totiusque morbi, vsque ad solutionem, longitudinem præcognosces. Omnino. n. fluxus, qui inflammationẽ efficit, vel flauæ bilis est, vel atræ, vel pituitæ. Si igitur impermistæ multæque flauæ bilis fuerit, tũc facit erysipelata, & eos, qui herpetes nominantur: sicuti nigræ cancros & phagedænas, aut elephãtes, aut aliquem ex his adeo curatu difficilibus morbum: quæcunque vero ingruente pituita in tumorẽ attolluntur, hæc œdemata nuncupantur. Simplex igitur & solus vnusquisque horum, quos diximus, humorũ, quãlibet harũ, quas commemorauimus, facit exquisitam ægritudinẽ. Sanguini vero permistus atque confusus, deinde in particulam aliquã incumbẽs, vel scirrhosas vel œdematosas vel erysipelatosas facit inflammationes: scirrhosas quidem melancholicus: erysipelatosas vero, biliosus: œdematosas, pituitosus. Cum vero ipse secũdum naturam se habens sanguis, impactus in loco fluxioni obnoxio putruerit, hic quidem affectus inflammatio est: simplex vero ex ipsa febris accendit, similis maxime ephemeris, quæ ex {inflammationibus inguinum} accidunt: nam & inguinis inflammatio ex bono sanguine fit. Liquet autem, quod, cum hic putrescere cœperit, non amplius bonus remanet, sed iam ad amaræ bilis naturam transit. Atque in hoc illud seruatur, triplex esse
D genus vniuersum simplicium febrium: quæ. n. ex sanguine putrescente fit, iam quodãmodo biliosa est: si sanè in naturalibus sermonibus recte ostensum est, quod sanguis ex moderato calore generatur, flaua autẽ bilis ex maiore, atra vero ex sufficienter immodico. Quicquid igitur pingue & tenue in sanguine est, fit flaua bilis: crassum vero, ac veluti fex, quando immodice calefactum exaruerit, atra. Flaua etiam bilis quandoque in atram conuertitur, cum assata fuerit: duplex etenim eius generationis modus ostensus est. Omnes igitur, quæ ex particula aliqua affecta febres accẽduntur, vnum aliquem ex dictis vel simplicem vel compositum habebunt characterẽ: simplicẽ quidẽ, quando vnus aliquis sufficienter præualuerit ceteris: nõ simplicem vero, quando cõmisti alterius potentia apparuerit. Non nunquã autẽ non solus apparet, sed ex æquo dominatur: & non nunquam tres simul viribus ęquales cõmiscentur. Sed, sicuti, qui scit & vinum & mel & aquam seorsum exquisite discernere, neque horũ ignorabit temperaturam: eodem (vt arbitror) modo neque, qui facultatem habuit eas, quas antea diximus, febres singulas exquisite noscendi, earum mistionem ignorabit. Quare in omnibus talibus principio illud optimum est, tres istas febres posse exquisite discernere, quotidianam, tertianam, & quartanam: similes. n. ipsis omnino sunt continuæ eiusdem generis adiacentes. Non igitur ad plures atque obscuras intentiones, sed ad paucas & manifestas, omnem tibi redegi exercitationẽ: in his. n. exercitatus, haudquaquam difficulter in primis diebus characterem ægritudinis perspectum habebis.

De Dignotione Febrium Ephemerarum. CAP. 13. E

DVo quidem genera febrium quo pacto quispiam ab initio cognoscat, exposui: dico autem duo genera febrium,& quod occasione membrorum quorundã patientium,& quod ex putredine humorum tantummodo accenditur. Reliquum est,vt de tertio febrium dicamus genere, quas ephemeras appellari dicimus. Sunt aũt hæ tantummodo spiritus passiones, absque humorũ putredine,aut membri inflammatione,nisi inflammatis inguinibus accidant. Earum aũt generationis occasiones sunt,vigiliæ,ac cruditas,& tristitia,& timor,& ira,& curæ,deustioq; ac refrigeratio,lassitudo,& ebrietas,& quæcũq; similia sunt. Quomodo igitur & has in prima die cognoscere oporteat,deinceps exponam. Communiter quidem omnium pulsus ad celeritatem & frequentiam promouetur,& sæpenumero ad magnitudinem: exquisite autem seruat eam,quę secundum naturam,& æqualitatem atque mollitiem & ordinem. Sic & vrinæ,non nullæ quidem suspensiones,non nullæ vero subsidentias bonas habent,quædam autem nebulas: omnes vero bene coloratæ sunt: sicuti & calor in omnibus vaporosus est, sed quibusdam statim quidem ĩ primo cõtactu, quibusdam vero posterius. Atq; omnibus ipsis absunt maligna accidentia, de quibus docuit nos Hippocrates in Prognostico. Hæc igitur communia signa sunt omnium febrium ephemerarũ: propria vero singulis, quæ à me dicta sunt ẽt in primo libro artis curatiuæ ad Glauconẽ: nunc vero inchoabo sermonem ab affectibus animæ,à cura,& timore,& ira, & tristitia. Si quidẽ remanẽtibus adhuc animi affectibus consideratio fiat, ex pulsibus maxime tentandũ est facere dignotionem,quemadmodum in libris de pulsibus scriptum est: post autem etiam ex alijs inuestigandum. Quòd si illi quidem affectus sedati fuerint,dispositio vero remanserit, debile quidem & hîc in pulsibus indiciũ inuenies illarum,quæ febrem antecesserunt, passionum: tibi autem ẽt sine pulsibus reliqua omnia sufficient. Communiter enim omnibus vrinæ rufiores. Adest aũt ijs quidẽ, qui ob tristitiam febricitant,acritudo potius,quàm multitudo caloris: sicuti ijs,qui ob iram,contrario modo. Sed & tenuitas corporis in ijs,qui tristitia,quàm in ijs,qui cogitationibus vexati sunt,manifestius apparet,& oculorum concauitas, & quædam insolita decoloratio. Et hæc quidem cõmunia omnium etiam aliorum,qui quocunque modo cogitationibus impliciti fuerint, indicia sunt: sed præcipue ex oculis discernendi sunt: licet enim ex his ẽt in sanis animi affectum cõijcere, in ægris autem manifestissima signa sunt ei,qui inspiciendi habeat facultatem. Sic quidẽ illos,qui propter disciplinas aut propter meditationem aliqua cogitauerunt,ab ijs,quos tristitia corripuit, discernere oportet. Eos autem,qui nimium vigilarunt,distinguit & decolorationis modus,nam subtumida ipsis facies inest: & oculorum motus mãnifesti,vix enim attollũt palpebras: & humiditas oculorum,sicci enim contristatis fiunt, & cogitantibus. Concauitas vero commune omniũ accidens est, tristitiæ,vigiliæ,curarum,non tamen & iræ: huic.n.neq; oculorum concauitas, neq; decoloratio manifesta: & calor ẽt amplior,& qui celeriter ex profundo efferatᷓ: & pulsuum magnitudo nõ diminuitur, quemadmodum in vigilijs, tristitijs,& cogitationibus. Quare iram quidẽ ab ipsis valde manifeste distingues: illas vero inuicem,quemadmodum antea diximus. Eorum vero, qui ex lassitudinibus febricitant,cutis est siccior,plusq̃ in aliqua alia febrium ephemerarum. Sed hoc quidem omnibus,qui ex lassitudine febricitant,commune est in eo accessionis tempore, quod vsque ad statum protenditᷓ: at eo tempore,quod statum sequitur,plurimis quidem,quicunque nõ supra modum fatigati sunt,humiditates quædam vel vapor calidus ex profundo attollitur: quibusdam vero ẽt in ijs,quæ statum subsequuntur,temporibus siccitas remanet. Fit vero hoc maxime ijs, qui supra modum fatigati sunt,vel deusti,vel refrigerati vnà cum lassitudine. Et pulsus ẽt non eodem modo in vtrisq; se habent: parui.n.ijs, qui supra modum sunt fatigati: magni vero alijs sunt. At, quæ ex densata cute febres oriunᷓ(densatur aũt vel frigefacta,aut qualitate acerba subito ipsam inuadente,veluti accidit eis, qui aqua aluminosa se balnearunt) hæ solũ ex omnibus febribus passio adstricta sunt. Licet aũt ipsas ex tactu dignoscere,sicuti & aridas febres,quæ ex lassitudine fiũt: neque enim vel harum densitas tactum lateat exercitatum. Sed & caliditatis motus in ijs quodãmodo inaugescit: nam in primo manus iniectu mitis apparet, acrior vero postmodum euadit, si perduraueris. Sed neq; vrinæ rufæ in talibus,neq; corporis moles collapsa,quare neq; oculi cõcaui & sicci apparent: sed sunt,q̃bus & humidiores & prominentiores,quàm secundũ naturã,esse videbũtur: pulsus vero non,quemadmodum in tristitia & curis & vigilijs atq; immoderatis exercitijs,minores. Earum vero febrium ephemerarũ,quæ ex inflammationibus inguinum accẽdunᷓ, pulsus maximi sunt,& veloces,atq; frequentes,calorq; plurimus,& post statum statim ex profundo humiditas quædam attollitur calida quidem,sed suauis,nam acrimonia & mordacitas minime oĩum his febribus adest: & rubida facies maxima ex parte ipsis inest,& in maiori tumore, & vrinæ subalbæ. Communis vero his febribus ephemeris inest æqualitas pulsuum: nam ex ipsis paucæ admodum eam, quæ secundum vnam percussionem est,inæqualitatem ostendunt: sed neque hæ valde manifeste,neque liquido. Dicta a me sunt & ipsa febrium ephemerarum indicia. De hecticis autem non est præsentis temporis sermo: nulla.n.earum in primis diebus, sed in progressu tẽporis fit: quare de his quidem in sequentibus differemus,hîc vero libro finem faciemus.

F G H

Galeni

GALENI DE CRISIBVS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Fine omnium tum Salubrium, tum Lethalium Morborum: Ac de futuræ in eis Crisis temporis & modi Præcognitione.

In Morbis Sex inesse Genera Mutationum: & Quo pacto singulæ ipsarum appellentur. CAP. 1.

Ropositum nostrum est, sicuti & prius dicebat, omnis in morbo mutationis præsentis quidem dignotiones, futuræ vero præcognitiones, dicere. Quia vero sex modis istæ fiunt, tentandũ est de singulis separatim scribere, hac prius
B facta memoratione, q͏ sex sunt in morbis mutationũ differẽtiæ: vel.n. subito ad sanitatem veniunt, vel subito interimunt, vel paulatim horum vtrunq; cõtingit, vel mistim. Paulatim quidem, vel scilicet morbo marcescente, vel ægri viribus dissolutis: mistim vero, qñ subita quidem aliqua ad melius vel peius commutatio facta fuerit, deinceps vero vsq; ad omnimodam solutionem vel mortẽ reliquum totũ emarcuerit. De prima igit, quæ repente fit, permutatione dicamus, qm̃ omnium, quas antea diximus, optima est: atq; ideo ipsam per excellẽtiã crisim nominant, qm̃ natura, quæ præter naturam sunt, superante exquisite perficit. Ex alijs aũt permutationibus, quæ quidem ad subitam mortẽ, mala crisis est: quæ vero aliquam effatu dignam faciunt mutationem, non tñ integrã solutionem, imperfectæ crises vocantur: sicuti & quæ sensim marcescẽte vel virtute vel morbo contingunt, & hæ solutiones simpliciter, non crises nominantur.

Quæ Indicia Præcedere soleant Excretiones & Abscessus iudicatorios. CAP. 2.

SOla igitur subita ad sanitatem conuersio, simpliciter crisis nominatur. Et quidẽ omnino fit p̃ manifestas quasdam excretiones, aut effatu dignos abscessus: quicũq;.n. aliter quieuerint, malignius retrocedunt. Antecedit aũt huiusmodi excretiones & abscessus non mediocris perturba
C tio in corpore ægrotantis. Nam & difficiles tolerantiæ, & vigiliæ, & deliria, & graues somni, & difficiles anhelitus, & vertigines tenebricosæ, & difficiles sensus, dolores capitis, colli, & stomachi, & multorum aliorum membrorum: non nullis vero aurium sonitus, & vani ante oculos apparent splendores, & lachrymæ inuoluntariæ effluunt, & vrina retinetur, & labrũ agitat, aut aliquid aliud tremulum fit, obliuio, & præsentium ignorantia, & vehemens accidit rigor, & plurimum accessio consuetam anticipat horam, & multus æstus, sitisq; intolerabilis sequit: clamant, & saliunt, sicuti furentes, neq; possunt in eodẽ situ recũbere: deinde repente multus sudor erũpit, aut vomitus aliquis non paucus insequitur, aut venter subito soluitur, aut abundans fit fluxus sanguinis: aut hæc omnia simul contingunt, vnde non paruus inuadit timor inspicientes. Et quispiã homo vulgaris, cũ istis adesset, ipsa re cogente ita pronunciauit, q͏ iudiciũ tunc de vita ægrotantis ageret: neq; n. medicorũ aliquis primus inuenit id nomen, sed oĩno necessariũ fuit, vt, qui præsens esset, conturbaret, atq; ideo exclamaret, & crisim id est iudiciũ, rẽ ipsam noĩaret. Decet aũt medicũ generosum neq; turbari, neq; futurum euentum ignorare: melius aũt fuerit, si se ad prænoscendã futurã crisim exercuerit: neq;.n. ista dignotio, quæ habet de præsentis crisis euentu, multũ distat à præcognitione eiusdem futuræ, sed ex eadem contemplatione vtraq; perficitur.

D *De Præsentis optimæ Crisis Indicijs: & Quæ ex quibus locis Excretiones & Abscessus, quos & quarum partium morbos finire soleant.* CAP. 3.

ETiam hæc omnia dicta sunt, partim quidem in primo libro de diebus iudicatorijs, partim in duobus libris, qui istum antecedunt: dicã vero & nunc omnia summatim, quæ & præsentem crisim, quò euasura sit, ostendunt, & futuram præmonstrant. Primum quidem & maximũ inter oĩa est cõsiderare coctiones ex vrinis, & alui excrementis, & sputaminibus: siquidem ego, millies cum, dũ crises fierent, interessem, neminẽ vnq̃ vidi intereuntẽ, qui præcedentibus coctionibus crisim habuisset. Non tñ æqua oĩum signorũ dignitas existimanda est, sed in morbis quidẽ thoracis atq; pulmonis præcipue sputamina sunt animaduertenda: non tñ vrinarũ contemplatio negligẽda: sed & alui excrementa sunt inspicienda. Si vero tm̃ febricitẽt sine alicuius visceris passiõe, aut cũ inflãmatione hepatis, vel renũ, vel vesicæ, vel splenis, maxime vrinis animũ oportet adhibere: sicut, si circa ventriculum passio sit, primum excrementis alui: deinde neq; vrinæ sunt negligẽdæ. Semper.n. cũ febris affuerit vel ex sola humorũ putredine accensa, vel ex membro inflammationẽ patiente, præcipue vrinas inspiciendas censeo, atq; inde coctiones agnoscendas, sicuti & prius definiuimus. Primũ quidẽ & maximũ instantis bonæ crisis indiciũ sunt coctiones. Secundũ aũt, q͏ ab aliqua die indicatoria antea indicet, cui annexa est diei iudicantis potentia. Deinceps aũt inspi-

cere oportet & spēm morbi, & morem: spēm quidē, si tertiana, vel quotidiana, vel febris ardēs, vel E pleuritis, vel peripneumonia: morem aūt, si moderatus & mitis, vel prauus atq; malignus. Deinde si formæ morbi excretio respondeat. Si.n. sit febris Ardens, vel sanguis è naribus profluet, vel post vehemētem rigorē sudor multus & calidus per totū corpus emanabit, aut per vomitum aut per aluum biliosa excernent. Ita & Tertiana vomitibus, & excrementis alui biliosis, & sudoribus multis toto corpore fluentibus, iudicabitur. Plurimū aūt pituitæ in Quotidianis febribus excernetur, & multi in toto corpore sudores fient. Iudicat aūt & Phrenitidem sudor bonus, & præcipue si ex capite multus & calidus fluxerit, sudante simul reliquo corpore: contingit aūt aliqñ, q̄ ēt p sanguinem è naribus fluentē phrenitis iudicatur. Non tñ Lethargus aut Peripneumonia fluxum sanguinis amant. Inter ipsas aūt Pleuritis medium obtinet locum: minus enim, q̄ febris ardēs et phrenitis, magis aūt, q̄ peripneumonia atq; lethargus, profluuio sanguinis soluit. Soluit aūt Lienis & Hepatis inflammationes sanguis è naribus profluens, cum hęc viscera vnà cum acutis febribus habent inflammationes. Et oēs, quæ in Præcordijs fiunt calidæ atq; acutæ inflammationes, fluxu sanguinis iudicantur. Oportet aūt per directū fluere sanguinem, ex dextra quidē nare, hepate patiente, vel locis in dextris præcordijs positis: ex sinistra aūt, liene, & locis vicinis. Iuuat aūt & sudor bonus oēs, quæ sunt in præcordijs, inflammationes calidas & acutas. Hepatis vero Deuexæ quidem F partes inflammationem patientes tribus præcipue modis crisis obediunt, fluxibus sanguinis è nare dextra, & sudoribus bonis, & vrinis abundantibus: Conuexæ aūt partes excrementis alui biliosis, atq; sudoribus, non nunquam vero & vomitibus: magis aūt expetunt per vrinas expurgari, q̄ deuexæ hepatis partes, omnia ea, quæ vel in partibus renum vel vesicæ laborant: sicuti loca, quæ ad Thoracē & Pulmonē pertinēt, sputaminibus. Sudores vero omnibus Febribus proprij sunt, & præcipue incendentibus. Iuuant aūt non parum & efferuētes Inflammationes, qñ (sicuti & antea diximus) vnà cum coctionibus emanauerint. Iudicant aūt & Quotidianas febres, simul vomitibus atq; excrementis alui pituitosis adiunctis: Et Quartanas ēt, si atra simul ac varia excernūtur: Semitertianas vero, si biliosa simul et pituitosa. Iudicāt aūt Parotides, Lethargosq;, et reliquos oēs capitis affectus. Alijq; decubitus, oēs Febres Diuturnas secure iudicare cōsueuerunt. Sed non dū de diuturnis morbis dicere proposuimus: nam Repentinæ mutationes acutorum sunt: quarum optimā, qualis sit, nunc enarramus, q̄ videlicet omnino sine coctione non est, et q̄ in aliquo die iudicatorio fit, ac præterea ab aliquo indicatorio præiudicata fuit, et ēt † crisis motū ⁊ facit morbo cōuenientē. Præter hæc aūt hortor hoc loco, vt ægrotantis ætatem, atq; naturam, nec non antecedentem victum, locumq; in quo ægrotat, et anni tēpus, atq; præsentem temporis statum, cōsideres. Si G enim, quemadmodum morbus forte est biliosus, hæc ēt singula æque biliosa sint, oportet bilē crisi expurgari: sicut, si pituita superabundauerit, pituitam oportet euacuari: varijs aūt humoribus superfluentibus, variam etiam oportet esse euacuationē. Cum vero hæc vniuersa bene tibi fuerint explorata, tunc euentus iam tibi sunt considerandi. Si enim, dum ęgrotans iudicaī, febris soluatur, atq; alijs accidentibus liberetur, et melius fuerit coloratus pro ratione euacuationis, cum melioribus pulsibus, et ad surgendum robustior, hæc optima crisis est: si vero ex his aliquid desit, tantum ab optima deficit, quanta est eius, quod deficit, vis.

† Al. excretionis speciem.

De Futuræ Crisis optimæ, ac Diei, in qua Soluendus aut iudicandus est Morbus, præcognitione. CAP. 4.

SIc quidem dignoscere oportet optimā crisim præsentem: futurā vero, hoc modo. Morbi natura consideranda est, an ad amarā bilem pertineat, vel atram, aut pituitā, vel mistas hēat significationes: scripta aūt sunt in libro præcedente horum indicia. Post hoc aūt, tp̄s anni, & laborātis ætas, & temperatura, & quæcunq; alia eius ordinis sunt: de quibus paulo ante sermonem habuimus: vnde facta de vno mentione, reliquorum ēt, si vel silentio prætermittantur, meminisse oportet, nam longū esset oīa semper percurrere. Post hæc aūt, accessionum circuitus sunt considerādi, H si vel per tertiū, vel per quartum, vel per singulos dies eueniant: vel nullo modo eueniāt, sicuti in ijs accidit febribus, quæ proprie synochæ nominantur. Si.n. properauerint, ac semper proportionabiliter anticipauerint horā, & multo vehementius infestauerint, & per tertium occursauerint, cito crisim subsecuturā denunciant: si vero lente moueanī, atq; eādem inuaserint hora, & singulis diebus fiant, post longius tp̄s crisim futurā denunciant. Præterea (quod sanè maximū est) coctiones inspicere oportet, & harū præcipue effatu dignis transmutationibus mentē adhibere. Si.n. in diebus indicatorijs fiant, indicia sunt, q̄ sequentes iudicatorij dies ægrotū morbo liberabunt. Sūmatim.n. (vt in præcedentibus sermonibus diximus) vniuersa morbi constitutio per quatuor dicta genera manifestatur: de quibus diximus Hippocratem in aphorismis differuisse, in hunc modum: ‖ Accessiones aūt & constitutiones ostendūt morbi: & anni tempora: & circuituū adinuicē »
incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue longiore tēpore, fiant. Deinceps ita inquit: Sed »
& ex post apparentibus: veluti in morbo laterali, sputum si statim superueniat, incipiente morbo »
quidem breuiorem facit: si vero mox apparuerit, longiorem. In primo autē libro de signis mox »
apparentibus, quę quidem signa morbi coctionem ostendunt, plurima diximus: &, quo pacto ab »
ijs, quæ signa & accidentia iudicatoria vocantur, differant, explanauimus. Si igitur ea memoria retines,

1. Aph. 12. Ext. ord. 5. a

A retines, spero te facilius præcognoscendi ac dignoscendi optimæ crisis facultatem ex hoc sermone adepturum. Reliquæ enim crises coniectura quadam artificiosa præcognoscuntur: optimam vero crisim (quam etiam solam crisim simpliciter vocari diximus) non per coniecturam, sed firma precognitione comprehendes: omnia.n.signa in talibus morbis statim ab initio secura videntur. Cum igit talia integre fuerint, in primo quaternario crisim futuram denunciat: sicuti Hippocrates in prognostico hisce verbis ostendit: " Mitissimæ.n.febres, quæ securissimis signis fiunt, quarto die finiunt, vel prius. " Neque.n.contingit febrem omnia signa securissima habentem, neq; illã in qua sunt omnia maxime perniciosa, alteram quidem non solum. alteram autem non occidere in primo quaternario ægrotantem: veluti, si hæc quidem parum ab extreme perniciosis discesserit, illa vero à maxime salubribus, huiusmodi febres septimum diem non cõtingit trãscendere. Si vero crisis vehemens & cum conflictatione futura sit, aut potius moderata: vel neq; crisis omnino, sed solutio simpliciter: non amplius ex perniciosis signis & salutaribus, sed potius ex alijs, præcognoscitur. Duo autem sunt & horum genera, magnitudo, & motus morbi: in quibus primis diligenter oportet exercitari, vt ipsa noscamus, & facile à more ac idea morbi distinguere valeamus. *in Prog. [illegible]*

Sed, ideam ipsam quo quidem pacto dignoscamus, in secundo volumine diximus: nam tertiana, B & quotidiana, & quartana, & semitertiana, & pleuritis, & peripneumonia, & phrenitis, sunt species morbi. Si vero benignus, aut malignus sit morbus, ex subsequentibus ipsum accidentibus noscitur: quæ omnia fere Hippocrates in prognosticis enumerauit. In his aũt annumerare oportet coctionis & cruditatis signa: magnitudo vero, & motus morbi, ab his diuersa sunt. Debiles quidem & paruæ febres quandoq; valde malignæ sunt: & aliæ calidæ atq; incendentes, vt stomacho angustiam & calorem & sitim intolerabilem afferant, nihil tñ habent non nũquam periculosum. Dictum autem & prius est, quòd, siue vehementiam, siue magnitudinem morbi quispiã velit nominare, nihil differt. Ab hisce vero omnibus differt motus, & ex tempore partium accessionis comprehenditur. Cum.n.vnaquæque accessio quatuor habeat partes, principium, augmentum, statum, & declinationem: vel has omnes breui tempore febris percurrit: vel tardo: vel non nullas quidem citius, non nullas vero serius. Si omnes igitur celeriter peragat, manifestum inde fit, q̃ ad crisim properat. Et omnino huiuscemodi febris est de numero intermittentiũ: neq;.n.contingit, vt illa, quæ omnes celeriter peragat, amplius continua permaneat: sicuti neq; vt, quæ in omnibus partibus prolixitatem seruat, sit intermittens. Liquet aũt, quod eam quidem, quæ ad infebricitationem desinit, voco intermittentẽ. Continuæ vero febris, omnino conuenit, vt pars aliqua aut duæ C vel omnes longæ sint. Eius quidem, quæ proprie synochus nominatur, longus est status: magis autem tota hæc febris status est. Eius vero, quæ non est synochus, non tamen desinit ad infebricitationem, cum status alijs temporibus longior existit, motus est velox: q̃ si breuior, tardus est motus. Cum igitur morbi idea & magnitudo & motus & mos fuerint distincti: & idea quidem ex proprijs accidentibus cognita, magnitudo vero ex eorundem quantitate, motus vero ex tempore accessionis partium, mos autem ex accidentibus superuenientibus, his quoque adiuncta consideratione temporis anni, & naturæ, & regionis, & similium: nunquid morietur æger aut saluabit, ad hæc tria respiciens inuenies, ad ideam, & morem, & magnitudinem: sed maxime morem inspicere oportet. Vtrum vero per crisim terminabitur morbus, aut non, primum quidem ex motu ac magnitudine inspicies: deinceps autem ex idea ipsius: deinde ex anni tẽpore, & ex alijs, quæ eiusdem sunt ordinis: & ex superuenientibus quidem accidentibus, non omnibus, sed ijs, quæ paulo ante memoraui, quæ vel vnà cum crisi ab initio inuadunt, vel paululum anticipant: quæ ipsa iudicatoria signa proprie nominamus. Nam, cum superuenientia accidentia trifariam diuidantur, in ea scilicet, quæ morem morbi natura ostendere apta sunt: & in ea, quæ affuturam proxime crisim denunciant: & quæ non solum signa, sed etiam causas crisis posuimus: primum quidẽ ex his sim D plex est genus, nam quædam ipsorum praua, quædam vero bona, perpetuo existunt: secundum vero & tertium non semper neque idem facere, neque ostendere, aptum est, sed secundum morbi tempora variatur. Diximus autem latius de omnibus his in primo libro. Doctrinæ igitur manifestioris gratia, ducatur ad exemplum aliquis ægrotus, qui primo die habeat signa manifestissima salutis: huic enim omnino in primo quaternario finietur morbus. Vtrũ vero per solutionẽ vel crisim, magnitudine & paruitate distinguitur: siquidem magni iudicantur omnino: qui autem parui, soluuntur solum. Sed dies crisis ex motu inuenietur. Nam, si febris synochus fuerit, ac nullus error acciderit (nam semper huius oportet meminisse) in quarto die sperandum est crisim futuram. Si vero continua fuerit, magnitudinem ac motum inspicere oportet. Cõtingit enim in tertio vel quinto die crisim fieri: in tertio quidem, si morbus sit magnus, ac motum velocem habeat: in quinto autem, si neque valde magnus sit, neque velociter moueatur: oportet enim crisim in idem tempus concurrere cum accessione. Et ita raro accidit, vt lèuiori die fiat crisis: vt videatur bis tñ Archigenes in toto tempore vitæ suæ id obseruasse, ego vero ad hãc horam semel solum. Et causa est (quẽadmodum diximus in libris de diebus iudicatorijs) vt crisis sæpius ex quarto die ad tertium & ad quintum transmutetur. Nam morbus, qui tam subito crisim habet, omnino peracutus est: in omnibus aũt morbis peracutis necessarium est febres vel synochos esse, vel con- *Al. quarto.

tinuas quidem, sed quæ per tertium exacerbantur. Synochi quidem raro eueniunt: &, vbi nullus E
sit error, in quarto finiuntur per crisim, natura proprijs circuitibus ad crisim perueniente: rarum
vero etiam est, vt nullus sit error. Continuæ aũt febres, quæ in accessionibus crisim habent, tertio
die vel quinto rationabiliter finiuntur: nam, si qñq; etiam quarto iudicentur, ratione eius accessio
nis, quæ tertio die fit, id patiuntur: quæ.n. circa horam vndecimam, si ita contigerit, diei tertij ac-
cessio inuadit, vel tertia nocte, vel quarto die inuehit crisim. Cũ igitur primo die (rursus enim ea-
dem repetenda) signum aliquod coctionis manifestum apparuerit, reliquis ẽt omnibus periculũ
nullum portendentibus, tunc proculdubio sciemus, q̃ in primo quaternario morbi solutionem
subsequi sit necessarium. Quòd si etiam eius magnitudo ĩspecta sit, vlteriorem habebis notitiam,
q̃ cũ crisi finieť. Ex morbi autem motu te sperare oportet, q̃ crisis vel tertio die fiet, vel quarto, vel
quinto: si quidem celer sit motus, tertio: si vero quodãmodo tardior, in quinto: si vero febris fue-
rit synochus, in quarto. Adiuuat motus celeritatem, morbi magnitudo, & anni tempus, & regio,
& ætas, & quæcunq; alia amaræ bili conueniunt: tarditati autem motus, insunt contraria. Ætate
enim adolescẽs natura calidior, post inediam & labores, & cibos & potus biliosos, tertiana crisi oc-
cupabitur, & præsertim si is, qui antecesserit, temporis status admodum squalidus extiterit, & præ-
sens etiam: & locus, in quo ægrotat, fuerit natura calidior: si vero & tertianę crises tunc abundaue F
rint, adhuc certior est coniectura. Quòd si omnia contraria conuenerint, & motus morbi tardior,
neq; magnitudo valde effatu digna, & tp̃s anni fuerit hybernum, æger autem vel natura pituito-
sior, vel iam declinantis ætatis, sperandum est crisim ad quinti diei accessionem perueturam: ad-
huc autem magis, si locus natura frigidior atq; humidior extiterit, & præsens temporis status con-
similis, & quintanę crises abundauerint: & reliqua his proportionabilia, veluti ocium, repletio, &
esus ciborum pituitosorum à plurimo tempore. Rursus igitur alius ægrotus subijciatur, qui nul
lum habeat signum coctionis manifestum, neq; in primo die, neq; in secũdo: neq; tñ perniciosum,
sed omnino omnia sint citra periculum: saluabitur quidem & hic, sed in primo quaternario non
liberabitur integre. Oportet igitur mentem diligenter adhibere, nunquid aliquod signum mani-
festum coctionis ostendat: nam, si hoc fiat, necesse est, vt in septimo die æger libereť, modo interim
nullus error admittať. Si vero per crisim vel sine crisi salus sit secutura, hoc ex morbi magnitudine
noscitur. Liquet enim, quòd, si magnus fuerit, omnino per crisim morbus finietur: quòd si etiam
motus velocitas adiungatur, multo magis id fiet: vt, si etiam aliquis error, non magnus tamẽ, cir-
ca ęgrotantem factus fuerit, sperandum etiam & ita sit crisim in septimo euenturam. Quòd si non
multum velociter moueatur, aliquis vero error circa hominem interim fiat, ad nonum diem crisis G
transfertur. Rursus itaq; supponamus aliquem salubri morbo laborare, qui die septima aliquod
coctionis signum habeat manifestum: hic, si morbus magnus extiterit, & celeriter moueatur, vn-
decimo potius, q̃ decimoquarto die, crisim patietur: quòd si minor fuerit, neq; celerem motum ha
buerit, decimoquarto magis, quam vndecimo. Simul vero cũ alijs est distinguẽdum, si & iuuenis
fuerit, & natura biliosus, & tp̃s æstiuum, & in loco calido ægrotauerit: & prior victus, & quæcun-
que præsenti attinent statui, ad calidius declinauerint: omnino iste die vndecimo crisim habebit:
quemadmodum, si omnia contraria ijs, quæ dicta sunt, affuerint ægrotãti, in quartodecimo. Quòd
si non nulla quidẽ affuerint, non nulla vero non, atq; interim aliquis error inciderit, fieri non põt,
vt crisis die vndecimo subsequať: sæpius vero nec die decimoquarto, qñ magis fuerit erratũ. Sed,
si nullus error acciderit, mista vero fuerint accidentia, hic opus erit medico exercitato ac perspica-
ci, vt ea, quæ vim maiorem habent, signa distinguat: & illi, quæ ab ipsis ostenditur, crisi fidem adhi
beat certiorem in hisce adeo ambiguis præcognitionibus. Si autem neque in ipso septimo die, in
alijs certe inter septimum & vndecimum, id quod futurum est, exquisite discere licet. Nam, si ma-
gnitudo vel velocitas motus morbi in eisdem diebus intendatur, ac coctionis signis effatu digna
accessio facta fuerit, huiusmodi ægrotus die vndecimo crisim patietur: sicuti, si cõtra se habuerint, H
in quartodecimo. Subijciatur rursus ægrotus, qui in morbo salubri in primis diebus tardiorẽ fe-
bris motum habeat, neq; cum nimis vehementi calore, veruntamen adsint cruditatis signa: q̃ qui
dem intra quartumdecimum diem hic nõ liberabitur morbo, iam manifestum est. An vero in illa
ipsa die, vel postea, ex morbi temporibus distinguendum est: nam Principij quidem signa si diu
permanserint, diuturnum fore morbum significant: Augmenti vero si in quarta vel septima die
apparuerint, sperandum est aliquid in quartodecimo: sed in vndecimo determinabitur. Nam, si
hæc tria in eo die coniuncta fuerint, & motus velocitas, quæ sufficiens sumpserit incrementum, et
febris magnitudo, ac præterea manifestum coctionis indicium, fiet crisis in quartadecima: adhuc
autem magis, si & anni tp̃s, & ætas, & ægrotantis natura, & quæcunq; alia his sunt proportionabi
lia, ad crisis celeritatem contulerint. Si vero solum manifestũ coctionis signum die vndecima ap-
pareat, neq; tñ morbi magnitudo, aut motus velocitas, festinauerint: tunc vltra diem decimũquar-
tum crisis differetur. Sed, si quidem anni tp̃s, & ætas ægrotantis, & quæcunq; alia his sunt propor
tionabilia, ad frigidius declinauerint, sperandum non est morbi solutionem ante vigesimũ diẽ se-
cuturã. Quòd si mista quoquo modo signa affuerint, & dies decimusquartus coctionẽ insigniter
auxerit, die decimoseptimo crisis occurret. Si vero neq; die quartodecimo aliquid nouatũ fuerit,
tunc

A tunc ad ſeptimumdecimum diem eſt reſpiciendum: ſi.n.in eo aliquod ſignum apparuerit, id ſidiſſimum erit, quamuis valde exiguum fuerit, vigeſimoq́; die criſim futuram præmonſtrabit.

Quòd maxime faciat ad Criſis Præcognitionem, Futuri Status morbi prænotio: ac Non poſſe hominem morbi vi, in declinatione ipſius interire. CAP. 5.

QVòd vero hæ criſes vniuerſæ, quas numeraui, omnium optimæ ſint, hoc eſt ſecuræ atque perfectæ & certæ, ſi quis ea oĩa, quæ à principio dicta ſunt, aſſecutus eſt nulla amplius egebit demonſtratione. Cum.n. poſt ſigna optima atque exquiſitam coctionem factæ fuerint, neceſſe eſt, vt optimæ ſint: quoniam & ſola coctio criſis celeritatem, & ſalubrem ſecuritatem oſtendit: neq;.n. vel animo cõcipi poteſt, ꝙ poſt morbi exquiſitam coctionem criſis mala ſequatur. Exquiſita vero coctio fit tempore ſtatus: atq; idcirco ab initio ipſo nos admonuimus, nulli alteri exercitationi tam eſſe intendendum, q̃ ad morbi ſtatum prænoſcẽdum. Nam, ſi forma victus ad illum inſtituitur, & criſis optima in illo fit, atq; omnium criſium ipſa eſt regula (quæ enim huic proximior eſt, altera magis diſtante potior ſemper eſt) in nulla re adeo exercitandus eſt medicus, quãtum in ſtatus præcognitione. Eſto igitur, vt in die quartodecimo ſpes ſit fore ſtatum, & aut ob morbi magnitudinem, vel motus velocitatem, vel propter aliquod aliud extrinſecũ iritamen-
B tum criſis die vndecimo anticipet: neq; ipſam perfectam, neq; omnino bonam, quimus ſperare: ſed hoc tempore omnino timẽdum eſt, preſertim ſi neq; in totum morbus periculo vacat. Quòd ſi ſalubris apparuerit, verendum eſt, ne criſis vel cum grauibus fiat accidentibus, vel nõ perfecta, vel omnino reuertatur: adeo magnam habẽt vim coctiones, ac propterea etiam morbi ſtatus. Et quidem, ſi morbi in hoc tempore criſim non habuere, fieri non poteſt, vt in declinatione habeãt: quicunq; enim ſtatus tempus ſemel præterierint, hi ſine criſi perſeuerant, & paulatim ſoluuntur. Et nullum eſt mortis periculum tempore ſtatus elapſo, quantum iudicio aſſequi poſſum: & tamẽ quidam ſunt, qui putant ſe vidiſſe ægrotos in declinationibus perijſſe. Sed, ſi experientiæ vel rationi credere oportet, noui ipſos alia ratione, q̃ morbi, interijſſe: omnes ſiquidem erroribus interiere, pręcipue quidem ſuis ipſorum: ſed & aliquando medicorum. Sic quidem experientia teſtatur neminem vnquã vi morbi in declinationibus perijſſe: Sed adhuc magis ratio: neq;.n. poſſibile eſt, vt, poſtq̃ cauſæ morboſæ iam coctæ ſunt, ac iam natura ſuperauerit, æger moriatur, modo recta curatio à medicis adhibeatur. Vbi enim natura ſuperior euaſit, & debellauit, & reſtitit vehementiori morbi conatui, &, quę infeſtabant, expugnauit (hoc.n. eſt ipſa coctio) fieri nõ poteſt, vt deinceps ſuccumbat. Quòd, ſi à morbo natura non vincatur, mortem ſubſequi nullo modo con-
C tingit, ſiquidẽ nihil aliud mors eſt, niſi omnimoda naturæ proſtratio: vbi vero ipſa perdurat dominatur ac vincit, hominem neceſſe eſt liberari. Ex omnibus igitur nos ratio cogit, in id, maxime eſſe incumbendum, vt eam morbi partem prænoſcamus, quam ſtatum vocant: nam, ſi moriturus eſt æger aut non, nemo præcognoſcet, niſi ſtatus tempus præcognouerit. Tunc enim primum mori ægrotãtem eſt neceſſarium, qñ vires morbo ſuccubuerint: ſiue autem vires, ſiue naturam dixero, idem te nunc intelligere oportet: & quidem, vtrum prius ſuperabitur, ſciri non poteſt, ſi futurum penitus fuerit incertum. Nam, ſi criſis intra vnũ diem eſſe debeat, ſaluabitur æger, antequam vires à morbo proſternanť. Si vero ante viginti dies (ita.n. cõtingat) non poſſit ſtatus aduenire, fieri poteſt, vt interim natura fatigetur, adeo vt, cum ægroti omnino ſimiliter habere videãtur, alter quidem ſaluetur, alter moriatur, ob ſtatus futuri tempus. Si quis vero nos alium modũ ſciret edocere, quo morituros à ſaluandis poſſemus diſtinguere, nõ eſſet fortaſſis ad hoc ſtatus neceſſaria præcognitio: ſed, cum alia via, q̃ nuper dicta, inuenire nequeamus, ægrotis ſimiliter habere apparentibus, quis ſaluabitur, quiſ've morietur: maxima ex hoc præcognoſcendi ſtatus neceſ-
« ſitas oritur. Hippocrates igiť ita inquit: ‖ Coniectura aſſequi oportet, an æger cũ eo victu vſq; ad 1. Aph 9 Extr. ord. 4. g
« morbi ſtatum perdurabit: & vtrum ipſe prius deficiet, neq; cum eo victu perdurabit: vel morbus
« D antea finietur, & obtundetur. Videtur quidem & Diocles & Pliſtonicus & Praxagoras & Philotimus, atq; omnes, vt ita dixerim, probatiſſimi medici nihil aliud melius inueniſſe ad iudicãdum, nũquid ęger ſaluabitur, aut morietur: qui vero omnia bona artis deteriora fecerũt, ij neq; aliquid aliud ſapientius excogitauerũt, & hoc maxime neglexerunt. Quis.n. eorum eſt, qui aut morbi magnitudinem, aut naturæ robur cognoſcere ſtudeat, aut futurum ſtatum pręcognoſcere? Et quidẽ ſine horum trium exacta dignotione nihil de ſalute inueſtigari contingit, non magis, q̃ hoc, nunquid aliquis portando oneri ſufficiat, ſciri poteſt, hominis robore, oneris magnitudine, & vię longitudine antea non perſpecta: nam ægri vires portanti onus, morbus vero oneri, tempus autem, quod vſq; ad ſtatum extenditur, longitudini viæ reſpondet. Quo pacto igitur de ægrotante ſciri poteſt, nunquid ſufficiat, ſi nulla ſtatus pręcognitio habeatur? Ex omnibus igitur ratio cogit nil tam ſtudioſe eſſe diſcendum, q̃ futuri ſtatus prænotionem. Si.n. neque cõueniens victus adhiberi poteſt, ſi hic nõ præcognoſcatur, neque de ęgri ſalute vel morte alio modo manifeſtam haberi notitiam contingit. Sed neque de criſi, nunquid futura ſit, aut oĩno non erit: &, ſi fiat, qñ & qualis erit: ſciri poteſt, ſi præcognitio ſtatus non habeatur. Quare maximum hoc erit artis opus, & cæteris oĩbus anteferendum, ad præcognoſcẽdum futurum ſtatum exercitatio. Sed, quomodo hoc fieri poteſt, antea diximus: nunc vero, quod nuper dicebamus, repetendum.

Epilogus

Epilogus eorum, quæ Faciunt ad Salutem, vel Mortem prænoscendam. CAP. 6. E

SI cognouerimus ex magnitudine morbi, & viribus ægrotantis, & tpe status, nũquid liberabit aut morieť, colligere ita aliquid poterimus de crisis tpe, & mõ. Si quidẽ morbus salubris inueniatur, & neq; eius acumẽ, neq; magnitudo festinẽt, neq; error aliquis circa ęgrotum admittať, status tps, crisis expectat: & hęc quidem optima crisis est, fit.n. morbo iam cocto. Si vero vel propter morbi magnitudinem, vel motus celeritatem, vel propter aliquod aliud iritamentum ante statum crisis venire cogatur, tanto hęc optima deterior erit, quãtum statum anticipauerit. Quòd, si neq; vsq; ad statum sufficere possit, necessarium est ægrotantem ex hoc morbo interire, non tñ oĩno prope statũ: cõtingit.n. & multo celerius, & statim circa morbi totius initia. Crisis.n. vel in statu, vel parum ante ipsum fit: Mors autem in tribus temporibus, principio, augmẽto & statu.

De Tribus Conualescendi, & Quatuor Moriendi modis. CAP. 7.

CVm vero res plures sint, cõcedant mihi sophistæ, manifestioris doctrinæ gratia singulis proprium nomen imponere. Et, si hoc ipsi non concesserint, lõge eis valere iussis (neq; enim ipsis, sed ijs, qui veritati student, hic sermo componitur) ita consideremus. Si quis subito morbo liberatur, omnino huic aliqua euacuatio effatu digna contingit vel per vomitum, vel per ventris exonerationem, vel sudores, vel vrinas, vel sanguinis è naribus profluuium, aut ex sede per hæmorrhoidas, aut in mulieribus per purgationem menstruorum. Sed & parotides non paucos in tẽpore opportuno liberarũt, & ad genua & ad pedes & ad aliud quodpiam membrum ignobile decubitus. Et quidem antecedit his oĩbus atq; assidet non modica in ægrotantis corpore perturbatio: delirant.n. & difficilem habent anhelitum, & stomachi angustiam, atq; alia, quę prius dixi mus, patiuntur. Vnus quidem hic modus est morborum solutionis, quem non modo nos crisim noĩare instituimus manifestioris doctrinæ gratia, sed oẽs etiam, qui nos antecesserunt, eodem nomine crisim nominabant. Alter vero modus est, qui hæc quidem omnia seruat, vno autem tantummodo differt, quia non integre à morbo liberat. Nominatur vero & hic non nũquã quidem crisis simpliciter, sicuti & prior: aliqñ etiam cũ additione, crisis ipfecta, vel crisis defecta. Quicunq; autẽ morbi paulatim finiuntur, solui quidem in præsentia dicuntur, per crisim autem finiri nequaquam: quis aliqñ per abusionem hoc ẽt crisim noĩari dixerimus. Sed nunc singulis trium eorum, quæ diximus, claritatis causa sit proprium nomen impositum: Crisis quidem simpliciter, morbi solutio subita: Defecta vero crisis, subita morbi diminutio: Solutio aũt simpliciter, quę in lõgiori tempore & paulatim facta est. Sicuti vero vel effatu digna euacuatio vel oĩno decubitus cum veloci perturbatione necessario in crisibus fiunt: ita in solutionibus neq; agitatio aliqua, ne- G que euacuatio, neq; decubitus accidunt. Tres quidem hi sunt modi cõmutationis morborũ, cum à morbo liberari debet ægrotus. Tres vero alij proportionaliter oppositi istis existũt, cum moriturus est: Vel enim subito moritur vnà cum turbatione & agitatione, & quibusdam excretionibus vel decubitibus effatu dignis: Vel mortem non subijt quidẽ ex istis, sed multo deterius euasit: voceňť aũt hæ duæ crises non bonæ, cũ nihil referat, siue hoc modo, siue malas crises, nominemus: seorsum vero, prima quidem perfecta, secunda vero imperfecta: Tertia vero species malæ permutationis, quę paulatim fit vsq; ad mortẽ, marasmus.i. marcor, noĩetur. Hæc igitur tria alijs tribus opposita sunt. Quartus modus est subite mutationis ad peius, sine magnis excretionibus vel decubitibus: quã neq; crisim appello. Quòd igiť hunc modum ab alijs differre dicimus, quos cum agitatione ac perturbatione & effatu dignis excretionibus aut decubitibus fieri dicebamus, vnicuiq; manifestum est: differt.n. sine his fieri accidẽtibus, quæ prius iudicatoria nominauimus, atq; absq; excretione vel decubitu: & fieri cũ illis. An vero recte vel nõ, huic mõ mortis, nomẽ crisis detrahimus, hoc est de noĩe, nõ autem de re ipsa, contendere. Ego aũt quatuor modos docui inuicem differentes, & singulis proprium nomẽ manifestioris doctrinæ gratia, imponẽdum censui. Si quis vero melius vel manifestius scit nominare, de eius nuncupatione minime disceptaue- H rimus: docere vero vtile aliquid haudquaq; in isto consistit, sed in dignoscendo hos singulos modos, cũ adsint, & futuros prænoscendo. Neq; ẽt, si horum modorũ causas explicare tentarem, deinde quispiã eisdẽ causis tanq̃ non recte habẽtibus contradicens, putaret se aduersus ipsos modos disserere, recte opinareť. Cognoscere.n. q tot sunt modi, quibus sanentur aut moriantur ægrotantes, ac q dictis nominibus nominantur, atq; vbi præsentes fuerint, ipsos dignoscere, futuros vero præcognoscere, hæc ipsa ad medendum conferentia sunt: atq; expedit quidem nomina concedere, dignotiones vero ac præcognitiones experientia explorare.

In Asclepiadem & reliquos Sophistas, qui Naturalia principia negantes, Crisibus, & reliquis naturæ operibus detrahebant. CAP. 8.

SI vero conantibus nobis, vnde hæc inueniamus, edocere, quispiam in contractionibus exercitatus, qualem habitum admirabilis Asclepiades acquisiuit, impediat, ac sermonem meum interrũpat, meminisse oportet, q hic istud agens, non rem ipsam, sed quæ de ea verba dicuntur, cauillať. Neq; eni, q nullæ repentinæ turbationes fiant aliquando circa corpus ægrotantis, potest asserere Asclepiades: neq; q sæpius post ipsas effatu dignæ excretiones non eueniant: neq; quòd magna ex ipsis non sit facta in ægrotantibus permutatio: neque q huiuscemodi res, non vocetur crisis:

A crisis: sed, q̄ certante natura contra causas morbos facientes ista non fiant, hoc demonstrare tentabit, non parum quidem etiam hac in parte delirãs propter admirabiles tumores atq; meatus, quos ipse supposuit: Quorum causa neq; nouit potentias illas, quibus animal gubernatur: neque q̄ hę omnia ad salutem faciunt tam in sanis, q̄ etiam in ęgrotantibus: neq; q̄ ipsę sunt, quę morbos iudicãt. Sed, cū possit quidem in rebus sensui occultis huiuscemodi sermo nugari, nihil tñ, quod ad artē medendi pertineat, attingit: neq; enim dignoscere nos crisiū modos, neq; prænoscere, talia sophismata prohibent. In multis quidem igit̃ sępius delirabit Asclepiades, & quicunq; non norũt naturas esse morborum medicatrices: at nunq̃ poterunt modum salutis aut mortis præcognoscere. Atqui quo pacto turpe non est medico, instãte crisi, more vulgarium perterreri, quē decuit nō solum præsentem crisim, quorsum euasura esset, intelligere, sed etiam futuram præcognoscere? Equidem hîc omnia, quæ ad crisim attinent, vel futura prænoscere, vel iam præsentia dignoscere, ex alijs principijs haud inuenio, q̄ ex ijs, quæ supposuit Hippocrates. Etenim, q̄ ea, quæ sunt in corpore, concoquantur vel non concoquantur, Hippocraticis, non autē Asclepiadicis, dogmatibus cōgruit. || Et, q̄ natura multas potētias habeat, per quas animal gubernatur, vnum quoddam est Hippocraticum dogma, & sine hoc præsentem contemplationem scientia comprehendere minime possumus. Neq; enim numero infinitos expectare oportet signorum concursus, tanquã in singulis ipsorum propriam obseruationē assequi possimus, sed potius omnia particularia ad hanc vnam redigere intentionem: de qua verba faciens, coactus sum facere de sophistis mentionem: qui non modo nihil opportunum inuenire student, sed etiam, quę bene inuenta sunt, conãtur facere deteriora. Et tñ melius foret, cum nos intuētur & diem ipsum, in quo crisim morbus subibit, prænoscentes: atq; insuper crisis modum prædicētes: ac iam præsentem etiam, quem finem sit habitura, dignoscentes: tali contemplationi discendæ intēdere, ex qua huiuscemodi facultas comparatur: neq; more vulgarium perterreri, quorsum euasurus sit morbus, ignorantes. Ego quidem sæpius expertus sum tales medicos, qui de præcognitione nostra sunt admirati, quando in ęgrotis succedentem inspexerunt, atq; discere satagentes sed, q̄n quispiam ipsos docere cœperit, aut quippiam de coctione aut naturæ robore disseruerit, vel de re aliqua alia, sine qua de crisi contemplatio consistere nequit: Quō, inquiunt, mihi suadebis, q̄ sit natura quędã? vel q̄ omnia agat ad animalium salutem? vel q̄ eãdem natura expellente superfluitates quidam à morbo liberantur? vel q̄ calidum in animalibus sit efficacissimum? vel q̄ ex calido, frigido, sicco, et humido, corpora animalium sint temperata? Aduersus quos ego dicere soleo: Tu quidem ô vir, cœpisti tanq̃ discipu-

C lus, audis autem tanq̃ cōtradictor. Neq; enim tibi sufficit artis operum, quorum te cœpit admiratio, doctrinam perdiscere, sed etiam eius principia iudicare conaris non solum vt medicus, sed etiã vt naturalis: & tñ tibi satius fuisset contrario modo de principijs iudicare: multo enim pręstare arbitror, miranda opera, quæ ex illis principijs sequuntur, inspicientem, ab eisdē operibus fidem aliquam de ipsis principijs assumere. Fides siquidem artium contrà se habent, q̄ inuētiones: creduntur enim ex operibus, inueniuntur ex principijs. Mihi quidem opus aliquod artificiosum inuenire est impossibile, nisi veris vtar principijs: quare mihi necessarium fuit naturalem scientiam diligenter perdiscere: tibi vero, iam artis operibus adinuētis, viam discere sufficit. Quare, nisi tibi suppetat tempus, vt tanq̃ naturalis, omnia discere possis, tantum saltem tibi ratiocinari adsit, q̄ nulla altera via sit præter istam, quæ te faciat futuri præcognitorē: & q̄ nulla necessitas vrgeat ad principia scientiæ comprehendenda, cum iam frui possis ijs, quę ex scientia proueniunt. Qui enim primus studuit hæc inuenire, magno in periculo fuit, ne frustra tempus cōtereret: neq; enim verum aliquod ex falsis principijs cōtingit inueniri. Sed, cum tu ab inquirendi labore sis liber: &, quæ iã bene inuenta sunt, addiscere concupiscas: superuacaneum foret principiorum scientiam complecti, si præsertim ad hęc tempus minime suppetat, neq̃ cupido te teneat aliquid eorum, quæ desint,

D inueniēdi, sed tibi solum sufficit inuentis recte vti. Tu itaq; supponens aliquam esse vitalem potētiam, stude, vt agnoscas eius ita in robore, sicuti in imbecillitate, dispositionem. Vbi vero in his exrecitatus fueris, stude deinceps omnes morborum tam in magnitudine, q̄ etiam in more, differentias prompte dignoscere, & post hæc futuri status præcognitionem perdiscere. Vbi vero hæc omnia didiceris, tunc te exerceas in comprehendendo per exquisitam coniecturam, quãtum morbum, quantum virtutis robur, quãto tempore possit perferre: multū vero ad hoc te adiuuabit in operibus exercitatio. Prius vero, q̄ ea omnia, quæ dixi, diligenter didiceris, nihil ęgrotos intuendo proficies. Sed quomodo hęc omnia perdiscere oportet? non aliter, quàm sicuti prius à nobis dictum est. Etenim, quod oporteat & magnitudinem morbi inuenire, & morem, insuper etiam statum, exacte recensui. In vnaquaq; autem potētia vel imbecillitatem vel robur in alio libro, vbi de multitudine agitur, antea narraui. Ex illo igitur eorum dignotiones exquisite discere oportet, vti vero ad medendum, vt in alijs edocui: neque minus & nunc ad eam, quæ habetur de crisibus, contemplationem.

Margin notes: [illegible] In libro de ali- [illegible]

Quibus Morbi temporibus Salutem Vel Mortem Contingat euenire. CAP. 9.

SIcuti enim, qui omnia signa bona pręse fert, in primo quaternario integre liberabitur: eodem (vt arbitror) modo, qui omnia mala, hic intra primū quaternarium morietur. Sed, qui quidem liberatur

liberatur, omnia morbi tempora vniuersalia pertransit, principium, augmentum, statum, & decli- E nationem: q̄q̄ non nullis fieri non videatur declinatio, vbi repentinæ crises aduenerint: nam paulo post de istis dicetur. Moriturus aũt ad declinationis tempus pertingere minime potest: non tñ necessario etiã ad statum perueniet, contingit.n. ipsum in augmenti & principij etiam tpe mori: crisim vero subire non est necessarium, & maxime si in principio morbi moriatur. Hoc aũt accidit, vbi natura plurimum à morbo superatur: tũc.n. neq; certare aduersus ipsum aggreditur: sine certamine aũt crisis nõ fit. Hic igitur est quartus modus mortis, qui nulli salutarium assimilatur. Nemo siquidem subito morbum euasit sine crisi: multi vero sine hac subito intereunt: plurimiq; in accessionum principijs, illi præsertim, qui propter materiæ multitudinem, vel crassitiem, aut inflammationis magnitudinem, exitialiter laborant: in declinatione vero propter virium imbecillitatem moriuntur. Hoc siquidem plus, q̄ quicq; aliud, pro verissimo haberi oportet, q̃ in accessionum particularium declinationibus plurimi pereunt: quod non nulli vidẽtes, idcirco opinantur etiã vniuersalis declinationis tpe posse aliquem mori. Verum non ita res se habet: vbi.n. morbi status præterierit, natura quidem iã superior euasit, neq;.n. aliter morbus declinasset: nullus autem modus mortis tunc aduenientis excogitari potest, præterq; ex errore. Sed de hoc haudquaq; nunc considerare proposuimus, sed an morbi ratione mori contingat. Neq; igit̃ hoc vidi vnquã F fieri, neq; id inuenit ratio: sed particularibus accessionibus declinantibus multos sæpissime interire vidi. Neq;, rationem sequentibus, mirum videtur naturę vim imbecillam in principio quidẽ accessionis & augmento et statu posse perdurare, cum adhuc habitus ipse in vnũ veluti cõpressus contineatur: tpe vero declinationis è contrario se mouẽte calore, hoc est à medio ad extrema retrocedẽte, naturę habitũ spargi atq; dissolui. Horum itaq; non nulli subita morte opprimunt̃, vt præsentes existimẽt deficere aio eos potius, q̄ mori: quidã vero paulatim, non subito interierunt: incipiẽtes quidem oẽs à statu accessionis: ita vero latẽt multos, vt admodum celeriter, ac citius, q̄ sperassent, à statu ad declinationem transire videant̃. Sed manifestissime ex pulsibus cognoscuntur: neq;.n. paruo interstitio differunt, qui mortis rõne citius, q̄ sperabatur, ad quãdam falsam declinationem perueniunt, ab ijs, qui vere declinant: in vtrisq; enim subito febrilis calor dissoluitur, fit vero hoc ex causis maxime contrarijs, siquidem naturæ robori maxime contraria est imbecillitas. Vehementior igit̃ fit continue magis pulsus & æqualior atq; ordinatior in bona declinatione, expellit.n. natura fortius oẽm subito febrilẽ calorẽ: Debilior vero atq; inordinatior & inæqualis est pulsus in mortalibus declinationibus: nam vnà cum alijs tũc calor febrilis expirat, atq; hinc species melioris exoritur: deinde paulò post, vel cum ad leuandum ventrẽ surrexerint, animi defe G ctum incurrunt: & non nulli pauco ac tenaci sudore effuso moriũtur vel ẽt sine surrectione. Sic quidem in particularium accessionum declinationibus sine crisi moriũtur: in principijs vero ꝓpter subitum humorum ad interiora motum, veluti suffocata atq; extincta natura, non aliter, q̄ si lignorum viridium aceruum super flammas paucas affatim conijcias. Reliquus est igitur mortis sine crisi modus, exitialibus morbis tpe status à vehemẽtia accessionis natura superata. Sic & in augmentis plerunq; moriuntur, non alio mõ, q̄ status rõne: omnino.n. qñ à vehementia morbi natura superatur, rõne status moriunt̃. Contingit vero aliqñ & in augmẽtis accessionum, sed rarius hoc accidit: atq; idem est modus cum illo, qui fit tempore status. Tres igitur sunt oẽs mortis modi ijs, qui sine crisi moriũtur. Primus quidem in principijs accessionum: qui in magnis inflammationibus plurimum contingit, quæ membra occupant principalia: vel ob humorum multitudinem crassitudinem ac tenacitatem, qui subito intro confluunt, vt spiritus meatus exacte obserent. Alter vero iam tempore status, à morbi vi natura superata. Alius vero iam reliquus in declinationibus, qui rarissime accidit, vigore vitali soluto. Horum vero nullus contingit cum crisi, neque enim morbum depellere in hmõi mortis modis ab initio natura tentauit: vbi vero tentauerit, sed succubuerit, malam crisim, talem euẽtum appello: & fit oĩno vel cum excretionibus, vel H abscessibus effatu dignis, simul cum reliqua omni perturbatione, de qua diximus antea.

Crisis ad Mortem præcognitionem, Summa arte atq; prudentia indigere: & Qua ratione ipsam intelligere contingat. CAP. 10.

HVíusmodi vero crisium præcognitiones minus stabiles sunt, & valde prudente & arte instructo atq; exercitato medico indigent: primum quidem nunquid futuræ sint: secundo an hoc die certo: deinde si statim hominem interficient, vel tantũmodo nocebunt. Sed prius exercitari oportet in optimarũ crisium pręcognitione, de quibus prius locutus sum: deinde in ijs, quæ nõ sunt optimæ, bonæ tamen: ac deinceps ad malas descendere. Sicuti enim in his est plurima incertitudo & coniectura, ita in bonis scientia & firmitas præualet. Determinati siquidem sunt atq; ordinati naturæ motus, cũ valida fuerit, & materiæ dominatur, & suis proprijs rõnibus operatur: indeterminati vero atq; inordinati, atq; ideo incogniti, qñ succumbit. Sed, si quidem integre superatur, neq; ab initio crisim facere tentat, neq; omnino resistere: & si paulum omnino surgat ad pugnam, statim succumbit. Causa vero huius intempestiui assultus est morbi violentia, iritatrix quædam existẽs, & acuta: videtur siquidem natura nihil hmõi posse tolerare, sed statim properare ad expellendum id, quod infestat: Sicut & ex ijs, quæ ventrem aut stomachũ mordent, torquent,

frige-

A frigefaciunt, et grauant, siue quouis alio modo stimulant, licet aperte inspicere: quæ.n. supernatãt per vomitus expellere tentat: quæ vero inferiora occupãt loca, per sedem excernit: Et hoc est quidem maximum signum crisis intempestiuę. Quæ.n. in tpe opportuno fiunt (quod sane idem est, ac in statu & coctionibus) et si nullũ adsit irritamentum, in calidis & magnis morbis videmus accidere: Quæcunq; vero ‖ προεκρήγνυται.i. prærumpunt (vocat aũt sic Hippocrates omnia, quæ ante statum ad crisim ruunt) ob aliquod irritamentum id patiũtur: & tanto deterior fit crisis, q̃ illa, quæ in statu fit, quanto magis anticipauit. In exitialibus autem morbis eodem modo res se habet: neque.n. crisis status tempus expectat, aut admodum raro: sed maxima ex parte in augmẽtis interficit, vel in principijs. Et, si aliqua dies indicatrix futuram crisim præostenderit, simul & malam futuram præostendit. Age.n. in quarto die visa sit primum nebula in vrinis nigra, vel suspẽsio nigra, vel tale aliquid huiusmodi: sint vero & omnino alia signa & accidentia perniciosa: morietur quidem omnino hic ægrotus. Sed, si in imparibus quidem accessio facta fuerit, septimo die crisis accidet: si vero in diebus paribus, in sexto. Certiorem vero tibi expectationem faciet morbi motus: si.n. acute moueatur, crisim accelerantem consignificat, hoc est, in sexta venturã: si vero tarde, ad septimam differetur. Cum vero dies indicatrix nullum de mala crisi futura signum ostenderit,

B neq; eius præcognitio facilis est: oportet tñ hic animaduertere ea, quæ à me dicẽtur signa. Est autem primum & maximũ in morbis mortalibus signum, ꝙ sine crisi mors sit subsecutura, virium imbecillitas, nã virtus ita prostrata, ad pugnam contra morbum non excitatur: secundum vero si nullum adsit signum, vel minimũ, coctionis: & præter hæc, si magnus sit morbus, atq; malignus, atq; etiam celeriter moueatur: cum.n. hęc affuerint, omnino absq; crisi mors subsequetur. * Mortis autem dies præcognoscitur, quanto superat morbus naturam, considerando, & grauiores accessiones inspiciendo. Si.n. effatu dignus fuerit excessus, & parum resistere adhuc vis naturæ videatur, mors cito subsequetur: si vero cõtraria affuerint, tardius. Sit igitur gratia exempli multus quidem excessus, non tñ manifestus, an ad vnum diem vel duos extendi poterit: hoc vero distinguetur accessionum circuitibus: quo enim die debet accessio fieri, in illo morietur. Et, qua eiusdem diei hora accidet, iam est dignoscere facile, si meminerimus in vniuersum eorum, quæ paulo ante diximus, in quibus morbis principia accessionum maxime afferũt mortem, in quibus vero status & declinationes. Particulatim vero in singulis ægrotantibus precedentium dierum recordatio tibi plurima commonstrabit. Si enim ex ipsa morbi idea quispiam nequeat prænoscere, in • qua parte maxime accessionis morietur: ea, quæ in prioribus diebus contigere, ad memoriam re-

C uocans, qua maxime eorũ parte grauissima atq; exitialia accidentia sustinuerunt, hic etiam poterit de futuris coniecturari. Sit rursus vere cognitum, ꝙ morbus sit exitialis, & non multa viriũ prostratio: primum ex hoc constat mortem non esse propinquam: deinde inquirendum est, si possit fieri crisis. Huius vero inuentio habetur ex contemplatione virtutis, quomodo se habeat, atq; ipsius morbi motus, ac præterea signorum coctionis. Si enim virtus robusta fuerit, & morbus velociter moueatur, & aliquod signum coctionis affuerit, non extra rationem est, ꝙ natura tẽtabit crisim. Quòd, si virtus quodammodo labet, ac morbus tardum motum habuerit, nullumq; affuerit coctionis signum, in hoc subsequi crisim non contingit. Quòd autem, si morbus sit fortior virtute, non necessario virtus ipsa sit debilis, nos alio ostendimus libro: atque inde discere oportet propria signa virtutis imbecillis: omnia enim simul transigi non possunt, omnium autem meminisse simul, & nihil prætermittere ex ijs, quæ separatim aliquis didicit, sed omnia in singulis ægrotantibus memoria complecti, nihil difficile, nedum nõ impossibile. Rursus igitur memoria repetentes ea, quæ in præcedentibus disseruimus, ad sequentia trãseamus. Diximus optimas crises in statibus fieri: in augmentis vero, si salus sit subsecutura, vel imperfectas vel non securas: In morituris autem vel subito interimere, vel magnã ad peius facere mutationem: In principio autem mor-

D bi non fieri crisim: Esse vero optimarum crisium exquisitas præcognitiones: aliarum quidem cũ coniectura, & maxime cum fuerint crises ἄσημοι.i. signo carentes: ita autem noiari diximus, quæcunq; à nullo dierum indicantium antea fuerint indicatæ. Sed & has, etsi non multo prius tempore, saltem paulo post futuras, præcognosci oportere asseruimus: futuram autem præcognitionẽ ex eo, ꝙ vrgeatur ac vehementer irritetur natura à morbo, atq; ex subita præter rationem circa corpus facta perturbatione. Omnino enim fit aliqua nouitas, quando crisis futura est, vel circa respirationem, vel circa mentem, vel auditum, vel visum, vel ferendi facilitatem, vel circa aliquod eorũ, quæ iam sæpe diximus, quæ sane vno nomine summatim iudiciaria accidentia & signa appella-
« mus. Quinetiam, quod ab Hippocrate in in aphorismis dicitur: ‖ Quibuscunq; crisis fit, his nox
« molesta, quę antecedit accessionem: est ipsum, quod nũc nos dicimus. Quando igit̃ in morbo crisim ostendente, etiam nox molesta fuerit, & post ipsam accessio citius inuaserit cum quibusdã insolitis accidentibus, necesse est in eadem accessione fieri crisim.

‖ In libro de iu[illegible]tionibus.

* Quamuis in græ[illegible] [illegible] Leonicenus [illegible] interpres.

‖ 2. Aph. 13. Ext. o.d.i.i.c

De Modo futuræ Crisis præcognoscendo, atq; Ea de re Hippocratis authoritates, ac indicia ex pulsibus, quæ ab ipso fuere prætermissa. CAP. II.

QValis aũt erit, hoc est vtrum per sanguinis fluxum, vel vomitum, vel sudores, vel per aliqđ aliud ex ijs, quæ sæpe antea enumerauimus, deinceps explanare tentabo. Hic quoque

initium

initium faciemus ab eo, qui nobis omnium fuit dux atq; auctor optimarum disciplinarum, qui in E
[1. Epid. cō. 2. t. 52. vsq; ad. 59. 3ª. 112. h] primoibro epidemiorum scribit in hunc modum: ‖ Circa caput & collum, & dolores & grauita »
tes, cum febribus & sine febribus. In phreniticis quidem neruorum distētiones, sed & ęruginosa »
euomunt, & quidam ex his cito intereūt. In febribus autem ardētibus, atq; alijs, quibus adest colli »
dolor, & temporum grauitas, & tenebræ oculis oboriuntur, vel præcordia intenduntur absq; do- »
lore, his profluuia sanguinis fiunt è naribus. Qui vero totius capitis grauitates, & oris ventriculi »
morsus, ac stomachum anxium habent, isti biliosa & pituitosa euomēt. Magna vero ex parte pue »
ris in huiusmodi affectibus accidunt neruorum distentiones: mulieribus vero & hæc, & ex vul- »
uis labores: senioribus vero, & in quibus iam superatur calor, paraplegiæ, atq; furores, {& atræ »
bilis morbi,} & oculorum priuatio. In libro aūt, qui prognostica inscribit, rursus Hippocrates ī
[in Prog. cō. 3. t. 23. vsq; ad. 30. 4ª. 209. f. g. h. & 210. a. b. c. d] hunc modum scribit: ‖ Quæcunq; autem febres protrahuntur, salue affecto hoīe, neque dolore ex »
inflammatione ægrum habente, neq; ex alia occasione manifesta, huic expectandus est abscessus »
cum œdemate atq; dolore ad vnum aliquem ex articulis, & præcipue ex ijs, qui in inferioribus lo »
cis sunt. Magis vero fiunt & in minori tempore huiusmodi abscessus iunioribus nō dum xxx an- »
nos natis. Statim autē attendere oportet ad abscessum, si vigesimum diem febris trāsgressa sit. Se- »
nioribus vero minus fiunt, febre etiam diuturniore existēte. Oportet autem expectare talem ab- F »
scessum, cum febris continua fuerit: in quartanam vero finituram, si intermittens fuerit, & more »
erraticæ inuaserit, atq; omnia hæc agens autumno appropinquauerit. Sicuti vero ijs, qui sunt iu- »
niores xxx annis, abscessus fiunt: sic ijs, qui xxx annos habent, vel etiā senioribus, quartanæ acci- »
dunt. Abscessus vero scire oportet magis hyeme fieri: ac tardius desinere, et minus reuerti. Suffi
ciunt quidem hæc, & valde manifesta sunt, quæ de abscessibus dicta. Adiungenda aūt sunt ipsis
[Ibidē. t. 30. vsq; ad. 34.] ea deinceps, quæ de excretionibus inquit, in hunc modum: ‖ Quicunq; autē in febre non mortali »
dixerit se dolere caput, aut aliqd tenebrosum apparere ante oculos: si oris ventriculi morsus huic »
acciderit: vomitus biliosus subsequetur. Si vero rigor inuaserit, & partes, quæ sunt infra præcor- »
dia, frigida fuerint, celerius adhuc aderit vomitus. Si vero ēt aliqd biberit aut comederit circa hoc »
tempus, multo etiam citius euomet. Ex ijs vero, qui primo die dolere cœperint, quarto die grauā- »
[Aliter, uel.] tur magis, quām quinto, septimo vero die liberantur: plurimi vero ipsorum dolere incipiunt ter- »
tio die, conflictantur aūt quinto maxime, liberantur autē nono aut vndecimo die. Quicunq; vero »
quinto die dolere cœperint, & alia secūdum rationem priorem ipsis affuerint, quartodecimo eua- »
dunt. Fiunt aūt hæc viris quidem ac mulieribus in tertianis præcipue: iunioribus vero fiunt qui- »
dem & in his, magis vero in febribus continuis & legitimis tertianis. Quicunq; vero in huiusmo G »
di febre caput doluerint, loco aūt tenebrosæ alicuius ante oculos apparitionis, visus hebetetur, vel »
quidam splendores ante oculos videantur: pro oris ventriculi vero morsu in pcordijs aliqua fiat »
extensio vel ad dextram partem, vel sinistram, neq; cum dolore, neq; cum inflammatione: his san »
guinis fluxus è naribus pro vomitu est expectandus: idq; magis in iunioribus xxx annis: minus »
vero in ijs, qui iam xxx annos habent & seniores sunt, cum in ijs vomitus sint expectādi. Et hæc
quidem sufficiunt. Pręter hæc autem & illorum nihilominus meminisse oportet, quæ in eodem
[Ibidem. t. 11. & 12. 208. f. g] libro scribuntur ab Hippocrate: ‖ Capitis aūt dolores vehemētes atq; continui cum febre, si qui- »
dem aliquod signum mortale affuerit, valde est exitiale. Si vero sine his signis dolor vltra vigesi- »
mum diem pgrediatur, & febris detineat, expectare oportet sanguinis fluxum è naribus, vel aliū »
abscessum ad inferiores partes. Sed, dum recens dolor fuerit, expectare oportet sanguinis fluxio- »
nem per nares, vel suppurationem, multoq; magis, si dolor circa tempora & frōtem appareat. Ma »
gis vero expectare oportet sanguinis fluxionē in ijs, qui iuniores sunt xxxv annis: in senioribus »
[in Prog. cō. 2. t. 64. vsq; ad. 67. 204. h] vero suppurationē. Et etiam in sermone de peripneumonicis ita inquit: ‖ Quibuscūq; abscessus »
fiunt ex pulmonis morbis, circa aures, & suppurantur: vel ad inferiora loca, & ad fistulam perue- »
niunt: isti euadunt. Deinde subinferēs inquit: Considerare autem oportet & talia hoc modo. Si H »
febris detinuerit, & dolor non cessauerit, & sputum non processerit secundum rationem, neque »
alui excrementa biliosa fuerint, neq; facile dissolubilia & impermista fuerint, neque vrina multa »
valde, & multam habens subsidētiam: reliqua aūt signa salutem significauerint: his oportet & ta- »
[* phlegmatis. quid aūt significet hoc in loco phlegma, vide. 2. progn. cō. 66. & in expla. linguarū Hip. & hoc in libro paulo inferius.] les abscessus futuros sperare. Fiunt aūt non nullis quidem ad loca inferiora, quibus aliquid phlē- »
gmones affuerit circa præcordia: quibusdam vero in superioribus, quibus pręcordia & mollia & »
sine dolore perseuerauerint. Vbi vero aliquod tps difficilem anhelitum habuerit, absq; alia occa- »
sione quiescet. Quinetiam de œdematibus circa præcordia verba faciens, ita inquit: ‖ Significāt »
aūt huiusmodi œdemata, in principio quidem, mortis nō multo post secuturæ periculum. Si vero »
pcesserit vltra viginti dies, & febris detinēs & œdema nō subsidens, ad suppurationem conuertit. »
Fiūt aūt his in prima piodo & fluxus sanguinis ex naribus, & fortiter iuuāt. Sed iterrogare opor »
[in Prog. cō. 1. t 30. vsq, ad 34. 196. a. b. c. d] tet, an doleant capite, aut oculi caligent: si quid. n. horum affuerit, huc vergit. Magis vero fluxum »
sanguinis è naribus expectare oportet in ijs, qui iuniores sunt xxxv annis. Et hæc quidē ēt in pro
[in Prog. cō 2. t. 34. 4ª. 201. b] gnosticis ab Hippocrate dicta sunt, indicātia modos, secūdū quos crisis fit: ‖ Quicūq; aūt mingūt »
vrinam tenuem ac crudam multo tpe, si quidem alia ipsis signa salubria affuerint, his abscessum »
expectare oportet ad loca, quæ sub septo transuerso sunt. Hæc quidē in prognosticis breuiter di-
cta

A cta sunt ab ipso futurum crisis modum prædocente. Addit vero ipsis multa particulatim & in libro prædictionum, & epidemiorum, Veluti, ꝙ [a] || retētiones vrinæ, ante rigorem: & ꝙ [b] oculi pręrubri, sanguinis fluxum monstrant. Eodem modo & de [c] oculis lachrymantibus, & de [d] malis rubidis, & de ipsa [d] nare. Ac præterea, ꝙ [e] labrum inferius agitatum, futurum vomitum significat. Et ꝙ [f] somnus grauis cum dolore capitis, & surditas statim adueniens, sunt signa parotidum. Et multa huiuscemodi alia particulatim scribit, quæ omnia potentia continentur in ijs, quæ in libro prognosticorum scribuntur. Summatim enim, nihil aliud oportet considerare in modo crisis præter naturæ inclinationem, quam manifeste oñdit Hippocrates in prognosticis, [g] partim quidem oris ventriculi morsum atq; rigorem memorans, in quibus vomitus subsecuturus est: partim spirādi difficultatem, & oculorum hallucinationes, in quibus profluuium sanguinis è naribus expectatur: ac præter ista, distinguens de vrinis & alui excrementis, in quibus inquit: [h] "Neque biliosa fuerint alui excrementa, neq; facile solubilia, & impermista, neq; vrina multa valde & multam habēs subsidentiam." Si quid enim tale fuerit, manifestum est, quòd huc repit ægritudo, et per ista expurgatur: cum vero huc non repit, & protrahitur morbus, cum signis tamē salubribus, futurum abscessum expectare oportet. Coniecturare autem in his oportet naturæ motum. Ad [i] loca siqui-
B dem inferiora futuros abscessus inquit ijs, quibus circa præcordia aliquid phlegmonēs, id est inflāminis, atq; caloris affuerit, q̄n ad inferiora repāt ij, qui peripneumoniam humores efficiunt: hūc siquidem sermonem veluti ad exemplum in peripneumonicis Hippocrates transigit. Vbi vero non repunt ad inferiora, præcordia quidem mollia & sine dolore erunt semper, æger vero ad aliquod tempus difficilem habebit anhelitum sine occasione manifesta. Et manifestum est, ꝙ huic in superioribus abscessus subsequi est necessarium, hoc est circa glandulas, quę sunt post aures: statim enim ipsi & aliquod aliud signum aderit ex ijs, quæ in ipso capite accidunt, veluti grauis somnus, & surditas repentina ac præter rationem, aut grauitas capitis & temporum, aut tale aliquid aliud. Nullum igitur indicium deficit modi futuræ crisis: sed omnia ab Hippocrate exceptis pulsibus dicta sunt. Multi vero priscam breuitatem assequi minime consueti, quædam deficere arbitrantur. Nos igitur altero sermone manifeste eadem ipsis dicamus: forte enim, si hoc mō didicerint, neque impossibile esse arbitrabuntur præcognoscere modum futuræ crisis, neque adhuc circa exercitationem torpebunt. Cum igitur, ꝙ crisis aderit, ex ijs, quæ diximus, præcognoueris: deinceps, qualis futura sit, hoc modo distinguendum est. Primum quidē, si acutus & calidus sit morbus, & si crisis fiat in primis periodis: necesse est enim in talibus crisibus non abscessum, sed excre-
C tionem subsequi. Secundo aūt loco, si diuturnus & tardus: nam hi per abscessus quiescere cōsueuerunt: tum præcipue cum vrinæ tenues & crudæ longo tempore exierint. Si.n. multæ, & multam subsidentiam habuerint, rationabile est morbum potius paulatim debere coqui, non per abscessum terminari. His pręfinitis deinceps considerandum est, si quidem per excretionem debet iudicari, nūquid profluuium aliquod sanguinis, vel vomitus, vel sudor, vel alui subductio erit: si vero per abscessum, quod membrū, vel quis articulus, abscessum suscipiet. In ijs ergo, qui per excretionem debēt iudicari, dupliciter distinguere oportet, & futuræ excretionis signis, si affuerint: & aliorum, si non affuerint: certius enim sperabis eum, qui semper præostenditur, modum excretionis, si nullum te aliud distraxerit. Me igitur oportet proprium vniuscuiusq; dicere: te vero in ægrotantibus nō hoc solum inspicere, sed & singula alia considerare. Si igitur præter rationem aluus comprimitur, vel vrinæ, iam prope crisi existente rigorem sperare oportet. Si is adueniat, distinguendum est, nunquid sudor post ipsum sequatur, vel vomitus, vel subductio vētris, vel aliqua horum, vel omnia. Et primum quidem ad morbi ideam est inspiciendum. Si.n. exquisitæ incendens fuerit, statim certior erit & rigoris præcognitio: quod.n. incendit, biliosum est. Dictum est autem in præcedentibus, ꝙ humor iste, quando vehemētius mouetur, rigorem facit. Post hęc
D aūt & illud considerādum est, nunquid vrinis tm̄, vel ēt aluo compressa, riguit. Si.n. ambobus, necessario sudor multus subsequitur. Si vero vrinis solis, considerare oportet, nunquid alui excrementa plura, q̄ priora, vel pauciora, ante crisim exierint: si.n. plura manifestius, motus naturæ ad hunc locum est agnoscendus: si pauciora, ad sudores. Si vero & vomitus signa affuerint, per has ambas excretiones iudicabit: & vel magis per earum alteram, quę magis pręualebit: vel ęque per vtranque, q̄n æqualia quodammodo indicia affuerint. Si vero signa vomitus non affuerint, solos sudores expectare oportet: & magis, q̄n ægrotantes delirauerint increscente accessione, & partes exteriores calidiores ac rubidiores extiterint, & vapor quidā calidus exeat, qualis antea non aderat. Quòd, si pulsus vndosus fiat, & insigniter mollis, adhuc amplius sudores expectare oportet. Durus aūt pulsus, vomitus magis, q̄ sudores, præostendere solet: altus.n. omnis excretionis indicium est, sicuti & vehemens. Si vero magnus fuerit, motus ad exteriora potius, q̄ ad interiora, signum existit. Cum vero vterq; duplex sit, hic quidem, qui ad exteriora, per fluxum sanguinis, atque sudores: alter aūt ad interiora, per aluum & stomachum: vndosus quidē pulsus sudores, magnus aūt simpliciter fluxum sanguinis præostendet. Motu vero ad interiora superante, cum non aderunt signa vomituū, per ventris excrementa crisis fiet: si vero affuerint, per vomitum potius: si vero ea affuerint, & venter insigniter subducatur, per vtraq; fiet crisis. Inæqualis autē pulsus in

pluribus

A 6. Epi cō.1. t.10.3[a].156.g

B 1.Pro. cō.3. t.45.4[a].185.f

C 1.Epi cō.2. t.85.3[a].116.a

DD Malas nares; rubicundas monstrare sanguinis fluxū nō meminī me legisse apud Hip. neq; in libris Prędict. neque Epid. sed maxillarū rubore lege 3. 1. Epid. cōmen. 3. t.31.3[a].126.h. atq; et 4 & 5. & 7 quin & in Coacis quoq; pnotionibus. At in ipsis Coacis legitur ... de ruboribus circa nasum: sed plane alui tumescentis, non sanguinis profluuij signa sunt.

E de Vict. rat. in morb. acut. com.2.t.44.7[a].122.f. At vomitum id significare, ibi ab Hippo. non adscribit: sed a Gal. in fine explan. illius cōtextus.

F 1. Pror.c.3.t.76.4[a].188.g

G 1 Prog. c.3. t.30.& 33.4[a].210.c. 211.a

H 1 Pro. c.2.t.65. 4[a].204.h

I Ibidem.t.66. 205.c

* Phlegmatis.

pluribus quidem crisibus fit, & præcipue cum non fiunt sine pugna & periculo: multo vero ma- E
in Prog.cõ.3.t. 30.4ª.210.e gis,cum biliosi humores ad ventriculum confluunt,perstantibus etiam alijs || vomitus signis, quę Hippocrates scripsit: tunc & omnino pulsus fiunt inæquales,cũ stomachus iam grauatur ac mordetur. Sed signa ex pulsibus sumpta Hippocrates,vel quia non nouerat, vel quia non magni momenti existimauit,idcirco non est executus. Vomituum autem signa sunt oris ventriculi morsus simul cum dolore capitis, & vertigines obortæ, cum ijs,quæ obijciũtur oculis, tenebrosis,& cum agitatione labri inferioris,& multo ac tenui sputo defluente. Hæc vero omnia accidunt,cum biliosus & mordax humor in ventre ac stomacho collectus fuerit, & ventriculi os momorderit (quod etiam prisci cor nominabāt) et cum ipso totum stomachum intus atque infra distraxerit: vnde & labrum in ipsis agitatur,& sputum tenue defluit,& tenebrosa quædam oculis obuersantur,& hallucinantur, & vertiginem patiuntur,& caput dolent, euaporante re aliqua ex humore bilioso, & præterea facta in neruis compassione. Propria vero signa profluuij sanguinis, quidam fulgoris motus oculis apparentes, quoniam humor est flauus: obtusiones autem, quoniam multus & totus simul elatus ad superiora spiritus meatus obserat. Ita autem & oculi lachrymantur, ob fluxus multitudinem: quod etiam accidit in inflammationibus oculorum. Eodem modo rubidi aliquãdo videntur,cum malis non nunquam,& naribus.Proprium vero signum sanguinis fluxus è naribus, est etiam præcordiorum tensio sine dolore: nam & hoc nõ paruum indicium est sanguinis ad superiora tendentis,sicuti etiam difficultas anhelitus: nam & hæc sanguine transeunte in thoracem fit. Si vero præcordia cum dolore extendantur, nõ fluxum sanguinis futurum,sed aliquam ibi adesse inflammationem significant. Sed & dolores capitis,quamuis commune signum existãt vomituum,& fluxus sanguinis: qui tamẽ velut mordaces sunt,vomituum: qui vero quodammodo grauantes atque extendentes pulsantesq; & calidi, sanguinis fluxum proprie significant. Sic etiam viscerum in præcordijs existentium inflammationes,causæ sunt vnà ac signa sanguinis fluxuum, quãdo morbus per excretionem debet terminari. || Quod, si ad latus diuersum sanguinem fluere non est bonum: secundum directum vero est bonum,vt docet Hippocrates,& experientia monstrat: iam tibi facillimum est narem, ex qua fluxurus est sanguis, prædicere, vbi causam iam fluxuri sanguinis inueneris. Dextra enim præcordia ex dextra nare bonam crisim afferunt, sinistra vero ex sinistra. Didicisti vero prius & bonarum & malarum crisium signa. Quid igitur difficile est narem, ex qua profluet sanguis, prænoscere cum membrum patiens possis exquisite dignoscere: & crisis morem non ignores: & signa,quę fluxum sanguinis indicant,sint euidẽter manifesta? Præter hæc omnia & ętas,& tempus anni,& regio,& ægrotantis natura, futurum sanguinis fluxum possunt manifestare. Sanguinis igitur fluxus & vomitus propria & manifesta sunt signa: post hęc vero sudorum. Si vero per excretionem alui crisis sit subsecutura,manifestum quidem nullum est signum,nec proprium: sed ex eo, quod adsunt quidem crisis signa, desunt autem vomituum vel fluxus sanguinis vel sudorum, colligere licet: Quanquam, etiam si nullum horum signorum adsit,non dum hoc tantum,sed etiam per hęmorrhoidas crises fieri contingit,& mulieribus per menstrua. Non tñ est impossibile oĩno distinguere. Grauitas enim lumborum effatu digna,& dolor,& tensio hîc menstrua antecedit: hęmorrhoides vero non omnibus consuetæ sunt: quibus autem sunt consuetæ,in his solis non facile quis distinguet. Alijs autem omnibus, quãdo affuerint signa coctionis & crisis, vomitus vero signa nõ affuerint vel fluxuum sanguinis vel sudorum,omnino vẽter perturbabitur. Ita quidem distinguere oportet tum propria,tum cõmunia modorum crisium indicia,in hisce.s.morbis, qui per excretiones iudicãdi sunt. Si vero ad abscessus conuertantur,communia quidem omniũ indicia sunt,salutariter se habente ęgro, quod neq; morbus soluatur, neq; vrina multa & multam habẽs subsidẽtiã, sed cruda & tenuis appareat: Propria vero (vbi morbus non fuerit valde diuturnus) si subita difficultas anhelitus laborãti superueniẽs, mox quiescat: eamq; grauitas capitis ac dolor subsequatur, & grauis somnus, ac surditas: huic in H glandibus post aures necesse est abscessus fieri. Si vero morbus iãdiu durauerit, neq; vllum ex his signis affuerit: sed in aliquo ex locis inferioribus vel grauitas vel tensio vel inflammem vel dolor apparuerit: huic abscessus ad partes inferiores est expectãdus. || Exemplum vero
in Prog.cõ.2.t. 67.4ª.205.d vtriusq; abscessus ex vno morbo assumẽs Hippocrates in prognostico, qui possunt eius sermonẽ diligenter inspicere,edocuit, quo pacto oporteat de omnibus abscessibus ratiocinari. Quare mihi visum est hoc in loco facere præsentis sermonis finẽ. Si quis.n.dictis ab Hippocrate, hæc, quæ modo scripsimus, addiderit: nõ dum vero artem habet pręnoscendi crises: in libro sequenti, qui vltimus erit propositæ tractationis,spero ipsum id, quod deficit,cogniturum: prudẽtibus enim & hęc possunt sufficere,neque quarto egent tractatu.

Galeni



GAL. DE DIEBVS DECRETORIIS LIBRI TRES

Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

Ab Augustino Gadaldino accurate emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Enumerantur Iudicatorij Dies: Vis ipsorum ac facultas ostenditur: Via quoque ac ratio ipsorum Prænoscendorum explicatur.

Qui Morbi facta crisi Reuerti soleant: ac de Indicijs Iudicatorijs. CAP. I.

QVò solutiones morborũ, qui non paulatim imminuti fuerunt, verũ subito finierunt, fidæ sint, excretio quædã copiosa, vel abscessus insignis, requiritur: nam, qui morbi citra hæc quieuerunt, in ijs recidiua timenda est. Quare animũ diligenter adhibere conuenit, ægrumq; in oĩ custo C dia tenere, nihil eorum, quæ ijs, qui fideliter sanati sunt, vel in cibo vel in potu vel balneis vel motu vel deniq; in alijs quibuslibet cõcedimus, agere ipsum permittentes. Si nanq; morbus, qui quieuit, exiguus fuerit, forsan ob tã exactã victus rõnẽ prorsus subsederit, vt postea nunquã reuertatꝰ: si vero malignior existat, ẽt tunc, cùm hoc viuẽdi mõ vsus fueris, redibit, non tñ cũ summo discrimine. At, si neglexeris, parumq; studiose animũ aduertas tanq̃ fideliter soluto, multo grauior, q̃ à principio, euadet. Itaque morbi cuiusdã magni & vehementis solutionem firmã signa, quæ λυτήρια. i. solutoria, vocat Hippocrates, præcedere oportet: Partim sudores bonos ex toto corpore manantes, vel vrinarum copiã, vel alui recrementorum, vel vomituum: Partim sanguinis ex naribus profusionẽ, vel aliam quandã eius euacuationẽ, velut ex ani venis fluorẽ, quas αἱμοῤῥοΐδας appellant, vel ex vtero: Partim in glãdulis, quæ auribus subiacent, abscessus, aut in alia quadã ignobili particula, aut in articulis. Cæterum, quibus nullo hmõi signo apparente morbus finijsse vr̃, de his Hippocrates vndequaq; admirabi- « lis, cõi quidẽ sermone hunc in modũ pronunciauit: Quæ sine signis finita sunt, ferè reuertuntur. D mẽbratim vero in aphorismis, & opere prognostico, nec minus ĩ epidemijs perdocuit, Quorũ nã recidiua exitialis sit, quorũ minus: Itẽ quæ nobis curare licet, & prohibere, ne reuertantꝰ. De his sanè in alijs commentarijs sñiam ipsius explicauimus. At nunc de ijs morbis, qui simul cum signis solutorijs desierunt, qui sanè & iudicati esse dicuntꝰ, verba facienda esse censeo, illis, qui boni quippiam de decretorijs diebus intellecturi sunt, cognitu necessaria. Etenim nunc in his excretiones vel abscessus, non mediocris ꝑcedit in ægri corpore perturbatio. Hic siquidẽ frequenter spiritum subito difficilius trahit, vel delirat, vel caliginem vel splendores ob oculos versari putat, vel lachrymas fundit, vel oculos rubentes habet, vel tpa grauia, vel in ceruice dolores percipit, interim vel capite dolet, vel nigra quædã seu obscura oculis offundi queritꝰ, vel cardiogmo. i. oris ventriculi morsu laborat, vel inferius labrũ quasi tremulũ ac intro contractũ habet, vel rigore vehementi cõquassatꝰ. Quinetiã plerisq; hypochondriũ attrahitꝰ, ijdem implacidi sunt, exiliunt, frigidam expetunt, & vri se magis, ac antea, dicũt. Non nullis ipsorum accessio quoq; maturior incipit, & longior vehemẽtiorq; euadit. Ad hæc cœma, aut aliud quoddã atq; aliud symptoma occupat. Atq; hic iam vniuersos, qui adsunt, in metu esse maximo videre licet, audireq; dicentes, q̃ æger nihil ab ijs, qui in foro de morte iudicantꝰ, differat. Vnde mihi quidã medicorũ ne adfuisse quidem hmõi ægrotantium perturbationibus videntꝰ: vel non inquirerent, quid iudicationis vocabulo significaretꝰ, neque an

In Prog. cõ. 3. t. 22. [illegible] 209 c. Et [illegible] Coacis præ not.

[illegible] Aphor. [illegible] Et 2. Epi. sec. 1ª. Quæ ꝑiudicata [illegible] Et 4. [illegible] Qui nõ sincere [illegible] bant. Similiter 2. Prorrhetic. [illegible]

res ita fieri posset, vel minus. Vtrum.n.morborũ quasdam subitas solutiones cum excretione ali- E qua, vel abscessu, fieri dubitant: an hoc quidem vidisse se profitent, alia vero symptomata, quæ ante paulum recensui, adesse ipsis ignorant? An hæc quoq; intelligunt, non aũt id, quod accidit, iudicationem appellandã esse prædicant? quod si est, non de re, sed noie disceptatio est. Nã fateri nõ cognoscere, turbationes quasdã subitas oboriri ægro, cardiogmo laboranti, vel exilienti, desipienti, aliaq; id genus patienti: tum paulopost in eis vel sudore, vel sanguinis profluuio, vel alio quodam simili eueniente, securã morbi solutionem consecutã esse: hoc vel à contentione vel à dementia extrema nihil distat: siquidem hæc non inter ea numerant, quæ raro cõtingunt, sed quæ potius quotidie apparent. Nos sanè turbationẽ in morbo adeo subitam, iudicium seu crisim appellamus: atq; finire ipsam plerunq; ad salutẽ, interim ad exitiũ ægrotantis, affirmamus. Si porrò quis aliud quippiam, non hoc, iudicium esse dicat, & deinde contentiosus sermoni meo obstrepat, is opinionẽ suã, non me, reprehendit. Præstabat igit scientes, quid tãdem sibi velit ipsum vocabulum, de re sermonem eos instituere. Sed horum inscitiæ ac contentioni ne Æsculapius quidem ipse mederi possit.

Atq; hæc mihi plura, quàm decebat, aduersus illos dicta sunt. Cæterum, quibus artis opera curæ sunt, cum illis iam de proposita hîc consideratione disseram.

Eandem inesse Differentiam in Diebus Iudicatorijs, quæ in ipsis Iudicationibus. C AP. 2. F

IVdicia.n.seu crises ipsæ omnibus diebus accidunt, sed neq; pares numero, neq; ex æquali fide. Hoc intercedit discriminis inter illas, q alię bonæ, aliæ malæ, eueniant: quædã cum pluribus, & difficilioribus symptomatis, & maiore certamine: non nullæ statim ab initio tuto inuadũt. Quinetiã in hoc plurimum differunt, q hæ deficientes, illæ perfectæ sunt: nec minus, q aliæ certis statutisq; diebus indicatæ prius, fiunt: aliæ repente & ex improuiso non idiotis modo, sed ẽt artificibus, eueniunt. Tot sunt iudiciorũ differentiæ: tot ẽt dierũ decretoriorum. In duodecimo.n.& decimo sexto nullum vnq̃ iudicatum vidi. In septimo, ne vel numerare oẽs adhuc possum. In sexto iudicant, sed cum difficilibus symptomatis, & periculo maximo: ad hæc absq; fide, imperfectè, obscure, sine notis, & ad malum. Cum igit non solũ mihi tot annis obseruanti huiusmodi, quædã dierum differentia, sed Archigeni ẽt in artis operibus diligenter admodũ versato, inuenta sit: insuper hoc superiori, Tarentino Heraclidi, qui ex experientia speculationem collegit: postremo ẽt Philotimo & Diocli alijsq; veteribus: tum ante hos vniuersos Hippocrati diuinissimo: quomodo nõ quis iure in dierum numero differentiam quandam statuat? Nam, quòd in tot annis septimũ iudicantem subinde simul & absolute, fideliter, tuto, manifeste, conspicue, & salubriter: sextum è contrario viderim: non paruum quoddam discrimen ostendit. Porrò, quòd ego quidem nũquã duo- G decimum viderim iudicantem: alius aũt quispiã raro simul & imperfectè, infirmiter, cum periculo, obscure, sine signis, & malè: neque hoc exiguam dierum differentiam indicat. Multi siquidem morbi sunt, qui in septimo die iudicantur absolute pariter & secure, tuto, aperte, cum bonis signis, & dextre: In duodecimo rari quidem adeo, vt nobis visi sint non dũ: &, si cui aliquando ante nos in duodecimo die crisis euenisse visa est, vel imperfecta vel infida vel periculosa vel obscura vel sine signis vel omnino ad malum accidere visa est. Voco Imperfectam iudicationem, cum ex morbo quippiam relinquitur: Infidam seu incertam, cum morbi recidiua contingit: Periculosam, quę cum symptomatis grauibus accidit: Obscuram, quæ citra excretionem, vel abscessum quempiam euidentem, éuenit: Sine signis fieri dicitur, quæ à nullo priore die indicata est: Mala, quòd in ęgri perniciem omnino desinat, non opus est, vt dicam. Rursus Absolutam voco, quæ nihil relinquit morbi: Fidam, firmam, securam, quæ non amplius redit: Tutã, q̃ sine periculosis symptomatibus accidit: Sic Manifestam, cui excretio quædam, vel abscessus insignis ac conspicuus, adest: Cũ bonis signis accidit, quæ à contemplatorio prius indicata est: Bonam esse, quæ ad sanitatem desinit, non puto quempiam latere. Verum, si hæc ita apparent, maximam esse dierum inuicem differentiam nullus reclamabit. H

Aduersus Eos, qui, quòd Authores dissentirent, & Iudicatorij Dies non easdem vires obtinerent, Vniuersam ipsorum doctrinam euertebant. C AP. 3.

DIcet forsan aliquis nihil verum esse eorum, quę diximus: sed nos argentũ à iudiciarijs diebus accipientes, ipsos in res medicas introducere, tanq̃ nothos quosdã pueros germano veroq; generi assimilantes. Qua enim re moti alia, quàm argento, contra euidentia mentiremur? non.n. genere iudiciarij nobis conueniunt, neque ciues aut familiares sunt, vt ipsis sine mercede subueniamus. Quid nanque vel melius esset, vel illis, vt decretorij esse putentur: vel nobis, si, vt sunt, ostẽderimus? At, quemadmodum alia quoque per experientiam cognita indicamus libere, iniquissimum esse putantes veritatem occultare: sic & dierum differentias, quas crebro spectauimus, dicimus, vti vidimus. Cum autem optimos medicos simul & homines (ambo enim sunt Diocles & Hippocrates) item alios, quorum prius mentionem fecimus, eadem de ipsis pronunciasse inueniamus, adhuc etiam magis, vt puto, confidimus, tanquã vera dicentes. Verũ non consentiũt vniuersi hi (inquiunt) de iudiciarijs diebus: sed hi plures, illi pauciores esse dicunt: Item quidam hos, quidam illos iudiciarios esse pronunciat: non eosdem vniuersi, sed vt cuique sua est opinio. Quid igitur per deos, quæso, ad illos dicas? num, in quo dissensum est, hoc omnino non esse dicitis?

Atqui

A Atqui non dum conueneritis: nam, ꝙ accuratiore experientia inquisitione & iudicio huiusmo-
di opus habeant, apud oẽs in confesso est. At, ꝙ nullus eorum, qui dissentiũt, vera nunciet, nõ mo-
do non vos ô eximij decretoriorum calumniatores, sed nec Pyrrhoneam quidẽ dubitationem pro-
fessi, recipiunt, qm̃ hi dissensionem ἀνεπίκριτον. i. quæ diiudicari nequeat, non simpliciter vniuer-
sam quamlibet, ignoratæ rei signum esse aiunt. An igĩt impossibile est diiudicare, quis de diebus
decretorijs vera, quis falsa, dicat? An possibile quidẽ, sed non facile, siquidẽ & tp̃s longũ & dili-
gentiã accuratam desiderat? Nã morborũ initia q̃nq; sunt obscura: &, vtrũ, in quo quis die crisim
inchoauit, tum esse decretorium, suspicandum sit: an in quo primum solutus est morbus: conside
rationem quandam desiderat. Alius. n. quispiam alterũ ipsorũ, arbitror, alius alterũ, suspicabit̃: for
san ẽt aliquis neutrũ, sed, in quẽ plurimũ iudicij tp̃s peruenit, eũdẽ esse decretorium dicet. Q̃n igit̃
ad hoc ẽt nobis opus est, vt frequenter ipsa inspexerimus, erat aũt hec in diebus quibusdã impossi
bile, qui raro iudicant, vel casu quopiam: nõ. n. impossibilis est hypothesis: si quis raris diebus in-
cidat primis: dein prius, quàm longum iudicium expectarit, de ipsis tanquã decretorijs ferat sen-
tentiam: ex huiusmodi vniuersis necessariũ est veram dierum iudicij historiam turbari. Si etenim,
in quo quis iudicatus est, eum decretorium diceremus, facillima sic eorum cognitio euaderet, &
B propè omnibus esse decretorijs liceret: Qm̃ vero non satis est raro iudicantem vidisse, verum cre-
bro: tum vt crisis sit (quemadmodũ recensui) bona perfecta secura manifesta, ad hæc tuta, & prius
indicata: constat vniuersum in soriticam dubitationem incidere. Si enim quædam ex his, quæ di-
xi, adsint, quædam absint: & præsentia æquentur absentibus, vel exiguus aliorũ sit excessus: liquet
nos de huiusmodi die addubitaturos esse, decretorium, an non, appellare oporteat: siquidẽ omni-
bus, quæ dixi, præsentibus, vel plurimis & maximis, adhuc dubitare summa est stultitia: quemad-
modum si nullum ipsorũ, vel omnino pauca leuiq; potentia prædita adfuerint, etenim hic ex non
decretorijs numerandus est. Quòd si parua quædam eorum, quæ ei adsunt & non adsunt, differen-
tia sit, manifestum est nos in dubitationem venturos, vtrum ex decretorijs hic referẽdus sit, an mi-
nus. Ego itaq; ipse ab adolescentulo quidem dies decretorios obseruare incepi, vt ex mea ipsius
experientia de ipsorum dissensione diiudicarem: non tamen iam sanè possum de quibusdam cla-
re pronunciare, quantum ad præteritam memoriam spectat. Tale ẽt Hippocrati, viro nimirũ ve-
raci, diu admodum accidisse vr̃, si quid ex ‖ primo epidemiωn cõiecturare oportet, vbi multos dies 1. Epid. cõ. 2. t.
in vnum congessit, quos in prognostico & aphorismis circumcidere vr̃. Demonstratum aũt no- 83. 84. 85. 3ª.
bis est alibi, nec iam minus ex sequentibus clarũ euadet, prius epidemiωn libros Hippocratẽ scri- 116. c. Et cõ. 3. t. 14. 120. d
C psisse, dum theoremata adhuc experimentis exploraret, nec generatim sñiam de eis proferre aude 2ª. Aph. 24. Ex.
ret. Quamobrem ij, qui dies iudiciarios tollunt, tanq̃ non existentes, qm̃ de illis inter medicos nõ ord. 15. g
conueniat, non adeo in artis operibus animum aduertisse mihi apparent. Nam, si aduertissent, nõ in Prog. cõ. 3. t.
solum in quibusdam diebus discordare scribentes de ijs, sed ẽt in plurimis conuenire vbi conside- 3. 4ª. 207. b
rarint: & deinde experientiæ suæ meminerint: inuenirent nimirum alterius esse naturæ illos, ĩ qui
bus consentiunt, alterius illos, vbi discrepant. Quis enim vel septimum, vel vndecimum, vel deci-
mumquartum, vel alios quosdam similes, non dixerit esse iudiciarios? nemo, opinor: apparent. n.
omnes tanquam vno ore de ipsis pronunciare. Atqui, si de omnibus inter scriptores conueniret,
forsan ipsis oĩbus ordine liceret sine iudicio & inquisitione veritatis imitari aliquẽ, qui primus de
iudiciarijs diebus disseruit: cum autem in plurimis discordant, non adhuc huiusmodi quid cogita
re licet. Sed mihi mirari succurrit viros ob veritatis acquirendæ studium. Nempe, ꝙ non eosdem
vniuersi dicant, sed in quibusdam discrepent, neq; temere neq; sine ratione mihi facere videñt. At,
qui dies notas iudicationum vniuersas conseruant paulo ante à me scriptas, in ijs vniuersi pari mo
do conscribunt: qui vero ambiguitatem aliquam ac dubitationem habent inde, ꝙ non nullæ eis
notæ adsunt, quædam non, haud ita simili modo ab omnibus scribunt̃. Vnde conijcere est nõ ob
D scure decretoriorum dierum naturam quandam esse propriam, eximiam. Quos. n. seorsum vnus-
quisq; nostrum ad talium experientiam deueniens, iudiciarios pronunciauerit ex eo, ꝙ vniuersas
iudicationum notas conseruent, eosdem apud illos quoq; in confesso esse inuenias: sicut ẽt, quos
experientia nemo potest iudicare, de his esse dissensionem. Nullum igĩt ego his maius indiciũ de
iudiciariorum dierum natura existimo, quàm ꝙ de ijs, qui omnes iudicationum notas habent, has
quoq; apud illos reperias, omnesq; conuenire: de quibus quis dubitet, de ijs dissentire: nam in tali
bus controuersia fidem ijs qui in confesso sunt, firmam astruit. Præstaret ergo sophistis cauillos ali
quando odio prosecutis, de illis, qui omnes habent iudicationũ notas, omnibusq; in confesso sunt,
prompte sñiam dicere, & de reliquis considerare: q̃nquidem propter dubitationem, quæ in paucis
simis est, certitudinem in plurimis adeo conspicuam peruertere extreme absurdum est. Age igĩt,
nos, si veritati studemus, ipsorum iudicio integre manum admoliamur: & primos sanè tanquã re-
gulas quasdam, omnes iudiciorum notas habentes, apponamus: secundos, his proximos: deinde
tertium quendam & quartum ordinem statuamus, & cuiusq; dignitatem indicemus. Etenim hu-
iusmodi cognitio ad curationes morborum & solutiones non leue momentum adfert: ne videli-
cet ijs timeamus, qui fidis diebus iudicati sunt, aut tenuem victum præbeamus: ne've perfidis die-
bus iudicatos parum diligenter obseruemus.

De Viribus Dierum Iudicatoriorum: ac primo quidem de Quarti, Septimi, & Sexti natura. E
CAP. 4.

PRimum itaq; omnium dierum decretoriorum Septimum dicimus, nõ numero videlicet & ordine primum, sed potentia & dignitate: omnes.n.summatim decretoriorum notas occupat. Etenim plurimos iudicat & absolute, item cum manifesta excretione, vel abscessu, sine periculo vehementi: & vt plurimum quartus eum prænunciat. Nam, si vrinæ in illo plane, vel sputi, vel deiectionis, vel appetitus, vel mentis, vel sensus, vel alterius cuiusdã similis, manifesta contigit mutatio, illam vt nõ similis in septimo iudicatio comitet, quomodo fieri posset: bona, si ad salutẽ: mala, si ad peiora pertendat? Plerunq; igitur bona iudicia eueniunt in die septimo: etenim hoc ei præter cæteros accedit, q̃q; non nulli etiam in eo moriuntur, & euidenti conuersione ad peiora pergẽtes, in sequenti quodam decretorio intereunt. Sextum aũt diem, quanto pauciores in eo iudicantur, quàm in septimo, tanto quoque maligniorem inuenio, vt qui ferè ex aduerso natura septimo oppositus sit. Etenim, qui in quarto ad peiorem statum recidunt, pleriq; sexto moriũtur. E cõtrario rursus, si bona conuersio contingat, septimum crisis expectabit. Et, si raro interim ad meliora conuersionem in quarto die euenientem sextus excipiens iudicarit, incredibile est, quanta cũ perturbatione periculo & metu hoc fiat, quasi æger statim adeo fato sit functurus. Nam, si in delationem animi, q̃ cataphoram dicunt, incidant, sopori graui, quẽ caron appellant, simile quid ipsis obuenit: fiuntq; tum oĩs sensus, tum vocis, expertes: &, siquæ excretio proueniat, animo consternantur, pulsus ipsorum concidunt, color abit, tremunt, collabunt. At septimus dies semper pro excretionis portione reficit ipsos magis ac recreat. Atque igitur sexto die maligna, acria, fœtida magna ex parte tũ deijciunt, tũ vomunt. Sudores rari quidẽ, qui æquales & toto manantes corpore, & calidi: quales, si qñ oboriunt, sæpenumero intercipiunt. Timor inuadit spectantes eius rei ignaros. Interdum parotides malignæ, vel ẽt arquatus, vel alius quidam abscessus, alterũ certamen quo discutiat, requirens, emergit. †Ex vrinis iudicas? nec interim in his boni quippiã inueneris: etenim crudæ, decolores, tenues, boni nihil, quod subsidet, habentes, sed nunc quasi testaceum, nunc arenosum: in totũ, inæquale, incoctum, ipsa copia tantum in sexto die, quibus apparet, conducens. Atq; hęc huius diei moderatissima leuissimaq; sunt opera, si quis saluari debet: plurimos aũt confestim in syncopen coniecit, vel suffocauit largo sanguinis profluuio, vel euacuatione parum moderata, item vel quadã catoche, vel insania, quam μανίαν græci appellant: alios in manifestam perniciẽ iniecit, arquatos inducens, parotidas non bonas excitans, & marcoribus insanabilibus interim iuoluens: demum quod mali genus non adfert? Mihi equidem frequenter in mẽtẽ venit Septimi diei G naturam Regi assimilare, Sexti vero Tyranno. Ille siquidem prouidet, tanq; bonus aliquis princeps, ijs, quos iudicat, vt vel supplicij partem adimat, vel illustret victoriam: Sextum vero diẽ ẽ cõtrario finxeris vel pernicie illius, quem iudicandũ accepit, gaudere, vel salute dolere, quęrereq; vbi animum expleat, & male ægrum, qui in ipsum incidit, tractet, & longa punitione inuoluens exerceat. Agẽ igit (sermo.n.hic mihi sistat prius, q̃ aliorũ dierũ decretoriorum naturã explicẽ) si quis roget me de septimo die, an decretorius sit: dein, vbi hoc affirmarim ex parato, de sexto rursus quęrat: quid ei respondero? Nam, si eãdẽ huic quoq; appellationem imponam, putabit forsan aliquis natura ipsum septimo assimilem me existimare: si vero natura contrariũ, ideoq; ex decretorijs diebus exemerim, forsan opinabit eodem genere cum duodecimo & decimosexto comprehendi: de quibus antea dixi, nunq̃ me videlicet vidisse ipsos iudicantes. De his sanè, quid sentiam, prompte, vt de septimo dixi, enunciabo. Illos.n.q; nullam decernendi notam habent, non decretorios dicã: hunc, quia oẽs habet, decretoriũ esse: de sexto non tam absolutam enũciationem statuere possum, decernit etenim frequenter de morbis, sed dolose & praue. Quapropter, si quis me cogat de ipso ferre sententiam, non longa oratione vsus, vt paulo ante, cum vniuersam eius naturã recenserem, sed summam complectẽs, sextũ diem malum esse decretorium dixero, quemadmodum septimum H bonum. Nõ tñ sic conuenit simpliciter atq; angusta oratione de re non simplici pronũciare. Nã præter alia medicorum pleriq; rei ipsius obliti, de nomine contendunt: non nulli subitam in morbo mutationem iudicationem appellant: quidam, nisi bene ęgro cesserit, tale crisim non vocitant: aliqui horum vtrunq; iudicij opus esse aiunt. At iudicium ipsum, perturbationẽ (quã σάλον grece dicunt) facientẽ conspicue mutationẽ in morbo acuto, ex ipsa videlicet morbi natura prouenietẽ, non extrinsecus, esse arbitrant. Deinde multum ac diu de significato cõtendunt: neq; id ipsum intelligentes, tanq̃ à rebus medicis desciscentes, vel dialecticis vel grãmaticis vel rhetoribus cõueniẽtẽ speculationẽ recipiunt: siquidẽ dialectici munus est de nominum rectitudine disputare: Rhetorum & Grãmaticorum est inspicere nomen, an latinis in vsu sit. Atq; hęc non nulli medicorum factitant, tantam vel dialectices vel grammatices vel rhetorices cognitionem ac intelligentiam habentes, q̃tam asinus lyræ. Hi ergo medicorũ res omittentes, & aliena male tractantes, vtrobiq; grauiter peccant. Nos sanè, q̃uo quis medicis nominibus optime vtat, alibi mõstrauimus. In pręsenti commẽtario dierum naturam interpretari statuimus, sophistarum nugas alijs relinquentes, qui artis opera parum curant, sed nugantur, velut in adolescentium diatribis. Dicetur tamen nõ nihil in sequẽtibus etiam de prædictis nominibus, vt illorum cauillos quis possit diluere, homonymias distin-

† si uero & per urinas quã doque iudicet, nec ipsis bonas inueneris.

A distinguens. Nunc aũt prius ipsam vtilitatẽ explicemus, quemadmodum in oĩbus cõmentarijs fecimus, vt hunc iam tenens, eoq; fruens, ex abundantia, sophistarum nugas reprehẽdere cõdiscas. Nam, vt alia sine longa ipsorum nugacitate, artis candidati possunt ediscere, oẽm ad amussim dierum naturam ex ipsa doctrina opere possunt cõsequi. Atqui in totum ab eorum loquacitate tam vulgata abstinere impossibile est: postremo quoq; in priore sermone vel inuiti ipsam attigimus.

De Ordine Dierum Iudicatoriorum ad Vigesimum vsq; diem. CAP. 5.

PVta itaq; illa vice procemij alicuius propter speculationis celebritatem mihi esse prælibata: vtilitatem autem ipsam & præstantiam ad artis opera, nunc deinceps dicere vniuersam tempus postulat. Quòd quidem vtilitas sit, etiam sine appellatione ostenditur: ꝙ autem veritas, non statim apparet, sed ex ipsis rebus iudicationem expectat. Quare lectores hoc adhortari opportunum est, vt, postꝗ, quemadmodum & nos oĩa hic scripta multo tempore iudicauimus, ipsi quoq; in ægris eadẽ explorauerint, tum audeant de dictorũ veritate sententiam proferre, prius autẽ non.

Rursus igitur initiũ faciamus ab ijs, quæ à principio libri incepimus: dicamusq;, quæcunq; quidem prius dicta sunt, per capita resumẽtes, vt solũ memoria teneantur: quæcunq; vero nõ dum diximus, enarratione fusa interpretemur. Hæc aũt dicta sunt: Morborũ solutiones, quę subito, vni-B uersimq; fiunt, excretionem quandam vel abscessum euidẽter requirere: Dierum vero, in quibus eueniunt, naturas esse differentes: etenim Septimum & frequenter soluere, & perfecte, & cũ fide, & salubriter, & sine periculo, & clare, & cum bonis signis: Sextũ freqũeter quidem & ipsum, sed non septimo similiter: nam & pauciores ipsum iudicare, & solutionis modo plurimum differre: neq; enim bonas salubresq; ipsas esse, verum malitiosas plurimas: neq;, si bonas solutiones, oĩno & perfectas: immo neq;, si perfectas, statim etiam cũ fide, quia non nunꝗ morbus reuertit, exacte licet solutus esse videatur. Quinetiam cũ periculo & obscure sextum diem iudicare, idq; ei maxime propriũ esse, hoc quoꝗ diximus. Attamen sine signis iudicium nõ omnino sexti propriũ est, sed quartus ipsius, vt etiam septimi index est. Hæc igitur pręfati sumus: quę restant, nunc adijciamus. Septimi naturam decimusquartus maxime imitatur. Proximi his sunt nonus, vndecimus, & vigesimus. Prope hos vero decimusseptimus, & quintus, post hos quartus, hũc sequuntur tertius, & decimusoctauus. At sexti naturam nullus exacte aliorum dierum imitatur. Si aliqñ autem in octauum diem vel decimum subita morbi solutio incidat, similis ferè ei est, quę in sexta accidat: verum raro in his soluitur, nec cũ fide, nec bene, nec perfecte: insuper ad hæc obscure simul & citra notas: vnde alterius esse naturę ipsi cũ supra dictis ostenduntur. Quẽadmodum in his morbus C subito nõ soluitur, ita nec in ijs, quos statim recensebimus, duodecimo, sextodecimo, & nonodecimo. Medius inter hos ordines dierum subito non soluentiũ, octaui dico, decimi, duodecimi, decimisexti, deciminoni, quos iam retulimus: & tertij, quarti, quinti, sexti, septimi, noni, vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, decimioctaui, vigesimi: Decimustertius maxime videt̃ mihi esse positus, nec scilicet ita reijciendus, sicut hi, qui secundæ sunt notæ: nec ita soluere morbos natus, sicut ij, qui primæ sunt notæ. Hmõi quædam dictorum dierum ad vigesimum vsq; differẽtia est. Reliquas ordine deinceps dicturus sum, hoc primũ in memoriã reuocato, quod ante paulũ promisi. Nam, quantum ad artis opera attinet, longo ad inuentionem tempore opus est, breuissimo aũt ad doctrinam: quicquid est aliud reliquum, vel sophistarum nugæ vel aduersus hos cõtrouersia est, etsi hæc quoꝗ deliramentũ sit, præstaret.n. ipsos despicere: pp iuuenes tñ, qui aliqñ cauillationibus circũuenti, à naturali ratiocinatione recedunt, necessario locum habet. Igit̃, quid proposuerimus, manifeste iã liquet. Nam sine noĩbus etiam his, iudicari, iudicatum esse, iudicium, & decretorium, drías dierum interpretatus sum: non à ratione quadã, vel dogmate abditorum, eas introducens, verũ ex solo diuturno vsu speculationem constituens. Porrò, quicunq; hoc omisso, vel quõo iudicationẽ diffinire conueniat: vel quæ ratio sit, cuius occasione non ęque in vniuersis prædictis D diebus iudicia fiũt, disquirit: sophistis controuersiæ ansam præbebit: qui huiusmodi sermonibus contradicentes, rem ipsam se subuertere putant: Veluti si quis videndi causis, quas philosophi dicunt, reclamans, se visum sustulisse credat: vel si quis, de motu quid dicat, non habeat, vel de loco, tempore, generatione & corruptione, cũ sermonibus res quoq; sustulisse arbitretur. Talis est.n. de iudicio & decretorijs diebus sophistarũ dicendi facultas: qui euidens ipsum sanè amouere nõ possunt, significata vero trãsponunt, & ad diffinitiones quasdam reclamant, postremo placita de natura numerorum proferendunt. Quanꝗ à nobis nuper scripta doctrina nihil horum attigit: atque huius rei gratia sophistarum os obturat, vtilitatem vsumq; breuiter edocet. Pari modo dierum post vigesimum differentias compendiose tractassem, nisi ratio quædam necessaria obstitisset: quam & ipsam Empirici, qui nihil aliud recipiunt, nisi euidenter apparentia, accurate nouerunt: non tamen qui primum artem recipiunt.

De quintodecĩmo quid dicẽdum, cũ nullã hic de eo mentionem haberi videamus?

Solutio Rationum, quæ Morborum Initium, quasi Inexplicabile ostendebant. CAP. 6.

HÆc aũt ipsa rõ, ea est, quę inquirit, quod nam tãdem sit morborũ principiũ. Etenim vigilãt, cibos fastidiunt, capite grauantur, segnes & ad motum pigri fiunt, toto corpore lassitudinẽ sentiunt, aliaq; id genus infinita patiunt̃ plurimi ęgrotaturi. Atq; hæc primo adueniunt modice, verum semper magis augescunt paulatim, obambulantibus iam, & consueta faciẽtibus. Posteaꝗ

vero nimiſquam diſplicere ſibi cœperint,ac ab affectu victi primum fuerint,tunc decũbunt. Vn- E
de perſpicuum euadit, morbi principium ſtatuere conueniens, nõ leuioris eſſe negocij: quippe
ad amuſſim primum,inſenſibile eſſe: vbi iam decubuerit,nõ morbi, ſed decubitus,eſſe principiũ.
Etenim,ꝙ fortiores quidam ſunt maliq; patientes, item ꝙ detinentur aliquo ciuili negocio, lon-
giusq; eunt,& procul a domo deducunt,atq; ob alias huiuſmodi cauſas, poſſit quis non dum de-
cumbere,ſed male affectus quidẽ eſſe: ſi mollis quiſpiam animo, imbecillis,timidus,& de quamli-
bet leui cauſa ſuſpicioſus, ſtatim decumbit. Cuius igitur decubitus morbi initium putandus,ne-
mo facile inuenerit. Atqui,ſi neq; primum exacte principium capere licet: neq; decubitum,mor-
bi initium cõſiſtere, ratio eſt: cõſtat neq; aliud tempus aliquod,vel ante decubitum,vel poſt eum.
Siquidem priora omnia inique capientur primo principio neglecto: quæ poſt decubitum ſunt,
multo iniquius,ſi neq; huius tempus morbi exordium eſt. Huiuſmodi quidem ſunt addubitatio
nes. Porro ipſorum ſolutiones diuerſæ ſunt: Prima & maxima, Multos morbos repente inuade
re,vel ſimul cum rigore, vel dolore vehementi, nullo plane ſenſibili ſymptomate eos prægreſſo.
Morbis itaq; alijs,in quibus obſcura principia ſunt,omiſſis,decretorios dies in manifeſtiſſimis ex
1. Fpi. cõ. 3. t. 25. 3ª. 124. e periamur. Etenim & || cœnatis facillime pleriſq;, & || exercitatis, || lotiſq;, ſubito morbus aduenit,
2. Epid. cõ. 3. t. 19. 3ª. 121. e queadmodum Hippocrates quoq; de multis ægris ſcriptum reliquit: Vt idẽ author de alijs ęgro- F
tis ſcribere conſueuit,ꝙ, priusq́ ægrotare inciperent, ſtando in erectum fatigabantur. Et quidem
5. Epi. in hiſto-ria Hippoſthenis. hoc ipſum dicentes, anteq́ morbus incepiſſet, inſcij ac imprudentes veritatem confitemur: nam
morbi initium tempus illud ipſis putandum eſt, cũ manifeſto febricitare incipiẽtes decubuerint.
Non enim idem ſunt capitis dolor,& febris: ſicut nec vigilia, & cibi faſtidium, & totius corporis
grauitas,vel laſſitudinis ſenſus: verum ſingula hæc,diuerſa quædam a febre exiſtẽtia, febrem de-
nunciant. Tu igitur o ſophiſta mentem his aduerte. Febris inuadens,maximeq; acuta, neq; nos
neq; idiotam quemlibet latere poteſt. Finge autem, ſi voles, latere nos quoq;: ſed mirarer, ſi diu-
tius hora ægrotãtem, licet omnino ſenſus expers ſit, latuerit. Putet itaq; inuaſiſſe hora decima: ſit
autem verum initium,quod non decima,ſed nona hora contigerit: quid hoc ad dies decretorios?
In hoc artis medicæ opera nimis, vti vides, pereunt, ꝙ ægrotantium non nullos hora vna latuit.
Hippocrates ſane medicorum omnium diligentiſſimus,vniuerſa hæc cum obſeruaſſet, quemad-
1. Epid. cõ. 3. t. 26. 3ª. 124. g. Et 3. Epi. cõ. 2. t. 82. 3. 150. f. Et. 151. b. t. 84. modum,ꝙ complures repente nullo prius oborto ſymptomate,quidam || ſtando in rectum fatiga
ti, febricitare inceperunt, memoriæ prodidit: ita iudicationes euenientes a primo die, quo febri-
citauit homo,non ab illo,quo capite doluit vel huiuſmodi aliud quippiam paſſus eſt, accurate in-
ſpexit, quoniam in huiuſmodi principijs decretoriorum dierum experientia medicis eſt. Porro G
tu,ſi principia ratione contemplabilia vis inſpicere,forſan ἀειπαθεία; id eſt perpetuæ inualetudi-
nis,placitum attinges: at non Aſclepiadarum medicina talis eſt. Ratione ſiquidem contemplato
rias illi febres neq; dignoſcere neq; curare dignati ſunt: ſenſiles aũt & claras, & potiſſimum cum
acutæ ſint,in quibus & decretoriorum dierum contemplationem requirimus, neq; idiotam quẽ-
libet,neq; medicum,latere poſſunt. Quid iam tibi vis? an in ijs,qui ſtatim decubuerunt, obſerua-
tionem facere, vel qui ſtando in erectum defatigati ſunt? Hippocrates etenim in vtriſq; faciens,
eoſdem de ambobus decretorios pronunciauit: non vbi primum capite doluit, ſed cum primum
febricitauit, morbi initiũ conſtituens. Ita ẽt ſinguli alij,quibus ars curæ eſt,nõ ſermones falſi pro-
babiliter contexti. Iam quidem morbi principium medicis facillime cognoſcitur. Siquis vero ſe
ipſum ab hac appellatione eximit, non dumq; perſuaſum habet: tum nugari non ſolum nos, ſed
etiam Hippocratem, Dioclem, reliquoſq; alios, quorum prius mentionem fecimus, exiſtimat: is
Cadmeam victoriam vincat.

De Facultate Dierum Iudicatoriorum aduerſus Sophiſtas. *CAP. 7.*

NOs enim ſophiſtas reprehendere nunc non inſtituimus, quoniam ſuperuacuum: verum
ijs, qui veritatem ſectantur, ſpeculationem noſtram impertimus. Ponamus iam huiuſmo H
di quẽdam ęgrum clarioris doctrinæ gratia, qui decima diei hora acuta febre conflictari incipiat:
vnde ſophiſtis quærere iubentes principium ratione contemplatoriũ, ipſi,ſecundum diem,an ali
quod aliud initium acceſſio altera in ipſo faciat ſenſibile & clarum, obſeruabimus: Dein eodem
modo tertium, vt ſiue per triduum ſiue quotidie fiant acceſſiones,cognoſcamus: hoc autem ma-
gis,ſiue in paribus ſiue in imparibus diebus vehementius intẽdatur. Eſto febris cõtinua, per tri-
duũ vero acceſſiones: tertio quidẽ die,hora vndecima: quĩto,noctis hora prima acceſſionem ha-
beat: ſeptimo noctis hora tertia: ſemper enim acceſſionem duabus horis poſt venire ſtatuamus:
quapropter etiam noni diei noctis hora quinta, vndecimi ſeptima, fiet acceſſio. Sunto iam huic
alia ſimilia per vniuerſum morbi decurſum a principio ad vſq; noctem vndecimam. Vndecimo
vero die coloratiores ſimul vrinæ reddantur, & quaſi albæ nubeculæ in ijs innatent, prius nõ vi
ſæ. Hic non mediocris ſpes eſt vere medicis morbum in decimoquarto die diſcuſſum iri: euenit
tamen ſubinde ſolutionem in dierum quendam ſequentium incidere. At,hoc quo pacto fiat,ſer
monis de iudicijs proprium exiſtit, eaq; de cauſa in illo dicemus: nunc autem de decretorijs die-
bus diſſerere propoſuimus. Cuius autem gratia exemplum requirebam, propius venire appa-
ret. Inuadat enim quotacunque hora decimætertiæ noctis acceſſio cum totius corporis concuſ-

fione,

A sione, quam Græci ῥῖγος nominant: fieri siquidem potest, vt horam consuetam præoccupet, aut non præoccupet: ambo enim eueniunt, magis tamẽ alterum, vt præoccupet, cum crisis futura est. Sit iam quoque molesta grauisq́; si placet, tota nox decimatertia facta, quo certius firmiusq́; iudicium fore speremus: q̃m impossibile est eum, qui tam grauiter laborarit in accessione, quæ decimatertia nocte incepit, nõ iudicari. Iam vero, vt nihil indefinitum sit fingamus noctem grauem: inuadat accessio hora octaua cum vehementi corporis concussione: nullumq́; aliud ex iis, quę in crisibus superueniunt, symptoma adsit: pulsus fiat inordinatus, inæqualis: sed motus plures elati, & magni appareant: huiusmodi æger, vbi accessio cum corporis concussione inuadens vigorem suũ receperit, sudare statim decretorio modo in decimoquarto videlicet die incipit: sic enim euenit, si decimatertia nocte hora octaua accessio inuadat. Itaque iam facilius pro euacuationis ratione spiret moueatq́; sese, & pulsus ædat meliores: tũ facilis toleratio ista comitetur: & toto die vniuersum corpus æqualiter insudet: dein ad vesperam in totum febri leuetur. talis æger tuto iudicatus est. Procedente tempore paulatim ipsum recreare cibis & reficere conuenit: nihil etiam timere, dies enim fida fuit, omnesq́; decretoriæ notæ concurrerunt. Nempe, q̃ vndecimo die in vrinis quid iudicatorium apparuit, signum est iudicii, quod εὔσημον. i. cum bonis signis, merito nuncu-
B patur: item nox grauis, quæ accessionem præcedit, & insultus cum concussione, pulsuum commotio decretoria, sudores boni: Atq́; ob hoc clarum iudicium merito nominatur: q̃ sine symptomatibus horrẽdis euenerit, tutum: quinetiam perfectum, quod febrem perfecte discussit: bonum ob hoc ipsum, & q̃ sine periculo. Quod igitur iudicio testimoniũ afferendum relinquitur? huic mihi animum adhibeas, q̃ fidele est iudicium, securum, & à metu de morbi recidiua remotum. Vnde hoc accepimus? nempe q̃ alia singula ex vno quopiam, vel etiã duobus, vel pluribus quidem, sed non ex vniuersis factis, oriuntur: verum q̃ cum fide, omnibus, quæ commemorantur, indiget: in quibus dici quoque natura est, nam, si aliis omnibus, quę retuli, euenientibus, crisis in decimumquintum incidisset, non perinde secura esset. Fides igitur exquisita iudicii à die sigillatur, ac obsignatur: atq́; hic Decretoriorum dierũ est vsus. At, si quis solos ipsos omne posse existimet, is non solum plus ignorat, q̃ cognoscit: immo sophistis etiam, contradicendi occasionem exhibet. Dicunt igitur statim: Si fidem in morborum solutionibus decimiquarti diei natura præberet, fidum ipsum esse vel sine multis sudoribus & salubribus oporteret. Quo autem sermo nugax sit, ego ne vel ostendere prorsus volui, sed singulos medicorũ scholam frequentantes tantum prius eruditos esse, quam frequẽtarent, vt saltem cauillos ac captiones adeo manifestas possint co-
C gnoscere. Huiusmodi siquidem nugacitas omne peruertit auxilium, neque venę incisionem nõ nunquam auxiliari demonstrans: si nanq́; auxiliaretur, cur tandem non statim eos, quibus vena incisa est, in balneum dimittimus audacterq́; nutrimus, verum in lecto cõtinemus & tenui victus ratione fouemus? quid, q̃ nec cataplasma apponimus? etenim hoc repletos, lotos, & ebrios iuuat: quin nec clysterem, neq́; ex omnibus aliud quodlibet: similis nanq́; loquacitas est. Sed, quoniam artem tam mirabilem ac magnam pro Asclepiadis veteribus Lanifices & Telonæ tractant, oportet videlicet nos quoq́; eam oppugnatam vindicare: dicereq́;, Si vna quæuis causa vnius rei efficiens esse, & vnũ quoduis signum vnius rei index esse, dicatur: ac quispiam ostẽdat hãc ipsam causam & hoc ipsum signũ minime præstare posse id, quod de ipsis enunciatum fuerat, vt quæ alterius præsentiam semper requirãt: pulchre opinionem reprehendet: Si vero aut facere, aut indicare simul plura coeuntia, hoc aliquid dicatur, nugax est, qui seorsum ipsorum vnũquodq́; aggreditur: non enim vnumquodq́; ipsorum priuatim tanquam nõ sufficiens, sed vniuersa simul subuertere cõuenit. Dixeris equidem sic, puto, etsi decem aliqui pondus quodlibet attollere possint, singuli vero priuatim nullum possint, ad operis totius absolutionem vnum inferri. Quid iã vis? vtrum decretorios dies fidæ morborum solutionis esse causas, an signa? in vtrisq́; siquidẽ sophis-
D ma prompte deprehenditur. Vis, prius causas statuamus: quemadmodum & venę sectionem, & clysterem, & cataplasma, aliaq́; singula præsidia causas sanitatis esse dicimus? verum, vt illorũ nullum adeo validum erat, vt sine aliis restituat sanitatem, ita nec decretorius dies. Rursus igitur, si tibi vr, non causas, sed signa dicamus, qualia in vrinis, alui recrementis, sputo, atq́; huiusmodi aliis vniuersis cernuntur: sed nec illorum vllum solũ poterat vel salutem vel mortem indicare. Atqui, si neq́; vt cãs, neq́; vt signa, decretorios dies censeã semper solos aut facere aut indicare idem, verũ cum plurium congressu, nullam adhuc rationem sophisma ipsorum habebit. Non.n. hæc decretoriorum dierum recta exploratio, q̃ etiam sine aliis signis decretoriis fidi sint: verum alia quedã, quæ sanè re vera, est. Nam, si aliis vniuersis indiciis eodem modo habentibus, decretorius dies solum destituatur, multum à iudicii fide tolletur: q̃ si vero aliis decernendi signis non admodum completis, decretorium ipsis diem apposueris, solutionis securæ spes quædam affulget. Iam vero, si hoc etiam solum decretoriis diebus adsit, nempe cũ ipsis frequenter vel plurima & maxima decretoria signa vel etiam vniuersa concurrere, æquum videlicet esset huius tantum occasione propriam quandam decretoriorũ dierum naturam esse putare. Cũ igitur ad hoc a se ipsis quoq́; aliquid afferunt in medium, non multo sanè magis ipsos ab illis, qui nihil inferunt, neq́; multis iudicandi signis concurrunt, separabimus, ceu propriam illi, hi vero propriam, naturam habeãt? mihi

quidem etiam admodum videtur. Itaq; rursus a sophistis, qui artis optima conspurcant, receden E tes, memores præscriptæ paulo ante hypotheseos, claritatis doctrinæ gratia, ægrum illum, quem continue febricitantem, per triduum accessionem experiri, ad diem vndecimum deducentes sermone, decretorium in vrinis posuimus signum habuisse, deinde quartodecimo iudicatum esse: Nunc haud ita sic, sed iniudicatum adhuc, in decimamquintam noctem accessionē, quæ in ea accidit, deducentes, similiter cum totius corporis concussione inuadentem, pari modo sudore iudicari fingamus in die sextodecimo, vt euidenter cognoscamus, quantā virtutem dies decretorius obtineat. Primum etenim neq; probe sudauerit hic ægrotus, neq; perfecte in illo die febris eum dimiserit: q, si aliquid vtiq; præter opinionem euenerit, sine fide omnino crisis est: itē, si æger quid peccet, morbus denuo reuertetur.

De Regulis, quibus comprehenditur Dies Iudicatorius, quando Iudicium ad Multos dies videtur pertinere CAP. 8.

ITerum ergo protrahentes eundem ægrotum, quarto die signū decretoriū habuisse ponamus, quemadmodum paulo supra vndecimo statuimus: huic crisis septimo expectanda est. Contemplatorius enim in secunda septimana, vndecimus: in prima, quartus: & indicare natus est, sicut vndecimus quartumdecimum, ita quartus septimū, qualis nam erit. Fiat autem accessio in se- F ptima nocte hora tertia, sicut prius statutum est: item concussio, pulsuum mutationes eueniant: nocte iam finiente sudare incipiat: postea toto deinceps die octauo pulchre sudet: postremo febri leuetur ad vesperam. Hic rursus animum mihi aduertas: cuius enim gratia ęgrum produxerim, non paruum est. Siquidem in prima hypothesi decimatertia nocte accessionem expertus more decretorio, deinde quartodecimo febri liberatus, non decimotertio sed decimoquarto, iudicatus esse dicebatur: nunc autem, sudores licet ex morbi solutione in octauum diem totum exciderint, tamen septimo die hic iudicatus dici queat. Adhibendus enim animus est neq; simpliciter accessionum principijs, etiamsi cum decretorijs notis inuadant: neq; cum primū sudare, vel alio quouis pacto inceperint iudicari: etenim hoc solum fidem non habet: immo nec cum primum febris decessit: quin nec duo coeuntia reliquo maiorem potentiam necessario habent, etenim tria conuenientia omnem quæstionem tollere conspicuum est. Dico autem, si in vno aliquo die accessio cum signis decretorijs inuadat, & iudicium incipiat, & perfecta solutio sequatur: si quidem partitionem fecerimus, distinguetur primum & maxime diebus, quos indices & contemplatorios appellāt. Si nāq; vel quarto vel vndecimo indice facto crisis quolibet modo attigerit vel septimum vel decimumquartum, illorum ipsam crisim esse arbitrari oportet. Porro, si perfecte iudicium ex- G tra illos dies cadat, vt neq; in illis incipiat neq; compleatur, constat non adhuc esse dicendum, morbum in septimo aut decimoquarto iudicatum, verum in alio quopiam die, qui totam crisim in se cōprehendat. Et, si tamen nullo indice prius habito crisis subito contingat, duos attingens dies, ad notas has respiciens distingues, vtrius nam sit, nēpe ad accessionum analogiam, ad dierum naturam, ad decernēdi temporum numerum, ad ipsum iudicij tempus. Ad accessionum analogiam sic: imparibus diebus si æger magis laborarit, proprium magis diei imparis iudiciū: quemadmodum, si paribus, illius proprium: nam in accessionibus plurimum iudicia contingunt. Cæterum ad dierum naturam hoc pacto, si ambigas, vtrū noni diei vel decimi sit iudicium: si enim salubre, ac bonum, perfectum, sine periculo, noni magis est: si imperfectum, malum, & periculosum, decimi. Ad numerum decernendi temporum: quoniam hæc tria erant, decretoriæ accessionis initiū, decretoriæ motionis principium, finis ipse iudicij: qui dies tempora duo accipit in sese, magis iudicium sibi vendicat. Sic &, ipsum tempus iudicij vtra die fuerit longius, illi magis iudicium attribuendum est. Si igitur quatuor quidem hæ notę vno die introducantur, huic tu quoq; iudicium attribues: &, si vna ex his relinquatur, sic quoque adhuc adscribes, sed iam & alterum ipsius crisis participem fieri putabis: si vero æquales notæ fuerint, iudicium quoq; vtriusq; diei cōe esse cense- H bis. Interim vero nō duos modo, sed tres ēt dies, iudicium attingit. Iterum igitur hic mediā, quantum ad temporis longitudinē attinet, præpones: non tñ vniuersum ei concedes, sed Primum quidem, si absq; indice & contemplatorio die crisis fuerit, considerandum est, qm̄ diximus maximam hoc potentiam habere: Secundo regulis quoq; alijs, quas modo enarrare desii, vtendum est, nempe accessionum collatione, dierum natura, decernendi temporum numero, & ipso iudicij tpe.

De Prima ac Secunda Die: & de nomine Crisis vel Iudicij. CAP. 9.

QVoniam vero de his abunde satis diffinitum est, reuersi denuo, vti prius vsq; ad diē vigesimum, ita iam post illum decretorios enumerabimus: tantūmodo prius relatis iā adijcietes, quantum ad præsentem disputationem conducit, item ne vlla iam cōmemoratis quæstio desit. Quid aūt hoc est? De primo die in morbis, & secundo, non diximus in superiore sermone, etsi Diocli hi quoque decernere de morbis visi sunt. Quomodo igitur de hoc intelligendum sit, distinctione docebimus. Nam, si præceps ac subita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi solutionē præcedens, crisis siue iudicium nominatur neq; primum diem neque secundum decretorios esse censebimus, quia illa velut fluctuatio, quę solutionē pręcedit, nequaq̄ in his est cōspicua:

si

A si vero solutionem simpliciter, iudicium voces, hi quoque erunt decretorij. Certe oẽs febres diariæ solutionem partim in primo statim die, partim in secundo, nanciscuntur. De significatu igitur quæstio hîc magis est, quàm de re ipsa: ipsam enim rem, liberari videlicet plerosq; febribus in primis statim diebus, nemo ignorat. Ad hoc genus quæstionis pertinet illud quoque, an, cum perturbatio facta in morbi solutionem finierit, crisim esse factam dicendum: an, cum insignis quæpiã mutatio acciderit. Quinetiam, ipsum solutionis nomen vtrum, cum ad sanitatem æger reciderit, duntaxat inferendum sit: an etiam, vbi mors secuta, adhuc morbum hic quoque solutũ fuisse dicendum sit: magnam inquisitionem obtinet. Cum vero huiusmodi disquirendi otium suppetet, rursus exponemus. Nunc autem in hoc priore commentario solam ipsam vtilitatem commonstrare proposuimus, quam & sine demõstrationibus logicis ex hypothesi colligere possum. Fingamus enim perturbationem ante exactam solutionem, crisim simpliciter appellari: aliarum nulla crisis absolute, verum quæ ad perniciem tendit, mala crisis totum hoc nominetur: quæ insigne quidem momentum attulit, morbum vero non soluit perfecte, deficiens appelletur: alia, quæ insigniter ad peiora declinat, imperfecta simul & mala. Sic quidem, cum singulas res priuatim absolute clareq; indicare voluerimus. Interdum vero interpretationibus defectiuis appellatis vtentes, iudicia no
B minamus vniuersas quatuor differentias, citra appositionem mali, vel imperfecti. Atque hanc deficientem interpretationem apud omnes homines satis in vsu esse, alibi declaratum est copiosius: sed nunc quoque dicemus, quantum ad præsens institutum est. Chœnicem sane, & cubitum, & pedem, aut aliam quandam mensuram, neque cum maior, quàm par sit, existat, neque cum minor iusto, eodem appellasse vocabulo conuenit, quoniam quantitatem aliquam certam vnumquodq; tale nomen indicat: attamen est, cum chœnicem minorem maioremq;, ac conuenit, nũcupamus: similiter cubitum, pedem, & alias quasque mensuras. At, cum exacte interpretamur, non cubitũ simpliciter, sed magnum cubitum aut paruum, nominamus: absolute vero, solum iustum. Aliquãdo non nulla secundum vehementem excessum, generis totius appellationem sortiuntur: quemadmodum etiam apud poetam scribi dicimus, alium præter Homerum, neminem intelligentes, in
" finiti licet alij poetæ sint. Huius farinæ est, quod dicitur apud Comicum: Et rarum est, vt, qui ho-
" mo, sit homo. Nam agrestem, belluinum, amentem, rusticum, non secundum hominis naturã esse putantes, ad integros in ea natura & consummatos nomen transferimus. Siue igitur sic per excessum quendam iudicij nomen dicimus, siue iuxta priorem rationem, alterius temporis est disputatio. Quod autem ad medicinæ opera momenti afferat, iam colligere est ex præscriptorum nomi
C num hypothesi. Quod.n. omnes iudiciorum notas habet, iudicium absoluto sermone vocat: alia, cum appositione nominis appellabuntur. Iam, si non subitæ mutationis perturbationem, verũ solam ipsam mutationem voluerit quispiam iudicationem nominare, bona quidẽ simulq; perfecta solutio, simplici sermone crisis vocabitur: reliquæ cum appositione omnes.

De Iudicatorijs Diebus, qui post Vigesimum enumerantur. CAP. 10.

PRoinde qui post vigesimum diem decretorij: hoc enim vnà mihi propositum est percensere. Archigenes sane Dioclesq; vigesimumprimum ante omnes potissimum primo loco dignantur: etenim Archigenes ipsum vigesimo præponit: Mihi tamẽ aliter visum est, sicut & Hippocrati: ostendetur autem id in sequentibus. Simili modo etiam de vigesimoseptimo habet: si quidem ego hunc etiam vigesimooctauo antepono, illi postponunt. Habet autẽ trigesimusquartus potentiam mentione dignam, atque hoc magis quadragesimus. His minus decernunt vigesimusquartus, & trigesimusprimus: & multo his adhuc minus trigesimusseptimus, ita, vt in dierum decernentium, & eorum, qui non decernunt, medio collocatus esse videatur, & magis ex non
D decernentibus esse. Porro alia tota dierum multitudo inter vigesimum & quadragesimum, decernendi omnino expers est: audi ipsos, iam tibi referuntur: Vigesimussecundus, vigesimustertius, vigesimusquintus, vigesimussextus, vigesimusnonus, trigesimus, trigesimussecundus, trigesimustertius, trigesimusquintus, trigesimussextus, trigesimusoctauus, trigesimusnonus: vniuersi duodecim sunt. Et vsque ad quartumdecimum quidem magnæ sunt perturbationes in morbis. Proximo loco succedunt, quæ vsque ad vigesimum habentur. Quæ post hunc ad quadragesimum succedunt, paulatim vehementiam efficaciamq; remittunt. Adeo vt, qui post quadragesimum sunt omnes, prorsus langueant, cõcoctione potius & abscessibus, quàm excretionibus, morbos finientes. Accidunt in his quoque per excretiones interdum iudicia, sed raro, nec magnam habent vehementiam: & frequenter pluribus diebus iudicia complẽtur, maxime cum in abscessum finiunt. Atque alios quidem, qui post quadragesimum habentur, Hippocrates plane contemnere videtur: sexagesimi tamen, & octogesimi, & centesimiuigesimi rationẽ habet. Ab his alios quidem septem mensibus, alios septem annis, finiri ait: alios vero, vt verisimile est, in binis annorum hebdomadis & ternis. Nõ desunt, qui etiam quadragesimisecundi, & quadragesimiquinti, insuper quadragesimioctaui, & quorundam aliorum dierum, meminerũt: de quibus vniuersis sermo nobis futurus est.

in Prog. cõ. 3. t. 3. 4. 207. b

Quæ

Quæ Errata, Crisis Diem protrahere aut accelerare soleant: ac de Vsu & ratione Diei Iudicatorij prænoscendi. E
CAP. II.

ITaque plurimis medicis impossibile videtur præsagiri diem, quo de morbo decernetur: re vera tamen impossibile non est, si quis accurate Hippocratis speculatione lecta, artē tractare studeat. At vel, si prius, quàm edidicerit, apud ægrotos versetur, nihil amplius aget, quàm operam frustra ludet: vel, si ipsam diligenter didicerit, operari vero neglexerit, longè quidem altero, qui non antea didicit, melior, abest tamen permultum is quoque à perfectione. Quapropter, qui præscius esse cogitat diei de morbo iudicaturi, huic in primis ex amussi cognoscenda sunt, quæ Hippocrates in opere prognostico tradidit: deinde quæ de constitutionibus in alijs libris memoriæ prodidit: postea de ætatibus, naturis, anni temporibus, & locis, quorum non nulla etiam in prognostico perdocuit: vbi iam hæc edidicerit, pulsuum cognitionem adiungens, facili negocio iudicij diem prænoscet: Vbi, si quidem morbus acutus nullum periculosum signum referat, & quarto die euidens quædam concoctionis nota comparuerit, septimo crisis futura est. Atque hæc breuibus iam explicata sunt, longe verissima. Porro, si quis lethalia signa, periculosa, & salutaria ignoret, nihil ex hoc sermone promouebit: quanquam, si hæc quoque cognoscat, coctionis autem notas ignoret, etiam nihil hinc frugis relaturus est. Huius rei gratia Hippocratis præsagiorum opus relegendum præcepi. Nam periculosis symptomatis præsentibus vnà cum { aliqua } concoctionis nota quarto die apparente, iudicium, si paribus diebus accessio fiat, sexto expectandum est: quòd si hūc excesserit, octauo: si in imparibus, septimo: Bonis signis apparentibus, septimo die morbus discutietur: etenim Lethalia signa cum notis concoctionis nunquam euenerint. Hæc autem non minus, quàm periculosa & salutaria, īspiciēda sunt: quia, si quarto apparuerint, septimo aderit mors. Dictum autem est hoc nominari crisim malam. Animum hic aduertas, necesse est, lethalium signorum tum magnitudini, tum copiæ. Si nanque multa magnaq; die quarto euenerint, accessionibus distinguendum erit de morte futura: ad hæc cognoscendum hominem sexto die moriturū esse, modo accessio diebus paribus facta sit: si imparibus, septimo. Interdum sextus hominem iugulat, etiam si accessio contigerit in imparibus, propter morbi celeritatem & magnitudinem, & symptomatum in quarto die euenientium copiam. Quamobrem accidentium magnitudo, quæ ex potentia sumitur, exacte dignoscenda est. Verum, quomodo hæc ab illa, quæ ab imaginatione æstimatur, distinguenda veniat, in libris de crisi narratur. Omnia in omnibus confundere & conturbare non oportet, sed, quantum ad dies tantum decretorios proprie pertinet, huc trānsferendū est. Cum enim accurate admodum acutos morbos obseruassemus, quartum diem septimi esse indicem ex sua natura deprehendimus. Ex sua natura, inquam, hoc est, si nullum rarum & magnū incidat vel extrinsecus, vel ex ipsa morbi conditione, vel etiam ægrotantis habitu, quartus omnino septimum indicat. Cæterum, siquid extrinsecus præter opinionem accidat, quo de postea mentionem facturi sumus: vel morbus vehementer, vel obscure, ad iudicium propellatur: & ægrotantis vires aut validæ, aut imbecilles extiterint: attendendum est distinguēdumq;, æger periturus'ne sit ante diem septimum, an post hunc de ipso decernetur. Siquidem, vbi malum aliquod extrinsecus præter spem euenerit: & morbus non simpliciter acutus, verum peracutus sit: ad hęc vires ęgri imbecillæ: signum malum, quod in quarto die apparuit, septimum diem non expectat, verum sexto æger huiusmodi morietur, præsertim si paribus diebus accessiones acceperit. Quòd si nihil extrinsecus erratum sit, & morbi motus haud ita præceps ac velox, & æger validus, si quidem manifestū in quarto die malum indicium fuit, septimo interitus comitabitur: si vero obscurum, excedet hūc quoque. Iam vero, si accessiones paribus diebus contigerint, octauo: si imparibus, nono æger decedet. Quæ porrò manifesta, quæ obscura indicia vocitem, in libris de crisi exactius monstratum est: quinetiam in hoc, sermone procedēte indicaturi sumus: prius autem ad reliquas distinctiones reuerter. Appareat. n. euidenter bonū aliquod in quarto die signū: et nullius periculi circa ægrotum sit suspicio: fieri non potest, quo minus septimo die fiat iudicium, si nihil extrinsecus peccatum fuerit. Quæ'nam igitur sunt, quæ committuntur peccata? quædam sanè ab ipso ægroto videlicet: quædam à medicis his admirandis, putantibus, nisi quis introgressus ad ægrum, deinde succingens se vel cataplasma imposuerit, vel perfuderit, adusserit, vel clysterem indiderit, vel venam inciderit, vel cucurbitulas adiunxerit, vel confricuerit, vel nutriuerit, aut huiusmodi aliud factitauerit, nihil ab ipso gestum esse artificiosum: hi enim, quoties ad ægrum accedūt, toties peccant. Non igitur iudicium in septimo die, ad quem paratum erat, fieri potest, tot interea erroribus admissis: quandoquidem naturæ motus statutis periodis pro sui ratione contingit: interim ab exterioribus peccatis circuitus seruare prohibetur. Sic itaque Hippocrates vndequaq; admirabilis inquit: || Natura omnino sufficit. Peccatur in hanc extrinsecus cataplasmate, inunctione, & totius & partis inspersione. Sic etiam medicum || naturæ ministrum appellat, re vera medicum, non pharmacopolam quendam ex triuio: tātum. n. hic à iusta naturæ ministri appellatione abest, vt etiam maxime contrarium nomen ipsi magis conueniat, inimico videlicet & naturæ ipsius, & ægrotantiū hosti iure appellato. Quapropter nos merito, cum quispiā de ægro aliquo euentum iubet

F, G, H (margin letters)

In libr. de Alimento.
1. Epid. cō. 2. t. 51. 3ª. 112. f

A iubet prędicere, cum distinctione id facimus, dicentes: huic morbus soluetur isto die, primum si victus ratione à nobis, non alio quodam medico, regatur: deinde si nihil ipse peccet, & faciat, quæ iniunguntur, omnia: postremo si nullus magnus extrinsecus error admissus fuerit. Quæ iam exteriora peccata sint (quoniam hoc quoque diffinire pollicitus sum) opportunum erit dicere: Vt, si æger incendio domus accidente, aut latronibus inuadentibus, aut fluuio inundāte, subito cogatur fugere, quanta ei noxa aduenerit, quorsum attinet referre? Simili modo, si tegmen aliquod delapsum vel parietem sentiens extimescat simul & fugam repente moliatur: item, si per tegulā quippiam defluat, vel pluuia copiosior oborta capiti ægrotantis incidat, vel alius ēt quomodocunque ipsum irrigauerit, vt locum mutare, vigil esse, & timere cogatur: & hoc non mediocrem ipsi offensam inducit. Eodem pacto vicinorum tumultus, vel alia quædam talis vigiliæ causa eueniens, aut nuncium aliquod triste, pro noxæ ipsius magnitudine etiam prædictionis perfectionem corrumpit: Vigiliæ siquidem propter ipsum morbum intra prædictionem & crisim ægris aduenientes, nihil præsagia offendunt: Quæ vero extrinsecus inopinata veniunt, horum nihil medicus præcognoscit: vnde nec futuram inde offensam conijcere potest, nec prædictioni secūdum morbi rationem factæ adijcere. Hæc itaque ipsa Hippocrates statim in aphorismorum principio præcipit

B inquiens, Oportet non solum ipsum, quæ res postulat, facere, verum etiam ægrum, assidentes, & exteriora. Si nanque, ait, disquirere quippiam & indagare ex nostris cogitas, ipse primum opportuna facito vniuersa. Deinde æger in omnibus præcipienti obtemperet, nihilq; ex intemperantia peccet. Postea ij, qui adsunt ei, nihil erroris committant, vt vel iram ob delicta concitent: vel tristitiam ex intempestiuis nuncijs afferant, vel offensam quòd imperfectius in re administranda se gerant: sed apparatus omnis ante iudicij tempus prompte statuatur: obsonia pulchre parentur: ministerium inculpate exhibeatur. Insuper quartum genus eorum, de quibus rationem habendā iussit, apposuit: nominat ipsum vno complexus nomine, Exteriora, multiforme licet existat: atq; hoc culpa vacet: etenim pluuiæ, tonitru, fulgura, vicinorum tumultus, canum latratus, insultus latronum, domus ruina, defluens aqua, fluuius irruens, incendia, ictus, atque eius generis vniuersa exterioribus attribuuntur. Hæc igitur quatuor genera, quorum partes etiam sunt diuersæ, dum naturæ motus impediunt, subinde circuituum ordinem corrumpunt: quoniam, vbi quartus dies euidens iudicij signum attulerit: si neque medicus quid peccauerit, neque æger, neque ministrorum quisquam, immo si neq; extrinsecus error admissus sit: septimo die necessario crisis futura est. Ex quo innotescit non alium quendam esse, qui exacte præsagibit, alium qui rectam victus rationem

[1]. Aph. 1. Ex ord. 1. b

C instituet, sed in eundem vtraque conuenire necessarium, nisi alterum ab altero corrumpēdum sit. Quòd sanè peccatum in victus modo, quodlibet (sic autem nunc nomino vniuersam morbi curam) iudicium impediat, abunde ostendimus: quòd autem nec victus ratio proba sine status morbi & crisis præsagio institui possit, in medendi methodo declaratur. Si igitur hęc mutua opera perpetuo indigent, non alius quispiam medicus rectè curauerit, alius exactè præsagiet: verum, quicūque optimus fuerit, is præsagiet vnà & curabit. Sed de huiusmodi in alijs cōmentarijs plenius tractamus. Nunc, quod ab initio statueramus, ad id reuertemur. Quartus dies, cum clarum aliquod indicium bonum afferat, septimo die iudicium fore innuit, nullo (vt diximus) errore interea commisso. At, si quis contingat, magnitudo eius inspicienda est. Si etenim exiguus extiterit, erit etiam sic iudicium septimanū, verum aliquid de iudiciorum bonitatibus ipsi deerit: dictū est aūt in prioribus, quod perfectè, salubriter, sine periculo, & similia, bonis adsunt iudicijs: Si maius sit erratum, in septimo die crisim fieri adhuc non permiserit. Animus itaque diligenter adhibendus est hic omnibus, & offensæ magnitudo signis colligenda: nam interpretari ipsam nō solum difficile, sed prorsus etiam impossibile: artificiosum vero discipulum reddere, vt hæc quoque ex amussi perdiscat, possibile: sed huius temporis non est, magis ad speculationem de crisi pertinet. Quare rur

D sus ad sermonis reliquum redeamus, primam hypothesim in memoriam reuocantes. Quippe positum erat decernendi signum manifestum & validum, in quarto die morbi & acuti & natura salubris euenisse: Deinde nullo quidē errore commisso bonam omnino crisim ad septimum diem futurā indicari: Si porro leuis planè contigerit, ita quoque in septimo euenturam, non tamen exactè bonam: Si vero fuerit magnus, vt à septimo in sequentiū aliquem crisis recidat, attendendum esse noxę magnitudini iubemus: nam exactè huius regula deprehendet clare, an in nonum diem, siue vndecimū, crisis delabetur. Itaque morbi, qui prorsus sine periculo sunt, ob delicta diuturni esse solent. Qui incolumitatem pollicentur, non tamen sine periculosis symptomatis, ob errata lethales fiunt. Quinetiam illi, qui omni periculo vacant, multis magnisq; deinceps erroribus commissis, in lethalium naturam incidunt. Nec mirum esse puto. Cum enim in sanis delicta grandia morborum lethalium causæ fiant, quid in ægrotis expectandum est? Proinde iam clarum est indicum & decretoriorum dierum sermonem, quem Hippocrates nos docuit, non examinari ab alio quodam in apparentium consensu posse, quàm qui ex æquo par illi victus instituendi artifex est: hic enim solus errorum vim disquirit, pernoscitq;: tum solus offensæ magnitudinem & diei iudicaturi delapsum intelligere potest. Quemadmodum vero in morbis periculo vacantibus iudicia tantum remorantur, quantam ex peccatis interim noxam ægri acceperint, ita in lethalibus

prauè

præueniunt. Si enim, cum dies quartus in lethali morbo signum lethale indicarit, in septimũ diẽ E
mala prædicetur crisis: peccatum vero non ita exiguum interea temporis contigerit: septimũ diẽ
crisis nõ expectabit, sed interim morbus iudicio malo videlicet finietur. Sed, an quinto vel sexto,
tum ex ipsius morbi celeritate, tum ex offensæ magnitudine, tum ex accessionum figura diffiniet.
Quippe, quando in imparibus ipsæ fiunt, morbus peracutus est, & peccata non admodum exigua
in ipso quarto videlicet, miraculum non est in quinto hominem interire. Quãdo in paribus acces-
siones eueniunt, nec morbus peracutus sit, nec erratorum magna offensa, sextũ expectat. Huius-
modi aũt omnia indicum & decretoriorum dierum speculationem confundunt: cum pauci me-
dici recte victum præscribãt: pauci ægri obtemperẽt: pauci suũ ministerij munus legitime obeãt:
pauciores adhuc, quibus nihil externi aduersatum sit. Quapropter medicum tum accurate curan
di, tum præsagiendi, peritum esse conuenit: accurate vero etiam læsionis magnitudinem discer-
nere, vt, & si aliquando iudicij diem prædicat, sed interea temporis offendi ægrum contingat, mu-
tare ipse prædictionem exacte possit. Hinc perspicuum euadit, quicunq; animõ pusillus humi
lisq; fuerit, non solum non singula, quæ recensuimus, in ægris cognoscere studet, sed ne speculatio
nem quidem ipsam ediscere sustinet.

Quòd magna ex parte Horam ipsam Salutis & Mortis medicum Prædicere contingat: F
ac de Diligentia in Prædictione adhibenda. CAP. 12.

AT generosus aliquis veriq; amator, tum qui labores in optimis quibusq; rebus nõ refugiat,
neque theorematum difficultatem neque temporis prolixitatem neque exercitij laborẽ ve
ritus, ad commemoratorum perfectionem veniet: vt non solũ diem firmiter aliquando possit prę
dicere, sed etiam horam ipsam, in qua ægrum quempiam liberari vel mori necessariũ est. Postea-
quam enim diem aliquando, verbi gratia, mortis cognoueris, considerandum est inde, in quo po-
tissimum accessionis tempore æger maximè grauetur. Si etenim statim inuadente ea refrigeretur
vehemẽtius, vt vix ad calorem reduci possit: color diutissimè absit: pulsus exiguus, aut nullus, aut
malus appareat: motus pigritia, vel etiam somnus veternosus, aut aliud quippiam: hoc maxime
tempus considerandum est. Quòd si hoc quidem moderatum fuerit, in statu autem vel delirantẽ,
† vel cum impetu exilientem, vel dissolutum } videas, aut febris magnitudinem non tolerantem,
sed vehementer inardescentem, vertigine laborantem, capite dolẽtem, cordis id est stomachi mor
su laborantem, vel id genus alijs, hoc maxime tempus esse suspicari conuenit. Porrò, si principio
accessionis vigoreq; mediocriter euenientibus, declinatio quædã, animi deliquia, sudores inæqua- G
les, frigidos, vel circa caput solum vel ceruicem vel pectus inferat: pulsus obscuros exiguosq; effi
ciat, & his similia: hoc præcipue tempus obseruandum est, sciendumq; manifesto in pessimo ac-
cessionis tempore hominem moriturum. Atqui, si hoc diffinitũ cognitumq; aperte sit, nullum
adhuc est negocium mortis horam dicere: quippe cum secundus dies, exempli gratia, & quartus
vehementiorem accessionem adferat, quàm primus, tertius, & quintus: ad sextum diem mors præ
monstrabitur: appareat vero pars accessionis grauissima in ipsius insultu, eaq; sexta hora, in hac
moriturum hominem non est operosum dicere. At hoc non dico, vt quis putet nũquam tali spe
culatione fretum falli posse: verum maiore ex parte veritatem assequi, non probabili sermone, sed
re ipsa, ostendimus. Illud autem noui certò quosdam, qui optimis inuidẽt, facere: volunt enim fu
turum nos semper prædicere, licet nullum interim signum firmum habeamus, quanquam aruspi
cibus auguribusq; denuo augurari immolareq; concedant. Deinde simul quidem obstrepunt no
bis, tanquam maiorem, quàm hominibus conueniat, speculationem appetentibus: simul vero in
operibus tam acerbe prædictiones inquirunt, vt nulli vates ita inquirant. Atqui non illos respice
re, sed veritatem ipsam & signorum facultates diligenti exercitio pernoscere, oportet: &, vbi hę tu
to definiri possunt, prædicere conator: si autem quid obscurum fuerit, sequentem diem expectare H
oportet. Porrò, si nihil in ipso firmiter præsagire possimus, satius est tacere, quàm temere pronun
ciantem falli. Ego sanè ex tali securitate motus haud noui me in prædictione lõgo tempore erras
se, etsi in primo statim febris initio subinde de tota ipsius natura pronunciauerim, vel tertianam es
se hanc inuadentem febrem inquiẽs, vel quartanam, vel quotidianam, vel harum quidem nullam,
continuam vero & acutam aliquam, quartum diem non excedentem. Verum in omni principio
futurum cognoscere non licet, † nisi quis ex amussi morbi speciem perspectam referat: } & hoc
ad opus de crisi pertinet.

† vel cataphora tentatũ, vel inquietatum.

† nisi si quod principium ex amussi morbi spẽm perspicue ostendat.

De Via ac ratione Iudicatorium Diem in Acutis ac Longis morbis
prædicendi. CAP. 13.

ITerum igitur ad institutum reuersi, dicamus: Si quis primo die acuta febre infestetur, nullum
autem periculosum signum ipsi adfuerit, sed in vrinis aliqua concoctionis nota inuenta fuerit,
non extra quartum diem morbus soluetur. Quinetiam, si multa lethalia primo die statim deprehẽ
dantur, morietur planè non extra quartum diem. At, si acute febricitet, nullum vero lethale adsit,
immo nec aliqua concoctionis nota, fieri non potest, vt hic quartanus decedat. Distinguendum
hìc rursus est, vtrum, sicut nulla concoctionis nota adest ei, eodem modo neque temporis longi
vlla:

A vlla: an, præter q̃ concoctionis indicia desunt, etiam temporis signa adsunt. Si nanque, vt conco-
ctionis, ita temporis omnino signa absint, in secūdo quaternione morbus statum accipiet. Quod
si longi temporis indicium adfuerit, excedet omnino secundum quaternionem, hoc est diem se-
ptimum. Cæterum, quantum extendetur, hoc nō licet statim ab initio cognoscere: sed in sequen-
tibus diebus distinguetur. Tātum autem ex hac prænotione ad probam victus rōnem precipien-
dam acquires, q̃ cognosces scilicet tantum alimenti modo conuenire, quantum statu post futuro.
« ‖ Cum.n. morbus peracutus est, statim etiā extremos labores habet: in quo extreme tenuissima vi 1. Aph. 7. Lxt. o. d. 4. d
« ctus ratione vtendum est: cum autem secus est, paulo pleniorem victum tantum admittere con-
« uenit, quanto morbus extremis mitior clementiorq; sit. Extrema, statum morbi appellat: siquidē
peracutum quoq; morbum extremos labores statim habere dicit, hoc est accessiones & sympto-
mata: id autem aliud nihil est, q̃ morbum vigere. Talis sane morbus, qui statim a principio se-
cundum quaternionem excessurum se indicat, secundo & tertio die accuratius a te intelligetur, in
quantam temporis prolixitatem extendetur: In quarto vel proxime conieceris futurum statum,
& crisim: nam, si cruditatis signa & temporis, nihil mentione dignum referunt, etiam tertio qua-
ternione longius ægritudo extendetur. Enimuero, si claram aliquam mutationem faciat, non ta-
B men iam signum aliquod concoctionis in primo quaternione appareat, in tertio quaternione cri
sis expectanda est. At, si crudus adhuc videatur in septimo die, non tamē insigne quoddam & ma
gnum temporis indicium habens, sperandum in quartum quaternionem, hoc est in decimūquar
tum diem crisim eius extensum iri: diffiniendum vero est exacte in vndecimo: vt enim quartus
septimi, sic vndecimus decimiquarti index est: Vbi enim clarum aliquod & fidum ad amussim si-
gnum concoctionis iam eo die antea innotuerit, in decimoquarto iudicium fore ait: obscurum si
eueniat, alijs iam attendendum est. Si nanque morbus celerem motum obtineat, & aliorum nul
lum obstet, forsan ēt decimusquartus decernet: sin minus, in decimoseptimo crisis erit: at, si nihil
in vndecimo prorsus ante fuerit indicatum, in decimoquarto iudicium esse nequit. Consideran-
dum autem hīc totius morbi motus, aliaq; symptomata omnia & indicia, vtrum decimoseptimo,
vel ēt decimooctauo crisis speranda sit, an longius progressura: interdum enim in his quoq; iudi
catur, plerunq; vigesimo, interim vigesimoprimo: Index autem amborum est decimusseptimus,
& magis vigesimi: decimusoctauus autem solius vigesimi primi. Porro, si morbus quispiā mox
ab initio non adeo celeriter moueatur, sed velut comburens inuadat: & alia signa longioris tem- *συνχέμενον.
poris adsint: huius statum presagire in principijs nemini licet: verum, q̃ non intra decimumquar
C tum diem crisim accipiet, liquido constat: quousq; vero extendetur, non constat, sed distinguere
oportet prius, periculosus'ne sit, an non. Si periculosus est, & preterea vires egri imbecillę, mors
ante, quàm in longum extendatur tempus, præuertet: si periculo vacat, procul omnino crisis est:
non enim fieri potest, vt celeriter iudicetur morbus, qui præmonstrarit notam longi temporis.
Quantum igitur tempus ad amussim ei accedet, non modo non primo die, aut secundo, aut ter-
tio, sed ne quarto quidem inuenire absolute sperādum: verum in decretoriorum dierum sequen-
tibus periodis perspicuum fiet. In secundo quidem quaternione latior est coniectura, in tertio ac
curatior. Quod si enim ad septimum vsq; diem cruditatis & temporis indicia vehemētiora com-
pareant, ante vigesimum diē crisis esse non potest: si moderatiora eueniunt, aut permanent æqua
lia, potest. Itaq;, si ante vigesimum diem decerni non posse, manifesto noueris, idq; temporis no-
tis vehementibus, inspice tertium quaternionem: &, si adhuc temporis cruditatisq; signa in hoc
intendantur, procul a vigesimo die crisim productum iri spem habeto: Æqualibus signis manen
tibus, hīc quoq; post vigesimum venturam dicere licet: diem vero ipsum cognoscere iam nō est:
tertius autem & quartus quaternio eum indicabit. Si nāq; semper magisq; cruditatis signa exol-
uantur, primo post tertiam septimanam quaternario crisim morbi sperato: si nulla insignis muta
D tio fiat, in quartam hebdomadem progredietur. Qui autem morbi ad decimumquartum crudi
omnino sunt, & tardius quodammodo mouentur, non citius quadragesimo iudicātur. Post qua
dragesimum vero iudicia dissolui: & lentis concoctionibus magis, q̃ subitis mutationibus, mor-
bos solui, & nobis quidem prius dictum est: & alijs omnibus, qui artis opera in obseruatio-
ne habent, sic videtur, vt ēt Archigeni. Accidunt quidem aliquando in his quoq; pre-
cipites mutationes, quemadmodum in ægris ab Hippocrate descriptis inuenias:
præsagiendi autem ipsarū methodus hęc est: In summa.n. signorum vires in Prog. cō 3. t. 37. 4. 211. c
cognoscere oportet, sicut Hippocrates ēt præcepit, si quis præsagiēdi
peritus exacte futurus est. Pleriq; medici, qui hmōi speculationē
audent attingere, ad signorum numerū, non potestates, re-
spiciunt. Sed hęc & in opere de crisi tractanī. Tp̄s au
tem fuerit discordiæ sermonem aggredi, & expe
rientia ac ratione eum explorare: has siqui
dem alibi etiam ostendimus omnium,
quæ in medicina disquiruntur.
esse iudices.

GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Experientia ac Ratione vim explicat Dierum Iudicatoriorum: Indicat item illorum Ordinem & proportionem: & Qui quos ad morbos pertineant.

Quid Hoc libro Agendum CAP. 1.

Vantum sanè ex diebus decretorijs medicinæ operibus commoditatis adueniat, superiori commẽtario vniuersum ostendimus: cur aũt non omnes eodem modo de oĩbus scripserint, dictũ est hoc quoq; antea: at, quo pacto non nulli ipsorum errauerint, alij recte senserint, nõ dum exposuimus. Hoc itaq; primum nunc repetendum: deinde causa explicanda erit, qua de neq; oĩum dierum numerus est decretorius, neq; decernere nati eandem habent oẽs potentiam. Porrò, cum vniuersæ medicinæ artis speculationes, aliæ experientia, aliæ rõne, aliæ vtroq;, inueniantur probenturq;, conabimur hic quoq; ambobus instrumentis erratũ deprehẽdere: rectè scriptum laudare, approbareq;. At, qm̃ mentiri forte cuipiam videar, si ex ęgris à me obseruatis prædictos dies ab experientia commendari tibi persuadere coner, satius esse duco illos, quos Hippocrates, vir, vt cæteris fide dignior, ita omnium consensu decernendi peritissimus, animaduertit, sermoni apponere: & primum quidem cõfusum ac indefinitum experimento (cuius & antè memini) ad definita reducam. F

Hypotheses, vt Dierum Iudicatoriorum vis, Experientia ac Ratione comprobetur. CAP. 2.

Dictum est in ipsis, primum vnum certe, dierum puta decretoriorum inquisitionem in omnibus deinceps ægrotis fieri non esse necessarium: illos tantum numerandos probandosq; in quibus nec ipse medicus, nec ęger, quid peccauerit, immo nec assistentes: aut etiam extrinsecus offensa quæpiam obuenerit: Deinde morborum initia non ex ratione quapiam, sed ex ipsa euidentia capienda, cum primum æger ipse manifesto sensit morbum sic eum inuadentem, vt pręsentem quempiam medicum de hoc consulere desiderarit: Tertium, cum in plures se ordine consequentes dies, crisis partita sit, cuius propria dicatur, posse dignoscere. Nisi enim quispiam his definitis experimento decretorios dies disquisiuerit, vehemẽter errabit: & quidem in Experientia ipsa iudicium tale est: Ratione vero quemadmodum iudicari experientiam conuenit, post hæc enarrabo. Naturalem esse conuenit, qui hæc iudicet: & persuasum habere, † naturam prorsus sufficere: & summa quadam prouidentia corpori nostro prospicere: item proprijs etiam motibus ordinatis, si quid aliud, ita & ipsam vti. Horum quædam ex libris de particularum vsu ratiocinari licet (ostensum enim est ibidem summũ naturę in animali fingendo artificium) quędam in conceptuũ incremento, perfectione, & partu. Nam cuiusq; animantis conceptui suum generis, statutum tempus exactè seruatur, natura videlicet ordinatos motus semper habente. Sic etiam post æditionem seu partum vnũquodq; animans increscit, absoluitur, & declinat pręfinitis temporibus. Iam vero, qui libros de naturalibus facultatibus perlegerit: itẽ alios vniuersos, quos particulatim de singulis naturalibus actionibus conscripsimus: persuasum, opinor, habebit, quantum prouidentiæ simul & ordinationis, naturæ motus habeant. Si iam hæc crediderit, mireturq; artificium pariter & ordinem naturæ, recordatus iterum, quantum ipsa superetur prouidentia & ordine à Cœlestibus, inordinationem quandam, puto, substantiæ nostrę motui connatam tribuet. Atq; pulchrum omne, quod hîc pulchrum sit atque etiam ordinatum et artificiosum, ex supernis innasci dicet: inordinatum & erraticum ex materia, quæ hîc versatur, prouenire. Atq; hęc primus omnium, quorum memoria ad nos pèruenit, Græcorum Hippocrates credidit: post eum philosophorum præcipui. At, nisi sermo in longum proueheretur, demonstrationes forsan, quas dicunt, ad fidem prædictorum dogmatum adduxissem. Verum hæc pręsenti sermoni sufficiunt. Expedit igitur medicum, qui Hippocratis arte dignus futurus est, si quid aliud † hoc certe persuasum habere, experientiam iudicare, naturam rem quãdam esse ordinatam: ✝ &, cum materiam superauerit, proportionibus quibusdam definitis, et periodis ordinatis, motiones ipsius fieri. At, quę pręter rationem incidunt aliquando, ordinemq; confundunt, tunc ipsi obueniunt, cum non planè materiam vicerit, sed impeditur, prohibeturq; suis proportionibus moueri. Hoc enim si tibi persuaseris, ac dein experientia perdidiceris septimo die crisim esse tutam simul & perfectam, sine periculo, cum bonis signis, & crebram: ad hæc ei, quæ decimoquarto èuenit, assimilem: insuper quartum diem septimi esse indicem: vndecimum vero decimiquarti: subibit statim de septimo considerare quippiam. Vbi enim prima hebdomade bifariam diuisa, quartus sectionem recipiens, qualis finis futurus erit, prænunciat, & secunda similiter, qũo non quis intelliget septimanam quanque perfectam G H

In libro de alimento.

† hoc certe persuasũ habẽ, natura rem quandã esse ordinatã, ad iudicandã experiẽtiam accedere.

ctam

A ctam quandam esse periodum, cum medium ab vtroq; extremo ex æquo distet. & propterea quo-
que ad ambo communionem similem obtineat? Nam quartus morbos, qui primo die non cessa-
runt, soluere conatur: vndecimus rursum, quos septimus nō discussit. Quod, si morbus maior sit,
q̃ vt quarto die crisim accipiat, dies quidem quartus præparat finem vero imponit septimus. Pa-
ri modo, qui septimo non desierunt, vndecimus dies soluere molitur: at q; hic vel ipse decernit, vel
ipsi decimoquarto præparat. Ego quidem hic in speculatione sisto. Numeri vero an ipsi agere
nati sint: an ordinatos motus sequantur non agentes ipsi, verum substantias, quę in tēporis quo-
dam spatio agunt, comitantes: philosophis considerandum relinquo. Cum ergo id quis ceperit,
quod vtrisq; cōmuniter in confesso est, videlicet Cœlestes substantias semper suis motus propor-
tionibus vias apparere: iam vero & in terrenis animantibus, quando exacta fruuntur valetudi-
ne, aliud aliam imprægnationis, partus, incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis, & dissolu-
tionis numeri, proportionem possidere: crediderit nimirum & decretorios dies numerum quen-
dam ordinatum habere: interim hunc in morbis ex dispositionibus naturæ contrarijs confundi.
Nam, si (vt ante dixi) ad experientiam deuenerit, septimanas nimisquam potētes inueniet: proxi-
me his quaterniones: inspiciet aūt dies intercalarios, tertium puta, quintum, sextum, nonum, qua
B ratione fiat, vt decernere possint. Ad hæc magis inquiret, inuestigabitq; diem septimumdecimū,
decimumoctauum, vigesimum, vigesimumprimum, omnesq; deinceps his respondentes. Si ete-
nim in vigesimum diem tres septimanæ finiunt (vt Hippocrates arbitratur) oportet indubie de- in Prog. cō. 3. t.
cimumseptimum vigesimi esse indicem: excidere autem è primo dierum decretoriorum ordine 3.4[a]. 207. D
decimumoctauum & vigesimumprimum. Porro, si integræ hebdomades connumerandæ sunt,
decimusoctauus vigesimi primi index erit: rationem vero nullam decretoriam habebūt decimus-
septimus & vigesimus dies.

De Diebus Iudicatorijs ex Hippocratis obseruatione primo libro de Vulg. morbis. CAP. 3.

PRimum itaq;, quo modo experientia hos commēdet, percenseamus, deinde sic ad rationem
perueniamus. Cæterum experientiæ mentionem ab Hippocratis sententia sumemus, auspi-
cati à primo libro de morbis vulgaribus. Scripsit itaq; de morbis, qui ex secunda aeris mutatio-
« ne prouenerunt, hunc in modum: Febres ardentes paucissimæ ortæ sunt, minimeq; his obnoxij 1. Epid. cō. 2. t.
« laborarunt: neq; enim sanguinis profluuium, nisi exiguum adeo, idq; paucis accidit: neq; deliria: 16.17. 3[a]. 109. f. g
« reliqua omnia facile tulerunt. Crisis conuenienti admodum ordine plurimis his contigit deci-
moseptimo die cum remittentibus. Dein ad finem tertiæ constitutionis, exquisitius adhuc de ijs,
« C qui decimoseptimo die iudicati sunt, ita pronunciat: Quæ circa iudicia, vnde cognoscimus, simi- 1. Epi. cō. 2. t.
« lia, aut dissimilia sunt. Quippe fratres duo Epigenis eadem simul hora febricitare inceperūt: de- 82. 83. 3[a]. 116. b. c.
« cubuerunt iuxta theatrum. Natu maioris morbus sexto, iunioris septimo die, iudicatus est: remi-
« sit diebus quinque {alteri, sex alteri.} Inde eadem vtrisq; hora simul reuersus est. Post vniuersus
morbus vtrique pariter decimoseptimo die in crisim incidit. At hoc nō dum fidei satis forsan ha-
bet, quò decimumseptimum diem ordini decretorio numerandum esse credamus, q̃ duos iudica-
« uerit. Adhibeamus igitur animum ijs, quæ deinceps dicuntur: Plurimis sexto die iudicium de Ibidem.
« morbo euenit. Remissiones eius diebus sex durarunt. A reditu quinto die crisis subsecuta est.
Hoc iam memoratu dignum est, si & in secunda aeris constitutione septimodecimo nouit per-
multos ad iudicium peruenisse. Item in tertia non solum fratres duos, verum etiam alios complu-
res sexto die crisim sustinuisse primum ait: deinde febrim eis, sex diebus remisisse: postea crisim
« accessisse die quinto, hoc est decimoseptimo à morbi exordio. Sed his subiungit: Quibus septi- Ibidem.
« mo die crisis aduēnit, septem quoque diebus remissiones habuerunt: post recidiuam tertio iudi-
« cati sunt, hoc est hi quoq; in vniuersum decimoseptimo. Post hęc rursus: Quibus iudicium quin- Ibidem.
to die obuenit, & febris septem diebus remisit: deinde reuersa triduū eos exercuit: rursus die vno
D remisit, altero redijt: & his decimoseptimo die de morbo iudicium cōtigit. Quinetiam alios quos-
dam sexto die crisim passos scribit: sex item diebus morbum remisisse: dein reuersum tribus die-
bus occupasse: postea remisisse rursus die vno: altero ipsius recidiuam accidisse, idest decimosepti-
mo, in quo iudicium factum fuit. Verum alios quosdam sexto die iudicatos esse commemorat:
vij diebus morbum cessasse: post hoc repetijsse: & iiij die, hoc est in summa xvij. crisi fuisse discus-
sum. Ceterū non contentus toto hoc sermone Hippocrates, & si eo ipso posset magnopere osten-
« dere decimiseptimi diei fortitudinem in iudicio, intulit, Nulli ægroto hac ratione recidiuam esse Ibidem.
factam cognoui. Quare non solū frequēter decernere decimusseptimus, sed etiā firmiter idoneus
est. Non igit̃ est ex decretorijs coincidētibus, sed validis & primis annumerari debet. Atqui, si ex
illis est, proportionē quādā ad decimumquartū seruare, rōni est consentaneum. Si itaq; continuū,
quaternionem cogitaueris & cōseruatū, vt in xiiij incipiat, in decimumseptimum desinat, habue-
rimus sic cōseruatā periodum. Si porro disiunxerimus, vt decimusquartus secundæ hebdomadis
finis sit, incipiat aūt à decimoquinto tertia, nō ad decimūseptimum sic, verū ad decimūoctauum,
primus tertiæ hebdomadis quaternio perueniet. Atqui, si hoc verū est, tertia septimana in vigesi-
mumprimum necessariò finiet: quēadmodum, si ēt decimūseptimum statuerimus primū in tertia
septimana quaternionis finē esse, ad vigesimū diē huius septimanę finis producet. Merito igitur
Hip-

Hippocrates putauit, sicut decimumseptimum experientia inuestigauit, ita & vigesimum expe- E rientia explorandum. Cum.n.decretorius inuentus sit, maximum decimiseptimi diei testimoniũ erit: vbi ex decretoriorum dierum numero deciderit, vel planè à vigesimoprimo superetur, quęstionem non exiguam mouebit. Rationi siquidem minime cõsonum esse vt xvij quidem fortiorẽ decimooctauo, vigesimũ vero imbecilliorẽ vigesimoprimo esse. Quapropter post illa, quę de

1.Epid. cõ.2.t. 84.3ª.116.c — xvij in primo libro epidemiωn scripsit, de xx hũc in modum ait: ‖ Quibus parotides orte sunt, xx » die crisim habuerunt. Extinctæ autem sunt oĩbus, quibus in pus versæ non sunt, verum ad vesi- »

Ibidem. — cam declinarunt. Atq; de hoc satis. Iterum deinceps ait, ‖ Quibusdam septimus dies iudicium attu » lit, nouem diebus remissiones fuerunt: post repetitionem morbi quarto die crisis aduenit, in vni » uersum videlicet xx.

Ibidem. — Ad hos deinceps addit non nullos, ‖ quibus vij die crisis apparuit, sex diebus remissiones, mox repetitio morbi, deinde septimo iudicium, summatim xx. Postea paululũ pro- »

Ibidem.t.85. — gressus: ‖ Sunt, ait, qui xi die crisim exceperunt, repetitionem xiiij, crisim absolute xx. His deinde »

Ibidem. — subnectit: ‖ Si vero, inquit, non nulli irriguerint in xx, his iudicium quadragesimo contigit.

De Diebus, Qui reliquis libris Hippocratis obseruantur: & Quo pacto ij per Integras hebdomadas nequeunt numerari. CAP. 4.

* Al. trigesimũ quartum.

†ut qui tũ hæc ipsa scripserit, q paulo ante citaui: tu vero p ter hæc, in tertia quidẽ constitutione hoc fere modo.

A Ibidẽ.115. c.t.76.

B 1.Epi.c.3.t.20 21.22.3ª.122 a.b.c.d.f.g

C Ibidẽ.123.a. t.23.

*† Post hãc vero sextũ ordine Cleonactidẽ commemorat, in narrõnis calce hæc scribens.

D Ibid.124.h. t.27.

†† Sic ex græco vertẽdum. certe & illic ægrotos quidẽ in cõstitutione enarratos, vna summa cõplectẽs, dixit oẽs ferè, qui superstites fuere, octogesimo iudicatos esse: ex particularib. at, quorũ noĩa tim meminit, aliquos quidẽ ĩ quadragesimo iudicatos eẽ dicit: et per Iouẽ nõ nullos ipsorũ haud ignobiliter nec sine signis: ut tertiũ à principio libri scriptum in Dealcis hor to decũbẽtem.

F

VIdes hic, amicstror, rursus viri diligẽtiam. Nouit.n.φ, si quis validis decretorijs, hoc est qui in quaternionibus & septimanis augentur, decimumseptimum ascribat, cogetur statim vigesimum & quadragesimum attribuere, quemadmodũ & vigésimũquartum & xxxi: si vigesimũ apponat, statim nimirum cogetur & xiiij, xvij, & quadragesimum adijcere: quinetiam, quadragesimum si quis valide iudicantibus attribuat, liquet etiam xvij, & xx, esse annumerandum. Etenim vsq; ad decimumquartum nulla de diebus est inter medicos dissensio: verum sequentium hos ordo totus ab illis confunditur, quia non nulli non adeo experientiæ mentem, sed rationi soli, adhibent: quo factum est, vt integras hebdomadas putent esse complicandas. Postea, cum sic vigesimumprimum fortibus decretorijs adiungant, necesse est ideo decimumoctauum quoq;, & quadragesimumsecundum, eos ascribere: hunc quidem, vt septimanas sex complentem, illum, vt vigesimiprimi indicem. Porrò hac ratione decretoriorum dierum exploratio magnam operam non desiderat. Si nanque totus dierum à decimoseptimo ordo validior appareat, bifariam singuli dies fidem habebunt, ex proprijs experimentis, & aliorum testimonio. At, si rursus à decimooctauo numerus frequẽter decernere inueniatur & perfecte & firmiter, tum, qui septimumdecimum sequitur, imbecillior apparebit. Quod cum intellexisset Hippocrates, omnes omnibus contulit, G decimumseptimum (hinc enim discordiæ initium inter medicos subortum est) decimooctauo, vigesimo vigesimumprimum, pari modo vigesimumquartum vigesimoquinto, rursus vigesimũseptimum vigesimooctauo, & trigesimumprimum trigesimosecundo, trigesimumquartum trigesimoquinto, quadragesimum quadragesimosecundo. Quem vero ordinem experientia probet, in epidemijs indicauit, †eadem ipsa ascribens, quę paulo ante citaui, alijsq; in cõmentarijs: atq; tertiæ constitutionis mentionẽ faciẽs hoc ferè modo scribit: }ª ‖ His frequẽter vndecimo die cri- » sis áduenit: sunt, quibus vigesimo contingit. Dein ęgris noĩatim citatis, ᵇHerophontem ordine » tertium post tres aeris status scriptum, decimoseptimo die iudicium accepisse ait: ᵇ Quartam, Philini vxorem vigesimo die mortem oppetijsse. Post hanc, Epicratis vxoris meminit, de qua ad finem totius historiæ hęc verba apponit: ᵇ Quadragesimo bilem modicam vomuit: octogesimo febris perfectè iudicata est.*†ᶜ Sextũ ordine, Cleanactidem in libri huius calce adducit: }ᶜ Octoge- » simo, rigore infestatus est, febris acuta eum prehẽdit, sudor multus subsecutus, in vrinis rubrum & » leue residebat: perfectè iudicatus est. ᵈ Decimus æger est Clazomenius, quem & ipsum quadra- » gesimo, die liberatum per crisim esse scribit. Atqui dies quadragesimus ex ordine decimiseptimi » est, quemadmodum octogesimus: conueniebat autem quadragesimumsecũdum esse decretoriũ. H Quòd, si dierum computatio secundum septimanas integras fieret, non quadragesimus, verum quadragesimussecundus, dies decretorius inueniendus erat: sic non octogesimus, sed octogesimusquartus. Quare decimiseptimi diei ordinem altero longe fortiorem esse nemo ignorat, non solum φ multos in eo crisim accepisse recẽset Hippocrates, sed φ nec decimioctaui, nec vigesimiprimi, nec vigesimiquinti, nec vigesimioctaui, immo nec trigesimisecundi, nec trigesimiquinti, nec quadragesimisecundi, sed sexagesimitertij, nec octogesimiquarti meminit. Nam in tot ægrorum catalogo, quos partim nominibus proprijs adduxit, partim summa quadam comprehendit, in vnoquoq; aeris statu, nullum ex commemoratis diebus decretorium esse inuentum, alterius ordinis euidentem excellentiam indicat. Cum enim ex hoc ordine multi, sæpe perfecte firmiter bene recte inueniantur iudicasse: ex altero ne vnus quidem in toto primo epidemiωn libro, qui tuto decreuerit, nedum perfectè vel salubriter, vt non occidat: insignem alterius eminẽtiam esse putabimus. An igitur in primo sic, in tertio aliter scriptum reliquit? ††Nã & illic, ex secũdo aeris statu ægrotantium mentionem faciens, in summa dixit omnes ferè superstites octogesimo iudicatos esse: & per Iouem non nullos ipsorum haud ignobiliter nec sine signis: vt ægrum tertium, quem in libri principio descripsit, in Delearcis horto decumbẽtem. }Quid enim ait? Quadra- »

gesimo

« A gesimo|| die pituitosa recrementa, alba, & copiosa deiecit: largiter sudauit per totum: absolute iu- 3. Epid. cō. 1
« dicatus est. Quosdam vero, qui in longum nimis morbum inciderant, similiter & ipsos ratione 29.3ª.134.d
« vigesimi diei multiplicati, crisim accepisse: quemadmodum nonum ægrum ex aeris statu Hero-
python, || centesimo & vigesimo die de morbo iudicium perfectum habuisse, refert Hippocrates. 3. Epid cō 3. t
Sic aliquos vigesimoquarto die, & vigesimoseptimo, item trigesimoquarto, iudicatos esse bene si 80.3ª.150.d
mul & tuto & perfecte, memoriæ prodidit: In vigesimoquarto sane decimum ex aeris statu ęgro-
« tum, hoc fere modo scribens: || Vigesimoquarto die vrinam misit copiosam, albam, in qua multũ Ibidem. t.71.
« subsidebat: sudores calidi e corpore toto manabant: vnde febris discussa est. || Vigesimoseptimo Ibidem. t.78.
die puellam in Abderis: sed & ipsam sudore largo prorsus febre liberatam esse refert. hanc autem
post aeris constitutionem ægrotasse septimam commemorat. Porrò trigesimoquarto die octauũ
ex aeris statu ægrum || Anaxionem, sudore quoque ipsum febre prorsus leuatum fuisse percenset, Ibidem. t.79.
sidamq; ei crisim obtigisse. Cæterum nullus hoc libro in altero quodam decretoriorum dierũ or
dine crisim accepit: verum || Dealcis vxorem in vigesimoprimo decessisse commemorat: nec vllũ Ibid.151.t.86
in aliquo die, qui in decimioctaui secta continetur, superstitem mansisse. Dicitur itaq; secundo si-
gnificatu, vti prius interpretati sumus, non solum superstes, verum mortuus etiam, crisim accepis-
B se. Sed, vt retuli, non modo in eis diebus nemo seruatus est, sed ne mortuus quidem, si Dealcis vxo
rem excipias. In altero ordine complures seruati: quamuis non nulli etiam vita defuncti: quemad
modum || mulier, quæ Cyzeco binam fœmininam prolem peperit, decimoseptimo die perijt. Ibidem. t.85.
|| Adolescẽs autem in Melybea, omniũ postremus ab Hippocrate citatus, vigesimoquarto interijt. Ibidem. t.87.
At || Hermocrates secundus à principio, vigesimoseptimo die fatis concessit. || Apollonius autẽ in 3 Epid. cō. 1. t. 53. 130 h
Abderis decumbens, decimustertius ex aeris intemperie ęgrotus scriptus, trigesimoprimo perijt. 3 Epid cō 3. t. 84.151.b
Vt igitur septimo die & vigesimo complures iterire vidit, quippe cum dies ij, qui validam virtu
tem habent, non modo seruent, sed etiam interimant interim: sic vnumquenq; eorum, quos recẽ-
sui, conspexit nunc seruantem aliquos, nunc occidentem. Iam vero secũdum ex circumflui aeris
statu ægrũ octogesimo interijsse ait, & primũ centesimo vigesimo: sicut arbitror & vltimũ laborã
tem ante pestilentem constitutionẽ, decimoquarto die mortuum esse: tres autem ante ipsum, septi
mo die perijsse. Quid opus est multis verbis? nullum enim {alium} nec in primo, nec tertio epi-
demiων libro, vel superstitem vel mortuum in ordine dierum, qui a decimooctauo numerant, in-
uenies: sed oẽs, qui intra septimumdecimum iudicati sunt, iudicium habuere in diebus, quos vni-
uersus medicorum chorus decretorios esse consentit. Porrò, qui decimumseptimum excesserunt, il
C lorum vnus tm̃ vigesimoprimo interijt. Proinde hæc sufficiunt ad demonstrandum Hippocra
tem non rõne quadam persuasum, vt decimumseptimum decretorium esse statueret, vigesimo au
tem primo efficaciam adimeret, sed vsu & experientia doctum, causam inquisiuisse. At, qm̃ secun
dus, quartus, & sextus epidemiων liber, vel ipsius Hippocratis est, vel eius filij Thessali, pauca etiã
inde sumemus. Inueniemus siquidem & hic in secundo, vigesimum & quadragesimum decreto-
rios esse ab illo positos, sed nec vigesimumprimũ, nec alium quemuis ei respondentem. In quarto,
morborum adeo acutorum mentionem facit, vt raro videlicet ad vigesimum peruenerint, proces-
serint aũt semel vlterius, vsq; ad vigesimumquartum. Vnde iam vigesimum & vigesimũquartũ
iudicasse de morbis licet intelligere, non tñ alterius ordinis quenquã. Quinetiam in sexto epide-
miων paucos tum ægros, tum aeris status, commemorat: neq; hic quenquam in alterius sectę die-
bus iudicatũ esse nouit. Si iã & quinti libri meminisse conuenit, cuiuscunq; fuerit, hic ẽt quinqua
ginta sunt vniuersi ægri: nullus autẽ ipsorum vel decimooctauo, vel vigesimoprimo, vel, vt sum
matim dicam, in alio quodã huius generis die iudicatus est. Cum igitur ipsa experiẽtia decimũse-
ptimum, & vigesimũ diem, insuper, qui ipsis respondent, vniuersos decretorijs apponat, nõ nulli
medici, qui non adeo euidentibus animum aduertunt, ad perfectę hebdomadis numerũ, tanquam
D ad faciliorem viam, deuenerunt. Deinde, cum ẽt iudicatum aliquem in vigesimoprimo conspexe
rint, multo sanè magis opinionem suam confirmarunt.

Dies Iudicatorios in Euacuationibus, quæ duos, aut tres dies occupant, ac in Longis etiam Morbis obseruari. CAP. 5.

ETenim, vt discernas, cuiusnam diei proprium sit iudiciũ, cũ in plures partitum fuerit, distin-
ctione opus est, quemadmodum in superiore libro demonstratum est. Contingit autẽ mor
bis inueterascentibus & iudicia vehementiam perturbationis, & alterationis breuitatem, remit-
tere, & ad duos sæpe dies vel tres extendi. Promptum est igitur in hoc crisim, cuicunque ex tribus
diebus volueris, attribuere. Multi siquidem medicorũ ne vel numerare quidẽ post decimũquartũ
dignantur, quot iam diebus æger decumbat, præsertim si, dum febris soluta interea esse videatur,
denuo repetat. Non nulli vero, etsi numerauerint, iudiciorum in plures dies partitionem indistin-
cte & temere, cui dierum volunt, annumerant. Quapropter ẽt Hippocrates in ægrotis aliquando
quidem septimo dicit, vel vndecimo, vel decimoquarto, iudicatum esse morbum: interim vero cir
ca vigesimum, vel quadragesimum, vel alium quempiam: sicuti, exempli gratia, in prima & secun
« da constitutione primi epidemiorum. In prima. n. ait, || Iudicabantur aũt, quibus inter hos breuissi 1. Epid. cō. 1. t.
« mi essent, circa vigesimum, plurimis circa quadragesimũ, multis circa octogesimũ. In secũda vero, 36.3ª.107.b

1.Epid. cõ.2.t. 33.3^d.111.a | ** al. octogesimum.* | *Ibidem 114.d. t.67.*

constitutione,‖Quibusdam vero,inquit,ipsorum iudicabantur,ijsq; paucis,quibus breuissimi es- E »
sent circa *vigesimum.In tertia aũt,‖ Sanguinis, inquit,parum erumpere cœpit circa vigesimum »
quartum: & in sanguinis eruptionẽ fiebant abscessus Antiphonti Critobuli filio: quieuit,& per- »
fecte iudicatus est circa quadragesimum. Sed horũ verborũ ab initio statim non memini,cũ ex pri
mo epidemiωn quoque apponerẽ,melius esse ratus oẽs dies, qui exacte soli de morbis decernere
visi sunt,prius exponere. Huius rei gratia nec in ipsius vsquam commentarijs in totũ scriptũ est,

†circa quintũ aut septimum aut nonũ diẽ, nullũ iudicatũ esse, sed simpliciter uel quinto, uel septimo, uel nono die.

†quintũ,aut septimum,aut nonũ diem,de vllo morbo iudicasse,sed simpliciter vel quintum,vel se
ptimũ,vel nonũ: subito.n.& vniuersim hi iudicant.Quanto aũt vlterius morbi excedunt,diutur-
nioresq; fiunt, perturbatio sanè,quæ præcipitem alterationem præcedit,conquiescit.Iudicia vero
paulatim venientia duos aut tres dies maxima ex parte occupant.Sicut.n.plurimi longi affectus
neq; cũ excretione dissolui consueuerunt,sed vel abscessu vel concoctione: ita nec,vbi cũ manife-
stis excretionibus vel abscessibus ipsorũ solutio contigerit,vno duntaxat die perficit. Vnde medi
corum quidã diuturnos morbos nequaquã iudicari inquiunt: siquidem non solutionẽ sermone
absoluto crisim esse,sed vel subitam,vel quæ ipsam præcedit cõmotionẽ. Verum,quod iudicij signifi
catũ non exacte disquisitum perpetuo seruatur: sed solutionẽ ipsam tñ,quomodocunq; fiat,com
plures medici iudicium appellant: ex ipsis Hippocratis libris discere cuiuis est integrum, maxime F
vero & ex ijs, quæ veteres alij pertractant. Sic igitur & Diocles primũ diem decretorijs annume
rat,manifesto indicans nihil se aliud,iudiciũ,quã morbi solutionẽ,nominare. Fiet aũt perspicuum
ex ipsius verbis,quæ hunc in modum habent: Quarũ febrium causæ neq; in ipso corpore vacua- »
tæ ac imminutæ dissoluuntur,neq; exiccantur,neq; subito crudæ educuntur, temporũ vero perio- »
dis quibusdam coctæ apparent,per summa quidem extantes,nocte & die iudicant.Nam paucissi »
mo tempore causæ ipsarum discutiunt: quippe putrescentes & in pus conuersæ: ad hæc lac, & ca- »
ro omnis absoluta: breuiter omnia,quæ in corpore tum fiunt,tum mouentur & speciatim alteran »
tur,in hoc tempore primum apparẽt.Atq; hæc Diocles. Hippocrates aũt non semel neq; bis,sed
frequenter admodum in primo epidemiωn,& potissimum in tertio,morbi solutionem crisim vo
cat,nulla neq; excretione,neq; abscessu euidenter prægresso.Non tñ huius gratia putandũ est diu-
turniores morbos sine quauis manifesta excretione iudicari,quemadmodũ neque plures dies ne-

1. Epid. cõ.3.t. 23.3^a.123.a

cessario assumere.Itaque‖octogesimo crisim quendam accepisse in primo de morbis popularibus
Hippocrates commemorat,aitq; rigore ipsum fuisse correptum,acuteq; febricitasse,& sudasse lar-
giter. Apposui autem paulo ante sententiam,cum Cleonactide in primo epidemiωn sexti ordine
scripti mentionem facerem. Inuenias autem alios quoque ægros hoc sermone iã mihi citatos, itẽ G
quos nequaquã apposui,iudicatos euidenter die vno per excretionem in procedente diuturnoq;
morbo.His igitur maxime aduertendum est, vt quæ dierum decretoriorum ordinem exacte do-
ceant. Si enim Cleonactides hic,postquã octogesimo cũ totius corporis concussione, hoc est rigo
re fuisset infestatus,acuteq; febricitasset per sudorem iudicatus est,liquet vigesimi numerũ nõ me
diocrem quandã potentiam obtinere. Hoc enim multiplicato octogesimum, sicut & quadragesi-
mum,& sexagesimum,ad hæc centesimum,& centesimumuigesimũ, fieri contigit. Reperies aũt
alios ægros,decimumquartum egressos,per excretionem in epidemiωn libris iudicatos fuisse: quo
rum non nullos iam protulimus. Qui autem eos, qui subitam fieri crisim vltra quadragesimum
non putant, arguunt, etiam decretoriorum dierum ordinem ostẽdunt.Quòd etenim solutio,quæ
per certamen & commotionem fit,in morbis diuturnis paulatim exoluatur, pulchre dictum est:
at,non amplius subitam eorum mutationem vno die fieri, non recte dictum est. Cum enim rigor
vehemẽs simul cũ accessione antea non factus inuadat, & febris acutissima vehementissima cali-
dissima & toleratu difficilis accedat, sudorq; copiosus è corpore manarit, febre hominem pror-
sus liberans, si quis hoc crisim non esse dicet, manifeste contentiosus est. Ego sanè id genus ho-
minibus contradicere diffusius non consueui: sed illud, quod accidit, magis cognoscendum esse H
mihi proposui. Hoc enim nobis obseruantibus plerunque apparuit,atque in ægris ab Hippocra-
te scriptis inuenire licet, huiusmodi morborum longiorum solutiones non, cum deinceps nulla
ex parte interseccantur,incidere,at cum,vbi soluti esse videntur, iterum secundo recidiuã incipiũt.

Contingit autem sæpe diebus quibusdam decretorijs recidiuas incipere: &, cum numerum ali-
quem decretoriorum excesserint,denuo in alio quodam decretorio die iudicari. Hac ratione om-
nes particulares acuti fiunt: postquam vero omnes coierint, diuturni. Interdum interualla ipso-
rum numero quodam decretorio circumscribuntur,veluti si quis vndecimo die iudicatum imper
fecte,decimoquarto morbus repetat: deinde vigesimo rursum die iudicato parum integre,recidi-
ua vigesimoseptimo adueniat: inde postea acute ægrotans, quadragesimo iterum iudicetur. Hæc
igitur quisque in ægris ipse videbit,qui diligenter eis assidere voluerit: ad hæc in ægrotis ab Hip
pocrate citatis contempletur. Porrò,quòd decimusseptimus decimooctauo, & vigesimoprimo
vigesimus, fortior sit æstimandus,per Hippocratis experimenta demonstratum est. Si autem mea
quoque deinceps recensuerim,longior quidem sermo erit, cæterum fidei nihil magis habebit: si
etenim quispiam & ipse,quæ ægris accidunt,obseruare velit, & ab Hippocrate dictis credere, is
nihil adhuc nostra experientia indigebit. At, si vel sophismata euidenter apparentibus digniora
esse

A esse,quibus credatur,existimet,vel Hippocratis dictorum nullam rationem curamq; habet, talis
non modo nihilo plus frugis ex nostra narratione reportabit,sed etiam irridere ipsam conabitur:
huiusmodi vero frequenter dixi despiciendos esse. Si vero veritatis studiosus quis existat,sophista
rum nugis relictis ad experientiam ipse veniens,cum octoginta vel mille ægros conspexerit, hūc
indubie noui non alia de diebus decretorijs pronunciaturum,quàm Hippocrates indicauit.

Differre inuicem Natura ac Vsu,Iudicatorios dies,qui per Quaternionis circuitus numerantur: & qui Inter ipsos coincidunt: & Ea de re Hippocratis testimonia. CAP. 6.

CVm enim decretoriorum dierum tum vsus,tum natura,duplex sit, Hippocrates quoque du
plicem eorum doctrinam instituit,in aphorismis quidem & prognostico,eorum, quæ secū-
dum quaterniones & hebdomadas inuicem complexi sunt,mentionē faciens: in primo aūt epide
miωn non horum modo,sed etiam aliorū omnium coincidentium.Quorum causam coincidentię
in sequentibus dicturi sumus: nunc autem,ꝙ & natura & vsu inter se mutuo differunt, ostensuri
sumus: Natura sanè, quòd omnibus pulchre euenientibus,ad quaternionis circuitus, iudicia ma
xima ex parte perueniunt: erratis aūt quibusdam,in coincidentes recidunt: Vsu,ꝙ ad futurę crisis
cognitionem,quaternionis circuitus sufficit. Ad iam factam vero crisim iudicandam oēs semper
B sunt cognoscendi: vt,verbi gratia,tutiorem esse crisim,quæ nono,ꝙ̄ quæ octauo die, accidit: mi-
nus fidam,quæ octauo,ꝙ̄ quæ nono,contingit,iudicemus. Proinde fides iudicij vel fallacia,{hoc
est certitudo vel incertitudo,}ad bonam victus rationem iudicatis morbo præscribendam condu
cit: præcognoscere vero,qn̄ potissimum accidet,ad non dum iudicatos necessarium est. Dicet ita-
que in procedente sermone de hoc ēt non nihil: sed vniuersus sermo ex curandi methodo pendet.
At nunc de decretoriorū dierū vsu nihil,nisi obiter,dicemus,sed omnem eorum potentiam inter-
pretari festinamus. Satis est ideo ad præsentem disputationem,si Hippocratis verba commemo
« rans,ad sequentia iam descendam. In prognostico sanè hoc modo scribit: ‖ Febres, siue sanus ab In Prog.cō.1 t.
« his quis euadat,siue pereat,æquali dierum numero iudicantur. Vt enim saluberrimæ febres, quæ 1 vlc. 16. 4.
« videlicet tutissimis fulciuntur notis,die quarto vel antea iudicari solent: ita malignissimæ quæq; 206. d. Et 207.
« & quibus periculosissima signa adsunt,die quarto vel citius interficiunt.Primus itaque earū insul b.c.
« tus ita finitur,secundus quaternarius in septimū diem producitur,tertius in vndecimū, quartus in
« decimumquartum,quintus in decimumseptimū, sextus in vigesimum. Hi aūt ex acutissimis mor
« bis per quatuor in viginti, ex additione, perueniūt. Verum huiuscemodi supputatio per dies in-
« tegros nimirū fieri non pōt: quippe cū nec annus, nec menses ipsi, integris numerentur diebus.
« C Deinde eadem rōne atque additione primus circuitus ad quatuor & triginta, alter ad quadragin-
ta,tertius ad sexaginta dies perueniet. Hæc quidem ex prognostico verba sunt. In aphorismis,cū
« prædixisset‖ acutos morbos in quatuordecim diebus iudicari, mox infert: ‖ Septimorum quartus 2ª.Aph.23.24.
« index est,alterius septimanę octauus initium.Contemplatorius autem rursum vndecimus,hic.n. Ext ord.15.d.g
« quartus secundæ septimanæ.Contemplatorius iterum decimusseptimus,hic enim quartus est à de
« cimoquarto,septimus aūt ab vndecimo. Atq; in his duobus commentarijs oēs dierū decretoriorū
circuitus hebdomadis & quaternionibus adscribit. At in primo epidemiωn omniū deinceps me-
« minit hisce verbis: ‖ Est aūt primus decretorius circuituum,qui paribus diebus decernunt, quar- 1.Epid. cō.3. t.
« tus,sextus,decimus,decimusquartus, decimusoctauus, vigesimus, vigesimusquartus, vigesimus 14.3ª.120.d
« octauus,trigesimus,trigesimusquartus,quadragesimus,sexagesimus,octogesimus,centesimus,cē
« tesimus vigesimus. Eorum,qui imparibus circuitibus iudicant,primus est tertius, quintus, septi-
« mus,nonus,vndecimus,decimusseptimus,vigesimusprimus, vigesimusseptimus, trigesimuspri-
mus. Hippocrates igit oēs hoc sermone decretorios dies manifesto comprehendit: recordationi
siquidem ac memoriæ præparatio hæc conuenit.Demonstratum.n.nobis sæpius est, epidemiorū
libros prognostico prius & aphorismis scriptos esse,ꝙ memoriam rerum prius obseruatarū sug-
D gerant.Itaq; in hoc commentario oēs decretorios dies per seriē conscripsit: in illis eos tm̄, qui ma
ximam virtutem habent,& naturæ suæ ratione perfecti sunt(sicut in sequentibus ostendet) & in-
super non mediocrem vsum ad futuri status iudicijq; prænotionē exhibent. Cur igit Hippocra-
tes non vnam in omnibus libris decretoriorum dierum doctrinam tradiderit,iam liquido constat.
Nec obscurum,cur alijs medicis de hisce diebus cōtrouersia suscepta sit. Alij etenim, ꝙ duplex eo
rum natura sit,non planè cogitarunt: alij nequaquam obseruarunt,sed rationi totum concessere:
non nulli vsu ipsos deprehendere conati sunt,verum duplici nomine falsi sunt, vel ꝙ nihil omni-
no ante experientiam diffinierint,vel inconsultius sententiam protulerint.

Iudicatorij Dies à Galeno obseruati,aduersus Sophistas. CAP. 7.

POrrò nobis,quæ distinguenda veniant ante experimenta,dictum est: item de diebus decreto
rijs ferre iudicium non properandum esse,donec in multis ægris,annis compluribus, accura-
te quis obseruauerit: nam præter alia etiam annalium constitutionum permultæ quædam diffe-
rentiæ sunt. Ergo in tota æstate interim plures,quàm quadringentos homines, acute ægrotan-
tes vniuersos,vel septimo,vel nono die,crisim habuisse conspexi: in alio rursus anno quosdam de
cimoquarto,quosdam vigesimo, plurimos post morbi reuersionem: in alio permultos sanguinis
fluorem quinto habuisse,perfecte septimo vel nono die iudicatos esse. Vidi ēt in autumno aliqū

omnes vndecimo iudicatos: sed hic quidem autumnus bonā crisim attulit: in alio aūt oībus sexto E die non bonum iudicium accidit. Quapropter ēt magis subit mihi mirari eos, qui planè nullum ī diebus discrimen, verū eiusdem oēs dignitatis, esse arbitrantur. Toti siquidem status frequēter vel æstiuorum, vel autumnalium morborum, vnam iudiciorum speciem obtinent: quemadmodū in his, quos Hippocrates conscripsit, manifestum est. In quibus, si quis non omnino segnis est, interdum sanè alium decretoriorum dierum sæpius iudicantē videbit, quā alium: nō tñ octauum, duodecimum, aut decimumsextum, aut huius notæ aliquem. Apparent igit sophistæ in vtrisq;, quæ vniuersam medicinam constituerunt, errare, experientia nempe, & ratione. Neq;.n. in quibus experientiæ vsus est, ipsam expectāt, sed, vt cuiq; in mentem venerit, nugant, neq; euidenter apparētium causas inueniunt. Huius rei gratia alius ex eis nec decretorium diem, nec oīno iudicium esse confirmat: alius iudiciū quidem esse quoddā, non tñ ēt dies decretorios concedit: tanquā rōne magis, q̄ experientia, decretorios dies & iudicia inuenire conueniat: vel quasi peiores existant illi, qui per experientiam vtraq; se didicisse confitent. Nobis sanè, qui post Herophilum, Xenóphōtem, Asclepiadē nati sumus, forsan in viros illos vel inuidia vel contentio quædā esse possit. Sed, quæso, vnde nam in mentē venit ei, qui primo accurate ipsos per experientiam inuenerit, quemadmodū epidemiorū libri testant, vt præcognosceret sophistas tales quosdā in posterum futuros, cū nō F dum vlli his similes Hippocratis temporibus extiterint, verum singuli pro viribus artē iuuare, inuenireq; aliquid, non deprauare rectè inuenta, studerent? Quinetiam medicos, qui ab experientia empirici nominant, videre licet tanq̄ cōes quosdam omnium dogmaticorum hostes, inquirētes, quod mentiant: non tñ aut decretorios dies aut iudicia tollentes, sed veluti & aliud quippiam maxime euidens, hæc quoq; ambo statuentes. Satis mihi iam est sophistarum nugantium.

Epilogus Eorum, quæ dicta sunt de Ordine Dierum Iudicatoriorum. CAP. 8.

QVin magis ad dictorum cohærentiam denuo reuertor, prius vniuersis, quæ prædiximus, in summam vnam redactis. Decretorius itaq; fortissimus omnium est dies septimus: prænūciat eum dies quartus, hæc duo habens, vt decretorius minor sit, & septimi index. Deinde vndecimus & decimusquartus eandem proportionem & naturam inuicem conseruant, quam cum septimo quartus. Deinde frequenter quidem decimusseptimus ad vigesimum, raro autē decimusoctauus ad vigesimumprimum, eandē rōnem habet, quam cum septimo quartus, & vndecimus cum decimoquarto. || Hi ergo, vt Hippocrates dixit, per quatuor aucti ad viginti perueniūt. Coincidunt eis nonus, quintus, & tertius. Plurimos quidē nonus iudicat: secundā vim obtinet quintus: & post hunc tertius. De sexto prius diximus, vt malo decretorio. Decimustertius certe G oīum decretoriorū imbecillimus: oīum vero, qui non decernunt, fortissimus, tāquā in medio quodā vtrorunq; virtutis situs. Cū vehemētissima itaq; pugna sunt crises, sicut ēt antea diximus, quę vsq; ad decimūquartū diē veniunt: cū minori, quæ ad vigesimū vsq; pertingunt: inde vsq; ad quadragesimū adhuc ēt magis carū vehementia exoluit: ab illo aūt die perfecte exoluta redditur.

In Prog. cō.3.t. 3.4ª.207.b

De Proportione Dierum Iudicatoriorum, qui per Quaterniones & Septimanas enumerantur. CAP. 9.

PRoportio aūt dierum decretoriorū perpetuo seruat: Vt.n. decimusquartus & secundæ septimanæ finis est, & tertiæ principiū, ita trigesimusquartus quintæ terminus est, simul & sextæ initium. Quare tres septimanæ viginti diebus semp describunt: ideoq; sexagesimus, vti prius declaratum est, non sexagesimustertius, decretorius fiet. Pari modo octogesimus, {& centesimus,} & centesimusvigesimus. Vt.n. iudiciorū vehementia paulatim procedente tpe exoluit, ita & ibecilles decretorios obscurari planè accidit: solos aūt semper persistere, qui perfectum decretoriorū numerorū circuitum describunt. Videtur aūt (vt per experientiam licet condiscere) primus circuitus perfectus esse, qui viginti diebus constat. Si etenim semper per coniugationē septimi numerus procederet (vt in primis duobus habet) esset hac quoq; rōne hic septimus perfectus primus cir H cuitus: qm̄ vero secundus à primo disiunctus est, & tertius secūdo cohæret, liquet proportionem, quæ ab initio statuebat, non adhuc post decimumquartū diem conseruari: attamen post vigesimū diē idem circuituum ordo perpetuo cōsistit. Respondebit ergo trigesimusquartus decimoquarto, quippe qui ex duabus septimanis disiunctis fiat: & quadragesimus vigesimo, vt qui tertiā hebdomadē coniunctā expleat. Quare hoc ipsum Hippocrates nos docens in prognostico, vbi de vigesimo die verba fecerit, deinceps inquit, Post || hos eadē rōne, eademq; additione, primus ad quatuor & triginta dies peruenit. Primum.n. dixit trigesimūquartum post vigesimum, vt circuitum, non vt diē decretoriū: qm̄ & vigesimusquartus, & vigesimusseptimus, & trigesimusprimus, post vigesimū est decretorius. Sed, qm̄ de minoribus periodis (sunt aūt quaterniones) abundè satis docuit, ad hæc septimanas ipsas exposuit, reliquos statim duos circuitus voluit simul doctrinæ cā adijcere, nēpe & ex duabus septimanis cōpositū, & illū, qui tribus constat: verū, qui duas continet, velut īperfectū quendā: qui tres, exacte perfectū. Siquidem iā quadragesimū, sexagesimū, octogesimū, {centesimū,} & centesimū vigesimū, ex vigesimo sæpius aucto fieri contigit. Hoc igitur ipsum & non aliud perfecti circuitus est indiciū, vel cōpositi semper & sæpius in se aucti, q aliū non magis requirat. Atqui nec vnus eorū, qui vigesimum præcedunt, hoc obtinet: nā, septimus si per

In Prog. cō.3.t. 3.4ª.207.c

se semper

A se semper auctus sit: ad vigesimumq; primum, vigesimumoctauum, & trigesimumquintum, & quadragesimumsecundum excideret: decimusquartus pari modo vigesimumoctauum faceret, & quadragesimumsecundum: Sed & ipse quaternio, si eius compositionem in se faceret, octauū, duodecimum, & decimumsextum, fortes decretorios efficeret. Quapropter ipse quartus nec periodus quidem euidenter est, sed periodi velut dimidium: etenim septimana dupliciter diuisa quartus sectionem accipiens, primi quaternionis terminus est, secundi initium. Forsan quis septimanam hanc iam perfectū circuitū esse putauerit: non.n.& in hac septimū diem secundæ septimanæ initiū esse contingit: sic.n.ad decimumtertiū, non decimūquartū, terminus eius perueniret. Sed, cū rursus decimusquartus, terminus simul secundæ septimanæ, & tertiæ principium sit, nō adhuc perfectus circuitus septimana sic fuerit: bis.n.se ipsum multiplicauit, ter non potuit. Atqui, si propter duas priores hebdomadas ex disiunctione factas, integrū quendā circuitū putare septimanā conuenit: pp tertiā vero coniunctam, non ēt integrum: vel omnino in dubitationem sermonem incidere necesse est: vel septimanam primū quendam ordine & simplicem circuitum putandā esse, qui vero ex viginti diebus componitur, secundum simul & compositum & perfectum.

De Iudicatorijs, qui Acutis Morbis congruunt: ac quòd Vnicuiq; dierum Circuitui Proprius morbus respondeat. CAP. 10.

B MOnet iam hic sermo nos considerare, quis horū dierum de acutis morbis decernat. Cum.n. Hippocrates in aphorismis ‖ acutos morbos in quatuordecim diebus decerni dicat, magnā inde nugandi occasionem sophistæ arripuerunt: atqui sine illorum nugis omnibus & iudicia oīa præsagire, & iam facta explorare potes. Nam, si morbum, exempli gratia, vigesimo die iudicandum esse præsagiens, victus rationem ei congruam instituas, magnum ægro præsidiū adferes. Licebit aūt tibi & acutū & diuturnū ipsum vocare, cum nulla vel commoditas vel offensa ex appellatione ægro adueniat. Fingamus.n.acutum huiusmodi morbum vocari, omnibus, quæ ad victū ægri pertinent, recte administratis, quid inde peius vel melius erit? rursus diuturnū ipsum, si placet, appella, vt nihil ex hoc vel iuuari vel offendi ęgrum intelligas. Quemadmodū igitur & in alijs pluribus sophistæ de nominibus contendentes dissentiunt, tempusq; discentiū conterunt, sic quoque in acutorum longorumq; morborum distinctione. Nam, si verū fateri oportet, non duæ tātū morborum differentiæ, sed permultæ admodum putādæ sunt: siquidem quartana febris in tot annos incidit, quot alia diebus iudicata est: ad hæc alius quidam morbus in menses multos durauit.

2ª. Aph. 23. Ex. ord. 15. d

Hæc igitur prima differentia triplex: partim enim morbi Diebus, partim Mensibus, partim An-
C nis totis iudicantur. Membratim rursus in morbis, qui ad menses, perueniunt, non simile existit, duorum videlicet mensium vel septem solutionem fieri. Ita, cum dierum vel annorū numero morbi soluuntur, permagnum discrimen existit: quid.n.similitudinis vel tertio vel vigesimo die iudicium subijsse, itidem vigesimo vel quadragesimo? Iā vero, si naturalē ipsorum differentiam inuenire moliaris, quot dierū decretoriorum circuitus sunt, tot quoq; morbi statuendi erunt. Itaque, si alterius naturæ esse dicas (quemadmodum sane est) non posse primum quaternionem superare: alterius, septimū non excedere: ita & vndecimi, decimiquarti, decimiseptimi, vigesimi, omniumq; deinceps decretoriorum proprius cuiusque morbus existimandus est.

De Morborum & Dierum Iudicatoriorum Differentijs, quibus Victus ratio recte instituitur. CAP. 11.

PRæstat tñ doctrinæ gratia maioribus eos terminis comprehendere, ne plurimi fiant: verum non ita magnis rursus, vt multum differentes inter se mutuo collocentur. Vnde nec eos laudo, qui duas vniuersas morborum species ponunt, neq; vtranq; deinde diuidunt: nec illos probo, qui tot esse dicunt, quot dierum decretoriorum circuitus. Quæ igitur præstātissima doctrina fuerit, maximeq; artis vsui idonea? puta si quis sophistarum medicorum accurate medicinam tractare conetur, sublimi illa sede relicta, in qua magni regis cuiuspiam instar sedens adolescentes remo-
D rat, hunc satis noui ex ipsa re vtilitatem edoctum iri. Sicut igitur & Hippocrates in omnibus admirandus, ab ipsis euidentibus sermonem capiens, hæc aliqñ scribit: [a] ‖ Vbi peracutus morbus ē, statim etiam labores extremi adsunt, & extreme tenuissimo victu vtēdū est. Interdum ita scribit: [b] Acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur. Deinde rursus: [c] Hi ergo per quatuor aucti ad viginti perueniunt. Iterum postea: [d] Spirandi facilitas maximam vim ad salutem habere existimāda est in omnibus morbis acutis, quibus febris copulatur, quiq; quadraginta diebus iudicant̄. Quin etiā [e] sexagesimi, octogesimi, & centesimi, & centesimiuigesimi rursus meminit: atq; his denuo relictis, [f] æstatis morbos hyeme solui ait, hybernos æstate. Quin & hoc modo inquit: [g] Plurimi puerorum affectus diebus quadraginta iudicant̄: quidam septē mensibus, aliqui septem annis, nō nulli ad pubertatem vsq; perueniunt. Hæ oēs ad doctrinā simul clariorem, & ægrorū vsum admodū vtiles sunt differentiæ: etenim sua cuiusq; victus species est. Cognoueris aūt maxime ægrū ipsum in his omnibus, si hypothesin sermoni adiecero. Adolescens ergo quis valido morbo correptus sit, qui in primo quaternione iudicabit: aphorismum in hoc maxime illum imitandū puta: [h] Cum peracutus morbus fuerit, statim ēt extremi dolores adsunt, & extreme tenuissimo victu vtēdū est. neq; alimentū quoduis huic adhibueris, nec melicratū, aut huic simile, immo ēt ab aqua, q̄tū potest, abstinere iubeto. Hunc ipsum adolescentem, vbi septimo die crisim habiturū statueris,

A 1ª. Aph. 7. Ext. ord. 4. d.
B 2ª. Aph. 23. Ext. ord. 15. d
C 1 Prog. cō. 3. t. 3. 4 [illegible]
D 1 Prog. cō. 1. t. 2[illegible] 4 [illegible] 194 h
E 1. Epid. cō. 3. t. 14. [illegible]
F 3 Epid. cō. 3. t. 58 [illegible]
G 3ª. Aph. 28. Ext. ord. [illegible]
H 1ª. Aph. 7. Ext. ord. 4. d

paulului prædictam victus rationem immuta, vel mulsam exhibens, vel aliam huiusmodi quandam || potionem morbi naturæ familiarem: vt Hippocrates præcepit. Ipse autem & hæc inuenies partim à signis quibusdã,† velut temperamento, consuetudine, & ætate: } quædam ẽt ægrum interrogabis, an valido sit ventriculo, qui longam inediam ferre possit, an cito offendatur & facile soluatur. Sic etiam habitum hominis considerans, quædam ipse ex ijs, quæ in opere de tẽperamentis didicisti, inuenies: alia ex ægro rogando, sunt.n. quidam ad resolutionem faciles, atq; ideo diuturniorem inediam non ferunt, licet viribus validi antea fuerint. Si iam tibi tale quippiam interroganti, & per te ipsum conijcienti appareat, & æger facile dissoluatur, facileq; stomachus eius offendatur, ptisanæ cremorem exacte percolatũ quotidie modice exhibebis, memor rursus hic eius, quod Hippocrates dixit: || Sed aliquid tum consuetudinis gratia, tum ẽt ne vasorum magna fiat » inanitio, ingerere conuenit. At, vbi septimus dies instet, nequaq; ægrum nutrire conuenit, sed ante vnum diem, vel antea, minus exhibendum est. Atq; hæc nos ad amussim senex ille in opere de victus rõne in morbis acutis perdocuit. Si quidẽ adolescẽti tertio aut quarto die morbũ iudicatũ iri spes sit, nullum stomachi vitium, aut habitus inanitionem suspicare. Ad hæc si, præterquam q̃ iuuenis sit, etiam validissimas vires habeat, longam facile inediam tolerare fateatur, & ægre dissolui tibi appareat: insuper nullus eiusmodi morbus adsit, vt oxymeli aut mulsam requirat: is omnino ad septimum vsq; diem à cibis abstinere potest. Quòd si ad tertium vel quartum quaternionẽ crisis futura videatur, non ita abstinere potest, nec sola potione seruari. Quapropter nõ parua quędam victus mutatio, nec morborum ideo exigua differentia.

de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 3. vbi tractat vini, mulsę, oxymelitis, & aquę facultatem.

† Nõ est in antiquis Græcis, neque ĩ veteri tralatione.

de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 1. t. 21. 7d. 112. d

E

F

Qui Peracuti, qui Acuti, apud Hippocratem Morbi, qui Diuturni, & quæ ipsorum Differentiæ. CAP. 12.

VOcet iam Peracutus morbus, qui ad septimum vsque diem extenditur: qui lõgius procedit, simpliciter Acutus. At hic quoque differentiæ in peracuto memoria tenendæ sunt: etenim Exacte Peracutus is est, qui quartum diem attingit: Nõ Exacte, qui ad septimum vsq; producit. Eadem ratione inter acutos alius Exacte Acutus, qui ad vsq; decimumquartum porrigitur: Non Exacte vero, qui ad vigesimum vsq; durat, quãquam & ipse acutus sit. Adhuc aliud morborum genus, quod Ex Delapsu acutum, ad quadragesimum vsq; diẽ peruenit: satius enim est ita vocare ipsum, q̃ acuto quodam imperfecte iudicato intra diem vigesimum, deinde vehementia eius confracta reliquum eius intra quadragesimum diem solui consueuit: Nõ nulli aũt statim ab initio velut prohibiti, tardeq; moti, & nullã interea subitam mutationem moliti, ad quadragesimum producuntur. Duplex aũt horum quoq; natura est: Vel.n. accessionum remissiões in exactam integritatem finiunt, Vel continua febris semper perdurat. Atq; hmõi morbi de acutorum natura obtinere videntur: alij vero manifesto iam sunt diuturni. Porrò Archigenes multis nominibus & diuersis laudandus est, maxime vero si studium eius, artis tractandæ medicæ cognoueris, quoniam non tp̃ibus solis nudis, sed & motu, & natura magis, acutum & non acutũ morbũ appellauerit. Nam, cum segni lentoq; motu cũ interuallis à febre remissis ad quadragesimum vsq; extendit, nemo sanę mentis acutum, inquit, nominauerit: etenim, si ante quadragesimũ cesset, hmõi existens, iã diuturnus est. Alios vero morbos breues quidẽ vocat, ęquũ aũt esse dicit, nec acutos nec diuturnos appellari: quemadmodũ paruas has & à periculo remotas febres, quas nõ diuturnas esse nemo ignoret, etsi ab acutorum natura recesserint: nam acutũ eũ esse ait, qui cũ velocitate periculosus est. Vides igitur nos, cum solutio interdum eandem temporis præfinitionem habet, vel acutum morbũ, vel non acutum, nuncupare: eodem modo qñq; alium acutum, alium diuturnũ, ipso motu solo distinguentes. Noui igit̃ complures ad quadragesimũ vsq; diem continua febre conflictatos esse: ita voco eam, quæ nunquam ad integritatem desinit, ita, vt hmõi morbum non fuisse diuturnum dicere possimus: non tñ simpliciter acutum nominare ratio est. Sed.n. qm̃ ex decidentia acuti, exactæ solutionis terminum habent longissimum, diem quadragesimum: nõ nulli vero cõtinua semper febre ad hunc vsq; extensi sunt: Ponatur & hoc tp̃s, aliqñ iam diuturnorũ manifesto affectuũ, eorum, inquam, qui interuallum habent, sicut antea diximus: aliqñ acutorũ esse decretoriũ. Itaq; Hippocrates in prognostico his verbis vtit̃: || Facilis aũt spiratio in omnibus acutis morbis, qui- » bus febris copulatur, quiq; intra quadraginta dies iudicari solent, admodum magnum ad salutem » momentum habere putanda est. non enim simpliciter/acutis/dixit, quamuis dicere potuisset, sed » cum additione hac, nempe/qui intra quadraginta dies iudicari solent/tanq̃ acuti quidam sint, qui pfectæ solutionis gratia ad eum diem prolõgent̃. Acuti ergo simpliciter, nõ vtiq; vltra decimum quartum diẽ progrediant̃ non iudicati: Qui vero in quadragesimũ excidunt, interim hi ipsi sunt, qui intra decimũquartũ diẽ imperfecte prius iudicati fuerant: interim, quorũ paulo ante memini, nõ frequenter adeo euenientes: quinẽt tertiũ genus illorũ est, qui manifesto iã tardi, acutis oppositi, quadragesimũ diẽ habent decretoriũ: sed de his post paulo dicturi sumus: Cęterũ vniuersum p̃dictũ genus, acutũ nominet̃ ex decidentia, quã Græci μετάπτωσιν vocãt. Ostẽsum nobis est tũ alibi, tũ in tertio de spirandi difficultate potissimum, q̃ in prognostico & de simplr̃ acutis differit, & ad hæc de ijs, qui ex illorũ decidentia fiunt. Cũ igit̃ in vniuersum quidẽ ad calcẽ libri pronunciet, Hæc aũt dico de acutis morbis, & qui inde proueniunt: mẽbratim vero de aqua inter cutem hunc »

In Prog. cõ. 1. t. 25. 4d. 194 h

G

H

sermonem

« A sermonem proferens: ‖ Aqua inter cutem, si ex acuto morbo cœpit, omnis mala est. pari modo, cũ In Prog. cõ. 2
« de purulentis tabidisq; vocatis affectibus, item de ijs, qui ex abscessu in longũ tp̃s porriguntur, ver 1.4ª.197.c
ba faciat, clare innuit propositi se non oblitum esse, morbos, qui ex acutis diuturni fiunt, cõmemo-
« rãs. Sic ergo & illa dicta sunt, ‖ Reliquæ aũt vomicæ magna ex parte rumpuntur: sed aliæ in die vi In Prog cõ. 2. t.
« gesimo, aliæ trigesimo, aliæ quadragesimo, non nullæ ad sexagesimum vsq; perueniunt. Quinetiã 77.4ª.203 h
in dierum decretoriorum enumeratione, qui in prognostico recensentur, ad sexagesimum vsque in Prog cõ. 3. t.
diem non ab re processit. Quoniam enim non de acutis solum, verum etiã de ijs, qui inde progre- 3. vsque ad 6.
diuntur, sermonem instituit, nec inepte (puto) tum in ipsis decretorijs, tũ in doctrina de abscessuũ 4ª.207.b c
ruptura, sexagesimi diei commeminit. Qui ergo hanc doctrinam non intellexerũt, ij nequicquã
ac frustra quæstiones in his texunt, dissentire putantes cum ijs, quæ in aphorismis tradiderit, mor-
bos inquiens acutos quatuordecim diebus iudicari: quasi ipse Hippocrates nõ accurate sermone
indicasset aliam esse naturam acutorum ex decidentia, quã illam, quæ absolute acutos respicit. Lõ
ge. n. secus est, quàm illi putant: qm̃, si non acutorum duplicem naturam cognouisset, aliam abso-
lute acutorum, aliam ex decidentia, non sanè distinxisset appositione suam sententiam, verum sim
« pliciter dixisset, ‖ Facilis spiratio in acutis morbis valde magnum ad salutem momentũ habere pu in Prog. cõ. 1. t.
B tanda est. Nunc aũt, cum huiusmodi dictionem simpliciter acutos indicaturam sciret, non tñ ita: 25.4ª.197.h
verum cum his ẽt alia complecti vellet: non sine rõne apposuit, primum/quibus febris copulat̃/
non adscribens, continua, quod absolute acutorum erat proprium: deinde/qui intra quadraginta
dies iudicantur/perinde ac si alij quidam acuti sint, qui diebus quadraginta non iudicent̃. Quare
vndequaque morbi naturam, quo de in prognostico tota disputatio est, clare distinxit Hippocra-
tes & demonstrauit. At interpretes luculenter dicta, obscura reddere moliuntur. Quòd ergo no-
minis appositione quæstionem, quam contexunt, soluere conent̃, condonandũ est: at hoc faciunt,
qui ita scribunt: Facilis spiratio in omnibus acutis morbis, quibus febris copulat̃, quiq; intra qua-
draginta dies iudicantur, magnam sanè vim ad salutem obtinere censenda est. Non nulli ẽt non
adscribunt/quiq;/inaudiendũ esse dicentes: vt sermo eius duplex fiat, alter de acutis morbis, quos
in aphorismis exposuit: alter de alijs, qui febrem iunctam habent, & quadraginta diebus iudican-
tur. Quòd vero nec in aphorismis decimumquartum diem decretorium, sed illic quatuordecim
oẽs decretorios dies Hippocratem pronunciasse arbitrentur (esse enim tot, si quis à tertio, qui pri-
mus omnium decernere natus est, ad quadragesimum vsq; numerauerit) non paruam reprehẽsio
nem merent̃. Neq; n. vt medici hoc dicunt, nec vt qui numerare sciãt aut legere. Nam, si medici es-
C sent, primum sanè nullum exacte acutum morbum ad quadragesimum diem, non prius iudicatũ,
peruenire scirent: deinde ne quatuordecim quidem numero esse ad quadragesimum decretorios.
In hoc aũt ne vel numerare ipsos nouisse quis iure dixerit: plures nanq; sunt, ac quatuordecim, ijs
sanè, qui veritatem ipsam rerumq; euidentiam inspiciunt: itẽ id, quod Hippocrates in primo epi-
demiωn scriptũ reliquit. Superius verba ipsius apposui, quibus decretorios dies vniuersos edo-
cet: vbi, si quis numerare didicit, plures indubie ad quadragesimum diem euenientes, quàm qua-
tuordecim, inueniet. ‖ Si quis autem solos eos, qui per quaternionem computant̃, numeret (forsan 1. Epid. cõ. 3. t.
enim errare deprehensi, ad hoc rursus deuenient̃) pauciores sanè hi sunt, ac quatuordecim. Quòd 14.3ª.120.d
aũt ne legere quidem nouerint, qui hmõi effutiunt, sic maxime disces. Si igĩ in prognostico qua-
dragesimũ diem decretoriũ esse acutorũ dixisset, deinde in aphorismis quatuordecim diebus sum 2ª. Aph. 23. 24.
matim eos iudicari: tunc nimirũ tale quippiã cũ illis considerare licebat: at, cũ in opere prognosti Ext. ord. 15. d. g
co quadraginta diebus iudicari eos dicat, & in aphorismis quatuordecim, maxime ridiculũ est sen
tentiã eius alibi aliter inaudire. Meliores his sunt, qui non sermones cõsentientes, verũ alterius cu
iuspiam aphorismos esse, alterius prognosticon, demonstrare conant̃: sed hi ob animi magnitudi-
nem sunt nobis miraculo. Quòd iam vtilitatem huius doctrinæ semper inspiciens Hippocrates,
D simpliciter quidem acutos quatuordecim dierum terminum habere recte dixit: ex decidentia ve-
ro acutos, nunc quadragesimum nunc sexagesimum diem assequi: abunde ostendimus.

Quo pacto Acuti Morbi, nunc in xiiij, nunc in xx diebus, dicantur Iudicari. CAP. 13.

SCiendum aũt est communiter de oĩbus eiusmodi notæ, q͂, quæ ex quantitatis cuiusdam in par-
ticulas diuisione fiunt, sorеticam dubitationem comitem habent. Itaq; sic diuidendũ est, vt nec
particulæ multũ alioqui differentes, sibi mutuo coniungant̃, quod, dum quæuis in pauca secatur
quantitas, accidit: nec adeo multas feceris, vt doctrinæ vtilitas excidat. Quamobrem, si quid opti-
me diuidi possit, Hippocrates preter cęteros hoc mihi fecisse vr̃. Primũ, peracutos ad septimũ vsq;
diẽ peruenire demonstrat, in quibus (vti dixi) in aphorismis [a] tenui admodũ victu tractãdos esse A 1ª. Aph. 7.
præcipit: deinde in commẽtario de victus ratione in morbis acutis, [b] quosdã in omnimoda inedia Ext. ord. 4 d
seruandos esse vsq; ad diem septimũ: postea vero [c] quartumdecimũ absolute acutis terminum sta- B de Vict. rat. i
tuit: post hæc ad [d] vigesimum procedit: rursus alterius spẽi morbũ ad quadragesimũ, alterius itidẽ mor. ac. cõ. 1. t.
ad sexagesimũ: postremo decretoriorũ dierum supremum finẽ [e] centesimum & vigesimũ diẽ con 44.7ª. 114. h
stituit, quatuor videlicet mensium tempus: deinceps alios mensium decretoriorum numero, alios C 2ª. Aph. 23.
annorum, solui scribit. Atq; hæc doctrinæ vtilitas est. Coincidunt aũt non nullæ quæstiones lo- Ext. ord. 15. d
gicæ, quæ consolationẽ requirunt, sicut & hæc (opinor) q͂ morborũ, qui apud oẽs acuti habent̃, nõ D i Progn cõ. 3. t. 5. 4ª. 207. b
nulli decimũquartũ diẽ excedere videant̃: ideoq; Diocles ẽt non decimumquartũ, sed vigesimum E 1. Epid. cõ. 3. t. 14. 3ª. 120. d

primum, terminum eius posuit. Atq; hic quidē errauit vigesimūprimū magis, q̄ vigesimū, termi E nū ipsis præstituens: q̄cq; non oīno falsus sit, quartūdecimū excedendo, nā quosdā, qui acuto mor-
1.Epid. cō.3.t.20.3ᵃ.122.b. Et 3.Epid.cō.4.t.2.3ᵃ.135.e bo laborarant, || decimoseptimo & || vigesimo iudicatos esse cognouimus: vti apud Hippocratem quoq; in ipsis epidemijs inuenire licet. Qūo igit, si hoc ita habet, & quidam acuti morbi || decimū quartum diē excedere vident, terminū ipsis hunc diē in aphorismis constituit? promptum quidē
1.Epid.cō.3.t.21.4ᵃ.122.d erat dicere: hoc rarenter, illud sæpissime, accidere cōsueuit. Quinetiā Hippocrates aliqn̄ solum id, quod creberrime oculis vsurpatū est, nihili faciēs, id, quod raro euenit, pronunciat. At profundio
2ᵃ.Aph.23.Ex. ord.15.d rē q̄dā habet sn̄iam pronunciatū, si quis ipsum cōmode disquisierit. Qui nanq; ad decimūseptimū diē aut vigesimū prorsus acuti morbi exciderunt, hi planè inceperunt, tanq̄ submersi, lènto motu grauiq;: deinde alij in primo quaternione, alij in secūdo, exacte acutorū motū recipientes, ad decimumseptimū & vigesimū exciderunt: quanq̄ & hi intra decimūquartum suū iudicati sint, nam ī dierū primo quaternione vehementiā incipientes, deinde decimoseptimo iudicati, decimūquartū suum diē non excesserunt. Nouit hoc quoq; Diocles ipse, & alij propè oēs veteres. Phreniticos » sanè à primo die statim non adeo fieri ait. Igit, si quis phrenitide quinto die laborare cœperit, & se » ptimodecimo iudicatus fuerit: vel inceperit septimo die, & iudicatus fuerit vigesimo: nulli dubiū hunc intra decimumquartum suum diē crisim sustinuisse. In hoc iam maxime ēt vigesimum diē F ambiguitatē adferre puto, quippe qui potentiæ ancipitē naturā habeat, tum q̄ sæpe post primos dies morbos acutos factos iudicet: interim de prius iudicatis iterū decernat, nullus enim à primo die acutus in hunc illabit, qui non prius iudiciū expertus sit. Quòd si in priore quodā die imperfecte iudicatū, sic prorsus discusserit, non impedit, quo minus acutorum morborū decimusquartus dies terminus existat. Qui vero ab initio submersi lentiq; appareāt, & inde ad quadragesimum ta les p̄durātes, rursus intendant, hos iure diuturnos appellaueris: Queadmodū acutos quidē manifesto, sed qui ante vigesimū non secure iudicati sunt, deinde remiserint: post hæc reuersi, mox rursus acuti facti fuerint: nouissime quadragesimo die iudicati: dubitaueris, absolutè ne, an ex decidētia, acuti nominādi veniāt: imo magis, an diuturni: Quippe in ambiguis & obscuris certū iudiciū quærere nō oportet: nā pro rerū natura sn̄iam semp̄ pronunciare conuenit: vbi vero rerū natura simplex prorsus est, ibi & manifesto & simpl'r pronūciandū est: q̄m & Hippocrates in ipsis aphorismis, cum decimumquartum diē acutis morbis finē statuisset, statim ēt decimiseptimi his verbis
2ᵃ.Aph.24.Ex. ord.15.g meminit: || Contēplatorius rursum decimusseptimus est, hic.n. quartus à decimoquarto, septimus » ab vndecimo est. significat nanq; hic vigesimū, tanq̄ secundum quendā acutorū terminum. Quo » niam vero hic liber magnam satis prolixitatem modo habet, finire ipsum iam cogito. Quod de G dierum decretoriorum speculatione reliquum est, id vniuersum in tertio exequar.

GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS LIBER TERTIVS

Nunc Primum summa admodum cura Quamplurimis in locis emendatus.

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Cœlesti ac de Materali causa Dierum Iudicatoriorum, ex quibus & ipsorum Ordo & Facultas pendet vniuersa.

Quid Ostensum superioribus libris, Quid Hoc agendum. CAP. 1.

Vi iam causas, cur nō in oībus diebus morbi iudicent, considerare melius esse duxerit, is hæc sibi cōposita esse cēseat. Et quidē inuētionis dierū decretoriorum principia fateri cōuenit, queadmodum ēt superiore cōmētario dictū est. H Sunt aūt genere duplicia, nēpe experimentū, & ratio. Experimentū sanè, q̄ non omnes sil'r dies de morbis decernāt, euidens affert testimonium: quodq; circuitus septimani validissima sint virtute p̄diti: post hos quaternarij: quidam vero extra hos coincidant: immo q̄ nec oēs septimanæ inuicē separent, sed aliquę ipsarū etiā coniungant: nec oēs quaternarij, sed ex ijs quoq; alij seiungant, alij cōiungant: insup̄ q̄ acutis morbis impari dierū numero, lōgis pari, iudicia maxima ex parte accidāt. Omnia hmōi, quæ prius recensui, experientia satis approbat. Porrò causas horū Ratione nobis indagātibus, duo prima oīum, quæ fiūt, primordia esse statuēda videntur: Inordinatū videlicet, qd̄ ex hac mūdi materie proficiscit: Ordine vero quodā ornatuq; p̄cedēs semp̄, qd̄ cœlestibus originē fert acceptā: oīa siqdē in hoc orbe ab illis decus ornamētumq; capessunt. Atq; iā & nūc ex his duobus pricipijs, q̄ ex expiētia cognita sunt, et rōe suppeditauit, oīum, q̄{rōne et ex periētia ipsa}ī diebus decretorijs itelligunt, cās iuenire conabimur, hinc facto sermonis exordio.

De Vi Astrorum in Hæc inferiora corpora: & maxime de Solis & Lunæ actione. CAP. 2.

OMnium certe superiorum Astrorū potentia fruimur: verum, qui maxime hunc orbē exornat, et concinnat, & disponit, ē Sol: quippe veris, æstatis, autūni, & hyemis, author alius ne

mo

A mo extat: nec alius tam manifestò vel ex terrestri limo animalia generare potest, neq; fruges maturare, neq; ad coitum & generis propagationem animãtia ꝓuocare. Magna sanè & Lunæ opa in hãc rerum substantiã apparet, verum Solis effectibus posteriora. Etenim mẽses hæc perpetuo disponit: idq; euidenter adeo in marinis animalibus: q̃q̃ & hoc ipsum Solis beneficio habet. Nouum.n. ipsa lumen sortitur, cum Sole primum fruitur: Tãta vero eius portio semper illuminata est, q̃tam Sol aspicit: Prorsus aũt deficit, lucisq; expers redditur, vbi terra suo interuẽtu ipsam obtenebrat. Quapropter, vt illa distat à Sole oẽs mutatiões suscipit: etenim Plena est, cum diametra est: Æqua portione diuisa seu semilunaris, græce dichotomos, cũ quadrãgula est: Vtrinq; gibba, cùm triãgula: & Falcatã spẽm refert, vbi sexãgula est: Atq; tũc primum Noua est, cum post Solis cõgressum apparet: Obscurata omnino, cùm Solis lumine circumuallat. Igitur fructus auget, incrassatq;: animantia implet: ad hæc menstruorum statum tps mulieribus cõseruat: item comitialium circuitus custodit, inde, ꝙ Solis plus vel minus participat. Omnia siquidem, quæ facere nata est, vbi falcis figuram repræsentat, languida fiunt: valida omnia, cùm plena fuerit. Quapropter & fruges iterea adauget maturatq; celerrime: mortua corpa putrefacit: somnoq; sopitis sub eius lumine, vel aliter diutius immoratis, pallorem & capitis grauitatem conciliat. Vt igitur Luna So
B lis auxilio in omnibus indiget, ita Sol ad nullam rem maximam, vel alterius cuiusdam astri, vel ipsius Lunæ, operam desiderat. A nullo.n. impeditur, quo minus æstatem faciat, cum in vertice nostro constiterit: aut frigus adducat, si humilis feratur: aut æquinoctium vtrũq; disponat, si mediocriter obliquus sit: Sed ipse velut Rex quispiã maximus est: Luna vero vt Hyparchus (quasi sub principem dicas) non exiguus: inter illum enim & nos media constituta, terrestrem regionẽ merito gubernat, non potentia cęteros planetas, sed vicinitate, exuperans. Huius rei gratia omnino frigus locum nostrum occupat, cum Sol ad hyemalem plagam declinauerit: tunc calor omnino nos exercet, vbi supra verticem nostrum, aut propè ipsum fertur. Luna vero particulares cuiusq; mensis dies disponit, paruę mutationis facultatem habens: [a] † eamq; non simpliciter ex se, verum ex Solis aspectu consequitur.

Quo tempore, Lunæ actiones Fortiores aut Imbecilliores existant. CAP. 3.

VEhementiores itaq; mutationes eueniũt, vbi ipsa cum Sole coit: insuper in apparitionibus plenilunij: minores his contingunt, dum dichotomos seu dimidia apparet: imbecillę, dum vtrinq; gibba, & falcata, videtur. [b] † Nam validissima eorum, q̃ prius erant, mutatio committitur dum Luna cũ Sole coit ac eius lumine circũuallat, quippe, q̃ prius apparebat, nunc nulli cõspicit.
C Dein diametra Lunæ statio tanq̃ distinguens, in binasq; partes secans cõtrarias maxime Lunæ dispositiones, aliarũ oĩum est validissima: ꝙ vero dispõ incremẽtum, diminutioni maxime sit cõtraria, ostẽdere nõ est opus: Deinde post hũc cõgressum, & plenilunium, duæ dichotomi, medium ũtraq; secans, augmenti tps prior, diminutionis altera. At oĩum extremæ imbecillimęq; aeris nos ambientis conuersiones in falcatis & in vtrinq; gibbis apparitionibus fiũt: magis autẽ in vtrinq; gibbis, nulla siquidẽ in eis magna mutatio, sicut in falcatis, apparet. Quare nec Aratus male ipsas neglexit, tanq̃ imbecillas existẽtes: cõuenitq; eos laudare, q de eis scripserint, tanq̃ ne vel minimũ quidẽ omittẽtes. At in plenilunijs cõuersiones, & his adhuc magis in cõgressibus, propriũ hoc p̃ter cęteras habẽt: illa siquidem celerrimas statim mutationes faciũt: cõgressus vero, [c] inęquales & diuturnas, quid.n. ante Lunã apparẽtem manifesto pronuncies, nõ est. Longũ aũt hoc tps occultationis est, integri ferè signi spatiũ explẽs: mutationẽ vero ex incremẽto ad diminutionẽ, pũctũ exacte definit, liquetq; hoc Lunã momentaneo tpe pertrãsire. Itaq; vere celeres plenilunij mutationes sunt: diuturnæ, coniũctionales: nã occultationis tps sibi ipsi simile est, & primæ apparitionis tps, occultationi vicinũ est, tum pp paruitatem eius particulæ, quæ de tota Luna apparet, tum ob luminis imbecillitatem, tum ob breuitatem temporis, quo supra terram fertur.

D *Quo tempore Luna In nos Agere incipiat quotq; diebus.* CAP. 4.

[d] † TVta igitur crisis euadet, cum in toto mense status in secundo die accidet: quo primo & manifesto Luna, & longo satis tpe, super terrã iam apparet, & lumẽ sensile de se mittit, ad hæc vmbram euidenter ostendit. Primus aũt dies tandiu Lunã supra terram vagantem habet, quandiu is adhuc quoq; Solis lumẽ, quod post occasum est, retinet: quare in hoc Luna simul cũ Solis lumine occidit, sępe vero & prior est occidua: primũ vero manifesta in secundo die apparet, nũc quidẽ magis, nunc vero minus: Atq; hoc ei accidit [e] † tum longitudine à Sole recessus, qui ob peculiarẽ Lunæ motũ fit (non.n. ex ęquo semper mouet) tum pp latitudinis immutationem, tum pp signorum occasum non æquali tpe euenientẽ, insuper ob p̃teriti congressus tps. Vnde nõ semper vnũ tẽpus est, quo clare Luna conspicitur: [f] † sępissime aũt triduo in coitu Solis remorata, planè inuisibilis est, quo non dum hæc terrena immutare põt. Et quodam modo tps, tũ peculiaris eius circuitus, tũ in nos actionis, in idẽ recidit: etenim circuitus vicenis diebus septenisq;. & tertia ferè diei parte peragitur, in tanto.n. tpe totum Signiferi circulum percurrit: at, quo nobis lucescit, circuitus, ꝙ is quoque eidem conueniat numero, planè intelliges, si occultationis tempus de toto menstruo eximas. Quòd autem menstruum tempus non omnino triginta diebus constet, sed minus vnius diei ferè dimidio, Hypparchus integro vno libro demonstrauit. Quin & vulgus iam pro-

pè

A † Antiqua tralatio addit. quando cõparatur dominio Solis.

B † Additur in aliquis græ. καὶ τοῦτο εἰκό των .i. hocq; merito. & ita uetus inter. res.

C † Antiqua tralatio h[illegible], æquales.

D † Ex græco ita uertendum. Certũ ergo iudicium cõstitutionis ĩ toto mẽse futuræ, in secundo die perficitur, quo primo & cætera. uetus tralatio. Quod ergo accidit de mutatione ĩ mẽse toto, ẽt non distiguitur nec declaratur ostensione certa, nisi ĩ die secũda post apparitionem Lunæ, & ẽ prima hora. &c.

E † Clarius. pro quantitate distantiæ a Sole: hæc aũt ipsa quantitas distantiæ, tum propter peculiarẽ Lunæ motu fit, nõ.n. etc.

F † Clarius. ut plũ tamẽ tribus diebus, qui circa congressum sunt, planè inuisibilis fit, in quibus non dum & c.

pè vniuersum nouit mensiū aliū, quem κυλλὸν græci noiant, quasi mutilū & imperfectū, dies vi- E
gintinouem obtinere: alium, nēpe absolutum, triginta. Nam vniuersos amborum dies quinqua-
gintanouem esse oportet, siquidem vterq; oīno triginta, minus dimidia diei parte continet.

Mensem & Inferiora omnia per Septimanas à Luna immutari. *CAP. 5.*

QVemadmodum igitur annum integrum Sol disponit, ita Luna mensem, ĩmutatione per se ptimanas ei accidente. Nam à prima apparitione ad dichotomum, & ab hac ad pleniluniū, vtrūq; quidem per se tps dierū est septē, ambo vero simul quatuordecim. Simili modo, si inde, vbi ipsa æquali portione mēsem diuidit, vsq; ad secundam dichotomum connumeraueris, septem & hos inuenies dies: reliquos etiam, qui vsq; ad absolutā Lunæ occultationē sunt, septē.

Cęterum aera nos ambientē magnas suscipere mutationes, dū Luna primum occultat̄, & rursus primū apparet, nemo mortalium ignorat: maxime ij, quibus hoc studij est, agricolæ & nautæ, qui στάσιν. i. statū aeris tunc vocant, cū Luna primū apparēs, fm aliquē ventum stet. Quāobrem Aratus quodā loco verissime scribit de Luna, vbi primum post coitionē apparuerit, hoc mō inquiēs.

Cynthia si cornu, quod se sustollit in altum, »
Incuruum specie velut annuat, adfore cœlo »
Sæua procellosi prædicet flabra Aquilonis. F »
Rursus eo veniet pluuius Notus, hanc vbi partem »
Ponè supinari conspexeris, inq; recliuem »
Sponte habitum: verum si lumen tertius ortus »
Proferat, atq; Deæ conuoluat circulus oras »
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora »
Spumosum late pelagus canescere cernes. »
Quinetiam hæc in eodem libro scribit: »
Non vnum deprehensa diem tibi signa loquuntur. »
Sed, quæ signa nouo dederit nox tertia motu »
Quartaue, sustollat medios dum Cynthia vultus, »
Durabunt cœlo: Medio quæ edixerit ore, »
Altera prouisæ signantur tempora Lunæ. »
Illa dehinc, donec germani luminis igneis »
Accedat Phœbe, mensis postrema notabunt. »

Non ad oē tps, quod ab initio est vsq; ad finē, primę apparitionis signa sufficere ait: sed dichoto G mos & plenilunia mutationes quasdā afferre. Omnis aūt velox mutatio, Crisis appellatur: & statum quidem in Luna falcata potissimum, dicunt: deinde ad plenilunium transferunt similiter vocantes, hoc enim validas vires etiam obtinet: hoc autem imbecilliores quidem sunt semilunares stationes, attamē & hæ quoq; de aere decernūt. Quare mēsem à Luna immutari fm septimanas, iam est perspicuum. Quòd aūt alię res vniuersæ inde quoq; mutant̄, oībus non perinde constat: sed ijs, qui hmōi accurate obseruarint, in confesso est. Ad hæc post seminis conceptionem oīs im prægnatio: Insuper nihilo minus hac & post partum adauctio: Item oē actionis initium, magnas alterationes in septimanos circuitus obtinet. Quæ nāq; quotidie oībus, quæ subsistunt, incidunt, horum causam Luna habere obseruata est: maximeq; in tetragonis et diametris stationibus ea im mutans. Nam, si Luna in Tauro existēte semen concipiat̄, vel partus, vel oīno alterius cuiusdam principium cōtigerit, magnas eius mutationes faciet, qn̄ Signiferū percurrēs, in Leone, Scorpio, & Aquario fuerit: Verum ĩ Leone tetragonos. i. quadrata statio, septimanę vnius existit: In Scor pio diametra duas septimanas habet: Ita quoq; in Aquario secunda quadrāgularis statio in tertiā septimanā procedit: idq; necessario, q̄ Luna (sicut ante diximus) vicenis diebus, septenisq;, & par ticula quadam adiecta, maxime tertia diei parte, vniuersum Signiferi ambitum peragit. Si nāq; ĩ H toto tempore totum orbem pertransire oportet, constat quartam ipsius partē in septem prope die bus eam expedituram. Proinde huius te admodum meminisse ad futura conuenit, nempe Lunæ transpositionem tetragonon non diebus septem integris circumscribi.

Qui Salutares aut Infesti dies Sanis aut Aegrotis futuri sunt, ex Luna prænunciari posse. *CAP. 6.*

POrrò illud denuo repetendum est, quod nos quoq; obseruantes verissimum semper esse cōperimus, ab Ægyptijs astronomis inuentum, Lunā non mō ęgris, sed ēt sanis, dies, quales tādē futuri sint, posse prænunciare. Si etenim ad planetas tēperatos steterit (quos iā & ἀγαθοποιοὺς græci nominant, salutares latini) faustos ac bonos dies producere: si ad intemperatos, graues mo lestosq;. Fingamus enim homine quodā nascente salutares planetas in Ariete, malignos in Tau ro esse: is homo nimirū, cū Luna in Ariete, Cācro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchre deget: cū vero Taurū ipsum, vel tetragonū aliquod vel diametrū signū occupat, male tunc & moleste vitā trāsiget. Atq; iā morborū initia huic, cū Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, pessi ma: sine p̄iculo aūt et salutaria sunt, cū Arietē, Cācrū, Librā, & Capricornū, Luna p̄meat. Ad hęc alterationes magnas: quas ĩ tetragonis & diametris p̄ septimanas fieri diximus: in lethalibus q̄dē morbis lethales & ipsas, in salubribus bonas, euenire necesse est. Quāobrē Hippocrates etiā dānat

maxime

A maximè immutationes, quæ in diebus decretorijs ad peiora declinant: quippe q; lethalis morbi symptoma sit, quemadmodum (vt arbitror) benigni, contrarium. Quod, si quis & huius ipsius causam, cur quadratæ & diametræ stationes sint potentissimæ quærat, is longissime à proposita disputatione digreditur. Nam in præsentia non primas causas oium, quæ ad astronomiã pertinēt, sed quæ proposito nostro vtiles sint, inquirere cogitamus. Vtiles autem causæ sunt, quæ septimanæ naturam interpretantur: rursus igitur eas in summam colligamus. Lunæ tetragonæ & diametræ stationes in principijs bonis bonas faciunt alterationes: in malis, malas. Atq; hoc, preterquã q; astronomis in confesso est, integrũ est & tibi obseruare. Sin aũt hmõi nec obseruare volueris, nec ijs, q obseruarũt, fidẽ adhibere, indubie sophistarũ vbiq; nũc obstrepentiũ aliquis es, qui ratione manifesto apparẽtia nos approbare postulãt, cũ e cõtrario ex euidẽter apparẽtibus, de abditis rõcinandum esset. Ita suo quæq; res principio, circuitus sequentes vniuersos consonos habet.

In Acutis Morbis summam vim obtinere Septimanas: in Diuturnis Ortus Syderum, quibus anni tempora variantur. Itemq; in illis Coincidentes plures inesse Iudicatorios, in his Circuitu magis Septimanarum fieri Iudicationem. CAP. 7.

Circuituum vero alij numero quodam dierum constant, alij mensium. Iam vero, qui dierũ nu-
B mero cõstant, septimani sunt, & Lunæ mõ incedunt: qui aũt mensiũ, ad Solẽ referũtur, eodẽ modo euenientes. Iterum.n. ab Hippocratis verbis initium sumendũ est, [a] æstiuos morbos dicentis hyeme solui, hyemales æstate. Hoc quidem longorũ morborum, & quasi dicas annalium iudicij statum tps est, quemadmodũ acutorum decimusquartus dies. Tẽpus enim, quod à mẽsis principio ad vsq; plenilunium est, totius lunaris circuitus dimidium existens eandem rõnem hẽt cum interuallo, quod ab hyeme ad æstatem vsq; intercedit: quinetiã à plenilunio ad vsq; occultationẽ tps, spatio, quod ab æstate ad hyemem vsq; porrigitur, proportione respondet. Sed horum vtrũq; bifariam sectũ, in acutis morbis septimana est: in diuturnis clarissimorũ syderũ exortus: quorum ratione ver, æstas, hyems, & autumnus describũtur. Non etenim pari dierum numero hęc secundum vllius astronomi sententiam diuisa sunt, verum manifestis circunflui aeris mutationibus distinguuntur. Rursus & alio modo. Quemadmodum septimana acutorũ morborum decretoria est, sic tpis annui mutatio diuturnorũ morborũ erit solutoria: vt in hyeme quidem cõstitutũ morbũ ver soluat: in vere conflatum, æstas: simili rõne per æstatem contractum, autumnus: in hoc paratum, hyems. Ceterum singularũ partium bifariam diuisarum partes mẽsis quaternionibus proportione respondẽt. Quin astrologis etiam dr̃, quem in modum anni tpis cuiusq; & initium & fi-
C nis, syderum clarorũ, ortu & occasu describitur, in eundem quoq; cuiusq; medietas, alterius rursus syderis exortu distinguitur. Itaq; vniuersas particulares morborũ mutationes, vel tanq; ad proprium ipsorum principium, vel tanq; ad ambientis nos aeris cõuersionẽ, euenire necesse est. Quæ igitur ceu ex proprio ipsorũ principio fiunt, Lunam sequuntur: quæ vero ab aeris nobis circunflui cõuersione, in toto quidem anno Solẽ, in singulis aũt mensibus Lunam. [a] † Hinc iam accidit mutationes validissimas esse, quæ videlicet cuiq; per septenos dies proprie contingunt: q̃uis etiã ipsis quodãmodo cõmisceant, quas aer excitat. Quare merito inde, q; semper eodẽ mõ accidãt, in id, vt in plurimis morbis fiant, decidũt. ⟩ Adhuc aũt magis ipsarũ ordinẽ perturbat accessionum violentia crises prærũpere compellẽs, vt in sermonis processu dicemus: Ad hęc varius in ęgrotos admissus error tũ ab ipsis medicis, si medici appellãdi sunt, nõ artis corruptores, qui hoc seculo p multi sunt: tũ nihilominus ex ijs, q̃ laborantes peccãt: quin & pp ministeriũ q̃nq;: & pp aliquod eorum, q̃ extrinsecus accidunt, vti; prius diximus. Igit̃ septimanorum circuituũ virtutẽ mirari cõuenit, si tot causis eos interrũpentibus, multo tñ alijs fortiores inueniunt. In acutis quidẽ morbis coincidentes decretorij plures sunt, qm̃ & corpus mutationi accõmodum est, in motu & perturbatione vehemẽti cõstitutum: in longioribus, via & ordine magis septimanarũ circuitus pcedit.

D *Primum Diem Inter iudicatorios non enumerari: & quæ Causa Dierum Coincidentium.* CAP. 8.

Qvapropter ab acutis denuo incipiamus omnium consequẽter decernentium dierũ causas inuestigãtes. Iam quidem in primo febres diarias solui contingit, non tñ iam cum certamine, & perturbatione effatu digna, q̃q; non nulli Hippocratẽ [b] † quoq; dies decretorios in epidemiωn primo enumerãtem & primi meminisse putant, duplici noie errãtes: Circuitus.n. primus, & nõ dies primus, manifesto scriptus est in parium impariumq; dierum catalogo. Quemadmodum igitur in parium enumeratione primũ circuitum præfatus, quartũ diẽ inducit: ita in mẽtione imparium, tertiũ. Adhuc vero magis ignorãt, [b] † q; à fronte operis prognostici descriptum
« reliquerit [c] ‖ de facie emortua, Quo'd, si ob hmõi causas hęc faciei species orta est, vna die nocteq; iudicatur. non intelligentes loco verbi/probatur & cognoscitur/dictum esse. Hos igitur missos faciamus. Principium autem dierum, qui cum agitatione quadam acute morbos mutant, tertium à principio statuere oportet, veluti prius etiam dictum est: qui nullam iam cum prima septimana communionem habet, sed ex coincidẽtibus existit. Siquidem quaternio, quod septimana in duas partes secta, absoluitur, ideoq; permagnã facultatem obtinet, in priore sermone dictus est. [c] † Tertius vero & quintus licet alia nulla ratione, quàm q; iudicia cum accessionibus fiunt, coincidant, non

1. Epi. cõ. 2. t. 25. 3. . 1 1 2 c

a 1. Epi. cõ. 3. t. 88. 3. . 1 1 1. h

‖ *quæ tam de occasu, quam de ortu intelligũtur. Vt habetur 4 Gal. 1. epide. sect. 2. co. 2. & alibi.*

• • apparitione.

a † Clarius. Hinc iam accidit validissimas mutationes esse, q̃ cuique propriæ contingunt, q. per septimanas fiunt: uerũ tamen & ipsis quodammodo cõmisceri, q ex ambiẽte eueniunt: quare merito ab eo euẽtu decidũt, qui perpetuo eodẽ mõ fit, i eũ, quis ut plurimum decidũt. & c.

b 1. Epi. cõ. 3. t. 14. 3. . 1 1 0 d

b † Clarius. quippe qui, ubi per initia operis prognostici scripsit ... de facie ... iudicatur ... die et nocte, ... ob h... ... talis facies ... nõ intelligũt, uerbũ, iudicatur, loco, & c.

c In Prog c. 1. t. 8. 4. . 1 9 1. e

c † Decernũt autẽ nõ minus quarto die ... tius & quintus licet coincidant, nulla alia ratione, quam quod ... ce, ... fiunt: hoc.n. ipsum etc.

non minus quarto die decernunt: quam hoc ipsum & ab experientia testimonium habet: & ratione co E templantibus non obscura eius causa est. Nam perturbationis violentia naturam ea, quę molestat, etiam ante tempus propulsare compellit: quippe virtus ipsa est alienorum expultrix: quemadmodum in opere de naturalibus facultatibus antea demonstratum est. Tempus aūt actionis post finē alteratoriæ facultatis est: tunc enim functionē obire, oībus secundum naturam absolutis, ostendebatur, cum illa ab actione destiterit. Verum ante perfectam coctionem interim, quæ offendunt, amoliri cogitur: vt interdum cōcoctione iam absoluta moratur adhuc, & lente propter imbecillitatē munus subit. Vtrunq; aūt in ventriculo clare licet contemplari: instigatus enim, concoctionis tēps nō expectat, sed protinus etiam idoneum cū eo, quod molestat, excernit: &, vbi iam satis concoxerit, interdū lente ac cunctanter superfluum imbecillitatis vitio expellit. At, cum naturali habitu fruitur, perfectæ concoctionis tempus, ipsius recremētorum expulsionis terminus est: quem neque præuertit, neq; præsentem adhuc moratur. Cæterum, vt in vētriculo, sic in singulis totius corporis partibus alienorū expultrix facultas esse ostendebatur: quæ meo sanè iudicio & crisim in morbis efficit: atq; propterea optimæ fiūt crises, cum iam oīa in animantis corpore concocta fuerint.

In libro de hu morbus. Præuenire aūt crisim, quod Hippocrates ‖ προεκρήγνυσθαι, quasi dicas prærumpere, appellare consueuit, malum est: nam idonea simul cum ijs, quæ lędunt, excernūtur: fitq; hoc natura incitata vel F ab exteriore quodam, vel ab ijs, quę in ipso corpore detinētur. Extrinsecus igitur est medicus, qui parum recte quippiam fecerit, æger, famuli, atq; alia, quæ proprie exteriora noīantur: In ipso autē corpore sunt morbi ipsi, eorumq; causæ, et accessiones. Considera iā mihi tale quid in natura accidisse, quod hominibus infirmis contigit: qui à fortioribus quibusdam intempestiue ad congressum irritati, imparati, pugnando superantur. Quinetiam onus deponere quis volens, interim vel inuitus cum eo concidit. Item vehementius quis currens, deinde se ipsum retinere nequiens, inuitus in conuallem delatus est. Omnia hæc exempla sunt malorum iudiciorum: de quibus in opere de crisibus copiosius dicturi sumus. Sed nunc quoq; necessariū dicetur, cū instituerim, quid nā verbo προεκρήγνυσθαι Hippocrates sibi velit, interprætari. Etenim fieri non potest, vt, qui de diebus decretorijs quippiam referre aggressus sit, nihil de crisi etiam dicat: vel qui de crisi doceat, nō etiam de diebus decretorijs verba faciat. Verum sermo ad propositam institutionem semper reuocandus est: & tantam adhærentium mentionem facere oportet, quanta necessaria esse videtur.

Vnum iam ex illis, quę naturam stimulant, & veluti prouocant, accessio est, nullam quietem nec moram concedens, verum incitans mouensq;, &, veluti dixeris, pugnam indicens. Vnde acutorum morbum in diebus imparibus iudicium contingit, in his enim & accessiones sunt. Quæ igitur causa sit, ob quam in acutis morbis tertio quoq; die plurimum accessiones fiant, in longis au- G tem vel quotidie, vel quarto quoq; die, nō promptum est inuenire: nec in pręsentia disquirere necessarium. Quòd vero sic eueniunt, oculis vsurpare licet, {& ad præsentia rōnem ex principio habet:} si enim ponamus, vt etiā apparet, secūda ab initio accessio ad tertiū diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad septimum, quinta ad nonum: oēs aūt in impares incidunt. Cum ergo natura non conuenienti semper tempore de morbis decernat, sed concitata plerunq; aliàs ab alijs causis, † a quibus accessio in morbis acutis maxime continua redditur (ostēsa vero est in impares incidere) in imparibus acutorum morborum plurima iudicia fieri ratio est. Non q᷑ dies ipsi primariā decernendi virtutē non habeant (semper.n. huic animū adhibere oportet) sed quia per accidēs aliquod sic eueniat. Prædixi aūt, opinor, manifesto iam hoc accidens: siquidem ratione, qua morborum iudicia frequentissime in accessionibus accidunt, hæ aūt in dies impares incidunt, eàdem in morbis acutis imparibus diebus crises contingunt. At, si dierum numerus ipse decernēdi facultatem haberet, non frequenter diebus imparibus, raro paribus, verum perpetuo imparibus, nunq̄ paribus, de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neq; enim septimi vel quarti numerus, crisis author est: sed, q᷑ Luna innouante et imutante terrena, motuum quoq; circuitus ad hos principes H numeros venire contingat, merito in ipsis tanq̄ stata alterationū tpa inueniuntur. Quippe non à numeris, sed à Luna mutationes terrenis adueniunt: at, cū in motu mutās consistat, tēps mutationibus necessario cōiunctum est, quare ēt numerus necessario. Non igitur, q᷑ oīs par numerus fœminā, impar masculū, referat, acutorū iudicia imparibus diebus accidunt: neq;.n. impar absolute pari fortior est: neq;, si fortior, iam fœmininus imbecillior: neq;, si fœmininus quidē hic, masculus aūt alter sit, acutos morbos in masculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi consentaneū est. Oīa siquidē, q̄ de numerorū virtute nugant, tā facile absurda esse deprehēdimus, vt mihi subinde mirari subeat † Pythagorā illū tam sapientē virū numeris tm̄ tribuisse.} Atq nūc aduersus ipsos ēt nobis nugari nō vacat: nā satis est ad rē institutam terrena Lunā alterare, & in septimanis potissimū magnas parere mutationes: post in quaternionibus exiguas: ad hęc crisim accessione plurimū indigere: itē accessiōes tertio quoq; die in morbis acutis euenire: his etenī subiectis, acutos morbos in īparibus diebus magis ad iudiciū tēdere necessitas erit. Huius rei gr̄a tertius & qntus merito decernūt, nō ex lunari circuitu decernēdi potētiā sortiti, sed vel q᷑ ob violentiā accessionis tertius crisim quarto die futurā pu͂ertat: vel &, p̱ Ioue, q᷑ natura, dū quarto die lassa nec incitata conquiescit, quinto ad iudicium commoueatur: nam hic vero decretorio tardius venire, ter-

tius

† Ex græ. ita uertendū. inter quas, q̄ frequētissime in morbis acutis euenit, est ipsa accessio (ostensa &c. & ita uetus interpres.

† an Pythagoras ille ita & simul sapiēs esset uir, & simul tantū posse numeros existimaret.

A tius paulo magis anticipare conſpicitur: atq; ambo criſim obtinuiſſe, q vicini ambo vere decretorio, acceſſiones ſuſceperint. Iã vero & nonus inter duos decretorios ſeptimũ & vndecimũ medius, vel non factum in ſeptimo die iudicium, vel vndecimo futurum, ipſe ſibi vẽdicat: raro quidem ſeptimi, ſæpe vndecimi, criſim aſſumit. Etenim ſeptimi diei propria criſis, non ad nonum, modo pauci errores cõmiſſi ſint, vnq̃ peruenerit: ſed hoc libris de criſibus declarabimus: vndecimi vero, è contrario, cum & exacte omnia geſta ſint, & violenta noni diei acceſſio inuadat. † Porrò iudicia in huiuſmodi diebus, ꝓpter acceſſionum vehementias incidere clariſſime demonſtrat, q videlicet in diuturnis morbis non ſimiliter eueniunt. Sicut.n. acceſſionum vehemẽtia, ita dierum quoq; coincidentium numerus, in illis exoluitur: † ſic rurſus acceſſionis vehementia criſim alio, q̃ ſtatu, tp̃e fieri compellit. Quare in omnibus fere diebus peracutos morbos iudicari, videre licet, qm̃ vltimus ipſorum dies decretorius eſt ſeptimus: & ante hunc nõ quartus modo, ſed ẽt tertius, quintus, & ſextus aliquãdo, decernunt. Quin & de primo, an decerneret, inter medicos, vt dicebatur, quæſitum eſt. Reliquus itaq; ſecundus ordine decretorio indubie elapſus eſt: ſit autẽ ſi vis, & primus: Sed tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, oẽs decernũt. Ac oẽs dies poſt morbi principium in peracutis, propter acceſſionum vehementiam decernere videntur. Ergo ſextus

B ẽt, etſi nec inter decretorios, qui circuitu conſtant, nec impari numero aſcribatur, tñ & ipſe perſæpe decernit: qm̃ intra peracutorum terminũ continetur. Vniuerſi aũt tales morbi, alterum duorum habent: vel ſynochon.i. febrem continentem (ita.n. appellant, quæ à prima conſtitutione eundẽ tenorem ſine manifeſta declinatione ad criſim vſq; vti diximus, ſeruat) vel febrẽ aliam, quæ etſi manifeſtas habeat declinatiões & acceſſiones, non tñ tertio quoq; die manifeſtas tñ habet, verum in ipſorum dierum quoq; medijs, quemadmodum & ſemitertiana. Proinde Prima peracutorum differentia, velut vna quædam eſt acceſſio: quamobrem nihil, quãtum ad acceſſionẽ pertinet, impares paribus præſtabũt, cũ febris ſingulis diebus æqualis exiſtat: Secunda, etſi per triduũ magnas habeat acceſſiones, & veluti principia circuituum, tamen medius ipſorum dies tatam & ipſe in peracutis morbis acceſſionem frequenter affert, vt etiam magnis aliorum quorũdam morborum acceſſionibus nihilo ſit inferior. Cum igitur morbus velut ad ſeptimũ feſtinat, & ſecundum ipſius rationem in eodem iudicãdus eſt: mediæ vero acceſſionis magnitudo naturam ad criſim ante ſuum tempus venire compellit: vel extrinſecus aliquid euenit, ipſam irritans: ſic criſis ſexto die prærumpet. Atq; hæc tanto peior eſt ea, quæ ſeptimo futura erat, quanto magis ipſam præuertit. Peſſima vero criſis ſecundum aliam rationem ſexto die accidit: quam in opere de iudi-

C cijs plenius enarrabimus: quippe ad illud proprie pertinet bona malaq; iudicia diſtinguere: hic tñ de diebus decretorijs diſſerere ſtatuimus. Sed, quia ſemel de ſexto die vniuerſa dicere parauimus, hoc quoq; adhuc ſummatim adiungemus. Inuadunt quidam morbi, ſecundum diem primo grauiorẽ habentes, quartum tertio, & totas acceſſiones in diebus paribus: qui longorũ quidẽ morborum naturã, quemadmodum in cõmentarijs de criſibus oſtendemus, habent: iudicium tñ preuertunt, vt acuti, propter acceſſionis vehementiam: hi ẽt ſecũdo die interficiunt, & quarto, ſed ſexto plurimos. Etenim in ſecũdo die natura quodammodo valida adhuc eſt: item in quarto adhuc valida magis, q̃ in ſexto, ſed non dum in certamen venire audet: at in ſexto acceſſionis vehementia frequenter eam ad certationem prouocat. Quare alterum è duobus ſuſtinet: vel in ea cõcidit, & prius, q̃, quæ offendunt, excreuerit, extinguitur: vel plurimum ex eis propulſat, reliquum vero adhuc non poteſt, verum imbecilla & defatigata prorſus cadit, & languida iacet. Deinde, ſi quo modo poſtero tp̃e recreari ac refici potuerit, paulatim morbum cõcoquit: q ſi morbi reliquię eius robore maiores ſint, tandiu æger ſuperuiuet, q̃diu natura adhuc ſufficere poteſt: morietur tñ poſtea. Iam vero de diebus coincidentibus abunde dictum eſt.

Cur Vigeſimus fortior Vigeſimoprimo: & quod Septimanæ, ac Cætera tempora Iudicatoria, Integris diebus nequeant numerari. *CAP. 9.*

D CVr autem & vigeſimus & vigeſimusprimus, multo magis vigeſimus, decernat, explicabo. Primũ, qm̃ huiuſmodi morbus diuturnus iam eſt, ipſas acceſſiones dies pares excipiũt: deinde, q ſeptimana non integris ſeptem diebus conſtet (veluti prius expoſitũ eſt) nouit hoc quoq; " Hippocrates. Cum.n. dixiſſet in opere prognoſtico, ‖ Hi ergo ex acutiſſimis morbis per quatuor " in viginti ex additione perueniũt: his ſubiungit: ‖ Verum hmõi ſupputatio per integros dies ni " mirum fieri nõ poteſt: quippe cũ nec annus nec mẽſes ipſi integris diebus numerari poſſint. Vt igiť annus ad trecentos ſexagintaquinq; dies particulam diei, maiorem quarta, adiectã habet: tũ mẽſis ad triginta dies abſoluendos vnius dimidium deſiderat: ſic & ſeptimana, ſexta maxime diei parte, vt ſeptem integros habeat, indiget. Quamobrem fit, vt tres ſeptimanæ non vnum & viginti dies integros, ſed minus fere tota dimidia parte vnius cõſequanť. Ob quod, ẽt numerum hmõi non magis viginti, q̃ vni & viginti diebus vicinũ, vtriq; parti conuenire videas, Nam, cũ totus lunaris circuitus ſeptẽ & viginti diebus & adhuc tertia vnius parte abſoluať, ideoq; ſeptimana q̃libet ſeptẽ diebus minus ſextante cõſtet, tres ſeptimanæ viginti dies & dimidium habebunt. † Qñ igiť vigeſimus exactã periodũ propinq̃ ſibi vendicat, tales iam morbi inueteraſcũt, & acceſſiones paribus diebus accipiunt: quorum vero acceſſiones in imparibus eueniũt, horum & iudicia ad vigeſimum-

† Ex cod. quidẽ græ. [illegible] Porrò propter acceſſionũ vehementias huiuſmodi [illegible] re dies clariſſime demõſtratur, quod videlicet in diuturnis morbis non ſimiliter eueniunt. ex veteri tamẽ tralatione ita vertit Andernacus.

† Adeo autẽ ſunt violenti quidam, vehementia acceſſionis ad criſim, ut in omnibus fere diebus, peracutos morbos iudicari videre licet: nam vltimus ipſorum dies, qui ſeptimus, iudicium obtinet et ante hunc nõ quartus modo ſed & tertius & quintus & ſextus criſes quandoq; excipiunt.

in Prog. cõ. 3. t. 3. 4. [illegible]

Ibidem.

† [illegible]

gesimumprimũ delabũtur. Non solum aũt Lunæ circuitus, sed menstruũ etiam tp̃s apparitionis, E virtutem quandã in nos possidet, vti prius docuimus: ipse etenim Signiferi circuitus accõmodatissimus est vnicuiq; rei proprijs principijs: menstruale vero tp̃s, quo Luna conspicit, ambiẽtem nos aerẽ immutãs, oĩbus ex æquo hominibus cõem effectum ostẽdit. Demonstratũ est aũt & hoc tp̃s viginti & septem dies propemodũ continere: ideoq; septimana eius minor adhuc prius dicta merito euadet. Siue.n.à triginta, tres illos, qui circa coitionem sunt dies, in quibus nihil adhuc de aere decernitur, auferre cogites: siue à vigintinouẽ & dimidio, reliquũ tp̃s, quo Luna manifestũ de se lumẽ præbet: priore mõ septẽ & viginti dies, altero vigintisex & dimidiũ, habebit. Qm̃ ergo mutationes corporibus nr̃is accidere diximus, quasdã proprias, quasdam cões: proprias, quæ tanq̃ ad propria principia spectent: cões, quæ ad communem ambientis vsum: [a] † ad eũdem modum vtrosq; Lunę circuitus fieri contingit, & cões proprijs paulo breuiores esse: {Atq;} sic iam ex septimanę numero quippiam auferetur. [b] † Nam, si propriæ cõis admisceat, sitq; paulo diuturnior, ita quoq; septimanam imminui, & veluti in medio quodam proprię & cõis cõsistere, necesse est. Voco aũt propriam, quę ex Signiferi circuitu proficiscitur, nam is cuiq; nostrum virtutem affert: cõem, ex menstruo tpe ortam, quam supra recensui nequaquã septẽ & viginti dierum esse. Nam, si à mẽstrui tpe exacto, quod ad triginta dies integros vnius dimidiũ maxime requirere dicebatur, tres qui circa coitum sunt, dies ademeris, reliqui videlicet vigintiseptem minus diei dimidio erunt. Itaq; hoc tp̃s non mẽstruale totum in septimanas diuiditur. Quare cõe tp̃s septimanæ, quod aerem immutat, minus erit eo, quod singulis est propriũ: q̃q̃ & hoc virtutem habere dicebatur, ideoq; non nihil ex alterius septimanæ tpe cõfringere: vt medium vtriusq; tp̃s, quod velut mistum ex eis est, [c] † plus sexta parte septimanę demat. Ac exactam quidẽ vel misturam vel ablationem Deus tm̃ nouit: quantum vero humana coniectura indipisci licet, præstat circuitum earum cõem, medium inter vtrasq; collocari. Cum ergo apparitionis manifestæ & efficacis tp̃s, sit di[es] vigesimussextus & dimidius: Signiferi vero circuitus expleãt vigintiseptem dies cũ tertia vn[ius diei] parte: liquet medium ipsorum fore vigesimũsextum diem, ad hęc dimidium, & tertiam maxim[e] [a]c duodecimam vnius diei partem. Siquidem, vbi vtroq; tpe coniuncto dimidium acceperis, me[dium] ipsum inuenies. At hoc tp̃s medium à vigintiseptem diebus duodecima maxime vnius di[ei] parte deficit: quia, si in quatuor ipsum diuidas, exactum septimanæ tp̃s offendes, non sextã modo vnius diei parte, sed ẽt maiore indigẽs. [d] † Sumatur.n.ex vigintisex diebus & dimidio pars qu[ar]ta, & ex vnius diei tertia & duodecima: erit autem tp̃s dierũ sex dimidij quinta pars, & particulis alijs minoribus insuper adiectis, quæ sunt sexagesima prima, dein centesima vigesima, ducentesimaquadragesima. G Idem tempus & hoc dici possit dierum sex, & dimidij, & sextæ partis diei, & vigesimæquartæ, & quadragesimæoctauæ. Abest aũt huiusmodi tẽpus à septem diebus vnius diei quadrante, &, si exacte computes, [e] † sexagesima parte, centesima vigesima, & ducẽtesimaquadragesima.} Quæ cum ita se habeant, tres septimanæ viginti diebus, & sexta vnius diei parte, [f] † comprehendentur. Proinde, si hunc in modum exacte rationem ineamus, trium septimanarum numerus paululum viginti dies excedet: atq; his multo magis, q̃ viginti & vni, erit proprius. Iam sane ostendi secundum rerum veritatem, & ‖ Hippocratis sententiam, nullam horũ supputationem per dies integros fieri posse, hoc est absolute citraq; fracturam, neq; septimanam, neq; quaternionem, neq; mensem, neq; annum, neq; alium quemuis numerum.

Quibus & Qua de causa Tertium hunc de Diebus Indicatorijs librum Galenus composuerit. CAP. 10.

QVi iam disputationis huius subtilitati succenset, ac difficilem eam existimat, hunc nemo ipsam addiscere cogit: verum primus huius operis liber ei sufficit. Quòd, si non laboris fugitantior sit, secundum quoq; adijciat, à tertio autem abstineat. Nos siquidem hæc paucis planè, ijsq; inuitò, scripsisse affirmamus. Vos ò Dij immortales nouistis, vos in testimonium vo- H co, hæc me amicorum quorundam precibus vehementer adactum scriptis mandasse.

Aduersus eos, qui Nugantur de Numerorum Dignitate. CAP. 11.

NAm stulti nimirum essemus, si huiusmodi sermonẽ vulgo cõuenire arbitremur: quoniam illi vnionem, matris expertem, dualitatem nũmerum inaudire suauius est: & alia ratione vnitatem formam esse, dualitatem materiam infinitam: deinde trinitatem absolutam harmoniã, vel perfectum numerum, et primum, aut solidum, aut planum. Quicquid.n.in mentẽ ipsis venit, dicunt, alij aliud, & Mineruam aliquem numerũ appellant, alterum Dianam, alium Apollinem. Quemadmodum igitur hoc nõ ignoramus, ita dicere dedignamur, cum nullam demonstrationẽ scientificam hmõi placitis adducere queamus. Et amicis frequẽter ipsa re ostendimus, hmõi frigidis sermonibus vtẽti, siue quẽcumuis numerum laudare siue reprehendere voluerit, procliue esse. Nã periculũ est, ne eò stupiditatis veniãt, qui hmõi nugant̃, vt, cũ vel de septimana, vel de alio quouis, dixerint, nõ cõtenti solis hmõi ineptijs, addãt Pleiadas septem, & vtraq; Vrsam ἑπτάστερον idest septistellam: etenim sic nominãt: immo & Thebarum ἑπτὰ πύλων, quasi dicas, septiportarum, meminerunt. At quid ad rem propositam spectat, si Pleiades septem sint, Dionem laterali morbo laborantem septimo die de morbo iudicium sustinuisse? etenim aliàs nono, aliàs decimo die

A † et in idẽ utrosq; & cet. ita uetus iter.

B † Nã, cum propriæ cõmunis admisceatur, sitq; paulo breuioris tepo ris, ita quoque aliquid de septimanæ numero cõfringi, & ueluti i medio quodã proprii et cõis cõsistere, necesse est: uoco autẽ propriũ, qui ex Signiferi circuitu proficiscitur, na is cuiq; nostrũ uirtutẽ affert: cõem, qui ex circuitu mẽstruo fit, quẽ supra et c.

C † Alii legũt, plus quarta parte vnius diei de septimana demat.

* Al. quarta.

D † Al. Sumatur enĩ ex uiginti sex diebus & dimidio, et ex unius diei tertia & duodecima parte, pars qrta: erit sane tp̃s dierũ sex & dimidii & quintæ partis, & particularũ aliarũ minorũ isuper adiectarũ, q̃ sunt, primum sexagesima, dein.

E † ẽt quadragesimaoctaua parte.

F † Addendum, & quadragesimaoctaua.

‖ in Prog. cõ. 3. t. 4. 4ª. 07. b

** Audaciã esse.

A die crisim habuit. Quid aũt similitudinis est, si septẽ Nili sint ostia, Theonẽ pulmonis vitio ægro-
tantẽ, septimo die iudicatum fuisse? nam aliqñ quarto, interdum quinto, morbi iudicium accepit.
Verũ, vt in alijs omnibus duplex vitij cuiusq; ac prauitatis natura est, excessus & defectus: ita hic
quoq; Non nulli eos, qui veritatem de septimana dicere conãtur, prorsus auersantur, quippe qui
sermonẽ quẽlibet summo odio, prosequunt: Non nulli in tantam nugacitatẽ incidũt, vt ẽt ea, quę
ad rẽ nihil pertinent, cõmemorẽt: vtriq; Vrsæ, inquiunt, septẽ stellę sunt: primũ sane verum non
est, sed hoc extremam eorũ inscitiam coarguit. Esto iã verũ, sed neq; Bootes, neq; qui per ipsas Vr
sas trãsit Draco, septẽ stellas obtinet. Pari modo nec Corona, nec Ophiuchus, nec Cãcer, vel Leo, *Engonasis.
nec oĩno vllum ex duodecim signis, in quibus planetę ferunt: Etsi illa, terrena exornare atq; ẽt di-
sponere non astronomis modo, sed ẽt philosophis clarissimis, in confesso habetur. Quamobrem
nec recipiendi sunt nugatores: nec cogendi, qui huiusmodi speculationem semper refugiunt.

Quæ Hactenus monstrata sunt: & cur Quaterniones aliqui Ceteris necessario iungantur, aliqui separentur. CAP. 12.

A Me itaq; veritatem ipsam, quantum homini licet, inuẽtam esse puto: quam quidem & Hip
pocrates prius cognouerat, sicut & præscriptis verbis indicauit: vulgare aũt medicorum ge
B nus præ segnitie eam subticuit. Enimuero nec aliud quippiam ab Hippocrate frustra scriptũ in-
uenio, nec illud, q ‖ vlla horum computatio totis diebus fieri nequit: Atq; principium non astro- in Prog.cõ.3.t.
nomis tñ, vel naturalibus philosophis, sed agricolis quoq;, & nautis, hominibusq; omnibus rece 4.4ᵃ.107.b
ptum assumi, Lunam videlicet terrestrem plagam, veluti Hyparchũ quẽdam magni regis Solis,
gubernare. Huiusce circuitus dies decretorios sequi monstrauimus: ad hęc coincidẽtium dierum
causas indicauimus: item, cur tres septimanas ad vigesimum, non ad vigesimumprimum, potius
Hippocrates voluerit deducere. Cęterum his demonstratis, nullum adhuc negociũ est, inuenire,
quare primam septimanam à secunda separet, hanc autem tertiæ coniungat. Neq; enim secũdam
primæ, crisi ad quartumdecimum diem perueniente, coniungere ratio postulabat: neq; tertiam à
secũda remouere, cum vigesimus magis, q̃ vigesimusprimus, iudicia excipiat. Quoniam vero in-
ter septimanas ipsas duę quidem primæ separantur, tertia vero copulatur, perspicuum est quater-
niones quoq; non nullos necessario coniungi, alios separari. Itaq; secundus quaternio & primus
coniungentur, q vnius septimanæ primę bifariam diuisæ particula vterq; sit: tertius à secundo di
siungetur, quoniam & septimana secunda à priore separata est. Tertius autẽ quarto copulabitur,
qm̃ secundæ septimanæ vterq; particula est. Hic itaq; rursum quartus propter tertiam septimanã
C secũdæ coniunctam, quinto copulabitur. Adiungetur etiam sextus quaternio quinto, in decimo-
septimo die, tanq̃ tertiæ septimanæ pars vterq; existens.

Quis Proprie Acutus morbus, quis Tardus, quis Breuis, quis Longi temporis dicatur. CAP. 13.

QVapropter ad bonam victus rõnem instituendam vtilissimum est iudicij tẽpus præcogno
scere: num vero acutum, vel diuturnũ, vel alio mõ, morbum noĩare cõueniat, qui vigesimo
die, verbi gr̃a, iudicandus est, id nihil ægro præsidij affert. Potest.n. quispiam ne locutus
quidem, immo qui nec prorsus cogitauerit, qui nam ipse vocãdus sit, probum victus modũ ęgro
instituere, modo nihil ex alijs prætererit, quæ huc cõferre videntur. Iam sane veritatem simul &
vtilitatem exposui: sophisticarũ autem nugarum finis iam esto post hęc ostendentibus nobis hoc
in loco, quãtum pleriq; medici ea, quæ conueniant, ignorent. Putãt.n. acutum vocari morbũ, qui
celeriter iudicatur: contrarium huius, diuturnum. At veritas nõ ita habet: Est siquidem morbus *Græ. κεινόμε
quidam breui tempore durans (græci brachychronion appellant) non tñ omnino acutus: Huic νον. sed forte le
cõtrarius est morbus diuturnus, vel multo tpe durãs (græce chronios vel polychronios) vel quõ- gendũ κινούμε
cunq; aliter quis vocare ipsum malit: Acuto alia morbi natura nullũ propriũ nomen sortita, op- νον. i. mouetur
D posita est, idq; merito euẽnit: nam acuti morbi (qui, vt Archigenes quidem describebat, cum ve-
locitate est ‖ periculosus: vt Hippocrates aũt, cũ febre ‖ continua euenit) accidẽs necessario erit, vt de Vict. rat. in
celeriter iudicẽtur: etenim ex motus specie acutus nuncupatur. Quiescere aũt celeriter ipsi est ne- morb. acut. cõ.
cesse, vt qui ad proprium finẽ properet: nam idem est celeriter moueri, ac ad terminũ confluere. 1.t.8.7ᵃ. 108.b
Erit iam oĩno brachychronius: alia tñ atq; alia ratione & acutus & brachychronius dicetur: nam *Græ. κεινούμε.
propter motus celeritatem acutus: q vero diu morari is, qui celeriter mouetur non potest, brachy sed forte κινού
chronius appellabit. † At ei natura alia morbi cõiuncta est: ⟩ multæ siquidem febres diariæ ex fri- μενα mouetur.
gore quodam, vel adustione partium exteriorũ, vel labore breui, vel vigilia, vel tristitia, vel ebrie- † Al. ex anti-
tate, vel ira, vel id genus similibus, proueniunt, paruæ simul & breues, & periculis prorsus vacuę: quis. At ei pro
atq; nemo has vel idiota vel medicus acutũ morbum vocare consueuit. Itaq; acutus a brachychro ximè natura
nio morbo clare in his ipsis distinctus est: Tardus autem cum polychronio seu lõgo confusus est, alia morbi bra
q̃q; non eandem notionem obtinet: siquidem acutus tardo, oligochronios. i. exigui temporis, po chychronij qui
lychronio oppositus est. Omnis ergo acutus plane exigui tẽporis morbus est, & omnis diutur- dẽ, non tamen
nus necessario tardus: non tñ, si breuis temporis, acutus statim est: neq;, si tardus, longi temporis. acuti et ita ue
Proinde ex tali immutatione non admodum manifesta compluribus medicis, non appellationes tus interpres.
tantum, sed rerum quoq; ipsarum dignotiones, confusæ fuerunt.

Galeni

GAL. IN PRIMVM PRORRHETICI LIBRVM HIPPOCRATI ATTRIBVTVM COMMENTARII TRES

Ioanne Vassæo Meldensi interprete.

Plurimis locis ad veterum Codicum Græcorum fidem ab Augustino Gadaldino nunc rursum emendati.

CENSVRA

Ex multis, quæ habet Liber falsa, diminuta, empirica, & quæ ad vniuersales prædicendi regulas reduci nequeant, non esse Hippocratis existimatur. Est tñ Authoris, eiusdem cum Hippocrate artis, & ex Galeni commentarijs, multis summæ vtilitatis documentis refertus.

ARGVMENTVM

Totus ferè hic Liber in Delirij & Spasmi Prædictionem expenditur, vt etiam habetur à Gal.com.xxi tertij huius commentarij 182 f.

COMMENTARIVS PRIMVS

** Sunt, qui putant hic deesse principium.*

On tamen ẽt Herophili sñiam, qui τὴν πρόγνωσιν.i. præsensionẽ precognitionẽ've, ἀπὸ τῆς προῤῥήσεως .i. à pdictione, certo & incerto distinguere conañ, probare oportet: præsentimus siquidẽ mõ vtroq; & prędicimus, veluti & cętera oĩa, omni in arte. Imbres siqdẽ siccitatesq;, & frigora & ęstus, & vẽtos & ventorũ trãquillitates, quibusdã ex signis pręsentiũt tũ nauium rectores, tũ rustici: atq; interdum quidẽ tum exacte tũ certo, interdũ & ad pbabilẽ vsq; expectationẽ. De signis autẽ hmõi cum alij pleriq;, tum Aratus in libri, eorũ quæ in aere conspiciũtur, calce scripsit. At quo'nã quis pacto futura pdicere valebit, nisi ea pręcognouerit? Quod sanè demõstrauit ẽt Hippocrates in exordio prognostici, ita scribens: ‖Præsentiẽs.n.& prædicens coram ægris. Præsensio aũt in anima est nostra: Prædictio vero eorum, quæ sunt præcognita, per vocem efficitur: constatq; non alia quidẽ in anima nos opinari, alia vero prædicere. Cęterũ, quo'nam pacto liber inscribatur, cæteris, qui opera artis nõ valde curauerunt, peruestigandum relinquẽtes, † quæ in libris singulis sunt cõscripta, ipsi} H contemplemur: qũo in alijs quoq; fecimus, qũæ antea exposuimus, alijs quidem distinctiones aliquas necessarias à scriptore prætermissas adijcientes, alia vero non esse vniuersalia demonstrãtes, quamuis dictionis charactere forma've, tanquam de eiusmodi, author disserere videatur.

in Prog.cõ.1.t. 2.4[a].189.c

† ipsi quæ in libro sunt cõscripta singula.
**quos.*
† Forte clarius. ut nec ipsi ægrotanti conspicue appareat, par sanè ẽ, ut ab illo quidẽ tanquã futura præcognoscatur, à nobis aũt tanquã iã facta cognoscatur: quãdoquidẽ res hæc. vide etiã ĩfra cõ.5.in fine.

Qui Comatosi inter initia fiunt, cum capitis, lumborum, hypochondrij, collíq; dolore vigilãtes, phrenitici'ne existant? Stillatio e naribus his perniciosa, tum aliàs, tum si quarto cœperit die.

Cõplura veterũ exẽplaria verbo/phrenitici/verbũ/existãt/nõ hñt adiectũ. Hinc exorta est qõ, vtrũ'ne eos, qui ita habẽt, quis iã phreniticos appellabit, an fore expectabit. Adiecto vero verbo /existãt/atq; in hũc modũ simul scripta orõne/phrenitici'ne existãt? qõ est, an, qui ita affecti sunt, iã phrenitici sint, vel nõ sint. Qõni aũt eiusmodi iã & alia quædã nõ momẽtanea annectitur qõ, quam & de febriliũ accessionum principio mouerunt. Nempe in illis rõni consentaneum esse videtur, non postea venturam præcognoscere nos accessionem, sed incipientẽ iam dignoscere ex alteratione pulsuum. Qm̃ vero non dũ insignẽ acceperit magnitudinẽ † vt ægro quidẽ tanq̃ dicenda conspicue videatur, à nobis vero vt tanq̃ iã facta cognoscatur, res hæc non aliter, q̃ plantæ recens è terra ortæ, dignoscitur: quas rusticus quidam, vel qui in plãtis oĩbus dignoscendis est peritus, confestim internoscit: cæteris vero incognitæ manent. Agros siquidem herbas germinatione simillimas *

A ne simillimas sæpius ferre conspicimus: quas nos quidem nõ internoscimus, rustici vero internouerunt, quid'nam scilicet ex his herba sit, quid triticum nuper enatum, quid hordeum, quid zea, & quid'nam aliorum vnumquodq;. Ad hũc quoq; modum res habet in arboribus: nempe et eas, cum oĩbus suis partibus absolutæ sunt, vniuersi cognoscimus: cum vero enasci incipiũt, omnino à paucis cognoscuntur. Sermo igitur hic, veluti admodum probabilis, recipiendus est. Sed deinceps est inquirendum, quid'nam per phrenitim oporteat intelligere. Nempe Hippocrates in libris epidemiorum, vt in eorum docuimus commentarijs, ‖ continuam eam, quæ cum acuta febre est, dementiam, phrenitim appellare videtur: continuam aũt dixi, quia non nũquam in vehementium febrium vigoribus desipientiæ superueniunt, sed in declinationibus confestim desistunt. 3.Epid. cõ. 3. t. 45.46.3ª.144.c Μαίνεσθ siquidem id est insanire, oẽs homines dicunt eos, qui desipiũt citra febrem: φρενιτίζειν vero, qui cum febre id patiuntur: Quod vero in febris vehementis vigore accidit, appellãt & παρακόψαι, & παραχθῆναι, & παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι: phrenitim vero non appellãt, nisi febriat æger & continue deliret. Continuitate igitur dementiæ, quodq; simul cum febre fiat, phrenitim agnoscemus: nihilo vero minus phreniticos esse dicimus, quicũq; comatosi cũ sint, nõ sapiũt, sed delira loquunt, atq; à præsentibus expergefacti stupefactis similes vñr. In hũc itaq; modum, & in

" B epidemiorum tertio ita ait, ‖ Nullus aũt phreniticorũ vehemẽter insaniuit, vt in alijs, sed alia quadam veternosa in somnũ delatione capite grauati moriebantur. Sermonem itaq; hunc tanq; maxime probabilem recipio, vocariq; oẽs ab Hipp. phreniticos existimo, qui mente læsi cõtinue fuerint, quo modo & qui insaniunt, sola febre ab his discrepantes. Sed, qm̃ his magna ex parte insit, vt palpebris apertis vigilẽt, ob id quàm plurimi medicorum vigiliam etiam huiusmodi inter ea, quæ phrenitidem indicant, scripserunt. Dixi, huiusmodi, qm̃ & cum comate vigiliæ fiãt, vt Hippocrates ipse in epidemiorum tertio ostendit, inquiens, ‖ Prehendebat aũt eos vel coma continuũ 3.Epid. cõ. 3. t. 45.3ª.144.c

" non somniculosum, vel peruigiliũ laboriosum. Vt coma sit in somnum delatio, nequeuntibus, 3.Epid. cõ. 3. t. 39.3ª.144.b qui ab hoc occupantur symptomate, vigilantium munia obire, sed tum palpebras claudere cupiẽtibus, tum dormire sperantibus. Contingit aũt interdum horum quibusdam, vt clausis palpebris dormire nequeant, sed plurimum vigilent: quod Hippocrates coma non somniculosum appellauit. De eo autem, quod per vocabulum coma significatur, librum habes integrum nostrum: in quo pluribus testimonijs Hippocratem cataphoram omnẽ id est ad somnum delationem, coma appellare demonstrauimus. Quo fit, vt in præsentia eosdem comatosos & vigilantes dici mirum non sit. Si.n. comatosi quidẽ, sed absq; vigilijs fuissent, non quæsisset, phreniticos'ne eos vocare

C oporteat, vel iã existẽtes vel futuros. Perpetuo siquidẽ ita me audias ob ea, quę primã rerum oĩum generationem, non solarum affectionum, prægrediuntur. Iam vero, si neruosæ partes male cũ vigilia sine comate inter morbi initia affectæ fuissent, nec ita quidẽ quæsiisset, an phreniticos eos appellare opus sit. Nempe, qui sine vigilia comatosi existunt, nullo pacto sunt phrenitici: at, qui sine comate peruigilant, si id per initia cum prædictarum partium dolore perpessi fuerint, de necessitate phrenitici existunt. Si vero vigilia comati annexa fuerit, ambiguitatem res habet: Atq; ob id in oróne, ἆρα cõiunctionem, idest ne, adiecit: qua tono circũflexo vtimur, cũ de quibusdã rebus addubitamus. Quod aũt & in sequentibus memoria tenere cõmodũ existit, id semel intellectum perpetuo habere in promptu debemus: & quæ pp causarum externarum aliquã facta sint, & quæ morbi róne superueniãt, distinguentes. Nam, si quis, vbi cõtente ambulauerit, vel alia ex actione lassitudinẽ senserit, vel & vnà cum his exustus fuerit, simul febrire cœperit, capite item dolere & lumbis hypochondrio & ceruice, nullam magnam profecto ex his accepturum te vel ad futurarum, vel iam natarum affectionum discretionem, sperauerís notam. Verum, si absq; externa causa prędictas partes infestauerint dolores: si vigiliæ quidem ęgro contigerint absq; ea, quę in somnum fit, delatione: deliraturum eum sperabis. Quod si vnà cum comate coniungantur, tũc diem

D vnum expectes, in quo, motionem ægritudinis dignoscas, oportet. Phrenitis siquidem, quæ exquisita est, & nulli alteri morbo permiscetur, fit, cum bilis flaua locũ, in quo princeps animæ pars residet, prehenderit: Lethargus vero, cum locum eundem humectarit dilueritq; pituita: nã, quæ partibus in alijs ex bile & pituita noxæ cerebrum ipsum ad sympathiam trahere possunt, cõtinuæ hæ non sunt. Quoties igitur vterq; humor cerebro molestus fuerit, prehendunt contraria hominem symptomata, ita vt tum vigilet, tum leniter in somnum deferatur. Cum vero & ad somnum defertur simul & desipit, mistam ipsi permanere affectionem est putandum. Non nunq; & in horum alterum res ita deflexit, vt vel bilis, vel pituita superior sit, ægerq; reddatur aut phreniticus exquisite, aut lethargicus. Ego vero, quoties ad finem vsq; tum delipientia tum coma persistunt, affectionem hanc ex phrenitide & lethargo mistam appello: quidam Typhomanian vocauerũt, vt et in libro de ‖ morbis ab Hippocrate scriptũ est. In tertio vero epidemiorũ (vt paulo ante dixi) phreniticos oẽs appellat, qui continue desipiũt cũ febre. Iã reliquum est, vt quæramus, quam ob causam dictionis principio dixerit, Qui comatosi inter initia fiũt, in calce autem, Tum aliàs, tum si quarto cœperit die. Nempe principij nomẽ indicat quidem & primum morbi ingressum insultumq;: indicatq; & eum, qui secundum latitudinem ad tertium vsq; vel quartum extẽditur diem: indicat præterea & primũ morbi tempus, cum morbum in quatuor diuidentes tempora, cõstare

‖ Typhomania apud Hip. in libris, qui de morbis inscribunt, nõ memini legisse: sed de ipsa affectiõe lib. 1. de mor. circa finem (vbi ipse Hippo. agit de phrenitide) vt nescio quid innuere. verũ ibi deesse aliquid arbitror, & ea de cã in Aldia æditione apposuerunt asteriscum. Lib. ãt. 4. Epid. ĩ histor. a in Attici puero legitur τυφλομανιη ĩ græcis cod. ipsilis addito λ: sed hic apud Gal. & in lib. de Comate, & in explanatiõe ling. Hip. scribit τυφωμανια sine λ: & in lib. cui titulus ẽ, finitiones mediciæ Galeno ascripto scriptũ est, non typhomaniã, sed typhomaniam esse vel lethargũ delirum, vel delirium lethargicum.

ex principio, incremento, statu, & declinatione, pronūciamus. Sed de his ex principij nomine significatis in primo de iudicationibus est demōstratum. Nunc aūt, in quo significatu dictum hoc nomen sit, cōsideremus. Arbitror equidem Hippocratem in prima dictionis parte ἀρχὴν.i.principium dixisse, morbi totius ingressum, qui secundum latitudinem intelligitur: In calce autem cū ait, tum alias, tū si quarto cœperit die, dicere tunc ἄρχεσθαι.i.incipere, prædicta sola symptomata, ęgro iā quatuor ante diebus febre correpto, vt in eo, quod ſm latitudinem sumitur, principio generentur tum coma, tum vigilia, tum partium neruosarum dolores. Nēpe primo vel secundo die præ copia sanguinis, qui pp bilis permistionem acrimoniam quandam mordacem habeat, potest reddi idem ęger tum comatosus, tum vigilans, grauata quidem ob sanguinis copiā cerebri facultate, sed à bile vsq; adeo irritata, vt somnus inhibeatur. Quarto vero die copia iam imminuta, & præsertim si medicus eam vacuare præuerterit, atq; acrimonia cocta, desinere vtrūq; symptoma, tū coma, tū vigilias par est. Si ergo, quo tpe cessasse debuerūt, ea fieri videant, bilē vel pituitam cerebrū inuasisse, non sanguinis copiam, id cōmonstrat. De potentia aūt quarti diei in libris de diebus iudicatorijs est dictum, cū inibi mentem Hippocratis explicaremus, qūo & in prognostici cōmentarijs: Nēpe hūc ait ‖ indicem septimi esse: quod est, eā habere naturā, vt, qualis nam septimus futurus sit, indicet. Cum ergo signum malū, quarto apparuerit die, malus de necessitate septimus est futurus: si vero salubre & bonū, septimus bonus erit: nam proportione virtutis signi, tū magis, tum minus vel bonum vel malū fore septimū sequens est. Quæ aūt signa magis minusq; tū perniciosa tum salutaria existūt, in prognostico ostensum est. Septimum igitur proportione quarti, magis minusq; tum bonum tū malū fieri cōtinget. Cū itaq; stillatio è naribus semper malū signum sit, absolutissima morbi malitia significat, si quarto fiat die: vr̄ siquidem natura collectam in cerebro abūdantiam conata esse, vt expelleret, sed nequiuisse. Talium aūt signorum genus deterrimū esse constat: nēpe quę vel Tubercula vel pustulæ ex imo ad cutē enata recurrerunt, grauissima omnium existūt: Sudores quoq;, qui cœperūt quidē, sed protinus cessauerūt, praui sunt: Deiectiones item, & q̄ per † sanguinis eruptiones, } vel in mulieribus per vterū vacuant: oīa siquidem hæc deteriora his sunt, quę nullo apparēt pacto, si, vbi cœperint, cessent. Contingit.n.interdum coquentem adhuc contristantia naturam non dum ad horum expulsionem excitari: in illis vero, quæ cœperunt quidem, sed protinus desierunt, apparet veluti excitatio quædam, conante natura excernere, quæ molesta sunt, atq; ita ob imbecillitatem, quod proposuerat, perficere nequeunte.

* forte, &c.

2ª. Aph. 24. Extra. ord. 15. g

† Al. hæmorrhoidas.

E

F

2 *Ventris valde Rubens Proluuies mala quidem in omnibus morbis, non minime vero in prædictis.* G

Signorum singulorū vires docet in prognostico Hippocrates: vultq; in calce libri viribus dictorum signorum æstimatis perpensisq; id est inter se collatis, fieri ita prænotionem. Nēpe signorum quædam ὁμοειδῆ id est speciei eiusdem, existunt (cum autem ὁμοειδῆ dico, quasi & ὁμογενῆ id est eiusdem generis, iam dixerim, ita me audias) alia vero neq; genus habent idem neq; speciem.

Speciei ergo eiusdem sunt, quæ in vna aliqua fiunt affectione. Quæ quidē per sputa excernūtur, affectionis tum pulmonū, tum thoracis, tum asperæ arteriæ, tum gutturis, atq; (vt in summa dicā) respirationi subseruientium instrumentorum signa sunt: horum autē ipsorum, quę & in respiratione vitium per se & primum cōtraxerunt: nam ab his separantur, q̄ per consensum afficiuntur. Cerebri quoq; & mēbranarū ipsum tegentiū, quo nam afficiantur mō, signa sunt, per ea quidem, q̄ excernunt, q̄ per nares & palatum vacuant: per functionū vero lęsionē, quæ in cataphoris, vel vigilijs, vel delipiētijs, vel cōuulsionibus, vel totius corporis tremoribus visunt. Si quis igitur simul tum delipiat, tū conuellat, ꝙ affectio ea grauior sit, q̄ si alterum illorum dūtaxat fuerit, liquido constat oībus: pari modo si difficulter spirans protinus & nigra expuat. Sed forsan hęc nū recte inter se quis permiscuerit iuxta eam, quę in libris esse debet, doctrinam: sufficit.n.cuiuslibet virtutem recēsere permissa discentis arbitrio omnium in ægrotantibus contemplatione. Signorum H aūt diuersi generis connexio prorsus inutilis est, & cū in libris scribitur, & cum in exercitationem per eam, quæ sermonibus fit, conuentionem venit. Nempe definita cuiusq; simplicium virtute satis est postea semel duntaxat dicere, quod dixit Hippocrates, ‖ perpēdendas scilicet signorū vires, conferēdasq; inter se, vt de ęgrotantibus quippiam enuncietur. Si quis autē signum malum esse vrinas nigras dixerit: adieceritq; & peius esse, si nigra quoq; expuerit: & deinceps hoc rursum peius, si & nigra deiecerit, atq; si inter initia id contigerit: præterea & peius adhuc esse, si quarto id fuerit die: adieceritq; et his, tum quod in exordio prognostici est scriptum, ‖ tum faciem, illā, quam priuatim mortiferam medici appellant: vanā sanè signorum permistionem scripserit. Nullus siquidem ita amens, vt non intelligat minus male eum habere cuius pulmonē vel thoracē morbosa vrget affectio: deterius vero eū, cuius partem vtrāq; fatigat: sicuti & adhuc deterius, quem vnà cum his ventris exercet affectio: atq; adhuc deterius, quem vel iecoris vel cerebri affectus premit. Quæ igitur vniuersi vel non scripta norunt, ea frustra temereq; scribūtur: nisi quis vel chartas vel tempus perdere voluerit: quod ꝑpetua seruari memoria velim. Sed ad institutum redeamus. Capite dolētibus non absq; rōne lumborū dolores, ceruicisq;, & hypochōdrij adiecit: nempe pluribus generis eiusdē simul factis signis non solū species vel genus affectionis cōpertius erit, verum

in Prog. cō. 3. t. 37. 4ª. 211. e

in Prog. cō. 1. t. 6. 7. 4ª. 191. a. b

quoq;

A quoq; & magnitudo ipsius dignoscetur. Cum autem desipientiæ coma adiunctum fuerit, eaq; cerebrum male habere demonstrent, securior nostra erit cognitio, videbiturq; affectio maior. Cum vero & è naribus stillatio accesserit, iam nõ securiorem cognitionem esse dixerim, sed sciẽtificam & certam, cũ signa victã à morbo cerebri facultatẽ commonstrent. Quòd si & quarto die factum esse, id adiectum fuerit, certissime ita cerebrum in magna quidẽ esse affectione constabit, sed perniciose hominem habere. Quibus si adiecerit quis frigidũ cum è naribus, tũ ex ore expiratũ, perniciosum quidẽ in oĩbus est, non minime autem in prędictis: & verũ quidem aliquid enunciabit, sed doctrinæ, qua liber pollere debet, superuacaneum: Quo mõ & si his adiecerit nigra sputa: nẽpe & hæc quidem mala sunt, sed alterã à prædictis commõstrãt affectionem, veluti & vrinę: nam & hæ, si nigræ fuerint, vitiosam præstãt notam, affectionem tñ aliã ostendunt. In prognostico igitur seorsum signorum singulorum virtus declaratur: atq; eorum, quæ affectionem vnã indicant, concursus aliqñ est scriptus, vt in exordio quidem in ea facie, quæ mortẽ portendit, infra vero in suppurationibus, hyderis, & alijs quibusdam: in hoc aũt libro sæpius in vna diuersi generis signorum concursione complura superflue implicantur. Valde rubens igitur proluuies, quę in iecoris fit affectionibus, perperam hoc in loco cerebri vitijs adiuncta est: est sanè & ea per se non bonum
B signum, iocinoris scilicet imbecillitatem ostendens: sed adiecta cerebri affectioni, duas ob valentes affectiones periclitari hoĩem prænunciabit. Sed quid nam hoc? nam si pleuritis & peripneumonia vno fiant tpe, periculosius id existit, q̃ si horum alterum duntaxat factum sit: nec minus, si præter hæc dysenteria quoq; æger vexetur, aut quæuis alia cũ his oboriaĩ affectio. Sed nemo permistiones huiusmodi, in libris docet. Ventris autem περιπλύσεις ἐξερύθρους idest proluuies valde rubẽtes, appellat tenuium substantia humiditatum deiectiones, vt si quis ventrem sanguine conspersum aqua abluerit, aquamq; excreuerit: sic & biliosa dr̃ proluuies, cum, quod excernĩt, tale apparet, quasi ex aqua & pauca bile mistis fiat. Imbecillitas autem retentricis facultatis est hepatis, atque vt plurimum sanguificę symptoma comitatur: hoc autem superfluis, quæ reuomuntur, proportione respondet. Nam, cum ventris concoctio inculpata fuerit, nullum symptoma hmõi subsequitur: cum vero ob copiam, vel corruptionem, vel & superfluas humiditates non valde vtiles in ore ventris relictas, grauatus venter, ad horum excretionem insurgit, vomitum facit. Tale quippiam, & cum sanguis in iocinore generatur, contingit: atq; ob id cruẽtę interdum fiunt deiectiones: interdum autem & impense rubẽtes proluuies, aquoso scilicet simul & cruento ichore ex hepate in ventrem confluente: vel modico sanguine tum acri tum mordente & velut semicocto te-
C nuibus & aquosis humiditatibus permisto, atq; colorem illis præstante.

3 *Densæ Linguæ, atq; Aridæ, Phreniticæ.*

Scriptum esse τραχεῖαι idest asperæ, non δασεῖαι idest densæ, erat melius. Nam, cum lingua cõnatam ex tum vasis tum glandulis, quas à fundenda saliua σιαλοχόους vocãt, humiditatem habeat: primus quidem ipsius defectus densam eam facit: maior vero asperam: immoderatior autem siccitas perrumpit eam non secus, quàm pinguem terram diutini squalores: quapropter, vt lingua sicca simul & densa sit, fieri non potest. Melius est igitur, vt retuli, asperam scribere. Quare alterũ est è duobus: nempe aut scriptor neglectim enunciauit: aut, qui primus adscripsit dictionem, vitiauit. Talis vero lingua siccitatis immoderatæ nota est: quo fit, vt & ardentibus superueniat febribus: Hocq; docuisse ei, qui secũdum prognostici legem ad doctrinam accedit, fuerit satis: nam, qui discit, siccam linguam ratione eadem fieri intelligit tum in huiusmodi febribus, tum in phrenitico: siquidẽ & phrenitica affectio, quam flaua bilis parit, calida & sicca est. Præstat igitur mea sententia dictionem vitiatam esse affirmare, quomodo & alias multas ita vitiatas esse demonstrauimus apud plerosq; me superiores veteres, non medicos modo, verum quoque & philosophos
D & grammaticos & rhetoricos. Sunt tamen ex libri expositoribus, qui hoc ipsum defendere sunt conati, linguas densas dici, quæ densam efficerent vocem, affirmantes: nempe voces quasdam ita appellari aiunt, à quibus, qui eas proferunt, δασυστόμους idest densi oris, appellitari dicunt. Voces ergo huiusmodi cum sicca lingua phreniticas esse aiunt, perinde quasi scriptor dicere non potuisset, densæ voces cum sicca lingua phreniticæ. Sed pro vocibus linguam dicere extraneum est: nẽpe & hoc pacto quis dixerit tum graues tum acutas, tum paruas tum magnas linguas, vbi vel grauem vel acutam, vel magnam vel paruam indicare vocem voluerit. Adde, q̃ neq; voces vllas densas appellari audierim, quemadmodũ nigrãs & albãs audiui, per metaphoram quibusdam ita appellantibus: proinde nec noui quidem, quas nam vocent densas. Raucas quidẽ & nigras, in libro de voce, propter voci deputatorum organorũ humiditatẽ fieri ostendi. Densas vero si alias quasdam præter has dicãt, explicare debuerunt: & si ex his aliquas voces, sanè eiusmodi ob humiditatẽ potius, non ob siccitatẽ fiunt: sicuti tum acutæ tum clangentes, ob vocalium instrũorum, quę circa guttur sita sunt, ariditatem. Cæterum linguam nõ vocale, sed dialecticon idest locutionis, instrumentum, esse constat: atq; ob id, cum ea patitur, balbutiem blesitatemq; in locutionibus fieri contingit, & non raucam habere vocem vel nigram: cuius generis esse quosdam suspicor eas existimare, quas ipsi appellant densas. Ego enim, vt retuli, neminem, qui ita vocaret, audiui:

**De uoce nigra vide etiam libro.4. de locis affectis ĩ fine sexti capitis, hac classe pagina.26 f. quanquã interpres uerterat, obscura. *de alba autẽ vide lib. 2 de differẽtiis pulsuũ ca.ult. hac classe pag.63.g*

tametsi plerosq; medicos audiuerim dicentes, palpebras densas, quæ asperitatem quandam exiguam haberent, sicuti est densa lingua: nẽpe absolutas densitates in palpebris non amplius densitates appellant, sed asperitates: proportione igitur linguæ asperitati hæc respondent. E

4 *Vrinæ in Turbulentis vigilibusq; Decolores, nigræ, sublime petentes, atq; in [a] sudoribus, Phreniticæ.*

Solœco in dictione participant non paucæ libri huius orationes: vt ob eam rem iure suspicati quidam sint librum Hippocratis nõ esse: [b] † nẽpe & ob sermonis breuitatem reiectus erat, mochlico quidem inter libros Hippocratis confesso receptoq; neq; eo solum, verũ quoq; & aphorismis ipsis: qui quanq; maxima cũ breuitate enuncietur, non tñ, quod solœci particeps sit, in ipsis reperias: adde, q enunciationes adeo excellunt, vt plane dicant grauem eius libri authorem esse. Præsens vero liber alienam in multis orationibus habet enunciationem: Vt cum in præsenti dictione de vrinis ait: nempe hoc pacto improprie dictum est/sublime petẽtes/cũ, quæ vrinis inuehuntur, dici ita debeant, non vrinæ ipsæ. Ob eã causam non nulli permutata dictione ita scripserunt: Vrinæ in turbulentis vigilibusq; decolores, nigris sublime petentes. Sed proculdubio reperit & in ea scriptura solœcophanes, etsi q̃ maxime vitare ipsum videant, qui dictionẽ permutãt: nẽpe hęc orõ/sublime petẽtes/manifestã ad vrinas relationem hẽt. Hæ igitur ipsę & phreniticę dicuntur, id est phrenitim vel significãtes, vel facientes: q faciat, non consentaneũ videtur: q significet, nõ vacat ratione. Quod si significẽt, [c] † phrenitidem cũ effectrice causa quadãtenus cõicare significant. Demonstratum aũt est nigras vrinas ob serum bilis atræ vna cũ excremẽtis aquosis emissum, procreari. Gemina vero bilis atræ existit generatio: nẽpe vel flaua bile supra modũ exusta assataq;, vel crasso sanguine: supra modum autẽ assatur pp vehementem caliditatem. Iure ergo in febribus, quæ causi appellant, & phrenitidibus, tales meiũtur, cũ tum calidæ tum siccæ affectiones eiusmodi existant. Inter vrinas autem, quæ per se totas nigrę sunt, deteriores his habent, quę enæorema duntaxat nigrum hñt: in præsenti tñ dictione, neq; hoc aperte distinctũ est, an vrinas totas nigras dicat, an sola enæoremata. Vult aũt dictionis huius author, quicunq; fuerit, vrinas hmõi, cum in turbulẽtis vigilibusq; apparuerint, phrenitidem indicare: Vt ταραχώδεις id est turbulentos, eos intelligamus, qui [d] † non insigniter turbantur, quod offensa leuiter mente fieri cõsueuit: adaucta vero hmõi, quæ exigua fuerat, offensa, non ταραχώδεις simpliciter, sed iam παραφρονοῦντες id est desipientes, tum dicũtur, tum sunt. De vigilia autẽ quid attinet dicere, q ex phreniticis symptomatis vnum sit? Superuacaneum præterea in dictione est verbum hoc/decolores/in vrinis, cũ per nigras consignificatũ sit. Quod vero dictum est/in sudoribus/ostendit quidẽ sudores circa caput fieri, præ copia ipsum conflictari indicantes: sitq; inter cætera & hoc phreniticum signũ: improprie tñ enunciatũ est, cum, quid nam intelligere oporteat, excogitare nequeamus, vbi dr̃/in sudoribus/an vrinas, quanq; ipsa totius enunciationis sequela hoc videatur maxime verisimile intellectu: an affecta corpora: an pter hęc & affectiones. Sed, quouis mõ quis intellexerit, q enunciatio impropria non sit, effugi non potest. Omissa igit̃ ea, quouis modo habuerit, scripta cõsideremus. Vigilię igit̃, & turbationes ęgrotantiũ re vera sunt phreniticæ: vrinę vero, et sudores, nullo pacto. Nempe, quõ succi tum arteriarum tum venarum habeãt, vrinæ indicant: signa vero phrenitica, cerebri ostendunt affectionem. Pari modo sudores, aliarum quarundam affectionum notæ existunt, de quibus mentionem sæpius fecimus, non tñ cerebri affectionẽ sufficienter monstrare possunt. Sunt sane non nulli ex ijs, qui librũ hunc exposuerunt, qui ex scriptis in libris epidemiorum ægris desipientes colligãt, quibus pati quippiam cõtigit eorum, quæ hic referunt, tum symptomatum tũ signorum, vel in deiectionibus, vel vrinis, vel vomitibus, vel sudoribus, vel pustulis, vel sputis, vel partem aliquã infestantiũ: Cũ sane talia signa phrenitica nõ sint, quanq; ęgris de necessitate insint, fieri siquidẽ non poterat, vt talis vel non talis vrina in his non inueniretur: Pari modo, & de sputis deiectionibusq; & cæteris omnibus est dicendum. Si igitur in ęgro quopiam deiectio eiusmodi vel tale aliud, quippiã vna cũ signis phreniticis visum fuerit, atq; deinde æger phreniticus reddatur, perperam quis ea omnia phrenitidis indicatoria esse pronunciauerit. Necesse est. n. vt proprijs morborum signis alterũ ẽ duobus insit: nẽpe vt vel perpetuo, vel solis, contingant: cum aũt neq; solis insint, neq; perpetuo, propria illorum non sunt. Ob eam causam phreniticorum signorũ ea sunt certissima, q̃ ppetuo, & solis ĩsunt phreniticis. Deinde ab his, quæ perpetuo quidem, sed nõ solis: Quæ in suis tractationibus distincte sunt tradita à nobis: demonstratumq; neq; in vrinis, neq; in deiectionibus, neq; in sudoribus, neq; in sputis, neque in vomitibus phrenitica esse signa. Cõsueuerunt aũt libri interpretes propemodum oẽs, vt dixi, adnotare ex epidemijs ægros, neq; solum in præsenti dictione, verum quoque & similibus huic omnibus. Eam ob causam, qui sese eorum æmulos præstant, ij apud ægros quotidie multa quidem effutiũt: sed, quantum ad prænotionem attinet, idiotis conspiciuntur similes: nempe, q in oĩbus prognosticis speciei morborum signis in affectorum locorum methodo exercitati esse debeant, est perpetuum. De ea autem methodo à me seorsum scriptum est, veluti & de ijs, quæ iudicationes significant. In quibus parum exercitati quidam veterum libros exponere audent, plane ignorantes, q bonum enarratorem oporteat esse idoneum prius iudicare, quæ bene & quæ perperã ab authore dicta

A * ἐφιδρῶσιν. *huius ãt uerbi* ἐφιδροῦν, *quẽadmodũ et* τῆς ἐφιδρώσεως, *frequẽtius mẽtio fiet & declaratio in hoc opere.*

B † *Ex græcis ĩpressis. ob sermonis. n. breuitatẽ recessisse à mochlico, qui ẽ iter receptos Hippocratis libros: nec solũ ab ipso sed & ab aphorismis.* ex antiquis ãt. nã ob sermonis breuitatem mochlicũ aiũt à propria enũciatione recessisse librorum, qui Hippocratis esse concessi sunt, & nõ solũ aliorum, sed & aphorismorũ quoque. &c.

C † *cũ ipsa cã, quæ phrenitidem facit, aliqua in re ipsæ communicant.*

D † In ĩpressis codi. ἀλόγως .i. præter rõnẽ legit̃. interpres vr̃ legisse, οὐκ ἀξιολόγως.

A dicta sunt, ne ijs, quæ perperam dicta sunt, patrocinatus, opinionem vel ignorantiæ vel conten-
tionis reportet. Verum, quoniam non in hac dictione solum, sed etiã per librum totum inserunt,
quos ex epidemijs collegerunt ægros, præsentem sermonem totum ad finem vsque perducere sa
tius esse arbitror. Quod si quis prolixitatem moleste tulerit, proprium dictionis huius sermonē,
non libri totius cōem esse existimans, vbi à nobis audierit, quo nam pacto expositoribus quidem
in omnibus ferè dictionum expositionibus, quas perperam in mediũ afferunt, non prolixus mo
do, sed ediscentibus etiam ipsis nocuus sermo sit: quæ vero à me nunc semel dicta, & commodissi
ma sint, & dicendorum omnium breuem compendiosamq́ faciant explanationem: desinet certe
prolixitatem incusare, habebitq́ mihi gratiam tum ob eorum, quæ ostensa sunt, vtilitatem: tum
ob eorum, quæ dicentur, breuitatem. Erit aũt sermo, tanq̃ in exemplo phrenitidis, sed morborum
omnium communis. Quoniam igitur phrenitica signa omnia methodo inuenire proposuimus,
ab affectiōis notione exordiemur: nempe, q̃ optimum omnium dicendorum principium sit, rei,
quæ inquiritur, notio, in libris de demonstratione est ostensum. Cum ergo phrenitim mortales
oēs eam appellitent affectionem, in qua φρένας id est mentem, læsam esse videant, quam tum νοῦν,
tum διανοίαν id est intellectum & intelligentiam, etiam vocant: prius, qua corporis in parte ani-
B mæ intelligentia sit, inuenire oportet: id quod primum in libris de Hippocratis & Platonis pla-
citis demonstrauimus: quare ab ipsis nunc exorsi, summatim quandam velut epitomen eorum,
quæ in libro de affectis locis descripta sunt, recenseamus. Necesse etenim dico esse, vt affectio, siue
cum incipit, siue cũ absoluta iã est, ex functionũ partis affectæ noxa, & ex ijs, quæ in ea apparẽt, re-
periatur: dixi autem & ante, exordiētis affectionis notas, prognostica signa esse eius, quæ iam cō-
pleta est. Qui igitur cerebri naturaliter habentis munia nouerit, is ex offensa horum, primum, q̃
perpessum sit, deinde, qualis nam is morbus sit, inuenire valebit: inuenta autem à nobis sunt hęc,
arbitraria functio, intelligentia, sensus, & memoria. Offensæ igitur horum cerebrum ipsum tali
vexari malo, qualis fuerit offensæ species, demonstrabunt: Verbi gratia, Functionum arbitraria-
rum instrumenta musculi existunt: Fiunt autem hæ tum ijs, qui per manus cruraq́ agunt mune-
ra: tum ijs, qui caput spinamq́ mouent: atq́ ijs, qui loquuntur, vociferantur, & respirãt: demon-
strata est enim & hæc functio primum motionis initium habere per neruos à cerebro ad thoracis
musculos peruenientes. Cum igitur functio quædam ex dictis læsa esse videbitur, inquirendum
est tibi, an affectio ea propria sit eorum, qui functionem hãc obeũt, musculorum: an ob eam, quæ
à principio in ipsos procedit, virtutem, offensa hæc oriatur. Deinde, si offensam ob eã, quæ à prin
C cipio est, facultatem, esse inueneris morbum quempiam, qui principium infestet, reperiendum es
se puta, si, quæ apparet, offensa non leuis fuerit, incrementumq́ effatu dignũ habuerit: Verbi gra
tia, vt sermo conspicuus fiat, vbi thoracis musculi, à quibus respiratio conficitur, affectione vaca-
uerint, peruestiga, num quædam cæterarum partium, per quas spiritus in respiratiōibus tum in-
tro tum foras feratur, perpessa sit: nam, si nullam ex his læsam inueneris, cerebrum lęsum esse exi-
stimabis. Vt autem & res exquisite definiatur, considera quoq́, & quæ vnà cum thorace moueã-
tur partes: nempe & eas respirationem lædere in libro de difficultate spirandi est demonstratum.
Si ergo hæ oēs planè morbi expertes inuentæ fuerint, tunc difficultatis spirandi speciem inspice,
quam nam scilicet cerebri affectionem indicare possit: qũo, vt exemplum integrum sit, ait in pro In Prog. cō. 1. t.
" gnostico Hippocrates: || Spiritus frequẽs quidem significat dolorem, aut inflammationem, quæ 24. 4ª. 194 h
" locos septo transuerso superiores fatiget: magnus vero & ex longis interuallis, delirium. Vocat
aũt spiritum ex longis interuallis, etiam rarum, vt in cōmentarijs de difficultate spirandi ostendi-
mus: nam magnus & rarus propriũ simul & inseparabile desipientiæ est signum: demõstrauimus
quoq́ & in libris epidemiorũ oēs, quibus magna & rara respiratio fuerit, desipuisse. Si quis igi-
tur in vrinis, vel deiectionibus, vel sputis, vel vomitibus, vel sudoribus, vel aliorum quopiã, signũ
D aliquod demonstrare possit, quod seorsum desipientiæ soli proprium insit: vel, si nō soli quidem,
ab ea tñ inseparabile: iure id phrenitica inter signa collocauerit. Si vero neq́ ex rei natura demō
strationem aliquam expromere possit, neq́ in libris epidemiorum, desipientijs omnibus inesse,
vel perpetuo: vel si non perpetuo, saltem his solis ostendere queat: non rationabiliter signum hu
iusmodi inter phrenitica constituit: hoc siquidē vnum dũtaxat asserere potest, q̃ phreniticis qui-
busdam adfuisse visum sit. Eadem vero ratione contraria phreniticis signa esse intelligimus. Iam
age, ponamus visos à nobis phreniticos, quorum alijs supprimi aluum: alijs plura, q̃ naturæ iustũ
sit, excerni contigerit: nempe & cum signis phreniticis scribat aliquis alui suppressionem: dein-
de existimet aliquis huius rei testimonium esse, eos phreniticos, quibus aluus suppressa sit. Nam,
si proteruus quidam in suis enunciationibus suppressam aluum phreniticum esse signum scripsẽ
rit, potest sanè & alter, qui etiam proteruus sit, sermoni non subscribere, eosq́ asserere phreniti-
cos esse, quibus perturbatam aluum conspexerit. Sanè, cum Hippocrates in epidemijs scribat
omnia, quæ ægris contingunt, necesse est, quo modo in phreniticis, ita & peripneumonicis &
cynanchicis, alijsq́ omnibus, vt, his quidem si aluus supressa sit vel fluat, vnà cum proprijs mor-
bi indicijs & hæc scribat: expositores vero ea morbi esse signa existiment, non cognoscentes alia
quidem esse pathognomonica id est, affectionem indicantia, prognosticaq́ morbi propria: alia

vero & inseparabilia: veluti paulo ante dixi in ea, quæ magna & rara est, respiratione. At, cum de E his nõ dubitamus, ꝙ nullum inquiramus proprium vel inseparabile morbi indicium, sed an perniciose salubriter'ue æger habeat, tunc necessaria consideratio ipsi erit omnium, quæ in corpore apparent, signorum & symptomatum. Continentur autem in his, & quæ iudicationes premonstrant. Sed rursus orationem ad principiũ reuocantes, dicamus, quõ author in proposita dictione/vrinæ in turbulentis vigilibusq; decolores, nigræ, sublime petentes, atq; in sudóribus, phrenitice/ ꝓpria & inseparabilia phrenitidis signa scripsit, cum inquit/in turbulentis vigilibusq;/: non inseparabilia vero neq; ei soli propria, cum ait/atq; in sudóribus/: quanq; sudór, cum affectum occupauerit locum, vnà cum prædictis demonstrare possit. Quæ de vrinis dicta sunt, à phreniticis quidem separata sunt: sed ad inspiciendum, vtrum perniciose an salubriter æger habuerit, conducunt. Immo vero, cum ad ægros introducimur, primum inueniri conuenit, an laborante vno ex principijs tribus, vel duobus, vel etiam omnibus, æger perniciose ægrotet: vel principiorum quidem nullum affectum sit, sed quippiam eorum, quæ ab horum aliquo enata sunt, vel quouis modo societate coniunctia obstrictaq;. Si ergo, cum in turbulentis vigilibusq; vrinas inspicis, nullũ in ipsis prauum signum videatur, neq; etiam in pulsibus (nẽpe & id dignotionis exactissimæ gratia adiecisse est necesse) nihilo quidem minus ita affectum hominem, †phreniticum fieri posse cõ F tingit, vbi phrenitidis signa huic affuerint: verum inter hos periclitantur minus, qui principes facultates reliquorum duorum principiorum illæsas habent. Hęc, vt dixi, semel à me sint dicta: totoq; libro memoria non excidant, velim, ne sæpius ea cogar repetere.

† clarius ex antiquis. phreniticũ factũ eẽ cõtingit, quãdoquidẽ phrenitidis signa huic adsũt: minus tamẽ ipse periclitabitur, illæsas habens principalissimas reliquorũ duorũ pricipiorũ actiones.

5 *Insomnia quoq; in Phreniticis conspicua.*

Satyrus Quinti discipulus, quem ante Pelopem habui præceptorem, dictionem hanc ita exposuit: Eorum, quæ in phreniticis conspicue videntur, atq; ab ipsis fiunt, quęcũq; & cerni & fieri nobis videntur, re vera non existunt: sed insomnia oĩa conspicua. Quòd ergo & alij quidã è somno surgentes obambulent, dormiẽtes quidẽ, sed apertos, vigilantiũ instar, oculos habentes, in multis est narratum scriptũq;. Si vero talia sint, quæ à phreniticis fiunt, inter ea, quę nobis manifesta non sunt, reponuntur. Sed, quouis modo verum hoc sit, ita tñ exposuisse nihil ad prænotionem contulerit. Si vero ego prægredientia phreniticorum insomnia cõspici dico euidenter ita, vt exturbentur è somno, exilientes vel loquentes propter visorum conspicuitatem, præsensioni morbi huius adiumentum id confert: nempe siccitas ipsa vigiliæ causa est, & conspicuitatis somniorum. Sic sanè & melancholicis ob siccitatem prorsus conspicua videntur in somnis phantasmata: Atq; ex sa G norum genere, his quidem, qui ieiune parciusq; sunt cibati, somnia conspicua fiunt: repletis vero temulentisq;, ita, vt visis vidui destitutiq; videantur, phantasmatibus propter obscuritatem paruitatemq; ita effluentibus, vt ne reliquias quidem & vestigia in memoria relinquãt: Sic & affectiones, quæ cum cerebri humiditate fiunt, comatosæ sunt somniculosæ & visis destitutę. Prauus itaque est eorum sermo, qui neq; somnium phreniticis videri conspicuum putant, ꝙ vtiq;, vt dicũt, ij veluti somno destituti, somnia prorsus non videant. Primũ siquidem prompte illud adsumũt, solos videlicet eos morbos, qui cum suis magnitudinibus absoluti sint, proprijs nominibus appellari, confirmántes non paruũ sermonem, eum, qui inter initia à nobis dictus est: Nempe, ꝙ nullum futurum pathema à medicis præsentiatur: verum eorum, quæ iã principium quidẽ generationis habent, sed non dũ multis ꝑ paruitatem cognita sint, facta ab artificibus cognitio, idiotisq; pronunciata, præsensio apud illos existit ita, vt & phrenitici iam ab artificibus cognoscantur, affectione in cerebro nuper consistẽte: Postea vero, ẽt si quis non ꝑmiserit iã phreniticos appellari eos, q non dũ cõspicue delirãt, tñ, ꝙ phrenitici fiẽt, prænoscere ex insomnijs est possibile: Vt dici in præsenti dictione potuerit, in futuris phreniticis somnia pręgrediẽtia oĩbus his conspicua videri.

6 *Screatus Frequens, & si aliud quodpiam signum affuerit, sunt Phrenitica.* H

Commódius forsan erat, si sermoni adiectum fuisset, nullo per eum exeũte sputo. Nam, si quid expueretur, quomodo in destillationibus interdum vsu euenit, ob id, quod in os confluit ꝑ confo rationes, quæ in nares ꝑueniũt, fieri id consueuit. Contingit aũt & aliqñ frequens hmõi screatus, vbi respiratiõis robur externũ quippiã attraxerit, ipsisq;, qui ꝭm cõforationes sunt, meatibus vel adhęserit, vel impactum fuerit. Sed, quod antea dixi, propter eos, q vel negligẽtius vel simplicius citra distinctionẽ enarrant, quæcunq; in hmõi doctrinis dñr, ꝙ ea omnia seclusis externis dicantur, meminisse oportet. Ob eam igitur causam screatus, qui ex arbitrarijs functionibus vna existit, frequens redditur oblæsa cogitatione, quõ & arbitraria alia quæuis functio. Non nulli quidẽ cũ strepitu flatum excernunt, qui, cũ extra morbum sunt, summopere sibi cauent, ne id agant, idq; præsertim si quis audiat: alij manũ absq; rõne mouent, vel crus, aut quiduis aliud simile {vel} faciunt {vel dicunt.} Cõi igitur ratione functionum arbitrij omnium præter rationem vel exuperantium vel deficientium, phrenitica inter signa screatio annumeratur: quanq; non vsque adeo valens sit, vt vigilia, & potissimum, quæ ταραχώδης idest turbulenta, existit: nempe propria hæc phreniticorum est. Turbulenta autẽ existit, vt dixi, cum per visiones vel exclamant, vel exiliũt, &

Non sunt ĩ antiquis.

vix

A vix familiares agnoſcunt. Bene itaq; in ſcreatione adiecit/& ſi aliud quodpiam ſignum adfuerit/
nempe ſignum hoc, ꝙ parum momenti habeat, alia, quæ ſubſcribant patrocinenturq;, expoſtu-
lat. Quando igitur frequens ſcreatio contigerit & ob glutinoſum ſputum, quod in canalibus a na
ribus ad eos pertingentibus infarctum ſit, vt ea deliraturis quibuſdam propter calidam & ſiccam
cerebri affectionem pariter obtingat, impoſſibile nō eſt. Quod autem in orationis calce dictum
eſt non ſingulariter/phreniticū/ſed pluraliter/phrenitica/vel ad ſigna vel ad morbos prorſus re-
feretur: modo vero vtroq; abſurdam facit enunciationem.

7 *Qui in Hypochondrio refrigerata febre Ardores relinquuntur, tum aliàs, tum in ſudoribus, Mali ſunt.*

Secure protulit/refrigerata febre/non enim vere dixiſſet, ſedata: nempe in præcipuis manet
partibus, quanꝗ in ſuperficie placata fuerit. Febrire ſiquidem exiſtimamus non eum mō, qui in
cute & ſuperficie exteriori igneam habet caliditatem, verum ēt & hoc magis eos, qui in corporis
imo & viſceribus eā continent. Lethalis igiť cauſus interna quidem extorret, externa vero ne me
diocriter quidem calefacit. Febrem ſimilem recenſuit Hippocrates in aphoriſmis, cū inquit: Si 4.Aph 48.Extra.ord.33.a
" in febre non intermittente frigida exteriora fuerint, & interna exurantur, ſitimq; æger habuerit,
B lethale. Ceterum, cum orationem hanc/in ſudoribus/dicere conſueuerit interdū de ijs, qui ex ca-
pitis thoraciſq; ſedibus oriuntur, ſudoribus: interdum quoq; & de ijs, qui per totum corpus, ſed
exigui effluunt: vtrum in præſentia dixerit, ſignum bonum non eſt. Nempe, qui per totum cor-
pus ita fiunt ſudores, ſed exigui, ꝙ non flammeam illam, quæ hypochondrium fatigat, ſoluant ca-
liditatem, ob id boni non ſunt: neq; etiam boni ſunt, qui in ſuperioribus oriuntur partibus, cum
geminam ob cauſam fiant, nempe vel ob vel languentem, vel præ copia grauatam facultatem.

8 *Prædebilitatorum Deſipientiæ peſſimæ: ut & Thraſynonti.*

Peſſimæ prædebilitatorum deſipientiæ ita ſunt, vt nullū ex ipſis ſanari ſperaueris: ſed de ijs in-
telligendum deſipientijs, quæ ex ſapientis in nobis partis morboſa affectione fiunt. Temporarię
ſiquidē aliæ quædā ab externis eueniunt cauſis, vt ex carbonū caliditate, vel vini potione, vel do-
mo calcis ſeruāte qualitatem: noxiæ.n.ac periculoſæ tales ſunt, ſi prędebilitatis accidāt: ſed letha-
les planè ſunt eorū, q ex phrenitica cerebri affectione deſipiunt. Nēpe magnitudinē quandam in
virtutis debilitate oſtendit nomē πρoεξαδυνατησάντων.i. prædebilitatorum, pp adiectā ἐξ præpo
ſitionem nomini huic πρoαδυνατησάντων, quod ēt per ſe ſufficientē virtutis lęſionē oſtendit: atq;
C in exēplaribus quibuſdā ita ſcriptum reperiť. Nō ſolum aūt deſipiētiæ virtutem expoſtulāt robu
ſtam, vt ęger ſufficere morbi coctioni poſſit: verū quoq; & peripneumonia, & pleuritis, & angi
na, & graues aliæ affectiones, id deſiderāt. Præcedit aūt & ex abūdāti deſipientiā tum vigilia, quæ
virtutē non minus exoluit, ꝗ ſenſibiles euacuationes: tū qui in motionibus multis inordinatiſq;
cōmittiť error. Quod aūt dr̄/vt & Thraſynonti/ ὑπόμνημα.i. cōmentarium, magis, ꝗ σύγγραμ-
μα.i. opus, id decet: neq;.n.in prognoſtico, aphoriſmiſq;, et libris de fracturis articuliſq;, neq; in li
bro de victus rōne in morbis acutis, neq; in libro de capitis vulneribus, vllo pacto nominis me-
miniſſe videtur, ſicuti neq; in alijs, pręter ꝗ in libris epidemiorum: in quibus duntaxat propoſitū
eſt, vt docta vniuerſaliter, perquirat per ea, quæ particulariter in vnoquoq; ægroto videntur.

9 *Phrenitica uehementer trementia finiuntur.*

Aduerbium νεανικῶς pro γεννaίως vel σφοδρῶς vel ἰσχυρῶς, ideſt generoſe vel vehemēter vel
valide, dixit. In medio autem horum nominum/phrenitica & tremētia/ordinatum, poteſt (quan
tum ex ordine eſt) cum vtroq; enunciari: ſed, ſi ſecundum rei veritatem ſermo perpendatur, non
poteſt cum hoc nomine/tremētia/ordinari, fieret ſiquidem talis intellectus: Phreniticæ affectio-
D nes in tremorem vehementem finiri conſueuerunt: quod manifeſte falſum exiſtit, cum ſolas ve-
hementiſſimas phrenitidas cōſequatur hoc ſymptoma. Nempe neruorum infirmitates propter
affectionis ſiccitatem phreniticis diutiſſime inſunt: exoluta autem virtute tum vigilijs tum mo-
tionibus multis, ſimul vero & neruis ſupra modum arefactis, tremores fiunt.

10 *Qui in Capitis doloribus Aeruginoſos Vomitus habent, Vigilantq; cum ſurditate, cito hi Vehementer Inſaniunt.*

Si generationem humorum cum aliorum tum atræ bilis in memoria tenueris, ꝙ ęruginoſi vo
mitus progreſſu ad nigrum humorem fiant, mente concipere difficile non eſt: nempe atram bi-
lem ex flaua ſupra modum aſſata & craſſo ſanguine fieri nouiſti. Flaua autem bilis, cum ſupra mo
dum aſſatur, primum quidem in æruginoſum migrat ſuccum, deinde in nigrum: ſupra modum
autem aſſatur propter febris magnitudinem. Cum igitur flaua bilis in phreniticis affectionibus
cerebrum prehenderit, febriſq; vehementia aſſatum hunc ſuccum melancholichū reddiderit, pro
pter atrę bilis malignitatem vehemētes fiunt inſanię, quas μανιώδεις.i. furioſas, in libris epidemio
rum appellauit Hippocrates. Æruginoſus igitur humor, ſiue per vomitum, ſiue per ventrē infe-
riorem, ſiue per ſputa, ſiue per vrinas apparuerit, & ſuccum, ex quo ortum habet, & morbum ve-
hementer tum calidum tum ſiccum eſſe, demſtabit. At, cum perſpicuum non ſit, quantum ex hu-

more est,qui vacuatur, an is progenitus sit non affecto pręcipuo aliquo loco, an principe aliqua E parte erysipelatosam habente affectionem, coniunctis id dignoscitur distinguiturq; symptomatis. Nam & ob iecur ita phlegmone affectum æruginosus generatur succus,cuius nunc meminit. Per communionem igitur aliorum symptomatum,quæ prædictarum cum particularum tum affectionum propria sunt,dignotio ipsorum facienda est. Nam & vigilia, & capitis dolor, & surditas,morbum in capite esse demõstrant. Grauiter autem affecto cerebro,vẽtris os excitari ad vomitum nouimus: nempe de his dictum sæpius. Ratione igitur optima homo hic ex sicca & calida capitis intemperie,propter flauæ bilis supra modum affatę redundantiam,vehemẽter insaniet. Cito autem id fiet tum propter affectionis magnitudinem, tum propter speciem redundantis humoris. Nam,quæ ex frigidis vel crassis vel lentis vel oĩno difficulter mobilibus affectiones oriuntur,tardius hæ ad vigorem ascendunt: Verum,quę ex tenuibus substantia,& temperatura calidis, & qualitate mordẽtibus procreantur,non multum hæ cunctantur: Sicuti neq; quæ Philistæ scripto in tertio epidemiorum facta sunt,quem || vomuisse quidem biliosa pauca,flaua primum, mox æruginosa plura, deinde simul accidisse homini surditatem,atque demum vehementer insaniuisse eum pronunciauit. Recte igitur nunc non solum,quòd insanient ita affecti, verum quoque & ꝙ vehementer insanient,ostendit, cum verbum hoc,ἐκμαίνει,adiecit, quod magnæ desipiẽtiæ indicatorium existit. F

3.Epid.cõ.2.t. 1.3ª.135.c

11 *In Acutis morbis Dolorosa in faucibus gracilia pusilla strangulantia : atque,cum æger hiauerit,non facile os tum cogere,tum aperire : Mentis aberrationem portendunt. Ex his Phrenitici fiunt,& perniciose habentes.*

Quòd ex symptomatis huiusmodi phrenitis interdum oriatur,quodq; si fit,prorsus perniciosa sit,recte est pronũciatum. Neq; tamen, ꝙ ex dictis symptomatis necessario futura sit phrenitis, intellexeris: nihil enim eorum, quæ affectum cerebrum commonstrant, concursioni adiacet. Ex quo autem æger is male in faucibus absque tumore aliquo pręter naturam affectus,cum hiauerit, prompte tum maxillam reducere, tum os aperire nequeat, conijcere quis possit principium neruorum aliquãdo affectum esse. Nempe,vt in conspicuis nobis partibus affectiones exordium aliquod sumunt, & non vniuersum totæ vel inflammantur, vel œdema vel erysipelata contrahunt, sed in vno aliquo harum loco: ita & his, quæ in imo corporis positæ sunt, fieri est verisimile. Cũ igitur cerebrum ipsum magnitudinem insignem habeat,multasq; neruorum propagines,phlegmonen ipsius aliàs ab alijs earum primum exordiri par est: qua vero parte membrum affectum G fuerit,ea & neruorum propagines affectæ musculos,quibus inserunt,mouere non possunt. Cum igitur maxillam inferiorem musculi quidem alij aperiant,alij vero claudant: cum in aperientium musculorum neruis affectio fuerit,difficulter aperiunt: vbi vero in claudentium, non facile claudunt. At,cum fieri possit,vt soli ipsi musculi interdum absque neruorum principio sint affecti,ꝙ phrenitis prædicta symptomata subsequatur,necesse nõ est. Neq; enim, quod ipsum maxime adduxit,vt affectum esse musculorum principium suspicaretur(est autem hoc,locorum quæ in faucibus sunt,gracilitas)inter necessaria censetur: fieri siquidem potest, vt faucium musculi inflãmatione laborantes strangulationis efficiant symptoma,nequeant tamen videri, etiam si plurimum quis os aperuerit. Si igitur absque horum inflammatione prædicta fiant symptomata,inspiciendum est,an solorum musculorum maxillam inferiorem mouentium propria quędam sit affectio: nam,si neq; hi,neque qui in gutture existũt, aliquatenus affecti fuerint, ratione optima offensum esse neruorum principium quis pronunciauerit. Quòd si ob principium neruorum oborta sint huiusmodi symptomata,grauissimam esse talem affectionem rationabile est,vt & conuulsio subsecuta sit: nempe eas musculorum,quæ ob principium fiunt tensiones,conuulsionem sequi didicimus. Non feci autem in eo,quem percurri, sermone mentionem eorum, qui anginam ex colli H vertebris in anteriorem partem luxatis perferunt,tum ꝙ raro contingat affectio,tum quòd gutturis musculi tunc quoq; simul inflammari mihi videantur.

12 *In Phreniticis,in principio clementer habere,sed crebro permutari,Malum id est : Mala quoq; & sputatio.*

Nihil,qđ phrenitidi peculiare sit,sermo hic habet: nempe & in cæteris affectionibus, si permutetur clemẽtia,vires vinci à morbo significatur. Adiecit aũt/in principio/quia nec forsan aliàs fore põt: nempe in principio permutationes assiduas videmus,nõ aũt cum morbi protracti fuerint. Cõtinguntq; hæc ex rõne in his affectionibus,quæ ex copia vel qualitate fiunt prauorũ humorũ in aliã aliàs partem,interdum quidem in principem,interdum vero in non principẽ, transmigrãtium. Quæ igitur in principes partes transfluxiones fiunt,clementiam corrumpunt: quæ vero in non principes,quo maxime tempore medicis ad infestantium vel copia vel qualitate humorum vacuationes procedendum sit,ostendunt: quod sanè morborum oĩum,vt dixi, cõe existit. Cæterum sputatio,& propter os vẽtris ex humiditate imbecillum,& ꝑꝑ cerebrum humiditatibus refertũ,oritur: ex quibus non nihil & in os cõfluit,lachrimę tenui,q̃ ex inflãmatis oculis manat,simile.

Nunc

A Nunc ergo, q͞ phreniticis sputationem fieri ait, cerebri male affecti id est repleti, signum existit.

13 *Phreniticis Alba deiectio malum, Vt Archecrati: an & in his Veternus fiat? Rigor in his pessimus.* [illegible]

Quòd albæ deiectiones & ob ciborũ colorẽ fiant, liquido constat: videmus siquidem eos, qui lac solum ingesserunt, vel panem purum vel chondrum, vel lupinos, vel tale quippiam, deiectionem habere albam, si his comparentur, qui lenticulam ederunt, vel brassicas, vel decoctum leporinum sanguinem, vel ius nigrum eorum, quæ cum multa conficiunt sapa. At certe ijs, qui alba ingesserunt edulia, flauæ bilis quiddam adueniens deiectionem colorat, ita vt ingestis pallidior efficiat. Cum igit medicum quempiam audieris dicẽtem albas esse morbo regio deiectiones, q͞ ad naturales eas comparet conferatq́; quod'q; ad collationem harum sermo ipsi sit, oportet. Atque, quo modo plerique alij medici deiectiones in morbo regio albas fieri dixerunt, ita & nunc in phreniticis dixit: quasi eas prorsus flaua carere bile dixerit. Fit autem id, cum ea non amplius in ventrẽ cõfluat, sed vnà cum sanguine, qui in vniuersum corpus distribuitur, sursum fertur: idq́; vel propter adstrictionem quandam eius, qui bilem ad ventrem defert, canalis, veluti in morbo regio laborantibus vsu euenit: vel propter vehementem ardorẽ, qui in superioribus iocinoris partibus existens B sanguinem vnà cum bile sursum rapit. Priore igit modo emergente in totum corpus bile, cerebrũ læditur, iam & antea bile ipsa affectum: posteriore modo bilis distributio non solum causa noxia, verum quoque & caliditatis multæ, quæ in ipso esse demonstrat, signum erit. Oratio aũt hæc /vt Archecrati/ operi quidem non admodum conuenit, vt retuli, sed commentarium magis decet, & potissimum qñ scriptor se ipsum admonere voluerit. Inter ea, quæ consequenter dicta sunt, oratio hæc /an & in his veternus fiat? videt mihi adscripta esse, perinde atq; Archecrates ita affectus fuerit: sed non congrue quidem, qm̃ non perpetuo dici debere in his segnitiẽ ignauiamq́; demonstrant tum experientia tum ratio. Nempe ignauia ex frigidis crassisq; & glutinosis & oĩno moueri contumacibus humoribus, & non ex calidis tenuibusq́; & acribus, cuiusmodi est flaua bilis, fieri consueuit, nisi ęger morti ita propinquus fuerit, vt ob extinctionem virtutis iã conquiescat: Nẽpe desidia huiusmodi non propter humorem, sed propter virtutis extinctionem, facta est: fieri aũt nequit, vt, qui ita desides facti sint, seruentur: estq́; id symptoma cõe omnium ob immoderatã intemperiem morientium, & non proprium phreniticorum. Si igit veternus Archecrati factus sit, hac occasione factus est, atque prorsus obijt: nõ, q͞ alba deiecerit, veterno vel morte accita, sed propter morbi magnitudinem, cuius signum alba deiectio fuit. Rigorem vero ipsis contingere pessimum, non simpliciter est intelligendum: Nempe & interdum criticus rigor superapparet phreniticis, morbum sudoribus soluens: sed sane rigorem perniciosum dici eo tempore est existimandum, quo alba excernunt. Nempe in libris de iudicationibus, in morbo inconcocto iudicationem bonam fieri non posse est demonstratum: incõcoctus autẽ est, in quo vnà cum sanguine bilis sursum fertur, quocunque tempore id fiat: magisq́; cum tale quiddam ex igneæ caliditatis in cerebro collectæ immoderatione contingit.

14 *Mente ob melancholiam Aberrantibus, Tremores superuenientes, Maligni.*

Melancholicam ecstasin id est mentis motionem aberrationemq́;, intelligere oportet vehemẽtem & ferinam, quæ irrigante cerebrum assata flaua bile oritur: nempe & ex hoc commẽtario permutari eam in nigram didicimus. Cum igitur talem ob affectionem tremor fiat, vehementer exiccatos ostendit neruos: atq; ob id hominem lethaliter habere. Non recte ergo enunciauit, cũ dixit /cacoethes/ id est malignum: nam, quod summe perniciosum existit symptoma, aliã exigebat appellationem. Qui ergo ex atra bile mente aberrantem superueniente tremore certo moriturum affirmat, non fallitur. Κακοήθεις autem morbos id est malignos, appellamus, quicunque periculũ D minantes, spem salutis non adimunt. Melius igitur erat scriptam concursionem dici, vel perniciosam, vel mortiferam, vel quiddam huiusmodi.

15 *Mente Aberrantes acute superfebrientes cum sudore Phrenitici fiunt.*

Asymphonam & à consonantia alienam talem dicimus enunciationem: sed obscura huius intelligentia ideo fit, q͞ nomina inter se omnia tum coniungi tum separari possunt. Componuntur siquidem vno tali hæc modo /mente aberrantes acute/ deinde altero principio /superfebrientes acute. Rursus quoque & alia est orationis huius, cum sudore, compositio: quę aliquando quidem præcedenti, aliquando vero & sequenti, coordinatur. Potest enim, & ita dictio legi /superfebrientes cum sudore/ deinde altero principio/ phrenitici fiunt: potest etiam, & qui hæc scripsit, quòd cũ sudore phrenitici hi fiunt, enunciare. Constat itaque, quod semper dico, nihil obscuras enunciationes docere: siquidem nos, excogitata veritate, eam dictioni, quę rõnem admittere potest, accommodare oportet, aut temporis plurimum conterere nihilq́; addiscere. Quatenus enim singulis dictionibus ab authore acceptis veritas accommodanda nobis est, eatenus iuuamen quoddam a nobis dictioni accedit periclitanti, ne videatur vitiosa, cæterum nihil ab ea docemur. Quanquam vero hæc ita habeant, videaturq́; conspicua esse obscurorum inutilitas, non pauci tamen libentius in obscuris,

obſcuris,quàm manifeſtis,verſant̃ operibus. Nemo igit̃ expoſitionis prolixitatem mihi obijciat, ſed E irrationabile accuſet eorum deſiderium, qui libros hmõi ſtudioſe cupideq; legunt. Nempe,quod inuitus ad horum explanationes veniam,familiares mei oẽs nouerunt: & potiſſimũ qui me ad ea, quæ nunc ſcribunt,incitauerunt. Cum igit̃ librum hunc perperam omnes expoſuerint, aggreſſus ſum & ipſe expoſitionẽ,ab ijs perſuaſus,qui me impulerunt,à qua rurſus incipientes dicimus:

Si quidem ſimul coniunxerimus & /mente aberrantes/ & aduerbium/acute/ deinde ſilentio facto dicamus/ſuperfebrientes cum ſudore/& deinceps/phrenitici fiunt/talem faciemus expoſitionem. Sed primum quidem lectionum omnium cõe dubium conſideremus.Nam mente aberrantes acute dixit per exordia,quos in calce dictionis phreniticos fieri dixit: tanquã mente aberrãtes non iam phrenitici exiſtant.Diſtrahi ergo dictionem dicimus per verbum/ſuperfebrientes/quod oſtẽdit prius eos,qui mente aberrarunt acute,febrientes: poſtea deſinere: deinde rurſum ex reuerſione febrire cum ſudore: hos itaque phreniticos fieri ait: quòd phrenitici quidem fient ex vehementi ea,quæ ipſis ante facta eſt deſipientia,quam per orationem/mente aberrantes/indicauit,arbitratus: ex eo vero,quòd cum ſudore reuerſio fit,confirmans ſuſpicionem: quoniam tales febrium inuaſiones, ſiue ab initio,ſiue cum reuerſione fiant,plenitudinem ſignificare nobis conſtat.Quoniam igit̃, quæ ex ſuccis vel quantitate vel qualitate ſuperflua in corpore colliguntur,fluere in affectos locos cõſueuerunt: affectum aũt fuerat cerebrum,non.n.mente moti fuiſſent acute, ſi ſuperfebrierint,& præſertim cum ſudore: ratione ſanè optima phreniticos ita fore eſt ſperandum.Nota ſiquidẽ tota horum affectio ita euadet,quæ talis eſt.Copia bilioſorum acrium protinus ab initio ad cerebrũ fluente,mente moueri cuipiam contingit: quæ ſi rurſus aliam in partem transfluat, deſinit mentis motio: ſi vero hi ſuperfebrierint,cum ſudore in affectum locũ recurret bilioſorum copia, ita vt phrenitici fiant. Si vero aduerbium /acute/ nomini /ſuperfebriẽtes/ compoſuerimus,talis erit ſermo: Mente aberrantes,deinde deſinentes,& rurſum ſuperfebrientes acute cum ſudore,phrenitici fiũt. Sed prædictio tum hæc,tum antedicta,quod perpetuum ſit,non habet, ſed quod maxima ex parte fit,veluti & aliæ multæ. Verum ſi orationi huic /cum ſudore/ orationẽ hanc /phrenitici fiunt/ coniunxerimus,ſermo ſecundum alteram earum,quæ in capite enarrationis dictę ſunt,lectionum talis erit: ſecundum priorem quidem: Mente aberrantes acute,deinde ſuperfebrientes,phrenitici cum ſudore fiunt. ſecundũ vero alterã: Mente aberrantes, deinde acute ſuperfebriẽtes, phrenitici cum ſudore fiunt. Poteſt quidem,& qui hæc ſcripſit, talem ægrum vidiſſe, ſed,quod ſæpius prædictum ſit,non habebit. Multa vero & alia ex his,quæ in hoc libro ſcripta ſunt,non magna ex parte fiunt,authore quidem libri huius non nullos tales ægros contemplato, & non dum, ſiue quod G continuum eſt,habuerint,ſiue quod magna ex parte, cognoſcẽte. Nempe ex obſeruatione magis, non ex peculiari affectionum conditione,author has enunciationes velle facere eſt viſus.Qui aũt medicinalem ſpeculationem ita aceruat, is non centum,ſed mille annis,opus habet: atq; ob id paruam humilemq; eam plurimum adauxit Hippocrates,ijs,quæ & ex hiſtoria didicit, & ipſe inſpexit,logicam adijciens cenſuram. Ex multis igitur opus Hippocratis librum hunc non eſſe quis exiſtimauerit: multa ſiquidem loquitur empirice ipſum commentus,nec theoremata ad vniuerſale rationabiliter reducere valens.

[Margin: * Aliter,antea uiſum.]

16 *Phrenitici,Modico vtentes potu,ſtrepitum tentantes,Tremorem incurrunt.*

Non hi ψόφου καθαπτόμενοι id eſt ſtrepitum tentantes,ſed ὧν ὁ ψόφος καθάπτεται id eſt quos ſtrepitus tentat,dicere erat melius.Quod vero dicitur,verum exiſtit: nempe ob ſtrepitus tumultuantur,non ſecus quàm timidi,cum magnum aliquod tonitruum de repente audierint, vel feram aliquã propius conſpexerint. Prorſus item βραχυπόται id eſt pauci bibæ,ſunt phrenitici,quamquam affectionẽ habeant calidam & ſiccam,ita vt & linguam præ multa ſiccitate aſperam habeant: ſed docuit nos Hippocrates mentem his ægrotare in eo aphoriſmo,qui ita habet: ‖Quicunque parte aliqua corporis dolent,atque vt plurimum dolores non ſentiunt,his mens ægrotat. Præterea in tertio epidemiorum, vbi de peſtifero agit ſtatu, de phreniticis idem inquit: †Non [a] ‖valde autem hi ſitibũdi erant. Non autem phrenitici omnes tremorem incurrunt,ſed qui deterrime habent,vt dictum ẽt eſt ſupra. Sunt qui non βραχυπόται,ſed βραχυτόπαι id eſt [b] parum ſuſpicantes, ſcribant,intelligi volentes ὑποτοπουμένους id eſt ſuſpicantes [c] breuiſſime: aiuntq; rei huic fidem facere, quod dicit ψόφου καθαπτόμενοι,id ẽ ταραττόμενοι,id eſt turbati,[d] † propter breuiſſime ὑποτοπεῖσθαι id eſt ὑποτοπεύειν, quod ſuſpicari dicimus,

[Margin: 2ª. Aph. 6. Ext. ord. 11. g — H — † Valde aũt hi ſine ſiti erãt. — A 3. Epid. cõ. 3. t. 44. 3ª. 144. e — B * exigua — C * ea, quæ maxime exigua ſunt. — D † propterea quòd ea, quæ maxime exigua ſunt, ὑποτοπουνται. i. ὑποτοπεύουσιν hoc ẽ ſuſpicãtur.]

17 *Ex vomitu faſtidioſo Vox clangoſa,Oculiq; cõcretum puluiſculoſum habentes,Inſaniam oſtendunt: vt Hermozygi vxori,quæ vehementi inſania acute correpta, muta obijt.*

Si æſtiuo tempore per vehementiſſimum æſtum,via puluerulenta proficiſcentes quoſdã videris reſiccatis ita oculis,vt puluere pleni videant̃,eoſq; animo fueris cõplexus, quid præſens dictio indicare velit,intelliges: nempe id eorũ,quæ in ea dicuntur,maxime proprium exiſtit,cõe nimirũ & tabeſcentium, & vehementiſſima phrenitide laborantium: neque ei cognitu difficile,qui ex tabeſcentibus vnum aliquẽ etiam conſpexerit.Nempe tabeſcentibus colliquatum eſt id omne,quod

tum

A tum in facie tum in temporibus carnosum existit, factis vna & cauis admodum oculis. Phrenitici vero absq; his oculum habent ἐπίσχνουν, quasi dicas puluerulentum puluisculosumq;. Praeterea phreniticis, aspectus audax feroxq;: marcescentibus, timidus existit. Vomitus autem ἀσώδης id est fastidiosus, commune quidem symptoma talibus est phreniticis cum malignis quibusdã febribus, veluti & vox clangosa. Fit aũt huiusmodi vomitus ex humore tum bilioso, tũ mordenti: vox vero clangosa propter siccitatem voci asseruientium instrumentorum, vt in commentarijs de voce ostendimus. Cum igit̃ phreniticis haec obtigerint, μανιωδῶς delipiunt: quod idem cum σφοδρῶς id est vehementer, vult significare: fitq; tum propter humoris malignitatem, tũ propter immoderatam siccitatem: quo fit, vt & muti euadant.

18 *Si in ardente febre Aurium sonitus cum caligine fuerit, prouenerintq; in Naribus grauitas, Mente ex melancholia aberrant.*

Febris ardens tum ob alias causas, tum propter cerebri inflammationem aeque fit: nẽpe & huic succedit ex proprijs phrenitidos signis continua desipientia. Ex ea vero, quae in capite redundat, humiditate, spiritus flatuosus procreatur, quapropter & aurium tinnitus fiunt: pari modo caligo, B cum crassius quidam humor vel spiritus oculos inuadit. Naribus praeterea ingruens humoris copia sensum grauitatis in ipsis facit. Probabile est autem & non nunquam dictorum symptomatũ concursionem propter assiduam fieri febrem ex biliosa materia, quae per venas fert̃, inibiq; est condita: à qua flatuosi spiritus ad caput mittuntur, adq; aures & oculos, atque ad nares humoris copia. Quòd si flaua bilis quodammodo exusta siue in capite, siue in toto corpore fuerit, ad id, quod melancholicum magis est, vergit, atque hinc in cerebrum ipsum emittitur: ob idq; mente ex melancholia alienantur.

19 *Vacillationes mentis cum voce clangosa, Linguaeq; conuulsiones cũ tremore, & Voces ipsae obtremiscentes, Mentis indicant alienationem, duritiesq; his perniciosa.*

Quanquam ex phrenitide, quae calida & sicca est affectio, desipientia proficiscat̃: atq; ex ipsius siccitate, quae asperae arteriae communicata est, vox clangosa fiat, veluti & ex humiditatibus imbibitis rauca: non tñ propria phrenitidis existunt, nempe & alijs in morbis reperiunt̃, & non perpetuo simul phrenitidi insunt. Tremor igit̃ linguae accidit debilitata propter siccã praedictae affectionis intemperiem animali facultate: Conuulsiones vero siccitatem musculorum ipsius vna cũ capite affectorum consequuntur: Sicuti & vox obtremiscit propter infirmitatem, quae ab horũ contracta est intemperie. Praedicta autem haec omnia symptomata, quae ob siccitatis capitis intensionem fiunt, mentis motionem fieri indicant. Vniuersis autem his induratis perniciosum propter immoderatam eam, quae in cerebro facta est, siccitatem. * Locus suspectus.

20 *Linguae obtremiscentes signum Non constantis mentis.*

Dixi saepius linguas ob facultatis animalis imbecillitatem contremiscere, estq; signum non constantis mentis, quod ex phrenitide fiat: patiente siquidem cerebro, calidaq; existente affectione, quiescere non potest. Nempe, vt frigidi est tum stabilia, tum retarda, tum immobilia ea efficere, in quibus moram facit: sic calidi, mouere semper, & non sinere quiescere. Ostensurus igit̃ Hippocrates, qualis nam capitis affectio sit, non constantem mentem nominauit. Non est autem hic tremor linguae peculiare phrenitidis signum, sed per sympathiam compatientium alteri cuidam primum patienti, vel propter vicinitatem, vel propter societatem, quae in ea sunt, partium.

21 *In Biliosis syncerisq; deiectionibus Spumosa efflorescentia mala, tum alias, tum ei, qui lumbis ante doluerit, atq; D eiusmodi deiectiones intestina permearint.*

Quòd spuma tum propter frigiditatem tum propter caliditatem fiat, indicium faciunt tũ venti, in aquis ipsis spumam concitantes: tum efferuescẽs ea, quae in lebete est, caliditas. In biliosis igit̃ deiectionibus spumosa efflorescentia veluti flos superne incumbens, bilis huiusmodi feruorẽ nõ modicum ostendit. Sed lumbis ante dolent, propterea quòd bilis per intestina penetrans, acris sit & mordax: tali siquidem excremento per intestina deducto translatoq;, non lumbos modo, verum quoque & reliquas partes, dolores subsequuntur. * Suspecta dictio.

22 *Rari in his Laterum dolores Delirium significant.*

Comminute hoc pacto indistincteq; prolata de laterum doloribus oratio obscuritatem nõ vulgarem efficit. Nos vero, qui obscure ab eo dicta, perspicue docere omni ope affectamus, explanationem attingemus. Dolor rarus in lateribus prognit̃, cum spiritus quidam flatuosus in ipsis procreat̃: nempe is tum extenuatus tum discussus dolorẽ sedat: deinceps rursus procreatus alter, dolorem ipsum maugebit: quo modo si rarus fiat dolor, desipientiam non significat. Cum vero latus inflammatum fuerit, & interdum quidem cõtinue dolorem sentit aeger, interdum vero & per interuallum, mentem aegrotare indicat. Hoc itaq; non plane est signum desipientiae.

Aphoniae

23 *Aphoniæ cum ſingultu peßimæ.* E

Aphoniæ hoc eſt vocis priuationes fiunt quidẽ & propter voci aſſeruientium inſtrumẽtorum læſionem, & propter principiũ neruorũ affectũ. Singultus aũt eſt veluti conuulſiua quædam oris ventriculi affectio, quod ex humorum copia grauat, vel mordet, vel propter frigiditatem contriſtat. Quã ergo vocalium inſtrumentorum læſionem ſubſecutus eſt ſingultus? Relinquit itaq; aut copiã humiditatis, quæ aphoniam procreauit, in os ventris defluxiſſe, aut ꝙ acris ſit, aut frigida.

24 *Quæ cum exolutione fiunt Aphoniæ, peßimæ: Spiritusq; in aphonia, veluti his, qui ſtrangulantur, promptus, malus: an & tale Delirium portendat?*

Strangulant iure optimo, quoniam aeris copia non ſit: eſtq; ipſi conſuetudo, vt talem ſpiritum φαινόμενον id eſt apparentem, dicat. Videntur autem omnes, qui talem inſpirant inſpirationem, ſcapulas mouere totas, ita vt per veſtimenta motio conſpicue appareat: tanquam valide ipſi ſuperioribus thoracis partibus operent. Non igitur abſque ratione hoc in loco talem ſpiritum πρόχειρον id eſt promptum, appellauit, quem in ſecundo ‖epidemiorum dixit μετέωρον id eſt ſublimem: πρόχειρον quidem, quoniam προχείρως, id eſt tum ἑτοίμως tum ῥαδίως, id eſt prõpte faciliterq; his, F qui ægrum cernunt, videtur: quoniam & nos ipſi conſueuimus τοῖς ἀποκεκρυμμένοις id eſt abſcõditis, & μὴ φαινομένοις id eſt non apparentibus, τὸ πρόχειρον opponere: μετέωρον vero vocauit, quoniam, qui ita reſpirant, ſublimes thoracis partes mouere videntur. Poteſt ſanè reſpiratio huiuſmodi & propter reſpirationi delegatorum inſtrumentorum fieri anguſtiam, & ob affectũ neruorum principium: quod ſi læſum fuerit, magnam efficere reſpirationem recte ‖Hippocratem exiſtimare oſtendimus. Cum ergo poſſit & aphonia contingere tum ipſis vocalibus inſtrumentis læſis, tum ob affectum neruorum principium: pariterq; ſpiritus promptus: incertum erat, quã tum ad hæc, an futurum eſſet, vt deſiperent: atque ob eam rem ambigue protulit, an & tale deliriũ portendat? Quod vero malum ſignum ſit, non vt dubitans, ſed vt certo ſciens, pronunciauit. Si enim non perpeſſo neruorum principio, ſed oblæſis tum reſpirationi tum voci deputatis organis talis reſpiratio cum aphonia facta ſit, periculum non qualecunque adfert, cum, qui ita affecti ſint, celeriter ſtrangulentur.

1. Epid. ſect. 2ª.

Vidẽt eſſe duo aphoriſmi, prior. Aphoniæ cũ exolutione peſſimæ. poſterior. In aphonia ſpiritꝰ ueluti his, qui &c. Ac poſteriorẽ tñ vr̃ explanare Galenus.

25 *Quæ pauco tempore feroces fiunt Deſipientiæ, Ferinum ſunt.*

Non ſolum, ſi pauco tempore fiunt feroces deſipientiæ, ferinę ſunt, forſan dixerit quiſpiã, orationem vitio vertens, exiſtimans eas deſipientias, q̃ multo tpe feroces ſunt, magis eſſe ferinas, q̃ illæ, q̃ pauco tpe ſunt. Sed neq;, vt has cognoſcamus, opus habemus: eas vero, q̃ pauco tpe fiunt feroces, deinde deſinunt, ſuſpectas haberi admonet, ipſisq;, tanq̃ non redituris, haud fidendũ eſſe. Nã, q̃ in calidis febribus fiunt deſipientiæ, ferocitatẽ non habent: ſed phreniticis appellatis deſipientijs id ineſt. Talis igit potentia ſermo erit: Cũ videris quępiã cũ ferocitate deſipientẽ, etſi paulo poſt ſedet, cognoſce mentẽ eius non febris rõne læſam eſſe, ſed quia phrenitica ſubalit affectio, q̃ poſt adaucta, ferina tibi videbit. Ferinas aũt deſipientias appellat, in quibus ægri calcitrãt, pedibus feriũt, mordicus impetunt, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur, tanquam hoſtes, exiſtimantes. G

26 *Quæ cum refrigeratione, non ſine febre, ſuperioribus ſudanti partibus, fiunt implacíditates inquietationesq;, Phreniticæ exiſtunt, vt Ariſtagoræ: præterea & pernicioſæ.*

Non nulla quidem, vt & antea dixi, incipientium morborum indicia certa ſunt: alia autem magna quidem ex parte ſunt, ſed certis propè accedentia: alia vero, etſi non propè quidem accedant, non tñ iam longe recedunt: alia præterea ambigua: & alia his iam inferiora. De quibus cũ ſcribit, interdum ſeſe addubitare confitet: interdum quoq; & nominatim mẽtionem ægrorũ facit, in quibus tale fieri conſpexit: ſicut & nũc oĩa, quæ percurrit ſymptomata, aliarum quoq; ſunt febrium: phrenitim certe & ex ipſis fieri eſt poſſibile, & potiſſimum propter partiũ ſuperiorum ſudores. Quod aũt tales affectiones, ſiue phrenitim inferant ſiue non, pernicioſæ ſint, his conſtat, qui non incurioſe hucuſq; dicta intellexerunt, atq; eorum meminere, quæ in prognoſtico recenſentur. H

27 *Frequentes in phreniticis Permutationes Conuulſionem indicant.*

Supra quidem clementiam in ijs, qui circa morbi initia permutantur, non bonum ſignum eſſe dixit: nunc vero, de quorum agat permutationibus, explanare propoſuit. Poſſunt ſiquidem & ſymptomata viribus contraria inuicem tranſmigrare, vt in ſequentibus ipſe dixit: Summæ corporis partes ſi celeriter in vtranque conditionem tranſeant, malum: ſitisq; huiuſmodi mala. Nempe in vtranque conditionem intelligere oportet, in ſummis quidem corporis partibus, vt vehementer calefiant, deinde rurſum refrigeſcant valide: in ſiti vero, vt vehemens ſit, & poſt paulo prorſus reſtinguatur. Non idem autem cum hoc eſt clementiam cito tranſmutari: nempe in illo ex bono ad prauum eſt tranſitus, & rurſus ex illo ad naturalem habitum fit regreſſus: in nunc vero propoſita dictione ex prauis ſymptomatis ad praua oſtenditur permutatio. Permutationes

autem

A autem huiusmodi ex migrantibus fiunt humoribus: nempe firmatos stabilitosq; vna in parte species vna symptomatis tum naturæ partis, tum humoris virtuti peculiaris, cõsequit. Atqui, ꝙ phrenitis in ipsis perduret, ex eo firmatum in capite eum, qui affectionẽ parit, humorem quis fuerit suspicatus. Vere igitur in cerebro ipso transfluxio est, aliàs in alia quapiam ipsius parte orta, speciem quidem affectionis seruans, sed pro parte affecta symptomata ipsa permutans. Et sane libri huius author nunc de huiusmodi permutationibus agit, vt. s. vel floccos euellentes vel festucas colligentes in quiete multa, post paulo exiliant vel ẽt quippiam violentius agant, deinde rursus conquiescant: aut externum quippiam, quod præsens non sit, incusent: quomodo & expelli iubent tubicinas tybicinasq;, quanquã ex his adsit nemo. Vt. n. floccos euellere & festucas colligere sensus videndi est offendiculum, ita hoc audiendi. Fit quoque & in olfactu symptoma non dissimile, cum scilicet graueolentes quosdam odores, qui non adsunt, inculpant. Sũt, qui incumbens quippiam sustolli iubent, tanꝗ graue admodum vel calfaciens vel mordens vel refrigerans portent, sensu tactus in huiusmodi symptomatis oblęso. Quòd igitur libri huius author pmutationes symptomatum permanente phrenitide culpet, consentaneum est. Vidimus siquidem sæpenumero tales dementias perpetuo quidem delirante adhuc ægro, sed modis secundum vniuersa functionum ani-
B malium genera variante. Quo autem modo in sensitiuis percurri, ita in ratione, mente, memoria, & cogitatione, permutationes phreniticis fieri videmus, ita vt nunc excandescant, nunc lætent desipientes ipsi, vel studiosa quadam detineant cogitatione. Nempe & Rhetorẽ, cum deliperet, meditantem audiui: Grammaticumq;, librũ legere putantẽ bacchylidion vel sapphicõ: aliũ Arithmeticũ vel Geometrã theoremata suæ artis narrantẽ. Si igit hæc grauiter casteq; proferẽtes, post paulo turpia obscœnaq; commemorent, quod in ‖epidemijs αἰσχρομυθεῖν id est turpia loqui, vocauit, permutatio hæc non ex vitiosis ad clementia, sed ex prauis ad praua est. Quo pacto audacissimi interdum tempore aliquo visi desipientes, post paulo timidi & perterriti videntur. Talia siquidem circa ipsos videntur symptomata, ita vt interdum ne horrendissima quidem timeant, interdum vero & minimis perterrefiant. Talium permutationum exemplum scripsisse mihi videtur & in sequenti dictione, cum inquit, Mictus in non admonitis perniciosi. Imaginare itaque mihi ęgrum aliquem dictas permutationes omnes habuisse & circa vrinas, & circa alia, quibus memoria in nõ nullis offenditur: imaginator item & in sensibilibus repræsentationibus vicissim offensas fieri, pari modo & in intellectualibus: in tali, causa quidem in cerebro existit, sed aliàs alium ipsius locum infestat, quod transfluit. Demonstrauimus autem trãsfluxiones huiusmodi fieri, vnaquaque par-
C tium suscipientium in alteram à sese, quod superuacuum est, expellente. Si igitur aliàs ex alia cerebri parte in aliam defluens, qui cõtristat humor, ab omnibus reijciatur, vt enatis ab ipso neruis aliquando obrepens cõuulsionem inferat, est verisimile: ‖nempe affectionem hanc à repletione & inanitione fieri dixit Hippocrates.

5. Epid. cõ. 3. t. 82. 3ª. 150. g

6ª. Aph. 39. Ex. ord. 50. f

28 *Vrinæ excretio in Non admonitis Perniciosa. Excernatur'ne & his, tanquam subsidentiam returbaueris?*

De phreniticis, quod dicitur, intellige. Comparat siquidem author meientes ex præsentium admonitione, cum ijs, qui absque illa meiunt: qui sanè neque matellam petunt, sed citra ordinem rationemq; vrinam in lectum effundunt. Quòd igitur longe hi deterius habeant, quàm qui nullo pacto, nisi admoniti, vrinam excernunt, liquere arbitror: in his enim seruatur naturalium intellectus functionum vna, cum vrinam in lectum excernere auersentur: in illis aũt perijt & ea. Quod autem in calce orationis adiacet, vbi inquit, excernatur'ne & his, tanꝗ subsidentiam returbaueris? ob id adiecisse arbitror, ꝙ talem vrinæ speciem in vno vel duobus ita meientium cõspexerit. Cũ igit ex rei natura fieri non possit, vt indicatiue vniuersaliter hoc pronunciet, neq; præter hoc probabile quippiam experimento ipso habuerit, propterea ꝙ res ipsa raro visa sit, iure cõiunctionem
D dubitandi ἆρα. i. ne, adiecit. Audebimus itaq; nos vniuersaliter pronunciare, vt antea in alijs fecimus, ꝙ copiæ crudorum humorum, qui vel coquuntur, vel in flatum versi sint, talis vrinæ species symptoma sit, & non phrenitidis: verùm & hoc phreniticis aliqñ fieri potest & non fieri, veluti et symptoma aliud quoddam eorum, quæ phrenitidi neq; propria neque contraria existunt.

29 *Palpitantes per totum an Voce destituti Moriantur?*

Constat, ꝙ & hîc palpitantem aliquem viderit, vel toto corpore vel quauis parte, non etenim liquet vtrum dicat oratio hæc, per totum: deinde ægrum proxime mortem voce priuatum videns, neq; empirice neq; logice, ꝙ vocis priuatio palpitationem de necessitate sequatur, reperire valẽs, ob id quærens & addubitans sermoni coniunctionem, an, adiecit. Nos sanè rursum & in præsentia pronunciabimus palpitationem, quatenus demonstratum est, flatuosum ob spiritum fieri, congesto. s. ob frigiditatem flatuoso spiritu. Cum igitur corpus totum palpitauerit, fieri potest, vt, qui ita affectus sit, propter frigiditatem voce destitutus pereat, non amplius musculis, qui guttur mouent, aut ijs, qui in eos proruunt, neruis suo fungi munere queũtibus. Quare, vt hi per totum corpus palpitantem motum habeant, intelligere est melius: neq; enim, vt cuiuis parti, voci asseruientes partes compatiantur, experientia demonstrauit, neq; rationi est consentaneum.

30 *Si in Phreniticis cum perfrigeratione sit Sputatio, Nigra reuomuntur.* E

Qm̃ nihil aliud suspicari liceat per vocem πτυαλίζειν significari, quam sæpius πτύειν id est spuere, vel os ipsum assidue sputo plenum esse, ob id tum ego, tum cæteri oẽs, qui librum exposuerunt, ita intelleximus. Adde, ꝙ & os ipsum vomituris sputo tenui plenum esse videatur propter tunicæ communitatem, quæ vna est, ori toti interno continua faucibusq; & stomacho & vẽtriculo. Hinc fit, vt labrum inferius interdum concutiatur, ventris ore ad vomitum excitato: nempe labij concussio tunicam eam, quæ ab ore in ventrem extendiť, tum morderi, tum vellicari, tum concuti ostẽdit. In his igitur, qui suam affectionem recensere possunt, καρδιωγμός.i. cordis seu stomachi morsus, futuri vomitus signum exiguum non est: dolent præterea & hi capite, & atra quædã ante oculos obuersantur: quo fit, vt in prognostico dictum sit, || Si quis per febrem nõ lethalem ait se capite dolere, & atrum quippiam ante oculos cernere, stomachi quoque morsus huic aduenerit, biliosus aderit vomitus. In phreniticis vero, qm̃ affectionem sermone aperire nequeunt, solis ijs, quę cernimus, prænotionem adstruimus. Cernimus aũt in phreniticis tenue substantia sputum maxime idoneum, vt vomitum indicet: non.n. aliàs in phrenitide, quæ siccus morbus est, in qua & sæpius lingua siccissima est, superfluere in ore ipso videretur tenuis humiditas: perfrigeratio autem huic adueniens, vomendi humoris qualitatem ostendit. Quòd ergo ob sputationẽ vomitus fiet, quodq; ob perfrigerationem nigra reuomentur, licet prænoscere. F

in Prog.cõ.3.t. 30.4ª.210.c

31 *Surditas, Vrinæq; absque residentia prærubræ, & sublime petentia, Mentis aberrationem portẽdunt: quibus Morbus regius malo est, mala quoq; & ex morbo regio fatuitas: hos Voce quidem priuari, sed sentientes contingit: Venterq;, arbitror, his perrumpit: Vt Hermippo factum est, & obijt.*

Dixi antea, ꝙ, in quibus morbis neq; obseruationem in multis ægris habebat, neq; certam naturæ rei indicationẽ, in his consueuit homines nominatim perstringere, in quibus symptomata conspexit: aut, de his vbilibet enarrationem fecit, peruestigare adhuc & addubitare sese fateť, quatenus veritatem habeat. Videtur igitur, & nunc quæ in præsenti recensentur dictione, symptomata in quodam conspexisse Hermippo, qui & mente aberrarat, & morbo regio fuerat correptus cũ surditate, & vrinis prærubris non subsidentibus. Surditas aũt vnum est ex signis, quæ cerebrum affectum indicant. || Prærubræ vero vrinæ à subrubentibus, quas in prognostico diuturnitatis nõ periculi signa esse pronunciauit, discrepant. Quas vero alias intelligat quis prærubras, quàm quæ à cunctis vocantur cruentæ, quales in nephriticis multis excernuntur? quas si indicare voluerit, proportionabile quippiam significant ei, quod antea est dictum, Ventris valde rubens proluuies. Quo igitur modo ventris valde rubram proluuiem affecto iecinore fieri diximus, ita prærubram vrinam ex renibus suo perperam fungentibus munere effici affirmamus. In vrina vero subsidentiæ priuatio, cum qua crassiora quædam tota vrinarum substantia sublime petentia appareãt, perturbationem in venis esse demonstrant, vnà cum caliditate præter naturam nõ pauco aceruato flatuoso spiritu. Vt igitur in dictis symptomatum conuentionibus delirare ægrum contingens est, sic & non necessarium: nempe signorum permistio non omnium eiusdem generis exiſtit. Surditas etenim, caput affectũ indicat: prærubræ vrinæ, renes: priuatio subsidentiæ, & sublime petẽtia, primum quidem & per se, crudorum humorum in venis perturbationem significant: per accidẽs vero & ad delipientiæ generationem conferunt. Quod aũt postea scriptum est, morbũ regiũ his malo esse, verum quidem est: sed, ꝙ signorum diuersi generis concursiones facere in talibus disciplinis non oporteat, supra est demonstratum. Præterea, ꝙ ex morbo regio mala sit fatuitas, dictum est antea, cum, vbi in phreniticis dixisset, Deiectio alba malum, subintulit, An & ex his veternus fiat? Nempe sermonem in alias transfert voces, pro alba quidem deiectione, quæ ictericorum peculiare symptoma est, affectionem ipsam commemorans: pro veterno vero μώρωσιν id est fatuitatem. Hos igitur, inquit, voce quidem priuari, sed sentientes contingit. Qui aũt in acutis morbis ἄφωνοι.i. sine voce, fiunt, quidam horum non sentiunt, propter principij affectionem vtrisq; ipsos sequentibus symptomatis: alij duntaxat voce priuanť: atque horum quidam læsis quoque & alijs omnibus, quæ ex arbitrio sunt, functionibus, alij sola voce oblæsa. Si igiť tum vocis tum functionum aliarum oblæsio fiat, principij neruorum affectio est: si vero solius vocis, solorum voci asseruientium organorum. Sed in prædicta concursione, cum iam prope mortem vẽtum sit, aphoniæ consequitur symptoma. Quod item in orationis calce diciť / venterq;, arbitror, his perrumpit, vt Hermippo factum est, & obijt / ita authorem dixisse probabile est, qm̃ neq; sæpius symptoma hoc præsentem concursionem sequi viderit, neque ratione inueniri potuerit. G H

In Prog. cõ.2.t. 27.4ª.200.c

32 *Surditas in Acutis & Turbulentis succedens Mala.*

Fit surditas & ob humorem quendam in auditorijs meatibus impactũ infarctumq;, nihil, quod malignum sit, habens. Fit quoque & interdum emortua audiendi facultate: quam in acutis turbulentisq; morbis contingere cernimus: quam nunc pronunciauit malum esse symptoma, neq; adiecit coniunctionẽ, an, neq; nomen ipsum ægroti, qm̃ certo de tali symptomate pronunciare licet.

Tremulæ,

33 A *Tremulæ, obscuræ, & contrectabiles Desipientiæ, Valde phreniticæ: Vt Didymarcho in Co.*

Fit & talis quædam desipientiæ species non raro, vt æger quietus iaceat, neq; solum non tumultuose exclamet exiliatq;, vt antea, sed neque prorsus loquatur, neq; figuram decubitus permutet: sæpiusq;, qui ita affecti sunt, familiaribus præbent opinionem, quod mox sint, si quod fiat silentium, dormituri. Clausis itaq; fenestris conquiescunt custodes, tempusq; in his interdum longum conterunt, dormire ægrum, quod neq; loquatur neque moueatur, arbitrati, ægro ipso non dormiente, & manus quiete mouente, non secus, quàm qui per leuem contrectationem aliquid vel tangere vel inuenire volunt. Deinde his ita se habentibus quidam clausis palpebris hæc agunt: & si quis accedens cum eis colloquatur, quidam neq; prorsus oculos aperiunt: alij, posteaquam aperuerunt, aut paulo post clauserunt, aut immotos obseruant. Alij neq; si quis eos inclamauerit, vel stimulauerit, palpebras aperiũt. De phreniticis hmõi Hippocrates ĩ tertio epidemiorũ, ita scripsit: "Nullus vero phreniticorũ vehemẽter ĩsaniuit, veluti alijs vsu venit: sed alia quadã veternosa cataphora capite grauati peribant." 3. Epid. [illegible] Cæterũ hos ipsos in præsenti dictione phreniticos ἀτατεῖς. i. obscuros, nominauit, perinde atq; multis cognitu difficiles dixisset, neq; idiotis solũ, verũ quoq; & medicis. Nem- B pe solos illos opinantur esse phreniticos, qui exclament, vel exiliant, Hippocrate mente (quã phrenas græce vocant) oblæsos ita appellante, tametsi in quadã cataphora perpetuo fuerint. Desipiẽtia igĩ vna cũ comate statim ab initio aliqñ simul inuadit: nẽpe in libro de comate apud Hippocratem, ad idem vtrasque appellationes tum cataphoræ tum comatis referre ipsum demonstrauimus. Atqui tales phrenitides quietis obscuritatẽ non habent: sed obscura, vt dictũ nunc est, phrenitidis species ex procedente tempore efficitur: omnesq;, quos ita affectos viderim, languidum durumq; & angustum & exiguum habuerunt pulsum ita, vt quies fieri ipsis, fatigata virtute conijciat, qui. s. validius moueri nequeant. Quidam horum, vt manus quiete pacateq; mouent, sic & breuissime loquuntur: id quod multos latet, solisq; illis patescit, qui propiores facti sese in eos inclinauerunt: sunt autem, qui aurem prope faciem ipsorum deponere tentant, vt manifeste audiãt. Præterea manuum motio his exigua & tremula existens multos ẽt latet, solis his, qui diligenter inspiciunt, conspicua. Hoc igitur arguit virtutem horum languere, atq; hecticam quandam esse affectionem phrenitidis, veluti febrium earum, quas ob id hecticas appellamus. Sed de his dictũ est in commentarijs de differentijs febrium, atque in libris de morbis curandis, præterea & in libro de marasmo, solidas animalis partes prehendisse tales febres, non ex putredinoso humore fieri indicã- C tes. Phrenitide igitur ipsa ex bilioso succo generationem habente, cum is in cerebrum decubuerit, principio quidem qualitate ipsius non dum toti cerebri corpori permista tumultuosæ fiunt desipientiæ: procedente vero tempore simile quippiam contrahitur lanis, quæ a tinctoribus appellatis tincturam accipiunt: nempe & hæ vix eluibiles redduntur, non secus, quàm quæ proprium ab initio colorem habent. Talis igĩ cerebri veluti tinctura desipientiam hecticam habet: atque ob id affectio horum, vt febrium hecticarum, praua est: quas quidem, cum incipiunt constitui, vix solui: exquisite vero constitutas absolutasq; solui non amplius posse, demonstrauimus. Recte igitur pronunciatum est tales desipientias phreniticas esse. Dictionem hanc, veluti & alias quasdã medicorum, prætercurrentes expositores, in sophisticis quæstionibus cunctanĩ: voco aũt, vt scitis, sophistica, quæ nihil ad melius sanandum conferunt. Talia autem non pauca & in expositionibus reperiuntur: quorum non nulla ab eo, quod sanationi commodat, recesserunt magis, alia vero minus: quo modo profecto & causam peruestigare, ob quam in calce præsentis dictionis adiecit, vt Didymarcho in Co, Nempe in eo, qui præcedit, sermone, quod author nominatim ægros in illis adscribat dictionibus, in quibus non audet rei, de qua agit, vnum quippiam, quod commune sit, vniuersaliter pronunciare, est demonstratum. Nunc aũt verum dicere videtur de omnibus ita haben- D tibus vniuersaliter pronuncians, non tanquam dubius, sed tanquam valde persuasus. Adiecit aũt sermoni, valde phreniticæ, quanquam simpliciter phreniticæ dicere potuisset. Videtur aũt mihi testimonium sermoni adscripsisse ægroti nomen, quod multos non idiotarum modo, verum ẽt & medicorum, in talibus falli contingat. Immo & de quodã aliqñ quis mihi quæstionem mouit ita desipiente, neq; hunc perniciose habere neq; prorsus phreniticum esse existimans: & forsan huic, qui prorrheticũ hoc scripsit, talis q̃piã dubitatio cũ aliquo facta ẽ, ideoq; nominatim ægrũ memorauit.

34 *Ex rigore Desidiæ non Valde apud sese existunt.*

Haud scio, cur libri huius author orationibus in multis aliena vtaĩ dictione: qui interdum ab affectibus ad affectos homines pertranseat, interdũ vero & ab affectis ipsis ad affectus. Præfatus igĩ & nunc, ex rigore desidiæ, subintulit, non valde apud se existunt, cum dicere potuisset. Ex rigore desides non sibi admodum constant. Quod ergo inquit, tale est: Cum rigorem consequetur desidia ignauitasq;, hi non admodum incolumi mente existunt: nempe corpus vehementer refrigeratum ex eo, quod contingit, ostenditur. Constat autem, quod totius corporis intemperaturas magnas consequitur mentis læsio, affecto non secus, quàm totum corpus, cerebro.

35 *Circa Vmbilicum Dolores Palpitantes, quod mentis permutationem ostendat, quippiam habent: Circa indicationem*

tionem vero his ſpiritus ſatis cum vehementi cupiditate penetrat. Suræ quoque dolores in his, mentis aberrationem indicant. E

Quidam non ſolum ἅλις id eſt ſatis, quod ἀθρόον id eſt ſimul totum vniuerſimq́ʒ ſignificat, ſcribunt, verũ quoqʒ & συχνὸν id eſt multũ, verbo ἅλις adijciunt: alij γόνῳ per γ ſcribunt, & non per τ τόνῳ, adijciuntq́ʒ γόνῳ, ἔικελον id eſt ſimile, totã dictionem talẽ facientes, γόνῳ ἔικελον διέρχεται, id eſt genituræ ſimilis penetrat: alij pro πνεῦμα id eſt ſpiritus, φλέγμα id eſt pituita, ſcribunt. Palpitationẽ ergo flatuoſo à ſpiritu proficiſci demonſtrauimus. Ideo ſecundũ ſeptũ tranſuerſum collectus lædit non nihil & mentẽ, propterea ꝙ neruoſis partibus principiũ cõpati aſſueuit: cum vero aliã quandã earum, quæ inibi ſunt, partiũ occupauerit, mens quidẽ incolumis manet, ſed iudicatorie his pituſta multa μετὰ τόνου, id eſt μετὰ προθυμίας ἰσχυρᾶς.i.cũ vehemẽti cupiditate, qualis in teneſmis fieri ſolet, deorſum agiť. Tales tenſiones euenire conſueuerunt ex craſſis lentisq́ʒ humoribus vix ad internas inteſtinorum ſedes commeantibus. In exẽplaribus quibuſdã non eſt ſcriptũ per τ τόνῳ διέρχεται τὸ κενούμενον, ſed per γ γόνῳ ἔικελον id eſt genituræ ſimile: ſi vero vel ſubſtãtia, vel colore, vel vtroqʒ, velit genituræ ſimile eſſe, quod vacuať, non conſtat nobis. Qui aũt à Praxagora vitreus appellatur humor, ꝙ vitro fuſo ſimilis ſit, eiuſmodi eſt, vt maximos tenſiuos inferat dolores, cũ per inteſtinorũ meat tunicas: eſt aũt tẽperatura oĩum, qui in corpore generanť, humorũ frigidiſſimus. F Quòd aũt ex craſſioribus humoribus ſpiritus flatuoſus oriať, id ẽt antea audiuiſti, cũ de palpitatione ageremus. Non tñ, qui ſuram infeſtant dolores, deſipientiam in ipſis indicãt. Vnde fit, vt, qui dictioni opem præſtant, ſubaudiri velint, καταπαυσάμενοι id eſt abſqʒ rõne de repente occultati: citantq́ʒ ſcriptũ in tertio epidemiorum ægrũ, qui in Dealcis horto iacebat, in quo præfatus Hippocrates, ‖ꝙ genibus & tibijs doluerit, ſedatis ipſis conſecutã ait deſipiẽtiam. Sed dixi antea expoſitiones faciendas non eſſe per taliũ ægrorũ citationem: oĩa ſiquidem omniũ ſigna hac ratione eruńt. Præterea, ſuræ dolores mentis perturbationẽ indicaturos, ꝙ ſeſe occultauerint, cum in oratione non ſit appoſitũ eiuſmodi ceſſaſſe dolores, abſurdiſſimam habet enarrationem. Nam hoc pacto liceret quicquid vellemus, in contrarium trahere, vt, ſi & capitis dolorẽ ſcriptum alicubi inuenerimus, non qui exiſtit, ſed qui placatus ſit, audire oporteat: tuſſim item, & ſpirandi difficultatem, aurium ẽt ſtrepitum, atqʒ quodcunque aliud.

‖ 3. Epid. cõ. 1. t. 25. 26. 3[a]. 134. b

GALENI IN PRIMVM PRORRHETICI HIPPOCRATIS G

COMMENTARIVS SECVNDVS

I quippiam in Vrina ſublime petierit occultato coxæ dolore, Delirium portendit: & quæ circa aurium ſonitus talia exiſtunt. 1

Multa quidem in libro toto carent perſpicuitate: ſed, quẽ ſenſum habeãt, deinceps videamus. Si occultato (vt interpretes dicunt) coxarũ dolore quippiã in vrina ſublime petierit, nos ſecurius certiusq́ʒ de futura deſipientia pronunciabimus. Non tñ verum eſt, quod dicunt, ſi tanq̃ vniuerſale proferatur: nempe Enæorema.i.quod ſublime petit, optimũ eſt tũ album, tum læue, tum æquale. Non eſt igiť ſimpliciter dicendum futuram eſſe deſipientiam, ſi quippiã in vrina ſublime petierit, occultato coxarum dolore, ſed ſi enęorema prauũ fuerit. Neque hoc ſatisfacit, ſed ſi aliquod licet & vnũ delirij ſignũ ſimul cũ dictis apparuerit. Nã fieri põt, vt, ſi delapſus in coxã humor recurrerit, pars quædam alia capite inferior, eo recepto ipſa quidẽ afficiať, * caput vero lædi inhibeat, ſi coxæ dolor apparere deſierit, atqʒ enæorema comparuerit, capite nihil patiente: H †qm̃ eſt vrina inculpata, quæ enæorema non habet.} Sola quidem vna eſt inculpata, quæ colore quidem ſubluteo mediocriter fuerit, & ſubſtantia moderata, quæ.ſ.tum craſſæ tũ tenuis vrinæ medium obtinet. Ego ſanè, quæ in libro indiſtincte prolata ſunt, atqʒ ob id legẽtes offenſura, perpetuo diſtinguo: nam, quæ indiſtincta eſt expoſitoribus doctrina, nouitios ea lædit magis, quã iuuat. Virtutem ſiquidem expoſitionis exiſtimant eſſe, ſi ſcripta omni ope omniq́ʒ pacto, etiam ſi conſpicue falſa fuerint, defendant. Quod vbi in manifeſtis conſpicuisq́ʒ ſtudioſe faciant, multo vtique magis in obſcuris abſconditisq́ʒ nihil ipſis curæ eſt veritatis. Quod in calce dictionis dictum eſt /& quæ circa aurium ſonitus talia exiſtunt/ bene per ſe ſcriptum fuiſſet ſine vrinarũ conſideratione, vt ſermo particularis eſſet, quem paulo ante vniuerſalem dixi: nempe dolores coxæ, ſi, qui eos fecit, humor recurrerit, poſſunt aliquando deſipientiam inferre, ſi ad caput humor peruenerit. Aſcenſus igitur humoris ad caput, ſignum erunt ea, q̃ in eo apparent ſymptomata: quo è numero habentur & ſonitus. Scribunt autem non nulli /& quæ in veſica talia/ aiunt ſiquidem orationẽ hanc oſtendere non ſolum conſideranda eſſe vrinarum enæoremata, tanquam delirij ſignum, verum quoqʒ & ſi aliud quippiam tale videať ex his, quæ ex veſica excernuntur, tanquam citra hoc affirmare, quod ſcriptor enunciare hoc pacto voluerit, nequeuntes.

†Verba hęc nõ ſunt in cod. antiq̃q̃ ĩ nõ nullis in margine, vt gloſſema, poſita ſunt.

Multoq;

2 A *Multoq; magis, si Vrina in sublime elata sit, & Quæcunque alia in ea fiunt desipientiæ signa.*

Rursus & in præsentia memoria tenere tyrones ipsos oportet, nullum in vrinis esse signum, quod delirium portendat. Nempe hæ partium hepatis renumq; & vesicæ affectionem indicant, vasorumq; sanguinem continentium, & virtutis succos generantis tum robur tũ imbecillitatem. Affectionum vero cerebri alia sunt tum symptomata tum signa, de quibus antea audiuisti.

5 *Quibus Aluus liquida, lassitudo, capitis dolor, sitis, vigiliæ, obscuritas, & impotentia fuerit, vt hi Mente moueantur, spes est.*

Liquida aluus (ita aũt appelletur, in qua liquida deijciantur) & lassitudinis sensus, qui scilicet ægro fit, morbosa quidẽ sunt symptomata: sed delirium non portẽdunt, si, quæ ante dicta sunt, memoria non exciderint: vbi, quonam pacto singulorum morborum signa, atq; alia omnia, quæ in ægri corpore appareant, cognoscere oporteat, percurrimus. Quædam.n. sunt, vt morborum singulorum differentiæ inter se separentur: alia vero, vt singularũ affectionũ mores cognoscantur, vel futura cognoscat iudicatio, qualis nam futura sit, & qñ. De singulis porro tum symptomatis tum B signis ita docendum esse ostẽdimus, quo Hippocrates in prognostico fecit, singulorum vires per se edocens, aut cum pluribus eiusdem generis: quo modo libri huius author capite dolentes commemorauit vigilesq; & obscuros. Nam, si ἀσαφεῖς id est obscuros, dici intellexerimus eos, qui obscure loquuntur, vel propter vocem explanantium organorum offensam, quam ex neruorum vitio contraxerunt, vel propter mentis læsionẽ, tria eiusdem generis erunt signa. †Dolor siquidẽ capitis, fere locum affectum demõstrabit: Vigilia vero, quæ in diuersis cerebri affectionibus fiunt, vigiliam somnumq;, & vigilias comaq;, cognoscenti ostendet. De asaphia (quam obscuritatẽ diximus) quo sensu intelligentibus delirium portendat, nuper egi. Hæc igitur vel genere, vel specie, vel quouis modo quis appellare voluerit, inter phrenitica connumerant signa. At, qm̃ phreniticam affectionem maxime siccam cernimus, quæcũq; siccitatis symptomata in vicinis capiti instrumentis, aut quancunq; cũ eo habeant societatẽ, existunt, ea quoq; & futurã desipientiã coindicant. Quo signorũ in genere in præsentis dictiõis morbo dictum est, Sitis. Lassitudo autem, ꝙ multis modis fiat, vt in commentarijs de tuenda valetudine demonstratum est, nihil aliud nobis manifesti indicat. Quum.n. lassitudo, quæ vlcerosum sensum habet, ob mordaces acresq; humores fiat: quæ tensiuum, ob copiam: quæ phlegmonosum, ob vtrunq;: Si sanẽ ea vel vlcerosa vel phlegmo C nosa fuerit, ad spem desipientiæ generandæ quippiam conferet: si tensiua, nihil. Sic & Aluus liquida, bile quidem flaua syncera exeunte, vel & ex colliquamentis, de generatione phreniticæ affectionis quippiam coindicabit: magisq; si spumosæ fuerint deiectiones. Cum vero non adiecta sit in dictione, exeuntium qualitas, sed dicta simpliciter aluus liquida, nihil ad morbi huius prænotionem ex ea adsumere valebimus. Nempe, vt antea dictum est, †ex proprijs affectionis signis, quæcunque generis, in quo affectio est, indicatoria existunt, ea quippiam indicabunt. Primum siquidẽ non affectionis ipsius indicatoria talia existunt, sed generis, in quo affectio continetur, quæ calida & sicca est. Quoniam vero vnumquodq; genus speciebus familiare sit, ad precognitionem specierum conferet, si signorum generis propriorum quædam apparuerint. Verbum aũt /impotẽtia/ in dictorum signorum cõcursione adiectum nihil prorsus ad affectionis delirij præcognitionem affert auxilij, sicuti neque ad magnitudinis ipsius cognitionem. Nempe inquiens /vt hi mẽte moueantur, spes est/ delirij quidem affectionem fore ostendit, non tñ hanc vel paruam vel magnam. Vnde igitur magnitudinem ipsius accepit? neq;.n. æruginosus neq; niger vomitus factus videt, non vrina, non deiectio talis, sicuti neq; alia, quę ἐκστάσεως id est commotionis mentis, signa prius recensuit. Non igitur dictam nuper syndromen in phrenitim finituram speramus & periculosam D phrenitim, propterea ꝙ verbum /impotentia/ adiecit: talem autem sequi phrenitim, ὡς ἐκστῆναι id est vt mente moueat, neq; ipse sperabis, neq; alteri prædicere audebis. Talis siquidem fieri qñq; potest: Sed prænotio non ex his, quæ rarenter contingunt, signis fit, sed ex his, quæ continua sunt, vel maxima ex parte veritatem habent. Volumus siquidẽ in prædictionibus ipsis perpetuo, si fieri possit, voti compotes esse: ita, vt, si quis octies animi sententia frustret, bis vero ei succedat ex voto, is ꝙ idiota, abiectior, & contemptibilior sit. Potest siquidem idiota de ægris pronuncians semper, quod euenit, [a] † si sæpius assequatur, quod velit, vera loqui vel falsa.

† Dolor quidẽ capitis eius locũ affectum ostẽdens: vigilia vero somni somnia, et, qui cognoscit in diuersis cerebri affectionibus expergiscentiã somnumq; & vigilias comaq; facit. De etc.

† post propria affectionis signa.

A *† clarius. si assequat, quod velit, sæpius vera loqui, quam falsa.*

4 *Siqui Sudantes & præsertim capite in acutis paulum implacidi fuerint, Malum: tum aliàs, tum ex Vrinis nigris: Turbidus quoque & in his spiritus, Malus.*

Perniciosa quidem & absq; alijs est nigra vrina, verũ, si & illa adiecta fuerint, præcognitionem valde augebũt. Sed, qd' nã indicet θολερὸν πνεῦμα .i. turbidus spiritus, inter obscura collocare oportet: & potissimũ, ꝙ neq; in prognostico, neq; in aphorismis, neq; in legitimo alio libro, spiritũ turbidum dixerit, quo pacto vrinã. Sed quæ nam vrina sit turbida, non nos modo ex ijs, qui turbidas aquas perpetuo dicũt, ĩtelligimus, verũ quoq; & Hippocrates ipse docuit, cum inquit, [b] Tanquam subsidentiam returbaueris. assimilat quoq; & eã [c] ‖ subiugaliũ vrinis: nõ tñ, quid per spiritum turbidum

B Supra 167. c. t. 28. [illegible]

C [illegible]

bidum intelligere oporteat, liquet: qm̄ nullus dicat, vt aquam turbidã, ita & aerem turbidum: nisi E quis vapore plenum intellexerit, quomodo expositores quidam huius orationis intellexerunt. Quo etenim pacto sudorem in syncopis foras effundi conspicimus, ita effluuium humiditatum in ijs, qui intus diuaporantur, ægris internum fieri dicunt: atq; ob id per expirationem vaporem effundi perquàm multum, idq; turbidum spiritum esse. Si vero, vt nõ nulli, primam syllabã nõ per ο θολερὸν sed per α θαλερὸν scripseris, non amplius, qualis nam sit spiritus θαλερὸς cõiectura est colligẽdum. Faciem enim θαλερὰν forsan quis intellexit, veluti bene habitã & bene coloratã: sed, quid nã significet spiritus θαλερὸς, nosse non est, nisi vehementer magnum indicare voluerit. Nominum siquidem alienus vsus, causam præbet ijs, qui volunt, quoquo pacto euenerit, intelligendi. Proinde quidam per ο scriptum θολερὸν graueolẽtem intellexerunt, vt alij raucum: alij rursus turbatum, vt difficultatem spirandi ab eo significari velint, veluti, ac si ita dixisset: Spirandi quoq; difficultas in his mala. Neq; tamen libri huius author posse simpliciter spirandi difficultatem indicare videtur, sed vnam quandam eius differentiã: siue enim per α θαλερὸν, siue per ο θολερὸν scriptum sit, videtur ea appellatione speciem vnam difficultatis spirandi, non simpliciter difficultatem spirandi omnem, indicare voluisse.

5 *Quæ præter vacuationis vasorum rationem contingunt Impotentiæ, non existente vasorum vacuatione, Malæ.* F

Quod dicit, neq; obscurum est, neq; ipsius causa inuentu est difficilis: nempe, quod dicitur, tale est: Inualidos imbecillosq; in operationibus, sicuti plurimum vacuatos, in periculo esse existima, si nulla in ipsis facta fuerit insignis vacuatio. Nã, si virtus sine vlla manifesta vacuatione imbecilla fuerit, grauantem ostendit copiam, vel vnius principiorũ intemperiem. Cum vero tria sint, vt didicisti, principia cerebrum quidem functionũ earũ, quæ ex voluntate oriunt, cor vitaliũ appellatarum, iecur vero earum, quæ alimoniæ inseruiũt, quas & naturales vocãt: naturalis virtutis vitalisq; imbecillitas deterrima est, & cito hominem tollit: nempe & vnà cũ ea, quæ à cerebro est, cõfestim exoluit: quæ si afficiat, non protinus cor ipsum læditur. Sed de huiusmodi cunctis in multis nostris lucubrationibus didicisti.

6 *Si intercepta Aluus, parua, nigra, & in spiras circunducta, ad necessitatem laxauerit, & per Nares eruptio fiat, Malum.*

Σπυράθους vocant caprarũ deiectiones: sunt aũt hæ siccæ, atq; id, quod excernitur, propria circũscriptione rotundum circũductumq; existit. Cum igitur quis hoc pacto sicca & circũducta deiecerit, σπυραθώδη id est in spyras voluta appellant: fiuntq; talia & q̃ plusculo tẽpore retineãtur, & propter copiam igneæ caliditatis. Si igitur preterq̃, q̃ talia existãt, nigra quoq; fuerint, flagrantem ardentemq; circa mediũ corporis affectionẽ esse declarant: atq; ob id mala existũt. Sermoni adiectũ est / & per nares eruptio fiat, malũ / veluti in alijs multis dictionibus scribente, quod multorum cõmune est, tanq̃ proprium, authore: q̃ sermone vno vniuersali doctrinã comprehẽdere nõ possit. Est autem cõmune in ipsis tale: Bilis vacuationẽ multam tanq̃ quassationem vehementẽ, atq; multis in morbis cõmode factam, non sustinent præsiccati, neq; rigorem, neq; alui excretionẽ, neq; sudores, neq; parotidas insignes, vel † quãpiam materiam aliam. Ita enim eos, qui ĩ epidemijs facti sunt, abscessus incusamus, vel minores (vt dixi) tanq̃ nihil iuuantes: vel maiores, tanq̃ sustineri nequeant. Sanguinis itaq; eruptiones hoc modo non ferũt, qui ante sunt arefacti. Talis autem est prædicta affectio, cum ne vni quidem per morbi initia, in spiras circunducta exeant excrementa: neq; ea simpliciter, sed cum medici diligentia & operatione vel per clysterem vel per glandulã: nempe hæc oratio πρὸς ἀνάγκην id est ad necessitatem, tale quippiam ostendit.

† quẽpiã decubitum alium.

7 *Quibus Lumborum dolor diu perseuerans cum æstu fastidioso fit, si sudẽt, Malum: an et his Tremor fit, et vox vt in rigore?* H

Rursus concursio dictorũ symptomatũ autoptica est. i. ex proprio constat intuitu, non logica est. atq; ob id ipse quoq; de hoc addubitãs inquit / an & his tremor fit? Malã vero ait cõcursionem de ea re nõ dubitans, q̃ lumborũ dolor vnà cũ æstu fastidioso diutius maneat: sudor aũt his adueniens certiorẽ efficit præcognitionẽ. Siue nanq; sudorẽ exiguũ toto fieri corpore ab ἐπιδρώσεως nomine significari intellexerimus, signũ bonũ nõ est, cũ ab eo, & si nõ lumborũ dolorẽ, certe fastidiosum æstũ, solui oportebat: Siue sudores eos, qui circa thoracẽ caputq; fiunt, intellexerimus, q̃ perpetuo hi mali sint, cõstat, virtutis imbecillitatẽ vel in his partibus copiã indicãtes. Ob hæc quidem oĩa prædicta signorum concursio mala est. Cũ vero multæ in lumbis sint partes, non liquet ex authoris verbis, quæ nã patiatur, in qua dolor diu perseueret, & æstus fastidiosus non desinat, sed signis alijs dijudicare conuenit. Si igitur renes fuerint perpessi, scis horum affectiones per vrinas cognoscẽdas esse: † si vero aliquis vel eorum, qui inibi sunt, vel dorsalis medullæ, musculorum passus fuerit, iam tibi & cum alio adiecto signo constat: nempe affecta dorsali medulla, sensus corporis erit in his partibus, quæ ex ea affecta enascuntur. Didicisti autem ex dissectione neruorum dorsalis medullę, & qui ab vnaquaq; vertebra enascantur nerui, & partes corporis, ad quas dispertiantur.

† si vero aliquis eorum, qui inibi sunt, musculorũ passus fuerit, uel dorsalis medulla, iam &c.

A tiantur. Si igitur signum aliquod patientis dorsalis medullæ tibi adfuerit, tum tremorem, tū aliam omnem neruorum affectionem, ferè expecta: quas inter vna existit, tremulæ vocis oblæsio. Nempe oratio hæc /vt in rigore/ vocem tremulam indicat.

8 *Summæ Corporis partes si celeriter in vtranq; conditionem permutentur, Malum: Sitis quoq; hmōi, Mala est.*

Quidam cum præscripta dictione præsentem annectunt: atq; ob id eam cum coniunctione, autem, hoc scribunt pacto: Summæ aūt corporis partes, si celeriter in vtranq; conditionem permutent, malum. Sed, quæ in ea dicunt, ab ante dicta concursione distinguuntur: quapropter & scriptor, qui cū illis ea scripsit, veluti & multa alia, inter se coniunxit, q̄q̄ nullam habeāt cōitatē. Nos igit horū expositionem seorsum moliri oportet. Nā, si ἄκρεα id est summæ corporis partes, facile in vtranq; permutent cōditionē, malum signum est. Summæ corporis partes pedes sunt, manus, aures, & nasus, quæ & in his, qui cum frigore fiunt, accessionum inuasionibus, primę omniū frigescunt. Quod aūt oratio hæc /in vtranq; conditionē/ caliditatem dicat & frigiditatē, liquido constat omnibus. Cum igit secundum naturā habemus, temperate habent summæ corporis partes, nulla repētina facta in his mutatione. Nā, tametsi q̄ maxime hyeme frigidæ, & æstate calidæ fuerint, paulatim tñ talē assequunt permutationem: non celerē quidē nec vsq; adeo validā, vt vel hyeme similiter glaciei refrigerent, vel æstate ijs, quæ ab igne multo calefacta sint, assimilent. In morbis autē summe malignis permutatio harum hora vna ad contraria efficit: interdū quidē vt, tanq̄ hyeme, perfrigescant, interdū vero, tanq̄ æstate, calescant. Id aūt contingit, cū propriam caliditatem nō habuerint, atq; à febrili calfiant: quæ à corporis medio incipiens, flammæq; similis corpus totū depascens, extrema concalfacit: quæ & cum transpirauerit, statim ea refrigescunt, extincta. s. naturali caliditate. Sitis quoq; hmōi (inquit) mala est: vbi verbum /huiusmodi/ q̄ eā dicat, quæ celeriter in contraria permutat, veluti de summis dictū est partibus, nemo ignorat. Permutatio aūt sitis ad cōtraria fit, cum paulo ante sitiens, confestim sine siti reddat: & rursum post paulo sitiens erit, nō desinente scilicet siticulosa affectione: fieri siquidē non pōt, vt æger paulo ante valenter exiccatus ita perfecte humectet, vt sine siti fiat. Quid nā ergo est, quod in ita affectis contingit? sanè, quod his, qui toto die totaq; nocte interdum nullo pacto secernunt vrinam. Prius siquidē neq; corporis affectiones mens ægri consecuta est, collectaq; vrina non dum valenter vesicā distendit: at, postea q̄ mens consecuta est, & vesica impleta, ob hæc ambo sensit affectionē æger. Quo igit modo id desipientiæ est signum, sic & quod in siti dictū est: cū ægri quidē sitiendi affectionē semper habeant,

C sed non sentiant, donec eorum anima sensu prædita magis reddat, & sitiendi affectio ad summum augeat. Summarum igit corporis partium ad contraria permutationē malū esse putādum, vtpote quæ caloris natiui imbecillitatem ostendat, & eius, qui præter naturā est, robur. Sitis vero permutationem, languorem quidem sensificæ facultatis, robur vero siticulosæ affectionis.

9 *Ex Composito modestoq; homine Ferox responsio, Mala.*

Sermone hoc generalior existit alius, qui non solum hunc continet, verum & alios quosdam non paucos. Omne siquidem, quod præter naturam propriam, malum, genus horum est atq; multorum aliorum sermonum. Cui enim proprie natura composita est, is non solum, cum incompositus desipit, perniciose affectionem habere demonstrat: verum quoq; & cum ferocitate respōdēs prope ad phrenitidem accessit. Cui vero vice versa responsio in feroci natura composita est, vt is vel in cataphoram vel lethargum venturus sit, spes est.

10 *Quibus Vox acuta est, his Hypochondria intro tracta sunt.*

Secundum naturam sanè dicendum erat, Quibus in morbis vox acuit, trahuntur his hypochōdria ad internam sedem. Sed nescio, quo modo oblectatur libri huius author ita enunciationibus alienis. Relicto igitur de hac re studio, ad eorum, quæ dicuntur, intelligentiā veniamus: quę neque ipsa vniuersalis est, vt aliæ multæ eorum, quæ in hoc libro dicuntur: vera tñ ita enuncietur, q̄ plerisq;, qui in morbis vocem mittunt acutam, ad internam sedem trahant hypochondria. Nēpe id, verbum εἰρύαται significat, neq; q̄ hypochōdrium ipsum propria quadam affectione intro accurrat, sed q̄ interna magis ipsum trahant. Nempe septū transuersum symptomatis eiusmodi causa est, cū vel inflammat vel arescit propter igneam caliditatem, vel à membrana costas succingente retrahitur: cum rursus & ea ipsa ob phlegmonen & ob siccitatem tēdatur. Suntq; ex medicis plerisq;, qui retractum hypochondrium inter ea, quæ simul cū phrenitide assident, scripserunt: nā plerique phrenitici ita affici videntur: sed præsens oratio retrahi hypochondria non dicit, sed ad interna trahi. Tu aūt, si verum prorsus loqui lubet, ex dimidio vtrunq; compones, dicesq; intro sursumq; trahi hypochondrium, neq; immerito id fieri propter obliquā septi transuersi positurā. Incipit enim ab ossis pectoris, quod στέρνον appellatur, termino: atq; hinc sensim oblique descendens, tū intro tū infra ad lumbos peruenit: ita vt plurimum quidem totius ipsius substantiæ profundis hypochondrijs subiaceat, supernū vero principiū altius sit. Ob hæc igitur ad internā supernamq; sedem trahi videtur. Quod si hæc inter se comparaueris, plus intro, quā sursum, transpositum esse

tibi videbitur. Relicta itaq; quæ præter naturam ob instrumentorum siccitatem phlegmonenq; E musculorum acuitur, voce, quū angina hæc affectio vocet, de ea, quæ alijs in morbis acuitur, voce pronunciauit, inquiens/his hypochondria intro trahuntur. Vocem itaq; acui ex vocalium instrumentorum angustia in commentarijs de voce demonstrauimus: atque ob id tum spadones, tū pueri, tum mulieres, vocem reddunt acutam: in febribus vero siccitas, horum angustiam efficit.

11 *Oculus hebescens, Prauus: & Concretus, & turbulentus, Malus.*

Oculus ἀμαυρούμενος id est hebescens, sicuti & ἀχλυώδης id est turbulentus, tum ipsi ægro, tum videntibus, fit manifestus: Ægro quidem, cum non amplius conspicue videt, quō antea, in hebescentibus conspectibus: quemadmodum in turbulentis, præter id, q̄ obtuse respicit, adhuc p quādā turbulentiā videre putat: vocant aūt ἀχλὺν, aeris θόλωσιν id est turbationem, quæ mediū tū nubis tū nebulæ habet crassamentū, ita vt, q̄ nebula quidē, magis concreuerit, q̄ nubes vero, minus: Fit aūt tale in oculis pathema & non paucis, qui febre carent, veluti & ἀμάυρωσις, quæ obscura imbecillaq; instrumentorū sensio existit sine turbulentiæ apparitione: iam vero et laborantibus multis: Est aūt ἀμάυρωσις, ἀχλυώδους ὄψεως id est turbulento aspectu, generalior: nēpe, cū in vtroque obscure cernatur, ægris quidē ipsis sensio veluti turbationis cuiusdā in turbulentis conspectibus F euenit: Extrinsecus vero videntibus, oculus hebescens nullam humidi præter naturā habere vī consistentiam: perijt aūt ex eo tum splendidum tum lucidum, quod in acute videntibus oculis inest. Hebescentes item mortuorum oculis similes existunt: multisq; morientium, atq; adhuc tñ viuentium, tales oculi videnī, veluti & his, quos extrema habet senectus: Turbulēti vero nō oībus, sed solis ijs quibus turbatum in pupilla vī humidum, quod sanitatis tpe tum lucidum tum candicans erat. Ex dictis itaq; affectiones oculorum vtrasque prauas esse manifesto liquet. Concretus vero oculus pp mouentiū oculos musculorū immobilitatē fit: Immobilitas aūt ea pp oīum ipsius musculorū vel resolutionē: vel æquā, & quæ in neutrā partē vergat, tēsionē, proficiscit: vel pp exactam mouentis musculos potentiæ imbecillitatē. Talis constitutio † ei, qua oculi intus agitatur, ex aduersum pugnat: nempe instabiles sunt, non secus, q̄ qui Equū appellatū habet, ita vt nunq̄ conquiescant: contra aūt, concreti nunq̄ mouentur. Si igit causas talis constitutionis oculorum intellexeris, constat & eas prauas esse. Scribunt aliqui in dictione /& concretum turbulentū malum/ turbulentiam quandam concreuisse in oculis volentes ex affectionis tū siccitate tū caliditate.

[illegible] ἔνδε [illegible] ὀφ- [illegible] i. ei, [illegible] oculi i gy- [illegible] uertuntur. ex Erotiano.

12 *Vox (Acuta) Clangosa, Mala est.* G

Non nulli quidem κλαγγώδης id est clāgosa, alij κλαυθμώδης id est querula plorabundaq;, scribunt. Quod autem clangosa vox fiat, cum siccitas vocificorum organorum intendit, est demonstratum. Plorabunda vero secundum eandem noscitur intensionem: sed difficilior, quàm clangosa, existit, quanto maiorem indicat affectionem.

13 *Dentium Stridor Perniciosus, quibus non est sanitatis tēpore assuetus: Suffocatio quoq; in his Valde mala est.*

Cum libri huius author memorare non consueuerit, quæ in prognostico scripta sunt, nunc tñ de || stridore dentium mentionem fecit: adiecitq; in calce, q̄ suffocatio in his valde mala sit. At, cum didiceris, quonam pacto stridor dentium procreetur, quonam item modo suffocatio, nihil in hac etiam dictione fusius recensere est necesse: nempe ex illis vniuersa ipse cognosces.

in Prog. cō. 1. t. 21. 4°. 194. a

14 *Faciei Color bonus, & Mœstitia multa, Malum.*

Quod sæpius fallat coloratior facies, putentq; hanc vel sanguinis per nares eruptionis iudicatoriæ, vel abscessuum post aures, significatoriā esse, ob id iure etiam, si cū multa tristitia fiat, malū esse signum scripsit. Fieri siquidem nequit, vt ægri ita bene colorentur, vt qui optime valēt, pro ea qui H dem, quæ in illis est, affectione: sed ob caliditatem multam impense rubros ipsos factos, & bene coloratis similes videri, relinquit. Quod aūt valde rubrū est, id ad melancholiam idoneum esse ait in epidemiorum secundo: cuius signū mœstitia existit: atq;, si multa ipsi adfuerit, multo magis. Cū itaque florida quidē apparuerit facies, æger aūt valde tristis fuerit, quædam in cerebro valde calida affectio esse videtur, quæ sanguinem exurit: eamq; ob causam bilem atram, vt demonstratum est, gignit. Sed forsan alienum non erit, vt quædam per totum librum sensu carētia simpliciter commemoraui, ita & nūc faciam, scribamq; ex enarrationibus sensu & intelligentia carentibus aliquā gratia exempli. Neque sane eum, qui primus de his dixit, sum admiratus: commune siquidem id omnium est vitium, vt, quomodo filios, ita & quæ ab illis excogitantur, diligant: nisi quis valde securus Æsopi fabulam perpetua in memoria habuerit, Quæ duas nos gestare manticas ait: anteriorē quidem vitiorum alienorum plenam, posteriorem nostrorum: atque ob id delicta aliorū videre nos, nostra vero non cernere: is etenim solus ad verorum cognitionem sese exercebit. Non igitur, vt dixi, eū, qui primus expositionem scripsit, demiror, sed eos, qui dicta prius inepte laudant: quō & nunc quidam laudibus extollit eorum explicationem, qui intelligendum esse aiunt faciei quidem bonum colorem, in ægrotantis ipsius colore: mœstitiam vero multam, in medico colorem

A lorem bonum præter naturam, vt signum malum, cernēte. Nam, si id docere voluisset prorrhetici author, ita dixisset: Faciei color bonus valde mœstum signum medico. aut, si non, ita, Faciei color bonus valde mœstum reddit medicum. neque ad hoc in calce postea adscripsisset, malum. Absurdum siquidem admodum atque ab omni intelligentia alienum, dicere, Faciei colorem bonum valde mœstum signum medico, malum. vel rursum hoc pacto: Faciei color bonus valde mœstum reddit medicum, & est signum malum. Nempe vel id, mœstum reddit medicum & signum est malum, vel malum esse colorem bonum, duntaxat dictum sat fuerit: sed, vt vtrunque simul dicatur, fieri nequit. Adde, ꝙ ēt coniunctio/et/apposita, clare indicat in ægroto hęc ambo cōtigisse, tum coloratam faciem, tum vehemētem tristitiam. Vt ergo quis prætermissa huius lectionis indicatione ad id, quod recensetur, veniat, falsus est eorum, qui ita exposuerunt, sermo. Non enim de necessitate color faciei bonus valde mœstum reddit medicum, sed interdum lętiorem, q̄ antea, reddit, cum scilicet faciei colorem bonum vel sanguinis eruptionis, vel abscessuū post aures iudicatoriorum signum esse sperauerit. Si itaq; dictione ipsa summe tum ambigua tum obscura existente talia quædam excogitarent, veniam hi à nobis mererentur: sed, qm̄ rem cōmodissimam clare distinguēs docet, qñ sane quidē bonū existat signū bene colorata facies, qñ vero non

B bonum, quis nam ipsis ignosceret? Sicuti & his, qui pręsentē sermonem de mutua īter se trāsmutatione boni faciei coloris & mœstitię esse dicunt. Existimant siquidem, cum hęc sibi inuicem succedunt, qñ scilicet colore bono desinente æger valde mœstus reddatur, rursusq; & mœstitiam illā subsequatur color bonus, difficile signum esse. ac si ambo simul esse nequeant, vel ipse de contrarijs antea non dixerit mutuam in sese transmutationē non bonū signum esse: inibi siquidem generatio alterius, tollit alterius essentiā, quo fit, vt simul esse nequeant: sed, ꝙ mœstitia simul cū colore bono consistat, non est impossibile. Si igit̄, quæ in vnaquaque oratione ab aliquibus ꝑperā dicta sunt, redarguamus, cōmentariorū prolixitatē nō pauci incusabunt: si vero nō reprehēsa ꝑtermittamus, iam postea erunt, qui auditā peregrinā expositionē, tanq̄ à me ꝑtermissam, vitio vertant, & maxime cum expositionis tū vitiū tum virtutē non dum discernere queant. Cū ergo fieri nō possit, vt incusationē deuitemus, qua vel superuacue sermonē protrahamus, vel vtile quippiā ꝑtermittamus, ad alterū diuertā, quod lecturis scriptas à me explanatiōes cōmodius fore credidi.

15 *Deiectiones in Spumosas Syncerasq; desinentes Exacerbant.*

Causam, cur, qui librū exposuerunt, vt multas dictiones alias, ita & hanc, perperā obaudierunt,

C non noui. Nēpe, cū ipse dixerit/desinentes, expositionem hi faciunt deiectionum spumosarū synceraruumq; : at idē non est, aut, cui talia deijciunt̄, exacerbandum morbū: aut, cui desinent deiectiones in talia. Prauæ igit̄ affectionis signa sunt spumosæ & synceræ, si memoria tenuerimus deiectiones ἀκράτους. i. synceras appellari, q̄ dūtaxat vnū, qui excernit̄, humorē cæteris impermistū habent: non est tn̄, vt talia excernentibus morbus exacerbet̄, necesse: cū fieri possit, vt cōquiescat paulatim cocta affectione, in qua talia excernebant̄. Qñ igit̄ necesse est, vt morbus exacerbetur? cum scilicet deiectiones præter id, ꝙ non cessent, in spumosas quoq; et syncerasq; permutabunt̄: nēpe hæ alijs, quæ ante excernebantur, deteriores, exacerbandum morbum indicant.

16 *Vrinarum in morbis Acutis ex refrigeratione Interceptiones Pessimæ.*

Morbi acuti ex calidiore materia ortum habent. Si ergo vrinarum retentio ex vesicæ refrigeratione fiat, malum: nempe ex tali intemperie, secretoriæ, quæ in vesica est, facultatis faciam imbecillitatem, vel sensus ob refrigeratum ipsius neruum priuationem, neruumq; ipsum quod cōtristat haudquaquam sentire, ostendit. Refrigeratio autem vesicæ fit discusso euaporatoq; ab eo, qui ꝑter naturam est, naturali vesicæ calore. Sed forsan quis obiecerit, quam ob causam, si febris totum

D occupauerit corpus, vesica refrigerata est? quæstionem sane diluit partis idoneitas & aptitudo: non enim omnia naturam eandem pariter sortita sunt.

17 *Perniciosa Sine signis leuantia Mortem indicant.*

Sine signis, inquit, vel excretionis, vel concoctionis: non aūt aliud docet, q̄ vniuersale illud in
" aphorismis ita scriptū: Quæ non ex rōne leuant, his fidendū non est: neq; valde formidanda ma 2. Aph. 27. Ex. ord. 16. b
" la, quæ præter rōnem eueniunt. Præsens siquidē dictio ab vniuersali recedens, eorū, quæ vniuersali subiecta sunt, quippiam edocet: de perniciosis siquidē duntaxat pronunciat, non de prauis oībus: neque. n. prorsus, quicquid prauum fuerit, mox idem & perniciosum existit. Demonstrauimus siquidem in prognostico malorum signorum differentias non paucas dictas esse, in quibus Hippocratem ipsum ex nominū propriorū adiectione magnitudinem horum indicare ostendimus. De prauis igit̄ simplr̄ & non perniciosis nosse id duntaxat satis est, non esse his fidendum, si absq; signis desierint: redibunt siquidem, sed non tollent hominem. Quæ vero eo prauitatis deuenerunt, vt & inter perniciosa censeant̄, ꝙ hæc quidem mediocriter prauis infida magis sint, nequeātq; secure & cum fiducia sine manifestis signis sedari, in libris de iudicationibus est latissime à me demonstratum. Nempe, vbi talia tractu temporis læsionem habitualē indissolubilemq; con

fecerint, reuertentur pro malitiæ suæ magnitudine, periculi magnitudinẽ afferentes. Nam causæ E aliquæ eorũ, quæ in corpore procreant, potentia virtuteq; tum virus rabidorũ canum, tum lethalia ea medicamẽta, repręsentant, quę & si in affecto loco nullũ protinus, quod notabile sit, pariant symptoma, post quatuor tñ vel sex menses vel longinquiorẽ temporis vsuram hominẽ perimũt. Scimus aũt non nullos & à Cane rabido morsos, qui postea tũ aquas formidauerunt, tum interierũt, à primo principio, in quo morsi fuerãt, post duos vel tres vel quatuor vel multo plures mẽses. Noui sane & quẽdam, qui exacto anno eũ incurrit affectũ, quem ὑδροφόβον. i. aquę timorẽ, vocant: de quo medicis oĩbus summa in solidis animalis partibus siccitas fieri videbat, atq; vna adaucta naturalis caliditas, in igneã conuersa. Affectionẽ hanc caninũ virus parit longo tempore, hoc est paulatim: atq; ob id immedicabilior existit, q partium solidarũ substantia in aliam transeat cõditionẽ: veluti in vitiliginibus, leucis appellatis, fieri consueuit, nempe & altius descendit hęc pręter naturã affectio. Cũ aũt hæc alterent quidem solida corpora, sed non dũ alterauerunt, simul vt vacuata sunt, solidorum quoque alteratio cessat: interdumq; die vno, interdũ vero citius ẽt, ad naturalẽ redeunt habitũ. Nẽpe, cũ affectio fit & nõ dum facta est, breuiter, separata efficiente ipsam causa, sedat: si vero completa ea fuerit, ẽt si vacuata fuerint, quæ affectionem procreauerint humida, nihil in sanationis rõne amplius existit. Simile. n. quippiã contingit, quẽadmodũ in lignis euenit, quæ proxime mollem ignem sunt apposita: calefiunt siquidẽ valde, sed non dum inuruntur: F quæ si prius ab igne separaueris, q inuri incipiant, celeriter contractam caliditatẽ, deponunt: si vero tñ in se exceperint, vt inuri incipiãt, etiam si ab igne tollant, nihilo minus inurunt. Quòd si lignũ humidum in ignem eundẽ conijciat, non protinus accendit, vt si vel stuppam, vel calamum siccũ, vel ellychniũ conieceris: &, si post paulo lignum hmõi sustuleris, breui post interuallo deponet eam, quã ab igne contraxerat, alterationem. Non est igit absurdum, vt talis in corpore paulatim progenitus sit humor, qualis est & rabientium canum, & medicamentorũ tractu temporis lõgiore corrumpẽtium, ita vt plerosq; medicos lateant: Qũo In eo, qui ob lassitudinem, vt videbat, moderatissime febrijt, qui post quartum diem vrinam secreuit substantia quidẽ tenuem, sed colore nigram, vt in vtroq; eam, quæ ex pauco atramento scriptorio aquæ multæ diluto consurgit, misturam repræsentaret: atq; modo alio, si non atramentum ipsum dilutum intellexerimus, certe eã, quæ à multis ἀσβόλην appellat, fuliginem. Visus est æger hic quarto die bene habere, ita vt sequẽtibus diebus lauaret: deinde die septimo vesperi, cum febrire cœpisset, tabefactus obijt. Docetur aũt in præsenti dictione id, quod optimis medicis opem affert, non vulgaribus: neque. n. perniciosorum morborum signa hi nouerunt. Adolescens præterea quidam excernebat cũ febre imbecilla rubidam proluuiem non paucam: G sæpiusq; die vno noctéq; cũ tepida febre: qui hinc mediocrius habere est visus, ita vt tertio die à febre immunis esse videretur. Ego itaq; vrinas ipsius, q̃ tum tenues tum albæ instar aquæ essent, conspiciens, iocinoris infirmitatem permanere conieci: præcepiq; vt occurrerent huic idoneis tum epithematis, tum esculentis, & rõne viuendi vniuersa. Deridens vero me medicus quidam à Thessalo edoctus, qui non solum ipse nunquam vrinas contemplatus erat, sed & contemplantes, fullones appellabat, prohibuit, ne homini præsidiũ ferret, sola post inanitionem refectione vtendum esse inquiens: sed morbus, septimo à principio die superueniens, patuit omnibus esse hepaticus. Talia igit omnia, quæ valde vtilia sunt, prætermittunt expositores, tempusq; interdum circa dictiunculas nullo pacto vtiles conterunt.

18 *In Acutis biliosis Albicantes, Spumosæ, & Pericholæ deiectiones, Malæ: Malæ quoque & Vrinæ huiusmodi: an & his Iecur Dolorosum?*

Quod sæpius iam & antea dictum est, dicam & nunc. Qui librũ hunc composuit, videtur quidem eiusdem cum magno Hippocrate esse artis: sed ipso longe est inferior: atque ob id quidam librum hunc, Draconis Hippocratis, alij Thessali, esse putauerũt. Duo siquidem magni Hippocratis filij fuisse perhibẽtur, Draco & Thessalus: quorum vtriusque rursus filius Hippocrates. H Siue igit ab horum altero, siue ab alio quodã, scriptus sit liber: siue, qui scripsit, prius, quàm græcis publicaret, obierit: peruestigare superuacuum videtur: nam, quæ de ipso dicta nunc sunt, sufficiũt. At legentes conquirere intelligentiam eorum, quæ dicuntur, studeãt, sitq; gemina inquisitio, id, quod ab ipso dicatur, tum ad librorum Hippocratis confessorum, tum ad rerum veritatem, referẽtibus nobis. Et nunc sane, quod proponitur, ita inuestigabimus: q author plerunq; symptomata implicet, quorum vniuscuiusque vires per se in prognostico didicimus. Nempe, || q deiectiones tum albicantes, tum spumosæ, malæ sint, dictum est in libro illo: Quòd præterea || minus periclitentur, quorum naturæ conuenit morbus, ex aphorismis constat: quare, quibus non conuenit, hi magis periclitantur. Biliosæ igitur deiectiones & biliosa vesicæ excrementa, cũ biliosis hominibus biliosis & morbis, familiaritatem habent & cognationem: non biliosa autem & albicantia his præter naturam sunt, atque ob id praua censentur. Spumosa vero deiectio naturis omnibus mala est. Quę si tantummodo in oratione dicantur, nulla oborietur quęstio: Verum, si adieceris /perichola/ maximam mouebis quæstionem: quo etenim pacto fieri potest, vt albicantia simul et biliosa deijciãtur? Vitiatam equidem & hanc dictionem, veluti & alias multas, existimo: nempe

In Prog. cõ. 2. t. 20. 4ª. 199. f 2ª. Aph. 34 Ex. ord. 17. c

commodius

A cõmodius fuit, vt in ea ſcriberetur/nõ perichola/vel omnino omiſſa fuiſſet hæc dictio/perichola. Si vero dictionẽ,tanq̃ vitio carentẽ exiſtimare cogimur,ẽ duobus alterũ vt ſit, oportet: Nam vel vno tempore albicantia,in altero perichola,deijci eſt putandum: vel, ſi tempore vno ſecerni vtraque quis aſſerere voluerit,albicantia quidem tum conſtantium tum durorum excrementorum colorem indicabunt: perichola vero, ea,quæ circa ipſa ſunt, bilem ſubſtantia tenuem habere. Conſueuerunt autem tales excretiones περίχρους id eſt circiter coloratas, appellare. Vrinæ autem permiſceri quidem hoc pacto non poſſunt, ſed in his alterum eorum, quæ dicta ſunt, vel alterum, intelligere eſt neceſſe: atque vtraque eſſe mala, & albicans, & pericholum. In vrinis autem pericholum, quod ſuperflue bilioſum eſt, de neceſſitate eſt intelligendum: neque enim fieri poteſt,vt, quomodo in deiectionibus perichola cum albicantibus fieri poſſe retuli, ita & in vrinis intelligatur. Quod aũt in calce dictionis ſcriptum eſt/an & his iecur doloroſum?/recte eſt dictum: nempe alijs doloroſum fit,& alijs non, propterea ꝙ hæc ob tum phlegmonen, tum obſtructionẽ, tum flammantem quandã affectionem, & per ventrẽ,& per veſicam excernantur. Sed de talibus omnibus vnà cum peculiaribus demonſtrationibus in noſtris tractationibus diximus: vt neque nunc ſingulis in dictionibus phyſicas audire demonſtrationes cõueniat,ſed ſolis his, quæ ex ipſis
B demonſtrata ſunt,vnumquẽque contentum eſſe oporteat.

19 *Si in Febribus Aphoniæ conuulſiuo modo in Motionem mentis tranſeant cum ſilentio, Pernicioſum.*

Quanq̃ vetera omnia exemplaria ita ſcripta ſint,librijq̃ interpretes oẽs hoc pacto recipiãt, quidam tamen ex ijs, qui tum heri, tum nudius tertius nati ſunt, in eam, quæ expoſitu ipſis facilis ſit, tranſcribunt dictionem. Ego vero eum, qui de expoſitione dubitans, vitiatam eſſe dictionem ſuſpicetur,& ad id,quod verum appareat,tranſcribat,non increpo: ſed,ꝙ expoſitionem faciat,vt ipſe tranſcribere eſt auſus,perinde atque ab initio ita ſcriptũ ſit,increpatione dignũ eſſe arbitror. Cũ vero plurimis in dictionibus fecerint id non nulli, malam ipſorum in omnibus adulterationem memorare longum eſſe puto. Quo autem modo & alia multa hoc toto libro ſcripta ſemel aut bis adnotaui,ita & hoc. Dicta igitur à me ſunt hæc propter eos,qui prorſus à præſenti oratione auferunt verba hæc duo,σιγῇ ὀλέθριον id eſt cum ſilentio pernicioſum. Ego autem ſenſum talem eſſe autumo: Si in febre aphoniæ,quæ conuulſiuo modo fiunt,deſinant in eam, quæ cum ſilentio ſit, ecſtaſim,pernicioſum: pernicioſum autem vel pathema vel ſymptoma ſubaudire oportet, libri authore ita ex conſuetudine enunciante. Nomen igitur σιγῇ id eſt cum ſilentio,in caſu dandi eſt in-
C telligendum: & cum verbo ἐξίςανται id eſt mente mouentur, conſtruendum ordinandumq́. In caſu autem dandi intellectum non amplius hoc ſignificat ſolum,ſi in mentis ſcilicet motionẽ tranſeant,cum ſilentio, valde malum: nam rurſus eum nomini/ſilentio/verbum/pernicioſum/ſubieciſſe conſtat: quod ſanè intelligendum pro latenter & obſcure vulgo. Cum ergo aphoniæ multis fiant modis,vt dictum eſt, nunc eam,quæ conuulſiuo modo fit,in eam, quæ cum ſilentio efficitur,ecſtaſim deſinere ait. Sed quorum nam conuulſiuum modum intelligemus? dixerit quis,voci aſſeruientium organorum, quæ, tum ꝙ reſoluta ſint,tum nullo pacto à voluntate moueantur, aphoniæ cauſa exiſtunt. Ab his ergo affectionibus conuulſiuã diſtinguens, inquit/ſi in febribus aphoniæ conuulſiuo modo. Non hæ igitur cum tumultu & clamore(non enim vociferari poſſunt,qui voce ſunt deſtituti) ſed cum ſilentio in ecſtaſim perueniunt: et nulla ſanè q̃ſtio eſt,quonã modo cum ſilentio mente moueantur, qui nullo pacto vocem emittere poſſint. Vnde igitur (inquiunt) mente aberrantes eos cognoſcimus? ridiculam admodum interrogantes interrogationẽ, ſolisq́ ijs interrogari dignam, qui nunq̃ ægros mente læſos conſpexerint. Nempe, & ſi non loquantur,ꝙ domeſticos conuenienter ipſi non videant: neque,cum interrogantur, affectionem dicant vel ſcripto vel nutibus: ꝙ item motus oſtendant à ratione alienos, exilientes, vel inordinate
D conuulſi: hæc deſipientiam ipſorum indicant: et,ſi valenter horum affectio excedat, iam non deſipientiam ſimpliciter,ſed ecſtaſim id eſt inſaniam,iure appellamus.

20 *Quibus ex Dolore Aphoniæ,hi difficulter Moriuntur.*

Verbum δυσθάνατοι.i.difficiles ad moriendũ,modo qui tardius moriunẽ,modo qui cũ dolore, ſignificat: quod optima ratione in præſenti oratione dicitur: & maxime, quia aphoniã huiuſmodi in antecedente dictione memorauit: nempe conuulſio doloris plena eſt affectio.

21 *Febres ex Hypochondriorum doloribus, Malignæ.*

Orationem hanc,ſiue libri huius author, ſiue alius ſcripſerit, non laudo: niſi etenim limitetur, bifariam falſa eſt,ꝙ & gemina indigeat limitatione. Cum ergo non paucæ in hypochondrijs ſitæ ſint partes,febres non ſunt ex oĩbus his malignæ: ſed ex ſepto tranſuerſo, ventriculo, & iocinore: ſcimus quoque & muſculos quoſdam, qui inibi iacent, ſi inflammentur, febrem accendere. Quinimo neque,vbi in iocinore,vel ventre,vel ſepto tranſuerſo, phlegmone oriatur, febris hæc continuo maligna eſt: ſed acuta forſan fuerit,quanq̃ ne hoc quidem perpetuo,non dum vero maligna.

ligna. Quod autem neq; acutam perpetuo fieri dicam, testatur experientia, & ratio demonstrat, ab E externis inflammationibus conspicuam reportans fidem. Nam, cum inflammationum magnitudinem perpetuo febris ex proportione sequatur, vt in hypochondrijs non perpetuo partem aliquam ex præcipuis valenter inflammari est necesse, sic neque febrem inferri acutam. Orationem igitur his dimitto, qui & falsè dictorum causas falsas, tanquam veras, pronunciant. Ego vero, vt retuli, neque veterum cuiquam patrocinari, neq; illis pertinaciter contradicere, proposui: sed, quæ vere tum fieri, tum apparere, in ægris vidi, ea ijs, qui medicam exercent artem, narrare.

Sitis, quæ non ex ratione in Acutis morbis soluitur, Mala est.

Est & hic sermo pars illius vniuersalis, qui omnia non ex ratione leuantia, primũ quidem suspecta esse ait: deinde & periculosa sæpius, cum & ea ipsa, quæ pręter rationẽ leuant symptomata, periculosa existant. Dictus aũt & alius quidam in aphorismis vniuersalis sermo, in quo & id, quod nunc dicitur, est pronunciatum: || Qui etenim parte aliqua corporis dolent, & magna ex parte dolorem non sentiunt, his mens ægrotat. Quod igitur in acutis morbis sitim præter rationem solui signũ malum sit, declarat abunde, quæ præter rationẽ fit, solutio: quod vero mentis læsio significetur, ex eo patet, quod æger manentem adhuc affectionem nõ sentit, quanquam affectio doloris expers nõ F sit. Quodnã autem παραλόγως id est præter rationẽ, indicet, tametsi sæpius plerisq; in locis dixerim, non perperam tñ & in pręsentia dicetur. Cum igitur neq; per vomitum, neq; per sudorem, neq; per deiectionem, neq; etiam per abscessum iudicatorium, solui sitim contingat: nõ quod affectio sedata fuerit, sed quod sensus hebetatus fuerit: id si fiat, signum bonum nõ est. Quod si & lingua sicca manente vrinisq; crudis existentibus sitis tollatur, certius adhuc malitiam affectionis dignoueris: atq; adhuc, si medicus nihil tum refrigerantium tum humectantium exterius adhibuerit: quãdoquidem talia in acutis morbis magis sitim non tollere, sed mitigare, nata sunt. Prorsus aũt in acutis morbis malum, si sitis perfecte tollatur. Atq; hæc, quę nuper dicta sunt, in exemplo eius, quę pręter naturam est, solutionis, memoria teneri velim, ne sępius eadem audire tibi opus sit.

Margin: 2ª. Aph. 6. Ext. ord. 11. g

23 *Sudor multus, si cum Febribus acutis fiat, Inutilis.*

Ad nomen/multus/ mentem potissimum conuerte: quoniam sæpius, qui in acutis morbis assiduè sudãt mediocriter, quanquam cunctentur quidem trahantq;, non tamen moriuntur. Si vero multus fuerit sudor, qui febrem non soluat, quod ægri virtus cito exoluetur, liquido ostendit. G

24 *Et Vrinæ coctæ, Malæ.*

In non paucis exemplaribus οὖρα πέπονα. i. vrinæ coctæ, scriptũ est: libriq; interpretes ita scriptum norũt: nisi quod Rufus vir Ephesius veteres scripturas obseruare conatus, hoc in loco Zeuxidem increpet, tum vetustissimum empiricum, tum qui in omnes Hippocratis libros commentaria scripsit, his vsus verbis: Zeuxis aũt (si vtiq; & ipsius meminisse oportet) cũ diu effugisset inscitiæ opinionẽ, hic aperuit: obuiam.n. vitio factus, in ipso immoratus est. Vult.n. vrinas coctas scriptas esse, vt purulentas & prauum continentes crassamentum, nequaquam quod hæ inter præsentissima numerarentur auxilia, conspicatus. Hæc Rufus non ingenerose aduersus Zeuxim scripsit, vitiatã quidem scripturam, qua οὖρα πέπονα. i. vrinæ coctæ, scribatur, asserens, atq; huic οὖρα ἐπίπονα. i. vrinæ, quæ cum labore excernuntur, præferens. Qui scripturam πέπονα recipiunt, hi nõ nulla quidem tum improbabilia tum memoratu indigna effutiunt: sed probabile quiddã, quod vulgus in errorem pellere possit, hoc est: videtur siquidem dicere Hippocrates, || Iudicatoriorum non iudicãtium alia lethalia, alia difficilem faciũt iudicationem. Ob eam causam, & coctas vrinas, vbi morbũ non soluunt, non bonum esse signum ait. Ignorant aũt hi iudicatoria quidẽ ab Hippocrate appellari tũ symptomata, tũ signa, quę iudicationẽ indicãt, vel ex sese ẽt faciunt: vt ẽ sanguinis eruptio, H per ventrem vacuatio, vrinarum copia, sudores, vomitus, menstrua, hæmorrhois, parotides, † collectiones, & quodcunque aliud: quorum alia coctionis signa existũt, de quibus in primo epidemiorum ait, || Coctiones celeritatem portendunt iudicationis, securamq; sanitatẽ. Quin & in prognostico de vrinis ipse scripsit, || Vrina optima est, si, quod subsidet, album fuerit læue & æquale per totum tempus, donec morbus iudicetur: securitatem.n. morbumq; breuem fore ostendit. Tibi aũt, qui in epidemiorum libris morborum enarrationem legeris, cõstat nullum ex ijs, qui mortem obierunt, coctas vrinas excreuisse. Cæterum te latere non debet exemplaribus in multis simpliciter scriptum esse/vrinæ etiamnum coctæ/non adiecto nomine/malę/nempe paulo post tum his tum deinceps dictis vrinis adiectum est nomen/malæ.

Margin: 2. Epid. sect. 1ª.

Margin: † clarius. & omnes alii decubitus: Ab his uero diuersa esse, q̃ coctionis &c.

Margin: 1. Epid. cõ. 2. t. 45. 3ª. 112. b

Margin: In Prog. cõ. 2. t. 26. 4ª. 200. b

25 *Rubra quoq; ex his Epanthismata si retinentur, ac Aeruginosa, Mala: atque Exigua paruaq;, velut stillæ, super apparentia.*

De vrinis iam dictis est sermo: sed claritatis gratia copulanda sunt hæc, vt tota dictio talis fiat: Vrinæ etiamnum coctæ, & rubra ex his epanthismata si retinentur, & æruginosa, mala. Oratio autem

A autem hæc/ex his/vult significare, ex vrinis, quæ cum labore excernuntur, & nõ ex coctis: nunquam enim ex coctis vrinis epanthismata colore rubida neque æruginosa superueniunt. Verbum/si retinentur/adiectum est talibus vrinis, vel quod ægre excernantur, vel quod prorsus detineantur, indicans. Sed forsan quis dixerit fieri non posse, vt, cuius nam coloris sint, cognoscatur, si retinent: verum, cum talia prius minxerint, & post retentionem excreta fuerint, vbi vel ægri vi expresserint, vel arte sua medici prouocauerint, atque vna cognitis tum colore tum retentione quisquis ita excerni dixerit, nequaquam mentietur. Ex eo autem, quod sermoni adiectum sit, atque exigua paruaque, velut stillæ, superapparentia/adhuc quoque coloris ipsorum notitia euidentior erit, & retentionis veritas. Volo aũt, vt memoriæ mandes, quæ de subrubentibus vrinis in prognostico dicta sint, his verbis: Vrina subrubens si fuerit, sedimentumque tum subrubrum tum læue, hæc priore quidem diuturnior, sed valde salubris. Subrubens igitur vrina, cuius meminit in prognostico, a prærubra, de qua nunc agit, valde distat. Nempe, quod prærubra ex incoctis sit, supra ostendit: subrubentem vero commendat quidem tanquam salubrem, sed diuturnioris temporis signum esse ait. Quod vero rubẽs vrina in medio tum prærubræ tum subrubentis constituta, medium tum laudis tum vituperij obtineat, palam est omnibus.

in Prog. cõ. 2. t. 27.

26 B *Vomitus quoque cum Varietate, Malum, tum aliàs, tum si mutuo sese propè consequantur.*

Permutauerit quis interpretationis absurditatem, qua libri author delectari videtur: erit autẽ sermo talis: Vomitus quoque cum varietate eorum, quæ vomũtur, malum signũ existit, tum aliàs, tum vbi, quæ vomuntur, propius, i. non multo post tempore, sese consequant. Atque propter adiectum illud,/cũ varietate/eorum, quæ vomuntur, mentionem fecit: neque enim omnium, quæ in prognostico dicũtur, videtur meminisse, nisi quis adijcere maluerit. Nempe in prognostico de vomitibus ita scriptum reperitur: Si vero, quod vomitur, porri colorem repræsentet, vel liuens, vel nigrum fuerit, quicunque horum fuerit color, malum esse est existimandum: quod si colores oẽs idem homo vomuerit, valde perniciosum existit. Clare quidem in prognostico dicta sunt hæc, varietatẽ eorum, quæ vomũtur, accusante Hippocrate, quod affectiones multas in ægri corpore, quæ prauæ sint, demonstret. At in præsenti dictione, vt modo dixi, adiectum est, redundantes præter naturam in corpore humores continenter vicissim euomi. Quod autem, qui continue vacuantur, deteriores ijs sunt, qui intermittunt, cuiuis patet. Plerique vero eorum, qui librum hunc exposuerunt, dictionem vnam ex omnibus conficiunt, quæ ante dicta sunt, ab hoc principio, Sudor multus, si cum febribus acutis fiat, malus. copulata esse omnia volentes ad vsque orationem hanc, Tum aliàs, tum si propius sese consequãtur. vt in ægro vno concursionem scriptorum in medio nuper dicti principij, & finis huiusce præsentis dictionis comprehensorum, existiment. Fierique potest, vt hoc sensu ab authore libri coniuncta fuerint prædicta hæc symptomata: nempe & ex dissimilibus genere concursiones interdum facere videtur.

in Prog. cõ. 2. t.

27 *Quæ in Iudicatorijs diebus cum Proiectu & inquietatione & absque Sudore Perfrictiones fiunt, Malæ existunt: atque ex his Superuenientes rigores Mali.*

Quod concursionem orõnis huius ex his aceruauerit, quæ seorsum ab Hippocrate dicta sunt, nemo ignorat: nẽpe quod ἀλυσμὸς, i. inquietatio, semper mala sit: pari mõ & perfrictiones tanquam consequẽtes, malæ sunt. Quod vero oĩa, quæ iudicatorijs diebus apparẽt, cæteris fideliora sint, ab ipso Hippocrate didicimus: hoc aũt in loco/inquietationi/perperã adiacet/absque sudore/, nẽpe inquietatio cũ sudore nõ mala esse videbitur: aũt, si est, nihilominus, imo mala magis. Non solum aũt superuacue oratio hæc/absque sudore/adiecta videbitur, verum quoque & in detrimentum librũ legẽtium: qui eã, quæ sine sudore est, inquietationẽ, ea, quæ cũ sudore est, maligniorẽ esse existimabũt. D Præterea, quod in calce orationis dr/atque ex his superuenientes rigores mali/, falsum est simpliciter ita dictum, vt nũc dictum est: nisi, vt inquietationi, ita & rigori, adiectum sit/absque sudore/magisque rigori tum familiaris tum cõmoda adiectio existit: nam, quæ sine sudore inquietatio est, minus mala est: rigor vero sine sudore, maius malum: nã, si iudicatorius rigor ex inquietatione fiat, morbum soluit, superuenientibus sudoribus, vel vomitionibus commodis, vel aluo subducta.

28 *Vomitiones Syncere atque Implacidæ, Malæ.*

Cõposita sunt rursus hoc in loco signa duo ex ijs, quæ ab Hippocrate mala esse dicta sunt: nempe & cũ vniuersaliter synceras humorum vacuationes & implaciditatem omnem in morbis malã esse doceret, didicimus. Non solum igitur vomitiones syncerae & implacidæ, malæ sunt: verum quoque & deiectiones, & sputa, & vrinæ, & quiduis aliud.

29 *Sopor an vbique Malus?*

Ambiguitatem nobis mouet dictio, quia significatum ex voce κάρου id est soporis, nõ clare dictum sit. Neque enim, cũ ex liberaliore vini potu soporatũ quẽpiam dicamus (vt Plato in Cõuiuio de Poro affluentiæ deo dixit) morbosam vllam affectionem ostẽdimus: caros autem, quem quis interpre-

interpretando dixerit oratione longiorem profundum ægreq; excitabilem somnum, hic videtur E significare non bonum. Præterea questio non parua de morboso caro oborta est, an eandem genere causam habens cum eo, qui ob vini potionem obortus est, difficilem solutionem adsumpserit, an alterum genus causæ existat. Iure igitur ambigit de sopore, quærẽs, an omnino esse malum existimandum sit, an interdum & bonum, & medium inter ea, quæ bona & quę mala dicuntur. Si enim & profundus & excitatu difficilis somnus, carus intelligitur, nullamq; genere dissidentem affectionem carus morbosus habeat, erit sane aliquãdo carus bona tum causa tum nota. Vidimus enim in ægris quibusdam, qui tribus vel quatuor deinceps diebus vigiles permanserant, difficilem excitatu somnum superuenientem: qui prorsus nocte dieq; perseuerans magnum attulit auxilium: Sæpius quoq; & in infantibus somnum eiusmodi superuenientem nõ vno die solum, verum quoq; & duobus ex ordine diebus, magno ipsis fuisse commodo conspexi. Si vero morbosi cari alia genere fuerit affectio, somnum profundum à caro discrepare asseremus, atq;, quod καρώδης id est soporosum, sit, vbiq; malũ esse. Demonstrauimus autem vigilantiam quidẽ fieri propter tum siccitatem tum caliditatem primę sentientis partis.i.cerebri: somnum vero ex cõtrarijs, cum scilicet ex humidi vtilis copia grauetur corpus, quo modo ex crapula profundus somnus oritur, quem carum, si lubet, appellare potes. Non discrepante autem affectione, in nomine solũ con F trouersia est. Cum vero cerebrum ob pituitam tum humectetur, tum refrigeretur, in lethargicis affectionibus coma erit: quod & ipsum, si lubet, carum appellare poteris. Sunt, qui, vbi æger tum motu tum sensu tempore aliquo priuatur, etiam si vel stimules, vel ferias, vel inclamites, carum appellant: qualis in quibusdam visitur, vbi temporalibus in musculis vehementer percussi fuerint. Videtur quoq; sæpius & in febrilium morborum accessionibus, in quibus neq; stimulantes, neque ferientes, nedum inclamitantes, sentiunt ægri. Si ergo pathema eiusmodi quis carum appellauerit: difficilem vero excitatu constitutionem, & coma & cataphoram: tertium autem ab ipsis somnum profundum, cuius primum meminimus: nũquam, quod coma bonum sit, nedum quod carus, dicere oportet. Si vero quis de recensitis affectionibus dubitauerit, †alias eas esse affirmãs, vel nõ, vt ego nunc dico, in re controuersus erit: si vero, vt dictum est, fieri concesserit, nominibus aliter vsus, in his solum à nobis dissidebit.

† Al. clarius ex ãtiquis. alio mõ fieri affirmãs, et non, ut ego nũc dico.

30 *Ignorantia cum Rigore Malum: Malum quoq; & Obliuio.*

Siue μετὰ ῥίγεος.i.cum rigore in generandi casu, siue μετὰ ῥῖγος.i.post rigorem in casu accusandi scriptum sit, non admodum dissident inter se sermonis vtriusq; intelligentiæ: nã cum rigo- G re ignorantia & obliuio victum calorem natiuum ab ea, quæ symptomatica est, refrigeratione indicant. Quòd.n.non cognoscant familiares, neq; factorum recordentur, ex cerebri refrigeratione enasci id cõstat. Patetq; vtrũq; per se malũ symptoma esse, &, si ambo simul fiãt, geminari prauitatẽ.

31 *Ex rigore Refrigerationes, quæ non recalescunt, Malæ.*

Languorem caloris natiui extinctionemq; talis refrigeratio indicat.

32 *Si ex Perfrictione sudantes recalescant, Malũ: ex his quoq; Laterũ æstus dolorosus, & rigor superueniẽs, Malũ.*

Ἀναθερμαινόμενοι.i.recalescentes, nunc intelligere oportet eos, qui rursus febricitãt. Sermo autem talis est: Si in morbo quis, posteaq; sudauerit, frigidior quidem protinus, quàm naturæ cõueniat, fiat, rursusq; febricitet, nõ sine periculo afficitur. Quòd autem & id ipsum malum sit, cuiuis patet. Connectit autem huic, veluti & in alijs, symptomata quædam, quæ diuersas concomitantur affectiones: lateris siquidem æstus dolorosus, signum est phlegmones, quæ partem eàm infestet, ob quam febricitauit: si vero & rigor ipsis superuenerit, suppuraturam expecta phlegmonen. Quo autem modo fieri potest, vt ex latere phlegmone obsesso æger rursum febriat, sic & ex pulmone, H ex hepate, vel vẽtre, vel quauis alia parte. Particularis igitur sermo & is est, & nõ vniuersalis, præterea & secundum compositionem dissimilis generis signorum.

33 *Aestuosi Rigores quadãtenus Perniciosi: Flammans quoq; cum sudore Facies in his, Mala: ex his Posteriorum refrigeratio, Conuulsionem accersit.*

Siue καυματώδεις idest ęstuosi, prima syllaba per α & υ, scriptum fuerit, siue κωματώδεις.i.comatosi per ω, difficilem grauemq; verbum vtrũq; indicat affectionem. Nam, qui vniuersaliter de rigore intellexerunt, perpetuo eos meminisse oportet, Quòd, in tertiana vel in quartana, eueniẽs, talium febrium peculiare est symptoma: In morbis vero postea apparens, si iudicationem nõ in- » tulerit, deterrimum existit. Scis etenim, quod iudicatoriorum non iudicãtium quædam lethalia sint, & quædam difficilis iudicij. Rursum huic symptomata alia coniunxit affectionũ, quę nõ necessario cum rigore fiunt. Dictum autem antea, quod, quanto plura periculosa homini fiant symptomata, tanto fideliorem in eo efficiant prædictionem: quomodo, si & signorum salubrium multa appareant, eo certior fit salutis expectatio. Non ignoramus aũt, quod etiã sine rigore flammans cum sudore facies, malum est signum, quoniam & vnum ex iudicatorijs sudor sit. Cum igitur non iudicauerit, maligni-

A malignitatem morbi ostendit. Ex his autem refrigeratis posterioribus partibus conuulsionē non absq; ratione speraueris, quoniam & partes neruosæ sint, & frigus conuulsionem pariat.

34 *Si in Sudoribus uigiles recalescant, Malum.*

Si, quod de ita complicatis dictum est, memoria non excidit, non est q amplius nostra indigeatis explicatione. Nempe talia omnia subiacent tantulo huic vniuersali: ‖ Iudicatoriorum non iudicantium quædam lethalia, & quædam difficilis sunt iudicij.

2°. Epi. sect. 1°.

35 *Ex Lumborum recursione Oculi peruersio Malum.*

Fieri nō potest, vt aliud quippiam intelligatur, q̄ quod lumborū doloribus ad superiorē transeūtibus sedem, principium quoq; neruorum affici cōtingit, cuius symptoma est oculorum peruersio. Nam, quæ a cerebro neruorum propaginem assumunt partes, non affecta, quopiā tali, spinali medulla, suas affectiones demonstrant. Hic autem sermo iis similis est, quæ in prognostico ita dicta sunt: ‖ Qui cum febre circa lumbos & infernas sedes fiunt dolores, si septum transuersum relictis infernis sedibus attigerint, lethales admodum existunt.

In Prog. cō. 2. t. 7e. 4°. 20. h

36 B *Dolor Pectoris firmatus & ægre auferibilis cum Torpore, Malus: Superfebriētes hi, si acute ardent, Moriūtur.*

Miscuit rursus hoc in loco duarum affectionum symptomata. Dolor etenim pectori ἰδρυνθεὶς .i. στηριχθεὶς δυσλύτως .i. firmatus & ægre auferibilis, thoracis indicat phlegmonen: torpor vero, cerebri humiditatem, vel frigus, vel vtrūq;. Quod aūt in talibus sermonibus oībus meminisse te oportet coniunctionis disiūctiue significantis, cuiuis patere potest. Non est tñ necesse ita affectos, si caustici acute fiant, mori: si vtiq; nomen καυστικοὶ idem, quod velut καυσώδεες .i. ardentes, significat. Quidam vero torporem, mouendi difficultatem corporis intellexerunt: nempe (quod sæpius dixi) in obscuris & luce carentibus dictionibus, cuipiam, vt lubet, intelligere conceditur.

37 *Nigra Reuomentes, cibos Fastidientes, Deliros, in Pube parū dolentes, quibus Oculus ferox claususq;, Medicari non oportet, Perniciosum enim.*

Quod hi omnes perniciose habeant, vt in calce dictionis retulit, verum est: † sicuti & quod eos φαρμακεύειν, quod est καθαίρειν .i. purgare, dici sæpius est demonstratū. } Hic autem sermo illi dissimilis non est: Corde vulneratis promittenda curatio nō est, morientur enim. Siue igitur singu-
C la ea, quæ in dictione continentꝰ, seorsum quis intelligat, prauę affectionis signa ea sunt: siue multa quoq; simul, æque perniciosa fuerint. Quod ergo primo dictū est / reuomere nigra / inter perniciosissima censetur signa, etiā si absq; alijs solum fuerit. Deinde scriptum est ἀποσιτοι, quod est ἀνόρεκτοι id est cibos auersantes: quod q̄q̄ minus, q̄ illud, malum existat, verūtamen & ipsum malum. Pari modo παράφρονες, quod est παρανοοῦντες & παραπαίοντες id est deliri. Verum oīo hęc / parum in pube dolentes / neq; luculenta existit: neq;, qui librum exposuerunt, idem censuerunt. Quidam enim vtranq; seorsum explicantes, nomine / pubis / pubertatis ętatem intellexerunt / parum vero dolentes / vnum & ipsum ex symptomatis, quorum catalogum fecērunt: Alij autem, / in pube parum dolentes / de parte dictum esse aiunt, in qua vesica suam posituram habet: vult siquidem partem eam grauiter esse affectam ostendere, sed eos desipere, q exiguam habeāt a principio ipso sensionem. Deinceps autem duo alia scripsit symptomata, manifeste phrenitica, ferocem inquam oculum, & clausum: duo siquidem sunt hæc, quanq̄ de parte vna dicantur. Potest quidem alterum ipsorum per se solum constare, vt oculus ferox quidem interdum existat, non tñ clausus: interdum vero clausus quidem, nō tamen & ferox: claudi siquidem oculorum palpebras contingit vel propter conuulsiuam claudentium oculos musculorum tensionem: vel propter aperien-
D tium imbecillitatem. Qui igitur ita affectos medicari ingreditur, is indoctus est, & artis medicinalis plane inscius: neq; sanè, qui non medicari cōsulit, sapiens est: nec vero, q hi perniciose habeāt, nosse magnum quippiam existit. Nullā itaq; artificiosam speculationem, quæ libro digna sit, nos docet dictio: quomodo nos vniuersaliter docuit in aphorismis vna, in qua inquit: ‖ In acutis morbis raro, & in principijs medicamentis purgantibus vti. atq; alia, in qua dicitur: ‖ In acutis medicari, si turgeant, eodem die. Hæc siquidem medico insigni digna sunt, vt in horum explicatione demonstrauimus: Quę vero nunc dicuntur, superuacua: nullus etenim ita affectos purgare ingreditur, vt dictio ostendit, cum hoc, q procedente morbo fieri hæc commonstret, & non circa principia: quando in acutis solum purgandi est occasio.

† sicuti et quod eos nō oporteat φαρμακεύειν .i. medicari, quod ē καθαίρειν .i. purgare: sæpius .n. iā demonstratū ē de hoc dici φαρμακεύειν.

* fecit.

1°. Aph. 24. Ex. ord. 10. c

4°. Aph. 10. Ext. ord. 28. c

38 *Neq; Intumescentes, Vertiginososq;, neq; in Errando deficientes, neq; Cibum auersantes, neq; Dolores.*

Ac si libri scriptor luculentum quippiam promere sit veritus, ita tum propria tum perspicua vbiq; nomina pertransiens, alijs vti studio sibi habet. Nempe, si per orationem hanc, ἐν τῷ πλανᾶσθαι ἐκλείποντας id est in errādo deficientes, hos significare voluerit, qui, quanq̄ quiete leuiterq; moueantur, λειποψυχοῦσι tamen ἰσχυρῶς, id est forti animi deliquio corripiantur, is per nomina, quæ nunc dico, clare explicare poterat. Præter hæc quoque satius erat ita vniuersum, quod

medicis

medicis omnibus est confessum, & non minime idiotis notum, dixisse, Imbecillas habentes vires E medicari nõ oportere. Nempe ex eo, ꝙ intumescant, sintq; σκοτώδεις id est vertiginosi, quod est, si in motionibus obtenebrentur, purgatione indigere videbuntur, qui per pręsentem significantur dictionem: ex eo vero, ꝙ vires collapsæ sint, vacuationem non ferent.

39 *Neque in febre Comatosos, inclinatosq; : Perniciose etenim habent.*

Κατακεκλιμένους .i. inclinatos, in hac dictione rursus propter obscuritatem dicere maluit, qm̃ clare dicere potuisset, ἐκλύτους .i. exolutos: Subiacẽt etenim hi vniuersali sermoni omnibus planè cognito: quis enim non nouit, aut quis non dixit exolutos purgandos nõ esse? Superuacue igitur est adiectum verbum κωματώδεις .i. comatosos, bifariã scripta prima syllaba & per κ & ω, & per κ & α & υ. Cum enim in cõfesso sit nullũ exolutorum medicari oportere, licebit nobis hinc vnũ quemq; affectum assignando, mille particulares sermones conficere.

40 *Cordis dolor cum hypochondrio contento, Dolorq; capitis, Malignum, & Suspiriosum quippiam. An repente hi moriantur? Vt in Dysode: cui & Vrinæ fermentatæ erant vehementer, & faciei vehemens rubor.*

Quod q̃rat, an, sicut vidit hęc in Dysode accidere, ita de ipsis vl̃r pronũciare conueniat nec'ne, F clare ostendit. De talibus aũt antea dixi, cum ostenderẽ, quæ in vno affectu fiunt symptomata, cõmode continuo inter se ordine doceri: quæ vero in diuersis, non recte copulari, cum nulla, quæ artificiosa sit doctrina, ex eorum miscella fieri soleat. In ægris itaq; vtilissimum est oĩa contemplari, nihilq; prætermittere: quod vtrũq; fecit Hippocrates tum in prognostico, tũ in aphorismis, prænotiones per vl̃ia efficiens: in epidemijs vero, quæ ægris contigerũt, oĩa scribens: docẽtur quoq; & in his ipsis libris quædam citra ægrotantium mẽtionem vniuersalia. In hoc vero prorrhetico sæpius confusa est doctrina, his omnibus, quæ in ægris vñr, vnam in congeriem reductis, quanq̃ in diuersi generis affectibus fiant: quõ & nunc in Dysode inquiens Καρδίης πόνος .i. cordis hoc est oris ventriculi, dolor, cum hypochondrio contento, & capitis dolor, adiecit, & ἀσθματώδες id est suspiriosum: deinde post hæc in dictionis calce/ & vrinæ fermẽtatæ erãt βιαίως/ nam & βιαίως sermoni adiectum est, vt hic inuestigemus, an fermentatas vehementer vrinas factas dicat, βιαίως pro σφοδρῶς .i. vehemẽter, accipiendo: an cum aduerbio βιαίως subintelligere oporteat excretæ, ostendente authore vrinas tum ægre tum cũ violentia excerni. Quin etiã in orone dictum est/ fermentatæ/ quod neq; in prognostico dictũ est, neq; in libris epidemiorum. Præterea, iam cum oĩa percurrerimus, nihil amplius nobis accedit: sed, quia explicare instituimus, de fermentatis quoq; G dicamus. Cum igit̃ in terrã acetũ acre effusum fuerit, protinus intumescẽs, sursum quasdam terrę partes simul tollit: fitq; compositũ quoddam ex terrestri substãtia, & aceti humiditate, & ex facto vaporoso spiritu. Simile rei huic contingit, cum atra bilis in terrã effusa fuerit, nempe & in vtroq; spirituosa q̃dam motio euidenter fieri vr̃, ei similis, quæ in feruente musto apparet. Simile quoq; & in panibus quotidie fieri vr̃: cũ enĩ remista aquæ tritici farina misto illis & fermẽto, mediocriter macerari permiserint, fermẽtatio fieri vr̃, fusa simul & intumescente, quæ fermentatur, substantia. Quapropter & vrinæ, quę fermẽtañ, vt prorsus crassitiem notabilẽ habeãt, oportet: deinde & in ea leuẽ quãdã efferuescentiã, quodq; pars spirituosa motionẽ nacta, tumorem habeat maiorem, q̃, cum excerneret, habebat. Quod aũt vrinę eiusmodi fiãt perturbatis agitatisq; crudis humoribus, in cõmentarijs de iudicationibus didicimus. Præterea ante dictus æger, forsan nõ multo post repẽte d̃functus, q̃onẽ scriptori mouit, An oẽs ita affectos repẽte morituros dicere oporteat nec'ne. Cõstat vero, & quo'nã pacto nos r̃ndere oporteat ita interrogãtibus, vt ꝓnunciauit scriptor, An hi repente moriañ? r̃ndebimus .n. verisimile esse hoĩem mori repente strãgulatũ: nẽpe id ex asthmate significañ. Sed, quę'nã fuerit affectio, in qua efficĩt hoc symptoma, est diuinãdũ: ꝙ nihil fuerit locutus author. Nẽpe & ob flatus pituitæq; multæ ex capite in pulmonis bronchia per asperã H arteriam delapsum, atq; ex pleuritide in ea trãslata, & pure multo ꝑ affectionem aliã medium instrumẽtorũ duorum occupãte locum, asthmatica acuta oritur spirãdi difficultas, crebrescẽte admodum respiratiõe, & valde sese dilatante thorace. Cum igit̃ fuerit talis difficultatis spirãdi species, rubẽs iure optimo reddetur facies. Si vero & capitis dolor simul fuerit, nil miri, si valde rubẽs fuerit: oẽs siquidem in morbis eiusmodi capitis dolores cum caliditate multa fieri consueuerunt.

41 *Ceruicis dolor Malum quidem in febre omni, sed Pessimum, quibus insania speratur.*

Particulare & hoc quoq; tanquam vl̃e, scripsit. Nam, si dolor vel propter adfectum cerebrum, vel spinalem medullam, †vel ipsas cerebri membranas oriatur, malũ est signum: si vero affectis, quæ extrinsecus vertebras circũiacent, partibus enascatur, malum non est. In quibus autem insaniæ spes est, quæ'nam affectio deterior esse potest, q̃ ea, quæ cum insania existit?

†Vel membranas, quæ circa ipsam (dorsalẽ medulla) sunt. queadmodũ et inferius in cõmẽto 43.

42 *Febres cum Comate, labore, lucis turbulentia, Vigilijs, & sudoribus, Malignæ.*

Ex supra dictis manifesta sunt, quæ hic dicuntur: nempe catalogum malorum symptomatum efficiunt: nullamq; , vt simul fiant, habent necessitatem.

Ex

43 A *Ex dorso frequentes Horrores celeriter in aliam transeuntes conditionem, implacidiq́; , Vrinæ interceptionem dolorosam indicant.*

Præfinita in verbo/implacidi/priore dictionis parte, secũdam efficere licet/vrinæ interceptionem dolorosam indicant/quasi ita dixerit: Ex dorso frequentes horrores celeriter in aliã transeuntes conditionem, implacidi sunt atq; adhuc vrinæ ἀπόληψιν, quod est ἐπίσχεσιν id est retentionẽ, indicant. Sed melius est, q́ vrinarum retentio ex dictis omnibus significetur, protulisse. Constat siquidẽ vidisse ægrũ quẽdam † affecto in lumbis dorso, vel his, quę circa ipsos sunt, mẽbranis, } vel vtroq; : deinde affectus participatione vrinarũ interceptionem dolorosam habuisse: nẽpe, q́, qui celeriter transmutant horrores implacidi, ex dictarum partium phlegmone fiant, verisimile est. † affecta dorsi medulla, q́ i lulu ẽ, vel mẽbrana, q̃ circa ipsam, est.

44 *Qui cum Fastidio & sine Vomitu exacerbantur, Male habent.*

Debuit author adiecisse, an nausearent, nec'ne: quidam enim nauseant, & non vomunt: alij fastidio correpti, nunq̃ nauseauerunt: quos per præsentem dictionem significare mihi videtur. Bifariam enim cum ἀσώδεες id est fastidiosi, fiant, vno modo, cum virtus a corpore grauatur, nul-
B lamq; figuram facile sustinet: altero modo, cum os vẽtris à prauis mordetur humoribus: priores perniciose afficiuntur: nauseabundi sunt posteriores.

45 *Refrigeratio cum Duritie signum Perniciosum.*

Duobus modis corpora indurantur, interdum quidem cum in imo tota vehemẽter refrigerantur, interdum vero cum valenter exiccantur. Refrigeratio autem, si ita violenta fuerit, vt tota omnino refrigerentur corpora indurescantq;, extinctionis signum existit: si vero & siccitatem acceperint, nomine vtroq; signum graue est. Quòd si in solis accessionibus id fiat, moderatius indicat malum: si diutius permaneat, maius: si vero perpetuo, in foribus mors est.

46 *Si ex Ventre Tenuia non sentienti ægro exierint, si apud se sit, Malum, vt Hepatico.*

Bene fecit author, cum adiecit, vt hepatico: nempe & nos tenuia excrementa morsu carẽtia hepaticis non nullis fieri narrauimus: quanq̃ talia excrementa, magna ex parte mordeant. Videtur igitur in his vel non generari biliosos humores ob caliditatis hepatis imbecillitatem, vel non defluere ad intestina. Si vero proprie orationem/non sentienti ægro intellexerimus, dixerimusq; * Aliter, audiumus vel quid tale.
C nunc ab authore factum esse sermonem de ijs, quę inuoluntarie excernuntur, & non de morsu carentibus, absurdum quippiam continget. Nempe, cũ duobus modis inuoluntarie excernat ęger, aut q́ mens ægrotet, aut q́ partes, per quas excretio fit, minime sentiant: q́ mens quidẽ non ægrotet, explicuit, inquiens ἐόντι παρ' ἑωυτῷ, quod est κατανοοῦντι & συνιέντι. i. & apud se fuerit, cognouerit & sapuerit: reliquum vero non verisimile existimãdum: frustra enim in sermone dixerit de excrementis/tenuia/cum partes insensibiles in oĩbus, quæ per ipsas trãseunt, insensibiliter se habeãt: nullumq; aliud in dictione scriptum sit symptoma, quod neruorũ affectum indicare possit. Nempe hæc oratio/vt hepatico/alijs quidem tenuibus excrementis iuncta esse potest: neruorum vero noxã inferre per sympathiam non põt, q́ solum tum cerebro, tum spinali medullæ, neruorum propagines condolere videantur. Neq; .n. sympathiam huiusmodi hepati succedere vidimus: neq; id natura commonstrat visceris, quod minimis neruis participat.

47 *Si Vomitus exigui biliosiq; fuerint, Malũ, tum aliàs, tũ si ægri superuigilauerint: Narisq; in his stillãs, Malũ est.*

Excerni pauca in ægris vnum quoddam ex signis est, quæ ex toto prauitatem habent, siue sanguis per nares excernatur, siue deorsum per ventrem: siue per vomitus tale quippiã, quod super-
D fluum sit, excernatur: idem & in sudoribus est, & ijs, quæ per vterum excernuntur: nihil etenim eorum, quæ decretoria existũt, exigue secerni conuenit. Sed, quæ ita vacuantur, omnia duorum: alterum subeunt: nam vel, q́ non queant tolerari ob copiam, ab affectis effunduntur partibus: vel imbecillitatem ostẽdunt naturę, quæ proponit quidem superflua excernere, sed nequit. Hoc igitur vniuersali intellecto particularia inuenire oportet: idq; est, quod nunc de biliosis pronunciatur: cui adiecta est ex signis proprijs vigilia, quæ biliosos consequitur humores, & non pituitosos: nempe cataphoræ in talibus fiunt, & non vigiliæ. Cum igitur pituitosi exiguũ vomatur, longiusq; et tardius solito dormire videantur, ex cataphoricis morbis quempiam expecta, seruans in
" memoria aphorismum illum: Somnus & vigilia, vtraq;, si modum excedant, malum. 2. Aph 3. & 7. Aph. 67. Ex. ord. 11. 2 Ex 60 e. Aph 57.

48 *Si Mulieri à partu Alba cum febre retineantur, Surditasq; fiat, atq; Lateris acutus dolor, Perniciose Vehementer Insaniunt.*

Quod item nunc dicitur, veluti & quod antea est dictum, atq; alia multa, quæ in hoc libro scripta sunt, vniuersalibus subiecta sunt theorematis. Non .n. in albis solum, si eorum quæ à partu vacuantur, retentio fiat, praua est tum causa tũ nota, verum quoq; in biliosis, & sanguine ipso: nẽpe λοχία purgatio est, atq; etiam ex nominis ratione purgatio alienorum, quæ gestationis vteri tempore

pore in venis aceruata sunt: absumpto quidem in fœtus alimentum vtili, qui in ipsis erat, sanguine: sed permanente vitiosiore, qui singulis mẽsibus antea per vterum excernebatur. Cum igitur is vacuatus non fuerit à mulieris puerperio, aut vterum ipsum in phegmonen agit magnam, aut ad superiorem aliquam sedem vectus, parti excipienti proprium affectum periculumq; infert: ad quam autem peruenerit, mox apparentia symptomata indicabunt, quomodo & nũc tum thorax, tum caput, vitiosum sanguinem ab vtero sursum latum exceperunt. E

49 *In Ardentibus febribus cum aliquantula perfrictione, deiectionibusq; aquosæ bilis multis, Oculorum peruersio, signum Malum tum aliàs, tum si catochi fiant.*

Rursus hoc in loco malorum tum signorum tum symptomatum catalogum fecit: quorum singula seorsum & per se ab Hippocrate praua esse didicimus, in morbis quidem febrem ardentem, in deiectionibus vero hydatochola.i.aquosæ bilis excrementa. Signorum autem malorum, quæ oculis obuenire solent, vnum existit & peruersio. De catoche.i.detentione occupationeq; quid dicere attinet? Si igitur signorum prauorum nomina omnia recensere voluit, longe plura prætermisit, q̃ recensuit: Si vero tanquã congeriem vnam, non sunt generis eiusdem, quæ dicta sunt. Nam febris ardens cum refrigeratione, grauissimum est symptoma: Quæ vero deijciuntur, & plane omnia, quæ in oculis contingunt, diuersi hæc sunt generis: Catoche vero generis alterius symptomatum existit: Palpebrarum peruersiones rursum alterius sunt differentiæ. F

* *In antiquis legitur, τῶν ὀφθαλμῶν. i. oculorum.*

50 *Subitaneæ Apoplexiæ solutè superfebrienti diutinè, Perniciosæ: Vt Numenij filio.*

Declarauit quidem & hic sese ex ægro vno ad vniuersalem peruenire enunciationem, vnaq; ex consuetis quippiam circa dictionem facit. Nam ἐπιπυρεττήναντι λελυμένως.i. solute superfebrienti, dixit, à proprijs nominibus discedere cõstituens: vt curiosarum expositionum materiã sophistæ haberent. Porrò & in hoc loco sunt, qui in apoplecticis aduerbiũ λελυμένως pro μετρίως idest mediocriter, intelligũt: alij transferunt in proprie dictas paraplegias, in quibus ad partium aliquarum immobilitatem sensusq; priuationem decumbit morbus. Nempe & has apoplexias nunc dixisse volũt per abusum: postea, cũ hę bifariã fiant, vt Erasistratus in cõmentarijs de resolutione ait (nam hæ dearticulationes contrahunt contenduntq;, aliæ vero exoluunt laxantq;) speciem paraplegiæ in neruosorum corporum exolutione & relaxatione consistentem ab eo nunc dici aiunt. Sed in talibus omnibus neruosi generis affectibus, cum ob pituitosos & frigidos fiant humores, vt sunt tum apoplexiæ tum paraplegiæ, febris calida superueniens non modico adest iuuamento. Quæ igitur in aphorismis dicta sunt, hic nos docet: ‖ Febrem scilicet à conuulsione fieri melius, q̃ à febre conuulsionem. Item: ‖ Si ebrius quisquam repente obmutuerit, cõuulsus moritur, nisi febris prehenderit: vel, vbi in horam, qua crapulæ soluuntur, venerit, loquatur. Accidit itaq;, vt dictio ostendit, Numenij filio, q oborta apoplexia non acuta & calida, sed debilis & diuturna subsecuta febris nihil profuerit. G

2ª. Aph. 26. Extra. ord. 16. b
5ª. Aph. 5. Ext. ord. 37. f

51 *Ex Lumborum dolore ad cor Recursiones febriles cũ horrore, Aquosa tenuia & multa reuomentes, Mente aberrantes, Voce priuatæ, nigra vomentes, Moriuntur.*

Congesta sunt & hoc loco praua & multa symptomata, atq; vnà inepte pronunciata. Nã recursiones dixit, & vomentes, & mente aberrantes, vbi ęgros & vomentes & mente aberrantes dicere debuisset. Tu vero, qui symptomatum singulorũ vires nouisti, non magno negocio inuenies, ad quantum periculũ ęger veniat: hoc vero in calce prognostici sufficiẽter admonuit Hippocrates.

52 *Oculi Clausio in acutis, Mala.*

Iam supra inter plurium signorum aceruationes (quas syndromas empirici vocant) oculi clausionem scripsit. Sunt, qui κατάκλασιν per α, & non κατάκλεισιν per ει scribunt, non magno sane circa amborum significata existente discrimine: vult enim ostendere palpebram vel confractam, vel clausam: In quo duorum alterum, nam vel robur cõtentionemq; claudẽtium ipsam partium, vel imbecillitatem aperientium, sequitur affectio. H

53 *An in Fastidiosis, non Vomentibus, & lumbos dolentibus, si ferociter delirauerint, Vt Nigra exeant, spes sit?*

Ad hoc quoq; prõpte tibi rñdemus, q nõ oĩbus, sed quibusdã id erit, vt supra est demonstratũ.

54 *Fauces Dolentes graciles cum implaciditate, strangulantesq; acute, Perniciosæ.*

in Prog. cõ. 3. t. 16. 4ª. 209. a

Memineris, velim, eius orationis, quæ in prognostico est, hoc principio: ‖ Anginæ grauissimæ sunt, & celerrime enecant, quæ neq; in faucibus, neq; in ceruice, conspicuum quippiã habent, plurimum vero doloris inferunt, ac spirandi, quæ non nisi recta ceruice fit, difficultatem. Nempe hinc viri docti interpretationem rerum earum, quas promit, comparare poteris cum interpretatione errantis in concursionibus, propterea quod eas ad vniuersale reducere nequeat. Nam Hippocrates & nomen affectionis prius dixit, & differentias omnes continuata serie recensuit, à grauissima

A grauissima earum exorsus, cuius nunc dictionem adnotaui. Qui vero librũ hũc scripsit, primũ quidem peccauit, fauces strangulantes inquiens, cum angina strangulans dicere debuisset. Neq; enim est dicendũ, ꝙ parte affecta pro affectu sit abusus: primo enim neq; ita affectus affectæ quippiã sunt fauces, vt Hippocrates ostẽdit, grauissimas inquiens esse anginas, quæ neq; in faucibus neq; in collo conspicuum quippiam efficiunt: qui aũt prorrheticũ hoc scripsit, ait/fauces dolentes graciles/nempe vox ἰσχνὴ .i. graciles, idem potest, quod nihil conspicuum habere. Adiecit modo hoc frustra/cum implaciditate/quod alterius symptomatũ generis existit: deinde & verbum/strãgulantes. Qui quidem librum hũc scripsit, indistincte & cõiter est locutus: Hippocrates vero proprio differẽtiæ nomine appellauit, inquiens orthopnœam .i. rectam spirandi difficultatem inferre ipsas. Vocant aũt cũ ipse tũ cæteri oẽs orthopnœam, illam difficultatis spirandi speciẽ, in qua iacentes suffocantur, & vix recto thorace sufficiunt † nihil dilatato dorso. Nam, cum aspera arteria principium a gutture habens in pulmonem diuidatur, quoties quidem thoracem cũ collo recte extẽdimus, arteriam ipsam dilatari contingit, atq; etiã, quæ ex ea in pulmones distribuuntur, propagines oẽs: atq; interim regionẽ augeri eis internam. Ob id sane & in peripneumonijs orthopnœa fit, & in appellatis asthmaticis affectibus: ob id ipsum & in grauissima angina, in B qua phlegmone obsessi interni musculi gutturis viam respirationis intercludunt. Intẽditur autẽ & hmõi affectio cubantibus, suscipiente augmentum angustia. Preterea & anginarũ differentias alias in prognostico scripsit Hippocrates tum euidẽtissime tum accuratissime in ea libri parte, in qua dicta a me nunc, recensetur dictio. In hoc aũt prorrhetico, & si faucium sæpius meminit libri author, nihil tñ nos, quod manifestum articulatumq; sit, de his, qui inibi sunt, morbis docuit.

† null. vel innixo dorso.

55 *Quibus Spiritus retrahitur, Voxq; strãgulabunda est, & Vertebra intro fugit, His in fine velut cõtrahentis cuiuspiam spiritus redditur.*

De spirandi difficultate cõmentarios scripsi, quot in singulis ipsarum differentiæ oẽs sint, demonstrans: quę nam item causæ cuiusque effectrices, & quid significare natæ sint. Demonstraui quoq; & in eisdem cõmentarijs eas, quæ ab Hippocrate in legitimis ipsius libris dictæ sunt, spirãdi difficultates: neq; sane differentiam vllã reperi, qua spiritus retrahit, neq; ab Hippocrate didici: atq; ob eam causam, quod nam difficilis respirationis genus dicat libri author, peruestigaui. Sũt sane & aliæ duæ orationis huius scripturæ, quarum hæc quidem significat, ab altera parũ quidem voce euarians, sed intellectu eodem. Nempe in ea, vocem ἀνέλκεται id est retrahitur, litera ω interC iacet post duas primas literas α & ν, vt dictio talis sit, quibus spiritus ἄνω ἕλκεται id est sursum trahit. Recentiores aũt quidam valde discendentes, ἀνέρχεται scribũt, nullo ex antiquioribus agnoscente scripturam: de qua quidem circa finẽ agemus: de prioribus vero, quæ tum certorum, tum cõfessorum sunt, cõsiderabimus: de quibus qui, quod probabile esset, diceret, ne vnum quidẽ reperi: alios vero palam conuiciantes: quẽadmodum eos, qui in vocem ἀνέρχεται transcripserunt, liquidẽ quasi priores scripturæ sine presidio essent, ad transcribendas eas accesserunt. Videtur aũt mihi author, spiritum retrahi vel sursum trahi, dicere, quem superius tum prõptum tum sublimẽ dici asserui: cum videlicet thorax inter inspirandum partibus superioribus magnam efficit respirationem, ita vt scapulæ moueri videantur: &, quam ob causam, qui suffocantur, oẽs hoc respirẽt pacto, demonstraui. De ijs item, qui strangulatione afficiuntur nõ propter pulmonis angustiã, neq; propter musculorum gutturis inflammationem, sed propter eorum, qui gutturi quidem & stomacho subiacent, anterioribus autẽ partibus spinalium musculorũ superiacent: tum supra in hoc ipso prorrhetico libro recensui, tum in ijs, quibus secundum epidemiorum librum exposui,
« vbi inquit: Erant autem angina laborantium affectiones eiusmodi: Ceruicis vertebrę ad interna
« vertebantur, alijs quidem magis, alijs vero minus: exteriusq; ceruix euidentem ostendebat caui-
« D tatem: doloremq;, qui hac parte tangebatur, sentiebat. Erat ẽt cuidam sub ea vertebra, quam den-
« tem nominant, sed non adeo est acuta. Quod autem vertebram secundã totam a parte dentem appellauit, vel solam ipsius propaginem illam, quam nõ nulli dentiformem, alij plane dentem, ꝙ canino denti appellato similis quodammodo videaẽ, constat oibus. Quia aũt, vbi dixerat/erat autẽ cuidam sub ea vertebra, quam dentem noiant/adiecit/quod non similiter acuta est, ostendit, qui hæc scripsit, vertebram hanc periculum non similiter inferre acutum: Veluti &, cũ in aphorismis
« puerorum affectiones recensens dixit, Vertebrę, quę in occipitio, ad interna luxationes. non aliã intelligere oportet vertebrã, q̃ eã, quæ dicta est. Cum enim adiacentes partibus anterioribus musculi vel inflammati vel quouis modo intensi vertebram totam ad se traxerint, posterior sedes cauatior videtur, comprimitur aũt guttur, & ob id strangulantur ægri. Talis autẽ angina rarissime cernitur. Nunc igitur vertebra ipsa ἐγκαθίζειν .i. intro fugere, dicta est. Periculum autem affectus per propositam dictionem est demonstratum, cum inquit/his in fine veluti contrahentis cuiuspiam spiritus efficitur./In fine autẽ/cum moriuntur, significat:/velut vero contrahentis ꝙ morientibus his conuulsiua efficiatur respiratio, vehementer quidem trahente thorace, spiritu vero viam sufficientem non habente, sed per angustum foramen violẽter inspirato. Id igitur & ex voce ἀνέχεται quidam significari putantes scripserunt/quibus spiritus ἀνέχεται .i. cohibetur./

Capite

56 *Capite dolentes, cum catoche delirantes, intercepta aluo, oculoq; feroci, & florescentes, In scapulas rigidi fiunt.* E

Supra demonstrauimus virũ hunc signorum diuersi generis concursiones, quas in ægro vno vel duobus conspexerit, scribere: atq; ob eam rem sæpenumero coniunctionem ἄρα.i.an, adijcit: quam si & in hac dictione adiecisset, satius fecisset dicendo/an in scapulas rigidi fiunt? Nempe capitis dolor caput ipsum affectũ ostendit: aduerbiũ vero κατόχως.i.cũ catoche, cerebrum ipsum: quõ & verbũ, delirãtes. Demonstratũ est quoq; antea symptomata hmõi nequaq̃ controuersa esse, quo pacto existimant quidam, fieri non posse asserentes, vt ęger catocho laboret simul, & mente vacillet. Sed de his antea egi, cum primam oĩum enarraui dictionem, atq; eam, vbi dicitur, Tremulæ, obscuræ, blandæq; & contrectabiles desipientiæ, valde phreniticæ: quocirca nihil amplius de his dicendum videtur, satiusq; est exponere reliqua duo hęc, quæ præsenti in dictione sunt adscripta: vnum quidem, quo ait/intercepta aluo: alterum vero, quo dr̃/oculo feroci. Nempe aluus ἀπολελειμμένη.i.intercepta, quod est ἐπεχομένη idest retẽta, affectionis cerebri signũ propriũ nõ est: auget tñ, & deteriorem ipsam reddit. Oratio vero/oculo feroci/de necessitate cõcursioni adiecta est: nam, φ κάτοχοι proprie appellati tensos apertosq; habeant oculos, norunt tum Archigenes, tum Philippus: nõ, vt comatosi & cataphorici, clausos: in his siquidem humiditas affectionis causa est, neruorum dissoluẽs firmitatem roburq;: in illis vero, pp siccitatem tensio oritur. Quidam, et ex nostris condiscipulis, cum assiduo disciplinarum studio se fatigaret, malo hoc correptus est. Iacebat.n. veluti lignum prorsus iflexus rigidusq; atq; extẽsus, videbaturq; oculis apertis nos ita intueri, vt ne conniueret quidẽ: nihil tñ loquebatur. Is quoq; tpe eodem, quæ loqueremur, audire se dixit, q̃q̃ non euidenter clareq;, non nulla item & memoria tenens referebat: præsentesq; oẽs sese conspicere dixit, ita, vt quorundã actiões recordatus exponeret: sed neq; loqui posse, neq; membrum vllum mouere. Quare & in dicta concursione exoritur ambiguitas, quo nam mõ adiectum sit/delirantes.† Nam in ea dictione, vbi dr̃, Tremulæ, obscuræ, blandæq; & cõtrectabiles desipientiæ. nõ prorsus immotos esse ita affectos ostendit. Quo igit̃ modo neq; in comate desipientes, neq; in catochis prorsus immotis demẽtiam, cognoscere valemus: sic forsan vidit catochi speciem, vt immotum quidem & cõcretum corpus totum esset, exiguum tñ homo quippiam loqueretur, vnde dignosci poterat desipientia: vel desipiẽtiam, veluti ducem, subsecuta est catoche, scribendumq; secundum eam expositionem, Capite dolentes, cum catoche delirantes. Fieri etiam potest, vt secundum primam ipsius constitutionem loquẽtibus ipsis declararetur desipientia: cõpleta vero catoche, non amplius loquerẽtur ęgri. Ἀνθηρὰς vero.i.florescentes, vocauit eos, vt par est, G sicut paulo ante ἐξερύθρους.i.impense rubentes, nominauit: quod copię in capite vnà cum caliditate collectę signum fuerit: huic & antecedens capitis dolor, atq; ab hoc sequens ὀπισθότονος.i.in scapulas rigor: sed & hæc quidem in ipsorum generationem quispiam prius signum acceperit, posterius vero interceptam aluum semper capitis symptomata exacerbantem.

† clarius & fidelius. Nam, quod in ea dictione dicitur, Tremulæ, obscuræ, & cõtrectabiles desipiẽtiæ, nõ prorsus imotos esse eos, qui ita affecti sũt, significat: quemadmodũ sane neque eos, qui in comate delirãt: at in catochis, in quibus nulla prorsus adest motio, nec delirium cognosci potest. Forte igitur vidit &c.

57 *In Oculorum peruersione cum febre & lassitudine Rigor, Perniciosus: Comatosiq; in his malum.*

Demonstrauimus etiam supra libri huius authorem permiscere inuicem grauia symptomata: de quorum singulis, per se dicendum semel erat: cum, quoties plura inter se permisceantur, grauius ægris quidem ex ipsis periculum reddi, nobis vero certiorem effici præsensionem intelligere valeamus. Nihil igitur noui nunc dictum est: nempe, quo nam in affectu peruersio oculorum fiat, quæ nam item lassitudinum differentię, & quando rigorem cõmode apparere oporteat, præterea quale nam coma sit, & quæ nam cerebri affectio ipsum pariat, didicimus.

58 *In febribus ad Hypochondrium dolores sine voce, sudore si soluuntur, Maligni: his ad Coxas dolores, cum ardente febre, & si aluus eruperit, Perniciosum.* H

Dubitationem legentibus pariunt nõ obscuræ dictiones mõ, verũ quoq; & ex perspicuis quæ contra euidenter apparentia pronunciant: quædam modo vtroq; ambiguitatẽ inferũt: in quo genere præsens dictio collocatur: exuperat tñ in ea, φ, quæ in ipsa dicta sint, minime his consentiat, quæ in ægris cernunt. Prompte igitur talem quendã sermonem ostendere pręsens dictio vr̃: In febribus ad hypochõdria dolores cũ aphonia, sudore si soluunt, maligni. At, cũ falsum esse videat, vt solutiones cum sudore malignæ dicant, in hoc ipso primo ambiguitas quædã nos occupat. Nã, quæ absq; vllo auxilio vel artis vel naturæ cessauerũt affectiones, φ infidam habeant solutionem, in confesso est: quæ vero cum tali quodam, qualis nunc sudor dictus est, non firmiter solutæ esse videntur: contrario siquidem prorsus modo, quoties sudore vel aliquo alio naturæ auxilio non soluantur, morbus malignus existimatur. Atq; ob eam rẽ probabiliter quis deficere in ea dictione negationẽ, non, aiebat, atq; ab eo, q primus librũ trãscripserat, prętermissam: quõ & alia multa multoties in multis libris nemo negat alia quidẽ prætermissa, alia vero pmutata esse, nullo postea delictum emẽdare auso. Verus siquidẽ erit sermo, si ita scripserimus: In febribus ad hypochõdria dolores sine voce, sudore si non soluuntur, maligni. Sed pleriq; hominum relictis tũ claris tũ notis, ænigmatice pronunciatis oblectantur. Sunt etiã, qui patrocinari manifestis erratis, specimen sapien-

A sapientiæ arbitrentur, eorum instar, qui apud tribunalia rethoris obeuntes munus, manifestè vel
cædis vel talis cuiuspiam flagitij cōuictos à iusta liberant pœna, iudices ipsos, cum sermonum ru-
des fuerint, & subdolas eorum vafricias ignorauerint, decipientes & mente vacillare faciētes: Sic
sanè non nulli in præsenti oratione ἀναύδως id est sine voce, pro ἀλόγως id est sine sermóne, di- * potius uerten
ci putauerunt: quia λόγος id est sermó, in φωνῆς id est vocis genere sit. Dicitur autem apud vete- dū esset, sine rō
res φωνὴ, non ita solum, verum quoq; αὐδὴ: atq; hoc translatu ἀλόγως ex ἀναύδως significari di ne. ut et uerp.
cunt: quę aūt ἀλόγως .i. absq; ratione, dixerunt, infida omnia & suspecta existūt. At cum sermo- mox inferius
ni huic aduersentur, & q tales excretiones malignæ dicantur, nō infidæ: & q non absq; rōne cum uertit.
sudoribus soluantur, vt ipse dixit: quidam alij sapientia validiores, sine ratione solui dicunt, nō so
lum quæ nullo auxilio vel artis vel naturę facilitata sunt, verum quoq; & hæc facta quidē, sed non
pro magnitudine morbi: tanq̄ scriptor exiguum factum sudorem dixerit, etsi absq; vlla adiectio-
ne scripserit/sudore si soluuntur/subintelligendū autē, modico, aiunt. Forsitan vero & alius quis-
piam audacius cęteris pronuncians, multo & immoderato, subintelligendum volet: deinde pue-
ris tum rudibus indoctisq; tum disciplinæ omnis inexercitatis, multa de symmetria nugatus, ali-
quis sapiens videbitur. Quòd si prorsus his licet orationi/sudore si soluunt/eiusmodi dictionem
B adijcere: multo melius erat adiecta syllaba/nō/& scripta oratione si non soluunt/a negocijs nos
extricare: nam hypochondriorum cum febre dolores, quos sudor non soluit maligni existūt. Re
ipsa igitur ostendi & nunc, qūo iam sępius in obscuris multis dictionibus nihil quidē eorum, quę
nō nouimus, ab ipsis doceri, sed insumi tp̄s veluti in ęnigmatis, si, quę nouimus, dictioni accōmo-
dauerimus. Itaq;, & quod in fine dictionis recenset, non paruam habuit qōnem, quare, si venter
καταῤῥαγῇ, quod est ἀθρόως ἐκκριθῇ πολλὰ, id est confertim multa excreuerit, lethalem morbum
« indicabit: Nam, vt inquit Hippocrates, Deiectiones multitudine æstimandæ nō sunt, sed si talia 1. Aph. 2. Ex
« deijciātur, qualia conueniunt, & æger facile tolerat. Hic quidem sermo, q & manifestus sit, & vlt tra. est et in
quippiam doceat, contemnitur: quæ vero ęnigmatice dicuntur, sophistis quidem iure affectātur, E... libro de
vt discipulos mirum quippiam docere videātur: discipulis vero, pp primarum disciplinarum, in hu...
quibus antiqui pueros alebant, ruditatem: inexercitata aūt horum cogitatio neq;, quæ dicuntur,
assequitur, neq; veritatem in ipsis discernere potest. Nam quis sine limitatione de erumpēte aluo
pronunciationem aliquam audiens, non continuo sermonem incusat, tanq̄ nihil docentē? Nem
pe aluus in quouis morbo erumpens sine quidem coctionis signis, quæ sæpius audiuisti, nihil iu-
uat: si vero implacidius operata fuerit, præter id, q nihil iuuat, noxam etiam attulit: cum his vero
C iuuat, magisq;, si contristans humor vacuetur: atq; adhuc magis, si ęger post vacuationem placi-
dior sit: certiusq;, cū in die iudicatorio apparuerit quippiam, quod per indicem significatū fuerit.
Qui ergo hęc nouit, dictam dictionem neglectui habet, atq; alias oēs, quę particularium sympto
matum vel morborum mentionem faciunt. Nempe, in quibus aluus erumpit vel morbis vel sym
ptomatis, si cum eis, quas nuper dixi, fiat limitationibus, securam efficit cognitionē: absq; eis autē
limitationibus nunq̄ verus erit sermo, qui erumpētem aluum vel iuuare vel nocere asserit. In om
nibus siquidem vtrūq; fit: at in definitis limitationibus nihil est dicere, in hepatis quidem inflam-
matione vitiosum esse symptoma erumpentem aluum, in alio vero quodam bonum: verū in om
nibus (vt dictum est) & bonum & malum fit cum proprijs limitationibus.

59 *Quibus Voces cum Febre deficiunt post iudicationem, hi Trementes & Comatosi Pereunt.*

Hæc item dictio ijs, quæ in obscuritatem de industria nitūtur, similis existit. Quidam enim ver
bum/deficiunt/de solis vocibus intellexerunt: alij vero & febres vocibus adiecerunt, dictum esse
asserentes, q vtraq; deficiant & voces & febres: vt sermo talis sit: Quibus apparente soluta febre
aphonia fit, & post iudicationem, hi trementes & comatosi pereunt. febribus scilicet non sine si-
D gnis, sed cum mala iudicatione, visis desiisse. Constat autem malas dici iudicationes, quę cū natu-
ralibus vacuationibus, vel abscessibus factæ, nō solum ægros nihil iuuerunt, verum quoq; & dete
rius habere, q̄ antea, fecerunt. Alij aūt non vocē cū febre, sed solam vocem, deficere existimātes, to
tum sermonem ita efficiunt: Quibus voces manente febre deficiunt, si id fit post iudicationem, hi
trementes simul & comatosi moriuntur. Atqui rursus inpræsentiarum discordia alia inter expo
sitores orta est. Quidā .n. aiunt, qn̄ ex prædictis trementes fiunt, perire hos tum comatosos tum tre
mētes: alij aūt comatosos factos ita interire. Nemo aūt inter eos ex rerum natura logicam scripsit
demonem, neq; attestantem experientiam ostendere potest: neq; enim ex prædictis & tremen-
tes & comatosi magna ex parte interire videntur. Quòd si quidam raro tales fiāt, ab artis par-
te tum prognostica tum prorrhetica desciuerunt: non enim ad prædictiones talibus vtimur, sed
ijs, quę vel assidue vel vt plurimum fiunt: immo vero & ijs, quæ ambigue contingunt, non tn̄ ra-
ris: nullus enim vult sæpius animi voto frustratus, semel assequi, quod petijt.

60 *Quibus Deurentia, Fatuitatē inferentia, Inducentia catochen, Variantia hypochōdria, Vētre tumidi, Cibus in-*
tercipi, Cū sudóribus, An his Turbidus spiritus, & Genituræ quippiam simile superueniens, Singultū inducet, Vē-
triq; tum spumosa tum biliosa procurrant? Emictum in his splendidum iuuat, & Venter his perturbatur.

Aceruauit iterum hoc in loco affectionum diuerſi generis ſymptomata, in quibus nullam artificioſam doctrinam eſſe ſupra demonſtrauimus. Omnia ſiquidem, quæ in ægro ſunt, cōtemplari, nihilq; neq; negligere neq; ocioſe inſpicere, oportet: ſingulorū vero horū vires ſeorſum diſcere conuenit: Vt, verbi gr̃a, verbi καυστικὰ.i.deurētia, quod primum oīum dictum eſt: nempe intelligi poſſunt affectiones cauſticæ.i.deurentes, quaſi calidas & vrentes dixerit: poſſuntq; & eiuſcemodi intelligi excrementa, quorum virtus eſt morbum & acutum & velocis iudicationis reddere, pręterea & periculoſum, ſi vehementer talia fuerint. Μωρωθέντα aūt.i.fatuitatem inducētia, vocat, quæ μώρωσιν.i.fatuitatem, menti inducunt: ea aūt eſt ſymptoma citra delirium ęgros naturalibus fatuis ſimiles reddens, quales etiam ex ijs, qui dicuntur conſeneſcere, nō nullos fieri nouimus. Cui pathemati ſimile quidē eſt, ꝗꝗ non idem, quod vocant ἄγνοιαν.i.ignorantiam: de qua & Thucydides ſcripſit in ijs, qui ex peſte ſeruati ſunt, hoc pacto: Ignorauerūtq; tum ſe ipſos, tum familiares. Quo aūt modo differat τῆς λήθης.i.ab obliuione, non eſt, vt in præſentia cōſideremus, neceſſe. Cum autem κάτοχα.i. quæ catochen vocatam inferāt, intelligamus, alij morbos ſtabiles firmosq;, & veluti κατέχοντας.i.detinentes, appellata eſſe catocha dicūt. Variātia item, aſſiduas cōtraria in ſymptomata permutationes facientia quidam intellexerūt: ſeparātesq; à voce hac /hypochondria/ vno cōtextu legunt /ventre tumidi. Alij aūt vno ēt contextu legentes /variantia hypochondria/ per ſe rurſus legunt /vētre tumidi/: aiuntq; /variantia/ de hypochondrijs dici: nā, vt antea in his, quæ in toto corpore ad contraria fiunt, transmutationibus dixerūt, ſic in hypochondrijs fecerunt. Qui vero totam hanc copulant dictionem /hypochondria ventre tumidi/ ſignificari aiunt eos, qui præter naturam his partibus intumuerunt. Quō & per orōnem, σίτων ἀπολελαμμένοι.i.cibis interclusi, cuius deinceps meminit, nō nulli quidē ἀνορέκτους.i.cibū auerſantes dictos eſſe aiūt: ac ſi dixiſſet, à ciborum exhibitiōe ἀποκεκλεισμένους.i.excluſos: Alij eos, q ſunt ἐπεχομένοι τὴν γαστέρα.i.ventrē hn̄t retentū: nēpe & in libro de victus rōne in morbis acutis || vocē hāc de deiectionibus dictā eſſe aiūt. Præfatus igit̄ hæc oīa, qui librū hunc ſcripſit, adiectoq; in calce /cum ſudoribus/ quod & ipſum totius corporis ſudorē exiguū veluti νοτίδα.i.humiditatē ſignificare pōt, vel eū, qui thoracē et caput ſolū occupat, his ſupintulit ænigmaticā adhuc magis, ꝗ ea ipſa, dictionem, inquiēs, An his turbidus ſpiritus, & geniture quippiam ſimile ſuperueniens ſingultum indicet: nēpe & hic θολερὸν πνεῦμα.i.turbidū ſpiritum, veluti iā antea, ambiguū habere intellectū reperimus. At in ea quidē dictione turbidum ſpiritū ab eo de expiratione dictum eſſe, vt enarratū eſt, veriſimile videbat̄: nunc autē & ipſum de ructibus dictum eſſe quidā nos exiſtimare iubent, quō alij de flatibus. Diximusq; antea verbū θολερὸν à quibuſdā δυσώδες.i.graue olens, & ab alijs ἀτμῶδες id eſt vaporoſum, intelligi: quō & θαλερὸν quidam per α ſcribētes, id eſt veluti θάλλον.i.germinans, & ἀκμάζον.i.florēs, & μέγα id eſt magnum, dictū eſſe aiunt. Prædixi quoq; & Hippocratem ſæpius in libris, qui omnium doctorum conſenſu ipſius legitimi cēſentur, alias alibi difficultatis ſpirandi dr̃as cum enarrarit, in ſecundo & ſexto epidemiorū oēs deinceps, nuſꝗ tn̄ turbidum nominaſſe ſpiritum, ſicuti neq; turbidum ſingultum, neq; turbidum flatum, neq; aliud quippiam tale. Magis etiam ænigmatice & hoc /geniture quippiam ſimile ſuperueniens/ dictum eſt, ſiue vrina fuerit, ſiue deiectio. Poſt hæc, & quam ob cauſam adiecerit ſingultum ſignificare & turbidum ſpiritum & geniturę quippiam ſimile ſuperueniens, difficile eſt reperire: nempe in ſymptomatum cauſis ſingultum fieri demonſtrauimus, cum venter ad excernenda ea humida, quæ tunicis obſtinatius adhærent, mordentesq; habent vires, excitatur. Non contentus autē author ſymptomatū multitudine, deinceps adiecit: Ventriq; tum ſpumoſa tum bilioſa προσδιέρχεται.i.procurrant: quod & ipſum rurſus bifariam ſcribunt, alij quidem in prima ſyllaba σ adijcientes, alij auferentes: quod ſi adijciendum ſit, tp̄s prædicto ſuccedens ſignificabit: ſi vero auferendum, quod præcedit. Non eſt tn̄ par neq; ſimile alterū alteri ſuccedere aut præcedere: nempe, quod præcedit, ſignum erit futuræ excretionis: quod vero excernitur, à præcurrente nūciabitur. Cum igitur tanta in his omnibus exiſtat obſcuritas, neq; ex ijs, quę poſt ipſa inferūtur, licet quippiam ad præſentium explanationē accipere, ſicut neq; ad illa: inquit enim, Emictum in his ſplendidum iuuat. Duplex aūt & in hoc ſermōe eſt obſcuritas: Vna quidē eſt, quid nam λαμπτῶδες id eſt ſplendidum, ſignificet, ſcriptum quidem ab aliquibus per duplex ππ, ab alijs vero per μ & π: Altera vero in hac orōne /in his/ nempe in quibus dicit: an predictis oībus accommodabit, an vltimis: & quibus nam vltimis: poſſunt ſiquidem ēt vltima dici omnia, quęcūq; poſt principium dixit /an his turbidus ſpiritus, & geniture quippiam ſimile procurrens, ſingultum ſignificat: /an ſola hæc vltima dixit /ventriq; tum ſpumoſa tum bilioſa procurrant: / Præterea his oībus in fine adijciens /venter his perturbatur/ atque hic ſermonem abſoluens, nullius gratia vr̄ eorum, quæ in principio ſunt, meminiſſe. Nempe fatuitatem inferentia, & inducentia catochen, magnam mēbri principem animæ partem habentis, noxam indicantia, fruſtra dici videntur: & ſine deurentibus quidem interficere valentia, cū illis vero magis. At certe nihil de morte dictum eſt, ſicut in alijs antea nō paucis: ſed adiectis variāte hypochondrio, ventre tumido, & cibis interclusis: copulato inſuper cū his ſudore, An his (inquit) turbidus ſpiritus & geniture quippiā ſimile ſuperueniens ſingultū indicet: quibus nā his: quibus p̄dicta omnia ſymptomata inſunt. Atqui cum his oībus

|| Vox ἀπολελαμμένοι librū de Vi..rat. in morb. acut. mihi plegenti nō occurrit: niſi qs dicat Gal. velle innuere eum locū, ubi Hippo. inquit, ſed alia quidē uoce, ὁκόσοισι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκαταλέλειπται, .i. Quib⁹.n. cibus itercluſus eſt. 7ᵃ.115.f.cō. 1.t.32. Hāc tñ vocē reperi. 2. Epid.ſect.3ᵃ. in hiſtoria Zoili, ubi Hip. κοιλίην appellat ἀπολελαμμένην. & etiam paulo inferius ait φλαύρως διαιτηθέντι ἡ κοιλίη ἀπελήφθη.

A bus turbidus ſpiritus factus vnà cum excretionibus geniturę ſimilibus ſingultum indicat: quod-
cunq; ergo vel vnum ex dictis deficit, ſingultus non erit? Et forſan quis ſemel in annis pluribus
talem cernet ægrum. Quod autem dictorum omnium eſt abſurdiſſimum, iam tibi referam. Cũ
multos ægros ſim cõtemplatus, & mille futura præfatus, neq; tñ experimento ſignis ex talibus ſin
gultum adfuturũ noui, neq; ex rerum natura indicatiue vel ipſe inueni, vel in ſcriptore aliquo le-
gi. Sed præſens dictio ei, quod in ludo prouerbialiter dicitur, ſimilis eſt: Parturiebat montem, &
murem peperit. Multa ſiquidem vbi recenſuit pathemata, alia quidem ſumme pernicioſa, alia his
minus, alia vero mediocria, ſingultus prædictionem prius ſcripſit: deinceps ſplendidum, inquit,
in his emictum iuuat. Sed quibus nam his, inquit? deurentibus ſcilicet, fatuitatem inferẽtibus, vel
inducẽtibus catochen, vel quibus variantia hypochondria, & venter intumuit, vel cibos auerſan-
tibus, vel quibus aluus retẽta eſt, vel quibus ſudór, vel quibus turbidus ſpiritu , vel quibus excre-
tio geniturã repræſentans, vel ſingultientibus, vel quibus venter ſpumoſus & bilioſus προὸ ἰνλ-
θεν id eſt procurrrit. qm̃ & hoc ipſum bifariam ſcriptum eſt, cum σ & ſine σ. Nã, ſiue quibus vnũ-
quodq; dictorum, ſiue quibus omnia dicta, eſſe aſſeritur, admittere eſt conſentaneum: nempe vox
/his/ ſingulis apte cohæret: quapropter oĩno ſimul intelliguntur, etſi dictum non fuerit. Nempe
B et vnũquodq; horũ iuuat ſplendidum emictũ: atq; ẽt, ſi duo, & tria, & plura cõcurrerint, auxilium
his prębet. Mirum aũt fuerit tot pathemata diuerſas aliarum atq; aliarum partium ſequẽtia affe-
ctiones cũ ſplendido iuuari, prorſus quidẽ ſpumoſo exiſtente, ſi vtiq; albũ, quod in vrinis detine
tur, ſplẽdere nouimus. Oẽs aũt ſpumoſum inquiunt appellari, facta vtiq; ſpuma, cũ flatuoſa ſub-
ſtantia vel crudis pituitoſiſq; humoribus vel pinguitudinis liquationi remiſſa fuerit: vt et præte-
rea eandem hæc enunciatio limitationẽ requirat, quã & in ea, q̃ hanc præcedit, dictione in ijs, quæ
iudicatorie excernuntur, dixi. Oĩa ſiquidem tũ bonarum tũ malarũ iudicationum cõia diſtinguũ
tur, præſertim quidẽ & primo coctionis ſignis, quæ perpetuo bonũ quippiam indicant: ſed cum
ipſis, vt dixi, facili ſcilicet tolerãtia, cõtriſtãtis humoris vacuatione, & diei, quo hęc fiũt, fiducia & ſe
curitate: ꝓtermiſſa à nobis inueſtigatione, ſi nõ λαπτῶδες ſcriptum per duplex ππ ſignat λαυ-
πῶδες, quod per υ & π quidã ſcribũt: vt. n. per eos ſcriptũ ἀπὸ τῆς λαυπτῆς, ita λαπτῶδες ἀπὸ
τοῦ λάπτειν appellet. Hæc igitur omnia cõgeſta ſunt, veluti ænigmata, ẽt ſi quis oĩa percurrerit.
Scripti ẽt in calce veluti epodi /& vẽter his perturbatur/ ratio afferenda non eſt: neq; enim ratio
neq; experientia eorum, quæ vt plurimum dicta conſequuntur, ventrem perturbari oſtendunt.

C GALENI IN PRIMVM PRORRHETICI
HIPPOCRATIS LIBRVM
COMMENTARIVS TERTIVS

1 *Vibus Coma ſpumoſis prodeuntibus oritur, Febris exacerbatur acuta.*

Primam oĩum præſentis libri dictionem dum exponerem, libellũ, cui titu
lus eſt, de Comate ſc̃m Hippocratem, ſcripſi: in quo ſignificatũ vocis huius,
delationem in ſomnũ, eſſe oſtẽdi, vigilare quidẽ apertis oculis nequeũtibus
comatoſis: at nõ prorſus dormiẽtibus, vbi eos clauſerint, imo interdum ẽt vi
gilãtibus. Docui aũt id ſignificari per ea, quę Hippocrates in cõfeſſis germa
nis libris, tum primo tum tertio legitimorum epidemiorum recenſuit, ex ijs, quę ſimul cum coma
tis noĩe explicantur, vel apparẽt, vel quouis mõ quis nominare voluerit: ſolum. n. hoc pacto ſigni
D ficatum ab vnaquaq; voce reperitur. Nec tñ hoc in libro fieri potuit hucuſq;, vt, quod a comate
ſignificatur, per coenunciãtia inuenirẽ, dictionibus nẽpe oĩbus ænigmatice pronunciatis: immo
neq; in ſequẽtibus fieri poteſt, vt, quod ſignificatur, per coordinata ipſi noĩa inueniatur. Quo fit,
vt in obſcuris dictionibus ſecurius exiſtimauerim vocem eam ita intelligẽdam, vt vſus eſt Hippo
crates. Fieri aũt cataphoram, id eſt in ſoporem delationem, vt in quibuſdã docui cõmentarijs, atq;
ijs, quos de affectis locis confeci, interdũ quidem grauato ob vtilis ſucci copiã cerebro, vt in ebrio
ſis: interdum vero & ꝑꝑ pituitoſum humorem: vel & ꝑꝑ ægre ſeparabilem abſq; humore frigi-
ditatem. Cum aũt vigilantiæ coma iunctum fuerit, ſucci mordẽtis permiſtione fieri affectionem
hanc oſtendi. In libris igitur epidemiorum, ſiue ex coordinatis, ſiue ex ijs, quæ ſimul enunciãtur,
quis nominare voluerit, demõſtratæ ſunt comatis dr̃iæ: atq; vnà demõſtratum eſt Hippocratem
diſtincte interdum quidem profundum coma, interdum vero ſomniculoſum, & interdũ vigilãs,
vel quippiã tale dixiſſe. In præſenti vero libro neq; ex eiuſmodi diſtinctionibus, neq; ex coenun
ciãtibus, dr̃iam comatis intelligere, neq; ex his firmiter conſtituere prænotionẽ valemus. Vbi igiĩ
vel deſipientiã, vel phrenitim, vel fatuitatem, vel catochen, in ea quam ſcripſit cõcurſione prædi-
cit, differentiam comatis ſcire cõmodum exiſtit: in præſenti vero cõcurſione prorſus inutilis exi-
ſtit talis notitia. Vt enim libri huius author in cæteris concurſionibus non pauca ſymptomata in

eam,quam pronunciat prædictionem,nihil conferentia adiecit: pari modo & nunc inutilis est ad E præsentem iudicationem mentio comatis. Nēpe febrem ex spumosis deiectionibus proritari ego quidem continue vidi: singuli vero alij eorum, quę ipsimet viderunt, reminiscantur: non tamē in comatibus febres omnino exacerbātur. Sed fortasse quendam vidit comatosum simul & spumosa deijcientem, deinde febrem exacerbatam, atq; ob id coma inuadenti febris exacerbationi conducere putauit. Vocaui autē plane spumosam deiectionem, quo fecit Hippocrates in prognostico, inquiens, || Deiectio aūt si valde aquosa fuerit, vel alba, vel pallida, vel admodum rubens, vel spumosa, mala hæc sunt omnia: atque in epidemijs sæpiusculé. Quidam interpres libri huius dicebat Hippocratem vocare ἐπαφρα, quæ spumam sursum vectam habent, tanq̄ fluxilibus quibusdā existētibus vel deiectiōibus, vel vrinis, vel succis: in quibus spuma poni alio ordine apparet. Quare autem in solis febribus ad instar ignis vrentibus spumosum deijciatur, dixi sæpius: Sicuti & q̄ v sitata nomina permutare studiose contendat, qui librum hunc scripsit, quanq̄ id facere nequiuerit. Significata itaq; permutando, simul & horum syntaxin id est constructionem, suo arbitrio statuendo, figuras committit solœcas. Quod si non syntaxin appellare lubet, potes eam synthesin id est compositionem, vocare.

In Prog.cō.2.t. 10.4ª.199.f

2 *Si ex Capitis dolore Aphoniæ fiant, atq; cū Sudoribus febrictes Laxentur in se ipsos, Et mala repetant, Diutius perdurant: & Superrigere his Malum non est.* F

Discordia quædam non parua inter dictionis huius expositores orta est, alijs aliter eam exponentibus. Ego vero, quę ex dictis in ea veritati adaptare potero, facere id conabor. Quod autem reliquum est, non mea, sed obscuritatis scriptoris, culpa existit: nempe, q̄ viri eiusmodi, qui adhibita multa diligentia, quę dicuntur, & declarare & defendere volunt, oēs male creduli videantur, scriptoris est culpa. Videntur autem mihi ex dolore capitis aphoniæ ob id dici, q̄ capitis dolorē velit signum esse affecti neruorum principij, non aūt localem ipsius aphonię affectionem, quales fieri sæpius consueuerunt vel propter tensionem vehementem, vel propter exolutionem & laxamentum vocificorum tum musculorum tum neruorum. Oratio autem hęc/cū sudoribus/tenuis humiditatis copiam, vel retentricis facultatis exolutionem, indicat. Hęc aūt, χαλῶνται ἐφ᾽ ἑαυτὺς.i. laxentur in se ipsos (si quidem, vt quàm plurimi expositorum intellexerunt, de ijs scilicet, quę prę ter voluntatem excernunt, ita & nos intellexerimus) vel mentis ostendet læsionem, vel claudentium sedē tum musculorum tum neruorū. Si vero verbum χαλᾶν (vt non nulli existimāt) de affectione exponatur, quod est moderatiorem ipsam efficere, ob sudores quidem, inquiunt illi, morbum diuturniorem fieri continget. Ob eam causam prætermittūt hi verbi ἐπανιέντα id est & mala repetant expositionem, qm̄ idem dicere cogerentur, quod in verbo χαλᾶν antea dixerunt. Ob id igitur permutantes ε literam, scribentesq; ον, in ea, quæ finem præcedit syllaba, ἐπανιόντα dici aiunt, indicantes per id verbum ἐπανερχόμενα νοσήματα: vocant aūt ita morbos, qui paulū quidem moderatiores fiunt, sed rursus exacerbantur. Porro, si oratio χαλῶνται ἐφ᾽ ἑαυτὺς de inuoluntarijs deiectionibus dicatur, totus sermo talis erit: Si ex capitis dolore aphonia fiat, febriente ægro cum sudore, & absq; arbitrio superflua excernūt: &, si repetitio quædam symptomatum pari modo fiat, in longius excidunt eiusmodi morbi tempus. Quod autē in dictis grauibus symptomatis non dicendum erat solum, q̄ morbi protraherentur, sed ante hoc, an sperandum esset seruandos, qui ita ægrotant, an morituros, constat omnibus: prætermittens autem hæc scriptor, de diuturnitate tantum explicauit. Sed rursus rei huic aduersatur, quod in calce dictionis narratur/superrigere his malum non est/in quo quidam erratum esse dicunt: nam/malum/sine negatione, non cum ea/non malum/scribendum fuit. Concessa vero ea, quæ in exemplaribus omnibus cum negatione reperitur scriptura, iure inquiūt rigorem dici non malum esse, propterea, q̄ exolutam excitet naturam: quod autem exoluta sit, tum aphoniam, tum inuoluntariam superfluorum excretionem, tum sudores id ostendere. G H

3 *Quibus Manus tremulæ, Capitis ceruicisq; dolores, Subsurdiq; fiunt, & Nigra densataq; meiunt, his Ventura expectare nigra, Perniciosum.*

Capitis dolor caput his affici, veluti & sensus auditorij læsio cerebrum ipsum, ostēdit: quo fit, vt & colli dolor et manus tremulę neruorum principium offensum esse portendant. Quod vero nigræ vrinæ principij alterius affectionem indicent, sæpe est dictum: fitq; hoc propter vehementissimam caliditatem. Vrinæ vero densatæ ex eorum sunt numero, quæ ad obscuritatem tendūt, veluti & alia libri huius multa, adeo vt impræsentiarū quoq; nugari possint, quibus id placet. Nēpe Hippocrates in prognostico dr̄ias vrinarum oēs, quæ in acutis morbis fiunt, enarrans, nullam de densis mentionem fecit: sicuti neq; in epidemijs, neq; in aphorismis. At, qui talia quidem pronunciare audent (de quibus notitiam exquisitā habere nō possumus: neq;, si habuerimus, plus aliquid ijs, quæ scimus, habemus) vere aūt cōmoda non agnoscunt, inæqualem habere superficiem aiūt vrinas densas, eminentijs scilicet tum paruis tum albis veluti capillis, exasperatas. Suntq; inter hos nō nulli, q̄ spumosas tales vrinas esse dicant, spumā scilicet tenuē in superficie inæqualiter

dispersam

A dispersam habētes: alij vero crassas quidem eas, duritiem in superficie sabuli instar, valde tenuem obtinentes. Sed sanè percurrentibus oīa hęc nobis nihil cōmodi accedit. Nempe author ipse ad dictionis calcem, ventura expectare nigra, scripsit: & huic rursum ipsi adiecit, perniciosum. Dixit vero antea nigra meiere ægrum: quare spes venturorū nigrorū de his relinquitur, q̄ vel dejciuntur, vel vomuntur, intelligenda: superfluum aūt existit illa expectare in gratia prędictionis eum, qui perniciosiora vidit signa, vrinas scilicet nigras. Adde, ꝙ neq; perpetuo neꝗ vt plurimum nigrarum vrinarū excretionē consequunt̄ per ventrē vel vomitum nigra. Eāq; ob causam vr̄ Dioscorides subnigras tales scripsisse vrinas/sub/præpōnem adijciēs, vt prorrheticū quippiā, tametsi exiguū, sermo haberet. Superuacanea aūt prorsus erit cęterorū symptomatū adiectio. Nā subnigræ vrinæ, vt nigræ fiant, inclinationē habētes, febris speciē expostulāt, quæ certiorē definiat prędictionē, aliud vero nihil. Si.n. abunde tum acris tum ignea febris fuerit, subnigrę vrinę in nigras prōpte trāsibunt: si vero nō talis neq; magnopere ignea fuerit, huic tremulæ manus erunt, veluti & dolor capitis, subsurditas, & ceruicis dolor. Hæc etenim omnia phrenitica sunt signa.

4 *Quæ cum Exolutione fiunt & Catochæ & Aphoniæ, Perniciosæ sunt.*

B Rursus hoc in loco particularem scripsit sermonem, veluti & antea, cū dixit/desipientiæ pessimæ. Cōiter autem talibus oībus inest, quod & idiotis ipsis patet, vt magnę affectiōes virtute præfatigatis perniciosæ fiant: sed, quod ibi/prædebilitatorum/dixit, id impræsentiarum/cum exolutione/dicit. Potest aūt quispiam & cum exolutione vel infirmitate vel imbecillitate inquiēs, multitudini indoctisq; quasi aliud quippiam dicat, prębere opinionem: potest quoq; & de particularibus affectionibus ita agere, vt interim alia's alia dicere videatur. Nā & peripneumoniæ & pleuritides, quæ cum virtutis fiunt imbecillitate, omnis item huiusmodi fortis affectio, perniciosa est: si.n. neq; ex ipsis, qui viribus valent omnes seruantur, ꝙ nemo ex ijs, qui imbecillam habent virtutem, seruari possit, liquido constat oībus. Hoc igitur in loco duo symptomata, quæ cerebri lesionem concomitantur, memorauit: quorum, qui vel alterutrum tantū dicit, vera loquitur: nam Catochæ cum exolutione prauæ sunt: Aphoniæ item cum exolutione similiter his habent.

5 *Lateris Dolor ex sputis biliosis Si absq; ratione euanuerit, in Furorem aguntur.*

Sermonis quoq; huius vl̄e sępius est dictum, Quòd scilicet omnia sine ratione euanescētia malum quippiā portendant.† Adest quoq; & impręsentiarum particulæ aliquod malum, quod ex bi- † clarius. In hoc loco autem adiectū et est aliquod ex particularibus malum.
C liosis sputis in pleuriticis affectionibus repēte euanescentibus fit, neq; tn̄ perpetuo, neq; sępius: sed, cū biliosi humoris ad caput ipsum trāsitus fuerit, tūc solū ægri ἐξίστανται.i. in furorem agunt̄. Atqui sueta iam enunciatione vsus, qui librum scripsit, alienā fecit dictionē, cū non habeamus, cui nā orōnem/in furorem agunt̄/ordinemus cōponamusq;. Nēpe, quantū quidē ex dictione est, lateris dolori ordinamus: dicente vtiq; ipso/lateris dolor absq; rōne si euanuerit, in furorē agunt̄. Valde vero impropriè dictū fuerit/lateris dolor absq; rōne si euanuerit, in furorē aguntur/nā, etsi pro ἐξίστανται.i. in furorē agunt̄, scribamus ἐξίσταται.i. in furorem agit̄, sine ν, syllaba, quę finē prędedit, per sola σ & α scripta, non minus & sic absurda fuerit interpretatio, atq; priore deterior longe: nēpe in illa ab affectionibus ad ægrum per solœcismum transitur. Hoc aūt ἐξίσταται, tametsi absq; ν enuncietur, ne sic tn̄ prorsus, quid prius illud significet, inuenire queas: nam secūdum naturam dixisse licebat/lateris dolore ex biliosis sputis absq; ratione occultato ęgri ἐξίστανται/verbo illo videlicet significante dementiam vehementem & maniæ participem.

6 *Ex Ceruicis dolore Comatoso & Sudante Venter inflatus, si ad necessitatem Liquida laxauerit sublutus, ex his bile carentia in Ecstasin aguntur: Talia aūt si seruentur, Diutius æger laborabit: An & his bile carentes Proluuies mitiores meliorisq; moris existant, & flatuosum adiuuerint tumorem?*

D Aceruantur quoq; in hac dictione dissimilis generis symptomata. Ceruicis etenim dolor cum comate morbosam in cerebro affectionem esse ostendit. Sudor vero, tanq̄ symptoma, & non iudicatorius, aut redundantiam, aut retentricis facultatis imbecillitatem, indicat. Vēter aūt inflatus eam ipsam partem affectam esse indicat, vētrem scilicet. Ad necessitatem aūt liquida laxare, sublutumq; id facere, iecur ostendit affectum. Ἐξίστασθαι autem, quod est παρακόπτειν σφοδρῶς, id est valde desipere, eos ait, etsi nullum fortis desipiētiæ, quā ἔκστασιν vocant, signū effectum fuerit: dictū est.n. comatosum tn̄, quæ est affectio cerebri, cōtraria ecstasi: Nisi quis ceruicis dolorē signū ecstasis esse dicat: quod neq; simplicem desipientiam absq; signorū aliorum coniunctione signāre potest, vt sunt vigiliæ, capitis dolores, ferox oculus, responsio audax, somni turbulenti, aut aliqua in sensibus vel motionibus arbitrarijs offensa. Iure igit̄ quidā pro ἐξίστανται legunt ἵστανται.i. cohibent̄, de alui excrementis dici affirmantes, atq; melius copulari illis: vt ita continuet̄ dictio: Vēter inflatus si ad necessitatē liquida laxauerit sublutus, ex his bile carentia excrementa cohibētur. Post hæc vero inquiens, Talia aūt si seruentur, diutius ęger ęgrotabit. tandē scripsit. An et his bile carētes proluuies mitiores meliorisq; moris existunt, & quod flatuosum est tumoris adiuuerint? quasi ita dixerit, & flatuosum tumorē adiuuerint? quod rursus idem in significatu potest, quod &

flatuosis tumoribus opem ferre. Quod si aliena tibi videatur constructio, ignoscendum est ijs, qui E ita enarrant: permulta siquidem talia libro in hoc vñr pronũciari nominibus inusitatis. Iure aũt optimo inuestigare vr̃, an bile carentes proluuies tales iuuent tumores flatuosos, non à bile, sed à frigidis humoribus substantia aquosis & flatuoso spiritu fieri conijciens. Secundum hanc igitur expõnem cõsentire hæc inter se vidẽtur: & non perperam à quibusdam scriptum est συνίσανται vel ἐφίσανται. i. consistunt vel cohibent, de deiectionibus, & magis ipsum ἐφίσανται. i. cohibẽtur: nã, quia ἄχολα. i. bile carent, ob id cohibent, atq; ad necessitatem vix laxant, hoc est cum medici au xilio. Superflue aũt inter initia coniunctum esse vr̃/ex ceruicis dolore comatoso & sudante/nul lo pacto ventris symptomatis cohęrens quadransq;. Quo igitur mõ concursiones alias multas in vno vel duobus contemplatus, ad eas scribendas peruenisse est visus, ita & nunc fecisse est verisimile, non præscripto ægrotãtis nomine, vt in alijs fecit. Et, si res ita habet, fieri potest, vt in principio quidem morbi copia quædam humorum & temperatura frigidorum, & substantia tenuium, particulas circa caput ceruicemq; infestauerit: defluensq; in ventrem & flatuosam in eo molẽ peperit, & deiectiones tũ tenues tum aquosas fecerit, atq; ob id manẽtes in ventre & nõ penetrantes, quo penetrant mõ, quæ tum biliosæ tũ mordentes existunt. Cæterũ non parũ interest, an authore libri, q̃ cuipiam euenerunt, narrãte, causas nos reddere eorũ probabiles tentemus, quemadmodum in opere epidemiorũ fecimus: an veluti vl'es sermones indagare. A capite. n. ad vẽtrem F defluere potest humor, veluti & in fauces, gutturq;, & pulmonem, & thoracem, & septũ transuersum, & lienẽ, & hepar, & quiduis aliud: veluti et ex vnoquoq; horum rursus ad caput aduehi: sed, q̃ vel perpetuo vel magna ex parte in vnum dictorum permeatio fiat, falsum exiſtit: id quod plurimæ libri huius dictiones ostendunt, in quibus simpliciter enunciat absq; adiectione coniũctionis dubitatiuæ, vel noĩs ægrotantis. Verum in hac dictione inquiens/an & his acholæ proluuies εὐηθέστεραι. i. melioris moris, existant? sese haudquaq; sermoni vniuersali confidere declarauit. Εὐηθέστεραι autem significat quidem & κακοηθέστεραι id est maligniores, & sæpius in hoc significato pleriq; veterum vsi videntur: verum & εὔτρoποι significat id est mitiores, &, vt vertantur, promptiores: Vsi siquidem sunt & hoc significato quidam ex antiquis, iuxta quod et nunc dictũ esse videtur, nempe id commonstrat, quod in calce dictionis dictum est/adiuuerint.

7 *Vẽtris Circũtentio ad necessitatẽ Liquida laxans, Cito intumescens, Cõuulsiuum quippiam habet: vt Aspasij filio: Superrigere his Lethale: Conuulsusq; ex his & inflatus Diutius ægrotabit, superueniet q; in ore Putredo viridis.*

Dictum à me ẽt superius est, q̃ medicinalis speculationis doctrina ab Hippocrate in legitimis G oĩbus libris per vl'ia facta sit expromẽte ẽt aliq̃n particularia quædam, grã exẽpli, ad eorum, qui discunt perspicuitatem. Sed, qm̃ non satis est præcepta vl'ia cõdiscere, vt ea prompte in operibus dignoscantur, absq; exercitatione, ob id gratia exercitationis ægros in epidemijs scripsit: in quibus nihil eorum, quæ his contigerunt, est omissum. Quod vero, quæ à prorrhetici authore emanauit doctrina, non habeat vl'e, nisi vtiq; rarenter, iam sæpius est ostẽsum. Deficit quoq; & ea ab exquisita illa particulari enarratione, quæ in epidemiorum ægris descripta est: Vbi primum quidem, † si quoquo pacto causæ præincipientes indicare valeant, ⁊ indicat, recẽsens, si quis, verbi gratia, vel ex laboribus vel exercitationibus intempestiuis, vel ebrietate, ægrotare cœperit: Deinde, q̃ primo quidem die hæc circa ægrum contigerunt, & secundo alia, & ita tertio, & quarto: & alijs deinceps diebus, oĩa, quæ fuerunt, explicat: ijs, qui ab ipso didicerunt, præceptionem vl'em consentaneam ijs esse, quę in ęgris apparuerunt, ostẽdens: ducitq; simul interdũ is ad exercitationem, vt in horum explicationibus ostendimus. Qui vero ægros in hoc scribit libro, ab hmõi enarratione ex quibusdam semel visis iam vl'ia præcepta constituere intendit, non parum in multis errans, vt in hoc, quod alteri factum sit, alteri attribuere, qũo & nũc. Nẽpe, vbi Aspasij filij, vẽtris symptomata solum scripsit, ea cõuulsiuum quippiam habere ait. Tria aũt sunt ab eo scripta symptomata, vnũ H quidem est ventris distentio: alterũ ad necessitatẽ ὑγρὰ χαλᾶν. i. liquida laxare, quod ꝓ διαχωρεῖν id est deijcere, dicere consueuit: tertiũ ab ipsis est cito intumescere. Significat autem cum hoc & q̃ venter minuatur forsan ex liquidis deiectionibus: nempe mox post ipsas dictum est/cito intumescens. Solis aũt his symptomatis iunctum/conuulsiuum quiddam/ si quis in ita ægrotãte homine prædixerit, falletur sępissime: verum aliq̃n, vel etiam in paucis semel, voti fiet compos. Is quoq;, qui hæc scripsit, vbi dictis nunc ventris symptomatis similia in antecedente dictione cõmemorauit, de conuulsione nullũ fecit sermonẽ, etsi ceruicis dolorem factum cũ comate dixerit. Ita autem habet oratio: Ex ceruicis dolore comatoso & sudante venter inflatus, si ad necessitatem humida laxauerit sublutus. Quod igitur symptomata ventris hęc similia ijs sint, quę nunc sunt dicta, liquido constat omnibus: sed præter hæc, ceruicis adiectus est dolor, neruosę partis & prope cerebrum sitę, & dorsalem medullam continentis, cum hoc q̃ cerebrum iam erat affectum: nempe comatosum, cerebri est symptoma: verisimilius aũt erat in ita laborante scriptum fuisse, habere aliquid cõuulsiuum, non aũt in præsenti: in quo fieri põt, vt symptoma aliquod aliud cõuulsionis indicatorium factũ sit, quod in enarratione omisit: Nisi ipsum superrigere, in ea dictũ, quis cõuulsionis signum esse existimauerit: quod sane & ipsum à quibusdã expositoribus est dictum, qui quotidie tertianos

† *si insignis aliqua sit ex causis procatarcticis.*

A tertianos quartanosq; circuitus quibusdam cum vehementissimo rigore fieri nihil conuulsiuum habentes non vident. Verum, qui talia scribunt, adeo in re medicinali sapientissimi sunt, vt rigorem, neruorum affectionem esse, vt cõuulsionem tremoremq;, existimẽt. Neq; sane, cur Aspasij filius conuulsiuus factus sit, poterit quis dicere, non scriptis omnibus, quæ ipsi contigerunt: Neq; cur χλωρά id est viridis, putredo in oris locis facta sit: succi etenim vitiosi soboles sunt eiusmodi pathemata: quam vnde aliqñ aceruauerit, est incertũ, cum, quá nam victus ratione sit vsus, ignoremus: Neq; vero, quæ in ipsius ventre facta sunt, putredinosæ cacochymiæ signum præferunt: Adde, ꝙ neq; quam nam dicat putredinem viridẽ, manifeste cognoscitur, qñ χλωρά et quæ æruginеum & quæ pallidum habent colorem, vocitant.

8 *Quibus Lũborum tenues & diuturni dolores ad Hypochondrium griphorum modo euntes, & Ciborum auersionem inducentes vnà cum Febre: Dolor his valens contentusq; ad caput perueniens, Acute cõuulsiuo mõ Perimit.*

Siue ὑπὸ λεπτὸν, siue κατὰ λεπτὸν. i. tenues, scribatur (vtroq;. n. modo scribũt) multã habet obscuritatem. Eam ob cãm quidã ὑπὸ πλευρὸν, id est sub costã, scripserũt. Qui ergo vel ὑπὸ λεπτὸν, vel κατὰ λεπτὸν, scripserũt, sententijs sunt diuisi: nempe alij tenue intestinum dici asserunt: alij latum os & sacrum appellatum. Sunt, qui horum tertiũ quippiam fecerunt, ita vt simul vtrunq; dicant, rationemq; simul ijs, quæ inseruntur, adiungant: nẽpe à vena, q̃ ad portas iecoris est, ꝓpagines scissurasq; plurimas in mesaræo fieri aiunt, atq; illis affectis lumborum dolores nõ continuos, sed tenuibus quibusdã interuallis infestantes, succedere: quas ad dextrum hypochondrium in iocinoris portas tum reduci tum contrahi & veluti cõuelli aiunt: vbi velut radicem esse affectionis supponunt, cũ hæc vena vnà cum propaginibus phlegmone laboret. Quare aũt ita intelligendũ sit verbum γριφόμενα. i. griphorum mõ euntes, prætermittunt quidem hi, sed quidam alij παρὰ τὸν γρῖφον, nomen accepisse aiunt: vocatur aũt ita rete quoddam piscatoriũ, non, vt hi existimant, per φ scriptum (nẽpe aliud vocis huius significatum existit) sed per π. Quare quidam in pręsenti dictione scribunt γριπόμενα: Alij inuolutas mẽbranas γριφομένας dici ex cõsuetudine inquiũt, cũ quis digito descripserit discreueritq;: atq; ob id per metaphorã dolores, qui morsis descriptisq; fiunt, γριφομένας vocatos: Alij & à principio dictionis dictum esse aiunt, lumborũ tenues diuturnosq; dolores, quasi hoc pacto dixisset: dolores κατὰ σμικρὸν. i. exigui minutiq;, quod est imbecilli. Condonantes igĩ tum ijs, qui ita exponunt, tum ijs, qui portas iecoris pati asserunt, rectè dicta esse oĩa (nam ciborum auersionem argumentum quoddã affecti iecoris esse inquiunt) ab eo, quod nam ex sic dictis futurum sit nobis emolumẽtum, audiamus. Inquit. n. orõnis scriptor: Dolor his valens cõtentusq; ad caput perueniens, acute conuulsiuo mõ perimit. Nunquid igitur cõsulent nobis, vt prædicamus oĩno hæc sequi? Nempe, ꝙ infestantium cõmutatio non solũ in caput, verũ quoq; & in quãlibet aliam partem, siue mesenteriũ siue & hepar pati velint, fieri queat, condonet quis: at certe, quó nam pacto commutatio fiet, prænosse possibile non est, priusq̃ peculiaria parti symptomata adsint, ꝙ̃ facta cognosci queat: & præsertim cum, quæ prius infestabãt, sedata fuerint. Quinetiam commutationes eiusmodi in ægrotis, in epidemiorũ libris scriptę sunt. Et sane, si nunc quoq; ita scriptũ fuisset, Eiuscemodi quibusdã symptomatis in vẽtriculo obortis, ac postea repente occultatis, doluit vehemẽter in capite æger, diceremus in ipsum trãsmutationẽ, factam fuisse: neque tamen, quid faceret, certo licebat dicere, priusq̃ aliquod aliud signum compareret vel cataphorę, vel delirij, vel conuulsionis, nempe & id fieri potest: põt quoq; et natura morbo robustior proritata sanguinis per nares eruptionem moliri, vel parotidas suscitare. Didicisti siquidem horũ omnium incipientium esse signũ: sed, priusquã incipiant capitis dolorem solum existentem suspicionem quidem oĩum præbere, certam vero nullius ex ipsis pręnotionem.

9 *Superuenientes Rigores & nocte magis quodam mõ exacerbantes, cum Vigilijs, & Venarum agitationibus insomnis, atq; Vrinas in se ipsos laxantes, in Comatosas aliquando Finiuntur conuulsiones.*

Libri huius author, vt in singulis dictionibus vel nomen aliquod inusitatũ, vel compõnem, inueniret, magnopere laborauit: quõ & nunc vtrunq; fecit. At, quæ in singulis dictionibus inusitata fit compositio, transeũte eo vel ab affectionibus ad affectos, vel ab affectis ad affectiones, prætereunda nobis est, propterea ꝙ, quantum in ipsis est, nullam sermo sit habiturus obscuritatem. In præsenti vero dictione φλεβοδονώδεα nouum peregrinumq; nomen fecit, venas agitari, quantum ex voce est, ostendens: vel etiam, vt quidam nomen scripserunt, p φλεβοτονώδεα, venas extẽdi. Siue igitur proprie appellatas venas, siue arterias ipsas, ꝙ has interdũ venas antiqui appellent, agitari vel extendi audire oporteat, mirari licet, qũo nunc primum eas memorauerit. Nam, si arterias indicare voluerit, vel tendi vel agitari, quod de vibratitia motione est intelligendum, de ipsis aliquid in multis ægrotãtibus dixisse oportebat. Nam, si author circa arteriarum motiones vsqueadeo diligens erat, vt & vibrari eas & tendi obseruaret, nequaquã alias pulsuum differentias ignorauit. Quomodo igitur de ipsis nihil scripsit? Si vero proprie appellatas venas tendi memorauit, qũo & non huius symptomatis iam antea mentionem fecit, quod scilicet in vehementibus capitis doloribus fieri consueuit? Vñr siquidem in his, & præsertim vbi cũ multa caliditate fiũt, pul

santes & quasi vibrari temporum venæ. Sępius autem & colli iugularias, quę videlicet in super- E ficie collocantur, motione pulsui cuidam non dissimili agitari vidimus. Videtur quoq; & in temporibus ex subiacentibus arterijs motio accidere, quo tempore illæ maxime pulsant. Ambiguitates ergo huiusmodi quidam effugere volentes pro φλεβοδονώδεα, φλεδονώδεα inquiunt, nomen ἀπὸ τῶν φλεδόνων facientes: q̄ aũt φλεδόνας & φλυαρίας & λήρους id est nugas & deliramenta, quidã veteres noîauerint, non te præterit. Affectiones igitur (inquit) cum vigilijs existẽtes & in somnis delirantes vrinam incõsulto χαλῶντες, i. laxantes, quod est ἀποκρίνοντες id est excernẽtes. Nẽpe ab affectionibus ad ęgrotãtes trãsijt: & rursum ad affectionem reuertẽs inquit, In comatosas aliqñ finiuntur conuulsiones. Inquiens autem/aliqñ/nos à molestijs liberauit: principio siquidem neruorum affecto, vt vigiliæ nugæ & vrinarum inuoluntaria excretio ostendunt, nil mirum inde phrenitim fieri, & coma, & conuulsionem, & vocis priuationem, & quoduis aliud tale pathema. Superfluum itaq; fuerit ad hanc prędictionem tum superrigere, tum nocte magis exacerbari: sed, quod iam sæpius est demonstratum, scribit etiam, quæ prædictionibus ab ipso dictis minime conueniunt, communia à proprijs separari nescius.

10 *Qui principio Sudãnt Vrinis coctis, Deuruntur q;, & absq; iudicatione Refrigerantur, & celeriter Perurũtur, Torpidi item Comatosiq; & Conuulsiui, Perniciose habent.* F

Rursus hoc in loco/qui principio sudãnt vrinis coctis/superuacaneum est. Nempe & deuri, & absq; iudicatione refrigerari, perimere hominem sufficiunt: deinde & celeriter peruri: veluti & †quæ principium alterũ faciunt, }per se ipsa ægrũ corrumpere queunt: de quibus ita scripsit/torpidi item comatosiq; & cõuulsiui perniciose habent/. Ab his ergo vtrisq;, principio sudãntes cũ vrinis coctis scripsit, quod perinde est, atq; quispiam dicat in periculo mortis videri hoîem, qm̃ & cerebri mẽbrana perforata sit, & thorax confossus, atq; in coxa vlcusculum æger habuerit: aut si quis periclitari hoîem dicat propter aquam inter cutem & vnguium abscessum. Quid nam proinde adhuc desideremus? quas nã dicat vrinas coctas: de quibus antea dixi à Rufo Ephesio Zeuxiden empiricum increpatum fuisse: nempe falsum esse id, neq; malum esse aliquod, vbi tales vrinæ factæ fuerint: verũ aũt esse, q̄ laboriosæ vrinę malum aliquod significent: nempe eas indicari, quæ cum labore excernuntur. Secũdo vero loco scriptum hoc de vrinis coctis in vtraq; dictione, æque sermonem vitiasse non amplius credibile est, vt Rufus censuit Zeuxin redarguens. Sed forsan author coctas vrinas crassas & albas vocauit, quoniam subsidentiam huiusmodi & in vere coctis vrinis vidit: quæ vero returbatæ subiugalium modo, non coctas. G

†quæ sũt alterius principij. nimirum cerebri.

11 *Vterum gerentibus si Capitis dolores, Soporesq; cum grauitate fiant, Vitiosi sunt: Forsitã vero & his Cõuulsiuum aliquid pati Prodest.*

*Al. contigit.

Quidam rursus præsentem noîum constructionem solœcismum habere vidẽtes, verbum/his/ permutauerũt, talẽ efficientes dictionem/forsitan vero & hęc conuulsiuũ aliquid pati iuuãt: verum, vt antea retuli, dum intelligẽtia ipsa maneat, scribere vnicuiq; suo arbitratu concedentes, de eorum, quæ referunt, veritate disseramus. At de ea certe iam differere non sinit dictioni adiacens nomen ἐπιφόροισι .i. vterũ gerentibus, quod explicatione eget. Non solũ etenim noîum inusitatam compõnem dictionibus in singulis excogitare contendit author, verum quoq; & ex noîbus ipsis vnum dũtaxat, atq; interdũ & duo & tria inserit vel planè peregrina, vel non in eo significatu, qui apud græcos vsui fuit. Quidã igitur ἐπιφόρους, grauidas eas, q̃ non longe à conceptione absunt, intellexerunt: alij, prõpte cõcipientes, atq; assidue vterũ gerentes. Inquit igitur, Si capitis dolores, soporesq; cũ grauitate fiant, vitiosi existũt. Sed cõe omnium ita habentium nomen ἐπιφόροις adiecit: quo modo & orõnem/cum grauitate/vt peruestigemus, vtrum'ne præter id, q̄ laboranti totum corpus graue videat̃, id adiecerit, vel capitis dolores cũ capitis grauitate, vel soporem H cum grauitate. Sed, vbi quis vniuersa hæc trãscurrerit, ad prædictionem nihilo plus assequetur, neq; ẽm hunc scriptorem: inquit ergo/forsitan vero & his cõuulsiuũ aliquid pati prodest/. Cum aũt virum audieris dicentẽ/forsitan/atq; ex particularibus tanq̃ vlẽm inconsulto fecisse orõnem, raro rem vsu euenire liquido cognoscas: quæ vero rarenter cõtingunt, à prorrhetica speculatione desciuisse sæpius tibi diximus. Nam, si tanq̃ contingẽtia fieri quis dixerit, sæpius iam audiuisti affectum cerebrum posse quoduis symptoma vel in sensibus vel arbitrarijs motionibus, comitari: Si vero tanq̃ sæpius fieri, non solum non fit sæpius, sed neq; ambigue, quod nunc dixit.

12 *Dolores in Faucibus gracilibus Strangulantes, Conuulsiuum quiddam habent, tum aliàs, tum à capite orti: Vt Thrasynontis fratris filiæ obuenit.*

Ex hac quoque dictione librum hunc non esse legitimum Hippocratis quis dixerit, vbi inquit φάρυγγι ἰσχνῷ id est faucibus gracilibus. Nempe scripturam hãc habent tum antiqua exemplaria omnia, tum interpretum commentarij: nisi scribentis vitio id vertatur, quomodo & alia multa in exemplaribus multis vitiata reperiuntur. Artemidorus tamen & Dioscorides manifeste φάρυγγι ἰσχνῇ scripserunt: nempe, q̄ φάρυγξ fœmineo scribatur genere, superioribus omnibus est confessum.

A fessum. Reperiť quoq; & in hac dictione φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μετὰ δυσφορίης πνιγώδης.i. fau
ces graciles dolentes cum implaciditate, strangulantes. Quod aũt ægros cernens, cocursiones ho
rũ scripserit, neque ex ijs, quæ viderit, se ipsum instruxerit, neq; ad vniuersale particularia reduxe-
rit, vel ex hoc palàm fecit. Fauces.n. non semel memorauit (veluti in prognostico Hippocrates in Prog. c. 11. 15. d. 4. 209 a
fecit, omnia, quæ de eis sunt, cõtinuata serie, & non sępius, percurrens) alias ĩ alia libri parte. Quod
ergo in præsenti dictione ait author, si sæpius seorsum dictorum memor fueris etiã in hac cogno-
sces, quo nam pacto ex inuento particulari in enunciationem ire vniuersalem ausus sit, nomina-
tim Thrasynontis fratris filiam perstringens: in qua scriptam concursionem conspexit.

13 *Tremula Conuulsoria facta cum Sudoribus redire consueta, his Iudicatio euenit, ubi superriguerint: Superrigẽt hi præcluso in uentre ardore.*

Dictionem hanc quidam in duas dispertiunt orationes, vnam quidem, quæ ita habeat: Τὰ τρο-
μώδεα σπασμώδεα γενόμενα id est tremula conuulsoria facta. fatentur vero hi orationẽ hanc man-
cam esse: subaudiendumq; aliquid, de quo paulo post dicam, volunt. Alterã orationẽ principio al-
tero efficiunt, Τὰ ἐφ' ἱδρῶσι.i. cũ sudoribus, redire consueta, iudicatio his euenit, si superriguerint.
B Qui vero orationem vtranq; connectunt, sine articulo τὰ scribunt, Tremula conuulsoria facta,
ἐφ' ἱδρῶσι.i. cũ sudoribus, redire consueuerunt: id quod, quia falsum sit, ab expositoribus est damna
tum: alterũ vero, ꝙ mancum. At, quod dictioni deest, scribentis delicto id accidisse potest: falsitas
aũt ipsa nullam admittit excusationem. Nempe, ꝙ tremula conuulsoria facta cũ sudoribus redire
consueuerint, falsum est: cum redire non consueuerint, sed lethalia existãt, siue cum sudore fiant, si
ue nõ. Considerabimus igitur ea, quæ hi dicunt: Tremula conuulsoria facta, mortem inferunt.
aut, tremula, vel conuulsoria, per se legi præcipiẽtes. Nẽpe & hoc intelligi pacto posse inquiunt,
tremula conuulsoria facta mortem inferunt: posse autem & in hunc modũ, tremula vel conuul-
soria si fuerint, praua existunt: Vt prius quidem plane perfectam absolutamq; ex tremulis in con
uulsoria degenerationem doceat: posterius vero, tremulis pathematibus vbi superuenerit con-
uulsorium, sequi mortem. Vtrunq; siquidem est lethale: sed prius quidem tanquam tremulis ad
conuulsoria ante hominis mortem transmigrantibus: posterius vero tanq; planè cum hoc factis,
atq; vbi firma fuerint, mortem inferentibus. Cui vero hæc placent, ipsis licet vti. Ego aũt ad eos
pergam, qui principio altero dictionem cum articulo τὰ legunt, Τὰ ἐφ' ἱδρῶσι παλινδρομέοντα.i. cũ
sudoribus redire consueta: deinde subticentibus nobis & postea legentibus /iudicatio his euenit,
C si superriguerint/ vt sermo huiusmodi sit: Cum sudore desistere visa pathemata, rursumq; reuer-
tentia, & rursum ignescentia, atq; iterum sudoribus solui visa, veram certamq; habent solutionem
iudiciumq;, vbi superriguerint. Quod aũt deinde diciť /superrigent hi præcluso in ventre ardo-
re/ eiusmodi habebit sñiam: ventris æstus antecedit, si præmemoratis superuenturus est rigor.

14 *Lumborum dolor, & Capitis dolor, & Cordis dolor, cum Excreatu violento, Conuulsiuum quippiam habet, Submutumq; cum iudicatione Rigorem.*

Quidam dictionem coniunctione/&/semel scripta exponunt, conuulsiuum quippiam habere
non ex prædictis quatuor fieri, sed ad veritatem de omnibus prędici, volentes: quatuor dico, lum-
borum dolorem, cephalalgiam.i. dolorem capitis, & cardialgiam.i. cordis seu stomachi dolorẽ, &
violentum excreatum: ita fit, vt hoc scribant modo: Lũborũ dolor capite & stomacho dolẽti. Alij
coniunctionẽ/&/bis scribunt: quo ego modo protinus ab initio scripsi, propterea ꝙ exẽplaria cõ
plura ita habeãt. Descriptio aũt tale quippiã indicabit: Lumborũ dolor, si & capite doluerit quis,
& stomacho, vel cum screatu violento, conuulsiuum quippiã habet. q̃q̃ & dictio ita scripta vtrun-
que simul ægrotanti factum significare possit, & lumborum dolorem, & cephalalgiam. Ego aũt
D neq; experientia neq; rei natura, conuulsionẽ prędictis cõsequẽtem esse pronũciare possum. Quin
etiam author adiecit/cõuulsiuum quippiam habet/quod nón idem est, ac si dicas symptomata hu
iusmodi cõuulsiua esse. Docui porrò antea, ꝙ nõ similiter audire cõueniat cautum hoiem tales ex
promẽtẽ voces: & eũ, qui facile de particularibus, tanq; vniuersalibus, pronũciat. Nam, cum teme-
rarius ille hæsitãs dicat /conuulsiuum quippiam habet/ vel exiguũ esse, vel raro contingere, quod
diciť, ostendit. De singulorũ aũt, quæ ĩ oĩbus tertij huius commẽtarij dictionibus referuntur, sym
ptomatum virtute, paucis quidẽ docui in horũ commẽtariorum prima & secunda: lõge aũt lateq;
in prognostici commentarijs: vberius item ac fusius in libris de iudicationibus, & symptomatum
causis: nõ pauca quoque de his in libris epidemiorũ sunt enarrata. Satis ergo hoc loco fuerit solã
dictionem explicare, atq; insuper, verum ne an falsum sit, quod enunciať, aut frequens, aut ambi-
guum, aut rarum, sententiam adiungere. Post orationem/conuulsiuum quippiam habet/scriptũ
est ὑπάφωνον nomẽ.i. submutum: quod quidam cum prædictis connectunt, ita vt fiat talis dictio
/conuulsiuum quippiam habet submutum. Alij principium dictionis, quæ ĩsertur, esse existimãt,
commutantq; iterũ hi ipsi dictionem: nempe alij sine articulo scribũt: alij neutrum articulũ adiũ-
gunt, talem fabricãtes dictionem, Τὸ ὑπάφωνον.i. submutus cũ iudicatione rigor, vẽtris deiectiões
subliuidæ turbationis plenæ, & vrinæ tenues. Quidã legũt per se /cum iudicatione rigor/ neq; cũ
prædictis

prædictis neq; cum sequentibus ordinantes. Alij totam dictionem commutant, atq; ita scribunt, E
ὑπόφοβον ἅμα κρίσει ῥίγος. i. subterrefaciens cũ iudicatione rigor. Consequenter aũt tibi vtrorun que expositionem per se exacte scribã. Quidam igitur ἅμα κρίσει ῥίγος. i. cũ iudicatione rigor, per se scriptam esse volunt, multasq; fieri cũ rigore iudicationes significare. Orationẽ vero ὑπόφοβον ἅμα κρίσει ῥίγος dixi iam antea quosdam permutare, & pro ὑπάφωνον, ὑπόφοβον scribere: geminamq; faciunt expositionem, alij quidem pro φοβερὸν ἅμα κρίσει ῥίγος dici putantes: alij pro μετρίως φοβερὸν, quasi mediocriter terrificum dixeris, vt τὸ ὑπάφωνον simile sit τῷ ὑπόφοβον. Fuerit aũt & tertia quedã scripturæ huius expositio talis. Componere quouis modo rigorem bonum non est: veluti si, dũ vel per sanguinis eruptionem quis, vel vomitum, vel ventris vacuationẽ, vel sudores, vel hæmorrhoidẽ iudicat, vel mulier per menstruam purgationẽ, rigeat. Sæpius certe fieri vr, vt bonam aliquam vacuationem antecedat rigor: cum vero iam excernũt, rigorem incipere malum. Quo'd aũt id verum sit, qui multos ægros diligenter contemplati sunt, norũt: si vero prorrhetici author ita censuerit, est diuinandum: principio siquidem neq;, an ab illo scriptum τὸ ὑπόφοβον sit, nouimus, in antiquis enim exemplaribus plurimis non ita scriptum est.

15 *Ventris Deiectiones Subliuentes Turbulentæ, & Vrinæ Tenues Aquosæq;, Suspicionem habent.* F

In Prog.cõ.2.t. 22.4ᵈ.199.h Ibidẽ 200. h.t. 30.& 201.a.t. 32.

De his vtrisq; seorsum in prognostico disseruit Hippocrates, tum ‖ liuentes ventris deiectiones prauas esse inquiens, tum ‖ vrinas tenues aquosasq;: nunc suo more diuersi generis notas complectens, nihilo plus docet. Potuit sanè & his author praua sputa coniungere, vel spirandi difficultatem, vel aliã quãpiam vitiosam notam. Quidam vero expositores dictionem hanc huic /submutus cum iudicatione rigor/ coniungunt, vnamq; totam efficientes, super dictis omnibus illatũ esse ab authore dicunt, id quod in calce dicit, ὕποπτα. i. suspicionem habent: nempe & his subliuentibus. s. ventris deiectionibus, vrinisq; tenuibus & aquosis, non absq; rõne infert /suspicionem habent. Si vero quispiam his addiderit & τὸ ὑπάφωνον. i. submutum, non suspectam solũ ait esse cõcursionem, verum quoque & euidenter malam.

16 *Fauces parùm Exasperatæ, Venterq; inanibus surrectionibus murmurans, & Frontis dolores: Contrectati Fatigati, In stragulis vestimentisq; dolorosi: quæ ex his augentur, Difficilia existunt: Somnus multus in his Conuulsiuus, & Dolores in frontem graues, & Mictio difficilis.*

Ventrem murmurantem cum inanibus surrectionibus quidam phreniticum esse symptoma contendunt: nempe duobus modis errare eos, vel quod, quæ sub sensum cadũt, non sentiant, q̃q̃ cum G
dolore persæpe fiant: vel quod, quæ sub sensum non cadunt, sentire vident: altero aũt modo resurgere quidem eos tanquam morsos aiunt, sed nihil operari, qm̃ neq;, quod morderet, erat, morderi siquidem sese putant, sed non mordent. Oratio aũt /in stragulis vestimentisq; dolorosi/ ex assueto sibi enunciandi modo absurde dicta est, quæ talem habet sensum: tactum eorum, quæ ipsis substernũtur, non ferentes, sed dolentes. An ne quidem & ob id, quod ab incumbentibus grauent (dura siquidẽ esse arbitrant vel mordentia, quæ substrata sunt, atque inuisam habent, quæ circunfundit, vestem stragulã) an si ob aliud quippiam ipsis contingit, prorsus est incertum. Deinde & alia deinceps recensens, cum inquit /somnus multus in his conuulsiuus/ sophistis præbet peruestigandi occasionem, an possit aliquando somnus lædere: nam aut iuuare ipsum inquiunt: aut, si non iuuet, nequaquam tñ vnquam lædere. De ea re aũt in aphorismorum commentarijs antea disserui. Neque vero, si somnus multus lædit, conuulsionem efficere videt, at solum periculosum esse morbũ ostẽdit. Mictio autem δυσκολαίνουσα. i. difficilis, miro modo ab authore in obscuritatem est excogitata: ita vt inter expositores alius dicat δυσκολαίνουσαν, eam quæ fit cum dolore, esse dictam: alius eam, quæ retinet: alius eam q̃ ægre fit, & eã q̃ continue, & eam q̃ in stranguria fieri solet: eã vero, q̃ præpotẽter mordet, alius. Vbi vero oĩa percurrerimus, nihil, quod effatu dignum sit, ad prædictionem cõ H
sequemur propter eam, quam sæpe retuli cãm, quod. s. permulta diuersi generis permiscet symptomata. Argumentũ rei huius maximum est vel hoc, quod interpretum non nulli eo' quidem ierint, vt dictionem pertingere ad hanc vsq; orationẽ /somnus multus in his conuulsiuus/ existimarent, principio alio, quę consequunt, legi præcipientes: alij vero cõiungant: atq; ex cõiũgentibus alij alia in parte consequenter dictorum circunscribi dictionem velint. Si igit omnia ad finem vsq; quis persequatur, quæ in singulis suspicionibus separatim expositores dixerunt, longum sanè efficiet sermonem, nihilq; eos, qui in hunc incident librum, iuuabit.

† *Al. ex cõuulsiuis. s. affectionibus. et sic inferius.*

17 *Vrinæ Detentio & quibus Rigores † ex his Conuulsiones: } Vt & ipsa, vbi inhorruit, sudauit.*

Si coniunctionem /&/ permutauerimus, sermo erit dilucidior, talis redditus: Vrinæ retentio, quibus rigores, & ex his conuulsiones. Hæc particula /quibus rigores/ dicta est & in libris epidemiorũ in hac dictione: Ante rigorẽ vrinarũ retentiones. Quo'd aũt & ex cõuulsiuis affectionibus »
vrinæ retineant, præposuit author in præsenti dictione. Quæ aũt temere à quibusdã dictionis huius explanatoribus dicta sunt, subticere est melius. Ego autem explanationẽ ad eam, quæ idonea sit, prænotionem dico. Sequitur /& ita, vbi inhorruit sudauit. Quintus quidem, solam hanc cum sciret

A sciret scriptionem,quam in antiquis,vt ait,exemplaribus reperit, fatetūr se non intelligere. Verū in compluribus exemplaribus scriptum est /& ipsa, vbi inhorruit, sudáuit/vt mulieris nomen ea voce intelligamus,quam,vbi inhorruit,sudáre contigit.

18 *Syncere desistentes Purgationes, ăliбi quidē exacerbantes, his vero & valde: ex talibus & *Parotides exurgūt* — * Al. aliis.

Vt pro purgationibus vacuationes diceretur,præstabat. Nempe,cum excerni contigerit, quæ corrupta sunt,purgatio est corporis: cū {vero} excernantur,quę vi morbi fiunt {vacuatio.} Cuiusuis aūt,q̃ de his dicatur,patet ex verbo/desistentes/,q̃ expurgantes corpus vacuationes, principiū quidem à synceris interdum habent,sed desinūt in benignas mitesq; dejectiones. His vero & valde tales exacerbantes esse vacuationes,ad interdicta relationem habet. Antea aūt dictum est: Vrinæ retentio,quibus rigores,& ex his cōuulsiones. Prænotio aūt in ea re est,q̃ parotis suscitari possit: atque ob id scribitur,q̃ ægro cuidam ex ijs,quæ in dicta syndrome relata sunt, parotida habere contigerit: non tamen perpetuo sed magna ex parte parotidas prædictam sequi syndromen est rationi consentaneum: didicimus siquidem talium abscessuum notas.

19 B *Turbulentæ ferocesq; è somno Excitationes, Conuulsiuæ,tum aliàs,tum cum sudore.*

Iam antea concursiones huiusmodi explanauimus,nihil sane,neque quod necesse sit, neq; magna ex parte,habentes: atque ob id præsentem dictionem quidam ijs,quæ inferuntur, nectunt,cæteri autem distrahunt.

20 *Ceruicis dorsiq; Perfrictiones apparentes per totum corpus,in his & Spumosæ Vrinarum excretiones cum Animæ deliquio,atq; Oculorum hebetudo,Conuulsionem prope esse indicant.*

In multis quidem exemplaribus dictio ita scripta est /perfrictiones apparentes/ in alijs vero melius hoc pacto /apparentes per totum corpus/ tanquam fieri non possit,vt totum simul refrigeratum sit corpus,atq; ob id bene adiectum sit /apparentes. Quod deinceps dicitur, non paruam habet in scriptura controuersiam: quidam.n.scribunt ἀφρώδεις.i.spumosæ,mictiones: alij aūt πυώδεις.i.purulentę. Sed ad totum rei sensum verbum /spumosæ/ est rationabilius: nā Purulentæ mictiones,si propriè vtiq; intellexerimus,& non,vt libri huius author improprijs nominum metaphoris vti consueuit,pus vrinis permistum esse indicant: puris aūt generatio,tm̄ abest,vt cōuulsionē significare possit,vt ēt in aliquo,qui conuulsionis incurrit suspicionem,signū bonum sit,morC bum concoqui ostendens: Spumosę vero siue ob colliquationem,siue ob perturbationem quandam flatuosumq; spiritum exoriantur, suspectæ vtroq; modo ad conuulsionem existunt: non tñ purulentæ his similiter. Si vero impropriè purulentas dixit vrinarum tum crudarum tum crassarum excretiones,neq; ita suspectæ sunt,neque ad conuulsionis generationē proficiunt. Animę autē deliquiū,& oculi hebetudo,quæ ἀμαύρωσις dicitur,imbecillæ animalis facultatis signa existunt.

Conuulsionem igit̄ non ea symptomata dictis adiecta,sed sola illa possunt indicare: illa dico, ceruicis dorsiq; perfrictiones vnà cum toto corpore: vrinam item spumosam, aut crudam, aut incoctam. Oculi autem hebetudo per accidens conuulsionis expectationi fidem faciet, quod principium neruorum affectum significet. Nosse autem oportet & concursionem hanc virtutum inferre conuulsionem: non tamen perpetuo,vel vt plurimum,sed ambiguè magis,si ἀφρώδη id est spumosæ scripserimus: neque,si scribatur πυώδη id est purulentæ,expers vt dictum est,expectationis erit: medium vtriusq; obtinente, si ὑπνώδεις id est somniculosę,scriptum sit: sed illis adhuc magis, si crudæ & incoctæ videantur. Quibus autem hæc cessauerint,his propè esse tum conuulsionem tum mortem indicāt,oculorum hebetudo & apsychia. Intelligit autem proculdubio leipopsychiā .i.animi defectionem. Dioscorides pro ἄψυχιη scribit ἀποψυχή.

* τῶν δυνάμεων .i. uirtutum, c i cod. græc. arbitror tamē legēdū esse τῶν συναχθέντων .i. eorum quę possunt. ut sit sensus, hac conuulsionē ex iis, quę inferre possunt conuulsionē, non tamen perpetuo &c.

21 D *Cubiti & Ceruicis dolores Conuulsiui,à facie autem hi,atque in Faucibus sonitus multi cum salivatione, Sudores in his per somnos boni: An & Sudore quamplurimos leuari non malum?*

Orationem /a facie aūt hi/ intellexerunt omnes,vt æquam habeat cōditionem cū hac /a capite/ nempe & supra in alia dictione dixit/tum aliàs,tum à capite orti. Quare aūt conuulsiua hęc dicat symptomata,non est incertum ijs,qui antedictorum meminerunt. Quidam vero primam dictionis partem per se tum scribunt tum legunt,vt sermo talis sit: Cubiti ceruicisq; dolores cōuulsiui: à facie aūt hi. non amplius indigentibus nobis ad conuulsionis prænotionem consequente oratione. Hi aūt coniunctionem /atq;/ tollentes,principium consequenter scriptorum hoc fecerunt /in faucibus sonitus frequentes. Quidam pro ἦχοι.i.sonitus,scribunt ὄχλοι.i.tumultus,ita /in faucibus tumultus multi/vt Dioscorides. Capito autem ita scripsit: Atque in faucibus ὠχροι.i.pallores,frequentes: promptè siquidē (vt persæpe est dictū) recentiores in obscuris libris veteres scripturas pro arbitratu mutabant. At hęc quidē quoquo modo habeant,symptomata mala sunt: videnturq; ad p̄sentis dictionis veritatē quippiā conferre. Sed iusta est quæstio,quā ob cām adiecit /sudores p somnos in his boni/ nihil.n.est peculiare hoc pacto laborātibus, vt a sudoribus p somnos duntaxat iuuentur. Nempe commune est commodis sudoribus tum in dictis affectionibus, tum

in cunctis alijs limitationes habere alias, vt si ex morbi coctione fuerint, si per vniuersum corpus, E si diebus iudicatorijs, si febres & symptomata sedauerint. Sudores aũt, qui in somnis fiunt, vigilantibus fieri superuacaneum. Quidam vero sermoni opem ferre cupientes, sudores in ijs, qui cõuelluntur, ob morbi robur fieri aiunt. Si igitur corpore tum exoluto tũ relaxato, quod in somnis fit, id oriatur, sudare hos secundum naturam est existimandum. Quod deinceps dicitur, maiorem adhuc habet dubitationẽ scribente ipso /an & sudore ꝙ plurimos leuari non malum ? nullã siquidẽ ambiguitatem habet, cum manifeste sit bonum: si minus, at prorsus certe non malum.

22 *Dolores, si ad Infernas dilabuntur partes, his Toleratu faciles.*

Quo'd, quas'nã infernas dicat, non adiecit, propterea geminã expositores fecerũt scripturã: alij siquidem εὔφοροι.i.faciles toleratu, scripserũt: alij aũt δύσφοροι.i.difficiles toleratu. Nã, si ad partes, quæ circa thoracẽ & os ventriculi sunt, peruenerint dolores, maiorem inducent tolerandi difficultatem, †ꝙ cũ in ceruice cubitoq; essent: } si ad crura, morbosam totã affectionẽ insigniter iuuabũt.

†ceruici cubitoq;.

23 *Qui in febribus Su'dant cum Capitis dolore Interclusa aluo, Conuellentur.*

Ex breuissima interdũ expectatione conuellendos scribit: nempe forsan semel quendam ita habentẽ conuulsum vidit, non sæpius. Liber aũt ferè totus ad delirij conuulsionisq; prædictionem expendit. Si quis igitur authori crediderit, & in febre capite dolentes cũ sudo're & alui retentione conuellendos enunciare ausus fuerit, sæpius admodum aberrans, semel petitum assequetur. F

24 *Subarenidæ & liquidæ Deiectiones, perfrictionesq; non sine febre, Prauæ: Rigores ex eis tum vesicã tum uentrẽ prehendentes, dolorosi: an & in his Comatosum, aliquid conuulsorij habet ? non fuerim admiratus.*

ψάδυρα per δ Attici scribunt, per θ vero ψαθυρὰ cæteri omnes, vocantq; ψαθυρὰς carnes, q̃ duris fibrosisq; & ægre diuellibilibus atq; mandi contumacibus contrario habẽt modo: tales autem maxime sunt, quæ à multis σαχναὶ appellantur, diem vnum vel duos à iugulato animali repositæ: ἑώλας autem eas Græci vocare consueuerũt, {quasi biduanas vel triduanas dixeris: } & ἑωλίζειν ita ante putrefacere: † hinc edulium summe recens ἐπὶ βραχὺ προσεωλισμένον id est parum adputrefactum mortificatumq; dicit. } Constat autem ex eo, quod postea ita dictum est: Senibus † ad finẽ accessit. } Ego igit ostendi, quæ'nã dicant homines ψαθυρὰ, in edulijs, & nõ ĩ excrementis, orationẽ habentes. Sed libri huius authorem æquum erat nobis dicere, quæ'nã excrementa ὑποψάθυρα .i.subarenida vocet: nempe, ꝙ mediocriter ψαθυρὰ.i.arenida, constat. {Prorsus siquidem G ad eũ spectabat nobis ostendere, quę'nam dicat ὑποψάθυρα. } Cum aũt prophetæ ipsi inter se controuersi existant, maior adhuc nobis, qui prophetæ non sumus, existit dubitatio. Nempe est, qui liquida nunc simpliciter dici ait: alius cum aquositate liquida, crassitiemq; & substantiã nullam habentia: alij ea tanquam pinguitudine vacua: alij veluti nõ glutinosa: alij (nescio quod ipsis visum sit) aiunt ea, quæ humidis alijs, olei instar, non miscentur: alij in liquida deiectione biliosos & incoctos globos: alij autem, quæ facile dissoluuntur, vt si arenam aqua consperseris, deinde digitis componens constrinxeris, & mox vbi solueris, dissolutam dixeris, videnturq; hi cæteris probabiliores esse. Eadem vero potestate dicunt, qui non glutinosa esse aiunt: quæ quis composita & vna voce dixerit ἀγλισχρα.i.non glutinosa: si enim ab arenulentis edulijs ad deiectiones transferre similitudinem liceat, probabilius fuerit dicere ψαθυρὰ alui excrementa esse, quæ de facili dissoluuntur, nullamq; habent ægre dissolubilem vnionem. Talia vero excrementa fiunt & à cibis, qui arenulentam & solutu facilem habent substantiam. Vidi ego, cum in agro essem, hortulani pueros frumenti quidem indigos, pyris vero abundantes, talia deijcere. Qui miliũ panicumq; edunt, vel hordeaceos panes, similia his excernunt. Si vero triticeos panes quis edens talia deiecerit, quo'd tenuis & dissoluens humiditas excrementis permista sit, quæ mutuam prohibeat vnitionem, est suspicandum. Dioscorides, vt multa alia in obscuris libris prompte commutauit, ita & verbum ὑποψάθυρα permutauit, fecitq; ὑποψέφαρα, appellariq; is ita ait subnigrantia: nempe & tenebras ψέφας dictas esse apud Pindarum. Post vero ψαθυρῶν vaticinium, vel coniectationem, vel temeritatem (nempe, quo'd quis in talibus, tanquam certe nouerit, enunciet, temerarium existet) ad consequentes pergamus dictiones: ex quibus prima est /perfrictionesq; non sine ardore/ quod rursus ipsum certo nosse, quid sibi velit, temerarij est hominis. Conijcientes vero & in hac re, vt in alijs libri huius multis fecimus, perfrictiones non sine ardore dici assereremus, cum quis superficie quidem perfrixerit, in imo autem corpore sentiat igneam caliditatem. Has igitur prauas esse ait: quis enim cute quidem perfrigescentem, intus vero ardorem sentientem, praue habere nõ nouit, etiam non quærentibus nobis, an subarenida deiecerit ? Nempe scriptis in prognostico contenti ad dignotionem ‖ tum bonarum tum malarum deiectionum non fallemur. Deinceps autem in præsenti dictione scriptum est ita: Rigores ex his tum vesicam, tum ventrem, prehendentes dolorosi. Quærere igitur rursus nos hoc loco vult scriptor, quid'nam significet verbum ἐπιλαμβάνοντα id est prehendentes. Nempe antea ipsas ἐπισχέσεις id est retentiones, vocauit ἀπολήψεις id est interceptiones: nunc autem, qui ἐπιλαμβάνοντα scripsit, alijs quidem in H

† Hinc eduliũ iuuenibus ἀκροατὴς dictũ est id, quod parũ est προσεωλισμένον. Locus Hippocratis in libro de Alimento. Galenus uocẽ hanc ἀκροατὴς interpretatur, quod in superficie est mutatum, ĩ expositione linguarũ Hippocratis. † εἰς τέλος μεταβεβλημένον .i. exquisite mutatum.

In Prog. cõ. 2. t. 13. & 14. ac reliqu. 4ª. 199. a. c

re

A re eiusmodi nomen ferre vr̃ de interceptionibus retentionibusq́, quas ἀπολήψεις vocant: alijs vero, q̃ veluti admodum extendantur, indicare. Quod vero dicit, ὀδυνώδεα .i. dolorosi, sufficit ostendere ægrotationem quandam significari per vocem ἐπιλαμβάνοντα. In cæteris quidẽ operibus plurima eorum, quæ dubitationem afferunt, ex illatis dignoscuntur: in hoc vero libro maior perpetuo priore infertur quæstio: Quõ & nunc, cum inquit /an & in his comatosum/ nempe vel tale est, quod ait, in his memoratis, vel tum omnibus, tum postremis: nã & id patet comatosum pathema habere quippiam simul existens & conuulsiui, veluti in quo quidem ipsum etiam simul extitit, quód prædicta comatosum sequatur. Sed neutrum horum neq; est necessariũ, neq; vt plurimum euenit: & quidem author ipse consentit: adiecit enim coniunctionem dubitandi, an: dein de ipsi acclamauit, cum dixit /non admiratus fuerim / nempe ita in cõpluribus & fide dignis exẽplaribus est scriptum, veluti & in alijs quibusdam nullo pacto scriptum reperitur.

25 *Quæ in Acutis morbis Vomitorie trahuntur, Vitiosa: atq; Albæ deiectiones, Difficiles: Lentore carentia ex his percurrentia Multo cum æstu in Mentis eunt aberrationem: An ex his Comatosi torpidiq; postea fiunt? Morbus ex talibus diutius manet: An & circa iudicationem arescentes* Difficulter spirent?* *al. tussiculosi.

B Quæ in acutis, inquit, morbis vomitione trahunt̃, vitiosa sunt: tale aũt quippiã & antea est scriptũ: nosq́ in similibus similia dicere cogimur. Adijciam vero nunc & illud, quod ante dictũ non fuit, cum nauseam fieri dicebam, qñ ad expurganda, quę contristant, venter ciet̃. Quidã & ob phlegmonen ipsius, nauseabundã fieri affectionẽ dixerunt: quod in supradicto vniuersali sermone cõtinetur. Nam, si phlegmone sua propria ratione nauseam pariat, nunquam venter phlegmone obsideri citra nauseam reperietur. Incidit autem huic symptoma eiusmodi, cum phlegmone obsidet̃ quandoque duobus modis: Altero quidem, cum tenues quidam ichores ex inflammatis particulis ad interiorem ipsius capacitatem decumbentes, collectiq́ in eo loco, os ipsius contristauerint: Altero autem, cum permistio affectionum fuerit. Duabus siquidem inter se complicatis affectionibus, per se in vtráque fieri solet. Permista igitur ea, quæ nauseam parit, affectione cum phlegmone, propter alteram earum nauseantes ægri fiunt, non propter phlegmonen. Contingit autẽ nonnunquam, vt ex moderatis nauseis vomitus statim incidat: non nunquam sané & cõturbatio quidem plurima & frequens fiat, vomat̃ vero vel nihil, vel prorsus paucum: quod conijcere licet his verbis/vomitorie trahuntur/ipsum velle significare, quæ in præsentis dictionis capite sunt posita. Prauum autem est, non vt signum tãtum, verum ẽt vt causa, symptoma huiusmodi. Nẽpe, quatenus

C tenus succi malitiam, excerni contumacem contineri in ventris ore ostendit, eatenus signum prauum est: quód vero continuis lacerationibus vellicationibusq́ ventrem cruciet, ob id rursum tanquam causa ipsius erit, phlegmones quidem non dum existentis tanquam modo futuræ: eius vero, quæ iam ad est, tanquam incremẽtum suscepturę. Præterea inquit/albicantes deiectiones, difficiles/quod quidam ab ante dicto separant, cæteri copulant. Cæterum, quod de prædictis antea diximus, idẽ & de his nunc dicimus: Albæ etenim deiectiones fiunt non defluente ex hepate in ventrem bile: quod sané & per se & cum ante dicto constare potest: quia vero author dissimilia multa inter se cõmisceat, legẽtes ob id ea & copulare & separare ab inuicem possunt. Sed, quod mox post albicantes deiectiones scriptum est /lentore carentia ex his percurrentia multo cum æstu, in mentis eunt aberrationem/ inter ea, quæ semel forsan vel bis visa sunt authori, est nullam, quæ necessaria sit, habentia consequentiæ causam, sed (vt sæpius iam dictum est) quæ fieri possint, interdũ quidem q̃ infesti transmittantur humores, interdum vero q̃ diuidant̃, atq; aliqñ q̃ increscente affectione plures occupent locos. Adde, q̃ neque comatosos eos fieri inter necessaria sit, sed inter contingentia: quod & ipse confessus est, cum inquit /an ex talibus comatosi? visus est siquidem & id supra perpetuo adscribere, vbi enunciare quippiam non audet. Cætera, quę deinceps ad finẽ vsq́

D dictionis dicunt̃, similem habent absurditatẽ, vt forsan iam ab earum, quæ huic libro supersunt, dictionum explanatione temperandũ sit. Nẽpe, qui exacte didicerunt, tum quæ in libris Hippocratis scripta sunt, tum quæ in ipsorũ explicationibus sunt á me dicta, hi cognoscere possunt, quæ ́nã sané ex signis scripsit, quæ prognosticen ęqualiter perpetuo habentem obtineant, quę ́nã magna ex parte, & quæ ambigue, vel raro: atq; amplius quas in ipsis pro maioris minoris ́ve ratione continuerint differentias: vt nihil opε mea ad præsentia indigeãt. Cæteris vero, qui, priusquam illa didicerint, sese ad hæc conferunt, prolixissimæ in horum singulis orationis est necessitas, vt non tribus, sed triginta, opus sit libris. Ego vero cõprobatas fide dignorum exemplarium scripturas in præsenti percurri dictione. Sunt vero & aliæ multæ scripturæ, aliæ aliter pro cuiusq́ arbitratu: sed ad infinitam, vt dixi, prolixitatem incidere cogar, si omnes memorauero.

26 *Quæ ex Lumbis ad collum caputq́; redundant, resoluuntq́; paraplectico modo, Conuulsiua, & Mentis vacillationem parientia: An & talia Conuulsione soluantur? Ex his Varie ægrotant per ea profecti.*

In hac quoque dictione est incertum, quó nam pacto legere nos voluerit, qui librum hunc scripsit: an ex ordine vniuersa connectentes symptomata, deinde ab his dicentes/an & talia conuulsione soluantur? an ad hanc vsq́ orationem /resoluuntq́ paraplectico modo/ serie cõtinuata legere,

gere, mox silentes, rursum postea dicere/conuulsiua & vacillationem mentis parientia/nempe quidam hoc modo, alij illo legerunt: deinceps etenim inquit/an & talia conuulsione soluant? Côuulsiua certe côuulsione solui, inter absurda est: Prædicta vero solui conuulsione probabilius quis intellexerit: sunt autem, quæ prædicta sunt, hæc/quæ ex lumbis ad collum caputq; redundant, resoluuntq; paraplectico modo/postea, facta fuisse conuulsiua, & talia reddita paraplegiã soluisse. Hæc siquidem sensum quendã habere vident, propterea q paraplegia affectio vnius partis corporis talis sit, qualis est paraplexia totius, huicq; aduersissimum sit secundum motionem pathema conuulsio. Nempe, cum partes affectas motu priuet paraplegia, conuulsio ad motionem agit naturali vehementiorẽ, ita vt violenter hæc concutiant: q si obstructio, vel humidorum aut crassorum aut glutinosorum impactio, in neruis fuerit, ob id paraplegiam iuuare videbit. Quod vero in calce orationis dictũ est/ex talibus varie ægrotant per ea profecti/ in quopiã id factũ conspexisse mihi videt. Nempe & semel ego quendã, qui ita affectus erat, permutationemq; varie sese mutuo excipientium symptomatũ habebat, vidi. Fiebant aũt & illi hæc, prægressis lũborũ colliq; & capitis doloribus: post quos manus tota ægre tum sentiebat, tum mouebatur: sicuti & in dictione dictum est/paraplectico modo/cum non esset exacta paraplegia: mox superueniẽs conuulsio sensiliorem eam atque ad motiones expeditiorẽ fecit: placata aũt côuulsione, sensim rursum deterior reddebat: dein F de rursus tum lumborum, tum colli, tũ capitis, dolore correptus vniuersam subitamq; habebat paraplegiæ in manu adauctionem: atq; rursus postea non parum conuellebatur. E

* Forte, apoplexia, vide lib. 4. de vict. rõne in morb. acut. cõ. 27.

27 *Conuulsiones in Hystericis sine febre Faciles sunt: Vt etiam Dorcadi contigit.*

Et in hoc loco, quod à nobis cognoscit, dictioni adaptabimus, nihil ab ea discentes. Nomen siquidem εὐχερές, quod facile dixi, ambiguum, quantũ in se est, existit: põt.n. quis intelligere ex eo rationabilem earum, quæ in histericis affectionibus fiunt, conuulsionum generationem: põt quoque & dici securitas ipsarum, & à periculo recessus. Nihil itaq; dictio nos docet, sicuti neq; alius, q ambiguus sit sermo. Qui aũt in rebus, quæ dicunt, veritatẽ scire præuertunt, vni ambiguitatis parti conueniunt, interdum aũt & duabus: quo pacto & nunc hi legunt. Nempe mulieribus hystericis appellatis, quæ strangulationibus vteri capiuntur, fiunt & continue totius corporis contractiones conuulsiuæ, nec simile cæteris conuulsionibus periculum habent. Sed, qm̃ & in magnis vteri inflammationibus conuulsiones interdum assident, ab ijs nunc dictas separauit, adijciens dictioni ἀπύρως, quod est sine febre. Nempe, q magnas vteri inflammationes febres consequant, neminem latet: at non sæpius fiunt ex vteri inflammatione conuulsiones: si fiunt, periculosæ sunt. G

28 *Vesica Intercepta tum alias, tum cum Capitis dolore, Conuulsiuum quippiam habet: Quæ ex his cũ Stupore exoluuntur, Difficilia existunt, non tamen perniciosa: An & in Mentis pellat Vacillationem, quod huiusmodi est?*

Ἀπόληψιν.i. interceptionem tum vrinarum tum deiectionum pro retentione appellare consueuit. Côuulsiuum autem quippiam habere ait: quod idem cũ hoc est, posse aliqñ conuulsionẽ prouocare, & præsertim cum dolor capiti aduenerit: fuisse siquidem neruorum principium in societate affectus vesicæ ostendit. Quod vero postea scriptum est/quæ ex his cum stupore exoluuntur/ bifariam est expositũ. Nempe quidã de vrinis dictum inquiunt, tanq̃ ex retentione cum stupore excretæ sint: volunt siquidem ἐκλυόμενα.i. quæ exoluuntur, dictum esse pro ἐκκρινόμενα.i. quæ excernunt: alij verbum/exoluuntur/ de corporis partibus dictum esse intellexerunt: alij de vniuerso corpore, quasi sensione quidem torpens ipsum, voluntaria vero motione exolutum, fuisse diximus. Volunt igitur hæc δύσκολα quidem.i. difficilia, pro ἀκίνδυνα dici.i. periculo vacantia, non tamen perniciosa. An vero in dictionis calce dubitanter enunciet, in dementiam pellere, quod tale est, nec'ne, sæpius mentem ipsius didicimus, in quibus addubitat.

* *Cod. antiqui habent ἐπικίνδυνα.i. periculosa.*

29 *An & Ossium, quæ in temporibus sita sunt, discessiones, Côuulsionem accersant? Vel Temulentum sauciari, Vel Sanguinem Valenter erumpere, in principijs si id faciunt, Conuulsiua?* H

Quod in calce orationis dictum est/conuulsiua/in exemplaribus quibusdam adiectum nõ est: neq; si non adiectum sit, quantum ad intelligentiam rei spectat, quippiam refert, quia sub eo intelligatur, quod principio dictum est/côuulsionem accersant? Dilucide igitur hoc in loco id ipsum, quod in vnoquoque ægrotante apparuit, demonstrauit: cum iustum esse sibi scripturam interpretari visum fuerit, interdum quidem tanquam vniuersale enuncians, interdum vero addubitans: Sicuti & nunc in aliquo, cui os capitis positum in temporibus, discissum fuit, qui temulentus sauciatus est, confestimq; erupit vehementer sanguis, & tandem est conuulsus. Cum ergo tria ipsi euenerint, vnum quidem ossis temporalis discissio, alterum q temulento id factum sit, tertium vero sanguinis eruptio: inquirit, à quo'nam horum sit orta conuulsio. Cui respondebo facile: nã de ossis temporalis discissione ait Hippocrates, ‖Quo'd plagæ tpibus inflictæ graues sunt, & soporẽ in- »
ducentes: q itẽ in conuulsionibus distẽtionibusq;, tẽporũ musculi primi patiunt. De ebrietate ve- »
ro aphorismũ illũ dixit: ‖ Si ebrius quispiã repente obmutuerit, côuulsus morit. De sanguinis aũt »
eruptione, ‖Quo'd conuulsio à repletione fiat, vel vacuatione, nõ autẽ totius corporis, sed neruorũ »
ipsorum:

de Articulis cõ. 2. t. 9. 7ª. 263. f
5ª. Aph. 5. Ext. ord. 37. f
6ª. Aph. 39. Ex. ord. 50. f

A ipſorum: quo fit,vt ex ſanguinis eruptione haudquaq̃ conuellantur,niſi refrigeretur vel propter
præſentium incuriam,vel ꝙ ſedare velint fluxionem ſanguinis per refrigerantia remedia.

30 *In Sudore Sputa præterfluentia Febrienti ægro, Leuia: an ad dies aliquot Ventres humectentur? arbitror: an his Abſceſſus in articulum futurus?*

Quidam dictionis antecedentis finem principium huius efficiunt bifariam: Alij quidem cum
articulo, τὰ σπασμώδεα.i.conuulſiua,in ſudore ſputa præterfluentia: verũ,quod ad intelligentiã
ipſam attinet,nihil intereſt,ſiue adiectus ſiue adẽptus fuerit articulus: Qui vero deinceps dictas/cõ
uulſiua/præordinant, magnã faciunt ſenſus permutationẽ: Atq; adhuc magis ſcriptura alia, quã
recentiores quidam moliti ſunt.pro ἐν ἱδρῶτι.i.in ſudore,nomen compoſitum ἀνιδρωτί.i.non in
ſudore,& abſque ſudore,facientes. Si igit̃ non ſæpius in dictionibus multis ea, q̃ nihil conferant
ad prædictionem,pro conferentibus adſcripſiſſet,confeſtim culpaſſem eos,qui dictioni, conuulſi
ua, præſcribunt præordinantq;. Cum vero & ipſe adieccerit,quod nihil conferret,ignoſco ijs, qui
conſcripſerunt,conuulſiua,q̃q̃ ad præſentia nihil,quod effatu dignũ ſit,conferat: ſiquidem in fe-
bribus cum ſudoribus non iudicatorijs præterfluentia ſputa,ob copiam immoderatam vel virtu-
B tis imbecillitatem oriunt̃: atq; ob id ſunt εὐήθη.i.leuia,quaſi εὔτροπα.i. non contumacia & verſu
facilia,dixerit. Abſurdior aũt fuerit intelligentia,ſi ἀνιδρωτί.i.non cum ſudore,ſcripſerimus: ꝗ̃ꝗ̃,
qui ſcripturã antiquam permutauerunt,tanq̃ ſapientius quippiã inueniſſent,ita ſcripſerunt,'pro
ἐν ἱδρῶτι ἀνιδρωτὶ facientes. Orationẽ aũt hanc/an ad dies aliquot ventres humectent? in ægro
factũ id videlicet conſpicatus ita ſcripſit,an multis euenire id poſſit,inquirens. Nihil autem certi,
quantũ ex dictis eſt,quod ipſi reſpondeamus,habemus: nẽpe,quo pacto tali in ægroto cætera ha-
beãt, limitare oportet,de quibus dixit nihil. Modus idem eſt de futuris in articulos abſceſſibus:
conſtat.n.quibus'nam ex ſignis talia definire oporteat: de quibus in præſentia nihil dictum eſt.

31 *Quæ Cum tantula ferocitate in Deſipientiam pellunt, Melancholica: ſi Vero à Muliebribus fuerint, Ferina: an plus autem incidunt hæc: an et hæ Conuulſiuæ? an cum Caro quoq; Aphoniæ Cõuulſiuæ? quo modo Coriarij filiæ obuenit: cœpit autem malum præſentibus menſtruis.*

Quam'nam appellet melancholicam deſipientiam, dixi antea: nam is dictionis eiuſdem, quã
nunc retulit,ſcripſit principium. Præſens vero ſermo (vt author fatetur) eſt, ꝙ coriarij filiam ex
menſtruorum retentione ferine deliraſſe conſpexerit: demonſtrauit aũt per vocem hanc/melan
C cholica/ intenſionem: prompti ſiquidem ſunt ad inferenda propinquis mala,qui ex melancholia
delirant: vbi aũt ingentia mala faciunt,ferinas deſipientias appellat. Sed, ꝙ ex purgationis men-
ſtruorũ retentione talis oriat̃ deſipientia, neq; prorſus verũ,neq; magna ex parte. Nam,ſi melãcho
licus fuerit ſanguis,atq; in cerebrum ierit,deſipientiam hmõi parit: ſi vero bilioſus,non talem ſed
cõſuetam familiaremq;: ſi copia pituitoſa fuerit, cataphoram lethargumq; magis efficiet: ſi vero
miſtũ ex his,miſtã ẽt affectionẽ ex cataphora & vigilia, vel deſipientia cõficiet. Vt aũt horũ nihil
vniuerſale ipſis ineſt: ſic neque conſequentium aliquid,quæ coriarij filiæ eueniſſe ſcripſit.

Galenus uidetur legiſſe negatiue.

32 *Quibus Conuulſis Oculi fixe relucent, Non apud ſe hi ſunt, Diutiusq; ægrotant.*

Quidam pro παρ' ἑωυτοῖσι ſcribunt παρὰ σφίσιν αὐτοῖς: ſed,ꝙ vtraq; oratio,& παρὰ σφίσιν αὐ
τοῖς εἶναι,& παρ' ἑαυτοῖσιν εἶναι,de his dicat̃,qui ſapiunt,cuiuis patet. Οὐκ εἶναι παρ' ἑαυτοῖσιν aũt
eſt non intelligere,ſed mente circumagi, diſtrahiq; iudicium. Sed, ꝙ nota habeatur ex oculis fixe
relucentibus,vt ex alijs quibuſdam,ignorant: ſatis vero fuerit in eam rem,quod ab eo dictum eſt:
Oculi ferocitas deſipientiam indicat. quomodo & idiotis ipſis dilucet, qui non prorſus ſtupidi 6.Epid.cõ. 1.t.
exiſtunt: nempe,ꝙ id ſemper ſubaudire oporteat,conſtat omnibus. Vocamus ſiquidem in eiuſ- 31.57.163.b
D modi omnia teſtes idiotas,qui rũdes tum exiſtunt,tum vocantur: ſed maxime quidem,ſi fieri poſ
ſit,natura prudentes: ſi non,at nõ mente deſides ignauosq;. In præſenti vero ſermone ſupra mo
dum relucere oculi ponuntur, quod per ſe ipſum ſignum iraſcẽtium erat: ſed forſan id oculo ἀτε
νεῖ id eſt fixo contentoq;,quod eſt θρασεῖ.i.feroci,concurrens,vehementiorem indicabit fore deſi-
pientiam. Superuacue aũt ad prædicendum,ꝙ deliraturi tales ſint, conuulſorum'meminit: nam
& ſine his procreari poteſt deſipientia,& præſentibus his,non procreari. Ægrotaturos aũt diu-
tius, adhuc etiam temere magis dictum eſt: nempe,in quibus conuulſis fixe ferociterq; relucent
oculi, hos acute ægrotaturos,non diuturnius,rationi eſt conſentaneum.

33 *Sanguinis Ad latus diuerſum eruptiones, Malæ: Vt ſi,cum lienis magnus fuerit, dextra ex nare fluat: Atq; res in Hypochondrijs ita habet: Cum ſudore deterius id exiſtit.*

Si quippiam aliud ſæpius contingere ipſe vidi,ita & hoc. Videt̃ autem Hippocrates ex multa
experientia,quam ex particularibus ſibi fecit,vniuerſalia collegiſſe. Nempe & in epidemiorũ li-
bris ęgrotos ſcripſit multos,alios quidem,quibus ſanguis ſalubriter erupit: alios vero,quibus in-
ſalubriter. Cauſam horum alibi enunciantes conſiderauimus. Nunc id noſſe ſatis fuerit,quod,qui
aſſerunt, quomodo ex hepate caua vena ſurſum per thoracem fertur, ita & ex liene aliam ortam
partibus

partibus distribui sinistris, non vera dicant: cum vna sola vena sit, quæ ex partibus septo transuerso inferioribus ascendit. E Quærit aũt non sine rõne ab expositoribus, quam ob cãm verbo /lienis/ adiecerit /magnus: aiuntq́;, qui maxime probabilia dicere visi sunt, in paruo liene non admodum manifestã esse in ũtraq; vel præsidij vel offensæ inclinationem. Ego vero sermoni adiectũ esse existimauerim verbum /magnus/ quasi vel tumefactus vel in molem assurgẽs vel phlegmone obsessus adscripserit. Nam, si /lienis/ simpliciter scripsisset, rursus alia orirẽt quæstio, quónam vitio lienẽ affici dicat. Si igitur hoc non inquiramus, sed nobis constet in omni tumore præter naturam liene fatigante, in latus diuersum sanguinis eruptionem nocuam esse, limitationis gratia verbũ /magnus/ adscripsit. Exẽplũ aũt hoc ipsum, videlicet de liene, oĩum cõe est, quibus ad latus diuersum sanguis erũpit: atq; ob id sermoni additur aduerbium /vt/ perinde atq; si ita dixisset: vt si, cũ iecur magnũ fuerit, ex sinistra nare erumpat sanguis: cæterum ita à liene, tanq̃ exẽplo, ad iecur transire in promptu esse arbitratus, iecoris non meminit. Quód aũt à viscere ad viscus migratio fieri possit, adiecit hypochondriũ, inquiens /atq; res in hypochondrijs ita habet/ ne tñ ex visceribus directas sanguinis eruptiones bonas esse existimemus vel malas, q̃ in latus diuersum fiant, sed ẽt ex hypochondrijs ipsis. Cũ aũt vitiosa sit, quę in latus diuersum fiat sanguinis eruptio, deterius adhuc fuerit signum, si cũ desudatione contingat. Ἐφίδρωσιν aũt .i. desudátionem, iã sæpius quidẽ in hoc F scripsit libro, sed nusquã ita lucide, vt cognoscamus, nunquid sudores circa thoracem caputq; apparentes ita appellet, an eos, qui toto emanant corpore, vbi tum pauci, tum nihil conferentes sint. Prauũ aũt vtrunq; horũ est: deterius aũt, quod in superis fit partibus. Nempe, cũ oĩs desudátio demonstret vel copiam in sudántibus partibus, vel facultatis retentricis imbecillitatẽ: vtrũcunq; eorum in locis tum thoracis tũ capitis fuerit, deterius est signum, quã si in alia quapiam parte fuerit.

34 *Ex Naribus Exiguo cum sudore Perfrigescentia, Maligna prauaq́;.*

Rursus hoc loco interpretatione est vsus, non adiecto orationi ex naribus perpetuo erũpenti sanguine, quod nos de necessitate subaudire oportet, ꝑpea ꝙ nihil aliud ĩtelligere valeamus. Fiet aũt sermo integer, si ita interpretari liceat: Si ex naribus sanguis erumpat, cum sudores vel fuerint vel superuenerint, perfrictionẽ quidem ferunt, quæ indicat malũ esse morbũ. At, cũ perfrictio tũ in extremis fiat, tum per totum corpus, grauior certe difficiliorq́;, quæ per totum corpus est.

35 *Post Sanguinis eruptionem Deiectiones nigræ, Malæ: Prauæ aũt & Prærubræ: an & Quarto die talis eruptio fiat? Comatosi ex his Conuulsione finiuntur: an Nigris procurrentibus & Tumefacto Ventre?* G

Rursum & hoc loco, vt in alijs multis, sermonẽ manifestum vtilemq́; ab Hippocrate dictũ cõfudit. Est aũt ipsius primum quidẽ vniuersale hmõi: ‖ Iudicatoriorum non iudicãtium alia quidẽ lethalia, alia vero iudicatu difficilia. Cum autẽ iudicatoria multa sint, in horũ singulis suus est sermo, particularis quidẽ ad eũ, qui dictus est, relatus: vniuersalis vero ad subiectos subordinatosq́;, qualis est talis: Sanguinis eruptio non iudicãs vel mortalis, vel iudicatu difficilis. Ita sudor, vel copia tum vrinarum, tum deiectionum, tum vomituum, vel quæ per hæmorrhoidas, vel vterũ, excernunt, & parotides, & cæteri abscessus. Oĩa siquidem hęc, si non iudicant, interdũ quidem lethalia, interdũ vero & δύσκριτα, i. ἄκριτα ποιεῖ τὰ νοσήματα .i. morbos iudicationis expertes faciũt. Cõmunissima aũt ex his efficit oratio vniuersalissima generalissimaq́; (vocet.n. vnusquisq; pro suo arbitratu) Iudicatoriorum non iudicantiũ alia quidẽ lethalia, alia iudicatu difficilia. Præstat aũt hoc loco, qñ sint lethalia, & quando iudicatu difficilia, definiuisse: id quod ab Hippocrate ipso est demonstratum. Quæ nanq; ex iudicatorijs nihil iuuant, sunt iudicatu difficilia: quæ vero ẽt in contrariũ repunt, sunt lethalia. Iã, quæ ad contrariũ inclinant, al ijs ex signis certitudinem capiũt: qũo & malignas scripsit hoc in loco deiectiones: acciderit quoq; aliter cuipiam altera talis affectio maligna, vt vomitus, vel prauæ vrinæ: veluti & perfrictio, quæ cũ difficultate excalfieri possit, aut totius corporis, aut extremarũ tñ partium: sic ẽt profunda sitis, æstusq́;, & caligo, & impla H ciditas, & vigiliæ, atq; prauorum aliorum quippiã. Didicisti vero hæc eadem omnia ex commentarijs de iudicationibus, atq; ex prognostico, quædam item ex epidemijs. * Scripsit certo & hoc loco sermonẽ vniuersalẽ, particularium speciem vnam commemorans. Nẽpe, qui modo artem discit, putat sola hæc maligna esse, de quibus audiuit: si vero acri est ingenio, põt & alia q̃dã talia esse suspicari, tpsq́; expectare aliud, in quo & ipsa perdiscat. Quód si {nõ} ita didicerit, sed ea, q̃ particularia existunt, rursus expectabit, inscius, q̃tũ doctrinæ adhuc ipsi desit: qui vero vniuersale didicerit, particularia omnia cognoscit. At, qui prorrheticũ hoc scripsit, in particulari versat: atque ob id interdum quidem ex diuersi generis symptomatis concursionem aceruat: interdũ vero ex vno ægro aut duobus vniuersaliter pronunciat: atq; aliqñ addubitat ambigitq́;, qũo & nunc, inquiẽs, An & quarto die talis eruptio fiat? Nẽpe, ꝙ quępiã viderit, cui quarto die sanguis erupit, omisso noĩe sermonẽ fecit, q̃q̃ dies ipsi vniuersalem in prognostico habeant doctrinã. Rursus autem particularia enuncians prorrhetici author, non tanq̃ particularem, sed tanquã vniuersalem, fecit sermonem, scribens ita /comatosi ex his conuulsione finiuntur/ non necessario fieri inquiens, sed interdum cõtingere, veluti & aliud quippiã inutile, quod habet generationem, sed id quidẽ simpľr enunciauit.

2. Epid. sect. 1ª.

Al. ἔγραψα .i. scripsi. ut de se ipso dicat, qui paulo superius citauerit vniuersalẽ illã propositionem, Iudicatoria nõ iudicãtia et c. & particularem & c.

A enunciauit. De nigris autem procurrentibus & ventre tumefacto, respondemus ipsi & hic posse quidem & ea fieri, sed neq; perpetuo, neque vt plurimum.

36 *Sanguinem profundentia cum Desudatione Vulnera, Mala: Loquentes ita affecti Occulte pereunt.*

Quidam τρώματα. i. vulnera per τ & ρ & ω primam syllabam scripserunt: alij autem τρομώδεα per τ ρ & ο: & vsitatissimæ quidem scripturæ hæ sunt tum expositoribus, tum scriptoribus, sed cō cursionibus raræ existunt: veluti & quæ primam scriptam habet per τ ρ α & υ. Exordiendū igit est & nobis à consueta vsitataq; quam per τ ρ & ω scriptam reperimus, & quæ idem significat cū ea, quæ per τ ρ α & υ scribitur. Nempe τρώματα læsiones eas appellat etiā Hippocrates, quæ ab externis inferunt causis. Fecisse igit in præsentia sermonem non solum in vulneribus vel exanthematis, vel abscessibus, vel diuisionibus, verum quoq; & in sanguinis eruptionibus par est: quin in vulneribus cōsonant magis, cum sola hæc sanguinem profundant. Quidam scriptorem hunc etiā nū de sanguinis è naribus eruptionibus nūc agere dicūt, nō in febribus solū, verū quoq; & in nup dictis affectionibus interficere. Siue igit de oībus his sermo sit, siue & vulneribus dūtaxat, sanguinis cū desudatione eruptiones malignæ sunt: nec dissimili modo, si & τρομώδεα. i. tremores, scri- B ptū fuerit. Illud aūt, loquentes aūt eos occulte perire, tale quippiam indicare aiūt, ꝙ tales nihil mali habere videant, sed tanq; extra periculū cōstituti, & præsentibus loquētes, repēte pereant. Quod si aduerbium λαθραίως. i. occulte, hoc velit ipsis significare, naturalē interpretationē alienis metaphoris permutare summopere studere vident: putant nanq; virtutem esse orationis semper à cōi loquendi consuetudine recedere, perinde ac si nihil referret, si quis vel ad deterius recedat.

1. de Morbis, circa princip*ū*. atq; et 4. circa mediū & alibi, hoc noīe sæpius utitur.

37 *Post modicam Sanguinis eruptionem, Nigramq; deiectionem, in Acutis morbis Surditas Malo est: Sāguinis deiectio in his Perniciosa: Surditatem uero soluit.*

Continet in hac syndrome verū quippiam & vniuersale. Nempe in acutis morbis, nigris ex deiectionibus si sanguinē deiecerint, perniciosum vere existit: id quod & nos scimus, & cæteri, qui ī artis operibus consenuerunt. Atqui symptoma esse vr̄ secundum eam rōnem, qua in superpurgationibus vltimū excernit, quod sanguineū est: sed particulariū est, in quibus scriptor nominauit.

38 † *Lumbis dolentibus Stomachi dolores accedentes, Signa eruptionis sanguinis puto notamq; progressam.*

Non recte explanauerunt dictionē hanc pleriq;, qui in hunc librū cōmentarios scripserunt, simulq; & pugnantia dixerunt. † Vr̄ aūt mihi quidam eā in discentiū vtilitatem exposuisse: sed hoc mō non meminit febrium, vel acuti morbi, vt consueuit. Vt ergo sermo eius in non febrientibus sit, verisimile est, ex nulla manifesta cā plures consequentes dies lumbis dolētibus atq; ore vētris. } In his igit vacuationem per hæmorrhoidas expectare oportet. Posses aūt non solū id fore prædicere, sed & propter hæmorrhoidum retentionem ea fuisse conijcere: magisq; si eius, qui hęc patitur, temperaturam videas melancholicam, vt tibi ex dictis prædictio non solū futuri, verū & præteriti, & tertio præsentis sit. Nēpe, cū ab alijs distinctus fuerit lūborū dolor & cardialgia, præteriti quidē erit prænotio, ꝙ & antea fuisse illi per hæmorrhoidas vacuationem noueris: futuri, ꝙ & nūc erit: præsentis aūt affectionis perspicua sunt symptomata, nempe copia in venis aceruata tenue quoddam serum in ventrem confluens cardialgias parit in os ipsius ascendens, quod omnium ferè partium maxime sentiendi facultate præstat. Plurima aūt abundantiæ portio ad inferum repens locū, in quem & primum deferri consueuerat, lumborum dolores efficiet.

†*Lūbis dolētibus cardialgiæ accedētes, sanguinis per hæmorrhoidas erupturi, signa sunt: arbitror aūt et eius, qui antea erupit, signū esse. ita videtur legisse Galenus.*

† *Clarius ita posset uerti. Ea āt quis iudicio meo posset ī discētiū utilitatē exponere hoc modo. Non meminit febriū, vel acuti morbi, ī hoc sermone, vt consueuit: verisimile ergo est ī nō febrientibus, sermonem ipsī fieri, qui ex nulla manifesta cā plures cōsequētes dies lūbo[illegible] et cardialgi[illegible] laborent.*

39 *Qui Statis temporibus Sanguinem profundunt, Siticulosi hi, Difficiles & Exoluti si non profuderint, Epileptici Moriuntur.*

D Hoc rursum loco satis erat vniuersaliter dicere, primum quidem, quibus vacuatio sanguinis cōsueta retenta fuit, his morbos fore plethoricos, manante ipso ad eas corporis partes, quæ retentis excretionibus propinquæ sunt, vel ad eas, quæ imbecilliores existunt: particulatim vero de ijs, qui ex hemorrhoide, vtpote excrementis existentibus melancholicis, alunt vel melancholiā, vel phthisin, vel hyderum, vel varices, vel cancrum, vel elephantem: præter hos aūt vnicuiq; in ea parte fore affectionem, quæ cæteris manifeste imbecillior existit. Non recte aūt duorum symptomatū cōcursionem adiecit, sitis & exolutionis, in sanguinis retentione: nam sitis nullo pacto retētionis sanguinis proprium existit: exolutio aūt immoderatas excretiones non retentiones consequitur: & recte dictum est in secundo epidemiorum, " Sanguine multo fluente lassescere. vbi, & quod ex voce exolutionis significatur, exposui.

2 Epid. sect. 2.

40 *Qui compositi Perturbantur, Peruigilant, Naribus stillant, Sexto die leuantur, Nocte laborant, Postridie sudāt, in Somnum feruntur, Delirantq; abunde Sanguinem profundent: An & Aquosa Vrina tale quippiam indicat?*

Dilucide rursus hoc loco ostendit, quod in particularibus apparet cōcursionibus. Nēpe profluuij sanguinis peculiaria sunt signa clare in cōmētarijs de Iudicationibus deinceps scripta: nūc aūt in hoīe, qui abunde sanguinem profudit, oīa, quæ sanguinis profusionem antegrediunt, scripsit.

41 *Quibus Sanguinis eruptio multa fuerit, procedente tempore Alui Male afficiuntur, si nõ Vrina concocta fuerit.* E

4a Aph. 27. Ex. ord. 30. c

Dixit in aphorismis Hippocrates, ‖Quibus in febribus sanguinis quacunq; ex parte copia erũperit, cũ reficiunt, alui his humectantur. hic aũt simpliciter inquit πονηρεύονται.i.male afficiunt: forsan in verbo/male afficiunt/ complecti volens, & humectantur, & quæcunq; in ventre perperã fiunt, alijs quidem morsis, alijs inflatis, vel ructu acido correptis, vel prorsus non coquentibus. Omnia aũt caloris natiui inopiam consequuntur, ob quam & vrina aquosa videtur.

42 *In Iudicatorijs Perfrictionibus Sanguinis eruptiones vehementes, Pessimæ.*

Conspicuus est sermo nullamq; quæstionem habet, si vehementes & pessimæ scriptum fuerit: Si vero, vt non nulla exemplaria habent, pro κάκισται.i.pessimæ, scriptum fuerit κράτισται.i.optimæ, maxima orit̃ quæstio: quod defendentes non nulli tale quippiam significari aiunt: Quęcunq; sanguinis eruptiones vehementes refrigerant̃ in iudicatorijs diebus, optimę sunt. tanq; refrigeratio, sanguinis eruptiones retineat. Hi aũt non scriptã enarrant dictionem, sed alteram, qua ita dici oportebat: Quæ in iudicatorijs fiunt eruptionũ sanguinis vehementium refrigerationes, optimæ sunt. Adde, q frustra additum sit/iudicatorijs/nempe, quocunque die sanguinis eruptionibus vehementibus perfrictiones aduenerint, sanguinis eruptiones sistunt. F

43 *Capitis affecti Grauitate, & Sincipite dolentes, Peruigilesq;, Sanguinem profundunt, tum aliàs, tum si quippiam in ceruice tendatur.*

Sanguinem profundunt quidem & in huiusmodi concursionibus, sed non multoties.

44 *Qui Peruigilauerint, repente cum Inquietatione quadam Sanguinem profundunt, tum aliàs, tum si quippiam nõ ante fluxerit: an & vbi perfrixerint?*

Concursioni quoque huic sermonem adijciam eundem, quòd quidam horum sanguinem profundunt in capitis doloribus.

45 *Ceruicis Dolores, impense Rubri Oculi, Sanguinis eruptionem ostendunt.*

Veræ hæc, q sæpius ad sanguinis eruptiones cõcurrãt, intulit: cætera vero, quæ ante dicta sunt, raro concurrunt. In re eiusmodi magna præstant virtute impense rubri oculi.

* *Al.* ἐπιστάσης. i. *suppressa est.*

46 *Quibus Venter tẽnditur, Sanguinem hi profundunt, Superrigentq;: an Venter intestinorum incurrat Læuitatem, fiatq; Durus, vel Ascarides fatigent, vel vtrunq;?* G

Verbum αἱμοῤῥαγέειν.i.sanguinẽ profundere, videt̃ sæpius, non semel, author intelligere, sanguinẽ è naribus fluere: arbitrorq; eum adnotasse aliquem, qui suppressa aluo sanguinẽ profuderit, deinde superriguerit, & postea intestinorũ læuitate correptus sit. Sed, q aluus cũ intestinorũ lęuitate induruerit, controuersiã habet manifestam. Nẽpe quidã duritiẽ in ipso ventris corpore intellexerunt, non in excrementis. Alij nihil id prohibere inquiunt, alijs quidẽ ita sanguinẽ profundentiũ adhuc magis, q antea, superinduratũ esse ventrẽ: alijs vero contractã intestinorũ læuitatẽ, veluti & habere ascaridas. Alij fieri posse inquiunt lienteriã durã, si, quæ permeauerint, non solũ qualitate vel inuertibilia vel immutabilia manserint, verũ quoq; & dura, qualia deuorata sunt, citra vllã madefactionẽ. Dioscorides præsentẽ dictionẽ in duo secãs seorsum quidẽ scripsit, Quibus vẽter tendit, sanguinem hi profundunt, & superrigent: an ad sanguinis profusionẽ tale consequat̃? deinde principio altero, inquit, Venter intestinorum læuitate correptus, vel durus, vel ascarides, vel vtrunq;. Scribit aũt non ἐπίσκληρος, sed ἐπίσκληρον per ν, & iuxta illud superne imponẽs λ, vtrinque punctis includit: vult aũt per vocem hanc ἐπίσκληρον, corpus induratum significari. H

47 *Quibus ad Caput manusq; ex Lumbis fit recursio, Stupefacti hi, Ventriculi ore dolentes, & Saniosi, Sanguinem abunde profundunt, Venterq; turbatis his copiose fluit.*

Diligenter rursum hoc consideres loco authorẽ, qui concursiones ita scribit, vt in quibusdã sanguinẽ profundentibus vidit: &, si, quæ à me sunt demõstrata, memoria tenueris, iudicare ipse, q̃nã superflue scripta sint sanguinẽ profundentibus facta indicia, poteris. Cętera quidem dictionis sĩr quàm plurimi scribunt: quidã vero non ἰχωρώδεες id est saniosi, sed χολώδεες.i.biliosi, scripserũt. Si vero eorũ, quæ supra dicta sunt, memor fueris, quõnã mõ vtrunq; defendi possit, non ignoras.

† *Al. hi suppressa aluo sanguinẽ profundunt dolentes.*

48 *Quibus ex copiosa Sanguinis eruptione & frequẽti, Nigrorũ multorum est deiectio, † & Tensio, Sanguinẽ hi profundunt Ventre dolentes: Cum quadam vero fluxione Facile ferunt. An hi Sudores frigidos habeãt multos? Returbata his vrina mala non est, Neque, quod residet, genituræ simile: Frequentius vero hi meiunt aquosa.*

Conspicatus quoq; hæc omnia, vniuersale inde comprehendisse ostendit, q singulorum, quæ dicta sunt, vires non cognouerit: quæ tibi constant, si es memor eorum, quæ dicta sunt tum in his commentarijs, tum in ijs, quos in prognosticum fecimus, tum in libris de iudicationibus: meditationem

A tionem quoque eorum exercitationeq́ue in epidemijs perdidicisti. Lectis autem aut semel aut bis talibus, vt memoriæ tuæ confisus à reliquo temperes, non oportet: vix enim eam tum facilem tum promptam habebit, qui etiam assidue in omnibus versetur commentarijs.

49 *Quæ ex Naribus cum Surditate & Ignauitate parua est Stillatio sanguinis, Difficile quippiam habet: Vomitus his Confert, Ventrisq́ue perturbatio.*

Nescio, quõ paruum malum esse intelligat sanguinẽ e naribus stillicidij instar fluentẽ: nempe orationẽ ἔχει τι δύσκολον id est difficile quippiam habet, in paruis dicere homines consueuerũt. Sed nõ paruum id malum existit, & si absq́ue surditate ignauitateq́ue fuerit: cũ his, quę cerebrum affectum esse indicant, lethale signum erit sanguinis e naribus stillicidij instar fluor. An vero vomitus, vel ventris perturbatio his conferat, non põt simpliciter absq́ue distinctione pronũciari. Distin
* ctio autem est quibusdam morbi in principio, si vires valentes, vel sanguinis redundantiã habeãt, vel pituitæ, vel alterutrius bilis. Nam, si valenter excernant, sanguinisq́ue redundantiam habeant, quod
* sectione venæ, non vomitu, vel ventris perturbatione, indigeant, neminem latet. Quod vero ĩ vomitibus ventrisq́ue perturbationibus antea est dictum, patescit, cum medicum vomitũ ciere & ven
B trem perturbare velit: non de ijs, quæ a natura fiunt, enunciet.

50 *Quibus ex Rigore Febres lassitudinariæ fuerint, Muliebria his decurrunt: Ceruix autem in his dolens, Sanguinis indicat eruptionem.*

Mulieribus quoq́ue recte valentibus, etiam citra rigorem cum febre, menstrua fit purgatio, cum sensione quadam lassitudinaria. Cum igitur & rigores fuerint, maiorem totius corporis motionẽ parientes: & sanguine in eo redundante, naturam ad superflui vacuationem excitent: magis vtiq́ue muliebrium, id est menstruarum purgationum, vacuationem fore spes est, si & purgationis, quæ per circuitum repetit, tempus adfuerit. Si vero ceruix ex prædictis doluerit, vergentis ad superas partes humoris signum constituitur.

51 *Et per Nares Sanguinem profundere sperandum est ea, quæ Caput concutiunt: &, quæ Sonitum faciũt, Sanguinem profundere, vel Muliebria deducere, tũ alias, tũ si in spina æstus insequetur: forte vero & Dysenteriam facere.*

Rursus hoc loco nomen vnum adscripsit anceps ambiguumq́ue, totã dictionis seriẽ quæstionis cuiusdã opus habere efficiens: nempe, quæ nã sint caput σείοντα, i. concutientia, obscurum admo
C dum videtur. Quidam. n. capitis symptomata omnia ita dicta esse inquiunt inuenta generali quadam hac voce ab eo: vt antea, cum de ventre ageret, vocem hanc ταράσσεσθαι. i. male affici, inuenerat. Alij in palpitationibus pulsationibusq́ue temporalium venarum, vel tremulis, vel quodãmo
⁖ do vibrantibus, motionem quandam totius corporis. Hæc igitur caput concutientia mouent interdum & sanguinis e naribus eruptiones, veluti & menstrua. Sperat aũt id fore magis, si mulier sensionem æstus circa spinam habuerit. † Potes aũt contristantium humorum ad caput impetum asserere, nisi per vterum vacuentur, vel dysenteriam procreent.} † Ex antiquis clarius, & verius. Potes et iudicare humores noxios, qui ad [illegible] [illegible], nisi per vterũ vacuati fuerint, dysenteriã esse [illegible].

52 *Ventris quoque Palpitationes cum Hypochondrij Tensione sublõga & tumente, Sanguinis indicant eruptionem: Inhorrescunt autem hi.*

Incertum est, de quo'nam symptomate dictũ sit τῶν παλμῶν. i. palpitationum, nomen. Nempe præter id, quod neq́ue appellationes antiquorũ aperte discretæ sunt, vt & ostendit liber de palpitatione, in quo de arteriarũ pulsibus disserĩ, sic et libri huius author ad nomina constituenda vel ex abusu vel ex metaphora promptus existit. Non ignoramus aũt, quod cum Hippocrates in prognostico di-
« ceret, Si vero pulsus in hypochondrio insit, subintulit, Perturbationem aut dementiam indicat.
D Cęterũ & ibi quidam intellexerunt pro pulsu palpitationem dictam esse: nõ nulli vero ꝓprie de vehementi spinam perreptantis arteriæ motione. Quanq́ue aũt & hi palpitationem scripserũt, non tñ sanguinis profundendi signũ indicatorium pulsum hũc esse enũciauit in prognostico Hippo- In Prog. cõ. 1. t. 28. 4. 155. g
« crates: sed postea de hypochondrij inflammationibus scribens sermoni adiecit, Fit aũt his & san In Prog. cõ. 1. t.
« guinis per nares eruptio, & valde iuuat. Atq́ue, vt magis fore quis ex naribus sanguinis eruptionẽ 32. 4. 95. c
« speret, interrogandos esse ait, an capite doleant, aut oculi caligent: nam, si horum quippiã fuerit, in eam partẽ sanguis repet. Vt aũt bene Hippocrates in hypochondrij inflammationibus dixit, Fit
— aũt his & sanguinis per nares eruptio, sic hoc loco sermonem ex vniuersali in particulare transtulit, inquiens, Cum hypochondrij tensione sublonga. Fuerit aũt †ob sanguinẽ} tensio ea mediorũ † [illegible] forte [illegible] sublongã.
musculorum, qui à thorace ad pubis ossa pertinent: Fit aũt & lienis sublonga phlegmone. Sed neq́ue mo phlegmonas hmõi, q̃ cũ palpitatione fiant, hæmorragicas esse dixerit: phlegmonas vero {hepatis} cæterorũ {q;} hypochondrij musculorũ (sex. n. reliqui à duobus prædictis existunt) bene quis hæmorrhagicas affirmauerit. Quod ergo in dictionibus multis libri authorẽ redarguerim, redarguere quoq́ue & nunc non pertimescam, qui scilicet particularium enunciationem multã fecerit, breuem autem & verã doctrinã vniuersalium reliquerit. Præterea in calce dictionis adiecit, Inhorrescũt autem hi, tanquam vniuersaliter his contingens, quanq̃ vniuersale non sit: fit enim

ex talibus concursionibus interdum & hoc symptoma: perpetuo aũt, vel magna ex parte non fit. E
Scribenda vero sunt in prorrhetica doctrina, quæcunq; vel perpetuo, vel magna ex parte, fiũt: vt si in proposito veluti exẽplo sermo manifestus fiat: Si quis dixerit inter musculos abdominis octo numero existentes, medios rectos hæmorrhagiæ indicantiores cæteris esse, plus edocebit, q̃ qui hę morrhagias superuenire dicũt: si vero simpliciter solos hos dixerit inflammari, si & aliud quoddã hæmorrhagicorum signorum his superuenerit, hæmorrhagiam infert. ∴

53 *Quibus è Naribus copiosa, uiolẽta, et multa fluunt, ad Cõuulsiones hi interdũ deducũtur, Venæ aũt sectio Soluit.*

Si in huiusmodi sanguinis eruptionibus conuulsionem asciscí simpliciter dixisset, hominẽ reprehendissemus, q, vt in ceteris multis, ita & nũc particulare, tanq̃ vniuersale, pronunciasset: quia vero/interdum/apposuit, laudamus, & vera loquitur. Nempe & nos sepius vidimus in hęmorrhagijs huiusmodi conuulsos aliquos non solũ ob exuberantem vacuationem, quam ὑπερκένωσιν vocant, sed etiam propter refrigerationem, si medici caput refrigerauerint, sanguinis profusionẽ retinere volentes. Quod aũt in dictionis calce dictum est/venæ sectio soluit/ tale quippiam indicare videtur: Tales affectiones, in quibus vehementer sanguinem profundũt, venæ sectio soluit, ante sanguinis profusionem adhibita. cõstat autem, q grauata sanguinis multitudine natura excitata quidem fit ad ipsius euacuationem, sed modum obtinere non valens, vocatam à recentioribus medicis ὑπέρκρισιν.i. superuacuationem, fecerit. Potest aũt & vehementis ipsius hæmorrhagię auxilium sectionem venæ dixisse: nempe & nos sæpius auxilium experti sumus, perspicue immoderatam sanguinis lationem sistẽtes. Quod aũt manum recto tramite nari, vnde sanguis abũde fluit, respondentem secare, manusq; eiusdem humeralem venam ferire oporteat, liquido constat omnibus: si vero ex nare vtraq; fluxerit sanguis, secare ambas nihil prohibebit: non enim per eas, vacuationis, sed reuulsionis gratia, sectionem facimus. F

54 *Frequentes & paruæ Surrectiones, Sufflauæ, Lentæ, Stercoreum exiguũ habentes, cum Hypochondrij dolore et Lateris, Morbi regij participes existunt. An hi, cum suppressæ sunt, Exoluantur, simulq; Sanguinem profundant? Lumborum tensio his & dolores Sanguinis indicant eruptionem.*

Cõgessit rursus hoc loco symptomatũ diuersi generis multitudinẽ, quã vidit, nec ipse affirmat: singulorũ aũt vires didicisti in ijs, quos paulo ante dixi, Hippocratis libris, & nostris cõmentarijs.

55 *Hypochondrij tensio cum Capitis Grauitate & Surditate, & quæ Splendores perturbant, Sanguinis denunciant profusionem.* G

In Prog.cõ.3.t. 33.4ª.211.a

Vult sane, quæ circa aspectum Hippocrates || tenebrosa dixit, in dicta symptomatũ cõcursione hæmorrhagica ostendere, sicuti per cõmentarios nostros didicisti. Nempe rursus admonere, q̃ nuper sæpius memorauimus, commentarios in sermonis prolixitatem est extendere.

56 *Vndecimo die Sanguinis stillicidij instar fluores, Difficiles, tum aliàs, tum si superstillauerint.*

Verbum quidem /superstillauerint/superuacuum existit: nam, si & quarto & quinto, similiter absurdũ. Cũ aũt oẽs è naribus stillationes difficiles sint, quoties crassæ & nigræ destillationes fuerint, maxime perniciosas has reperies. Si vero tale quippiã diebus quibusdã vel indicatorijs vel iudicatorijs contingat, certius pos̃tedisse licet: vndecimus aũt decimiquarti est index. Vbi ergo theoremata vniuersalia diximus, nunc libri huius author particulare aliquod vnum dixit, vndecimi diei in ipsis mẽtionem faciens. In vniuersali autem de indicibus & iudicatorijs id dixisse par erat.

† *In plerisque cod. græcis hæc non leguntur.*

57 *Qui in Horroribus simul iudicatorie Sudant, Postridie vero, vbi Inhorruerint, præter rationem Vigilant, hos Sanguinis eruptionem incursuros puto.* H

Bene dixit/puto/prædictionis eorum, quę neque assidue, neque magna ex parte fiunt, affirmationem adimens.

† *clarius. utroq; modo lõgus redditur: tum quia diffi culter recalescat: tum quia pluribus diebus perduret, magna quidẽ ex parte per circuitũ, quan doq; uero et uagabũde. Legendum. n. græcæ ἑκατέρως, non ἑκάτερον.*

58 *Quibus principio largum Sanguinis profluuium, Rigor fluxionem Sistit.*

Est, qñ rigorem moderatum videmus prægressum sanguinis profusionem in corporis plenitudine: turbationem etenim in ipso faciens, naturam ad excernendum, quod infestat, iritat. Magna igitur ex parte sudores, vomitusq; biliosorum, & deiectiones, ex rigore fiunt: cõtingit vero & interdum, vt dixi, per sanguinis profusionem, copiam vacuari.

59 †*Sin copiosa superuenerit Sanguinis profusio, in contrarium Reuellitur*: *Ex Hæmorrhagia Rigores, Longi.*

Vbi morbum non sedauerit sanguinis eruptio, exceperitq; eam rigor, † vtrunq; longũ reddit, ex eo, q corpus difficulter calfiat: quod pluribus superuenit diebus, ex circuitu quidẽ plurimum: contingit autem interdum & vagabunde.

60 *Quibus Capitis dolores, Ceruicis labor, atq; Totius corporis cũ Tremore infirmitas, Hæmorrhagica soluunt: Cæterum & Tempore ita soluuntur.*

Multas

A Multas in hoc toto sermone concursiones ex ordine scripsit, methodum vniuersalem in ijs, qui sanguinem profundunt, paucis describere non valens. Considerare aūt oportet duo hæc prima, febrem valde æstiuam, cuiusmodi causi sunt: symptomata item tum capitis tum ceruicis, & præsertim plethorica: connumeranda quoq; haud dubie sunt & cum symptomatis capitis, quæ circa faciem fiunt: deinde & quę toto in corpore abundantię sanguinis signa existūt: hisq; nihilo minus ∴ ex anni tpe æstiuo vel regione verna, vel commoderatis vel calidioribus, si in hypochōdrijs phlegmone quædā fuerit: postea quæ circa caput faciemq; sunt hæmorrhagica signa, & si aliquod ī thorace hypochondrijsq; vergentiæ ad superas partes signum fuerit. Hæc siquidē oīa in cōmentarijs de Iudicationibus exposui, præterea in prognostici primiq; epidemiorū: in quibus distincta sunt, & quæ iam iam venturæ sanguinis profusionis sunt signa, & quæ talia non sunt.

61 *Vrinæ, quibus Abscessus post aures fiunt, si Celeriter & exigue concoquūtur, Vitiosæ: et ita Refrigescere, Malū.*

Quod in hac quoq; oratione recensetur particulare, est sermoni vniuersali subiectum: nempe, Vrina in morbo omni † celeriter & exigue concocta, deinde vero cessans, vitiosum quippiā indicat. Liquet aūt, ꝙ & refrigerari malum sit, non in his solū, verū & oībus. Neq;.n. in communibus B adest quippiam peculiare, veluti in ardentibus febribus: nempe, ꝙ vrentes hæ, summas partes nō calfaciant, malignæ existunt, benignis mansuetisq; totum corpus æqualiter vrentibus.

† *Additur in quibusdam antiquis, [illegible]δες. i. scordi.*

62 *Qui Subsoporantur, Icterosiq; existunt, Neq; Valde sentiunt, † Venter his copiose fluit: Forsan quoq;, & sideti netur Exoluuntur: } An & his Parotides fiant?*

† *Al. quibus singultus, uenter his copiose fluit, forsan quoq; & [illegible]netur, hi exoluentur.*

Si ex nobis propria parotidum signa didicisti, perniciose item habentium signa, facile, quæ nūc dicuntur, propria non esse tibi constabit.

63 *Suppressæ cum Rigore Vrinæ, Malæ, tum alias, † tum si ante soporatos Parotides prehenderint: An spes ex his?*

In his quidem, quæ antecedunt hanc, dictionibus, futurarum sanguinis eruptionum cōcursiones scribere voluit, sed complecti, quæ propria essent, paucis, vt dixi, nequiuit. Rursus quoque & alteram hanc dictionem ad prædictionem futurarum parotidum scripsit: sed, quod peculiare sit, nihil habet & ipsa, præter id, ꝙ & permista sint quædam perniciosa symptomata, ex quibus raro parotides fiant. Quod aūt neque ipse de parotidū generatione enunciare ausus sit, id sane ex adiectione coniunctionis /an/ plane constat.

† *sunt, qui uertāt. tū si antea sopor apprehēderit: an parotidas in his fore spes est?*

64 C *Ex Torminoso Sedimentū limosum subliuidumq;, Malum: An ex Hypochōdrijs dextrum dolere videatur, Exoluanturq;? atq; his Parotides parum dolorificæ? Venter his omnibus copiose fluens, Perniciem affert.*

In cæteris omnibus exemplaribus scriptum in principio dictionis reperi /torminoso/ pręterq; * in exemplaribus Dioscoridæ & Capitonis. Nēpe hi scripserūt ἐκ στροφώδεων, dictaq; apud eos est de vrinis oratio: atq; ob id residentias harum tum ab Hippocrate, tum ab ipsis, considerari, & nō deiectionum, inquiunt. Dioscorides igitur στροφώδεα οὖρα recenseri ait, quæ πεπηγότα. i. cōcreta, quædā per ipsas inuecta habent, facto noīe à verbo διαστρέφεσθαι, quod est πήγνυσθαι. i. concrescere. Neq;.n. ignoramus poetam ita dixisse, καὶ περιστρέφεται κυκλώδως, quod est περιπήγνυται, id est circulariter concrescit. Cęteri ferè omnes expositores limosas subliuidasq; in deiectionibus residentias dici nunc aiunt, quoties humectetur aluus, putantq; torminosa conuenire: nēpe eiusmodi deiectiones cum torminibus prorsus fiunt. Subsidere aūt inquiunt ita deiectis liquidis residentias tū limosas tū subliuidas, vbi praua affectio fuerit, in qua talia excernūtur: prorsusq; ijs, qui talia deijciunt, affectū esse hepar aiunt, atq; ob id authorem adiecisse dictioni /an ex hypochōdrijs dextrum dolere videat?/ Nempe, q̄q̄ deiectiones eiusmodi perpetuo hepaticæ existant, non tamē D semper sunt cum visceris inflammatione: quo fit, vt orationi adiecerit coniunctionē/an/ꝙ scilicet ita affectis dextrum hypochondriū perpetuo dolere asserere non potuerit. Præterea, quod deinceps dictum est, exoluantur, hepaticum proculdubio symptoma est, vt in secundo epidemiorū est demonstratum. Post hæc de parotidibus scripsit. Videt aūt in his omnibus dictionibus ex concursionibus quibusdam prænotiones harū scribere, atq; id esse maxime & in eo quod ipsi proponi ∴ tur, & in præsenti dictione: sed de his enunciare ausus non est, q̄q̄ in particularibus persæpe vniuersales enunciationes scribere consueuerit. Præterea inquit /atque his parotides parum dolorificæ?/ rursus quendam talem ægrum vidisse sese ostendens, in quo à natura, impetus quidā factus sit ad parotidum generationem, à qua tn̄ reijci non potuerunt, quæ contristarent: contigitq; ægrū * copiose fluente aluo perniciose habere, non iudicationis scilicet ratione, natura contristantes humores deorsum excernente, sed propter facultatis, quæ in hepate est, imbecillitatem.

* *illuc depeni.*

65 *In Fastidiosis quibusdam Vigilantijs Parotides maxime.*

Adiecit in præsentia hæc, ꝙ sæpius viderit & non semel. Quocirca per eā, quæ subsequenti succedet, dictionē verū est fastidiosos esse, quibus excitant parotides, sed id sufficiēs nō est: nēpe, ꝙ dementiam denuncient talia symptomata, supra declarauit. Si igitur, quæ Hippocrates nos docuit

 ante,

ante, contemplatus parotidas fore speraueris, deinde ægrum † veluti ex ciborum repletione fastidi- E
tum videris, parotidas excitandas expecta. Signa aût, per quæ parotidas fore sperabis, sunt hæc: Primum sane abscessuum omnium cõe est, quod diutius † trahenti euenit ægro, deinde si morbus deses fuerit & deorsum vergat, vel calidus & sursum repat, vel ceruicis capitisq; grauitates fuerint, & dolores, & faciei rubor. Nam per hoc, si parotidas fore ante speraueris, certior prænotio erit, cũ, quæ in dictione relata sunt, apparuerint. Sermonẽ quidem illum ante oĩa memoria teneri velim. Post hæc vero signa omnia singulatim dixi ab Hippocrate duobus iam libris scripta ipsa: quibus apponenda sunt, quæcunq; per pulsus in singulorum prænotionem conferunt: quæ & si prætermissa quidem ab Hippocrate existant, habes tamen scripta ea à nobis in pulsuum libris.

66 *Ex Voluulis male olentibus, cum Febre acuta, Hypochondrioq; sublimi diutius perseuerante, Parotides exurgentes Perimunt.*

In dictione hac facta quidem est obscuritas quædam & ob scriptorem, facta quoq; & ob interpretes quosdam incertum esse existimantes, vtrum'ne ex vnoquoq; dictorum symptomatum vir nos sperare velit, vt parotides fiant, an omnia vnà concurrere. In principio quidẽ libri huius, cum mens authoris adhuc ignoraretur, congruenter incerta talia esse quis existimare potuerit: vbi vero in toto libro propositi ipsius experientiã habuimus idoneam, cognoscamusq; prænotiones ex eorum, quæ ipse vidit, concursione scribere, constat & nunc ex omnibus, quæ scripsit, simul factis nos sperare, vt parotides fiant, velle. Quòd vero lethales sint, si fiant, est manifestũ, q & nũc viderit in ita laborantibus factas parotidas secutam mortem,[a] † quæ ob parotidas facta nõ est: quodq; talia videant, constat ex ijs, quæ scripsit: nempe, q febris acuta erat non sine periculo, quodq; veluti perniciosa affectio. Qm̃ vero amplius nihil scripsit, sed graue olẽtem hunc esse vult, multo sanè magis: quonã siquidẽ pacto graue olentem intelliges voluulum perniciosiorem esse non graue olente? Fieri aũt põt, vt graue olens intelligat, primum quidẽ in quo stercus euomat, signum maxime lethale: deinde, si graue olens fuerit respiratio: tertio, si ructus graue olens: quarto, si flatus talis: & quinto, si graue olens corpus: nempe Talis voluulus aliquando à nobis visus est. F

67 *Ex Surditate mansuete Parotides fiũt, tũ aliàs, tum si Fastidiosum quippiã superuenerit, & Comatosis magis.*

Qm̃ aduerbiũ ἐπιεικῶς. i. mansuete, in medio dictum est eorũ, quæ multam, & eorũ quæ paucã, habent spem in omnibus symptomatis: sic & hominem vocamus ἐπιεικῆ moderatum, & à quo nihil per vitam fit nimis. Totus itaq; sermo talis quidẽ est: Si surditas accidat, parotidas fore mediocriter spera. Adiectione aũt orationis (fastidiosum quippiam) sperat fastidioso facto ægro fore: idq; magis, si comatosus ipse fuerit. Verũ tũ hæc tũ antedicta non minus desipientiæ & phrenitidis signa sunt, q parotidũ, cum non præfinite dicat, in biliosis quidẽ humoribus ab initio morbi desipientiæ ipsius potius esse signum, procedẽte vero morbo in crudis crassioribusq;, [b] † & magis vbi iã occupasse parotidũ generatio apparuerit: } hoc siquidẽ vniuersale caput est in parotidibus, [c] † si non amplius lateat, quod inualit, ita vt æger impetũ infestãtiũ humorũ caput petere sentiat }. Põt itaq; quis hîc denuo hallucinatus in vnoquoq; eorũ, quæ ad supernas partes motũ indicant, scribere, tanq ex prædictione, parotidas secuturas: sunt vero & modo dicta impetus ad caput signa. Dico sanè surditatem & comatosum, non magis horum, q eorum, qui ventre & thorace laborant, esse symptoma: cum vtriscunq; autem fuerit, horum simul præcognitionem augebit. G

68 *Paraplegicis Parotides Vitiosæ.*

Paraplegias quibusdam corporis partibus accidere ab affectu didicisti, qualis est totius corporis affectus apoplexia. Videtur autem mihi visis forsan vel duobus vel tribus paraplegicis nihil à parotidibus adiutis, signum vitiosum eas esse pronunciasse. Ego aũt non simpliciter dixerim malũ H
signum esse superuenientes paraplegicis parotidas: sed, q is abscessus morbo minor sit, referre fuerit satis. Constat siquidem ex Hippocrate ‖ abscessus bonos esse,[d] † cum morbi circuitus ad inferas corporis partes insigniter deuoluitur, quorum neutrum parotides habent: Nẽpe & affectu minore sunt, & ad inferas partes non fit deuolutio: quare, si id duntaxat, perniciosum pronunciare satis erit.

69 *Quæ Conuulsiuo modo cum Catoche Exacerbantur, Parotidas mouent.*

Quòd ex concursione nihil obseruatio reperiat, rerum fide didicisse in promptu est: nisi enim naturam rei, in qua prænotionem dicendo curationem faciemus, fuerimus contemplati, de singulorum signorum vi iudicare nequaquam licebit. Et, nisi rerum singularum vires noueris, conflari ex ijs quippiam nequit: id quod vos edocui in omni arte fieri, nedũ in medicinali. Atq; hinc, quãtum Hippocrates superiores suos in virium cuiuslibet simplicis medicamenti * inuentione euicerit, in omnibus suis est demonstratum libris: id quod memoria tenere oportet. Ad præsentem aũt sermonem, qui particularis est, tantum rursus ex vniuersali accepisse conuenit, quantum ad quod nunc dicitur, congruit. Catochæ etenim cerebri affectus sunt, vt didicisti, veluti & per totum corpus

† Fastidiosum & uigilem uideris.

† Salubriter trahẽti & c.

† A Locus certe ĩ cod. græcis corruptus ẽ. arbitror tñ hunc eẽ clariorẽ sensũ. q (mors) ob parotidas non euenit. Nã hoc ita eẽ, cõstat ex iis, q scripsit, nẽpe quòd aderat febris acuta, q non uacat periculo: quòd itẽ aderat ileꝰ, q passio ẽ perniciosa: &, quia nõ simplr ileũ scripsit, sed graue olẽtẽ ipsum eẽ uult, multo adhuc magis perniciosa passio ẽ: quocunq; .n. mõ graue olẽtẽ ileũ ĩtelliges, is perniciosior ẽ non graue olente.

†B Et magis, ubi salubritatẽ polliceri uideaẽ morbus, parotidũ generatio expectãda est.

†C Ex ãtiquis uertẽdũ. si prolõgetẽ morbus, ac salubris sit, si æger humorũ infestãtiũ ĩpetũ ad locos, qui circa caput sunt, hẽat.

‖ 2. Epi. sec. 1ª.

† D cũ et pro dignitate excretiõis morborũ, et ad ĩferna corporis fiunt, quorum & c. Vide Hipp. 2. Epi. sect. 1. et 1. Epid. in cõst. 2.

* φαρμάκων, sed forte πραγμάτων. i. rei.

A pus conuulsiones: de quibus nunc ipsum dixisse par est, non.n.simpliciter de manu vel crure vel alia quapiã parte pronunciauit,inquiens, Quæ conuulsiuo modo exacerbantur.quanquã licebat. Conuulsionem autem ex repletione malam esse inquit Hippocrates. Constat autem cõuulsiuos affectus appellari,in quibus principio,aut non multo post,quã fieri cœperint,conuulsiones perseuerant,ex repletione ortum habentes. Veluti vice versa,quæ ex vacuatione, post sudores multos, vel vomitus, vel deiectiones,vel sanguinis eruptiones,vel inediã, vel vigilias, vel motiones tum multas,tum vehementes, fiunt. Nempe ex conuulsionibus aliæ, vacuationes consequunt magis, aliæ statim à principio repletiones. Propterea ,vt parotides ex conuulsiuis comatosisq;, vbi protrahunt,fiant,est rationi consentaneum cunctante ægro.

70 *† Ex conuulsione, Tremore, Fastidioq;, & Celeriter exigui post Aures Abscessus Proritantur.* †Al. conuulsiũ, tremulũ, fastidiosum, catochum, exiguos post aures abscessus proritant.

Non in exemplaribus oĩbus,quibus scripta est hæc oratio, eadem habet verba. At in quibusdã prædicto verborũ scripta est tenore. In aliis autem tali: Τὰ σπασμοτρομώδεα τρόπον παροξυνόμενα, id est quæ conuulsiuo tremuloq; modo accedunt, cum catoche abscessus post aures suscitant. * Laudo eos,qui in suis exemplaribus dictionem non scripserunt: abunde siquidẽ nobis erat per B miscente eo symptomata multa multis dissimilis generis hucusq; peruenisse,& non ab ægris recessisse. Nempe symptomatũ Græcis ignotorum permistionem facere summe absurdum per se existit. Non autem fermè apparent in conuulsione tremoris symptomata: fieri siquidem non põt,vt ægris ipsis in conuulsionibus tremores deprehendantur: nisi vtiq; talem sit author cõtemplatus symptomatum vicissitudinem,vt, cum conuulsiones quidem relinquerẽt,tremulus fieret homo. Vbi vero conuulsio inciderit,nõ posse dignosci modum arbitrantur. Symptomatum implicatio eiusdem generis quædam existit,verum superuacua. Nempe ex catoche parotidas fieri abunde à nobis dictum,augente simul & generationis expectationem fastidioso ipso. Immo vero & vrinarum affectiones expectationem simul adaugebunt. Nomen præterea σπασμοτρομώδεες id est conuulsiuum tremulumq;, prauum existit. * τρόπον.i.modum. sed forte τρόμον.i.tremorem.

71 *An primum Capite doleant, vel & superiore Sudẽnt parte, & Superrigeant? deinde & Venter deiiciat, & Comatosum quippiam fuerit? an & Aquosæ Vrinæ Pendentia alba habentes? & Varie albæ Graue olentes quodãmodo, deinde post Aures Abscessus? an, & Quibus eædẽ urinæ, Stillatiões è naribus frequẽtes? an et Lingua his læuis?*

Si,vt dixi,prænotionem ab his exordiretur, quæ scripsit Hippocrates tum in ‖ prognostico tũ C in epidemiis,de abscessibus omnibus vniuersale quoddam fieret,& ex iis,quę ab ipso dicta sunt,ad securius pronunciandum adiumentum. Nam, si abscessum fore speraueris, humorum considera inclinationem,ad quam videlicet fiat partem: atq; ita,vbi singulorum capitis symptomatum vires adnotaueris,parotidas fore tum magis tum minus sperabis. Exempli igitur gratia de iis, q̃ nunc ante oculos posuit,sermonem facere non malum fuerit. Capitis dolor ex eorum est numero, quæ humorum ad caput inclinationem significant: Sed,ꝗ superiori sudâuerit parte, pusillam ad eiusmodi præsensionem facultatem habet: Sed maiorem habet, ꝗ superriguerit. Deiectionem vero alui quõnam quis pacto generationis parotidum significatorium esse dixerit,haud scio: cum potius modo contrario contristantium humorum ad infernas partes inclinationẽ operetur. Comatosum ad parotidum generationem signum effatu dignũ existit. Aquosæ præterea vrinæ,in quibus alba sublime petunt,ad prænotionem per accidens conferunt: qm̃ aquosæ quidem absq; albis pendentibus incoctum esse morbum significant: quæ vero substantiam secundum naturã habẽt, atque præter id pendens album continent,coctum morbum esse indicant absque abscessu. Oportet igitur eas neque prorsus incoctas,neque absolute concoctas esse, vbi natura abscessum factura sit. Quæ vero varie albæ & graue olentes fuerint,raro quidem abscessum,qui fiat, habent: quòd si D aliquando habuerint,malum habebunt. Bene igitur adiecit addubitans, an, & quibus eiusmodi vrinæ,stillationes è naribus frequentes? malignitates siquidem in succis incoctis,& si ad caput ferantur,stillationes magis è naribus malignas faciunt, non parotidas. Oratio præterea, an & lingua his læuis? dubitãtiua est: nempe in prædictis & febres malignas fieri, & linguam exasperari rationi magis consentaneum. ‖ in Prog.cõ.2.t.67.4ᵃ.205.d

72 *Quibus Ampliter & crebro Spirantibus Morbus regius & Febres acutæ cum Duris hypochondriis Refrigeratæ fuerint, his Abscessus magni secundum Aures suscitantur.*

Πνευματουμένους eos,quibus magna est & frequẽs respiratio,dixisse videtur: qm̃ & in ‖ libro de victus ratione ĩ morbis acutis hoc pacto eos nominauit Hippocrates. Iure optimo suscitãdos post aures abscessus sperat, nempe & rõne nõ caret, atque hoc sæpius fieri videmus. Si vero πνευματουμένους eos dixerit,qui ventre inflantur,vt non nulli intellexerũt,qui & πνευματώδεες scribunt & πνεύματα, nihil hoc ad parotidum generationem cõtulerit, sicuti neq; morbus regius. De febribus aũt acutis & præsertim ardentibus dictum est antea,sanguinis eruptiones mouere, sanguinem tum fundentes,tum ad caput sursum ferentes. Quæ nam præterea dura hypochõdria dicat, non clare cognoscere possumus,propterea ꝗ dolẽtia nõ adiecerit: nẽpe hoc adiecto iam phlegmo ‖ de vi.t rat. in mor.acu. cõ.1. t.36.7ᵃ.14.b

nen horum indicabit: non adiecto vero, frigidiusculum tumorem scirrhosum magis, quã flagran E tem. Soluũtur vero talia abscessibus magis, non sanguinis eruptionibus: nẽpe in ijs, quæ inflammantur, sanguinis eruptiones maxime fieri conspicimus. Propter alienã vero authoris enunciationem cognoscere exquisite non possumus, an prætermissum sit nomen doloris, obscurius tum pronunciante tum scribente ipso: an hypochondriorum duritiem vere scirrhosam intellexerit. Verbum vero / refrigeratæ fuerint / nempe & id dictum est, potest significare non solutam esse febrem, sed partes corporis inferiores, cum alijs collatas minus calidas esse: vt caliditatis reuersionẽ ex ea re conijciamus. Cum vero magnos abscessus in eisdem fieri dixit, videtur mihi in aliquo vidisse: & ita de particularibus pronunciasse, tanq̃ vniuersaliter pronuncians: satis siquidem fuerit pronunciationem sine nomine / magni / scriptam fuisse.

* In ĩpreßis legitur ἀναστροφὴν. i. reuersionẽ. sed in quibusdam antiquis habetur ἀνωφορὴν. i. ad superna lationem.

73 *Quibus Comatosa, Fastidiosa, Hypochõdria dolentia, & Cruenta exigua, in his Parotides exciũtur: antea autem Faciei signa.*

Quod futurus quidam abscessus ex ijs, quæ Hippocrates scripsit, sperabis, deinde in qua corporis fiet parte, vtilem habebis dictam concursionem: nam Comatosum, si & aliud symptoma, parotidas antegreditur: Dolentia vero hypochondria phlegmonen habent, si quis animaduerterit. F Cum autem hæc ita habeant, ad generationem conferent, & fastidiosa, & cruenta, symptomata.

* Al. uomitoria.

* Al. uomitoria.

Quod vero in calce orationis dictum est / antea autem faciei signa / valde vtile existit, si quis conuenienter orationem intellexerit: cõuenit autem hoc pacto intelligere, vt verus fiat sermo: verus autem erit, vbi intelligi hoc sensu intellexerimus: Ante parotidum generationem faciei signa cõsiderare oportet, sunt autem hæc, rubor, tumor præter naturam, oculorum humiditas, caliginosa visio, & quæcunq; talia. Si quis vero non omnia, quæ circa faciem apparent, intelligere voluerit, saltem tumorem præter naturã prorsus intelligere oportet. Postq̃ enim dixisset / in his parotides exciuntur / deinde serie continuata dicens / antea autem faciei signa / videbitur enunciare à communi intelligendum verbum / exciuntur.

74 *Ventre Nigra Stercorosaq; deijciente, Coma superueniens Parotidas excitat.*

Haud recte scripsere quidam / ventre nigra stercorosaq; biliosa deijciente / neq; in antiquis reperi exemplaribus, neq; quisq̃ eorum, qui librum enarrauerunt, hanc nouit scripturam. Quin & biliosa, quę de pallida bile ab antiquis medicis dici cõsueuerũt, non sanè dicta essent eodẽ sensu, quo nigra. Hac de causa vocabulũ / biliosa / expunxi, scriptũ / nigra / quidẽ à Capitone in ipso contextu, G in margine vero à Dioscoride. Videtur autẽ mihi libri huius author cõcursionem hanc in ægro contemplatus, totam voluisse explicare, † ea, quæ ex quodã parotidas significãtis antegressi consequio fiunt, nequaq̃ distinguens. Sufficiens nanq; ipsi signum est coma.

† Ex antiquis clarius. nõ distinguẽs ea, q̃ casu quodã parotidas p̃cesserũt, ab eo, quod uere parotidas significat. legitur.n. προηγησάμενα, non προηγησαμένου.

75 *Tussiculæ cum Sputatione, Abscessum post Aures Tollunt.*

Potest & thoracem scribere: fieri siquidem potest, vt facta intro inclinatione, per canalem naturalẽ effluat, quod tenuius est ex conficientibus parotidas succis, ad oris capacitatem, & ita sputationem fieri: consistẽtibus aũt ita rationabile quidẽ alias apparere parotidas. Nẽpe verbũ ἀπαλλάσσει proprie vacuare significat, ipsum aũt vacuari cõsequunt̃ & cõtrahi ĩ se ipsum, & mollius fieri.

76 *In Capitis dolore Coma et Surditas Abscessum aliquem post Aures Eructant.*

Vere semper hæc signa sunt parotidum, quoniam ita fore abscessum quendam ante sperauimus. Succi enim ad caput recurrentes, calidi quidem & tenues, delipientias & sanguinis eruptiones procreant: crassi autẽ & frigidi, comata & parotidas. Capitis dolor vtrisq; communis existit, veluti & surditas: sed calidis magis capitis dolor, frigidis vero surditas: Comatis vero nomen scri H ptori satis fuit, qui scilicet lethargi appellationem toto subticuit libro.

77 *Hypochondrij contentio, cũm Comate Fastidioso, & Capitis dolore, Parotidas † Effluere faciunt.*

† Al. ἐπαίρει. i. attollũt.

Rursus & hoc loco coma vnà cum capitis dolore signum indicandæ parotidum generationis effatu dignum existit, coindicat autem & hypochondrij contentio. Per hanc itaq; appellationem phlegmone indicatur, neq;.n. magna est ipsius indicatio. Si vero absq; phlegmone cõtentio fiat, in humorum ad superas partes inclinatione signum ad parotidum generationem notabile existit, sanguinisq; ostendit eruptionem. Fastidiosum vero per se quidem parotidas nullo pacto indicat, sed simul apparens, dictæ concursioni fidem addit.

78 *Dolores Absque iudicatione soluti, Inutiles.*

* Al. dolorosi post aures abscessus.

Iam sępius sermo hic tũ particulariter, tum vniuersaliter dictus est: meliusq; ostendit̃, si adijciat̃, repente occultati: nam καταμολυνθέντα solutionem, quę sensim fit, significat. Repente vero occultari dolorificas affectiones absq; hoc, q in alia quadam, quæ manifesta sit, parte abscessus fiat, transmigrationem contristantium succorum ad viscera ipsa factam ostendit.

PROGNOSTICA HIPPOCRATIS CVM GALENI COMMENTARIIS

Laurentio Laurentiano Florentino interprete.

Ad veterum exemplarium fidem recognita.

ARGVMENTVM LIBRI

Proprias Iudiciorum omnium vires explicat, quæ ad Præſagiendum in Acutis, Cæterisq; qui ex ipſis fiunt, morbis ſumuntur.

Quàm ſint Neceſſariæ Medicorum Prædictiones.

1 *Edicum vti Prouidentia (vt mihi videtur) Optimum eſt.*

Pro præſenſione dixiſſe prouidentiam perſpicuum eſt: igitur infert, Præſentiens enim & prędicens coram ægro. Cęterum prętexuit operi pręfationem, vtpote neceſſariam (q̄q̄ non admodum vtatur prefationibus) ob quoſdam medicos, vt par eſt, qui illius ſeculo extiterunt, quales C & nunc ſunt, ſeſe nominantes methodicos, medicorum officium haberi dicentes, aut præſentem conſeruare ſanitatem vt in bene valentibus, aut reuocare corruptã vt in ęgrotantibus: vaticinatoris vero intereſſe, prædicere futura. Itaq; docet Hippocrates ex præfatione, q̃ vſui medicorum prę ſagia habeant, orõne in tria capita diducta. Primũ eſt, quod ęgri, mandatis medici parẽt propenſius: Secundum, q medicus prę ſentiendo, quę ęgrotãtibus euentura ſunt, de lõginquo obuiã it: & Tertiũ, q crimine vacat internitionis ęgrotãtiũ. Porrò voluit, vt hoc nihilo minus medico inſit, q̃ vt ſalutis cauſa cẽſeat. Sed iã adijciamus dictionibus ea, ex q̃bus ſingula capita aſtruat.

2 *Præſentiens enim & prædicens Coram ægris Præſentia, Præterita, & Futura, Quæq; infirmi omittunt, enarrans, Creditur agnoſcere magis ægrorum res. Hinc Audent homines {magis} ſe concredere medico.*

Primum caput hac aſtruit orõne, audere dicens hoĩes {magis} ſe concredere manibus medicorum, quoties prædictiones haudquaq̃ intercidãt. Ita.n. efficitur, vt credat medicus exquiſite agnoſcere oẽs ęgrorum res, id eſt qualis nam ſit ijs conſtitutio morbi. Atq; ad hunc modũ ſequela texit D demõnis: Ex prædictione creditur medicus agnoſcere naturam ægrotationis: porro, qui creditur agnoſcere naturam ægrotationis, ęgros habet obſequẽtiores: ac demum, qui ęgros habet obſequentiores, morbos facilius ſanat. Quæq; infirmi omittunt, enarrans. Infirmi omittunt, nõ quæ nullo pacto agnoſcunt: quemadmodum non nulli interpretes inſcite prodiderunt, ſedes in profundo corporis perpeſſas, aut cauſas, & item affectiones earũ: ſed ex cauſis, procatarcticas nomine.i. prægreſſas: ex accidẽtibus aũt, ea, quę euidentia circa corpus ſunt, ac ſenſibus vſurpantur, verbi gratia, in pulmonia maxilla rubicunda: nã quædã horum infirmi dicere refugiunt. Ergo, quæcunq; talia per enarrationẽ infirmi nequaq̃; dixerũt, ſimul atq; audierint à medicis relata, eos optima ratione demirantur. Cæterũ, quo nam modo id fieri conueniat, procedente ſermone docebo.

3 *Ita Curationem optime molietur, prænoſcendo ex præſentibus futuras affectiones: Fieri enim non põt, vt ægros omnes, ſanos faciat: Id enim melius foret, quàm præſentire futura.*

Secundam præſenſionis vtilitatem hoc loco perſequitur. Etenim, vbi medicus agnoſcit exquiſita ratione affectionem ægri, quoſdam prohibebit affectus, qui eam ſequi aſſolent: quorundam prohibebit magnitudinem: omnibus vero in commune recte proſpiciet & præcauebit, quemadmodum bonus gubernator per futuram tempeſtatem.

4 *Cum autem homines intereant, Alij prius, quàm adhibeāt medicum, ex vi morbi: Non nulli adhibentes etiam medicum, statim moriuntur, alij diem viuentes vnum, non nulli paulo plus temporis, ante, quàm medicus arte singulis morbis repugnet. Oportet igitur agnoscere talium naturas affectionum, quantum supra vires corporis sint: Pariter &, si quid in morbis Diuinum inest, illius quoq; ediscere prouidentiam. Ita enim merito commendabitur, & bonus medicus erit. Etenim, superesse qui possint, eos uel magis poterit recte seruare, ex multo ante tempore singulis consulens: Atq; morituros euasurosq; prænoscens ac prænuncians culpa vacabit.* E

Hoc sermone, duo prędicta vtilitatis capita, q̄ in pręsentiēdo est, adhuc adstruit: adijcitq; eis tertium, Insontē abolitionis crimine fore medicū dicens, quoties conualituros aut morituros ægros prænunciet. Igit adolescentē medicus quidam nuper incipientē sudare syncoposi, demisit in balneum: tū aūt sudoris copia effluente medicus gauisus est, tanq̄ exquisite opportunum tp̄s coniectasset: paulo post mortuo ægro medicus à familiaribus, tanquam ægrū interfecisset, accusabatur.

Hactenus fecimus huiusce præfationis enarrationē, preter quā significationis verbi/diuinum/ breuissimis: quod, inquam, enarrationis genus congruit ijs, qui periti sunt circa principia, ac ad libri vtilitatem festināt. Insuetis vero dictioni græcæ, aut sequelæ in orationibus ignaris, aut vtilissima contemnentibus, diuersantibus etiamnum in cauillis & argutiolis orationum, alius enarrationis modus ꝓprius est, longioribus claudens: quē præterire oēm licebit ad vtilitatem festināntibus, in medio relinquentibus librum, dum ad eam veniāt dictionē, cuius tale est initium: Considerare conuenit hunc in modum per morbos acutos. F

Altera Longior Enarratio Præfationis

Medicum vti Prouidentia (vt mihi videtur) optimum est. Non secundum communem Græcorum consuetudinem videtur Hippocrates vsurpasse προνοίας idest prouidentiæ, nomen, etenim curam & diligentiam ita appellant: quemadmodum Euripides indicauit dicens, "Hæc moriens, tamen multam prouidētiam habuit, vt honeste caderet." Quinetiam verbum προνοεῖν. i. prouidere, per omnes modos infinitum multitudine est iuxta Grecorū intellectū, pro eo, quod est curā gerere cuiusdā rei, & præparare semper vtilia. Præterea prouidentia mundum gubernari, vulgata alioqui & trita quæstio, eam ipsam indicat significationem. At vero Hippocrates nō ita, sed pro præsensione prouidentiam dixit (mihi videtur) non simpliciter, sed à communi quadam significatione ſm vtranq; appellationem. Quòd enim mente videantur quædā, anteq̄ fiant, pręuidere apud Homerum, & item præuidētiæ vocabulum factum est: & ab ea ipsa præsentire & item præsensio. Quocirca, quicquid natura sensile ratiocinatione peruestigamus, anteq; intueamur, præuidere hoc merito dicimus, indicātes verbo, vt talia mēte videamus, anteq̄ fiant: & ob eā rem, quæ gerunt, si fiant derepēte, sine arbitrio & cogitatione: si consulto, cū prouidētia fieri dicimus: id quod Soloni quoq; est proditum, hunc in modum: "Interstinguant perpendātq; iudices Areopagitę, conueniet, num cædes, vulnus, incendium, prouidentia cōmissum sit, & item medicamentum si quis adhibens interemit." Quinetiā Rethores antiquiores sępenumero talia verba & nomina vsurpant: in quibus, quæ prouidentia geruntur, diducuntur aduersus ea, quæ sine vlla cōsultatione & deliberatione cōtingūt: Verbi gratia, si quis inuitus alterum oblęsit, aut si percussit obirtus, haudquaq̄ prouidentia extitisse dicunt: sed, si quis multo cogitauit ante aliquid tale committere, & considerauit, quo pacto, prouidentia id commissum volūt. Id ergo cōe significatur apud Græcos de prouidentiæ vocabulo, bonarumq; & malarum gestionum: nec, vt quidam existimāt, de bonis tantūmodo dici assolet. Etenim ea ipsa quæstio, vtrum fortuna quadam regat mundus, an prouidentia, dē cōi significatione relata est: qūo ex opposito fortunæ dilucet. Porrò quidam non fortunam, sed casum, aduersum prouidentiam diuidunt, idem vtraq; appellatione significantes. Quin etiam sæpenumero dicitur à philosophis mundū melioris prouidentia gubernari, melioris appellationem adijcientibus: propterea ꝙ sciant prouidentię vocabulum melioris deteriorisq; cōe esse. Mihiq; videtur, vt prouidentia ex aduersum dicta fortunæ, non ita dicatur ex significatione communi: ita enim vocata prouidentia, bonarum functionum tantummodo nominatur: Vniuersi enim prouidētia, haudquaquam est functionum malarum. Si igitur prouidētia secundum hāc communem significationem dicta est, constat, vt ita appelletur ea ratione, ꝙ aliquid antea, q̄ fiat, mente videatur. Pari modo præsensionis vocabulum factum est. Si enim, quæ sensibus suapte vi & natura vsurpantur, quibusdam peruestigamus indicijs, merito talia dicimus προνοεῖν. i. pręuidere, perinde quasi νοεῖν. i. mēte videre, dicamus ante, q̄ oculis cernamus. Ita efficitur, vt rerum, quæ per tria accidant tempora, præsensio sit. Vates enim nihilo minus demirandus est, qui, tanquam præsentia, dicat præterita, quæ non vidit ipse, quàm qui futura prænunciet: pari ratione, qui ea, quæ nunc gerūtur quidem, ante quàm videat, nihilo minus, q̄ ille, bonus vates est. Id igitur Hippocrates indicauit dicens, Præsentiens & prædicens coram ægris præsentia, præterita, & futura. Eiusdem ergo artis interest præterita, quæ non videris, dicere, vt extiterint: & item præsentia, atque etiam post futura: Vsu vero inter se admodum dissident: futurorum enim præsensio vtilissima est: præteritorum vero inutilis quidem alijs, sed vtilis vni medico, cui libeat artem

Margin notes: G (beside "præsentire & item"); H (beside "gubernari, me-"); *Al. non de. (beside "an prouidentia, dē cōi").

A tem ſuam oſtentare. Cæterum hæc,q̃q̃ non ſint medicinalis propria artis,tñ enarrationi nimiũ cõcinunt,explicãti ſimplicitas in cõmentarijs noium ſignificationes. Illud ex ſuperabundanti quidem relatum eſt ad enarrationem,vtile vero ad aliquid aliud,quod quidã dicũt expoſitores de moribus ſcriptoris,modeſtiã cõmendantes ẽt hoc loco dicẽtis/vt mihi vr̃, optimum eſt. Potuit.n.dixiſſe/medicũ vti prouidentia,optimum eſt/ipſe vero hac quoq; parte adiecit verbum/vt mihi videtur.q̃uis ſcripturus huius decreti demr̃onem. At vero,quę Herophili ſectatores dixerunt, diuidentes præſenſionẽ à prædictione,non ſolũ inutilia ſunt vel impropria ſignificata, ſed ſophiſtica & falſa. Atqui vñr rerum diſcrimina docere, nõ de ſignificatis inſtitutiones tradere: primum in eo ipſo peccãtes,q̧ neſciãt ſe de ſignãtis facere ſermonẽ,non de natura rerũ vtiliũ medicinę. Sẽſio enim p̃ſenſionis noie cõtenta dr̃ magna ex parte,ſi firma ſit: interdũ vero,& ſi qd deſit, ne firmiſſima ſit,tunc ſilr̃ noiatur. Quo circa non nunq̃ cũ adiectione dicunt ij,q talia enarrãt, interdũ exquiſitã ſenſionẽ,interdum ratam, q̃nq; firmã,aut ẽt perpetuã,ex ipſa adiectione indicãtes nequaq̃ ſignãri ſemp firmũ de noie ſenſionis. Pari rõne p̃ſenſio duplex eſt: altera firma,verbi gr̃a,ab hyeme futurũ ver eſt,à quo ęſtas,poſt autũnus: nõ firma altera,in ijs,q̃ Aratus verſu cecinit de Luna:

« Si vero cornu ſublimius annuat illi,
« B Vim Boreæ expectes: Auſtrum,ſi recta ſupinat.

Ita.n.fieri magna ex parte obſeruatum eſt, atqui interdum non ita contingit. At vero Herophili aſtipulatores volunt præſenſionem eſſe firmã & ſtabilẽ: prædictionem vero non item. Multa.n. prædici dicunt,q̃ non eueniant: perinde vt quis poſſit prædicere ea, quæ non præſenſit: aut aliud voce eloqui,q̃ quod eſt animo cognitum: q̧ ſi nolint appellare cognitum, prorſus nominent opinatum,†ita vt antecedat in animo prædicentis. Sed,ſi non dicant præſenſionẽ,ſed pręopinationẽ, non tñ græci vocant præopinationem: qũo nec Herophili ſectatores,etſi parte plurima barbariſſant. Aut igitur præopinationem lege ſanciant diſſidere à præſenſione, pariter ſuadentes hominibus recipere legis ſanctionem: aut,ſi id facere non queunt,vocabula rerum ſm̃ conſuetudinem inaudiant. At vero in conſuetudine eſt medicis,ſpem de futuro magna ex parte & item firmã, nominare præſenſionem. At ſidi medici intereſt non talia veſtigare, ſed quo pacto quiſpiã in ægris prædicendo ventura, maxima ex parte verus ſit,raro falſus. Etenim vocula,maxima ex parte, ſingularis quidem eſt, ſed rerum plicas multiformes agnoſcit, iuxta maioris minoriſq; rationem. Si quis igit̃ viginti prædictionibus oberrat ſemel, interpellauit perpetuitatẽ: melior tñ eſt, q̃ qui bis à fine prædictionis intercidit: rurſuſq; melior hic eſt, q̃ qui ter: qũo rurſus ille, q̃ qui quater eluſus eſt. Quanq̃ promiſcue tribuitur omnibus,conſequi finẽ magna ex parte. Talem ergo docendi viam,ex qua auſpicatus quiſpiã ſæpius alio conſequatur finem, admittere, ſuperuacuam aũt in ſignificationibus noium operoſitatem abalienare & defugere conuenit: quã Prodicus tantus ſophiſtes exoſculatus,peritioribus grauis moleſtuſq; erat: ſubindeq; à Socrate mordebat̃ apud Platonem,in cæteris alioqui cõmendatus. Sed non recte fortaſſe feci inter initia memorãs Herophilum: præſtat.n.indicare vera pręcepta medicorũ, ijs,qui ſtudeant miniſterijs artis,neq; morari eos bifariam, partim docendo deliras fabulas ſophiſtarum,partim refutando. Rectius.n.erit vtilia in his cõmentarijs tantũmodo perſequi,quærere vero alio volumine, & conſiderare in maiori ocio, quæcunq; Herophilus in prognoſticũ Hippocratis obloquatur. Quęq; Infirmi omittunt,enarrans,creditur magis agnoſcere ęgrorũ res. Oportuit eos,qui talia enarrare aggrediuntur,†oſtendere ipſa re,quam ob rem ita ſcribere audeant.} Etenim promptiſſimum eſt,quicquid libeat,ſcribere: difficile vero talẽ indicare contẽplationem, ex qua magna ex parte conſequat̃ finẽ, dicendo ægris nõ futura ſolum,ſed ẽt ante facta,quibus ipſe nequaq̃ interfuit,& itẽ præſentia circa ægros, q̃ non dũ audiuit ab eis,nec ipſe agnouit: quẽadmodũ nos in ijs, q̃ dicemus, erimus merito credẽdi, quoties operibus ipſis pręſtruamus contemplationis veritatẽ. Cæterũ,ne cogamur ſemel atq;

D iterum eadem ſcribere,nunc in enarranda præfatione, & item poſt in enarrandis particulatim dictionibus,ſatius duxi hęc omnia ſeruare in enarrationibus dictionum medicinaliũ,q̃ in hoc libro ſunt,dicendis,maxime quia id non dũ quiſpiã fecit ex ijs,qui librum enarrauerũt,alioqui maxime neceſſarium.Quod.n.cẽſuit Hippocrates exercere medicũ, quantũ in hęc agitur,omiſit, nequaq̃ indicãs,quo pacto conueniat p̃terita,aut præſentia,non p̃ſpecta à nobis ſenſibus,p̃ſentiri. Et,Si quid in morbis Diuinum ineſt, illius quoq; ediſcere prouidẽtiã. Quid nã ſit Diuinũ illud, cuius fieri admonet pręſenſionẽ,inter expoſitores diſſenſio eſt. Non nulli putant ob iram quandã deorum hoibus accidere morbos,dicuntq; teſtimonium huius opinionis ex ijs,qui vocatas ſcripſerũt hiſtorias citra rõnis adminiculum, nequaq̃ indicantes, vtrum fuerit Hippocrates huius opionis: quod,inq̃,erat officium boni expoſitoris. Non.n.ſimpliciter dicẽdum eſt per enarrationes,quicquid nobis videatur verum,ſed quod ſit ſm̃ ſententiã ſcriptoris,q̃q̃ fuerit falſum. Videtur.n.Hippocrates nullo ſuo libro cauſam ægrotationis in deos refundere, qui & θλιπτὰς .i.percuſſos,vndénam ducti veteres ita vocarint,volumine de victu acutorum morborũ oſtẽdit. Hic igitur liber cõfeſſe verus germanuſq; eſt. At libro, qui eſt de ſacro morbo,multa quoq; ſcripta ſunt ad obſtirpãdam ſuſpicionẽ eorum,q à dijs mitti ęgrotationes cõtendunt.Nõ igit̃ epilepſiã putamus diuinũ eſſe morbũ, neq; amorẽ: id.n.credentes quidam,verã quidem ſcripſerunt hiſtoriam,deprehendiſſe

Marginal notes:

† ita vt antecedat in animo p̃dicentis non præſenſio, at certe p̃opinatio, non tamen &c.

† oſtendere primo ipſa opere, ita deinceps ſcribere audere.

* Aliter, audit.

de Victu in morb. acut. [illegible]

disse Erasistratum ob amorem ægrotare filium regis: diuinum tamē esse nequaq̄ docuerunt, neq; E ab Erasistrato, neq; ab Hippocrate vocatum, neq; ab alio quodam medico, amorē. Porrò eos, qui gracilenti sint decolores'ue aut insomnes aut febricitantes ex causis amatorijs, illo capite complectuntur maiores, quo de causis procatarcticis.i.prægressis cōmemorant. Cum.n.hę in plura diducantur genera, vnum ex his tristitia est. Tristantur vero, hi quidem intermortuis liberis, aut necessarijs, aut cognatis, aut amicis: illi vero, expectantes se ipsos vel suos affici, vel ēt patriam oēm fore euersam. Itidem tristātur studiosi pecuniarum priuati pecunijs, vel ēt ambitiosi priuati gloria, & item alij oēs ita afficiuntur. Ex his ergo sunt, qui ob amorem tristantur, haudquaq̄ diuinū perpessi, sed humanam affectionem: nisi quis credat poetis, qui fabulantur dęmonem quēdam pusillum, recens natum, gerentem faces ardentes, homines quosdam in hāc agere affectionem. At vero, qui decretorium genus dierum diuinum appellet, suum quendam comprobauit affectum, haudquaq̄ prodidit Hippocratis opinionē: Non.n.simpliciter, quęcunq; causas habent incognitas aut inopinabiles, diuina vocamus, †sed vbi mirabilia habeantur duntaxat: ⁊ quanq̄ nec ignorauit Hippocrates causas decretoriorū dierum, vt in commētarijs de diebus decretorijs à nobis perpensum iā est. Igitur, vt docui, nequaq̄ memorare conuenit per has cōmentationes, quæcunq; prodita perperam sunt, sed quæcunq; verisimilia & consentientia videantur. Et ob eā rem, q̄ ab Herophilo perperam scripta sunt in præsensiones Hippocratis, dilata ad alium locum dissimulabo: idq; nunc, & toto deinceps volumine ipse efficiam, & itē commoneo faciendū ijs, qui in tales incidunt cōmentationes, quo minus culpent me multa expositorum errata de cōsilio reticētem. Sed, si diligenter lecturi sint, quæ à nobis sunt prodita, illa ex se ipsis æstiment atq; arbitrentur, licebit. F

†Al. sed certe ea, admirāda duntaxat vocamus, non diuina.

Ergo omittentes nugas, q̄ de Diuino circūferuntur, nitemur ipsi eam rem ſm Hippocratem vestigare. Igitur, vt vnum aliquid ad artē medendi attinens, Diuinum sit, nec solum ab Hippocrate cōmendari cognitionem eius, sed ēt ostensam esse, cuiuis perspicuum est: Scriptor.n. deridiculus foret, cōmendans rei cognitionem, quam nullo pacto docuerit. Quare, ipsa Diuini pręsensio vnū ex ijs sit, oportet, quæ ab Hippocrate dicta sunt. Itaq; dicamus, fidentes iam, non aliud haberi id, præterq̄ ambiētis nos aeris conditionem, de qua scripsit in sententijs ita: ‖ Si hyems squalida & aquilonia fuerit, ver vero pluuium australeq;, febres acutas fieri æstate necesse est, & lippitudines, & intestinorum difficultates, maxime mulieribus, & ijs, qui humidam habent naturam. Hæc & alia, quæ deinceps sunt prodita, præsensiones sunt eorum, quæ in nobis ob circūflui aeris causam infestant: de quibus per sententias breui summa, quasi decursu per capita, cōmonuit, sed libris de morbis vulgarijs latius docuit, in hoc vero prognostico omisit, q̄q̄ ad hāc contēplationē attineat. G Itaq; rectius erat quæsiuisse, quam ob rem dicere supersedit, quid nam diuinum habeatur, q̄ prauè enarrare. Mihi vero videt̄ ob libri magnitudinem haudquaq̄ adiecisse huic volumini doctrinam de vulgarijs morbis: & ob id simul, ac absoluit librū, in calce hæc adscripsit: ‖ Oportet quoq; impetum morborum vulgariorum cito considerare: nec non tenere tpis cōditionem. Ergo, q̄ necesse sit agnoscere medicum, si quid aliud, quod ad præsensiones attineat, ita etiā genituram morborum vulgariorum, indicauit: proprium vero volumen seorsum illis dicauit, per sententias, inquam, vt est proditū, breui summa: libris vero de morbis vulgarijs, fusius tractatum exoluit. Quā ob rem non nulli expositores statim ab hoc opere libros de morbis vulgarijs merito enarrauerūt, & nos similiter faciemus.

3ª. Aph. 11. Ext. ord. 20. h. Et li. d aere, aquis, & locis. 2ª. 4. cap. 6. a. d.

Infra. cō. 3. t. 38. 212. a

Notæ Ex Facie

5 *Considerari aūt cōuenit hunc in modum per Morbos Acutos: Principio Vultum ægroti, sit'ne Similis bene valentium, potissimum sui, ita.n. Optimus erit: Si vero quàm maxime Contrarius simili sit, Horrendissimus est.*

Perspicue indicauit, q̄ hoc libro de morbis agat acutis. Incepit aūt ab indicijs, quæ in vultu exīstūt, eò q̄ in primis appareant, & vim obtineāt magnam. Quòd hæc igitur in primis appareant, H cuiuis perspicuū est: quòd autē vim ad præsentiendum obtineāt magnā, deinceps discas, licebit.

Atq; in primis reuocet̄ in aīum cōis totius medicinalis artis præfatio, quā libro κατ' ἰατρεῖον prætexuit hunc in modū: ‖ An similia, an dissimilia sint, statim inter initia cōsiderandum, à maximis, à facillimis, ab ijs, quæ ex toto, & vsq;quaq; accedunt: &, q̄ contueri licet obtutu, tactu, auditu, lingua, & aīo vsurpare: Non.n. præsensio solū, verū ēt agendorū indicatio ab his inchoantur. Ac de agendis quidem, libro de curandi via & rōne definitum iam est: De p̄sensione aūt nūc agendum est: remonēdūq;, vt intersit præsentiēdi artis, non solum futura, sed ēt præterita ac p̄sentia, ex quibusdam indicijs in corpore inuenire. Sed præsentium cognitionē proprio & suo noīe consueuimus noīare διάγνωσιν.i. dinotationem. Itaq; considerandū admonet vultum ęgroti inter initia, similis'ne an dissimilis bene valētium sit, sed potissimū sui. Nam & hoc vnū de dogmatibus Hippocratis est, vt non solū ex ‖ cōi natura oīum, sed ēt ex propria vniuscuiusq;, pręcepta artis cōsiderentur. Qn̄ enim conferri partes affectas censebat cum bene valētibus, non alienas intueri consuelebat, sed eius, qui affectus sit. Optimus igitur ęgri vultus est, quoties simillimus sui permaneat: è cōtrario deterrimus, si q̄ maxime in cōtraria vertit̄: Eos vero, q inter optimū et deterrimū habeātur, tua interest cōsiderare finitis extremis: nā, si propiores sunt optimo, meliores: si deterrimo, p̄piores,

de lis q̄ in medicat. fiunt, cō. 1. t. 1. 7ª. 197. f.

1. Epid. cō. 3. t. 1. 3ª. 117. a

A piores, deteriores existunt: medij vero inter hos sunt, qui pari vtrinque intercapedine recedunt. Itaq; vultum optimum vno capite cõplexus indicauit: etenim simillimus ei, qui s̃m naturam est, optimus existit: maxime vero contrarium, ˀvt pote nobis nequaq̃ familiarem, particularibus indicijs explanauit: quorum singula seorsum aggrediar, prodita deinceps, ad hunc modum.

ˀ ut pote nobis neq; familiarẽ ... Que s̃ hoc mem ... Videtur lectio ... se ueteri ...

6 *Fuerit Autem eiusmodi Nasus Acutus.*

Malum hoc indiciũ primũ adscripsit, nasum acutum. Sed oportet, vt docuimus, tanq̃ ad eũ, qui s̃m cuiusq; naturam est, conferendo cõsiderare: nam, si natura simus est, nasus prorsus acutior apparebit, quemadmodum si aquilinus, aut ẽt subrectus est. Ita vero considerãdum est, vt, inquantũ à naturæ forma recessit, in tm̃ ipse prauus existat. Itaq; acutus nasus plane apparet in ijs, qui longiore morbo extenuati, aut labore conflictati sunt, aut quouis mõ exoluantur, aut animo linquãtur, & item omnibus defunctis. Et ob eam rem quis merito colliget epilogismo, cõi omniũ hominum vtens rõne, prauum esse indicium, quod per malã existat affectionẽ. Ceterũ, quę nam sit talis affectio, per quã nasus acuitur, dogmaticæ iam contemplationis munus est indicare, quã deprehendi tm̃modo analogismo conueniet. Analogismus vero ratio est, quæ ab euidenti auspicatur, B rei obscuræ faciens cognitionem: Epilogismus vero cõis ratio est, & omnium assensu conspecta. Sed primum epilogistice de singulis consideremus indicijs: rectius.n. erit ex confessa cõiq; oĩum hominum ratione facere initialem doctrinam, q̃ statim inter initia venire ad analogismum.

7 *Caui Oculi, Tempora astricta, Aures frigidæ contractæq;, & Fibræ earum versæ: & item Cutis circa Frontẽ dura, intenta, arida: & Color totius Vultus viridis, aut niger.*

Hæc quoq; indicia omnia circa vultum existunt in morbis diutinis, & laboribus, & animę defectionibus, & multo magis in morte. Epilogistica enim ratio facillima est, vt dissimilia naturæ, mali cuiusdam obtineant significationem, posito eo, quod statim ab initio, confessum cõspectumq; est, vt maxime contraria naturæ, exitiosa: similia vero, salutis indicia, habeantur. Itaq; hæc a nobis de eis epilogistice dicta sint: nam post, exquisita ratione de omni eorum natura considerabimus.

Fiũt ergo tales affectiones aut ob aliquam causam consumentẽ & corrumpẽtem partes aĩalium carnosas, aut ob debilitatem natiui caloris, qui non insuper extẽdi in extremas corporis queat partes, sed in visceribus solis exiguus obseruetur. Porro hunc.s. comitatur affectũ, vt non preterea affluat ad extremas corporis partes tm̃ sanguinis aut spiritus, quantum antea affluebat habentibus C per naturã: & ob eam rem in vultu maxima mutatio naturalis habitus liquido apparet. Cum.n. partes osseæ & item carnosæ & humidiores inter se adiunctæ sint: tum aũt osseę persistant similes propter terrestrẽ substantiã: carnosæ vero humidioresq; consumant̃ facile, & collabant̃ in se ipsas ob inopiam spiritus & sanguinis: facillimus cognitu affectus est. Nasi.n. circa solas noĩe pinnulas substãtia carnosa, subsiduum vero omne osseum est: merito igitur, quoties pars carnosa cõsumpta aut vacuata considat, extremũ eius tenue redditur: pari modo, quoties vehementer refrigeratur, quod iam defunctis accidit: stipata.n. per refrigerationẽ substãtia carnosarum partiũ, gracilentus in summis merito redditur: non enim aliũ quendã nasum vocamus acutũ, q̃ qui gracilẽtus in summis existat. Igit̃ ad hunc modũ nasus acutus apparet. Caui præterea fiunt oculi pp eas ipsas causas: sed, q̃to humidiores molliioresq; summo naso sunt, tanto citius cauant̃. Quin etiã spiritus animalis copiam participãt, & item caloris non parum h̃nt: quibus deficientibus, merito contrahuntur: Id vero, cauitas oculorũ est. Tp̃a similiter adstringunt̃, propterea, q̄ sola ex vniuerso capite musculos habeant, quos noĩant à tẽporibus crotaphitas: reliquũ vero caput oẽ prorsus carne vacat. Aures frigidæ & cõtractæ, quia cartilagineæ, carne vacant, & pauci sanguinis sunt. Itaque celerrime refrigescunt, vt quæ suapte natura ad affectum instructiores parantioresq; sint. Sed quã D ob rem fibræ earũ versæ sunt? an quia molliorem obtinẽt substantiã, non quemadmodum subsiduum oẽ, quod, inquam, tenuis cartilago exquisite est tenuiore intecta cute? Quã ob rem de prædictis causis fibræ extenuantur, vertunt̃, siccãtur, stipant̃: ita vero affectę, retrouersus tendunt̃ magis ad originẽ præbentium illis sensum neruorũ. Etenim conuelli, cunctis corrigijs exiccatis cõe est: propriũ vero vnicuiq; in corpore parti est illò verti & cõuelli potius, vbi innexorũ ei neruorum initiũ est. Id.n. in digitis plane intueri licet, si.n. intimus tẽdo ab aliqua cã extensus fuerit, digiti perspicue inflectunt̃: si extimus, extenduntur. Ceterũ ob eã ipsam siccitatẽ stipationẽq;, cutis oĩs circa vultum oẽm duriuscula apparet & intẽta: affectus vero manifestius apparet circa frõtem, quia carnosa substantia tenuior hac in parte cuti subtenditur: de prædictis vero causis carnosa natura afficitur magis, q̃ quæ cutacea existit. At vero coloris mutatio pessima est, quoties ad nigrum existat, vtpote sanguine refrigerato, quemadmodum vbi foras effusus sanguis conglobatur: moderatior vero, quoties in chloron.i. viride fuerit. Veteres enim assolent ita nominare non nunq̃ pallidum colorem: interdum, vt pleriq; brassicam & lactucam chloras.i. virides, nominant, qui quidem color nigrior est, q̃ rubidus: est ẽt tanq̃ initium quoddam nigri liuidiq;, quẽ frigus efficit, quemadmodũ & ipsum ẽt nigrũ colorẽ efficit. Quo circa vultus, in quo oĩa prædicta h̃ntur necrodes.i. exitiosus seu cadauerinus, merito noĩat̃: isq; p morbos lõgiores sępenumero videtur.

detur: raro vero inter initia apparet, & ob eam rem cum maximo periculo est, vt qui nullam abs E tempore causam habeat. Longo enim interposito tēpore consumi corpus, & item refrigerari partes extremas, haudquaquā mirabile est: inter initia vero presertim acuti morbi prorsus exitiosum censetur, nisi ob aliquam aliam causam talis extiterit. Cæterum, quę'nam committere causę eam rem possint, ipse procedente dictione docebit. Nunc vero rem adijciendam, quam videtur Hippocrates omisisse, prius audi. Vt enim per morbos diutinos talem fieri vultum nō admodum exitiosum est, ita nec in terra frigida, hyeme, conditione frigida, senecta: quemadmodum per sententias indicauit: ‖ Per morbos minus periclitantur ij, quorum naturæ morbus cōuenit, aut ætati, aut habitui, aut tempori, q̄ quibus non competit aliqua ex his ratione. »

2.ª Aph. 34. Ex. ord. 17. c

8 *Si igitur Inter initia morbi Talis fuerit Vultus, Nec dum scrutari alijs signis possibile sit, Interrogare oportet, nū Vigilauerit homo, an Aluus resoluta admodum fuerit, an Fame affectus: Et, si quid horum comprobet, Minori cum periculo est. Indicantur vero Talia per diem & noctem, si ob has causas talis fuerit vultus. Si vero Nullum horum dixerit, Neq; prædicto tempore desiterit, signum esse Exitiosum sciendum est.*

Sūme exitialis & insanabilis morbus est, per quem statim inter initia vultus exitiosus sine exteriori causa extitit: minori vero cum periculo est, si propter aliq̄ causam euidentem acciderit, verbi gratia, propter vehementem insomniam, aut inopiam alimenti, aut alui fluorem. Præstaret. n. F nec ex his causis quidem nimium exolui vires inter initia ægrotationis: minori vero cum periculo est, quoties ob aliquā talem causam extiterit, non ob maleficentiā ægrotationis. Sed, quæ'nam sit affectio corporis, in qua talis vultus efficitur statim primis diebus, perspicue breuibus tibi iam explicabo. Vbi debilitas detentoriæ in animalibus facultatis pariter fit, atq; humores tenuiores, cum febre calida, prę debilitate excernitur subinde aliquid inuisibile pp paruitatem extra cutem, vtpote tenuioribus humoribus effluentibus. At vero febris etiā magis consumit tenuissimos humores, minus vero tenues extenuat, ita vt nunq̄ vacuatio desinat, sed simuletur cōtinuis vomitionibus, aut alui fluoribus, aut ex vrina immodicis vacuationibus: verum interest, q̄ eæ sensibiles sunt: ea vero, quam nunc cōmemoraui, præ tenuitate fluoris inuisibilis est. Talis ergo nequaq̄ cōsistit vultus in morbo pituitoso, queadmodum nec in plethorico, propter exuperantiam sanguinis: sed inopiam potius esse oportet in corpore, & lassitudines quasdā præuenire & curas: ex his enim humor colligit biliosus. At vero, si terra calida sit, & anni tps æstiuum, & conditio calida siccaq;, tūc sane tali affectione prehendi hominem vel promptius est, potissimum quoties biliosior fuerit ex natura. Quinetiam nō nulli facile discutiuntur, atq; difflantur: alij vero os ventriculi debile habent. Quæ oīa quoties simul concurrunt, tale corpus propensissime prehendi potest affectione, q̄ vultum exitiosum cōmitat. Si igit̄ hæc quispiā agnoscit, non solum præsensionē, sed ēt curationem, poterit inuenire, habēs intentionem firmare vires ventriculo idoneis alimentis. Sed hæc non parum extra itineris propositum dicta sunt. De Causis exterioribus considerādum exquisitius est. Hæ sunt (quarum ipse nominatim habuit mentionem) fames, insomnia, fluor alui: quibus adijcias, licebit, similia horum, vacuationem immodicam sanguinis è naribus, aut vulua, aut mariscis, aut vulnere, aut quouis alio mō: & item mœstitiam vehementē, quæ, quibus libeat causis, constiterit. Sed forsan recta rōne aliquis dicet hāc dictā esse ab Hippocrate potestate in sermone, qui est de insomnia: accidit. n. insomnia ēt ob alias causas: accidit ēt pp mœstitiam: ita vt insomnia vbior sit, quam mœstitia: & ob id continere eam merito dicetur. Itidem aluus admodum fluens, exemplū tibi cuiusuis immodicę euacuationis erit. Si igitur diligēter verseris in operibus artis, peritusq; sis circa vniuscuiusq; rei formā, sæpenumero apparebit causa, q̄ talem vultum cōmittat. Signa vero earum dictu difficilia sunt: & ob eam rem tradere ea sermone, q̄q̄ pleriq; nouerint medicorum, refugiunt: sed omnia proprijs & suis locis à nobis explanata iam sunt. Quapropter ipse quoq;, postq̄ didiceris ea, poteris interdū ingressus ad ægrum pronunciare de causa, q̄ talem vultum cōmisit: sed potissimum, vbi precedentē oēm victus rōnem noueris ęgri: cōsiderans H præterea de temperamento eius: & multo magis, vbi peritiam habeas de motu arteriarum: præterea & de qualitate febris. Subijciamus. n. aliquē, gratia exempli, tpe ęstiuo, per cōstitutionē calidā & siccam, biliosum ex natura, adolescētem, ex conflictatione, inopia, & mœstitia, incepisse ęgrotare: sitq; calor eius, tangendi sensum admodum mordēs, & vrina biliosa, & pulsus virium indicās debilitatem: suspicare hunc talem in relata fore cōditione, ob quam vultum cito sit habiturus exitiosum, nisi congrue nutriri anticipet. Itaq;, si talia circa ægrum neq; præcesserint, neq; primo die vel secundo apparuerint: tertio vero ingredienti tibi vultus appareat, qualis nunc dictus ab Hippocrate est: scias hūc propter aliquam causam exteriorem ita affectum. Igitur apud te considerabis, quid'nam potius in eo extiterit, num excretio aliqua multa, an insomnia. Ex inopia enim nō erit talis vniuersim, nisi præuenerint talia morbum, qualia dicta iam sunt, atq; ex natura fuerit talis, qualis dictus est. Si igitur pridie videas ęgrum, haudquaquā te latebit multa futura spōtina excretio: firmissima enim eius indicia habentur, quæ à nobis in cōmentarijs de iudicationibus, & item libris de præsagijs ex pulsibus, explanata iam sunt. Quapropter licebit statim aspicienti hominem definire vehementem extitisse insomniā: etenim videbis oculos eius admodū squalidos:

qui

A qui non propter euidentes & immodicas vacuationes, perinde vt propter insomniam tales redduntur. Porrò videbis palpebras resurgere difficulter, & item talem habere formulã in conniuendo, atq; etiam & instabiles haberi, quales per somnum obstupidum (ita.n.coma interpreter) existunt. Quinetiam, vbi nunc primum tibi appareat æger, antea vero nullo pacto eum perspexeris, talia signa, atq; ea, quæ ex pulsu percipiuntur, aliq̃ indicabunt dijudicationem: per immodicas.n. excretiones, seruabit aliquod adhuc (q̃q̃ exiguum sit) indicium formulæ, significans eas: per insomniam vero, chordulæ extentæ speciem referet. At, si propter inopiam duntaxat in talem vultus venerit affectionem, ex dictis indicijs neutra adsunt, neq; insomniæ neq; excretionis. & ob cã rem potius ex accidentibus, quã ex proprijs signis, in illis præsagire conueniet propter inopiã alimenti deductum esse eum in talem affectionem: & adhuc magis, quoties febris proprietatem caloris discutientis, exquisita ratione consideranti tibi, nequaq̃ importet. Si enim talis appareat, ob illam potius, q̃ ob exteriorem causam, gracilentum ita videri vultum existimandum est. Cæterum conuenit immorari diutius attrectando totam manum, non solũ carpũ ęgri, sed ẽt superiores partes: diligenter animaduertendo, si non solũ acriorem, sed ẽt si substãtiæ copiã vnà secum & quidẽ corpulentam reportet, veluti flãmulam q̃dam peruadentem cutem tuæ manus, qua cutem ęgri cõ

* ex [illegible] qui legendũ putant [illegible] ex iis, q̃ non accidere.

B tingis, seq; insinuantem perspicue in profundum: tales.n. febres sunt, quæ vultum istiusmodi cõmittunt. Hæc igitur (vt docui) dici quidem possunt difficulter: non tñ omnino dici non possunt, neq; difficulter agnosci ab ijs, qui circa ea exercitati sint, quiq; viderint talia sæpenumero à me omnia prædici: sed multo magis, si studuerint agnoscere operibus ipsis, quæcunq; in commẽtarijs de præsagijs edocti sunt, eò q̃ videant quidem talia prædici, vt fieri possint, re ipsa discentes: non reprobantes vero prius, quę ab initio videntur cognitu difficiliora. Nã geminos fratres simillimos quidẽ, semel aut bis videndo, nequaq̃ interstingues: ex necessarijs vero nullus hallucinatur. Hęc igitur dicta sunt ad cohortandos iuniores, sed potissimum eos, qui nunq̃ prædici hæc omnia a nobis perspexerunt: nõ.n. solum insomniã dicere possunt, sed ẽt vt propter mœstitiam tale quid extiterit. Non.n. Erasistratus videns coruos aut cornices volãtes, deprehendit adolescẽtis amorem, nec (vt quidam dixerunt) amatorium pulsantes sensit arterias adolescentis, nullus.n. pulsus proprius amoris est ac peculiaris: Sed quẽadmodũ apparuit interdum ẽt mihi, cui inijcienti manũ carpo ægri, muliere vero quadam visa earum, quæ domi erant, statim inęqualis pulsus atq; inordinatus euasit: paulo vero post ad habitum naturalem, simul recedẽte muliere visa, rediuit. Ita.n. mutatus pulsus communem quendã significat perturbationis affectum in animo fuisse ægroti. Per-

C turbationem vero hanc interstingui conueniet ex ijs, quæ dicunt ab eo pariter aut videntur: etenim rursus dictis quibusdam, pulsus vertit ad inęqualitatem, perturbato ægro ob ea, quę audiuit. Sed de his seorsum à me scriptũ iam est dicato opere, cui titulus est De præsentiendo. Nunc vero ad institutũ redeamus. Illud agitabatur, vt multa de præteritis & item præsentibus coram ægro posset medicus dicendo cõmendari, velut ea, quæ nunc dicta sunt hac orõne, insomniam, alui fluorem, famem. At vero interdum ex his vnum definite dicere difficile est: sed è duobus alterum, aut è tribus vnũ prorsus, possibile erit firmiter pręsentire. At vero id quoq; laudem feret apud audiẽtes, interrogando, præsentione facta ad hunc modum: Num ob insomniam vehementem, an alimenti inopiam attenuatus est? sæpe enim comprobant vtrunque & demirantur bifariam medicum: interdum alterum eorum respõdentes, ita quoq; demirantur. Hoc igitur est, quod ab Hippocrate dictũ est: Interrogare oportet, nũ vigilauit ęger, an multa deiecit, an famescat. Deinde q̃d dicit? Et, si quid horum cõprobet, minori cum periculo est. Merito: melius enim esset adeo fortẽ esse facultatem, vt à nulla causa exteriori vincatur: minori vero cum periculo est, si ob aliq̃ talem causam, nec ob ęgrotationis maleficentiam, talis consumptio existat. At vero, quia possibile est, vt ambo concurrant, tum causa aliqua exterior (vt dixi) afficiens corpus, tum etiam febris consumẽs,

D distinctio erit tibi è subsequenti die nocteq;. Si enim ab exteriori causa sola, qualis dictus est, vultus extiterit, correctionem per diem & noctẽ adipiscetur: si vero ex affectione in corpore, aut permanebit talis, aut etiam deterior erit. Itaq; constat, vt hæc omnia ab Hippocrate recte dicta sint.

Sed, quã ob rem dixit, Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, nec dum scrutari alijs signis possibile sit, deinceps consideremus. Duorum enim alterum est, aut quia non accidunt inter initia morbi, aut quia nihil firmum denunciant, nequaquam possibile est talibus vti signis ad res dubias definiendas. Ego igitur dico non semper fieri talia: nec, si fiant, firmum aliquid indicare. Cęterum, q̃ hoc ita se habeat, in enarrandis illis docebo per subsequentem dictionem.

9 *Si Vero Morbo antiquiori existente Vel tertiano, Talis fuerit Vultus, de ijs Interrogare oportet, de quibus antea monui: & Alia quoq; signa considerare, quæ in toto Corpore, atq; etiam in Oculis existant.*

Principij nomen significat primariam morbi accessionem, quę nõ dum vllam obtineat latitudinem: & item eam, quę ad aliquod tempus, non tñ multum, extendatur: nec nõ primum ęgrotationis tempus, à quo alterum numerant, ascensum: deinde tertium cõsistẽdi vigorem: & demum quartum inclinationem. Cum itaq; dixerit paulo ante, Si igitur inter initia morbi talis fuerit vultus, per illam dictionẽ nequaq̃ indicauit, cuius nã de tribus principijs faciat mentionẽ. Nũc vero

scribens,

scribens, Si vero morbo antiquiori existente, vel tertiano, talis fuerit vultus, clare docuit, vt de eo E agat, quod habeat latitudinem: id enim ad triduum vsq; porrigitur. Ergo tunc ijs, quę docuit antea, signis existimauit addendam esse ductam ab alijs signis determinationem, de quibus dixerat: Nec dum possibile sit alijs scrutari signis. Ea autem enumerat per sequentia verba.

Ex Ocvlis

10 *Si enim Lucem effugiant, aut nolentes Illachryment, aut Peruertantur, aut Alter altero fiat minor, aut Candidum rubidum habeant, aut Liuidas aut nigras Venulas, aut Pituita appareat circa obtutum, aut Sublimes tumidiúe oculi, Vel Caui admodum fuerint, {aut Obtutus squalidus & sine splendore,} Vel totius Vultus color euariet: hæc omnia Mala esse atq; Exitiosa censendum est.*

Hæc oīa accidentia in cōe præter naturam sunt, sed dissident inter se, eò φ quędam cōtraria simpliciter naturæ: alia vero, vt ipse antea dixit, maxime contraria existunt: & ob eam rem ex cōi epilogismo oīa quidem exitiosa existimabuntur, sed pro quātitate cōtrarietatis, minusq; & magis id obtinebunt. At vero affectiones, ex quibus eueniant, secūdum sequelam decretorū Hippocratis rectius est deinceps cōsiderare. Itaq; refugere lucē, quod, inq̄, est auersari, pp debilitatem accidit visoriæ facultatis: quæ nō nunq̄ pp opificiorum affectionem laborat, veluti per lippitudines: in- F terdum ipsa ex se afficitur, dum exitiale indicium est. Pari mō, si oculi illachrymant pp lippitudinem aut fluxionē aliquā de capite decumbētem, præter naturam quidem affectus est, non tñ oīno significat abolitionem: si vero propter debilitatem detētorię facultatis, exitiosum indicium lethaleq; est. Porrò peruertuntur oculi, cōuulsis musculis eos cōmouentibus: φ si fuerit illorum tantummodo affectus, nihil difficile significatur: si vero principij neruorum, quod quidē cerebrum est, summe exitiosum est: propinquantes.n.musculi, principij affectum prius, q̄ cæteri, persentiscunt: interdum ij, qui in oculis sunt, de quibus nūc dicit: qñq; ‖crotaphitæ, i. musculi tēporum nominati, de quibus libro de articulis indicauit. Quinetiam fieri alterum oculū minorem, q̄ qui cōstet ex natura, accidens exitiosum habetur: indicat.n. extingui facultatem regentem eum. At vero albamentum oculi apparere rubrum (qūo per lippitudines quasdam accidit, & item quasdā temulentias) copiam significat, quæ in cerebro ac mēbranulis fit: interdū ēt inflāmationem, q̄ in eis facta fuerit: Nam vtrouis mō sanguis ad oculorum venulas exprimit: et ob eā rem pars in eis candida, rubra apparet, quę corollam appellatam ambit circiter: quā per dissectiones docuimus oīum in oculis membranularum tunicularumq; copulam q̄dam haberi: & item docuimus, vt ambiētis caluam membranulæ terminus, ad eam vnà cum venulis permeet. Cæterū, vt ob hæc dixerit can G didum fieri rubrum, perspicue indicauit ex ijs, quæ subinferens ait/aut liuidas, aut nigras venulas habeant/id vero perquàm exitiosum censet. Rubræ.n. apparent venulæ ēt propter nimietatē (vt dixi) vel inflāmationem quandā eorum, quæ in cerebro sunt. At vero nigrescunt & liuēt, dū refrigerantur: refrigerant vero, dum extinguūtur: ita fit, vt hi colores prorsus exitiales assidue existāt.

‖ de Artic.cō.2.t. 5.7ᵃ.263.b

Cæterum pituita oculorum fit, vt constat, tum ob affectum opificiorum, quemadmodum & per lippitudines & aliter, quæ nullo cum periculo est: tum pp imbecillitatem regentis oculum facultatis naturalis, quæ impos sit oculorum concoquere alimentum: pituita enim (vt ostēsum iam est) excrementum semicocti alimenti est. Ergo per lippitudines præ copia humoris præter naturam, & item propter affectionem opificiorum, verisimile est nequaq̄ concoqui recte alimentū eorum. At, vbi inopia perspicua est, quam cauum indicat oculorū, causa de nimietate prorsus recedit, sed restat virium debilitas sola, non quælibet, sed admodum vehemens, quæ nec minimum quid alimenti oculorum abunde concoquere potest. Quinetiam sublimes oculi. i. instabiles & subinde commoti, significāt aut delirium, aut tremorem circa musculos eorum: è quibus alterutrum in relata affectione exitiosum habetur. Profecto delirium ex inopia, maximo cum periculo est: & itē tremor propter ariditatem opificiorum, insanabilis est. At vero tumidos oculos, aut admodum H cauos detestatur. Itaq; tumentium accidens oculorū, inter initia quoq; fit ægrotationis, maximeq; vomentibus ex copia ingesti cibi potusq;: Caui vero admodum oculi nequaq̄ fiunt: et ob eam rē neutrum cōmemorauit accidens inter initia, dum ait, Nasus acutus, oculi caui: Hoc quidem ea ratione, φ nullo pacto appareat in vultu exitioso, nam quo pacto pariter caui tumidiq; oculi erūt? Illud, quia nullo modo tūc eueniat. Atqui vīr ea, quæ dicta sunt de oculis tumidis, cum prędictis pugnare. Cū.n. dixerit de vultu exitioso, nasum acutū, cauos oculos: tum aūt talia determinando, ijs, quæ post triduum appareant, tumidos nequaq̄ recte adiecit. Sed, quod mihi vr̄ ab Hippocrate factum hac oratione, iam explicabo, permutando oēm eius sermonem in hanc dictionem: Si vero morbo antiquiori existente, vel tertiano, talis fuerit vultus, de ijs interrogare oportet, de quibus antea monui: alia quoq; signa consideranda, quæ in toto corpore atq; ēt oculis existāt. In oculis vero signa exitiosa post triduum talia sunt, si lucem refugiunt, si lachrymant, si peruertuntur, si alter altero fiat minor, & candida pars in eis rubra appareat, si venulas habent aut nigras aut liuidas, aut pituita ipsis inhærescit, aut sublimes sunt aut tumidi aut admodum caui, aut totius vultus color euariat. Hæc.n. oīa exitiosa sunt: &, quicquid horum existat circa vultū prædictum, indicium non paruū est futuræ mortis. Igitur ad hūc intellectum (vt mihi vr̄) numerātur cum cæteris

signis

A signis, quæcunq; in vultu exitioso pariter existere queunt, atq; etiam tumidi oculi, qui simul existere nequaq̃ possunt: quia non solum instituerat dicere, quæcunq; simul sint cum vultu exitioso, sed etiam ex signis exitiosis quæcunq; circa vultum apparẽt: Ita vt, si non vnum solum, sed etiam plura, de prædictis non possint esse in vultu exitioso, nulla pugna sit in sermone eius, vt qui se ad doctrinam oium prauorum signorum conuerterit. Quod aũt, vt dicebam, recte dixerit nec dum possibile sit alijs scrutari signis, cõsiderãdum iam est vno capite cõi tali. Vnumquodq; ex prædictis aut non accidit inter initia, aut non ex toto exitiosum est: seorsumq; singula consideranti tibi videbitur id, q̃ maxime verum. Igitur ex multa potione non nunq̃, & vomitione vehementi, inter initia morbi lucem effugiunt: itidem lachrymant, & peruertuntur oculi, aut sublimes sũt, aut tumẽt, aut venulas habent rubras. At vero in colorem nigrum aut liuidum mutatio venularum nunq̃ accidat inter initia, quo modo neq; insigne cauum, neq; pituita oculorum, sed triduum aut quatriduum (quod minimum sit) in genituram talium desideratur.

11 *Considerari autem conuenit hunc in modum Suspectiones et Oculorum per somnum. Si quid enim Candidæ partis subapparet commissis palpebris, nec Alui fluor aut Medicamentum in causa est, aut Nec ita dormire cõsueuit, Vitiosum indicium Lethaleq; admodum est.*

B

De verbo ὑποφαίνεσθαι .i. suspici, nomẽ ὑπόφασιν id est suspectionẽ, fecit, cuius pluratiuũ ὑποφάσεις .i. suspectiones, existit: à quibus p diuisionẽ ionicam ὑποφάσιες .i. suspectiones, formant. Cæterũ non satis noui, qua rõne adducti Artemidori & Dioscoridis sectatores scripserint ὑποφύσιας cum υ. Quod igit̃ est ab Hippocrate dictũ, clarum est. Ipse.n. enarrauit, qd' nã appellet supectionem, dicens/si quid.n. subapparet candidæ partis cõmissis palpebris/atq; ẽt adiecit determinationem ad exquisitiorẽ sermonis cognitionẽ, dicens/neq; fluor alui, aut medicamentum in causa est. Sed subaudiri pręstat cætera quoq;, q̃ vim eandẽ obtineãt. Vno.n. capite complexus, dixeris accidens id pp imbecillitatem fieri mouẽtis palpebras facultatis: quod inq̃ exitiale est, quoties sine cã constiterit exteriori. Hæc vero, talia scilicet esse oportet natura, vt vires exoluant: Verbi grã, alui fluor aut purgatio ex medicamẽto purgante vehemens, aut mœstitia vehemẽs, aut insomnia, aut inopia alimẽti, aut sanguinis fluor multus, aut simplr quæuis alia immodica vacuatio. Cæterum cõnumerare Hippocratem (vt paulo ante dixi) oĩa exitiosa signa, non solũ quæcunq; in vultu exitioso habeantur, indicauit hac parte, adijciens/nec alui fluor, aut medicamẽtum, in cã est. Prędixerat.n. in vultu exitioso talem determinationem/an aluus admodum resoluta fuerit/resoluta.n. aluus, cõe quoddam est fluoris alui, & item medicamenti. Sed, quoniam rursus aliunde orsus omnia exitiosa percenset indicia, merito cuiuis eorum proprias definitiones apponit.

C

12 *Si vero Peruertitur, aut Liuida palpebra est, aut Labrum, aut Nasus, Cum aliquo alio signo, Mortem prope esse sciendum est. {Lethale etiam est, si Labra Resoluta & Suspensa & Frigida & Alba fuerint.}*

In multis codicibus ita legitur initium orationis, in alijs vero pro peruertitur, distrahitur scriptum est: ita vt ex voce, palpebræ contractio significetur, velut in ijs, quæ propter algorẽ refrixerunt. Id igitur indicium est extinctionis, quemadmodum liuida. Si vero peruertitur, intentionẽ quandam conuulsificam, aut resolutionem in altero ex musculis oculos claudentibus indicat. Vtrunq; autem exitiosum censetur, quoties alia indicia suffragantur: quod indicauit dicens/cum aliquo alio signo/tanq̃ hæc sola nequaquam sufficiant denunciare mortem. ·λαυτ...· ·...·

Ex Decvbitv

13 *Cubantem offendi Aegrum à medico oportet in Latus dextrum aut sinistrum, ac Manus, Ceruicẽ, et Crura paulum reducta habentem, & omne Corpus molliter positum: Ita enim pleriq; bene Valentium cubant: At ita Cubare, Vt sani solent, Optimum est.* ·...·

D

Id quoq; testatur numerari ab Hippocrate signa exitiosa hac tota libri parte: cõstat.n. vt nobilissimus vir nunc non ab alio principio de signis in toto corpore doceat, sed ea copulat prædictis Cum.n. antea dixisset in vultu exitioso ẽt alia signa consideranda esse, quæ in toto corpore atque etiam oculis existãt, deinceps oĩa inter se copulãdo persequitur. Id vero, quod dr̃. oportere offendi ęgrum à medico considerante non cubantẽ supinum ceu quendã resolutum, sed in alterũ latus, prout medicus illi adfuerit, idcirco bonum est, quia robur indicat facultatis per musculos firmantis corpus: quõ rursus debilitatem, vbi cubare in latus non queat. Verum ipse Hippocrates adiecit orationi cõem epilogismum dicens, Ita.n. pleriq; bene valentium cubãt. scilicet potissimũ tũc, cum medicus ipsos considerat. Rectius enim est subaudiri in orõne proditum hoc ab eo potestate per dictionem, dum ait, Cubantem offendi ægrum à medico oportet. non.n. simpliciter in latus ait oportere hoĩem cubare, sed à medico offendi cubantẽ ita. Porrò adiecit, ac manus, ceruicem, & crura paulũ reducta habentem/id.n. consuetũ plerisq; bene valentiũ est. Quinetiam adijciens verbũ/pleriq;/in memoriã tibi reuocauit distinctionẽ quandã alterum habentẽ caput alijs multis vtile præsagijs, cuius meminisse te cõuenit. licet interdum omittatur. At vero, quid nam illud sit, iam explicabo. Quæcunq; in ęgris priuatim præter cæteros peculiaria sunt, hæc haudquaquam

veluti superuacua considerari oportet. Si.n.offendas ægrum,vt pleriq; bene valentium,cubantẽ, E diliges talem decubitum. Si vero è contrario,non conuenit continuo horrere,quasi malum indicium,sed requirere,vtrum in consuetudine sit talis ęgro figura. Cęterum, quod est dictũ/molliter positũ offendi corpus/ex aduersum intento proditũ est. Quatuor.n.mẽbra { græce κῶλα }.i. crura ac manus paulũ reducantur,& oẽ corpus iaceat, oportet, extra hyperbolicas figuras constitutum. Intelligo figuras hyperbolicas,quoties aut summe extẽdunt̃,au immodice inflectunt̃ mẽbra,aut spina,cuius partes vertebræ quoq; in ceruice existunt. Igit̃ hyperbolicæ figure extẽtis admodum neruis efficiunt̃,qũo libro de motu musculorũ ostẽsum iam est: Quæ in medio est hyperbolicarum , ab sq; tẽsione est: quocirca talẽ vocauit mollẽ, quia corpora molliora intẽdi nõ solent.

14 *Supinum Vero Cubare Manibus {& Ceruice} & Cruribus extentis,Minus Bonum est.*

Talis decubitus oĩno bonus non est , proindeq; nec minus bonus est: si.n.oĩno bonus non est, vt minus is bonus cõgrue dicat̃,fieri qui põt? Cæterũ,vt id bonũ non sit, ipse postea docebit hũc in modũ: Si vero procliuior fuerit, & subinde ad pedes dilabat̃, maiori cũ periculo est. Tanq̃.n. prædictus decubitus cũ periculo sit,ita dixit de eo/maiori cũ periculo est. At vero mihi ṽr,vt talis decubitus neutris adnumeret̃ indicijs,quæ nec ad sanitatẽ vim habeant insignem, neq; ad mortẽ, F sed aut integre media sunt, aut parum ad alterum tendũt, ita vt,qui negligẽtius loquuntur de eis, cũ vtrisq; cõferre possint: velut hoc loco Hippocrates dixit minus bonam esse talẽ cubãtis figurã, q̃ quę est antea prodita: deteriorẽ vero,q̃ hæc,eã,quę deinceps dicta est: admõnens hoc loco finiri oportere in omnibus locis,nũ cõsuetus sit ęger cubare supinus. Si.n.ita fuerit, nec admodũ magnifaciat medicũ ingredientẽ, tũc neq; in medio mali boniq; decubitus existimabitur, sed potius bonus. Si vero neq; hac soleat cubare figura,et admodum vereat̃ medicũ,non bonum indiciũ est: sed potissimum si fuerit pudentior ex natura. Quocirca talis decubitus in medio boni maliq; collocandus est,quantum in se ipso est,sed vtroq;uersum pro natura ægri transferendus est.

*Al. admoneo autem &.

15 *Si Vero Procliuior est,ac Deorsum delabitur subinde ad pedes, Maiori cum Periculo est.*

Quemadmodum cubare in latus,quandam obtinet vim, ita accliuius in supinũ iacere,quo mõ oẽs cubamus. Et ob eã rem,si in alterũ colloces latus corpus defunctũ,prsus aut in partẽ pronam, aut supinã conuertet̃: velut,si illud accliue figures,ita quoq; in pedes delabit̃. Merito igit̃ prauum id dixit haberi indicium, q̃ quidem extinctionem quandam significet regentis corpus facultatis.

16 *Si Vero Nudos habeat Pedes,nec admodum Calidos : ac Manus,Collum,& Crura dispergat inæqualiter : Malũ est , significat enim Inquietationem.* G

Optime determinauit orõnem dicens/nec admodũ calidos/per febres.n.calidissimas vnà cũ cęteris partibus ẽt pedibus ardescentibus,nudare eos ęgri cogunt̃. Si vero febris non fuerit talis,nudare pedes,malaciæ est ægri vel inquietationis indicium. Porrò,si manus quoq; pariter cũ ceruice & cruribus non de more cõponit,vt antea dixit,sed inæqualiter tales dispergit partes, malũ indiciũ est: dixit.n.signãri inquietationẽ: hoc vero nomẽ indicat illos conflictari quauis figura,nec non aliã ex alia mutare. Quòd si te præsente,vt dictũ est, iacens æger,statim cõmutet priorẽ figuram ad alterã: pariter & mẽbra dispergat inæqualiter,vel ẽt ceruicis positurã: scias talẽ aut pp oris ventriculi vitium, aut pp virium debilitatẽ inquietari: colligens hoc ẽt loco epilogismo ingeniũ eius,vtrum mollior sit,& ad singula promptius cedat,licet perquàm exigua,& peruincatur.

17 *Exitiosum autem & Hiantem Dormire semper.*

Debilitatis hoc quoq; signum claudẽtium os musculorum est , quemadmodum paulo ante de musculis palpebras committentibus explanatum iam est. Codex quidem ita legitur,quemadmodum nunc dixi: antiquiq; codices ita habent: Dioscorides vero aliter legit,ad hunc modum. Difficile autem est & hiantẽ semper dormire.vbi duplex concurrit significatio, vna quidem, vt semper hiet: altera,vt semper dormiat. Vt igitur secundũ,malum sit,quanq̃ non hiãti fiat ore, planius indicauit per illam sententiã,qua dixit, Sõnus & insomnia alterutrum,si modũ excesserit,malũ esse. Sed primum dictum esse verisimilius est,vt hiet tantisper,dum dormit,sic enim frequẽter fieri videtur: Si vero hiet non dormiens,multo maiorem noxam significabit.

18 *Et Crura Supini cubantis admodum Reducta distractaq; esse.*

Hæc vox διαπεπλεγμένα.i.distracta,vtroq; scribitur modo.s.& †per γ,& per χ: significat aũt crura,quæ plurimum inter se distent. Ac talis decubitus absurdus est,ita vt indicet delirũ,q̃nquidem nullus ita cubare soleat: quemadmodum neq; si/circumplexa/legatur, talis enim decubitus absurdus est,si quis cubando supinus habeat crura reducta,& inter se circumplexa.

† Forte legendũ est, διαπεπλεγμένα.i.distracta,et περιπεπλεγμένα .i. circũplexa. Ac, si quidẽ distracta scripseris, sigñat crura & c. si uero circũplexa legatur, talis ẽt decubitus et c. & ita uidet̃ legisse uetus interpres.

19 *In Ventrem autem Cubare,qui Non est solitus ita dormire,quò tempore sanus fuit,Malo est: Delirium enim, aut Dolor circa Ventris sedes significatur.*

Crebro

A Crebro nobis cõmemorat adiunctam his omnibus determinationem, vt ẽm cõsuetudinem ali quid accidat ęgrotantis. Etenim nunc cubare in ventrẽ contra cõsuetudinem, aut delirium significat, quemadmodum in prædicta cubandi figura: aut dolorem quendam, qui circa tales partes fatiget: constat enim, vt multi talem eligant figuram, quorum in ventre dolor infestat.

20 *Residere vero velle ægrum in Morbo Vigente, in Omnibus morbis Acutis Malũ: Pessimũ vero in pulmonia est.*

Qui pulmonia infestantur, ij dicũt sentire magnam in thorace ac pulmone angustiam, dũ supini cubant: facilius aũt spirare, si resideãt. Decumbunt.n.ad spinam, per supinum decubitũ, partes in pectore thoracis, à quibus pulmo arctatur, nec idoneũ accipit aerem inspirãdo. Per alios vero morbos quoties vigent (id.n.maxime cõsiderandũ est, tanq̃ non sit temere additũ) grauissimũ est velle ægrum residere in ipso consistendi vigore: amant.n.tunc maxime fatigati, immoti cubare: & si quis eos excitet, conflictantur. Itaq; arbitrare propter vehementem spirãdi difficultatem aut inquietationem aut delirium, residere ægrum aggredi, per consistendi vigorem ægrotationis.

Ex Stridore Dentivm

21 B *Stridere aũt Dentibus in Febribus, quibus Non est consuetũ à pueritia ita efficere, Insaniã significat, ac Mortẽ: sed in vtrisq; futurum Periculum prædicendum est. Si vero Delirans ita efficiat, admodum Exitiosum iam est.*

Stridores dentium fiunt, quoties musculi in tẽporibus & maxillis conuulsorie commouenť, interdum affectis ipsis musculis duntaxat aut ab ortu naturæ, aut pp aliam aliquam causam posteriorẽ: non nunq̃ origine neruorum in eiusmodi affectionem deducta, de qua maxime cõuulsiones eorũ neruorũ, qui ab ipsa nascuntur, fieri solent. Agnoscere.n.oportet initialem vniuscuiusq; præparationem partis propriã: de qua alio quidẽ loco fusius explanatum iam est: nũc vero sufficiet semel dicere, præcipientes hoc loco reuocari in animum residuum disputationis, quo minus mireris fieri posse, vt cõi neruorum origine affecta musculus aliàs alius tremore aut cõuulsione excipiatur. Vt.n.clare videmus in quibusdã corporibus optimam inesse crurum præparationẽ, in alijs deterrimam statim ab initio, ita vt hi currãt ocyssime, illi vix stẽt: & item partes alias similiter affectas: ita facile offendi ab exiguis causis alios cruribus, alios summis pedibus, aut oculis, aut capite, aut alia aliqua parte, statim à principio sequitur opificiorum præparationes. Nihil igitur mirum videri debet, si aliqui debiles habent musculos, qui oculos mouẽt: alij vero eos, qui maxillas mouẽt: qua de re non nulli †subinde stridẽt dentibus, etiam propter exiguas causas: illi vero subinde mo
C uent oculos. Stridere.n.dẽtibus ex natura, simile est affectui oculorum insito quibusdam, quem appellitant Equum, cum nullo tẽpore manere possint requieti, sed tremule subinde nictent. Cæterum per morbos febriculosos, affectu originis fieri ipsis conuulsionem, simile est rursus illi præparationi musculorũ in oculis, de quibus ait, Aut sublimes apparent. In quibusdam enim corporibus citius accumbunt originis affectibus musculi oculorum: in alijs musculi temporum aut maxillarum. Merito igitur dixit accidens istud significare insaniam ac mortem: Insaniam quidem, quasi mentis dixerit vehementem commotionem: Mortem vero, quia neruorum origo affecta est. Illud inquisitione dignum est, quo nam modo supra dicens insaniam significare, mox dicat, Si vero delirans ita efficiat, admodum exitiosum iam est. Etenim perspicuum estʼ, vt, si stridere dentibus prænunciat delirium, adeo non desinet, vt vehementius fiat accedente delirio, cum hoc, q alij quidam musculi tunc in talem deducantur affectionem. Videtur ergo talis intellectus esse orationis: Stridere dentibus, quibus ab initio non erat consuetum, futuri delirij accidens est. Si vero adeundo interdum ægrum offendas vtrunq; perpeti, delirare & stridere dentibus, hunc iã esse propè mortem conijcito. Quocirca in priore sermone, cum non dum commotus mente stridebat dentibus ęger, simpliciter id ipsum indicabatur dũtaxat, vt insanię ac mortis indicium haberetur:
D vbi vero iam delirat pariter & stridet dẽtibus, in propinquo mors est. Id vero clare ipse docuit, adijciens verbum/iam/vt enim exitiosum sit accidens, priore docuit oratione: sequente vero, verbum/admodum/&/iam/adiecit dicens/admodum exitiosum iã est/id est valde exitiosum: quod est quidem, non multo post, sed cito moriturum ægrum.

† *Codices ipsi græci habent. uel sẽper stridẽt dẽtibꝰ, uel propter exiguas cãs. Laurentianus ãt uete rẽ tralationẽ, et forte ẽt quorundã exẽplariũ græcorũ lectionẽ, secutus est.*

Ex Vlceribvs

22 *Vlcus, siue antea extitit, siue existat in morbo, Considerandum est. Si.n.Moriturus æger est, Ante mortẽ aut Liuidum & Siccum, aut Pallidum & Siccum, erit.*

Siccum erit omnino vlcus, quoties facultas nutriens corpus debilis habeatur: non vnus vero color in eo semper erit, sed pro diuersitate humorum in corpore, & item pro mẽsura lesionis, euariabit. Si.n.biliosus humor exuperet, croceus seu pallidus erit color, si nigribiliarius, aut liuidus, aut ẽm alteram significationem, viridis erit. Antea.n.docuimus, vt chlorὸn interdum pallidum colorem, interdum viridẽm significet: ex qua significatione solemus brassicas chloras.i.virides, nominare. Pari modo lesio quoq; maior liuidum solet efficere colorem, vt qui non longe distet à nigro: minor vero, pallidũm vel viridem. Quocirca finem dictionis quidam legunt ita/aut pallidum & siccum erit/alij vero illo modo/aut viride & siccum erit.

* *Græce, ἰώδες.*
* *In ipsis græcis legitur [illegible] .i. rubrũ. in aliquibus ãt manuscriptis [illegible] .i. pallidum.*

Ex Gesticvlatione Manvvm E

23 *De Geſticulatione aũt Manuum hæc cognoſcere oportet. Qui in Febribus Acutis, aut Phrenitidibus, aut Pulmonijs, aut Capitis doloribus, Manus ob Vultũ fert, aut fruſtra Venatur muſcas, aut Colligit feſtucas, aut de Veſte euellit pilos, aut de Pariete ſtipulas carpit, id omne Malum exitialeq́ʒ eſt.*

Geſticulationes manuũ, id eſt functiones & motus, quos hoc loco cõmemorauit, ob imaginationem fiunt illi ſimilẽ, quæ per ſuffuſiones contingit. Ægri.n. per ſuffuſiones, quæcunqʒ vidẽt in medio loco cryſtalloει dis (ita à glacie noĩati) humoris, & tuniculæ circa pupillam cornu ſimilioris, foris ſita eſſe exiſtimant: quia ſemper aſſueti erant, dum haberent per naturam, res per mediũ aerẽ intueri. Pari mõ ij, de quibus Hippocrates agit, in febribus acutis, pulmonijs, phrenitidibus, ac doloribus capitis intueri ſe, tanq̃ foris ſita, credũt ea, quæ intus in oculis habeant. Oſtendimus enim vt ſpiritus viſorius, vtpote ſplendẽs, aſſimilet ſibi eum, qui inter cryſtalloidem & pupillam medius eſt, humorem tenuem ac mundum, ſimillimum candido ouorum, quo per lippitudines vtimur. Oſtendimusq́ʒ etiam, vt ſpiritus per hunc feratur humorem ex pupillæ foramine ad aerẽ exteriorem, vnà cũ eo compactus. Quin ẽt, ꝙ aere illuſtrato vtatur, tanq̃ inſito opificio, qui talis facultate exiſtit, qualis in corpore neruus hr̃: id docuimus in ſermonibus priuatim de viſu habitis, F quẽadmodum in decimotertio de demr̃one libro, atqʒ ẽt ſeptimo de decretis Hippocratis & Platonis, dicta ſunt ẽt non pauca de hac re in decimo libro de vſu partium. Vt ergo cerebrũ per neruum ſentit affectiones digiti in pede, ita per aerem circũductum externa viſibilia cõtuetur, quæcunqʒ modice ab ipſo diſtant. Itaqʒ ſuffuſiones fiunt in hoc humore ſubſimili (vt dixi) candidæ tenuioriq́ʒ parti oui, qui inter pupillam & cryſtalloειdẽ medius incidit. Ita fit, vt per cruditates quoque non nunquam viſa, ſimilia ſuffuſis, contingant. Si enim reſtitit humor aut niger aut craſſus, prohibens digredi foras viſorium ſplendorem, ibi viſa pro natura humoris conſiſtũt: interdũ pilorum quorundam, aut ſubtegminis, aut ſtaminis, q̃nqʒ culicũ nigreſcentium, aut muſcularũ, quę volitare ob oculos videãtur, q̃nqʒ rerum ſimilium lentibus, aut milijs nigris. Ita accidit per febres acutas ac pulmonias, valde exhalantibus ad caput in corpore humoribus, vt humor ille in pupilla mundus concipiat exhalationem, quocunqʒ aũt loco & mõ perturbatus fuerit, prædicta viſa apparent. At per vehementes capitis dolores, quẽadmodum & per phrenitides, præ capitis repletione peruenientes aliqui humores in oculos, eadem accidentia cõmittũt. Et κροκιδίζειν. i. euellere ſubtegmina, & καρφολογεῖν. i. colligere feſtucas, verba ab oĩbus medicis de phreniticis dici ſolita, nomen inde traxerunt. Itaqʒ nõ nulli tradiderunt nobis ſubtegminũ & ſtipularũ viſa tantiſper, dũ G fiunt: & item, qui poſtea meminerunt. At vero duplex eorum differentia eſt: quidam.n. per ipſa ſenſibilia viſa cœperunt delirare, iudicandi facultate conſtante: alij vero propter eximiã prudentiam, quamuis parua ex parte iudicandi facultate affecti eſſent, reſtiterunt tñ repreſſeruntq́ʒ, ita vt vincerent ac repugnarent, &, quæ fiebant, intelligerent. Hi igitur indicarunt nobis, quibus viſis mouerant manus, vt Hippocrates ſcripſit. Multis.n. in locis videbãtur illis ſubtegmina veſtium eminere, atqʒ in pariete ſtipulæ adiunctæ eſſe: ſæpe vero & feſtucæ multæ impoſitæ ſtragulis, atqʒ ẽt volare puſillę beſtiolæ propè oculos. Has igitur venari aggrediũtur, circũferentes manus, tanq̃ aliquid arrepturi: alia vero, quæ videtur eminere, partim de veſtibus carpere aggrediunt, partim euellere de pariete. Merito igitur affectiones talia cõmittentes accidentia, ſunt difficiles: quippe quę à febre acuta, aut pulmonia, aut dolore capitis fuerint propter magnitudinem effecta: à phrenitide vero, quia ſedes princeps eſt affecta: cuius vniuerſum genus exitiale habetur: febres vero, & itẽ pulmoniæ, atqʒ etiam capitis dolores, propter magnitudinem, quemadmodum dictum eſt.

*Al. quinto.

Ex Spiratione

24 *Spiritus autem, qui Creber eſt, ſignificat Dolorem, aut Inflammationem in Regionibus, quæ ſupra præcordia ſint: qui vero ſpiratur Magnus, Multoq́ʒ interpoſito tempore, Delirium indicat: qui uero Frigidus de Naſo & Ore expiratur, admodum Exitialis iam eſt.* H

*φρένας.

Hãc oẽm dictionẽ, tertio de difficultate ſpirãdi libro, abſolutiſſime enarraui: quocirca nũc dũtaxat capita attingã. Spiritũ hoc loco vocat vniuerſam reſpirationẽ: qui ſi creber ſit (ait) interdũ ſignificat dolorem: q̃nqʒ partiũ in thorace inflãmen, quæ ſunt cor ac pulmo, poſitę ſupra ſeptum: †maiores.n. præcordia ac ſeptum, idem appellauerũt. Itaqʒ per dolorẽ, ſpiritus, quẽadmodũ oſtenſum iã eſt, creber paruusq́ʒ eſt: per inflãmina vero, creber magnusq́ʒ: hęc enim aſſolent noĩare inflãmationes. At vero rarus ſpũs, hoc eſt multo interpoſito tpe, ſi magnus eſt, indicat deliriũ: ſi paruus, extinctionem natiui caloris. Sæc hanc affectionẽ ſigñauit ex accidente, dicens, Qui vero frigidus de naſo & ore expirat, admodũ exitialis iã eſt. Cęterũ, vt de his tm̃modo ſpirandi difficultatibus fecerit in prognoſtico mentionẽ, de morbis agens acutis: itemq́ʒ vt libris de morbis vulgarijs plures citauerit ſpirandi difficultates: tertio libro de ſpirandi difficultate perpenſum iam eſt.

†Al. ex antiquis. phrenas enĩ ãtiqui hoc appellarũt. vide ẽt infra cõ. 28. & lib. 5. de locis aff. ca. 4. in pricipio.

25 *Spirationis autem Facilitatem exiſtimari oportet Perquàm magnam vim habere ad Salutem in omnibus Morbis Acutis, qui cum Febre ſunt, & in Quadraginta diebus iudicantur.*

Naturalem

A Naturalem respirationẽ appellauit spirationis facilitatem, significantem neq; thoracẽ, neq; cor ac pulmonẽ, neq; præcordia, doloris quandam habere affectionem, quinetiam neq; partes quasdam ijs adiunctas: cum.n. mouentur per respirationem, dolore afficiuntur & ipsæ, vbi prehẽdantur inflãmatione, & item quouis modo dolorosam trahãt affectionem: hæ vero sunt ventriculus, lien, iecur. Si igitũ nulla ex his afficitur, neq; caloris infestat copia adeo, vt deuri inflãmariq; videatur: sed neq; ẽ contrario vt iam extinguatur calor insitus: quo pacto nõ dixeris magnã spẽ ægroto subesse salutis in morbis acutis, in quibus propter magnitudinẽ febriũ, aut pp inflãmationem proprie noiatam, pericula imminent? At vero longi morbi ẽt sine his, eo q vires exoluant, nõ sine periculo sunt: proindeq; eos ab oratione excepit, ac de solis acutis pronunciauit. At vero, cũ duplex genus horum habeatur: siquidem nõ nulli simpliciter ac primũ vocanẽ acuti, quidam ex cõuersione: de vtrisq; indicauit dicẽs/qui cũ febre sunt, & in quadraginta diebus iudicãtur. Adiecit enim/qui cum febre sunt/vt eos à conuulsione, & tetano, id est distentione neruorum, & cholera. i. bilari, disiungeret, & quicunq; alij morbi sine febre acuti sunt: quod vero dictũ est/& in quadraginta diebus iudicantur/vt cõnumerẽtur cum simpliciter proprieq; acutis acuti ex conuersione: tales fiũt, quoties inter initia acute ægrotauerint, postea vero quartodecimo die, aut ẽt ante, nõ B integre iudicati fuerint, sed ita, vt morbi quædam reliquiæ ad quadragesimum vsq; diẽ extendantur. Cõuersio.n. per iudicationes imperfectas fit acutorum morborum, nõ solum in hos, sed ẽt in alios diutinos, maxime marcorem, quartanam, suppurationem, tabitudinem, aquam inter cutem. Verum Hippocrates excipit à præsenti orone ẽt illos: in solis simpliciter acutis morbis, qui cum febre sunt, & item ex conuersione in quadragesimum perueniant diẽ, optimum esse indicium dicens spirationis facilitatem, non in oibus, qui sine febri sint, acutis, neq; diutinis: Ita vt tria sint oia genera morborum, quantũ in ipsam agitur tpis dñam. Aut.n. acuti sunt, qui in quatuordecim iudicantur diebus, quibus diutini opponuntur: ambiguũ vero & velut in cõfinio positum tertium genus, cuius terminus decretoriorum dierũ quadragesimus dies est. Hæc igitur dico cõfirmare ea, quę in ęgris euidẽter apparent: q si quis ea probet in illis, ita se habere naturã rerum agnoscet. At vero, quicunq; volunt signari numerũ dierum decretoriorum ab Hippocrate, dũ ait in ‖ quatuordecim diebus iudicari morbos acutos, præter q̃ q nesciunt ea, quæ maxime oportebat eos scire, dictiones quoq; vetustissimi medici nequaq; intelligunt. Si.n. hoc ipsum, in quatuordecim. s. diebus iudicari morbos acutos, significat dierũ decretoriorũ multitudinem, quanta sit: illud ẽt ipsum, in quadraginta. s. diebus iudicari, numerũ signabit decretoriorum dierũ. Quærant igitur, vt, C quemadmodum quatuordecim efficiũt ad quadragesimũ vsq;, ita quadraginta nũc dies efficiãt.

‖ 2. Aph. 23. Ex ord. 15. d. Et in lib. de iudicationib⁹ non lõge a principio libri. Et in Coacis prænotionibus.

Ex Svdore

26 *Sudores autem Optimi sunt per oẽs Acutos morbos, si per Diem eueniunt decretorium, & Integre sedant febrẽ. Boni ẽt sunt, si ex Toto corpore prodeãt, faciantq;, ut æger Ferat facilius morbũ. Si Vero Nihil tale efficiãt, Nequaquam Vtiles sunt. Pessimi Vero, qui frigidi sunt: Et qui circa Caput tantummodo eueniunt, Vultũ, & ceruicem: Hi enim cum Acuta febre, Mortem: cum Mitiore, morbi Longitudinem indicant. {Et, qui per Totum Corpus fiunt, similiter significant hi, Vt qui circa caput. At Vero Miliformes & solum circa Ceruicem euenientes, Mali sunt. Qui uero cum Guttis fiunt & Euaporant, Boni sunt. Considerare autem conuenit in uniuersum Sudores: fiunt enim alii qui ob corporum Exolutionem, alij ob Inflammationis Vehementiam.}*

In sudoribus optimis duo scribẽs indicia, tertium prætermisit, tanq̃ necessario sequatur ea, quæ dixit. Qui.n. die eueniunt decretorio, & integre sedãt febrem, ij quoq; ex toto corpore eunt. In bonis vero, non tñ optimis, prodire ex toto corpore, & aliquid morbi tollere scribens, nihil præterea adiecit de diebus decretorijs, tanq; id quoq; bonos rursus sudores necessario comitetur. Cæterum tertius sudorum ordo est modice malorum, de quibus dixit/si vero nihil tale efficiãt, nequaq̃ D vtiles sunt/vt nec ex toto corpore eant, neq; faciant, vt ęger ferat facilius morbũ. Sed cõstat, vt ex his ipsis peiores sint, q̃ neutrũ horũ efficiant: moderatiores vero, qui alterũ: & rursus ex his ipsis, qui efficiunt, vt ęger facilius ferat morbũ, moderatiores sunt, quanq̃ non ex toto corpore eãt: peiores, qui grauiorẽ exhibẽt morbũ, licet in oẽ extendantur corpus. Sed oẽs eiusmodi sudores calidi sunt, & ob eam rem nullo de tribus ordine indicauit id, solitus omittere, quæcunq; sequuntur alia necessario, & item quæcunq; ex oppositione eorum, quæ deinceps dicenda sunt, demonstrantur. Omnibus vero in hoc sermone dictis sudoribus opponit frigidos, dicẽs ita/pessimi vero, qui frigidi sunt/& item cum eis malos esse dixit, qui circa caput & ceruicem eueniant, licet frigidi non sint: hi enim minantur syncopen. Si vero & circa tales partes, & frigidi appareant, pessimi oium, quippe qui non insuper fore, sed iam incipere syncopen, indicẽt. Distinguuntur vero vehementia febris. Nam, si fuerit acuta, prorsus afferẽt mortẽ, qui frigidi sunt sudores, licet ex toto corpore prodeant: & itẽ, qui circa caput ceruicemq;, quãuis calidi sint, eueniãt. Si vero mitis febris est, poterit facultas nõ absumpta prius ab acuta febre, spatio tpis prauos concoquere humores. Cæterũ de diebus decretorijs non insuper docuit aliquid in alijs sudoribus: & si de optimis docuit inter initia, quia est vim quandam decretoriorum dierum in eorum sermone dicturus: in ipsa vero dictione pariter demonstrauit. Vna enim eorum vis est, reddere fidam iudicationem siue in bonũ,

siue in malum finitura sit. At vero agnosci oportet p̄dictæ finē dictionis, quē Dioscorides scri- E
psit ita: Pessimi vero, qui frigidi sunt, & tantummodo eueniūt circa caput & ceruicē: hi enim aut mortem, aut morbi longitudinem, præmonent. Sed constat, vt hæc lectio sit, q̄ prædicta, cōcisior, tamen eandem vim obtinet: atq; addendum erit ab expositore id, quod in prædicta scriptum iam est: Cum acuta febre mortem, cum mitiore longitudinem morbi. Cæterum deinceps alia quedā de sudoribus sunt scripta, non in omnibus codicibus, quę merito alij quidam sustulerūt, tanq̄ non sint Hippocratis, atq; etiam Artemidori & Dioscoridis sectatores.

Ex Hypochondriis

27 *Hypochondrium autem Optimum est, si Dolore uacat, si Molle & Aequale est dextra ac sinistra parte. Si uero Inflammatione uexatur, aut Dolore, aut Intetum est, aut Inæqualiter affectum dextra ac sinistra parte, Hæc omnia Animaduertenda sunt.*

Oēm aliquis orōnem comprehendēs, vno breuissimo capite dicet: Hypochōdriū, si naturæ simillimū est, optimum esse. Particulatim vero docēs eius indicia Hippocrates, primum scripsit ex ijs, quę non existunt (hæc solēt medici recentiores ἀποσυμβεβηκότα .i. non accidentia noīare) duo vero alia signa sunt, ex ijs, q̄ accidunt hypochondrijs. Quocirca hypochondriū dolore vacare, ex F
non accidētibus dictū est: molle vero & æquale esse, ex ijs, q̄ existūt. Sed molle cognoscit̄, quoties modice renititur: illi.n. oppositū, vtpote vehementer renitēs, durum est. Cæterum æquale non ſm vnā intelligitur qualitatem: fieri.n. potest, vt similiter molle sit vniuersum, sed aut aliqua parte dolore vacet, aliqua dolore afficiatur: aut altera pars calidior, altera frigidior sit: aut sublatior, aut depressior. Opponēs igit̄ optimo & ęquali pessimi & inæqualis signa, dixit, Si vero inflammatione vexat̄ aut dolore, aut intentū est, aut inæqualiter affectū dextra ac sinistra parte. Itaq; vexari inflāmatione, de toto hypochondrio dixit. Significat vero verbum φλεγμαίνειν .i. inflammatione vexari, velut si peruri, succēdi, igniriq; proditum sit. Pari rōne, dolore vexari, de toto hypochōdrio dictū est, qūo intentū esse: id.n. quoq; de toto ēt hypochondrio dictū est: Atq; vero inęqualiter affectū esse {dextra ac sinistra parte,} quoties non totum hypochondriū eandē habeat affectionem, aut per caliditatem, aut per frigiditatem, aut per dolorem, aut per indolentiam, aut per gracilitatem, laxitatemq;, & intentionem. Qn̄q;.n. intenditur hypochondrium sine inflāmatione proprie noīata, aut propter vehementē quandā siccitatem non solum in illa parte, sed ēt in succingēte costas mēbrana, atq; præcordijs: [a] † aut ꝑ inflāmationem cū tumore ipsorū in hypochondrio musculorum sine inflammatione proprie noīata consistentē, quæ quidem tumor dolens est. G

28 *Si uero Pulsus in Hypochondrio insit, Perturbationem significat, aut Delirium. Verum Oculos talium conspicari oportet: Si enim Crebro Obtutus mouetur, expectanda Insania est.*

In quibusdam codicibus non σφυγμὸς .i. pulsus, sed παλμὸς .i. subsultio seu palpitatio, legit̄: ac didicimus, vt tale accidens ob spiritū fiat flatuosum. Sed in multis codicibus legit̄ /pulsus/ aut qui simul cū magnis sit inflāmationibus, aut & sensibilis ęgro motus arteriæ in spina maioris: quemadmodum libro de morbis vulgarijs secūdo dixit: [b] ‖ Vbi vena in cubitu pulsat, insanum furibundumq; est. Cōstat.n. hoc in loco, vt pulsare de magna adeo & vehemēti afferat motione arteriarū, vt, anteq̄ contingatur, innotescat, interdum ægro dūtaxat, qn̄q; ēt deforis intuentibus. Sed, quodcunq; horū fuerit accidens, signum nō bonum est. Maior.n. arteria inter partes principaliores est, & item venter ac iecur: qūo et septum transuersum. At ex his prorsus vnū afficitur, siue subsultio, siue pulsus legat̄. Sed septū quidē trāsuersum, παραφροσύνην .i. deliriū, infert prōptissimū: quā ob rem maiores id [c] præcordia nominauerunt: & item os ventriculi, quoties insigni afficiatur inflāmatione: Aliæ vero partes ibi, quę aliquam ex prædictis affectionem traxerūt, in periculosam incidunt affectionem. Quapropter merito Hippocrates dixit vel perturbationem, vel delirium, ab H
eo accidēte significari: Perturbationem quidē vno cōi accidenti oīum periculosarum affectionū, ex quibus non solum ægri, sed ēt medici, perturbantur: Delirium vero ob septum trāsuersum, & item os vētris. Ceterum de musculis in hypochondrio existentibus, considerandum est: neq;.n. necessario delirium, neq; periculum, pulsantes, subsultantes've inferunt. Non igit̄ incōsideratius inaudire oportet verbum /insit/ per dictionē, qua dixit Hippocrates /si vero pulsus insit in hypochondrio/ quippe qui velit pulsum subsultionem've præalte in hypochondrio factum de vocula /insit/ indicare. Verum conspicari talium oculos oportet: si enim crebro obtutus mouetur, expectanda insania est. Cum perturbationem aut delirium dixerit ab eo accidente significari, nunc determinat docetq;, quando delirium, quando perturbatio sola futura sit. Determinatio vero ab oculorum ducitur motione: quos nō solum hac in re, sed etiam in alijs [d] morbis omnibus, in quibus inspexeris fore delirium, exquisita ratione considerabis: si enim instabiles apparent, indicatur delirium. Verum hoc loco non simpliciter ait fore delirium, sed insaniam, indicans vehemēs quoddam delirium ex prædictis indicijs affuturum. Porro, vt oculorum crebra motio, delirij firmet suspicionem, patere arbitror ex ijs, quæ à nobis explanata iam sunt, vbi musculos oculorum diximus primos sentire cerebri affectiones: Ipsum vero cerebrum septo transuerso & ori ventriculi

A † *Cod. græci, quos viderim, habent, ἢ διὰ τὰς μετ᾽ ὄγκου φλεγμονὰς αὐτῶν τῶν κατὰ τὸ ὑποχόνδριον μυῶν ἔξω τῆς ἰδίως ὀνομαζομένης φλεγμονῆς καθεστώτων ἤ τις ἐστὶν ὄγκος ὀδυνηρός. quod quidā ita uertunt. aut propter ipsorū (mēbrorū p̄dictorū) inflāmationes cū tumore, musculis hypochondrii existētibus sine inflāmatiōe proprie noīata, q̄ quidē tumor dolens est. Sūt tamen qui non καθεστώτων, sed καθεστώσης legāt, atque ita uertāt. uel ob īflāmatiōes cū tumore musculorū ipsorū, qui sunt ī hypochōdrio, phlegmone proprie noīata ī parte exteriori cōsistēte.*

B ‖ 2. Epi. se. 5[a].

C ' φρένας.

D *νοσήμασιν .i. morbis. est in antiquis, quāquam in impressis legatur συμπτώμασιν.*

culi

A culi consentit, quemadmodum cæteris omnibus neruosis membris. Cum enim ex illo omnes nascantur nerui, quæcunque pars plurimis neruis aut maximis participat, hæc merito in cōsensum originem eorum perducit.

EX TVMORIBVS

29 *Oedema in Hypochondrio durum & dolens, Pessimum est, si in Vniuerso sit hypochōdrio: Si vero altera parte sit, Sinistra Minori cum Periculo est.*

Oedema solet Hippocrates nominare oēm tumorem præter naturam, recētioribus medicis vocantibus vnum tantummodo tumorē, qui premendo dolore vacat, & mollis est. Quam vero rursus medici recentiores proprie noiant inflāmationem, hanc Hippocrates composita dictione durum & dolens œdema appellitat. Phlegmones.n.id est inflāmationis, vocabulum, de phlogosi.i. inflammine afferebat. Itaque constat, vt talis affectio in hypochōdrio existēs, si dextra affligat parte, periculosior sit, pp iecur: indulgentior, si sinistra, propter lienē: pessima, si vtraque simul lacessit.

30 *Talia uero Oedemata ab initio Periculum mortis Cito futuræ significant.*

B Prædicta in hypochōdrio œdemata, si dura ac dolētia sunt à medicis recētioribus pprie noiata, inflāmationes, periculum mortis cito futuræ significāt. At vero id, nisi aliquid intimum simul afficiatur, mendaciū est. Constat vero, vt intimum sit iecur, & itē ventriculus, lien, & peritonæū. Nā musculi qui in hypochōdrio sunt, si inflāmatione laborāt, inferre mortē nō pñt, nisi sane raro, aut pp magnitudinem insignē inflāmationis, aut propter virium debilitatem, aut ēt quia medici male curēt, aut quia æger aliquid cōmittat. Itaq; confusius indefinitiusq; talem dictionem scripsit.

31 *Quòd si Vigesimum transcendit diem, & Febris detinet, & Oedema non desistit, in Suppurationem uertitur.*

Oēs tumores præter naturā disiectis cōmittente eos humoribus curātur ac desistūt. Ergo perspicuū est, vt, nisi desistāt, cūctant humores, ac spatio tpis prorsus mutatio quædā ipsorū futura est per qualitatē, interdum ad putredinem, quoties, vt in defuncto corpore, nihil ad eorum cōcoctionem natura molitur: interdum, si vires valent, in pus mutatio fit. Itaq; merito Hippocrates ait, nisi desistant inflāmata, & febris detinet ægrum, in suppurationem vertuntur. Sedata.n. febre considerandum est, num inflammatio aliqua scirrhosa infestet: nam sæpenumero euenit ita, vbi morbum committētium humorum pars tenuior diffletur: crassior vero & sequax, in amplitudinibus C corporum ita affectorū depacta sit. Cæterum, quam ob causam vigesimum diem limitem statuit talium abscessuum suppurationis, libro secundo de diebus decretorijs dicimus.

32 *Accidit his in Prima circuitione, etiam Sanguinis è Naribus fluor, atq; Admodum iuuat. Sed requirendum est, num Doleant caput, an Hebetudines subeant oculorum: Si quid enim horum fuerit, eò Tendet.*

Quia inflāmationes in hypochondrio indefinitius cōmemorauit, per hanc quoque dictionē determinare ipse vr̄. Sanguinis enim fluores fieri dicit è naribus, qui ex vsu admodum sint: id quod per inflāmationes i iecore et liene fieri potissimum solet: de quibus alibi, fluere sanguinē ‖ recto itinere cōmendauit, è cōtrario vero culpauit: docēs ipse, quid nam è cōtrario intelligat, verbi gratia, liene grandiore fluere sanguinē è nare dextra. Sanguinis fluores in prima circuitione fieri dixit decretoriorum.s.dierum: ac legitur dictio bifariā, singulariter & pluraliter: singulariter quidē in prima circuitione: pluraliter vero in primis circuitionibus. Si igit legatur singulariter, septenariam indicat circuitionē: si pluraliter, conuenit quoq; septenariam intelligi circuitionē, in quibusdam.n. sanguis secundo septenario effluit. Sed potius intelligi oportet in tali dictione quaternarias circuitiones: nā in plerisq; erūpit sanguis primis septē diebus, paucis nono & vndecimo, D rarissimis quartodecimo. Ceterum tendentiū sursum versus humorū vnde sanguinis fluores fieri contingit, adijcit signa, capitis dolorē, & item hebetudines oculorum. Sed deinceps de eis latius docebit, quo loco nos quoque sermonem omnem de sanguinis fluore integre absoluemus.

1. Pror.cō.3.t.34.4ª.184.d

33 *Magis tamen in Iunioribus quinto & trigesimo anno, Sanguinis fluorem Expectare oportet.*

Ductam ab ætate determinationem in præsagium fluoris sanguinis docet: expectādum enim sanguinis fluorem esse potius in iunioribus quinto & trigesimo anno: etenim per hanc ætatē sanguis plurimus est, & item facultas valentior, atq; etiam calor exuperans.

34 *Quæ uero Mollia sunt Oedemata, & Indolentia, & pressa Digitis cedunt, Diuturniorem efficiunt Iudicationem: ac Minus illis grauia sunt.*

Hæc sunt, quæ proprie medici iuniores appellāt œdemata: de qbus non nunq̄ dixisse maiores sufficere volunt, mollia œdemata: qn̄q; ēt adijciunt indolentia. Quoties igitur id dicere supersedent, tanq̄ vnà cum mollibus significetur, omittunt, mollia enim dolore vacāt. At vero nūc Hippocrates non id solum adiecit, sed etiam, vt digitis cedant, quod quidem in verbo/mollia/contineri videtur: nisi velit intelligi ea, quæ pressa cauantur in foueam: quod quidem non simplici-

ter omnibus cedentibus accidit: at vero hæc accidunt cute in œdema se attollente. Et, quia omnia talia pituitosa sunt, idcirco diutius immorantur, ac minus pericula inferunt. Ac immorantur quidem diutius, quia frigidiora sunt: calore enim concoctiones fiũt: Minus vero periculosa sunt, quia & dolore vacant: vires enim exoluit dolor. E

35 *Si uero Præteréat Sexagesimum diem, & Febris detineat, Nec desistat œdema, fore Suppurationem hoc loco, & reliquo Ventre, Significat.*

Supra de œdematis agens phlegmonosis vtpote calidioribus, nisi febris desinat, à die vigesimo dixit fore suppurationes: Nunc vero de frigidioribus, sexagesimum limitem posuit suppurationis. At vero alia inter hæc media incidunt, quadragesimum diem habentia terminum suppurationis: sed vniuersum de his omnibus sermonem ad libros de diebus decretorijs distuli. Porrò non solum œdemata, quæ in hypochondrio sunt, si immorentur, suppuratura ait, sed, & quæ in reliquo ventre, tanq; hypochondria secundum aliquam significationem partes ventris existant.

36 *Quæcunq; ergo Oedemata, Dolẽtia, Dura, & Magna sunt, Periculum mortis breui fore significant. Quæcunq; vero Mollia sunt, & Indolentia, ac Digitis pressâ cedunt, diutius Immorantur.* F

Nihil amplius hac docet dictione, q̃ quod superiore dictum iam est, prẹter ꝙ adiecit dolentibus durisq; œdematis magnitudinem: quam nos antea diximus, dum doceremus non esse cũ periculo inflammationes musculorum, qui sunt in hypochondrio, nisi magnæ admodum fuerint.

73 *Oedemata, quæ in Ventre sunt, Minus faciunt Abscessum, quàm quæ in Hypochondrijs: Minime uero, quæ subter Vmbilicum sunt, in Suppurationem uertuntur.*

Oedemata si non discutiuntur, non solum citius, sed etiam magis, in hypochondrio suppurantur, propterea ꝙ sedes calidior est. Quęcunq; vero lõgius absunt deorsumversus, serius minusq; suppurantur: & ob eam rem, quæ subter vmbilicum sunt, raro in suppurationem vertuntur.

38 *Sanguinis uero fluorem, maxime de Supremis sedibus Expectare oportet.*

In quibusdã codicibus dictio cum/&/copula pscripta est: atq; ostenditur non solum sanguinis fluorem fieri, si in hypochondrijs sit œdema, sed ẽt, si in inferioribus sedibus sit. In quibusdã vero sine/&/copula: & ostẽditur quidem fieri, si in his quoq; sit, sed minus. In aliquibus vero sine verbo/maxime/ad hunc modum: Sanguinis vero fluorem de supremis sedibus expectari oportet. G Nam inferiores nequaquam afferre solent sanguinis fluorem: sed res ita se habet, vt, si in vmbilico sit, sanguinis fluor eueniat, magis de sede superna, maxime de suprema. Sed de sanguinis fluore deinceps ab ipso agetur, vbi nos quoq; toto repetito sermone, absolutius dicemus.

39 *Vniuscuiusq; Oedematis Immorantis, quod in his sit sedibus, Suppuratio Considerãda est.*

Vno comprehendens capite perstrinxit, quæ supra docuit particulatim: & ob eam rem dictio enarratione noua non indiget.

EX SVPPVRATIONE

40 *Suppurationes inde prouenientes ita Considerãdæ sunt. Quæ.n. Foras uertuntur, optimæ sunt, si Paruæ sunt, Maximeq; egrediuntur, & In mucronem sunt fastigiatæ. Si uero Magnæ sunt, & Latæ, Minimeq; in mucronem contractæ, Pessimæ sunt.*

Ab his uerbis, q̃ tibi transtulimus, cuiuscũq; illa sint, in antiquo exemplari gręco explanationem Galeni incipere comperimus.

Orationem de Oedematis in capita redigit, ac ueluti sub cõpendiũ ponit. Ἐκπυήσιας uero & διαπυήματα .i. suppurationes purulẽtiasq;, appellat mutationẽ, quę εἰς τὸ ἔμπυον .i. ad suppuratũ fit. Duabus aũt limitationibus oratio prius indiget, nimirũ vt febris sit cõtinua, & vt facultas non sit imbecilla: nã, si hęc non cõcurrãt, suppuratio non fiet. Iudicat aũt tumorem à loco, à magnitudine, & à figura: à loco, si intus uel extra: à magnitudine, si magnus uel paruus: à figura, si acutus an planus sit. H

Appellare Hippocratẽ suppurationes purulẽtiasq;, vbi pus vniuersum cõstiterit, concocto tumore quopiam præter naturã, perspicuum erit, vbi vniuersam hãc orõnem eius euolueris, qua de œdematibus in hypochõdrijs habuit mẽtionem. At vero colligĩ pus in eis qñq; sub cute, sępius in profundo, duplici de cã: aut quia purulenta pars intra peritonæũ sita est: aut quia, licet musculus sit, qui affectus sit, pus ab aliquo inuolucro eius includit, haudquaquã prius in exteriorem deductum sedem pp lentorem crassitudinem've, aut continentis tunicæ densitatem. Etenim studet natura excernere pus de affecto corpore, expellendo, sæpiusq; finem adsequitur, quoties nacta sit meatus idoneos in excretionem, veluti quosdam aquæductus: non tñ semper eos adsecuta, pus in adiacẽtes compellit sedes, quæ quoties exiguæ fuerint, derodit cõtinens eas tegumentũ, sub eo amplificando sedem. Constat igitur, vt ex his suppurationibus indulgẽtiores habeanĩ, quę foras, nõ intro, tendunt: atq; ex his ipsis, quę non ampliorem prehendunt sedem, in latitudinẽ extentæ: cõtrahuntur autem, cum in verticem quẽdã extenduntur, coni formulam reddẽtes: hæ aũt simul robur foras expellentis indicant facultatis: & item non magnam corrumpũt sedem corporis, quod erodũt. Cęterũ, siue εἰς ὀξὺ ἀποκυρτώμενα .i. in mucronẽ fastigiatæ, siue εἰς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα .i. in

gibbum

A gibbum ſubductæ legatur, nihil intereſt: nam ex vtraq; lectione vnus idemq; ſenſus eſt.

41 *Quæcunque vero Intro rumpuntur, Optimæ ſunt, ſi Cum exteriori ſede nihil cõmun eſt, ſed A[illegible] ſunt, Nec dolent, & omnis Exterior locus Vnicolor apparet.*

Non ſimpliciter tales ſuppurationes optimæ ſunt, ſed earũ, quę intro foraſq; rumpunt, optimę
ſunt: ſiquidẽ hæ deteriores ſunt, quã quę foras rumpũtur. Hęc.n. eruptio in partes multo nobiliores
fit, quã ſit in hypochondrio cutis: & itẽ non æque medicamentũ adhiberi curatoriũ põt, quoties in-
tro verſus rumpant: atq; ẽt excretũ per inteſtina pus mordet & concerpit ea, difficultatemq; com
mittit inteſtinorum: &, ſi qñ in ieiuno aut tenuioribus fiat ĩteſtinis, alimoniæ vitiat diductionem,
in ventriculo aũt lædit concoctionem. Itaq; perſpicuum eſt, vt peſſimæ ſint, quoties ĩ vtranq; rum
puntur ſedẽ, introrſum atq; extrorſum: ita.n. geminat malũ, nam nec ſedem, nec velut initiũ refe-
ctionis vllũ, obtinet natura reparandis ruptis, quo tanq̃ ſolo firmiora iaciat fundamẽta repletiõis.

42 *Pus autem Optimum eſt, ſi Candidum, Aequale, Læueq;, & quàm Minime fœtidum eſt: Maxime vero contra rium huic, Deterrimum eſt.*

B Vt, quàm minime fœtidum pus eſſe debeat, propalàm eſt: etenim ſuperans graueolentia, pu-
tredinis eſt, non concoctionis, indicium. Vt aũt candidum quoq; eſſe conueniat, diſcas, licebit, ſi ge
nituram eius intelligas ex ijs, quæ alibi demonſtrata iam ſunt: omnia enim in omnibus docere lo
cis, nugacitatis potius, q̃ doctrinæ, proprium eſt. Quæ vero alijs ſunt commentationibus demon
ſtrata, talia ſunt. Libro de viribus naturalibus dictum iam eſt vnam ex ipſis eſſe vim alteratoriam,
quæ & in ventriculo & in iecore molitur concoctionem, commutata alimonia in iecore quidem
ad ſanguinem, in vẽtriculo vero ad idoneum ſanguini humorem: & item vniuſcuiuſq; partis ani
malium officium eſſe, ad propriam deducere naturam propinquantem humorẽ, nouiſſima enim
concoctio fit, dum alimentum in nutrito apponitur atq; aſſimilatur. Itaq; perſpicuum eſt, vt ſpa-
tio temporis longiore in talem præparetur ſimilationem. Porrò proditum eſt libris de ſemine, vt
in conceptaculorum tunicis, de quibus aluntur teſtes, ſæpe appareat liquido commutatus iam ſan
guis ad ſeminis creationem: non enim conuenit ipſas conceptaculorum tunicas ab alio quopiam
nutriri. Atque appellant eiuſmodi humiditatem nõ nulli medici θορώδη.i. genitale virus: & ob eã
rem ſemen ipſum, θορὸς.i. genitale virus nominant: & potiſſimum ij, qui vim eius dictitant, σπέρ
μα.i. ſemen, non ſubſtantiam corpulentam. Quin etiam, vt decumbens ſanguis in partes laboran
C tes inflammatione, committat inflammationes, ita vt ab initio quidem ſola conceptacula repleat
diſtendatq;, mox adiacentes ſedes inanes complures atque exiguas in ſingulis particulis, libro de
tumoribus præter naturam definitum iam eſt: & item dictum quoque libro de inæquali intempe
rie. Talis igitur ſanguis ad exiguas diſperſus partes in locis inflammatione affectus, vtpote extra
propria conceptacula poſitus, non inſuper remeare ad antiquam naturam poteſt: mutatur vero
ac putreſcit, quomodo omnia, quęcunque in alieno loco vehementius calefiunt. Si igitur natiuus
calor de propria exorbitat temperie plurimum, vt in corpore inanimi, putreſcit ſanguis: Si vero
vim ſeruet quandam, permiſta quædam commutatio de cauſa per naturam & item præter naturã
efficitur: ſiquidem cauſa naturalis concoquit: præter naturam, putrefacit: vtra earum magis exu-
peret, per eam ipſam neceſſario ſigna accedunt, tum coloris odoriſq;, tum etiam conſiſtentiæ. Ex
his igitur (vt dixi) demonſtratis in alijs commentationibus ſeries eſt, vt colligas ſanguinẽ, qui pro-
be ſit in pus commutatus, primo quidem non putruiſſe, ſed potius concoctum fuiſſe: Secundo ve
ro in ipſo ſimul quid putredinis præter naturam apparere, parum vero illud eſſe: Et, vt Hippocra
tes dixit, quàm minime fœtidum, etenim hæc vox/quàm minime/id pollet, quod quàm paruiſſi-
me. Ad hæc, colorem eius reddi ſimilem ſemini par eſt, candidum quidẽ, non tñ exquiſita rõne, ve
D lut nix eſt: ſemẽ.n. à natura ducitur in ſolidiorum corporum colorẽ, exquiſita rõne: modice, pus.
Siquidem ſemini nihil de cauſa præter naturam eſt permiſtum: puri vero non aſſidue quidẽ
par, vt dictum iam eſt: permiſcetur tamẽ aliquid omnino, cum ſanguis de proprijs opi
ficijs exiliuit. Hæc itaq; cauſa eſt, ob quam candidum ſemen ac pus fiat: nam &
pus quodammodo ſolidis aſſimilatur corporibus, quæ quidem ſunt conce-
ptaculorum tunicæ, neruiq;, & copulæ, ac membranæ, atque etiam car-
tilagines, oſſaq;. Eadem etiam cauſa eſt, ob quam, quod ſubſidet
in vrinis, candidum ſit: etenim & id, veluti pus, obtinet ge-
nerationem, quod proportione reſpondeat inter id et
naturales humores iniectũ. Quicquid enim ali-
menti in ſanguinis generatione naturæ re
fugit cõfectionem, ſubſidet in vrina,
neque vt ſanguis ab ea commu
tatum, neque vt pus præ-
ter naturam cauſæ
particeps.

Galeni

GALENI IN PROGNOSTICA HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS SECVNDVS

De Aqva Inter Cvtem

1 *Quæ inter cutem oēs, quæ ex Acuto morbo existunt, Malæ sunt: Non enim à febre liberāt, Doloroseq; sunt ualde, et Læthales. Incipiunt autem plurimæ ex Partibus inanibus ac Lumbis Iecoreq;.*

Inter initia libri ipse dixit: Considerari conuenit hũc in modum per mor- »
bos acutos: principio vultũ ægri, sit'ne similis bene valentiũ. Vnde aliqui di- »
cunt non solũ de vultu exitioso per morbos acutos, sed deinceps de oĩbus, ip
sum facere sermonē: cũ haudquaq̃ legerint finem sermonis, vbi dicit, Hęc au- »
tem dico de morbis acutis, nec non quicunq; ex acutis morbis consistunt. Atqui constat, vt de pu- »
rulentijs docuerit, non solũ illis, quæcunq; vigesimo die rũpi solent, sed quæ ad trigesimũ, quadra- F
gesimũ, & sexagesimũ deuenerunt: atq; ēt antea de morbis, qui ad quadragesimũ vsq; diē processe-
runt, vbi dixit, || Spirationis facilitatem existimari oportet perq̃ magnam habere vim ad salutem ĩ »
oĩbus morbis acutis, qui cum febre sunt, ac in quadraginta diebus iudicātur. Et itē hoc loco mani- »
feste ait non de oĩbus aquis inter cutem facere sermonē, sed quęcunq; ex acuto morbo existāt: atq;
ēt de purulentis tabidisq; deinceps docebit: & ad hæc de quartanis ēt, vt constat, diutinis morbis.

Igit, q aquæ inter cutem oēs, si ex acuto morbo existunt, malæ sint, nequaq; sedantes febrē, dolo-
rosæq; permanentes, ipse dixit. Porrò docuit geniturā eorũ, iecoris nominatim faciens mentionē:
atq; vna cõi rõne, partium inaniũ, quæ sunt ieiunum, & lactes, & itē intestina tenuiora. Nā in mo-
re ẽt vocari illas partes inanes, quæcunq; inter extremam thoracis costam & fœmoris ossa haben-
tur: atqui inanis videt oĩs talis sedes, si eam cũ supernis infernisq; partibus vtrisq; osseis conferas:
at vero omnis talis pars flaccida habetur, quoties non fuerit aliquis paulo ante repletus esculentis
poculētisq;. Ita mihi videtur Poeta has ipsas corporis partes, eò q flaccidæ sint, appellare laparas.
Itaque cuiusuis aquę inter cutē cõis genitura est, vbi sanguificatiõis officium intercidat. Etenim,
quemadmodum in ventriculo concoquuntur esculenta, pari rõne in iecore & venis preconcoctũ
in ventriculo alimentum. Quin etiam, vt in ventriculo interdũ minus intercidit concoctionis of- G
ficium, interdũ magis, ita in iecore: non nunquā enim iecur afficitur per sese primũ, quēadmodũ
ēt ventriculus: interdum per consensum aliarũ partiũ. Itaque constat, vt oēs sibi inuicē consentiē-
tes partes, aut quia vicinæ sint, aut quia habeant societatē magnā per conceptacula neruosq;, affi-
ciantur. In hunc modũ iecur per magnas venas copulari vr̃ & lieni, & ventriculo, & intestinis: at-
que ēt positura eorũ ita vicina est, vt quædā contingant ipsum, quædam propemodũ tangāt. Itaq;
lienis nequaq̃ mētionē habuit Hippocrates: siquidē de morbis acutis agebat. Apparet aũt hoc vi-
scus, qñ per longos morbos traxerit scirrhosam dispositionē, ad cõsensum agere iecur, omniq; cor-
pori per tale medium aquas inter cutem cõcinnare. Iecoris aũt ac partiũ inaniũ mentionē facit, ac
docet differentias aquarum inter cutem ex illis, quomodo procedente sermone perspicuum erit.

2 *Quibus ergo ex Inanibus partibus & Lumbis principia Aquarum inter cutem fiũt, ijs Pedes intumescunt, & Alui fluores diutini fiunt, Neq; exoluentes dolorē, qui ex inanibus partibus efficitur ac lũbis, Neq; molliētes Vētrē.* †

Intumescere pedes, omnium aquarũ inter cutem commune est: qñquidē & aquis inter cutē vi-
tio iecoris obortis assidere dicit: sed & constat, vt & eas, quæ vitio lienis fiunt, & simplr̃ oēs alias
comitet. Sed alui fluor propriũ peculiareq; ē aqs inter cutē inaniũ partiũ vitio subortis, q̃ fiũt, vbi H
ieiunũ & lactes inflāmatione vexant: his enim potissimũ venæ debiles fiũt, per quas iecur ad se tra-
hit alimētũ: ita fit, vt nequaq; subseruiāt visceri ad diductionē, sed maneat in ieiuno tenuioribusq;
intestinis alimentũ. Quòd si grauentur ab eo, vtpote debilia, statim id oē pellunt deorsum: atque
hæc alui fluoris causa est. Quin etiam corrumpi alimentum, bilisq; colligi copiam rõ est ob calorē
partiũ, quæ inflammatione vexantur, & ob eā rem intestina non parum mordentur, proindeq; in-
citantur ad excernendũ contenta ibi excrementa: atq; hæc rursus altera cā alui fluoris est. Quocir-
ca merito ait, neq; sedare dolorē ipsum, neq; mollire .i. vacuare ac contrahere ventris œdemata: in-
dicans ex his, q cum dolore excernant, & q hypogastrium totum attollatur in molē. Fieri enim do-
lorem necesse est ob inflammationem demorsicationemq;: ventrem vero oēm subleuari, repletis
intestinis spiritu flatuoso, cuius genitura, optima ratione subsequitur cruditates: & tandē non ma-
nere intus ex imbecillitate comprehensoriæ facultatis intestinorum.

3 *Quibus aũt à Iecore Aquæ inter cutem incipiũt, Tussire quidē cupiditas est, sed Nihil excreant cōmentatione dignum: Pedesq; intumescunt: ac Venter nõ deijcit nisi dura, ac ad necessitatem: atq; ēt Circa Vētrem Oedemata fiũt, partim in dextra parte, partim in sinistra, consistentia desinentiaq;.*

Θυμὸν

Supra 194. h. com.1.t.25.

* λαγόνος.

† Stephanus Atheniensis, qui hunc librũ explanauit, uĩ in hoc loco etiā habuisse in suo textu Hippocratis, Et tussis ipsis adest. Quod signum (ait ipse) licet cõe ēt sit Hydropi, qui per primariā affectionem iecoris fit, differt tamē, quia in hydrope per primariā affectionē iecoris oborto, statĩ a prĩcipio aduenit tussis, ob diaphragmatis cõpressionem: ĩ eo uero, qui ab inanibus fit partibus, in fine superuenit, signũq; pessimũ eē ait, ut quod humiditatē illā excremētosam, spiritualia ēt membra iam occupasse ostendat.

A Θυμὸν.i.cupiditatem,dixit hoc loco propensionem,quam quidem ad tussiendũ obtinent, incitati quidẽ tanq̃ ad accidens,statim vero ab hoc desistentes,tantummodo tentantes initiũ tussiẽdi: etenim iecoris moles incidens præcordijs, facit angustiã in pulmone. Cum ergo similis reddatur affectio veræ illius angustiæ,ob quam & inflãmatione laborans ex decũbẽte ex capite materia vexatus afficit,cupiunt tussire,sperantes nocuã vacuando materiã,esse angustiã curaturos: sed incipientes statim desinunt,ob experientiã ipsam deducti in notitiã dispositionis exquisitiorem, sentiẽtes, q̃ temere sperauerint. Quin etiam natura ipsa per se infert tussim,infartiones expurgando pulmonis,q̃q̃ ipsi nequaquã tussire cogitemus, ita vt difficile sit sæpenumero obsistere inhibereq̃ accidens. Nunc igit,q̃n ob angustiã ad tussim ægri veniunt frustra,ceu auxiliaturã affectui, naturalis facultatis nequaq̃ habentes ministeriũ,continuo desinunt. Ergo ob hæc propẽsiores ita affecti ad tussim reddunt,sed eos cito tale deficit munus,propterea,ꝙ nihil dignum commẽtatione excreãt, sed tñ,quantum in asperam arteriam serosum tenueq̃ ex conceptaculis sanguinem continẽtibus serosum,comprimitur in modum sudoris cuiusdam. Igitur hoc pacto aquæ inter cutem, quæ de iecore existunt,a prędictis intersinguitur,atq̃ ẽt paucitate & ariditate deiectionum. Incitantur.n. illi perpessis ipsis vel intestinis,vel lacubus: per aquas vero inter cutẽ,q̃ a iecore existunt,vtpote i- * *in qui... cod... hæc non...*

B perpessis ijs, nec vitiato alimento,neq̃ grauatis ab eo partibus(etenim bene valent,nec alij fluores infestant)manent diutius inibi reliquiæ alimenti,quæ partim mittunt ad intimam peritonæi sedem,partim inflammatione iecoris torrentur. Porro vniuersa ẽt cutis, vtpote quæ de pituitoso sanguine nutriatur,intumescit: ꝙ si premas eam digito,statim apparet caua, sed paulo post ad pristinam reuenit conditionem. Nõ tñ statim ab initio simul,vt acutus vertitur morbus,ita fieri solet, sed pedes intumescunt primi,quippe qui procul a calidissimis absunt partibus: tum aũt subrepẽs accidens circa ventrem oẽm,eam ipsam q̃q̃ue committit affectionẽ: itaq̃ si premas œdema digito,cauatur,ac velut foueam facit,tum aũt paulo post ad pristinã remeat conditionẽ: quod Hippocrates ait, Atq̃ etiam circa vẽtrem œdemata fiunt,quæ cõsistant desinantq̃. Atq̃ vero fieri potest,vt id quoque dixerit de prima eorum genitura: nam incipientia consistere, sæpenumero desistunt,ita vt videantur quidem integre destitisse: mox rursus subleuantur,& rursus desistũt: & rursus subleuantur,procedente vero tẽpore permanent non insuper desistentia. Sane distant a prædictis,quæ infestant ex inanibus partibus,eo ꝙ pressa cauentur,pituitosam habentia naturã,nec insuper spiritu flatuoso,quemadmodum illa,consistentia.

4 C *Si vero Caput Manus ac Pedes Frigidi sunt, Ventre costisq; Calentibus, Malum est.*

Per morbos diutinos,potissimum hyeme & senibus,non solũ per incursiones febriũ,quas nominant ἐπισημασίας.i.adnotationes,sed ẽt in intermissionibus, nihil mirũ videri debet extremas corporis partes refrigerari,quippe quæ carne vacant ex natura,longissimeq̃ sunt a visceribus positæ. Verum hoc libro nequaq̃ agit de morbis diutinis. Itaq̃ per morbos acutos,tales refrigerantur partes,propẽ dixerim,propter affectionem contrariam illi,quæ per morbos diutinos tale accidens infert. Per illos.n.calor natiuus prę debilitate nequaquam permeat ad extremas corporis partes: in morbis vero acutis,propter magnitudinẽ inflãmationis viscerũ,parũ sanguineę substantiæ in oẽ permeat corpus,plurimũ vero eius in parte inflãmatione affecta includit: & ob eam rẽ mediæ corporis partes,quæ sunt thorax ac venter,satis videntur calidæ. At vero per morbos acutos interdũ adnotatio cũ rigore prehendit aut frigore, non solũ extremas corporis partes, sed ẽt cutẽ circa costas ac ventrẽ frigidã reddẽs: ea quidem circa viscera vitiũ nullũ ostendit,sed,vbi permanẽtibus partibus circa costas ac ventrẽ calidis,aut ẽt calidioribus q̃ soleant ex natura, summæ refrigerantur corporis partes,in visceribus magnitudo significatur inflammationis. Ac forte melius est intelligere ventre ac costis calentibus ita dictũ,vt manifestius hæc calefacta sint,q̃ dũ haberent per

D naturam. Cæterum, vt febris lepyria nominata relegetur ad hoc genus,cuiuis perspicuum est.

5 *Optimum vero est, si Corpus omne Aeque Calidum Molleq; est.*

Cum deterrimam prędixisset conditionem morbi, quoties medijs corporis calefactis partibus refrigerentur partes extremæ,hoc loco opponit optimam in nobis,in qua corpus omne æque calidum,& item æque molle est: etenim verbum/æque/cõe vtrique existit. Igitur æque calidum corpus omne fit in febribus ardentissimis,sed mordens & siccũ per eiusmodi affectiones, haudquaq̃ molle,apparet: ꝙ si molle pariter & calidum æque sit,optimam indicat corporis affectionem.

6 *Facile autem Conuertatur Aegrotans,sitq; Resurgendo leuis, Oportet.*

Summa totius pręsagitionis in morituris conualiturisq̃ est,quoties vis ęgrotationis cum ægri facultate conferatur. Si enim morbus vehementior est,æger omnino morietur: si debilior, q̃ ægri facultas,haudquaq̃ morietur,vbi nihil committatur. Hanc vero summam ipse scripsit per Sentẽtiam,cuius initium est: Colligendum ẽt est,an æger possit eo victu, quem preceperis, durare ad consistendi vigorem vsq̃ ęgrotationis. Hęc ergo summa prognosticę contemplationis habetur. 1.Aph. 9.Ext. ...4

Cęterum,cũ tres secundum genus vires ex triplici pendeant origine,cerebro, corde, iecore, p earum

rum ministeria firmitas atq; infirmitas cognoscitur. Præcipua vero Cerebri ministeria sunt, meminisse ac cogitare: subseruientia vero, sentire & moueri secundum desiderium: Cordis vero, motus arteriarum: Iecoris vero, generatio sanguinis & humorum. Itaq;, cū prognostica cōtemplatio in hæc diuidatur capita, quodcunq; signum est ab Hippocrate dictum, considerandum, quo genere collocet: Velut nunc/vt facile vertat æger, atq; resurgēdo sibi leuis appareat/ hęc enim signa sunt facultatis corpus secundū desideriū commouentis. Cæterum constat, vt in præsens nequaquā interfit dicere secundum desiderium, aut appetitum, aut voluntatem. Ad hūc modum supra de decubitu dictum est in dictione, cuius tale est principiū / cubantem ostendi ægrum oportet/ indicat enim, vt talis decubitus, quemadmodum ēt accliuis, fiat fungentibus officio musculis, quem solēt tonicon .i. firmum, nominare. Sed de eo, libris de motu musculorum fusius dictum iam est. Perhibuit aūt & Diocles, vt animalium corpora consistant ex eo, quod fert, ferturq;: fert facultas, fertur corpus. Ergo, quemadmodum ferentes onera aut grauati ab eis vix mouent, aut, si leuius appareat onus, innocue ferunt, ita facultas: si.n. valida est, facile corporis onus fert, vt haudquaquā mouendo offendatur: si debilis, vtpote grauata, vix subleuat corporis partes. E

7 *Si uero Grauis esse appareat & Reliquo corpore, & Manibus, & Pedibus, Periculosius est.*

Aggredienti moueri secundum desiderium, grauitas partium conspicua redditur, crurum quidem, dum surgere, & ambulare, aut ēt oīno transferre ea, cubando æger tentet: Pari modo manuū, dum capere aliquid ac dimittere, nec non transferre tentet: Simili ratione ceruicis ac spinæ, dum commutare corporis habitum secundum eas partes experiatur. Estq; hoc maximum indiciū præcipuumq; debilitatis facultatis, ipsa.s. partium grauitas, non cuiuslibet (vt antea est proditum) sed eius, quæ in musculis ac neruis tantummodo est. F

8 *Si vero præter grauitatem Vngues quoq; ac Digiti Liuidi fiant, expectanda Mors continuo est.*

Ostendimus alijs in locis, quo nam modo gubernantes animal vires simul inuicē intereant, & vt animal prorsus viuat, quoad quæuis earum seruetur. Cū ergo dixerit Hippocrates languētis indicia facultatis, à qua musculi mouētur, addit alterius facultatis, quæ extinguitur, propria indicia: nam liuescere signum est extingui calorem innatum, qui de corde emanat. Et ob eam rē non simpliciter ait liuiditatem grauitati partium accedentem indicare mortē, sed continuo & sine vlla cunctatione, propterea q vtriusque intermorientis signa appareant facultatis.

9 *Si vero Digiti ac Pedes omnino Nigrescunt, Minus perniciosi sunt, quàm si liueant: sed & Alia signa consideranda sunt. Si enim Facile ferre malū appareat, & Aliquod aliud salubre fuerit signū, Morbū vert: spes est ad Abscessum, ita vt Aeger sit Conualiturus, quæ vero Nigrefacta sunt, è corpore Casura.* G

Non minus perniciosi, quàm si liueant, dixisse oportuit, sed vt interdum nullo pacto, interdum summe, perniciosi sint. Ac forsitan existimabit aliquis Hippocratem ignorasse id, propterea q nō proprie vtitur dictione: sed adijciens determinationem deinceps, ac docens vtrunq; eorū, quæ dixi, constat, vt agnouerit veritatem, sed haudquaquā exquisite locutus sit. Nam interdū pars nigrescit, quia materia eò decumbit, interdū qm moritur: sed, quo nam modo aliquis īternoscat eā rem, perspicue indicauit. Si.n. facile ferre malū appareat, id est facile se hēat æger, & itē aliquod aliud salutare affuerit signum, materiæ decubitus est: sin contrarium, mortificatio.

10 *Si autem Testes & Pudenda Reuelluntur, Dolor vehemens vel Mors significatur.*

Constat, vt, in quibus infestat dolor, eæ conuellantur partes, quemadmodum & in morientibus: Idq; habet rationem: nam, vbi vitalis facultas intermoritur, proindeq; extendi ad fines vsq; corporis impos est, sed accumbit, & ad suam cogitur originem, partes comitentur facultati cōcurrantq;, & ad intermedia corporis copulentur, necesse est. Cęterum, vt dolores contrahi faciant facultatem ad sese, iam sæpius didicimus: ita merito fit, vt ob eos partes ad originem reuellantur. H

** In ātiqua tralatiōe legitur, animalis.*

De Somno

11 *De Somnis autem, quemadmodum & ex Natura in Cōsuetudine nobis est, Interdiu vigilandum, Noctu dormiēdum est: Si uero hoc fuerit Transmutatū, Peius est. Minime vero offendatur, si quis Dormiat prima luce ad tertiam diei partem: Qui vero ab hoc tempore Somni sunt, Deteriores sunt.*

Non solum recte pronunciauit de signis per somnos, sed etiam cām eis adiecit, in habitum referens naturæ, quæcunque vtilia sunt: contraria vero damnans, quia præter naturam existant. Ad hunc etiam modum res ex consuetudine habet: quod.n. consuetum est, bonum est: inconsuetum vero, malum est. At vero temporibus Hippocratis non aliud fuit ex natura, aliud in cōsuetudine: Nunc vero diuites è contrario agunt tum in quibusdam alijs, tum ēt somno, interdiu dormientes, noctu vigilantes. In his igitur, vt qui soliti sint viuere pręter naturam, doctrina ab Hippocrate dicta, nequaquam vera est: etenim hoc tempore magis rata consuetudo est, q̃ natura, non in mulieribus solum ditioribus, sed etiam in non paucis viris.

Pessimum

12 A *Peßimum vero est, si Neq; interdiu, Neq; noctu, dormiat: aut enim ob Dolorem ac Labores Vigilia adest: aut Desipientia erit ab hoc signo.*

Neq; interdiu, neq; noctu, dormiunt ij, qui ex dolore ac labore contenduntur: & item qui incipiant delirare, nam id quoque committit insomniam, ob temperamenti in cerebro siccitatem.

De Deiectionibvs

13 *Deiectio autem Optima est, si Mollis Constansq; est, & eo Tempore excreta, quo secunda valetudine assueuit, si Copia ex ratione ingestorum ciborum est. Si enim Talis excernitur, inferior Venter Bene valet.*

A consistentia, quantitate, & tpe quo deiectiones excernunt, dignotionē fecit optimarū deiectionum: non tñ deterrimarū ex his solū, sed adiecit eis indicia à colore atq; ab odore, & ad hæc sonitu per excretionē adiuncto. Itaq; consistentiā obtinēt p naturā, vbi nō oino duræ sint, quēadmodū lapides: neq; extreme humidæ, vt diffluere queāt: sed intm̃ molles, quoad cōstātes permaneāt. Copia vero earū proportione rñdeat ingesto cibo, oportet. Ac tps, quo vacuant, assuetū ægro. Cæterū addendū est, vt color & odor naturalis seruet: q̃ quidē ipse Hippocrates nō adscripsit, ceu ex ijs, quæ sunt prodita p̃ter naturā: hęc quoq; intelligere possis, id.n. illi esse in cōsuetudine, sæpe-
B numero docuimus, vt ex contrarijs indicet cōtraria, p̃termissis appellationibus eorū. At vero bene valere ventrē dixit inferiorē, tanq̃ cōferens eū cū thorace, vt intelligamus ventriculū ipsum & item ieiunum simul cum intestino omni, per ventrē inferiorē. Non tñ contrariæ deiectiones cōtinuo indicabunt habere p̃ter naturā: id.n. nec ipse dixit, nec alioqui verū est. Itaque contingit bene valere ventrē inferiorē: à iecore vero aut liene aliquid in eū confluens variare non solū colorē secundū naturā, verū etiā consistentiā atq; odorē eorū, quæ deijciunt. Porro q̃nq; permutabit copia illorū, permistione decūbentiū humorū, neq; seruabit tps excretionis assuetū. Ergo simillima naturali deiectio indicat non solū inferiorē bene valere ventrē (id quod ipse dixit) sed ēt nihil ī eū defluere ex visceribus prædictis. Quæ vero habet p̃ter naturā, significat interdū ventrē solū esse affectū, sæpe vero confluentis aliunde materiæ in eū indicia habet. Atq; hæc multiplicia sunt, eò q̃ iecur nō solū sua ipsius excrementa ichorasq; & humores p̃ter naturā demittit in ventrē, sed ēt corporis totius: q̃nquidē venter per id omnibus corporis partibus copulat̃, ac per illud recipit excrementa earum: q̃ q̃nq; quidē decumbunt purgantia oē corpus, aut partem vnā, aut duas, aut plures pariter: sæpe vero accidentia sunt indicantia affectionem aut corporis totius, aut partis alicuius, aut aliquarum. Sed animaduertamus sermonem eius sequentem, de talibus docentem.

14 C *Si uero Deiectio fuerit Humida, Expedit neq; Stridere, neq; Crebro & paulatim excerni: frequens enim Surrectio Lassitudinem & Insomniā facit. At, si Vniuersim & sæpe deijciatur, periculum Defectionis Animæ imminet.*

Humidā seu madentē, fore deiectionē, propterea q̃ nō fuerit ex vētriculo diductio ad iecur, vel quia de iecore aut liene aliquid defluxerit in eū, cuius perspicuū est. Sed fieri pōt, vt id bonū sit, quoties expurget̃ iecur, aut lien, aut totum corpus per iecur: non bonū vero, quoties accidentis ratione fiat, diductione à finibus concidente, aut ijs, quæ de iecore eunt in ventrē, affectionis nō bonæ signa habentibus. Hęc interstinguit, si nec τρύζει.i. stridet (scribitur autem & cum υ, & cum ι, nomen hoc, & secundum vtranq; scripturam de sonitu confectum est) & item, si nec crebro ac pedetentim deijciatur. Quæ ita.n. deijciuntur, accidentis obtinēt rōnē: quæ vero multo interposito tēpore vniuersim, sæpenumero bonæ excretionis indicia erunt, quia natura deponat nocuā qualitate aut q̃titate materiā, totum corpus aut aliquam eius partē vacuando purgandoue. Porro vacuationem appello proprie materiæ, vbi quantitate exuperet: purgationē vero alienæ, per qualitatē. At vero sequuntur q̃dā alia talē deiectionē, quorum mentionem habuit Hippocrates dicens, Frequens.n. surrectio lassitudinem & insomniam facit. Quin etiā sæpe & multū excernere, ceu vires
D exoluēs, criminatur: atq; admodū raro tales excretiones bonæ sunt: nāq; eis adiūcta est exolutio viriū, quę nequaq̃ bona est, quēadmodū ēt decretorijs quidē, sed īmodicis, sanguinis eruptionibus.

15 *Sed pro Copia ingestorum ciborum, Deijciat bis aut ter Die, Noctu semel, Oportet. Plurimum vero subeat Prima luce, quemadmodum homini fuerat Consuetum.*

Id quoque supra docuerat: sed rectius erat eum disseruisse nunc de ijs, quæ decretorie quidem, sed vniuersim, excernuntur, quemadmodum ego proxime feci. Cæterum dāno, tanq̃ superuacuū, bis aut ter die, noctu semel, & quicquid aliud postea scripsit: abunde.n. fuerat dixisse/quēadmodū homini fuerat consuetum. At vero sententiæ finis legitur bifariam: in quibusdam codicibus cum verbo/subeat: in alijs sine tali verbo, ad hunc modum: Plurimum vero luce, quemadmodū homini fuerat consuetum. Sed nihil interest, hoc an illo modo scribatur: nā vtroq; modo seruatur optimum esse, quod quàm maxime fuerit consuetum.

16 *Corpulenta reddatur Deiectio, Morbo eunte in Iudicationem, Oportet.*

Corpulenta.s. redditur, quæ aquosa ac tenuis est: haudquaq̃ vero, quæ corpulēta duraq; existit. Quocirca sermo est de humida statim inter initia deiectione. Id enim proprium est breuitatis, quā in

in dicendo maiores seruarūt, potissimum Hippocrates, vt ex oppositis interdum indicent quædã E
nequaquam prodita nominatim.

17 *Subrufa vero, Nec admodum Graue olens esto.*

Id inter initia dicendū erat, dum ageret de deiectionibus ad hūc modum: Deiectio optima est, si mollis constansq; est, & eo tpe excernit, quo secunda valetudine assueuit, & copia est pro rōne ingestorum, subrufa aūt sit nec admodum graue olens. vt (quēadmodū paulo ante dixi) consistentiã eius, & quantitatē, atq; tps excretionis, & item vtranq; qualitatē tum visilem tum ēt olfactilē, definijsset. Cæterum naturalē deiectionem subrufam esse, suscipientem de iecore bilem decūbentē in ventrem, modicam quidem qualitate, paucam vero quantitate, clarum est, & omnibus medicis cōspectum. Si enim syncera aut multa decumbit bilis, rufam reddit aut flauam deiectionem: Si vero nullo modo peruenit ad intestina, vt in arquatis, candida deiectio erit.

18 *Ac Lumbricos quoq; Teretes Eunte in Iudicationem morbo descendere vnà cum deiectione Idoneum est.*

Si natura pariter cum cæteris excrementis hos quoq; pellit deorsum, melius est, q; si sursum, & quoties aliter post appareat ratione accidentis. Sed de omni differentia eorū, quæ decretorie post F
apparent, libro de iudicationibus latius explanatum iam est.

19 *At vero in Quouis morbo Venter Mollis Corporatusq; sit, necesse est.*

Mollis hoc est λαπαρὸς opponit ĩtēto, aut repleto: Corporatus vero hoc est εὔογκος absumpto: vt prius de cōtētis ĩ eo doceat, posterius de ipso vētre: quasi dixerit ĩ hūc modū: At vero ĩ quouis morbo modice, vēter inanis sit, & corporatus ex ꝓpria sua ipsius substãtia, haudquaq̃ tenuis, op3.

20 *Si aūt Aquosa admodū, aut Candida, aut admodum Crocea, aut Spumans deijciatur, hæc omnia Mala sunt.*

Aquosa deiectio, cruditatis indiciū est: Cãdida vero, vt superius iã dictū est, haudquaq̃ decūbere croceã de iecore bilē in vētris sedes significat. Porrò admodū chlorō.i.viridis aut crocea (id.n.vtro uis mō vertas, licebit) quia gemina significat, vt antea dictū iã est, in altera significatione, bilis croceæ seu pallidæ copiã permistã esse, in altera rubiginosæ, significabit. Cæterū spumans deiectio interdū spūm flatuosum humore ꝑmistū esse solutu difficili, qñq; caloris copiã, indicat. Ita.n. per exteriora corpora fieri cernit, in mari incursantibus ventis, in lebete ex polentis præ copia caloris. G

21 *Mala etiam est, si Exigua, Glutinosa, Candida, Subcroceã, Læuisq; sit.*

Duplicem hoc loco deiectionum formulã docet, ambarum eueniētiū propter absumptionem: dissidentiū vero, inquantū exigua ac glutinosa cãdidaq; deiectio, pinguedine absumpta ab igneo calore non tñ vehementer maligno efficit: subcrocea vero ac læuis, absumpta quoq; pinguedine consistit, sed aut propter caliditatem vehementiorē, aut quia pinguedo ipsa vetusta ac velut semiputris existat. Itaq; exterior non solū pinguedo, sed ēt sepum, mutare spatio tpis priorē colorē, ac perspicue subcrocea reddi, perspicit. Si vero subuiridis sit de rubiginosã bile (id.n. vt antea dictum est, secundū voculæ chloràs.i.viridis aut croceæ, significatū est) vehementis consumptionis indicium est. At vero læue reddit, quicquid de corpore excernitur, aut ꝙ habeat æqualem concoctionem, vt nulla eius pars effugerit naturæ alterationem, aut propter vehementem consumptionem, vt nulla materiæ pars imperpessa supersit. Vt igitur, quicquid bonum est, id oē melius reddit, quoties æquale sit: ita quicquid malum est, id oē euadit deterius, si æquale existat. Vtrunq;.n. per oēm materiam apparet, quæ aut naturæ cōptum recepit, aut turpitudinem prauitatis. Cęterū, vt lentor sæpenumero fiat in ijs, quæ iam calefacta admodum sint, perspicuum est: Non nunquam ēt qualitas esculentorum tales reddit humores: sed hi, quoties commouent ad excretionem, haudquaquã H
exigui sunt: deiectio vero glutinosa, quæ sensim excernitur, ab his abest, tribuit vero modicæ cōsumptioni. Sed interdum vehemens consumptio deiectiones glutinosas vniuersim facit, sed tales admodū graue olētes sunt: ita ĩterstinguunt ab humoribus crudis, quippe q graue olētes nō sunt.

22 *Exitiosiores vero his sunt, si Nigræ, aut Liuidæ, aut Opimæ, aut Fœtidæ sunt.*

Nigræ deiectiones ab atra bile syncera tinguntur: Liuidę vero, vbi modica modice ipsis permi scetur: porrò Opimæ deijciuntur, quoties pinguedo ab ignito calore consumitur: Graue olentes vero, putredinis indicia sunt.

23 *Si vero Versico*lores sunt, Diuturniores quidē, sed nihilo minus Exitiales sunt. Hæ Strigmentosæ sunt, ac Biliosæ, & Cruentæ, & Porraceæ, & Nigræ, quæ non nunquam simul, interdum vicibus excernuntur.*

* ποικίλα. Quæ versico*lores sunt, multas adesse indicant affectiones, & ob eam rem tractu tēporis egēt ad concoctionem. Si enim multæ existunt affectiones, aliquas earum diutinas esse verisimile est: si secus, at prorsus occurrunt naturæ, quæ, tanquam cum multis pugnatura inimicis, multum temporis consumat, necesse est.

Si

24 A *Flatum Sine sonitu crepituq; prodire, Optimum est. Melius vero est, ipsum exire Cum sonitu, quàm condi ac reuolui. Quòd si ita exierit, indicio est hominem Vexari dolore, aut Delirare: nisi Sponte ita dimiserit flatum.*

Flatus non nulli cũ sonitu, deuorato pudore, excernunt: alij vero deligerent prius mori quàm aliquid tale cõmittere. Hos igit, quoties audientibus multis dimittũt flatũ, scire oportet e duobus alterum, aut non satis intelligere, quæ gerant: aut propter vehementiã doloris agere aliquid contra arbitrium & voluntatem. In alijs vero, qui pſentes paruipendant, nullũ malũ significare flatũ cũ sonitu cẽsendũ est. Sed salutarius ĩ his est, vbi sine sonitu excernat: etenim flatus cũ sonitu prorsus idicat aut flatuosi copiã spũs, aut angustiã opificiorũ. At vero, quoties spũs copia non admodũ fuerit, & itẽ opificia, p q̃ excernit, laxa plane sint, tũc, sine sonitu ĩ talibus flatus excernat, oportet.

De Dolore, Qvi In Hypochondriis Affligat

25 *Hypochondriorum autem Dolores & Tubercula, si recentia fuerint, nec cum inflammatione, Soluit Murmur incidens in hypochondrio: sed Potissimum ubi cum Stercore & Vrina prodeat: si vero Non transierit, Iuuat, si ad inferas sedes deuoluatur.*

B Cyrtomata.i.tubercula hypochondriorũ, appellauit, q̃ antea nominauit œdemata. talia sunt
oẽs tumores præter naturã. Hi, vbi sine inflãmatione sunt, flatuosi existunt: potissimum vbi recen
tiores fuerint. At vero solui ait, si murmur accesserit circa hypochondriũ: talis.n. sonitus non so-
lũ spiritus indicium est, sed humore permisti & corpore solidiore. Quoties igit aut permeet deor-
sum spiritus ille flatuosus, flatus effectus, aut nequaquã permeans subdescendat deorsum ad aliquã
inferiorem sedẽ, hypochondriũ vindicat vtroq; accidente, tũ dolore, tũ ẽt œdemate, sed potissimũ
si cũ vrina & stercore vacuet: talis.n. vacuatio nullũ præterea relinqt in hypochõdrijs excremẽtũ.

De Vrina

26 *Vrina autem Optima est, si Sedimentum candidum fuerit læueq; & æquale Per omne tempus, Donec morbus iudicatus fuerit: Securitatem.n. ac Morbum fore Breuem significat. Si vero Intermittit, atq; interdum puram emittit vrinam, interdum subsidet candidum ac læue, Morbus Diuturnior, ac Minus securus est.*

Quemadmodũ paulo supra diximus ex voluntarijs functionibus agnosci vim vnã, quo pacto
& robore & imbecillitate prædita sit, quã superioris originis esse dixi, quã alio loco in cerebro do-
miciliũ ac sedẽ habere ĩdicaui: ita nunc alterius facultatis naturalis Hippocrates indicia partim ex-
C posuit, partim hoc sermone exponit. Hæc vero facultas, de qua dico fieri sermonẽ, alterans & con-
coquens appellat. Igit facultatis in vẽtre indicia agnoscunt ex ijs, quæ quotidie deijciunt: faculta
tis vero in iecore ac venis, ex vrinis: In his.n. indicia clarissima sunt partim exquisitæ, partim par-
cæ, partim irritæ in plenũ concoctionis, quemadmodum in vẽtris indicijs: Et ad hæc extrinsecus,
queadmodũ illic quædam indicia simul aliarũ dispositionũ, pari modo hĩc excernuntur. Exordit
ergo tractatum Hippocrates ab indicijs concoctionis, deinde cũ eis cætera copulabit. Igit & nos
in primis dicamus ea, quæ ipse principio docuit in præsenti dictione, sedimentũ vrinæ considera-
ri pcipiens, Si candidũ læue & æquale semper, nec interdũ tale, q̃nq; diuersum, existat. id.n. sæpissi
me euenit, vt aliquis emittens vrinã secunda die inculpabilẽ, alterã sequenti nocte culpabilẽ emit-
tat: deinde rursus inculpabilẽ tertia die prima luce, postea vespera culpabilem. In talibus.n. vrinis
alius concoctus deuictusq; à natura conditus in conceptaculis humor, alius incoctus apparet: si
vero incoctus humor nequaq̃ interponit concocto, talis vrina optima est. Si igit vrina habeat se-
dimentũ, id candidũ æquale ac læue perpetuo sit, donec dissolutus fuerit morbus, necesse est: si ve-
ro non habet, prorsus aliquã nubeculã candidã obtinebit. Necessario vero colore erit modice palli
da seu crocea, & conditione media inter tenuẽ & aquosam ac corpulentã, qualis iumẽtorũ habet.
D Cæterũ vrinæ nullo pacto sedimentũ habent, si tenuiter: copiosum vero, si largius: exiguũ vero,
si modice viuit. Quin etiam in morbis biliosis, ad colorẽ flauiorẽ: in ijs vero, quos crudi cõmittũt
humores, ad candidius tendunt. Porrò sedimentũ habent copiosum, quoties morbus ex humori
bus crudis sit: nullo vero modo, aut oĩno minimũ, quoties ex biliosis sit, sed satis erit si hẽant sub-
limamentũ. Intelligo sublimamentũ (græce ἐναιώρημα) id, quod corpulentius cãdidiusq; in vri-
na, neq; in summis eius, neq; in fundo vasis, sed in media sede sublime, vel exquisite mediũ, vel de-
orsum potius, q̃ sursum, existat. Ea igit solitus sum nominare sublimamenta. Sed ab Hippocrate
ea quoq; ‖ nubeculæ nominant, eãdẽ obtinentes proportionẽ circa vrinã, q̃ veræ nubeculæ ad aerẽ
præferunt: etenim hę humore, qui circiter est, corpulẽtiores: & itẽ illæ aere, sunt. Itaq; sæpenume-
ro (vt dixi) supnatat ĩ vrina desuper: quã ego nubeculã ꝓprie soleo nominare. Sed hæc tibi sint ĩ
primis cognita atq; ĩ aĩo posita: mox animaduerte ea, q̃ Hippocrates scripsit. Vrina.n. assidue fa-
ciens sedimentũ, quale dixit, securitatẽ significat.i. morbũ esse sine periculo, atq; integre soluendũ,
ita vt nõ sit præterea repetiturus: & itẽ celerẽ fore solutionẽ, ita vt, si prima die aut proxima nocte
apparens perseueret simile, die secũda aut nocte primæ circuitionis decretoriorũ dierum, non vl-
tra, procedat ægrotatio. Porrò hæc dixit.s. de morbis febriculosis. Quicunq;.n. sine febre aut in ce
rebro, & in ipsius membranulis, aut in thorace, ac pulmone consistunt, ex alijs indicijs agnoscunt,

sine

siue mitiores breuioresq; sint, siue periculosi diutiniq;. Cæterum, quam ob rem vrinæ sedimentũ E
candidum esse conueniat, dum ageretur de pure, in calce primi voluminis explanatum iam est.

27 *Si autem Vrina fuerit Subrubra, ac Sedimentum Subrubrum & Læue: Diuturnior hic morbus, quàm primus, sed admodum Salutaris est.*

Quoties sanguinis serũ pariter cũ vrina excernit̃, colore subrubra apparet: indicat aũt exuperã tiam sanguinis non exquisita ratione confecti. Igitur, quia integerrimi humoris exuperantia est, idcirco sine periculo est: sed, quia humidioris & itẽ serosioris, eget cõcoctione. Si igitur spatio tẽ poris cõcoctio fit, merito talis vrina significat, vt diuturnior, q̃ primi, morbi solutio futura sit.

28 *Si aũt in Vrinis sint Sedimẽta Crimnode. i. speciẽ referentia farinæ crassioris, Mala sunt: Deteriora vero, si Squa mularum more consistunt. Si vero tenuia & Candida admodũ sunt, Vitiosa sunt: Furfurea vero Deteriora sunt.*

Κρίμνα appellãtur partes grandiusculæ, quæ effracto inuehuntur hordeo, refugientes. s. molæ confectionem exquisitiorem. Hæ igitur quoties inuehunt̃ vrinæ sedimẽtis, indicium nõ bonum est. Nam in farinis, quod nõ affringitur in partes summe tenues, κριμνὸν. i. species farinæ crassioris redditur: †In vrinis vero, quoties alimoniæ pars haud sane diducta insuper duriuscula permanet: F sed assato sanguine crassiore, vel consumptis inæqualiter carnibus, ita contingit. At vero inæqualiter accidit, quoties à calore igneo, quæ tenera est & nuper concreta caro, in ichorẽ resoluat̃: duriuscula vero, ijs, quæ frigunt̃ in sartagine, subsimilis, exiccata constiterit. Prima. n. noua ac tenera pinguedo consumitur per huiusmodi febres, deinde durior ac vetustior, & ab his deinceps nouę ac teneræ carnes, mox durę ac vetustę, postremo solida iam corporis mẽbra: quibus rursus inæqualiter consumptis squamosæ particulæ pariter cum vrina excernunt̃: & ob eã rem tales vrinæ deteriores sunt, quàm quæ tantummodo speciem farinæ referãt crassioris. Cæterum alia sunt tenuia sedimẽta. i. nõ habẽtia corpulentiã, sed (vt ita dicatur) subsimilia spumæ: talia vero continuo alba existunt, propterea q̃ recipiãt in se tota circũflui splendorem aeris magis, q̃ quæ crassa sunt. At vero generatio eorũ est de spiritu flatuoso permisto tenacius semicõcocto humorum excremẽto. Proprium. n. concoctorũ integre sedimentorũ, est id, quod consueuimus nominare ęquale: id accidit, quoties totum similare existat: quod. n. vario permiscetur corpore, dissidentes obtinet in cõsistentia & colore partes. Inæqualiũ vero corporum, quæ ex partibus tenuioribus habeant inęqualitatem, deteriora sunt, q̃ quæ ex maioribus: quæ. n. sunt partium maiorum, magnum indicant naturæ robur, tantum, quanta fuerit substantiæ magnitudo exquisita ratione confectæ: quæ vero te- G nuiorum sunt, peruinci à materia indicant facultatem, & veluti pugnam haberi æquiualentẽ. Atque ea res in omnibus inæqualibus corporibus communis est: particulares vero in eis differentiæ pro virtute concoctæ materiæ, vitioq; non concoctæ, existunt. Porrò ab his tribus sedimentorũ differentijs aliam quartam adiecit, furfureum sedimentum: quod, inquã, deterius, q̃ tertium est: indicat enim, quemadmodum primum ac secundum, flammeam febris caliditatem & consumentẽ: quod quidem non quartum, sed tertium, proditum esse oportet.

† *Ex Græcis ita uertẽdũ. In urinis uero nõ sane pars ciborum distributorũ dura adhuc permansit. & ita ẽt uetus interpres.*

29 *. Nubeculæ, quæ inuehuntur in Vrina, si Candidæ sunt, sunt Bonæ: si Nigræ Vitiosæ sunt.*

Cum de discrimine docuisset sedimentorum, deinceps ad nubeculas se confert, indicans, vt sublimamentum appellitet nubeculã, adiectione verbi / inuehuntur: E quibus vt nigras merito criminetur, perspicuum est: siquidem nigredo aut ob vehementem accidit frigiditatem (qua ratione sanguis quoq; nigrescit congestus in globos, & quicquid extinguit̃, in plenum frigescẽs) aut propter exuperantem calorem: etenim sanguis rursus trahit nigrorem, si crematur, quemadmodum alia omnia corpora: &, qui diutius in Sole diuersantur æstiuo, nigri redduntur.

30 *Dum Vrina Tenuis fuerit ac Rufa, Crudam esse significat Aegrotationem.* H

Vrina naturalis modice crocea est, vtpote ex humore consistens concocto, qui flauæ bilis parũ recepit. Hæc vbi modum excedat, aut admodum syncera permiscetur, vrina rufa apparet. Ergo, si præterq̃ q̃ talis colore sit, tenuis ẽt sit, crudam esse significat ægrotationem: oportet enim, vt in colore diximus modice croceam esse debere naturalem vrinam, ita ẽt modice se habere in consistentia: nec ita tenuem esse, quemadmodum aqua: nec adeo crassam, vt assimilet̃ vrinæ iumentorum. Sed omnia sunt integre de natura vrinarum ac differentia prodita libris de iudicationibus: inde ea discas, licebit, si verus fueris præsensionis amator: intentio nanq; in enarrationibus est illustrare id, quod obscure dictum videtur: at vero decernere, quænam vere sint prodita, & quæ secus, & item adijcere demonstrationis fidem vtriusq;, ex superabundanti existit.

31 *Vbi Morbus Diutinus fuerit, Vrina vero talis excernitur, Periculum est, ne Durare æger possit, Quoad morbus concoctus fuerit.*

Quoties morbus diutius incoctus permaneat, periculũ imminet abolitionis, nisi facultas morbo resistens quàm maxime valeat. Cæterum constat, vt ad hunc reuocari locum possit sententia,

qua

A qua præcipitur ‖ considerandum esse, quantum sit virium robur, & quantum morbus cõcoctionis requirat, & vtrum æger durare possit ad vigorem vsque ægrotationis. 1².Aph. 9.Ext. ord.4 g

32 *Exitiosiores vero Vrinæ sunt, si Aquosæ, Fœtidæ, Nigræ, Crassæq; sunt.*

Vrinæ aquosæ, tenues quidem consistentia, colore vero candidæ, sunt summam indicantes humorũ cruditatẽ, cõcoctricis vero facultatis debilitatẽ. At vero de oĩbus vrinis fœtidis antea ẽ, quẽadmodũ de nigris quoque, perscriptũ. Hæ igitur iunctim ac seorsum per se exitiosæ sunt. Cęterũ, crassæ vtrũ per se seorsum exitiosæ censendæ sint, an copulandæ cũ pdictis, & nigris, dignũ cõsideratione est. Igitur, q̃ ipsi nouimus diligenter obseruando, dicemus, vt ex illis orius simul scias veritatẽ, simulq; meliorẽ eligas enarrationem. Vrinas nigras, quo fuerint crassiores, eo deteriores haberi obseruauimus. At vrinæ, q̃ à colore naturali nõ exciderint, crassæq; sunt, duplicẽ habẽt euẽtũ, interdũ ad mortẽ, interdũ ad sanitatẽ propinquã terminando, queadmodũ alia multa pter naturã, quippe corpus per illa repurgat. Cæterũ cõstat, vt ab Hippocrate crassæ dicant vrinæ, q̃ pernimiũ tales habeantur: quæ enim simplr crassiores, q̃ naturales existunt, non admodũ exitiosæ habẽtur.

33 B *Sunt autem in Viris quidem & Mulieribus Vrinæ Nigræ, in Pueris vero Aquosæ, Deterrimæ.*

In omni quidẽ ætate vrinæ nigræ & aquosæ, exitiosæ sunt: sed in ætatis vigore cõsistentibus inter exitiosas primũ habẽt ordinẽ nigræ, in pueris vero aquosæ. Superius. n. est dictum, vt maxime contraria naturæ, exitiosissima habeantur: contrariæ vero naturæ in Pueris non ita nigræ, perinde vt tenues, sunt, per naturam enim in illis est vrinas emittere corpulentas, ac sediminis copiã habentes: in Ætatis vero vigore cõsistentibus tenuissimæ sunt, & habent exiguũ sedimentũ: & ob eã rẽ in eis vrinæ nigræ exitiosissimæ sunt. In pueris vero ob aliam quoque cãm, aquosæ pestiferę sunt: in eis. n. omnia concoquuntur ocyssime præ robore facultatis alterantis: at cõcoctiones crassiores reddunt non solum vrinas, sed ẽt deiectiones, quoties bene in ventre concoquantur, & item screationes in pulmonijs & costalibus, atq; etiam pituitas per destillationes & grauedines nec nõ per lippitudines, & pus in vlceribus. Si igitur ĩ pueris manere videas plurimum temporis vrinã aquosam, ita vt nullam habeat mutationem ad corpulentius, inditium exitiale est.

34 *Qui Tenues Crudasq; diutius Vrinas mingunt, Si cætera, vt in conualituris, indicia fuerint, in ijs Abscessum ad Sedes infra præcordia Expectare oportet.*

C Id quoq; verissime est ab Hippocrate dictum. Morbi. n. concoctu difficiliores, vt qui ex crassioribus frigidioribusq; humoribus fiunt, per abscessum iudicari assolent: qui vero ex calidioribus tenuioribusq;, excretione. Quoties igitur plus maneant tẽporis vrinæ nequaq̃ concoctæ, definiendũ, vtrũ nequaq̃ duraturus longitudine ægrotationis æger sit, an iudicandus per abscessum morbus. Definitio vero ex alijs indicijs erit. Exitiosa. n. indicant mortẽ, mitiora salutẽ. At vero abscessus In ijs, qui admodũ immorant, ad inferas erũpunt sedes, ob frigus, crassitudinemq; materię, ac viriũ spatio tẽporis languentiũ debilitatẽ: In acutioribus vero, propè auriculas. Etenim per eos crassi minus humores existunt, & item calor multus, ac valentior facultas. At morbi medij inter hos, obtinent abscessus, qui medio genere ambigunt: nec est, q̃ q̃ramus, quantũ in ipsum agitur tẽpus, sint ne sursum potius, quàm deorsum, erupturi, sed ex alijs definiri signis oportet.

35 *Et Pinguedines supernatantes Araneorum telis similes Damnandæ sunt: indicant enim Consumptionem.*

Quale pinguioribus iusculis refrigescẽtibus supernatat, vocata à multis γραῦς. i. vetula, tale vrinis, quæ ex consumptione fiunt: de quibus nunc sermonem ipse fecit, ac causam adiecit.

36 D *Considerare uero oportet in Vrinis, in quibus Nubeculæ sunt, utrum Sursum fuerint, an Deorsum: & item Colores, quos obtinent. Quæ enim Deorsum ferantur cum Coloribus, qui dicti sunt, Bonæ commendandæq; sunt. Quæ Sursum cum Coloribus, qui dicti sunt, Malæ damnandæq; sunt.*

Quæ à me libris de iudicationibus sæpenumero ἐναιωρήματα. i. sublimamẽta, sunt appellata, ea solere Hippocratẽ nominare νεφέλας. i. nubeculas, hac quoq; dictione nõ obscure significauit: sed aliubi ipse ‖ ἐναιώρημα γονοειδές. i. sublimamentũ geniturę simile dixit: Ita vt è duobus alterum sit, aut vt generalioris rei nomen existat sublimamentũ, sectionẽ habentis in nubeculas, & ea, quæ geniturę similia sunt: aut vt nunq̃ nubeculę ab eo sublimamẽta nominent. Cęterũ, vt oĩa, q̃ deorsum inuehuntur in vrinis, vtilia sint: &, quanto magis subsidẽt deorsum, tanto meliora habeant: antea definitũ iã potentia est, vbi diximus talibus interdũ spũm permisceri flatuosum. Quod igit exquisite concoctũ secretumq; est, æquale ac similare, vtpote nullũ habens flatum, in fundũ descendit vasis vrinam continentis: quod vero permistum est aereo quodam & vaporoso flatu, id subductum ab eo, quod proportionale sit quantitati subducentis, minusq; & magis sursum fertur. 1 Epid. cõ. 3 t. 18.3.121.a

37 *Ne te autem Fallat, si ipsa Vesica morbum aliquem habens, tales reddiderit Vrinas: non enim Totius, sed ipsius per se Vesicæ Indicium est.*

Optime id adscripsit,reuocans nobis in mentē,quod nos interdū omittimus definire in ægris. E Atq; oportet in ventris deiectionibus reponere in animū nūc proditā definitionē: etenim cōe est vtrisq; excretionibus,totius corporis recipere excrementa,atq; ēt illarū partiū,per quas excernuntur. At vero accidit,vt per naturā habentibus nobis,excrementa totius corporis repurgentur per vrinas: ea vero,q̄ in ventrē condita sunt,pariter cū stercore excernantur: Præter naturā vero habētibus,cū vrinis pariter quædā morborū in renibus ac vesica indicia excernantur: cū stercore vero, corporis totius. Itaq; non raro in ijs,qui purulenta minxerint,q̄stio extitit,vnde nā veniat pus: itidem,vbi squamosa per vrinas excernuntur,ea ipsa quæstio est: & itē acres,fœtidæ, ac biliosæ sæpe redduntur vrinæ propter vesicā & renes,non raro vero propter oē corpus, id est concoctricē humorū in toto animali facultatē,quæ(vt indicauimus) veluti focum ardentē & fontē obtinet iecur: Interdū ea ipsa haudquaq; affecta,per vesicā & renes totum animal expurgatur: aut partiū aliquarum in eo excrementa quædam incidentia venis,purgato sanguine de renibus simul excernūtur: quemadmodum abscessus quoq; consistentes sæpenumero per vrinas excernuntur.

De Vomitione

38 *Vomitio autem Vtilißima est,quæ Pituita ac Bile permista quàm maxime est:& non Crassa valde neq; multa: Synceriores enim Deteriores sunt.* F

Per hanc quoq; dictionē indicauit,quid'nā appellet syncerū (græce ἄκρατον) opponēs illi permistū: q̄uis ēt nomē ipsum nihilo minus suam indicet significationē. Etenim vinū dicimus syncerum,quo' cum aqua permista nō est,aut perquā'm exigua permista est: nec non quodlibet aliud est & nominatur Syncerū,quoties ipsum per se tantummodo,impermistū aliena materia est. Itaq; flauā bilē intueri licet interdū crassam ac summe flauā vomitione reiectā, & itē deorsum deiectā, quā sane non nulli nominant vitellinam: Sæpe vero humidiorem,ac minus flauā,quæ magis proprie crocea nominatur, permistum habens in se tota pituitosum humorē tenuē, aut aquosum quoddā excrementū. Vult igit Hippocrates neutrū humorē syncerū apparere, sed eos inter se quodāmodo permisceri: Biliosus.n.syncerus, multā caliditatē: Pituitosus idicat frigiditatem. Quin etiā synceri humores crassiores existunt, pituitosus quidē propter frigiditatem quasi concretus: biliosus vero propter exuperantiam caloris euaporatus,& tanq; assatus: Hæ enim duæ causæ cōtrariæ crassitudinis sunt,calidum admodum,ac frigidum: calidum enim euaporat,frigidum adstringit.

39 *Si vero Vomitio fuerit Porracea,aut Liuida,aut Nigra, quicunq; ex his fuerit color, Malū esse censendum est.* G

De liuido ac nigro colore supra definitum iam est. Porracei vero nūc primum habuit mētionē, nō habentis quidem proprium nomen,sed vtentis porri appellatione: nisi aliquis velit e contrario a' colore porraceo dictum esse porrum,nō a' porro porraceū. In quibusdā.n.clara est deductio vocabulorum,vt cognoscatur id,quod a' grammaticis Prototypum nominatur, & quod ab eo de ductum est,quemadmodum de lacteo colore: In alijs vero haudquaq; clara est, dicas enim,licebit, non a' phœnice (talis est fructus palmæ arboris) phœniceū,sed esse a' phœniceo phœnica dictum: quemadmodum cyanon (talis est aqua maris) non a' cœruleo magis,q̄ cœruleū ab illo. Itidē ochra & ochro'n,id est croceus seu pallidus color,in eandem seriem reponuntur. Ochran vero dixi, non vltima acuta,quo pacto aliquis dicet ochro'n id est croceū,adolescētem: & ochra'n id est croceam, mulierem: sed penultima acuta, Ochra.n.genus quoddam terræ est,cuius potissimum Attica probatissima est. Hæc igitur nunc semel sint a' me perscripta. Assidue enim in animo habeas,oportet,studendum esse nominibus tm̄,quantum ad illustriorem significationem eorum,quę dicimus, ex illis iuuari possis: reliquum vero tempus superuacuum existimabis, ad studium rerum meliorum reponens. At vero gignitur in corpore,quemadmodum crocea bilis per naturam habentibus,ita porracea altera præter naturam: constatq;,vt hæc sæpenumero in ventriculo gignatur propter quorundam cruditatem esculentorum,aut olerum, qualia beta, cæpa, brassica sunt: atq; vt ēt interdum talibus nequaq; ingestis,ratione ægrotationis in venis gignatur,ac decumbat aut in vētrem superiorem,aut in inferiorem,calorem in corpore indicans præter naturam, atq; excrementi proprietatem talis temperamento,qualis prædictorum olerum succus est. H

40 *Si vero Idem homo Omnes Vomit Colores, Exitiale admodum iam est.*

Siue de prædictis coloribus,porraceo,liuido,nigro,sit proditum verbum/omnes/siue etiam de alijs cum ipsis,quicunq; præter naturam habentur colores,vtrouis modo exitiosissimum est,indicans in corpore multas haberi difficiles affectiones.

41 *Ocyßimam vero Abolitionem indicat Vomitio Liuida,si Graue olet.*

Talis.n.vomitio putredinē indicat cū extinctione,si,quæ supra diximus,in animū reuocetur.

42 *Omnes autem Subputres ac Fœtidi Odores, in omnibus Vomitionibus, Mali sunt.*

Constat enim,vt,cuiuis affectioni permisceatur putredo,ea se ipsa deterior euadat.

De

A De Screatione

43 *Screatio in omnibus doloribus, qui sint circa Pulmonem & Costas, Cito prompteq; screetur, Necesse est.*

Verbū/cito/ significat inter initia ægrotationis: /prompte/vero, pro eo, quod est facile ac propense, dictum est: id vero accidit, cito ac sine dolore excreātibus. Fieri.n.cito aliquid intelligimus bifariam, tum vt primum tempus totius morbi, tum ēt vt tempus adiunctum functioni, significetur. Prompta.n.screationis eductio.i.propensa ac facilis est, quoties nec vehemens in thorace dolor sit, hic enim interpellat sistitq; in medio, prius ꝙ absoluat, nascētem adhuc thoracis functionē: nec vires imbecillæ sint, hæ.n.accumbunt in media functione, ita vt inchoatū inabsolutumq; officium restet. Quin etiam ipsa screatio, si vehementer fuerit viscosa, oblita tenacius membris, excurrensq; sæpenumero subsistit, fistulis agglutinata pulmonis: quō, si fuerit admodum crassa, difficulter excurrit, ac longiore temporis tractu male affici cogit, atq; ēt stipat in quibusdam itineribus angustis: & ob eā rē non nullis strangulari cōtingit. Et sanè ea ipsa materia, si admodū tenuis est, ita vt aquosa sit, vix screat, vt quæ circiter spiritui circūfluat: †hæc.n.prima cā vacuationis est, quā ēt continuam nominant. Duplex.n.prima causa est (quemadmodū dictum est, dum ageret de causis) tum materię vitium: tum ēt id, quod initium habeat motionis. Itaq; motionis initium ex facultate mouente thoracē in tussientibus est: id.n.libris de causis accidentiū definitum iā est. Violenta vero contractio eius facit, vt spiritus feratur foras vehementer: huius vero vehementia refert secū materiam conditam in fistulis pulmonis, quæ quidem asperæ arteriæ sunt. Quoties ergo thorax valide suo fungatur officio, & humor in fistulis pulmonis conditus, modice crassus sit, facile screatur: si vero neutrum existat, difficile ægreq;. Quo'd si ex prędictis causis altera sit, altera desit, vacuatio inter optimam ac deterrimam media accidet: &, vt in totum dicatur, prout magis ac minus cāę intenduntur aut exoluunt, eorū quidā facilius, quidam difficilius, expuunt. Quid igitur sit prōpte excreare, perspicue pariter ac vere perpensum (vt mihi videt) iam est. Si igitur id verū est, quēadmodum est, verum quoq; erit &/cito/non enim ipsi tussedini adiunctum tempus, sed primum morbi tempus significat: de quo ēt per Sententias dixit, ‖ In morbo costali, si screatio statim inter initia apparet, breuem ægritudinem fore ostendit. vt, si quis de tempore functionis intelligat esse /cito/dictum (quod quidē docui in verbo prompte contineri) peccabit bifariam: principio vt tps ab eo sit bis inconsiderate proditum: tum aūt vt, quod est in sententijs perscriptum, omittat, vim alioqui obtinens maximam. Cæterum, vt non ob hæc solum, sed ēt propter ea, quæ sunt proxime C dicenda, ita intelligi conueniat, dum eam ipsam enarrabimus dictionem, ostendetur.

* Quod græce πτύελον idest sputum, dicit, hic vertit, screatio.

† Hic sermo videtur referri debere ad spiritum, ut sic uertatur. hic .n.prima causa &c.

1ª. Aph. 12. Ex. ord. 5. a

44 *Permista appareat Flaua {bilis} admodum Screationi, Oportet.*

Verbum ἰσχυρῶς.i.admodū, de permista, non de flaua {bile.} afferendum est, velut si in hūc modum dictum sit: Appareat flaua {bilis} permista admodum screationi, oportet: verbū/admodū/ id potest, quod valde & maxime, valet. Itaq; paulo ante dixit, Vomitio vtilissima est, si pituitæ ac bili permista maxime est: nunc vero in screatione voculam /admodum/ adiecit. Cæterū, ꝙ recte enarrauerimus, sequentem inaudiens dictionem discas, licebit.

45 *Si enim Multo post ab initio doloris Screatur Flaua, aut Ruffa, aut Multam inferens tussim, aut Non admodū permista, Deterior est.*

In hac pollicitus sum dictione ostendere vtrasque enarrationes antea proditas, veras esse: tum verbi/cito/tum ēt verbi/admodum/intellectum. Hippocrates.n.se ad contraria conferens, quemadmodū consueuit/cito/opposuit illud/si enim multo post ab initio doloris screat: Ei vero, quod est/admodum permista/opposuit/non admodū permista: Et item ei, quod est /prōpte excreatur/ D illud /multam inferens tussim/ quoties.n.materia sine dolore citoq; vacuat, tussi pauca opus est. Antea enim dictum iam est salubrius esse permisceri materias, quæ vacuant, quodāmodo inter se, nec quicꝙ excerni exquisite syncerum: & item dictum est, vt oporteat cito exilire in costali screationem, in commentarijs de iudicationibus, atque etiam de sententijs.

46 *Screatio enim Flaua, si Syncera est, cum Periculo est: Candida uero, Glutinosa, ac Rotunda, Inutilis est.*

Non aliud nunc dicit, ꝙ quod antea dictum iam est. Si.n.screatio nequaquam permista est, syncera est, ac reddit flaua propter flauam.s.bilem: candida vero, glutinosa, ac rotunda, propter allatā pituitam. Sæpe.n.demonstratum iam est, vt decumbentes mēbris quibusdam fluxiones, inflāmationem, sacrum ignem, œdema, scirrhū, cancrum, committentes, pro discrimine exuperantium humorum indulgentiores ac maleficentiores euadant. Sanguineæ.n.ac pituitosæ medelię habētur: quæ vero flauæ aut atræ bilis sunt, difficiles censentur. Vtraque.n.derodit corpus, idq; cōe illis est: proprium vero vtriusq;, Flauæ quidem bilis, vt acutas accendat febres: Atræ vero, vt solutu difficilem committat affectionem: siquidem humor, qui crassus terrenusq; est, adeo infarcit mēbra, quibus conditus est, vt difficilius excernatur.

47 *Si vero Viridis admodum & Spumans est, Mala est.*

Sæpenumero dictũ iã est, vt chloron (id.n. vertimus viride) de croceo seu pallido dicere solitum E sit, & itẽ de eo, quod à non nullis vocat̃ rubiginosum. Cæterũ, vt vtrũuis horũ, si summe fuerit tale, difficile sit, non insuper necesse habeo docere, cũ antea de quouis syncero humore tradiderim. Præter.n. sanguinẽ quiuis alius humor, si syncerus fuerit, prauã indicat affectionẽ, flãmido calore obtinens generationẽ: Flauus iquã, vbi serosus humor ipse assat̃: quo permisto, Croceus apparet: Rubiginosus vero, vbi is vehementer assat̃: Niger vero, aut quoties is ipse vehemẽter assatus est, quæ sanè deterrima & q̃ maxime derodens atra bilis existit: aut vbi crassus sanguis silr̃ exiccatus est, aut rõne extinctionis & refrigerationis. Sed hęc semper in animo seruanda sunt, atq; existimã dum subinde ea ipsa præcepta de eisdẽ rebus intelligi oportere. Cæterũ spumãs screatio (id enim in calce dictionis est proditum) ex aerea ac pituitosa substantia pariter permista est: ex his.n. q̃libet spuma consistit, in mari quidẽ ex violento vẽtorũ afflatu, in multas & exiguas partes attrita aqua: in ĳs vero, q̃ elixantur, præ copia caliditatis. At vero cõe in vtrisq; censet̃ gigni bullulas multas & exiguas: gignunt̃ aũt ipsæ solutu difficiles potissimũ, quoties ambo concurrant, tũ aer turbulẽtus ac nebulosus, tũ ẽt humor quodãmodo crassus ac glutinosus: nã Tenuis humor, qualis exquisita aqua habet̃, quoties aerẽ cõprehendit mundũ, non diutius cõtinet, sed statim rescissis bullulis, in propriã remeare sedẽ permittit: & ob eã rẽ spuma in mari celeriter soluit̃: Crassus vero viscosusq; F humor, quoties (vt dixi) turbulentam ac nebulosam substantiã intra se clauserit, plurimũ detinet tẽporis, eò q̃ nec illa sursum versus festinet, quẽadmodũ mundus aer, & quia ipse difficulter rescindit̃. Vt.n. gignunt̃ bullulæ ex humida substantia includente intra se aerẽ: pari modo soluunt̃, propterea q̃ humida substantia rescindat̃. Facile ergo rescindunt̃, quoties spũs tenuis sursum versus ferat̃: non rescinduntur vero, quoties neq; tenuis fuerit, neq; sursum versus ferat̃: talis est aer nebulosus, vt qui nec conuolet in sublime, neq; tenuis sed perquã humidus sit, ita vt ferre queat humorẽ sibi circũextentũ. Ita fit, vt nõ, quoties elixat̃ aqua, solutu difficilis bulla generetur, sed quoties aut crassus aut opimus humor est, ex quo genitus spũs flatuosus vaporosusq; est, atq; ẽt summo tenus in lebete humor oleaceus pinguis ac viscosus est. Ita igit̃ & in corporibus animaliũ spuma gignatur, oportet: non.n. vehemẽtiores flatuũ, quemadmodũ in mari procellas, existimari conuenit, sed ignis calorem cõsumentẽ pariter ac spũm efficientẽ flatuosum, quod tm̃ nõ oculis ipsis in multis licet infirmis intueri. Sed hæc in præsenti abunde sint nobis prodita. Ipse vero seruabis ĩ animo, quonã mõ gignant̃ spumantes siue screationes, siue deiectiões, siue vrinæ: in his.n. interdũ fluitat vocata Lampe {argumẽto splendoris,} ne p̃terea desideres rursus de his ipsis aliquid inaudire.

* Ita legunt antiqui, ut Laurẽtianus: in ĩpressis autẽ legitur πομφόλυξ .i. bulla.

G

48 *Si autem ita Syncera fuerit, vt Nigra appareat, hæc Difficilior, quàm illa, est.* †*Mala ẽt Screatio, quæ Nõ expurgatur, nec proyc it ipsam pulmo, sed ob nimiam plenitudinem Feruet in gutture.*

†*Hæc erãt in cod. græcis & ĩ tralatione ueteri: quorũ tamen nõ meminit Gal. in explanatione.*

Antea dictum est de omnibus vacuationibus synceris vniuersim, ac de nigris seorsum: q̃ si nequaquam hærent in memoria, quæ supra definita sunt, rursus ea ipsa reuolue. Rectius.n. est ita efficere, quam vt eadem de eisdem rebus sæpenumero scribam.

De Gravedine Et Sternvtamento

49 *Grauedines aũt & Sternutamenta per Omnes morbos, qui in Pulmone sint, præuenire & superuenire, Malo est. Sed in Alys morbis exitiosis, Sternutamenta Vtilia sunt.*

Humorẽ, qui p nares secernit̃, tenuẽ & incoctũ noĩare assolent oẽs veteres medici κόρυζαν.i. grauedinẽ, quẽadmodũ κατάῤῥουν.i. defluxionẽ, talẽ, qui p palatũ secernit̃: Ac miror, quonã mõ Hippocrates nõ defluxionẽ adiecit grauedini, sed sternutamẽtũ. Itaq; grauedines vna rõe nocuę sũt, vbi talibus sup̃ueniũt morbis: defluxiones, duabus. Dictũq; à nobis antea sæpenumero est aliqua praua, quia cãæ sunt, malis adnumerari signis ex accidenti: alia simplr̃ id ipsum tantũmodo, esse indicia praua, nullũ ipsa cõmittẽtia malũ, idicãtia vero difficilẽ quãdã affectionem, à qua cõstiterũt: H Porrò alia ab his esse vtroq; mõ praua, tũ quia signa, tũ ẽt quia cãę sunt: signa quidẽ, quoties ex difficilioribus fiãt affectionibus: cãę vero, quoties ipsa rursus alias cõmittãt prauas affectiones. Itaq; eueniũt defluxiones & itẽ grauedines in morbis, qui sint ĩ pulmone, quia calidos recipiat cerebrũ vapores. Sed pulmo nõ ab vtrisq;, sed à destillatiõe tm̃mõ afficit̃. Materia enim q̃ p grauedines defert̃, p nasum foras excernit̃. Et ob eã rẽ defluxiones deteriores, q̃ grauedines, habent̃. Ergo nõ satis noui, quã ob rẽ eas Hippocrates p hunc omiserit sermonẽ, nisi aliquis velit, vt p grauedines eas quoq; ĩtelligi dederit: ac fortasse ab eo, qui ĩter initia librũ trãscripsit, omissæ sunt: ĩnumera.n. talia ẽt nũc fieri cernimus. Itaq; grauedines ac destillationes sp nõ bona ĩdicia esse cẽsendũ est, p̃uenientes quidẽ, eò q̃ malis repleãt humoribus pulmonẽ: procedẽte vero morbo si existũt, quia magnã pulmonis affectionẽ, & ab ipsa caput esse affectũ, significet̃. Sternutamẽtũ sequit̃ grauedines magna ex parte, sanè vehemẽter cõcutiẽs thoracẽ, vitiat quoq; aliquo mõ pulmonẽ. At vero sternutamenta per alios morbos nunquam simul prehendunt, quemadmodũ nec aliquod aliud accidens: procedente vero morbo si existant, ostendunt salutem, quanquã exitiosus, quantum in alia agitur indicia, morbus sit. Indicant enim cõcoctionem ac robur excretoriæ ĩ cerebro facultatis, de qua cũ in nasum flatuosi spiritus excernantur pariter cum alĳs quoque humoribus, non nunquam sensibilibus & conspicuis, quandoque tenuioribus & spectatu difficilibus, sternutamenta consistunt.

Screatio

50 A *Screatio autem Flaua Non multo permista sanguine in Pulmonijs, si Inter initia excernitur, Salutaris admodum est: si Septimo die, Tardius'ue, Minus secura est.*

Communis & hic sermo per omnes inflammationes, est iam à nobis sæpenumero proditus, vt decũbentis ad sedes inflammatione laborantes humoris pars tenuior reludet, quoties continẽs inflammationẽ superficies haudquaquam densa ex natura, quemadmodũ exterior cutis, existat: & ob eã rem, siue in meatibus nasi, siue in oculis, siue in ore, inflãmatio aliqua sit, humores tenues similes vlcerũ ichoribus effluunt. Itidẽ pulmo laborans inflãmatione excernit humores quosdã ad ĩtimas sui ipsius sedes manes: quę, inquã, asperæ arteriæ sunt: qui cũ a tussedine sursum ferant, excreant, indicium afferentes cõmittẽtis pulmoniã fluxionis: illius.n.ceu serum quoddã habent. Itaque erunt, si biliosa admodũ est, flaui tantummodo: si sanguinea, rubidi: si ex vtroq; permista, rubidi pariter ac flaui. Hi igitur humores boni sunt. Paulo vero absistũt ab ijs, per quos sanguinem integrũ despuunt: forteq; indiciũ terrebit quẽpiã, quemadmodũ, quoties consistente in pulmone vlcere fatiscit conceptaculum: etenim tunc sanguinem despuunt. Sed & sanguis in pulmonia eueniens, prorsus exiguus, screationi κατὰ διαπήδησιν id est per exilitionem, à medicis nominatę si-
B milis est. Id accidens fit, propterea q sanguis conditione tenuis decumbit ad os, cum gingiuę rariores existant, ita vt ipsum nequaq̃ contineant. In faucibus quoque ob eandem cãm talis sanguis serosus qñq; excernit. Non igit absurdũ est, quoties aliquid tale in pulmone gñatur: id vero ex conditione sanguinis atq; eius copia facile cognosces: nã, qui ita screatur, nequaq̃ crassus, neq; multus est. Cæterũ non expectare accidens ad septimũ vsq; diem oportet, sed potissimũ ante primũ quaternariũ, vt concoctus, alteratus sit: si secus, sed omnino ante septimũ expectandũ est. Si vero talis persistat, qualis ab initio erat, perspicuum est, vt plurimũ temporis processurã significet ægrotationem: nam, vbi non dũ septimo die concoqui cœpit, longissimam fore demonstrat integrã concoctionẽ. At longiore tẽporis serie multa quoque alia absurda incidere assolent, tũ ægroti culpa & administratoris, tum ẽt vitio aliorum, quæ inopinata forinsecus accidunt, nec non interdum medici commisso. Quo'd si nihil ex his accidat, periculũ, anteq; concoquat morbus, exolutionis viriũ imminet: & ob eam rẽ minus securum videri dixit pluribus diebus tales permanere screationes.

51 *Omnes autem Screationes Malæ sunt, quæ non sedãt dolorem: Pessimæ autem Nigræ, vt descriptum est: quæ vero Sedant dolorem, omnibus Meliores sunt.*

C Cõis hic quoque sermo est in omnibus, quæ ex corpore excernantur: de quibus alijs libris, atq; ẽt in Sententijs dixit, vt facilitatẽ potissimum spectari conueniat. Sæpe enim valuit natura prauam vincens affectionem, expurgare corpus: & in hoc terrentur multi aspiciẽtes vitium eorum, quæ excernuntur, nequaquam cognoscentes, vtrum id accidentis fiat rõne, an quia natura prauam materiam foras expellat. Itaque per Sententias tãtummodo facilitatis scripsit appellationẽ: hoc loco doloris indicauit sedationem, ob quam commendat screationes, quæ dolorẽ sedant. Paulo post oĩa deinceps indicia docebit in melius proficientium ægrotationum: quæ, inquã, nomine facilitatis complexus est: quin etiam postea præcipit indiciorũ ab ipso dictorũ exquisite perpendi vires, vt ea inter se conferendo possis ex magnitudine in deterius aut melius totius cõrporis scrutari momentum, quemadmodũ præsenti ipse oratione effecit. Si.n.à screationibus nequaq̃ desinit dolor, indicium bonum non est: non tñ sufficiet tibi id vnũ cognoscere ad exquisitam futuræ sortis præsensionem, sed considerari conueniet & alia accidentia: id.n.demonstrauit, nigrarum mentionem habens screationum. Igitur, cũ indicium cõe sit nõ desinere dolorem, si crocea fuerit screatio aut rubra, minori cum periculo est: si nigra, exitiosissima est. Quocirca cuncta considerans, nõ solum prædicta, summã vnam exquisitæ colliges præsensionis: ac ipse Hippocrates deinceps oĩa
D indicia tum bona tum etiam mala percensuit, prædictis in animum reuocantis.

1ª. Aph. 2. Ext. ord. 3. b

* Al. ex antiquus, νοσήματος .i. morbi. et ita et uetus tralatio.

De Pvrvlentis

52 *Quicunq; autem Dolores ex his sedibus, non desinunt Neq; Screationum purgationibus, Neq; Ventris subductionibus, Neq; Venæ incisionibus, ac Medicamentis, & Victus rationibus, in Suppurationem Verti sciendũ est.*

Quicunque dolores circa thoracis ac pulmonis sedes non desinunt adhibitis subsidijs, idq; malũ tantummodo habent, nec vllũ aliud exitiosum indicium adest, eos suppuraturos expectabis. Hi nanque quodammodo medij sunt inter eos, qui soluantur celeriter, & eos, qui insanabiles existãt.

53 *Quæcunque autem Suppurantur, dum Screatio Biliosa est, Exitiosa admodum sunt, Siue uicissim bilis ac pus, Siue simul excernantur.*

Eorum, quæ in partibus corporis perspicuis suppurantur, si talia in parte pus habeant, in parte reliquam materiã, nullũ curatu facile est. Si vero vltra, q non dũ habeant pus, adhuc & maleficum quoddã illis adfuerit indiciũ, multo magis praua sunt. Sed ex his multo magis praua esse censenda sunt ea, quę præcipuis sedibus fiunt: indicatur enim humor quidam ferocissimus, qñquidẽ demonstrante natura, quo'nam modo præparata sit ad concoquendum, nihil prorsus illi concessit.

54 *Potissimum vero, Quoties Suppuratio excerni ab eiusmodi Screatione Septima die ægrotationis incepit.* E

Id quoq; cōe est omnium per dies decretorios secretionū. Decretorius.n.ad iudicationis firmitatem cōducit: vtrum vero bonum, an malū sit, alijs cognoscit̄ signis. Si.n.sudor fiat septimo die, siue deiectio alui, siue sanguinis fluor, meliorem si reddiderit ægrū, indiciū bonum: si deteriorem, malum est: & alterutrum fidum esse ostenditur, nō quemadmodum si alio die existat. Sed de his, libris de diebus decretorijs, atq; ēt de iudicationibus fusius definitum iam à me est: in quibus oportet antea exerceri eum, cui libeat dicta Hippocratis exquisita consequi ratione.

55 *Screantem vero Talia, Mori Quartodecimo die sperari potest, Nisi bonum aliquod illi acciderit.*

Horum veritatem re ipsa didicistis, me prædicētem experti: quocirca animaduertere vos oportet ea, quæ Hippocrates dicit, non talia existimantes ptāte hēri, qualia à multis medicis scripta iam sunt: quippe q̄ literis tenus & verbis verisimilia sint, sed ægrotationū operibus explosa. Etenim ī tentionē ab eo proditā, q̄ media aliorū oīum bonorū malorumq; ē, considerando, poteris prædicere diē, quo moriturus aliquis est. Subijciamus.n.ægrū screare purulentū septima die, non tñ solū, neq; per totū diē, sed aut cū eo biliosum aliquid, aut illud tantūmodo sine materia purulenta: atq; F in eo esse alia oīa media ab ætate, natura, tempore, terra, ac propria facultate, ita vt nec facultas vehementissima neq; debilissima hēatur: itidē & temperamentū ægri nec optime constans, neq; deterrime: parimō tp̄s, terram, conditionē, ætatē ęgri, inter optimā ac deterrimā esse subijciamus: simili rōne in vnoquoq; signorū genere, quæ media sunt, ægro inesse subijciant̄: hūc sperabis quartodecimo die moriturū, ita vt hic medius mortis terminus censeat̄. Accedentibus vero bonis indicijs, plus tp̄is præcessurum mortis aduentū: malis vero, citius, q̄ quartodecimo die, moriturū. At vero, quæ nā sint bona aut mala indicia, persecutus ipse deinceps, quædā nominatim exposuit, quędā breui summa perstrinxit. Cæterū ipse nequaquā hæc simpl'r accipies perinde, vt si cuncta ęqualia habeant̄, sed in aīo retinens ea, quæ Hippocrates scripsit, quæq; ipsi adiecimus, numerū ipsum cōsiderabis ac ptātem, dū ipse ait, Salutaris admodū est, & exitiosus admodū est. primariæ id potestatis alterū in bonis, alterū in malis, instituens: Itidem dū ait proximā fore mortē: aut vbi exitiosissimum dixit, non simpl'r exitiosum. Quin etiā de signis salutaribus, quoties dicit, Magnā vim obtinet ad salutem. & rursus, Securitatē.n.indicat, ac morbū fore breuem. vel aliquid tale adiecit. Alia vero simpl'r exitiosa, aut rursus simpl'r salutaria, medij ordinis ambo pro natura propria sunt. Porrò præter hæc ambo, quæcunq; dixit comparatiue, aut exitiosiora aut salubriora, aut adiecit magis G ac minus. Si quod.n.primi ordinis malum accessit indiciū quinto aut septimo die prædictis exitiosis screationibus, æger ad vndecimū diem nequaq̄ deueniet, magisq; si plura talia, non vnū tantūmodo existat. Pari ratione, si quod admodū salutare existat, ad tertiā vsq; septimanam extendetur morbus. Permistis vero inter se exitiosis ac salutaribus signis, aut his magis in vtroq; genere, minus illis, aut quouis alio modo: ex pluribus, inquam, ac fortissimis bonis signis sperari pōt ęgrum plus temporis duraturum, ex cōtrarijs vero minus: Nec secus, si quis senex, aut debilis viribus, aut in tempore, terra, conditione praua ac male temperata, ægrotet, acceleraturū mortis aduentū expectari oportet: maximam rursus vim habere existimare ductam à viribus intentionem.

56 *Bona vero hæc sunt, Facile morbum ferre, Bene spirare, Dolore vindicatum esse, Sputum facile extussire, Corpus æqualiter calidū videri ac molle, Siti nō detineri: Vrinas, Deiectiones, Somnos, Sudores, singula intelligere bona, vti perscriptū est, succedere: Ita enim omnibus his euenientibus, homo Haud sanè Morietur. Quod si ex ijs alia superuenerint, alia non, vtiq; Non vltra Quartūdecimū diē uiuēs ægrotus perierit. At horum Contraria, Difficulter tolerare morbū, Spirationē magnā esse ac crebrā, Dolorē nō sedari, Sputū uix extussire, Siti admodū cōflictari, Corpus ab igne inæqualiter haberi, Ventrē & costas calidas ualde esse, Frontē aūt & manus ac pedes algidos: Vrinas, Deiectiones, Somnos, Sudores, mala sic, uti descriptū est, nosse singula: Nam, si horū quodpiā sputo superueniat, Prius sanè, quàm diem Quartumdecimum attigerit homo, decedet, uel Nono, uel Vndecimo. Ita nimirum cōiectari oportet, utpote hoc sputo facile exitium portendente, nec in quartumdecimum diem deducente. Porrò Euenientia bona ac mala Expendentem, ex his Prædicere antefariq; Oportet: Ita enim fiet, ut Veritatem quis maxime Consequatur.* H

Hoc loco recensere tū bona, tum ē t mala indicia, incipit, de quibus antea definitū iam est: & ob eam rem omittens ea, quæ sunt deinceps prodita, aggrediar. Si cui.n.Conualescendū est, oīa bona indicia adsint, necesse est: si Moriendū, vel vnū adsit malū sufficiet: tantūmodo.n.indicatur citiusq; & serius moriturū ægrum, propterea q̄ plura pauciora'ue, bona aut mala, indicia existant.

57 *Aliæ uero Suppurationes Rumpuntur, plurimæ Vigesimo die, aliæ Trigesimo, aliæ Quadragesimo, aliæ ad Sexagesimum diem deueniunt.*

Obscurū est, quas alias dicat suppurationes. Fieri.n.potest, vt de suppurationibus, quæ in alijs sint partibus, sermonem faciat, omittendo thoracem ac pulmonem, de quibus hactenus perpensum est: fieri etiam potest, vt de ijs agat suppurationibus, quæ in ijsdem sint opificijs, sed quę non similes sint prædictis: contingit quoque, vt de vtrisque etiā agat. Sed, quia, quæ non similes sint

prædictis

A prædictis,dixi,id enarrare oportet.Dico.n.non de oĩbus suppurationibus eum, sed de ijs (vt ipse dixit) quæ habeant permistam bilem,hactenus fecisse doctrinã: nec de his omnibus sed quæcunq; se ptimo die ruptę sunt: id vero rarum est,plerunq;.n.vigesimo rumpunť: quædam diutius immoranť,de quibus nunc agit. Cæterum differentiæ oĩum cões habentur,ob quas spatio tẽporis eua riant inter se,ex affecta sede,& exuberante humore. Sedes.n.calidiores ac molliores citius suppurantur: frigidiores vero ac duriores,tardius. Itidem ex humoribus calidiores citius: frigidiores, tar dius. Hæ quidẽ secundũ rei substantiã differentiæ sunt. Porrò accedunt extrinsecus eæ,quæ ab æta te ducuntur,natura,tempore,terra,conditione,ac viribus ęgri. In oĩbus his,calidi humores citius: frigidi tardius,suppurãtur. Hæc igiť vniuersim scire de omnibus suppurationibus bene est: sed mihi videtur nunc quoq; docere de ijs,quæ in thorace ac pulmone sint.

58 *Considerari aũt oportet Suppurationis Initium fore, Colligentes à Die, quo Primũ homo febricitauit, aut quo rigor eũ prehendit: & si dixerit pro dolore sibi inesse pondus in loco, quo dolore afficiebatur: hæc enim fiũt inter initia suppurationum. Ex Hoc igitur tempore expectare suppurationum fore eruptionem ad Prædicta tempora Oportet.*

Confessum id vnũ est oĩbus ferè medicis: cum ẽt perspicue constet, vt, quoties inflãmationes, q̃ B sunt ĩ partibus præcipuis, haudquaq; discutianť adhibitis subsidijs, sed suppurẽtur, rigor tunc fiat, ac post ipsum febris. Etenim sermonibus de rigore perpensum iam est, vt puris acrimonia generati mordens ac derodens adiuncta corpora, rigorem committat perinde, quasi medicamẽta acrio ra: quibus adhibitis interdum malignis vlceribus, aut cuidam affectioni putredinosæ, rigere & febricitare contigit. At vero febris talem insequitur rigorẽ. Sanè & Hippocrates alterutrum commemorauit, ac febrem prius, dicens/a die, quo primũ homo febricitauit/non illũ declarans diẽ, qui totius ægrotationis extitit primus, sed quo rigor vnà cum febre, vehemẽtiore.s.admodũ, q̃ anterior, existente coincidit. Quin etiam ponderis euenit sensus tunc ægrotis, cum humor in multas et exiguas partes dispersus, in partibus inflammatione laborantibus post mutationẽ in pus colligať ad aliquam sedem inanem, continuam omni parti, quæ inflammatione laboret. Igitur ex hoc, inquit, tempore, quo primum hæc extiterũt, expectare oportet & vigesimo die, & trigesimo, & qua dragesimo, & sexagesimo, rumpi suppurationes. Quæ vero dixit indicia, tria numero sunt, põdus, rigor, febris quæ multo, quàm anterior, vehementius affligat.

59 *Si uero Suppuratio in Altero latere tantummodo fuerit, Vertere atq; ediscere conuenit in his, Vtrũ in Altero habeat C latere Dolorem, & Vtrũ calidius, quàm alterũ, sit. Atq; eo in Incolume latus cubante Requirere oportet, nũ aliquod desuper Onus illi pendere Videatur. Si enim Id fuerit, Suppuratio in Altero latere est, Vt rouis Onus existat.*

Constat ex dissectionibus, vt membranæ thoracem intersepiant, à pectore peruadentes vsq; ad spinam, ita vt duo caua ipsæ conficiant. Quocirca nullam ineunt societatem, quę existunt in altera parte suppurationes, cum ijs, quæ in altera sunt, quemadmodũ in illis, quæ intra peritonæum consi stãt: In illo.n.circiter omnibus intestinis circũfluit pus: In hac vero neq; materia dextræ partis tho racis transmeare in sinistram: neq; è contrario, quæ in sinistra est, transmeare in dextrã potest. Ob eam igitur rem censet ediscendũ esse, num æger in vtraq; parte habeat pus, an in altera duntaxat. In pulmonijs enim, quoties in suppurationẽ vertunť, in vtraq; potius, q̃ in altera, colligiť pus: per costales vero in altera potius, q̃ in vtraq;. Cæterum pars affecta cognoscitur ex differẽtia caloris, calidior.n.affecta pars est: & quia cubans æger in latus oppositum, onus sublimiori insidens parti persentiscit: constat.n.vt pus hoc collectum loco, oneris sensum importet.

QVIBVS SIGNIS COGNOSCANTVR PVRVLENTI

60 *Omnes aũt Purulentos Agnosci his indicijs conuenit. Principio si Febris non dimittit, sed Interdiu tenuior, Noctu D Vehementior est: Si Sudores multi superueniunt, ac Tussiendi cupiditas est, Nec quicquã tamẽ dignũ cõmẽtatione expuũt: Si Oculi caui redduntur, Maxillæ Vero ruborẽ trahunt, & Vngues manuũ curuantur, Digiti Vero potissimum summi calescunt, atq; in Pedibus tumores fiunt, neq; Cibum appetunt, ac Pustulæ circa corpus erumpunt.*

Quicunq; pus obtinent intus in corpore vniuersum, siue contentũ ante in parte inflãmatione affecta, siue ẽt post eruptionẽ, nomines tales ἐμπύους.i.purulentos, seu suppuratos, licebit. Sed me dici assolent solos, aut potissimũ eos, qui in thorace ac pulmone talẽ habeant affectionẽ, ἐμπύους.i. purulentos noĩare. Id vero pus post eruptionẽ inter thoracẽ pulmonẽq; continet: &, nisi cito excreeť, tabidi intereũt, febricitantes tenuiter quidẽ, at calore iugiter quodãmodo in noctẽ crescẽte: Idq; accidit oĩbus febricitãtibus hectica febre, non rõne affectionis nocte augente illis febrẽ, sed ex quodã accidenti, quod, inquã, tale existit. Per febres hecticas noĩe, partes ipsę corporis solidiores ignitę euadunt. Ob id igiť assidue febris in se ipsa similis manet, calorẽ obtinẽs perinde, vt calx, debilẽ contingẽtibus. Itaq;, quoties esitent ac bibant, simile quiddã accidit, quod in calce euenit aqua perfusa: quo fit, vt contingẽtes exterius ægrũ, multo calidiorẽ persentiant. Ego vero vobis eam rẽ persæpe ostendi in ægris, aliàs alio tpe alendo ita febricitantes, vt crederetis id illis pp alimẽtũ euenire, non rõne affectionis. Perspicue.n.apparet incidere calorẽ febriculosum vnà cũ tpe alimenti, statimq; adhibito augeri cibo, & q̃ maxime vehementẽ, per deductionẽ illius apparere. Sudores

vero continui superueniunt, propter virium debilitatē, eo ꝙ diductū alimentū discutiat. Quin ēt E Tussiendi cupiditas, id est voluntatis contentio est, nec quicq̄ dignum commentatione expuunt: si.n. excreassent, nequaꝗ purulenti euasissent. Cæterū cā, ob quam nihil expuunt commentatione dignū, triplex est, tum puris ipsius lentor & crassitudo, atq; ēt continentis pulmonē mēbranæ con densitas, tum ēt debilitas in ægro facultatis. Sed & Oculi; (dixit) caui redduntur. Id cōe est omniū longarum febriū, sed potissimum earū, q̄ perspicue exiccent. Genæ rubent, propter calorē in pulmone, & item tussedines: hæc.n. ambo calefaciunt vultum & totum caput, quia ex defluxione in pulmonem decumbente vapores in ipsum redundant. At vero Vngues curuantur, quia firmās eos vtrinq; caro consumit. Itaq; Digiti, ꝗꝗ refrigescentes magna ex parte in morbis diutinis, tñ per oēs hecticas febres calidi permanent: siquidē hæ solidas potissimum corporis partes occupa- runt. Sanē in summis ipsis perspicue calidiores apparent, nō in partibus exterioribus, sed in interioribus, vbi carnulentiores existunt. Cā vero perspicua est, si in memoria hęrent, q̄ sunt de cibo ī- gesto paulo ante perscripta: vbi.n. humor largior inest, dilucidior in his sedibus calor euadit. Pro cedente vero tempore & Pedes eorum intumescunt, totius corporis extinctione inde incipiente: quippe ꝙ partes ab origine longissime absunt. Tunc iam & Cibū fastidiunt. s. appetendi facultate pariter cum alijs moriente. Pustulæ quædā erumpunt derodentibus ichoribus in corpore colle F ctis: talem.n. Hippocrates illorū esse docuit generationem secundo libro de morbis vulgarijs, dū
2. Epid. sect. 1ª. ait, Ichores in cute existunt, ibiq; comprehensa calefiunt. Hi.n. ichores in reliquam cutem, q̄cunq; laxior est, se insinuantes, in exteriori eius superficie, vtpote densiori, subsistunt: porro hanc dirimunt, & ab interna absistere faciunt sede, atque in ea collecti pustulas gignunt.

61 *Quæcunq; ergo Suppurationes Diutius immorantur, Hæc habēt signa, quibus admodū Credere cōuenit. Quæcū- que Vero Breuiores sunt, Aliquo ex his indicantur signis, qualia inter initia existunt, & Itē, si æger difficilius spiret.*

Recte dicit credendum esse diuturniorū indicijs suppurationum: adeo.n. valida sunt ꝑtāte, vt nullam de se relinquant ambiguitatem: Breuiores vero cognoscendas esse ex indicijs antea prædictis: ea vero sunt rigor, febris, pondus: & si quod eorū, q̄ dicta sunt in suppurationibus diutinis, iā appareat: & si æger difficilius, q̄ antea, spiret: id vero, accidat, necesse est propter angustiam pulmonis, quoties pus inanes thoracis prehendat sedes.

62 *Quæ Vero Citius ac Tardius rūpuntur, Talibus cognoscantur signis, Oportet. Si Dolor inter Initia fiat, et itē Difficultas spirandi, nec non Tussedo, atq; ēt Sputatio habens perseueret, Vigesimo die expectari Aut ēt antea Ruptionem oportet. Si Vero Sedatior fuerit Dolor, & Alia omnia fuerint ex ratione, his Posterius expectari oportet Eruptionem. Sed accedere necesse est & Dolorē, & Spirandi difficultatē, & Sputationē, ante quām Pus excernatur.* G

Ex quibus, vt ruptiōis periculū īmineat suppuratiōis, ex his ipsis indicijs, vt celerius id accidat, cognoscas, licebit: ea sunt dolor, difficultas spirādi, tussedo, & sputatio. Si igitur cōtinēter & vehemēter īsestēt, celerē fore significāt eruptionē: si vero nec cōtinēter affligāt nec vehementer, diuturniorē. Cæterū necesse est, cū corpus obuoluēs pus derodat ab eius acrimonia, dolorē fieri ob id ipsum: tussedinē vero & sputationē, quia ichor iā quidā tenuis obductū penetret corpus: Spirāt vero difficulter ēt ꝑꝑ vniuersam morbi conditionē, sed præcipue propter accedentem dolorem.

63 *Hi Vero potissimū Supersunt, quos Febris eodē Dimiserit die post eruptionē: ac Cibū citius appetūt: & Siti liberati sunt: & Venter exigua ac consistentia deijcit: & Pus, albū, læue, concolorq; est, ac Vacans pituita, & absq; labore ac Valida tussi expurgatur. Itaq; Optime quidē sic ac Celerrime Vindicātur: Sin minus, qui Ad hæc proxime accedunt. Moriuntur Vero ij, quos Febris non deserit, aut, Cū Videatur deserere, denuo recalescēs innotescit, & sitiūt, Nec cibū appetunt, Aluus humida est, Pus Viride liuidumq; spuunt Vel pituitosum spumosumq; : Pereunt, si hæc adsint omnia. At, Quibus alia adueniunt, alia non, Horū quidā Intereunt, quidam in multo tempore Incolumes euadunt. Verum Ex indicijs omnibus, quæ In his existunt, de Cæteris quoq; Vniuersis Coniectandum.* H

Hic sermo omnis ab hac incipiens dictione, totus perspicuus est, si in animo existunt ea, q̄ sunt antea perscripta. Omittens igitur eum, ad proxima veniam.

64 *Quibus autem Abscessus fiunt ex Pulmonijs, aut circa Aures, ac Suppurantur: aut ad Inferas sedes, ac Fistulantur: ij Supersunt.*

Verbū/fistulant/tātūmō in hac dictione obscurū est, dictū ꝑ translationē: quæ.n. proprie fistulę noīant, nēpe hæc musicorū instrā, oblonga obtinent caua. Quoties igit in aīalium corporibus similes ꝑter naturā gignunt, ex eadē appellatione significant. Itaq; mihi videt, vt nunc ēt Hippocrates verbo/fistulant/vsus sit ꝑꝑ longitudinē excursionis. Sed vniuersa summa de abscessibus ē, qui pulmonijs superueniunt, interdū ad adenas sub auriculis, interdū ad eas, q̄ infra thoracē sunt, sedes.

65 *Cōsiderāda uero et Talia sunt in hūc modū. Si Febris detinet, et Dolor nō desiit, et Screatio nō excernitur ex rōe: neq; Biliosæ fuerint alui deiectiōes, neq; solutiores ac synceriores fiāt: nec Vrina admodū multa & crassa, ac multū obtinēs sedimētū: Promittitur Vero Salutaris ab oībus alijs signis salutaribus: his Tales fore Abscessus Sperandū est.*

Abscessus

A Abscessus pdictos quõ nã mõ aliquis præsentiat, docet, in gemina diuidẽs orõnẽ: ita vt prima pars eius indicet fore abscessum: secunda vero, vtrũ supra thoracẽ ad adenas sub auriculis, an infra pcordia, sit futurus. Itaq; exordiamur & nos à prima parte, in qua summa est morbũ esse cõcoctu difficilẽ, nõ tñ exitiosum: nõ eni, si cõcoctu facilis sit, p abscessum, sed aut p excretionẽ aut sensim, soluet cõcoctus: neq;, si exitiosus existat, aliquis abscessus bonus apparebit. Quocirca, medius iter indulgẽtiores sit & exitiosos, oportet. Igit Hippocrates merito ex his indicijs q̃dam mala, q̃dam bona, adscripsit: q̃ particulatim iã persequor, incipiẽs à primo, de quo statim inter initia dixit ita:

Si Febris detinet/i. prehẽdit hoĩem, ita vt nunq̃ intermittat:/& dolor nõ desijt/nã, vbi desierit nihil amplius opus est abscessu ad solõnẽ, eo q morbus placidior habeat:/& screatio, dixit, nõ excernat ex rõne/prorsus. n. morbus nõ requiret abscessum, quoties screationibus purget. Tũ deinceps /neq; biliosæ fuerint alui dieďtiones/antea. n. dictũ iam est, vt p morbos biliosos abscessus nequaq̃ fiant: oportet. n. crassam haberi ac crudã humorũ materiã, vt morbus plus tpis eduret, nec per excretiõnẽ, sed aut per abscessum, aut solã cõcoctionẽ, curet. Quod vero hoc sequit, quidam ita scribũt/neq; solutiores ac synceriores fiant/: queãdmodũ dixit/neq; biliosæ alui deiectiones/, ita/nec solutiores ac synceriores fiant/synceriores, ad impermistas cuiquã humorũ aliorũ referendo pro-

B pterea q eæ non habeãt biliosarũ materiarũ qualitatẽ: nec solutiores vero, ad copiã excretionum, vt, si & biliosæ fuerint & solutiores, per excretionẽ potius, q̃ per abscessum, iudicatio quoq; futura sit. Alij è cõtrario scribunt dictionẽ ita/neq; biliosę fuerint alui deiectiones, sed solutiores ac synceriores/solutiores, haberi volentes eas, quæ modice excernant: synceriores vero, aquosas & impermistas, superius. n. dictum est, vt syncerum de qualitate impermista dicatur. Itaq; pronunciãs Hippocrates, inquiunt, biliosas deiectiones de synceris, quod est impermistis ac veluti summis per vnam qualitatem, cõstat, vt aquosas dixerit, quæ incoctæ sunt, & ob eam rem spatio tpis egent ad concoctionem, quo ẽt abscessus fiunt: Acuti. n. morbi per excretionẽ potius iudicari, diutini per abscessum adsolent. Sed, de dñia in prædictis scripturis rursus in maiori ocio consideres, licebit. Hoc loco totius compendiũ sermonis perstringã, vt ex ipso pateat vtilitas in operibus artis. Itaque instituit Hippocrates scrutari de morbis euntibus ad abscessum. Hi vero sint oĩno ex crudis crassisq; humoribus, oportet, non tñ exitiosis: tales. n. vbi diutius immorãtur, cõmittunt abscessus, nisi per σύμπεψιν. i. concoctionem (ita. n. noĩare adsolent Hippocratici) eorum solutio preueniat. At vero indicia concoctionis erunt, si vrinæ copia excernat, quę multũ obtineat sedimẽtũ. Vbi vero sedimentũ multũ est, vrina quoq; ipsa prorsus crassior est, q̃ soleat per naturã. Itaq; me

C rito duplex scriptio per dictionem hr̃, quibusdã scribẽtibus ita/nec vrina multa & crassa multũq; obtinens sedimentum/alijs vero/nec vrina admodum multa, multumq; obtinens sedimentum.

66 *Abscessus aũt fiunt, Hi quidẽ ad Infernas regiones, quibus aliquid phlegmatis circa Hypochõdria adsit: Illi vero ad Supernas, quibus Hypochondrium quidem flaccidum ac doloris expers persistit, Difficultas autem spirandi aliquo tempore facta, Desierit sine occasione alia.*

Occasiones gręce προφάσεις consueuit Hippocrates noĩare cãs euidẽtes. Quoties igit spirationis repẽte eueniẽs difficultas p pdictas affectiões rursus derepẽte desistat: habeatq; id, vt & eueniat & desinat sine euidẽti cã: signat tẽdere humores ad caput: queãdmodũ ad infernas sedes, calor qdã euidẽs in hypochõdrijs. Nõ. n. pituitosum humorẽ existimari cõuenit nũc itelligi ab eo p dictionẽ, i qua ait/qbus aliqd phlegmatis circa hypochõdria adsit/nã multo melius ẽ itelligere de calore pter nãm flãmido pditũ eẽ phlegma: Is euenit ob ignẽ sacrũ, aut phlegmonẽ. i. iflãmationẽ pprie noĩatã. Quòd si fuerit è cõtrario, vt flaccidũ qdẽ et doloris exps sit hypochõdriũ, hũores vero tẽdere sursũversus pdicta spirõis difficultas idicet, abscessũ erupturũ supnis sedibus expectato.

De Abscessibvs

67 D *Abscessus ãt, qui ad Crura fiũt in Pulmoniis uehemẽtibus ac periculosis, oẽs Vtiles sunt: Optimi uero, qui, ubi screatio iã in mutatione est, fiũt. Si. n. Oedema ac Dolor fiat, & Screatio pro flaua, purulẽta existat, ac foras excernatur, ita Securissime & homo Supererit, et itẽ Abscessus Ocyssime citra dolorã Desistet. At si Screatio nõ recte excernatur, nec Vrina uideatur bonum habere sedimentum, Periculum Clauditatis in articulo, uel Multi negocij imminet.*

In pulmonijs vehementibus, abscessus ad crura fieri, prorsus bonum est: si quidem maxime vera sententia Hippocratis est, secundo libro de morbis vulgarijs perscripta de bonis abscessibus, vt

2. Epid. sec. 1ª. optimi || sint, si maxime deorsum, & quã longissime ab ægrotatione, absistant: magis vero si cõco »

1. Epid. cõ. 2. t. 45. 3ª. 112. b ctione pariter fiant: Etenim id quoq; cõmendauit primo libro de morbis vulgarijs, dicẽs, | Con- »

coctiones celerẽ iudicationẽ ac securã sanitatẽ promittunt. at vero concoctionẽ indicat screationis mutatio, & item vacuatio innocua atq; abundãs: hoc enim indicauit dicens/ac foras excernatur. At, si citra morbi concoctionem abscessus in crura fiant, vindicabitur quidem & hũc in modum homo à periculo in pulmonia, sed articulus ipse, in quem decubuit, difficilius sanitati restituetur, ac forsitan quandoq; æger ex eo claudicabit. Rursus hoc loco perscriptum est ei non vnũ cruditatis indicium, quemadmodum concoctionis: sed screationibus adiecit ductam quoque ab vrinis dinotionem. In ipsis tñ maleficis screationibus non insuper adiecit incoctionẽ: atqui id op

positum

positum concoctioni erat, sed abunde ei fuit duntaxat non excerni, idoneum id haberi signũ maleficæ ægrotationis existimans, vt screari tm̃modo, aut concoqui tm̃modo, neutrum idoneum existat, eo ꝙ sæpenumero satis screatur, q̃q̃ morbus adhuc incoctus sit: & item qñq; cõcoquitur morbus, screatio vero non satis excernitur, interdum præ debilitate mouentis thoracem facultatis, interdum propter crassitudinem & lentitiam screationis, qñq; propter amborum concursum, tum virium debilitatis, tum etiam qualitatis puris. Itaq; necesse est & concoctum esse morbum, & excerni recte screationem per affectiones, quæ in sanitatem ituræ sint: Per affectiones vero contrarias, idoneum signum & non screari tm̃modo est: ex superabundanti vero in eis ipsis indiciũ erit malefici morbi, si cum eo, ꝙ non recte excreantur, nec vacuantur quę in thorace sunt ac pulmone, etiam adsint indicia quædam cruditatis humoris. Cõstat enim, vt difficilior sit affectio, in qua neque excreant, & item cruditas permanet: modestior vero, per quam concoquitur quidem, sed nõ abunde excreant, nec integre perpurgantur. Cæterum, vt ‖ abscessus maxime in articulos fiat, id quod & in libro de morbis vulgarijs scripsit, hoc etiã loco indicauit, obiter dicẽs/periculum clauditatis in articulo imminet. At vero causa talium abscessuum amplitudo articulorũ est, suscipiens decumbentes fluxiones. Ad id quoq; conducere quidq; potest motio eorum: omnes enim humores ad sedem commotam & calefactam facilius permeant. E F

‖ 1. Epid. cõ. 2. t. 39. 3ᵃ. 111 c

68 *Si autem Abscessus Euanescunt ac retrocedunt, Nequaquam egrediente screatione, ac Febre detinente, Difficilis Morbus est: Periculum enim Delirij Mortisq; imminet.*

Euanescere dicere quendam tumorẽ pręter naturã, non id, q̃d desistere, indicat: verbum enim, desistere, aliquid generalius: euanescere vero, cito desistere ac velut derepẽte, significat. Id igitur accidit interdum propter humoris tenuitatem, & partis laxitatem, & item circũuenientis nos aeris caliditatem, atq; adhibiti medicamenti potestatem, ac virium ægri firmitatem: si enim omnia prædicta concurrant, moles præter naturam cito discutietur. Sed magna ex parte talia euanescere accidit, transmeantibus committẽtibus ea humoribus aut in eãdem sedem, vnde commota sunt, quod proprie nominat Hippocrates retrocedere: aut ad aliquas alias sedes in profundo corporis positas. Tanq̃ igitur ex caulis maxime contrarijs moles præter naturam euanescãt, finem habent maxime contrarium, quod indicat aut citissimam contristantium humorũ liberationẽ, aut deterrimã affectionẽ, eis in partes præcipuas remeãtibus. Hæc igitur oĩum abscessuum cõia censentur: Definitio vero, cõis quidem & ipsa euanescentiũ tumorũ est: considerari vero oportet & alia indicia, potissimũ quæ propria affectarũ partium sint. Hoc aũt loco spiritaliũ opificiorũ propria definitio ab Hippocrate, proxima. s. cõibus, pscripta est. Itaq; dixit ita/si aũt abscessus euanescũt, nequaq; egrediẽte screatione, ac febre detinẽte, difficilis morbus est/cõstãt enim, vt secesserint in profundum ad sedes præcipuas: si. n. discussi essent, non insuper febricitarẽt, ac facile screarẽt. Itaq; verisimile est in pulmonẽ ijs oẽm secessisse fluxionẽ: & ob eam rem delirare eos rõ est: siquidem id quoq; vnum ex ijs habetur, quæ per tales in pulmone affectiones eueniant. At vero, vt spirantes difficulter, morituri sint, dicere supersedit, sciens nos eam rem esse ex prædictis intellecturos. G

69 *At Purulentorum, qui ex Pulmonis sunt, Seniores potius Intereunt: per Alias vero suppurationes Iuniores potius Moriuntur.*

‖ Infra cõ. 3. t. 13. & 14.

† *Sñia infrascripta habet̃ i cod. græcus impssus: q, licet uera sit, nulla tamẽ nec cũ superioribus, nec cũ inferioribus, cõnexionem hẽt: nec eius mẽtionẽ fecit Galenus ĩ cõmento.* [*Quicũq; vero ex suppuratis vrũtur, quibus quidẽ purũ pus fuerit & albũ & nõ fœtidũ, ii seruãtur: quibus ãt subcruẽtũ & cœnosũ, ii pereunt.*]

Seniores non simpliciter senes, sed in collatione, vel comparatione, seu quouis modo nominare cuiquam libeat, vt ad iuuenes, intelligi debet: nam, qui per ętatem abunde iam processerint, ex nullo morbo magis, q̃ iuniores, conualescunt. Sed, qui inter hos & ætate vigẽtes interiacent, vtpote semicani, crudiq; senes nomine, conualescere videri licet interdum magis, q̃ qui sint in ætatis vigore: quẽadmodum Hippocrates ipse docuit de ‖ phlegmonosis affectionibus, quæ in auribus sunt, & nũc de purulẽtis ex pulmonia: in his enim, quia propter excreationem sanatio est, viribus egens validioribus, ob id potius iuniores, q̃ seniores, seruãtur: in cæteris, iuniores antea moriuntur ex doloribus ac febribus: Id quod ipse dixit de auribus: febres enim ac deliria minus illis superueniunt, proindeq; aures antea suppurantur: iuniores vero (dicit) ante q̃ aures suppurẽtur, multi intereunt: quoniam, si effluat pus ex auribus, cõualiturum esse ęgrũ sperari potest. Itaq; & per alias suppurationes, sub ipsum suppurationis tẽpus, iuniores ex magnitudine febrium ac doloris, morte præoccupantur. H

††De Dolore, Qui Circa Lumbos Fatiget

†† Hic in græcis exẽplaribus initiũ est tertij libri, & in veteri trãslatione.

70 *Dolores, qui cũ Febre fiũt circa Lũbos & inferas sedes, si Præcordia attigerint, inferas relinquẽtes sedes, Exitiales admodũ sunt. Itaq; cõsideranda alia signa sunt. Nã, si quod & horũ prauũ extiterit, Desperandus æger est.† Si vero ascendente in Præcordia morbo, alia signa Nõ praua extiterint, talem fore Purulentum admodum expectabis.*

/Si pręcordia attigerint/quidã de delirio intellexerũt, velut si in hunc modũ dixisset: Dolores, q cũ febre fiunt circa lũbos & inferas sedes, si ascendẽtes cõmittant delirium, difficiles sunt. Alij melius, q̃ hi, præcordia partẽ corporis dictã volunt, quod septũ quoq; trãsuersum noiatur. Suffragat veritati orationis illud, quod est in calce sermonis perscriptum, vbi dixit/hunc fore purulentum

sperari

A ſperari admodum pōt/vult.n.aſcendente in thoracē morbo e duobus alterum,aut derepēte interire ægrum: aut,ſi ſecū optime agatur, prorſus fore purulentū. Porro hæc interſtinguuntur alijs indicijs: ſi.n.nō praua ſint,purulentus euadet: ſi prauū aliquod apparuerit, prius moriturus eſt.

De Inflammatione, Quæ in Vesica Fatiget

71 *Veſicæ duræ, ac Dolentes, Difficiles omnino & Exitiales ſunt. Exitioſiſſimæ uero ſunt, quæcunq; cum Febre Continua fiunt. Qui enim ex ipſis Veſicis fatigant Dolores, Interimere hominem ſufficiunt, & Alui in talibus nihil niſi durum ac ad neceſſitatem Excernunt.*

Sepenumero dictum mihi eſt,vt phlegmones id eſt inflammationis vocabulum Hippocrates de phlogoſi.i.inflammine,afferat,ſermone indicans,quam Eraſiſtratus et eo poſteriores nomināt ſingulari appellatione phlegmonen: quemadmodum ſane & nunc dixit/veſicę duræ ac dolentes. At vero, quam ob rem tales dixit eſſe difficiles affectiones maximeq; quoties febris adſit acuta, perſpicue ipſe indicauit, magnitudinem cauſando dolorum, & deiectionum ſuppreſſionem. Supprimuntur vero propter anguſtiā porrecti inteſtini, atq; veſicæ dolorem: deſinūt enim ægri tali fungi officio,quoties ſtatim,ſi cœperunt,dolor infeſtet: idq; cōe omnium dolorum eſt. At ve-
B ro dolor affligit interdum,quia fungentia officio opificia inflammatione laborāt: interdum quia proxima ipſis membra afficiuntur. Ita reſpirantes dolore infeſtātur ex inflammatione lienis, aut ventriculi,aut iecoris,aut muſculorum,qui in hypochondrijs ſunt: & ob eam rē ſpirare difficulter cogunt illo genere ſpirationis difficultatis, quo ſpiratio parua ac crebra fit. Sed huius ſpirationis difficultatis atq; etiam aliarū cuiuslibet cauſa,libro de ſpirationis difficultate primo, dicta eſt.

72 *Soluit autem Vrina Purulenta mixta,Candidum ac Læue obtinens Sedimentum.*

Quoties veſicę inflāmatio concocta ſit,confluunt in ſedem eius interiorem cōcocti humores, ac pariter ſcilicet cum vrina excernuntur,indicium bonæ concoctionis in ſedimentis habentes.

73 *Si uero neq; concedat Vrina, neq; Veſica molleſcat, ac Febris continua ſit, Primis circuitionibus morbi Interire eum, qui dolore afficitur, Expectandum eſt.*

Neq; molleſcere veſicam,ac febrem cōtinuam eſſe,perſpicuum eſt: vrinam vero nequaquā cōcedere,obſcure dictum eſt. Etenim nomen de affectibus & accidentibus ferre aſſolet, quemadmodum oēs alij poſterioris æui concedere inflammationem,molem,duritiem,tentionem,dolorē,di-
C xerunt: non tñ aliquis concedere vrinam dixit. Itaq; forſitā de prædictis Hippocrates appellationem tranſtulit ad vrinam,vt mutationem eius in melius ita intelligamus. Quod quidem ſi conce datur, vacuationem quoq; ex ſuppreſſione, proditam ab eo inaudiamus, licebit: vt intelligamus per inflāmationem veſicæ, ſupprimi vrinam: id enim quoq; interdū accidere ſolet, quoties perq; exitioſus & morbus eſt,ac rarenter ex eo cōualeſcunt. Igitur ad hunc modum legitur in alijs quibuſdam,& item in codicibus Artemidori & Dioſcoridis: in alijs vero dictio ita habet/ſi vero nec vlla fuerit vrina,neq; dolor concedat/ac talis lectio nullam habet quęſtionem aut ambiguitatem.

74 *Hæc Formula potiſſimum Attingit Pueros à Septimo ad Quartumdecimum annum.*

Propter inopportunos atq; exuperantes cibos copia plurima colligitur humoris,crudi vocati, in corporibus puerorum. Is igitur per renes expurgatus quotidie, atq; etiam per vrinarios meatus in veſicam collectus,interdum calculos in ea gignit: ſæpe etiam inflammationes, quoties veſica ab humoribus talibus ſubinde trajcientibus, vehementer afficiatur.

D
GALENI IN PROGNOSTICA HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS TERTIVS

De Febribus

1 *Ebres autem Iudicantur Iiſdem numero Diebus, et Ex quibus Superſunt homines, & Ex quibus Intereunt.*

Duo habetis volumina(vobis.n.id dico ſodalibus, qcūq; coegiſtis me,qd nequaq; inſtituerā, ſcribere enarratiōes cōmentariorū Hippocratis) inqbus oia pcepta de diebus decretorijs,ac de iudicationibus ppenſa ſunt. Porrò ſcitis,vt eas quoq;,nō tanq̄ edēdas in vulgus, ſed tanq̄ vobis tm̄modo legēdas, ſcripſerim: accidit aūt, vt exciderint. & i manibus multorū ſint, quēadmodū & alia multa à nobis pſcripta. Et ob eā rē nullū in cōmētarijs mihi libuit enarrare volumē Hippocratis: qcunq;.n.arti vtilia ab eo didiciſſe oportuit,ea ſunt in multis à me voluminibus pariter cū proprijs enarrationibus cōprehēſa. Sed,qm̄ & qdā dictiōes obſcurius dictę prauā nactę ſunt enarrationem,

tionem, ita vt nullus vobis placeat ex ijs, qui commẽtationes scripserunt: melius vero, q̃ hi, scruta E
ri sententiã Hippocratis visus ego sum vobis: idcirco me scripta relinquere voluistis vobis, quæcunq; sermocinãdo corã audiuistis. At vero id ipsum ego quoq; vobis prædixi, vt necesse sit enarrationes fore inæquales, non oĩbus æqualiter dictionibus enarratis, sed integrius illis, quarũ nusquam in cõmentarijs meis habui mentionem: summatim vero ijs, de quibus in eis iam cumulatissime docui, ne sæpenumero easdem res scribere cogamur. Ergo, quia omnem de diebus decretorijs sermonem, pariter ac de iudicationibus, in duobus persecutus sum tractatibus, hoc loco summas rerum duntaxat earum, quæ ibi proditæ sunt, in animum reuocabo, petito inde initio. Iudicatio enim per morbos de foro translatitia appellatione dicta est, significans præcipitẽ in morbo mutationem: quę Quadrifariam existit, aut.n. statim vindicantur a morbis, aut magnam obtinẽt in melius mutationem, aut statim moriuntur, aut multo deteriores euadũt. Itaq; Duas primas iudicationes, simpliciter nominãt iudicationes: proximas Duas magna ex parte cũ adiectione malam iudicationem, aut prauam iudicationem, aut aliquid tale, verbo iudicationis adijcientes, qñq; vero & sine adiectione simpliciter. Didicistis præterea, vt oĩs iudicatio cum quadam euidẽti fiat vacuatione, aut abscessu: raro.n. pueruli tãtummodo per somnum altiorem ac longiorem celeres in melius fecerunt mutationes: quas non nulli volunt ẽt nominari iudicationes, alij nequaq̃ com F
probant. At vero dies nominant Decretorios, in quibus tales firmæ pariter ac plurimæ fiunt mutationes: per alios dies, neq; firmas cernimus, neq; multas fieri iudicationes. Cæterum cognouit non primus solum, sed ẽt maxime, admirãdus Hippocrates decretoriorum dierum naturam: atq; ẽt indicauit cãm generationis eorum, Quam nos quoq; tractatu de diebus decretorijs docuimus, validiorem indicantes esse circuitionem decretoriorum dierũ, Septenarium: secundam vero potestate, Quaternarium, eò q septenarius bipartito secet: Denunciari aũt futuram iudicationem in septenarijs circuitiõibus à quaternarijs: Quartum.n. diem septimi, vndecimũ vero quartidecimi indicẽ esse: quos Hippocrates || indices & cõtemplabiles noiat. Sanè tali mõ numerari vult septenarios: Duos deinceps primos per disiũctionẽ, sequentẽ vero tertiũ per copulationẽ. Itaq; disiunctio est, quoties in alium diẽ desinente primo septenario, mox sequẽs ab altero incipit: copulatio vero, quoties vnus dies vtrisq; septenarijs cõis est, desinente in eũ primo septenario, proximo vero ab eo ipso incipiente: & ob eam rem Vigesimum diem, tertij septenarij nouissimũ esse perhibuit: q si hic quoq; ex disiunctione numeratus esset, primum et vigesimum, nõ vigesimum, validiorem esse oportebat. Sed constat, vt non ita eueniat: Vigesimus enim & sæpenumero & valide iudicationem efficere cernit. Igitur, cũ tres septenarij viginti impleãt dies, tum aũt quartus se- G
ptenarius à primo & vigesimo inchoetur, ex septenarijs deinceps tribus viginti implẽtibus dies merito Hippocrates || quadragesimum diem, non quadragesimumsecundum, decretorium esse dixit: itidem & sexagesimum, & octogesimum, nõ sexagesimũtertium, neq; octogesimũquartum. Hęc igitur circuitionum per septenarios digestio est. Numeratio vero p Quaternarios huic subsequens est. Diductio enim quouis septenario in duos in eo quaternarios, quartus ab initio morbi dies, finis erit primi quaternarij, initium vero secundi: tum autẽ quaternarius deinceps tertius ab octauo ĩchoabitur die, quia secundus septenarius ab eo ipso incipit: ita fit, vt vndecimus dies, finis sit tertij quaternarij, initiũ vero quarti. Porrò quintus quaternarius à quartodecimo inchoabitur die, eò q & tertius septenarius: igitur ad septimumdecimũ finis eius perueniet: qui rursus duobus quaternarijs, quinto ac sexto, cõis est, in quos tertius septenarius diductus est. Itaq; vigesimus dies ægrotationis, finis trium septenariorum, & quaternariorum sex, habetur. Hi igitur per circuitionem decretorij sunt. Intercidunt vero etiã alij per morbos acutos, qui quãobrem intercidant, libro de diebus decretorijs perpensum est. Ii sunt tertius, quintus, ac nonus. Intercidit qñq; & sextus, qui male iudicat, ꝓpterea q cum accidentibus difficilioribus interdum faciat iudicationem, atq; ad hypercrisin noiatam, hoc est acerbiorem iudicationem, excidat: & vero etiam, q non H
ĩtegre discutiat morbũ, sed imperfecte: &, si qñ integre discutiat, prorsus efficiat recidiuam. Hęc & alia multa sunt à nobis tractatu de diebus decretorijs ꝓdita: quæ oĩa ferè Hippocrates scripsit, alia alijs voluminibus, sed à me sunt vno tractatu cõprehẽsa, cui titulus De diebus decretorijs est, simul definitis ijs, quæ minus definita erant, atq; etiam integre explanatis ijs, quæ ab Hippocrate videbãtur minus integre prodita. Cui igitur libeat exquisita ratione præsentire futura, reuoluendæ sunt duæ commentationes illæ, è quibus altera de diebus decretorijs, altera de iudicationibus est. Nunc vero instituimus duntaxat enarrare dictionem Hippocratis in ꝓposito libro: Ex quibus supersunt homines, & ex quibus intereunt. Verbum/ex quibus/ aut iudicationibus, aut diebus, dicit: sed rectius est nõ, diebus, ĩtelligere, sed iudicationibus. Si enim & q̃ maxime potest verbum/ex quibus/ & de diebus dici, tamen primaria ratione in iudicationibus, & ob illas etiã in diebus existit. Cęterum ex his superesse hominem aut interire, indicat appellari ab eo iudicationem in quauis celeri conuersione, non solum ea, quæ ad salutem existit.

2ª. Aph. 24. Extra. ord. 15. g

In fra. t 3 & 5. lib. 1. epi. cõ 3. t. 14. 3ª. 120. d

2. *Simplicißimæ enim Febres, ac Signis firmatæ Securißimis, Quarto die, aut citius Desinunt: Maleficentißimæ vero, ac Signis affligentes Difficillimis, Quarto die aut citius Interimunt.*

Sim-

A Simplices dñr hoïes (hoc est εὐήθεις) & q malefici sint in quadã simulatiõe, quẽadmodũ et simia callias .i. formosa: Dñr etiã & ij, qui sint probis imbuti moribus. Sed .n. primi frequens vsus apud authores græcos, secundi vero rarior est. Itaq; dicunt interdum & ita, non solum simplicem, sed
« ẽt simplicitatem, de affectione bonis moribus prædita. Dinarchus igitur in Daonẽ ita dixit: Gu-
« bernans adolescentius rem suam Cephalion, & natura probus erat ac simplex. Demosthenes ad-
« uersus Æschinem cum iudicibus disputans ait, Nunc vero ob vestrã simplicitatem & indulgen-
« tiam pœnas dat, & hæc quoties libet. Plato libro de republica tertio: Igitur rectus sermo, conue-
« nientia, honestas, concinnitas, ac simplicitas comitatur. non inscitiã intelligẽs vocatam simplicita
« tem, sed re vera rectum, ac bonis moribus paratum intellectum. Itidẽ in Euthydemo simplicem di
« xit eũ, qui simplices habeat mores & honestos: Et, vt demiratus est, hic est adolescens, ac simplex.
Sed hæc abunde sint exempli gratia prodita ad cognoscendam authorũ græcorum consuetudinẽ in verbo simplicitatis ac simplicis, secundum duas significationes factã. Nũc Hippocrates in altera earum, febres dixit simplicissimas, tanq̃ dixerit placidissimas ac mitissimas, haudquaq̃ maleficas: &, quoties securitatis indicia extiterunt, vltra primum quaternarium nequaquã procedent, sed aut quarto die, aut citius, desinent. Pari mõ maleficę quoq; febres & cũ indicijs exitiosis factæ,
B quarto die, aut citius, interimunt. Itaq; constat, vt & tertium diem adnumeret decretorijs, dum ait, Quarto die, aut citius, desinunt. Itidẽ libro de vulgarijs morbis primo voluit, primum inter dies decretorios scribens ‖ tertium. At vero securissima dicit indicia ea, quę particulatim ab eo magnopere commendantur: quorum & nominatim paulo post habet gratia exempli mentionem. 1. Epid. cõ. 3. t. 14. 3ª. 120. 4.

3 *Itaq; Primus Impetus hunc in modum finitur: Secundus Vero ad Septimum producitur: Tertius ad Vndecimum: Quartus ad Quartumdecimum: Quintus ad decimumseptimum: Sextus ad Vigesimum. Hi ergo ex Morbis Acutissimis per Quatuor ad Viginti ex additione Terminantur.*

Sępenumero offendes ab authoribus gręcis ꝓditũ impetũ (gręce ἔφοδον) hostiũ aut latronũ: ex quo nũc Hippocrates sic trãstulit appellationẽ ad circuitionẽ decretoriorum dierũ. Cæterũ, quæ sunt deinceps scripta, ꝑ se patẽt, potissimũ quibus in animo hęrent ea, quæ paulo ante docuimus.

De Circvitionib. Morborum: & Qvo Pacto non Integris Nvmerentur Diebus.

4 *Fieri uero non potest, Vt Horum Vllum Integris Diebus eximie Numeretur: non .n. Annus ac Menses Integris Numerari Diebus natura apti sunt.*

C Cum tres in diem vigesimum septenarios adduxisset, ob id ait, Nõ possunt talia diebus integris numerari, neq; .n. annũ neq; menses integris numerari diebus. & vere sane talia dixit, Annus .n. non trecentorũ & sexagintaquinque dierũ tm̃modo est, sed ẽt quartæ partis diei, & itẽ ad hæc partis cuiusdam propè quodãmodo cẽtesimę. Vnusquisq; vero mẽsis minor est triginta diebus, maior vero nouem & viginti. Noïatusq; est ab antiquis gręcis μήν .i. mensis, vt ẽt nunc in multis ciuitatibus, tp̃s inter duas Lunæ ac Solis coitiones intercidens. Et, cui libeat tp̃s id exquisite ediscere simul cum idoneis demr̃onibus, q̃tum sit, integrum habet volumen ab Hipparcho factũ quẽadmodũ & de Tẽpore Annuo cõmẽtarium nostrum. Ita ergo ẽt Hippocrates septenarium dicit, nec non videlicet & quaternarium, non esse integrorũ dierum, sed partem quandam deesse, tantam, vt tres septenarij viginti circunscribantur diebus. Sed, quę nam sit causa horum, ipsi tentauimus docere libro de diebus decretorijs tertio, cum tamen nemo antea vel dicere aggressus sit.

5 *Postea uero Eodem modo & Eadem adiectione, Prima circuitio Quatuor & triginta dierum, Altera Quadraginta dierum, Tertia Sexaginta dierum est.*

Non id nunc dicit Hippocrates, quia post diẽ vigesimum ad quartum & trigesimum vsq; nul
D lus intercidat decretorius: sibi .n. ita pugnaret, ‖ medios quosdam dies decretorios in libris de morbis vulgarijs commemorãs: &, quæ apparẽt in ęgris, talẽ coarguunt sermonem. Sed, quia triũ septenariorum ad vigesimum vsq; diẽ inter se deinceps numeratorum nõ eadẽ fuit compositio (secundus .n. à primo seiunctus est, proindeq; quartodecimo die finitur: tertius vero huic copulatus est, & ob eam rem vigesimum habet limitem) idcirco & sequentẽ septenarium pariter procedere volens, vt ex duobus seiunctis, tertio vero copulato, viginti impleant dies, quadragesimum nouissimum statuit terminum sequentium triũ septenariorum: in ipsis vero duobus terminum circunscripsit trigesimumquartum: & ob eã rem fecit huius ante quadragesimum mentionẽ. Pari rõne mox ab his tres septenarij in sexagesimũ deducunt: & vero ‖ octogesimũ decretorium perhibuit, non octogesimũquartum, libris, qui est de morbis vulgarijs. Ita tres septenarij viginti dierũ numerum absoluunt: idq; euenit propterea, q̃ duo primi per disiũctionem numerant, ita vt quartodecimo desinant die, tertius vero iunctim cum secundo, ita vt hic quoq; vigesimo die cõtineatur. Ibidem. Ibidem.

6 *Inter Initia aũt horum Difficilius est Præsentire eos, qui parte Maxima temporis iudicandi sunt: Simillima .n. eorum Initia sunt: sed à Primo die Animaduertendum est, considerandumq; Singulis additus quaternarius: Nec latebit, quo nam Vertetur morbus.*

Rursus

Rursus hoc etiam loco verbum/iudicādi/ad vtrosq; ordinauit, tum ad eos, qui ad bonum, tum ad eos, qui ad malum mutationem faciunt: ac dicit inter initia morborū, qui breui iudicandi sunt, facillime cognosci, quonam desituri sint: quemadmodū paulo ante dixit de ijs, qui primo quaternario iudicandi sint. Etenim febris ipsa, si curanda est, placidior: si interemptura est ægrum, maleficentissima est: & quæcunq; in vtraq; indicia sunt, in priore quidem omnia saluberrima: in sequenti vero deterrima sunt. Ita fit, vt neutra quartum transmeet diem: qñquidem didicimus, vt semp fiat iudicatio vel natura superante morbū, aut victa ab eo. Itaq; placidissimas natura ægrotationes ocyssime superat, à difficillimis vero celerrime vincitur. Ita efficitur, vt maxime contrarij sint inter se morbi, qui celeriter iudicantur: similes vero, qui permultum temporis ad solutionem requirant. Vt enim per morbos breues magnus excessus quandoq; naturę est, qñq; ægrotationis: ita, quoties neutrū magnopere exuperet alterum, sed, ceu pares quidā hostes, pugnēt, plus ēt temporis ad alterius victoriā desideratur. Itidem luctantes, quicunq; palæstrices peritiores habentur, iternoscunt, vbi magnum viderint excessum, statim alterū peruicturum: Si vero neuter magnopere exuperet, profecto plus temporis pugnaturos pronūciabunt, non dum cognoscentes, vter eorum victurus sit: sed processu temporis id quoq; prius, q̄ cæteri, cognoscēt, quippe qui vel excessum exiguum exquisitius animaduertant. Quo enim artifex maxime dissidet ab eo, qui est artis expers, est hoc, q vel exigua rerum discrimina persentiscat. Sed, quia aliqua nullo pacto sentiri queūt præ exiguitate, talia neq; etiam artifex cognoscit. Itaq; quamprimū sentiri possunt, tunc cognoscuntur. Ob eam igitur rem præcepit Hippocrates per singulos quaternarios cōsiderari mutationem: non enim latebit, quonam vertetur, id est vtrum in sanitatē salutemq; ęgri exuperante natura: an exuperata, ad interitum: atq; hæc rerum summa est. Sed, quonam modo eam rem potissimum agas, volumine de iudicationibus à me perscripto optime discas, licebit.

7 *Quartanæ quoq; Conditio, ex Eiusce modi Cosmo id est Ordine est.*

Id quoq; plerisq; incognitum est, & ob eam rem mirabundi, sępenumero vaticiniū quoddam, nostrum præsagium credunt, vt Febre detentus quartana vindicabit post diem (si ita fors tulerit) quintūmdecimū. Atqui per tertianam non demirantur prædictionem. Sed in vtrisq; ratio cōis est. Vt enim per febres continuas numeramus oēs deinceps dies in præsensionē futurę iudicationis: ita per intermittentes, adnotationes: vt, quod per continuas septimus dies valet, id per intermittentes septima circuitio præstet. Ob id igitur exquisita tertiana septē circuitionibus, nō diebus septē, iudicari natura solet. Quin etiā, quod quartus dies à principio numerāti aduersus septimum est, id quarta circuitio aduersus septimā circuitionem: quartus.n.dies, septimi index est: & itē quarta circuitio, septimæ index est. Sed de his oībus volumine de iudicationibus per pensum est. Quocirca nūc id vnū intellexisse sufficiet, vt & quartanę febris iudicationes ex numero circuitionū accidāt, non dierū. Ex eiuscemodi cosmo.i.ordine est. Cosmon.i.ordinē appellauit decretoriorū ordinē dierū: vt.n.acosmias.i.inordinationis, propriū est ataxia.i.inordinatio: ita cosmu id est ordinationis, taxis.i.ordinatio. Et ob eā rem appellauerunt mortales Vniuersum hoc, Cosmon, argumento ordinationis, qñquidem in eo cuncta recte disposita sunt. In medio.n.eorū terra posita est, extra circumit mare, id ambit aer, illū æther, demū his oībus cœlum circū obtenditur. Quin ēt conuersiones inerrabilium stellarū, quid opus est dicere, q̄ ordine eant, vt quę assidue similiter habeant: errantium vero reuolutiones, q̄q̄ non singulis diebus pares existant, attamē ordinē paribus tēporis circuitionibus seruant, ipsis assidue eosdem Signiferi locos perreptantibus.

Antiqua tralatio hēt de diebus crisis:

8 *Qui aūt Minima temporis parte Iudicandi sunt, Præsentiri promptius possunt: Maxime enim ab initio inter se dissidēt. Qui.n. Conualituri sunt, Facile spirāt, Sine dolore agunt, Noctu dormiunt, & Alia signa securissima habent. Qui uero Morituri sunt, difficulter spirant, Delirant, Vigilant, & Alia signa deterrima habent.*

Verbū quidem εὐπετέως.i.propense, antea est proditum prompte faciléq; significare: propēsius aūt proculdubio appellat facilius, & ad cognoscendū prōptius. Itaq; paulo ante dixit, Simplicissimæ.n.febres, ac signis firmatę securissimis, quarto die aut citius desinūt. Sed nūc recensuit id, vt per exēpla planius indicet, quę nā signa saluberrima sint. Igitur ipse inferens dicit: Qui.n.conualituri sunt, facile spirāt, sine dolore agunt, noctu dormiunt: qui vero morituri sunt, spirāt difficulter, delirāt, vigilant. Deinde vtriq; sermoni adiecit, priori quidem/& alia signa securissima hābēt/secundo vero/& alia signa deterrima habēt/clare indicans, vt exēplorum causa fecerit mētionem trium ex vtroq; genere signorū. Porrò id ēt merito adiecit sermoni/maxime.n.ab initio inter se dissident/id quod antea quoq; dictum mihi est: cū insigne sit discrimē inter se morborū, qui minimo tpis tractu iudicādi sint aut in sanitatē, aut in mortē: qūo eorū, qui plus tpis extendant, cō similes notæ in principio existunt. Cęterū verbum ἀλλοφάσσοντες (nā dictum quoq; id nomē est in dictione, non admodum cōsuetum græcis) aut delirare, aut inquietos agere (quod est verbum ἀσσομβύες.i.conflictari) significat. Sed rectius, quantum ex ipsa voce conijcio, prius significatum est, vt nomē sit factū hoc ἀλλοφάσσοντες, ἐκ τοῦ ἄλλοτε φάσκειν ἄλλα.i.ppterea q alias loquātur aliud: non nulli, quia mutēt alias in aliā figuram τὰ φάη.i.oculos, extitisse dicūt appellationem.

His

9 A' *His igitur Ita euenientibus, Considerari conueniet per Temporis spacia & Adiectiones singulas, Mutantibus morbis in Iudicationem.*

Vt antea, quæcunq; dixit de primo quaternario inter initia, recensuit, adijciendo & exempla: pari mō rursus per hanc dictionē persequitur ea, q̄ sunt per illā tradita, in qua ait, Sed à primo animaduertendū est, cōsiderādumq; singulis additis quaternarijs, nec latebit, quó nā vertet morbus.

QVO PACTO *in* MVLI*eribus à* DIE, QVO PEPE*rerint* IVDI*cationes existant*

10 *Pari modo in Mulieribus Iudicationes fiunt à Partu.*

Principiū numerationis tibi fiat, nō quo die cœperint febricitare, sed quo pepererint. In q̄busdā igitur circa secundū aut tertiū incipiunt diē à partu, ex quo multi numerāt futurā iudicationē. Sed res nō ita se habet: sed, ex quo pepererint, numerationē fieri oportet dierū. Ceterum, cū hęc omnia summatim de diebus decretorijs docuerit Hippocrates, libet, vt in animum reuocetur id, quod à me sæpenumero dictum est. i. q̄dam q̄sita haud quicq̄ conducere ad artis ministeria logicā habētia cōsiderationē. Vsus. n. præsensionis est agnoscere diē, quo morbus iudicādus est: sed, Vtrum talis sit acutus appellandus, an peracutus, an lōgus, an acutus adauctus, an acutus ex cōuer B siōe, de noībus quærere est potius, q̄ de rebus. Quòd si cui placeat vel talem q̄ōnem esse de rebus, tñ non de ijs rebus est, ex quibus orsus quispiā aut p̄sentiat futura, aut recte medeat. Itaq; subijciatur nobis vere p̄cognitum esse vigesimo die fore morbi solutionē: Tū re ita eueniēte, queadmodum expectabat, quendā dicere acutū morbū extitisse: quēdam non acutum permittere noīari ipsum, finem. n. esse morborū acutorū quartumdecimū diē: Deinde eos inter se rursus dissidere, vt alter appellet perspicue longū, propterea q̄ exciderit ex acutorū limite morborum, quippe nullā esse existimandum p̄ morbos aliā tertiam drīam de quātitate tp̄is: alter vocet acutum ex cōuersione talem morbū: alius acutū adauctum noīet: alius nō simpliciter ita dicat, sed appellet acutū paulo adauctiorē. Si quis igit̄ primū audiat ea, ex quibus singuli discrepātes verisimilibus cōmuniūt opīonē: deīde decernat, quis nā eorū melius peius'ue sentiat: multū cōteret tp̄is, nec aliquid in arte iuuabit̄. Pari mō, si quis nouit p̄sentire vigesimoseptimo solutū iri morbū, nec possit definire, vtrū acutus appellādus sit, an diuturnus, an acutus ex cōuersione, nequaq̄ in artis officio offendetur. Optimum. n. est per drīas in morbis abs tp̄e ductas, tm̄ earum existimare esse numerū, quātus decretoriarum circuitionū h̄r: vt breuissimus quidē primo circūscribatur quaternario, postea vero is qui secundo, tum qui tertio, deinde qui quarto, mox qui quinto, ac demū qui sexto, qui qua-C ternarius in diē vigesimum deuenit: Postea vero exolui quaternarios, fieriq; per septenarios iudicationes: deinde ēt hos exolui procedente tp̄e, ita vt per vicenos dies morborum efficiantur solutiones: postea ad mensium numerū deuenire: Duæ. n. sunt tēporum p̄finitiones in morbis, vt aut acuti, aut diutini, noīentur. Sed gratia illustrioris disciplinæ sæpenumero ita noīamus: mox ab ipsis ducti rebus, cogimur alios inter eos rursus ponere acutos ex conuersione, & oēs drīas tres facere: è q̄bus rursus singulas partimur: Velut in primis, nēpe acutis, hic simpliciter acutus, ille peracutus ab ipso Hippocrate noīatur: Peracutus, si septimū non trāsmeet diē, sed aut in eo, aut ēt maturius, iudicet̄: Acutus, si vsq; ad quartumdecimū extēdat: Tum aūt huic quoq; paulū quid adijcī cernentes ambigimus, propriā non habentes deferre appellationē morbo, qui septimodecimo iudicetur: q̄ūo nec ei, qui vigesimo finiatur: Ita vt appareat hac in re ambiguitas soretica. i. aceruaIis nominata, videaturq; interdum nobis verisimile, non esse quartumdecimū limitē acutorum morborum, sed vigesimum diem. At vero rursus & alia nō parua ambiguitas super ea ipsa re est. Etenim morbus acutus cū magnitudine quadā ac continuitate febris intelligitur: si. n. non ita sit, q̄q̄ circa quartūdecimū soluatur diem, aut ēt citius, eiusdem appellationis nequaq̄ censemus. Igit̄ hę sunt & tot drīæ præscripti tp̄is acutorum morborum. Aliæ vero eorum, qui ad ampliorem latitu-D dinem post diē vigesimum extendantur: Et vero illorum consonū rationi v̄r, vt, qui vsq; ad quadragesimum prorogentur diem, quadam propria differentia collocentur: qui aūt ab his ad septimum mensem extendunt̄, alia drīa: q̄ūo, & qui annui sunt, rursus alia cōprehēdant̄: & ad hęc, qui habent non mensium, sed annorum numerationem. Quod igitur assidue moneo, talia pretermittenda sunt: danda vero opera est, vt idoneus sis præsentire, quó nam tēpore conualiturus sit ęger.

Itaq; constat, vt Hippocrates in vno morbi genere, quam solet nominare suppurationem, interdum ‖ vigesimum diem statuat terminum eruptionis, interdum trigesimū, aut quadragesimū, aut sexagesimum. Quocirca permittens deferre appellationes ijs, qui circa talia peritiores exīstūt, ipse stude præsentire, in quē de relatis diebus p̄finitio ruptionis perreptura sit. Id cōperies duobus velut instr̄is, experimento, ac rōne: Experimento quidem, vnā & item alteram docente suppurationem eruptam, alterutram proprio seorsum temporis spatio: Ratione vero, indicante materia suppurationis substantiam, & itē causam efficientem eius, & ea, quæ cum illa cooperantur. Simul enim aliquis vidit primam suppurationem quadragesimo, si ita contingat, erupisse die, quam talis commisit humor, verbi gratia, modice frigidus, ac tempore similiter modice frigido, & etate, & regione, & natura totius morbi, atq; etiā affectę partis: & rursus simul vidit alteram erupisse sexagesimo die omnibus predictis frigidioribus: tum autem vigesimo, si ita fors tulerit, calidioribus: Supra. 205. h. cō. 2. l. 57.

Ex his

Ex his orsus, poterit alias scrutari suppurationes, intentionibus vtens empirice perspectis, confe E rens vero cũ illis ea, q̃ nunc acciderunt per caliditatem et frigiditatẽ ipsorum humorũ euariantiũ, & itẽ alterantis eos causæ efficientis, q̃ calor natiuus est: & quæcũq; alia huic cooperantur ex terra, tpe, cõditione: Porrò causæ ipsius efficiẽtis magnitudinẽ ab ætate conijciens: & item propria ipsius natura: atq; ẽt parte, in qua accidit fieri suppurationẽ: & alijs indicijs, quæcunq; robur atq; imbecillitatẽ indicant in arterijs ac venis facultatis. Qui enim nihil ex his agnouit, sed expectat ex obseruatione cunctas discere suppurationes, mille tp̃s annorũ ad eam rem nequaquam sufficiet: quemadmodum rursus, qui ad natiuum respiciẽs calorẽ, quantus sit, cumq; eo conferẽs cõcoquendorum naturam humorũ, viam hẽt inueniendę eius rei, quã vestigat. Is igĩt est, qui potest ex ijs, quæ nouit, ea ẽt, quæ nõ nouit, artificij ratione peruestigare. Hic vnus dicet, vt circa vigesimũ diẽ talis suppuraturus sit, circa trigesimũ talis, & in alijs similiter, nihil insuper necesse habens addere, vtrum oporteat noĩari acutũ, an longum, an acutum ex cõuersione morbũ. Hæc.n. interstinguere officiũ est non medicorũ mediusfidius ministerijs artis studentium, sed sophistarũ sermonibus vacantium: & ob eam rẽ de eiusmodi q̃onibus in excelso insidentes solio, scite admodũ plerięq; sermonibus perhauriunt auditores: quid vero sit ęgris euenturum, magis latuit eos, q̃ maris congij. Alij ẽ contrario idonei sunt ad cognoscendum morbos, ac p̃sentiẽdum futura, sed nihil hñt, quo F logicas diluant q̃ones: & ob hanc cãm alij existimantur medici ab hominibus, alij sophistæ ac logiatri.i. medici verbotenus, eos.n. ita appellãt: &, si quos viderint librum aliquẽ legentes, & rõne vtentes ad vtilium medicaminum interpretationem, tales logiatrus esse suspicantur.

De Affectibus Qui *in* Capite & Ore & Fa*vcib.* Aff*ligant.*

11 *Capitis aũt Dolores vehemẽtes & cõtinui cũ Febre, Si quod ex indicijs extiterit exitiosis, Lethales admodũ sunt. Si uero sine talibus indicijs Dolor Vigesimum transeat diem, & Febris detineat, Expectari oportet Sanguinis ẽ nari bus eruptionem, aut alium quempiam Abscessum ad Inferas sedes. Sed, quo ad Dolor fuerit Recens, Expectari oportet Sanguinis eruptionem ẽ naribus: aut Suppurationem, si Dolor alioqui circa Tempora ac Frontem sit.*

Inordinatius loquitur rem, quæ ad præsentiendum maxime conducit, sed recto ordine texitur hunc in modũ: Capitis dolores vehemẽtes & cõtinui cũ febre, si quod ex indicijs extiterit exitiosis, integre lethales sunt. Si vero ex ijs, q̃ didicisti, de ęgro tanq̃ cõualituro quicq̃ speres, à prĩcipio q̃dẽ ad septimũ diẽ sanguinis ẽ naribus fluorem expectato: procedẽte vero tpe, id quidem ẽt, pus vero erumpet ẽ naribus aut auribus in salutem ægri. Si vero ad vigesimum extendatur diẽ doloris accidẽs in capite, tunc ẽt sanguinis fluorem expectabis rarius: magis vero suppurationem, aut G abscessum ad inferas sedes expectato. Sed per illud tempus, quo sanguinis fluorẽ expectabis augebit tibi expectationem, si in temporibus ac fronte dolor vehemens perseueret.

12 *Magis autem Expectari Sanguinis oportet eruptionem in Iunioribus Trigintaquinque annis: in Senioribus vero Suppurationem.*

Finitio ducta ab ætate est, quo magis expectes sanguinis ẽ naribus fluorem. Causa vero perspicua est, ac sæpenumero prodita, vt ætas ad quintum & trigesimum annum plurimum gignat sanguinis. Accedit ad hoc, vt sanguis per hãc ætatem calidior ac biliosior habeatur: at (vt antea dictũ iam est) id quoq; ad sanguinis eruptionem à natura factam idoneum est. In senioribus vero vltra trigesimumquintum annum expectanda magis suppuratio est.

13 *Aurium autẽ Dolor Acutus cum Febre Continua ac uehementi, Difficilis est: Periculum enim Delirij Mortisq; imminet. Quia igitur Fallax hic locus est, Cito etiam Animaduertere omnia alia indicia à Primo die Necesse est.*

Nunq; vehemens dolor in his euidentibus auriculis fit: neq;, si fiat, periculũ comitabitur, propterea q; neque pars ipsa præcipua est, neque parti cuiquam præcipuę continuatur. Sed consue- H uerunt nominare dolorem aurium, quoties in profundo ex auditorio meatu doloris sensus fiat: tunc enim ipse afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. Itaq; merito multi interimuntur per dolores aurium vehementes, in consensum perducto cerebro. Quocirca non nulli ægri delirant, nec non aliqui derepente moriuntur, quem in modum attoniti, quoties in cerebrum decumbat vniuersim, aurium dolorem committens fluxio.

14 *Iuniores quidẽ homines, Septimo die aut citius ab hoc morbo Interimunt: Seniores uero, Multo tardius: Febris.n. ac Delirium Minus eis superueniunt, et Aures eis ob id antea Suppurãtur. Sed per has Aetates Recidiuæ eueniẽtes morborũ, Plurimos Interimũt: Iuniores uero, Prius quã suppurẽtur aures, Interimũtur. Si.n. ex Auribus Pus effluat Candidum, Expectari potest iuuenem Conualiturum, si quod etiam Aliud bonum in eo indicium superueniat.*

In iuuenibus febris & delirium potius accidunt ob biliosum ac calidum temperamentum: itaque merito interimuntur, antequàm aures suppurentur. Senes autem, quantum in hæc agitur, minus periclitantur: sed recidiuę ipsis eueniunt affectionum, quia non integre concoquitur dolorem committens humor, ob temperamẽti frigiditatem. Cæterum residuum dictionis satis perspicuum est.

Fauces

15 A *Fauces autem Exulceratæ cum Febre, Difficiles sunt. Sed, si Aliud quoq; signum ex prædictis fuerit prauum, Prædicendum, Vt cum Periculo morbus sit.*

Fauces exulceratę indiciũ sunt derodẽtis praui humoris: Cũ vero difficultatis non paruę, quia cũ dolore fit deglutitio. Itaq; cõsiderari conueniet et alia indicia, vt exquisitius futura cognoscant. Cõe vero in cũctis erit tibi præceptũ, potissimũ vero in ijs, qui nec exquisite optimi affectus, neq; deterrimi habeant: in quibus & ipse Hippocrates cõsere assolet alia quoq; indicia esse cõsiderãda.

De Angina

16 *Anginæ autem Grauissimæ sunt, ac Celerrime Interimunt, quæcunq; nec in Ceruice, nec in faucibus Conspicuũ aliquid efficiunt. Plurimum uero Doloris inferunt, ac Spirationis difficultatem, quæ nõ nisi Erecta ceruice trahitur. Hæ enim & Eodem die, & Secundo, & Tertio, & Quarto, Strangulant.*

Quòd φάρυγγα .i. fauces, prę iacẽtem gulæ & gutturi sedẽ appellet, pſpicuũ est ẽt ex ijs, q̃ hoc lóco scripsit, illas anginas dicẽs esse grauissimas, q̃cunq; nec ĩ ceruice nec in faucibus dispõnẽ aliquã indicẽt pter naturã, ex colore, calore, mole. Ceruicẽ.n. intelligit collũ: Fauces vero aperiendo os ac
B linguã cõprimẽdo deorsum, euidentẽ amplitudinẽ, in qua gemina ostiola visunt tũ gulę, tũ ẽt gutturis. Quoties igit in neutro horũ appareat aliqd pter naturã, existimãdũ est itra gutturis corpora esse inflãmationẽ, ex qua strãgulant. At cũ spũs iter angustũ natura, sit strãgulent. necesse est eo integre cluso ob circũuenientiũ corporũ iflãmationẽ. Itaq; cogunt dirigẽdo collũ spirar. quo dispescãt vl paululũ meatũ: supini.n. dcubitus eũ extreme claudũt, prioribus corpib. magis cõcidẽtib. ĩ ceruicis vertebras. Igit ob eã rẽ, & qa iflãmatiõe vexãt musculi ĩ gutture, merito dolore afficiũt.

17 *Quæcunq; Vero Dolorẽ alteri Similẽ inferunt, Attolluntur Vero, ac Ruborem in Faucibus efficiunt, admodum Exitiosæ: Sed paulo Longiores, quàm superiores, sunt, si Rubor fuerit Magnus.*

Secundã nominat anginæ differentiam, in qua simul attollitur quidẽ locus in ceruice, & fauces rubent: dolore vero æque, q̃ prædicti, afficiuntur: non tamen recti spirant. i. non spirant admodum difficulter, quia nec musculi in gutturæ admodum vexãtur inflammatione. Merito igitur eas exitiales haberi dixit, non tamen perinde, vt prædictas, celerrime interimere.

18 *Si quibus Vero Fauces Rubent & Ceruix, hæ Diuturniores sunt: Maxime Vero ex eis Seruantur, si Ceruix ac Pectus traxit Ruborem, nec Sacer ignis Intro recurrat.*

C Tertiã hanc cõmemorat anginam, quã alij per s literam nominant synanchen, non per c literam cynanchen. Vbi enim vehementer strangulant, ac dolore vexantur, nec inflãmatio aut sacer ignis apparet, aut in ceruice, aut in faucibus, cynãchen per c literam, talẽ noiant affectionem. Sed, quod assidue moneo, vl & Hippocrates facere: nec ita vocabulis parce vtitur, sed, vt libuerit, appellat. Sanè & quibusdam in codicibus antiquis legit initiũ dictionis per s literã: Synanchæ autem .i. anginæ. Ita constat, vt nihil iuuet de c & s literis dissentire, quemadmodum medici recentiores agunt: vbi.n. confessa res est, obscœnum est de nominibus litigare: at confessa res est ijs, qui ministeria artis agnoscunt. Si.n. vehementer strangulantur, ita vt cogantur residere, deterrime exigunt, dolore vehementer affecti, nullum vero aut in ceruice habentes aut in faucibus accidens. Ab his vero deinceps existunt ij, qui non spirent quidem difficulter, sed dolore admodum vexentur, ac pariter tumescat ceruix, & fauces rubicundiores appareant. Tertio loco disponuntur ij, de quibus Hippocrates præsenti sermone persequitur, qui nec vehementer affligantur dolore, nec spirent difficulter, gutture quidem nequaq̃ patiente, sed aut in fauces fluxione, aut in ceruicem, aut in hæc vtraq;, decumbente. At vero fluxio hæc magna ex parte biliosior est, ita vt perspicue sacrum ignem aut inflãmationẽ sacro igni similiorem, committat: vnde & ipse dixit, Nec
D sacer ignis intro recurrat. Quòd si pituitosum interdũ œdema fiat, celerrime curatur: nec vllo pacto acutus talis morbus est. Cætera vero dictionis perspicua sunt.

19 *Si Vero nec diebus Decretorijs euanescat Rubor, † neque Tuberculo conuerso in sedem Exteriorem Pus nõ facile excreet, ac Videatur Sine dolore agere, Mortem indicat, aut Recidiuam Ruboris.* † Cod. manuscripti græ. habet, ut Laurentianus vertit. ex impressione. Aldinus ita perfecit: nec tuberculo conuerso in sedem exteriorem, nec pus excreet facile ac sine dolore.

Sine tuberculo, aut sine excreationibus facile euacuatis, euanescere aut sacrum ignẽ, aut suborẽ (vtroq;.n. mõ legitur) prauũ fore perspicuum est. Sed illud, nec diebus decretorijs, perpensione
* dignum est, vtrũ ita inaudiendum sit, vt, si diebus euanescat decretorijs, nullũ malũ signũ futurũ ei sit, an secus, ita enim non nulli exposuerunt: an copulare oporteat id cũ ijs, quæ deinceps sunt prodita, vt ẽt velit Hippocrates illa diebus decretorijs euenire gratia fidei firmioris, quod sane verius est. Si.n. materia diebus transmeat decretorijs in pulmonem, recurrente introrsus sacro igne nequaq; per halitũ digesto in exteriore superficie, non solum nõ bonũ id est, sed ẽt malum maximũ: propterea, q; ex diei fide firmitudinẽ assumat prauitatis. At, si pariter tuberculo foras tendẽte, ac facili excreatione, deleatur sacer ignis, aut rubor tunc non interiturum ægrum expectare oportet.

20 *Securissimũ Vero est, si Oedema aut Rubor quam maxime Foras Vertatur.* * *{ Si Vero in Pulmonẽ cõuersio fiat, Dementiã parit: fiuntq; ex ijs quidam magna ex parte Purulenti: in quibusdã Vero hæc, & alia Vtriq; absceßus. }*

Hęc & item alia,quę deinceps perſcripta ſunt,clara ſunt,quibus prædicta in animo hærent. E

De Gvrgvlione

21 *Gurguliões āt cū Periculo Secant̄,& Scarificātur,{et Adurūtur,}quoad rubidi magniq; fuerīt: Inflāmatio.n. ſuperuenit,et Sāguinis fluor: ſed hos oportet Alijs moliminibus extenuari eniti per illud tps. Vbi vero Secrētū fuerit oē id,quod vuā appellāt,ſitq; Pars gurguliōis Sūma maior ac liuida, Superior uero tenuior,per illud tps Admoliri Manus Tutū eſt. Sed præſtat,ſimul atq; Aluū ſubduxeris, uti Chirurgia, ſi liceat per tēpus, nec æger ſtrāguletur.*

*Al.penſile. *Al.orbiculata

Prognoſtico theorematí permiſtū eſt exiguū quoddam curationis pceptū,quo ſine nequaq̃ fieri poterat,vt integre pręſagiū cognoſceretur. Gurgulionem ſi inflāmatione laborantem pcidas aut ſcarifices,ſanguinis fluor & inflāmatio comitabit̄. Sed, quoties ſecrētum fuerit, quod vuā appellant, ſitq; pars ſumma gurgulionis maior & orbiculata,ſuperior vero tenuior, tantiſper admoliri manus tutū eſt,potiſſimum aluo antea abunde ſubducta,ſiue ſpōte, ſiue ēt prouidētia medici.

*Al.penſile.

Signa et Accidentia Affecto Loco Neqvaqvam Definito

22 *Si quibus Febris Deſinit non cum indicijs Solutorijs,neq; in diebus Decretorijs,Recidiuam Expectare oportet.*

Quoties neutrum exiſtat ex ijs, quæ dixit, tunc expectare oportet recidiuam, no̊n vbi alterum adſit,alterum deſit. Quæ enim non ex ratione leuant,recidiuā facere conſueuerunt, quanq̃ id diebus accidat decretorijs: at vero conſtat,vt hæc non ex ratione leuent, quæcunq; neq; cum indicijs ſolutorijs,neq; in diebus decretorijs ,viſa ſunt deſijſſe. F

Sūt qui legendū uelint affirmatiue. et ubi & cæt.

23 *Si qua uero Febris prorogatur, Salue affecto hoīe, Nec dolore detinēte aut ob inflāmationē,aut ob aliquā aliā occaſionē euidentē, Expectari oportet Abſceſſum cū Oedemate ac Dolore in aliquem Articulum,maximeq; Inferiorē.*

Quæ antea dixit particulatim, prímū de abſceſſibus circa hypochōdria, deinde circa thoracem ac pulmonē, ea nunc repetēs pronunciauit in vniuerſum. Cū.n.triplex ſit cauſa prorogationis febrium,aut pp aliquam partem affectam curatu difficilem,aut pp humores crudos & craſſos in[illegible]osq; aut pp aliquod cōmiſſum: ſi nec affecta fuerit pars,aut nulla alia cauſa aut ægri commit[illegible]ıs,aut curantiū eum,aut propter exteriorem cauſam,verbi gr̄a tempus terram , conditionem, domicilium prauum,conflictationem,ſolicitudinē,angorem: reſtat,vt humoribus crudis ac concoctu difficilioribus prorogetur. Hos igitur aſſolet natura in partem quādam ignobiliorem expellere,quoties per excretionem pellere extra corpus non queat. Sæpe enim dictum iā eſt,vt humores corporis calidiores tenuioresq; paratiſſimi ſint ad excretionem: crudis vero & craſſis, aut per abſceſſum,aut per ſympepſin.i.concoctionem,natura medeatur.Porro̊ id ipſum,vt per cōcoctionem medeatur,excretio quędam eſt,quæ ex vrina magna ex parte,raro per aluum efficiatur. G

24 *Talis autem Abſceſſus magis ac minori tempore euenit Iunioribus,quàm Trigeſimum annum agentibus.*

Sæpenumero dictum eſt,vt morbi, quos humores cōmittunt calidiores,cum ægri viribus valentioribus per excretionē iudicent̄. His contrariæ ſunt affectiones, in quibus facultas debilis eſt, & humores frigidi,q̃ nec excretione nec abſceſſu iudicant̄, ſed aut corrūpunt ægrū, aut perquā lōgo tēporis ſpatio vix concoquunt̄. Porro̊ inter has mediæ intercidūt,quæ per abſceſſum iudicantur: in quibus ex duabus dictis oppoſitionibus,alterum ex altera, alterū ex reliqua,eſt.·Duę.n.oppoſitiones exiſtunt,e̊ quibus altera ſecundum naturā humorū,altera ẜm vires,h̄t: atq; in alterutra earum duo inter ſe opponuntur, ex humoribus quidem calidi frigidis: ex viribus vero fortes debilioribus. Si igitur humores calidi ſint,non oportet facultatem validā haberi,ſi abſceſſus quiſpiā futurus eſt: ſi vero frigidi, facultate opus eſt valida ad abſceſſum. Cæterum dignotio virium hęc eſt,maxime quidē propria in earū ſingulis antea inuenta eſt ab actionibus. Ab ætate vero ducunt̄ indicia,pro iuuentute ac ſenectute, de qua nunc Hippocrates agit: dicitq; magis accidere ac citius talem abſceſſum ijs, qui iuniores ſunt trigeſimum agentibus annum: ijs vero,qui ſeniores quidē ſunt his,non dum t̄n ſunt ſenes, minus veniunt, ac tp̄e longiore: ſenibus vero minime accidūt: in animū reiecto omni eo ſermone,quē Hippocrates inter initia habuit: Si qua febris ,progetur,ſalue affecto hoīe,nec dolore detinēte aut pp inflāmationem,aut propter aliquā aliam occaſionē euidentem. Hæc itaq; nobis reuocans in mentem dixit tales potius fore in iunioribus abſceſſus. H

25 *Conſiderandum vero ſtatim de Abſceſſu eſt, ſi Vigeſimum diem detinens Febris Tranſcendat.*

Cum antea & iam de morbis diutinis diſſereret,mentionem habuit vigeſimi diei, tanquam ad hunc vſq; diem extenti morbi non dum diutini exiſtāt. Porro̊ antea quoq; eſt proditum, quamobrem non poſſit vnus poni limes firmus acutorum morborum. Quocirca nequaq; mirum videri debet quatuordecim diebus eum dicere iudicari morbos acutos, & rurſus vigeſimum cōmemorare. Etenim in Sententijs quoq;, vbi quartumdecimum diem finem fecit ſummum iudicationis acutorum morborum,commemorauit etiam ſeptimumdecimum.Eſt autem initium illius †ſententiæ: ‖ Acuti morbi quatuordecim diebus iudicantur. finis vero eſt: Rurſus vero decimuſſeptimus contemplabilis eſt: is.n.quartus å quartodecimo,& ſeptimus ab vndecimo eſt.

†Galen⁹ t̄n facit illic duos aphoriſmos, nō vnum.
‖ 2ª. Aph. 23. Ext.crd.15.d

Natu

26 A *Senioribus vero per Febrem longiorem Minus fiunt.*

Merito: quia in morbis iudicandis per absceſſum, facultatem habere firmitatem quandam, nec prorſus ad extremam concidiſſe infirmitatem oportet: & ob eam rem, inquantum pceſſerint per ætatē, absceſſus minus fieri accidit: ſenibus vero non minus, ſed minime accidunt. Nunc vero nō γέροντας. i. ſenes, dixit ſimplici rōne, ſed cum ijs, qui trigeſimum agant annum conferēs, γεραιτέρους. i. ſeniores noīauit eos, qui prouectiores, q̃ hi, per ętatem exiſtāt. Ceterum, vt ita vtatur ſenioris appellatione, & antea definitum eſt, & item deinceps nihilo minus indicabitur.

27 *Oportet autem Talem expectari Abſceſſum per Febrem continuam: in Quartanam vero diſceſſuram eſſe, quoties Intermittat, prehendatq; Errabilem modum, atq; ita agendo Autumno propinquet.*

Dictū eſt & in libris de dīa febrium, vt quartana atribilario humore conſiſtat: & itē eſt proditum de generatione huius humoris, quæ duplex eſt, tū ex ſanguine craſſiore, qui reſpondeat proportione in venis, ſubſidenti in dolio vini fæculę: tum ēt flaua bile vehemēter aſſata. Hæc igit atra bilis alioqui malefica eſt, ac derodit partes, in quibus abūde collecta eſt: altera vero atra mitior, q̃
B hęc, eſt, ſed potiſſimū quoties non dū traxerit in aīali morā, aut cū aliquo calore abundanti & ꝑter naturā cōmercium habuerit. His igitur ita habentibus, quoties febris cōtinua fuerit, quod eſt nō deſinēs ad integritatē, ad eiuſmodi absceſſus vertit, diutius īmanēs: at, ſi intermittit, atq; id ipſum potiſſimū euenit per ęſtatis finē, verti morbū ad circuitionē quartanā ratio eſt. Quātum.n. humorū ferbuit ęſtiuo tpe per febres continuas, ac deſiuit in atrā bilē, quodāmodo reſtinctū eſt: proindeq; calore febrifico ęger vindicat, maximeq; quoties ſudores ſuperueniūt. Sed, ſi non antea natura quodāmodo excernat veluti cinerē vehemēter aſſatorū humorū, hic rurſus permanēs in corpore & caleſcēs, putrē quandā recipit affectionē: idq; quoties ei accidit, feruēdo, excitat febrē: a qua rurſus eueniēte ſudore, pariter cū eo, quod ferbuit atræ bilis, euanuit: tum rurſus aliæ reliquiæ feruentes, rurſus alterā excitant febrē. Ceu igit non dū vnam habeat oē corpus affectionē, ſed atra bilis in quibuſdā partibus inſuper moueatur, in quibuſda immota maneat, in alijs putreat, aut feruere incipiat, inordinatas fieri febres neceſſe eſt. At vero, quoties in cūctis venis eadem fiat affectio, exuperāte atra bile quartana conſiſtit febris, maximeq; quoties æſtatis conuerſio in autūnum extrorſum delationis ac pſpiratiōis prohibeat humores, introrſumq; auocet in profundum: quam hyems affectionem excipiēs, vtpote intendens prę frigore delationem introrſum humorum, rur
C ſus ad alteram vſq; mutationem in habitum calidiorem, in quo morbus cœpit, adſeruat corpus.

28 *Quemadmodum vero in Iunioribus, quàm Trigeſimum agentes annum, Abſceſſus fiunt: Ita Quartanæ potius annum agentibus Quadrageſimum, aut etiam Senioribus, accidunt.* Al. trigeſimū.

De mutatione per ætatē, alio loco fuſius dictum eſt: nūc vero ſummatim decurrere tractatum ſufficiet. Pueruli plurimū ſanguinis habēt humorē: eumq; tm̄modo haberent, quantū in ipſum agit ętatis tēperamentū: at, qa cibi copiā ingerūt, atq; eā inordinatā, ſuccorū aliquid, q crudi noīe dicunt, ſubnutriūt. Porro, quoties ad ætatē deueniūt adoleſcentiū, quidā iam recte viuūt, meliorē vitæ nacti tenorē: & ita ſanguis in illis exuperat dūtaxat: Quidā vero adoleſcētes multo deterius viuunt, q̃ parui pueruli: itaq; tales ęgrotant ſubinde pariter ac vehemēter, copiā crudorū ſuccorū colligētes. Iis, aūt, qui deinceps ab hac ſunt ętate, potiſſimū ſi praue viuant, amarulentus ſubit humor: ita vt in his exuperet non ſanguis ſolum, ſed ēt ille, qui ſanē pallidaq; ac flaua bilis appellat: idq; accidit non nullis vſq; ad trigeſimū annū, alijs ad trigeſimūquintum. Primus.n. terminus cōuerſiōis ad habitū frigidiorē, trigeſimus eſt: nouiſſimus vero trigeſimusquintus. Multis vero ꝑter naturā, quā traxerūt ab initio, & quæcunq; ſecundū caſus aut conſuetudinis & arbitrij dñas
D permutantur: in medio, vigoris ætas circūſcripta eſt. Ob id igit & Hippocrates qñq; trigeſimū cōmemorat, queadmodum nunc: ſæpe ēt trigeſimumquintum. Quia.n. aliæ alijs accidant mutationes, fieri non poteſt, vt vna menſura firma a cūctis cōis finiatur: ſed id aſſidue in animo ſeruabis, antea quoq; libro de diebus decretorijs tertio perſcriptum. Nā, ſi id in animo ſeruabis, prædictiſq; adijcies, non difficile inuenias cauſam eorum, quæ Hippocrates per hāc dictionem ſcripſit. Vt.n. per tēpora calefactos æſtate admodum humores, &, vt ita dicatur, ferueſactos neceſſe eſt gignere atribilarium humorem: quem excipiēs collectum in corpore autumnus, vtpote frigidus, nequaq; patitur ſimiliter extrorſum diſſlari, neque facile vacuari: Ita per ętates ætas inclinans efficit. Nam, quātum in ætatis vigore ferbuit humorū, atque in atrā mutatū eſt bilem, id hęc difficulter diſcutiens, febres potius quartanas committit: opusq; eſt tēpore longiore per hanc ætatem, vt corpus tali repurgetur bile: ita fit, vt aduſq; ſenectutē in medio atribilarij omnes morbi in his magis exuperent, in illis minus, elephantes, cancri, lepræ, melancholiæ, febres quartanæ. Supra. 108 g t 11.

29 *Sciendum autem, vt Abſceſſus Hyeme potius fiant, ac Tardius deſinant, & Minus retrocedant.*

Tria de abſceſſibus Hippocrates in præſenti oratione pronnnciauit: principio vt hyeme potius accidant, deinde vt tardius deſinant, demū vt minus retrocedāt. Cæterū abſceſſus per hyemē

potius euenire exuperans in ea humor ostendit: etenim antea dictum iam est per excretionem ca E lidos, per abscessum frigidos, vacuari humores. Porrò, vt & tardius desināt, causanda est humoris natura, atq; etiam circūeuntis aeris frigus: discutiatur.n.omnino, oportet, decumbens humor, vt abscessus curetur: at humores crassi frigidiq; ægrius discutiuntur, potissimum quoties obductus aer frigidus fuerit. Ob eiusmodi vero causas & minus retrocedunt, quandoquidem retrocedentibus, motionem quandam adesse necesse est: at frigidi moueri difficilius possunt.

De Vomitione Spontina

30 *Si quis per Febrē non exitiosam dixerit Caput dolere, aut ēt Tenebricosum aliquid ob Oculos obuersari, aut si Oris Vētriculi morsus in eo extiterit, Biliosa Vomitio aderit: Sin Rigor quoq; prehēderit, & Inferiores hypochōdrij partes frigidæ fuerint, adhuc Citius Vomitio aderit: Si quid vero Bibat Esitetq; sub hoc tēpus, perquā Cito Deuomet.*

De vomitione spōtina eueniēte rōne iudicationis hoc loco Hippocrates docet. Prima aūt finitio ei est, vt morbus haudquaq; exitiosus habeat: appellauit aūt iā hunc morbū sæpenumero περιεςηκότα .i. salubrē. Scda vero, vt ægro dolēti caput, obuersēt quiddā ob oculos ὀρφνώδης.i.tenebricosum, quod vtiq; significat atrū ex flauæ bilis syncerae exhalatione confectū. Hæc.n.plenius calefacta, &, vt ita dicā, superassata atram exhalationem, ceu fuliginem quādam, ad caput remittit, F ob quā capitis dolores infestāt. Quantū vero eius ad oculos permeat, turbulētiorē reddit in eis humorem, splendidū ex natura ac purū, ita vt fiat conditio quædam similis ei, quæ circa purissimum ac lucidissimū aerē euenit, recipientē statim in se aut fumidū quendam aut fuliginosum nigrorē. Hanc igitur exhalationē sentiēs à cerebro permeans ad oculos visorius spiritus, quēadmodū per suffusiones, visa (vt ait) tenebricosa cōmittit. At vero, cum talis exhalatio de sedibus qn̄q; etiam subeat pulmonis, eā interstinguimus ab illa, quæ de ore ventriculi redundat, cordis dolore.i.cardialgia. Tales.n.humores latēt pulmonē, vt qui vel oīno non sentiat, aut difficulter sentiat: vētriculi vero ostiolū (appellatur id, vt constat, ēt cor) pp magnitudinē neruorū, quos hēt, sentiētium, nihil latet, quod in eo infestet: ita fit, vt mordēs biliosus humor, cardiogmon.i.cordis seu oris ventriculi morsum, cōmittat: & ob eā rē biliosa vomitio eis accidit. Tale.n.ēt Thucidides indicauit, dū ait, Et, cū in cor inhæsit, subuertit id, ac purgatiōes bilis, quę à medicis sunt appellatæ, subierūt. »
Verbū enim, subuertit, de impetu dixit in vomitionē, statim ēt nominās cor, vētriculi ostiolū: & »
ob eam rē morsum eius cardiogmus & cardialgias appellitāt. Alibi Hippocrates scripsit, vt || infernū labrum id ipsum indicet, haudquaq̄ quiescēs, sed quodāmodo intremiscens, ppterea q, si bilis mordeat internā oris ventriculi tunicā, ita cōmouetur labrū: didicimus.n.ex dissectione vnam G esse oēm hāc tunicā perpetuā per oīa sibi, & oīs ventriculi, & gulæ, & linguæ, & palati, & oīs oris. Hæc igitur est, q̄ & labra concutit, quoties ab acriore bile collecta in ore ventriculi mordetur: talis.n.humor præ leuitate fluitare natura assolet: & ob eam rē ad stomachū redūdat, relinquēs ventriculi fundū, ac facile vomitur. Quòd si rigor quoq; prehēdat tunc hoīem, magis ēt vomitio nō solū citius, sed etiam bilis erit copiosioris: cū soleat rigor magna ex parte bilis efficere vomitionē, quemadmodū, cū de ea ageretur, est demonstratum. Quin etiam, si quid bibat aut esitet per illud tempus homo, adhuc citius deuomet, quia pariter cū bile, ingesta cibaria in vētriculo corrūpunt.

de Vict. rat. in mor.acu. cō.2. t.44.7ª. 122.f. sed ibi nihil de vomitu.

31 *Si quibus āt horū cœpit Dolor Primo die fieri, Quarto premūtur magis†, ad Septimū vindicanī. Pleriq; eorū incipiūt Dolore vexari Tertio die, Quinto fluctuāt magis, deinde Vindicātur Nono aut Vndecimo. Quòd si quinto die incipiāt Dolore uexari, et Alia quoq; secundū rōnē ipsis ex prioribus accidāt, ad Quartūdecimū morbus Iudicabit.*

†Multi cod.habent ēt, & quinto.aliqui, q̄ quīto.

Tres dixit differentias ex tempore ductas doloris capitis: & item tres terminos iudicationis earum. Itaq; prima differentia est, si prima die ęgrotationis, capitis incipiat dolor: altera, si tertio die: tertia, si quinto. Sed omnibus his cōe est ad septimum quodammodo diem, à quo incepit, desinere. Si igitur incipiat primo die, septimū habet decretorium. Si tertio, quātum in ipsum agitur se- H ptenarij numerū, decimum: sed, quia hic nequaq̄ decretorius est, ad nonum aut vndecimum deuenit iudicatio, q̄ citior aut tardior, q̄ septenarius terminus, vno die est. Atq; in animum rursus reuocabis, vt & nonum diem hoc loco cōmemorauerit tanq̄ decretorium, quemadmodum & (vt antea docui) tertium, nō per quaternariam aut septenariam circuitionē habētes iudicationem, sed ea ratione, q intercidant: quemadmodū libris de diebus decretorijs ostensum est. Quin ēt tertia differentia doloris capitis, quæ quinto incipit die, ad quartumdecimum prorogatur, propterea q non admodum calidus sit, neq; festinet, Indicio est, q incipiat quinto die, & quia adiecto septenario primis quinque diebus oēs fiant duodecim: duodecimus vero non sit decretorius: neq; etiam fieri possit, vt vnum anticipet diem: ostensum.n.iam est eum esse limitem morborum, qui acutissime mouentur, proprium: Itaq; merito in quartumdecimum excidit.

32 *Hæc accidunt Viris & Mulieribus potissimum in Tertianis. Iunioribus accidunt etiam in Illis, magis vero & in febribus Continuis, & in Veris tertianis.*

In hominibus iam perfectis, de quibus assolet ferre virorum ac mulierū appellationē, in oībus febribus tertianis talia accidunt, propterea q ætas biliosissima existat: In iunioribus vero, q̄ ij, non

in

A in omnibus,sed solũmodo in veris tertianis, q̃ sanè biliosissimæ sunt. Porrò accidunt & per morbos acutissimos, nam hi quoq; biliosissimi sunt: constatq́; vt & perfectis multo magis eueniant: id.n.prædictis consequens Hippocrates nequaquam adscripsit, tanq̃ vel à nobis intelligi possit.

33 • *Quibus vero per Talem febrem dolet Caput, & pro Tenebris ob oculos offusis Hebetudines subeũt Oculorum, ac Splendor obuertitur: & pro Oris Ventriculi morsu circa Hypochondrium aut læua parte, aut dextra, aliquid Contenditur, Neq; cũ dolore, neq; cũ inflammatione: Sanguinem de naribus in his fluere, pro Vomitione Expectandũ est. Magis vero & hic in Iuuenibus Sanguinis fluorem Expectari oportet: Agentibus uero Trigesimum annũ, aut etiam Senioribus, minus: sed Vomitionem in Talibus Expectari oportet.*

Talem dixit febrem, qualem inter initia sermonis per hanc indicauit dictionẽ: Si quis in febre non exitiosa dixerit caput dolere. Id igitur cõe in vtraq; seruans febre, cõe quoq; fore dicit, vt iudicentur per excretionem: proprium vero vtriq; adiecit in excretionis specie, in priore quidem, biliosam vomitionem: in sequenti vero, sanguinis fluorem. At vero signa id indicantia, in priore quidem visa tenebricosa ac oris ventriculi morsum: in sequenti vero, hebetudines oculorum & splendorem: & item intentum hypochondrium citra dolorem & inflãmationẽ, indicia maxima B sursum versus tendẽtium humorũ. Porrò supra quoq; dixerat sanguinis fluorem comitari decretorie inflãmationes, q̃ in hypochondrio sint: magisq́; in iunioribus, in quibus sanguis exuperat: & rursus id ipsum nunc adscripsit: & item vt biliosæ accidant vomitiones in ætate vigẽtibus. Cæterum libro primo de morbis vulgarijs ẽt lachrymari præter voluntatẽ dixit eos, quibus sanguis è naribus erupturus est. Hæc igitur cuncta componens, atq; adijciens eis, quæcũq; alibi docui, nunq̃ non præsenties futurum sanguinis fluorem, potissimum si clare ex pulsu cognoueris indicium excretionis, quod vsquequaq; præcedit decretorium sanguinis fluorem. 1.Epi. cõ.2. t. 80.3.116.a

De Convvlsione

34 *Pueris aũt Conuulsiones accidunt, si Febris Acuta fuerit, nec Aluus deijciat, ac Vigilent, Paueãt, Lugeãt, Colorẽ mutent, & viridem aut liuidum aut rubidum trahant. Hæc igitur Nuperrime editis Pueris, promptissime accidũt ad Septimum vsq; Annum: Adultiores vero Pueri Viriq; Non item in febribus prehenduntur Conuulsionibus, nisi aliquod Indicium extitit validissimum ac deterrimum, Qualia per phrenitidem accidunt.*

De cõuulsionibus hoc loco disputat, q̃ non in parte vna corporis, sed in oĩ eo infestẽt: q̃ in pueris promptissime eueniũt, sed magis lactẽtibus: nõ minime vero & pp vsum lactis, magisq́; quo- C ties fuerit {admodũ} crassum: & qa plurimo alimẽto & inopportuno vtunt, nihil aliud agnoscẽtes viuendo præter elitandi cõmoditatem: oẽ.n. neruosum genus in illis debile est. Cũ.n. tres vires genere existãt, ex quibus gubernatur corpus: Duabus quidẽ pueri, q̃ cæteri, fortiores existũt: Vna vero debiliores, quæ in neruis innexa est: & ob eam rẽ prõptissime conuelluntur: & rursus ad habitũ naturæ facillime remeant: Perfectis vero nec facile fiũt, neq; desistunt cõuulsionis affectus pp valentiam in neruis facultatis. Itaq; conuulsio accidit ẽt sine febre in fortibus admodũ frigoribus, & copia humorũ crudorũ crassorumq;, & itẽ inflãmatione in neruis ac tẽdonibus, quoties originem ad consensum agant. Sed hoc loco de conuulsionibus docet, q̃ per febrem fiant, quemadmodũ inter initia subiecit persequi præsensiones in morbis acutis, & in alijs, q cũq; ex illis decidentibus fiunt. Itaq; cõuulsiones per tales morbos in Auctioribus illa significabunt indicia, q̃ maxime per phrenitides difficiliores existunt, sed potissimũ si partes in vultu peruertunt, aut dẽtes stridẽt, aut oculi crebro mouent, aut peruertuntur: In Pueris vero vel sufficiet, si vigilent tũmodo: interdũ si metuant admodum, quod sane ἐκπλαγῆναι .i. pauere, noĩauit: si lugeãt cũ intẽsione vehementiore, & aluus haudquaq; deijciat. Hæc igit ceu causæ sunt: Indicia vero conuulsionis ad tales cãs, colores pter naturam habentur, indicantes humorũ prauitatem, ex quibus cõuelli assolẽt: D Viridis.n. aut liuidus, prauũ qualitate significat humorẽ: Rubidus vero, sanguinis copiã idicat.

35 *Cõualituros aũt Morituros q́; Pueros, et Alios, Scrutari cõuenit Oĩbus signis, Prout in singulis singula relata sunt.*

Id etiam antea dixit: & nũc quoq; commemorat: & rursus post paulum dicet, propterea q vtilissimum sit: Attamẽ non id intelligunt pleriq; medicorum: sed interdũ aliquod ex prauis videntes indicijs, ex quibus contingit viuere hominem, criminantur, ceu mendacem: quemadmodum rursus bonis apparentibus interempto ægro, falsum esse Hippocratem dicunt, non dũ cernentes, vt interdum à multis bonis indicijs vnũ malum vehemẽs peruincatur: & rursus è cõtrario à multis malis vnum bonum, quod vehemens sit.

36 *Hæc autem intelligo de Morbis Acutis, & Alijs, Quicunq; ex his fiunt.*

Hoc quoq; scripsit Hippocrates, qũo ante dictũ ẽt præceptũ, vaticinatus negligentiã pariter & audaciã eorũ, qui sint eius volumina lecturi, & item quæsituri, quo pacto cõmemoret quadragesimum diem atq; sexagesimũ, suppurationesq́;, & aquas inter cutẽ, nec nõ febres quartanas. Cũ.n. vel eo clare scribente, vt non solum agat de acutis, sed etiam de ijs, qui ex horum decidentia in longam temporis seriem extenduntur, attamen talia quærant, quid nam agerent, nisi id effecisset?

37 *Oportet autem eum, qui ſit recte Præſenſurus Superſtites futuros & Morituros, & in quibus Morbus Pluribus* E
diebus Duraturus ē, et in quibus Paucioribus, Indicia ediſcendo Omnia Interſlinguere, Aeſtimãdo vires corũ Inter ſe, quemadmodum ſcriptum eſt, tum de Alijs, tum de Vrinis, & Screationibuus, vbi pariter pus bilemq; excreet.

Omnia aſſidue oportere ſpectari indicia, nec vni credere, ẽt antea dixit. Sed nunc adiecit, quod
ſermonis eſt vtiliſſimum: id vero eſſe dico, vires æſtimare indiciorum, neq; ſimpliciter has, ſed cõ
ferendo eas inter ſe. Sunt.n.quædã indicia & ipſa per ſe praua, magiſq; & minus: quorum vires
menſurari oportet vocabulis (vt antea quoq; explanauit) aut exitioſum dicẽdo, aut exitioſius, aut
admodum exitioſum: & item adijciendo verbum, iam. Nec ſecus in bonis indicijs rurſus, aut ſa-
lutare, aut ſalubre ſimpliciter, aut magnam obtinẽs vim, aut etiam cum verbo, admodum. Plus eſt
enim, ſi dicatur, admodum magnam vim obtinere ad ſalutem, q̃ ſi nudum ac ſolum, magnam vim
obtinere. Sed nunc conferri oportere dicit vires indiciorum inter ſe, non modo ſimilium, verbi
gratia bonorũ cum bonis, ac malorũ cum malis, ſed ẽt bonorum cũ malis: nãq; per hanc compara
tionem ea quoq;, quæ fiunt præter rõnem, innuit. In primis.n.agnoſces, quid nam preter rõnem
eueniat: tum aũt haudquaq̃ terreberis: & demum cõſiderabis, quãobrem factũ ſit: aut quid nam
indicare natum ſit. Sed hæc oĩa in noſtris commentarijs dicta ſunt, maximeq; in libris de iudica- F
tionibus: nec vero ab re erit nunc quoq; gratia exempli reuocare in animum quędam, à cõi initio
incipientes omnis præſentiendi facultatis. Conſideres.n.conueniet in primis, vtrum præcipuè
pars vna in corpore affecta ſit, an morbus ſit humorũ in conceptaculis conditorũ: deinde per quã
potiſſimum facultatem periculũ ægro immineat, etenim ſupradictum eſt tres eſſe facultates: tum
deinceps facultatis illius mala ac bona indicia. Fingamus.n.facultatem de cerebro manantem im
perpeſſam haberi, atq; etiã corporis partes imperpeſſas, totius vero hypotheſin morbi, hoc eſt fe-
brilis, ex putreſcentibus ſolis habentes humoribus: deinde his ita habentibus, ab initio cuncta ap
parere in vrina bona indicia: hunc hominem mori impoſſibile eſt. Quocirca, quanq̃ aliquod ap-
pareat indicium terrificum, non ſolũ non terreberis (quemadmodum pleriq; medicorum) ſed etiã
id iudicationem præmonſtrare exiſtimabis: etenim dolent caput, ac delirant, & intuentur tenebri
coſa quædam ac flaua, & hebetudines ſubeunt oculorũ, atq; etiam oris ventriculi dolore affligun
tur: & itẽ ſpirãt difficulter, & hypochondria contendunt rõne iudicationis: & rurſus deiectiones
malignæ, & ſcreationes, atq; ẽt vomitiones quędam, & item partes nigreſcentes putreſcẽteſq; &
intermorientes hominem exhibent per oĩa meliorem. Sæpe.n.ex talibus excretionibus ægri faci
lius ſpirant, melius appetunt, melius dormiunt, dolore leuantur, ac reſurgendo leuiores, & in to- G
tum faciliores euadunt, perſpicue indicantibus ijs, quæ euacuantur, expurgari corpus, natura præ
ter ſpem ſuperiorem conflictum repellente. Sed hæc omnia poteſtate ſunt prodita, atq; definita
hoc volumine. Præcepta de pulſibus tm̃modo addenda ſunt, quæ nos omnia in commẽtarijs de
pulſibus clare perſcripſimus, prorſus ſilentio diſſimulantes ſphingis ænigmata, qualia innumera
ſcripſit Archigenes. Itaq; hæc omnia prompta animo obſeruando inſpice, cõferendo ea inter ſe:
ex his.n.poteris prædicere ea, quę ab infirmis omittuntur, interdum ẽt neceſſarijs ipſis haudquaq̃
exquiſite perſpecta: Qemadmodum ſæpenumero me vidiſtis in ijs, qui ſtrideant dentibus, ex na
tura in illis haberi accidens pronunciare, ita vt exiſtimarent familiares audientes non ex medendi
facultate, ſed ex arte vaticinandi talem extitiſſe prædictionem: Interdum ẽt in dormiẽtibus incon
niuentibus oculis, vt id quoq; in eis ex natura exiſtat: Et quodam in ventrem cubãte id ipſi quo-
que natura neceſſarium. Porrò mulieris cuiuſdam aliqñ viſus eſt adeuntibus nobis dexter oculus
alterum inſigniter ſuperare, de qua dixi talem ante morbum extitiſſe exceſſum: Et itẽ in alio caua
admodum tpa, quo perſpecto tunc dixi per naturam haberi affectionem: Itidem aliorum cruen-
tos oculos eſſe per naturam: Cõuulſam vero in alio ſupercilij partem, aut oculorũ, aut labrorum:
Et item non nulla ante morbum ex quadam cauſa fuiſſe exteriore. Quin etiã intermittentem pul H
ſum, atq; etiam pulſus varietatem, & alia generis eiuſdem ex natura in quibuſdam haberi dixi, vel
ipſis ægris haudquaq; perſpecta: qñq; etiam, ſimulatq; cõualuerunt, reſtare viſa ſunt. Voces item
aſperas, raucas, clangoſas, in hoc ex natura, in illo †ab ægrotatione, } cõmmitti dixi. De quibus cũ
libro de præſagiendo latius docuerim, nihil inſuper neceſſe habeo hoc loco recẽſere: ſed ſufficiet,
ſi ſummam horum inueniendorum dixero, & ita orationem ſiſtam. Quoties.n.ex omnibus alijs
ſine periculo videat morbus, tale accidens terrificum, ex natura adeſſe ſciendũ eſt: aut prorſus an-
te ægrotationem fuiſſe pp aliquam cauſam euidentem. Quocirca mihi & Hippocrati credentes,
conſiderabitis (queadmodum dictum eſt) vires indiciorum ęſtimantes, quemadmodũ ipſe, inquã,
prædixit: exempli.n.habuit mentionẽ, quoties pariter pus bilemq; excreet: idq; ab eo dictum eſt
per dictionem illam, quæ ita incipit: ‖ Quæcunq; ſuppurãtur, dum ſcreatio bilioſa eſt, exitioſa ad-
modum ſunt, ſiue viciſſim bilis ac pus, ſiue pariter excernãtur. Per hanc.n.dictionem cenſuit cõ-
ſideranda eſſe exquiſita ratione oĩa, quæ in ægris exiſtunt: atq; nõ nulla quidem expoſuit eorum,
à bonis ita exorſus: ‖ Bona hæc ſunt, facile ferre morbum, facile ſpirare, dolorem ſedari, ſputum fa-
cile excreari. Tum deinceps, vbi ea omnia recenſuit, à malis rurſus exorſus: ‖ Mala vero, inquit,
his aduerſa habẽtur, difficulter ferre morbum, ſpirationem magnam & crebrã eſſe, dolorem non
ſedari

† Antiqui codices legunt, πρὸ τῆς νόσου, .i. añ ęgrotationẽ. & ita vetus trãslatio.

Supra. 203.d. cõ. 2.t. 53.

Ibidem. t. 56.

Ibidem.

A sedari, sputum vix excreari, sitire admodum, corpus ab igne inæqualiter detineri. Sed hoc tibi &
prauorum signorum initium, doctrinæ est ab eo antea proditæ ex prædicta hypothesi, quã de ex-
creationibus conscripsit. Vt igitur, inquit, in his dixi, ita in cũctis agas, nihil omittẽdo, sed seorsum
æstimando singulorum vires indiciorum, deinde ea inter se conferendo.

38 *Oportet quoq; Impetũ Populariter Grassantium Morborum cito considerare, nec nõ tenere Tẽporis Cõditionem.*

Ad prænoscenda futura in ægris accidentia, maxime conducit grassantium quoq; morborum
cognitio, qui iam præsentes, & item futuri sint. Disseruit autem ipse breui summa in sentẽtijs, qui
« singulis increbrescãt tẽporibus, quiq; & præsentem & anteactã sequantur conditionẽ. ‖ Vere.n. 3ª.Aph.20.Ex. ord.24.a
« (ait) atræ biles, furores, & alij deinde, quos enumerauit, qui veris & aliorum temporum proprij
sunt, quoties.s. proprias seruent naturas. Si minus seruent, grassaturos alios ait morbos anteactæ
conditioni congruentes: atq; docuit, qui'nam ex ijs postea futuri sint, qui vero statim in prima cõ-
« ditione. De ijs igit, qui postea futuri sint, ita docuit: ‖ Si hyems squalida & aquilonia fuerit, ver ve 3ª.Aph.11.Ex. ord.20.h
« ro pluuium australeq;. & alia, quæcunq; deinceps dicit. De ijs vero, quæ in ipsis præsentibus acci-
« dant conditionibus, dum ait, ‖ Conditionum anni squalores salubriores (quod in totum dixerim) 3ª.Aph.15.Ex. ord.15.f
B q̃ imbres. & alia, quæcunq; deinceps existunt. Itaq; in sententijs summatim de morbis vulgarijs,
docuit: In libris vero de morbis vulgarijs ad particularia deuenit. Quanta vero & horum vtilitas
habeat, q̃q̃ videant comprehendi sermonibus vniuersalibus, explicabitur in cõmentarijs de mor
bis vulgarijs, ab his ordine perscribendis. Nunc vero summã totius dicã præsensionis, de qua ser-
monẽ in præsenti dictione Hippocrates fecit. Indicijs.n. proditis hoc volumine prognostico, mor
borũ ipsorum proprijs, censet adijcienda esse ea, quæ ex aeris conditione ducuntur. Finge.n. ali-
qua visa esse indicia ex rõne morbi sanguinis fluoris, esse vero & tps vernum, adhuc magis spera-
bis fore sanguinis fluorẽ: q̃ si præsens quoq; conditio calida & humida fuerit, multo sane magis:
& item præteritorum duorum vel trium tẽporum conditio si sanguinem gignat, adhuc ẽt magis
sperabis fore sanguinis fluorem. Vt igitur sermo de sanguinis fluore, ita & de oĩbus alijs est. Sed
abunde erit dicere singulare exemplum futuri sudoris. Per æstus, qui squalentes sint febres vt plu-
rimũ sine sudore eueniunt: per eos vero, in quibus minuta pluuia decidit, febres cũ sudoribus ma
gis fiunt. Itaq; constat, vt p̃ter alia signa, q̃cunq; ægrotationis propria habent, futurum demõstrã-
tia sudorẽ, ambientis præterea aeris conditio accedens spem futuri sudoris firmiorem subscribat.

39 C De Signis & Indicijs, quo'nam modo differant Inter se: & Item aliqua de Temperie Regionum.

Probe Vero Peritum esse Oportet de Indicijs certis ac Signis alijs: Sciendumq;, Vt quouis Anno & quouis Tempore Mala malum, Bona bonum, Denunciant.

Non apud medicos solum, sed etiam apud rhetores, quæri agitariq; solet, quo'nam discrepet à si
gno indicium certum, quod Græci τεκμήριον vocant, quæstione non in verbis solũ habente locũ,
quemadmodum aliubi, sed ẽt res ipsas attingente. Oportet.n. duplicem quandã inueniri naturam
rerum, ex quibus medici præsentiunt, rhetores demonstrant aut suadent. In ijs igit̃ q̃ sumũtur in
demonstrationes, siue scientiarias, siue verisimiles, differentia vna est necessaria, & assidue habens
alterum alteri subsequens, ex quibus propositio conficitur: alia vero non necessario, nec assidue,
sed magna ex parte duntaxat. Quin etiam ex alia differentia, hæc ex obseruatione empirica, illa ex
rationali sequela est, quod sane est endeixis.i. indicatio. Hæc igitur rerum differentia habetur: No
minibus vero in eis non oẽs æqualiter vsi sunt: Sed elegantiores (prætereo.n. sponte alios) in pri-
ma sectione de eo, quod perpetuum est, vnum quodlibet indicans, censent vtendũ indicij certi ap-
pellatione: signum vero, nominant alterum: In secunda vero sectione, quod ex obseruatione est,
signum: quod vero ex indicatione est, indicium certum dicunt. Cæterũ, vt Græci authores ita no
D minibus vtant̃, non medicis solum scire vtile est, sed ẽt illis, quibus arte congruit græcizare. Et ve-
ro, vt ad demõstrationes ac p̃sensiones p̃dictã rerũ differentiã cognosci vtilissimũ sit, perspicuum
cuiuis esse existimo. Sed, vtrũ ambo suã assidue seruent vim, q̃cunq; bonũ denunciant, & quæcun
« que malum, dignum consideratione est. Ipse igitur in Sententijs dixit, ‖ Per morbos minus ij pe- 2ª.Aph.34.Ex.
« riclitantur, quorum naturæ morbus conuenit, aut ætati, aut habitui, aut tẽpori, q̃ quibus non con- ord.17.c
uenit aliqua ex his rõne. Hoc igitur non discrepat ab eo, quod nunc est proditum. Malum.n. ali-
quod significare dixit assidue mala indicia: non tñ vt similiter, aut vt non similiter, insuper adscri-
psit: Prædicta autem sententia neutrum transfert in contrariam naturam, sed hoc ĩ ipsis magis mi-
nusq; existere dicit pro natura, ætate, & alijs, quæcunque enumerauit: quocirca ex hoc nequaquã
« ab Hippocrate contraria dicentur. Illud vero magis pugnare videtur, dum ait, ‖ Is, quæ non ex ra 2ª.Aph.27.Ex.
« tione leuant, confidendum non est: nec metuenda admodum ea, quæ præter rationem incidũt ma ord.15.b
« la: hæc.n. magna ex parte infirma sunt, nec perseuerare aut immorari diutius solent. An id, ipsum
est, propter quod etiam adscripsit nunc nobis propositam dictionem: Accidentia.n. quædam de
prauis in bona, atq; ẽt de bonis in praua, mutantur: signa vero nequaq̃ verti natura in contrarium
solent, sed magis ac minus aut malum aliquod significare, aut bonum: non tamen nunc bonũ, rur
sus vero malum: aut malum nũc, rursus vero bonum. Igitur, quæcunq; in vrina docuit esse mala
signa,

signa,hæc haud vnq; bona euadent: quemadmodum neq; bonum vllum,malum. Itidem,quęcunq; E
de screationibus vel deiectionibus tanq; bonis aut malis dixit,nullũ in contrariũ vertitur. Pari mõ nec quęcunq; circa vultũ fieri docuit signa,aut ex colore,aut mole,aut figura,atq; ẽt decubitu,deq; liuiditate aut nigritie partium,aut alia quauis tali affectione. Oĩa.n.vim retinent propriam,nõ secundum.s.magnitudinem(superius.n.dictum est,vt recipiant maioris minorisq; discrimen)sed secundũ genus: propterea q nullũ bonũ ad genus euariat malorũ,nec vllum ex illis ad genus bonorum,quoties.s.cum proprijs finitionibus considerañt. Non tñ in accidentibus ita res habet. Quidã.n.spirant difficulter,atq; ẽt delirant,& hypochõdrio cõuellunt,ac splendorem intueri credũt, & obuersari tenebricosa quædam ratione iudicationis: quin etiã os ventriculi dolore afficit,& infernum labium intremiscit,& abscessus secũdũ auriculas,aut aliquo alio loco fit. Constat.n.vt hęc oĩa qñq; eueniant (vt diximus) ratione iudicationis,qñq; vero quia grandescentes morbos comitent. Ita fit,vt illud sit ab eo merito proditum: ‖ Decretoria haudquaq; decernentia, partim inferũt » morte,partim difficilem iudicationẽ. Sed de huiusmodi oĩbus,tum alijs locis,tum ẽt libris de iudi » cationibus,perpensum est,ita vt nihil insuper ad præsensionem desideret: & ob eã rem,quod assidue moneo,nunc quoq; persequi nõ dubitabo. In Primis quidẽ maximeq; studendũ præcipio,discere,quæcunq; medicinalis artis officia sunt: alia vero,quæcũq; haud talia sunt, partim in voce ac F significatione quæstionẽ habentia,partim rõnalem comitantia cõtemplationem,post,& in maiori ocio aggredi: quemadmodũ & nunc de significationibus verbi, Indicium certum,ac Signũ. Cũ enim quod ad artis officia vtile est,dictum mihi sit,adijciã aliquid cõsequens & de horũ enarratione,aliud ab ijs,q ante dixi: id vero tale est: De accidentibus decretorijs afferri verbũ, Signũ, conuenit: Indiciũ vero certũ,nequaq cõuenit: sola.n.illa,signa simul & idicia certa nominant,ex quibus licet certo conijcere aliquid de salute & internecione ægri: q cõprehẽdens vno capite dicet aliquis esse significationes virium gubernantiũ corpus,quo pacto robore valeant aut deficiant: ĩ quibus s.cruditatis ẽt & cõcoctionis signa cõtinent. Ex accidẽtibus vero decretorijs nullum talem habet naturam,sed indicant fore iudicationem,vt per excretionẽ,aut abscessum: & ad hæc, per quã excretionem,aut abscessum,verbi gratia,sanguinis fluorem,aut vomitionẽ,aut abscessum, qui propter auriculas fiat. Sed,vtrum bona iudicatio futura sit,an mala,per hæc signa nequaq colligere licet. Cõstat enim,vt oẽs tales iudicationes nihilo minus in bonum,q; in malum, finiant: docuitq; nos finitionem earum firmissimam,nõ ex quibusdam accidentibus ductam, sed ex quibusdam signis certisq; indicijs: ‖ Cõcoctiones.n.(dicit) celerem iudicationem,securam sanitatem,significãt: cru- » ditates vero & incoctiones,& cõuersiones in malos abscessus,aut non fore iudicationes,aut tẽpo- G » ris lõgitudines,aut dolores,aut mortes, aut horum ipsorum recidiuas, ostendunt. Quocirca fore » iudicationem,ex accidentibus decretorijs (quæ ẽt signa decretoria nominare cõuenit) præsentire possibile est: sed, vtrum in bonum an in malum iudicatio sit abitura, per concoctiones cognitio est: quæ rursus haudquaquam fore iudicationem præmõstrant,sed conualiturum hominẽ aut moriturum. Cæterum hæc tibi erit ad eas,quæ proditæ sunt,appellationum,alia enarratio vnà cũ rebus vtilioribus ad artem prodita. Memineris autem, vt signa quoq; decretoria accidentia genere existant,indicantia futuras excretiones aut abscessus: hæ vero causæ quidẽ sunt,vt morbus soluat, aut vt exoluatur facultas, primaria ratione: sed ex accidenti signa quoq; existunt.

2.Epid.Sect.1ª.

1.Epid.cõ. 2. t. 45.3ª.112.b

40 *Nam, & in Libia,& in Delo,& in Scythia hæc Prædicta Signa Vera esse conspiciuntur.*

Nõ secundum solitam sibi breuitatem de terris habuit sermonẽ: etenim prædictæ dictioni duabus adiectis syllabis,nihil insuper hac dictione opus fuit. Igitur adijciens ego eas,ostendam, qualis nam sermo fuisset: Probe vero peritum esse oportet de indicijs certis ac signis, sciendumq;, vt quouis anno,& quouis tpe,& terra,mala malum,bona bonum denũciẽt. In hac dictione verbũ, terra,adijciens,indicaui tibi superuacuam esse nunc proditam dictionẽ: nihil.n.aliud per eã ostenditur,q; vt signa tum bona,tum ẽt mala,sibi ipsis idem alterutra denuncient quauis terra, si calida, H si frigida,si modificata sit: Libyam enim tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delũ tanquam modificatam mediamq; inter vtranque,gratia exempli commemorauit.

QVO PACTO PRÆSENSIONES MEDICORVM IN MORBIS RATÆ SINT

41 *Sanè itaq; Sciendum est, Vt in His ipsis Terris multo Plura consequi nequaquam difficile sit, si quis Ediscendo ea Iudicare & recte colligere sciat.*

Quod nos antea alicubi diximus ex vsu orationis, id hoc loco Hippocrates scripsit: vt, si recte ediscas vires signorũ,q̃q nõ assidue exquisita rõne præsentias futura, tñ ratæ præsensiones multo plures futurę sint irritis p̃sensionibus: qua in re & alter altero peritior est in cuiuslibet rei p̃sensione. Nunq.n.hallucinari,supra captũ hominis est: sed q minime oberrare, solius Artificis est. Sed, cum magna vel ea in re diuersitas habeat,eo,qui decies præsentiendo,oberrat semel,multo melior est,qui vicies prædicendo,oberrat semel: ipso vero hoc,rursus melior is est,qui centies præsentiendo oberrat semel: quemadmodum rursus,q̃ is ipse,melior est,qui ducenties præsentiendo,oberrat semel. Igit̃ non recte nos interrogant Empirici, vtrum theoremata, quæ magna ex parte eueniãt,

adiectione

A adiectione rōnis intransducibilia ac perpetua faciamus: deinde non valentes indicare, existimant coarguisse, tanq̄ ex superabundanti rōnem adijcientes. Nam, si non perpetuo, certe sæpius, q̄ illi, finem artis consequimur, quemadmodum præsentiendo futura in ægris, ita ēt illis medendo.

24 *Expetere vero oportet Nullius Nomen morbi, si non hoc loco Perscriptum sit: Omnes enim, qui Tēporibus prædictis Iudicentur, his ipsis Agnoscas signis, Licebit.*

Id mihi vr̄ adiecisse in calce libri, quia de morbis acutis, & alijs, quicunq; ex his fiūt, hoc libro doctrinam fecisse dixit. Itaq; cōmemorans, vt permulta signa à se prodita, tū bona, tū ēt mala, simplr̄ dicta de cunctis in cōe morbis sint, pauca vero de quibusdā definitis, hoc in animū ēt nobis reuocauit, adijciens nihil esse per sermonem omissum: quod forsitan nos falsum existimauissemus, qm̄ quorundā habuit mentionē nominatim, aliorum non: id. n. hoc indicat non temere à se factū, nec sine aliqua cā. Sed, qm̄ p̄ter alios quidā morbi peculiari doctrina egebant, ob eā rem eorū mentionē habuit seorsum: omnes alij omissi, sub cōibus signis collocant̄. In primis ab eo perscriptū, quē appellant vultum νεκρώδη, i. exitiosum, in oī morbo acuto, exitiosum vere dictum est. Pari ratione quæcunq; de accubitu scripsit, aut respiratione, aut somno, aut insomnia, aut alijs, quæcunq; cōia B sunt omnium, qui prædictis tp̄ibus iudicent̄. Non enim de diutinis commentarium est, sed (vt ipse dixit) de acutis, & alijs, qui ex illis fiant: quorum tempus ipse ēt indicauit, in quibusdam vigesimum diem, in quibusdam quadragesimum, aut sexagesimum, terminum ponens.

EX GALENI LIBRIS

DE DIGNOTIONE EX INSOMNIIS

Augustino Gadaldino interprete.

C

INsomnium vero corporis affectionem nobis indicat. Nam, si quis in somnis Incendium videat, à flaua bile vexat̄: si Fumum vel Caliginem vel profundas Tenebras, ab atra bile: Imber vero frigidam humiditatē abundare indicat: Nix & Glacies & Grando, pituitā frigidā. Sane & tēpori & nutrimento sumpto mentē oportet adhibere. Nā, qui Niue cōspergi sibi vr̄, si in accessionis īuasione, quæ cum rigore vel horrore vel perfrigeratione fiat, hoc imaginatus fuerit, tempori plus, non corporis affectioni, tribuendum est: si in declinatione tale insomnium viderit, firmiorem nobis indicationem exhibebit frigiditatis exuperantiū humorum: adhucq; ēt magis, si nihil ex pituitosis edulijs comederit, quibus ī ventriculo contentis talis quædam imaginatio fieri contingit, quamuis, quæ in toto corpore est affectio, similis non existat. Sed, qm̄ in somnis non ex corporis affectionibus solum, sed & ex ijs, quæ quotidie agere solemus, & ex ijs ēt qn̄q;, quæ cogitauimus, anima imaginat̄, ac sane ēt quædā diuinatorie præsagit (nam & hoc experientia confirmat̄) difficilis certe efficīt dignotio corporis D ex insomnijs è corpore excitatis. Si. n. ab ijs duntaxat, quæ quotidie agimus vel cogitamus, oporteret ipsum discernere, nihil vtiq; difficultatis esset, q̄cunq; nec acta nec cogitata sunt, ea censere ex corpore excitari: at, qm̄ ēt diuinatoria quædam esse cōcedimus, qūo hæc ab ijs, quæ ex corpore excitantur, discernant̄, haud facile dici potest. Conspexerat. n. quidam alterum Crus sibi lapideum euasisse, iudicarantq; pleriq;, qui in hisce rebus periti habebant̄, ad seruos insomnium hoc pertinere: at ille eo crure resolutus est, cum nemo id nostrum expectasset. Palæstritam item, qui in Sāguinis Cisterna stare, ac vix eam supereminere sibi videbat̄, copiam sanguinis habere, euacuationeq; indigere coniecimus. Nō nulli vero cū iudicatorie sudaturi essent, in Calidarum aquarum Cisternis lauari natareq; arbitrabantur. Ita quoq; imaginatio Bibendi citra expletionem, admodum sitientibus: quēadmodum insaturabiliter Comedendi, esurientibus: Venere vtendi, semine repletis accidit. Vr̄. n. in somnis anima in corporis profundum ingressa, & ab externis sensibus digressa, affectionem, quæ in corpore est, sentire: atq; eorum omnium, quæ appetit, tanq̄ iam præsentiū, visa concipere. Et, si hæc ita habēt, nihil sane mirū fuerit, si, cū animalis facultas ab humorū copia grauata vexat̄, homines vix se ipsos mouere, ac onera quædā ferre, per somnū imaginent̄: Ecōtra vero, cum leuis superfluitatibusq; vacās affectio corporis sit, si, qui ita sunt affecti, se vel volare vel velocissime currere, per insomnium videant: cum animæ visa corporis affectionibus semper assimi-

assimilentur: ita vt etiam, qui affecti sunt, graueolentia vel beneolentia percipere videantur. Qui E enim in Stercore & Cœno se versari imaginantur, vel humores prauos graueolentesq; & putrefactos in se habent, vel copiã stercoris in intestinis contenti: qui aũt contra, quàm hi, sunt affecti, ac in locis beneolentibus versari se credunt, contrariam habere in corpore affectionem est censendum. Quæ igitur laborantes in insomnijs vident, seq; agere arbitrantur, sæpe hæc nobis humorum tum defectus, tum excessus, tum qualitates coindicabunt.

F

GALENI DE PRAECOGNITIONE LIBER AD POSTHVMVM

Iu. Martiano Rota interprete.

Ex Vltima interpretis Recognitione.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicum posse, Quid singulis Aegris Euenturum sit, Prædicere.

Quales Medicos Galenus offenderit, cum Romam Primo se contulit. CAP. 1. G

SI vulgares medicos Posthume audiamus, q̃ singulis in morbis euentura sunt ægrotantibus, p̃cognoscere nõ possumus. Nã, ex quo numerus eorũ, qui videri potius, q̃ esse, volunt, non solũ in medicina, verũ in alijs ẽt artibus maior esse cœpit, neglecta sunt, q̃ in disciplinis erãt pulcherrima, dataq; est opera, vt ea dicant & fiant, quibus vulgi gratiã ineant, & ab eis approbent: dico aũt, quibusuis adulari, quotidie salutare, diuites per vrbẽ comitari, principes domũ reducere, in conuiuijs discumbere, atq; in eis tũ ministrare, tũ iocos & facetias referre. Quidã vero non hęc mõ faciunt, sed pretioso quoq; vestiũ & anulorũ ornatu, magnoq; subsequentiũ comitatu, & argentea specillorũ suppellectile, populo persuadent se dignos esse, qui beati & amabiles ab oĩbus habeant. Atq;, cũ partim illecebris, partim ostẽtatione iudicium illorũ, qui res vere dijudicare nesciunt, perstringant, multa (vt ipsi quidẽ putant) bona consequunt: vt aũt ipse sentio, veris omissis falsa bona arripiunt: Et, tales cum sint, in cæteris quoq; medicinæ præcepta transgrediunt: q̃ minimo ẽt tpe cũ se docturos polliceant, magnũ discipulorũ numerũ contrahunt, per quos plurimum ipsi possunt in vrbibus, in quibus diuersant. Verũ hac tempestate alias artes hæc sola calamitas afflixit, medicinam vero permultæ atq; diuersę, quarum vnã propalare decreui, ad eos medicos pertinentẽ, qui plurimũ à me dissident. Cum aliquis medicus eorũ, qui legitime medicinã didicere, vel deliriũ, vel rigorẽ, vel profundum somnum, vel sanguinis fluxum, vel secus aures aliquó ue alio in mẽbro abscessum, vomitũ, sudorẽ, alui cõmotionem, animi defectum, deniq; aliud aliquid eiusmodi in ægrotantibus futurũ prædicit, imperitis hominibus talia audire non consuetis, portentum ac monstrum id esse videt: tantumq; absunt, vt eũ mirent, qui illa prædixit, vt bene ẽt cũ ipso agat, si deceptor ab eis nõ habeat. Ex his tñ aliquot, qui præcognoscendi scientiã haberi posse non negant, statim & ipsum, qui prædixit, & cæteros medicos percontantur, priscorum'ne eiusmodi inuentum sit, an ipsius solummodo, qui prædixit. Hic H medicos quidem cæteros, vel vt suam imperitiam occultent, vel fortasse quia sic aliqui existimant, præsciendi facultatem ab antiquorum nemine traditam aut conscriptam respondere necesse est, eumq;, qui tales res euenturas dixit, deceptorem esse: Illum vero, qui prędixit, partim medicorum, qui adsunt, reuerentia, partim ne in eorum odium incidat, non audeat, oportet, dicere præcognoscendi artem ab antiquorum multis, & in primis ab Hippocrate, qui nobis bonorũ omniũ auctor extitit, conscriptam esse, multoq; minus se eius artis inuentorem asserere: nanque & mentiretur, si

quis

A quis hoc pacto responderet, & in odium medicorum lōge maius incideret. Igitur tā ancipiti hic interrogatione impetitus, dum inter consultandum, quid respondeat, semper moratur, auget, opinor, de se imposturæ suspicionem, & demum in se omnium inuidiam concitat, adeo vt insidijs petatur, clam primum veneno, palam deinde calumnijs: id quod Quinto contigit, qui, licet oēs sui temporis medicos excelleret, vrbe tñ eiectus est, tanquā ægrotantes necaret. Necesse est igit eū, qui medicinam exercet, quemadmodum philosopho conuenit, & Aesculapij successorē decet, e duobus alterum subeat, vel, vt Quintus, Roma pulsus eximiam præsensionis suę mercedem reportet: vel dolis circumuentus, & aperte quidem, si paulo timidior fuerit, dum alia excusat, alia formidat, lepori vitam similem degat, semper in timore atq; in expectatione alicuius mali constitutus: quibus & illud interim accedet, ꝙ delusoris de se suspicionem augebit. Quod si audacior aliquanto cōtrauenire, & solus aduersus tam improbos, tot fraudibus assuetos homines altercari velit, eruditione disciplinisq; fretus, sed talium improbitatum nescius, duorum alterum rursus eueniet, vel vt ab eis arctius deuinctus in posterum peragat, quicquid illis libuerit: vel, si vlterius adhuc obsistere & concertare pergat, bona fortuna vsus, non possit euitare, quin assidue pessimo omnium diffidij genere vexetur, quod ciuile bellum nominant. Id igitur contingat, oportet, in multis eorum, qui
B disciplinis ita, sicuti diximus, imbuti fuerint, & in cæteris veritatem per se ipsam syncere, & non alterius alicuius rei gratia, consectati: Quos monitos volumus, vt, quando suorum temporum improbitatem semel experti fuerint, agnouerintq; manifeste se nullam vtilitatem hominibus allaturos, ab hac se hominum fæce subducant, ac veluti ex aliqua magna tempestate & ventorum procellis, in aliquem tranquillitatis portum concedant. Eiusmodi quippe viri, quamuis ignoti vulgo sint, summo tamen rerum opifici Deo noti primum & amici sunt: deinde optimis etiam quibuscunque hominibus, qui vitam tranquille degant, cogniti fiunt: permittantq;, vt in existimatione sint improbi apud vulgares. Horum autem omnium malorum in causa sunt diuites atque ciuitatum principes, qui corporis oblectationibus dediti, cum voluptates virtutibus anteposuerint, nihil pendunt eos, qui pulchri quippiam edidicerunt, & id alijs explicare nouerunt. Diuites enim, cum se totos voluptatibus abdicarint, voluptatum artifices ditant, admirantur, & eo vsque extollunt, vt histrionum & aurigarum simulachra secus deorum imagines etiam collocarint: disciplinarum vero peritos tanti faciunt, quantum indigent eorum opera. Neque enim, quid singulis artibus pulchri boniq; insit, animaduertunt, neque, vt eas accurate discant, tolerare possunt: verum Geometria & Arithmetica tantum vtuntur, quantum extruendis ædibus, & computandis expen
C sis conducit: Astrologia vero & diuinatione, quantum ad præuidendum faciat, quorum hæredes esse debeant: item & Musica, quantum ad oblectandum aures sufficiat: quæ vero has omnes artes constituit Demonstrandi facultas, curæ ipsis non est, nisi quatenus dicendi studium quosdam adigit cauillandi peritiam discere: nam artium omnium parentem Philosophiam non modo non audiunt, sed reliquis etiam omnibus disciplinis deteriorem arbitrantur: cui operam dare, non absurdius esse putant, quam si quis granum milij perforare velit. Hi sunt, & qui medicinæ vsum solummodo respiciunt, non tamen recte, sed, vt inquit Plato in Gorgia, sicut pueri vel imprudentes homines: à quibus si iudicaretur, quis nam potior esset, medicus, an coquus, non minimum præstare coquus medico censeretur.

Quo modo Galenus Duas Quartanas Eudemo prædixerit, & Vnam statim à Prima inuasione Cognouerit. CAP. 2.

HOrum ego ignarus, quo tempore Romam primum veni, neq; tale quippiam suspicans, nō verbis modo, quid ægris euenturum esset, prædicebam: sed etiam, quid opus esset factu, vt sanarentur, libere commonstrabam: donec ad id peruētum est, quod tu scis Posthume, qui vnus Eudemo peripatetico à principio morbi vsque in finem astitisti. Cœpit enim Eudemum quodam
D die, posteaꝗ lotus fuerat, quædam pulsus inæqualitas vexare, & ab hora octaua horror: ob quæ sine cœna philosophus eo die manere coactus est. Postridie sibi cauēs ab omni victus errore, tutius esse iudicauit, si octauam horam sine cibo transgrederetur. Vt autem neque eo tempore molestiā vllam sensit, cum iam vsque ad horam nonam & amplius incœnatus perseuerasset, ablutus postea modicum cœnauit: neque, dum hæc faceret, vllam in corpore sensit commotionem. Tertio die nos quidem, vt solitus erat, conuenit: securitatis tamen gratia visum est ipsi illa quoque die suspectam horam sine cibo præterire: quamobrem transacta nona lotus cibum abūdanter sumpsit, molesti quippiam amplius sibi non superuenturum existimans. Quarto die, vbi nos conuenisset, iturus ad balneum, ridens & ad te simul respiciēs, An ne, inquit, & hoc die, qui quartus est, tutius erit octauam horam transgredi, an ad lauandum modo concedere? Hic tu, cum nihil mali superuenturum opinareris, vt lauatum abiret, iussisti: idem & cæteri, quotquot aderant, medici præceperūt. Solus ego tacebam: percontatusq; ab eo, cur tacerem, respondi eum diem mihi suspicione vacuū prorsus non videri, ꝙ primo die, quo me tangere pulsum iusserat, quartani circuitus initium extitisse nobis apparuisset: me tamen, ꝙ antea nunquam eius naturalem pulsum nouerim, quo ignorato fieri non potest, vt exiguæ eius mutationes præter naturam agnoscantur, [illegible] pronunciare: neque plus aliquid, quod consulerem, habere, quā tūc obortam nobis quartani circuitus suspicionem.

ſpicionem. Lauit igitur ſe leniter, & cibum ſobrie ſumpſit: tum ex me circa veſperam accerſito, &, E
vt rurſus pulſum tangerem, iuſſo, eadem, quæ ante ablutionem audiuit, confidentius ē, q̃ tūc, ex-
poſita: Quam ob rem Eudemus decreuit diem à primo ſeptimū, ab eo aūt quartum, deinceps ven
turum diligentius obſeruare. Domi itaq; præſtituto die manens lauit ſe, & cibum accepit, multis,
vt nouit, ſine febre ipſum eſſe prorſus affirmantibus: ego vero tibi interroganti (nam & huiuſce
proculdubio recordaris) quid fore ſuſpicarer, tunc aperui quartani cuiuſdam longiſſimi circuitus
principium initare: quibus dictis ad balneum inde longius ſemotum me contuli, ægrotum quen-
dam circa veſperam illic viſurus. Lotus interea cibū Eudemus aſſumpſit: nec multo poſt, toto cor
pore calorem percepit, quem tñ ob potum eueniſſe putauit: antiquum.n.id vinum fuerat. Sequē
ti die medicis conſuetis id, quod euenerat, vt putaret, expoſuit: accuſantes vero & ipſi vinū auda-
cter, nihil mali amplius ſuperuenturum exiſtimabant. Quarto die, ex quo calorē ſenſerat, lauit ſe
philoſophus, &, vt conſueuerat, cœnauit: verum febrire paulo poſt aperte iam incipiens, credidit
demum quartanæ periodum illud eſſe, & me cœpit vnū ex eo tpe commendare, tanquam exquiſi
tam pulſuum notitiam adeptum: ſuperioribus nanq; temporibus philoſophiæ ſolummodo peri-
tum me arbitratus fuerat, medicinamq; in tranſcurſu tantummodo attigiſſe: non.n.nouerat patri
nos ad philoſophiam ducturo, per euidens Somnium iniūctum fuiſſe, vt medicina quoq; inſtrue F
remur, opinor, non tanq̃ ſcientia in tranſcurſu attingenda. Sed miſſa iſtæc faciamus, & ad illa re-
uertamur, quæ tunc mihi in Eudemo cōtigere. Nam ſorte poſtea quadam euenit, ſicut & ipſe ſcis,
vt aliū, qui circa principium autumni acuta ægritudine laborarat, & ex morbo conualeſcens hora
quinta febricitare denuo cœperat, inuiſerim: teq; præſente quartani circuitus inuaſionē eā eſſe pla
nè dixerim, vt quæ pro febris conditione, quarto die rediſſet. Hoc Eudemus cum ex te accepiſſet,
magis adhuc inductus eſt, vt mihi fidem adhiberet: qui, qm̃ febris exacerbatio maior ī dies effecta
fuerat, optimos quoſq; vrbis medicos conuocauit, vt conſultarēt, quo pacto morbus is ſanari poſ-
ſet. Vltro tunc ipſe abfui, verbis nolens cum illis contendere. Viſum eſt autem celeberrimis qui-
buſq;, vt eo die, quo expectabatur acceſſio quartanæ, primo mane theriacam biberet. Abſceſſerāt
omnes, vt ſcis, cum te præſente percontatus eſt Eudemus, quid nam ex vſu theriacę ſperarem. Cui
ego nil dubitans (ſcis.n. & hoc) reſpondi non modo quicquam illi medicinam profuturam, ſed fe
brem duplicaturam. Sciſcitanti cām, cur ita reſpondiſſem, ſubiunxi morbum adhuc crudū eſſe, the
riacam vero humores cum malos tum crudos in principio præſertim hyemis agitare quidem, nō
tamen exacto concoquere aut reſoluere poſſe. Hæc nos tum Eudemo prædiximus. Sequenti die
primo mane, cum non dum ego aduenissem, conueniunt medici, ſeniq; theriacam exhibent ve- G
renti, quæ ex me audierat, ipſis exponere, intuentiq; medicos, quotquot aduenerant, enixe pro-
mittentes oblatam medicinam non parum profuturam. Cæterum, eademmet hora cum febris in-
uaſiſſet, interdum dicebant vſu venire, vt, qui primo theriacam biberint, morbum ſentiāt commo
ueri, ac ceu vectibus extrudi, ſed, ſi quis denuo, quo die expectaretur quartanæ acceſſio, medicamē
tum mane biberit, prorſus à morbo liberatum iri. His dictis illi bene ſperantes abierūt. Cæterum
febris non expectato ſequentis acceſſionis tempore, poſtridie hora octaua ex improuiſo ſenē in-
uaſit, vehementior multo, quā pridie fuerat. Quā ob rem medicis poſtero, vt ſcis, mane conuenien
tibus viſum eſt denuo theriacam exhibere: quam cum exhibuiſſent eo die, qui primo paroxyſmo
reſpondebat, abierunt. Verum & vna acceſſio primæ correſpondens, & altera illi, quæ ſuperuene
rat, ſimilis, philoſophum vexauit. Quocirca veſperi me percontatus eſt Eudemus, quid nam fore
expectarem. Cui ego, vt ſcis, explorato prius arteriarum motu, nihil me certi, quod reſponderem,
tunc habere dixi, ſed mane forſitan habiturum, ſi, quod noctu minxeris, inſpexero: quod & factū
eſt, nam ſub ortum Solis accedens matulam inſpexi, &, ſi quid interim meieret, ſeruaretur, iuſſi, me
enim hora quarta rediturum. Reuerſus igitur, vrinis inſpectis, pulſuq; diligenter examinato, ter-
tiam quartanæ acceſſionem hora conſueta affore dixi, atq; diſceſſi. Paulo poſt Eudemum viſuri H
acceſſerunt Sergius, & Paulus, qui non multo poſt Vrbanus Prætor creatus eſt, item Flauius vir
conſularis & ipſe, qui Ariſtotelicæ philoſophiæ operam dederat, ſicut & Paulus: quibus omnia, q̃
prædixeram, cum Eudemus expoſuiſſet, ſupereſt, inquit, id, quod hodie dixit de ventura acceſſio-
ne, videre, nunquid adueniet. Verum, cum & ipſa aduenisset eadem hora, qua & cæteræ venerant,
mirabatur Eudemus, & quibuſcunq; ad ſe accedentibus meas prædictiones enarrabat: erant aūt
omnes ferme quotquot dignitate & eruditione in vrbe Roma præſtabant: inter quos & Boethus
fuit: qui audiens me in diſſecandis corporibus ſumme peritum, mecum egit, vt ſibi quippiā de vo
ce, deq; reſpiratione commonſtrarem, quo pacto fierent, & per quę membra. Sic itaq; me Boethus
cognouit: atq; iſtud idem Paulo expoſuit: nam, poſtquam me expertus eſt, ipſum admonuit, me
hortaretur, vt ſibi quoque aliquid oſtenderem, valde nanque diſſectiones inſpicere gratum fore ſi
bi Paulus dicebat: ſimiliter & Barbarus Imperatoris Lucij auunculus, qui in Meſopotamiā, quā
vocant, expeditionem ſuſceperat, diſſectiones videre etiam ipſe affectabat, quemadmodū & Pau-
lus: poſtremo quoq; Seuerus, qui tum conſul erat, & Ariſtotelicæ diſciplinæ operam dederat, idē
cupiebat. Verum enimuero, quo pacto in diſſectionibus res ceſſerit, tibi, qui cuncta retines, com-
memorare paucis opus erit: ſed paulo poſt hoc faciam.

Quo

A *Quo pacto Galenus Eudemi curatione suscepta, prædixit, quo die à tribus quartanis liberaretur.* CAP. 3.

AD Eudemum nunc redeo, qui, cum a tribus quartanis affligeretur, desperatus a medicis in lecto iacebat, hyeme iam fere media. Ego, vt, quod magistro conueniebat, exhiberem officium, cum & forte quadam proximus habitarē, non poteram non obtemperare Eudemo bis me quotidie vocanti. Deridebat autē me tunc Antigenes vnus ex Quinti discipulis, qui cum Marino versatus etiam fuerat, & inter medicos primū locum tenere credebatur, cum potentiores oēs medicaretur. Dicebat autē hisce, qui me laudabāt, irridens: Nescio, quid ipsi in mentem venerit: postmodū tamen agnoscetis, quem laudatis, quādo videbitis Eudemum efferri. Hec vulgaribus dicebat, & interdū ad medicos respiciens, subiūgebat: Eudemum sexagesimum tertium annum agentem, tribus quartanis laborantē, media hyeme pollicetur sanare Galenus? Hec ille. Tu vero mi Posthume, & quæ postea de Eudemo prædixerim, & quo pacto ipsum sanarim, scio, passim diuulgasti: quod inuidiæ in nos conflatæ principiū extitit. Mirabantur enim oēs cum vitæ nostrę integritatem, tum certos artis effectus. Nam ex tribus quartanis, quę prima inceperat, eo die, quo prædixeram, cum abisset, admirari oēs cœperunt. Vbi vero & de secundæ discessu verax extiti, B multo magis obstupuerunt: atq; idcirco de tertia saltem falli me, deos precabātur. Sed & illa, quo die prædixeram, cum desiuisset, non solū in præcognoscendo, sed etiam in sanādo, haud paruum nomen adeptus sum. Quam ob rem Antigenes mihi se prę pudore occultabat ob maledicta, quę in me petulanter iactauerat: itē & Martianus, cuius existimatio in dissectionibus & eo tempore maxima erat, & superiori quoq; summa fuerat inter medicos iuniores: legebantur nanq; duo libri de dissectionibus ab eo conscripti. Ægre ferebat enim & ipse ea, ob quæ dicebat Eudemus iuste me non solum laudibus cęteris anteponendum, sed etiā summa veneratione prosequendum. Atq; ideo non ex medica facultate, verum ex diuinatricibus sciētiis prędictiones meas fuisse mētiebatur: interrogatus q; à quibusdam, quas' nā diuinatrices sciētias diceret, interdum augurium, interdum extispicium, non nunq̃ coniectatricem, aliquando mathematicam, respondebat. Sed referam, quid postremo penes Eudemum contigit. Cum dies is aduenisset, in quo tertiæ quartanę discessum fore prædixeram, accedens Martianus ad Eudemum hora nona, non paulo, sed multo vehementiorem præcedente accessione præsentem exacerbationem cū esse dixisset, abiit statim, hilari vultu plane lętitiam præ se ferens, perinde, atq; me meę prædictionis frustratum iri. Interea Eudemus febrem sentiens, qualem non dum senserat, vehementē, quamuis me nō deceptum iri C cōfideret, alicuius tamen alterius medici aduentū expectabat. Cum itaq; non vnus, sed & duo, & tres aduenissent: obseruabant.n.oēs, qūo prædictio nostra cederet, optabantq; cuncti, ne aliē in huiusce tertiæ quartanæ discessu, ne've in sanādo Eudemo compos fierem: cum, inquam, plures medici aduenissent, quid nam ipsis de se videretur, Eudemus cunctos interrogauit, explicarent. Audiens aūt eadē à singulis, quæ & Martianus responderat, animaduertensq; eos, vt & Martianū, hilares, existimauit ipsos etiam gaudio affici, ac si nec, quod prædixeram, veritatē, nec febris finem consecutura foret. quare diutius in visendo alio quodam ægroto moratus, cum tardius solito ad philosophum redirem, me statim accersitum misit, in propinquo, sicut dixi, habitātem, volēs à nobis quoq; febris magnitudinē, quā habebat, diiudicari. Vt igitur affui, ne sedere quidem me passus est, sed brachium porrigens, vt pulsum tangerem, iussit. Hoc attente facto, percunctari cœpit, quid annunciarem. Cui ego subridens, quid aliud, q̃ bonum? Et ille, quod bonum? inquit, id mihi speciatim expone. Tū ego, sufficit, inquā, tibi, vt, cum summā rei audieris, ob ea, quæ futura sunt, læteris. Minime vero, subiūxit ille, audire.n. sigillatim quæq; desidero. Et ego, audi igitur: Liberaberis hac nocte prorsus ab omni morbosa dispositione: qua soluta symptomatū quoq; oīum, tum quę supuenerāt, tū quę supuenire debebant, solutio subsequeī. Atq; hoc nobis, subiec D ci, naturę facultas, quæ corpus tuū regit p pulsum modo significauit: excitata.n.& cōmota est, vt è tuo corpore, quicquid in humoribus praui reperiī, foras eiiciat. Tum ille, quo mō dicis, inqt, naturā hęc tibi meam significasse? neq;.n. verbis id elocuta est: explica nobis ista: nā et me lōge plus oībus mēdicis istis medicis dicta tua scis assequi. Quia, inquā, in mouendo arteriā ipsam plus extulit, q̃ vtriq; dimensioni conueniat, quod facere semp assueuit, quoties aggrediī id, quod corpus lædit, eiicere. His dictis Eudemus excepit: At, qm̃ multæ sunt vię, quas natura expellendis excrementis aperuit, nam & vomitu reiecta, & ventris profluuium, & vrinę multitudo, & sudor plurimus, & sanguis erūpens, & in multis cōsueta venarum ani apertio, subito sępe corpus inaniunt, artis tuæ ꝓprium opus foret expulsionis genus mihi denunciare. Tum ipse, cum fluxurus est sanguis, hæc & illa signa præcedunt: cū sudor futurus est, illa: atq; ita sermone ꝓcedens, & quæ vomitum antecedunt, signa subintuli: nec nos præcipuū aliquod subiti per aluū fluxus decretorii indicium habere dixi. Cum igiī aliorum nullum adsit, reliquū est, dixi, vt speremus p alui ꝓfluuium in te morbū solutū iri. Et ille, dialectice, subintulit, id, quod euenturum est, collegisti. Hæc itaq; tum inter nos vespere collocuti sumus. Manè aūt cum accessisses, tutemet ex eudemo summā prędictionis meę cognouisti: qui non, vt antea consueuerat, summisse loquebatur, sed ad vos oēs, qui accedebatis, amicos alta voce clamabat, vaticinari Pythiū Apollinem ęgrotātibus voluisse per os

Galeni,& quibus remedijs ad sanitatẽ reuocari possint,& qua die perfecte liberari debeant. Quã E ob rem ego, dicebat, factam in me solutionem morbi (nam me iam plane sanum arbitror) multo ante ex Galeno intelligens,& sanitate,et predictione iam fruor. Me senẽ,hyemis tpe tribus quartanis laborantem ex intempestiua potione theriacę,liberauit eadem suo tempore data: qñ reliqui medici non modo de exhibenda theriaca quicq̃ non deliberarent, verum etiam ipsum impense deriderent, ꝙ senem hyemali tempore quartanis tribus afflictatum, liberatum iri putaret.

Mores exponit Eudemus Medicorum, qui tum Romæ degebant. CAP. 4.

HÆc simulatq; in vulgus exiere,quicunq; medicinę expertes Romę tũc erant,cõe bonum ipsis me aduenisse credentes oẽs lętabantur. Martianus aũt,qui nõ solũ medicus erat,sed amicum ẽt se mihi testatus fuerat, vt me pridie ex arteriarum motu, quẽ illi turbulentum, non decretorium esse timuerãt,sanitatem philosopho pręnũciasse cognouit,Eudemumq; postridie ad naturalem habitum redijsse inuenit,ne verbo quidẽ me collaudare sustinuit, sed inde se in vicũ sutorũ transferens,forte mihi obuiã factus, salutatione, qua vti consueuerat, omissa statim interrogauit, legissem'ne vnq̃ pm Hippocratis de prędictionibus,an eũ librum prorsus nescirẽ. Audiensq; me eum legisse, videriq; mihi recte medicos aliquot affirmasse librũ illũ Hippocratis nõ esse: quę ergo,inquit,in eo scripta sunt,agnoscis: atqui et ego eadẽ scio,nec tñ vaticinor. Sed ad quid,subiun F xi,hæc abs te mihi nũc obiecta sunt? & ille,nuper ex Eudemo admirãte cognoui,te heri vespere, simul atq; pulsum attigisses, dixisse fore, vt paulo post aluo spõte soluta nõ amplius febriret. Hęc eo dicẽte illud modo subiũxi: Ab Eudemo ista,nõ ex me audiuisti: confestimq; ambiẽs, Eudemũ conueni,& illi,quę mihi à Martiano exprobrata fuerant,exposui,medicorum,qui in vrbe Roma nomen aliquod assecuti fuerant, malignitatẽ admirans. Excepit ille,& non sine ratione, respondit,hoc tibi contigit,si patrię tuę medicos hic habitantibus conferre volueris,qui multis de causis ad summã improbitatem deuenere: atq; eos oẽs his verbis deinceps exposuit: Ne putes bonos viros hac in vrbe malos effici,verũ,quicũq; mali prius erant,hic male agendi materiã nanciscunt̃,& maius lucrũ Romę,q̃ in alijs vrbibus,faciũt. Animaduertẽtes.n.complures sibi similes ditatos,illorum facta imitantur,quę varijs de causis improba cũ sint,ad summã improbitatẽ deuenere: hãc ego tibi,perinde atq; longo tpe eos expertus, aliqua ex parte enarrabo. Non.n.praua naturæ conditio,& lucrãdi materia solum auxit improbitatẽ istorum,qui maligni sunt, sed quidam etiã veluti callis male agendi, per quẽ quotidie sui similes incedere vident,cuiq; illos imitando insuescunt. Alios insuper habere suorũ scelerum ignaros, ad quos, si ab aliquo male egisse deprẽsi fuerint, se transferant (transferunt aũt se ad eos securius, peritiores facti earũ rerũ,in quibus detecti iã sunt) G haud parũ valet,vt nunq̃ à maleficio desistãt.Nã,qui in paruis oppidis degũt,magnitudine lucri, queãdmodum hic,ad scelus non alliciunt̃,cognitiq; cũ oĩbus facile sint, etiã si vel minimũ aliquid delinquant,quid agant,amplius non habent. At hic istud,ab oĩbus non cognosci mala,quæ sæpe cõmittũt,malitiã ipsorum auget. Ignaros.n.improuisi aggrediunt̃,simplices præsertim, qui solertia carẽtes ipsos remordere nequeunt, velut ipsi sese mordent, si in re quapiam ẽt minima lędant̃. Ergo,vt apud nos sibi latrones parcunt,et in faciẽda iniuria,mutuo cõueniunt,ita medici Romę nunc habitãtes faciunt,hocq; solo à latronibus differunt,ꝙ in vrbibus,non in mõtibus insidiant̃. Atqui,inquã ego, meũ antea propositũ Eudeme sępius audiuisti. Nã, simulatq; patriam meã excitata seditio infestare desierit,statim ex hac vrbe discedere me videbis,& pauco hic amplius tempore morari,quo me citius ab hac hoĩum peste expediam. At nesciunt, subiecit ille,hoc abs te decretũ esse: vel,si sciunt, vt ipsi mentiũtur,mentiri quoq; sic alios opinant̃. Nã, vt ipsi, partim quia pauperes,& indocti sunt,partim quia,sicut paulo ante dicebã,si qd mali perpetrauerint, agnoscũtur, in patria sua medicinam exercere nequeuntes, in hanc vrbem veniunt, sic & alios ea de causa Romã aduenisse credunt,nec prius recessuros arbitrant̃,q̃ pecuniam aceruarint. Ac licet à cõciuibus tuis, & genus tuũ, & opes audiant,nec ex egenis vnũ te esse quẽpiam intelligant,abs te tamẽ H ista subornari contendunt,quo facilius eos,qui honesta hæc de te audiunt,decipias: nam,quæ ipsi fecerunt,alios quoq; facere censent. Hęc & alia huiusmodi cũ Eudemus narraret,subiungeretq; fore,vt,si me improbitate sua lædere nequiuerint, ad venenum cõfugiant: Iuuenem.n.quendam ab eis, quemadmodum & ego medicæ artis opera prudenter exercentem, qui annis ante iam decem in hãc vrbem venerat,cum duobus famulis,quos secum adduxerat,veneno sublatum fuisse: Gratias,dixi,magister ingentes tibi habeo,qui mihi vniuersa istorum scelera patefecisti: nam ego me ipsis congrediens tutum seruabo,eorumq; imperitia patefacta ex hac maxime, & populosissima vrbe in exiguum, & infrequens oppidum migrabo, in quo quisq; alium cognoscit, & quibus parentibus ortus sit, quantumq; doctrinæ, atq; opum habeat, & quo modo viuat. Nam & hic enutritus istorum ignorantiam, malitiam'ue redarguere nunq̃ studui. Verum de hoc satis.

Destitutos Alios ægros ad Sanitatem reuocauit Galenus: &, quibus Instrumentis Vox fiat, per anatomen demonstrauit. CAP. 5.

AD eum iuuenem redeo,de quo superius mentionem feci,cuiq; statim primo die,quo febrire cœpit,accersitus dixi quartanę febris insultum esse: hunc etiã & sanandum suscepi,& susceptum sanaui: statam morbi solutionem,sicut in Eudemo fecerã, præfatus. Accitus quoq; abs te,

familiarem

A familiarem quendam Charilampi cubicularij,neruorum vulnere laborantem, curaui: quē nemo illorum,qui Imperatoris aulam frequentant,ad sanitatem reuocare sciera. Post hunc Demadem rhetorem in vico sutorio habitantem,cuius morbum celebres quiq; aulæ medici non modo non agnouerant,sed alijs etiam, quàm conueniret,remedijs curare nitebantur, sanaui: cum intra paucos dies exacte prænouissem ægritudinem illam è diuturnis vnam esse. Æstas deinde subsecuta cum aduenisset,& in Romanis principibus prædictiones & curas magna laude dignas peregissem,magna de me tunc,vt scis, apud omnes opinio fuit: nostrumq; nomen in dies celebrius effectum est: creuitq; simul gloria nostra, & eorum inuidia, qui se Romæ aliquid esse opinabantur: mihiq;, perinde atque omni ex parte superati, detrahebant, hucq; & illuc per vrbem ventitantes varia diuulgabāt,alius casu me quempiam sanasse,periculosoq; admodum curationis genere vti: alius diuinatrici peritia nō arte medica,quid in morbis futurum esset,me prędicere. Incidit postmodum & ea altercatio,quæ mihi cum stoicis fuit & peripateticis à Boetho cōuocatis: & id,quod in vxore Iusti contigit,quam nulla corporis offensa tabescentem non solum amare,sed etiam, quē amaret,deprehendi: verum,quo pacto id compererim, paulo post explicabo. Prius enim commemoremus altercationem illam,quam cum stoicis & peripateticis habui,multis alijs præter stoicos
B & peripateticos tam medicis,quam philosophis astantibus. Exponam autem,vnde inceperit, vt, si cuipiam alteri,quæ nunc à me conscribuntur,impertiri volueris, is, vbi earum rerum notitia dignus videatur,rerum gestarum sequelam intelligat,ne semper occupatus sis in recensendis, quæcunq; à nobis gesta sunt in medicandis ægris,in dissecandis corporibus,& hisce explicandis, quibus interim philosophorum & medicorum inuidiam refellebam. Nam ab eis lacessitus in hoc certamen deueni, Homeri præceptum secutus: inquit enim, Hunc punire virum, primus qui sustulit »
arma. Congressus hic igitur initium tale habuit. Flauius Boethus vir cōsularis,quem & tu no- »
sti,quàm elegans & studiosus vir esset, Alexandro Damasceno præceptore vtebatur: qui, tametsi Platonis etiam philosophiam sciret,in Aristotelem tamen propensior erat. Is igitur, postquam à me obtinuit,vt dissectione facta se docerem,quo modo vox & respiratio fiat,hœdos & porcos ad id negocium quàm plurimos promptos habuit: nam simijs non opus esse monueram,cum hac in parte similem cæteris animantibus corporis structuram habeant,aptioraq; sint animalia,quæ vocem magnam ædunt,hisce,quæ paruam emittunt,ad exhibendas demōstratiuas assumptiones, ex quibus propositæ quæstionis fides astrueretur. Aderant autem futuræ per dissectionem ostensioni cum alij plures,tum Adrianus rhetor, qui non dum publice docere cœperat, sed adhuc cū Boe
C tho versabatur: item Demetrius Alexandrinus,qui Fauorino socius fuerat,& singulis diebus publice de quacunque re proposita disceptabat,quo modo & Fauorinus cōsueuerat. Hic,antequàm dissecare inciperem,cum dixissem me solum,quæ ex dissectionibus aspici possent,ostensurum,sperraturum autem,vt,quæ ex ipsis concluderentur,non me tantum, sed omnibus etiam alijs, doctor Alexander præstantius esset collecturus, alij quidem omnes ea verba, ceu mitia, exceperunt: qui vero Alexandrum honorabant,absque concertatione quoq; vniuersam rei, de qua dubitabatur, naturam excutere ipsum hortabantur. Scis enim,vt Alexandrum omnes præ omnibus hoc vitio laborantem agnoscerent,sicut & tunc aperte significauit. Nam promittente me neruos quosdam ostensurum minutos & capillorū instar subtilissimos,partim è dextro,partim è sinistro latere musculis gutturis immissos,quibus vel interceptis laqueo,vel cultro abscisis, vocis impotens animal redditur,nihil alioqui,quin & viuat & cætera peragat, impeditum: Alexander interpellans,antequàm id aggressus ostenderem, Si prius, inquit,tibi concessum fuerit nos sensibus nostris credere oportere. Ego vero hæc audiens,relictis omnibus abij,hoc vnum subijciens, Quàm me mea fefellit opinio: non enim ad rudes pyrrhonios venturum me putaram. Vt autem abij,cæteri sanè omnes Alexandrum damnabant, Adrianus autem & Demetrius,qui Alexandro semper in disceptationibus infensi erant,opportunam admodum eum increpandi occasionem habuere. Hęc ad aures aliorum quoque eruditorum peruenerunt,quotquot in vrbe Romana tum erant: vehementerq; est ab omnibus Alexander reprehensus: decreueruntq; Seuerus, Paulus, & Barbarus, vt se præsentibus dissectionem hanc facerem conuocatis omnibus & medicis,& philosophis, qui nomen aliquod haberent. Cum itaque diebus multis conuenissemus: & ego & inspirationem dilatato, & expirationem constricto pectore,fieri monstrassem: musculosq; ostendissem, à quibus pectus extenditur: & præterea neruos, qui ad musculos perueniunt, à dorsi medulla nasci: vtq; sine vi foras spiritus egrediens,sine strepitu expirationem committat: violenter autem exiens,eam expirationem faciat,quæ & cum sonitu fit,& exufflatio nominatur: cumq; rursus ostendissem hanc solam exufflationem,à summi gutturis cartilaginibus inter excūdum verberatam, vocem formare,suisq; musculis summum guttur moueri, & neruos ad musculos pertingentes,si male afficiantur,vocis impotentes reddere: omnibus,quotquot inter demonstrandum mihi contradicebant, redargutis: rogauit me Boethus,vt harum rerum sibi copiam facerem: quod & feci. Nam missis ab eo aliquot,qui notis excipiendo,celerrime scribere consueuerant,omnia, & quæ dicta, & quæ demonstrata fuerant,rursus exposui,non aduertens hæc cum multis imperiturum: Quanq; Posthume hactenus scriptis illis contradicere ausus est nemo, & tamen anni iam quindecim intercesserunt:

runt: ac, quamuis multi contradicere tum deliberarint, quod tantum, opinor, contradixisse nobis E dicerentur, nemo tamen vnquam scripta sua eruditorum hominum iudicio subijcere voluit. Atque de his satis.

Quo pacto Mulieris Amorem & Serui Solicitudinem Galenus ex Pulsu inuestigauit. CAP. 6.

REstat, vt, quod tibi superius pollicitus sum, deinceps subijciam: hoc enim præsenti sermoni compellor adijcere, præsertim cum non nulli medici, qui sibi plurimum scire videntur, exponentes, quo mõ Erasistratus amari nouercam à priuigno cognouerit, & si pulsum arteriarũ iuuenis amatorie pulsantiũ Erasistratum deprehendisse scribant, non tñ id ẽt ex pulsibus inuentum esse fateri volunt, patris eã vxorem fuisse. Ego, tametsi, qua ratione Erasistratus id nouerit, dicere tibi non possim, quo pacto tñ mulieris amorẽ ipse deprehenderim, cõmemorare valeo. Vocatus, vt inspicerẽ fœminã, noctu vigilantẽ, & ex vna iacẽdi figura in aliã crebro se transferentẽ, vt ipsam sine febre reperi, percontatus sum, quæcunq; sigillatim illi contigisse poterant, ob quæ vigilias euenire scimus. Illa aũt vix & interdũ nihil respondebat, perinde atq; frustra se iterrogari significaret: demũ auersa stragulis adductis se totã operuit, & quodam paruo velo supra caput adducto in morem eorum, qui dormire volunt, cubare cœpit. Id videns discessi, duorũ alterũ mecũ ipse colligẽs, vel atræ bilis vitio mulierem animi deiectionẽ pati, vel rei, quam fateri nollet, mœstitia laborare: F quam ob rem postero die cuncta diligentius obseruare proposui. Cum itaq; accessissem, ex ancilla, quæ ipsi assistebat, cõperi fieri non posse, vt tunc ægrã dominã viserem: abij igitur, & deinde rediens, vt idẽ denuo comperi, tertio reuersus sum: sed & tum ancilla renunciante, vt discederẽ (nolle. n. tunc herã vexari, nam simulatq; secundo recessissem, abluisse se illam, & solitum cibũ sumpsisse) discessi: & sequenti die rediens, solus cum ancilla varijs de rebus diu collocutus, aperte mœstitia quapiã dominã laborare cognoui, quã casu postea reperi, opinor, quo modo Erasistrato quoq; obtigit. Nã, cũ prius noscerem nulla corporis parte mulierẽ affligtari, verũ animi molestia tm̃ quapiam perturbari, contigit, vt, quo tpe fœminã inspicerem, istud ipsum, quod esse suspicabar, mihi confirmaret: Nam quidã, tum è theatro cũ venisset, narrassetq; se Pyladem saltantem conspexisse, statim mulieris vultus & faciei color immutatus est: quod cũ viderẽ, brachio manũ statim admoui, pulsumq; subito varijs modis agitatum inueni, id quod animi perturbati indiciũ est: talẽ. n. pulsum, & qui de re aliqua certãt, habere solent. Quocirca sequenti die cuipiã ex ijs, qui me sequebantur, præcepi, vt, cũ ad mulierẽ venissem, me parum post subsequeret, & nunciaret Morphũ eo die saltasse: quod cũ fecisset, nullam in pulsu mutationẽ obseruaui. Sequẽti die quoq;, cũ iussissem, vt idẽ annunciaret histrionẽ, qui ex tribus reliquus erat, saltasse, silr̃ pulsus nõ se mutauit. Quarto die, G cum ad multã noctẽ de industria expectassem, vbi renunciatũ esset Pyladẽ saltasse, diligenter annotaui pulsum varijs modis subsultasse: atq; ita mulierem Pyladis amore captã deprehendi: quod sequutis ẽt diebus attentius obseruatum, me in opinione adhuc magis confirmauit. Ad hunc modũ & alterius cuiuspiã diuitis seruus atriensis mihi cognitus est simili morbo laborare. Nam, cũ mœstitia afficeret ex eo, quia rõnem pecuniarum, quas administrauerat, redditurus esset, summæq; nõ parum deesse sciret, præ mœrore vigilabat: animumq; despondens tabescebat. Prius itaque illius domino senem seruum nullo corporis morbo laborare asserui: deinde, vt animaduerteret, monui, atriensem propterea timere, quia rõne eorũ, quæ administrarat, expostulaturus esset, tristitiaq; ipsum idcirco angi, sciente haud parum deesse. Vt igit me bene coniectasse dominus respõdit, maioris notitiæ gratia consului, vt atriensi diceret, se id tm̃ argenti, quod haberet, repetisse, ne commissa alteri seruo, quẽ non dũ expertus esset, domestica gubernatione, hic inexpectata morte periret: nam ab eo postea rões exposcere non oportere. Vt aũt dñs hæc ei exposuit, credẽs se administrationis suæ rões non redditurũ, atq; idcirco tristitiam animo deponens, pristinum corporis habitum tertio die recepit. Quid igit medicos fefellit, qui ante me seruũ hunc & mulierẽ inspexerãt? nam hæc vulgari prudentia reperiunt, ẽt si quis exiguã medicinæ scientiam adeptus sit: Arbitror, H quia nesciunt, quid ab animo perturbato corpus pati soleat: fortasse vero nec à concertationibus & pauoribus animũ ex improuiso turbantibus immutari pulsum intelligunt: quod cũ sciret Erasistratus, & esset eadẽ domus iuuenis ægrotantis, & dilectæ fœminę, facilius, q̃ ego, amorem deprehendere potuit, cũ frequentius æger amatã intueret, & non pluribus interiectis diebus, queadmodum nostra mulier neq; tum denicq; viso Pylade, sed nominato solũ, turbaret. Nugæ sunt igitur, quod aiunt aliqui pulsum amatorie moueri, eorũ, q vel nesciũt amoris pulsum nullũ esse, vel putãt re quapiã aĩo perturbato pulsum non immutari, sed in eandẽ æqualitatẽ & ordinẽ eũ perseuerare.

Quibus Artibus Cyrillum Boethi filium clàm Cibum sumere deprendit. CAP. 7.

HVius gratia si vnũ insuper adijciam, ob quod primo quidẽ Boethus obstupuit, mox vero, vt accepit, quo pacto inuenissem, non modo non mirari se amplius affirmabat, sed ẽt id nesciẽtes tanquam medicinæ imperitos vituperabat, ad aliud quippiã narrandum descendã. Cũ ægrotasset alter filiorũ Boethi, & liber à morbo factus rursus in morbũ incidisset, deindeq; soluta febre denuo febriret, diceremq; ego puerũ aliquid clã comedere (nã, quæ palã exhibebant, & qualitate idonea, & q̃titate cõgrua erant) pueri matrẽ promittẽtẽ se filiũ diligẽter obseruaturã esse, custodẽ pater adhibuit, q̃ tota die secus puerũ sederet, nec ad eũ quẽq; venire sineret, noctuq; cubiculũ, in

quo

A quo dormiebat, diligenter clauderet. Cum igi͂ quatuor diebus puer ita seruatus noctu incaluisset, indignabundus Boethus in thalamum pueri me manu apprensum duxit: subsequebantur autem Boethum, vt scis, quicunq; in via nobis obuiam fiebāt, quorum in numero & tu Posthume fuisti. Vt igitur domum intrauimus, inuenimus puerum de solito cubiculo in aliud translatū, vbi lectus erat, in quo pueri mater sedebat. Huic lecto parum infra medium lectulus iungebatur, in quo puerum iacentem mater seruabat, nequis ad ipsum accedere posset: sella vero vna lectulo aderat, qualis lectulorum ceruicibus hærere solet: è regione lectuli ad extremas & superiores partes lectu, duę sedes sibi propinquæ iacebant, in quibus vt nos Boethus sedere fecit, ipse secus vxorem sedit. Et mox, Adduxi tibi vxor, inquit, Galenum hunc, vt ex te audiat, qua diligētia Cyrillum custodisti: nihilq; in victu per hosce quatuor dies aberratum esse: & videat, nunquid re vera præterita nocte febrierit, an tu mihi renuncians ipsum calidiorē euasisse, inani timore decepta sis, & putaris febrē, calorem aliqua alia de causa forsitan excitatum: vt nobis, & quo modo se nunc habeat, aperte denunciet, & quæ ad victum pueri faciunt, omnia præcipiat. Hic ego, vt pueri venā in brachio pulsantem attigi, sine febre quidem ipsum esse pronunciaui: me vero deludendi hisce, qui vatē me appellare consueuissent, ansam dare. Excipiens Boethus, & ego, inquit, in comparationē illorū soleo
B te re vera, vt scis, vatem appellare, quoties aliquid prædicis, quod æmuli tui negant p̄cognosci medica facultate posse. Atqui hactenus, subiūxi, ea omnia te docui medica arte inueniri, priscosq; aliquot medicos hisce de rebus conscripsisse. His dictis effari me oēs vaticiniū iubebatis: & ego rogare vos, vt adhuc semel pueri pulsum me tangere sineretis: quod vt feci, testis eris Boethe, dixi, neminem mihi huc venienti, tecumq; dum huc veniremus, colloquenti significasse, quæ vaticinaturus sum. Asseuerante illo se, quæ dicerē, attestari, nosti, quantopere ridens, aduertere vos & auscultare iussi, vatis oraculum huiusmodi esse clamans: Cyrillo huic, hac in cella comedendū quippiā absconsum est, vt, qn̄ mater ad balneum itura, domum hāc clausit, & securitatis gratia clauem in loculum coniectā obsignauit (hoc.n. ipsam interdum facere comperio) filius id, quod abscōsum est, sumat, atq; ita demum comedat. His auditis Boethus statim surrexit, arreptumq; puerum in cubile matris transtulit, & iussit pueri lectulum insterni, obseruans, an absconditi quippiā, dum excuteretur, appareret. Verū, vbi, & quæ superimponebant͂ vestes, & quæ substernebantur, oēs excussæ fuerunt, lectū quoq; agitari p̄cepit, & sellā attolli, inspiciēs, an abscōsi quippiā sub ipsis videret. Demū, vt ne hoc pacto quidē aliquid cōspectū est, puerū è cubili matris in lectulum trāstulit: vxoris quoq; cubile totū excuti & denuo insterni præcepit. Quibus peractis, quid nunc, subridēs inquit,
C noster vates profatur? Hic ipse non poterā nō mirari, nihil ibi repertū fuisse videns, vbi occultum aliquid extitisse credidissem: ideoq; surrexi, &, quod solū intactū supererat, quia, quod quærebamus, absconsum illic nullus existimasset, attollens excussi. Erat aūt exiguū prorsus matris velū sellæ impositum, ex quo cōmoto panis frustū in terrā cum cecidisset, clamorē magnū vos oēs sustulistis: atq; cū Boetho simul & abunde risistis, & vatem laudastis. Boethus itaq; plus cęteris in risum effusus mirabatur, quo modo pulsus occultatū cibū mihi significare potuerit, & nūciarit id, quod à puero fiebat, dum mater lauaret͂. Tū ipse, solertissime Boethe, nō quia pulsus id admonuerit, hoc ideo coniectauit Galenus tuus, sed clauso diligenter cubiculi ostio, difficile non fuit coniicere, ī tā longo tpe comedendi copiā puero fuisse: verū nec occultari quippiā, nec id, quod occultatū erat, cibum fuisse, pulsus mihi significauit: sed, cū puerū agitatū viderē, non iudicaui, vt in amante fœmina, & in seruo timente fecerā, ob aliquā animi perturbationem puerum agitari, præsertim cum puer febre prorsus careret. At, si me interroges, vnde collegerim id, quod abditum latebat, cibum fuisse, si mentē huic quoq; rei adhibueris, exponam. Cū neq; orationē puer habiturus esset, neq; in palæstrā descensurus, nec aliqua in re sui periculū facturus, aut deniq; à quoquā reprensus fuisset, ab excessu corporis aliquo potius, q̄ ab vlla animi perturbatione, commotionē eā pulsus pendere
D conieci. Hæc simulatq; Boethus audiuit, per deos, inquit, non miror, cum ita res inuestiges, si nullus alius medicus ista sciat: perspicuum est aūt eos nescire, cum ipsi, quod tu facis, nunquā efficiāt: & te ista alio quouis modo potius, q̄ medica disciplina, facere diuulgent: videnturq; mihi, subiungens dicebat, non solū, qualis altercantium pulsus esse debeat, ignorare, verum etiam neq;, si quisq̄ eorum casu noscat, quæ tu collegisti, scire colligere, cum neq; suapte natura solertes sint, neq; se in disciplinis exercuerint. At, respondi, satis ad male agendū & exercitati & sapientes sunt.

Boethi Vxorem Vteri Profluuio laborantem præter spem aliorum Sanat. CAP. 8.

HOrum ego testem te habeo mi Posthume, aliorum vero omnium, quæcunq; gessi, quo tempore primum Romam venimus, multos alios: quæ, puto, vniuersa intellexisti ab ijs, qui à nobis sanitati restituti fuerunt: Inter quæ & hoc fuit re vera admirabile factū, ob quod non solum mira loquentē, sicuti prius me plures medici, sed mira facientē, appellarunt. Boethi vxor, cum in muliebrē fluxum, quem vocant, incidisset, celebres medicos verita, inter quos & ego tum ab omnibus habebar, obstetricibus consuetis, optimis sanè omnium, quæcunq; in vrbe forent, primum vtebat͂. Vir eius, vt ipsam nihil inde leuari vidit, præcipuos quosq; medicos conuocat, & eos, quid opus sit factu, considerare iubet. Postq; in eā sententiā ab omnibus itum est, vt ea remedia adhiberentur, quæ ab Hippocrate & alijs post Hippocratem optimis quibusq; descripta fuissent, volunt

Boethus,semper interessem mulieribus,quoties aliquid ægrotanti ministrarent vxori, probarẽq; E
singulas medicamentorum materias: quarum intentio summatim erat,nõ vterum modo, sed vni
uersum corpus etiam siccare: vnguenta insuper adstringẽtia admouerem muliebribus locis. Mo
rem Boetho gerebam. Sed,ita faciendo cum deterius reddi morbus in dies videretur,iure mecum
& reliqui dubitare cœperunt: &,quamuis omnes requireremus ad alium sanandi modũ transire,
melius tñ quicquam,aut ratione inuentum,aut experientia repertum,nõ occurrebat,q̃ id, in quo
optimi quiq; medici paulo ante consenserant. Interea vero tumor in ventre,qualis prægnantibus
suboriri consueuit, apparuit: quam ob rem ex ministrantibus mulieribus non nullæ re vera præ-
gnantem esse ægrotantem credidere: non tamen medicorum aliquis id verum esse arbitratus est,
nam muliebris fluxus indicia,quæ singulis diebus excernebantur,earum opinioni refragrabãtur.
Cum igitur ægrota mulier ab ancilla,quam fidam habebat,& alia sibi fieri permitteret, quæ ĩ præ
gnantibus fieri solent,& singulis diebus lauaretur,contigit,vt in prima balnei cella vehementissi
mis doloribus correpta,quales parientibus aduenire solent,humoris aquei vsq; adeo multum ex-
cerneret,vt animo defectam è balneo ipsam extulerint. Inclamantibus ergo & vociferantibus an
cillis,verum neque pedes,neque manus,neq; os vẽtriculi,quod vsitato nomine stomachus appel-
latur,fricantibus,ipse,qui casu ante fores balnei constiteram, audito clamore, intro me proripui: F
conspiciensq; frigentem,manu nardino vnguento admota, stomachum laborãtis ex eo cõfricui:
ancillasq; iussi non frustra clamare,sed vnam pedes calefacere,aliam manus fouere,reliquas odorã
dum aliquid naribus supponere: tunc itaque celeriter ipsam recuperauimus. Subsidente vero ob
inanitionem ventre,summopere læta est obstetrix,non tam quia,vt opinabatur,prægnans non
fuisset,quam vt summisso ventre,medicis,qui sibi non crediderant,aperte contradiceret, eò q̃ ve-
re intumuisse vẽtrẽ percepisset. Dubitantibus itaq; singulis,quid factu opus esset (nã nec ad prio
rẽ intentionem mulierẽ sanare satis fidebant,nec ad aliud curationis genus transire audebant) no
ctu mihi ea de re cogitanti tale quiddam nouum occurrit.Nam,qñ,vt dixi, mulier animo defecit,
nihilq; adiumenti ancillis afferentibus,sed tantũmodo clamantibus, ipse arrepto nardi vnguento
præcordia confricui,recordatus sum me tantam mollitudinem illic reperisse,vt,cum animaduertis
sem postea me violentius à principio præcordia fricasse,timens,ne carnem liuidam redderẽ, à vio
lẽta confrictione destiterim: partes.n.oẽs circa p̄cordia,si quis exacte comparare velit, lacti, quod
coagulatur,non dum tñ in caseum obduruit,similes fuerant.Prorsus itaq; mihi visum est insisten
dũ nimiæ humiditati exiccandæ morbi,qui aquosus esset: excogitandumq; talẽ sanandi modum,
quo non solũ humiditatẽ siccaremus, verũ etiã ita calfaceremus,vt æstatis præsertim tpe, ægrotan G
tis corpus non liquesceret,quod frigidæ & humidæ tẽperaturæ supra modũ erat: Huius tñ contra
riũ tunc faciebamus,cũ ipsam in harena maris calida decũbere præciperemus.In aliud quoq; erro-
ris genus,quod plerisq; in morbis occurrit,tum nos ẽt incidere collegi: labũtur.n.sæpe medici, dũ
id quidẽ,quod redundat,euacuant: ne aũt illi simile aliud gignat, non prohibent. Atq; ideo mecũ
decreui,vt vniuersa victus ratio ad duo inclinaret,potus paucitatẽ, & totius corporis frictionem,
quã non ex pice & resina subsequeretur inunctio,sed ex melle solo,multũ quidẽ cocto, tñ tñ refri
gerato,vt hac in re fontanæ aquæ similis æstiuo tpe foret. Ac,quẽadmodũ per cutẽ humorẽ redun
dantẽ euocare melius esse cognoui,sic medicaminibus vrinã cientibus eundẽ per vesicam educere
deliberaui: dandamq; operã censui,vt per aluũ ẽt detraheret. His aio præsumptis septẽ fermè die
bus,qui subitam illã euacuationẽ subsecuti fuerant,Boethum,qui nos & separatim singulos,& si-
mul oẽs,aliquem sanandi modũ prospicere hortabatur,seorsum ab amicis & domesticis in aliã cel
lã abductũ,ita sum allocutus: Me,quem probe nosti vsq; in hodiernũ diẽ,ne in vna quidem re ad
medicinam spectante deliquisse,tecũ ipse considera,an totos hos decẽ dies circa vxorem tuam ope
rã,quam velim,p̄stare sinas: ac,si melius interim se habere videbit,totidẽ rursus diebus aliquid de-
nuo circa eandẽ agere iubebis: sin nihil tibi profecisse visus fuero,tum deniq; ab ea prorsus & ipse H
recedã. Hoc cũ mihi prompte Boethus concessisset,medicamento aqueum humorẽ per aluũ edu
cente primo vsus sum: post aquam,in qua asarũ & apium ferbuerat, bibendã exhibui. Cum itaq;
duobus primis diebus,his remedijs adhibitis,vterus minus fluere cœpisset, tertio die rursus haud
multũ medicaminis illius exhibui,quod per aluũ trahebat ea,quæ in vterum repebant, cũ nõ solũ
per vrinã,sed per aluũ ẽt,humorẽ deriuare vellẽ. Ab eo die postea quotidie & melle ipsam perun-
xi,& corpus confricui,mollissimo primũ,tum asperrimo sindone.Montanarũ insuper auium car
nes,& pisces saxatiles comedendos obtuli. Cũ igĩ diebus quindecim hisce remedijs vsus essem,
nullum prorsus morbi vestigium apparuit.Quod cum animaduertisset Boethus,quia plus ẽt,quã
promiseram,me præstasse vidit,vt prorsus vxorem suam liberarem,postulauit: pręceptaq; exhibe
rem rogauit,quibus in posterũ amplius eo morbo non ægrotaret.Cũ itaq; mense transacto & be
ne colorata mulier adeo foret,vt ad naturalem habitũ nihil penitus desiderari posset, nec amplius
fluxus indicium aliquod superesset,Quadringentos Aureos ad me Boethus misit,& nobiliũ me-
dicorum inuidiam auxit: nam me apud eos laudibus summis extollebat,affectabatq;,sicut & Seue
rus,mentionem de me facere apud Imperatorem Marcum Aurelium Antoninũ,qui Romæ tũc
erat: nam Lucius iam ad Parthicum bellum à Vologeso illatum vrbe exierat.

A *Galeni Reditus in Patriam, eiusq; ab Imperatoribus Reuocatio.* CAP. 9.

VErum ego illorum volūtate perspecta, veritus, ne, si hoc, antequàm discederem, facerēt, à reditu in patriam prohiberer, hortatus sum eos, vt parumper ab hoc officio desisterent, me dicens tempus ipsis significaturum, quo apud Imperatorem commēdari volam. Quam ob rem statim, vt audiui seditionem Pergami sedatam, egressus sum Roma perinde atq; in Campaniam iturus, è seruis vno domi relicto, qui res meas custodiret: cui digrediens præcepi, vt, cum nauigium aliquod in Asiam iturum nactus esset, vno die quempiam ex suburra institorem vocaret, eiq; supellectile omni diuendita, quamprimum vrbe exiret, & nauim ascendens, ac per Siciliam iter faciens, Pergamum rediret. Atq; hæc haud multo post acta sunt. Ego vero, vt Capuam veni, inde Brundusium properaui: quò cum peruenissem, decreui primo quoq; nauigio discedente, Dirrhachium, aut in Greciā traijcere, veritus, ne quis Romanus Princeps, aut ipse quoq; Imperator meo discessu cognito militem ad me tanquam ad fugitiuum quempiam reuocandum mitteret: quam ob rem sequēti die Casiopen nauigaui. Interea vero amici, quos Romæ deserueram, me quærentes, ab eo seruo, quem reliqueram, sciscitabantur, vbi'nam essem, & audientes me in Campania diuersari, primo quidē id, quod erat, suspicati sunt: Postea vero, cum neq; seruus, quem Romæ reli-
B queram, compareret, id me fecisse agnouerūt, quod pridem ipsis affirmaueram: ac vix tum deniq; omnes illi, qui re vera propositum meum fuisse Romam deserere prius non crediderant, nō mentitum me, sed vera dixisse crediderūt. Tempore itaq; haud multo post, cum ab expeditione Parthica Lucius rediisset, bellūq; contra Germanos suscepisset, occasio amicis de me apud Imperatores colloquendi affuit. Nam cum sermo de hisce incidisset, qui non verbis, sed operibus, artem medicam & philosophiam exercerent, non pauci eorum, qui cum Imperatoribus erāt, talem me esse, qualem requirebant, asseuerarunt: quare, cum iam ex vrbe in hostes mouissent, ac, dum Aquileæ hibernarent, exercitum colligere & instruere decreuissent, nuncios ad me miserunt, quibus ad se venirem, iubebar. Cæterum Lucio media hyeme ad superos cōcedente, frater eius, vt cadauer Romam retulit, &, quæ cōsueta sunt fieri, peregit, iter in Germanos suscepit, atque, vt se subsequerer, mādauit. Verum, bonus & humanus cum esset, ipsum, sicuti scis, persuadere valui, me in vrbe relinqueret, præsertim cū breui rediturus esset. Toto igitur eo tpe, quo Antoninus abfuit, memor prauitatis & medicorum & philosophorum, qui tum Romæ degebant, interdum ex vrbe secedebam ad eum locum, in quo Antonini filius Cōmodus alebatur, Pitholao commissus: cui etiam ab Imperatore, si qn̄ puer ægrotaret, me accerseret, iniunctum fuerat. Pręter opinionem igitur cum
C Imperator diutius à Germanico bello detentus fuisset, omne id ocium ad scribendum cōtuli: multosq; tum libros composui, ad philosophiam medicinamq; spectātes: quos reuerso Romam Imperatore legendos amicis efflagitantibus permisi, ꝙ apud eos tantū, illos fore sperabā: nam, si dandos indignis scissem, ne amicis quidem ipsos prębuissem. Voco autem indignos, quicunq; malo sunt animo, nec libros, vt discant, legunt, sed vt quempiam inde calumniētur. In hisce igitur libris omnis ea facultas exposita est, quæ & ex pulsibus & ex alijs signis præcognoscere docet: quā ob rem, si per te ipsum discere voles, qua disciplina prædixerim ea, quæ in altero Quintilij filio prædixi, facile tibi & dilucidum erit, si libros de crisibus à me conscriptos leges, præsertim cū à pueris in geometria & dialectica versatus sis: triuialibus aūt istis medicis, qui ab exercenda medicina recesserunt, & se totos improbitati committentes, artem suam in ea exercuerunt, neq; intelligere quicq̄ eorum, quæ ibi scripta sunt, neque est audire concessum. Sed ad meas prædictiones redeo.

Recidiuæ Febris Præcognitio & illius per Sudorem discessus. CAP. 10.

SExtus in morbum incidit acutum adeo, vt septimū diem euadere n on posset, uin iudicaret. Quo'nam pacto autē habeatur huiusce rei pręcognitio, in libris de crisibus scriptū est: in quibus etiā docuimus, quo modo crisis sæpenumero non expectato die, qui fidenter iudicat, alio die
D erūpit. Atq; hoc sexto euenire posse, quarto die cognoui. Quā ob rē interrogāti Pitholao cubiculario, quid'nam fore vaticinarer (interrogabat aūt, qm̄ experientia nouerat me prius multa pędixisse, quæ sapientissimi medici præsciri non posse asseuerabant) respōdi subridens, non posse morbum vltra septimum diem protendi, verū septimo vel sexto die prorsus iudicatū iri. Quod si sexto iudicetur, reuersurum morbum: sin septimo iudicetur, integram eam iudicationem fore per sudorem vero necessum esse eā iudicationem euenire. Cum igitur sexto die, quemadmodum dixeram, morbi iudicatio aduenisset, Sextus, qui supra modum contentiosus erat, vt me non redeūte febre redargueret, quotidie quidem lauatum cōcedebat, sed neq; vinum bibebat, neq; quicquam aliud assumebat præter ptissanā, vel solam, vel cum panis micis: interdum quoq; solo pane tātum aqua macerato contentus erat. Hæc vsq; in duodecimum diem faciens, meā se prædictionem vicisse iactabat. Decimotertio die aquosi vini pauxillum bibit, ac parumper copiosiorem cibum, ꝙ antea, tenuem tn̄ adhuc, accepit: sequenti die, qui à primo decubitus tēpore quartusdecimus erat, febrire cœpit: sed, ne quis id mihi renunciaret, magnopere vetuit, existimans eam febrem, neque vehementem fore, neq; vltra diem vnum progressuram. Procedente vero die cum febris assidue plus augeretur, Claudius Seuerus, vbi eum febricitare intellexisset, de suis ędibus, quę propinquę erant, in Sexti domum se cōtulit: ibiq; postq̄ Sextum non modo febrire cognouit, sed valde iam

febrire

febrire deprehendit: primo quidem ipsum percontatus est, quam ego sentẽtiam habuerim de febre, quæ tum inceperat: deinde, vt ex eo veritatem intellexit, atq; ob cõcertationis studium ad me vocandum quenq̃ non misisse, statim me accersitum misit, quo & Sextum viserem, & se postea cõuenirem. Quibus peractis interrogauit me Seuerus, quid nam de morbi reditu mihi videretur: cui ego respondi, quę et Sexto paulo ante dixeram, post tres dies eam febrem, quę satis magna interim esset futura, desiturã: atq; decimoseptimo die, si quis à primo decubitu numeret, iudicat onẽ facturam. Sextus itaq; libenter audiens breui morbũ solutum iri, prompte mihi fidem præstitit: quod enim quisq; cupit, id nimirum quoq; facile credit. Seuerus autem, quamuis me quidem de salute Sexti non deceptum iri crederet, de die tamen, in quo penitus à morbo liber futurus erat, mihi fidem non adhibebat, existimans esse difficile non expectato saltem sequenti die, quid quarto futurum esset, firmitèr pronũciare. Sic itaq; animatus subsecuto die, cum vix dum illuxisset, ad Sextum misit quendam, qui me ibi opperiretur, & post inspectum Sextum ad se duceret. Quam ob rem, vt Sextum visitaui, & ad eum veni, Contradicis, inquit, illis, quæ heri Galene dixisti, an in eisdem permanes? cui ego, nũc etiam magis, q̃ heri, eadem affirmo. Rursus quoq;, cum me post prandium ad se vocasset, denuo percõtatus est, an crisim Sexto, quo die prædixeram, aduẽturam firmiter existimarem: cognouitq; me magis tum, q̃ pridie, eadem affirmare. Item & sequenti die percontatus est, nunquid eandem prorsus sententiam, quam prius affirmassem, retinerem: an potius aliquid ex ijs, quæ dixissem, immutare vellem. Tum ego, eorum quidem, quæ prædixissem, me sanè quippiam immutare nolle, sed quædam potius illis adijcere insuper velle respondi. Sciscitatus est ille denuo, quid illud esset. Et ego, cum septimusdecimus dies, inquam, aduenerit, sudor hora noctis secunda erumpere incipiet. Tum ille, nunquid & Pitholao, subiecit, hæc dixisti? cui ego me dixisse respondi, nec dubitare Pitholaum asserui, quin omnia, sicut dixi, eueniant, & Sextus, quemadmodum dixi, sanus fiat. Tum ille, prorsus, inquit, ista Pitholaus Imperatori significauit. Fortasse, inquam ego, q̃q̃ mihi curę nõ est huiscemodi gloria: neq; enim obambulãs, meas prędictiones, & quos sanauerim, prædico, ne me plus medici & philosophi odio prosequatur, & delusorem atq; vatem appellent, ac huiuscemodi alia de nobis obloquantur: Vobis autem amicis, qui ex istorum imperitia medicinam vituperatis, artem quidem ipsam Apolline & Æsculapio dignam ostendo: Hosce vero medicos ita medicinam dedecorare cõmonstro, velut philosophi philosophiam, qui, licet nihilo melius cæteris vulgaribus viuant, honesto tamen philosophię cognomine se ipsos appellant. Hæc itaq; Seuero tunc ipse dicebam, tu vero Posthume pulchre nosti, quæ tunc esset medicorum fermè omnium malignitas: aperte nãq; desiderabant, ne voti compos fierem, & tota die submittebant, qui singula explorarent, & ipsis, quid ageretur, efferrent: non tamen, quæ Seuero & Pitholao prædixeram, sciebant, aduentante crepusculo futuræ crisis initium conspectum iri. Quam ob rem, cum hora septima grauiter febrire Sextum accepissent, ridentes & planè læti quibuscunq; occurrentibus, quo mihi detraherent, inculcabant: Admirandum Galeni vaticinium contrarios exitus sortitum est. Cæterum, vt crisis, sicuti dixeram, obtigit, secus postridie loquebantur, atq; pridie blatterauerant: nam præ pudore cuncti se ab omnibus auertebãt. Quanq̃ hæc prædictio nihil, quod mireris, continet, si eorum memor es, quæ tibi in commẽtarijs, quos in primum Hippocratis librum de vulgaribus morbis conscripsimus, & præterea, quæ in libris de crisibus docuimus, didicisti. Nam medici isti non solum ea, q̃ sunt ab antiquis scriptoribus hac de re literarum monumentis commissa, nesciunt, sed ne ægritudinum dies, cum septimum trãsierint, amplius enumerare valent: præsertim si ægrotus, postq̃ à febre liber fuerit, denuo febrire incipat. Atqui ab Hippocrate in libris de morbis vulgaribus descripti sunt oẽs dies vniuscuiusq; ægrotantis, ad extremam vsq; morborum solutionem, non solum quartodecimo die factam, sed & sexagesimo, & octogesimo. Quocirca, sicuti modo narrabam, hæc prædicere quãuis vulgaribus istis medicis admirabilis res videatur, re vera tamen admiratione digna non est: veluti neque cognitis omnibus, qui aderãt, symptomatis, quo tempore Antoninus abfuit, Commodum eius filium sanare.

Ventriculi Laborantis ab Inuasione febris Dignotio. CAP. 11.

VErum id, quod nuper in ipso contigit Imperatore proculdubio mirãdum est. Arbitrabatur enim tam ipse, q̃ medici omnes, qui cum eo peregrinati fuerant, febris initium extitisse: verum decipiebantur vniuersi secundo etiam die, mane, & octaua hora. Acceperat enim primo die hora prima ex eo medicamento, quod amarum & sacrum appellant: deinde, quemadmodum ipsi mos erat singulis diebus, eo quoq; die theriacam assumpserat hora sexta ferè: postea lotus circa Solis occasum cibi parum ceperat. Cum itaq; tota nocte torminibus & vẽtris profluuio vexatus ideo febriret, à medicis inspectus quiescere iussus est, atq; nouem horis ab eisdem sorbitione sustentatus. His ita peractis, accersitum nos venit Imperatoris nomine, nescio quis, accensis funalibus, vt & ipse in palatio cubarem. Quam ob rem ante Solis ortum, cũ tres essemus, qui Imperatorem viserent, & eius pulsum attingerent, cæteris febrilis cuiusdam annotationis principium adesse visum est, mihi vero silentium seruare. Atq; ideo conuersus ad me Imperator, quid'nã esset postulauit, q, cum reliqui pulsum attigissent, solus ego nõ attigerim. Cui ego sic respondi, hosce,

te cum

A te cum bis iam tetigerint, ac forſitan alia's ſæpe, dum tecum in exercitu eſſent, expertiq; ſint pulſus tui naturalem habitum, me melius præſentē affectum cognituros ſpero. His dictis iubēte illo, vt ſe tangerem, acceſſi: & perpenſo ad ętatis & naturę menſuram pulſu, plurimum ab eo differre, qui febrilem annotationē ſignificet, Rńdi febris quidem inſultum cum mihi non videri, ſed eius ſtomachum atteri ab aſſumpto cibo, anteq̄ excernatur, æſtuāte. Tum ille dignotionē noſtram laudans, ter hęc verba ſubiunxit: Hoc eſt, hoc ipſum eſt, quod dicis, ſentio enim me frigido cibo grauari. Quæ cum dixiſſet, quid opus eſſet factu, poſtulauit: cui ego, quæ noueram, ſubieci in hūc modum: Si quiſpiā alius eſſet, qui hoc morbo laboraret, bibendum ipſi dediſſem, quēadmodum ſolitus ſum, vinū pipere iſperſum: Vobis aūt Regibus, quibus tutiſſima remedia medici admouere conſueuerūt, lanæ manipulū nardino pigmento calido intinctum oſtio vētriculi imponere ſufficiet. Tum ille, alia's quoq; ſubiunxit, ſolitus ſum purpuream lanam, & nardinum pigmentū calefactum ſtomacho ſuperimmittere, quoties moleſtus mihi eſſe cœpiſſet. His dictis Pitholaū facere imperauit, quæ præceperam, & ſimul nos dimiſit. Poſtq̄ vero & vnguentum ventriculo impoſitum eſt, & pedes calidis manibus attrectati incaluere, vinum ſabinū popoſcit, atq; pipere inſperſo bibit. Subindeq; ad Pitholaum conuerſus, Vnū, inquit, medicum habemus, eumq; ſanè liberū.

Al. in pituitā uerſo.

B Indeq; alia de me dixit, quæ poſtea ſemper in ore habuit, tibi non incognita, me principem locum inter medicos tenere, & ſolum philoſophum eſſe. Expertus nanq; multos fuerat, non ſolū auidos pecunię, ſed & ambitioni & glorię deditos, & inuidos, & malignos. Quemadmodum igitur dicebam, non eſt a' me quicq̄ maiori dignum admiratione, q̄ hoc, animaduerſum. Cum.n.ab oībus, q ſe ſtrenue in pulſibus tractandis exercuerant, quorum vnus & Archigenes fuit, quod nā eſſet febrilis inuaſionis peculiare ſignum, quæreretur: atque alij ſe eum deprēdere dicerent, qn̄ contrahi arteria incipit, alij contra ne ſentiri quidem arteriæ contractionem affirmarēt: ego bona quadam fortuna (quid.n.aliud quiſpiam appellarit tactum minimas ēt quaſq; pulſuum dr̄ias apprendentem?) non nullos medicos vſq; adeo aberrare deprehendi, vt plures incipientes febrire, quos illi cœnatum aut lauatum miſerāt, a' balneis & cibo prohibuerim. Quapropter febrilis acceſſionis initium cum ſemper ſummo ſtudio noſcere tentauerim, audacius forſitan, q̄ par erat, ſed tn̄ fidenter, cum primum Imperatoris pulſum attigi, auſus ſum enūciare contrarium eius, quod ipſe de ſe ſentiret, & alios medicos aſſerere audiret. Nam, quæ in Commodo pręſenſimus, magnam licet admirationem apud alios conſecuta ſint, antedictis tamen re vera plurimum cedunt.

Faucium Inflammationem ex Pulſu cognoſcit & ex Inconuenientis medicamenti vſu, & Oris inſpectione. C *CAP. 12.*

C Redierat Cōmodus a' lucta, cū ecce prius, q̄ cœnaret, hora octaua febris ſatis vehemens eum adorta eſt. Mihi vero, vt pulſum attigi, mēbrum quodpiam inflammari viſum eſt. Quod ſimul atq; Pitholaus audiuit, mirari ſe dixit, quo modo faucium inflāmatio pueri pulſum immutare poſſet: neq;.n.eum alia vlla in parte inflāmationem habere: atq; ita Cōmodi os adaperiens, inſpicere me iubebat. Cū igitur fauces aſperas quidē & rubras admodū eſſe, parum tn̄ intumuiſſe, vidiſſem, quis illi os colluiſſet, poſtulaui, medicamento plus, q̄ puero conueniret, adſtringente. Reſpondente aūt Pitholao ſe eum fuiſſe, qui pueri fauces abluendas cenſuiſſet medicamento, quod ex melle & obſoniorū rhu cōpoſitum fuerat, Id vt omitteret, iuſſi, & aquā mulſam, in qua roſæ ferbuiſſent, admoueret, præcepi: eaq; ſola vteretur nocte illa, & ſubſecuturo die ſæpius, ac poſt eum diem ēt nocte vētura. Tertio aūt die primo mane, cū inflāmatio prorſus ſubſediſſet, & pene' ſine febre puer eſſet, Pitholaum monui, paulo poſt alumnū in balneas cubiculo vicinas ductum aqua perfunderet alueo cōtenta, ac reliquum quidem corpus obrueret, caput aūt ſolūmodo mergeret. Quæ cum peregiſſet, & large prandiū exhibuiſſet, ſub horā tertiā Ania Fauſtina Imperatori matrimonio iūcta, perinde atq; ſe excuſatura, q pridie Cōmodū non vidiſſet, acceſſit: Et heri, inquit,

D poſt prandium noui te fili ægrotare: hiſq; ēt addidit, Notum puto, debuiſſe vos octauā horam exceſſiſſe, qua febris inuadere ſolebat. Subriſit Pitholaus: &, quo mō nō expectaſſemus, inqt, Theſſali diatriten pręterijſſe, niſi nos Galenus iſte, vt hoc mane puerum inſpexit ſqualidum ac modice febriētem, prohibuiſſet? quin & hoc veſpere lauet ſe rurſus, mādauit, ac cœnet, quēadmodū ſanus facere conſueuerat. His auditis Fauſtina parūper ibi cōmorata, me manu apprehendēs exiuit, ita in medicum quempiā ex comitibus ſuis methodicum iocans: Galenū hunc vides non verbis, ſed rebus, vos methodicos expugnare. Multos enim quos incipere febrire credebatis, lauit: multoties & vinū ipſis exhibuit, atq; alios primo, alios tertio die, ad conſueta negocia dimiſit. Vos autē, quotquot eſtis, ſimul atq; duobus primis diebus ęgrotātes ſine cibo pſeuerare iperaſtis, ſuſpectas poſtmodū horas decumbendo trāſgrediantur, iubetis. Ac nunc quoq; ſubiunxit, ſcientiæ ſuæ certitudinē oſtendit in abſentis Imperatoris filio, quē duobus iā diebus, vt tu quoq; heri intellexiſti, vehementius febrientem, tertio die, quēadmodum vos oportere dicitis, octauā horam non expectare voluit, ſed eū ante' & lauit, & cibo recreauit. Ipſiq; adoleſcentis altor Pitholaus, qui vſq; adeo diligēs eſt, vt eius diligētiam formidinē exiſtimare poſſis, viri artem pridem expertus prōpte obtēperauit, & prius, q̄ ſuſpecta inuaſionis hora exceſſerit, puerū, vt vides, & lauit & cibauit. Hæc Fauſtina dicens ad currū peruenit, in quem cū aſcenſura foret, Me magis abiens, dixi, q̄ antea, me-

dicis

dicis inuisum reddidisti. Digressus ad Pitholaum me contuli, cui & hoc idem exposui, & ob hu- E
iuscemodi medicorum inuidiã, me nuper libros tres composuisse, vnum de febrium differentijs,
alterum de diebus decretorijs, tertium de crisibus: In quibus omnibus Hippocratẽ monstraui tra
didisse artem præcognoscendi, quid in singulis ægrotantibus euenturum sit: ij vero hebetes vs-
queadeo sunt, vt neq; meis expositionibus adiuti, ipsam ediscere queant. Tu vero mi Posthume
scis omnia me ab Hippocrate dicta monstrasse, quæcunq; hisce de rebus conscripsi: & te vidente
prædixi, nil præter pulsuum scientiam adijciens: Quam ẽt solam Hippocrates non excoluit: hãc
enim ipsum secuti, alio aliud addente, vsq; ad nostra tempora absoluerunt.† Exactam siquidem
notitiam affectuum corporis cognoscere, quid futurum sit in ægris, est præcognoscere.

Al. ex antiquis. Cognitio siquidem affectuum corporis ex speculatione fit: quemadmodũ ex horum exquisita cognitione, futurorum præcognitio.

Futuræ Crisis per Sanguinis fluxum è Naribus Præsensio. *CAP.* 13.

ID ẽt, quod te præsente contigit, qñ primi nominis Romæ aliquot medici de mittendo sangui
ne consultabant, in cõmentarijs nostris docuimus ab Hippocrate fuisse perfectissime demon-
stratum. Quintum nãq; morbi diem iuuenis quidã agebat: ac, licet idoneũ tempus sanguini de-
trahendo præterijsse videret, quia tñ nec anni tps, nec ægrotãtis ætas, nec virtutis imbecillitas, nec
deniq; victus, qui morbũ antecesserat, aduersabatur, sed vno cõsensu oĩa sanguinis missionẽ signi
ficabãt, medici venã incidere decreuerunt: idq; tempestiuum fore cæteri arbitrabant. Ego vero di F
ligenter oĩa contemplatus, quæcunq; ab Hippocrate tradita sunt signa illorũ, quibus fluxurus est
sanguis, bene quidẽ eos in opinionẽ mittẽdi sanguinis venisse dixi, verum naturã id, quod ægra
uaret, expellere festinantem, breui admodũ, ẽt si nihil ipsi egerint, idẽ vltro facturam. Dũ medicis
hæc admiranda vñr, æger è lecto se sustulit tanq̃ prosiliturus, interrogatusq;, cur exilire voluisset,
cum nihil adesset, ob quod id facere debuisset, Rubri coloris serpẽtem per laquearia repentem a se
visum expauisse respõdit, ne, si aliquo modo aberrasset, supra se ferret, atq; idcirco se è lectulo au
fugere velle. Reliquis nihil hoc ad futurũ sanguinis fluxum cõferre visum est: mihi vero cũ alia
singula perpẽdenti, tum ruborẽ, qui prius in dextra nasi parte ad malã vsq; obscurus fuerat, auctũ
valde intuenti, sanguinis paulo post è dextra nare fluxuri manifestũ id attulit indicium: atq; ideo
cuidã ex ægrotantis familiaribus summissa voce præcepi, vt vas aptum sanguini excipiendo sub
veste prõptum haberet: atq; inde ad medicos cõuersus, alta voce dixi: Si parũper expectaueritis,
sanguinẽ è dextra nare fluentẽ videbitis. Riserunt illi, q; antedictis, A dextra nare adiecissem. At,
inq̃, vel vtrũq; eueniat, oportet, vel alterutrũ me decipiat: nã, & q; sanguis fluxurus sit, & q; è dex-
tra nare vẽturus, arte medica præsciri põt. His dictis eum, qui vas sub veste occultũ habebat, inter
obseruandum admonui, mentẽ adhiberet, quid ęgrotus ageret, ac, cũ sanguinẽ erũpentẽ videret, G
accurrens vas supponeret. Vix hæc dixerã, cum ecce digitũ è naso sanguinolẽtum iuuenis extra
xit: tum familiaris accurrens, vas subiecit: quod dum fieret, magno (vt scis) clamore oborto, medi
ci quidem oẽs dilapsi sunt. Ego vero tibi rerũ mearũ studioso, quo pacto id præsciuissem, idq; ex
Hippocratis monumentis, exposui: atq; insup illud ẽt addidi, vehemẽtẽ sanguinis fluxũ expectã
dum, eò q; & naturæ impetus vehemẽs, & morbus adhuc crudus esset: Consueuisse vero hisce de
causis immoderatas exinanitiones fieri. Atq; ideo, cũ parũper adhuc morari vtilius esse laboran-
ti cognoscerẽ, puerũ, qui me sequebaẽ, ad accipiendam magnã cucurbitulam misi, idq; reliquis in-
scijs, faceret, iussi. Celeriter itaq; cũ multũ sanguinis in vase collectũ vidissem, altero vase postula-
to sanguinem, qui fluxerat, excepi: quem vt comperi librarum quatuor & dimidię pondus ęqua-
re, ægrum capite in scapulas dimisso collocaui, ac naribus frigidam poscã attraheret, præcepi: fron
ti spongiã aqua mulsa madentẽ imposui: brachia & crura vinclis obstrinxi. Quæ cum minus con
ferre viderent, postremo cucurbitulã in præcordijs ad dextrum latus adegi: statimq; sanguinis flu
xũ cohibui: quod remediũ ẽt ex Hipppcratis arte sumptũ fuisse te docuimus. Atq; idcirco & hæc
& alia oĩa, quæcunq; medicando peregi, literarum monumentis cõmisimus. Nam, qũo rigorem,
alui profluuium, vomitum, immodicã vrinæ multitudinẽ suppressionem've, sudores, abscessus se H
cus aures aut ad alia loca, delirium, dementiam, ac demum alia omnia ægris obueniẽtia, præcogno
scere conueniat, scripsimus. Quædã vero, sicuti prius dicebã, is, qui prius ista nouerit, per se ipsum
excogitabit: quemadmodum & nos in Filio Boethi fecimus, Amante fœmina, & Atriési timẽte.

Intermittentis Pulsus sed Naturalis Dignotio. *CAP,* 14.

NVper ẽt, vt scis, me eiusmodi quiddam prædicente, q̃plurimis admirationi fui. Quidã do-
mus magister, qui, q; oĩa recte gubernaret, à domino honorabatur, alijs medicis accedẽtibus
septimo die sudando iudicatus est. Sequenti die cum pulsum deficere inuenissent, malignam ali-
q; in corpore affectionem latitare, q̃q; magnope deciperentur, putabant. Exeuntes itaq; cum do-
mino ægroti iuuenis, ac mihi casu obuiã facti: postq̃, & quæ contigerant, & quæ aderãt sympto-
mata, narrarunt: quid'nam significaret id, quod in pulsu præter rationẽ euenerat, scire affectabãt.
Tum ipse propinq̃ esse domum, in qua ægrotus decumberet, audiens, deducentibus illis accessi,
atq; iuuenis pulsum attigi. Te vero Posthume sæpenumero docui medicos aliquot, summos etiã,
à recto sensus iudicio aberrare: magnũq; eum pulsum existimare, qui magnus non est: & celerẽ
interdum, qui celer non sit. Eodem pacto, dum & languidum à vehementi, & asperum à molli,
secernere volunt, falluntur: Ac multo magis etiam, quoties de pulsus ordine, deq; eius contrario

iudicant:

A iudicant: item q; de æqualitate, & inæqualitate cũ in vna pulsatione, tum in pluribus. Atq; ego in istorum gratiã quatuor libros de pulsuum dignotione cõscripsi: qui alios quatuor, qui de pulsuũ causis inscribũtur, antecedunt: vtrasq; enim has tractationes ea requirit præcognitio, quæ per pulsus habetur, quatuor libris & ipsa à nobis descripta: cuius causa etiam prędictę duæ institutę sunt. Cum igitur inęqualitas illa, quæ in vno pulsu consistit, maximum vsum afferat: atq; q multas habet differentias, longa, vt dictum est, exercitatione paretur: sciendum est pulsum, siue vno ictu, siue pluribus inter se collatis, nihil aliud præter naturam continentem, q̃ vt solum deficiat, a prima ortus origine talem esse: id q; scitu difficillimum, immo potius fieri non posse, vt quisq; istud internoscat, nisi oẽs omnium pulsuum differentias exacte perceperit. Vt ergo iuuenem, de quo sermonem instituceramus, eiusmodi pulsum habere sensi, medicos hortatus sum, securissime prorsus à morbo liberatum hominem reficerent, ac postea, cum exiret, & consueta negocia tractaret, cum tangerent: ipsos enim tunc eius pulsum talem reperturos, qualem nunc inuenissent: eò q is ita sit à natura procreatus, nõ ab aliqua morbosa causa oppressus. Hæc illis nõ credẽda primo visa sunt: deinde, cum pulsum vno ictu prætermisso, alio subinde numero pulsare deprehendissent, ad me tandem venerunt, vt ex me audirent, qua coniectura iuuenis pulsum talem natura fuisse cognouissem:
B quibus ego id respondi, quod olim Isocratem Rhetorẽ discipulo cuidam suo respondisse acceperam, postulanti, Nunquid, si se tribus annis exercuisset, de quacũq; re proposita dicere posset, sicut ipsum facere videbat. Ferunt enim Isocratẽ adolescenti ita respõdisse: Equidem fili, quæ postulas, vno etiã die adipiscereris, optarem: verum, dum tuam mecũ ipse ad dicendum aptitudinem considero, ne, si multis quidem annis te exerceas, quod petis, consequeris. Disciplinæ siquidem anni pro discentium natura multi, ac pauci redduntur. Noscerent itaq; eos, admonebã, omnes præter naturam pulsuum differentias, illud opus legendo, quod inter libros de pulsibus primum est recta exercitationis via prodire volentibus, atq; à nobis quatuor libris distinctum. Inde nanq; vos eas discere potestis, quoties ex nostro sensu depromptas, atq; ibi descriptas pulsuũ differentias agnoscere volueritis. Hoc mi Posthume arte medica pręcognouisse memoria dignum extitit: velut & id, quod in Imperatore, febris inuasio putabatur. Cętera vero, quæ plures medici admirantur, nihil, quod aut proximum, aut simile his sit, continent: miranda tamen plerisq; videntur, ob ipsorum ignorantiam, non quia admirationem vllam habeant, aut difficilia præcognitu sint hisce, qui legitime artem medicam exercuerint.

FINIS QVARTAE CLASSIS.

aaaa bbbb cccc dddd eeee ffff gggg hhhh iiii kkkk llll mmmm nnnn oooo pppp PPPP QQQQ qqqq rrrr ssss tttt uuuu xxxx yyyy zzzz AAAA BBBB CCCC DDDD EEEE

Quaterniones omnes præter PPPP QQQQ DDDD et EEEE terniones.

VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.